14 *Terminus feriæ an dicatur de principio, medio, vel fine feriæ.*
15 *Dato initio in tempore debito durat finis feriæ etiam extra tempus, quo non potuiſſet dari principium.*
16 *Tempus ſolutionum feriarum non eſt certum, ſed pendet à futuro euentu.*
17 *Annotatio in ſcartafacijs non oſtendit rem perfectam, ſed perficiendam.*
18 *Ordo datus, & mandatum debet ſeruari cũ omnibus qualitatibus.*
19 *Annotatio in ſcartafacijs fit ad memoriam eorũ, quæ ſunt expedienda.*
20 *Scriptura facta pro memoria non inducit ſolutionem, promiſsionem, ſeu nouationem.*
21 *Campſore acceptante ordinem ſoluendi, an ſequatur liberatio primi debitoris.*
22 *Solutionem ſibijpſi fieri per directionem ſcripturæ quomodo intelligendum.*
23 *Solutio an fiat ſine pecunia.*
24 *Caſſans aliquas partitas in ſcartafacio feriæ ea durante ob cauſam, quæ poſsit alias afficere, an alias caſſaſſe intelligatur.*
25 *Proteſtatio dependens à ſola voluntate intelligitur facta, cum ſit mandatum ad illam faciendum.*
26 *Et non exigit cauſæ inſertionẽ, & appoſita cauſa falſa non vitiat.*
27 *Cõtractus cãbij quatuor perſonas exigit, & vnus poteſt duplici perſona fungi, & qui recepit de ordine alicuius, dicitur eius procurator.*
28 *Procuratore rupto ceſſat mandatum.*
29 *Annotationes factæ in feria, in qua notans ſit ruptus, non valent.*
30 *Feria an dicatur cõcurſus, & negotiationes mercatorum, an tempus priuilegiatum pro feria.*
31 *An rectè dicatur feria vnius temporis, quæ fit in alio, vt puta feria Maij quæ fit in menſe Iunij.*
32 *Incontinenti quid factum, quando intelligatur.*
33 *Negotia, quæ quis facit cum tertijs, an deferant ab ijs, quæ facit cum ſeipſo.*
34 *De forma deſcriptionis partitarum, fit argumẽtum de vno ſcartafacio alicuius, ad aliud eiuſdem.*
35 *Conſuetudo ſcribentis probatur per eius librum.*
36 *Deputati an poſsint præiudicare alijs creditoribus ruptorum.*
37 *Acceptatio ſoluendi, ſeu promiſsio ſoluere debẽtis quomodo liberet primum debitorem.*
38 *Vbi literæ non habuerunt effectum, durat prima obligatio.*
39 *Aliena negotia adminiſtrans tenetur facere ea, quæ pro ſe faceret.*
40 *Facta à mercatore, quæ robur ſumunt à tempore venturo,*

venturo, an infecta ſint, ſi interim fiat ruptus.

41 *Ruptus æquiparatur mortuo.*

42 *Non adimplens literas cambij ſoluēdo pecunias cambiatas tenetur ad intereſſe.*

43 *Solito negotiari debetur intereſſe de pecunijs debitis.*

44 *Lapſus temporis ſolutionis conſtituit in mora.*

45 *Intereſſe lucri ceſsātis qua certitudine debeatur.*

46 *Practica probandi intereſſe.*

47 *Scriptura, quæ poteſt reuocari, non dicitur perfecta.*

48 *Imperfectum non poteſt operari.*

49 *Scriptura operans poſt lapſum temporis, ante dicitur imperfecta.*

OMNIS actio vacare debet temeritate, & negligentia, nec vir agere quicquā, cuius non poſſit cauſam probabilē reddere, ſcripſit Cicero de offic. lib. 1. quod præcipuum eſt Iudicis, cuius eſt in cauſis ſemper verum ſequi, eo aucto. lib. 2. & quem oportet cuncta rimari c. fin. 30. q. 5. quod autem Iudices de Rota duntaxat vno diſſentiēte, non temerè, & omni, quæ neceſſaria fuit, diligentia adhibita, non ſicut è contra quidam etiam pluſquam fas ſit paſſim clamitant, atque ex cauſis probabilibus, & iuſtis condemnauerint Benedictum Gentilem, & Chriſtoforum Spinulam ad ſoluendū Iacobo, & Ambroſio Spinulis ſummas pecuniarum petitas vnà cum intereſſe liquidando in executione ipſius ſententiæ, clariſſimè inferius demonſtratur. In primis itaque Iuris eſt indubitati, quòd cum actor ſuum creditum, intentionemq́ue ſuam probauerit, reus verò de ſolutione, & ſatisfactione nequaquam plenè, & concludenter docuerit, actor ipſe lite obtinere debet Alexand. conſ. 58. nu. 3. vol. 5. cum vulg. quamuis enim ſuper probatione crediti agentium nulla, aut modica inter litigantes fuerit contentio, ſed lis tota propemodum verſa fuerit, circa demonſtrationem ſolutionis, & ſatisfactionis eius crediti, non piget tamē (ne quid neglectum, aut omiſſum videatur) docere, quemadmodum actores apertè inſtruxerunt Iudices, portiones pecuniarum petitas diuiſim vtriq; eorum a reis conuentis deberi. Primò actores (vt in eorum proceſſu legitur) exhibuerunt literas ſub nomine dictorū Benedicti, & Chriſtofori ſubſcriptas, quæ fuerunt ſubſcriptæ manu propria dicti Benedicti habentis facultatem, & poteſtatem expendendi nomen dictorum Benedicti, & Chriſtofori, vt in dicto proceſſu apparet, ipſum Chriſtoforum reſpondendo primæ poſitioni agentium confeſſum eſſe, & confeſſio huiuſmodi probat, & præiudicat confitenti. cap. 1. & ibi gloſſ.
1 de † confeſſ. in 6. Alex. conſ. 213. col. fin. volum. 2. & Deci. conſ. 252. ſub nu. 2. & præiudicat Socio Bart. in l. penul. ff. de duo. reis, & per ea, quæ adducit Aug. in l. ex duobus circa fin. verſ. adde niſi fiat. ff. eo. & probatur per Leonardum Gentilem, Carolum Lercarium, & Obertum Iuſtinianum teſtes pro actoribus examinatos, vt in eorum manuali teſtium reperitur, deponentes ipſas literas fuiſſe ſcriptas de propria literatura, & manu dicti Benedicti, & dicti teſtes dicūt cognoſcere literaturam dicti Benedicti, & eū pluries vidiſſe ſcribere, quam teſtificationem pro valida probatione recognitionis literarum in auditorio Rotæ, pluſquam notiſſimum eſt indiſtinctè admittendū eſſe
2 ex communi obſeruantia, & † ſtylo: quæ quidē literæ probant contra ſcribētes vul. l. Publia in fi. & ibi Bar. & doct. ff. depoſ. & in l. admonendi de iur. iur. ex quibus literis reſpectu dicti Ambroſij in copia ſub die 26. Februarij, & in literis ſub die 2. Aprilis habetur, qualiter creditum ipſius Ambroſij per Lucianū Spinulam, & Leonardum Lomelinum fuit remiſſum dictis Benedicto, & Chriſtoforo, de quo dicūt ſe facturos aſſignationem iuxta ordinem datum, & ſi poſſibile erit per eorum literas, & poſtmodum qualiter in ſolutione, & ſatisfactione pecuniarum remiſſarū eis ad exigendum, aſcendentes ad quantitatem librarum N. dicunt remiſiſſe eiſdem Luciano, & Leonardo deductis expenſis Caſtellanos N. per eorum literas, Idē cōprobatur per literas dicti Ambroſij ſub die 10. Februarij, & ſub die 21. Aprilis ſcriptas ipſis Benedicto, & Chriſtoforo, & per eoſdem exhibitas, qui ſic fatētur in eis contenta, per not. in c. cum venerabilis. de excep. Ibi, *hò inteſo, come mi hauete dato credito*, &c. Et ibi, *hò inteſo la eſſatione delli Caſtellani* N. Et reſpectu dicti Iacobi in literis ſub die 2. Aprilis. Ibi, *datomi credito*. Et ibi, *è all'incōtro hauete hauuto debito di libre* N. *Et altre tante per Caſtellani* N. *Et altre tanti remeßi in Maggio à eßi ſudetto Luciano, & Leonardo, & Spinula, & Doria da lor ſteßi in maggior ſomma, per noſtra lettera*, &c. vnde ex iis, literis cum ex cauſa præcedenti narratū ſit debitum, fit probatio, ſcribentes ad dictum debitum teneri Rom. cōſ. 373. in caſu verſ. 2. dubitatio: & dicta debita ipſe Benedictus, & Criſtoforus ex ſeipſis, & ſibi ipſis conuertentes in cambiū per eorum literas, eo cambio non ſoluto (vt inferius dicetur) ipſi † ſcribē- 3
tes ad ſummā pecuniarum in literis cambij contentā tenentur Bald. conſ. 119. Sempronius vol. 2. ſequitur Rippa in dict. l. admonēdi. n. 133. cum concor. adduct. per Boe. in deci. 282. col. fi. 2. par. poteſt. o. vnum debitum penes ipſum debitorem facta ſolutione, & receptione, quaſi de nouo inito contractu, conuerti in aliud debitum, Bal. & Doc. alij in l. certi condit. §. depoſui. & in l. ſingularia nu. 20. ff. ſi cer. peta. facit text. in l. ſi filiusfam. §. 1. ff. ad Maced. Item rei conuenti fatentur in prima eorum poſitione exemplata in dicto proceſſu, pecunias agentium in eos perueneas eſſe, & remiſiſſe iuxta ordinem ipſorum agentium, qui agētes dictæ poſitioni reſpondendo non impugnant, ſeu negant eam, licèt ſaltem dictus Iacobus inceperit nō credit, &c. quia ſtatim fatentur de eorum credito penes dictos ſocios Valentiæ dediſſe ordinem, vt fieret remiſſio, pro vt in eorum literis, ad quas ſe referunt, quæ iuſſu Iudicum in iudicio exhibitæ fuerunt, & per eos viſæ, & cum idem dixerint ipſi agentes in eorum petitione, ſed in dictos Benedictum, & Chriſtoforum perueniſſe dictas eorum pecunias, reſpondendo dictæ poſitioni reorum non videntur hoc negaſſe, quia eo- 4
rum † reſponſiones ſic interpretandæ ſunt, ne cōtrariæ dicantur eorum intentioni, Alex. conſ. 84. nu. 4. vol. 7. & Cor. conſ. 91. col. 6. verſic. quia confeſſiones vol. 4. Idem fatentur rei conuenti in primo tit. 1. loco exhibitorum dum dicūt de ratione dictorū agentium de ſummis pecuniarum petitis feciſſe remiſſam Luciano, & Leonardo, &c. notū etiam eſt confeſſionem induci ex aſſertis in poſitionib. & articulis, Feli. in c. examinata col. 2. verſ. in quantū, & ibi Matheſ. in apoſtil. extra de Iudi. & ſuper eod. 1. tit. Valentiæ Hieronymus de Marinis examinatus pro reis conuentis, dicit, vidiſſe Benedictum, & Chriſtoforum antequam remitterent dictas partitas, ſcribere, & annotare eas in

Digitized by Google

5 in eorum † libris,deſcribendo debitum, & creditum
reſpectiuè,cui ſpectabant, ergo eas exegerunt ſic de-
ſcribendo ad creditum, & debitum in eorum libris,
vt tradit Io.de Imo.in l.1.col.fin.ff.de ſolut. & Alex.
conſ. 85.vol.3. & ille talis contra reos conuentos eũ
inducentes probat Rom.conſ.114.in fi. & conſtat de
literis cambij per actores exhibitis in dicto proceſſu
comprobatis circa literaturam,& recognitis per reos
conuentos in dicto proceſſu,& per teſtes examinatos
ſuper 8 tit.primorum titulorum agentium.ſ.per Leo-
nardum Gentillem,& Carolum Lercarium,& Ober-
tum Iuſtinianum deponentes,& clarè probãtes iuxta
dictum ſtillũ,& quod creditum ex eis ſpectaret acto-
ribus reſpectiuè pro ſummis petitis, in toto proceſſu
ferè per ambas partes nil aliud dicitur, in petitione
dictorum agentium,& in poſitionibus, & titulis reo-
rum conuentorum, & atteſtationibus teſtiũ ſuper eis
examinatorũ pluries inuenitur, & in literis hinc inde
exhibitis manifeſtè habetur, actores in negociatione
ſuarum pecuniarum ad reos peruentarum pro cãbiis
ad alia loca magis confidiſſe de literis cambij dictorũ
reorum,quàm aliorum,ſcientes quòd fides,& ſecuri-
tas domini pecuniarum, & illius, qui debet poſtmo-
dum cambium ſoluere,ſtat primum in bonitate,& fi-
de ſcribentis dictas literas cambij, ideo dicti rei con-
uenti ſcribẽtes ſemper tenentur ad pecunias in libris
eorum contentas perſoluendas actoribus pro eorum
portionibus,donec non appareat fuiſſe ſolutas,& ſa-
6 tisfactas per illos † ſoluere debentes in dictis literis
deputatos per text in l.ſi literarum C.de ſolutio. Sal.
in l.ſi filiusfam.ff.ad Maced. & hoc pro firmo depo-
nunt, & dicũt omnes teſtes reorum conuentorum ſu-
per eorũ titulis quarto loco depoſitis examinati Ge-
nuæ ſuper illo interrogatorio agentium incip. inter-
rogati quòd ille,qui facit literas cambij nunquam re-
manet liberatus niſi ipſe literæ ſint realiter ſolutæ: &
ſic affirmant dicti teſtes, qui probant vtique in hoc
contra dictos reos conuentos eorũ atteſtationes pro-
ducentes,Rom.d.conſ. 114. ſequitur Iaſ. in rub. col.
penul.verſ.6.notabiliter.ff.de iur.iur.& Soc.Iun.cõſ.
69.nu.12.vol.1 nec pro eis valet proteſtatio illa in fa-
cientibus pro ipſis tantùm, & de ea non eſt curãdum
Bal.Pau.de Caſt.& Alex.in l.1.C.quę dos adnot. Iaſ.
in l.edita col.fi.de eden.& Dec.in l.fi.in fi.C.eo. po-
tuit itaque agi ad repetendum cambium nõ ſolutum
condictione ob cauſam,vt firmat Bald. d. conſ. 190.
Sẽpronius circa fin.col.2.verum ſumma rei eſt, quod
rei conuenti ſumma ope prætenderunt ſe ſoluiſſe, &
ſatisfeciſſe dictis actoribus de dictis eorum creditis,
ſeruando eorum ordinem,& voluntatem,remittendo
eorum literis cambij dicta credita Luciano, & Leo-
nardo ſoluendo ſibi ipſis termino ſolutionum cãbio-
rum feriæ Metinæ Maij anni, & c.& quòd poſtmodũ
in dicta feria reperiantur ipſi actores in ſcartafacio
dictorum Luciani, & Leonardi deſcripti creditores
pro dictis ſummis pecuniarum petitis, cum ſecus ſo-
lutio ſibi ipſi fieri non poſſit,& ſoleat,niſi directione
ſcripturæ in libro debentis ſoluere, huiuſmodi verò
ſolutionem,& ſatisfactionem non eſſe factam,habita
longa diſcuſſione, & matura conſideratione cẽſuerũt
dicti iudices ex cauſis probabilibus (vt præmiſſum
eſt)& iuſtis, & pluribus rationibus moti ſunt, quæ
mixtim,& vno contextu breuitatis gratia refutando
7 contraria inferius adducũtur. ¶ Et primo ex ſola † re-
miſſa etiam de voluntate ipſorum actorum(vt longo
apparatu conati ſunt probare dicti conuenti)facta de
dictis creditis ad ſoluendum ſibi ipſis, dictis Lucia-
no,& Leonardo,non fuerunt ipſi rei conuenti libera-
ti à dictis creditis per eorum literas, præſertim con-
uerſis in contractum cambij, quia licet debitũ in vna
cauſa conuertendo in alium contractum, & aliud de-
bitum,tollatur primum,& ex ſecundo agi poſſit,dum
contractus plus continens,quam primus ineatur, qui
perfici poteſt rei interuentu,aut ſolo conſenſu,aut re-
quiſita re conſiſtente in numero extante, quæ parata
ſit ſolutioni,vt tradit Bar.in d.l.ſingularia col. penul.
num.21.quem ibi Ang.& Sali.& communiter ſcribẽ-
tes ſequũtur,& Doct in l.qui bis, & in l.qui vſumfru-
ctum de verb. oblig. tamen debitum conuerſum in
alium contractum non tollitur, niſi ex modis traditis
in tit. Inſtit.quibus modis tollitur oblig.& propterea
iſta fuit exactio ſummæ commiſſa pro pecuniis ad ra-
tionem valoris Caſt.monetæ contentę in literis cam-
bij,non verò ad rationem librarum,prout erat mone-
ta primi debiti,de qua fuit factum cambium,& talem
monetã ex cambio non ſatisfacto debitam petierunt
actores,cum narrauerint de eorum credito librarum
monetæ Valentiæ, per reos conuentos eorum literis
fuiſſe remiſſos Caſtr. in feria Metinæ Maij, & de his
ſummis eos non fuiſſe realiter ſatisfactos, & iſta de
cauſa petentes reos condẽnari ad dictas ſummas pe-
tẽdo,&c.& prædicta,&c.quæ clauſulæ liberales ſunt,
& extenſis dictionib. &c. ſunt clauſulæ illæ petentes
Ius,& Iuſtitiam fieri, & adminiſtrari ſuper præmiſſis,
&c.omni meliori modo,&c.ex quibus Doct.tradunt
petitiones ſubſtineri ex apta, & competenti actione
eo modo, quo fauorabilius poteſt iuuari intentio
actoris,& poteſt fieri probatio,& ſequi condemnatio
ad iura debita,vt alios allegando ſcribit Iaſ.in §. om-
nium num.147.cum ſequentibus Inſt.de actio. & ali-
bi in locis vulga.habetur, cum maximè in proſequu-
tione cauſæ fuerint per actores exhibitæ dictæ literæ
cambij,& latè diſcuſſum, quod de eis nõ fuit facta ſa-
tisfactio,ad not.in l.ſi quis intentio.ff.de iud. ¶ Secũ-
dò deueniendo tandem ad totum,& principale dubiũ
litis inter prædictas partes agitatum. ſ. an fuerit facta
ſatisfactio,& ſolutio per Lucianum,& Leonardũ de-
bentes ſibi ipſis ſoluere ex mandato in dictis literis
cambij eis dato, ita quod ſcribentes ſint liberati à di-
cto cambio in parte ex pecuniis agentium in ſe ipſis
cambiatis,vt literæ dicunt, & ex proceſſu colligitur:
& quod dicti Lucianus,& Leonar.decocti & rupti(vt
Ianuenſes appellãt) de dictis pecuniis ipſorum acto-
rum reſpectiuè ſint debitores, arguebant rei conuẽti
8 dictã ſolutionem eſſe factam ex eò,quia † ſolutio ſibi
ipſi non fit, niſi per directionem ſcripturæ in libro
ſoluere debentis.l.qui ſine.ff.de nego. geſt. & l. quo-
ties.§.non tantùm de admi.tuto. vt etiam de facto ſic
ſeruari, fecerunt examinari teſtes ſuper titulis proba-
toriis ſecundo loco depoſitis. ¶ Secundò,quod facta
fuit dictæ ſcripturæ directio per dictos Lucianum,&
Leonardum, ſeu eorum agentes in ſcartafacio feriæ,
vbi erat facienda dicta ſolutio,& quòd de ſummis pe-
titis fuit datum creditum ipſis actoribus, vt ex parti-
9 tis dicti ſcartafacij exhibiti apparet,& quod per † ſcri-
pturã in libro illius, qui debẽt ſoluere notatã ad cre-
ditum illius,ad quem ſpectant pecuniæ,probatur etiã
ſolutio,Io.And.in rub.de poſſ.in add.Spec.Ang.in d.
l.ſingularia col.fi.Pau.de Caſt. & Iaſ.in l.ſi cum Feu-
dum.ff.de pact.& Soc.conſ.37.n.19.vol.4. ¶ Tertiò,
quod dicta feria Maij incepit 11.Iunij, & durauit per
totum menſem Iulij,vt eſt à Rege deputatum,& per
totum illud tempus dicti Leonard.& Lucian.fuerunt
ſoluendo,& fecerunt ſolutiones in dicta feria,& ꝙ il-
lud intelligitur tempus in literis aſſignatũ,ibi ſoluatis
termino ſolutionũ, &c.quia aliqui teſtes pro eis exa-

minati dicunt illud tẽpus dictum 50. pro feria à Rege
aſcriptum eſſe pro termino ſolutionum cambiorum:
ergo extra illud tẽpus annotatio, & ſcriptura dictorũ
Luciani, & Leonar. remanſit irreuocabilis, & perfecta
ad creditũ dictorum actorum, & cõtra eam nõ valuit
proteſtatio, præſertim facta à procuratore rupti, qui
poſt rupturã per ſe aut per alium non põt aliquid ge-
rere in præiudicium tertij, vt teſtes dicunt, quinimmo
verius de iure viſum eſt, dictã ſolutionẽ, & ſatisfactio
nem non eſſe factam, quoniam primo præſupponitur
ab vtraque parte pro vero, & firmo in facto, ſic. n. aſ-
ſertione partium producuntur merita cauſarum. l. fi.
10 C. ſi per vim, ꝙ in feriis Caſtellæ † annotationes fa-
ctæ in libris pro literis cambij ſibi ipſis ſoluẽdis poſ-
ſint variari, proteſtari, & contraſcribi, & eſt fundata
talis conſuetudo in ratione optima, quia in literis cã-
bij ſemper apponitur dies, vt ibi termino ſolutionum,
&c. & intelligitur in fine termini. l. eam qui certarũ in
prio. & l. qui hoc anno de verb. oblig. ideo nemo præ-
ſumitur ſoluere ante tempus, quod eſt plus ſoluere. §.
plus Inſt. de actio. & ſic ſuum iactare, quod nemo præ-
ſumitur facere. l. cum indebito. ff. de probat. dicant
quicquid velint in cõtrarium quidam teſtes reorum,
quia loquuntur ex eorum capite, & contra eos ante-
ſtatur tam magna caterua teſtium vtriuſque partis, de
quibus infra. De tempore huiuſmodi variationis, &
contraſcriptionis ſcripturæ ſolummodo vr̃ varietas
inter ipſas partes, & inter teſtes: nã rei conuenti in ti-
tulis tertio loco depoſitis ſentiunt intra biduũ, vel tri-
duum ſolutionũ, feriæ has annotationes poſſe variari,
& proteſtari: hoc dicẽtes ex teſtibus examinatis Ge-
nuæ habent ſuper dictis titulis ſolum Raphaelẽ Im-
perialem, cui ſoli credi Iura non permittunt. l. iur. iur.
C. de teſt. cæteri verò teſtes examinati Genuæ ſecus
dicunt, vt Carolus Lercarius ad titulos ſecũdos ſuper
interrogatorio incipiẽte interrogatus ꝙ Immo mer-
catores, &c. Ibi durante termino ſolutionis cãbiorũ,
Ioannes Franciſcus de Viualdis de Benigaſſio in ter-
mino dictarum ſolutionũ, &c. Nicolaus de Grimal-
dis ſuper totum tẽpus ſolutionum cambiorum, feria-
rum, &c. Io Baptiſta de Grimaldis, ibi aliqui faciebãt
ſimiles proteſtationes, citius, & tardius, ac prout eis
accommodabat, &c. Et ad ſecundos titulus ſuper in-
terrogatorio incipiente interrogati quod annotatio-
nes, ibi ſeu pagamẽta ipſius feriæ in toto facta eſſent,
Raphaël de Viualdis ad ſecundos titulos ſuper inter-
rogat. incipiẽte interrogati ꝙ immo, ibi durante ter-
mino ſolutionum, ex teſtibus examinatis Toleti pro
ipſis reis Io. Baptiſta de Viualdis, ibi (*mentre dura la
detta fera*) & Io. Antonius Pinelus, ibi, *ſalno ſe durante
la detta fera alla fine di eſſa*, Ioan. Angelus Carnieſtulus,
ibi, *ſe durante il termino de la fera*, &c. Baldaſar Lomeli-
nus ibi, *ſe durante il termine della fera*, &c. ex teſtibus
examinatis in Valeoleto, Ludouicus de Lerma, ibi,
(*& alcuna volta durante la fera ſcaſſare, & contra ſcriue-
re*, &c.) Matthæus Belzer, ibi, (*non facendo dipoi proteſto
in contrario dentro da detto termine.*) Et intelligit de
termino ſtatuto à Rege pro feria, ex teſtibus autẽ ip-
ſorum actorum, Alex. Pinelus, Ibi dummodo de ſcri-
ptura abſque aliqua alteratione, contraſcriptione, cã-
cellatione, ſeu proteſtatione vſque finitis negotiis il-
lius feriæ, de qua tractatur, &c. Stefanus de Auria. Ibi
durantibus ſolutionibus poſſit caſſare, & contraſcri-
bere, &c. Rinaldus Strotius, ibi, (*& fin tanto che la fera
ſia del tutto fornita*, &c. Octauianus de Monelia, ibi, (*ſe
non paſſati li pagamenti della fera*. &c.) Baroabas Centu..
ibi, (*dapoi de fatti li ſpacchi, & non inanti.*) & placuit re-
cenſere hæc dicta teſtium, poſtquam de his facta ſunt
magna volumina, vt cognoſcatur in quam partẽ ten-
dat maior pars circa intelligẽtiam dicti tẽporis, quo
poſſit, & ſoleat dicta annotatio variari, contraſcribi,
& proteſtari: ita ꝙ poſtmodum nõ faciat ſolutionem,
videret quidam Lippus quod maior pars dictorũ te-
ſtium etiam in numero valde excedenti, atteſtãtur in-
telligentiam prædicti temporis eſſe, quòd donec du-
rant ſolutiones, & in totum non ſint finitæ, ac expedi-
ta negotia feriæ in totum, tempus eſt variandi, pro-
teſtandi, & contraſcribendi dictas annotationes, cui
maiori teſtium numero eſt credendum. l. 3. §. 1. gl. in
l. ob carmen. ff. de teſt. & c. in noſtra, extra eod. cum
vulg. cum maximè deponant aptiora naturæ ipſorum
negotiorum, d. l. ob carmen, nam in dictis literis dum
11 dicitur † ſoluatis termino ſolutionum cambiorũ pro-
ximæ feriæ, &c. hic eſt paſſus, quem vt alias partes
literarum cambij non declarauit Bal. conſ. 348. factæ
ſunt vol. 1. rei conuenti volunt intelligi de termino
dierum 50. aſſignato pro nundinis à Rege, & finito
vltimo menſis Iulij, aliquos teſtes habẽt examinatos
Valentiæ, & in Valeoleto ſuper interrogationibus
partis aduerſæ ad primos titulos ſimpliciter dicẽtes
talem terminũ intelligi, & ſolutiones debere, & poſſe
fieri quantum durat terminus Feriæ aſſignatus à Re-
ge, & non vltra, & nullam ſcientiæ cauſam aſſignant,
niſi ꝙ ita ſimpliciter dicunt, & iudicant: ideo eis non
eſt credendum ad fauorem eos inducentium. l. ſolã,
& ibi Bald. C. de teſt. cap. teſte 4. q. 3. quia teſtis debet
atteſtari ſuper facto, & non aſſumere partes iudicis, vt
faciunt teſtes, qui in ſimilibus pro reis deponere, vel
melius ferre ſententiam conantur, ꝙ facere non poſ-
ſunt, & redduntur ſuſpecti Bald. conſ. 113. ou. 6. Ayn.
conſ. 133. n. 43. & conſ. 41. n. 4. iudicantes autem iuri
conſonũ eſſe exiſtimauerunt, ſcribentes literas cam-
bij, & earum vigore dantes mandatum ſoluendi ter-
mino ſolutionum cambiorum proximæ feriæ, non in-
tellexiſſe, ac ſe non reſtrinxiſſe ad terminum, & dies
nundinarum, quia dixiſſent termino feriæ, prout di-
citur in l. eam qui certarum. ff. de verb. oblig. ſed in-
tellexiſſe, & debere intelligi de termino, & tempore,
quo ſolum communiter inter mercatores contigerit
cambia, contractus, & expedienda pro illa Feria Maij
anni, &c. fieri, quæ cambia in feria dicti anni commu-
niter, & pro maiori parte fuerunt ſoluta, & expedita,
incipiendo à die 20. & 24. Iulij, & continuando ſem-
per, & durando vſque ad 8. & 10. diem Auguſti, vt oẽs
teſtes pro actoribus examinati ſuper quinto titulo,
eorum titulorum atteſtantur, cauſam ſcientiæ reddẽ-
tes, quia interfuerunt, viderũt, & ſic tale factum, quòd
ſolum requirimus à teſtibus & optimè, & concludẽ-
ter probant Bart. & alij in l. qui teſtã. §. fin. ff. de teſta.
¶ De tempore autem iſto vſque ad 8. & 10. Auguſti
12 debere † intelligi termini de mandatum dictis literis
multitariam oſtenditur. ¶ Primò genitiuus ille proxi-
mæ feriæ appoſitus poſt dictiones illas ſolutionum
cambiorum, ſtat potius demonſtratiuè, & ad intelli-
gentiam, quam diſpoſitiuè, & reſtrictiuè, vt debent in
dubio verba cenſeri appoſita Bar in l. Cent. col. pen.
nu. 29. & ibi ad multas q. tradit Iaſ col. 26. de vulg. &
pupil. Bald conſ. 339. verſ. quæ verba vol. 1. per l. inſu-
lam in fi. ff. de acquir. rer. domi. plenè Rom. conſ. 343.
col. 2. & ſeq. Cor. conſ. 59. litera, dicto vol. 4. & Dec.
conſ. 314. n. 3. ergo demonſtrant gerẽda per homines,
ſeu geſta circa cambia, & ea perſoluenda, non verò
quòd limitentur, ſeu reſtringantur ad tempora ſtatuta
à Principe, pro conſtituendis nundinis, quæ conſti-
tuuntur, vt homines alliciãtur ad eas accedendũ cum
priuilegiis, & franchiſiis, vt in l. 1. C. de nund. de quib.
priuilegiis

Digitized by Google

priuilegiis hic non tractatur: igitur earum tempora non ſunt obſeruanda, quæ non demonſtrant prohiberi continuationem ſolutionum cambiorum ipſis ſinitis fieri pro octo, vel decem dies, donec propriè terminentur vel finiantur, ideo non operantur ſuper eo, ad quod non perſiguntur, vt de termino ad aliquid præfixo dicit Bal. in l. ſi ea col. 1. C. qui accuſa, quia tempora ſicut facta ſemper ſunt permiſſa, niſi expreſsè reperiantur prohibita de temporibus. Bal. conſ. 556. n. 7. vol. 4. Aymo. conſ. 153. n. 4. & conſ. 84. nu. 13. de facto tex. in l. nec non. §. 1. & ibi glo. ff. ex quib. cau. maio. & in ca. 1. de procur. in 6. ¶ Secundò (vt conſtat ex proceſſu) diuerſum eſt initium termini nūdinarum, quod eſt in die 11. Iunij, ab initio ſolutionum cambiorū, quod eſt poſt diem 13. Iulij, quia principium oſtēdit finem ſuum tam formalem, quam temporalē dicit Bal. conſ. 392. locatio propè finem vol. 5. ergo non eſt incon-

13 ueniens diuerſum, & longiorem eſſe finē termini † ſolutionum à termino feriæ, ſicut dicitur diuerſitatem factorum inducere diuerſitatem determinationibus Iuris. Spec. in tit. de aduo. §. nunc tractemus col. 1. Dec. conſ. 579 nu. 6. nam mercatores faciunt ſolutiones cambiorum incipiendo in vltimis diebus feriæ, & continuando expediunt poſtea in diebus octo, vel decem, vnde per extenſionem temporis non fiūt aliæ ſolutiones, ſed continuationes quædam, cum ius non repugnet in ſpecie propoſita, ex quibus continuationibus etiam de duobus dicitur fieri vnum. ¶ Primum tradit Bal. conſ. 327. ad audientiam ſub nu. 3. vol. 3. & Dec. conſ. 392. ¶ Secundum habetur per Gl. in ca. literas de temp. ord. ¶ Ratio connexitatis facit in his eſſe idem iudicium. Iaſ. in l. 1. colum. 1. ver. tu caue de tranſa. Fel. & Dec. in c. tranſlato de conſt. & hoc poſſe, & ſolere fieri. ſ. protogari dictas ſolutiones de conſenſu, & voluntate exactoris, dicit Gregorius Spinoſa teſtis reorum conuentorum examinatus ſuper interrogatoriis, & Io. Baptiſta de Grimaldis examinatus Genuæ pro ipſis reis ad titulos tertios ſuper interrogatoriis, dicit, quod facta durātibus ſolutionibus fieri dicuntur facta in tempore: quæ dicta qualia ſint, vt confeſſiones reorum producentium poſſunt contra eos adduci, Rom. d. conſ. 104. cum aliis ſupra allegatis. ¶ Tertiò, more iuriſtarū, qui ſemper debent ponderare vocabula. Bal. in l. ſi vt proponis de exequu. re. ind. quia in minimo verbo conſiſtit magnus effectus, Paul. de Caſt. in l. fi. §. 1. C. de Indic. vidu. tollen. pon-

14 derando dictionem † termino, eius ethymologia eſt, ſecundum ſignificationem verbi, à quo deriuantur. ſ. termino terminas, quod ponitur pro finire, vt probāt iura adducta per Cor. in conſ. 158. col. 2. verſ. quod, & ſignificat, vol. 1. bonus text. ibi iuncta gl. in verbo terminum in l. diximus. §. 1. in fi. ff. de excu. tuto. vbi terminus alicuius facti dicitur eius terminatio, ſeu expeditio, intelligitur ergo ipſe terminus quando terminantur, & finiuntur ſeu expediuntur ſolutiones cambiorum, quia terminus ſeu tempus alicuius actus eſt, & attribuitur, quo actus huiuſmodi geritur l. 3. §. hæc verba. l. 2. ff. de nego. geſt. ¶ Quartò, dictio ſolutionū indefinita æquipollet vniuerſali & generali l. Iulianus de leg. 3. c. ſolitæ de maio. & obed. & Bart. in l. ſi pluribus in princ. de leg. 2. cum ſimilibus, cum non ſit diuerſa ratio hic, vno vel alio tempore ſolutiones eſſe factas, eo ſaltem modo, quo continuatiuè factæ fuerunt, ſed in negotio vniuerſali, & generali, dato prin-

15 cipio † in tempore debito, & congruo, dum expediatur, & conſumatur, poteſt extendi, & debitum ſortitur effectum finis, etiam extra tempus, quo non potuiſſet dari principium, vt l. nam & Seruus. §. ſi vno. ff. de neg. geſt. & l. ita. §. ſi tutor ff. de admini. tuto. ergo, &c. Nam & ſi alio tempore debent fieri ſolutiones, tamen tempus quo effectualiter fiunt, dicitur etiam tempus ſolutionum. Bar. & Ang. in l. ſuſceptores. C. de ſuſcept. & Anca. lib. 10. tex. & ibi glo. in l. 1. C. de ſolutio. facit tex. in l. Sancimus. C. de nup. & tēpora expeditionis alicuius negotij reſtringuntur, & amplantur prout ipſum negotium durat. l. diuortio. §. quòd in anno, & ibi Doct. ff. ſolut. matr. dicitur quoque tēpus ſolutionum, quo fieri ſolutiones contingunt, probat tex. in l. 1. Ibi non vtique ſolutionum obſeruanda ſunt tempora. ff. qui potio. in pig. habea. vbi propriè Bar. in princ. idem Bart. & Ang. in l. Titius. §. pen. ff. quæ res pigno. oblig. poſſ. dicunt fore inſpiciendum tempus ipſius ſolutionis, & perfectionis obligationis in eo, in cuius poteſtate eſt ſolutionem recipere, vel non recipere: ſicut eſt in caſu noſtro, quo ad commodum, & voluntatem debentis ſoluere durātibus ſolutionibus, vt maior pars teſtium dicunt, poteſt contraſcribi, & caſſari talis annotatio, quam volunt rei facere ſolutionem. ¶ Quintò, quia non oſtenditur certus terminus, quo fieri debeant, & ſoleant ſolutiones cambiorum pro dicta feria Maij Metinę, ſed diuerſimodè incipitur, & finitur per mercatores, vt colligitur ex dictis teſtium, cum in facto, de quo agitur, habeamus eius initium poſt 15. diem Iulij, & finem vſque ad 10. diem Auguſti, ſcimus vtique quando fuerit terminus,

16 & tempus † ſolutionum cambiorum Feriæ Maij anni, &c. de quo tractatur, quia finis rei demonſtrat ipſam rem, l. rem non nouam in fine. C. de Iud. & l. qui res. §. rem autem. ff. de ſolut. vbi habetur liberationē quandoque pendere à futuro euentu. poſtquam tempora ſolutionum dicuntur etiam ea, in quibus de facto fuerunt expeditæ ipſe ſolutiones, vt ſupra probatum eſt: nam omnia verba illius mandati, ſoluatis termino ſolutionū, &c. Intelliguntur cum effectu, vulg. l. pen. §. docere. ff. ne quis, & ſecundum contingentiā caſus, & ſubiectæ materię l. inſulam de præſcrip. verb. & l. ſi imo in prin. ff. loca. & extenduntur ad caſus ſimiles. l. diligenter in prin. ff. mand. Alex. conſ. 34. nu. 2. & propterea cum ſolutiones cambiorum Feriæ dicti anni fuerint factæ diuerſo tempore, & ſic habuerint diuerſum terminum, & tempus à termino Feriæ, & in ordine ſcripturæ dictarum literarum præcedat nominatio ſolutionum, & nominatio proximæ Feriæ ſequatur, quæ poſita eſt ad demonſtrationem vt ſupra, debet quidem attendi tempus, & terminus ſolutionum, & non feriæ, arg. l. ſi communis ſeruus. ff. de ſtipul. ſeruo. ex quibus omnibus concluditur tempus eſſe talis variationis, & proteſtationis contra dictas annotationes ſemper, donec durant dictæ ſolutiones, & in totum non ſunt perfecta, & expedita negotia feriæ: quæ proteſtatio, & variatio multis modis, vt dicitur infra, in caſu noſtro interuenit: igitur dicta annotatio non fecit ſolutionem. ¶ Secundò, principaliter

17 dicendum eſt, quod † annotatio facta in dicto ſcartafacio non oſtendit rem perfectam, ex eo adduxerunt actores quod de dicta ſumma pecuniarum in literis contenta in aſſignatione ad debitum in dicto ſcartafacio adeſt partita Caſtell. N. ad debitum dictorum Benedicti, & Chriſtofori pro Marinis Sibiliæ ſoluēdorum p. quod deſignat dictos Lucianum, & Leonardum velle eam ſoluere ſuper proteſtu faciendo coram notario, vt haberent debitores ipſos Benedictum, & Chriſtoforū, non verò dictos de Sibilia, vt atteſtatur Chriſtoforus Lercarius de domoculta ex teſtibus reorū examinatis Genuæ primo loco, Petrus Franciſcus de Angelinis, & cæteri teſtes reorum dicunt ſemper in interrogato-

riis, quòd deſignat in reliquis dictam annotationem
non facere ſolutionem, donec de dicta partita nõ fiat
protestatio, vel negotia feriæ in totum ſint completa,
& ſic in totum demonſtrare rem gerendam, quia to-
talis liberatio poteſt ſtare in pendenti ex aliquo par-
ticulari facto, ſeu faciendo, l. ſi non ſortem. §. ſi decẽ.
ff. de cond. inde. & l. etiam de ſolut. eſt enim & totum
numerale. Bar. Bal. & Iaſ. in dicta. l. qui vſumfructum,
de verb. oblig. quod præſertim reſpectu mãdati, cuius
adimpletio eſt indiuidua, ſi non eſt in totum comple-
tum non videtur impletum mandatum. l. diligẽter. ff.
manda. c. cum dilecta, de reſcrip. dici poteſt proteſta-
tionem prædictam non eſſe factam, cum facta non
præſumantur, & dicitur quid nõ factum, eo ipſo quod
non probatur contrarium, l. ſuper in principio. C. qui
mil. non poſſ. libro 10. glo. Bart. & text. in l. 1. C. de te-
ſtat. milit. quod etiam demonſtrat non fuiſſe ſeruatũ
ordinem traditum per ſcribentes dictas literas, vt de-
bet ſeruari ad oſtendendum ſolutionem ſibi ipſi eſſe
factam, vt ferè omnes teſtes reorum dicunt. Ideo rei
conuenti fundantes ſe ſuper ſolutione ſibi ipſis facta
per annotationem in libris, vt oſtendatur, etiam ob-
18 ſeruatio † ordinis dati per ſcribentem, debent proba-
re dictum ordinem adunguem fuiſſe ſeruatum, quia
fundans ſuper facto, vt ſibi factum tale raſit probare
debet omnes eius qualitates, Pau. de Caſt. conſ. 22. in
fin. in 1. parte Paris conſ. 17. nu. 28. vol. 1. maximè in
reſpicientibus obſeruationes ordinis, & mandati da-
ti, quod non dicitur ſeruatum, vbi qualitates etiam in
minimo conſiſtentes deficiant, vt plenè addũt, Paris.
conſ. 47. num. 42. cum ſeq. d. vol. 1. & in terminis, vbi
formiter non eſt ſeruatum mandatum per debitorem
delegatum, delegans non eſt liberatus à ſuo creditore
ſecundùm communem opinionem Doctorum relatã
per Hier. Cagnol. in d. l. ſingularia, num. 16. Præterea
19 tales annotationes † in dictis feriis fiunt ad memoriã
eorum, quæ ſunt expedienda in feria potius, quàm ꝙ
obligent, hoc habetur à teſtibus reorum: ergo magis
contra eos probant, vt Nicolaus de Grimaldis ſuper
interrogatoriis ad ſecundos titulos reorum ſuper ſe-
ptimo interrogatorio incipiente, item ꝙ annotatio-
nes, &c. Raphaël de Viualdis, Io. Baptiſta de Grimal-
dis d. vno interrogatorio prædicta deponunt, & habe-
tur ex eo ꝙ dictæ annotationes durantibus ſolutioni-
bus cambiorum, & eis in totum non completis, poſ-
ſunt variari, & contraſcribi, vt ſuperius latè probatum
eſt, ꝙ ſecus eſſet ſi rem perfectam illicò facerent. l. ſi-
cut. C. de actio. & oblig. & l. 3. de reſcin. vend. cum ſi-
20 milibus, quo caſu tales notæ per † viam memoriæ, &
arecordij factæ nõ ſolùm ſolutionem, ſed etiam pro-
miſſionem, ſeu nouationem non inducunt, vt in ter-
minis dicit Soc. cõſ. 267. circa finem vol. 2. cuius de-
clarationem notabilem eſſe dicit Purpur. in d. l. ſin-
gularia, n. 88. hoc eſt, quòd Ang. in d. l. ſingularia col.
fin. & Alex. conſ. 16. nu. 2. vol. 3. dicunt, ſi campſor di-
cat, vel aſſentiat ſe ſoluturum, & ſic oſtendendo rem
21 gerendã, nõ † ſequitur liberatio primi debitoris man-
dantis, & campſore interim effecto decocto datur re-
greſſus cõtra dictum primum debitorem, ibi per eos
poſt Bart. in d. l. ſingularia, Non obſtat quod ſcriptu-
ra dicat recepimus, &c. per verbum præteriti tẽporis
perfecti, quia ſcriptura eſt vnum, & aliud ſenſus eius,
Bal. conſ. 400. circa finem vol. 5. & notum eſt, ſenſum
& mentem præferri ſcripturæ, & eius verbis, l. 3. C. de
liber. præter. cũ vulg. actus enim ſtat in pendenti etiã
ſub intellectu tacitæ conditionis. l. omnia, & ibi Bal.
& Bar. & alij. ff. ſi cer. pet. & ſcriptura ſi non ſignificat
quòd diſponens ſenſit, dicitur imperfecta, gloſ. in l.
compater. §. cum imperfecta, de legat. 2. ¶ Tertiò, in
dictis literis ſoluatis Caſtellanos N. vbi in ordinatio-
ne cũ verbo ſoluo admiſcetur numerus pecuniarum,
requiritur naturalis ſolutio rei adiunctæ ipſi verbo
ſolue, Barr. in l. ſolutionis. ff. de ſolut. Barb. inter conſ.
Alex. conſ. 94. col. fin. volum. 3. Paul. de Caſtr. conſil.
228. col. 2. in princ. in ſecunda parte. vnde omnes te-
ſtes reorum examinati Genuæ ad quartos titulos ſu-
per illo interrogatorio, interrogati quòd ille, qui fe-
cit literas, &c. dicunt, facientem ipſas literas nũquam
remanere liberatum, niſi literæ ſint realiter ſolutæ:
Ideo ex mandato de ſoluendo non ſufficit promiſſio.
Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. in d. l. vſufructum. Mar. ſing.
265. & moder. in d. l. ſingularia per legem ſi debito-
rem, & ibi Paul. de Caſtr. & in l. delegati. ff. de nota.
Idem dicendum videtur de aſcriptione crediti facta
in libro, quæ demum non operatur contra eum, ad
quem ſpectat pecunia ſoluenda, niſi eo ratificante, vt
ſonant verba in dicta Rub. de depo. ¶ Et ſi ſolutio ſi-
22 bi ipſi † non fit, niſi per directionem ſcripturæ in li-
bris, hoc poteſt eſſe verum reſpectu mandantis ſolue-
re, & ipſius ſoluere debentis, non verò illius, ad quem
ſpectat remiſſa: maximè quando pecunia penes dictũ
debentem ſoluere non eſt ſolutioni parata, ad not. in
d. l. ſingularia, quia domini pecuniarum contentãtur
per ſuum debitorem ſuas remitti pecunias alij per-
ſoluendas, vt ſibi poſtmodum ſoluantur, & non aliter,
ſecundum Sali. in l. ſi filius familiàs propè finem. ff. ad
Macedo. ſolutio enim abſque pec. non fit, niſi per ac-
ceptilationem. l. ſi accepto latum. §. 1. de accep. quam
ſibi fieri ita abſque pecunia actores noluerunt, ſed
quòd dato eis credito dicti Lucianus, & Leonardus
eas remitterent vel ipſis de Valentia, vel ſuis Spinulis
de Bezenſono, vel Lugduno, vt habetur de pecuniis
dicti Iacobi in ſuis literis ſcriptis dictis Luciano, &
Leonardo ſub die 27. Iunij anni, &c. exhibitis per ip-
ſos reos, non ſatis eſt ergo pro dictis actoribus quòd
dicti Lucianus, & Leonardus ſe feciſſent eorum de-
bitores, quia non ſic dicitur dare, ſed facere verbo
ſolo, & vbi eſt opus facto, verba non ſufficiunt, not.
Ang. in l. peculium in princip. ff. de pecun. non libera-
runt etiam ſcribentes, quia non ſeruarunt mandatum
dicti Iacobi in dictis literis datum, per not. in dicta
l. ſi debitorem, hoc ex abundanti reſpectu dicti Iaco-
bi ſit dictum, ceſſat enim ſolutio, & exactio à ſe ipſo,
23 quando ſoluere, & exigere debens caret † pecunia,
l. diuortio. & ibi Paul. de Caſtr. & Bald. in l. cum
actum in 6. not. per l. at qui natura in princip. ff. de ne-
got. geſt. quòd ergo dicta annotatio tempore feriæ
elapſo inducat ſolutionem in eo, quod non habet
pecuniam, eſt inducere fictionem ſuper impoſſibile,
l. Gallus. §. ille caſus de liber. & poſt. l. qui ad certum.
ff. loca l. quotiens. ff. de noua cum ſimul. ¶ Quartò,
dicta annotatio poſtquàm variari, cõtraſcribi, & pro-
teſtari contra eam durantibus ſolutionibus cambio-
rum, & in totum ois non expeditis, & caſſari poteſt,
vt ſupra latè probatum eſt, durantibus quidem di-
ctis ſolutionibus, ac earum termino, ſecundùm de-
clarationem ſuperius factam, multis modis dicitur
variata, & reuocata, caſſa, & proteſtata: nam di-
ctus Leonard. videns non poſſe complere ſua debita
illius feriæ ante diem 3. Auguſti, & ſic durantibus
dictis ſolutionibus, quæ durauerunt vſque ad 8. &
10. Auguſti, vt latè probatum eſt in proceſſu, re-
ſtituit maximam quantitatem pecuniarum illis, à
quibus acceperat in dicta feria, pro finiendis ſuis
negotiis,

negotiis, vt clariſſimè teſtes vtrinſq; partis probant: & ſi de facto caſſauit partitas, quibus ſe fecerat debitorem actualiter recipiendo pecunias, eò magis di-
24 citur † caſſaſſe partitas, quibus verbis, & ſola Scriptura ſe debitorem fecerat, prout eſt illa, de qua agitur, & valet argumentum à maiori, Auct. multò magis. C. de Sacro Sanct. Eccl. & glo. & Doct. c. cum in cūctis de elect. & qui omnes pecunias reſtituit, ſignū eſt, ꝙ non vult ſoluere aliis creditoribus, arg l. omnes §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred. & iſta eſt caſſatio, quam de facto facit, & de facto declarauit animum ſuum nō eſſe ſoluendi alias partitas in ſeipſo, nam ſi exactam ab aliis, ne eorum debitor ruptus remaneret, actualiter reſtituit, præſumitur reſtituiſſe pariter ſibi ipſi, ſi aliquid à ſe ipſo exegerat, quòd non liquet, ne ſimiliter remaneret debitor ruptus eorum, ad quos ſpectabant remiſſæ: quia ꝙ quis facit in alijs, debet facere in ſua perſona, tex. & glo. in l. ſi negotia. ff. manda. eadem eſt ratio, ergo, &c. plus autem eſt facto, quam verbis aliquid oſtendere, Iura allegat, & dicit Dec. conſil. 583. nu. 5. declarauit ante eius receſſum ꝙ fuit in die 3. Auguſti, etiam verbo, quādo cōmiſit, & ordinauit Chriſtoforo Lercario de domoculta eius negotiorum geſtori, vt latè dicunt omnes teſtes, quòd fierent proteſtus omnibus literis cambij directis ſibi ipſis Luciano, & Leonardo pro ſoluendis, inter quas aderāt literæ, de quibus agitur, vt deponunt ipſe Chriſtoforus, & Nicolaus Grillus ſuper ſecundo titulo titulorum agentiū, dicēte ipſo Leonar. qui abſente Luciano expendebat ſuum, & dicti Luciani nomen, *poi che la mia cattiua ſorte vole, che non poſſa cōpire in queſta fera per mancamento di credito, voglio che coloro, che ſono mei creditori il reſtino, & non ſare mei creditori coloro, che non ſono, &c.* vt deponit dictus Chriſtofo. qui, & dictus Nicolaus, vt examinati etiā pro reis ſunt per eos approbati, quo ad eorum perſonas. l. ſi quis. C. de teſt. Bald. conſ. 243. nu. 10. vol. 3. & in l. data opera n. 47. qui teſtes duo probant dictam declarationem. l. vbi numerus. ff. de teſt. ex qua habetur declaratio intentionis dicti Leon. ꝙ annotationes factæ de literis cambiorum ſibi ipſis ſoluendorum non facerent ſolutiones, neq; haberentur pro ſolutis, quia proteſtationes faciendæ cōtra dictas literas per eum commiſſæ de directo tendunt ad hunc effectum, quis. n. vnum mandat re. l ad rem, & l. ad lega. ff. de procura. & ſtatur declarationi ſcribentis, qualiter intellexerit ſcripturam in ſuo libro abſq; præſentia, & conſenſu alterius partis, tradit Paul. de Caſt. conſ. 331. col. 2. ver. reſpondeo in prima parte, qui melius ſcit, & poteſt ſuam intentionem declarare. l. in conuentionalibus de ver. obli. notat Bal. in l. ex facto in prin. de vulg & pup. Abb. in c. cum olim col. 1. de arbitr. Soc. in conſ. 97. num. 21. vol. 4. probant etiam dictum mandatum, ꝙ ſolum per eum, cui factum eſt, probaretur Alex. conſ. 43. vol. 7. & clarius in conſ. 88. col. penu. verſ. præterea etiā vol. 5. Rui. conſ. 105. num. 3. vol. 4. eo magis, talis probatio eſt valida, cum ſit conteſtis ad eam dictus Nicol. Grillus. vt in terminis tradit Ruin. conſ. 65. ſub nu. 7. verſ. 2. quia, vol. 6. & conſ. 59. nu. 6. vol. 1. Ideo dictus Chriſtoforus, vt procurator die 4. Auguſti: durantibus dictis ſolutionibus, vt ſuperius demōſtratum eſt, potuit proteſtari, pro vt fecit contra dictas literas, vt de proteſtu legitimè cōſtat, quia procurator ſine dubio poteſt proteſtari Fel. in cap. cum M. col. 2. verſic. 7. concluſio, de conſtitu. poſt Bar. in l. non ſolum. §. morte de nou. oper. nun. cum actus huiuſmodi ſolutionis dependeat à ſola voluntate ſoluentis poteſt dici quam primum factum fuerit per Leonar. dictum
25 mandatum de † proteſtando intelligi proteſtationē eſſe factam, per not. per glo. & doct. in l. Paulus ff. de acquir. hæred. eò magis cum poſtmodum ſecuta fuerit dicta proteſtatio coram notario, & teſtibus. Non
26 obſtat quòd in ea eſſent incerta † cauſa non vera: quia in dependentibus à ſola voluntate proteſtantis in declaratoriis nō requiritur cauſa, ſed ſtat pro ratione voluntas, ſecundum Bart. in d. §. morte col. 3. per l. quia potuit ad Treb. vnde ſi inferatur cauſa non vera non vitiat, argu. l. 1. §. 2. de rei vxor. actio. cum ſimil. adductis per Fel. in c. examinata col. 7. de iudi. quia cauſam ipſe Leona. aptam, & iuſtam allegauit, quādo fecit dictum mandatum, & per conſequens proteſtationem, quia nolebat facere ſuos creditores, qui non erant. Non obſtat etiam ꝙ per rupturam impediatur procurator rupti, & eius principalis ad faciendum aliquid, vt aliqui teſtes dicū, quibus in hoc, ꝙ eſt Iuris, nō eſt credēdū Bal. in l. ſolam col. 1 C. de teſt. cum ſimilibus, declarando autem mentē ſuam in prędictis poteſt dici nihil de nouo facere, per l hęredes. § quòd verò, & ibi Doct. ff. de teſt. c. ſuper quæſtione in prin. & Abb. not. ibi de offic. delega. & Iaſ. in l. quod iuſſit col. 1. ver. 3 amplia. ff. de re. iud. & quia dicti Lucianus, & Leonar. debentes ſibi ipſis ſoluere duplici perſona fungebantur, & debitoris, & creditoris, quia ſui ipſius abſolutè quis non poteſt eſſe debitor l. equidem de lega. 1. quia contraria non poſſunt in eodem ſubiecto eſſe, vt notat Bald. in l. ſi vxor. C. de bon. auct. Iud. poſſ. ſed diuerſis reſpectib. & quia debet ſoluere vt vnus, & recipere vt alius, vt declarat Bart. in l. & in fine. ff. de ſtip. ſeruo. & poteſt hoc fieri, quando neceſſitas præcedentis contractus ſic fieri requirit, vt con-
27 tractus † cambij hæc præcedēs ſic requirebat, in quo notum eſt ꝙ quatuor perſonæ ad complendum eum interuenire debēt, vna dans, & altera accipiēs ad cambium, vt de vno loco ſcribentes, & in alio loco altera recipiens literas, & ſoluere debens, & altera exigens pecunias cambiatas, & tractas, Bal. in conſ. 348. vol. 1. ita propriè diuerſis reſpectibus vna perſona poteſt fingi vice duarum, ex neceſſitate præcedentis cōtractus, in caſu propoſito, in quo pecunię, de quibus agitur, ſpectabāt actoribus: ergo reſpectu exactionis dicti Lucianus, & Leonardus fungentes perſonis actorum erant eorum procuratores, qui ita appellabātur, qui ſuper adiecti ſolutioni pecuniarū ſpectantiū aliis ex mandato in literis inuncto, Pau. de Caſt. in l. vero procuratori in princip. ff. de ſolut. glo. & doct. in l. Iulianus §. 1. de verb. obl. & in terminis Bal. in d. cōſi. 348. col. fi. & dicit D. Sag. Ianuen. in ſua add. ad Bald. in l. qui negotia col. 2. ff. manda. certè ſi cum debitor meus tibi dat, tu pręſentas perſonam meam tanquam procurator, vnde Bal. in l. in plurium. ff. de acq. hære. dicit, ꝙ ordo, qui eſt in diuerſis perſonis, eſt in eadem perſona, in qua cōcurrūt diuerſa Iura. & Iaſ. in d l. ſingularia col. 2. verſ. nota etiam, dicit, quòd quando plura iura concurrunt in vna perſona, perinde eſt ac ſi eſſent duæ perſonæ, & clarius dicit Signo. conſil. 64. numero 22. quòd repræſentans perſonam alicuius perinde eſt ac ſi ille eſſet. igitur geſta per dictū Leonar. in concernentibus cōmodum dictorum actorum ſi ex perſona ſua non valerent, valere debent ex poteſtate perſonarum actorum, à quibus validè poterant fieri per ea, quæ ſcribit Abb. in c. niſi nume. 4. de præben. & Signo. conſi. 90. num. 35. cum ſequentibus, facit text. in cap. qui ſicut de elect. & in l. 3. ff. de milita. teſtam. & per Alexan. in l ſi ſeruus. §. ſi numerus de lega. 1. & non refert an dicatur ſe facere, vt talem, vel talem Abba. in capitulo cauſam quæ, num. 10.

de iudi.actus pro fallito factus valet, & ſuſtinetur ex
nomine permiſſo quo valere poteſt, Bald.conſil.88.
volumine 1. Nam ſat eſt quòd actus valeat aliquo-
modo.licèt non omni Pariſ. conſil. 110.nu.58.volu.
1.& præſumptio validitatis actus præualet alijs præ-
ſumptionibus Dec.in l.poſtquam liti nume. a 3.C.de
pact. & in l. in contrahenda numero 6. de regul.iur.
cum vulg. non poſſunt prædicta impugnare rei con-
uenti, quòd non valeant, nec potuerint prædicta in
præiudicium eorum fieri, quin vt prætenſæ annota-
tiones dicantur conſumaſſe effectum ſolutionis, re-
quiratur quòd ſint finitæ,& perfectæ ſolutiones cam-
biorum feriæ, vt ſuperius probatum eſt in primo fun-
damento:ergo Ius non erat quæſitum eſt actu ſuſpen-
ſo,& conditionali, & imperfecto, l.ſedere diem de
verbo.ſignific.l.ſed & ſi quis.§.1 ff de vſufruct.l.ſi ita
ſcriptum.§.1.de legat 2. à quo per ſecundum recedi-
tur.l cum plures.§ legem.ff.loca.clemen.numer.40.
& in dependen à voluntate vnius ſua voluntate ceſ-
ſante impeditur natiuitas actionis, vel fingitur, non
apta actio,Barto.& Doct.in l.Pomp.ff.de nego.geſt.
Præterea per fundamentum dictorum Luciani, &
Leonard. & eorum impotentiam ad complendum
ſua negotia in dicta feria in vltimo feriæ, quando ſo-
lutiones fuiſſent perficiendæ, intelligebatur reuoca-
28 tu † mandatum exigendi quòd dicebatur habere ab
actoribus l.cum quis,& ibi Paul.de Caſt.ff.de ſolu.&
l.rogaſti.§.ſi fugitiuus,& ibi doct.ff.ſi cer.pet.& Pa-
riſ.conſ.96.nu.25.vol.3.quo ceſſante non poteſt exi-
gi pecunia aliena,l.naturali.§ ſed ſi facto de preſcrip.
verb. intelligebatur etiam reuocata, ſi qua voluntas
ipſi Leonardo exigendi à principio fuiſſet dictas pe-
cunias vt not.declarat.Alex.in tractatu de præſumpt.
reg. & præſumpt.15. numer.5. vbi dicit aut ſumus in
actu dependenti à voluntate vnius,vt erat hic,facien-
di ſolutionem vel ne: & tunc ſi res incidat in caſum,
in quem veriſimile ſit diſponentem alias diſpoſitu-
rum, vt veriſimilitudo, & veritas hic erat, cenſetur
mutata voluntas,vt ibi per eum:intelligitur etiam di-
ctam partitam non facere ſolutionem, quam non fa-
cit ſi facta ſit proteſtatio (*ò fallimento, ò rompimento di
quello, che dice la cedula*) vt dicit Io. Antonius Pinellus
teſtis pro Gentilibus examinatus in Valcoleto, hoc
dictum eſt verum de ſure,& per Dec.in §.ſi fugitiuus
nu.5.vbi arguit idem eſſe in mutatione ſtatus mãdan-
tis, & nos ex dicto iſtius teſtis, & diſpoſitione iuris
arguamus, idem eſſe dictam partitam non facere ſo-
lutionem ob fallimentum debentis ſoluere, & man-
datum habentis, prout è conuerſo ibi Dec.arguit,in
mandante, & dictus teſtis deponit, & idem Carolus
Lerca examinatus Genuæ ſuper primo titulo quat-
torum ibi, & etiam ſi non eſſent deterioratæ condi-
tionis,idem expreſsè dicit Stephanus de Auria, quòd
ſi aliquis eſt ruptus ante expeditionem feriæ tenet
29 quòd annotationes † factæ per eum ſint nullæ, & ſic
omnes actus, ſed non tanti fecimus de dictis horum
teſtium abſque redditione cauſæ ſui dicti, quanti fe-
cimus de ſimplicib. dictis teſtium reorum in facien-
tibus contra eos fatentes ea, per eorum productio-
nem,Rom.dicto conſil.104.in fine, vt latius infra di-
cetur, hoc reperitur indiſtinctè dictum,& indiſtinctè
debet intelligi,accedat prędictis,quod dictę annota-
tiones conditionem tacitam habent faciendi ſolutio-
nem,ſi durantibus expeditionibus cambiorum,& eo-
rum ſolutionum termino nõ fuerint variatæ, contra-
ſcriptæ,ſeu proteſtatę,earũ perfectio eſt pecunia,ſine
qua nõ fit ſolutio realis,Bart.in d.l.ſolutionis ieſt etiã
perſona ſoluere debens,quæ ſi tunc reperiretur inopa
non perfectio ſed imperfectio, & vanitas actionis
eſſent, iuxta illud inanis eſt actio & capitu.cùm ergo
tempore perfectionis non reperitur pecunia neque
perſona,quia fallitum, & mortuum æquiparant quaſi
omnes teſtes examinati dictæ annotationes non fa-
ciunt ſolutiones argum.l. poſtquam in princip.ff. de
leg.no.capit.& nota.per Paul. de Caſtr.in l.1.§.idem
Pomp.ff.de poſi.& l. quoties in princ.ff.de nouo.vbi
Bartol.Ioan de Imo.& Paul.de Caſtr. notant ſi tem-
pore exiſtentis conditionis deficiant extrema habi-
lia,res deducta in ſtipulatione, & perſona,quæ poſſit
obligari,& quòd veniat conditio, altero iſtorum de-
ficiente non poteſt fieri nouatio, quæ etiam pro ſo-
lutione habetur, cum tollat obligationem.§. præte-
reà Inſti.quibus mod. tol.oblig. & iſta ſi rectè intue-
antur ſatis ponunt ſecurim ad radicem noſtræ quæ-
ſtionis ¶ Quinto,& ſi deberet attendi ipſum tempus
feriæ per totum menſem Iulij, quòd in caſu, de quo
tractatur,neſandum videtur per dicta ſuperius in fun-
damento,à quibus vt veris,cum omnia conſonent ra-
tioni, non potuerunt rei conuenti ſe retinere, quin
tempus extra dictum menſem Iulij denotauerint eſſe
adhuc feriam durare,cum in 5.titulorum primo loco
depoſitorum dicant, Leonardum die 3.Auguſti dicti
anni receſſiſſe ex dicta feria, &c. ſi talis intelligentia
in eorum mentem non confluiſſet, potuiſſent, & de-
buiſſent dicere receſſit ea Metina,qui eſt locus ferię,
quæ ideo non ſemper ſit,non dicit venio ex feria Me-
tinæ,ſed ea loco Metinæ pro vt aliqui teſtes, qui hæc
habuerunt prius à Benedicto, prædicta cognoſcen-
tes,& ſtudentes, fauere inducentibus, dixerunt, Lu-
cianum diſcedere ex dicta feria, ſeu ex loco Metinæ,
& alij non ſic ſtudentes dixerunt ex feria: his ſtanti-
bus cæteri debet concordari cum aſſertione partis
Bart.& alij in l.2.§ creditum.ff. ſi cert.pet.talis intel-
ligentia eſt conſona rationi, qua homines appellant
30 feriam reſpicientes potius concurſus, & † negotia-
tiones hominum,& mercatores,quam tempus priui-
legiatum pro feria, quæ negotiationes faciunt mer-
catũ,& feriam.l.1.C.de nondi.& verba ſunt intellig ẽ-
da ſimpliciter,& non ſecundum quid,& cum effectu,
& ſecundum materiam rerum, & perſonarum ſubie-
ctam.Iura ſunt nota, & vulga.etenim in ſuperfluis nõ
libet implere folium.exinde tollitur leuis coniectura
per eos quandoque elicita,ex literis actorum,vbi di-
xerunt ſe contentari eorum pecunias remitti Lucia-
no,& Leonardo in feria Maij, quia intelligebant de
31 † feria prout ipſi Lucianus, & Leonar.& cæteri mer-
catores exercere ſolẽt,ſic appellatur feria Maij,& ta-
men incipit in menſe Iulij, & homines donec eorum
negocia peficerẽt,eam perdurare faciũt, ſic tũc eue-
nit vſq; ad 8.& 10.Auguſti,& ſic nullũ fieri poteſt va-
lidum argumentũ ea nomine ipſius feriæ, niſi quantũ
in facto, & eo tempore quo perſequuta demõſtrabi-
tur,cũ non tractetur de aliquo eius priuilegio, ſed de
factis hominũ,prout proceſſerint per alleg.ſuperius.
ſed reuertamur ad rem, & ſi attẽderemus tẽpus feriæ
per totũ menſem Iulij, nihilominus cũ dictus Leona.
ante diẽ tertiã Auguſti nõ valens cõplere negocia ſua
reſtituerit oẽs pecunias illis, à quib. acceperat cãbio,
& ordinauerit fieri proteſtationes contra omnes li-
teras pro remiſſis ſibi ipſis perſoluendis, & ſic falli-
tum demõſtrauerit, & abierit occultè, dictæ annota-
tiones perſupra oſtenſa,variatæ, mutatæ,proteſtatæ,
& annullatæ, dicuntur in tempore proprio ipſius fe-
riæ,quia par eſt, & ſufficit fieri aliquid certo tempo-
32 re, vel poſt † incontinenti gloſſ.in l. Pompon.§.ra-
tihabitiones.ff. de procura Bald.in l.1. C. de oper.li-
bert.

bert.Iaſ.in l.diuortio in princ.colum.2.in 4.nota ſolut matri. incootinenti autem fieri dicitur intra triduum l.fin.de erro.aduoca. Bald.conſil.250.num.7. volumine 1. licèt diuerſimodè dicatur aliquid fieri incootinenti, vt per Firma in ſuo repert. tamen verius eſt quod in caſibus, a Iure non determinatis ſtatur arbitrio Iudicis, l.ſi ita quis promiſerit.§. fin.de verbor.obligat.& l.1.in fine de Iure deliber. Abb.in capitulo 1. columna 7.numer.15. de mur.pet. Iudex verò non iniquè faciet ſequi Imperatorem in d.l. fin. de erro.aduo. & in l.fin. verſiculo illicò autem C. de Iudic. arbitra. triduum eſſe de incontinenti, vt frequentius,& in pluribus caſibus arbitratur, de quibus poſt alios ſcribit Iaſ.in l.electa columna 13. ſi cert. pet.pręſertim in non momento expediendis,ſed ſucceſſiuo tempore durantibus,quoniam quod fit in negotio durante, dicitur fieri iucootinenti Bartol.in l. quia negotia.ff. mandar.& in l. contractus.C.de fide inſtr.& procliuiores eſſe debemus ad permiſſiones, vbi lex expreſsè non prohibeat, dicta l.nec non § 1. ex quib. cauſ.maio. & ad validitates actuum.l. quoticos de reb.dub.cum vulg. Teſtibus aliquorum reorum dicentibus non poſſe fieri proteſtationem per dictum menſem Iulij, non eſt credendum, quia deponunt, quæ ſunt Iuris, & non facti, de quibus non poſſunt teſtificari dicto capitulo teſtis.4.quæſtio.3. cum ſimilibus allegatis per Socin. conſilio 42. columna 2. volumine 1. cum in facto appareat contra reum.5. proteſtationes eſſe factas extra dictum menſem Iulij, vt aliqui teſtes dicunt: vana eſt differentia
33 de negotijs † cum tertiis, & cum ſe ipſo, & cum alijs dicta l.ſi negotia.ff.manda.Ange.in l.ſed ſi damnum. §.1.de pecul. Sexto dicti rei conuenti in ſuis deductis, & probatiuoibus factis in concernentibus noſtram quæſtionem ſemper ſteterunt in generalibus conſuetudinibus,& ſtyllis probandis,quas conſuetudines legitimè non probarunt, vt per dictos aduocatos actorum plenè allegatum fuit,& nunquam deuenerunt ad ſpecialitatem, & indiuiduum probandi partitas, de quibus agitur eſſe vel dici ſolutas, & ita eſſe talem conſuetudinem perſonarum, de quibus agitur, vt videri poteſt in quatuor ſcripturis titulorum per eos depoſitorum, niſi quòd in ſeptimo titulo primorum titulorum articulant de literatura, & ſubſcriptione partitarum exhibitarum, & in ſecundo titulo quartorum, de eredito per Lucianum,& Leonardum in eorum libris dato.p.dictis actoribus de ſummis petitis, non verò quòd iſta ſpecialiter in indiuiduo faciant ſolutiones, vel probent: quinimo ab eiſdem reis habemus in hoc ſpecialem probationem in contrarium: nam Criſtoforus Lercarius per eos examinatus in Valcoleto ſuper 8. titulo ad vigeſimam ſecundam poſitionem, ſeu interrogationem actorum, (*dice che ſono contraſcritte in li detti libri le partite, che non ſi riſcoſſero, ne pagorno, & che forno contraſcritte in Valledcolo poi de 28. di Settemb. del detto anno &c. per queſto che depone. perche con lo commiſſe la Giuſtitia à richieſta di Nicolo d'Oria.*) Item ad quartam poſitionem ſeu interrogationem quarti tituli, (*dice che tutte le partite, che li detti Benedetto, è Criſtoforo ſtetteno à pagare nella detta fera alli detti Luciano, & Leonard. non furno pagate, ſe non parte di eſſe, & che non ſi raccorda quali laſciorno di pagare.*) Ecce quomodo ipſe teſtis expreſsè, & ſpecialiter concludendo atteſtatur, noſtras partitas, de quibus agimus, non fuiſſe ſolutas, nec exactas, cum dicat primò fuiſſe contraſcriptas partitas, quæ non fuerunt exactæ, nec ſolutæ, & poſtmodùm dicat non fuiſſe ſolutas omnes partitas per dictos reos conuentos tractas ipſis Luciano,& Leonard. ad ſoluendum, & in libro ſeu ſcartaſacio dictorum, Lucia.& Leonardi in iudicio exhibito apparet partitas noſtras, de quibus eſt lis fuiſſe contraſcriptas: ergo non ſolutas, idem in effectu dicit ſuper dictis titulis, & poſitionibus, ſeu interrogatorijs Io. Baptiſta Grillus, licèt addat de partitis exigendis à reiuis perſonis, ſpecialiter tamen, cum dicat apparere dictas contraſcriptiones per Criſtoforum Lercarium, ſic referre ſe videtur ad eas, quæ continent, vt dictum eſt, partitas noſtras, nó refert quando dicant fuiſſe contraſcriptas, ſed oobis ſatis viſa ſunt dicta eorum in hoc, quòd partitæ contraſcriptæ non fuerunt ſolutæ, ſi enim ſolutæ non dicebantur tempore contraſcriptionis, eò minus in præteritum dici poſſunt ſolutæ, ad quod tẽpus præteritum etiam dicti teſtes ſe referunt (*non ſe riſcoſſero. & non furno riſcoſſe*, &c.) quæ atteſtationes per reos fuerunt habitæ ex partibus, pro quibus fuerunt conceſſæ dilationes, ideo fuerunt cum alijs atteſtationibus per eos exhibitis productæ in iudicio die 25. Februarij, &c. per quas exhibitiones ipſi rei fatentur contenta in dictis atteſtationibus, etiam nullam ſcientiæ cauſam reddentibus, ſed ſimpliciter ſic dicentibus, etiam de credulitate, vt ex ipſis firmat Rom. in dict. conſilio tu 4. patet Ren. per tot.& Ang. refert Iaſ. in rub. in colum. penult. verſiculo 6. notabiliter ff de Iur. iur.& Socin. iun. conſilio 69. numero 2. cum ſequentibus volumine 1. vt ſupra allegatum fuit, etiam ſi vnus teſtis eſſet ſic productus dicens ad fauorem alterius partis, vt per Soc. ibi numero 14. & tantò magis quòd dictus Criſtoforus circa dictam contraſcriptionem atteſtatur de facto proprio, & de mandato Iuſtitiæ, cui ſoli etiam crederetur, poſt alios tradit Ruin. conſil. 59. numero 6. volumine 1 quod vlterius ſi de mandato Iuſtitiæ fuerint factæ dictæ contraſcriptiones, præſumuntur ritè,& rectè factæ, ad not. in capitulo quoniam cont. de probatio & hoc dictum per dictam productionem approbatum videtur, vt dicitur a parte producente ſic confitente illud eſſe verum, per Glo. in l. cum precum.C. de liber. capitulo vt adducunt Rom. Iaſ. & Soc. ad idem Pariſ. coofilio 23. numero 1. vo. 4.& Io. de Amicis conſilio 61. columna 2. ſic vt dicitur de producente Inſtrumentum Bartol. Bald.& alij in l. 1.§. editiones ff. de eden. & Canon. in capitulo cum olim de cenſi idem dicendum videtur de ſcriptura atteſtationum, capitulo in exercendis de teſt. quæ ſcriptura teſtium æquiparatur Inſtr. Ang. Alex.& Doctor. in l. fina. de edict. diui Adriani tollend. Alexan. conſilio 93. in fin. volumine 6. Marſ. in ſingu. 484 tanta videtur dicta confeſſio ex productione ſcripturæ inducta, vt contra de errore non admittatur probatio in contrarium Imol. & alij in capitul. cum venerabilis, de except. Iaſ. in dict. §. editiones columna 2. verſiculo 3. cooclusio, adeo quòd etiam non attendatur proteſtatio illa in facientibus pro ſe tantum, &c. Et pro vt veriori opin. indiſtinctè tenet Dec. in l. fin. in fin. C. de eden ergo nulla melior probatio haberi poteſt, quam partis aduerſę confeſſio, vt in ſimilibus terminis arguit Rom. coofilio 329. præſens conſultatio columna fin. verſiculo 3.9. quod dictæ partitæ non fuerunt ſolutæ, neque exactæ: hanc veritatem adiuuat, & demonſtrat inſpectio
14 † ſcartafacij exhibiti dictorum Luciani,& Leonar. feriæ pręcedentis iſtã, de qua ſermo habitus fuit in omnibus ſimilibus partitis cãbiorũ ſolutis,& exactis à ſe ipſis,

ipſis, quæ quia ſolutæ, & exactæ habitæ ſunt ad plenum, & perfectum ab ipſis Luciano, & Leonard. non ſtant, neque ſunt directæ, vt apparẽt ſtare iſtę exhibitæ, per reos conuentos: in his.n. ex parte debiti adſunt ſolũmodo nomina adſcripta ad debitũ, hoc modo, Iacobus Spinula d.t. Ianuę, & nihil aliud dictum, quare tales notæ propriè ſunt factæ per viam memoriæ, & recordij, vt per Soc.d.conſ.267.in fine: in illis verò dictæ pręcedentis feriæ, vltra notam ad latus debiti, aſſignatæ ſunt diſpoſitiones creditorum eorum. ad quos ſpectant, pro vt ex d.feria proceſſerunt, vnà cum retentione prouiſionum: & ſi ſtatim obiiciatur, ſimilia non ſunt neceſſaria in directione ſcripturæ pro ſolutione, & exactione facienda à ſeipſo, vt probatum eſt in proceſſu, reſpondetur quòd adducta, & probata, quæ tamen nulla ſunt probata, tendunt ad generales fortè conſuetudines aliorum, ſed vbi habetur conſuetudo perſonæ, de quã tractatur, non recurritur ad ſolitum, & conſuetum aliorum, ſed prius inſpicitur conſuetudo ipſius perſonæ diſponẽtis, & ea attendenda eſt, text. eſt licet vulg. in l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & ibi glo. & Docto. de leg. 2. Bald. in l. cum certum de vi tri. & oleo leg. quia hic ſumus ſuper intelligentia, & directione ſcripturæ, qualiter intellexerit, & quomodo ſoleat dirigere ſcribens, aliundè melius non poteſt haberi, quàm ex ſcriptis partitis in ſimilibus in feria præcedenti in eodem libro, quibus ſtandum eſt per ſupra allegata, nam per librum ſcri-
35 bentis probatur conſuetudo † ſcribentis, dicit Socin. conſ.94.col.pen.verſ.circa 2.vol.1. ¶ Septimò etiam confirmando proximè dicta dictæ partitæ cum alijs ſimilibus apparent in dicto ſcartafacio contraſcriptæ ad debitum pro non exactis, & factum hoc dicitur de mandato Iuſtitiæ, vt Chriſtoforus Lercarius teſtis reorum dicit, cui ſoli etiam credi poteſt, Socin. Iunior dicto conſil.69.num.14. & dicitur factum de ordine deputatorum ipſorum Luciani, & Leonardi ruptorum, inter quos, vt aliqui teſtes dicunt, erat ipſe Benedictus, qui tamen nõ valuit impedire tales contraſcriptiones, ſiquidem eſſent iam ſolutæ vel habitæ pro ſolutis, non iure factę eſſent dictę contraſcriptiones, ſat eſt, inſcientibus Spinulis actoribus factæ fuerunt, & non apparet eos feciſſe fieri: factæ ſunt, & pręſumitur ex ordinatione, & voluntate dictorum deputatorum habentium iam eas pro non exactis, quibus ideo vt peritis in ſimilibus credendum videtur l. 1. §.
36 1. de ven. inſpi. & qui etiã poſſunt † præiudicare aliis creditoribus ruptorum. l. reſcriptum, & ibi Doct. ff. de pact. vtcumque ſit, die 14. Martij anni. ſeq tempore cœpti inditij erant iam contraſcriptæ: per eas ſic contraſcriptas dicti actores in iudicio exhibendo dictum ſcartafacium contra deputatos, vel alios pro dictis ruptis agendo forte contra eos, vt voluiſſent rei conuenti minime aliquod eorum creditum probaſſent, quia ſe ipſos excluſiſſent: cum ipſæ partitæ eorum ſic ſonent non exactæ art. l. 1. C. de furt. & alio modo eorum creditum contra dictos ruptos probare non poterant, quia ſimplex eſſet exactio literarum in dicta feria, quæ non obligat, vt omnes teſtes dicunt poſtquam habere actionem cõtra obligatum, & habere pecunias, idem videtur. l. quæ rem, & ibi glo. & Docto. de reg. iur. & actio eſt ius perſequendi in iudicio §. 1. Inſtitu. de actio. & ipſi actores non poſſent in iudicio contra dictos ruptos probare eorum creditum, quod eſt contra eos non habere creditum, ſeu ius aliquod, quia non eſſe, vel non apparere paria ſunt. l. qui in l. & ibi Bart. de contrahen. emptio. capitulo ſolennitates de conſeq. diſt. 1. & dicitur in l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tute. quod non poteſt apparere, habetur pro nihilo quo adius noſtrum. Bald. conſilio 67. columna 2. volumine 3. dicit, qui non probat quod allegat, vel adducit, dicitur carere iure: vnde ſi eorum creditum, prout probarunt, vt ſupra oſtenſum legitur, actores non potuiſſent conſequi contra dictos reos conuentos, eſſent penitus eo defraudati, niſi aliquo auxilio extraordinario ſeu ſuperiorum ſe adarmaſſent, quod impoſſibile reputatur l. idem §. fin. de leg. & ipſi rei exigiſſent à dictis ruptis ſolidam quantitatem ex pecuniis ſpectantibus ipſis actoribus, & ſic cum eorum iactura locupletarentur, quod iura prohibent. l. nam hoc natura. ff. de condit. indebi. l. idemque §. ſi procurator. ff. manda. hac ratione vbi locupletentur cum aliena iactura ſcribentem literas cambij non eſſe liberatum, firmat Salicet. in dict. l. ſi filius propè fi ff. ad maced. & in l. pro debito verſ. ego autem. C. de bon. aucto. iud. poſſ. ſtante, prout in caſu noſtro euenit, quod exhibitæ ſunt literæ cambij, & reſtitutæ, rei verò habeant eorum creditum intactum contra dictos ruptos, quod non habent dicti actores, vt ſupra probatum eſt, ergo & ipſi tenentur actoribus, vt euitetur abſurditas, & inconueniens, vt latè adducit Curtia. in ſua cent. in loco ab abſurdo: & quia ea ratione nemo fraudatur, vt dicit text. in l. ex his in fin. ff. de his qui in fraud. cred. & ex his omnibus docetur latiſſimè ſententiam plurium de Rota eſſe iuſtitia, & æquitate fulcitam, & pariter ſublata eſſe omnia contraria, & quæ poſſunt pro dictis reis conuentis adduci, & allegari. Nam & ſi ſolutio ſibi ipſi fiat per directionem ſcripturæ, hoc tamen fieri debet de debito puro, ſed de debito in diem, vt erat noſtrum in fine termini ſolutionum dict. l. qui hoc anno, & dicta l. cum certum: non debet exigi, niſi adueniente die, vt colligitur ex dicta l. qui fine, & ibi Bald. & ſcriptura prius facta habetur pro memoria, vt ſupra fuit probatum, ideo non facit ſolutionem, ex mente Socin. dicto conſilio 267. in fin. volumine 2. Quod autem tradit Ioan. Andr. in dicto Rub. depoſ. ad Specu. & alij referentes procedit, quando ſcriptura, ſeu promiſſio debentis ſoluere
37 fuiſſet ratificata, & acceptata † per creditorem, & per eum eſſet illius fides ſecuta, vt videri poteſt in eorum locis, & quando ſcriptura non poſſet variari, & contraſcribi, vt hic fuit contraſcripta ex mandato Iuſtitiæ. Circa partitas non ſolutas neque exactas, confitentibus ipſis reis modo quo ſupra iure deductum eſt, & ex fallimento ſecuto illius debitoris non completis negotiis, & aliàs circumſcripta dicta ſcriptura, & conſuetudine, quæ non probatur, in dubio non accipitur alius debitor loco ſatisfactionis Bald.
38 in l. fin. C. ad l. falcid. & vbi literæ † non habuerunt effectum, durat prima obligatio, & eius effectus, Bald. in l. ſi literarum. C. de ſolu. quamuis etiam dicti Lucianus, & Leonardus aliqua negocia compleuerint in dicta feria, & non fuerint detecti falliti, niſi elapſo tempore franchiſiæ deputato à Rege pro feria, & negotia in ſe ipſos intelligi debeant eſſe prius expedita. cum aliqua perſona non requiratur, tamen plurima negocia etiam non expediuerunt, vt conſtat ex proceſſu, & ex eo, quòd non potuerunt complere omnia negotia dictæ feriæ, cedens foro abijt Leonardus exiſtens pro ratione eorum in dicta feria, ergo non concluditur quòd fuerint ſolutæ partitæ, de quibus lata eſt ſententia, per not. in capitulo in præſentia de probation. & in l. non hoc C.

vnde

vnde legi.& quando probacio eſt dubia ſemper fit in-
terpretatio contra nitentem probare, Barto & Doct.
in l.inter ſtipulantẽ §. ſi ſtichum de verbo.oblig.licèt
clarè conſtet partitas, de quibus agimus, non eſſe ſo-
lutas, vt ſupra demonſtratum fuit: non facit autem
tempus franchiſiæ in præſenti caſu, ſed tempora ipſo-
rum negotiorum ſunt attendenda, quibus non ela-
pſis, ipſe Leonardus receſſit, & quod non compleuit
negotia dictæ feriæ, de his agimus, non verò de tem-
pore priuilegiato feriæ. quia priuilegium ferię in prę-
ſenti quæſtione non reperitur propriè dari plus, vel
minus iuris, ſi qua negotia ſuperfuerunt expedienda,
ſuperfuerunt veriſimiliter, quæ ſibi ipſi erant com-
miſſa, maximè quæ erant ſoluenda in diem, & ante
diem non tenebatur ſoluere d. l. qui ſine, & ibi Bald.
& quia nemo eum impelebat, & ea ſe ipſo quis non
tam cito currit ad ſoluendum dictante prouerbio (*si
pagare non eſſer corrente*, &c.) Et prouerbium in cauſis
allegabatur in c & ſi Iudæos de Iud. eò maximè quòd
differri per prouidos debent ſolutiones a ſe ipſis fa-
ciendæ ex literis aliorum, ne interim ſcribentibus ef
fectis falitis cederet damno ſoluentium, ſi ſoluiſſent
iuxta doctrinam Sal. in dicta l pro debito in fin. non
refert quòd tracta ſpectabat ad ipſos Lucianum, &
Leonar. quia ex hoc prætextu non apparet actores ſe
contentaſſe ad eos eſſe remiſſas eorum pecunias, &
pariter ex rationibus prædictis non debebant prædi-
cti prius currere ad ſoluendum dictum debitum, eo
maximè quòd de pecunijs remiſſis in totũ ad eos nõ
ſpectabat tracta; ſed ad marinos de Scibilia pro Ca-
ſtellanis. N. de quibus annotationem fecerunt in
ſcartafacio ſoluendi ſub proteſtu ad debitum ſcri-
bentium, ex qua demonſtratione rei gerendæ in par-
te demonſtratum eſt ſupra in totum denotari nego-
tium gerendum circa totam ſummam dictarum libra
rum: ergo rationes huius partis debebant vltimum
expeditionis, & completionis ſuorum negociorum
expectare ad complendum negocium ſatisfactionis
dictarum literarum, quia ſine dictis Caſtellanis. N.
dicti actores nõ habuiſſent quilibet eorum integram
ſummam eorum crediti, & nemo per ſe acciperet par-
ticularem ſolutionem, quæ multa incommoda habet
l. planè ff. famil. hercif. & l. Lucius, & ibi Ang. not. ff.
de vſur. & pariformiter præſumi debet quòd non ac-
ciperet pro alio, quia q̃ in perſona ſua quis faceret te
39 oetur facere in perſona eorum, quorum † negocia
adminiſtrat, quãdo à ſua volũtate dependit, Ang. in d.
l. ſed ſi damnũ in §. 1. de pecul. Nullã fidẽ merentur te-
ſtes reorum dicentes terminum ſolutionum eſſe per
totum menſem Iulij, & non vltra, & quòd poſtea ſi
fiunt ſolutiones, fiunt extra terminum ſolutionum,
quia hoc eſt proferre iudicium, quid iuris, non verò
atteſtari de his, quæ ſunt facti, per redditionem cauſæ
ſcientiæ ex aliquo ſenſu Socin. conſil. 42. colum. 2.
verſic. & quia vol. 1. Aymo. conſ. 41. nu. 4. nec ſolutio
dictarum partitarum inducta dicitur ex dictis anno-
tationibus, quaſi à principio perfectis, & prius, ſed
reſoluendis ſub conditione, niſi fuerint proteſtatæ, &
contraſcriptæ in tempore congruo, quo non facto
ob rupturam dicti Leonardi videntur perfectæ à
principio, iuxta glo. in l. 2. ff. de indictio. quia reſpon-
detur, quòd non ſumus in contractibus, pro vt loqui-
tur dicta glo. qui perficiuntur ex conſenſu plurium,
ſed ſumus in voluntate vnius, an velit ſoluere, & de-
pendens à voluntate vnius æquiparatur vltimæ vo-
luntati, ſentit Paul. de Caſtr. conſilio 164. columna
7. verſicul. Item non obſtat quòd gratia in 2. parte
Soc. conſilio 58. numero 5. volum 3. in qua ſemper
per conditionem diſpoſitio redditur conditionalis l.
quibus §. quidam Titio de cond. & demonſt. & quan-
do eſt in poteſtate debitoris faciendi tale quid, ob q̃
inducatur obligatio, ſeu ſolutio, inſpicitur tempus
perfectionis obligationis, ſeu ſolutionis, & non ini-
tij, vt allegauimus Bartol. & Ang. in l. ſi Titius ff. quæ
res pigno. obliga. & Bartol. in l. 1. qui pot. in pigno.
adeo quod ea mutatione conditionis geſtoris fictio
retro ad tempus actus geſti ceſſat. Bal. in dict. l. Pom-
ponius columna penult. verſicul. extra opp. de nego.
geſt. per l. ſi ſeruus communis Meuij, & Caſtren. de
ſtipu ſeruo. & in caſu noſtro non poteſt dici ex ceſſa-
tione conditione diſpoſitionẽ remanere puram: quia
talis annotatio habens tantam conditionem, niſi fue-
rit proteſtata, quæ idem operatur, vt expreſsè Rom.
in l. ſtipulationem colum. penult. de verbo. oblig. ha-
bet etiam tempus, quo recipere poſſit perfectionem
ea ceſſatione dictę conditionis & poſt expeditionem
negociorum feriæ, ideo requiritur ceſſatio conditio-
40 nis, & lapſus † temporis, vt ſuum ſortiatur effectum
faciendæ ſolutionis, per ea, quæ tradit Bartol. in l. ita
ſtipulatus colum penult. verſic. quarto circa prędicta
de verb. oblig. & Bald. in l. ſi enim. §. 1. ſi quis caut. ve-
rum tempore congruo dictam conditionem euenire
multipliciter, vt ſupra oſtenſum fuit, quod dictæ an-
notationes fuerunt variatæ, reuocatæ, & proteſtatæ,
ex proteſtationibus factis, ea ordinatione dicti Leo-
nardi, & ex mutatione ſeu ceſſatione ſuæ voluntatis
per impotentiam ſuam ad complendum ſua negocia,
& per dictam rupturam, quibus additur quod volun-
tas alicuius ſemel præparata ad actum, ſeu contra-
ctum aliquem perficiendum, intelligitur reuocata, &
mutata, ſi antequam perficiatur contractus moriatur
ſeu efficiatur furioſus talis præparans, per ea, quæ po-
nit Bald. in l. 1. verſic. ſed oppo. ff. mand. & Marſi. ſin-
gulari 373. Ruin. conſi. 6. nume. 7. & conſi. 131. num.
6. vol. 1. & ruptum mortuo æquiparant quaſi omnes
41 teſtes reorũ examinati Toleti, & Valeoleti, qui † ru-
ptus non exigendo non dicitur facere in prędiuicium
alicuius à iure conſiderabile art. l. qui autem in prin-
cip. ff. quæ in fraud. cred. ſicut de ſeruo dicitur, qui ſi
nolit non acquirit domino. l. 1. §. hæc quidem ferm.
de acquirend. poſſeſſ. ſuperfluum videtur inſiſtere ſu-
per obiectionibus, quæ fiebant contra teſtes acto-
rum quia omnis numerus ſupplet omnem defectum,
qui tam leuis eſt, Alexandr. conſilio 5. numero 6 vo-
lumine 1. & in pluribus intentio actorum probatur
per teſtes ipſorum reorum, vt ſæpius fuit vt ſupra
deductum, & propterea ſatis ſuperque firma rema-
net, & defenſata dicta ſententia Rotæ, ſuper ſorte
crediti petiti fuerunt inſuper condemnati ad inter-
eſſe aſſeſſoriè petitum per actores cum eorum cre-
ditis liquidandum in executione ſententiæ, quæ in
hac parte iuſta etiam viſa eſt, & docetur, nam inte-
reſſe huiuſmodi actoribus fuiſſe debitum proba-
tur triplici ratione: ¶ Prima ratione contractus cam-
bij conuertendo pecunias actorum, penes ipſos reos
in talẽ contractũ in ſeipſos, vt ſupra dictum fuit, qui
contractus eſt ad inſtar emptionis, & venditionis La.
de redul in tract. de camb. in fin. & conſiſtit in bona
fide magis, quam alij contractus, vt de ſtylo, & forma
regularum Rotæ eius executio demonſtrat, adeo
quòd natura contractiuum bonæ fidei aſſumit, per
ea, quæ tradunt Doctores in §. actionum inſtitut. de
action. & ſat eſt quòd in eo vertitur principaliter
vtilitas vtriuſque partis, vt expreſsè dicit Bald. dicto
conſilio 348. columna 2. volumine 1. poteſt ergo iure
dici talem contractum pro parte ſua non adimpletũ,
& adim-

& adimplete non facientem ſoluendo pecunias cam-
42 biatas illi, cui ſpectant, teneri † ad intereſſe, per l. cu-
rabit. C. de actio. empt. vbi Hieronymus Cagnol. nu.
3. verſ. & ampliat diſpoſitionem dictæ l. loquentis de
contractu emptionis, & venditionis habere locum
etiam in contractibus innominatis ſimilibus bonę fi-
dei, & in omnibus cõtractibus correſpectiuis, ex qui-
bus reſultat hinc inde commoditas, & allegat. Paul.
de Caſt. & Aquen. in l. de diuiſione ſolu. matr. & Cor.
conſ. 145. col. 2. vol. 2. & Pariſ. in c. cum venerabilis
col. 8. de excep. vt per eos in dictis locis, & Aret. cõſ.
9 in 3 q. ¶ Secunda eſt, quod ex libris exhibitis, & ex
partitis dicti ſcartafacij conſtat, dictos actores eſſe
43 † ſolitos negotiari in cambijs, & cũ pecunijs, de qui-
bus agitur, & cum alijs ſolitos eſſe id facere, quod ve-
rificatur Bar. & ibi pleuè in apoſtillis in l. Mella. §. ſed
& ſi alimenta de ali. & cib. leg. Bart. & Ang. in l. 1. cir-
ca finem. C. quomodo, & quand. iud. & quidem ſolito
negotiari datur intereſſe etiã lucri ceſſantis, ex com-
mun. opin. Doct. de qua per Deci. in d. c. cum ven. ſub
nu. 14 quæ opinio procedit omnino Iure diuino, &
humano, & eſt canonizata in ſcholis, & in palatiis vt
alios allegando dicit Hier. Cagno. in l. 1. nu. 37. C. de
ſent quæ pro eo. & ex eo quod quis ita ſolitus ſit ne-
gotiari, præſumptiuè probatur dictum intereſſe Rui.
conſ. 104. ſub nu. 8. vol. 2. ¶ Vltima aſſignatur, quòd
ex pluribus negotiis, præſertim reſpectu dicti Iacobi
comprehenſis in dictis literis, & ex cõfeſſione eorum
in actis facta in eo quod dixerunt ex conſuetudine
mercatoria ipſos actores debere habere regiſtra li-
terarum, & petierunt dicta regiſtra exhibere, ergo fa-
tentur ipſos actores eſſe mercatores: quia qui confi-
tentur vnum, confitentur omne id, quod ex illo ſequi-
tur, glo. in verb. noli in c. quo iure 8. diſt & ita per iu-
dices fuerunt condemnati ad exhibendum dicta regi-
ſtra, quæ ipſi actores exhibuerunt, fuerunt inſpecta
per iudices continentia plurima negotia mercatoria,
ex quibus omnibus probatur dictos actores eſſe mer-
catores, quos tales eſſe demonſtrat pluralitas nego
tiorum, Bartol. in l. legatis de leg. 3. & Bald. In pro-
hemio. ff col. 2. verſ. & prædicta ſunt, & Iaſ. in l. de pu-
pillo. § ſi quis ipſi prætori. col. 7. ver. tu autem de no.
oper. nuntia, quibus quidem debetur intereſſe lucri
ceſſantis. Alex. conſ. 191. nu. 4. vol. 2. Soc. conſ. 2 col.
ſi vol. 4. Moder. in c. cum venerabilis, & in dict l. 1. de
ſenten. quæ pro eo quoniam intereſſe tale non datur
abſq; mora, l. ſocium, qui in eo, in principi. ff pro ſoc.
Feli. in c. 1. & 6. col. 1. de offi. deleg & Dec in d. c. cum
venerabilis col. 5. dicti rei conuenti fuerunt in mora
conſtituti, ex eo quòd in expeditionibus ſolutionum
cambiorum feriæ Metinæ Maij anni, &c. non fuerunt
ſoluta prædicta credita, vt ſupra diffuſius dictum eſt,
44 ergo lapſus † dierum dictarum expeditionum, & ſo-
lutionum conſtituit eos in mora per l. magnam.
C. de cont. & commit. ſtip. cum concor. alleg. per Iaſ.
in l. vnum in col. 5. in 2. notabili ſi cer. pet. & per Mar.
Ant. de Butri. in tracta de mora in princ. etiam ſi non
fuiſſet expreſſa dies, tamen quia tacitè ineſt in obli-
gationibus facti, quoad commodè fieri poteſt inter-
pellaret, eius lapſus conſtituit debitorem in mora, l. ſi
Inſula de verb. oblig. Cor. conſ. 26. col. fi. verſ. in obli-
gationibus vol. 1. & Bauer. in d. tract. in princ. & præ-
dicta non eſſe adimpleta rei conuenti veriſimiliter
ſciuerũt tunc ex notorietate facti dicti fallimenti Lu-
ciani, & Leonardi, & ex proteſtibus deuentis ex dicto
loco dicti Chriſtofori, & aliarum perſonarum contra
eos, vt poteſt videri ex proceſſu, & in dictis quorun-
dam teſtium, faciunt not. in l. quòd te. ff. ſi cert pet. &
cum conueniatur ex proprio debito tempore dicta-
rum literarum cambijs die 26. Martij, &c. contracto,
& ſoluendo ad diem, vt ſupra fuit dictum preterea in-
tereſſe debitum ex prima ratione ſupra adducta, de-
betur ex ſolo implemento contractus ex parte peten
tis, quæ dicitur mora irregularis Bart. in d. l. de diui-
ſione, & Moder. in d. l. quòd te, & in d. l. curabit. Non
obſtat quòd probatum non appareat fuiſſe certum
dictos actores fuiſſe lucraturos, ſi petitas pecunias
habuiſſent, vt declarat Paul. de Caſtr. in l. 3. §. fi. ff de
eo, quòd cer. lo. Dec. in l. dic functo nu. 8. de off. aſſeſ.
& alij eum referentes: quia reſpondetur, dictum præ-
fatorum doctorum procedere quando eſt incertum
45 petentem † intereſſe potuiſſe lucrari, ſecus ſi eſt cer-
tum certitudine præſumptiua, quæ habetur ex eo, ꝙ
quis ſit ſolitus negotiari, & ſit mercator, qui commu-
niter ſolet lucrari, & magis luctum præſumitur, quam
damnum, & aduerſa fortuna, l. ſi defunctus C. arb. tu.
l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulatus fuero de verb. obli.
& in probationibus valet argumentum à communi-
ter accidentibus glo. & Bald. in l. neque natales C. de
probatio. & ſecus eſt in pecunia deſtinata ad lucrum,
vt erant iſtæ, de quibus agitur, quæ ſolitæ erant per
actores teneri in cambijs, vt conſtat ex pluribus lite-
ris, & ex cambijs communiter lucratur, arguendo à
communiter accidentibus, dicta glo. in d. l. neque na-
tales ita in tali præſumptiua probatione, & in pecu-
nia deſtinata ad lucrum, probat & firmat Rui. d. conſ.
104. col. 3. verſ. & propterea quamuis etiam, & col.
ſequenti verſic. colligitur ergo ex præmiſſis vol. 4. de
pecunia ſic deſtinata ad lucrum comprobatur ex eo,
quòd dicit Bar. in d. l. 1. nu. 24. de ſent. quæ pro eo, ha-
beri rationẽ lucri, in quo natura rei plus operatur quã
induſtria hominis, dat exemplum in fundo ſi locatur,
idem dici poteſt in pecunia, ſi tradatur ad cambium
licitè, vnde licitum lucrum habetur, iuxta tradita per
Cano. in c. nauiganti de vſu. & talem exactam proba-
tionem lucri in potentia propinqua traditur per Pau.
de Caſt. & alios in locis præallegatis in practica non
46 ſeruari, quinimò obſeruari in † practica, & meliorem
eſſe practicam, ſi probatio habeatur à ſolitis, & com-
muniter accedentibus, ponit Hier. Cag. in d. l. cura-
bit num. 67 cum ſequen. allegando Aret. in l. conti-
guus §. cum ita col 2. de verb. oblig. & Paul. de Caſt.
in l. cunctos populos col. pe. de Summa Tri. & Bald.
nouell. in tracta. de don. dicit in qua parte poteſt eſſe
in vij. parte in priuil. 3. & ita videtur ſeruari in Rota,
non fieri probationes lucrorum in potentia propin-
qua S. reſpectu falliti, & ita procederetur in proba-
tione certi lucri, & certè quantitatis intereſſe in ſen-
tentia condemnatoria exprimendi, ſed ſententia no-
ſtra non eſt talis, vidimus enim intereſſe eſſe debitum
dictis actoribus ex rationibus prædictis, quarũ quæ-
que ſufficeret per allegata ſuperius, & in intereſſe de-
bito ex prima ratione non habet locum doct. Pau. de
Caſt. in dicta l. 3. §. ſi de eo, quòd cer. loco, in quo ceſ-
ſat conſideratio an creditor ſit mercator, vel ſolitus
negotiari, per Doct. in d. l. curabit, vnde ſi Iudex vi-
deat deberi intereſſe, licèt nõ ſit probata certa quan-
titas, male faceret abſoluere reum, vt per Doct. in d.
l. 1. in fi. de ſent. quæ pro eo, ideò bene fuerũt cõdem-
nati rei ad dictum intereſſe liquidandum in executio
ne ſententię, quia ſuper intereſſe aſſeſſoriè poteſt fer-
ri ſententia incerta, Pur. in l. certi conditio in princi.
num. 104. ff. ſi cert. pet. & Iaſ. §. curare nu. 54. inſt. de
actio. & valet reſeruatio dictæ liquidationis faciendæ
in aſſeſſorijs Bald. in l. terminato col. 1. C. de fruct. &
lit. expenſ. Alex. in l. in ſumma ff. de re iud. Soc. in c. 2.
ſub

ſub nu. 23. de libell. obla. & Iaſ. d. §. curare nu. 54. &
dicit Purpu. in l. admonendi n. 40. de iur. iur. quod in-
tereſſe petitum non eſt neceſſariè liquidandum antę
ſententiam, ſed poteſt obtineri ſententia, & liqui-
datio fiet in executione. idem per Bar. in l. 1. ſub nu. 3.
ff. mod. ſol. & conſequenter ex his omnibus, & etiam
aliis liquido conſtat adfuiſſe iudicibus de Rota Iura,
rationes, & cauſas plurimas iuſtè iudicandi in omni-
bus, prout in eorum ſententia legitur, cui velint con-
demnati aliquando æquo animo quieſcere, & exiſti-
ſtimare ſententiam plurium, vt iura præſumunt, eſſe
firmiorem atque veriorē, laus Deo. ¶ Per infra ſcrip-
pta apparebit non obſtare multa, quæ poſſent dici in
contrarium, ſed propterea non recedo à iam ſuperius
dictis, imo approbo, & in eam ſententiam venio non
nulla repetā ſub breuitate verbōrū, quę verè cum ad-
uocatis exclarabo contra Gentilles, videlicet de di-
cta ſcriptura, & annotatione, ꝙ teſtes quàmplures,
vt ſupra copioſè dictum eſt, ſignificant eſſe pro me-
47 moria rei gerendæ, & nō pro perfecta † ſcriptura ope
rante ſolutionem dicebam, quòd ſi eſſet perfecta non
poſſet ex aliqua cauſa reuocari, ſed cū per teſtes pro-
betur proteſtari, & cancellari poſſe, vt ex ſupra rela-
tis ex proceſſu cōſtat igitur non dicitur perfecta, arg.
l. acceptis ad l. fal. l. omnes actuum §. 1. de reg. Iur. ſe-
cundo: quia nō reputatur de prę́ſenti ineſſe, ꝙ ex poſt
poteſt abeſſe. l. quòd de bonis §. ex donationis ad l.
falcidiam cum glo. l. planè la 2. §. quòd ſi, de leg. 1. &
maximè iſta annotatio, quæ pendebat à futurò euen-
tu, videlicet ſi perdurarent in eadem volūtate per tē-
pus ſolutionis cambiorum feriæ, vt nec cancellatio,
nec proteſtatio contraria facta eſſet, igitur impoſſibi
48 le, eſt quod vt † imperfecta operetur, argumento l.
quædam de reb. dub. cum ſimil. & maximè per l. re-
ſcriptā verſ. quòd ſi nō ita, de diſtrac. pign. quæ enim
pendent non debēt reputari perinde ac ſi eſſent in eſ-
ſe, l. 15. damnū §. 1. de reg. iur. tertio facit, quia procul
49 dubio ad hoc vt talis † ſcriptura operetur ſolutionem
requiritur, vt labatur tempus ſolutionis feriæ, vt per
teſtes ſupra recollectos, Igitur ante lapſum temporis
ſcriptura redditur imperfecta nullam inducens obli-
gationis efficaciā, l. Sācimus. C. de teſti. l. fi. C. ſi min.
maior fact. alie. & c. taliter quòd à ſupraueniente in-
habilitate perinde fit ac ſi non fuiſſet ſcriptura, non à
reuocata ſcriptura, ſed à ſcriptura non continuata re-
quiſito tēpore, vt d. ll. iūct. doct. Rip. l. ſi quis in fun-
di vocabulo nu. 22. de leg. 1. & iuxta illud, quòd dici-
tur de Monaco, qui ante profeſſionis tēpus receſſit,
vt not. l. ſi quis hæredem C. de inſt. & ſub. & not. c. in
præſentia de probatio. nā nō videtur ſcriptū, nec an-
notatū, niſi duret ſcriptum per tempus requiſitum l.
Item §. penul. cum glo. quòd quiſq; vniuer. l. non vi-
detur, de acquir. poſſ. cum ſimil. & in actu non perfe-
cto, vel conſumato non procedit regula, factū legiti-
metur, de regu. iur. in 6. & per glo. c. non firmatis, eo
& l. 3, parte cum glo. de ſeru. vrba. pred. l. penul. §. pla
cet, de verb. oblig. per moder. in l. in ambiguis §. non
eſt nouum, de reg. Iur. ſed totum è contra, vt perinde
ſit, ac ſi ſcriptum, & annotatum nō eſſet, vt ſupra ma-
ximè ſtante nouatione, vel innouationem equipol-
lente, in his ſaltem, quæ curſu temporis recipiebant
fomētum, d. l. Sancimus, & facit illud, ꝙ dicitur de vo-
luntate & impotentia, vt per moder. in l. Gallus §. &
quid ſi tātùm, de li. & pact. vlt. arg. à licita pœnitētia:
ergo ſcriptura nō operatur efficacem obligationem,
ſed voluntariam ſi voluero: Igitur, &c. ex not. in d. l.
quædā de cond. ob cauſam & per mod. in l. interdū de
verb. oblig. l. ſub hac, de act. & oblig. cum vulg.

DECISIO II.

¶ Etiam ſi quis acceptet literas cambij, ſeu tractā factam à debitore alterius pro ſoluenda quantitate tertio in diem, & tertius acceptationem ratam habeat, non propterea liberatur primus debitor, ſi effectus non ſequitur, vel ſi ante diem acceptans ſit non ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Remittentes alicui de ordine domini creditum ſoluendum ſibi ipſi, an intelligantur liberati.*

2 *Quid ſi creditor per literas ſcriptas remittentibus acceptauit remiſſam.*

3 *Et quid, ſi creditor ſcribens illis, ad quos fuit facta remiſſa, acceptat, & dat eis ordinem, quid facere debeant de pecunijs.*

4 *Quid vlterius ſi ille, cui facta eſt remiſſa, dirigit ſcripturam ad creditum, & debitum in ſuo manuali, & creditor acceptat talem directionem ſcripturæ.*

5 *An proteſtatio facta per eum, cui facta fuit tracta, directioni ſcripturæ contraria operetur in contrarium, & valeat præiudicando Iuri iam quæſito.*

6 *Decretum Magiſtratus extraordinariorum ſuper declaratione rupti an præiudicet non citatis.*

7 *An poſſit veritatem vitiare, ita vt non admittatur probatio in contrarium.*

8 *An intelligatur habere conditionem ſi preces veritate nitantur, & ſaluo iure tertij.*

9 *Literæ mercatorum probant, & habētur pro inſtrumento & ſententia.*

10 *Remittentes tum demum ſunt liberati, cum literæ cambij effectum ſortiantur, & ſecuta ſit ſolutio.*

11 *Acceptatio remiſſæ factæ habet tacitam conditionem, ſi ſolutio fiat.*

12 *Dato ordine alicui, quòd ſoluat in diem, & acceptato dicto ordine per eum, qui ſoluere, & eū qui exigere debet, an ante ſolutionem dans ordinem ſit liberatus.*

13 *Et an intelligatur facta nouatio.*

14 *Ordo, & mandatum de remittendo creditum alicui perſoluendum, liberat primum debitorem, ſi remiſſio habet effectum.*

15 *Mandatum de ſoluendo non impletur promittendo.*

16 *Scribēs in libro ad creditū eius, qui remiſit partitam ſoluendam in diem, non intelligitur eum liberaſſe cum ſit ſpe futuræ ſolutionis.*

17 *Ad hoc vt ratificatio arguatur, opus eſt, vt faciens ſciat.*

18 *Stipulatio non contrahitur per literas.*

19 *Nouatio non inducitur niſi per ſtipulationem.*

20 *Ne: ex interuentu nouæ perſonæ , niſi expreſſe agatur,*

21 *Delegatio inducit nouationem,& liberationem, ſed ſit præſenti,& acceptanti.*

22 *Primus debitor non liberatur ,niſi interueniente delegatione,vel promiſſione alterius loco ſui.*

23 *Campſor promittens ſoluere de ordine alterius cuius non ſit debitor,non liberat primum debitorem.*

24 *Ad faciendam delegationem tria requiruntur, & quæ.*

25 *Quando per ſcripturam campſoris,ſeu mercatoris factam in libro liberetur primus debitor.*

26 *Acceptans inſolutum nomen promittentis,liberat primum debitorem,*

27 *Manuali,ſeu giornali mercatorum nõ creditur, licèt credatur libris.*

28 *Scribere in libro talem creditorẽ ſimpliciter , vel ſe promiſiſſe tali ſummam,differunt.*

29 *Acceptatio literarum inducit conſenſum,& aliquando obligationem ; cum in literis tale quid continetur,quod obligationem inducat.*

30 *Vbi eſt dies,& conditio , mora purgari nõ poteſt.*

31 *Rumpente campſore , ſeu mercatore omne mandatum,& omnis commiſſio dicitur reuocata.*

32 *Libro mercatoris ſuſpecti in fide non creditur, etiam ſtante ſtatuto, quòd credatur libro mercatorum.*

33 *Scripturæ,quæ poſſunt fieri repetita die,ſunt ſuſpectæ.*

34 *Rupti ſunt infames , & faciles ad mentiendum.*

35 *Mandatum factum in termino nõ poteſt exequi ante,nec poſt.*

36 *Vna perſona inquam concurrunt iura plurium, habetur ac ſi eſſent plures.*

37 *Facta proteſtatione ſuper literis , ſcribentes eas remanent obligati.*

38 *Approbans contẽplatione alicuius ſcripturæ continentis errores,non dicitur approbare.*

39 *Actus ſequens nunquam ratificat actum doloſum.*

40 *Ratificari non poteſt,quod non eſt.*

41 *Scribens literas cambij tenetur inſolidum cum eo,cui ſunt ſcriptæ,etiã poſt acceptationem , ex conſuetudine mercatorum Genuæ.*

42 *Sententia declaratoria omnes afficit.*

43 *Expendentes mercatores inſimul nomen tenentur inſolidum.*

ERANT impoſitæ duæ rationes in Hiſpaniis;vna , quæ adminiſtrabatur Valentiæ ſubnomine Vrbani Centurioni de Nouaria, & Franciſci Putcibonelli ſociorũ Valẽtiæ , & altera ſub nomine Barnabæ Grimaldi,Stefani Saluagij,& ſocij , q erat Franciſcus Lomelinus, quæ vocabatur ratio curię,& de duobusiſtis rationibus Dominicus Grimaldus Ceba ſe accõmodabat,& ſeruiebat hoc modo,videlicet quòd credita,& pecuniæ ipſi ſpectantes remittebantur per illos Valentiæ dictis Barnabæ,& ſociis curiæ. & per illos curiæ denuò remittebantur illis Valentiæ de ordine,& mandato ipſius Dominici , & iſti ſocij reſpectiuè ſuas prouiſiones ab ipſo Dominico recipiebãt pro tali geſtione,vt mos eſt mercatorum. Accidit quòd in feria Metinæ campi in Hiſpaniis anno, &c.Dicti ſocij Valentiæ remiſerunt dictis ſociis curiæ de ordine dicti Dominici caſtellanos, N.ſpectantes ipſi Dominico , de quibus fuit datum creditum ipſi Dominico cum lucro auri , quo computato fuerunt,& effecti ſunt Caſtellani N. deductis prouiſionibus , & denuò dicti Caſtellani fuerunt remiſſis dictis ſociis Valentiæ per ipſos ſocios curiæ litera cambij ſoluendi in ſeipſis in fine Martij anni , &c.Quod ſoluere in ſe ipſis nihil aliud eſt,quàm dare debitum , & creditum,& ſcripturam dirigere:& iſto caſu iſti Valentiæ repræſentabant perſonam ſuam , & erant illi, qui ſoluere debebant literam cambij , & repræſentabant adiect. à Dominico , cui erat facta remiſſa, & ſolutionem recipere debebant nomine dicti Dominici , & ei creditum dare , & die 11. Ianuarij ipſi de curia de anno prædicto ſcripſerunt dicto Dominico , & ei notitiam dederunt de dicta remiſſa facta, qui Dominicus ſub die 24. Februarij dicti anni ſcripſit dictis de curia , & eis reſpondit , quòd notauit concorditer remiſſam , quam fecerunt dicti Valentiæ contra creditum ab eis habitum pro ſua ratione currente,& quia ſingula de accordio reperuit, annullauit talem rationem cum ſuis prouiſionibus, & eodem die dictus Dominicus ſcribit per ſuas literas dictis ſociis Valentiæ,quòd habuit literas à dictis Bernaba,& ſociis feriæ Octobris , & cognouit qualiter ipſi eis remiſerũt ſuo nomine dictos Caſtellanos pro fine Martij in ſe ipſis litera cambij , & quod placeret ſuo loco dirigere ſcripturam,& illam partitam deuoluere ſi poſſunt , in Villanouo pro feria Maij: qui ſocij Valentiæ receptis dictis literis cambij ab illis de curia notauerunt illam partitam in eorum manuali. 1.giornali die 21.Ianuarij dicti anni , dicendo Barnabas , & ſocij curiæ debent Caſtellanos, &c. in nobis tractos & ſoluere miſſos in nobis ipſis in ſe cãbiatos,pertinent dicto Dominico de Grimaldis , & eodem menſe die 29. ſcripſerunt dicto Dominico qualiter Bernabas Grimaldus,& ſocij de feria Octobris Metinæcampi ipſis remiſerunt nomine ipſius Dominici dictos Caſtellanos in ſe ipſis pro fine Martij,de quibus in termino habebit creditum remittendum ad vtilius ſecũdùm quòd ordinabit, quo ordine deficiente eam ſummã remittent denuò in foro Maij, & dictus Dominicus habitis dictis literis reſpondit ipſis Valentiæ, ſub die 6.Aprilis anni prædicti,ꝙ de dicto ſuo credito diſponant iuxta ſuum ordinem , & dicti Valentiæ anno prædicto die 15. Martij ſcribunt, quòd in fine Martij erit terminus dictæ partitæ, & ꝙ expectant ordinem ipſius, cui dictus Dominicus ſub litera 15. Maij reſpondit ſe credere quòd ſuum ordinẽ habuerint de reuoluẽdo ſuo credito in feria Maij aduento fine Martij, qui erat terminus ſolutionis:ipſi Valẽtiæ die 10.Aprilis ſcribũt dicto Dominico,ꝙ prima præſentis menſis fuit terminus dictæ partitæ pro feria Octobris,pro qua habuit creditũ , & ꝙ per cõtra habuit debitum pro illa ſuo nomine remiſſa dicto Barnabæ , & ſociis pro feria Maij in Pantaleone Spinula in ſe ipſis cambiata , de qua dirigere debeat ſcripturam,& in ſuo Manuaeli die 9. Aprilis, ſcribũt iſtam remiſſam factam in foro Maij, notantes in ipſo Manuaeli, fuit 1.dies Aprilis, & ſic ante:cui literæ di

ctus

ctus Dominicus ſub die 14. Maij reſpondit, & ipſis ſcribit, vidiſſe exactionem remiſſæ feriæ Octobris, & notaſſe valutam concorditer, & cognito quòd reuoluerũt in feria Maij dictis Bernabę, & ſociis curię, & quod diriget ſcripturam, & eis agit gratias, & etiã in aliis literis ipſis Valẽtiæ ſcriptis idẽ affirmat. Euenit, quòd in foro, ſeu feria Maij, in qua ipſi Valentiæ ſcripſerãt dicto Dominico illam partitam remiſiſſe dictis Barnabæ, & ſocis, effecti ſicut non ſoluendo, & cognoſcentes ipſi Valentiæ quod eorum literæ non fuiſſent acceptatæ, non remiſerunt dictas literas cambij, nec de dicta partita aliquid ſcripſerũt dictis de curia, niſi ꝙ in quadam litera ipſi ſcripſerũt de menſe Iulij dicti anni, quod fecerant quaſdam remiſſas, quarum tractæ ipſis ſpectabant, de quibus nolebant amplius dare onus ipſis Barnabæ, & ſociis. Accidit etiam iſtis peractis, quod peruenit ad notitiã ipſius Dominici, qualiter dicti Valentiæ adueniẽte termino faciendæ ſolutionis, qui erat 1. dies Aprilis dicti anni, ſub die ſecũdo Aprilis dicti anni coram notario, & teſtibus comparuerunt, & proteſtati ſunt ſe nolle ſoluere dictam literam cambiis eis miſſam in ſe ipſis ſoluendam per dictos de curia, & etiam exinde anno, &c. factum fuit decretum per mag. D. extraordinarios Genuæ citatis citandis, in quo declarant dictos Vrbanum, & ſocios fuiſſe ruptos, & factos non ſoluendo, vſque de anno primarum literarũ in fine Martij, quo tempore erant faciendæ ſolutiones feriæ Metinæ campi anni, &c. Et illos tanquã ruptos remiſerunt, & demum dictus Dominicus deceſſit relictis filiis ſuis minoribus, & pupillis, quibus dati fuerunt tutores Paulus Grimaldus Ceba frater dicti Dominici, & Paris Pinellus, & Vxor dicti Dominici, qui coram Rota Genuæ conuenerunt dictos Barnabam, & ſocios, & petierunt illos condemnari ad ſoluendum ipſis dictam partitam eis remiſſam nomine ipſius Dominici. I loco per dictos Valentię, de qua ipſi Barnabas, & ſocij erant debitores, nec aliquã remiſſam dictis Valentiæ fecerunt, cui ſaltem locus eſſe potuerit, aut fuerit, & petierunt illos inſolidum condemnari vnica tamen ſolutione ſufficiente, vna cum intereſſe, quod conuenit minoribus declarando in executione ſententiæ. Cui petitioni fuit per ipſos Valentiæ, ſeu eorum procuratores reſponſum, quòd erant à petitis abſoluendi, ex infraſcriptis, videlicet. ¶Primò, quia ex quo dictus Dom. mandauit dictis Barnabæ, & ſociis curiæ, ꝙ dictã partitã, ſeu eius creditũ remitterẽt dictis Valẽtię, & ita ipſi Barnabas, &
1 ſocij illud † remiſerant, erãt liberati: quia remiſſio crediti facta à debitore de mãdato creditoris liberat debitorẽ, l. ſolutam. ff. de ſolut. l. ꝙ iuſſu de reg. iur. ¶ Secũdò, dicebant ꝙ licèt non adeſſet aliquod mandatũ dicti Dominici, quod dicti Barnabas, & ſocij illud creditum remiſerint dictis de Valentia: tamen ex quo dictus Dominicus talẽ remiſſam acceptauit, & latam habuit tam à dictis Barnaba, & ſociis per ſuas
2 † literas eis ſcriptas, quàm, à dictis Valentiæ per literas eis miſſas, ipſi Barnabas, & ſocij erant liberati, per Doctr. Bart. in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. & ibi Doct. Paul. de Caſtr. conſ. 182. in cauſa, quæ Lucæ vertitur vol. 1. & Aret. in conſ. 5. & maximè quando illi Valentiæ facti fuerunt non ſoluendo, vt per Doc. in d. l. ſingularia, & Alexand. in ſuo conſilio 96. vol. 3. & ad hoc comprobandum allegabant Deciſ. Ioannis Andrææ in addi. ad Specul. in tit. de depoſito, fundatam in conſ. Di. 17. quam refert, & ſequitur Paul. de Caſt. in l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolut. & Alex. in l. qui vſufructum. ff. de verb. oblig. & cæteri in dicta l. ſingularia, maximè Dec. nume. 34. & in conſil. 107. & dicebãt, quòd iſta remiſſio facta per Barnabam, & Socios dictis Valentiæ, & per eos acceptata, erat delegatio, quæ liberat debitorem. l. delegare. ff. de nouat. ¶ Tertiò, dicebant quòd cum dictus Dominicus dictos de
3 Valentia pro debitoribus acceptauerit per ſuas † literas exhibitas, contra illos agere debebat, ſecundum Bal. & Sal. in l. ſi filius. ff. ad Macedo, & Bald. in l. ſi pro debito. C. de bonis autho. iud. poſſi. faciunt not. per Pariſ. in conſil. 91. vol. 1. Soc. conſil. 64. vol. 3. & conſilio 68. eod. volum. Afflict. deciſ. 353. & ſtante tali acceptatione, & directione ſcripturæ per illos Valentiæ facta (vt ipſe Dom. per ſuas literas fatebatur) ipſi Valentiæ erant, qui ſoluere tenebantur talem partitam, ſeu remiſſam, per not. deciſ. Spec. in titulo de oblig. & ſolutione. §. prænotandum verſic. pone mercator, & cum eos acceptauerit periculum, debitoris acceptati, ad ipſum Dominicum ſpectauit, ſecundùm Gonzadi. conſilio 38. numero 11. ¶ Quartò dicebant, quòd cum conſtaret de vera ſolutione ipſorum Valentiæ in termino remiſſæ factæ, & ta-
4 lis ſolutio fuerit per ipſum † Dominicum acceptata per eius literas, quæ contra eum probant, ſecundum Bartol. in l. publia. ff. de poſſeſſ. & in l. ſi filius. ff. ad Maced. Dec. in cap. ſcripta nume. 25. de fid. inſtr. & in conſi. 632. Alex conſ. 78. vol. 1. Soc. cõſ. 162. col. 6. Pariſ. conſil. 91. & conſil. 47. vol. 1. Soc. Iun. conſil. 37. vol. 2. Iaſ. & Rip. in l. admonendi. ff. de iur. iur. Hyp. in rubri. de prob. nume. 283. & in ſingulari ſuo 344. ipſi Barnabas. & ſocij erant liberati, cũ ſolutione eius, quod debetur, tollatur omnis obligatio, Inſt. quibus mod. tol. oblig. in prin. & cum ſolutio eſſet facienda ab illis Valentiæ à ſe ipſis, dicebatur facta per directionem ſcripturæ, dando debitum, & creditum reſpectiuè per ipſos Valentiæ in manuali factam, quia iſto modo fiunt ſolutiones à mercatori-
5 bus, dum in ſuis † libris ſcribũt, vt per Paul. de Caſtro in dicta l. delegare. ff. de nou. Soc. conſil. 64. vol. 3. ¶ Nec dicebant obſtare, & illis obeſſe proteſtationẽ dictorum Valentiæ: quia ex quo fuit facta poſt ſolutionem, & ſic poſt ius iam quæſitum ipſis Bernabę, & ſociis nihil releuauit, ſecundùm Ang. in conſil. 209. Titius de Sauona, ſequitur Aret. in l. 1. col. 4. ff. ſolu. matr. quod enim factum eſt reuocari non poteſt in præiudiciũ eius, cui ex tali facto fuit ius acquiſitũ. l. fi. C. de pact. tradit Dec. in d. conſil. 107. ſi verò fuit facta ante ſolutionẽ, & adhuc dicebant quòd nihil releuabat: quia per ſolutionem poſtea factam cenſetur reuocata, & quòd fuit facta clãdeſtinè parte abſente, nec fuit intimata, & ad prę iudicium tertij & ideo nihil operatur, vt habetur in l. non ſolum. §. morte. ff. de no. ope. nunc, & in c. cum M. Ferrarienſis de conſtit. Alex. conſ. 16. vol. 3. Soc conſ. 707. & non poterat eximere ab obligatione iam contracta, facit quod notat
6 Pariſ. in conſil. 103. col. 2. volum. 1. ¶ Nec † decretum extraordinariorum aliquid operatur, in quod fuit declaratum ipſos Valentiæ fuiſſe ruptos vſq; die vltima Martij anni, &c. quia dicebant, quòd ſtante liberatione, de qua ſupra, & ſtante quòd ante 15. dies fuit ſortita effectum, nihil operabatur, & ipſis tertiis non citatis non præiudicabat, l. ſæpe cum ibi not. ff. de re iud. Præterea dicebant, quòd per teſtes ipſorum conſtabat, quòd dicti Valentiæ in fine Martij, & poſt erant ſoluendo, & copiam ſui faciebant, & negotiabantur, & eiſdem dabantur pecuniæ cambio, & iſto caſu quis non dicitur latitare. l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. quibus ex cau. in poſſ. eatur, declarat Ang. in conſilio 61. quæritur, Decif conſilio 268. & iſto ca

fu non habet locum ſtatutum de abſen.& laritan, &
non opitulatur dictũ decretũ: quia Domini extraor-
7 dinarij non potuerunt per eorum decreta† veritatem
vitiare ſacti, l. in bello. § factæ. ff. de capt. & poſt. re-
uer. & decretum etiã principis intelligitur ſemper ſal
ua veritate, & ſi preces veritate nitãtur, Alex in conſ.
1. vol. 2. Bal. conſ. 252. vol. 1. Rui. late conſ. 8. vol 1. &
8 intelligitur †ſemper ſaluo Iure tertij, ſecũdum Alex.
in conſ. 135. vol. 4. & nunquam tollere ius partis. l. nec
impuberi. ff. de adminiſtra tut. c. ſuper eo, de off. de-
legat. Alex. conſ. 34. vol. 6. & dicebant quod Domini
extraordinarij nõ habent facultatem facere aliquem
ruptum, aut latitantem, qui non ſit, ſed tantum decla-
rare, quod importat factum, nõ autem aliquid de no-
uo facere, l. hæredes palàm. §. ſed ſi notam. ff. de teſta-
mentis & declaratio, quæ non concernit dubium in
iure, ſed in facto, non poteſt tertio præiudicare, vt
not. Ane conſ. 398. Pariſ. conſ. 50. in fin. volu. 4. ¶ Ex
parte autem Pauli Grimaldi, & Paridis Pinelli, & v-
xoris dicti condã Dom. tutorum, & executorum fuit
dictum, quòd dicti Barnabas, & Soci. Curiæ erã iux
ta petita condemnandi, quia intentio eorum erat fun
data ex infra dicendis, videlicet. ¶ Primò erat proba-
tum dictum quondam Dominicum mortuum eſſe, &
filios eius eſſe hæredes, & hoc ex deductis in proceſ-
ſu, & cum iſti filij petierint, & probauerint ſe filios,
non ſuit neceſſe probare de aliqua additione hęredi-
tatis, vt per Alex. in conſil. 34. vol. 3. Ioan. de amicis
conſ. 61. & conſ. 96. & fuit probatum, & iudicatũ ſu-
per legitimatione perſonarum ipſorum agẽtium qui
enim agit, vt talis debet probare talem, ſecũdùm Bar.
in l. non ignorat. C. qui accuſar. nõ po. Dec. conſ. 343.
& 471. & 531. ¶ Secundò, per literas ipſorum Berna-
bæ, & ſociorum curiæ ſcriptas ipſi Dominico die 11.
Ianuarij, anni, &c. in quibus ſcribebat recepiſſe eius
creditum exactum per remiſſam ſibi ipſis ſactam per
dictos Valentiæ, & quod illud remiſerant dictis Va-
lentiæ pro fine Martij dicti anni, quæ literæ contra
ipſum ſeu ipſos ſcribentes plenè probant, ſecun-
dum Bartolus in l. nuda ratio. ff. de donat. & in l.
admonendi. ff. de iur. iur. & per Doc. ſopra allegatos
in recipiẽte literas, litera enim ſemper loquitur, Soc.
9 conſ. 162. col. pen. vol. 2. & literę† mercatorum habẽt
vim inſtrumenti publici ſecundum Zabar. in conſ. 153.
num. 2. & habãtur pro ſententia, & tranſeunt in iudi-
catum ſecundum Bald. in conſ. 348. factæ fuerunt li-
teræ volu. 1. ¶ Tertiò, dicebant ꝙ cum appareret per
proteſtationem factam per illos Valentiæ dictæ lite-
ræ cambij, quòd ſolutio non fuit ſacta, ipſi Barnabas,
10 & Soci. non erant liberati, licèt† remiſſam fecerint:
quia ita demum ſunt ab obligatione diſſoluti, ſi litera
effectum habuerit, l. ſi literatum, & ibi notant. Bal. &
Sali. C. de ſolut. & dicit Sali. in d. l. ſi pro debito. C.
de bonis autho. iud. poſſ. acceptantẽ literas videri eas
acceptaſſe vt liberet demum ſecuta ſolutione, & in l.
ſi filius. ff. ad Maced. vbi dicit quòd mandans non li
beratur niſi taliter qualiter mandatarius ſoluat, & lo-
quitur in literis cambij, & licèt dici poſſit dictũ Do-
11 minicum talem remiſſam † acceptaſſe, dicebant hoc
fuiſſe ſub iſta conditione, ſi ſolutio fieret, & ſic ſub
ſpe futuræ ſolutionis, ſecundùm Salic. in dicta l. lite-
rarum, & in dicta. l. ſi filius ff. ad Maced. & dicit Bal.
in dicto conſilio 348. factę fuerunt literæ volum. pri-
mo, quòd ſi literæ non ponantur in executione, de-
bitor primus retrodare debet, quod accepit, cum
ceſſante cauſa ceſſet effectus, l. cum quis l. ſi extra-
neus. ff. de conditio. ob cauſam, non eſt enim ęquum,
quòd debitor lucretur pecunias cum damno alterius,
l. ſi me, & Titiũ ff ſi cer. pet. & multa alia ibi dicit ad
propoſitum, quòd ſi quis non ſoluit literas cambij,
qui illas fecit, non dicitur eſſe liberatus. ¶ Quintò, di-
cebant quòd iſti de curia mandauerunt dictis Valen-
tiæ, quòd ſoluerẽt in fine Martij, & illi dixerunt quòd
dictus Dominicus illo tempore habebit creditum, &
ſic illud erat mãdatũ, & obligatio ad diem, ſed quan-
do debitor ſcribit alicui, vt ſuo creditori ſoluat ad
12 †certum tempus, non intelligitur liberatus ante euen
tum diei: hæc concluſio colligitur ex not. per. Sal.
in dicta l. ſi pro debito, & Soc. in d. l. ſingularia num.
50. vbi limitando, & declarando dictum Bartol. dicit,
quòd quando ſit factum mandatum, quod ad diem
ſoluat, ante diei aduentum non liberatur debitor, ſi
autem non liberatur, dicebant dubium non eſſe Do-
minicum, cui erat d. ſumma ſoluenda in fine Martij,
poſſe agere contra dictos ſocios curiæ, qui ſociis Va-
lentiæ ſcripſerunt, vt ſoluerent ſibi ipſis in fine Mar-
tij ſummam prædictam: vſque enim ad id tempus di-
ctus Dominicus non dicebatur propriè creditor: ex
quo non poterat agere iuxta not. in l. prima. ff. ſi cer.
pet. & hoc denotant verba illorum Valentiæ ſcriben-
tium ipſi Dominico, quòd in fine Martij habebit cre
ditum, ibi in literis, habebitis creditum: quæ verba
demonſtrabant ipſum Dominicum ante terminum
non fore habiturum creditum, cum ſint verba futuri
temporis, l. Sticum, qui meus erit, de leg. 1. & quæ
nihil de præſenti diſponunt, vt per Alexand. in conſi-
lio 62. volum. 3. & dicebant, ſi noluerunt ante termi-
num poni ad creditum, non poterat dici factam eſ-
ſe aliquam nouationem, quia de debito præſenti ad
13 promiſſionem in diem non dicitur ſacta† nouatio, ni-
ſi hoc expreſſè dicatur, l. ſi Sticum §. primo, vbi gloſ.
& Doc. & in l. in diem. ff. de nouat. & hoc eſt, quòd
Bal. in d. conſ. 348. dicit, magnam eſſe differentiam,
an campſor detur pro ſoluto, vel pro ſoluendo, nam ſi
detur pro ſoluto, vigore pacti prima obligatio ſubla
ta videtur, ſi autem pro ſoluendo, quia non agitur de
liberatione, ſed ſolum de obligatione nouæ perſonę,
durat tunc prima actio, allegat Bart. in l. ſi debito-
rem. ff. de nouat. ſed melius facit, quòd ibi dicit Pau.
de Caſtr. num. 3. dum dicit, ſi debitor meus efficiatur
non ſoluendo antequàm ſoluat, licet creditori meo
fecerit promiſſionem, cum actio mea adhuc non eſ-
ſet nouata, nec ipſe erat è me liberatus, nec ego à te,
damnũ erit meum, & tu potes ad me redire, quod
multò fortius in caſu ſuo dicendum eſſe dicebant:
Nam cum in dictis literis diceretur, habebitis cre-
ditum, non conſtabat, quòd adhuc eſſent debitores,
& ſe debitores conſtituiſſent, vel promiſſionem fe-
ciſſent, ſed ſolùm videbatur admonitio quædam,
quòd Dominicus tali tempore habere debebat talẽ
ſummam, ad quòd facit quod dicit Paul. de Caſt. in l.
delegare. ff. de nouat numero 3. dum in fortioribus
terminis declarat, quòd ſi ſit ſcriptum, talis debet ha-
bere, nec de alia promiſſione appareat, non dicitur
facta nouatio, ſequitur Soc. in dicta l. qui vſuſi u-
ctum. ff. de verb. obliga. & in conſilio 267. volum. 2.
Alexand. conſilio 10. volum. 5 ¶ Adductis in contra-
rium pro parte dictorum Barnabæ, & ſociorum
fuit reſponſum: & ad primum, quòd cum fuerit
facta remiſſio illis Valentiæ mandato dictorum Bar-
nabæ, & ſociorum, & mandato d. Dominici, ipſi
curiæ liberati erant l. ſolutam. ff. de ſolut. reſponde-
batur, quòd de mandato expreſſè dicti Dom. facto
illis de curia de remittendis pecuniis illis Valen-
tiæ non conſtabat, & qui allegat mandatum, illud
probare tenetur, ſecundùm Decii. in conſilio 437.
numero

numero 2. ſed dato quòd conſtaret, dicebatur quòd
14 ita demum Barnabas,& ſocij erant † liberati , ſi re-
miſſio habuiſſet effectum , quaſi inſit iſta conditio,
dicta l.ſi literarum cum aliis ſupra adductis in ter-
tio fundamento,& hoc colligi poteſt ex d.l.ſolutam,
ibi ſoluet,illud enim verbum denotat perfectam , &
actual ſolutionem,vbi ita declarat Paul. de Caſtr.in
princ.& Bartol.in l.ſolutiones. ff. de ſolut. & Andr.
Barba. inter conſilia Alexand. conſilio 94. in fin.
volum. 3. Soc. conſilio 65. columna 1.volumine 4.
Nec per promiſſionem per dictos Valentiæ factam
de ſoluendo in termino,dicebatur facta ſolutio iuxta
not.per Paul.de Caſtr. in dicta l. ſi debitorem, & in
dicta l.delegare, & dicit Soc. in dicto conſilio 267.
15 columna 2.quòd mandatum † de ſoluendo non im-
pletur promittendo,& verba mandati dum in literis
dicitur,ſoluatis,erant intelligenda cum effectu l. 1.§.
1.ff.quòd quiſque Iuris, & ſimpliciter,& non ſecun-
dum quid,Bartolus in l.hoc legarum de legat. 3. Bal.
in l.ſi non abſtulit.C.de nouat.¶ Ad ſecundum,quod
ſuprad.Barnabas, & ſocij erant liberati per not. per
Bar.in dicta l.ſingularia,& per deciſ.Ioan. Andr. in
addit ad Specu.in ritu.de depoſito fundatam in con-
ſilio Dini,quam ſequuntur Doc.vt ibi,ex quo dictus
Dominicus acceptauit, reſponderūt quòd licèt dicti
Barnabas.& ſoc.ſub die 11. Ianuarij ſcripſerint Do-
minico quòd habuit creditum , & per contra debi-
tū de dictis Caſtellanis nomine ipſius Dom.remiſſis
dictis Valentiæ pro fine Martij,& ſub die 14.Februa
rij,& d.Dom.ipſis Barnabæ , & ſociis reſponderit,
quòd notauit cōcorditer remiſſam , & quod annulla-
uit rationem,non tamen propter hoc dicitur liberaſ-
ſe ipſum Barnabam, & ſocios:quia illa annullatio fa-
cta fuit contemplatione literarum dictorum Barna-
bæ,& ſociorum ipſi ſcriptarum , quibus id ei' ſigni-
ficabant quòd habuerat debitum pro remiſſa eius
nomine facta dictis Valentiæ , & ſic ſpe futuræ ſolu-
tionis faciendæ in fine Martij ,& quando creditor in
16 eius libro †rationum ſcribit, ſe recepiſſe debitum an-
nullando rationem , & creditum ſpe futuræ ſolutio-
nis,nō dicitur nouare,nec fidem illius ſimpliciter , &
purè ſequi : & ideo eius debitor , qui ſcripſit literas
ad dictum ſoluere debentem,non liberatur , l.litera-
rum,& ibi Bal.& Sali. C. de ſolut.& ſic reſpectu lite-
rarum ſcriptarū per dictum Dominicum dictis' Bar-
nabæ,& ſociis dicebant , non poſſe dici ſecutam eſſe
aliquam liberationem,& reſpectu literarum ſcripta-
rum adinuicem per dictum Dom. & illos Valentiæ
ſimiliter dicebant:non poſſe dici ipſos Barnabam, &
ſocios fuiſſe liberatos,quia licet ſub die 14. Februa-
rij anni,&c.dictus Dominicus ſcripſerit illis Valen-
tiæ,quòd habuit literas à dicto Barnaba,& quod per
eas cognouit qualiter eis ſuo nomine remiſerunt di-
ctos Caſtellanos pro fine Martij,& quòd placeat ſuo
loco dirigere ſcripturam,tamen propter hoc non di-
citur receſſiſſe à priore actione, quam contradictos
Barnabam,& ſocios habebat:quia adhuc dictus Do-
minicus nullas literas ab ipſis Valētiæ habuerat, nec
ipſi aliquid promiſerant ipſi Dom. cum nemo appli-
cet animum ad ignorata,ſecundùm Cor.in conſi. 25.
17 colum.fin.volum.2.& ad hoc,vt † ratificatio argua-
tur,ex aliquo facto requiritur quòd faciens ſciat, vt
per Crauet.conſilio 197. numero 14. & dum dicitur
placeat ſuo loco dirigere ſcripturam,dicebant intel-
ligendum eſſe ſecuta ſolutione , quia ita ſcripſit ſe-
quenda fidem dicti Barnabæ,vt fuit dictum ſupra, &
quia dicta litera non peruenit ad dictum Vrbanum,
& ſocios Valentiæ antequàm ipſi eſſent facti non
ſoluendo,cum ipſi Valentiæ ſub die 15.Martij eidem
Dom.ſcripſerint, quòd in fine Martij erit terminus
ſolutionis , & quòd pro diſpoſitione dictæ remiſſæ
nondum ordinem habuerant , & per ratificationem
factam in tempore,quo quis effectus eſt non ſoluen-
do,quis ſibi non præiudicat, vt infra dicetur. ¶ Nec
obſtare dicebant,quòd dicti Valentiæ habitis literis
à dictis Barnaba,& ſociis de ſoluendo in fine Martij,
ſcripſerint Dom.ſub die 29. Ianuarij quòd dictus Bar
nabas, & ſocij remiſerant ſuo nomine dictos Caſtel-
lanos pro fine Martij,& quòd in termino habebit cre
ditum:per quas videtur eſſe facta promiſſio de ſoluē.
ipſi Dom. & ſimiliter per verba literæ ſub die 15.
Martij,in qua dicunt in terminum,quem ſeruabimus:
tum quia non apparebat quando d.Dom.eas habue-
rit,niſi per eius literas ſub die 6.Aprilis , &c.non po-
terat dici factam fuiſſe aliquam ratificationem , ex
quo lapſus erat terminus ſolutionis , (vt infra dice-
tur , reſpondendo ad quartum dubium): tum etiam
quia vbi diceretur factam aliquam ratificationem,
in illo caſu non obſtabat , quia illa verba habebitis
creditum infra terminum quem ſeruabimus, impor-
tabant ſolùm ſimplicem promiſſionem de ſoluendo,
18 quia per epiſtolam non poteſt contrahi † ſtipulatio,l.
1.ff.de verb.obli.l.inter abſentes C.de inut. ſtipul. &
per talem ſimplicem promiſſionem, & pactum nudū
non inducitur liberatio prioris obligationis , niſi ex-
preſsè agatur:quoniam per alium contractum,quàm
19 per ſtipulationem , nouatio † non inducitur. l. item
illa §. primo. ff. de conſtit. pecun. nec ex interuentu
20 † nouæ perſonæ,niſi expreſsè agatur, nouatio induci-
tur,l fi.C.de nouat. Alex. in l.quæ vſufructum.ff. de
verb.oblig.& in l. ſingularia vbi Soc. & Dec.nu. 27.
verſ.ſed extra caſum.ff.ſi cer.pet. Nō obſtare dicebāt
ipſi dictum Bart. in d. l.ſingularia:quia non faciebat
ad caſum illum : quia loquitur Bart. quando fit pro-
miſſio præſenti,& acceptanti,& ſic eſt deligatio,quia
21 per delegationem † nouatio inducitur,l delegare. ff.
de nouat.& liberatio inducitur,ſecundum Bar.in l. 2.
C.de excep.rei.iud.in qua delegatione non procedit.
l.fin.C.de nouat.vt per Iaſ.in d.l.ſingularia, num. 38.
& Dec.& alios ibi , & Dec. in conſilio 107. & Ale-
xand. in dicta l. vſufructum , & in duobus tantùm
caſibus inducitur liberatio , quando interuenit
delegatio. & quando abſque delegatione promitti-
tur,per hæc verba,promitto tibi loco Titij , & quòd
exceptis his duobus caſibus nō liberatur primus † de-
22 bitor,per tex.cum glo.in.§.argentariorū in Auth. de
fideiuſſ.ea ratione,qua nō fit nouatio,niſi expreſſè a-
gatur,& ante Alex.voluit Paul.de Caſtr.in d.l.ſingu-
laria,& tenet Iaſ.ibi nu.30.& Dec.nu.27. Soc.nu.16.
& dicit Soc.eſſe cōmunē opinionē,vult.n.quòd in ſe-
cūdo caſu appareat,quòd animo liberādi faciat,aliàs
non procedit : & ita etiā voluit Sal.in d.l.fi.C.de no-
uat.& Imo.in l.penul.ff.de præt. ſtip. & maximè di-
cebant procedere in caſu illo , quia non conſtabat
quòd dicti Valentiæ eſſent debitores dictorum Bar-
nabæ,& ſociorum,quo caſu quando † campſor promi
23 tens non ſit debitor iubentis eum ſoluere, nō dicitur
facta delegatio,nec primus debitor liberatus,vt con-
ſuluit Andr.Barb.conſ.99. vol. 2. ſequitur Iaſ.in d.l.
ſingularia nu.38.& ibi Soc.n.16.qui dicit communē
eſſe opinionem,& ſic dicebant in caſu iſto duo con-
currere:ex quibus non poterat dici factam eſſe dele-
gationem,& ideo dictum Bartol.locum non habere.
Primò ꝙ promiſſio fuerat facta abſenti per epiſtolā.
Secundò,quod promittentes nō erant debitores mā-
dantis.concurrebat tertiò , quòd mandatum dicto-

rum Barnabæ,& ſociorum fuerat de ſoluendo,& non
de promittendo:quo caſu dictum Bartol.non proce-
dit,vt per Iaſ.Soc.& Dec.in d.l.ſingularia ſequentes.
Paul.de Caſtr.in dicta l.ſi debitorem.ff. de nouat.
Quartò etiam concurrebat quòd mandatum erat in
diem, quo caſu ante aduentũ diei non liberatur de-
bitor mandans ſecundum Sali.in dicta l. ſi pro debi-
to. Soc. in d.l. ſingularia nu.10. Quintò,cõcurrebat,
ꝗ hoc mãdatũ erat cõditionale, quo caſu ante euen-
tum conditionis non ſequitur liberatio l.quoties. ff.
de nouat.& apparebat quod erat conditionale ibi in
dictis literis, habebitis creditum : quæ verba futuri
temporis,vt ſupra fuit dictum, important conditio-
nem d.l.Stichum,qui meus erit,de leg.1.& dicit Ale
24 xand.in conſ.77.vol.1.nu.4.quod † verba de futuro
non habent aliquem conſenſum, & ſic in caſu illo
nulla erat facta delegatio, nec nouatio : quia ad fa-
ciendam delegationẽ tria requiruntur,de quibus per
Dec.in dicta l.ſingularia,& in d.conſ.107.& conſilio
421.ad fin.Iaſ.& Alexand.in d.l.ſingularia, & in d.l.
qui vſumfructum,videlicet 1.quòd ſit debitor.Secun
dò quod delegatus per ſtipulationem promittat.Ter-
tiò,quòd tanquàm debitor promittat, vt per Pau.de
Caſt.in l.quamuis.§. mulier.ff.ad Vellei. quæ in caſu
iſto non interuenerunt, ¶ Non obſtat deciſ. Ioan.
And.in addit.ad ſpecu.in tit. de depoſito fundata in
conſ.Din.17.quia dicebant, quòd procedit quando
debitor mandantis campſor erat,& per talem actum
qui habeat vim ſolutionis ſimplicis:quia mandatum,
quod pręceſſerat,erat ſimplex.Nam ſi rectè conſide-
retur præceſſit mandatũ ſimplex,& campſor erat de-
bitor,& vt debitori dictum mãdatum fuit factum, &
ipſe campſor ſcripſerat ſe eſſe debitorem de ſumma
ſibi demandata illius,cui erat facienda ſolutio, & ita
ſimpliciter certificauit eum qualiter erat eius debi-
tor & ille ratificauit, & illa ratificatio eo caſu opera-
tur liberationem primi debitoris mandantis : & per
ſupradicta apparebat, quòd campſor animo nouandi
promiſerat, & interuenit actus habens vim ſimplicis
25 ſolutionis:quia dictus cãpſor † ſcripſerat in eius libro
rationum,ſe eſſe debitorem alicuius,vel aliquem pro
creditore,quòd habet vim ſolutionis,vt tradit Di. in
d conſ.& ſentit Sal.in d.l.ſi filius.ff.ad Macedo quã-
do figurat quatuor caſus, quando per literas ſcriptas
campſori, ſeu mercatori,per debitorem & præſenta-
tas per ipſum eius creditorẽ illi, & in quarto caſu di-
cit, ꝗ etiam ſi dimiſit, & non fecit ſcribere ſe in eius
libro,non liberatur primus debitor, qui dedit dictas
literas deferẽdas vt ſupra.Vnde videtur ſecus ſẽtire,ſi
fecit ſe ſcribere pro creditore,vt fuit in caſu Dini, &
Ioan.Andr.quia tunc res non dicitur integra,vt dicit
Dec.in d.l ſingularia,n 24. Nã paria ſunt ſoluere iſto
caſu,vel ſcribere aliquem pro creditore, vel ſe debi-
torem alicuius eo præſente & conſentiente, vel ipſo
abſente,ſed poſtea ratificante : quia ſolutiones mer-
catorum eo modo factæ videntur,vt ſentit ibi Sali.in
d.l.ſi filius,& habetur per Paul.de Caſt in d.l.delega-
re,& Soc.conſ.64.vol.2.& in d.conſ.267.& hoc com
probatur, quia hoc modo ſcribendo de voluntate, &
conſenſu creditoris accipere debentis pecuniam ſibi
commiſſam ſolui,ipſe creditor videtur accipere man
26 datum debitoris promittẽtis † in ſolutum, & ideo tũc
videtur ſequi liberatio prioris debitoris, ſecus vbi
creditor non acceptat nomen inſolutum,nec conſta
re poteſt acceptaſſe, quia tunc non liberatur primus
debitor per id, ꝗ tradit Ioan.de Imol.in l.facta.§.ſi
hæres.ff.ad Trebel.vbi dicit,quòd aliud eſt dare no-
men inſolutum,& cedere actionem,quo caſu imme-
diate periculum nominis tranſit in ceſſionarium.l. ſi
pupilli.§.ſorer.ff.de ſolu.& aliud eſt cedere actiones
cõtra debitorem ſuum ſolutionis cauſa creditori ſuo,
vt ſibi ſatis fiat, & hoc caſu periculum nominis eſt ce
dentis:ex quo datur intelligi,quòd quando ceduntur
actiones ſimpliciter cõtra debitorem ſolutionis cau-
ſa, vt debitor creditori ſuo ſatisfaciat, donec nõ fuit
ſatisfactum tali creditori,debitor nõ liberatur,& cõ-
ſequenter conueniri poteſt, quia ante ſolutionẽ non
videtur cedere inſolutum talis caſus, ex quo pericu-
lum nominis pertinet ad cedentem,ſed in caſu Dini,
& Ioan.Andr.iſta ceſſant,quia Barnabas, & ſocij non
mãdauerũt ſimpliciter,ſed in diem, nec vt creditores
dicti Vrbani, & ſociorum Valentiæ, nec quòd dicti
Valentiæ,vt eorum debitores ſoluerent, quia ipſi nõ
erant eius debitores,nec ſcripſerant dictum Dom. in
eorum libro rationũ pro eorum creditore, ſeu ſe eius
debitores,& ideo dicta deciſio non obſtat.Nec dice
bant ad id quod ſupradictum eſt, quòd Vrbanus, &
ſocij non ſcripſerant ſe debitores dicti Dom. vel eũ
pro creditore,obſtare.ꝗ reperiebatur die 21. Ianua-
rij annotatio quædam in manuali dictorum Valen-
tiæ,vbi ſcriptũ erat, Barnabas, & ſocij curiæ pro Ca-
ſtellanis nobis tractis in nobis ipſis in ſe cãbiati, per-
tinent Dom.de Grimaldis Genuæ, quia reſponde-
bant,quòd licèt ex cõſuetudine, vel ſtatuto credatur
27 libris mercatorum,tamen tali † manuali non creditur,
vt tradit Bal.in rub.C. de fid. Inſtr.ſequitur, Iſ. in l.
admonendi,nu.81.verſ.5.limitata, & in repet. d.leg.
numero 115. verſiculo ſecundo. limitata, & ibi
Curtius ſub. numero 16. ff. de iur. iur. & eſt ſcrip-
tura priuata facta inter ipſos Valentiæ, & ipſos cu-
riæ, quæ inter eos tantum probat, & non contra ter
tium s ipſum Dom.ſecundum Bal.in d.rub.C. de fid.
inſtr.col 2.Pręterea illa verba pertinẽt Dom.1.Apri-
lis per, non videbantur ſcripſiſſe ſe debitores dicti
Dom.vel eũ pro creditore,quia licet de ſumma pred.
diceretur,pertinet Dom.non tamẽ ſequebatur quòd
ipſi Valentię facerent ſe debitores dicti Domin.quia
vt dicit Pau.de Caſtr.in d.l.delegare non ſufficit in li
bro ſcribere de voluntate creditoris recipere deben-
tis, talis debet habere, & eum poſuiſſe pro credi-
tore, ſed requiritur ſcribi † in libro ſe promiſiſ-
28 ſe, ad hoc, vt nouatio inducatur, & primus
debitor ſit liberatus, vt videtur velle. Aret. in
conſilio quinto & Soc. in dicto conſilio 267. Di-
cebant etiam quòd ſi ita ſcriptum eſſet, pertinent
Dom. & illi promittimus, non videretur poſſe
dici factam nouationem, quia ipſe Dominicus
non erat pręſens, quando ita ſcriptum fuit, & in
ſcriptura priuata ſi diceretur, verbum promittere
importare ſtipulationem, intelligitur quando ita
ſcriptum eſſet de voluntate creditoris præſentis, &
non abſentis : quia ſtipulatio, & pactum nudum
non contrahitur inter abſentes, ita Dec.dicto con-
ſilio 421. numero 17. ¶ Ad tertium, quòd dicto
Dom.acceptauit per ſuas literas illos Valentiæ pro
ſuis debitoribus,& ideo cõtra eos agere debuerit,ſe-
cundũ Bal.& Sali.in d.l.ſi filius.ff.ad Maced.& in d.
l.ſi pro debito Soc. in dicto conſilio 64. Pariſ. con-
ſilio 91. & deciſ. Specul. in titulo de obliga. &
ſolut. in §. pernotandum verſiculo pone mercator,
& in deciſ. Afflicti, dicebant quòd non obſtabat,
& fuit pluribus modis per eos reſponſum,quòd idem
videtur fundamentum, quod eſt ſecundum ſupra fa-
ctum,an ſcilicet Barnabas,& ſocij ſint liberati,& fuit
ſupra reſponſum, tamen dicebant,quòd acceptatio
29 † literarum inducit conſenſum, & obligat acceptan-
tem,

item, vt per Dec. in d.c.ſcripta n 15. de fide inſtr. Mat. in ſingul. 334. & rub. de proba. n. 228. Paris. conſ. 47.
7 vol. 1. quando in ipſis literis cõtinetur tale quid, quod obligare habeat ipſum acceptantem ad contẽta in literis, vt loquitur tex. & Doc. in d. l. ſi filius: ſi igitur in literis non continetur tale quod obliget, tunc acceptatio earum non poteſt obligare & non inducitur alia obligatio: ſolùm enim tũc inducunt conſenſum,
8 quia non debet ex literis plus probari, quàm de neceſſitate inferatur, quia verba contractus ſunt ſtricti iuris. l quidquid aſtringẽdæ, de verb. oblig. & cõſenſus ſuperueniens non debet operari pluſquam ſi à principio interueniſſet, & inducta ad vnum finem nõ debent alium effectum operi l. ſi duo rei, vbi Iaſ. nu. 6. ſi quis ita promitteret n. 1. de verb. oblig. & an acceptatio literarum quid operetur, ita conſuluit Cuma conſ. 177. ſuper poſitis ſtatutis, & ideo eum in dictis literis Barnabæ, & ſociorum cõtineretur tantùm promiſſio ſimplex, & illa nõ obliget, talis acceptatio non præiudicauit l. publica. ff. de poſ. Bart. in l. b. ff. de conſt. pecunia, nec etiam obligat, quando poteſt ſumi coniectura, & præſumptio quòd acceptatio facta fuerit ex alia cauſa, quàm obligationis inducendę, vt per Mathe. in ſing. 22. & Cepol. in caut. 9. quos ſequitur Dec in d.c. ſcripta de fid. inſtr. nec decis. Spec. in titulo de obligat. & ſolut. in §. prænotandum verſ. pone, mercator, aliquid facere dicebatur, quia actio ibi competit ſcholari contra illos ſocios Bononiæ commorãtes, quia mercator reſidẽs in monte pulciano recepit à dãte, & ſoluente pecuniam nomine ſcholaris, vt ſocius & procurator dictorum ſuorum ſociorum, & ita eo nomine promiſit Bononiæ pecuniam reddere, & reddi per dictos ſocios, nec ibi dubitabatur an contradictos ſocios competeret actio: ſed qua actione agere poſſet ſcholaris, Nam cui dubium ſi mercator erat ſocius, & procurator illorũ, quod potuit eos obligare ex quo nomine eorum negotiatus eſt, & eorum nomine negotium geſtum eſſet illis acceptantibus, & ratificãtibus, & ipſi tenebantur nomine proprio, vt in regula ratũ de reg. iur. l. ſemper qui prohibet eo tit. l quo. e. ff. rem. rat. hab. l. Pomponius. ff. de neg. geſt. & ſic dicebatur, quòd ad propoſitum queſtio illius nil faciebat, & minus conſ. Gozadi. 38. loquitur in iſtis terminis, quia ibi facta erat datio in ſolutũ, & facta ceſſio, quo caſu ceſſat difficultas, vt dicit Soci in d. l. ſingularia, & in d. l. qui vſufructum, minus etiam faciebat conſilium Soc. 64. vol. 3. quia ideo ibi Cardinalis non poterat habere regreſſum contra primum, quia receperat promiſſionem per inſtrumentũ publicum, & ſic ſunt caſus diuerſi, & ſic etiam Dec. Afflicti. ¶ Ad quartum, dum dicitur, quòd cõſtabat de ſolutione facta per illos Valentiæ acceptata per literas ipſius Dom. in literis, vbi dicebat vidiſſe exactionem, & quæ literæ contra eum probant, & etiam per directionem ſcripturæ apparebat de ſolutione, nec proteſtatio, & decretum extraordinariorum aliquid operabantur vt in d. fundamento latius dictum fuit: fuit multipliciter per eos reſponſum, quòd nulla ſolutio fuerat facta in termino, nec poſt terminum, nec per aliquam directionẽ ſcripturæ: ſolutio enim non præſumitur l. 1. ff. de ſolut. & conſtabat oppoſitũ, quia dicti Valentię lapſo termino ſolutionis faciendæ die 2. Aprilis coram notario, & teſtibus fecerunt proteſtationem ꝙ terminus erat lapſus, & nolebant ſoluere, nec apparebat quòd ante facta fuiſſet. Nec obſtat quòd in eorum manuali die 9. Aprilis ſcriptum ſit de remiſſa facta nomine ipſius Dõ. illis de curia, & dicebãt quòd fuit 1. Aprilis, quaſi illa die ante proteſtũ facta fuerit ſolutio: quia dicebant, quòd manuale non probabat, vt fuit ſupra dictum. Secundò reſpondebãt quòd ſolutio erat facienda in fine Martij, aut prima Aprilis, & illo die facta non fuit, nec potuit fieri per directionem ſcripturæ alicuius in præiudicium dicti
30 Dom. quia factum erat conditionale, & vbi eſt † dies, & conditio, mora purgari non poteſt, vt in l. ſi Inſulã ff. de verb. obli. & cum eſſet promiſſio ſimplex poterat quandocunq; ad volũtatem promittentis reuocari, & in his, quæ pendent à poteſtate proteſtãtis, proteſtatio valet, vt per Doct. in c. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. & in l. non ſolùm §. morte. ff. de nou. ope. nunc. & facta proteſtatione illa ſolutio amplius fieri non poterat: Imo per teſtes dicti Dominici erat probatum quòd poſt proteſtum non poteſt fieri ſolutio, niſi illo annullato, quod non fuit factum, & ius iã fuit quæſitum ipſi Dom. lapſo termino per illam proteſtationem, ex quo illi de curia remanebant obligati l. fin. ff. de pact. quia remiſſio acceptata habebat illã. tacitam conditionem, ſi per eos Valentię adimpleretur l. literarum. Secundò reſpõdebant, quòd cum per teſtes examinatos per ipſos agentes conſtaret, quòd illi de Valentia in fine Martij iam defecerant in fide, & apparebat decretum dominorum extraordinariorũ, quòd dicti Valentiæ erant rupti vſque in fine Martij anni, &c. quicquid fecerint poſt, nihil valebat, tum per ſtatutum de abſentibus, & latitantibus, tum quia
31 omne † mandatũ, & omnis commiſſio dicitur reuocata, iuxta not. in l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolut. & in fallitis notat Bal. in l. rogaſti. §. ſi tibi, in verſi. ſi fugitiuus, & ibi Dec. & Soc. ff. ſi cer. pet Bal. in l. pater hæredis. ff. de teſtamẽt. tute. Marcus Antonius Mantua in Apophthegma. 225. fuit hodie, & ad propoſitum tradit Paris. in conſ. 96. nume. 24. vol. 3. Cacialup. in tract. de debit. ſuſp. in p. quæſtione in fin. Bald. in l. ꝙ Caſſius in fi. ff. de ſenat. Iaſ. in d. l. admonendi col. 48.
32 nu. 123. vbi dicunt quòd non creditur libro † ſuſpecti ſtante ſtatuto, quòd eis credatur, & ex quo talis reuocatio fit à lege, non requiritur intimatio eo quòd leges notæ ſint: & ab omnibus ſciri debent. l. leges ſacratiſſimæ C. de leg. faciunt not. per Feli. in c. ex parte decani col. 6. verſ. 10. fallit, de reſcrip & in c. qualiter, & quando el. 2. de accuſat. & ſic non potuerunt amplius per directionẽ ſcripturæ ſoluere ex defectu poteſtatis, & dicebant, quòd ex quo erant in fine Martij falliti, poterant dici, & erant ſuæ ſcripturæ poſtea
33 factæ ſuſpectæ, ex quo die † repetita fieri poterant, vt dicit Bar. in l. repetita ff. de fid. inſtr. iuxta text. & ea, quę ponit ibi Pau. de Caſtr. in l. Scia in prin. ff. ad Velleia, & dicit Bal. conſ. 249. ſuper literis volum. 1. & in
34 conſ. 400. vol. 5. quòd iſti falliti ſunt † infames, & faciles ad mentiendum. Præterea etiam reſpondebant vt ſupra, quòd de ſolutione non conſtabat per proteſtum 2. die Aprilis factum, & ſic poſt terminum lapſum, & ante ſcripturam in Manuali factam, cui proteſtationi eſt ſtandum potius, quàm ſcripturæ priuatæ. l. ſcripturas, C. qui potio. in pign. hab. & dicit Bald. in conſ. 15. quòd ratio eſt, ne daretur materia ponendi diem anteriorem, quàm reuera eſſet facta per l. repetita, vbi etiam Florianus dicit, quòd confeſſio in ſcritura priuata de alio die anteriore non præiudicat illi, qui ex ſcriptura publica habet ius quæſitum, hoc idem dicit Specul. in tit. de ſolut. §. primo, verſiculo ſed quid ecce. vlterius reſpondebant, quòd partitæ dictorum manualium, ſcilicet, illa prima, de qua ſupra, vbi dicitur, pertinent Dom. & iſta nunc vltimo loco ſcripta die nona Aprilis, & fuit prima Aprilis, non erant exhibitæ,

tæ,& productæ:& pariter neq; teſtes examinati in Hiſpaniis per ipſos reos deponentes, quòd illi Valētiæ in fine Martij,& poſt non erant falliti,& ſoluebāt, & cambio accipiebāt pecunias. Nam illę partitæ extractæ per Paulum Abbum nomine Stephani ſaluagij non erant exhibitæ in termino dilationis probatoriæ datæ ipſi,quia debent exhiberi in termino illius, ex forma regularū Rotæ. Nā dilatio fuit conceſſa Paulo per ſex menſes, & cum ſuſpenſionibus ipſius Pauli durabant per 9. Maij,& fuit facta exhibitio die 21. Iulij anni,&c.& Rota illos teſtes poſtea, & partitas admiſit ſaluis iuribus partium,& licèt Illuſtriſſima Dominatio reſtaurauerit terminum Fran. Romeo nomine Fran. Lomelini, tamen fuerunt exhibitæ aliæ partitæ,& literæ,& licet eſſent poſtea productæ illę partitæ,& teſtes,tamen nihil erat, tum quia extra tēpus, tum quia erant priuatæ ſcripturæ: nec dicebant obſtare id,quod dicebant reis, quòd erat facta ſolutio die 1. Aprilis,& quòd per proteſtum poſtea factum non potuit præiudicari iuri iam quæſito ipſis de curia per ea,quæ ſupradicta fuerunt in quarto fundamēto reorum: quia dicebant, quòd erat verum, ſi eſſet facta ſolutio, ſed non erat facta ſolutio per ſupradicta,imo proteſtatio contraria ſolutioni, & animo ſoluēdi. Nec dicebant etiam obſtare,quòd proteſtatione non obſtāte fuerat poſtea facta ſolutio, quia proteſtatio cenſebatur reuocata: Nam reſpondebāt, ꝙ hoc non erat verum nec in facto,nec in iure: nam de ſolutione poſtea facta,nulla erat facta probatio, imo in literis dicebant, quòd fecerāt in foro Maij iterum remiſſionem illarum pecuniarum illis de curia nomine dicti Dom. & tamen per partitas vltimo loco in tempore reſtaurationis productas, & per copiam literarum cambij expreſſe apparebat,quòd nullam remiſſionem fecerāt dictis de curia, vt ſupra dictū fuit, ſed etiam reſpondebant dato quòd probaretur, non poterat iam ius quæſitum Dom. tolli,niſi de conſenſu ipſius Dom. l. Ius noſtrū de reg. iur. l. fi. ff. de pact.

35 & mādatum † factum cum termino nec ante,nec poſt poteſt exequi l. ſi mandauero §. 1 ff manda Bald. in l. poſt mortem C. de fideicom. col. penul. Pariſ. conſil. 81. nu. 8. cum ſeq vol. 1. quia tempus eſt de forma. vt per Iaſ. in auth. quæ ſupplicatio C. de preci. impe. off. nec obſtat. dicebant quòd proteſtatio fuit clandeſtina,& non fuit intimata,per dicta in quarto fundamēto reorum: quia dicebāt aduertendū eſſe,ꝙ dicti Valentiæ habebant tres perſonas,vnā propriam videlicet mandatum ad ſoluendum dictam remiſſam, & in hoc ſufficiebat proteſtatio voluntaris ſuæ,quòd nolebant ſoluere,quia hoc dependebat ab eorum voluntate,& in hoc non requiritur præſentia partis. Bal. in l. Pōponius. ff. de neg. geſt. l. certum §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. habebant etiam perſonam ipſius Dom. ad exigendum à ſeipſis,& perſonas dicti Barnabæ, & ſociorum,& ſic repræſentabāt omnes perſonas: quia,

36 quando † concurrunt in perſona vnius iura plurium perſonarum, habetur ac ſi eſſent plures perſonæ. l. cū ipſe,vbi hoc dicit Cyn. C. de contrahen. empt. Soc. conſ. 87. col. 3. Lapus in allegatione 99. nu. 2. l. pupillus §. ſcire. ff. de admini. tuto. quia ipſi ſibiipſis præſentauerunt literas diuerſis reſpectibus, & proteſtati ſunt in eo, quòd debebant exigere contra ſeipſos, & nō erat opus intimatione quantum ad effectum pro-

37 teſtationis: quia ſtatim,quòd fit † proteſtatio ſuper literis,remanent ſcribētes literas obligati,& iſta obligatio nō potuit tolli d. Dom. niſi ipſo cōſentiente, vel renuntiante,quod nō præſumitur:& de eo,ꝙ quis ignorat, non dicitur remittere,vt infra dicetur, & quando ſcriptura publica eſt facta coràm not. & teſtibus dicitur palam fieri ſecundùm Bart. in l. ſciant C. de his,quæ ex publi. rationibus lib. 10. l. non intelligitur §. tacitam. ff. de Iure fiſci. Bart. in l. in fraudem. ff. de his,quibus vt indig. ¶ Ad id,quod dicebatur,quod apparebat de ſolutione per literarum acceptationem ipſius Dom. dum dicebat, reſpondendo illis Valentiæ,vidiſſe exactionem,in quo pondus cauſæ videbatur conſiſtere,& reſpondebant,quòd Vrbanus, & ſociis ſignificauerant per ſuas literas ipſi Dom. quòd prima Aprilis fuerat term. illius remiſſæ, pro qua habuerat creditum, & per contra debitum pro illis pecuniis remiſſis dictorum Barnabæ,& ſociorum pro feria Maij, & ſic quòd ſoluerant ſibi ipſis nomine dicti Dom. prout habebāt in mandatis, & d. Dom. reſpondendo illi literæ,vidiſſe exactionē, videtur id approbaſſe, credens aſſerta in dictis literis eſſe vera,ſed cum apparuerit ea non eſſe vera,talis approbatio ſibi non

38 præiudicauit: quia fuerat facta † contēplatione literarum,quę veritatē non continebant,& approbatio intelligitur ſi vera ſunt,quæ ſibi ſcribebātur,vt tradidit Paul. de Caſt. in conſ. 385. 1. vol. nu. 2. Dec. conſ. 335. nu. 3. Gozad. conſ. 27. n. 1. Iaſ. in l. quòd ſeruus numero 8. ff. de cond. cauſ. dat. qui enim errat, non approbat l. fi. ff. de hęred. inſtitut. l. 2. ff. de iudi. l. ſi per errorem. ff. de iur. omn. iud. errans enim non dicitur conſentire, & decepti non dicuntur conſentire, imo quis dicitur in iuſto errore facti, qui ab aduerſarij perſuaſione ducitur, & ſuccurritur etiam poſt ſententiam ſibi Bartolus Bald. Iaſ. in l. error C. de iur. & facti ignoran. Gloſ. in l. 2. §. fin. ff. quando act. de pecul. Iaſ. in l. 1. colum. 1. & ibi. Alexand. in fi. ff. de cōdict. indeb. Bal. in l. 2. in verbo exorta C. ne filius pro patre. comprobatur per tradita latè per Dec. conſ. 350. & in conſ. 408. Pariſ. conſ. 112. nu. 44. 1. vol. qui in literis loquitur, & error probatur eo ipſo, quòd probatur rem aliter ſe habere ſiue ſit facti, ſiue ſit Iuris, vbi de damno tractatur, vt per Bart. in l. ſed ſi me præſentem. ff. de cond. inde. & in l. non fatetur col. 4 ff. de confeſſ. & contrarium apparebat per proteſtationem maximè cum eſſet in facto alieno, in quo eſt probabilis ignorantia. l. fin. ff. pro Soc. & dicebant, quòd talis approbatio, ſeu acceptatio ex defectu cauſæ finalis falſæ, non valebat ſecundùm Paul. de Caſtr. in conſilio 131. licèt iſta Soc. conſilio 159. & conſilio 50. & conſilio 129. Habebat enim illa acceptatio tacitam conditionem, ſi vera erant, quæ dicebātur, vt per Doct. ſupradictos, & cum dictus Dominicus non haberet notitiam de ſolutione non facta, non potuit ſibi præiudicare, l. qui cum tutoribus. C. de tranſact. l. tres fratres. ff. de pact. l. ſi de certa C. de tranſac. Pariſ. conſilio 91. volumine 3. Prætereà reſpondebant, quòd cum non appareret de aliquo credito verè dato, imo appareret cōtrariū per proteſtū, licèt ſcripſerint dediſſe, erāt in dolo affirmando id, quod non erat. l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo, licet etiam dictus Dominicus dictos Barnabam,& ſocios liberaſſet, & acceptaſſet ab illis Valentiæ ſub prætextu, quòd eſſet facta vera ſolutio, & exactio,& ſibi datum creditum, tamē talis liberatio, & acceptatio, & confeſſio per dolum extorta ſibi non præiudicabat, Gloſſ. in l. 4. §. primo. ff. de contr. act. tut. & approbatio non extenditur ad doloſè facta, ſecundùm gloſ. in l. Pomponius ſcribit. ff. de negot. geſt. in fin. Bartolus in l. Aurelius. §. Caius columna ſecunda, verſiculo in tranſactione

39 verò. ff. de libe. legat. & actus † ſequens nunquam ratificat actum doloſum, de quo erat ignorantia,

tia,quæ præſumitur glo.in l.2.in verſ.fina.C.ſi maior
fact.plenè Pariſ.in conſ.49.nu.41.cũ ſeq.vol.2. Soc.
conſ.159.col.penul.& conſ.214.vbi dicit, quòd de-
cepti non dicuntur conſentire,vt ſupradictũ fuit: &
in quacunque diſpoſitione,& mandato generali ſem-
per intelligitur excluſus dolus l.creditor.§.Lucius.ff.
manda.l.tres fratres.ff.de pact.vbi eſt caſus,& ratiha-
bitio,quæ eſt actus fictus, nõ operatur pluſquam ex-
preſſum mandatum, ſecundùm Philippum Francum
in c.ratihabitionem de reg.iur.in 6.& quod non eſt,
40 ratificari † non poteſt: quia ratihabitio non inuenit
quod ratificet,vel pedes figat,'vt dicit Bal.in l. falſus
col.2. C. de ſer.fug. cum igitur non fuerit facta ſolu-
tio,vt ſupra fuit latè deductum, & dixerint ipſi Va-
lentiæ,quòd illam partitam remiſerant Barnabæ, &
ſociis pro feria Maij,'& hoc eſſet falſum, & ipſimet
Valẽtiæ ſcripſerint illis cutiæ nolle amplius illis hoc
onus dare:dicebant,quòd Barnabas, & ſocij ipſi d.
Dominico erant obligati, per nota.per Sali. in dicta
l.ſi literarum, & in dicta l.ſi filius, & in dicta l. ſi
pro debito, & ex generali, & notoria conſuetudine
mercatorum Genuæ, quia quotieſcunque quis facit
41 literas cambij,& ille,cui diriguntur,acceptat, & po-
ſtea non ſoluit,ſcribens † literas remanet obligatus:
quia ego,qui dedi cambio, habeo vtrunque obliga-
tum,& mercatorum obſeruantia facit ius.Bal.in rub.
de conſtitut.pec.Alex.in conſ.140.vol.5.& conſ.102.
vol.6.Pariſ.conſ 93.vol.1.Soc.iun.conſ.27.volum.2.
quę conſuetudo cum ſit notoria,& generalis,non in-
diget probatione,ſecundùm Bald.in l.3.col.2. C. de
ſer.fug.Dec conſ.447.& 449.& 483.& 555.& facit
quod notat Bal.in l.fin.in fina.C.ad l.Falcid.¶ Ad id,
quod dicebant de decreto dominorum extraordina
riorum.ſ.quòd non valuit ipſis non citatis,& tãquam
ex falſa cauſa latum, cum per teſtes ipſorum cõſtaret
dictos Valentiæ tunc temporis non eſſe ruptos, ſed
complere,& cambio accipere, fuit reſponſum, quòd
dictum decretum nõ poterat reſcindi, niſi coram ſuo
ſuperiore,cum eſſet factum à deputatis ad hoc decla-
randum, vt ex eorum regulis conſtabat, vt declarat
Bart.in l.ambitioſa.ff.de decret.ab ordin.facien. vbi
etiam dicit,quòd eorum præfationi, & aſſertioni eſt
ſtãdum in his,in quibus arbitrium habent, & ipſi de-
putati examinarũt teſtes,& ſufficit declarare factum
Iudici,& eſt attributum bailię ipſorum declarare an,
& quando quis ſit ruptus, & ex facto ſequitur Iuris
42 diſpoſitio,quæ ligat omnes.l.1.vbi Bar.ff. ad Turpil.
& cum ſit ſententia† declaratoria omnes afficit,ſecun
dum Bal.in l.2.C.quibus ſententia non nocet,& in l.
ingenuũ C.de ſtatu.hom.Dec.conſ.445.nu.38.cum
ſeq.& fuit facta citatio,& per proclama generale, vt
moris eſt,quod ſufficit.l.ſic tempore.C.de remiſ. pi-
gno.vbi Bar.& cæteri, Soc.in tract.citationum artic.
1.in quæſt.9.& artic.22.Iaſ.& alij in l.decem. ff. de
verb.oblig. Antonius de Fano in tract.pigno.in 1.
mẽbro octauæ partis nu.15.& per Bar.in extrauag.ad
repri.in verſ.per ędictum circa medium,& Marſ.in l.
de vno quoque nu.160.ff.de re.iud. & cum talis ſen-
tentia afficiat perſonam facit ius quò ad omnes,vt in
propoſito tradit Aret.in §.Itẽ ſi quis in fraudem n.7.
inſtitut.de act. & Antonius de Fano in d. tract.in 8.
parte in 1.membro num.48.Non obſtat dũ dicebant
eſſe probatum,quod non erant falliti:quia reſponde-
bant,quòd teſtes non fuerũt in tẽpore dilatorio pro-
ducti,vt fuit ſupradictum,& per illos teſtes virtus ſen
tentiæ non poteſt tolli,ſed multa requiruntur,de qui-
bus per Doct.in l.Diuus.ff.de re iud.& in d.l.admo-
nendi,& in c.ſuborta de re iud. His ſic pro vtraque
parte auditis fuit maxima contentio inter Rotam, &
maior numerus cõdemnauit Stephanum Saluagum,
& Franciſcum Lomelinum, & quemlibet eorum in-
ſolidum vnica tamen ſolutione ſufficiente ad ſum-
mam petitam vnà cum intereſſe, quod conuenit mi-
noribus liquidando in executione ſententiæ. Nõ fuit
autem condemnatus Barnabas:quia,licèt petitio fue
rit contra eum porrecta,tamen nõ fuerunt illam pro-
ſecuti contra eum,quòd fieri poteſt l.nõ idcircò,vbi
Bar.ff.de iud.Dec.conſ.295.col.1. & quidem inſoli-
dum,quia probatum fuit quòd inſolidum nomen ad-
inuicem expendebant, & quòd quando quis expen-
43 dit † nomen, tenetur,& tenentur omnes inſolidum:
quæ conſuetudo inter mercatores, & obſeruantia at-
tendi debet,& ſeruari,vt fuit ſupra dictũ. Facit, quòd
not. Ang.in l.ſi vnus.ff.de pact. vnica ſolutione ſuffi-
ciente per nota.per Bar.in l.in duobus.§.1.ff. de duo-
bus reis,& ad intereſſe, quod conuenit minoribus li.
in minorũ C.de in integ.reſtitut.Soc.conſ.2.col. fi.li
quidandum in executione ſententiæ iuxta nota. per
Bar.Bal.& Iaſ.in l.1.in fi.de eden.Maria Soc.in c. ſi-
gnificantibus,de libelli oblat.Alex.conſ.187. col. 1.
& 2.in cauſa,& lite vol.2.Soc.in conſil.96.colum.1.
vol.4.

DECISIO III.

Aſſecuratoribus ea ratione quòd caſus aduer-
ſus non ſit ſecutus repetentibus in iudicio
ordinatio ſummam aſſecuratum, & calore
Iudicij executioni exactam, reo aſſecurato
incumbit onus probandi caſum aduerſum
ſecutum fuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas affirmatiua,vel negatiua,quæ eſt fundamentũ intentionis probari debet per actorẽ.*

2 *Repetens indebitè ſolutum aſtringitur onere probandi indebitum.*

3 *Reſeruatio iurium in alio iudicio quid operetur circa probationes,& exceptiones.*

4 *Clauſula,quod ſentẽtia obſtare non debeat, quid operetur.*

5 *Probationes factæ in iudicio ſummario,an faciãt fidem in plenario.*

6 *Sententia in ſummario lata an faciat Ius in plenario.*

7 *An per probationes vel ſententiam in ſummario ſecutas transferatur onus probandi in plenario in aduerſarium.*

8 *Probatio dubia non releuat probantem.*

9 *Probationes factæ in ſummario,ad hoc,vt probẽt in plenario,quomodo fieri debeant.*

10 *Quibus in caſibus ſolutum repeti poteſt,vt indebitum non obſtante mandato Iudicis.*

11 *Viagij mutatio non præſumitur,ſed eſt probãda.*

12 *Theorica probandi famam per teſtes.*

13 *Teſtes non plene probantes poſſunt alijs adminiculis adiuuari.*

14 *Teſti de facto vnde ſibi laus,vel vituperium venire poſſit,non creditur.*

15 *Aſ-*

15 Aſſecuratores an teneantur de culpa commiſſa per gubernatorem, ſeu patronum nauis, & de dolo vel barattaria.

16 Solicitator nõ admittitur ad teſtimonium, etiam ſi ſolicitet ſine ſalario.

17 Sola aſſertio patroni an ſufficiat de caſu ſiniſtro, & quomodo facienda ſit probatio dicti caſus.

18 Teſtis examinatus extra tempus non facit fidẽ, licèt ſit idoneus.

19 Facta contra legem pro non factis habentur.

20 Sentẽtia, quam interpretationem recipiat, & an operari debeat vltra mentem Iudicis.

21 Praxis concedendi dilationem deforis probatoriam, & literas ſubſidiales.

22 Prorogatio non fit de eo, quod non eſt, & intelligitur prorogatum cum qualitatibus.

23 In negotijs mercatorum veritas eſt attendenda.

24 Dicta teſtium non ſunt cauillanda, ſed adiuuanda etiam ſi ſint impropriãda.

25 Teſtes aliquid de nocte ſecutũ deponentes addere debent qualitatem lucis.

26 Negatiua duobus modis probatur directè, & indirectè.

27 Dolus, & fraus probatur per præſumptiones, & argumenta.

28 Aſſecuratio quis contractus ſit.

IACOBVS Gentilis, & Galeatius de Ferrariis ſuis, & procuratoriis nominibus aliorum aſſecuratorum, de quibus in appodiſia ſecuritatis in actis exhibita, prætendentes caſum ſiniſtri, propter quem aſſecurauerunt Auguſtinum Lomelinum, vt ex eadem appodiſia conſtat, non fuiſſe ſecutum, petierunt (porrecta corám nobis petitione) eundem Auguſtinum condemnari ad nõ moleſtandum, nec inquietandum ipſos aſſecuratores occaſione dictæ aſſecurationis per eos factæ, cum caſus ſiniſtri nõ aduenißet, & quatenus pendente pręſenti iudicio cõtigiſſet calore iudicij executiui dictum Auguſtinum aliquid exigere ab ipſis aſſecuratoribus, ad reſtituendum quicquid indebitè exactum fuiſſet, vna cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, ac pœna triginta trium pro centenario: contra quam petitionem reus oppoſitis primo loco quibuſdam generalibus, demũ ſubiecit verè fuiſſe caſum ſiniſtri ſecutum, vnde cũ ex intentione, & depulſione ſupradictis pro comperto habuiſſemus, quod ſtatus huius cauſæ erat huiuſmodi, videlicet nunquid ſecutus fuiſſet caſus aduerſus, nempe lembi depręd atio, de quo in cauſa, an id minus, cœpimus primo loco attingere illum articulum, quem etiam ſumma diligentia adhibita, & maximis lucubrationib. interpoſitis abſoluimus, is fuit, ad quẽ onus probandi ſpectaret, an ad actores, videlicet quòd caſus aduerſus non contigiſſet, an verò ad reũ, quòd is contigiſſet, & prima facie videbantur dicti actores obſtricti eſſe debere ad probandum eorum intentionem, tum quia vulgaris regula eſt, quòd quan
1 do aliqua † qualitas vel affirmatiua, vel negatiua eſt fundamentum intentionis agentis, illa debet plenè probari l. eum qui ff. de prob. l. actor. quòd aſſeuerat. C. eod. l. in illa. & ibi Bar. ff. de ver. oblig. alias actore non probante, reus abſoluendus eſſet, etiam ſi nihil pręſtitiſſet l. qui accuſare, C. de edendo l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæred. pet. l. negãtes. C. de act. & obl. tum etiam quia propius accedendo ad terminum pręſentis quęſtionis, quę verſatur circa repetitionem pecuniarum,
2 quæ dicuntur † indebitæ ſeu ſine cauſa exactæ per dictum Auguſtinum à dictis aſſecuratoribus: is, qui dicit indebitum ſoluiſſe, videtur onere probandi ſtringi, cum nemo præſumatur indebiti ſolutionẽ feciſſe l. cum de indebito vbi Bar. ff. de prob. Alex. conſi. 83. vol. 1. & eſt tex. in c. is, qui cõqueritur, extra de ſolut. vbi Abb. adducit rationem illius text. in d. l. cũ de indebito: quia nemo, inquit, præſumitur iactare ſuum: vnde licet à principio quis nõ præſumatur obligatus, ſed aſſerenti debitũ incumbit onus probandi, tamen poſt factam ſolutionem pro debito præſumitur, pro iſta etiam parte plurimum facere videbatur id, quod not. glo. in l. 1. per illum tex. C. de cond. inde. vbi mul
3 ta concordantia † iura adducit, & quòd tradidit Bart. in l. 1. §. & parui col. fi. ff. quòd vi, aut clam, in quibus locis dicunt, eum, qui mandato iudicis ſoluit, non poſſe repetere tanquam indebitum. Verùm hęc, & ſimilia non fecerunt quin nos cõtrariam ſententiã amplecteremur, & onus probandi caſum aduerſum eueniſſe, ad reũ ſpectare in hoc iudicio exiſtimaremus, moti principaliter duplici fundamento, vtroque ſanè valido, & vrgenti. Primũ eſt, quia vidimus præſentem controuerſiam decidi à regulis Rotæ, ſub tit. de cau. exe. in § declarato ad cautelam, in quo diſponitur, quòd in cauſis executiuis, in quibus dictum fuit concedendam eſſe licentiam, & expediendam executionẽ præſtita fideiuſſione, &c. intelligantur, & ſint reſeruata iura debitori conuento in iudicio ordinario contra creditorem talia, qualia competunt, non obſtante expeditione executionis, & conceſſione licentiæ: ponderauimus, quòd dicitur iura reſeruari in ordinario. Item non obſtare expeditionem executionis: Nam ſi iura remanẽt ſalua debitori in ordinario, ergo debitor poterit obiicere aduerſario ſuo, quòd exegerit in iudicio executiuo nõ probata plenè, legitimè, & formiter intentione ſua, & ſic quòd caſus ſiniſtri interuenerit: hæc non potuit in executiuo dicere ob rigorem regularum, nũc beneficio earundẽ, poterit vti, quare is, qui exegit, aut plenè probet in iudicio ordinario, aut ſuccumbat, & debitori pecuniam ab eo indebitè, &
4 ſiue cauſa exactam reſtituat. Quòd ſi etiam † obſtare non debet expeditio executionis, & cõceſſionis licẽtiæ, vt in dictis regulis cauetur, nonne ex hoc aperto dignoſcitur, perinde eſſe debere ac ſi iudicium illud executiuũ, quo mediante facta fuit exactio, nũquam fuiſſet inſtitutum? Quapropter illud non debet præſtare adiumentum in eo obtinenti, vt eius beneficio tranſlatum fuerit onus probandi in ſuccumbentem, ſi velit denuo ſuper eadem re iudicium inſtituere, alioqui cuilibet eſſe aperta via committendi fraudes, exigendi indebitum, & quem velit vocandi in iudiciis executiuis, cum poſſet eſſe ſecurus nõ facilè indebiti ſolutionem per eius aduerſarium probari poſſe: plerũq; enim probatio indebiti ſoluti difficilis eſt, adeo quòd, vt facilius expediatur admittitur iuriſiurandi religio compendiis litium deſeruiens dicta. l. cum de indebito. §. in omnibus l. t. ff. de iur. iur. quibus hominum malitiis, ne detur cauſa delinquendi (quantum fieri poteſt) eſt obuiandum. l. in fundo. ff. de rei. vend. l. cum hi. §. ſi cum lis. ff. de tranſac. vbi glo. cum ſimil. ſanè ſi quis intentionẽ regularũ rectè pp̃ẽderit in d. §. declarato, facilè inueniet ſtatuẽtes ad id intẽdiſſe, vt iura debitoris non diminuerent, nec eius cõditionẽ deteriorem facerẽt, cum iura, & exceptiones ſibi cõpetentes

petentes in ordinario ſaluas eſſe diſponerent, aliàs
nimis dura lex fuiſſet, quæ in duobus aſſecuratores
oneraſſet. In primis, quòd ſoluerent ſummam per eos
aſſecuratam facta fide per teſtes etiam minus legiti-
mè receptos, dum tamen iurauerint de naufragio,
ſeu caſu ſiniſtri, vel eius fama. Secundò quòd pro-
batent caſum ſiniſtri non eueniſſe in ordinario cõtra
regulam, quæ habet, vt qui in vno grauatur, in alio re-
leuari debeat l. cum qui. ff. de iur iur. ¶ Secundum fun
damentum, quod nos mouit, fuit, quòd circumſcri-
pta regulatum diſpoſitione credidimus hãc opinio-
nem etiam iuris communis diſpoſitione fulciri, quan
do quidem pro explorato habuimus, probationes
5 †in iudicio ſummario factas, non facere fidem in ple-
nario præſertim quando in ſummario non fuere rece
ptæ plenariè, ſed ſummatim, & non fuit plenè cogni-
tum, & probatum, vt per Alex. in l. 2. ad fi. C. de eden.
& in l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. l. 2. & 3. ff. de re iud.
& in l. ſæpe, nu. 81. ff. eo. tit. & quod dicitur de pro-
bationibus, habet etiam locum in ſentẽtia, quia pro-
cedit argumentum de probationibus ad ſententiam
ſecundum Alex. in dicto. §. ſi ſuper rebus nu. 7 ad
6 fi. igitur etiam ſentẽtia † in ſummario iudicio lata nõ
nocebit, nec Ius faciet in plenario, ſeu ordinario iu-
dicio, quando in eo non fuit plenè cognitum, vt per
eundem Alex. in d. § ſi ſuper rebus, nu. 4. & 5. verſ. ea-
dem ratione. Quare ex his ſequi videtur, ſi talis ſen-
tentia non nocet, nec Ius facit per ſupradicta in or-
dinario, non transferri onus probandi in eum, qui in
ſummario ſuccubuit, aliàs non videmus, quomodò
talis ſententia non præiudicaret. Ideircò verius vide-
tur, eum, qui ſummatim, & cauſa minimè cognita do
cuit de iure ſuo in ſummario, in ordinario proba-
tiones ſuas ſupplere debere, & plenarias facere, alio-
qui non præiudicantibus ſuccumbenti in ſummario,
nec probationibus in eo ſummatim receptis, nec ſen
tentia, ſeu licentia in eo obtenta. conſequens eſt, vt in
ordinario, ſit abſoluẽdus, propoſita per eũ petitione,
& obiecto quòd caſus ſiniſtri non contigerit, ex eo
quia nõ fuerit per aduerſariũ plenè, ſeu legitimè pro-
batũ: quæ res cognoſcitur ex ipſis actis: facta enim nõ
præſumuntur, niſi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de
capt. & poſtli. ¶ Pro hac noſtra ſententia fuit ponde-
ratus tex. in l. Carbonianũ. § miſſum. ff. de carb. edict.
vbi habetur eum, qui tam quam filius, cui moueba-
tur quæſtio filiationis, & bonorum, fuerit miſſus in
poſſeſſionem ex Carboniano edicto, quod ſolet fieri
per ſummarias probationes, & cauſa minus plenè
cognita, l. 3. § ſummatim. ff. eod. tit. ſi velit exinde
inſtituere rei vendicationem, vel petitionem hære-
ditatis proponere debere, & teneri probare filiatio-
nem plenè, & per concludentes probationes, nõ ob-
ſtante quòd per ſummarias fuerit miſſus in poſſeſſio-
nẽ, ponderatus quoque fuit Bal. in l. 2. verſ. fi. C. quã-
do Fiſcus, vel priuatus, vbi dicit, quòd licèt in diſcuſ-
ſione, quã facit creditor in bonis ſui debitoris, ſuffi-
ciant ſummariæ probationes, etiam per iuramentum
calumniæ, tamen in iudicio hypothecario ruſus de-
bebit plenariè creditum ſuum probare ¶ Ex his appa
ruit propter ſummariam † probationem non transfer-
7 ri onus probandi in aduerſarium in ordinario, & prin
cipali iudicio. Præſuppoſuimus autem probationes
in iudicio executiuo receptas ſummatim, minus le-
gitimè, & formiter fuiſſe receptas, ſeu ſaltem mini-
mè plenarias fuiſſe, ſiue quia quamuis dicatur in pro-
ceſſu executiuo, quòd dictus Auguſtinus exhibuit
teſtes fidem facientes de caſu ſiniſtri, tamen nõ con-
ſtat quos teſtes exhibuerit, ex quo potuit exhibuiſſe,
illos, qui deponunt de auditu, de quibus paulò infe-
8 rius dicemus, & dubia probatio, non † relenat pro-
bantem. c. in præſentia, & ibi not. extra de prob. l.
neque natales. C eo. l. non hoc. C. vnde legitimi, Bal.
in l. 1. col. 2. verſ. & not. C. de furt. ſiue etiam quia ad
9 hoc, vt probationes † in iudicio ſummario plenariè
receptæ faciant fidem, & præiudicent in ordinario,
oportet quòd nedũ fuerint plenariè receptæ, quò ad
ſubſtantiam probationis, ſed etiam quò ad modum
procedendi, & ſic ſeruato ordine requiſito in cauſis
ordinariis, vt per Alex in. §. ſi ſuper rebus, nu. 7 & in
dicta l. ſæpe, num. 81. qui ſanè ordo non fuit obſerua-
tus in illo iudicio executiuo, cum inter cætera non
fuerit citata pars ad videndum verba, & exhibita, præ-
terquã quòd (vt mox oſtendemus) etiam quò ad ſub-
ſtantiam probationis non fuere factæ plenariè proba
tiones de caſu ſiniſtri per Auguſtinum, nec in execu-
tiuo, nec in ordinario iudicio. Iſtis ſic ſtantibus non
militant obiecta, tum quia ex diſpoſitione regulatũ
Rotę eliduntur per ſupradicta, tũ etiam quia ea pro-
cedere potuerunt, præterquam vbi actor, qui ſuccu-
buit in executiuo, ad iudiciũ acceſſerit pro recuperã-
dis indebitè exactis calore iudicij executiui, non re-
ceptis plenè probationibus, non diſcuſſo ad plenũ ne
gotio, nec cognitis exceptionibus partis aduerſæ, qui
noſter ex caſus: ſatis. n. eſſe videri debet, quòd ipſe in
ordinario conſtare faciat ex actis ipſis veras eſſe ex-
ceptiones per ipſum prætermiſſas in iudicio executi-
uò, ſic diſponente lege: nẽpe non eſſe probatum per
eius aduerſarium caſum ſiniſtri adueniſſe. ad l. primã
cũ ibi not. C. de cond. indeb. reſpondet Bar. in d. §. &
parui. l. fi. verum eſſe, vt non poſſim repetere tanquã
10 indebitum id, quod ſolui † mandato Iudicis, quando
vtrum eſſet debitum, vel indebitũ potuit in illo pri-
mo iudicio examinari. cuius vigore factum fuit præ-
ceptum illa ſcilicet ratione, ne Iudicis ſententia re-
fringeretur: ſecus eſt, quando examinari non potuit:
tum enim nihil impedit, quin competat conditio in-
debiti, vel ſine cauſa, allegat c. debitores, extra de iur.
iur. vbi debitores coguntur ſoluere vſuras, deinde re-
petunt, quod eſt, quia propter iuramentum exceptio
nõ poterat opponi, ſic in propoſito ſoluere debẽt aſ-
ſecuratores, nec poſſunt opponere aliquã exceptio-
nem, verùm repetere poſſunt conditione indebiti, vel
ſine cauſa, ſicut enim in caſu Bar. in d. §. & parui, ali-
quæ exceptiones non poterant opponi contra pro-
bationes Auguſtini, quòd eſſent minus legitimæ,
non plenariæ, nec probantes caſum ſiniſtri: quia
regulæ id non patiebantur, vt habetur in dicto tit.
de cau. exec. § in executionibus verò ſecurita-
tum, ibi facta fide per teſtes etiam minus legiti-
me receptos, & ibi nulla admiſſa exceptione, nunc
videntur hæc obiici potuiſſe reo, nempe quòd
hactenus per ipſum non fuerit probatum caſum ſini-
ſtri eueniſſe, ſaltem legitimè, concludenter plenariè,
cauſa cognita, & ſeruato ordine requiſito in cauſis
ordinariis, & ipſis actoribus competere conditionẽ
indebiti, vel ſine cauſa, niſi ipſe reus plenè, & legiti-
mè docuerit in hoc iudicio, piratas deprędatos fuiſſe
Lẽbũ, in quo oneratę fuiſſe dicũtur merces, ſeu axõ-
giæ, pro quibus ſe aſſecurari fecerat, empto ab ipſis
aſſecuratoribus earũ periculo, vt cõſtat apodiſia aſſe-
curationis, de qua in proceſſu. Nec mouerit, ꝙ dice-
batur, neminẽ prẹſumi ſoloiſſe indebitũ. d. l. cũ de in-
debito, quoniã illud procedit, quãdo aliquis ſpontè,
non coactus ſoluiſſet, pro vt aſſecuratores, qui ſol-
uerunt

Digitized by Google

uerunt ad rigore regularũ,& ſic coacti ſoluerunt , vt
ex actis apparet,quæ faciunt notorium: quæ ſanè re-
ſtrictio optimè probatur per illam rationem iure cõ-
ſtitu.de qua in dicta l.cum de indebito,qui enim, in-
quit,ſoluit,nunquam reſupinus eſt ita , vt facilè ſuas
pecunias iactet , & indebitas effundat, & maximè
ſi is, qui indebitas ſe dediſſe dicit,homo diligens eſt,
& ſtudioſus paterfamiliàs, cuius perſonam eſt incre-
dibile, in aliquo facilè errare, Hactenus Iuris conſul-
tus. Ex cuius verbis colligitur,eum nulla mendacij ſu
ſpitio eſt , quod ſemper inditium eſt malæ conſcien-
tiæ,& iniquitatis rem ex his ſtatuendam eſſe,quæ cõ-
muniter accidere ſolent , ac veriſimiliora ſunt. l. ſi
pactum.ff.de probat.ſanè nemo non videt rationem
à Iuriſconſulto perpenſam non militare , aliquo non
ſponte , ſed coactè ſoluente. Minus mouerint tradi-
ta per Sali.in l.2. C. de do. propter nupt. ſiue quia
quò ad conditionem ſine cauſa Doctores admittere
videntur , quòd onus probandi cauſam incumbat
reo , qui pecuniæ fuerunt traditæ , idcircò Bald. in
l.2. dicit , quòd probando meram , & nudam tradi-
tionem, iſta probatio concludit in conditione ſine
cauſa , non in conditione ob cauſam, in qua debet
probari traditio cum cauſæ inſertione, & ipſius cau
ſæ defectus,ſiue etiam quia conſideratio Sali.quæ vi-
detur verbalis,ceſſare videtur in caſu noſtro , in quo
actores in libello non vſi ſunt verbo,ſolutionis , quæ
prçſuponit obligationem,ſed dictum,& petitum fuit
reum condemnari ad non moleſtandum, & quicquid
indebitè exactum fuerit , reſtituendum ,& ſic non-
dum ſecuta erat aliqua ſolutio quando hæc verba in
dicto libello fuere enuntiata : quæ verba conuenire
videntur conditioni ſine cauſa, in qua modo condi-
citur quòd ſolutum eſt ſine cauſa , modo condicitur
obligatio,quam vult euitare actor , vt in l. 1. ff. de
cõd.ſine cauſa. ¶ Non obſtat , quod ſententia faciat
de non debito debitum , vt per Soc. in l. ſi non ſor-
tem.§. ſi centum.ff.de cõd. ind.& alibi ſæpè Docto-
res:quia ceſſat obiectum ſtãte diſpoſitione regularũ,
à quibus diſponitur, iura debitoris,& conuenti ſalua
eſſe in ordinario talia,qualia competunt.Sed dixerit
aliquis , ſi hæc vera erant,quare in cauſa vertente in-
ter aſſecuratores.& Ioannem Baptiſtam de Grimal-
dis,cum reus abſolutus fuiſſet in deciſione cauſæ,ex-
preſſa fuit illa ratio, videlicet eum,qui agit conditio-
ne indebiti onere probandi obſtringi. & quoniã non
probauere aſſecuratores , idcircò abſolutus fuit reus
conuentus.Reſpõdemus , & tollemus ſuſurrationem
hanc vnico verbo,ibi fiebat nulla difficultas , vtrum
caſus ſiniſtri cõtigiſſet,necne, ſed dicebatur ab acto-
ribus,viagium,in quo nauis capta , & cõbuſta fuerat,
non fuiſſe , viagium aſſecuratum , quoniam mu-
tatum fuiſſet. vnde cum mutatio non prçſumatur,
niſi probetur.l.eum qui.ff.de proba. Alc.dicta præ-
ſump. reg. 2. præſump.16.meritò non probata mu-
11 tatione † viagij , tulimus abſolutoriam ſenten-
tiam. termini præſentis controuerſiæ ſunt longè di-
uerſi , in qua non debuit præſumi exiſtentia caſus
ſiniſtri , vt ſupra diximus , niſi probaretur. Non
mirum igitur ſi ibi agentibus conditione indebi-
ti , exiſtimauimus incumbere onus probandi , hîc
minimè : multum enim intereſt , an quis præſum-
ptioni legis innitatur , an verò eã conetur offendere,
vt eſt notiſſimum,& apparet ex diffinitione præſum-
ptionis Iuris,quæ dicitur eſſe probabilis coniectura
ex certo ſigno proueniẽs , quæ alio non adducto pro
veritate habetur.præterquàm , quòd verius videtur,
intentatam fuiſſe conditionem ſine cauſa , attenta
formula,de qua in petitione , & profectò mirum vi-
deri non debet,quòd diuerſimodè in hac , & in illa
cauſa iudicatum fuerit , cum ex modica mutatione
facti , totum ius mutari contingat ſecundum Alber.
in l.ſi ex plagis.§.incliuo.ff.ad l.Aquil. quinimo tra-
didit Iuriſconſ.in.l.in fundo.ff.de rei vend. in eadem
facti ſpecie bonũ iudicẽ ex perſonis, cauſiſque variè
conſtituturũ.¶ Cognito, & perſpecto onus probandi
ſpectare,ad reũ,conſequens fuit , vt probationes per
ipſum factæ in hoc iudicio examinarentur , & quaſi
quadã trutina perpenderentur : eas igitur ſigillatim,
proſecuti ſumus,vt infra dicemus.In primis videmus
examinatos fuiſſe ſuper primis titulis pro parte rei
productis quatuor teſtes , Franciſcum Marilianum,
Ioſephum de Caprili , Stefanum de Albara , & Ma-
xinum Lambruſchinum , priores tres , qui de auditu
deponunt,non probant : quoniam teſtibus deponen-
tibus de auditu alieno non creditur , nec eorum te-
ſtimonium releuat, ca.tam literis,de teſt.l.in ſumma.
§.idem labeo.ff.de aqua.plu.arc.not.in l. teſtium.C.
de teſt.Cor.conſ.11.col.fi.vol.4.& alibi ſæpe Docto
res, præſertim,quòd iſtis teſtibus nulla fuit danda fi-
des,quia non probant famã:non enim probant quod
12 à maiori hominũ parte audiuerint,iuxta † theoricam
Bar.in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſt.vbi deci-
dit,quòd ad hoc vt teſtes concludenter deponant de
fama,debent inter cætera,deponere , quod audiuit à
maiori parte hominum,& hanc theoricã Bart. com-
muniter approbari ſolere,tradidit Cor.conſ.101.col.
1.in 2.vol.quã ſecutus eſt etiam Alex. 94.nu. 11. vol.
2.conſ.20.nu.9.vol.4.& conſ.59.col.fi.vol.7.& alibi
ſæpè:iſti verò teſtes depoſuerunt , ſe id accepiſſe à
nonnullis marinatiis , ſubiicit Stephanus de Albara,
eos retuliſſe,quòd dictus Lẽbus captus fuerat à dua-
bus triremibus piratarum,quæ res facit , vt apparet,
dictos marinarios nouum illud ad præſentem ciuita-
tẽ detuliſſe,tãquã,ipſi quoq;ab aliis illud acceperint:
Nam qui deponũt ſe interfuiſſe capturæ dicti Lẽbi,
& depredationem vidiſſe , de quatuor vaſis piratarũ
deponunt,de quibus teſtibus paulo poſt verba facie-
mus:nõ negabimus quin tres teſtes , de quibus nunc
agitur,potuiſſent aliis probationibus adminiculari,
13 ſi quomodo adeſſent † legitimæ probationes, & quin
ex eorũ depoſitionibus coniectura quædã Iudici po
tuerit, quæ nutantẽ animũ Iudicis inclinaſſet , vt per
Alex.in l.1. n.56. ff.ſi cer.pet. vbi poſtquàm tradidit
teſtẽ de auditu non probare ſubiecit , ad oſtendendũ
quantç auctoritatis ſit auritus teſtis,auctoritatẽ Plau
ti,qui pluris,inquit , eſt teſtis oculatus vnus , quàm
auriti decem : verùm , vt ex infra dicendis conſta-
bit,adeo debiles ſunt reliquç probationes,vt debilio
res,& infirmiores inueniri non poſſint , ſanè multis
morbis laborare viſus eſt Lambruſchinus , quamo-
brem non fuit exiſtimatus in præſenti cauſa idoneus
teſtis,quos operæ prætium eſt ſigillatim recenſere.In
primis enĩ cognouimus,ſi eius dolus detegeretur , &
ipſe improbiſſimus machinator tanti ſceleris depre-
henderetur , poſſe illi ex hoc maximum reſultare vi-
tuperiũ.Quare ſequitur,vt meritò fuerit viſus à dicen
do teſtimonio repellendus , † ex quo deponenti de
14 facto ſuo , quando laus vel vituperium põt obuenire,
non creditur,vt per Alex.conſ.141. nu.9.vol.1.conſ.
70.n.11.vol.3.Cur.Iun.cõſ.165.n.21.Cor.conſ. 217.
nu.6.vol.4.Iaſ.l.ſi duo patroni.§.idem Iulian.nu.26.
ff.de iur.iur.Feli.c.cum à nobis nu.12. extra de teſt.
alia etiã ratione fuit expellẽdus dictus Maximus,quo
niam detecta,& patefacta eius fraude, ipſe teneretur
domino mercium per tex.in l.cum proponas , & ibi
not.

not.C.de naut.fœn. & licèt Santerna Luſitanus in ſuo
15 tract. de ſponſ. mercat. videatur tenere † quod culpa
commiſſa per gubernatorem nauis non excuſet aſſe-
curatorem, & propterea quòd aſſecurator, qui dam
num periculi patitur, ipſe agere debeat contra eum,
cuius occaſione periculum contigit, nihilominus in
caſu propoſito aliud concludendum eſſet, in quo pe-
rinde habetur, ac ſi conuentum expreſſe fuiſſet in
apodiſia ſecuritatis, quod excepta eſſet fraus nauar-
chi, ex quo reus præſupoſuit in proceſſu, quòd iſte
caſus in ſecuritate exceptus fuiſſet: hinc eſt quòd ipſe
notificari fecit præſentem litem dicto Lambruſchi-
no, vt in proceſſu conſtat: præterea vulgò obſeruari
in hac Ciuitate accepimus, vt aſſecuratores non te-
neãtur de dolo, & barattaria patroni, quicquid à iure
in contrarium diſponatur. Nam conſtat aſſecuratores
non teneri non ſecuto naufragio, vel caſu ſiniſtri, &
ſic eo non ſecuto non ceſſiſſe, nec veniſſes diem obli-
gationis. l. cedere. ff. de verb. ſignif. & ſequitur, vt aſſe-
curatores ipſi nũquam fuerint obligati, & cum Lam-
bruſchinus depoſuerit circa illud, quod concernit
proprium commodum, à quocunque eſſet conue-
niendus, vel ab aſſecuratoribus, vel ab aſſecurato,
quicquid ad præſentem ſpeculationem attinet, hoc
nihil refert, non fuit viſus idoneus teſtis, vt per Bar. in
l. deferre. ff. de iur. iur. Alexand. conſ. 107. nu. 3. vol. 1.
Cor. conſi. 160. num. 3. vol. 2. conſ. 130. num. 22. vol.
1. conſ. 261. nu. 2. vol. 4. Accedit, quòd idem Lambru-
ſchinus procurauit, vt teſtes in cauſa examinarentur
Romæ, quare ſiue velimus dicere quòd fuerit procu-
rator, non magis debet admitti, quam admitteretur
aduocatus, qui propter affectionem repellitur, & quo
niam ipſius intereſt ſuam ignorantiam non detegi,
ſecundùm Bal. in l. omnibus. C. de teſt. col. 2. quinimo
magis etiam procurator repellitur, cum ſit pars in iu-
dicio, Bar. d. l. deferre Feli. dicto cap. cum à nobis, nu.
13. & 14. ſiue velimus dicere, quòd ſit ſolicitator, ad-
huc non debuit admitti ad dicendum teſtimonium,
16 cum receptius eſſe videatur, † ſolicitatorem indiſtin-
ctè non admitti, ſiue ſit ſalariatus, ſiue non ſit, cum
non habens ſalarium videatur maiori erga cauſam af-
fectione duci, vt per Feli. in d. cap. cum à nobis num.
15. Abb. cap. inſuper col. fin. extra eo. Alex. conſi. 64.
col. 3. vol. 3. illud hoc loco non omiſerimus, legem
male ſuſpicari de improbitate id genus hominum. l. &
ita de facto. §. miratum. ff. nau. caup. ſtabul. & arbitra-
tur eos vix poſſe à fraudibus abſtinere. l. 1. in princi-
pio. ff. eo. titu. ex his omnibus apparuit huius teſtis fi-
dem multifariam redditam fuiſſe ſuſpectam, adeo vt
ei nulla fides adhibenda fuerit: nec nos mouit quod
ex aduerſo adducebatur, teſtimonium eſſe de genere
permiſſorum, adeo vt quilibet idoneus eſſe cenſen-
dus ſit, niſi appareat reprobatus. l. 1. in prin. ff. de teſt.
Boſiu. in ſuo tracta. ſub tit. de conuicti. num. 17. quo-
niã illud fortè procederet, niſi multa huic teſti obii-
cerentur, quæ ſecundum legis diſpoſitionem vel ſin-
gula ſufficerent ad explodendum hunc teſtem per ſu-
pradicta, minus etiam mouit quòd dicebatur ex diffi-
cultate probationis teſtimonium reddi habile, quod
alias non eſſet, & vbi materia eſt de ſui natura diffici-
lis probationis, legem eſſe contentam ea probatione,
quæ fieri poteſt l. nõ omnes. §. à Barbaris. ff. de re mi-
li. Marſ. in rub. de proba. nu. 16. Cor. conſ. 217. nume.
2. vol 1. quoniam potuit Lambruſchinus examinari fa-
cere illos tres marinarios, qui dicuntur cum eo fu-
gam arripuiſſe, cum lembus caperetur, & diriperetur
à nauibus piraticis, & ita cladem ſuam iuſtificare, (ſi
modò vera fuit) in loco Caſtellarij, ſeu in eo, in quo
fieri fecit quandam fidem, quam idcircò nullius fidei
eſſe exiſtimauimus, cum non videremus eum teſti-
monio alicuius dedicta direptione deponentis eſſe
ſuffultum, prout eſſe debuit, l. quoties. C. de naufra.
17 lib. 11. non enim ſufficit ſola † aſſertio patroni, ſed ca-
ſus fortuitus debet per teſtes probari, quamuis non
ſit citanda pars, ſi in loco, vbi contigit caſus, teſtes
examinentur, l. ſi qui nauicularij, & ibi not. Bart. C.
eo. titul. Aut. Corſe. in ſuis ſingul. ſing. incip. in lo-
cum aliquis ver. teſtis, vbi dicit praticam probandi
caſum eſſe talem, quod caſum paſſus faciat in loco,
vbi illum paſſus fuit, examinari teſtes, qui poſtea fa-
cient fidem coram Iudice competenti, in qua exami-
natione non erit opus partem citare, ſi ſit in longin-
quo. Alia etiam, quæ non expedit hoc loco dicere,
reddidere hãc fidem ſuſpectam, adeo vt nullam pror-
ſus fidem ei dandam eſſe cenſuerimus. Tranſeamus
igitur ad eos teſtes, qui fuere Romæ examinati, con-
tra quos vidimus non immeritò in vniuerſum obiici
per actores: quòd ipſi fuerint minus ritè, minuſque le
gitimè recepti, extra terminum probatorium, & ſine
dilatione deforis probatoria: Non enim vidimus in
proceſſu Auguſtinum petiiſſe concedi ſibi dilatio-
nem deforis probatoriam; nec eum fortiter decla-
raſſe, ſe velle vti dilatione actoribus conceſſa, prout
à regulis diſponitur: vnde conſequens fuit, vt legis
beneficio gaudere non debuerit, qui eius præcepta
non obſeruauit, præſertim cum is, qui actum facit,
ſemper cenſeatur ſe aſtringere legi loquenti de illo
actu; & ad obſeruandum quæcunque in ea diſponun-
tur l. ſi duo, vbi Bal. ff. acquir. hæred. tradidit, Feli. in
cap. cum inter ſub numè. 11. prope fi. extra de excep.
Teſtes autem non ritè, & non legitimè examinatos
nullam fidem facere, non venit in dubium, ſecundùm
Bal. in cap. 1. §. Sacramentum in titu. de conſti. teſt.
feu. quem ſequitur Hip. de Marſ. ſingulari. 342. ex
18 quorum dictis apparet, non releuare, quod teſtis † ſit
legitimus, & omni exceptione maior, ſi modus exa-
minandi fuerit illegitimus, incongruus, & inordina-
tus; nec obſtare viſæ fuere reſponſiones pro parte rei
adductæ. Nam quod dicitur dilationem vni parti cõ-
ceſſam, cenſeri etiam alteri conceſſam, id procedit de
iure communi. Bal. l. fi. col. 4. ff. de fer. Dec. l. fin. num.
8. C. qui admitti, Iaſ. in repet. l. admonendi col. 6. ad
fin. ff. de iur. iur. Doct. in l. petendæ per illum tex. C.
de temp. in integrum reſtitut. ſed à regulis Rotę aliud
diſponitur circa hanc, de qua tractamus dilationem
deforis probatoriam: Statuunt enim prædictæ regu-
læ, quòd dilatio deforis probatoria conceſſa vni par-
ti ſit communis alteri, quæ voluerit vti beneficio di-
ctæ dilationis. Verùm quòd teneatur hoc exprimere
intra tempus probatorium, & intra illud tempus Iu-
rare, & alia obſeruare, quę obſeruanda ſunt in petitio-
ne dictæ dilationis: quæ omnia prætermiſſa fuere à
reo, & ſic ipſe non non potuit gaudere beneficio di-
lationis conceſſæ actoribus, & ita nulliter examinati
fuere teſtes Romæ quia geſta contra formam ſunt
nulla, videturque non eſſe factum, quod eſt factum
contra legem. l. non dubium, vbi Bal. & l. 1. C. de leg.
19 Fel. cap. cum dilecta, extra de reſcrip. † & forma tra-
dita à ſtatuto, ſi ad vnguem, & in ſpecie non ſeruatur,
reddit actum ipſo iure nullum. l. cum hi. §. prætor. ff.
de tranſac. l. quæ Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obli-
gat. Bald. l. 2. C. quomodo, & quando vid. Alexan.
conſil. 137. colum. 4. ver. 2. & conſil. 138. nume-
ro 8. volum. 7. Nec procedere viſum fuit, quod li-
teræ ſubſidiales requiſitæ pro parte dicti rei, obten-
tæ ſic fuerint pro vrbe Romæ, vt in neceſſariam con-

ſequentiam etiam pronuntiatum eſſe videatur, dilationem fuiſſe, & eſſe communem tam reo, quàm actoribus, alias ad quid conceſſæ fuiſſent dictæ literæ, argu. l. ad rem mobilem. ff. de procur. l. ſi in .ff. de acquir. hæred. cum ſimil. nam reſpondetur ſententiam eſſe ſtricti iuris & intelligi debere ſimpliciter, prout iacet, nec recipere aliquam interpretationem, aut ex ea plus inferri, quàm verba importent, adeo vt rei a prolata ad vnum effectum, vltra illum operari non debeat, vt per Crau. qui multos citat in conſ. l. 128. nume. 6. nec intentio Rotæ fuit aut concedendi dilationem dicto reo, aut declarandi, quod ipſe vti poſſet dilatione iam conceſſa actorib. quia neutrum eorum feciſſet, niſi vidiſſet formiter obſeruata fuiſſe ea, quæ mandantur à regulis obſeruari debere, & ſententia
20 † nō debet operari vltra mentem, & intentionem Iudicis, vt per Crau. conſ. 10. nume. 4. & dicto conſ. 183. num. 7. vnde cum ſimpliciter conceſſæ fuerint literæ ſubſidiales, non eſt quòd dicamus cenſeri etiam conceſſam fuiſſe dilationem deforis probatoriam: quia
21 vnum poteſt ſtare ſine altero, & † praxis obſeruat, vt in primis concedatur dilatio deforis, deinde literæ, non autem quòd concedantur literę, & in earum conceſſione incluſa etiam cenſeatur dilationis conceſſio, & minimè mutanda ſunt, quæ ſemper certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de leg. Dec. cōſ. 286. num. 2. cum praxis ſit optima legum, & ſtatutorum interpres. l. ſi de interpretatione ff. de leg. Debilius fuit fundamentum prorogationis, quoniam, ſiue dicamus prorogatam fuiſſe dilationem conceſſam reo, certè cum nulla ei fuerit conceſſa dilatio, non poſſumus dicere, quòd prorogatum fuerit illud, quod non reperitur in proceſſu, nec fuit vnquam conceſ-
22 ſum: ex quo quod non eſt, prorogari † non poteſt, argu. cap. ad diſſoluendum de deſpōſ. impub. l. nam & ſi ſub conditione. ff. de iniuſto, rup. & ir. teſta. Hioc eſt quod propriè prorogari dicitur tempus, quando nondum finitum eſt. l. dies cautioni. ff. de dam. infec. l. ſed & ſi ioanente. ff. de præt. Quòd ſi concedamus prorogatam fuiſſe dilationem conceſſam actoribus ad inſtantiā rei, procuIdubio debet intelligi, fuiſſe prorogatam cum prioribus ſuis qualitatibus l. labeo la. 2. in prin. & ibi Bart. ff. de arbi. Alex. l. lecta nume. 5. ff ſi cert pet quare cum conceſſa fuerit tantummodo dilatio actoribus, & nunquàm pronunciatum, quòd deberet eſſe communis ambabus partibus, quàm etiam pronunciari non potuiſſet non ſeruata forma, de qua ſupra, conſequens eſt, vt qualis conceſſa fuerat, talis etiam fuerit prorogata, nimirum eiuſdem formæ, & naturæ. Nec verum eſt, quòd actores contra exhibitionem, & publicationem dictorum teſtium nihil opponerint, ſiquidem conſtat in proceſſu eos citatos, vt comparerent ad audiendum aperiri, & publicari dictorum teſtium atteſtationes, comparuiſſe, & allegaſſe dictos teſtes nulliter fuiſſe receptos, ac examinatos, & propterea nullam fidem in præſenti iudicio facere, rationibus, & cauſis opportuno tempore proferendis, addita etiam proteſtatione, quod ſalua eſſent ipſis iura ſua, quibus nullum per dictam publicationem fieret præiudicium, ſecuta quoque eſt ordinatio Rotę, vt teſtes hinc inde examinati publicarentur ſaluis iuribus, & exceptionibus partium, verùm nos, qui a regulis admonemur, vt Deum, & veritatem præ oculis habeamus, & quos non latet in curia nec ſto-
23 rum, vbi † negotia veritate terminantur reiectis iuris apicibus, quī ſubtilitatem magis aſpiciunt, quàm facti veritatem, vt per Bart. in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mand. multa de ſtricto, & ſummo iure ſolere remitti, vt per Strac. in tract. de mercatura ſub titulo, quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit, non pluri feciſſemus hanc nullitatis oppoſitionem, quam par fuiſſet, & fortè ad veritatem facti tantum l. beocer reſpexiſſemus: verum cum ex multis, de quibus paulo poſt dicemus, conieceriumus, Lambruſchinum per ſummam fraudem, & maIitiam finxiſſe piraticam illam direptionem, videremusq; ea probationes rei tot vulneribus opprimi, vt Iudicem oculatum, & circumſpectum vix ad ſuſpicandum mouere poſſint, præſertim repugnantibus contrariis probationibus, & validiſſimis coniecturis pro parte actorum ponderatis, non duximus hanc quoque obiectionem eſſe parui faciendam, cum viderimus contrauentum fuiſſe per reum formæ à regulis traditæ, quæ præ cæteris plurimi faciendæ erant. Redeamus nunc ad inueſtigationem, & diſcuſſionem probationis rei, vnde digreſſi ſumus. Propoſuit idem reus ſecundo loco capitula tendentia ad probandum tam capturā dicti lembi, quàm eius redēptionem, quamuis reſpectu capturæ verba ſint enuntiatiua, & obiter dicta in titulis, ac ſi intentio rei fuerit ſolum probaſſe redemptionem, ſed Lambruſchinus, qui vidit opportunitatem ſibi oblatam examinandi illos duos teſtes ſuper captura, noluit illam ſibi eripi, iuxta illud, occaſione dumtaxat eſſe opus improbitati, & facile fuſtem inuenit, qui vult cedere canem, vt eſt in adagio. Duo igitur examinati fuere teſtes ſuper captura, Georgius de Cypri filius Dominici Piſtachiodi, & Iacobus quon. Simonis de Tarione de Nicia: quoad primum is teſtis in vno non conuenit cum Lambruſchino, qui in eius teſtificatu facit mentionem conſulatus, quamuis non ſit appellandus conſulatus per ſupradicta, in quo exprimitur lembum fuiſſe oneratum axungiis in flumine vrbis Romæ, cum in eo dicatur (*de ſongia leuata di bocca della fiu ara di Roma*) & relatum eſt in reſcitente l. aſſe toto. ff. de hæred. inſt. not. in authen. ſi quis in aliquo C. de eden. in cuius etiam Lambruſchini epiſtola dicitur cant. &c. axungiarum ſibi fore conſignanda in flumine, ſeu in flumicello Romæ, non facta aliqua mentione Neap lis: at Georgius atteſtatur lembum axungiis onuſtum fuiſſe in ciuitate Neapolis, & ſic diſcordes ſunt reſpectu loci onerationis, deponit idem Georgius, quòd tempore, quo ſecutus fuiſſe dicitur caſus ſiniſtri, aderant in lembo, præter Lambruſchinum, tres nautæ, quorum nomina recenſet: qua in re diſſidet cum ſecundo teſte, qui appellatur Iacobus de Varione de Nicia, qui ſe retulit in numerum eorum, qui tempore capturæ erant ſuper dicto lembo, diſcrepat etiam in alio, quòd hic depoſuit lembum captum fuiſſe media nocte, ille verò circa quartam noctis horam, cum enim dicatur eueniſſe caſum ſiniſtri. 25. die Februarij noctis tempore, certè tunc nondum dies æquabantur noctibus: quia æquinoctium vernale fit quarto idus Martij, vel circa octauum Kal. Aprilis, vt eſt apud Aſtronomos. Transeamus ad alium teſtem, is prætérquam quod vt diximus diſcordat cum Georgio, quia dixit ſe interfuiſſe amiſſioni dictarum mercium, vt vnum ex marinariis, cum tamen non ſit vnus illorum ex recenſitis per Georgium, quæ viſa fuit eſſe diuerſitas minimè compatibilis, ſubiicit etiam vnum, quod vi um fuit abhorrere à veriſimili, & fortè etiam ab impoſſibili, & quod non eſt veriſimile, habet imaginem falſitatis ca. quia veriſimile, & ibi not. ex. de præſump. dicit enim quòd diſtabant a l nibo per miliaria quatuor, quando captus fuit lembus, & videbant circa horam noctis quartam eum capi, & io

altum

altum mare adduci: certè non videtur hoc potuiſſe contingere, propter obſcuritatem noctis, præſertim cum non fuerit probatum in proceſſu, quod id euenerit lucente Luna, vel accenſis luminibus, & valdè diſtarent à loco, vt per Alexan. conſi. 4. nu. 6. volum. 6. Iaſ. l. ſi non ſpeciali num. 10. C. de teſtam. nec ſuffragari potuit, quòd dicebatur Georgium, & Iacobum conuenire in finali propoſito, ad tradita per Alexan. conſi. 72. num. 4. volum. 1. vbi dicit teſtes, qui concordant ad eundem rei finem, ſatis dici conteſtes, quoniam Alexan. loquitur quando teſtes inducuntur ad probandum aliquid in genere, qui non eſt noſter caſus, & ipſe exinde contrariam ſententiam ſequitur, quæ eſt in apoſtolis ad eum, & dicitur eſſe verior, niſi teſtium, aut coniecturarum multitudo accedat: illud non ignorauimus, à noſtratibus iure conſi. ſolere ſæpiſſimè vſurpari illud dictum, teſtium
24 † dicta non eſſe cauillanda, ſed adiuuanda. Imol. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de verb. oblig. Cor. conſi. 283. num. 7. vol. 3. conſ. 41. num. 20. vol. 2. Alex. conſ. 5. nu. 12. vol. 1. Dec. conſi. 100. num. 3. & alibi ſæpe Doctores. Itẽ illud, quod ſufficit teſtes concordare in facto principali, & in ſubſtantia negotij, licet in circunſtantiis diſcordarent, vt per Bar in l reos. ff. de falſ. Dec. conſi. 163. num. 9. Alexan. conſ. 105. nume. 22. vol. 4. & conſi. 47. num. 5. vol. 2. vbi dicit ita communiter teneri, & ibi in Apoſtolis, multi id tenentes citantur: illud quoque, dicta teſtium debere etiam impropriari, vt ad concordiam reducantur, etiam vt probent: maius enim eſt quòd teſtes, vt probent concilientur, quàm, vt à pœna falſi liberentur cap. cum tu, & ibi not. ex. de teſt. Cor. conſi. 119. num. 6. in 3. & conſi. 160. num. 6. vol. 2. Doc. in l. 2. § creditum. ff. ſi cer. pet. Præterea illud modicam contrarietatem non vitiare dicta teſtium, Dec. dicto conſ. 163. num. 8. ad fin. addit. Feli. in d. cap. cum tu etiam ſi non ſit concordabilis, idem ſi ſit de facto principali, io quo conſiſtit ſubſtantia negotij, vt per Iaſ. in l. 2. nume. 17. C. de bo. poſſ. ſecundùm tab. Sed has, & ſimiles obiectiones facilè dilui poſſe vidimus: Nam fatemur teſtium quidem conciliationem eſſe faciendam per ſupradicta, verùm concordia debet eſſe probabilis, & cõſona verbis, aliàs fieri nõ poteſt extorquẽdo ſermones, vt per Feli. in dicto cap. cum tu, num. 13. tunc enim dicitur fieri ſumma cũ difficultate, ideo non tolleratur, vt teſtes probẽt (quicquid ſit reſpectu vitandi falſum) vt per Boſ. in d. tract. in titulo de opp. contra teſtes nu. 11. pro qua ſententia optimè quadrare videtur conſ. Cor. 160. vol. 2. in cuius quæſtionis themate proponebatur, Vanutiũ teſtẽ depoſuiſſe idem in ſubſtantia, quod Bernardinus Iacobi depoſuerat, niſi quòd Vanutius interrogatus quibus præſentibus, reſponderat de ſe teſte, & de Bernardino Iacobi, dictus verò Bernardinus interrogatus quibus præſentibus, dixerat de ſe teſte, & quòd nullus alius erat cum eo, quando vidit dictas beſtias. Arguit in primis, eis non eſſe credendum tanquàm variis, & contrariis inuicem, tandem concludit attenta natura loci, & qualitate facti: quia vnus vni rei operam dabat, alter alteri: Vanutius enim curam beſtiarum habebat, Bernardinus verò aucupio erat intentus, facilè contingere potuiſſe, quòd Bernardinus non viderit dictum Vanutium, vel ſi viſit, quòd non cognouerit, eum vidiſſe, quæ ipſe viderat, & vt ibi per eum, quæ ſanè in caſu propoſito dici non poſſunt, ex quo attenta qualitate facti, & natura rei, de qua agitur Georgius potuit videre, an dictus Iacobus eſſet in dicto lembo, nec ne, quando aſſerunt piratas illa nocte in eos irruiſſe, & ita Corn. ex rationibus per eum adductis in d. conſi. 160. apparet reſponſurum fuiſſe contrarium in caſu noſtro, ſi fuiſſet de illo conſultus: præſertim cum Andreas, qui dicitur à dicto Georgio in dicta naui illa nocte affuiſſe, deponant ſe non interueniſſe, quinimo nec capi potuiſſe, de qua re infrà. Præterea Bart. in d. l. habet pro eodem, quòd adſit contrarietas circa ipſius negotium principale, vel circa circunſtantias ipſius negotij principalis, ſecus ſi ſit circa circunſtantias extrinſecas, & ſeu circa demonſtrationes exemplificando, vt ibi per eum, ſanè io caſu noſtro ſi non eſt circa negotium principale, quod tamen non caret ſcrupulo, eſt tamen circa circunſtantias negotij principalis manifeſta cootrarietas, quæ conciliari non poteſt citra manifeſtam calumniam, in caſu vero Dec. dicto conſi. 163. vnus teſtis minus depoſuerat, quàm alter, quæ res non vitiat probationem, vt ibi per eum: & Alex. dicto conſ. 105. vol. 4. præſupponit tum teſtes diei diſcordare in circũſtantiis, & qualitatibus, quando per diuerſos ſermones deponunt, & tunc dicit eos magis fidem facere, quàm ſi per eundem præmeditatum ſermonem loquerentur arg. l. 3. §. ideoque Diuus, & ibi Bar. ff. de teſt ſentit ergo contrarium ſi circonſtantiæ eſſent intrinſecæ, & minime leues, ſed circunſtantię facti principalis in d. l. eos: huius rei affert exemplum in d. conſ. 47. veluti (inquit) ſi vnus teſtis deponeret quòd Titius promiſit Seio duos ſolidos, alter verò viginti quatuor denarios, certè ſecundum ipſum, tunc teſtes dicuntur eſſe conteſtes, & in principali facto concordare, quamuis diſcordent quoad corticem verborum, ſed à caſibus iſtis noſter caſus eſt longè diuerſus, meritò etiam diuerſum ius ſtatuendum fuit, iur. vulgar. præſertim cum in eo multæ adſint contrarietates non modici momenti attingentes principale negotium, ſeu ſaltem eius circunſtantias: igitur non leuiter prętermittendę, ad tradita per Corn conſ. 298. num. 18. vol. 1. præſertim cum nedum teſtes rei contradicunt teſtibus partis aduerſæ, ſed etiã ipſi ex diametro ſibi ipſis in multis aduerſantur, ſanè vidimus Iaſ. in allegata l ſi non
25 ſpeciali num. 10. tenentem teſtes, † qui depoſuerunt ſe aliquid vidiſſe tempore noctis, reprobari tanquam falſarios, niſi etiam deponerent lumen fuiſſe accenſum, vel lunam luxiſſe, & idem etiam dixit Boſ. in d. tract. titu. de iudiciis, nume. 172. vbi quòd naturaliter reprobantur teſtes, qui deponunt vidiſſe, cum eſſet de nocte niſi dicerent, quòd lumẽ erat accenſum, vel Luna lucebat clarè, & ad id allegat Old. Bal. & Ang. & quamuis videatur Alexand. d. conſi. 4. ex mente eorundem. quos refert ibi, tenuiſſe, opus eſſe, quod ex aduerſo probetur Lunam ea nocte non luxiſſe, licèt obſcurè id dixerit, non explicitè, ſicuti Iaſ. & Boſ. cõtrarium, tamen nos facta computatione dierum Lunæ anni, &c & viſo eius anni Lunario, cognouimus illa nocte, qua dicitur fuiſſe dicta nauis, ſeu lembus direptus, fuiſſe diem vigeſimum tertium poſt nouam Lunam, & ſic propè erat interlunium ſpatio quinque dierum plus, minus, & ita longè poſt dimidium noctis Luna incipiebat lucere, adeo vt quarta hora noctis non luceret. Quòd verò piratæ haberent lumina, id non fuit viſum veriſimile, cum ſoleant fures lumina odiſſe. Idcirco pulchrè Demoſthenes in Phytcum ſibi obiicentem, quod eius orationes olerent Lucernam, non mirum (inquit) ſi tibi moleſtus ſum Lucernam accendens: malè enim audiebat Phytcus quòd noctu furaretur. Hinc eſt quòd iuriſconſultus in l. 1. in principio. ff. de fur. furtum à furuo, id eſt à nigro dictum ait: quòd clam & obſcurè fiat, & plerunque no-

cte:illud tantùm dixerimus de aliis teſtibus rei deponentibus de redemptione nauis,vt interim concederetur redemptionem ab ipſis probari, quæ res non tranſit ſine difficultate,nihilominusob id non excludi violentam præſumptionem ,fraudis per Lambruſchinum commiſſæ,videlicet,quòd nauis illa nocte ab eo in mare deducta ſit abſque onere, ibique derelicta, quæ potuit illinc ad tres, aut quatuor dies ad littus maris reduci per illos Neapolitanos, vnde cum oppoſitum conſequentis poſſit ſtare cum ſuo antecedēte, meritò argumentum non concludit,vt per Bal. in l.conuenticulam C.de epiſ.& cler.debet enim probatio de neceſſitate concludere l. neque natales C. de pb.cū ſimil.& quid teſtes de redēptione deponētes fortè etiā fuere huius fraudis participes, vt ex multis argumētis cōſtare poſſet,quę cuilibet ſingula perſcrutāti facilè eſſe pouterūt obuia:multa enim nos miſſa facimus, quæ præſenti ſpeculationi deſeruirēt ad fauorē breuitatis:ſupraſcriptæ igitur probationes rei p ſe debiles,& infirmæ ad hæc etiā magis debilitantur, & franguntur ex probationibus aſſecuratorum, & non nullis coniecturis pro eorum parte conſideratis, ad quas nunc eſt accedendum: quamobrem ad eas pergamus, & in primis ad probationes. Andreas Belhomus tam ſummariè, & ad æternam rei memoriam, quàm exinde legitimè examinatus, depoſuit Barcam iſtam non fuiſſe captam ante diem Iouis dimidiæ quadrageſimæ, nec ante eam diem diſceſſiſſe ex flumine, & loco Ripæ, quinimo nec capi, nec inde diſcedere potuiſſe intra illud tēpus, quin ipſe teſtis ſciuiſſet reddit rationem, quia ipſe teſtis fuit in dicta naui dicto tempore marinarius, & ſtetit in dicto loco Ripæ, dicta die vero Iouis locauit operas ſuas alteri nauclerio, & cum eo abiit: ſanè ex teſtificatu ipſius Belhomi colligitur, dictam capturam non potuiſſe contingere. 25. Februarij noctis tempore, prout depoſuit Lambruſchinus, & prout dicitur in fide exhibita, quam ſupra concluſum fuit nullam fi-
26 dem facere cum † enim duobus modis ſoleat negatiua probari, directè ſcilicet, & indirectè, certè vtrunque ab iſto teſte fuit perfectè obſeruatum: dum enim depoſuit, nauim ipſam continuò ſtetiſſe in flumine vſque ad dictam diem Iouis, indirectè probauit eam captam non fuiſſe in mari; hæc enim affirmatiua quod erat alibi, habet in ſe hoc conſequens neceſſarium, quòd non erat in loco, vbi depoſuerunt aduerſarij, & ita percipi poteſt negatiua, & concludenter probatur, vt declarat Alexand. in l. 1. ff. ſi quis ius dicenti, non obte. quòd præſertim in caſu noſtro eſt dicendum, in quo teſtes rei dicunt, quod nauis ſtetit amiſſa per tres vel quatuor dies, & ſic extra flumen, & teſtis Belhomus non ſe reſtrinxit in hac parte ad certam horam præciſam, ſed tantùm eam capi non potuiſſe in loco, in quo aſſeritur capta, ad cuius capturæ remotionem in dicto loco factæ ſufficit,quòd ſingulis diebus eam viderit in dicto flumine, licèt non ſingulis horis: directè etiam probauit, videlicet in flumine ſtetiſſe dicto tempore, reddit rationem, quoniam eo tempore ipſe quoque ſtetit partim in naui, partim in loco Ripæ, & non potuiſſet inde recedere, quin ipſe vidiſſet, & ita remouendo actum à ſenſu, non ſenſum ab actu,vt per Boſ. laiè in dicto tract. in titul. de def. reorum, numero 14. cum ſeq. porrò non ambigitur quin teſtis poſſit ſe referre ad aliam ſuam teſtificationem, cum dicatur ſermo incertus, ex quo habet relationem certam: quinimo traditur pro cautela quòd teſtis referat ſe ad primum dictum, ſi dubitat variare, facta ſibi eius oſtenſione, vt per Feli. in cap. cum in tua, extra de teſt. adeſt etiam teſtimoniū Franciſci Valerij de monelia, qui deponit intellexiſſe ab hominibus Sigeſtri qualiter lembus dicti Maxinij non fuerāt captus, ſubiiciens publicè dici, dictum lembum nunquam captum fuiſſe ab infidelibus, adeſt etiam aliud dictum Auguſtini de alio deponentis, quòd cum ipſe teſtis eſſet in ciuitate Vetula intellecto nouo capturæ Maxinij cum ſua barca, procurauit fieri certior dicti noui, & reperit,quod capta fuerat quædam fregata Neapolitanorum, & non dictus lembus. Nunc ad coniecturas, & præſumptiones, ex quibus deprehendi videtur fraudem commiſſam fuiſ-
27 ſe per Lambruſchinum: conſtat enim † probari dolum, & fraudem per præſumptiones, & argumenta, l.dolum C.de dol. Cor. conſil. 166. numero 30. & conſ.221.num.18.vol.2.Paris.conſ.89.num.29.vol. 1. & conſil. 149. numero 21. volum. 4. in primis illa ſe offert, quæ colligitur ex diſpoſitione Ioannis Balerij de Sigeſtro, qui depoſuit ſe petita, & obtenta licentia à d. Lambruſchino receſſiſſe vnà cū Angelo de alio ex flumine de anno, &c. ante carnis priuium per dies ſeptem, vel octo, quaſi dixiſſet ad 15.vel 16. menſis Februarij, quo tempore deponit Iacobus de Varione de Nicia ſe fuiſſe conductum pro marinario à patrono Maxino pro faciendo viagio cum axungiis, certè non eſt veriſimile, ſi patronus fuiſſet nauigaturus cum axungiis Genuam, quod veteres marinarius dimiſiſſet, qui libenter rediiſſent, vnde diſceſſerant, nouis conductis: præſertim cum deponat idem Ioannes Balerius, idcircò ab ipſo, & Angellino de alio petitam fuiſſe licentiam, quia patronus non curabat recedere ex d. flumine cum dicto Lembo: qua in re detegitur mendacium Lambruſchini, qui in eius epiſtola ſcripſit, quòd per totum menſem Ianuarij erant ſibi conſignatæ axungiæ, quod ſi verum fuiſſet, curam egiſſet ne de menſe ſequenti duo illi marinarij ab eo recederent, Andreas verò Belhomus circa dimidium quadrageſimæ. Alia eſt coniectura, quæ ſumitur ex depoſitione dicti Belhomi, qui depoſuit dictum patronum, vbi Romam peruenerat, cuidam mulieris, quam in lembo deuexerat ad dictā vrbem, venditis mercibus eo per ipſum delatis, conduxiſſe domum, eam inſtruxiſſe, mulierem quoque ipſam veſtibus, & guarnimentis ornaſſe, adeo vt omnes pecunias ex dictis mercibus redactas impenderit, ab eo muliere rarò diſcedente: exauſtis ob hanc cauſam his pecuniis veriſimile eſt, patronum nulla alia ſpe maioris lucri relicta, confugiſſe ad hanc fraudem, & machinationem quaſi deſperatum. Non leuis etiam viſa fuit coniectura, quæ colligitur ex literis dicti patroni, dum in eis conatur perſuadere Auguſtino, vt ſe aſſecurari non faceret, ea ſcilicet ratione: quia facilius credidit poſſe hanc technā ſortiri effectum contra dictum Auguſtinum ſolum, quàm contra aſſecuratores plures: verùm quia de eo queri potuiſſet Auguſtinus, data ei notitia de caſu ſiniſtri, quod ſibi malum conſilium dediſſet, idcirco Lambruſchinus fortè veritus ne ob id teneretur ad dicti damni refectionem, ſubdidit illa verba. *Però fate quel che vi pare in le voſtre coſe, che poi no mi dite, che io ſia ſtato cauſa di farui fallire, ſe accadeſſe mente, non vorrei che vi lamentaſſi di me.* Alia accedit coniectura, quæ ſumitur ex omiſſione quarundam probationum pro parte rei: Nam ſi verum fuiſſet, quòd per dictum Lambruſchinum oneratus fuiſſet lembus axungiis, id conſtare feciſſet per aliam ſcripturam, vel per teſtes, qui deponerent de

loco

loco onerationis, ſeu conſignationis earum. Vnde cum nihil horum factum fuerit, præſumendus eſt Lambruſchinus fraudulenter in hac re fuiſſe verſatus, & impoſturam feciſſe. Illam tum omiſerimus, quòd raròcontingere accepimus, vt piratæ hiemali tempore adeant hæc noſtra maria cum non ſit commoda nauigatio, niſi à Kalendis Aprilis, vſque ad Kalendas Octobris arg. l. quoties. C. de nauf. lib. 11. Vltima eric coniectura (vt tandem aliquando ſupremam manum imponamus noſtræ deciſioni) quoniam vidimus, cum potuiſſent aliqui teſtes Ligures, & qui cognoſci potuiſſent examinari, fuere omnes prætermiſſi pro parte dicti rei: primus fuiſſet Andreas Belhomus, ſecundus Baptiſta Ianuenſis, cuius meminit Georgius de Cipri, tertius Ioannes filius quondam Bartholomei de la Torre, qui licèt fuerit Romæ examinatus, tamen cum ſæpius perquæſiuerimus quis eſſet, & in quo loco nunc reperiretur, hæc continuò nos latuere in hanc vſque diem, quemadmodum etiam de Lambruſchino contigit, quem ſæpe ad nos adduci deſideraoimus, vt cum eo alloqui poſſemus, verum eum nunquam vidimus, cum tamen ea de cauſa longius cauſam de induſtria protraxerimus, quam feciſſemus. Contra verò examinati fuere pro parte rei teſtes extranei, & omnino incogniti, qui licèt à Iure non repellantur, cum non debeant eſſe noti partibus, vt per Iaſ. in l. fin. numero 5. C. de iur. delib. nihilominus negari non poteſt, quin aliqua fraudis ſuſpicio ex hoc oriatur extraneis examinatis, & his, qui cognoſci potuiſſent prætermiſſis arg. tex. in aucten. de fid. inſtr. & caſus §. oportet, & §. ſi verò ignoti, in authen. de teſti. ac ſi data opera, & conſulto hæc fuerint facta. Dictum verò reum dignum exiſtimauimus, qui recuperaret conſteum ſecuritatum, vel illud retineret reſpectiuè, ex quo non fuit locus aſſecurariooi, & ſic emptioni periculi: eſt enim
28 contractus iſte emptionis, & venditionis, ſeu emptioni aſſimilatur † cum ſit innominatus, facio, vt des, vel do, vt facias, ratione pretij quod datur: quia qui aſſecurationem facit, propter pretium dicitur emere euentum periculi: vnde cum rei non exiſtentis non valeat, nec teneat venditio. l. domum. l. nec emptio. ff. de contra. empt. l. cum hæreditatem. ff. de hæred. vel act. vend. meritò ceſſante periculo, non potuit eſſe locus huic contractui, nec Santerna Luſitanus in dicto. tract. de ſpon. mer. 3. parte num. 19. ab hac ſententia diſſidet, ſi rectè inſpiciatur, & conſiderentur eius rationes, quæ in caſu noſtro non militant: præſupponit enim iſtę in illa quæſtione vbique, quod venditor periculi mentiretur & deciperet, ſi ſciret ſe nullas merces in naui habere, quæ in caſu noſtro fortè non euenerunt, cum facilè contingere poſſit, vt Lambruſchinos reum ſui conſilij participem non habuerit, qua ratione moti, abſoluimus primò loco eum à pœna triginta trium pro centenario, cum facilè potuerit cootingere, vt ipſe à Lambruſcbino fuerit deceptus, non participata fraude cum dicto reo, quod tamen pro conſtanti non poſuerimus, cum etiam veriſimile non ſit, quin ipſe, ſi Lambruſchino dediſſet pecunias vltra merces, ſe aſſecurari feciſſet, ſeu ſaltem apocam ab eo voluiſſet, quæ dicta ſæpiſſime coram nobis, vt ſupra fuere à dictis aſſecuratoribus, nec ſunt parui facienda. ſanè prima facie credidimus melius eſſe impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare, arg. l. abſentem. ff. de pœnis, & quia in pœnalibus probationes debent eſſe certæ, plenæ, & concludentes. l. in teſtamento. 1. ff. de cond. & dem. longa etiam ſubeſſe videbatur differentia inter præſumptiones, quæ militant contra Lambruſchinum, & illas, quæ præpendebantur contra reum, quæ nec perſpicuæ erant, nec admodum concludentes: verum exinde in melioratione non duximus recedendum eſſe à diſpoſitione regulatum, à quibus diſponitur, vt præſtari debeat fideiuſſio de reſtituendo quicquid indebitè exigi contigerit cum damnis, expenſis, & intereſſe, ac pœna triginta trium pro centenario. Perpendimus non dici, ſi quid doloſè, ſed indebitè, quod latius patet, & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, arg. l. 1. § generaliter, vbi glo. ff. de leg. præſt. cæterum cum de melioranda ſententia coràm nobis ageretur, proponente priore noſtro meritiſſimo, cõcluſum fuit cõcorditer, reſeruãda eſſe Iura dicto reo illeſa, & intacta in alio iudicio, quatenus legitimè probauerit, verè fuiſſe ſecutum caſum ſiniſtri, & rixicum habuiſſe ſuper lembo, de quo agitur. Per hanc enim reſeruationem neutri partium præiudicatum animaduertimus, minus quoque veritati ipſi, cuius oſtendendæ nemini vnquam deberet via præcludi, licèt enim adſint argumenta, & præſumptiones nõ leues fraudis à Lambruſchino cõmiſſæ, de quibus ſupra latius fuit, tractarum, nec probationes rei ſint legitimæ, & concludentes: qua de re etiam ſupra, fieri tamen poteſt, vt aliter ſe res habeat, quàm proceſſus ipſe oſtendat, in quo non fuit legitimè doctum, caſum ſiniſtri eueniſſe: cui reo vel illa ratione debuit cõcedi dicta reſeruatio: quoniam potuit errore lapſus probabiliter credere, onus probãdi aduerſariis incumbere, vt patet ex his, quæ ſupra pro ratione dubitandi circa hunc articulum deduximus. Qua ex re fortè factum fuit, vt ipſe ſuis probationibus non admodum inuigilauerit, & eò magis concedenda fuit dicta reſeruatio, quòd de notabili quantitate agitur, ex qua non leue damnum ſenſurus eſt dictus reus, contra verò aſſecuratores ſi quandoque ſuccubuerint, non æqualem iacturam ſunt facturi, quippe qui in totali ſumma aſſecurationis habeant particulas. quòd ſi coniecturis, præſumptioonibus, & argumentis noſtro iudicio perſpicuis, & vrgentibus ad fraudem præſumendam Lambruſchini vſi ſumus, ex quibus dictum reum condemnaremus, noo tamen duximus, factis legitimis probationibus per reum in alio iudicio de caſu ſiniſtri, & rixico, non eſſe à dictis coniecturis, & præſumptionibus recedendum, cum ſi vna præſumptio tollit aliam, videlicet fortior debiliorem, æquum etiam ſit, & rationi conſentaneum, præſumptiones cedere debere legitimis probationibus præſertim cum non ſolis præſumptionibus moti fuerimus ad condemnandum dictum reum, vt ex ſupradictis colligitur. & hæc ſunt, quæ nos mouerunt, vt ſuperioribus diebus ſententiam noſtram ferremus eo modo, quo tulimus, Deum Opt. Max. continuò præ oculis habentes, cuius auxilio implorato duximus non poſſe à via veritatis aberrare, & lumen Iuſtitiæ non illuſcere, ſine quo nemo intelligit, aut rectè iudicat. Qui eſt laudandus, & in omnibus benedicendus, Laus Deo.

DECISIO IIII.

Compenſatio ad impediendum pignoris diſtractionem fit ipſo iure,& ideo ratio continens diſtractionem non facta compenſatione,non admittitur pro bene reddita, vbi ad quod obligetur faciens literas cambij,quomodo contractui cambij accedere poſſit fideiuſſor,& an & quando promiſſio campſoris habeat vim ſolutionis,

SVMMARIVM.

1 *Creditor tenetur reddere rationem debitori non ſolùm de rebus pignori datis, ſed de fructibus earum.*

2 *An ad id teneatur tanquam adminiſtrator rei alienæ,*

3 *Habens pleniſſimam licentiam vendendi non poteſt ſibi ipſi vendere.*

4 *Nec etiam dare in ſolutum.*

5 *Vbi eadem viget ratio, idem ius debet ſtatui.*

6 *Venditione nulla fructus reſtitui debent.*

7 *Scribens literas cambij an tunc demum obligetur cum literæ non acceptantur, vel acceptatæ non complentur.*

8 *An verò ante ad faciendū acceptari & compleri literas.*

9 *Promiſſio facta per campſorem pro alieno debito an habeat vim ſolutionis & nu.15.*

10 *Promiſſio facta in banco de conſuetudine cedit loco ſolutionis.*

11 *Creditore volente qualibet ſatisfactio eſt vera ſolutio.*

12 *Verbum ſolutio importat veram ſolutionem.*

13 *Promiſſiones loco ſolutionis ſcriptæ in libris creditoris,& debitoris important ſolutionem.*

14 *Dictio pro alio importat loco illius.*

16 *Atteſtatio Doctorum transfert onus probandi in contrariam partem.*

17 *Conſuetudo notoria etiam non ſolenniter probata admittitur.*

18 *Promiſſio facta pro extinguendo debito an extinguat.*

19 *Solutio pro obligatione futura fieri poteſt,*

20 *Fideiuſſor, aut conſtitutor ſoluens an, & quomodo liberet ſe,& principalem.*

21 *Solutio in dubio cenſetur facta ex cauſa præcedenti.*

22 *Creditore imburſante pecunias debitoris compenſatio fit ipſo iure,*

23 *Diſtractio pignorum fieri non poteſt niſi præcedente mora.*

24 *Potens ſe tueri ope compenſationis non eſt in mora*

25 *Habens plures res pignoratas non poteſt vendere, niſi quod ſatis eſt pro ſua ſolutione.*

DVM iudicauit pro Borzonis contra hæredes Martini de Guano, Rota plura conſiderauit. Ex quibus omnibus, vel ſaltem ex his, quæ ſunt veriora, fundauit iudicium,
pronuntiando rationem fuiſſe malè redditam pro
parte dictorum hæredum, eos condemnando ad
eam ritè, & legaliter reddendam. Et in primis conſiderauit, quòd petitio actorum ſuper reddenda ratione locorum, de quibus in d. petitione, & eorum
prouentuum emanauerat, & quòd non erat à iure
diſſonum reddi rationem prędictorum locorum cum
ſuis iuribus, & prouentibus, cum dicta loca eſſent
dudum, & iam lapſis annis viginti obligata per patrem Borzonorum pro dicto Martino ex cauſa, de
qua in proceſſu, & per tam longum tempus fuerint
dicta loca cum ſuis prouentibus poſſeſſa per dictum
Martinum, dum vixit, & eo mortuo per eius hære-
1 des: creditor † enim tenetur reddere rationem debitori, tam de rebus pignori datis, quàm de illarum
fructibus ex inde perceptis per ipſum creditorem per
actionem pignoratitiam directam, quæ competit
pro recuperatione pignorum, & pro habenda ratione fructuum ex inde perceptorum, & pro habenda
ratione omnis intereſſe ea ex cauſa, vel ratione reſultante ipſi debitori ad l. primam. C. de diſtract. pign.
& l. 1. in fin. C. de pign. act. & l. fin. C. de diſtract.
pign. & l. cum debitor. ff. quib. mod. pignus taci.
contrah. & l. 2. C. de partu. pign. cum multis ſimil.
concordan. de quibus per Doct. in dictis locis. &
toto ferè titulo. ff. & C. de pigno. actio. & latè per
Neguſan. in ſuo tractatu de pigno. in 3. membro 7.
2 partis, ſeu forte † tanquam adminiſtrator rei alienæ
ad tradita per Iacobum de Are. Bar. & Alber. & alios
ſcribentes in l.1.§.officio.ff.de tutel. & rationibus diſtrah. vbi Iacobus de Aret. & Bald. illum tex. loquentem de tutore extendunt, vt habeat locum in quolibet adminiſtratore, & ad tradira per Rom.conſ.414.
Quo ad primum, cum concord. de quibus per Dec.
in conſ. 178. in cauſa, quæ proponitur col. 1. Item
conſideranit Rota, quòd venditio locorum pignoratorum per Io. Baptiſtam Borzonum dicto Martino ex cauſa cautionis propter dubietatem literarum
cambij acceptandarum, & an eſſent complendæ, vel
non, fuit ipſo iure nulla, & inefficax, quatenus facta fuit, ab ipſomet Martino ſibimet Martino, quod
3 non licebat ei facere, etiam ſi † licentia pleniſſima
foret eidem Martino data à d. Io. Baptiſta vendendi
dicta loca cuicunque vellet ad text. & ibi tradita per
Bal. & ſcribentes,& maximè per Alex.in add.ad Bar.
in l. & qui ſub imagine. C. de diſtract. pign. & ibi
tradita per Bald. & per Barba. & Alex.in add.Bart.in
l. ordo col.2.verſ. quæro data eſt poteſtas.C. de execut. rei. iudica. & Neguſan. in tract. de pigno. in.6.
parte, in 1. membro nu. 26.& licèt in caſu iſto non
venditio, ſed datio inſolutum emanauerit, idem tamen dicendum, & cenſendum viſum eſt, cum talis
4 datio † inſolutum facta fuerit pro pecunia debita: quo
caſu ſine dubio datio inſolutum emptioni eſt ſimilis,
ad glo. l. eleganter, vbi bonus text. ff. de pigno.act.
in prin. l. fina.ff. ex quib. cauſis in poſſeſ.ea.l libera.
C.de ſenten. & vtrobique per Doc.ad Bar.in l. ſi pupillorum.§.ſi emptor.ff.de reb.co.& in l.1.§.cum prędium.ff.de pig.& ad l.ſi prędiū.C.de euict.& ad Bar.
in d.l.libera.cum ſimil.de qubus per Soc.in cōſ.558.
in cauſa mag.& in conſ.586.in cauſa,quæ Mantuæ, &
Soc.nouiſſimū conſ.47.viſo n.9.vol.2. & vt dictū eſt,
admitti eò facilius,quia tex.in d.l.& qui ſub imagine,
non loquitur expreſſè, & duntaxat de venditione rei
pigno-

pignoratæ per aliquem creditorem ſibimet facta, ſed
vtitur verbo addixerit, quòd verbum ex ſui natura im
portat etiam dationem inſolutum,& non ſolum ven-
ditionem,vt probat text.in l.à diuo Pio.§.ſi pignora,
& §.ſi poſt addictum.ff.de re iudic. & corroboratur
hoc, quia ratio illius militat etiam in datione inſolu-
tum: ratio enim illius deciſionis fuit, ne colluſio &
deceptio domini pignoris committeretur circa rei pi
gnoratæ venditionem, quæ ratio militat etiam circa
dationem inſolutum, vbi poſſet creditor pro minori
æſtimatione recipere inſolutum,quàm illa valeret,fin
gendo,& ſimulando,vel colludendo cum tertio,& ſic
5 ſuccedit notiſſima iuris regula, quòd vbi † eadem vi-
get ratio,idem ius debet ſtatui.l.illud.ff.ad l.Aquil.l.
1.§.1.ff.de ſonte, cum multis concordan. cumul per
Euerard.in ſua Centuria,in loco à ratione legis,& fa-
ciunt ad hoc not.per glo.& Bar.in l.quemadmodum.
C.de agri.& cenſit.& per Ripam in l.filius.§.diuidi,
nume.101.& 102.ff.de lega.1.& per Crotum ibidem,
num.115.& inſuper aliis rationibus inferius deducen
dis dicta alienario omnium dictorum locorum fuit
penitus nulla. Quæ rationes in calce huius deciſionis
ſubiiciuntur,& ſic non pro parte tantum alienata vxo
ri,ſed in totum, & ſtante nullitate huius dationis inſo
lutum prouentus percepti per Martinum, & eius hæ-
redem ex tali parte locorum prædictorum nulliter a-
lienata imputari, ſeu compẽſari debuerunt in ſortem
principalem, & in debitum,pro quo & qua facta fuit
6 pignoratio,ſeu ſaltem reſtitui† debet dictis Borzonis
l.ſi dominium.C.de pigno.l.1.& 2.C.de pign.actio.
l.2.C.de pact.pigno.& l.1.C.de diſtract.pigno.& per
Neguſao.in d.tracta.in 5.membro 2.partis princi.At
de iſta fructuum compenſatione, & de illis fructibus
nulla fuit reddita ratio per reos conuentos, ergo ex
hoc ſolo capite iuſtificatur ſententia, per quã fuit de-
claratum, malè redditam rationem,& eſſe reddendã.
Præterea Rota conſiderauit, quòd ex proceſſu con-
ſtat,quòd Dauid de paſſagio conſtituit ſe debitorem
pro dicto Ioan. Baptiſta Borzono, ſeu pro eo expro-
miſſor extitit de ſumma pecuniarum, quàm promiſit
ſoluere in banco Saulorum,& quod poſteà dictam ſo
lutionem fecit, faciendo bancum promittere dicto
Martino ſoluere dictã ſummam termino vnius anni,
quia ipſe Dauid ob inobſeruantiam promiſerat cum
dicto Martino ex cauſa dicti cambij non complendi,
& quòd banci promiſſio huiuſmodi importauit ſolu-
tionem,ex qua ſolutione extincta fuit obligatio dicti
Dauid. & conſequenter vel ipſo iure, vel ſaltem ope
exceptionis reſultauit ſtatim liberatio dicti Ioan.Ba-
ptiſtæ,vel ſaltim poſtea hæc omnia reſultarunt redeũ-
tibus literis cum proteſtu, & quòd dictus Dauid po-
tuerit ſe vel per conſtitutum, vel per aliam ſimilem
puta fideiuſſoriam obligationem & promiſſionẽ obli
gare pro dicto Io.Baptiſta, in hoc caſu efficaci obli-
gatione videbatur Rotæ in dubium eſſe,ſiue præſup-
ponamus tempore dictæ obligationis nondum fuiſſe
obligatum prædictum Ioã Baptiſtam dicto Martino
pro reſtitutione dictæ pecuniæ cambio ab ipſo Mar-
tino acceptæ,ſiue tunc fuiſſe obligatum præſuppona-
7 mus. Nam ſi teneamus ſcriptorem † literarum cambij
tunc demum obligari ad reſtituendum pecuniam nu-
meratori, cum apparuerit eius literas,vel non eſſe ac-
ceptatas,vel nõ eſſe completas,prout videtur voluiſſe
Bald.conſ.348.factæ fuerunt literæ.vol.1. & in conſi.
190.Sempronius vol.2.nõ poteſt tamen negari,quod
talis ſcriptor nõ cenſeatur ſe obligaſſe ſub tacita con
ditione ad reſtituẽdum pecuniam acceptam cambio,
videlicet caſu, quo illæ literæ non acceptarentur, vel
acceptatæ non complerentur, iſta enim eſt natura hu-
ius contractus cambij,vt colligitur ex dictis per Bal.
in d.conſil.348.maximè in verſ. ſi quidem ſuæ literæ
formaliter non ſeruantur, ibi tamẽ deberet quod ac-
cepit,& talis conditio videtur tacitè ineſſe ex natura
contractus,quæ eſt quòd tacitè actum videatur,quòd
receptor pecuniæ teneatur, & obligatus ſit eam tunc
demum reſtituere,cum literæ non fuerint vel accepta
tæ, vel non completæ, quæ tacitæ conditiones, licèt
non operentur tranſmiſſionem, alios tamen effectus
conditionum expreſſarum pariunt ad Dec.conſil.11.
& pro tenui, col.2.num.4 At conſtitutor, ſeu fideiuſ-
ſor, ſeu alius ſimilis interceſſor poteſt ſe validè obli-
gare pro eo, qui aliquid ſub conditione promiſit, &
ſic pro debito,quod eſt in ſpe.l.id quod ff.de conſti.
pecunia.l.ſi arca ff.de fideiuſſ. cum notis concordan.
ſi verò teneamus,prout tenere debemus ſecundũ ve-
ram iuris reſolutionem, & Doctorum veriorem ſen-
tentiam,quòd dictus Io.Baptiſta tempore dictæ pro-
miſſionis factæ per Dauid fuerit obligatus ad facien-
8 dum literas † acceptari,& compleri,vel ad reddẽdam
pecuniam acceptam cãbio, & quòd à tali obligatio-
ne non eſſet liberandus,niſi demũ acceptatis, & com
pletis literis cambij,prout tenet Bal.in d.conſ.348.&
idem videtur expreſſè tenere Bald. in l.pro debito C.
de bon.auct.iud.poſſiden.vbi ſequuntur Salic.latè, &
Barb.in addit.& ſequitur Petrus de Peruſia in tracta.
de ſociet.in 8.parte, num.329.& idem Sali.iſtud cla-
rius firmat in l.ſi filius.ff.ad Maced.& hoc idẽ firmat
Soc.in conſ.64.in cauſa quæ vertitur,eod.vol.& tunc
ſine hæſitatione dicendum eſt, quòd dictus Dauid va
lidè ſe obligauerit pro dicto Ioan.Baptiſta, ſeu vt fi-
deiuſſor,ſeu vt conſtitutor.l.1.ff.de fideiuſſo. & in to-
to ferè titulo,& l.id quod.ff.de conſti.pecun. & toto
ferè eod.tit. Quinimo potuit dictus Dauid interce-
dere,vt fideiuſſor, ſeu conſtitutor pro obligatione di
cti Ioan Baptiſtæ futura, etiam ſi non illa tractum re-
tro habitura foret. l.poteſt in princip & l. ſi ſtipu-
latus ſum à reo.ff de fide.& l.quod ſi maritus.§ fina.
& l.eum,qui Epheſi.§.Iulianus.ff.de conſti.pecun &
Inſtitu.de fideiuſ.§.fideiuſſor, & de conſtituto habe-
tur per Caſtren.in l.prima,colum.fin ff.de conſtitut.
pecun & hoc maximè locum habet, quia ratificatio
ſubſecuta fuit cap ratihabitionem, de regulis iuris in
ſexto.l.ſolutam. ff de ſolut. & ſic etiam ſi teneamus
opinionem Bald.in dicto conſilio 190.volum.2.de-
bemus etiam fateri,quòd pro tali obligatione futura,
& oritura potuit ſe validè obligare Dauid, prout ſe
obligauit promittendo in effectu pro eo dare ban-
cum promiſſorem, & ſic ita pro eo ſolutionem face-
re dicto Martino nomine dicti Ioannis Baptiſtæ, qui
reſutatis literis cœpit obligari ſecundum opinionem
Bald.de qua ſupra, de qua obligatione futura acceſſit
dicta obligatio dicti Dauid, & quod per promiſſio-
nẽ factã in banco Saulorũ reſultauerit effectus eiuſ-
dem ſolutionis, per quam fuit liberatus ipſo iure,vel
tunc,vel poſtea reſutatis dictis literis dicti Dauid, &
ope exceptionis, vel ipſo iure fuerit liberatus dictus
Ioan.Baptiſta,vel eius hæres,tunc,vel poſtea ex dictis
literis cambij, Rota cenſuit ita clariſſimè deduci.
Nam licèt ſit magnus inter Doctores conflictus, &
9 diuerſitas, nunquid promiſſio † facta per campſo-
rem, ſeu banchetium pro alieno debito habeat vim
ſolutionis, vel ne, vt habetur in l.ſingularia.ff.ſi cert.
pet.per omnes Scribentes poſt Bartol.& in aliis locis
citatis ibi per modernos: attamen in ciuitate Genuæ,
prout in reliqua Italia, viget notoria conſuetu-
do, quæ in dubium refricari non ſolet, quòd quæ-

10 libet promiſſio † facta in banco, cedit loco ſolutionis,
& ſic vſus approbauit opinionem, quam plurium Do
ctorum noſtrorum idipſum de iuris cenſura procede-
re volentium, maximè quando in libris illius, qui erat
creditor facta eſt mentio de tali promiſſione banche
rij, ſcribendo illum in debitorem loco debitoris, &
talem promiſſionem ſcribendo loco ſolutionis rece-
ptæ à creditore, & factæ à debitore, prout contigit in
dicto caſu, vbi apparet ex libro Ioannis Baptiſtæ,
quòd promiſſio banci Saulorum facta fuit pro ſolu-
tione crediti ſui, quod habebat cum dicto Ioan. Bapti
ſta ex cauſa dicti cambij, & nihil refert, quòd facta
fuerit mentio, quòd in cautionem ceſſerit talis datio,
& ſolutio, ſeu receptio: quia ex quo receptio hæc pro
ſatisfactione debiti nõ poteſt importare aliud, quam
ſolutionem, meritò mentio facta de cautione debet
intelligi de cautione vera, quam facit ſolutio, & ad
hoc facit pulchra deciſio. Areti. in conſil. 160. longa
eſt iſta conſultatio, colum. 9. cuius rationes habean-
tur pro hic repetitis, & quod talis receptio non poſſit
importari ſecundum verba deſcripta in libro Marti-
ni recepimus in Dauid de paſſagio mihi datis in Fran
ciſco, & Iacobo Bancheriis libræ N. & receptio pecu
niæ importat ſolutionem, vt probat text. in l. his. §. a-
pud Marcellum, & l. ſi quis aliam rem. ff. de ſolut. &
cum dictus Martinus acceptauerit dictam promiſſio-
nem banci loco ſolutionis, non refert an fuerit vera
11 ſolutio, vel interpretariua, cum creditore † volente
quælibet ſatisfactio locum obtineat veræ ſolutionis.
l. ſatisfactio. ff. de ſolut. l. ſolutionis verb. ff. de verbor.
ſignificat. facit l. inter cauſas. §. abeſſe. ff. mandati, iun-
cta gloſſ. ibi, in verbo, ſolutioni, & per eam gloſ. affir-
mat Bart. in conſil. 160. Titius promiſit, col. 1. verſi. &
ſic, item illa verba in eodem libro apparentia, videli-
cet mihi datas ſuo nomine ex quanto ipſe contra mi-
hi in debito eſt pro pecuniis ſibi in cambio datis, ſi-
militer important confeſſionem receptæ ſolutionis:
Nam ſolutio fit pro debito, & cauſa debiti extin-
guendi, vt probatur in l. 1. cum pluribus concordan. &
toto titulo ff. & C. de ſolut & pariter ex libro Ioannis
Baptiſtæ id ipſum clariſſimè apparet, vbi expreſſa
mentio facta fuit de, & ex cauſa ſolutionis, quod ver-
12 bum † veram ſolutionem importat. l. 4. §. ait prætor. ff.
de re iud. Nec obſtat mentio cautionis per ea, quæ
tradit Aretin. in dicto conſil. 160. colum. 9. & facit ad
hoc, quòd ex tali libro Ioannis Baptiſtæ declaretur,
quia de cauſa receperit dictam promiſſionẽ, id quod
tradit Barto. in l. creditor. § penul. ff. de ſolut. item fa-
cit ad id quod dictum eſt, quòd deprehendatur ſolu-
tio facta ex lectura vtriuſque libri, quia in vtroque li-
bro connexim, & continuatis partitis, ac ſcriptura
connexa ſcriptum fuit. quod datæ fuerunt inſolutum
Martino pagæ, & pariter libræ N. in prædicto banco,
prout igitur apparet ſolutio facta de pagis, ita cenſeri
debet facta ſolutio de libr. N. modò prædicto, & ad
hoc facit id, quod in ſimili caſu determinauit. Alex.
conſil. 85. ponderatis narratis, col. fin. num. 4. vol. 3. &
13 opinionem iam dictam, quòd promiſſiones † factæ
per bancherium habeant vim ſolutionum, max. quan
do in libris creditoris, & debitoris loco ſolutionis ta
les promiſſiones fuerunt receptæ. Firmauit Bartol. in
l. ſingularia, colum 7. num. 19. ff. ſi cert. pet quem ibi
ſequuntur Bald. & Angel. & Salic. in l. pro debito. C.
de bon. auct. iud. poſſiden & Sal. in l. ſingularia, col. fi.
idem tenet, ibi ſi in libro campſoris ſcriptus eſt cre-
ditor ille, qui erat creditor debitoris iubentis ſcribi,
& idem firmat Aret. in conſil. 5. in cauſa, & ſequitur in
hoc, quod dictum eſt de ſcribente in libro Ioan. And.
in rubr. depoſit. in Specul. poſt Odofre. quorum mo-
tiua refert, & ſequitur latè Alber. in l. ſi ego, columna
penultima in fin. & col.. fin. ff. de negot. geſt. & hoc
idem deſcriptione facta in libro tenet Angel. in l. ſin-
gularia, & hoc idem ſequitur etiam Bartol. & firmat
Curt. ſenior in conſil. 70. videtur iterato colum. 2. &
hoc idem firmat tam de ſcriptione, quàm de ſenten-
tia Socin. conſilio 64. in cauſa, quæ vertitur, volu. 3.
vbi atteſtatur poſt Angel. Innoc. & Cuman. quòd ita
de conſuetudine ſeruatur in multis partibus, max. Flo
rentiæ, ſcilicet, quòd immediatè quòd campſor pro-
miſit, primus debitor dicitur liberatus, cui conſuetu-
dini dicitur eſſe inhærendum, cum conſuetudo ſit
optima legum interpres. l. minimè. ff. de leg. & Cuma.
in l. qui vſumfructum. ff. de verb. obligat. dicit ita eſſe
de conſuetudine mercatorum, & iſtud dictum ſequi-
tur Socin. vbi ſupra, & dictam ſententiam ſequitur in
terminis ſimilibus noſtris Caſtrenſis, conſil. 181. viſo
puncto. col. 1. volu. 1. & in conſ. ſequenti, col. 2. & di-
cta opinio, ideò in caſu noſtro præualere omnino vi-
detur, quia bancum Saulorum expreſsè promiſit loco
Ioan. Baptiſtæ Borzoni: promiſerat. n. bancum ſe
obligaturum pro Ioan. Baptiſta Borzono, id eſt, loco
14 eius dicto Martino libr. N. Dictio. n. pro, † denotat
iſtud ad l. fideicommiſſa. §. interdum. vbi Bart. de leg.
3. & bancum referendo ſe ad inſtrumentum hoc con-
tinens, cenſetur promiſſionem dictarum libr. N. fe-
ciſſe loco eiuſdem Ioan. Baptiſtæ virtute relationis,
quæ videtur in termino referente relatum repetere
penitus, & integraliter. l. fin. in fi. ff. de fideicommiſ. li-
berta. Barto. in l. ſi cui ſerui omnes. in §. ſi à filio. ff. de
legat. 1. & doctrina Bartol. in l. ſingularia, ſaltem de iu
15 re communi ſaluatur, vt habeat locum, quòd † pro-
miſſio bancherij, ſeu campſoris ſit expreſsè loco de-
bitoris, ita determinat Bartol. in l. 2. C. de execut. rei
iud. quod ſequitur in d. l. ſingularia. col. penul. verſ. 2.
limita. nume. 18. & ſequitur Caſtren. in d. l. 2 & Alex.
in l qui vſumfructum. ff. de verb. oblig. & in l. penulti-
ma. ff. de præt. ſtipulatio. & Iaſon in d. l. ſingularia, nu-
me. 40. & facit. l. quamuis. §. ſi mulier. ff. ad Velleian.
vbi dicta deciſio fundatur, in quo text. fit mentio de
ſimili promiſſione facta pro alio, & ſi dicta opinio du
bitabilis cenſenda eſſet propter aduerſantes, tamen
ſufficere debet dicta notoria conſuetudo Genuæ, &
vniuerſaliter vigens vbiq; inter mercatores, quæ vult
huiuſmodi promiſſiones, quæ fiunt per bancherium,
habere vim ſolutionum, & cum atteſtentur de hac
communi conſuetudine vigẽte inter mercatores duo
Excell. Doctores defuncti, videlicet Cuman. & Soci.
16 ſtandum eſt eorum † atteſtationibus, ſaltem quò ad
præſumptionem, & onus probandi contrariũ, vt cen-
ſeatur tranſlatum in aduerſantes, & cum nõ fuerit per
eos contrariũ probatum, dicta conſuetudo Iuris præ-
ſumptione vigere præſumenda eſt, & cenſenda, & ſuf-
25 ficit ad hoc citare, quæ cumulat Dec. conſi. 420. in fi.
& conſil. 469. colum. 2. poſt medium, & in conſ. 691.
circa fin. & conſ. 694. col. 1. & Curt. iun. conſ. 60. col.
4. circa medium, & Gozadi in conſ. 59. col. 4. in prin
cip. & Aymon, qui concordantes cumulat, in conſilio
166. licèt plurimum, col. 3. nu. 9. & Socin. Iun. conſil.
60. videbitur, col. 3. volu. 2. vbi latiſſimè firmat hanc
opinionem, aſſerens poſt Decium in l. 2. §. mutui. ff. ſi
cert. petat. quòd opinio Bartoli ſuper hoc in l. de qui-
bus. ff. de leg. magis communis eſt, & citat quàmplu-
rimos tam antiquos, quàm modernos eam opinio-
nem tenentes, quod verbum in practica maximi eſt
momenti, vt idem Socin. nouiſſimus adducit in con-
ſil. 121. eleganter, num. 17. volum. 2. & propterea cum
talis

talis conſuetudo ſit notoria, viſum fuit ſuffeciſſe eam
allegari, licèt poſſet dici circunſcriptis proximè di-
17 ctis de ea non eſſe ſactam aliam ſolennem † probatio-
nem ad Bartol. in l. 2. in quæſt. 25. C. de conſuet. Soc.
nouiſſimus, conſil. 65. cum in præſenti. colum. 11. vol.
1. & quod ex tali ſolutione ſacta in banco reſultauerit
liberatio dicti Ioan. Baptiſtæ, ſeu eius hæredis, vel ip-
ſo iure, vel ope ſaltē exceptionis, ita Rotæ viſum fuit
demonſtrare. Nam conſiderando, & accipiendo di-
ctum Dauid tanquam gerentem negotium vtile di-
cti Ioan. Baptiſtæ, quando fecit dictam ſolutionem
dicto Martino, neceſſe eſt dicere ex tali ſolutione
fuiſſe liberatum dictum Ioan. Baptiſtam ipſo iure, vel
tunc, vel poſtea literis cambij recuſatis: talis enim
18 promiſſio habēs vim ſolutionis, cum fuerit facta † pro
extinguendo debitum ipſius Ioan. Baptiſtæ, illud ex-
tinguit, pro vt extinxiſſet vera ſolutio facta pro eodē
debito ab eodem Dauid, ita in ſimilibus terminis fir-
mat Socin. conſil. 58. in cauſa, quæ vertitur, colum. 3.
nume. c. verſi. ſed ad tollendum, volum. 3. & compro-
batur per l. ſi per me. l. ſoluere. ff. de ſolut. & l. ſoluen-
do. ff. de negot. geſt. & l. ſi opera. ff. de doli exception.
iuncto. §. t. ſeu princip Inſtitu. quib. mod tol. obliga.
& hoc procedit ſine dubio relicta opinione ſuperius
deducta, quòd dictus Ioannes Baptiſta fuerit ſemper
obligatus, etiam traditis per eum literis cambij di-
cto Martino, quæ opinio videtur verior, ſeu magis
communis ſaltim, & proceditur etiam retenta alia
opinione diuerſa: Nam talis ſolutio operata ſaltim
fuit effectum ſuum ſtatim reſutatis literis, arg. text. in
l. ſub conditione. ff. de ſolu. maximè cum appareat ex
toto proceſſu ferè, quòd pro parte Borzonorum fuit
ratificata talis ſolutio, cuius ratificationis virtute cen
ſeri debet, ac ſi ipſe Ioan Baptiſta à principio man-
daſſet. l. ſolutam. ff. de ſolut. iuncto capitulo ratihabi-
tionem. de regu. iur. in 6. & idem eſt dicendum, ſi non
præſupponamus dictam obligationem dicti Ioannis
Baptiſtæ ſub tacita conditione aliqua, ſed tantū pen-
dentem à futuro euentu cauſæ finalis non ſecutæ: Nā
ſolutio fieri poteſt pro obligatione futura, vt dixit
tex in dicta l. ſolutam. in princip. ff. de ſolut. & dicen-
dum eſt, quòd eueniente caſu, quòd talis obligatio
19 † conſtat ſaltim ſolutio operetur effectum ſuum, pro
vt probatur in dicta l. ſolutam, & argu. in dicta l. ſub
conditione ff. de ſolut. facit eod. titu. l. quæ res. §. res
autem. ibi, & hoc vtique in verſ. ſequenti, & facit eod.
titulo. l. ſi quis offerenti, in princip & in §. 1. in ratio-
ne ſui. Item intelligendo d. Dauid taliter promitten-
tem pro Ioan. Baptiſta, & poſtea per promiſſionem
dicti banci ſoluentem fuiſſe interceſſorem, puta con-
20 ſtitutorem, vel quendam † fideiuſſorem ſecundùm
quòd ſupra dictum fuit, pari modo fatendum eſſe vi-
ſum eſt Rotæ, quòd ex tali ſolutione facta per dictum
Dauid in banco Saulorum reſultauerit liberatio dicti
Ioan. Baptiſtæ, ſeo tunc, ſeu poſtea purificata tacita
conditione obligationis dicti Ioan. Baptiſtæ, ſeu
quando ipſe, aut eius hæres cœpiſſet obligari, acce-
dente maximè eiuſdem Ioan. Baptiſtæ ratificatione,
quæ quid operari potuerit, ſupra eſt deductum: certi
enim iuris eſt quando fideiuſſor ſoluit creditori, li-
berat ſeipſo iure à fideiuſſoria obligatione, & ope ex-
ceptionis pariter propter talem ſolutionem liberatur
principalis debitor, pro quo ille fideiuſſit, vt proba-
tur in l. Papinianus. ff mand. & in l. Stichum. §. ſi man-
dato. ff. de ſolut. & in l. cum his, iūctis traditis ibi per
gloſ. Bartol. & Scribentes. ff. de fideicom. & per tra-
dita per Bart. in l. Modeſtinus. ff. de ſolut. & hoc idem
dicendum eſt in conſtitutore ſoluente pro eo, pro
quo ſe conſtituit debitorem: æquiparantur enim re-
gulariter fideiuſſores, & conſtitutores, licèt differant
in aliquibus, vt not. gloſ. in auth. de fideiuſſ. in rubr. &
probatur in l. fina. C. de conſtitut. pecun. & per tradi-
ta per Caſtrenſ. in l 1 in fin. ff. de conſtitut. pecun. &
facit text. in l. 1. ff. de conſtitut. pecun & facit quod
not. in dicta l. 1. C. de exceptione. Quinimò ſi tenea-
mus dictum Dauid fuiſſe quendam conſtitutorem,
poſſet fortè dici ex tali ſolutione per eum facta fuiſſe
liberatum Ioan. Baptiſtam principalem debitorem
ipſo iure. l. item illa §. fina. vbi Angel. ff de conſtitut.
pecun. cum igitur dictus Dauid faciendo bancum
promittere, cenſeatur ſoluiſſe iuxta ea quæ ſupra fue-
runt concluſa, ſequitur quòd ſeipſo iure liberauit, &
ope exceptionis liberauit dictum Ioannem Bapti-
ſtam principalem obligatum, ſeu tunc, ſeu effectuali-
ter poſtea literis cambij refutatis, per ſupradicta, & in
ſimili caſu in conſulendo determinauit Caſtrenſis in
conſilio 181. viſo puncto, columna 2. & conſilio 182.
in cauſa, columna 2. & 3. primo volum. in nouis. Nec
obſtat, quòd Dauid non expreſſerit debitum dicti
Ioannis Baptiſtæ, pro quo extinguēdo ſoluebat: quia
præſumitur, quòd ex cauſa debiti cambij, cum aliud
nullum exiſteret, vt in ſimili dicit Caſtrenſis in dicto
conſilio 182. colum. 2. verſicu. 3. videtur, & facit, quia
21 ſolutio cenſetur in † dubio facta, ex cauſa præceden-
te. Barto. in l. ſolent §. non, vero. ff de officio proconſ.
Caſtr. conſilio 44. in cauſa, in antiquis, & ex parte di-
cti Ioan. Baptiſtæ procedebat ſolum dicta cauſa debi-
ti: ergo pro ea cenſeri debet facta ſolutio. Præterea
ex libris dicti Martini, & Borzoni idipſum conſtat,
cum vtrobique id fuerit expreſſum, quod ſolum ſuffi-
cit per ea, quæ ſupra ad aliud propoſitum dicta fue-
runt, & cum de iſta partita rei conuenti noluerint ra-
tionem reddere, nec illam acceptare, & in computo
ponere, prout apparet ex iam deductis, quod facere
debent, Rota cenſuit rationem per eos redditam non
fuiſſe rectè, & ob id eam reddi debere, prout in ſen-
tentia, præterea dicti rei conuenti in ratione, quam
exhibuerunt, poſuerunt ad creditum hæredum dicti
Martini intereſſe, quod prætendunt ſibi deberi ab hæ
redibus dicti Ioanni Baptiſtæ propter non reſtitutam
pecuniam acceptam cambio per dictum Ioannem
Baptiſtam, intereſſe dicimus occurſum propter lu-
crum ceſſans, quod veriſimiliter feciſſet dictus Mar-
tinus, ſi pecuniam rehabuiſſet in ſecundo foro Augu-
ſti ſubſecuto poſt forum Paſchę anni, &c. quo factum
fuit dictum cambium, quod tamen intereſſe non con
ſtat fuiſſe debitum, tum quia non conſtitit de mora
dictorum hæredum dicti Ioannis Baptiſtæ, maximè
propter ea, quæ proximè inferius dicentur, tum quia
etiam ſi de mora cōſtitiſſet, non fuerunt probata alia
neceſſaria ad hoc, vt intereſſe huiuſmodi debitum di-
ci poſſit. Ad tradita cumulatim per Dec. conſil. 44. c.
præſens conſultatio, colum. fina. in fine, & in capitulo
cum venerabilis, de exceptionibus. vbi de primo &
de ſecundo, & Dec. conſilio 39. iuridicum, columna
ſecunda, verſiculo quarto. & Afflict. deciſione vigeſi-
ma, quidam nobilis, & Aymo conſilio ſeptuageſimo
nono, columna finali, numero quarto, poſt Bartolus,
& alios præſertim Moderoos in l. prima, columna ſe-
cunda, numero vigeſimoquinto. C. de ſenten. quę pro
eo quòd intereſt, & ſic etiam in hac parte viſum fuit
Rotæ rationē eſſe malè redditam, cum poſitum eſſet
ad debitum dictorum hæredum dicti quondam Ioan
nis Baptiſtæ id, quòd non apparet fuiſſe debitū. Con-
ſiderauit inſuper Rota, quòd dictus Martinus tēpore
quo obligauit omnia loca reſidua ſibi hypothecata,
vt ſupra,

Digitized by Google

vt ſupra, quod fuit de anno, &c. vel erat ſatisfactus
integraliter de toto ſuo credito iam dicto, vel haberi
debuit pro ſatisfacto, ſaltem ad hoc, vt poſſet pigno-
ra diſtrahere, vel parum deerat pro integrali ſatisfa-
ctione illius, adeò quòd non poterat, nec debebat vē-
dere dicta loca. N. reſidua vt ſupra, ſeu inſolutum pro
parte ſibi, & vxoris ſuæ data, etiam ſi talis datio inſo-
lutum eſſet inſta ſolutionem dictarum librarum N.
item prouentus dictorum locorum N. vel ſaltem re-
ſtitui debebat, & debent, & ideo ſunt compenſabiles,
maximè quia dimidia locorum N. primo loco aliena
torum nulliter alienata fuit per ipſummet Martinum
ſibimet: item receperat etiam dictus Martinus tot pa
gas, quæ excedebant valorem librarum N. quas fru-
ſtrà dicti rei conuenti conati ſunt ponere loco cuiuſ-
dam pignoris propter quandam aſſertionem Io. Ba-
ptiſtæ factam in ſuis libris, & pariter in libris Marti-
ni, qui cum appareat illas fuiſſe aſſignatas infrà ſolu-
tionem, non poteſt in dubium reuocari, cum ex cauſa
ſolutionis fuerint conſignatæ propter verba illa infrà
cautionem, propterea quæ ad ſimile aliud propoſitū
fuerunt dicta ſuprà citando. Areti. in conſ. 160 col. 9.
Item conſtitit ex libro dicti Martini, quòd dicti hære
des Mart. iam receperant per viam cambij libras N.
22 pro qua ſumma erant † debitores dictorum hæredum
dicti Io. Baptiſtæ, quæ ſumma poterat compenſari in
credito ipſorum hæredum Martini, & ipſo iure cēſeri
debet compenſatio facta pro ea quantitate ſaltem in
curſum refundendum dictis hæredibus dicti Martini
per hæredes quōdam Ioannis Baptiſtæ, & ad effectū,
vt nullo modo dicta loca pignorata alienari poſſint
aatenus, quatenus quantitas dictę ſummæ ſe extende-
bat, & pro concurrenti rata, vt primum probatur de
mora, & intereſſe per l. 1. ff. de compenſ. & per l. etiā,
& l. ſi conſtat, ex not. ibi per gloſ. & omnes ſcrib. C.
de compenſa. faciunt tradita per Rom. conſi. 204. di-
ſcutienda. 2. col. nume. 9. & per Anchar. conſil. 5. pro
parte nobilis, col. 3. in 4. dubio, & quod de intereſſe,
firmat Socin. in conſil. 130. circa præſentem, col. fin.
num. 20. vol. 4. de ſecundo verò, id eſt, de pignore di-
ſtra. tex. eſt in l. 1. C. de diſtract. pigno. & gloſ. in d. l. ſi
conſtat, & gloſ. expreſſior in d. l & ibi Fulgoſ. & con-
firmatur hac ratione quam deducit Cyn. in d. l. ſi con
23 ſtat poſt gloſ. ibi. Nam diſtractio † pignorum fieri nō
poteſt, niſi præceſſerit mora, vt latè probat Neguſan.
in d. tract. de pign. in 1. mēbro 6 partis. At in caſu iſto
non conſtat de aliqua mora commiſſa, vel per quon-
dam Io. Baptiſtā, vel per eius hæredes, ergo ad pigno
rum diſtractionem deueniri non poterat, & quòd in
mora non fuerit dictus Ioannes Baptiſta, ſeu eius hæ-
24 res probatur, quia poterant ſe tueri exceptione † com
penſationis reſpectu debiti ſui cambij: ergo in mora
eſſe nō poterant. l. ſi quid à fideiuſſore iunctis not. per
gloſ. ibi. ff. de compenſa. iuncta l. nulla mora eſt. ff. de
reg. iur. & ita tenet Cyn in d. l. ſi conſtat. col. fin. C. de
compenſa. & hoc argumentum cōcludit etiam reſpe-
ctu omnium aliorum creditorum dictorū Borzono-
rum, videlicet crediti librarū N. quas cum Dauid pro
Ioanne Baptiſta ſoluerit, ratificante poſt eadem Ioan
ne Baptiſta videtur ipſemet Ioānes Baptiſta ſoluiſſe,
d. l. ſolutam in princip. ff. de ſolut. & ſi dici poſſet non
feciſſe dictam ſolutionem banci extinctionem debiti
dicti Borzoni, attamen negari non poſſet, quin ſaltem
teneretur Martinus eidem Ioanni Baptiſtæ conditio-
ne indebiti pro reſtitutione dictarū librarum. N. cum
propter ratificationem cēſeatur Ioannes Baptiſta eā
ſolutionem indebitè feciſſe, ſeu ſaltem ſine cauſa, &
ſic teneretur illo conditione ſine cauſa, ad hoc facit
quòd in ſimili caſu firmat Alexand. in conſil. 85 pon-
deratis, columna 2. verſicu. ſi diceretur, volumi. 3. &
conſequenter multò fortius competiſſet eidem Bor-
zono exceptio. l. iouitus. §. cui damus. ff. de regul. iur.
Item fructuum pręceptorum ex locis pignoratis ma-
lè, & nulliter alienatorum, item pagarum conſignata-
rum: Nam negari non poteſt quin ſaltem de illis cre-
ditis (ſi credita cenſeri poſſent, & non vim ſolutionis
haberent, quòd eſt falſum, vt ex iam dictis patet) po-
tuiſſent compenſationem obiicere dicti Borzoni, &
ſic exceptione ſe tueri: ergo in mora conſtitui nequie
runt, & conſequenter nō poterat dictus Martinus de-
uenire ad illam ſaltem vltimam dictorum bonorum
pignoratorum alienationem, cum mora non præce-
deret, & hæc fuit doctrina originaliter gloſ. in dicta
l. ſi conſtat, quam vltimo Cynus approbat, ibi Alber.
Angel. Bald. & Salicet. qui propriè de caſu noſtro lo-
quuntur, Caſtr. Ioan. Fab. & Fulgo. & concordat glo.
in dicta l ſi quid à fideiuſſore ff. de compenſa. facit
text. in l. ſi ambo. §. ſi quis igitur, eod. titu. & text. cum
gloſ. & ibi Bart. & omnes in l. qui inuicem. ff. de con-
dit. indebit. & vt dictum eſt, iſta ratio concludit tam ſi
ſumma creditorum Borzonorum concurrebat in ſum
ma cum toto cred. hæredum Martini, quàm etiam ſi
aliquid deerat in ſumma creditorum Borzonorum:
non enim poterat fieri alienatio pro ea ſumma, pro
qua compenſatio obiici poterat, & conſequenter mo
ra impediebatur, & fiebat compenſatio ipſo iure ad
impediendum alienationem pignoratorum locorum
pro concurrenti quantitate, ſeu ſumma, vt probatur
clariſſimè per tex. in dicta l. ſi conſtat, & dicta l. etiam
C. de compenſat. & tradit Iaſ. in l. quidam æſtimaue-
runt, numero 7. ff. ſi certum petat. vbi idem tenet Za-
ſius, numero 24. & ſequitur Neguz. in tracta. pigno.
in tertio membro 5. partis. numero 24. quæ opinio
ſaltem locum habet in terminis noſtris, in quibus lo-
quuntur tex. in dicta l. ſi conſtat, & l. etiam. C. de com
penſationibus, & ſic non obſtat, quòd dicit in diuer-
ſum. Imol. in l. 1. in princip. & in fi. ff. de ſolutio. cuius
dictum vel eſt contra dictas leges, vel limitari debet,
vt non habeat locum in terminis dictarum legum, in
quibus eſt caſus noſter, & confirmatur hæc conclu-
ſio, quia dictus Martinus habens plura loca pignora-
ta, quorum pars ſi alienaretur, ſufficiebat pro integra
ſatisfactione totius ſui crediti, non valuit quicquid
ex dictis locis voluit alienare, & eatenus, quatenus
obſtat compenſatio impediens moram, & diſtra-
ctionem pignorum, non poterat pro ea reſidua ſum-
ma ſui crediti alienare omnia bona ſibi pignorata,
pro vt alienauit: Nam creditor plures † res pignora-
25 tas habens, non poteſt vendere illas omnes res, ſi ex
venditione aliquarum ex eis poteſt conſequi ſuam ſo
lutionem, ſufficiat citare Neguſan. in tractatu pign.
in primo membro 6. partis. numero 29. verſic. quintò
limita, & ex hac ratione reſultat alia euidens nullitas
alienationis dictorum locorum, & ex hoc confirma-
tur prima concluſio, vbi dictum fuit, alienationem di
ctorum locorum fuiſſe nulliter factam: quia ſaltem
negari non poteſt, quòd eatenus, quatenus facta fuit
alienatio dictorum locorum, vltra exigentiam dicti
crediti Martini, fuerit nulliter facta per rationem
proximè deductam, & iſta prima concluſio vbi di-
ctum fuit, non potuiſſe alienari dicta loca, & nulliter
fuiſſe alienata ampliatur, & id maximè Rota conſi-
derauit, quia dicta alienatio non ſolùm fuit nulliter
facta pro ea parte locorum alienatorum vxori dicti
quondā Martini ex ratione in dicta cōcluſione allega
ta, verum etiam fuit nulliter facta in totum, vel ſaltem
eatenus,

Digitized by Google

eatenus, quatenus fieri non poterat, propter obſtantiam compẽſationis eo modo, quo ſuprà proximè diximus, & propter rationem ſupra deductã, quam maximè Rota in iſta cauſa perpendit, & ſic Rota conſiderans ex multis reſpectibus, & rationibus non fuiſſe bene, & ſufficiẽter redditam rationem reddi peritam iuſtè iudicauit reddi debere, & ad eam reddendam reos conuentos condẽnauit, ſequendo tamen ex prędictis, quæ ſunt veriora. Laus Deo.

DECISIO V.

Aſſecuratores repetentes propter mutationem viagij nauis aſſecuratæ exactũ in executiuo, tenentur mutationem probare in ordinario,

SVMMARIVM.

1 *Qualitas cauſæ non finalis non afficit actum.*
2 *Probationes in pœnalibus requiruntur certæ plenæ, & concludentes.*
3 *Iuramentum ſuplectiuum in pœnalibus nõ datur.*
4 *Habens præſumptionẽ iuris contra grauatur onere probandi.*
5 *Idem agens conditione indebiti.*
6 *Qualitas, quæ eſt fundamẽtum intentionis, probari debet.*
7 *Argumentum non concludit, cum oppoſitio conſequentis poteſt ſtare cum antecedenti.*
8 *Teſtes ſingulares non probant.*
9 *An agens ex vna cauſa poſſit obtinere ex alia probata.*
10 *Negatiua, quæ eſt fundamẽtum intentionis, probari debet.*
11 *Aſſecuratores non poſſunt opponere aſſecurato quæſtionem dominij.*
12 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris.*

CVM Ioannes Baptiſta de Grimaldis, & quidẽ alij ſe aſſecurari feciſſent pro viagio Flandriæ ſuper quadã naue, ſeu Vrca patronizata per Franciſcum Irdes, cum hoc, quòd poſſet dicta nauis accedere ad ciuitatem Veterem, nauigare à dextris, & à ſiniſtris, quoſcunque portus, & ſcalas facere, antecedere, & retrocedere, & prout latius in appodiſiis ipſarum ſecuritatum continetur, euenit vt cum nauis è portu Genuæ ſoluiſſet, & per aliquot menſes in loco ciuitatis Veteris ſtetiſſet, vbi onus aluminum habere non potuit, fractis rudentibus, & conſumpto biſcotto neceſſe fuerit patrono dictæ nauis ad præſentem portum reuerti, vnde diſceſſerat, vbi cum etiam per aliquot dies moratus fuiſſet, tandem facto procelmate ex præſenti portu receſſit cum dicta naui, quæ exinde in maribus Alicanteræ à piratis oppugnata, tandem ab ipſis expugnata fuit, ac combuſta. Quare ſecuta exactæ fuere (via executiua) per dictum Ioannem Baptiſtam ſecuritates, quæ deinde in hoc iudicio ordinario repetitæ fuere ab ipſis aſſecuratoribus cum damnis, impẽſis, intereſſe, ac pœna triginta triũ pro centenario. In quo iudicio multa deduxerũt aſſecuratores ipſi, vt obtinerent, quæ tamen non mouerunt Rotam, quando ei concorditer viſum fuit, dictu reum eſſe à petitis abſoluendum, & ita eum abſoluit, & quoniam cauſa eſt maximi momẽti, & talis, in qua Rota obſtringitur ad edendam deciſionem cauſæ, idcircò oppoſitiones actorum ſigillatim proſequemur, ſingulis annectentes iuridicas, & rationi cõſentaneas reſponſiones, ex quibus apparebit quibus iuribus rationibus, & auctoritatibus mota fuerit Rota, vt in hac cauſa liberationem amplexa fuerit potius, quàm condemnationem. Obiiciebatur igitur à dictis actoribus primo loco, viagium, in quo nauis capta fuit ab hoſtibus, & combuſta, non fuiſſe viagium aſſecuratum, ex quo non fuit cum onere aluminum in Belgicam deferendorum. Reſponſum fuit imo fuiſſe illud ipſum viagium Belgicum ab ipſis aſſecuratoribus aſſecuratum, nec referre quòd alumina non fuerint onerata, ac ſic ceſſauerit cauſa viagij Belgici: nam ponderandum eſt, quod onus aluminum non fuit cauſa finalis Belgicæ nauigationis, quamuis fuerit cauſa nauigandi ad ciuitatem Veterem: etenim potius † nauigatio Belgica fuit cauſa, vt alumina onerare curauerit patronus, quæ licèt exindè non habuerit, tamen nõ ſequitur quin fuerit viagium Belgicum, quod potuit eſſe cum aluminibus, & ſine, vt conſtat ex appodiſiis ſecuritatum, in quibus facta fuit ſecuritas pro viagio Belgico, & in eis nullum verbum de aluminibus, adeò vt ſatis clarè ex eis conſtare videatur, patronum non contradixiſſe cum aſſecuratoribus reſpectu aluminum deferendorum, ſed reſpectu viagij Belgici tantùm: Nam ſi à contrahentibus habita fuiſſet ratio huius qualitatis, vtique ab eis fuiſſet hoc expreſſè cautum, ſed fuit intentio aſſecutorum aſſecurãdi qualecunque onus caperetur à patrono, dummodò nauis in Flandriam proficiſceretur, fuitque etiam intentio patroni, ſi fortè alumina onerata non fuiſſent iuxta eius deſtinationem, quia multa cadere potuiſſent inter os, & offam, vt eſt, in adagio, onerandi nauium aliis mercibus. Hinc eſt, quòd facta fuerit aſſecuratio, nunc ſuper corpore, naulis, corredis, & apparatibus, nunc ſuper mercibus quibuſcunque onuſtis, vel onerandis, & alumina non fuere vnquam conſiderata, nec eorum habita ratio, & ſolum viagium Belgicum aſſecuratum abſque qualitate aluminum. Quod ſi contrahentes voluiſſent ſe reſtringere ad onerationem aluminum, non fuiſſet dictum in appodiſiis, quòd poſſet patronus quaſcunque ſcalas facere, onerare, exonerare, & reonerare: onuſta enim ſemel naui aluminibus recta deinde profectura erat ad partes Flandriæ ſine alia oneratione. Quare concludendum eſt, caſum aduerſum ſecutum fuiſſe in viagio aſſecurato, quamuis nauis onus aluminum non habuerit, quæ qualitas aluminum non fuit, vt ſupra diximus, in viagio aſſecurato conſiderata, quamuis fortè patronus deſtinaſſet facere viagium cum aluminibus ſi potuiſſet, ſin minus ex his, quæ ſecuta fuerunt, quòd ab ipſo vſque initio propoſuit velle proſequi viagium Belgicum ſine aluminibus, non recepto in ciuitate Veteri onere aluminum, & profectò hoc, vel illud onerare non alterauit viagium aſſecuratorum, quod ad rem prꝑſentem attinet. Admiſerimus enim quòd omnis differentia ſaltem ſpecifica generi adueniens ſpeciem conſtituit, & informat, cum rationale additur animali hominem protinus cõſtituit, quę ſpecies animalis eſſe dignoſcitur, vt eſt apud Dialecticos. Similiter non negabimus, quin viagium Belgicum cum aluminibus differat à viagio Belgico ſine aluminibus: ſed inficiabimur

viagium

viagium Belgicum ſine aluminibus eſſe minus via-
gium Belgicum, quàm illud ipſum cum aluminibus,
quemadmodum non eſt minus animal equus, quam
homo quamuis rationale ſeparet hominem ab equo,
cæteriſque animalibus, quæcunque rationes ſunt ex-
pertia. Secundo loco obiiciebatur ab eiſdem aſſecu-
ratoribus, quod nauis quando fuit capta, non proſe-
quebatur viagium Flandricum ex eo, quia patronus
deſtinauerat aliud viagiũ facere, & faciebat id, quod
oſtendere conabantur multis coniecturis, & præſum-
ptionibus, de quibus in proceſſu. Verum ex aduerſo
fuit reſponſum, & meritò aduertendum eſſe eum, qui
agit ad pœnam, & dicit illam eſſe commiſſam, debe-
2 re habere † probationes certas, plenas, & concluden-
tes. l. in teſtamento la prima. ff. de cond. & demon.
hinc eſt quod in pœnalibus, quia probationes debent
3 eſſe tales, non defertur † iuramentum ſuppletiuum,
vt per Iaſ. in l. admonendi, num. 191. ff. de iur. iur. Item
qui habet præſumptionem iuris contra ſe, quæ eſt li-
quidiſſima probatio. l. licèt Imperator, vbi Alexand.
4 & Iaſ. ff. de leg. 1. grauatur onere † probandi contra-
rium: quare opus eſt maiori, & clariore probatione.
Item, qui agit conditione indebiti, onere probandi
obſtringitur: quia quis non præſumitur ſolutionem
5 indebiti † feciſſe, arg. l. cum de indebito. ff. de pro-
ba. & quia quando aliqua qualitas eſt fundamentum
6 alicuius † intentionis, illa debet probari per eum, qui
in illa ſe fundat Bart. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flu. publi.
& in l. in illa. ff. de verb. oblig. igitur cum iſti aſſecu-
ratores agerent ad pœnam triginta trium pro centa-
nario, venirent quoque contra præſumptionem iuris,
quæ eſt, quòd mutatio non præſumitur. l. cum, qui ff.
de probat. Alcia. de præſump. reg. 2. præſump. 16. age-
rentque conditione indebiti pro recuperandis ſecu-
ritatibus, nõ potuit probabiliter dubitari, quin onus
probandi hanc intentionem mutati viagij ad eos ſpe-
ctaret, videamus igitur num fuerit probata eorum in-
tentio, ſic vt ſequi debuerit condemnatio, & ſingula-
tim recenſeamus eorum fundamenta, cuilibet reſ-
ponſionem ſubiicientes. Nauis, inquiunt, cum diu ſte-
tiſſet in portu Ciuitatis Veteris rediit Genuam, ergo
patronus uolebat accedere in Flandriã; quia ſi noluiſ-
ſet ire in Flandriam, non inuento onere aluminum
non rediiſſet in hunc portum. Reſponſum fuit, vltra
quòd hoc non facit viagium mutatum, quia oppoſi-
tum conſequentis poteſt ſtare cum antecedenti, &
7 meritò argumentum non † concludit, Bald. in l. con-
uenticula l. de Epiſ. & clericis licuiſſet etiam magi-
ſtros nauis id facere vigore appodiſiarum, & proba-
tum etiam fuit per reum, nauim indiguiſſe reparatio-
ne, & biſcotto, quæ commodè alibi non potuerunt,
nec haberi, nec fieri. Præterea conſultius fuit non
habito onere aluminum prouidere, vt nauis aliis mer-
cibus oneraretur, tam pro Flandria, quàm pro locis
intermediis. Subiiciebant etiam aliud fundamentum
quod ſumebant à proteſtationibus factis ipſi Ioanni
Baptiſtæ antequam nauis à portu Genuæ ſecunda vi-
ce ſoluiſſet, verum ex reſponſione dictis proteſtatio-
nibus facta, deprehenſum fuit reum bonum ius in hoc
fouiſſe. Præterea ſi voluiſſet patronus proſequi via-
gium Belgicum, non ne conſultius fuiſſet exigere
pretium ſecuritatum ab hiſqui vltro offerebant, &
alios aſſecuratores quærere, quos pro loco Cadicis
inueniſſet pro longe minori pretio, ex quo veriſimi-
liter maius pretium ſoluitur pro ſecuritatibus, quæ
ſunt pro loco Antuerpiæ, quam pro loco Cadicis,
qui eſt propinquior, quippè qui Ioan. Baptiſta cer-
tus eſt poterat, ſi caſus ſiniſtri contigiſſet vltra Ca-
dicem pro aliis partibus Belgicis, quòd aſſecuratores
non fuiſſent obligati: adducebant etiam controuer-
ſiam, quæ fuit inter patronum, & nautas poſt reditum
à ciuitate Veteri: verum teſtes ſuper hoc examinati
probant, quòd patronus non mutauerat voluntatem
ex quo inſtabat eos compelli, vt viagium perficerent,
quod erat Belgicum, prout coacti fuere iuſſu Magni-
ficorum Cõſeruatorum maris, de qua re etiam infra.
ponderabant quoque quòd patronus proclamari fe-
cerat pro Alicantera, Cartagenia, & Cadice, locis Hi-
ſpaniarum, ſed id mouere non debuit, quia vt dicunt
teſtes actorũ, neceſſarius eſt acceſſus ad ea loca Flan-
driã verſus nauigantis, nec propterea dici poteſt mu-
tatũ viagiũ, cum liceret dicto nauis magiſtro quemli-
bet portum adire, pro onerandis dictis mercibus.

¶ Adducebatur etiam refutatio mercium pro Flan-
dria, ſed reſpõſum fuit, licet patronus aliquas merces
refutauerit pro loco Flandriæ, non propterea inferri,
quòd propoſuiſſet Belgicum viagium minus perfice-
re: potuit enim eſſe, quod voluerit nauigare in Cadicẽ
ſolutus ab omni obligatione: quia ſciebat ibi non de-
futuros mercatores, qui cum eo paciſcerentur pro
Flandria, oneraturus proculdubio in dicto loco na-
uim pro Antuerpia. Præterea eſt animaduertendum
quòd Leonardus Spinula apertè non dicit, quòd pa-
tronus noluerit onerare merces pro Flandria, etenim
loquitur per verba admodum dubia, videlicet, (*anco-
ra che pare ad eſſo teſtimonio recordarſi, che metteua in dubio
l'andare in Flandra*) ſubiiciens, (*ancora che di quello eſſo
teſtimonio non ſi ricordi molto bene,*) & paulò pòſt (*ſe ſi de-
libereria di andare in Flandra, in eſſo luogo ſe haueria à trat-
tare de nolo*) nonnulli verò teſtes circa hunc articulum
examinati dicunt ſe audiuiſſe à Leonardo, inter quos
eſt Ioannes Maria Spinola. Quapropter nullã debent
fidem facere, cum ſint vnici teſtes, & eorum teſtimo-
nium pendeat à teſtimonio eius, qui non probat, ra-
tionibus ſupradictis. igitur, par eſt, vt iſti etiam, qui
ab eo intellexerunt, non probent, alias ſequeretur q̃
maior fides daretur copiæ quam originali, & teſtibus
crederetur, quorum auctores repellerentur. cap. fra-
ternitatis, de hære. Crau. conſil. 112. nume. 118. at qui
Angelus Grimaldus potius teſtificatur pro reo, dum
deponit, quod ſcit, quòd Leonardus Spinula requiſi-
uit à dicto patrono, quòd eſſet contentus leuare ali-
quas ballas lanarum in Alicantera pro Cadice. Pari-
ter Michael Spinula, qui depoſuit, quòd ſibi fuit di-
ctum à dicto Leonardo, quòd volebat onerare in ipſa
Vrca pro Cadice, ſaccos num. lanarum, hactenus pro
reo, licèt deinde dicat ſe credere, & qui cum deponat
per verbum credit, nihil probat. Præterea hic etiam
teſtis audiuit à Leonardo: ergo eius dictum non eſt
magni faciendũ, per ſupradicta. ¶ Opponebant quo-
que præfati aſſecuratores cõtra reum, quòd patronus
dixiſſet, quod volebat ad partes Indiacas accedere,
vbi in Cadicem veniſſet, quæ res modicam proculdu-
bio controuerſiam facere debuit: Nam teſtes loquun-
8 tur de confeſſione facta parte abſente, & ſunt † ſingu-
lares, ergo nullam ſpeciem faciunt probationis, nec
plenam, nec ſemiplenam, & tantùm probant mille,
quantùm vnus, vt per Doct. in l. admonendi, vbi Iaſ.
num. 256. ff. de iureiur. & Afflict. deciſ. 364. Præterea
percurrẽdo ſingulos teſtes, qui de hoc deponunt, cer-
tè primus, qui eſt Ambroſius Cataneus adiuuat po-
tius reum, quàm ei obſit: dicit enim, quòd dictus Frã-
ciſcus eidem dixit, quòd intendebat cum dicta Vrca
accedere ad Indias quandocũque ex dicto viagio ap-
puliſſet in Cadicem: ergo volebat potius finire dictũ
viagium, & redire in Cadicẽ, ex Antuerpia, & dictus
teſtis

teſtis Angelus Grimaldus dicit, patronum dixiſſe,
quòd intendebat facere vnum viagium pro Indijs,
ſed ignorat an tunc, an alia vice, & ſic dubia eſt huius
teſtis probatio, quæ interpretari debet cõtra probantem.
c. in præſentia de probat. Tertius teſtis nihil dicit
de mutatione viagij, niſi quòd quidam Nauclerus
volebat viagium proſequi, ſi nauis in Flandriam erat
acceſſura, qua re intellecta patronus reſpondit, quòd
ipſe ire intendebat ad loca, prout ſibi placeret, & ſic
non acceptauit oblationẽ dicti Naucleri, qui in Flandriam
non erat profecturus. Michael etiam Spinula
dum deponit, quòd patronus non libenter accedebat
in Flandriam, probat quòd patronus erat quidem acceſſurus
in Flandriam, ſed non libenter, & dum etiam
ſubijcit, quòd ſi potuiſſet ſe liberare, &c. loquitur per
verba conditionalia, quæ nihil ponunt in eſſe iuribus
vulg. & oſtendunt, quod patronus interim ſuum viagiũ
proſequebatur. Quintus verò teſtis Ioannes Maria
Spinula nihil de hac re deponit, niſi quòd recordatur,
quòd fuit controuerſiam coràm Mag. Conſeruatorib.
maris, quia nautę nolebant accedere cum dicta
naui in Flandriam: ex quibus verbis colligitur, ꝙ
ipſe patronus volebat accedere, aliâs quæ fuiſſet controuerſia
inter ipſos, quod apertius deponit ſequens
teſtis Raphael Viualdus, qui dicit, quòd cum ipſe eſſet
vnus ex Magnificis Conſeruatoribus maris, comparuit
coràm eis patronus dictæ nauis, & petijt, vt
cogerent nautas ad ſequendum viagium deſtinatum
pro Flandria: ſanè octauus teſtis dum deponit, quod
nautæ fuerunt coràm Mag. Conſeruatoribus maris,
ex eo quia ipſi nolebant amplius nauigare cum dicta
naui, quia patronus aſſerebat, quòd nolebat amplius
ire in Flandriam, ſed ad partes Indiarum, contradicit
ex diametro dicto Raphaeli: meritò ei non eſt danda
fides, præſertim cum ſit ſolitus fidem fallere, vt qui
depoſuit, quòd ſe obtulit nauigaturum cum dicto patrono
ad partes Hiſpaniarum, & Indiarum, ſed reperto
deinde maiore ſalario, & oblata ſibi meliore conditione,
alteri locauit operas nauticas. Quod autem
patronus nauis vnquam dixerit, ſe vbi perueniſſet in
Cadicem, velle ad Indias proficiſci, id fortè dictum
fuit, cum videret aliquos nautas ardere ſtudio viſendi
Indias, & ſic velle ab incepto viagio deſiſtere, vt ita
eos alliceret ad profectionem, cum interim fallentes
falleret, & fraudem fraude repelleret. ¶ Iſtis ſic diſcuſſis
apparet coniecturas aſſecuratorum in medium
adductas corruere, & quoniam in hoc ſtatu, qui icircò
coniecturalis à rhetoribus appellatur, quia in eo
coniectura verum quæritur, multæ etiam coniecturæ
pro parte rei adducuntur, non erit ab re eas quoque
in medium proferre, licèt non eſſet opus ſtantibus
ſupraſcriptis eas attingere. ¶ Prima igitur eſt coniectura,
quia in facto cõſtat de proclamate pro Antuerpia
facto poſt reditum in præſentem ciuitatem publica
ſcriptura, quæ rem ita geſtam, reſpectu omnium,
probat, Bald. in rub. C. de fid. inſtrumen. quod proclama
Baptiſta Pignonus etiam deponit ſe audiuiſſe fieri
poſtquàm nauis in præſentem portum redijt, quibus
conſonat depoſitio Michaelis Spinulæ, qui eſt
teſtis aſſecuratorum, qui deponit ſe credere intellexiſſe,
quòd quando nauis receſſit ex præſenti portu,
proclamari fecit pro Flandria, & intelligitur de ſecũda
vice: quia paulò ante depoſuerat, ꝙ poſt reditum à
ciuitate veteri, ipſe fuit plures cum nauis patrono, à
quo intellexerat, ꝙ onerauerat merces pro Alicantera,
Cartagenia, & Cadice. Secũda eſt coniectura, quia
probatũ fuit merces oneratas fuiſſe à mercatoribus,
tam ante appulſum ad ciuitatem veterem, quàm poſtquàm
dicta nauis reuerſa fuit ad præſentem ciuitatẽ,
vt deponunt teſtes, & de viſu primus, qui dicit etiã audiuiſſe
mercatores, qui intelligitur poſt reditum ad
præſentem ciuitatem quamuis id nõ exprimat, ex eo,
NICOLAVS Pinellus de menſe Fe-bruarij tran[illegible] ſit Lugdunum Ioanni Auguſtino Italiano Gambaruptæ pe-[illegible] as N[illegible] velu[illegible] o uniuendendas, & quia poſtea [illegible] me[illegible] e Iunij, vel Iulij [illegible] ctra-cta [illegible] uit ſocietas [illegible] nte[illegible] [illegible] Io. Auguſtinū, & Frāc [illegible] fratrem, quæ ca[illegible] a[illegible] at ſub nomine Franc. & Io. Auguſtini Italiani Gambaruptæ, & fuit [illegible] de mēſe Auguſti ſignificatum per epiſtolam [illegible] ialem ſubſcri-ptam, *Franc. & Ioan. Auguſt. Italiano Gambarotta*, quali-ter ipſi vendid[illegible] ant[illegible] on nulla eius [illegible] & quod il-læ p[illegible] iæ velu[illegible] o [illegible] etiam vender[illegible] [illegible] Pariſiis per ip-ſum [illegible] Aug[illegible] [illegible] ut illuc prof[illegible] urus erat: dictus Ni[illegible] prætextu [illegible] pe[illegible] ep[illegible] ſtol[illegible] m probati ip-ſ[illegible] ram[illegible] & I[illegible] ſocietatem trax[illegible] ſe dicta [illegible] [illegible], eaq[illegible] [illegible] [illegible] lam vend[illegible] [illegible] r[illegible] ſ[illegible] porrexit petiti[illegible] m cont[illegible] a[illegible] um Franciſ[illegible] condemnare [illegible] reſtituendum dic[illegible] [illegible] l[illegible] quatenus ex[illegible], in [illegible] [illegible] f[illegible] audandum, [illegible] ba epiſto[illegible] [illegible] fit [illegible] mentio [illegible] olt [illegible] [illegible], qu[illegible] m [illegible] ſocios no[illegible] nulla alia [illegible] Nicolai [illegible] c, [illegible] hæc, *d[illegible] vostro [illegible] il nostro Ioan. Augu[illegible] ino ne procurera fat[illegible], auuende[illegible] a po[illegible] giorni par[illegible] re per Par[illegible] [illegible] [illegible] g[illegible] [illegible] [illegible] Franc. & Ioan. Au[illegible] o I[illegible] ani Gam[illegible]*,

mu[illegible]

multum fuit ſuper hac cauſa diſceptatū, & ex aduerſo
multa fuere deducta, tam circa proceſſum, quã circa
merita, propter quæ videbatur ꝙ dictus Franc. debe-
ret abſolui. ¶ Et primò, quia dictus actor in libello
dixerat trãſmiſiſſe dicta veluta, vnà cum plurib. mer-
cib. ſocietati cantanti, Franc. & Io. Auguſt. Italiani
Gambarotta, & tamen poſtea in proceſſu reſpondē-
do poſitionibus rei apertè confeſſus fuit, illa cū dictis
rebus tranſmiſiſſe dicto Io. Aug. ſoli, & quidem prius
quàm inter ipſum, & Franc. contracta eſſet ſocietas,
& ſic cum non probauerit ea, quæ in libello narrauit,
licèt alia poſtea probaſſet, ex quibus ſi egiſſet, fortè
1 obtinuiſſet, obtinere † nō debet, Spec. in tit. de teſt. §.
1. n. 66. verſ. ſed penè egi. nec obſtare dicebatur, quòd
ipſe actor poſtea voluerit variare, & declarare libel-
lum, & dicere, quod intentio ſua fuit narrare, qualiter
tranſmiſit Io. Auguſt. ſoli, ſed quia reuera poſtea per-
uenerunt etiam in ipſum Franciſcum, ſeu in ſocietatē,
propterea petiit illum condemnari: quia reſpondeba-
2 tur, ꝙ talis variatio nō poterat fieri † poſt litem con-
teſtatam reo contradicente, vt per Doct. in l. edit. C.
de edendo. ¶ Secundò, quia cum ipſe actor tranſmiſe-
rit d. Io. Aug. ſoli dicta veluta ante contractam ſocie-
tatē, ſequitur quod nullo modo poteſt dictus Franc.
intelligi obligatus, quinimò & ſi dictus Io. Aug. rece-
piſſet dicta veluta poſt cōtractam ſocietatem, adhuc
non obligaretur Franc. nec ſocietas: quia de eo, ꝙ ſo-
3 cius geſſit proprio † nomine, ali⁹ ſocius nō obligatur,
l. iure ſocietatis. ff. pro ſocio. Anch. cōſ. 333. aliàs. 332.
incip. pro clariori deciſ. Bald. in l. ſi patruus, C. coram
vtriuſque iud. col. pen. Alex. conſ. 139. in 5. vol. col. fin.
& Dec. & Doct. in l. ſi ſocius. ff. ſi cer. pet. quib. in lo-
cis dicitur, quòd ad hoc, vt ſocius ex facto ſocij obli-
getur, opus eſt, ꝙ ille ſocius, qui fecit, fuerit inſtitor,
vel nomine ſociorum fecerit, & ad dictam epiſtolam
reſpondebatur, ꝙ ex ea non poteſt concludenter col-
ligi, quòd dictus Franc. ſeu ſocietas ipſa voluerit curã
ſuſcipere dictorum velutorum, ſed potius de illis no-
4 titiam dicto Nicolao dare, tū quia verba † literarum
debent interpretari contra eum, qui ſuper illis ſe fun-
dat, l. veteribus. ff. de pact. tum etiam quia debent in-
5 telligi vt minus obligent, & ſecūdum † intentionem
proferentis. Caſſa. in tit. de proc. q. 2. Bald. in l. potuit,
6 q. 6. C. de iure delib. item in fauorē † promiſſoris, &
contra ſtipulatorem Dec. conſ. 313. nu. 4. cum etiam
attendi debeat, quòd minimum eſt. l. ſemper in ob-
7 ſcuris. ff. de reg. iur. iur. & ſic vt dictum eſt, ꝙ † dictus
Franc. ſeu ſocietas voluerit, dare notitiam ipſi Nico-
lao de rebus ſuis, non quòd voluerit ſuſcipere man-
datum, aut negotium gerere: Nam ſufficit, etiã ſi ami-
cis in paucis ſubueniamus, l. tutori. C. de neg. geſtis,
ibi ac ſatis abundè, maximè cum iſta interpretatio
concurrat cum principio facti, videlicet quod à prin-
cipio ſoli Io. Aug. tranſmiſſa fuerunt: quod ſi ſocietas
voluiſſet curam ſuſcipere in d. epiſtola dictum fuiſſet,
nos ſocij, non autem, *il noſtro Ioan. Auguſtino*, item, *ne
procuremo*, non autem *ne procurera*. vt prius de aliis re-
bus dictum fuerat. ¶ Tertiò quia præſuppoſito etiam
quod ſocietas curam ſuſceperit dictorum velutorum,
de quibus in dict. epiſtola, non tamen probatum fuit,
quod illa eadem, eiuſdemq; qualitatis fuerint, de qui-
bus in petitione: vnde cum identitas probata nō fue-
8 rit, & pluralitas in rebus præſumatur, Alex. conſ. 118.
num. 3. vol. 1. & in conſ. 134. num. 2. vol. 2. Iaſ. in l. 2. in
fin. C. de bon. poſ. contra tab. ſequitur quòd reus de-
bet abſolui. l. qui accuſare. C. de edend. ¶ Vltimo ad-
debatur, quòd ex literis plurib. ac aliis per ipſum reū
exhibitis, apparet, qualiter plurib. mercatorib. decla-
rauerat ipſe Frãc. quòd nolebat negotium habere de
geſtis per ipſum Io. Aug. ante ſocietatem: itē ꝙ poſt-
quam Io. Aug. decoxit, fuerunt in loco Lugduni per
deputatos à Magiſtratu diſiuncta, & ſeparata illa, quę
dictus Io. Auguſt. receperat ab his, quæ receperãt ſo-
cij: ꝙ ſi ſocij curam ſuſcepiſſent eorum, quæ fuerunt
tranſmiſſa Io. Auguſtino, vtiq; Franciſcus condemna-
tus fuiſſet ad omnia, nec facta fuiſſet diuiſio. ¶ His ta-
men non obſtantibus, fuit per oēs concorditer con-
cluſum, ipſum Franciſcum cōdemnandum eſſe: Nam
cum dicta epiſtola fuerit ſcripta, & ſubſcripta nomi-
ne ſociali manu dicti Franciſci, & tunc temporis vi-
geret ſocietas inter ipſum Io. Auguſtinum, & Franci-
ſcum, & quilibet ipſorum haberet facultatem, nomē
ſocietatis expendendi, & qui habebat vnum ex ipſis
obligatum, haberet etiam alterum, & ſocietatē obli-
gatam, vt omnia prædicta confeſſus fuit dict. Franci-
ſcus reſpondendo poſitionib. actoris, ſequitur, ꝙ pro-
bat contra ipſum, & ſocietatem, l. Publia. §. fin. ff. de-
poſit. & cum ex ſericis quæ dict. Nicolaus tranſmiſe-
rat Io. Auguſtino ſoli, dictus Franciſcus in d. epiſtola
dicat ipſi Nicolao, ꝙ ipſi, videlicet Franciſcus, & Io.
Auguſt. non nulla vendiderunt, & ꝙ illis velutis Ioan.
Auguſtinus noſter, hoc eſt, ſocius, cum Pariſium pro-
fecturus ſit, exitum, & expeditionem daret, non vide-
tur dubitãdum, quin ſicut ipſi Franciſcus, & Io. Aug.
vti ſocij, ſeu ſocietas ipſa curam ſuſcepit de illis, licet
Io. Auguſtino ſoli tranſmiſſa fuiſſent ante cōtractam
ſocietatem, ita etiam ſuſceperit de illis velutis, non
debet enim dicta epiſt. ſociali nomine ſcripta diuerſo
iure cenſeri arg. l. eum, qui ædes. ff. de vſu. & cum d.
9 ſubſcriptio ita reſpiciat, vel † determinet dicta veluta,
ſicut aliàs res, debet illa vniformiter reſpicere, & de-
terminare, vt & de illis pariter dicatur cura ſuſcepta,
l. quamuis. C. de impub. & aliis ſub. l. iam hoc iure. ff.
de vulg. & pup. ſub. maximè cum diuerſitatis ratio aſ-
ſignari non poſſit, Pariſ. conſ. 97. nu. 9. vol. 2. imò ita
ſuſcipiendo curam dictorum velutorum ipſe Franci-
ſcus, ſiue ſocietas lucrabatur prouiſiones, ſicut lucra-
batur ſuſcipiendo curam aliarum rerum, & ꝙ ſocietas
dicatur etiam dictorum velutorum curam ſuſcepiſſe
per dictã epiſtolam ſuadetur, quia ſocietas eſt corpus
myſticū ex plurib. nominib. conflatum, vt not. in rub.
Inſt. de ſocie. & per Bal. Sali. & Doct. in l. eius. C. de
10 compenſ. & ſignificatur per ſubſcriptionē † nominū,
ita vt quicquid ſcribitur, vel dicitur per epiſtolã à di-
ctis nominib. ſeu ab vno ex eis habente facultatē no-
men ſocietatis expendendi ſubſcriptam, dicitur ſcri-
ptum ab ipſo corpore, ſeu ſocietate, non ab ipſis vti
particularibus, vt per Sali. in d. l. eius, vnde ſi in litera
ſocietatis dictum fuerit, talis nr̄ tale quid faciet, intel-
ligitur ꝙ ipſa ſocietas per mediū illius talis faciet, &
ita ꝙ ſuſceperit curam per medium illius faciendi, nō
minus ac ſi diceretur quis curam faciēdi ſuſcepiſſe, ſi
diceret, ꝙ manus ſua faciet, ſocius. n. reputatur mem-
brum ſocietatis, & illud pronomen, *il noſtro*, in litera
ſociali enunciatū nihil aliud poteſt importare, nec ſi-
gnificare niſi ſociū, ſeu mēbrū ſocietatis, reſpectu. n.
ſocietatis, quæ in d. epiſtola dicitur loqui, Io. Aug. nō
pōt intelligi frater ſocietatis, licet eſſet frater Frãci-
ſci, ſed ſocius, ſeu mēbrū ſocietatis, & pręd. ſunt apud
mercatores oēs, quib. d. epiſtola oſtēſa fuit, & quibus
factū narratum fuit, ita clara, vt nihil penitus dubitari
poſſit, quin d. Franc. teneatur de dictis velutis rationē
11 reddere, quib. mercatorib. † qñ etiã res aliàs dubia eſ-
ſet, in dubio ſtari deberet, cū mos, & cōſuetudo, & in-
telligentia mercatorū attendi debeat, Corn. conſ. 319.
nu. 12. in 3. vol. Bald. conſ. 400. col. pen. verſ. ſi igitur,

num. 1.

nu.1.& conſ.466.ad intelligentiã,col.2.verſ.nõ obſt.
ſi dicas,n.4.vol.5.ſed & abſque iudicio dictorũ mer-
catorum viſa fuit etiam in iure clara concluſio prędi-
cta, tũ ex ſupradictis ,tum etiã quia aliàs verba illa, *il
noſtro Ioan. Auguſt.*& illa,*& del ſeguito per giornata harete
auiſo*,eſſent ſine effectu operandi,contra reg.l. ſi quã-
do.ff.de leg.1.Suadetur etiam,ꝗ ſi Nicolaus ſcripſiſ-
ſet epiſtolã ſocietati prædictæ, vt venderentur veluta
prædicta per Io. Auguſtinum ſuum , cum profecturus
eſſet Pariſium,& d. Franciſcus ſociali nomine,ſeu ſo-
cietas dictam epiſtolam recepiſſet, recipiẽdo dicere-
tur mandatum,ſeu curam ſuſcepiſſe illa veluta vendẽ-
di,vt per Bal.in l.ſi literas.C.mand.& iſte tacitus cõ-
ſenſus ſibi præiudicaret,multò magis dicẽdũ eſt præ-
dictam curam ſuſcepiſſe,ex quo expreſsè ipſe Franci-
ſcus ſociali nomine , ſeu ſocietas ſcripſit illud idẽ vi-
delicet,*il noſtro Ioan. Auguſt.ne procurerà far fine douendo
andare à Pariggi*,ne magis operetur tacitum,quàm ex-
preſſum contra reg.l.cum quod.ff.ſi cer. pet. ¶ Nec
obſtare viſa ſunt in contrarium adducta , & ad primũ
reſponſum fuit,ꝗ non debet attendi narratio, ſed cõ-
cluſio Bar.in l.Aureli⁹.§. Sticho.ff.de lib.leg. Iaſ.poſt
12 Bar.& Doct.in l.1.in pr.nu.13.cum ſeq.ff. de †edẽdo.
Ruyn.conſ.127.vol.5.vnde cum in cõcluſione libelli
petitum fuerit condemnari dictum Franciſcum, quia
in eum dicta veluta peruenerunt, & ita verè peruene-
rint,ex quo in ſocietatem peruenerunt,vt ſupra oſtẽ-
ſum fuit,illud attendi debet. Præterea in cauſis ſum-
mariis,in quibus ſecundum veritatem iudicandũ eſt,
13 ſit cõdemnatio †ex probatis, licèt in libello nõ dedu-
ctis, & maximè qñ appoſitæ ſunt illæ vtiles clauſulæ,
de quib. per Aret.& Doct.in §.omnium n.7 verſ.for-
ma,inſt.de act.videlicet omni meliori modo,& c.de-
ducens,&c. petens ſibi ius , & iuſtitiam adminiſtrari,
&c.vt per Marã.Soc.& Can.in c.ſignificaſti,de libel.
obl.& in c.2.de ord.cogn.Dec.& Iaſ.latè poſt Bar.&
Doct in l petens,n.4.in 3.not.C.de pact.Soc.in l.na-
turaliter.§.nihil commune.in pr.col.2.ff.de acq.poſſ.
Afflic.deciſ.95.in fin. Dec.conſ.62.in cauſa,quę agi-
tur,nu.2.in 1.parte,Gram.in reſp.70.nu.21.cum ſeq.
& 79.in 2.parte.nu.17.& Dec.poſt alios in l. vinum,
nu.22.col.pen.ff.ſi cer.pet. & latè Maran. in ſuo ſpe-
culat.aureo in 6.parte,in 3.memb.de libel.oblig.nu.
9.cum ſeq.& reg.l habebat , non procedit in iudiciis
ſummariis,vt per Alex.in l.ita ſtupulatus.§.Griſogo-
nus.ff.de verb. oblig. & habetur per Maran. in d.ſuo
ſpeculo in 4.parte.9.diſt.nu. 17. Item non procedit
inter mercatores , vt per Benuen. ſtract. in ſuo tract.
de mercat.in 3.parte vult.par.pr.de libel.num.6.cum
ſeq.At nos ſumus in libello , in quo appoſitæ ſunt. d.
clauſulæ,ſumus in ſummariis,in quibus ſimpliciter de
plano,bona fide habito intuitu ad Deũ , & veritatem
negocij iudicari debet,ſumus inter mercatores :ergo
poteſt fieri condemnatio ex probatis , licèt in libello
non expreſſis. ¶ Ad ſecundum reſponſum fuit , quod
amplius non eſt attendendum,cui à principio fuerint
tranſmiſſa dicta veluta,ſed quis illorum curam ſuſce-
perit,& an in ſocietatem peruenerint , vt in d. l. iure
ſocietatis,& ibi Bal.ff.pro ſocio : ſed ſupra oſtenſum
fuit,quòd in ſocietatem peruenerunt,ꝗ ſocietas illo-
rum curam ſuſcepit : ergo ceſſant quæ in d. 2.funda-
mento deducta fuerunt , & ad illas regulas generales,
quod verba in dubio debent intelligi contra ſe fun-
data ſuper illis, & ſecundum intentionem proferẽtis,
& quod minus obligent , &c. vnico verbo tolluntur:
quia procedunt quando ſumus in dubio, vt eſt videre
in locis allegatis;at nos ſumus in claris,& in caſu,quo
ſi aliàs verba intelligerentur,eſſent ſuperflua, & eadẽ
res diuerſo iure cenſeretur , vbi diuerſa ratio allegari
non poteſt, cur potius voluerit curam ſuſcipere de il-
lis aliis mercibus,quam de velutis:ergo,&c. l. conti-
nuis.§ cum,ita. ff. de verb. oblig.& d.l.tutore. C. de
neg. geſt. non dicit , ꝗ negotium ſponte gerens non
obligetur,imò præſupponit,quòd obligetur, ſed po-
nit diuerſitatem inter illos, qui ex officio , & neceſſa-
rio aliena negotia gerunt & illos,qui ſponte. Item lo-
14 quitur quãdo in vno negotium †geſſit, in alio autem
non ſe intromiſit : quia de eo , in quo ſe non ingeſſit,
non obligatur:nam tunc procedit illud dictum, ſuffi-
cit,ꝗ in paucis amicis ſubueniamus , at nos ſumus in
caſu,in quo ſe ingeſſit , ex quo curam velutorũ ſuſce-
pit,ergo,&c.fortè procederet,ſi dictus Frãciſcus,ſeu
ſocietas nihil de velutis dixiſſet:quia non ſequeretur,
curam ſuſcepit de illis aliis rebus , ergo & de velutis:
de vno enim negocio ad aliud, ſeparatum in eo , qui
neceſſario non tenetur gerere,non infertur,&ita pro-
cedit d.l.tutori , & licet in d.epiſtola Franciſcus , ſeu
ſocietas non dixerit,nos ſocij,item,*ne procuraremo*,ſa-
tis tamen eſt,ꝗ dixit,*il noſtro* , quem circa hoc dicitur
inſtitorem conſtituiſſe,& ſi dictus Franciſcus,ſeu ſo-
cietas noluiſſet curam dictorum velutorum habere,
nihil de ipſis ſcripſiſſet, ſed permiſiſſet de illis ſcribe-
re ipſum Io. Aug.ſolum:Item cum nulla difficultas ei
erat exprimere,ꝗ de illis nolebat curã habere, & non
expreſſerit,intelligitur noluiſſe exprimere:quia vole-
bat contrarium intelligi.arg.tex.in l.vnica.§.vbi autẽ
in fine ibi: Nam ſi contrarium volebat, nulla erat dif-
ficultas, &c. C. de cad. tol. ¶ Ad tertium reſponſum
fuit,ꝗ cum pluralitas factorum , & ſic trãſmiſſionum
non præſumatur.c.in præſentia.§.verum , & ibi Ant.
de Butr.ex.de probat.Bald.in l.qui iuraſſe.§.fin. ver.
exqueritur.ff.de iur.iur.& in l.neque natales,col.3. in
prin.verſ.circa hoc C.de probat.Iaſ.qui plura allegat
in l.2.col. 3.verſ.not.ex iſta deciſ.num.7.8.& 9. C. de
bon.poſſ.ſec tab. & in conſ. 52. redemptoris noſtri,
col.2.nu.2.vol.1.dicta veluta præſumuntur eadẽ,quæ
ſemel tranſmiſſa fuerunt dicto Io. Auguſtino , vt di-
ctus Nicolaus dixit reſpondendo poſitionibus , quæ
cum fuerint à parte acceptatæ, ſequitur ꝗ alia veluta,
quam eadem,quæ Io.Aug.tranſmiſit , non præſumũ-
tur eſſe,aliàs plures tranſmiſſiones pręſumerentur cõ-
tra dictam regulam. Ad vltimum reſpõſum fuit, quòd
quicquid declarauerit, & obſeruauerit dictus Franci-
ſcus cum aliis mercatoribus, contrarium cognoſcitur
ipſum obſeruaſſe cũ dicto Nicolao , ex quo in ipſius
rebus,quas dicto Io. Aug.tranſmiſerat , ſe ingeſſit , &
in ſocietatem admiſit,vnde ex diuerſis non ſit illatio,
l. Papinianus.exul.ff.de minoribus,& licet vltimo lo-
co fuerit per ipſum Franciſcum productus quidam
proceſſus contra ipſum factus , in quo tamen fuit ab-
ſolutus,nihilominus viſus fuit in hac cauſa ipſum Frã-
ciſcũ nihil adiuuare , tum rationib. in dicto proceſſu
exhibitis,& allegatis , tũ etiam quia eſt res inter alios
acta,vnde ipſi Nicolao nocere nõ põt,toto tit.C.res
inter alios acta,ad not.in l.ſæpe.ff.de re iud.& nihilo-
minus idẽ Nicolaus oſtendit aliũ proceſſum,in quo d.
Franciſcus fuit condemnatus non obſtante ꝗ res fue-
rint ipſi Io.Aug.tranſmiſſæ, ac non obſtante , ꝗ cum
aliis creditorib.declarauerit dictus Frãciſcus ſe nolle
teneri pro geſtis per ipſum Io. Auguſtinũ ante ſocie-
tatẽ,& ex prędictis,ac aliis quãplurib.attẽtis, & con-
ſideratis,oẽs auditores vnanimiter, & concorditer in
eam venerunt ſententiam , vt dictus Franciſcus con-
demnandus eſſet,ſicut illum condemnauerunt.

DECIS.

DECISIO VIII.

Habens mandata alternatiua poteſt pro parte poſſibili adimplere vnũ, & pro parte aliud. Item confuſio actionis propterea quia bona rupti effecta ſint creditoris non fit in præiudicium iurium competentium creditori aduerſus alios.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum, & mandati qualitates ſunt ſeruandæ, etiam illæ, quæ in modo conſiſtunt.*
2 *Ordo mandati eſt de forma, & quid cum ea indiuiſibile.*
3 *Tempus limitatum in mandato eſt de forma mandati.*
4 *Non ſeruanti mandatum, vel ordinem eſt imputandum.*
5 *Mandatarius an, & quomodo poſſit interpretari mentem mandantis.*
6 *Caſus non prouiſus à mandante an poſſit impleri per mandatarium.*
7 *Reclamans de vno videtur conſentire de alio.*
8 *Mandatũ, & ordo an poſſit adimpleri per æquipollens.*
9 *Culpa probari debet per allegantem.*
10 *Seruans mandatum inchoando actum poteſt perficere etiã ſuperueniente ordine in contrariũ.*
11 *Proxima mandato ſeruans an mandatum ſeruaſſe videatur.*
12 *Sub ſimplicibus mixtum continetur.*
13 *Recipiens literas cãbij, & producẽs eas approbat.*
14 *Retinens literas cambij per tempus ei non cõtradicens an approbet.*
15 *Compenſatio an fiat, bonis debitoris rupti effectis ſuis.*
16 *An compenſatio fiat ad inſtantiam tertij.*
17 *Creditor poteſt redire ad ſcriptorem literarum cambij, illo, cui ſcriptæ erant, effecto interim non ſoluendo.*
18 *Scriptores, & receptores literarum cambij ſunt obligati quoad ſequatur ſolutio de ſtylo, & cõſuetudine mercatoria.*
19 *Acceptante literas cambij non ſoluente, licet creditori facta proteſtatione, regredi ad ſcriptorẽ.*
20 *Confuſio actionis, & compenſatio an habeatur pro vera ſolutione.*

IN cauſa Bartholomæi Paſſani Rota condemnauit Gentiles ad ſummã pecunitam ex infra dicendis. ¶ Et primò conſiderauit, ꝙ in hac re mandatum multoties variatum fuit in diuerſis literis, & tam in prioribus, quam in vltima ſcripta die quarta Iunij, in qua mandatum fuit multum anceps & varium. Nam in prioribus literis, videlicet in epiſtola ſcripta die 11. Maij dicunt, vt mittãt Maſſanam pecuniam numeratam, videlicet ſcutos. N. demum in literis die, &c. relaxãt, & augent aliquantulũ pretium, ea tñ lege, vt retineant penes ſe vſq; ad diẽ vigeſimã Iunij, vt in dicta litera. Poſtremò cũ viderit ea pretia in mandato contenta non potuiſſe ſeruari, vltimum mãdatum faciunt in litera 4. Iunij ſcripta, & illud quidẽ ſatis variè, & confusè, & ſub variis cõditionib. & primò, ꝙ ſi non poterant eo tẽpore mittere pecunias numeratas ſecundum ordinẽ priorum literarum, aut nõ intelligerent poſſe tranſmittere, vt mittant vſq; in dimidiam dictæ ſummæ, & hoc eſt primum mandatum dictæ epiſtolæ, & vt contraponerẽt ſuis creditis, quæ in eis erant, ꝙ ſi non eſſent ſibiipſis prouiderent, vt in ea. ¶ Et in facto præſuppoſitum fuit ab vtraq; parte, hanc literam non fuiſſe à Lomelinis acceptam ante diem 16. Iunij, die autem 18. Iunij Lomelini dederunt cãbio dictas pecunias. ſ. ſcutos N. pro Meſſana, vt apparet ex literis Marci, & Io. Baptiſtæ Gẽtilis ex Neapoli die 27. Septembris, ꝙ & à parte non negabatur. ¶ Item præſupponebatur in facto, quòd die 17. Iunij appulerint triremes Neapolim, vt ex literis Lomelinorum die 19. Iunij, & ex dictis teſtiũ colligi potuit, & quòd cum id ſciuiſſent Lomelini, per dictas triremes, quæ diſceſſerunt die 18. miſerunt dictas literas cambij de ſcutis N. & nodũ, ſeugrupũ pecuniarũ ſcutorum N. quæ pecuniæ in totum aſcendebãt ad ſummam ſcutorum N. & cum eſſent etiam aliæ partitæ ſoluendæ per d. Lomelinos pro Gentilibus, & facta tracta. de qua in proceſſu, & ſtante mãdato poſtremo de non mittendo Meſſanam vltra ſcutos. N. pro vt in dicta litera, & hoc ſi Lomelinis ſupereſſent pecuniæ, provt in ea, dubitatum fuit, an dicta tracta deberetur dictis Lomelinis per reos cõuentos, & pro parte eorum dicebatur, non deberi: quia mandatum nõ fuerat ſeruatum. l. diligenter. ff. Man. l. cum man. ff. eo. tit. cũ allegatis per aduocatum Gentilium, & nedũ manda-
1 tum, ſed mandati † qualitates erant ſeruandæ. l. ſi procurator. C. de procu. & l. trãſactioni. C. de tranſact. cũ aliis, de quibus per eum, ꝙ etiam in qualitatibus in modo conſiſtentib. ſibi locũ vendicat, Ant. de Butr. in alleg. ca. Piſanis, de reſt. ſpol. nec Lomelini poterant addere, aut detrahere aliquid mandato, Pariſ. cõſ. 47.
2 incip. intentio duorum, vol. 1. n. 44. vbi addit † ordinem eſſe ex forma, & eſſe quid indiuiſibile iuribus per eum allegatis, & cum tempus limitatum ſit de forma, Iaſ. poſt alios in auct. quæ ſupplicatio. nu. 5. C. de præ. Imper. offer. & per Pariſ. in præallegato loco, nu. 47.
3 debebant dicti Lomelini oſtendere, ſe tempus † obſeruaſſe, quare ſi attendamus quo ad pecuniã numeratam, mandatum cõtentum in literis die 2. & die 18. Maij confectis apparet per illos circa tempus non eſſe obſeruatum, cum debuiſſent expectare per totum 20. diem Iunij illis præfixum in euentum triremiũ, vt pecuniã numeratam tranſmittere poſſent, quare cum dictam remiſſionem, ſeu remiſſam, ſiue cambium fecerint non expectato tempore, id fecerunt nõ ſeruata forma, & nulliter, Bart. in l. illud. §. ſed ſi ita. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis, & per Iaſ. in dicta l. ſi procurat. in 4. not. & per Pariſ. d. conſ. n. 50. ¶ Secundò principaliter dicebatur defeciſſe dictos Lomelinos in forma mandati, quia intra terminum venerunt triremes in ciuitatem Neapolis, & hoc ſolum ſufficeret: quia cum adeſſent triremes, vt euidentia demonſtrat, potuerunt cum eis pecunias mitere, & per aduentũ triremum ceſſabat ordo, & facultas data, vt poſſent remittere per viam cambij, ſeu per literas, & per tranſmiſſionem ſcutorum N. videbãtur functi officio ſuo, & hoc forma ſuadet, ſi aduertatur, & ſufficiebat pecuniam aliquam tranſmittere cũ triremibus, vnde non poterant

porerant poſtea per literas mittere:qui enim manda-
4 tum † non ſeruauit,ſibi imputet, Pariſ. latè in præal-
legato conſ.nu. 28. ex quibus ſequi videbatur ꝙ cum
remiſſio facta per literas ſit ſine ordine,& contra for-
mam,vel præter formam mandati,ꝙ ea neglecta non
potuerunt facere tractam dictæ remiſſæ. ¶ Quò verò
ad pecunias tranſmiſſas attinet,nullus aderat ordo de
illis trahendis Lugdunum, & ſic non potuerunt co-
gere dictos Gentiles, vt in dicta ciuitate Lugduni di-
ctas pecunias ſoluerẽt,d.l.1.ff.quòd certo loco:qua-
re cum dicta tracta facta fuerit ſine ordioe , & extra
mandatum , debet damno Lomelinorum cedere,nã
cum petant ſibi bas pecunias deberi ex eo,ꝙ non cõ-
pleuerint tractam,quam apparet ex ſuperioribus non
habuiſſe neceſſe complere dictos Gentiles,videban-
tur agere ſine actione.Qua proprer obtinere nõ po-
terant,iut.vulg.Dicebatur etiam ex ſuperiorib.appa-
rere , ꝙ quamuis Gentiles fateantur ſe debitores de
certa ſumma, tamen ob hoc non poſſe condemnato-
riam ſequi,nam non fuit petirum vt ſoluant eam ſum-
mam,ſed fuit petitum tantum vt ſoluerent occaſione
tractæ, addebatur etiam ordinem in vltima litera cõ-
tentum obſeruari debuiſſe,qui erat , vt ſcutos N. per
literas remitterẽt,contraponendo in ſuis, ſi habebãt,
quòd ſi non habebãt ſibi prouiderent , pro vt in dicta
litera,ibi,*contraponendo à credici ſe in voi ſaranno*,& ibi,
auanzandone,ex quibus videtur liquido cõſtare, quòd
nolebant ſibi tranſmitti vltra illam ſummam,niſi ſub
conditionibus , de quibus ibi , quæ cum ſeruatæ non
fuerint , efficiunt vt Lomelini mandarum tranſgreſſi
fuiſſe videantur. Quapropter dicendum fuiſſe , illos
tractam illam facere non poruiſſe, Nam cum mãdati
Gentilium fines exceſſiſſent,ex eorum mandato age-
re non poſſunt,d.l.diligenter, nec dici poteſt Lome-
linis licuiſſe dictam tractam facere occaſione parti-
tarum, in quibus aſſeruntur illis debitores Gentiles,
vt dictæ pecuniæ ſibi Lugduni ſoluerentur cauſa in-
tereſſe dictorum Gentilium,l.1.ff.de eo ꝙ certo loco:
quare cum ex ſupradictis appareat Lomelinos egiſſe
ſine actione,videbantur Gentiles abſoluendi,nec po-
terant in præiudiciem Gentilium mittere pecuniam
numeratam,videlicet ſcuta. N.cum iam miſiſſent per
literas ſcuros. N. & per dictã literam ſub die 4. Iunij
videbantur reuocatum mandatum de mittendo pe-
cuniam numeratam,& ibi ſe reſtringere ad ſummam.
N. & ſub conditionibus quapropter Lomelini mit-
tendo ſcutos. N. videntur feciſſe contra mandatum:
quia illa mittendo effecerunt,vt non ſupereſſent illis,
& conſequenter fecerunt locum tractæ , quæ nõ fuiſ-
ſet neceſſaria,ſi illos non miſiſſent , & ideo illam nul-
lomodo facere potuerunt , his tamen ſupradeductis,
& aliis non obſtantibus Rota contrarium ſtatuit, &
condemnauit dictos Gentiles vt ſupra , & primò , vt
dictum eſt, conſiderauit Rota in hac cauſa plura mã-
data fuiſſe facta , & ea quidem alternatiuè , & condi-
tionaliter, & ſub variis formis: Nam quælibet epiſto-
la Gentilium videbatur mandatum diuerſum in ſe
continere, & præcipuè cõſiderauit quòd in litera ſub
4. Iunij continebatur mandatum de tranſmittendis
pecuniis , quod nunquam fuit reuocatum , & ſemper
ſaltem ex tacita voluntate mandantium viſum fuit
durare , quod ex verbis dictæ epiſtolæ ſatis conſtare
poteſt: Nam ex præfatione id colligitur , in eo capite
ibi , *& poiche* ex quo quidem capite colligi videtur,
quòd ſemper, & quandocumque potuiſſent Lomeli-
ni dictas pecunias tranſmittere , nunquam videatur
ſublatum mandatum de illis tranſmittendis , d.l.fi. ff.
de hær.inſt.quaſi vt ea mens mandantis, & ibi , *& non*
hauessi bene modi , ò non intendessi, &c. cũ igitur ita ſe res
habeat,quòd tempore acceptarum literarum non ha-
berent notitiam Lomelini de triremibus, die 18. de-
derunt cambio ſcutos N.pro Meſſana,ſecundùm mã-
datum literæ 4. Iunij:ibi, *vi piacera rimettere*:& clariſſi-
mum eſt, quòd eo tempore rebus ſic ſtantibus habe-
bant mandatum remittendi ſcutos N. & ſibi de illis
prouidendi, quo caſu conſtat illos etiam habuiſſe fa-
cultatem trahendi ad loca denotata,& quamuis licẽ-
tia trahendi videatur in eum tantum caſum conceſſa,
videlicet ſi pecuniæ Gentilium Lomelinis deficerẽt,
& videatur apparere illas non deficere,imò ſupereſſe,
tamen quia completis omnibus rationibus ioter eos
apparuit defeciſſe effectualiter pecunias , Rota cen-
ſuit vigore illius mandati tractam fieri potuiſſe, attẽ-
to maximè quod ſtatim habita notitia triremiũ tranſ-
miſerunt dictas pecunias,videlicet ſcutos N. & quã-
uis videretur dicendum illos non potuiſſe iuxta for-
mam mandati trãſmitti,quia ex dicta litera ſub quar-
ta Iunij videretur mandatum de tranſmittendis pecu-
niis adhuc ſaltim virtualiter durare , ex coniecturata
mente mandantis, qua erat vt tranſmitterentur pecu-
niæ numeratæ omnino, & illa reſtrictio ad numerum
N.non erat quo ad remiſſam , quòd patet ex verbis
ſuperius ponderatis, & ex inferioribus colligitur etiã
voluiſſe mandatorem Meſſanæ habere ſcuros N. vt
infra latius dicetur.Qua propter cenſuit Rota licuiſſe
5 Bartolomæo poſt aduentum triremium † interpreta-
ri mentem mandantis, qui interrogatus an illos ſcu-
tos N.voluiſſet ſibi Meſſanam tranſmitti, veroſimili-
ter reſpondiſſet , ſe velle,ad text.in l.tale pactum,vbi
gloſ. in fin.ff.de pact.& ita in terminis noſtris limitat
dictam l.diligenter.Marſ.in l.ſciendum in princ.nu.3.
ad l. Pomp.de Parricidiis, quod autem de hoc inter-
rogatus mandans ita veriſimiliter reſpondiſſet, appa-
ret ex ſupradictis:Nã ex literis ſub die 12. & 18. Maij,
conſtat quod illam ſummam, videlicet ſcutorum. N.
omnino volebat,& quamuis poſtea ſe reſtringat ad
numerum N.illud tantum habet locum, quando non
poſſet mitti pecunia numerata,tunc incipit eſſe locus
primo mandato, & videtur caſus qui non potuit præ-
uideri per mandantem,& ideo videtur relictus diſpo-
ſitioni priorum literarum,videlicet,vt hoc caſu poſſit
ſuppleri vſque ad numerum ſcutorum N. & hoc ma-
ximè ſtantibus illis verbis, *& non hauendo* , nam cũ in-
6 cipit habere,venit caſus non † prouiſus à diſponente,
& ideo potuit impleri per mandatarium,arg.l.3.C.de
inoffic. teſta. & iuribus præallegatis,& per Doct.in l.
Gallus.§.& quid ſi tantum , de liber.& poſthu. & vi-
dentur Lomelini feciſſe proxima mandato , quod li-
cet mandatario l.fi.ff.man.Iaſ. in l.ſi procurator in 4.
fallen. C.de procurat. & hoc maximè cum multum
non interfuerit Gentilium, nec in hac re vel facto
fuerit præiudicium aliquod. Nam mittẽdo pecuniam
numeratam nihil præiudicij factum fuit,quia ſine ali-
quo pretio, ſeu damno fuit tranſmiſſa dicta pecunia,
videlicet,dicti ſcuti N. non ergo cum illorum inter-
fuerit habuiſſe vno,atque altero modo, dicẽdum fuit
ſatis fuiſſe ſeruatum,mandatum Alex.in l. non ſolum
§.morte.ff.de nou.oper.nun.penul.col.n.7. & tanto
magis inducta fuit Rota ad ſic iudicandum cum dicti
gentiles viſi fuerint ratificaſſe dictam tractam, & ge-
ſta per Lomelinos,tum per retentionem ipſarum pe-
cuniarum ſibiipſis ex eis prouidendo , reſeruando,
tum etiam literis ipſorum Gentilium ſub die 10. Iu-
lij , in quibus clarè apparet approbatio quò ad pecu-
nias tranſmiſſas videlicet ſcutos N. Nam cum de pe-
7 cuniis remiſſis videlicet,dictis ſcutis N.tãtùm † recla-
ment,

ioene, aliis conſentire videntur, arg. l. cum præter
de iud. l. ſi maritus. C. de procura. cum ſimili. & eã-
dem etiam remiſſam de ſcutis N. notam habere vi-
dentur in dictis literis, ibi dum dicunt. *& ſcu d. loco
di Meſſina l'hauerãno*, &c. ex quibus literis conſtabat
de approbatione quatenus illos contrapoſuiſſent il-
lorum creditis, quod apparet factum per literas Bar-
tholomei Saluaighi ſub die. 24. Iunij, & ex iſtis Ro-
ta pronunciauit vt ſupra, maximè attento, quòd, vt
diximus, huiuſmodi literæ continebant varia manda-
ta, & quidem inuoluta, & valdè difficile erat ea ad
vnguem adimplere, maximè ſtante contingentia fa-
cti, prout in effectu ſtabat: neque enim Lomelini
poterant diuinare, quia ei conſtabat illos feciſſe ea,
quæ quilibet diligens mandatarius feciſſet, & veri-
ſimiliter mentem mandantis impleuiſſe, iudicauit
8 Rota illos mandatum † impleuiſſe, cum mandatarius
regulariter de leui culpa non teneatur, vt infra dice-
mus, & illis, vt dictũ eſt, licebat mandatum per æqui-
pollens implere, & vicina mandato facere l. fi. ff. man-
da. Et ad adducta in contrarium reſpondebatur per
Rotam, & primò ad primum dicebatur, ſeruatum mã-
datum & qualitates mandati, & omnia contenta in
eo pro vt debebant per ſupradicta: Nam vt loquitur
quo ad ſcutus N. per literam cambij tranſmiſſos, de
qua ipſi Gentiles in eorum literam miſſiua ſub die. 29.
Iunij conquerebantur, & apparet quod fuit facta iux-
ta tenorem mandati: Nam factum fuit mandatum, vt
ſi non apparerent opportunitates, & commoditates
mittendarum pecuniarum per triremes, quòd mitte-
rent per literas ſcutos. N. & non apparet illos per tri-
remes eo tempore, quo literas confecerunt, potuiſſe
mittere, cum non conſtet illos habuiſſe ſcientiam eo
tempore de triremibus, imò contrarium per teſtes
conſtet, qui dicunt triremes repentè aduenìſſe, & in
perſecutionem infidelium, & quod præcisè ſciri non
poterat, quòd eſſent peruenturæ: ergo potuerunt per
literas mittere, & debebant clarius probare Genti-
les ſcientiam dictorum Lomelinorum, aut negligen-
tiam in inueſtigando, vt latè tradit Dec. conſ. 632. nu.
9 1. non enim culpa præſumi ſolet, imo per † allegan-
tem probari debet. glo. & Doct. in l. quoties. §. qui
collo. ff. de prob. & per Corneum in conſ. 318. num. 2.
vol. 4. Nec mouet, quòd appareat ſatis illos manda-
tum non obſeruaſſe, cum tempus mandati non obſer-
uauerint, retinendo penes ſe dictam pecuniam vſque
ad. 20. Iunij, quo caſu viderentur in culpa, & mandati
fines exceſſiſſe, per ſupradicta: quia reſpondetur, quòd
illa neceſſitas expectandi dictam diem. 20. Iunij, de
qua in literis Maij ſublata fuit per epiſtolam miſſam
ſub. 4. Iunij, ibi, *& poi che non hauenate potuto inſino al-
l'hora ſeruirui del rimettere*, &c. & ibi, *ſe poi nõ ſarà ſegui-
to*, & quæ ſequuntur, ex quibus omnibus, quæ præci-
ſe de præſenti tempore dictæ literæ loquuntur, vide-
tur remiſſa neceſſitas expectandi illud tempus, quòd
ex illis præſertim verbis apparebat, videlicet, *vi pia-
cerà rimettere per il detto tempo*, in quibus conſideratur
tantum tempus acceptionis dictæ literæ, & tempus
prima Iulij, quo tempore debebant perueniſſe pecu-
niæ Meſſanam, & cum nulla fiat mentio de medio
tempore 20. Iunij, illa neceſſitas obſeruationis tem-
poris videtur remiſſa. Quo caſu Rota cenſuit, licuiſ-
ſe dictis Lomelinis, non expectato. 20. die Iunij di-
ctum cambium, & remiſſam facere, conſequenter
quo ad literas cambij non apparet de aliqua inob-
ſeruantia nec mandati, nec qualitatum eius, tum
quia tempus mandato præfixum per dictas literas
fuit remiſſum, tum quia non apparet ex proceſſu, il-
los eo tempore habuiſſe notitiam aduentus trire-
mium, nec quod Meſſanam fuiſſent profecturæ: non
obſtabat etiam, quòd ex rei euidentia appareret Lo-
melinos non ſeruaſſe mandatum, cum intra termi-
num venerint triremes, & eo pacto, quo tranſmiſe-
runt illos ſcutos N. potuiſſent alios tranſmittere, &
conſequenter non facere remiſſam, & de ſcientia tri-
remium tempore, quo literas confecerant, non ap-
paret ex literis ipſorum Lomelinorum ſub die. 9. Iu-
nij, ibi, *ſe haueſſimo hauuto forma*, &c. & ibi, *che ſa-
ria ſtato di vantagio*, quia ad hoc Rota reſpondit, quod
hic ſtant ſimul, quod literas confecerint ante ſcien-
tiam aduentus triremium, & poſt confectas literas,
habita notitia pecuniam tranſmiſerint, nec tamen
mandatum exceſſiſſe videantur, quia ſtante ignorãtia
aduentus triremium, ordo erat vt per literas remitte-
rent, & data pecunia ad cambium non poterant fa-
cere Lomelini, quin literas tranſmitterent, cum pœ-
nitentiæ locus non fuiſſet, nec pecunias repetere po-
terant ab illis, quibus eas cambio dederant: quare,
10 cum iuxta † mandatum illas fieri fecerint, illas etiam
admittere poterant, & eas Gentiles tenebantur ratas
habere: nec literæ ſupra allegatæ neceſſariò oſten-
dunt ſcientiam triremium, nam quamuis dicatur in
eis, quod triremes venerunt tali die, non tamen ſe-
quitur quòd Lomelini id ſciuerint eo tempore, quo
literæ confectæ fuerint, cum illa verba ad id oſten-
dendum non ſunt ordinata, imò ad contrarium, vi-
delicet, ad oſtendendum quanto breui remanſerint
quod patet ibi, *per il poco tempo, che tarderanno qui le
Galere*, cum igitur poſſit hoc eſſe, quod illud ſciuerint
poſt confectas literas, iſta probatio non concludit. l.
ſnotat hoc. C. vnde leg. cap. in præſentia, de pro-
bat. cum vulg. nec obſtant illa verba, *& ſe haueſſimo
hauuto boni ſcuti ne haueriamo mandato attento la buona
ſicurta de paſſaggiò in ſino in* N. quia illud poteſt intelli-
gi de illis. N. qui deerant ad ſupplendum num. N.
Nec obſtant illa verba *che ſaria ſtato di vantaggio della
detta remiſſa*, quia id dicũt Lomelini intelligendum,
non quòd remiſſa non fieret, ſed quòd mittendo pe-
cuniam numeratam, vtilitas illius pecuniæ ſuperaſſet
argumentum remiſſæ, & poſito ſine veri præiudicio,
quod illa verba hoc innuerent videlicet, quòd totam
ſummam miſiſſent, nec tractam feciſſent, ſi bonos
aureos habuiſſent, dicitur quod adhuc poterant face-
re illam remiſſam. Nam cum ob variationem man-
dati, & breuitatem temporis, quæ per teſtes ſatis
fuit probata, non potuerint mittere totam ſummam
in pecunia numerata, Rota cenſuit potuiſſe illos mit-
tere partim in pecunia numerata, partim in literis,
remittendo, & quò ad literas erat clarum, quia con-
tinetur ibi, *& ſe non haueſſi boni modi*, & propter bre-
uitatem temporis apparebat illos non habere bonos
modos, ſaltem quò ad illam ſummam: ergo per li-
teras mittere poterant, & ſic iuxta mandatum, &
quia habebant bonos modos quò ad pecuniam nu-
meratam, illam miſerunt, & conſequenter omnia
11 †, iuxta mandatum feciſſe videntur, vel ſaltem pro-
pter caſuum varietatem, & antiquam mentem man-
dantium, adeò proxima mandato, fecerunt, vt me-
ritò mandatum expleuiſſe videantur iuribus ſupra
adductis, & quæ de nouo emergunt nouo indigent
auxilio l. de ætate. §. ex cauſa, de interrog. act. ergo
cum id acciderit de nouo, vt triremes venerint, &
anguſtia temporis prohibuerit totam ſummam in pe-
cunia numerata mittere, potuerunt Lomelini con-
ſilium capere, & interpretari mandatum, & par-
tem mittere in pecunia, & partem per literas cam-

bij, & maximè cum non excederit ſummam ſcento-
rum N. vt etiam latius infrà dicemus, & ex his appa-
ret illos tractam facere potuiſſe, quòd quamuis in li-
tera ſub. 4. Iunij non ſit ordo tractæ, adeſt tamen in
aliis literis, qui non videtur ſublatus ex infra dicen-
dis. Non obſtat penultimum obiectum, quia ex ſu-
perioribus apparet ſeruatum mandatum dictæ literæ
ſub. 4. Iunij, & conſequenter tractam fieri potuiſſe:
quia Lomelini habent mandatum de ſe prouidendo,
vt in ſequenti capitulo ſtatim dicemus: non obſtat
vltimum videlicet, quod debuiſſet ſeruari ordo lite-
ræ. 4. Iunij, quia dictum fuit, quòd imò fuit ſerua-
tus in quantum erat ſeruandus: Nam cum, vt dictum
eſt, contineret varia mandata, & quidem conditio-
nalia, & alternatiua, viſum fuit Rotæ illa impleri
potuiſſe, prout impleta fuerunt, videlicet partim in
12 pecunia, & partim per literas, mota quia ſub † ſim-
plicibus continetur mixtum Doct. in l. 2. ff. de verb.
obliga. & in. §. omnium Inſti. de actio. Nam cum
prima pars dicat, *ſe poi non ſarà ſeguito* & non potue-
rit per ſupradicta in totum impleri in pecunia nume-
rata, ſatis fuit illam impleri in ea parte, in qua fuit
poſſibile illam implere, & hoc rationi congruit,
quia mandatum debet intelligi, ſi commodè fieri
poteſt. argum. l. 4. de ver. ſig. & cum euenerit caſus
primæ partis, quia ſuperuenerunt triremes, non fuit
pecunia extra ordinem miſſa, nec etiam remiſſio per
literas fuit extra ordinem: quia apparet, quod vole-
bant vſque in ſcutos N. ſiue in pecunia numerata, ſi-
ue per literas, vt ibi, *inſino in altri ducati. N. quando
non le prouedeſſi, ò haueſſi prouiſto di contanti*, ſed ſic eſt,
quod in totum non prouiderant, ergo, &c. Non ob-
ſtat quod illud debeat ſemper intelligi cum ea con-
ditione videlicet: *auiſandoui* &c. quia dicimus illud
verum eſſe, quoniam ſimpliciter mitteretur per lite-
ras cambij, ſecus verò quando mittitur pecunia nu-
merata, quod apparet ex prioribus literis, in quibus
volunt in pecunia numerata totam ſummam ſcuto-
rum N. ergo cum non fuerit locus ſimpliciter miſ-
ſioni per literas, ſed caſus miſtus euenerit, vt partim
per literas, partim in pecunia numerata mitti poſſent,
vt ſuprà diximus, illa conditio, quæ loquebatur tan-
tum in eo caſu, in quo eſſet mittenda per literas ſer-
uari non debuit, præſertim cum mittendo poſt con-
fectas literas pecuniam numeratam dicebatur facere
meliorem conditionem dictorum Gentilium, non
autem deteriorem: quia illos ſcutos miſerunt ſine
aliquo intereſſe, quod facere potuerunt, cum ex hoc
mandantis meliorem conditionem fecerint, Bal. in
conſ. 324. creditor indigens frumento, volum. 2. in
nouis. Nec obſtat quòd tractam facere non potue-
rint, quamuis attentis partitis deficeret pecunia, cum
videantur habere mandatum de ſibi prouidendo ca-
ſu, quo deficerent ſibi pecuniæ tempore, quo mitte-
rent, quia dictum fuit, quòd ſi eo tempore volue-
runt fieri tractam, tantò magis voluerunt fieri poſtea,
quo tempore verſabatur minus eorum intereſſe. Non
obſtat quod poſtremo dicebatur, quòd non appa-
rebat partitas ſolutas fuiſſe per Lomelinos, & conſe-
quenter non apparebat illos fuiſſe creditores illorum
de Gentilibus: quia fuit dictum, quòd imò per acce-
13 ptionē † literarum, & earum productionem viden-
tur illas approbaſſe, vt per Alexand. conſ. 78. vol. 1.
& Corneum conſi. 316. numero 5. volum. 3. & per Iaſ.
conſi. 47. colum. 2. volum. 1. nume. 2. & Pariſ. conſ.
91. num. 2. volum 1. & per Decii. conſ. 632. & quam-
uis Cumanus in conſil. 177. & Ripa. in l. admonendi,
nu. 134. videantur hoc intelligere quò ad approbatio-
nem, & reſtringere ad geſta inter mittentem, & re-
cipientem, quod non videtur eſſe in caſu noſtro, ta-
men ex multis Rota cenſuit dictas literas probare.
Primò, quia non ſolum illas acceperunt, ſed eas
14 per biennium † retinuerunt ſine contradictione, quo
caſu ceſſat ratio adducta per Cumanum, & Ripam
in locis præallegatis, quia potuerunt intra hoc tem-
pus de facto informari, & conſequenter illas tanto
tempore retinendo fateantur contenta in illis, &
ideo dictæ literæ probabunt: præterea caſus noſter
videtur deciſus per Cumanum in præallegato conſi.
ibi dum, dicit, quòd ſi annuntietur debitum eſſe ali-
quid à recipiente ipſi ſcribenti, quod fuit in caſu no-
ſtro: adiuuatur etiam caſus noſter alia coniectura, vi-
delicet quia Gentiles confecerunt partitas in libris
ſuis, & illas hucuſque ita factas retinere, quòd ta-
men non feciſſent: præterea ſolent redire proteſta-
tiones ſi non ſoluantur. Quapropter dicendum fuit,
quod ſi tales partitæ non fuiſſent ſolutæ, proteſtatio-
nes fuiſſent factæ, & Gentiles non tenuiſſent partitas
librorum ſuorum prout tenuerunt, item in partitis
ſcriptis in libris Gentilium adeſt computum ad valo-
rem auri, quod arguit neceſſariò ſolutionem factam
per Lomelinos, & veram ſcientiam Gentilium, &
propterea Rota cenſuit, ſatis probatam ſolutionem,
maximè cum ſimus in cauſa iudicanda ſola facti veri-
tate inſpecta, nec mouet literas productas fuiſſe in
parte, & partibus, &c. quia hoc non obſtante pars
aduerſa iuuari poteſt illis, Iaſ. in l. 1. §. editiones, nu.
11. ff. de edendo aderat cauſa reconuentionis circa li-
teras Io. Baptiſtæ Spinulæ, in qua abſoluimus reos
conuentos à petitis, quia ex deductis apparebat, eſſe
diuerſas cambia neque poterant contraponi partitæ,
vna cum alia, ſtante conſuetudine ſolutionum, quæ
Neapoli fiunt in bancis publicis, & quia non con-
ſtabat à principio remiſſam fuiſſe illam ſolutionem
de dicta litera in ſolutionem, ſeu compenſationem
literarum Chriſtofori Sauli, nec id Rota voluit præ-
ſumere, quamuis non appareret de ſolutione dictæ
literæ facta Lomelinis, & Ioanni Baptiſtæ Spinulæ
pro Roma quia ex hac præſumptione fuiſſet ſecutum
delictum, videlicet quòd Lomelini poſt rupturam
Io. Baptiſtę falsò fuiſſent proteſtati ſuper literis Chri-
ſtofori, cum recepiſſent ſolutionem, quod non eſt
præſumendum, l. merito pro Soc. nec dicendum eſt
dictos Lomelinos fuiſſe in culpa non exigendo, &
non proteſtando citius: quàm fecerint, quia cum
non exceſſerint tempus à decreto conceſſum, non
videtur illis quicquam imputandum, non obſtat
quòd bona ruptorum efficiantur creditorum, & con-
ſequenter quòd inducta fuerit compenſatio, vt per
aduocatum partis aduerſæ, per Doct. Alex. in l. 1. de
compenſatio. iuncta l. hæres à debitore, §. quod ſi ſti-
pulator, de fideiuſſoribus, quia fuit reſponſum, quòd
tam de iure communi, l. pro debito, C. de bon. auct.
poſſ. cum ſimil. quàm de iure municipali, ex ſtatuto
de deb. verg. ad inopiam, & de abſentibus, & latitanti-
bus, bona acquiruntur creditoribus in vniuerſum, &
ideo hæc confuſio debiti fieri nō potuit, & cum cla-
rum adhuc non eſſet, pro quanta parte reſtarent cre-
ditores dicti de Lomelinis effectualiter ob molem
15 debitorū dicti Ioannis Baptiſtę, iſta cōpenſatio † fie-
ri non potuit: quia eſſet cōpenſare de liquido ad illi-
quidum contra l. ſi. Item non conſtat, quòd tempore,
quo Lomelini ſuper literis reportatis ſuper proteſta-
tione Chriſtoforo, & ſociis Romę, receperūt ſolutio-
nē de eorū credito contento in literis cambij dicto-
rum ſociorum de Roma, & ſic tempore, quo amplius
Lomelini

in conſ.96.nu 5.vol. 3.cum igitur dicti Lomelini non expreſſerint ſe acceptare, & velle dictam acquiſitionem iurium, & bonorum dicti Io. Baptiſtæ, ſed imò per actum expreſſione æquipollentem declarauerit talia iura ſibi acquiri nolle, ſequitur manifeſta conſequentia, quod verè, & nunquam fuerint irreuocabiliter creditores ſui ipſius, & debitores, & ſic compenſatio prætenſa locum habere nunquam potuit, cum nunquam verè, & irreuocabiliter fuerint creditores ſuimet, & pariter debitores, & ſufficere etiam videtur quod quandoque dicti Lomelini expreſſerint, ſe nolle acquirere dictum nomen, prout expreſſerunt: confirmatur hoc, quia ſimile videmus accidere in creditore ſuccedente debitori, cui licet ipſo iure addendo hæreditatem confundatur actio, tamen beneficio inuentarij reſeruatur actionis effectus, vt concludunt Bar. & ſcribentes in l. debitorum. C. de pactis ex legis fictione, & miniſterio. Ita in ſimili videtur accidere in caſu noſtro, vbi iuris beneficio Lomelini habebant ius petendi idem debitum aduerſus ſcriptores literarum acceptatarum, non obſtante acceptatione Ioan. Baptiſtæ, & ſic ius refutandi ſolutionem ſibi fieri petendi, vel adipiſcendi per viam compenſationis a d. Io. Baptiſta: Nam viſum fuit, quod non obſtãte quod videri poſſet ipſo iure confuſa, & ſublata actio competens ipſis Lomelinis aduerſus Io. Baptiſtam, & cõſequenter aduerſus ſocios de Roma literarum ſcriptores, per l. Vranius ff. de fideiuſſ. reſeruata tamen etiam cenſeri debet in effectu eadem actio, quatenus competebat aduerſus dictos ſocios de Roma ex beneficio iuris conſuetudinis inter mercatores in his ca-
19 ſibus vigentis, quæ vult, acceptante † literas cambij non ſoluẽte, factáque proteſtatione, licitum eſſe præſentatori literarum regredi aduerſus ſcriptorem literarum. Inſuper viſum fuit ſatis rationabile, ita arguere ad confirmationem præmiſſæ concluſionis, vel ipſe Io. Baptiſta, cui erant directæ literæ cambij Chriſtofori, & ſociorum Romæ a Lomelinis, erat cenſendus hoc in caſu quaſi quidam correus, vel quaſi quidam interceſſor, ſeu fideiuſſor, ſeu conſtitutor, qui quaſi æquiparantur, vt per glo. in authen. de fideiuſſor. in princ. & per tradita per Bal. in d. conſ. 345. vbi latè de his acceptationibus literarum cambiorum vol. 1. & ſemper quantumque ex dictis qualitatib. induiſſe cenſendus ſit dictus Io Baptiſta, viſum fuit propter acquiſitionem iurium eiuſdem rupti, Lomelinorum creditum, quod habebant aduerſus ſcriptores dictarum literarum, non fuiſſe ſublatum, licèt poſſet dici ſublata actio, quam habebant aduerſus dictum Ioannem Baptiſtam per dictam quaſi confuſionem debi-
20 ti, & crediti, cum talis † confuſio non poſſit habere iura, & virtutem veræ ſolutionis, & hoc videtur probari per text. in d. l. Vranius. ff. de fideiuſſo. vbi diſponitur, quòd per ſucceſſionem vniuerſalem creditoris vni ex correis, ſeu fideiuſſori, non tollitur actio competens eidem creditori aduerſus alterum correum, vel principalem debitorem, cum fictio iuris propter confuſionem in iure reſultantem ex additione hæreditatis, non iudicat eum in caſum ſolutionem, & idem pari ratione videtur dicendum in iſto caſu: ergo, &c. Reſeruatio partitæ Zucarorum fuit facta non autem condemnatio: quia Rota non cenſuit contineri in conuentione, quæ dicebat de contentis in partitis, & quia res eſt clara, Rota non cenſuit multum inſiſtendum ad tradita per Alexand. in l. diuus, de re iudicata, numero 15. & hoc maximè cum fuiſſet facta ſpecialis mentio de hac partita.

Digitized by Google

DECISIO IX.

Recipiens mandatum de vendendis mercibus non adimplet permutando cum aliis mercibus, & ideo tenetur ad intereſſe quanti plurimi.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio de vendendis mercibus mandato naturæ conuenit.*
2 *Probatio literaturæ per leges Genuæ quomodo fiat.*
3 *An expreſſio cauſæ ceſſionis facta per cedentem ſufficiat pro validitate.*
4 *Mandatum ad vendendum dari poteſt.*
5 *Suſcipiens mandatum tenetur vel illud perficere, vel re integra renunciare.*
6 *Non exequens mandatum ſuſceptum tenetur ad intereſſe, & num. 15.*
7 *Mandatũ de vẽdẽdo an impleatur permutãdo.*
8 *Mandatum eſt ſtrictè interpretandum.*
9 *Pecuniæ vſus quantum vtilis.*
10 *Habẽs promiſſionem ſibi factam de aliquid præſtando, & negans ſibi præſtitum habet intentionem fundatam.*
11 *Socius non eſt idoneus teſtis de rebus ſocialibus.*
12 *Venditio debet fieri pretio in pecunia numerata conſiſtente.*
13 *Mandatum non dicitur executum, ſi qualitates non ſunt obſeruatæ.*
14 *Mandatariis non poteſt addere, nec minuere ordini ſibi dato.*
16 *Ad probandum intereſſe ſingulare lucri ceſſantis, & damni emergentis, quæ requirantur.*
17 *Intereſſe ſingulare, & commune, in quo differũt.*
18 *Condemnatio ad intereſſe poteſt ſequi de intereſſe liquidando.*
19 *Cauſa mercantalis eſt ſummariſſima.*
20 *Teſtis deponens vltra articulata, an & quando valeat,*
21 *Conformitas quot modis dicatur.*

IN cauſa mota per Baptiſtam Bauam tanquam ceſſionarum Auguſtini de Cautia contra Andream de Meſerano, Rota iudicans in fauorem agentis hiſce potiſſimam mota eſt rationibus, & fundamentis, quia intentio agentis in facto, & in iure vera, & iuſta viſa eſt: Nam de mandato dato per Aug. iam dictum ad vendendum petias N. clarificarum, & telæ olandæ, & de conſignatione earundem rerum facta eidem Andreæ, & de promiſſione facta per eundem Andream eidem Aug. clariſſimè conſtat ex inſpectione, & lectura appodixiæ, ſeu chirographi manu propria ipſius Andreæ ſubſcriptæ ſeu ſubſcripti certum enim eſt ex cõuentione disertè expreſſa in dicta appodixia reſultaſſe contractum mandati facti, vt ſupra apparet: namque negotium pertinuiſſe ad mandantem, & eius gratia fuiſſe obeundum, &
1 huiuſmodi commiſſio mandati † naturæ conuenit, vt
probatur inſti. de manda. §. mandaatis tantum, &
eo titu. ff. in l. 2. §. 1. Item certiſſimum eſt ex confeſſione ipſius Andreę conſignationem dictarum rerum ei factam fuiſſe, vt probatur in l. generaliter, & in l. aduerſus C. de de non nu. pe. cum notis concordantibus, & licèt fortè ſecundum iuris communis cenſuram dici poſſet, non plenè apparerere de fide appodixiæ prædictæ per atteſtationes teſtium examinatorum pro parte agentis deponẽtium de literarum recognitione iuxta ea, quæ cumulatè tradit Afflict. in deciſ. 181. in quodam proceſſu, & Alexan. in conſ. 259. ponderatis his, volum. 6. attamen in caſu iſto proculdubio talis probatio ſufficit cum cautum reperiatur expreſſè per regulas Rotæ huiuſmodi appodixias ſufficienter probati per depoſitionem duo-
2 rum, vel plurium teſtium deponentium ſuper † recognitione literarum eius, qui appodixiam confecit, vel ſubſcripſit de cuius ſtatuti validitate dubitandum non eſt l. omnes populi cum materia. ff. de inſt. & iur. quinimo cum vnus teſtis deſcriptus in appodixia, & qui ſubpſcripſit illam & interuenit confectioni ipſius appodixiæ atteſtatus fuerit ritè de cõfectione Appodixiæ, & ſubſcriptione Andreæ, & de veritate in appodixia contentorum, & cum alij duo teſtes depoſuerint ſuper literarum identitate, & recognitione earum, fortè etiam ſecundum iuris communis cenſuram ex talibus probationibus licèt ſigillatim per ſe conſideratis alias ſemiplenis, ſimul tamen iunctis plenam probationem facientibus cenſeri debet plene probata fides dictæ appodixiæ, circunſcripta diſpoſitione dicti ſtatuti, per id, quod Sal. concludit in ſimili caſu, Alex. in conſ. 239. ponderati his, col. 3. nu. 6. vol. 6. de ceſſione verò facta per Auguſtinum Andreæ creditorem ipſo agenti conſtat per appodixiam manu ipſius Auguſtini confectam, de cuius Auguſtini literatura duo teſtes depoſuerunt, quorum atteſtatio virtute dicti ſtatuti Genuenſis ſufficit, vt ſuprà dicebatur, Nec poteſt impugnari dicta ceſſio
3 ex defectu † cauſæ non probatæ, realiter adeſſe aliter quàm par confeſſionem Bart. in l. per diuerſas, col. 3. nume. 13. verſ. ſed iuxta, hoc quæro. C. mand. quem ſequitur Cor. citans concorda. in conſi. 230. videtur prima. facie, colum. 2. & 3. volum. 2. Nam de cauſa ceſſionis expreſſa in dicta appodixia ceſſionis legitimè apparet ex fide publicorum librorum S. Georgij in proceſſu ritè exhibita, & ex his optimè iuſtificantur omnia, quæ conſiſtunt in facto ſuper quo intentio agentis fundata eſt, quæ intentio iuris etiam fundamentis ſuffulta eſt: Nam aperti iuris eſt, poſſe da-
4 ri † mandatum ad vendendum rem mandantis l. mandatum l. creditor. §. Lucius ibi ſiue vendere, ff. mand. l. 1. C. eo. titul. l. ſi tibi rem, l. rogaſti in principio ff. de præſcript. verbis item indubitatiſſimum eſt, quod dictus Andreas poſtquàm aſſumpſit onus ven-
5 dendi dictas res, obligatus † fuit illud ad exitum perferre, & tale mandatum conſumare, & perficere, vel ſaltim re integra debuit illi renunciare, & illud non exequendo, prout ex proceſſu conſtat eundem Andream non fuiſſe executum, tenetur ad intereſſe, omne, quod incurrit, & paſſus fuit dictus Auguſtinus, ex
6 quo mandatum † non fuit executum probatur hoc in l. ſi non re §. dedi tibi, & in l. ſi mandauero tibi §. ſicut cum ſequentibus, & in l ſi quis alicui §. qui mãda. ff. manda. & in § mandatum ſuſcipere inſti. eo. tit. & in l. ad comparanda. C. eo. tit. & in l. in in re mandata eo. tit. & faciunt ad hoc tradita per Alex. in conſ. 52. viſo. 1. punct.

i.punct.col.fi.nume.8.vol.6.quinimò dicit tex. in l.ſi
procuratorem.§.mandati actio, quod mandati actio
competit quatenus intereſt, & quatenus non intereſt
non competit, nec etiam naſcitur, & quòd dictus
Andreas mandatum nō fuerit executus, patet ex pro-
ceſſatis, vbi apparet dictas res fuiſſe permutatas cum
Rege Algerij, & non venditas, mandatum † enim da-
7 tum ſpecialiter ad vendendum dictas merces, non
extendebatur ad permutandum eaſdem, præſertim
cum non appareat viguiſſe eandem rationem in per-
mutando, quæ in vendendo vigebat, ita probatur pri-
mò per text. in l. C. de re. permu. vbi probatur optimè
non reſultare contractum emptionis etiam ex vendi-
tione rerum, non prætaxato pretio, & ſi loco pretij re-
cipiantur aliæ res ſimiliter non æſtimatæ, licet alias
facta venditio legitima cenſeatur, ſi prætaxato prius
pretio inſolutum recipiantur pro concurrenti quan-
titate aliæ ſpecies l. pretij C. de reſcind. vend. Item
probatur dicta concluſio per text. in l. cuicunque §.
non tamen. ff. de inſt. & ibi hoc videtur velle Caſtren.
poſt Gulielmum de Cunio, & per ea quæ magis com-
muniter concludunt Doct. poſt Bar. & alios præſer-
tim Alexand. Ripa. & alij neoterici repetentes in l. fi-
liusfam. §. diui, ff. de lega. 2. vbi magis communi-
ter concludunt diſpoſitionem, continentem vendi-
tionem, præſertim in materia ſtricta, non compre-
hendere permutationem, niſi eadem ratio vigeat in
permutatione, quæ viget in venditione: facit quia
8 mandatum quolibet dicitur eſſe † ſtricti iuris, & ſtri-
ctè eſt interpretandum c. cui non de ſacerdotali, de
præben. lib. 6. l. diligenter. ff. manda. ca. cum dile-
cta, extra de reſcrip. facit text. in cap. fi. de verb. ſi-
gnifi. facit quod tradit Butr. in cap. fi. in 7. not. de
reſti. ſpolia. vbi dicit quod mandatum non ſolùm in
ſubſtantia, ſed etiam in qualitate debet diligenter
obſeruari, quinimò videtur apparere de differentia
rationis: Nam dubium non eſt, & rerum magiſtra
efficax experientia docet, quod magis intereſt noſtra
in huiuſmodi caſibus, quòd vendantur merces, &
pretium recipiatur in pecunia numerata, quam quod
permutentur in aliis mercibus: tum quia facilè pecu-
nia poteſt, & ſine periculo ex longinquis locis ad alia
loca transferri per viam cambiorum, tum etiam quia
tales pecuniæ non ſubiacent periculis iactus mariti-
mi, quem quam ſæpe fieri oportet, nemo eſt Genuæ
habitans, qui neſciat: tum etiam quia vt plurimum
mercatores pecuniis indigent vt reſpondeãt ſuis cre-
ditoribus, & vt negotiari cum lucro melius poſſint,
quam commoditates merces nequeunt ita facilè da-
re: arguendo, à communiter accidentibus l. neque
natales. C. de probatio. vbi per cano. extra de cleri-
cis non reſiden. cum infinitis penè concord. cumula-
tis per cura in centuria ſua in loco à communiter ac-
cidentibus: facit ad hoc text in l. ideo ff. de eo quòd
9 cer. loco, vbi dicit text pecuniæ † vtilitatem vnam,
& eandem vbique eſſe, ſecus rerum mobilium, de qui-
bus ibi: item facit tex. in l. 1. ff. de contrahen. emptio.
vbi iuriſconſultus dicit, pecuniæ numeratæ vſum in-
uentum, quia publicè magis intereſt in comerciis ea
vti, quam mercium permutatione, cum illa ſit magis
apta, & vtilior facit ad hoc, quod dicit Bal. in l. ſi tuis
C. de oper. liber. per no. in l. aduocati. C. de adno. di-
uer. iudicum, vbi Bal. dicit, quòd pecunia eſt vita ho-
minis: & quod Bal. in l. receptitia C. de conſtitu. pec.
vbi dicit quòd habens pecuniam, habet omnem rem.
quam vult habere, & quòd pecunia eſt fideiuſſor futu-
ræ neceſſitatis, quod idem replicat Aret. in dicta l ad-
uocati, quinimo dicitur, abſque eo quod probatum

eſſet dictum Andream non fuiſſe executum dictum
mandatum remanſiſſe tamen fundatam intentionem
Augu. & agentis, ex eo quia apparet de promiſſione
dicti Andreæ facta de vendendo per appodixiæ in-
ſtrumentum, nec doctum fuit executionem dicti mã-
dati factam, vt probatur ex regula magiſtrali tradita
per Bar. in l. in illa ſtipulatione col. pe. ver. Item Di-
nus dicit, ff. de verb. oblig. quem omnes ibi ſequun-
tur, & in aliis locis per modernos ibi relatis, quę theo-
rica vult, quod quando quis habet intentionem fun-
10 datam ex † promiſſione ſibi facta per aliquem de fa-
ciendo, & præſtando ſibi aliquid, ſi is neget illud eſſe
factum, aut ſibi exhibitum, habet intentionem funda-
tam, niſi probetur per aduerſarium quòd promiſſio-
nem obſeruauerit. Ex eo igitur quod pro parte An-
dreæ non fuit probatum, quòd mandatum executus
fuerit, intentio agentis eſt fundata, quia cenſetur mã-
datum non fuiſſe executioni mandatum, & licet per-
mutatio dictarum rerum probetur per teſtes t.ò mi-
11 rum † idoneos, vtpote ſocios in implicita facta inter
ipſum Andream, & ipſos teſtes, propter quam ſocie-
tatem non ſunt idonei teſtes, vt qui prætendant inter-
eſſe iuxta not. per glo. quam ſequuntur ibi ſcribentes
præſertim Sali. in l. quoniam C. de teſti. & probent
etiam inſufficienter, cum non omnino illi teſtes de-
ponant de rerum identitate, per ea, quæ concludit
Alex. in conſ. 134. col. 2. vol. 2. Attamen cum dicti te-
ſtes fuerint per Andream approbati, & inducti, bene
probant intentionem agentis contra ipſum inducen-
tem, vt probatur per id, quod in ſimili caſu concludit
Rom. in conſ. 104. pater, Red. col. fi. & ſequitur etiam
in pulchro caſu Mari. Soc. Iun. in conſ. 69. pro diluci-
datione, colum. 3. numero 11. & 12. volum. 1. ¶ Ac-
cedat etiam pro confirmatione præmiſſæ concluſio-
nis alia ratio, quia etiam ſi conſtaret de venditione
dictarum rerum facta Regi Algerij, & de habitis mer-
cibus pro ſolutione certi pretij. attamen adhuc eo in
caſu dici deberet mandati fines fuiſſe exceſſos, & ſic
mandatum non fuiſſe executum per Andream, Nam
12 certum eſt, quòd venditio † fieri debet ſtatuto pre-
tio in pecunia numerata conſiſtente, vt probat text.
rotondus inſti. de contrah. empt. in §. item pretium.
at in mandato facto alicui ad vendendum venire de-
bet id tantum, quod eſt de natura ipſius contractus
venditionis, l. cum quid, cum materia, de qua ibi per
omnes. ff. ſi cer. pet. facit quod tradit Bart. & quod
ſequitur ibi Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de
reg. iur. quod in contractibus actum videtur etiam il-
lud, quod tacitè intelligitur, per d. l. cũ quid. vbi hoc
probatur in his, quæ ſunt de natura contractus. Cum
igitur talis venditio facta non præſupponatur pretio
conſiſtenti in pecunia, ſequitur manifeſtò, quòd man-
13 datum † non fuit executum, cum eius qualitas non
fuerit obſeruata: mandatarius enim tenetur qualitates
mandati omnes ſeruare, vt habetur in c. cum veniſſet,
extra de eo. qui mitti in poſſe. & in c. Piſanis, & ibi
Abb. in 4. no. extra de reſti. ſpol. & per Iaſ. in l. ſi pro-
curator. C. de procur. & in l. tranſactionibus, nume-
ro. 1. C. de tranſa. & habetur in l. 1. §. igitur pretio-
ſi. ff. de exercito, & in l. ſed, & ſi, §. conditio. ff. de
inſtitu. etiamſi tales qualitates in modico conſiſte-
rent: Nam omitti non debent ſecundum Ant. de But.
in d. c. Piſanis, in 7. no. & plenè per Brunum in tracta.
de forma, fol. 52. col. 3. verſ. 2. ampliatur, nec eſt in fa-
cultate mandatarij, & ſic nõ fuit in facultate dicti An-
14 dreæ aliquid addere † vel minuere formæ, & ordini ſi-
bi dato. ſecundùm Bal. in l fi. col. 2. C. de ſuis, & legi.
& in l. cõtractus. C. de fid. inſtr. eſt enim forma, & or-

do quid indiuiſibile, vt probatur in l.ſi is, qui qua-
dringenta.§.quidam,& ibi tradit Alex.in 2.nu.ff.ad l.
falci.& Bal.in l.teſtamentum. C. de teſta & in l.ſi ve-
ritas. C. de fideico. Debebat igitur dictus Andreas
obſeruare formam,& ordinem ſibi datum, & ſic ven-
dere dictas res pretio certo conſiſtente in pecunia, &
in mercibus aliis diuerſiſſimæ ſpeciei, & incumbebat
etiam onus ipſi Andreæ probandi, quòd ita obſerua-
uerit, vt ſuprà eſt deductum, & probatur in c.ſacro,
extra de ſenten.excõmu.& traditur in.c.in omni, ex-
tra de teſti.& per Abb. in c.ſicut de re Iud.cum aliis
allegatis per Brunum in d. tracta. foli. 78. colum. 1.
verſ. in hoc articulo. ¶ Cum itaque appareat multi-
fariam dictum Andream non fuiſſe executum ſuum
mandatum,patet veritas concluſionis pręmiſſę,quòd
15 vtique tenetur ad † omne intereſſe ipſius Aug. ipſi
Baptiſtæ ceſſionario,cui omne ius competens ex cau-
ſa prædicta ceſſum fuit etiam ad intereſſe, vt per Pa-
riſ. in conſ.75.num.98.vol.4.& in conſ.74.vol.eod.
¶ Et licèt teneretur idem Andreas ad omne intereſ-
ſe dicti Auguſtini, & ſic tam ad ſingulare intereſſe,
quam ad commune,attamen quia de intereſſe ſingu-
lari lucri ceſſantis, vel damni emergentis, nihil fuit
deductum,minúsue probatum in hoc iudicio, viſum
fuit Rotæ iure merito de eo ſubticere. cum certum
ſit,non poſſe ſententiam ferri ſuper hoc intereſſe,niſi
probata fuerint neceſſaria requiſita ad probationem
16 † huiuſmodi intereſſe; de quibus latè habetur per A-
lexand.in conſ.141. viſo themate.col.1.vol. quinto,
& latius per Dec.in conſ.39.iuridicam.col. 2. vol.1.
& per Afflict. in deciſ. 20. quidam nobilis. & viſum
fuit condemnare reum conuentum ad intereſſe com-
mune, quod continent rei æſtimationem commu-
nem,& damnum quod quiſque facta ſibi mora ſenſiſ-
ſet,vt declarant Iacob.de Arena, Petr.Cinus, & poſt
eos Dec.in l.fi.C.de ſenten.quæ pro eo, quod inter-
eſt, vbi Dec.in vltim. col. eleganter duducit differre
17 intereſſe † ſingulare à communi,& in effectu intereſ-
ſe ſingulare conſiderari ſi eo ipſo, quòd mora com
mittitur, quilibet alius ſimpliciter non fuiſſet paſſus
idẽ damnum, & includi in hoc intereſſe lucrum ceſ-
ſans, & damnum extrinſecus emergens quod intereſ-
ſe commune amplectitur intereſſe quanti plurimi va-
luit res à die moræ, vt ibidem docet Dec. & tradunt
Doct.in l.virium.ff.ſi cer.pet. & in caſu noſtro meri-
tò iſtud intereſſe quanti plurimi communiter value-
runt in loco Algerij res prædictę,& vendi potuiſſent,
fuit in ſententia conſideratum, & in condemnatione
deductum: quia ibidem eo tempore dictus Andreas
fuit in mora vẽdendi eaſdem res,quas culpoſè, & ex-
tra mandatum maluit permutare, quàm vendere per
ea, quæ ſuprà deducta fuerunt. ¶ Et licèt regulariter
quilibet bonus iudex teneatur certam ſententiã pro-
ferre ſuper intereſſe, vt concludunt Cyn.Bar.& Cur.
Iun.in d.l vni.C. de ſent. quæ pro eo, quod inre.&
tradit Bar.in l.ſi quòd ex panſila.ff.de lega.2.& ſequi-
tur Afflic.in deciſio.59.col.4.num.7.& in deciſio.83.
col. 3. & Rom.in conſ.281. in re præſenti: attamen
cum appareret de intereſſe iſto cõmuni,ſcilicet quòd
æſtimatio rerum diſtractarum per mandatarium, &
veriſimiliter conſumptarum,reſtitui deberet per mã-
datarium ipſi mandati, & cum per Rotam eſſet im-
poſſibile hoc intereſſe ex ſuo officio liquidare,& taxa
re propter longinquitatem loci Algerij,cuius loci æ-
ſtimatio communis ſequenda, & inueſtiganda eſt, &
præſertim propinquante termino inſtãtiæ,meritò vi-
18 ſum fuit Rotæ ſimpliciter condemnare † reum ad
intereſſe commune, quanti ſcilicet communiter di-
ctæ res Algerij tempore delationis earum debebant,
& poterant vendi,liquidandum in executione ſenten-
tiæ,ſequendo theoricam Mari. Soc.quam tradit in c.
2. de libel.oblatio.col.14.& 15.num.23. vbi conclu-
dit,quod cum petitum fuit intereſſe, & conſtat illud
deberi non tamen certa quantitas probata fuerit, iu-
dex non debet abſoluere ab ea petitione. ſed ex ſuo
officio,vt certam ferat ſententiam, debet ſe informa-
re de quantitate intereſſe:& ſi fortè propter aliquam
cauſam impeditiuam,vt puta propter periculum per-
emptionis inſtantiæ, non poſſet aliam ſumere infor-
mationem,tunc non debet reum abſoluere, ſed con-
demnare in id, quod intereſt probandum in execu.
ſententiæ, & ad hoc citat bona iura, quæ breuitatis
gratia omittuntur,& non ſine ratione potuit ſubtice-
re de intereſſe ſingulari quia in libello fuit petitum
id intereſſe,ad quod conſtiterit dictum Andream te-
neri,vt apparet in fine libelli,& non ſimpliciter omne
intereſſe, ſed tantum ex proceſſu conſtat deberi hoc
intereſſe commune, & talis libellus totaliter concipi
19 potuit, præſertim in cauſa mercantili † ſummariiſſi-
ma,vt probatur ex his, quæ tradit idem Mari.in d. c.
2.num.31.& 86.cum notis concordan.de quibus per
moder.repete.in l.edita,C. de eden. ¶ Nec exceptio-
nes rei in contrarium obſtare viſæ fuerunt: quia nec
probauit reus excepta concludenter per teſtes ſocios
iuxta ea, quæ ſupradicta ſunt,nec de rerum identitate
docuit, quæ tamen erat probanda, cum de iure non
præſumatur in dubio,vt per Alex.in d. conſ.134.col.
2. vol.2. & atteſtatio de permutatione nauis Botini
nihil etiam releuat ex alio: quia talis permutatio non
fuit articulata,ſed tantum per teſtes ex proprio capi-
te extra articulum mentionata,& certum eſt,quod in
20 caſibus vbi teſtis iurauit † tantum deponere ſuper ar-
ticulis,& non ſuper tota cauſa,prout contigit in caſu
noſtro, atteſtatio huiuſmodi penitus eſt inutilis Bart.
in l.ſi duo.§.idem Iulianus.ff.de iu.iur.Panormi. in c.
de teſtib.extra de teſti.Feli.latè in d.c.de teſtibus,nu.
3.Præterea teſtes etiam non conueniunt in huius per-
mutationis depoſitione, ſed inuicem variant:præter-
ea ſi talis permutatio præſupponeretur, prout præ-
ſupponi poteſt in fauorem agentis, nil tamen ex hoc
releuatur reus, qui taliter permutando mandati fines
exceſſit, & non fuit executus mandatum ſibi iniun-
ctum, vt ſuprà deductum, & ſic excepta nil obſtant.
Et licèt petitio videatur prima facie diſſidere ab iſta
condemnatione, attamen rectius viſum eſt Rotæ to-
21 tum oppoſitum, cum in effectu † conformitas adſit
inter eam, & libellum, ſi rectè ponderetur, conſide-
rando conformitatem tribus modis,quos conſiderat
Bal.in l.1.C.ſi plu.vn.ſen.col.2. num.11.ver.extra op-
pono.& ponderando ea,quæ tradit Fel.in c.licèt Be-
li.col.5.ver.2.fallit.&.col.6.ver.7 & octaua, limit.de
ſimon. & licuiſſet etiam extra libellum iudicare hoc
caſu per ea, qua tradit Feli. in d. cap.colum.6. verſ.
decimo limita. & in verſ. 28.limita, & in verſ. 29.li-
mita. Ex his itaque pręmiſſis rationibus,& cauſis Ro-
ta in fauorem actoris iudicauit,iunctis etiam aliis ſe-
quacibus rationibus,quas omittere viſum eſt, vt no-
tiores, Laus ſit altiſſimo.

DECISIO X.

Non nominatus in literis, aut contractu cambij non poteſt iure executiuo exigere pecunias datas cambio, licèt prætenderet illas eſſe ſuas.

SVMMARIVM.

1 *Dans ad cambium pecunias alienas de ordine domini an exinde ſit liberatus, & ius amplius habeat in eis, & num. 14.*

2 *Ordinans dari pecunias ad cambium, an habeat ius exigendi.*

3 *Creditum alienum, an compenſari poſſit, ſeu retineri pro debito illius, penès quem eſt dictum creditum.*

4 *Ille, cui remittuntur pecuniæ qua actione eas petere poſſit.*

5 *Scriptura priuata quando probet inter alios, & num. 11.*

6 *Libri mercatorum fallitorum an probent factum inter alias perſonas, & num. 13.*

7 *Soluens in dubio præſumitur ſóluere de ſuo.*

8 *Accipiens cambio, cum quo intelligatur contrahere, & an ſit obligatus danti, vel exigere debenti.*

9 *Exigere debens cambio an habeat actionem aduerſus illum, qui accepit cãbio, & fecit literas.*

10 *An via executiua exigendi cambium competat domino pecuniarum non nominato in literis, aut contractu cambij.*

12 *Dans pecunias alienas ad cambium ſub nomine ſuo, an remaneat creditor.*

15 *Ordinans ſolui via cambij an poſſit ordinem reuocare.*

16 *Dans ad cambium literis non acceptatis, quam actionem habeat.*

17 *Expendens nomen in vna ratione cum alijs an poſſit conueniri pro ratione alibi, quàm vbi expenditur nomen.*

HIERONYMVS Grimaldus tanquam ceſſionarius Angeli Spinulæ, & Octauiani Pallauicini, & ſuo proprio oomine mouit litem coram Rota contra Franciſcum Leçcarium Serram, & virtute regularum Rotæ petiit ſibi concedi licentiam contra dictum Franciſcum pro ſumma ſcutorum. N. Nã Nicolaus de Auria, dum eſſet in Hiſpaniis in Valentia, dedit cambio dictam ſummã dicto Franciſco, vt illam ſibi ſoluere faceret in Bezenſono dictis Angelo, & Octauiano, qui illam recipere deberent: & ſic dictus Franciſcus dicto Nicolao literas cambij fecit directas Andreæ Imperiali, & ſociis Bezenſoni ad recipiendum per dictos Angelum, & Octauianum: factis his literis dictus Nicolaus factus fuit non ſoluendo, & fallitus, & ideò Andreas Imperialis, cui directæ erant literæ cambij, noluit eas acceptare, nec ſoluere contra quas ipſi Angelus, & Octauianus proteſtati ſunt, & miſerunt dictum proteſtum dicto Hieronymo Grimaldo, & ei ceſſionem fecerunt, dicentes illas pecunias illi ſpectare, & ideò ipſe Hieronymus dicto nomine, & dicens illas pecunias cambio datas per Nicolaum eſſe ſuas, & ſibi ſpectare, & tanquam habens curam exigendi cambium, quod rediit cum proteſtu, virtute regularum Rotæ dicentium exigere habenti. (Nam Angelus & Octauianus cedentes habebant curam illud exigendi) petiit licentiam contra dictum Franciſcum, cum maximè dictæ pecuniæ ſpectarent ipſi Hieronymo, & de ordine ipſius fuerint miſſæ ab ipſo Nicolao via cambij dictis Angelo, & Octauiano: quo caſu poſt impletum mandatum ipſius Hieronymi factum Nicolao, vt eas remitteret dictis Angelo, & Octauiano, ipſe Nicolaus erat liberatus, & nullum ius amplius in eis pecuniis habebat, argumento eorum, quæ not. in l. ſi ego. ff. de neg. geſt. & in l. verò
1 procuratore. ff. de ſolut. ſi verò Nicolaus erat† liberatus, & periculum earum pecuniarum redditarum (dicebat Hieronymus) quòd ſibi ſpectabat, qui dederat ordinem, vt tranſmitterentur dictis Angelo, & Octauiano: ergo dicebat, quòd ſibi ſtatim erat ius acquiſitum exigendi illas per dictas literas cambij actione
2 conſtitutæ † pecuniæ, prout in terminis dicit Bald. in conſil. 343. factæ fuerunt literæ. volum. primo, vbi dicit, quòd illi, cui ſunt directæ literæ ad exigendum cambium, eſt acquiſitum ius contra debitorem, maximè quando pecuniæ, quæ dantur cambio, non ſpectant illi, qui eas cambio dedit, ſed alteri ſpectant, prout dicebat eſſe in caſu noſtro Hieronymus, quo ſtante dicebat quòd nullus alius in eis ius habebat, & eius periculo ſtabant, & ideo dictus Franciſcus, qui ſe obligauit eas ſolui facere dictis Angelo, & Octauiano, non poterat illas retinere, & compenſare cum debito Nicolai de Auria: quia non poteſt creditum
3 † alienum retineri, nec compenſari, l. in rem ſuam, l. ſi cum milit. ff. de compenſa. Bald. in l. eius. C. eod. tit. & propterea cum ex verbis reg. quæ ſunt ſimpliciter, & prout iacent, intelligendæ, & ad literam, & non admittitur, niſi Grammaticalis conſtructio ſecundùm Bald. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ. dicebat, quòd ſibi erat concedenda licentia iuxta formam & tenorem dictorum regularum. Quòd autem dictæ pecuniæ ſpectarent ipſi Hieronymo, dicebat conſtare ex libro ipſius Nicolai, & per literas ipſius Nicolai dicto Hieronymo ſcriptas antequam efficeretur non ſoluendo, in quibus dabat notitiam dictas pecunias Bezenſonum remiſiſſe, & ideo, ei erat licentia concedenda ex forma regularum, & etiam de iure communi tanquàm nominato ad exigendum ab ipſis Angelo, & Octauiano, quibus erat actio acquiſita ſtatim ex conſtituta pecunia, prout in ſimilibus dicebat eſſe doctrinam Spec. in tit. de ſolut. §. prænotandum, verſ. pone mercator. quem ſequitur Iaſ. in l. admonendi, num. 112. ff. de iur. iur. & Bald. in conſil. ſupra allegato, & ſic, cum dictæ pecuniæ ſibi ſpectarent, Nicolaus de Auria, qui illas numerauit, geſſit negotium ipſius Hieronymi mandando, vt ſolueretur ſuis inſtitoribus ad eius ordinem, & ideò cum ipſi Angelus, & Octauianus haberent ius exigẽdi tale cambium, ſiue diceretur actionem ſpectare ex conſtituta pecunia,
4 ſiue tanquam eſſent adiecti† ſolutioni in rem propriã iuxta not. per Areti. in l. liber homo. §. decem. in fi. de ver. obl. quẽ ſequitur Pariſ. cõſ. 107. nu. 46 vol. 3. Rui. conſ. 209. vol. 1. vtroque caſu dicebat Hierony. ꝙ ſibi poterant iura cedere, & actio de cõſtituta pecunia dicitur ad hæredes tranſmiſſibilis, & cedi poteſt. l. ſi ex pluribus de adminiſt. tuto. not. in l. ſi mulier. §. ex aſſe. de iure dot. & procurator in rem ſuam poteſt vti-

le

les actiones cedere ſibi competētes, iuxta Doct. Bart. in l. Modeſtinus. ff. de ſolut. & Bald. & Salic. in l. 1. C. de actio. & obli. & quod actio, & ius illis acquiſitum erat ad beneficium ipſius Hieronymi; quo caſu illi erant obligati de neceſſitate iura cedere, cum procuratoris ius, & actionem ſibi quæſitam ex re domini, vel ex mandato teneatur domino cedere. l. in cauſæ. §. fin. l. procurator, qui pro euictione, & ibi Bart. & Docto. ff. de procura. & quòd ſpectarent pecuniæ dicto Hieronymo, dicebat facere fidem librum ipſius Nicolai, & licèt Bald. in rubr. C. de fid. inſtrum. col. 2. verſi. ſequitur videre de ſcriptura, dicat, quòd non probat pri
5 uata † ſcriptura inter alios confecta, niſi inter eas partes, inter quas conficitur, tamē quòd hoc ibi declarat procedere quò ad obligandum, ſed quantum ad probandum factum inter eos, inter quos fuit facta, probat inter quoſcunque, prout in inſtrumento ſolutionis, vt dicit ibi Bald quòd probat ſolutionem factam contra quoſcunque, & propterea cum Nicolaus in illo libro direxerit ſcripturam, & ſcripſerit dictas pecunias datas cambio dicto Franciſco, ſpectare ipſi Hieronymo, illa ſcriptura probabat factum contra quoſ-
6 cunque, & quod † libri mercatorum, etiam quòd ſint falliti, probent factum inter alias perſonas Sali. tenet in l. filiusfami. in fi. ff. ad Macedon. vbi dicit recurrendum eſſe ad libros falliti ad videndū, vt ex eis cognoſci poſſit, an ipſe fallitus ſoluet, vel ne, & quando, & dicebat, quòd ita quotidie practicatur Genuæ. ¶ Ex parte verò Franciſci Leſcarij ferè fuit dictum, quod nulla erat contra eum executio, ſeu licentia concedenda. ¶ Et primò, quia in quantum ipſe Hieronymus agebat ceſſionario nomine, & non conſtabat de aliqua ceſſione & cauſa legitima, quæ haberet titulum, per ea quæ habētur in l. per diuerſas, & in l. ab Anaſtaſio, C. mandat. & ceſſio ſimulata præſumitur, ita vt ex ea quis agere non poſſit, vt per Bar. & Bald ibi. ¶ Secundo, dicebat, quod qui agit ex ceſſione, probare debet cedentem ius habere, ſed Angelus & Octauianus non habebant ius aliquod exigendi ab ipſo Franciſco pecunias, quas habuit à Nicolao, tanquā proprias ipſius
7 Nicolai, prout in dubio † præſumitur quis de propria pecunia ſoluere. l. & magis de ſolue. Dec. conſil. 99. colum. 2 & in dubium negotium præſumitur principaliter pertinere ad eum, qui numerat pecuniam, quia ſua præſumitur, & appoſitus ſolutioni videtur adiectus tanquā ſimplex procurator. l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verb. oblig. l. quæ dotis. ff. ſolut. matri. cum alijs adductis per Bald. in d. conſil. 348. col. fin. vol. 1. & quòd quamuis quandoque poſſet quis cōtra plures agere, tamen nunquam vnus a pluribus ex vnius con-
8 tractu † conueniri poteſt. l. 1. §. ex contrario, de exerc. act. & ideò ipſe Fran. qui cum Nicolao contraxit, & eſt ei obligatus numeratione pecuniarum, & qui verè ab ipſo Nicolao conueniri poterat, non poteſt ab aliquo conueniri, qui non ſit procurator, vel ceſſionarius dicti Nicolai, & ex quo ipſe Frāciſcus cum dictis Angello, & Octauiano non contraxerit, qui ſoli fuerant adiecti ſolutioni faciendæ per Andream Imperialem, & ſocios Bezenſoni, & ideò ipſi non poterant ab ipſo Franciſco exigere. l. quòd ſtipulatus ita ſum. ff. de ſolut. ſecundum Cyn. in l. ad probationem ad fi. C. de probat. & ſi diceretur, (dicebat Franciſcus) habent mandatum exigendi, quia eis dedit curam, vt exigerent à dictis Andrea, & ſocijs, reſpondebant, quòd mandatum eſt ſtricti iuris, & non intelligitur, vt poſſit ab alio exigere. l. ſi ita ſtipulatus. § Griſogonus. in fi. de verbo. oblig. ſed vtcunque ſit (dicebat) ſi volunt ex mandato agere, non tamen poſſunt proprio nomi-
9 ne cedere, cum nullam actionem † haberent petendi pecunias ab ipſo Frāciſco, qui illas à Nicolao habuit, & ipſi nullum intereſſe in illis pecunijs habebant, & voces quorum non intereſt, non audiuntur, & ſolùm admittuntur ad agendum perſonæ, quorum intereſt agere ſecundum Bald. in l. ſi fideiuſſor, ff. de leg. 1. etſi illi agere non poterant, nec ceſſionarius eorū. & ideò dicebat, quòd inquantum ipſe Hieronymus agēbat ceſſionario nomine dictorum Angeli, & Octauiani ſine actione agebat, & non erat audiendus. l. ſi pupilli §. videamus. de neg. geſt. l. quoties. § qui temporali ff. de adminiſtrat. tuto. Tertiò, dicebat Franciſcus, quòd inquantum agebat Hieronymus pro ſuo intereſſe, illud iudicium executiuum ſibi non cōpetebat, etiamſi verè de eius intereſſe conſtaret, ex quo nihil cum ipſo Franciſco cōtraxit: Nam verba regulæ loquuntur de eo, qui dedit pecunias, & ſeu qui habet curam exigendi: quæ verba non conueniebant dicto Hieronymo, quia nec ipſe, nec alius ſuo nomine pecunias cambio dederat, nec ei data erat cura exigendi: & ideò cum verba regulæ non conueniant, nec etiam eius diſpoſitio conuenire debebat. l. 4. §. quoties. ff. de dam. infec. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſ. glo. in l. mancipia. §. aduocandum. C. de ſer. fugiti. & maximè cum concedentes ita præciſam executionem faciant contra diſpoſitionem iuris communis l. nimis properè. C. de executione rei iudic. l. minor annis 25. cui fideicommiſſum. ff. de minor. & ideo dicebat, quòd verba regulæ in ea parte erant intelligenda, vt minus læderent ius commune, quàm fieri poſſet. l. ſi ſerui veſtri. C. de noxa. not. Doct. in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliberan. capitulo cum dilectus, & ibi Abb. de conſuet. & illa verba non erant extendenda, vt ad eum
10 traherentur, qui nullo modo eſt nominatus † in literis cambij, neque in aliqua promiſſione, nec in aliquo contractu occaſione cambij facto inter dantem pecunias, & literas recipientem, & nullo modo erat in regulis comprehenſus, quæ ſolum loquuntur de prædictis, non de eo, qui non nominatus inter contrahentes poſſit habere intereſſe: quia in hoc ſunt prodita alia iuris remedia, & non hoc iudicium executiuum, & dicebat quòd nullum ius ſibi competebat, nec intereſſe habebat, dictus Hieronymus in hoc cambio. facit, quòd not. Bald. in l. ad probationem. C. de probat. de non nominato in inſtrumento: Nam dicebat Franciſcus, quòd ipſe Hieronymus demonſtrando de ſuo intereſſe, & quòd ipſæ pecuniæ ad ſe ſpectabant, fundabat ſe ſuper literis ipſius Nicolai, & ſcriptura
11 † libri ipſiuſmet Nicolai, quæ non probant in præiudicium tertij, & ſic ipſius Franciſci: quia ex priuata ſcriptura alicuius nullo modo tertius obligatur, ſecundum Bald. in rubr. C. de fide inſtrum. colum. 2 & dicebat Franciſcus, quòd non fuit in facultate dicti Nicolai facere, quòd ipſe Franciſcus, qui erat debitor dicti Nicolai, eſſet debitor alterius, niſi per delegationem, & ipſo Franciſco conſentiente. l. 1. C. de nouat. & non facta delegatione actiones remanent primo creditori. l. 3. C. eod. titu. & ſic dicebat, quòd ve-
12 rus creditor † remanſerat dictus Nicolaus, & quòd ſcripturæ ipſius Nicolai non erat credendum, cum eſſet ruptus, & bona eius effecta creditorum, & ſibi interdicta adminiſtratio: ergo & prohibita nouatio. l. cum bonis. ff. de nouat. Nec obſtabat, quòd ipſe Ni-
13 colaus diceret prædicta feciſſe, antequam eſſet † ruptus: quia dicebat Franciſcus, quod neque ſcripturæ erat ſtandum, quæ repetita die fieri poterat. l. repetita die ff. de fid. inſtr. nec eius dicto erat ſtandū, cum eſſet perſona ſuſpecta, quia quando quis non poteſt actum facere,

Digitized by Google

ſacere, non ſtatur eius aſſertioni, quòd interuanerint
ea, quæ actū conualidant. l. ſi fortè, vbi Bar. ff. de caſtr.
pecul. & per Docto. in hh. ſi donatione. C. de collat.
Præterea dicebat Franciſcus, dato quod ea, quæ per
ipſum Hieronymum prætenduntur per ſcripturas pu-
blicas probarentur, tamen non facerent, quod ipſe
Franciſcus, qui nihil cum dicto Hieronymo contra-
xit, ſed ſimpliciter, & nudo nomine cum ipſo Nico-
lao, teneretur ipſi Hieronymo. Quia Nicolaus pecu-
nias dedit tanquam proprias, & nō eſt actum, vt alteri
obligaretur, quam ipſi Nicolao, & poſt contractam
ipſam obligationem dicebat Franciſcus, quòd non
poterat alteri teneri, niſi ipſo coſentiente. d. l. 1. & 3.
14 C. de nouat. & dicebat dictus Franciſcus, quod † literę
ſcriptæ per ipſum Andreæ, & ſociis Bezenſoni, non
continebant aliqua verba diſpoſitiua, ſed ſimpliciter
15 mandatum, † ſoluere placeat: quo caſu potuiſſet re-
uocari, vt dicit Bald. in terminis in d. rubr. C. de con-
ſti. pecunia. Nec dicebat facere cōtra, ſi allegaretur,
conſil. Socin. 68. volum. 3. quia loquitur, quando ade-
rat promiſſio, & obligatio, & verba expreſsè diſpoſi-
16 tiua: & ideo poſtquam dictæ literæ directæ † dictis
Andreæ & ſociis non habuerunt effectum, remane-
bat obligatio ex numeratione facta per dictum Nico
laum ipſi Franciſco, iuxta nor. per Sali. in l. filiusfami-
lias. ff. ad Macedo. & cum appareret ex proceſſu dictū
Franciſcum ex aliis computis eſſe creditorem dicti
Nicolai de maxima ſumma pecuniarū, dicebat, quòd
ipſius intereſſat reſtare debitorem ipſius Nicolai ru-
pti, vt cum eo fieret compēſatio, & non eſſet in facul-
tate dicti Nicolai auferre ipſi Franciſco ius ſibi quæ-
ſitum eo inuito l. quod meum. ff. de regul. iur. dicebat
etiam Fran. ſed ex abundanti, quòd non poterat con-
ueniri in ciuitate Genuæ, vbi non contraxit, nec ibi
erat diſtincta ſolutio, cum in illis literis cambij eſſent
perſonæ leg pro dicto nomine dicti Franciſci, quod
17 † nomen erat Franciſcus, & Iofredus l. penult. ff. de eo
quod cer. loco, & maximè cum dictum nomen Fran-
ciſci, & Iofredi, quæ eſt perſona ficta, non diceretur
reperiri in ciuitate Genuæ per perſonam dicti Franci-
ſci, ſed potius in dictis locis, vbi negotiātur, & vbi eſt
perſona, quæ dat complementum pro dicto nomine,
quod nomen eſt diuerſum à Franciſco ſolo, & à Iofre
do ſolo, vt dicit Bald. in l. eius. C. de compenſat. Soci.
conſil. 73. num. 10. vol. 1. & ſic non dicitur dictum no-
men repertum in ciuitate Genuæ ad hoc, vt ibi poſſet
conueniri. ¶ Adductis in cōtrarium per dictum Hie-
ronymum, licèt ex dictis pro parte dicti Franciſci di-
cebat patere reſponſum, tamen fuit dictum, quòd nō
conſtabat de aliquo intereſſe ipſius Nicolai: Primò
enim non apparebat quod pecuniæ cambio datæ eſ-
ſent ſuæ. Secundò non conſtabat, quòd illæ pecuniæ
eſſent remiſſæ dictis Angelo, & Octauiano de ordine
ipſius Hieronymi, & licèt adeſſet litera dicti Nicolai
dicentis, & ſcribentis ipſi Hieronymo remiſiſſe illas
ſuas pecunias, tamen illa litera erat ſcripta poſtquàm
erat fallitus & ruptus, & non fuit exhibita, nec verifi-
cata, ſed oſtenſa in camera Auditoribus. His ſic audi-
tis fuit communi voto Rotæ iudicatum licentiam, &
executionem non eſſe concedendam.

DECISIO XI.

Proceſſus mercium differt à pretio, ita vt pe-
tens proceſſum non poſſit in pretio obti-
nere.

SVMMARIVM.

1 *Partitæ probant contra ſcribentem.*
2 *Per exhibitionem partitarum dicitur reddita ratio.*
3 *Pretium mercium, eſt quo emuntur, & proceſſus quo venduntur.*
4 *Acceptatio exhibitionis nō operatur niſi in parte exhibita.*
5 *Scriptura continens capitula ſeparata poteſt exhiberi pro parte, ſecus non continens capitula ſeparata.*
6 *An partitæ dicantur continere capitula ſeparata.*
7 *Replicatio compenſationis an admittatur contra exceptionem compenſationis.*

IN iſta cauſa mota per Hieronymum Saſ-
uagium & ſocios, contra Auguſtinum de
Viualdis cōtrouerſum fuit coram nobis,
nunquid dictus reus condemnari deberet
ad ſoluendum totum proceſſum frumentorū, de qui-
bus in cauſa dictis actoribus, ſeu dimidiam dicti pro-
ceſſus, vnà cum dimidia dicti conſtei, à quo dicta fru-
menta proceſſerunt, an verò dimidia dicti proceſſus
faciendam eſſe condemnationem, ſaluis ac reſeruatis
dictis agentibus iuribus ſuper dimidia dicti conſtei, ſi
quæ ipſis competerent, moti ſumus, quoniam ex par
titis exhibitis per ipſum reum ſcriptis manu, & litera
tura olim dicti Ioannis Franciſci palmarij verificatis,
1 & quæ probant † contra ſcribentem l. [illegible] fin. ff.
de poſ. cum ſimil. conſtat dimidiam dictorū frumen-
torum, ſeu eorum proceſſu ſpectaſſe ipſi Auguſtino.
Quapropter reſpectu dictæ dimidiæ ipſi Auguſtino
ſpectantis fruſtra, & nulliter actum fuit, cum non ſit
conſentaneum, vt de re ſua aliquis reddere cogendus
ſit rationem, & ſine actione quis non poſſit obtinere.
l. ſi pupilli. §. videamus, de negot geſt. cum vulg. Nec
refert quòd actores niſi fuerint probare pretium hu-
ius dimidiæ ſpectantis dicto reo ſolutum fuiſſe de pe
cuniis dicti Ioan. Franciſci: (quia vt interim id con-
cedatur,) citra tamen veri præiudiciū, de qua re in alio
iudicio cognoſcendum erit, reſponſum fuit, non de-
buiſſe fieri cōdemnationem in alio, quam in eo, quod
fuit petitum, vt l. fundus, commu. diui. cap. licèt, Heli.
de ſim. cum vulg. Petierunt autem d. actores primo lo
co reddi ſibi rationem frumētorum, ſeu proceſſus eo-
rum, cum reliquatus ſatisfactione, & ſecundo loco pe
tierunt, & declarauerunt, ſe petere proceſſum dictorū
frumentorum quibus in locis, toto, quod aiunt cœlo
errauerunt, ſiue quia conſtat in proceſſu per partitas
2 † exhibitas, ſemel redditam fuiſſe rationem dictorū
frumentorum, quorum etiam curam nō habuit dictus
Auguſtinus, ſed quidam alij, vt in proceſſu conſtat,
quamuis deinde de eorum proceſſu fuerit in totū re-
cognitus, ſiue etiam quia dicto errore comperto, &
exinde per dictos actores correcto, & ſic petito pro-
ceſſu dictorum frumentorum, omiſſa redditione ra-
tionis, non fuit tamen ſublatus in totum omnis error,
ex quo totus proceſſus fuit petitus, cum eius dimidia
ſpectante dicto Ioan Franciſco, & tantum deberetur
altera dimidia ſpectans dicto Auguſtino, prout ex ip-
ſis partitis à parte dignoſcitur: ſanè nullibi petitum
fuit pretium dictorum frumētorum, nec in parte, nec
in totum, videlicet illud, à quo frumenta proceſſerūt,
quinimò

quinimo nec in libello narratum, quòd ipſe Ioannes
Franciſcus, aut alius pro eo dicta frumenta emiſſet de
pecuniis propriis: quò fit, vt clauſula aliqua ſalutaris
non fuerit viſa ipſis actoribus prodeſſe poſſe, præſer-
tim illa, & in præmiſſis omnibus, & ſingulis, &c. quia
apertè reſtringitur ad præmiſſa præmiſſum autem nō
fuerat, quòd precium dictorum frumentorum fuiſſet
ſolutum de pecuniis dicti Ioannis Frāciſci, de qua re
nullum verbum in libello. Nec verum eſſe exiſtima-
uimus, quòd per petitionem proceſſus petitum fuiſſe
cenſeatur pretium dictorum frumentorum, ſeu dimi-
dia dicti pretij, tanquam illud nomen proceſſus con-
tineat capitale, & lucrum factum io frumentis, vt ſic
petito proceſſu cōſequenter petitum cenſeatur fuiſſe
capitale, & ipſum pretium. Nam veriſimilius viſum
fuit, proceſſum eſſe illud, quod à frumentis proceſſit,
3 & ſic † pretium, quo fuere vendita, valde differens à
pretio, quo fuere empta, & à quo proceſſerunt ipſa
frumenta, quòd nullibi fuiſſe petitum apparet nec in
ſpecie, nec in genere: per ſupradicta meritò non fuit
viſum ad id conueniens, vt condemnatio fieret, nec ſu
prà non petitis ſententia fereretur, nec in contrariam
ſententiam nos ſtraxerunt dictæ partitæ manu dicti
Ioan. Franciſci ſcripræ, exhibitæ per dictum reum, &
per partem aduerſam acceptatæ, in quibus fit mentio
debiti dati dicto reo de dimidia dicti conſtei: quia re
ſpondemus animaduertendum eſſe, quemadmodum
facta fuerit exhibitio dictarum partitarum per dictū
reum: Nam is exhibuit dictas partitas in facientibus
pro ipſo tantum, & non aliter, nec alio modo, ita vt
vellet potius ab exhibitione deſiſtere, quam exhiben-
do ſibi in aliquo præiudicare, pars aduerſa acceptauit
dictas partitas in facientibus pro ſe tantùm in vim iu
dicialis, & irreuocabilis confeſſionis, quæ acceptatio
potuiſſet ei prodeſſe, ſi exhibitio rei fuiſſet ſimplici-
ter facta, ſed cum fuerit facta cum ſuprascripta prote
4 ſtatione, proculdubio non potuit fuiſſe † acceptatum
ab ipſis actoribus illud, quod à reo non fuit exhibi-
tum: non enim exhibuit reus in dictis partitis ſibi
præiudicialia, vnde opus fuiſſet, quòd actores reexhi-
buiſſent dictas partitas in partibus ſibiipſis fauorabi-
libus non exhibitis per Auguſtinum, aliàs partes præ-
iudiciales ipſi reo non reperiuntur in proceſſu exhi-
bitæ, nec per ipſum attēta eius proteſtatione, nec per
eius aduerſarios, qui acceptauerunt ſub forma ſupe-
rius expreſſa, non autem reexhibuerunt, & profectò
acceptare in vim iudicialis, & irreuocabilis confeſſio-
nis non potuerunt, niſi ea quæ à parte fuerant exhibi-
ta Amplius dicimus. quòd etiam ſi ipſi actores dictas
partitas io partibus fauorabilibus, reexhibuiſſent, ni-
hil tamen in propoſito caſu egiſſent: cum enim tra-
ctetur de ſcriptura ab eo confecta, pro quo fidem nō
faciebat, certè eius reproductio nihil adiumenti præ-
ſtitiſſet, quia aduerſarius noo poteſt ſe fundare in ſcri
ptura propria exhibita per partē aduerſam cum pro-
5 teſtatione, quando capitula † ſunt ſeparata. Alex. l. vni.
nume. 1 o. vt quæ deſunt aduoca. Nam ſi capitula non
eſſent ſeparata fatemur aliud fuiſſe reſpondendum,
quia tunc nec proteſtatio adiuuaret proteſtātem, nec
opus eſſet, quod pars aduerſa reproduceret, vt per
Matth. ſing. 78. & per Caſt. in l. Publia. §. fin. ff. depoſ.
6 quod autem partitæ exhibitæ contineant † capitula
ſeparata, liquido conſtat, cum receptum ſit, ſi tu in
epiſtola, quàm mihi miſiſti, ſcripſeris, te recepiſſe à
me centum ex cauſa depoſiti, & quòd ex illis, quadra-
ginta tali die reddidiſti, & tali die viginti, & quòd in
effectu remanes debitor in quadraginta, hæc dicei ca-
pitula ſeparata, vt per Matth. d. ſing. 78. verum vt di-
ximus ſupra dimidia cōſtei non fuit petita, quinimò
nec narratum in libello, quod ipſis agentibus deberé-
tur, ergo ſuper non petitis & noo narratis, non debuit
ferri ſententiam iuri vulg. & hoc ſolo fundamento po
tuimus non habere rationem in hoc iudicio dictæ di-
midiæ cōſtei, ſanè quo ad partitas productas per reū,
ad effectū compenſādi eas cum dimidia dicti proceſ-
ſus, duximus in primis deducendas eſſe illas, quarum
deductioni cōſenſere dicti actores, deinde nonnullas
alias, veluti partitam librarum. N. cum viderimus mul
ta fuiſſe in proceſſu exhibita à reo, quæ tendunt ad
probādum ſolutionem dictæ partitæ. Item partitam
librarum N. pro reſiduo pretij panni de quo in extra-
cto carrulatij Sancti Georgij cum alia partita libra-
rum N. partitam verò librarum N. meritò reiecimus
perpēſis illis verbis appodiſiæ, videlicet, quæ ſunt in-
fra ſolutionem librarum N. necnon illis ad comple-
mentum librarum N. Genuæ, de quibus io inſtrumen
to rogato per Pantaleonem de Facio de anno N. præ-
ſertim cum in dicto inſtrumento narretur eas libr. N.
vſque de menſe N. petitas coram vicario magnifici
domini Prætoris, quæ res concordat cum appodiſia,
in qua dicitur quod dictæ libr. N. iam ipſi Antonio
debebantur. Reiecimus quoque partitam librarum
N. quia exiſtimauimus eſſe comprehenſam in partita
libra N. ſuadentibus multis coniecturis, quas hic non
expedit attingere breuitatis cauſa. Non admiſimus
quoque partitam libr. N. de qua in carulario ſecundo
pagarum Sancti Georgij, quia licèt Auguſtinus fue-
rit factus debitor pro dicto Ioanne Franciſco de libr.
N. ex mutuo, tamen habuerat creditum Iuliano cibo
donato de dicta mer partita, quæ partita de ratione di
cti Iuliani peruenit in dictum Auguſtinum pro Ioan-
ne Franciſco, & ſic cum dictus Ioannes Franciſcus fit
debitor ex mutuo dicti Auguſtini, & ex ratione Iulia
ni dictus Auguſtinus fit debitor dicti Ioannis Franci-
ſci de totidem facta eſt compenſatio, quod attinet ad
partitam dictarum librarum non fuit repertus credi-
tor dictus reus. Nec mouerūt tradita per Doct. in l. ſi
conſtat. C. de compenſ. & per Cor. cōſ. 3. in 4. vbi di-
cit contra exceptionem compenſationis non admitti
7 replicationem † compenſationis, quia in caſu propo-
ſito æquius viſum fuit, vt ſequeremur cōtrariā ſenten
tiā, cū propter vicinitatē partitarum, inter quas noo
interceſſit niſi interuallum vnius diei, & earum æqua-
litatem, tum propter paritatem cauſæ, & lapſum tanti
temporis, intra quod veriſimile eſt, inter iſtos propin
quos, ſæpius calculatas, & ſubductas fuiſſe rationes, &
ſic earum habitam fuiſſe rationem, argumento. l. pro-
cul. C. de probation. Quo vero ad alias partitas, quas
cognouimus plus difficultatis habere, quam prima
fronte præſeferrent, reſeruauimus iura ipſi reo in alio
iudicio illæſa, & intacta, vt ſi contigerit ab eo peti di-
midiam dicti conſtei ſalmarum. N. cuius iura reſerua-
uimus pariter ipſis actoribus illæſa, & intacta, poſſit
dictus reus earum compenſationem obiicere, quate-
nus dictæ partitæ ei deberi iudicentur, & hæc nos mo
uerunt, vt ſententiam noſtram ferremus in hac cauſa
iamdiu mota, quæ res ingens nobis calcar addidit, vt
ad eius expeditionem properaremus. Laus Deo.

DECI

Digitized by Google

DECISIO XII.

Pecuniæ remiſſæ alicui ſoluendæ tertio, non poſſunt repeti à remittente.

SVMMARIVM.

1 *Fundans intentionem ſuper aliquo, debet illud probare & num.2.*
3 *Scriptura priuata an, & quomodo probent, & num.6.*
4 *Tranſumptum ſeu exemplum ſcripturarũ, quomodo fieri debeat.*
5 *Tranſumptum tranſumpti, non debet fieri.*
7 *Teſti tantum creditur, quantum reddit cauſam ſcientiæ.*
8 *Singulari teſtis non creditur.*
9 *Domeſtico non datur fides.*
10 *Teſti ſolicitatori cauſæ non creditur.*
11 *Teſtibus contrarijs non datur fides.*
12 *Inſtitor non poteſt præiudicare domino, niſi in his in quibus fuit inſtitutus.*
13 *Non exhibens non dicitur contumax in exhibendo, niſi præcedente mandato iudicis.*
14 *Dubia probatio non releuat.*
15 *Ex mandato facto gratia mandatarij tantum, non oritur obligatio.*
16 *Scripturæ vnius differunt à ſcripturis ipſius ſocij.*

GAbriel Caluus, & Carolus Lercarius olim ſocij Valliſoleti, & feriarũ Caſtellæ mediantibus eorum procuratoribus agebant contra Thobiam Palauicinũ, & Lucam Iuſtinianum olim ſocios in vrbe Roma, narrantes in eorum libello, quendam Ioannem de Monteal ao agentem Illuſtriſſimi Cardinalis de Burgos feciſſe peruenire in ipſos agentes partitam marabotenorum N. ſine aliquo ordine ipſis dato, quam partitã iidem agentes dicunt per literas cambij traxiſſe, ſeu mandaſſe Hieronymo Spinulæ, ſeu Hieronymo, & ſociis in vrbe, vt ſoluerent dictis conuentis in ſcutis N. cum poteſtate tamen eos recuperandi ad eorum ordinem, demptis tamen ducatis N. in circa liberis; demum dicunt dictam ſolutionem fuiſſe factam conuentis per Hieronymum, ſeu Hieronymum, & ſocios, & Reuerendiſſimum de Burgos non habuiſſe ratam dictã ſolutionem, ipſoſq́; agentes remanſiſſe debitores: vnde tam ex conditione appoſita in ſolutione, quàm quia indebitè remaneret penes conuentos, petierunt eos condemnari ad reſtitutionem dictæ ſummæ, vna cum intereſſe, & cõpleto proceſſu, ac auditis pluries tam in voce quam in ſcriptis, vtriuſque partis aduocatis, vi ſum fuit Rotæ abſoluere dictos conuentos à petitis per dictos agentes. Nam nec ex deductis, ac narratis in libello, nec ex eorum probationibus, viſum fuit agentes fundaſſe eorum intentionem, prout clarè, & concludenter probare tenebãtur. l. actor. C. de prob. Bart. in l in illa. ff. de verb. obl. Innoc in cap ſuper his
1 de accuſ. Afflict. deciſ. 22. qui enim † fundat intentionem ſuam ſuper quantitate, debet eam probare, Bald. in l ſiu. C. de appel. alias reus etiam ſi nihil præſtiterit debet abſolui. l. negantes. C. de actio. & oblig. l fina. C. de rei vend. Corn. conſilio 100. volum. 2. Pariſ. conſil. 1. volum. 1. numero. 9 ¶ Præſupponunt agentes dediſſe mandatum per literas cambij Hieronymo Spinulæ, ſeu Hieronymo, & ſociis, vt ſoluerent dictam ſummam habitam ab illo Ioanne de Montealuo conuentis, & tamen non conſtat in proceſſu, quòd ſumma petita habita fuerit ab illo Ioanne, nec de aliquo mandato dato Hieronymo, ſeu Hieronymo, & ſociis per literas cambij, per nuncium, nec per epiſtolam, quæ omnia ſufficerent ad mandatum inducendum. l. 1. ff mand. Accedit quòd ipſimet agentes ignorant an fuerint ſcriptæ dictæ literæ cambij Hieronymo, vel Hieronymo & ſociis, & tamen in facto proprio non eſt tolerabilis ignorantia, & maximè inter mercatores, qui omne, etiam minimum ſcribunt, nedum hanc non mediocrem ſummam, vt docet experientia, & nihilominus dictas cauſas & qualitates in
2 petitione deductas actores probare † debebant. l. 1. cum ibi not. ff. ſi men. ſal mod. dicit Innocen. in cap. ex parte, el primo, de priu. can. in cap. examinata, de iudic. Bart. in l. 1. ff de eden. ſcrib. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de verbor. obligat. & in l. certi conditio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. per. ¶ Nec obſtat extractum illud partitarum in libro Hieronymi Spinulæ, & ſociorum, quia cum ſint priuatæ ſcripturæ nullam fidem faciunt. l. inſtrumenta. l. exemplu. l. rationes. C. de probat. l. cum quædam. §. numularios ff. de e-
3 deo. cum liber priuati non † probet contra ſe, Bartol. in auth at ſi contractus C. de fide inſtrum. in l. nuda. ff. de donat. ſed contra tertium tantùm probat, quantum viua vox illius tertij abſque iuramento, vt per Rip. in l. admonendi in num. 159 ff. de iur. iur. & Hieronymo, etiam ſi iuraret, non crederetur, cum tractetur de eius commodo, & intereſſe l. omnibus. C. de teſt. Bartol. in l deferre. § idem decreuerunt ff. de iure fiſc. ¶ Præterea non obſtat extractum illud literarum auiſi, quas dicunt ſcriptas per ipſos agentes dictis conuentis, quia cùm non fuerit exemplatum citata parte, & cum decreto iudicis interloquentis, di-
4 cto extracto ex † originali eſſe dandam fidem, prout requiritur, vt per can. in cap. Albericus de teſt & in c. pen. & fi. de fide inſtrum. tunc tali extracto nulla penitus venit adhibenda fides, vt per Inn. in d. c. fin. Spec. In tit. de inſtr. edit §. offenſo, verſ. qualiter autẽ. Doct. omnes in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Affli deciſ. 9. Accedit quod præſens tranſumptũ non eſt ſumptum ex originali, ſed ex extracto ab ipſo originali, quod nullo pacto fieri poteſt, nec Iudex ſuper hoc debet interponere authoritatem. vt dicit not. Pau. de Caſtr. in l. 3. C. de diuerſ. reſc. & ſequuntur Docto. ibi & in dicta auth. ſi quis in aliquo, corroboratur aper-
5 tius, quia ſi Doctores in tranſumpto † ex inſtrumento publico volunt adhiberi dictas ſolemnitates, cauſa quaſcunque ſuſpitiones euitandi, quanto magis dicendum eſt in præſenti tranſumpto ea ſcriptura priuata, & literis proprijs ipſorum agentium, quæ ad manus Gabrielis agentis, qui eas ſcripſit, peruenerũt, & ipſe Gabriel eas tranſumptare fecit, vt dicunt eius teſtes, ideo cum maius immineret periculum, dicti agentes
6 debebant cautius procedere, iur. vulg. ¶ Præterea dictæ literæ tanquam ſcripturæ † priuatæ non probant, niſi contra ſcribentes, & producentes, non autem in fauorem ipſorum. l. ſi literas. C. mand. Bart. in auth. at ſi contractus. C. de fid inſtr. Doct. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. Nec obſtat ſi diceretur dictos conuentos acceptando dictas literas ſibi præiudicaſſe, per l ſi filiuſfamilias, cum ibi not. ff. ad mac ed. quia quod dictæ literæ peruenerint ad manus conuentorum, & quod eas

nymo Piccaluga, nec Ioannes de Solatio aliquid concludenter deponit, & in omnem euentum alius eſt liber Thobiæ, & Lucæ, & alius eſt liber Thobiæ tantũ, vnde liber Thobiæ non præiudicat Thobiæ, & Lucę, cum ſit diuerſum nomen, vt per Doct. in l. eius. C. de compenſ. geſta enim extra ſocietatem non obligant
15 † conſocios, ſed ſolum ipſos contrahentes, vt dicit Bal. in l. iure ſocietatis. ff. pro Soc. Dec. in l. ſi ſocius. ff. ſi cer. pet. & conſ. 98. col. 1. Alex. conſ. 139. vol. 5. Pariſ. conſ. 93. nu. 27. vol. 1. & per hæc Rota pronunciauit, vt ſupra concluſum fuit. Laus Deo.

DECISIO XIII.

Ceſſio pro ſolutione partis debiti nulla certa quãtitate expreſſa valet, & ceſſionarius rem vindicare poteſt, nec ordo datus per cedentem ante factam ceſſionem de re alteri tradenda, ceſſioni pręiudicat re adhuc integra.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſarij defenſores, & citati ſi ſua putant intereſſe, an poſſint dilatorias exceptiones opponere, niſi ſi reis competerent.*
2 *Lis vt pendere dicatur, & obſtet præuētio requiritur, vt reus ſit citatus præcedente mandato iudicis.*
3 *Contumaces in cauſa non poſſunt eam, vt litem pendentem allegare.*
4 *Poſt pronuntiationem competentiæ an poſſit allegari exceptio rei iudicatæ ad impediēdum proceſſum.*
5 *Exceptio ne continentia cauſæ diuidatur, quãdo opponi poſſit.*
6 *Lapſa inſtantia cauſæ non poteſt opponi pendentia illius litis.*
7 *Pœna appoſita in caſu diffinitionis non factæ intra certum tempus, ſi non eſt appoſita iudici, dicitur præfigere tempus inſtantiæ.*
8 *Sententia extra inſtantiam eſt nulla.*
9 *Tempus præfixum terminationi cauſæ in dubio cenſetur præfixum inſtantiæ.*
10 *Iudex poteſt cognoſcere de inſtantia cauſæ coram altero, vt de emergenti coram ſe allegato.*
11 *Verbum ſpectare, & pertinere, in petitione cõprehendit, & deducit omne ius.*
12 *An per conſtitutum tradatur poſſeſſio.*
13 *Clauſula poſita in inſtrumēto non ſolum ad præcedens immediatè refertur, ſed ad omnia contenta in inſtrumento, ad quæ conueniat.*
14 *Ad præiudicium conſtituentis non eſt neceſſe probare illum tempore conſtituti poſſediſſe.*
15 *Vnus teſtis contra producentem probat.*
16 *Vnico teſti deponenti de eo, quod ipſe agit concurrentibus alijs indicijs creditur, & num. 24.*
17 *Emens mandato alterius ei acquirit dominium, & poſſeſſionem.*
18 *Ratificans emptionem ſuo nomine factam acquirit poſſeſſionem, & dominium.*
19 *An creditor poſſit incumbere pignori, & pro eo agere Hypothecaria, non facta excuſſione.*
20 *Expendens nomen ſocietatis poteſt ſocios obligare, & num. 30.*
21 *An per rupturam vnius ſocij dicatur diſſoluta ſocietas.*
22 *Ordo datus poteſt re integra reuocari.*
23 *Ceſſio rei ſine appoſitione pretij an valeat, & num. 26.*
25 *Receſſa ad menſuram, & non ſecuta menſuratione, an ceſſio ſit perfecta.*
27 *Confeſſio cedentis an probet debitum.*
28 *Sententia facit præſumptionem contra tertium.*
29 *Scripturæ priuatæ probant contra ſcribentem.*
31 *Et quando contra tertium.*
32 *Abſolutus non declaratur ius in re petita habere.*
33 *Appellatio pendens quando dicatur rem iudicatam extinguere.*
34 *Notario de rebus, de quibus non eſt rogatus, non creditur.*
35 *Ceſſio pro debito non expreſſa certa quãtitate debiti, an valeat.*
36 *Ceſſio rei valoris vltra debitum, & adiudicatio rei valoris vltra creditum an valeat pro cõcurrenti quantitate.*
37 *Receſſio ob leſionem vltra dimidiam iuſti pretij, an procedat in datione in ſolutum.*
38 *Ceſſio facta coniunctæ perſonæ quando præſumatur in fraudem.*
39 *Item quando eſt facta ante rupturam.*
40 *Item quando cedens perſeuerat in poſſeſſione rei ceſſæ.*

IN cauſa & lite mota per Michaëlem Pinellum, & Ballianum Fliſcum. aduerſus Baptiſtam Iuſtinianum, & Baptiſtam Negronum, in qua etiam cõparuit Io. Baptiſta Viualdus ſuo, & ſociorũ nomine, citatus ſi ſua, & dictis nominibus pu-
1 taret intereſſe † pro defenſione cauſæ, Ne prolixiores ſimus quam par ſit, ea duntaxat attingemus, quæ pro deciſione ipſius cauſæ neceſſaria eſſe iudicabimus, cæteris omiſſis, tametſi quàm plurimæ quidem, & nodoſæ iuris difficultates ſubortæ, ac diſcuſſæ fuerint. Rem igitur aggrediendo, factum, ex quo ius oritur, l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquiliã, proponemus, exinde rationes, quib. moti fuerimus ad iudicandum ſubnectemus. Sciendum igitur eſt ꝙ agentes pred. medio eorum procuratoris, & vti ceſſionarij Dominici Gaſparis, & Ioannis de Pinellis ſociorum pro vegetibus N. oleorum tranſmiſſis per agentē dicti Dominici, & ſociorum ex loco Roſſani, ad ciuitatem Venetiarum, iudicium mouiſſe contra dictos Iuſtinianum, & Nigronum, vti illos, qui vegetes prædictas intromitti fecerunt nomine quorundã Genuenſium, nec non contra dictum Io. Baptiſtam Viualdũ, & ſocios, qui pariter vegetes prædictas intromitti, & ſequeſtrari fecerunt, virtute eorum prætenſorũ creditorum, petendo declarari vegetes prædictas, ad ipſos agentes ſpectare, & illas conſequi poſſe, & habere, virtute dictæ ceſſionis, quo iudicio ſic pendente, idẽ

Digitized by Google

agentes hac in ciuitate coram Rota iudicium aliud
mouerunt cōtra dictum Viualdum, & ſocios pro N.
vegetibus ex prædictis aſſerentes, illas ad ſe ſpectare
virtute iam dictæ ceſſionis, & proinde petendo reos
condemnari ad eas ſibi relaxandum, & reſtituendum;
pauloq; poſt coram eadem Rota aliud, & ſic tertium
iudicium mouerunt contra prædictos Iuſtinianum, &
Nigronum, de quo nūc agitur, pro reliquis vegetibus
N. ex prædictis, aſſerentes eas ad ſe ſpectare, & perti-
nere virtute ſupradictæ ceſſionis, & ob id petendo, &
eos condemnari ad ſibiipſis reſtituendū vegetes præ-
dictas, Iuſtinianus reſpondendo dictę petitioni faſſus
eſt habere vegetes petitas, ſaxitas tamen, & ſequeſtra-
tas penes ipſum ad inſtantiam plurium perſonarum,
& præſertim dictorum de Viualdis ſociorum, quibus
litem idem intimauit, citando eos, vt ſupra dictū eſt,
offerendo ſe traditurum vegetes prædictas cui de iu-
re finito iudicio inter controuertentes deuenient, qui
ſic citati oppoſuerunt exceptionē litis prædictę pen-
dentis in ciuitate Venetiarum, quinimò, & litis eiuſ-
dem finitæ per ſententiam latam, per quam abſoluti
fuerunt à petitis per dictos agentes, pariterque exce-
ptionem ne continentia cauſæ diuidatur, attēto quod
cauſa appellationis eiuſdem pendeter coram magni-
ficis procuratoribus, & quod magis eſt, rei iudicatæ
exceptionem, ſuper huiuſmodi exceptionibus inter
ipſos, & agentes prædictos in dicto iudicio. N. vege-
tum, opponendo proinde ſtante huiuſmodi præuen-
tione, & appellationis pendentia, non poſſe Rotam
de cauſa cognoſcere, & hæc ſunt, quæ quoad impe-
diendum proceſſum oppoſita fuerunt, plura etiā quò
ad merita cauſæ oppoſuerunt, de quibus ſuo loco di-
cemus, qua de re, & ſi prima fronte vigere hæc nō pa-
rum viderentur, nobis tamen rectius intuentibus ob-
ſtare minimè viſa ſunt. Nam quò ad exceptionem li-
tis pendentiæ, & ſi præuentum iudicem de cauſa co-
gnoſcere impediat, l. ſi poſteaquam, & l. vbi cœptum,
vbi Doctores. ff. de iud. & l. nulli. C. eod. adeo vt acta
poſtea facta nulla pœnitus ſint, vt tradit Socin. conſ.
trigeſimo octauo, col. 3. reſp. 1. hoc probatur iuncta
col. fin. libr. 1. Attamen viualdi, qui veniunt ad neceſ-
ſariam defenſionem non potuerunt huiuſmodi dila-
toriam exceptionem opponere ex eorum perſona, vt
docet Bald. in Auth. nunc rogatus, num. 6. C. de liug.
& poſt eū Ang. in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoff. teſt. Anch.
conſ. 323. incipit dubia, ſicque communis opinio, vt
teſtatur Lancel. Dec. in l. 2. C. vbi in rem actio, &
Socin. in c. quoniam frequenter. §. quid ſi ſuper 10.
principali articulo, quæſtione 4. extra, vt lite non cō-
teſtata, præſertim in citato ſi ſua putat intereſſe, quia
principaliter cum eo negotium non agitur, ſed veniat
ex trāuerſo vt per Natam dicto conſ. & licèt ex reo-
rum perſona, ſi eis competiſſet etiam poſt litem con-
teſtatam opponere potuiſſent, ſecundum Ang. in l.
venditor. ff. de iud. quem ibi ſequitur Iacob. de Sācto
Georgio, & Cag. ac Iaſ. in l. ita demum, limit. 15. C.
de procurat. nihilominus tamen, cum huiuſmodi ex-
ceptio reis non competeret vt infra dicetur, non po-
tuerunt viualdi ex reorum perſona vti ab eis omiſſa
opponere, quòd autem reis conuentis non compete
ret, ſic oſtenditur. Primò quia rei ipſi in d. iudicio Ve-
netiis agitato citati non fuerunt ſaltem præcedente
iudicis commiſſione, vt requiritur ad hoc vt dicatur
2 lis † pendere, & obſtet præuentio, ſecundum Rau de
Caſt. in d. l. ſi poſteaquam. Secundo quia in d. iudicio
alieno nomine fuerunt conuenti, videlicet vt illi, qui
alieno nomine ſequeſtrari fecerant dictas vegetes, in
iſto autem proprio nomine, & vti oleorum detentores
cōueniuntur, adeo vt dici nequeat quò ad ipſos, quod
Venetiis lis pendiceret, cum ex diuerſis non inferatur l.
Papinianus §. exul. ff. de minor. Tertio quia quando
etiam proprio nomine conuenti, & citati fuiſſent, at-
tamen cum contumaces fuerint, nec contumaciam
purgauerint, non poſſunt litiſpendentiam allegare, vt
per Paul. de Caſt. in d. l. ſi quis poſteaquam, col. 2. er-
go nec viualdi ex eorum perſona, eo etiā magis quia
3 nedum fuerunt † contumaces Iuſtinianus, & ſocij ci-
tati ſed etiam ipſimet actores, qui non comparuerūt
contra Iuſtinianum, nec allegarunt cōtumaciam eo-
rum, nec quidquam aliud egerunt, ideo circunducta
fuit citatio l. & poſt ædictum ff. de iud. notat Bar. in l.
ex quacunque col. fin. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit,
& ideo cum ex citatione circūducta non oriatur pen-
dentia litis, ipſimet Iuſtinianus, & ſocij nō potuiſſent
opponere huiuſmodi exceptionem litis pendentiæ vt
per Felin. in c. illud, col. 3. extra de præſcript. Afflic. in
conſtit. Regni lib. 1. nu. 4. ergo nec viualdi ex eorum
perſona: ex quibus etiam tollitur obiectum exceptio-
nis rei iudicatæ, ſuper huiuſmodi exceptione litis pē-
dentiæ ex quo in illo iudicio opponi non poterat, ſi-
cut non poterat in dicto alio iudicio vegetum N. ex
perſona ipſorum viualdorum contra quos principa-
liter, ex directò agebatur, præter id quòd ex alio etiā
4 ſubmonetur allegata res iudicata, quoniā prius † pro-
nuntiauerat Rota ſe competentem, & procedendum
ad vlteriora, non obſtantibus oppoſitis, & ſic nō ob-
ſtante huiuſmodi exceptione litis pendētiæ oppoſita
per Viualdos, quæ in rem tranſiuerat iudicatam, cum
ab ea appellari non poſſit ex forma regularum arg.
tex. in c. quod ad conſultationem, extra de re iud. ſed
tantum dici de exceſſu, & ſic nullitate, quæ nō impe-
dit ſententiæ executionem, vt tradit Peruſ. in c. dile-
cto, nu. 34. de app. quo fit, vt nequiuerit Rota exinde
contrarium pronunciare, propter exhibitionem dictę
ſententiæ abſoluentis Viualdos à petitis per dictos
agentes, cum non valeat ſententia contra ſententiam
latam, l. 1. C. ſenten. reſcin. non poſſe, & l. 1. C. quando
prouoc. non eſt nec. & quando etiam ita pronuntiare
potuiſſet virtute d. ſententiæ, nihil ad rem noſtram, ex
quo dicta ſentētia nō comprehendat d. Iuſtinianum,
ſed Viualdos duntaxat, qui ex ipſorum perſona huiuſ-
modi exceptionem opponere nō poterant, ſed tātum
ex perſona reorum, quibus non competit. Quò verò
5 ad † exceptionē ne continentia cauſæ diuidatur, quæ
obſtare videbatur per text. in d. l. nulli, & in l. 1. ff. de
quibus rebus adeundi iud. eatur per Soc. dicto conſ.
38. col. 3. ne. ſ. ſequatur abſurdū, quòd vnus iudex vno
modo, & alius alio modo iudicet contra tex. in l. co-
gnitio. §. 1. ff. de lib. cauſa per Soc. in c. 2. extra de mu-
nus perit. 1t. principali art. verſ. 2. fallit præſertim
quòd agatur de eadem re inter eaſdem perſonas, mi-
nuſque cognitio conferat ad alterius cognitionem,
vt per Fel. in c. ſignificauerunt, poſt Abb. ibi ex de
iud. per eundem Abb. in c. 1. extra de cauſ. propriet. &
poſſ. etiam ſi diuerſis actionibus ageretur Alex. in d.
l. nulli, & copioſè per Afflic. dec. 354. nobis tamē ob-
ſtare minimè viſum eſt, illa præſertim ratione, quod in-
6 ſtantia obiectæ litis pendentiæ iam † lapſa eſſet, quā-
do præſens iudicium captum eſt, vt in terminis dicit
Ang. in d. l. ſi quis poſtquam, & Aret. in l. ſi pluribus.
ff. de leg. 1. Brun. conſ. 54. num. 13. Baſſ. de tract. Var.
rit. de foro comp. nu. 105 in fine, perempta namq; in-
ſtantia omnia acta ordinem iudicij concernentia pe-
rimuntur, l. 2. vbi Doct. C. de edendo, atq; ideo Rota
fuerit competēs, præueneritq; Magnificos Dominos
procuratores, ad quos lōgè ex poſt deuoluta fuit cau-

Digitized by Google

poſſet ad cauſæ expeditionem dicta l. ſi quis poſtea-
quam,& dicta l.vbi ceptū, c.propoſuiſti,vbi Soc. ex-
tra de foro competenti , quod autem inſtantia lapſa
eſſet perfacilè apparet ex forma capitulorum Cōſu-
lis nationis Genuenſis in ciuitate Venetiarū ius red-
dentis,diſponentium in decimo cap.quòd omnis lis,
& quæſtio debeat terminari,& ſententiari per conſu-
latum termino duorum menſium imponendo pœnā
Conſuli vbi ſua culpa non terminetur. Nam cum pœ-
na non apponatur iudici, qui eſt conſulatus , ſiue ſta
tutum, loquatur in rem dirigendo verba ad inſtantiā,
7 ſiue in perſona iudicis,dicitur † tempus præfixum in-
ſtantiæ,adeo vt ſententia poſtea lata non valeat,ſecū-
dùm Io. Andream in add. Spec. in tit. de iudice dele-
gato.§.reſtat,verſ.quid ſi ſtatuto,quē ſequitur Iacob.
de S.Georg. in l.properandum in prin.num.19.C.de
iud.ſubdens ab eius opinione non recedendum , quā
etiam communem ibi dicit Alex.nu.22.Feli.in ca. de
cauſis extra de officio deleg. Alex.conſ.181.n. 14.lib.
6.& conſ. 24. eodem libro : ꝙ autem conſulatus non
etiam conſ.ſit iudex, patet in præcedenti cap. in illis
verbis, & vbi parati erunt iudicare loquendo de con-
ſulatu Conſul ipſe nullum votum habeat,ſed pronun-
tiare habeat de conſilio,& opinione ipſius cōſulatus,
ita vt ſit merus relator opinionis eiuſdem cōſulatus,
quod etiam magis indicat, & declarat forma ſentētiæ
latæ,quæ concepta eſt in perſonam conſulatus,quam
tantum refert ipſe Conſul his verbis , videlicet con-
ſulatum ita iudicaſſe, ex quo euidenter appareat con-
ſulatum eſſe iudicem,& Conſulem merum organum,
& relatorem,vnde cum pœna non ſit appoſita conſu-
latui,& ſic iudici,ſuccedit quòd tempus pręfixum di-
8 catur inſtantiæ , extra quam lata ſententia † nulla ſit
ſecundum communem , quam refert Sebaſt. Vant.in
tract.de nulli.tit.de nul.ex defect.iuriſd.ord.n. 120.
verſ.iſto igitur, quod etiam efficacius probatur ex il-
lis verbis, ſi ſua culpa , ex quo Conſul in alio culpam
committere non poteſt, quàm in ſpernendo congre-
gare conſulatum inſtantibus partibus ad hoc vt iudi-
care poſſet, vt in dicto præcedenti capitulo legitur,
non etiam imputari ei aliqua culpa poteſt , ſi cauſam
non iudicet infra tempus,cum tantum referre ſenten-
tiam non iudicare habeat. Præterea vbi eſſemus in
dubio cenſeretur tempus præfixum inſtātiæ, ſecundū
Alex.in d.l.properandum in princ.nu.2. Feli. & Aret.
in c.venerabilis extra de Iudic. Sebaſt. Vant. dicto,n.
120.ſed etiam quando pœna impoſita eſſet Conſuli
vti Iudici,adhuc tamen idem foret, quia ſtatutū prius
expreſſit metam inſtantiæ , & poſtea adiecit pœnam
Iudici,vt decidit Aret. in dicto c. venerabilis , col. 3.
adeo vt in omnem caſum dicendum ſit,tempus inſtā-
9 tiæ † præfixum fuiſſe , & conſequenter ſentētiam ex-
tra inſtantiam latam nullam,& ſic Rotam præueniſſe
magnificos Dominos procuratores appellationis iu-
dices,& ex his moti ſumus ad pronuntiandum proce-
dendum eſſe ad vlteriora , non obſtantibus præmiſſis
exceptionibus oppoſitis: Nec in dubium venit quin
potuerimus de huiuſmodi emergenti allegato. ſ. per-
10 emptionis inſtantiæ † cognoſcere,& ſic an noſtra eſ-
ſet iuriſdictio,c.in literis,extra de reſcrip.l. ſi quid ex
aliena.ff.de Iud.& l.de qua re vbi Paul.de Caſt.eo.tit.
l.quoties,& quæ ibi per Iaſ.& alios C.de Iud. ex qui-
bus pariter patet ſolutio ad id,quod opponebatur , ꝙ
præfatus Iuſtinianus ſit ſequeſter,& iudicium inſtitu-
tum contra illos , qui ſequeſtrū obtinuerunt per agē-
tes prædictos in ciuitate Venetiarum,vt ſupra , iſque
Iuſtinianus obtulerit reſtituere olea,cui de iure: Ideo
iudicio prædicto,iuxta tex.in l.oleum.ff.de dolo, vbi
Bart.dicit,quòd ſequeſter, nō tenetur reſtituere rem,
niſi finita lite,vel ei per quem non ſtat,quò minus iu-
dicium agitetur,vt ibi per Bart. & pract. papi. in for-
ma libelli ſequeſtri,& per Curt.in tract.de ſequeſtro,
parte 2.nu.54.& 58.quoniam per lapſum inſtātiæ di-
citur finitum iudicium, & omnia acta iudicij ordina-
toria perempta remanent.l.2.vbi Doct. C. de edēdo,
Ang.in d.l.venditor cum aliis ſupra citatis. Deueniē-
do nunc ad cauſæ merita,in eam itum eſt ſententiam,
agentes iuſtitiam fouere, & ea propter præfatum Iu-
ſtinianum ad petita condemnauimus: Nam cum pe-
11 tierint declarari vegetes N. ad ſe † ſpectare, & perti-
nere,omne ſuum ius tā Dominij,ſeu quaſi,ac pigno-
ris deduxiſſe videntur,l.verbum pertinere , & ibi Al-
ciat.ff.de verb.ſign.trad.Practic.Papienſ.in forma li-
belli in actione reali in verbo ſpectat,& pertinet , iu-
ribus ibi per eum adductis , & procedit talis libellus
licèt generalis , præſertim , quòd petitum non fuerit
declarari,vt ibi per eundem,num.44.& magis,quod
fuerit etiam expreſſa cauſa virtute.ſ. ceſſionis , ſeu in-
ſolutum dationis ſibi factæ : quo fit, vt in publiciana
obtinere debeant , cum vegetes fuerint ipſis traditæ
iuſta ex cauſa,& tit l.1.vbi Bart.& Ang.ff.de pub. pre-
ſertim ex cauſa debiti.l.vel ſoluendi eod.tit.ſufficitq;
ficta traditio , vt inquit Ang. in dicta l.1. & ſeu quaſi
traditio, Iaſ in § ſi iſte,nu.34.inſtit.de actio.de titulo
autem,& iuſta cauſa conſtat per inſtrumentum ceſſio-
nis, & inſolutum dationis , ꝙ facit probationem ma-
nifeſtam, vt notat Bar.in l.1.in prin.col.2.verſ.venio
ad quæſtionem.ff.de oper.nou. nuntia & dicitur pro-
batio probata ſecundùm Bal.in l.quoties,in fin.C.de
Iud.& in l.intereſt. C. de ſolut. de traditione conſtat
per conſtitutum in eo appoſitum,l.quòd meo,& l.in-
terdum,vbi Doct.ff de acquir.poſſeſ. Nā cum in ceſ-
ſione obligata fuerint omnia bona pro obſeruantia
contentorum in ea, & ſic etiam olea ceſſa, vt decidit
Negus,in tractatu de pignor. in 1. memb.in 2. parte,
nu.33.cum conſtituto,ſequitur,quòd in agentes om-
12 nis tranſlata fuerit † poſſeſſio,etiam ipſorum oleorum
ceſſorum , quæ erant penes cedentes , vt tradit Alex.
poſt Bart.in dicta l.interdum in prin.nu.7.Hinc ideo
eſt,quòd creditor , cui debitor omnia ſua bona obli-
gauit,cum conſtituto,poteſt ſi debitor alienat,agere
conditione ex l.fin.C.de acqu.poſſ quòd vtique non
poſſet,ſi in eum non fuiſſet tranſlata poſſeſſio , vt per
Negus,in 1.memb 6.partis,nu.36.& Alex.in l exitus.
ff.de acq.poſſ. vbi dicit , ꝙ dicto caſu debitor dicitur
transferre omnem poſſeſſionem in creditorem , nec
13 ambigendum,quin dicta clauſula † cōſtituti poſita in
fine inſtrumenti nedum ad obligationem omniū bo-
norum immediatè præcedentē referatur , ſed ad om-
nia in inſtrumento contenta,cum omnibus cōueniat,
l.talis ſcriptura.§.fin.vbi Bart.ff.de leg.1.copioſè per
Alex.conſ.48.lib.1.& per Decium in obligatione bo-
norum,conſ.539. nu. 4. & pred.eò magis procedunt,
quòd notario ſtipulanti pro agentibus abſentibus fa-
ctum fuerit dictum conſtitutum , ſecutaq; ratificatio
ab ipſis agentibus,vt publico patet documento , quo
caſu nomine diſcrepante ſtatim acquiſita, & tranſlata
fuit poſſeſſio in ipſos abſentes, vt copioſè differit Ti-
raq.de iure conſtituti in 3.parte,limit.30.& citati ibi
per eum,tametſi etiam abſque notarij ſtipulatione ſe-
cuta ratificatione abſentis idem ſit , vt per eundē Ti-
raq.in d. 3.parte,& limit.nu.1.cum ſequent.& cū iura-
mentum interuenerit,res tranſit ſine difficultate,Pa-
riſ.in conſ.107.nu.49.cum ſequent.lib.1.quòd autem

cedentes poſſiderent conſtituti tempore,vt requiri-
tur,ad hoc vt poſſeſſio transferatur,l.quamuis vbi Gl.
& omnes Doct. ff.de acq.poſſeſſ. tametſi quò ad præ-
iudicium conſtituentis, & eius hæredum non ſit ne-
14 ceſſe probare conſtituentem † poſſediſſe conſtituti
tempore,vt docet Tiraq.de iur.conſtit.par.3.limit.1.
num.2.ſed tantùm cum ageretur de prçiudicio tertij,
vt ibi per eum:de quo tamen in caſu noſtro agi nō vi-
detur,cum Iuſtinianus nullum ius prætendat, & Vi-
ualdi non docuerint de eorum prætenſo credito, vt
infra oſtendetur, ex eo tamen facilè apparet, ꝙ olea
eorum nomine empta fuerunt per Hieronymum Ro-
chetam, vt idem ad vtriuſque partis inſtantiam exa-
15 minatus deponit, ideò plenè probat contra † produ-
centem,vt inquit Soc.Iun.conſ.69.nu.11.& 14.lib.1.
cum etiam ei crederetur,ſi deponeret de credulitate,
Rom.conſ.104.pater reuerendę in fin.Iaſ. in Rub.6.
limit.ff.de iur-iur.refert,& ſeq.Soc.Iun. dicto, conſ.
16 69.nu.12.eò magis,quòd eius † teſtimonium produ-
xerunt ambæ partes in iudicio,quòd ideo approbaſſe
videntur,vt ſcribit Iaſ.conſ.57.ſub num.3.in fin. poſt
Rom. dicto conſ.104.in fine, ſequitur Crauet. conſ.
201.nu.7.faciunt quæ ſcribit Boer.dec. 245. necnon
quia deponit de eo,quod ipſe egit,ſecundùm Paul.de
Caſt.in l.quicunque.C.de ſeru.fugit.& conſ.34.col.
2.& conſ.84.col.7.lib.2. cum aliis citatis per Tiraq.
de retractu.§.1.glo.14.nu.47.cum ſequentibus, ma-
ximè concurrentibus aliis indiciis,vt per Caſtr.in di-
cta,l.quicūque,vt in hoc caſu,cum Nicolaus de pro-
montorio deponat, vidiſſe literas dicti Petri Hiero-
nymi ſcriptas cedentibus de emptione ipſorū oleorū,
quod & fatentur ipſi Viualdi, dum producunt appo-
diſiam onerationis factæ de dictis oleis per Rochetā,
vti iuris cedentium, & etiam olea ipſa ſequeſtrare fe-
cerunt vti olea cedentium: ex quo ſatis apparet olea
fuiſſe cedentium.& licèt ſint qui contradicant,verun-
tamen eſt,ꝙ magis probat, vt inquit Purp. in l. 2. §.
creditum,nu.119.ff.ſi cert.pet.Crauet.conſ.73.n.30.
Dec.conſ.650 col.2.Quo fit,vt ſi Rocheta de māda-
17 to emit † cedentium,ſtatim eis acquiſiuerit dominiū,
& poſſeſſionem etiam ignorantibus,l communis.§.1.
vbi gl.ſi ff.de acq.poſſ.& l.1.§ per procuratorem eo.
tit.etiamſi fuiſſet procurator generalis, vti per Iaſ. in
d §.per procuratorem,nu.2.iuncto,nu. 9.col ſi ſi ve-
rò non habebat mandatum, & ſic erat negociorū ge-
18 ſtor,ſecuta ratificatione † per cedētes ſtatim in ipſos
fuit tranſlata omnis poſſeſſio, & dominium, l. ſi ego,
ff de neg.geſt.Salic.in l.1. C.de acq. poſſ. & in l. feli-
ciſſima,nu.3.C.de his,qui à non dom.manu. ratifica-
tio autem ſi non prius, ſaltē per ceſſionem ſecuta eſt.
l.non tantum, ff.rem ratam hab. tametſi, etiam prius
facta fuiſſet,cum iam ordinaſſent dicto Rochetæ, vt
olea ad ciuitatem Venetiarum tranſmitteret, vt per
teſtes vtriuſque partis plenè probatur. Pręterea etiam
ratione Hypotecæ,quam habent, potuerunt petere,
declarari ſe habere ius in oleis prædictis, vt ſcribit
Crauet.conſ.201.nu.9.poſt Paul.de Caſt.per eum al-
legatum:concordat Soc.conſ.8.col.3. verſ. vel etiā &
tertio lib.3.dum vult, quòd poſſit quis agere Hypo-
19 tecaria pro obſeruantia cōtractus,& incumbere † pi-
gnori,etiam nulla facta excuſſione,prout per agentes
petitū fuit,virtute illius verbi,pertinere,dicta, l. ver-
bum pertinere,cum aliis ſupra adductis,& cum ceſſio
fuerit facta per Dominicum Pinellum vnum ex ſociis
20 expendentem nomen † ſocietatis,vt teſtibus probatū
fuit,non eſt ambigendum,quin vti ab aliis ſociis præ-
poſitus,eā ſocietatis nomine facere potuerit, & alios
ſocios obligare,vt ſcriptum reliquit,Bar.in l.ſi tamē.
ff.de exercit.Pau.de Caſt.in l.1.§.fi.eo.tit.faciūt tra-
dita per Bar.in l.eandem,col.3 ff.de duobus reis. Nec
refragatur id,quod obiectum fuit de fuga,ſeu ruptura
Io.vnius ex ſociis ante dictam ceſſionem,quoniam ea
probata minimè fuit per teſtes deponentes id publi-
cè dici intellexiſſe, neq; formiter famam probantes,
iuxta Bart.doctrinam in l.de minore.§ plurimum. ff.
de quæſt per Alex.conſ.117.n.5.lib.4.& conſ.64. nu.
11.lib.2.quæ quando etiam probata fuiſſet, nō ob id
21 diceretur † diſſoluta ſocietas,vt tradit Pariſ.conſ. 82.
nu.4 lib.1.ſed neceſſarium ſit ceſſionem ſubſequi, vt
copioſè per Strac.in tract.mercat.in tit.de decoct. in
3.par nu.3.poſt Caſt.ibi per eum allegatum, præſer-
tim quòd alij ſocij ſocietatis nomine negotiati ſunt
per dies triginta ſex poſt dictam ceſſionem pro maxi-
ma pecuniarum ſumma,vt infra dicetur,id, ꝙ oſtēdit
diſſolutionem nondum tūc ſecutam fuiſſe. Ceſſat pa-
riter obiectum,ꝙ ceſſio facta fuerit agentibus abſen-
tibus, cum facta ſit notario pro eis ſtipulanti, vt per
Rub.conſ.117.ſecutaq; etiam fuerit ratificatio,vt pu-
blico patet documento:quo caſu nemine diſcrepāte,
ſtatim acquiſitum fuit ius ipſis agentibus,iuxta tradi-
ta per Tiraq.de iure conſt.in 3.par.limit.30.n.1.cum
pluribus ſequent. Minus refert, ꝙ cedentes ante ceſ-
22 ſionē ordine † dediſſent dicto Rochetæ, vt olea præ-
dicta mitteret ad manus Viualdorum ante ordinē da-
tum,vt illa mitteret ad præfatū Iuſtinianum, quoniā
talem ordinem reuocare potuerunt re adhuc integra,
& in eodem ſtatu permanente, antequam.ſ. Viualdi
acceptarent.l.bonorum. ff. rem ratam haberi, Alex.
conſ.78.viſo,nu.23.lib.2. & in omnem euentum agē-
tes,quibus per conſtitutum tradita fuerunt olea,prę-
ferentur,l.quoties vbi Iaſ. & alij. C. de rei vendicat.
Nec prædictæ concluſioni obſtare nobis viſum eſt,
23 ceſſionem, & ſeu inſolutum † dationem prædictam
non valere,cum ſimilis ſit venditioni, l. ſi prædium,
C.de euict.nec in ea aliquod certum fuerit conſtitu-
tum pretium.§.pretium inſt. de empt. & vendit. not.
Bar.in l.à diuo Pio.§.ſi pignora.ff.de re iud. & Aret.
conſ.32.diligenter cōſideratis,col.2.ver. non obſtat.
Quoniam teſtibus probatum fuit tempore ceſſionis
conſtitutum fuiſſe pretium dictis oleis pro ſingula
metreta ad rationem granorū viginti quatuor, vt de-
ponit Dominicus cedens, cui cùm nō agat de aliquo
ſuo commodo, ex quo conſtat de vero credito agen-
tium,credendum eſt,vt inquit Alex.conſ. 197. nu. 5.
24 lib.7.& † quidem plenè, cum deponat de eo, ꝙ ipſe
egit, vt per eundem Alex. ibi, & ſeu ſaltem magis ei
creditur, vt docet Purp. in dicta l.2. §. creditur, cum
aliis ſupra citatis, & quando aliquid ei detraheretur
de fide, quia affinis dicti Pinelli vnius ex agentibus,
ſecundum Bar.in l.aut affinitate.ff.de procur. ſupple-
tur ſaltem per depoſitionē Anſaldi,qui interfuit con-
ſtitutioni dicti pretij, nec nō per alium teſtem depo-
nentem de auditu à dicto Dominico tempore dictæ
ceſſionis,qui ſaltem præſumptionem facit,ita vt cum
aliis adminiculis plenè probet, vt per Alex. in conſ.
236.li.6.in fin.adeò vt omnes ſimul iuncti plenè pro-
bent, cum dictum vnius teſtis iunctum aliis præſum-
ptionibus valeat ad faciendam plenam probationem,
ſecundum Pau.de Caſtr.conſ.250.viſo puncto ſupra-
dicto,col.2.poſt medium ver.& licèt videantur, li. 2.
Hinc dixit Bal cōſ.302.proponitur,quòd Titius li.2.
quòd perſuadentes probationes cum vno teſte de ve-
ritate concludunt iudici, vehemens namq; admini-
culum ſupplet defectum probationis,vt idem dixit in
l.ea quidem,col.2.C.de accuſ. Nec teſtes in hoc de-
ponunt contra inſtrumentū, ſed minus fuiſſe ſcriptū,
& plus

& plus dictum, iuxta textum in l. quoties. §. 1. ff. de hæred.inſt.vbi Doct. Nec etiam refert, ꝙ tali caſu in-
25 ſolutum datio dicatur facta † ad menſuram, ſitq; ideò imperfecta, cum nunquã facta fuerit menſuratio, nec ex ea tranſlatum fuerit aliquod dominium, vel poſſeſſio. l. quod ſæpe. §. in his. ff. de contrahen. emp. & vẽd. prout ex facto conſultus reſpondit Bart. conſ. 74. & 121. nam prædicta locum ſibi non vendicant ſecuta traditione, lib. 2. & ibi Pau. de Caſt. C. de peri. & commod. rei vend. Corn. conſ. 50. litera, lib. 1. copioſè per Dec. conſ. 179. ſufficitq; traditionẽ factam fuiſſe per conſtitutum, vt ibi per Dec. Præterea quando etiam nullum conſtitutum fuiſſet pretium, adhuc tamen va-
26 leret, cum † iſtud non poſſit opponere tertius, ſed ſolus cedens, iuxta Bald. doct. in l. 1. nu. 3. C. de reb. alie. non alie. quem ſequitur Rom. conſ. 91. & Alex. conſ. 20. lib. 4. & 18. nu. 1. ver. & dato lib. 1. Cur. in add. ad Alex. in l. ferendum. ff. de verb. obli. ꝙ eò magis procedit in caſu noſtro, in quo principaliter non diſputatur de pretio, ſed de tituli probatione, Feli. in c. ſicut nu. 41. extra de re iud. Iaſ. poſt Alex. in d. l. ferendum, idem poſt eundem in l. ſi duo patroni. §. Marcellus. ff. de iur. iur. Soc. conſ. 271. col. 2. verſ. confirmo. 2. li. 2. Accedit, ꝙ per inſolutum dationem factam creditori dicitur ſolutum pretiũ debitori, vt ſcribit, Pariſ. conſ. 81. nu. 36. li. 2. & per conſtitutum dicitur facta traditio, d. l. ꝙ in eo, atque ideò cum res nõ ſit amplius integra, valet inſolutum datio ſine pretij conſtitutione, ex traditis per Pariſ. conſ. 132. lib. 4. Amplius dicitur, quòd ſicut inſolutum datio ſimpliciter facta ſine pretij cõſtitutione, ex quo intelligitur facta pro debito, valet per relationem ad aliud, ſecundùm communem opinionem, vt dicit Alex. in dicta l. à diuo pio. §. ſi pignora, n. 24. ita etiam in caſu noſtro, cum fuerit facta de tot metretis olei pro parte debiti, & ſic pro dimidia, l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verb. ſignific. cum valeat argumentum de parte, quo ad totum, & è contra, l. quæ de tota. ff. de rei vendic. nec viciaretur talis datio inſolutum facta à parte parti, ſi olea plus valerent, poſtquam cedens tanti æſtimaſſet, ſecũdùm Pau. de Caſt. in l ſi non ſortem. §. ſi centum, quem ibi ſequitur Alex. ff. de cond. indebiti, idem Paulus in d. §. ſi pignora, col. 2. ver. quid autem ſi ipſe debitor, & ibi Iaſon. col. 2. verſ. ſecundo ex iſto textu. Secundò, minus obſtare nobis viſum fuit, ꝙ in ceſſione prædicta non conſtet de credito agentium, aliter quàm per
27 confeſſionem † cedentis, & ea propter ſimulata præſumatur, nec valeat ſecundum Bart. Salic. & Paul. de Caſt. in l. per diuerſas. C. man. Aret. conſ. 96. in præſent. conſultatione, col. penul. verſ. circa ſecundùm, & conſ. 137. cariſſimè Doctor, col. 2. verſ. ad quartum reſponſum Soc. conſ. 66. col. 4. verſ. hinc etiam, libr. 1. Quoniam de credito agentium plenè conſtat, tã per ſententiam latam contra curatorem cedentium, quæ plenè contra cedentes probat, & eis præiudicat, l. res iudicata. ff. de reg. iur. l. Miles. §. fi. ff. de re iud. & con-
28 tra tertium ſaltem præſumptionem † facit, vt tradit Ripa in l. 2. num. 36. C. de edendo, & in l. admonẽdi, num. 202. ff. de iur. iur. quam etiam per probationes factas in præſenti iudicio citatis Viualdis, ex literis,
29 & computis manu Gaſparis vnius ex ſociis † ſcriptis, quæ plenè contra ipſum probant, l. quãdã, §. numularios, cum ibi notatis. ff. de edendo, & per Doct. in l. admonendi. ff. de iur. iur. Alex. conſ. 84. lib. 7. num. 1. Bar. in l. ſcripturas, in fi. C. qui potio. in pign. probat textus in l. Publia. ff. depoſ. & quia complementũ dabat pro ipſa ſocietate ſubſcribendo nomen, vt per teſtes probatum extitit, obligare potuit ſocietatem, &
30 omnes ſocij, qui eum † propoſuerunt, ex eius facto inſolidum tenentur, vt ſcriptum reliquit Bar. in l. ſi tamẽ in pr. ff. de exerc. act. & Paul. de Caſt. in l. 1. §. fin. eod. tit. faciunt quæ ſcribit idem Bar. in l. eandem, col. 3. ff. de duob. reis, quam etiam ex ſcartafaciis, & regiſtris agentium, qui conueniunt cum dictis literis, & cõputis, quibus cum fuerint ſcripti per eorum ſcribam, fides datur, vt inquit Bal. in c. fin. col. pen. verſ. quarto propter, extra de confeſſ. Nec obſtat, ꝙ priuata ſcriptura non probat contra tertium ex notat. in dicta. l. admonẽdi per tex. in l. ſcripturas. C. qui potio. in pig. hab. & in l. repetita. ff. de fid. inſtr. per Dec. in c. 2. n. 6.
31 extra de teſt. quia confeſſio debitoris † non nocet creditori. Soc. conſ. 78. num. 2. verſ. & probatur in l. poſt contractum in vlt. col. ff. de donat. quando aliter non conſtat de debito, quàm per confeſſionem contẽtam in illa ſcriptura, Ruyn. conſ. 83. nu. 8. lib. 4. Corn. cõſ. 230. lib. 2. Tiraq. lib. 2. §. 4. glo. 6. num. 8. vſque 20. de retract. & gl. 7. nu. 43. maximè cum tractetur de confeſſione valdè ſuſpecta, vt per Ripam in l. priuilegia, nu. 24. ff. de priu. cred. vbi dicit, ꝙ quando conſtat de credito poſteriori per publicam ſcripturam, tũc præfertur priori per priuatam ſcripturam, ad euitandam fraudem, vt dicit Pau. de Caſt conſ. 337. lib. 2. quoniã prædicta procedunt, quando tertius eſt creditor per publicam ſcripturam: quo caſu etſi poſterior tempore profertur creditori anteriori per ſcripturam priuatam, modò non ſit trino teſte notata, & ita loquitur tex. in dicta l. ſcripturas, vt patet in §. ſui autem, & notat ibi Salic. ſicq; eam intelligit Pau. de Caſt. in l. Inſtrumenta, ſub num. 4. C. de prob. procedit enim tantum, quò ad præiudicium creditorum habentiũ Hypotecam, vt per Ruyn. d. conſ. 83. nu. 8. lib. 4. & ita loquitur Ripa in d. l. priuilegia, nu. 24. & alij ſupra allegati, & ratio eſt in prõptu: Nam ſi omnes creditores eſſent chirographarij, & ſic tantum perſonalẽ haberent actionem contra debitorem, non haberetur aliqua ratio temporis inter eos, nec locum ſibi vendicaret diſpoſitio, l. qui prior. ff. de reg. iur. lib. 6. vt per Ripam in l. priuilegia, nu. 3. & ſequẽti: quia licitum fuiſſet debitori per cumulum creditorum facere deteriorem cauſam priorum creditorum chirographariorũ, neque, dominium, neq; hipothecam, neq; priuilegiũ habentiũ, ita vt pro rata debiti concurrerent, ita Bald. conſ. 432. caſus talis, li. 1. & in l. pro debito. C. de bon. auct. iud. poſſidendis. At in caſu noſtro de credito Viualdorum non conſtat per publicam, vel priuatã ſcripturam: ideo dicere poſſunt actores, quo ad te liberas ædes habeo, l. loci corpus. §. competit. ff ſi ſerui. vẽd. ex quo literæ, & computa per d. Gaſparẽ ſcripta plenè probant contra cedentes debitores, vt ſupra: Nec dici poteſt per extractum ex libro ſubuentionũ officij conſulatus ciuitatis Venetiarum, in quo ſit mentio, ꝙ Viualdi ſunt creditores cedẽtium pro certa pecuniarum quantitate virtute quarundam literarum cambij ibi nominatarum, probari aliquod ipſorũ creditum, quoniam non ob id conſtat literas, de quib. in eo fuiſſe ſcriptas manu cedentium, ꝙ quando etiã verificatũ fuiſſet in ciuitate Venetiarum non citatis agentibus eiſdẽ nullum afferret præiudicium, ad notata in l. de vnoquoque, & in l. ſæpe. ff. de re iud. tot. tit quibus res inter alios acta cum igitur literas prædictas eorũ crediti præſenti in iudicio non exhibuerint eas verificãdo citatis dictis agentibus, ſequitur ꝙ de nullo eorum cred. conſtet: Nec ex ſententia lata Venetiis, in qua abſoluti fuerunt Viualdi à petitis per d. agentes, aliquod ius in oleis, de quib. agitur, fuit eis acquiſitum,
32 quoniam non ob id, ꝙ abſoluti † fuerunt, declaratum

eſt aliquod ius ipſos habere.l.ſi inter te,& me.ff.de re iud.Minus ex ſententia in eorum fauorem lata contra præfatum Iuſtinianum pro ſcutis. N. cum non præiudicet agentibus præd.non citatis,iuxta tradita in d. l. de vnoquoque,& in d.l.ſæpe,præſertim etiam quòd à
33 dictis ſententiis pendeat† appellatio,quę ideo inſpecto ſtatu præſenti extinguit iudicatum,vt tradit Ripa in l.1.num. 10. ff. de re iud.& reſpectu futuri euentus ſuſpendit tam quò ad executionē, quam quò ad præſumptionem,vt ibi per eum,nu.7.Nec probationes ſi quas tamen fecerunt contra præfatum Iuſtinianum, quas tamen non vidimus, probant contra agentes nō citatos,ſed qualemqualem pręſumptionem ſecūdùm communem,teſte Curt.conſ.73.& Ripa in d.l.admonendi,n.202.fides autem ſecuritatum factarum,ſuper
34 dictis oleis minus probat,cum† notarius,qui eas exēplauit,non fuerit de eis rogatus,vt no.Ioan. Graſ. de ſubſtantialibus procuratoris in verbo in quorum,ſed de auditu à Viualdis,& quodam ſenſali loquuti, ideo non probet etiam cum iuramento,cap. licet in verbo præter communem,& c.tam literis,extra de teſtib.& l. teſtium.C.eo. reſeruauimus tamē ipſis Viualdis ius ſi quod eis competit pro dictis ſecuritatib. ſuper dictis oleis ,& licèt ſtantibus præmiſſis, ſuperfluum ſit quærere de validitate, ſimulatione , vel fraude dictæ ceſſionis,ſtante.ſ.vero credito agentium , & quòd de aliquo cred. Viualdorum non conſtet in præſenti iudicio, attamen vt clarior etiam appareat iuſtitia huiuſce cauſæ, nō deerimus etiam cætera obiecta tollere. ¶ Tertiò,igitur non obſtat ceſſionem , ſeu inſolutum
35 dationem prædictam non valere,ex eo,ꝙ debiti† certa quantitas,pro quo facta fuit,non fuerit expreſſa,vt per Dec.conſ.587.col.2.ſub nu. 5. quoniam Dec. ſe fundat ex eo,ꝙ cum non appareret de certa quātitate debiti,pro qua facta fuerat adiudicatio per arbitrum, quæ poſſet commenſurari cum valore bonorū adiudicatorum,non valebat adiudicatio, ea ratione , ꝙ ſi fiat plus debito in totum vicietur.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de cond.indeb. vbi Bart. & alij ꝙ conſtare non poterat in caſu ſuo, cum non appareret de quantitate debiti,pro qua facta fuerat adiudicatio,quę ratio ceſſat in caſu noſtro,in quo ceſſio facta fuit de tot metretis olei certo pretio conſtituto pro parte debiti, quod habebant cedentes cum agentibus ceſſionis ex cauſis ibi expreſſis, quout & cum conſtet de certa quantitate debiti excedēte etiam valorem oleorum, poſſit fieri dicta commenſuratio, & ſic valeat pro concurrenti rata, ſicut adiudicatio facta de re plus valente,quàm ſit debitum,pro quo data eſt,valet pro concurrenti quantitate debiti.l.ferè.§ & ſi quidem,& ibi Bal.C.de iure dominij impetr. refert , & ſequitur Iaſ. in d.l.ſi non ſortem.§.ſi centum,col.2.dicens,ꝙ quā-
36 do debitum eſt verum,& erratur in † æſtimatione,valet inſolutum datio pro concurrenti quantitate debiti : vnde cum inſolutū datio facta fuerit pro parte debiti, valebit pro concurrenti rata æſtimationis oleorum,& debiti:ex alio etiam ceſſat ratio Decij in caſu noſtro, quia loquitur in adiudicatione facta per iudicem, quæ ſi fiat plus debito in totum vitiatur:nos autem in inſolutum datione facta à parte, quæ valet,etiā quod res in ſolutum data plus valeret, ex quo debitor tāti æſtimaſſe videtur rem ſuā,vt inquit Pau. de Caſt. in d.§.ſi centum, quem ibi referendo ſequitur Alex. Idem Caſt.in l.à diuo Pio.§ ſi pignora.ff.de re iud.& Iaſ. ibi col. 2. verſ.ſecundo ex iſto textu , atque ideo quando etiam nullum conſtitutum fuiſſet pretium oleorum,prout nec fuit in inſtrumento ceſſionis , valeret tamen inſolutum datio de tot metretis olei pro parte debiti,& ſic pro dimidia. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verborum ſignif. ſicut valet quando ſimpliciter facta eſt , quia intelligitur pro toto debito,ſecūdum communem,teſte Alex.in d.l.à diuo Pio. §.ſi pignora,ſub nu. 24.ita ergo etiam ſi fiat pro parte debiti,cum idem iuris ſit, de parte quò ad partem, quòd eſt de toto quò ad totum. l. quæ tota. ff. de rei vend.in tantum,vt non deſint qui affirment,in tali datione inſolutum locum ſibi nō vendicare remedium. l.2.C.de reſcin.vend.vt dicit Aret.in l.ſi quis cum ali-
37 ter,col.8.ff.de verb. oblig. quem † ſequitur Iaſ.in d. §.ſi pignora.col.2.verſ.ex iſto textu, Cæpola in tract. de ſimul.contract.in 14.præſumpt.quem refert,& ſequitur Dec.conſ. 308. col. 2. quod cùm non ſit præſentis ſpeculationis,omittimus vlterius articulū hunc proſequi,& prædicta eò magis procedunt , ꝙ res non ſit amplius integra,ſtante rei traditione , & ſolutione pretij inducta per dationem in ſolutum,vt inquit Pariſ.in conſ.81.num.35.lib.2.quo caſu firma remanent ex traditis per Pariſ.conſ.132.lib. 4. ¶ Quartò , non obſtat ꝙ ceſſio prædicta ſimulata,& fraudulenta pręſumatur ex pluribus coniecturis , quæ adducuntur: Nam & ſi vnico reſponſo obiecta omnia tolli , & dilui poſſent,ex eo ſcilicet ſolo, ꝙ conſtet de vero credito agentium aliter,quam per confeſſionem cedētis in ceſſione facta,quo caſu valet,& tenet , vt ſcriptum reliquit Bart.& poſt eum ibi Ang.in l.per diuerſas.C. mand.quos refert,& ſequitur Iacob.de Sanct. Geor. in l.1.num.30.C.ne lit.poten. Nam & ſi pluribus caſibus alienatio præſumatur facta in fraudem , de quibus per Bar.in l.poſt contractum.ff.de donat. nō tamen procedit in datione inſolutum conſtito de vero credito aliter , quàm per confeſſionem in inſolutum datione factam,vt concludit Bar.in d. l. poſt contractum,num.17. quem ibi ſequitur Paul. de monte Pico in repet. num. 88.& 91. vbi communem dicit , & Io.Annibal.ibi,n.314. hinc non immeritò dixit Dec. conſ.308.col.2.num.8 verſ.quarto accedit:ꝙ ex hoc ſolo tollitur omnis ſuſpitio ſimulationis, & fraudis: quia in claris non ſit opus coniecturis.l.continuus.§. cum ita.ff verb. oblig. veritas namque præualet opinioni.l.ſi.ff.de probat.& ſemper attenditur, nec mutari poteſt.l.cum falſa.C. de iur. & fact. ignor. nihilo tamen minus reſoluendo ſigillatim omnia,quę adducta fuerunt,dicimus ea non obſtare. ¶ Et primò,non obſtat ꝙ præſumatur ſimulata,ſeu in fraudē facta, ex eo ꝙ facta ſit coniunctæ perſonæ,vt tradit Bar.in d.l.
38 poſt † contractum,col.3.verſ.2.præſumptio , quomā reſpondetur procedere debere cauſam fraudis pręſumendæ ſecundùm eundem Bart.ibi , quæ non procedit in caſu noſtro: Nā allegata decoctionis cauſa minus vera eſt,cùm nō ſtatim poſt ceſſionē decoxerint, ſed ex poſt per dies 36.& interim publicè negotiati ſint in cambiis pro maxima ſumma ſcutorū,vt ex pu-
39 blicis † patet ſcripturis extractis ex libro numulariorum,ſeu Bancheriorū publicorū ciuitatis Neapolis, quæ plenā fidē faciunt ad notata in d.l.quædā. §. numularios.ff.de edendo,& in d.l.admonendi : Ad hoc enim vt fraus pręſumatur,requiritur ꝙ fuga,ſeu decoctio ſequatur incontinenti poſt contractum, nō autē ſi ex interuallo.l.ſi ventri.§.fin.ff. de præuil. cred. per quē ita dicit Bal.conſ.400.caſus aſſeritur,& ſeu in libris theſaurariæ,col.2.verſ.itē ex modico interuallo, li.5.& in caſu ſuo ſecuta erat fuga per biduū poſt hinc Stracc.de mercatura in tit.de decoct.in 3.parte,n.30. dicit,ſolitos eſſe decoctores per biduū,triduūue ante decoctionē aliquid fraudis cōtrahere,& in nu.ſequēti exēplificat in eo,qui hodie aufugit,& ſeu emit merces

per

per tex. in dict. §. ſi & doctrinã Angeli per ipſum alle-
gatam. At caſus noſter per ſtatutũ dicitur ſub rub. de
abſentibus & latitantib. ꝙ irritat ſimulatos, & in frau-
dem factos, tantum præſumit contractus factos ante
decoctionem per dies quindecim: Ideo vlterius quæ-
rendum non eſt, vt inquit Iaſ. conſ. 85. lib. 3. præter id,
ꝙ ſolum coniunctio non ſufficit, ſed aliæ requiruntur
coniecturæ, vt per Piccum. in Rep. 2. d. l. poſt contra-
ctum. nu. 45. & Ioan. Ann. nu. 111. necnon quia Bart.
loquitur in donatione, & ſic in alienatione volunta-
ria, & lucratiua, nos verò in neceſſaria, & oneroſa, &
in qua non præſumitur ſimulatio, ſeu fraus cõſtito de
40 vero credito, vt ſupra oſtenſum. Secundò non obſtat,
quòd ex eo ſimulata, & in fraudem præſumatur, quòd
cedentes poſt ceſſionem perſeuerauerint † in poſſeſ-
ſione ex Bart. in d. l. poſt contractum, col. 2. verſicu. 3.
præſumitur: quia non procedit ſtante conſtituto, vt
copioſè tradit Tiraq. de iuri conſti. tertia parte, 9. li-
mit, num. 4. cum ſequẽtib. necnon quia diu, vt ſaltem
per triennium non ſteterunt in poſſeſſione, ſeu ſaltem
iudicis arbitrio, vt requiritur ſecundum eundem Bar.
in d. l. poſt cõtractum, & in l. ſicut §. ſuper vacuum. ff.
quibus mod. pig. & hipp ſol. Imol. in c. Illo vos, col.
12. extra de pignor. Iaſ. conſi. 57. col. vlt. lib. 1. præter
id ꝙ cum cõſtet de vero credito, tollitur omnis præ-
ſumptio fraudis ex ſupra deductis, ſed & quando præ-
ſumi poſſet ceſſio prædicta fraudulenta, eſſet tamen
valida, & neceſſe haberent creditores intentare reuo-
catorias actiones, & probare ea, de quibus in tit. ff. de
his, quæ in fraud. cred: vt inquit Bar. eius conſ. 65. Pe-
trus Niccole col. 2. & in d. l. poſt contractum, col. 3.
ſub num. 4. ſequitur ibi Ioan. Ann. num. 149. poſt Iaſ.
in l. non dubium, col. 1. C. de leg. quæ cum per Viual-
dos non fuerint intentatæ, vlterius circa hoc non in-
ſiſtemus, & ex his patet etiam ſolutio ad id, ꝙ oppo-
nebatur apparere de fraude ex confeſſione cedentis
abſentibus ceſſionariis facta, iuxta per Tiraq. tradita
in §. 1. glo. 14. nu. 55 & 56 præſertim quod aliæ acce-
dere videantur coniecturæ ex decoctione ſcilicet. &
pluribus confeſsionibus maximi ponderis, arg. l. om-
nes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred. cum non agatur
reuocatoria, vt ſupradictum eſt, tamen etiam ꝙ con-
feſſio prædicta non præiudicat ceſſionatiis præſertim
cedentibus nõ exiſtentibus ſoluendo, vt tradũt Imol.
& Paul. de Caſtr. in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebell.
Alex. conſ. 46 nu. 5. lib. 5. cum copioſè adductis ſibi
per apoſt. eò magis, quòd conſtet de veritate crediti,
quæ præualet dictæ confeſſioni. dict. l. ſi. ff. de probat.
laus Deo, honor, & gloria. Omiſeramus depoſitionẽ
ſtatuti ſub rubr. de debitore vergente ad inopiam,
cuius virtute etiam poſterior creditor, cui res data eſt
inſolutum à debitore, præfertur cuicumque anterio-
ri, etiam hypothecario, quòd copioſè comprobat Pa-
riſius conſil. 69 lib. 4. quo fit, vt ſi etiam conſtaret de
anteriori credito Viualdorum, adhuc tamen præfer-
rentur agentes virtute dictæ dationis in ſolutum bo-
na fide factæ, cum conſtet de vero credito agentium,
& incontinenti poſt ceſſionem non decoxerint ce-
dentes, veluti per biduum, vel triduum poſt, vt de iu-
re communi requiritur, ad hoc vt præſumatur frau-
dulenta, vt ſupra oſtenſum, nec etiam per dies quin-
decim poſt, vt requirit ſtatutum prædictum, ſed per
dies 36. expoſt: ceſſantque aliæ coniecturæ, quæ ad-
ducebantur ad oſtendendum inſolutum dationem
non bona fide factam ex his, quæ ſupra latè deducta
fuerunt ad demonſtrandum dationem inſolutum non
poſſe præſumi fraudulentam, quæ omittuntur, ne
idem repetamus.

DECISIO XIIII.

Inſtitor qui ſit, & quæ requirantur ad hoc, vt obliget præponentes.

SVMMARIVM.

1 *Præponens inſtitorem, vel adminiſtratorem regulariter obligatur ex facto illius.*

2 *Præpoſitus negotiationi, etiam certo loco non deſignato inſtitor eſt.*

3 *Præponi quis poteſt tacitè, & expreſſè, & ideo inſtitorum alius expreſſus, alius præſumptus, & num. 39.*

4 *Sciens & patiens negotium ſuum geri ab aliquo, tacitè præponit.*

5 *Scientia cenſetur haberi de facto, cuius eſt fama publica in ciuitate, nec de eo prætendi poteſt ignorantia.*

6 *Mandatum ſolo conſenſu contrahitur.*

7 *Qui vtitur inſtitore præpoſito ab eo, cui ſucceſſit, tenetur ex facto inſtitoris.*

8 *Plures per vnum inſtitorem exercentes. tenentur inſolidum de geſtis per eum, & numero vigeſimo, & numero, 126.*

9 *Contractus vel à conuentione partium, vel à iure legem accipiunt.*

10 *Onus quandoque pro damno, & detrimento.*

11 *Socij ſunt obnoxij damnis ſocietatis.*

12 *Plus & minus non faciunt differre ſpecie.*

13 *Vetans aliqua inſtitori, debet palàm proponere, vt ab omnibus ſciri poſsit.*

14 *Inſtitor accipiens, & non impendens in cauſam negotij obligat præponentes.*

15 *Inſtitor accipiens mutua obligat principales, ſed pro qua ſumma, & quomodo, & nu. 18. 89 90. 122.*

16 *Ordinans, vt ſuo periculo credat, obligatur inſolidum.*

17 *Præponentes tenentur de dolo inſtitoris.*

19 *Præſtans aſſenſum confirmationi actus, cenſetur actui conſenſiſſe.*

21 *Particeps tenetur inſolidum pro inſtitore erga creditores, etiam ſi participatio ſit parua & nu 127.*

22 *Sed habet actionem aduerſus participes, ſeu ſocios.*

23 *Particeps & ſocius idem eſt, & nu. 85 & nu. 129.*

24 *Qui agit pro ſe & ſocijs, & declarat, declarati cenſentur principales actores, & nu. 130.*

25 *Contra ſocios acquiſitionis vectigalium agi poteſt ſicut contra acquirentes.*

26 *Conductor an poſsit ſublocare inuito locatore.*

27 *Succedens tenetur, ad quæ tenebatur principalis.*

28 *Literæ probant contraſcribentem, & an ad fauorem eius, cui non ſunt ſcriptæ. nu. 133.*

29 Cedens non liberatur ab obligatione iam contracta

30 Sine actione nemo experitur.

31 Actio non datur non præcedente obligatione.

32 Argumentum à ſufficienti partium enumeratione valet,

33 Conſenſus eſt neceſſarius ad hoc, vt quis obligetur.

34 Agens ex perſona alterius plus iuris non habet, quod ille.

35 Actio inſtitoria eſt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda.

36 Inſtitoria an ſit nomen actionis, an quædam adiectio.

37 Qui dicit aliquem talem, debet eum talem probare.

38 Non competit diffinitum, cui non competit diffinitio, & nu. 114.

40 Expreſſum eſt, quod verbis exprimitur, vel per ſcripturam apparet.

41 Sine forma quicquam eſſe non poteſt.

42 Inſtitor tacitus qui ſit.

43 Factor, vel actos an ſit inſtitor.

44 Appaltator qui ſit.

45 Qui item adminiſtrator, & nu. 115.

46 Correlatiuorum quæ ſint regulæ.

47 Nominatim inſtitor eſſe debet, ad hoc vt quis ſit inſtitor.

48 Non eſt inſtitor niſi à Domino Præpoſitus, & nu. 61.

49 Particeps in appaltu non acceptatus à venditore, non dicitur appalsator, & nu. 57.

50 Per additionem ad primum, fit nouus contractus.

5. Incluſio vnius eſt excluſio alterius.

52 Cum additur, vel minuitur actui, actus fit diuerſus.

53 Nominans eximit ſe ab obligatione contracta pro nominandis.

54 Comparatio inter exercitorem, & appaltatorem.

55 Exceptio defectus intentionis agentis, non dicitur oppoſitio de iure tertij.

56 Et quando ius tertij opponi poſſit.

58 Non habens nolle, non habet velle.

59 Actus ſubſequens declarat antecedentia pacta.

60 Reſeruans ſibi adminiſtrationem, non poteſt amoueri, nec cogi ad diuiſionem.

62 Inſtitor non eſt, qui non poteſt à domino amoueri.

63 Procurator, & inſtitor æquiparantur.

64 Inſtitor finito officio non tenetur.

65 In re communi non poteſt eligi tacitus inſtitor.

66 Socius non eſt inſtitor præſumptus.

67 Socius an tacitum mandatum habeat à ſocio.

68 Societas incidens quæ, & quæ conditionalis, & quid ſit ſocietas, & nu 86.

69 Socius an de tota re diſponere poſſit, & quando.

70 Præſumptus inſtitor vniuerſali negotiationi, & non particulari præponitur.

71 Legis diſpoſitioni magis, quam doctoris auctoritati ſtandum eſt.

72 Socij ſunt adinuicem quaſi inſtitores, & an ſemper, & quando.

73 Scire propriè quid.

74 Vera notitia quæ ſit.

75 Præſentia, & ſcientia non ſemper habet conſenſum.

76 Scientia, & ignorantia quomodo, & quando præſumantur.

77 Conſenſus exprimitur verbis, & factis.

78 Ad hoc vt facta aliorum inducant conſenſum alterius, debet conſentiens ſcire, & pati.

79 Actus voluntarij non extenduntur vltra id, quod geritur.

80 Patiens aliquem nomine ſuo agere, an ſibi præiudicet, & quando obligetur, & nu. 82.

81 Non improbare, quando ſit approbare.

83 Præſens, qui non poteſt impedire, non dicitur pati, nec conſentire.

84 Publice haberi pro tali, quid ſit, & quomodo probetur.

87 Socius quando non obligetur creditoribus, & nu. 94.

88 Præpoſitus vni merci, an poſſit aliam exercere.

91 Conceſſum ſuper vna re principaliter, videtur conceſſum ſuper antecedentibus, & conſequentibus.

92 Sententia non citatis non præiudicat.

93 Societas ad tempus, finito tempus dicitur finita.

95 Mandās proprio nomine dari debitum ſibi ſocio, an ſocios obliget.

96 Actus dicitur factus in eam cauſam, quando aliter ſe habere non poteſt.

97 Volens aliquem obligatum ex contractu alterius, debet cum altero, illius contemplatione contrahere, & numero, 123.

98 Inſtitor quando remaneat proprio nomine obligatus.

99 Contemplatione alicuius quid eſſe actum, quomodo probetur.

100 Socij non nominati, an obligentur de geſtis nomine ſociorum.

101 Requiſita ad hoc, vt præpoſitus obliget proponentes pro mutuo.

102 Soluens creditori an dicatur ſoluere in eam cauſam, in quam creditor prius ſoluerat.

103 Mutuans inſtitori debet ſcire, & exprimere cauſam, & alia, & quantum poteſt mutuare, & nu. 105. & 108.

104 Inſtitor quid capere poſſit mutuo, & quando, & vbi, & nu. 10[illegible]. & 124.

106 De dependentibus ab animo, quando non ſtetur iuramento.

107 Exercitoria & inſtitoria quomodo differant, & quomodo de vna ad aliam procedat argumentum, & nu. 110.

111 Par-

111 Particeps non tenetur, niſi pro ſumma per eum poſita in ſocietate, & nu. 121. & 132.

112 Socius gerens negotium non demandatum, an obliget ſociũ, & an ſi verſetur doloſe, & n. 125.

116 A ſuperiori ad inferius non tenet conſequentia.

117 Præiudicans ſibi in vno, an in alijs præiudicet.

118 In vno inſtrumento, poſſunt eſſe plures contractus.

119 Quod venit in conſequentiam neceſſariam, non eſt expreſſum, ſed tacitum.

120 Taciti, & expreſſi non ſemper idem iudicium.

128 Argumentum de toto ad partem, an ſemper valeat.

131 Socius vectigalium an poſſit ſocios obligare.

134 Argumentum de hærede ad ſocium, an valeat.

SOL IVSTITIÆ ILLVminatio noſtra.

QVEMADMODVM cauſa hæc Auguſtini, Thobiæ, & Dominici Pallauicinorum Sociorum Viſunrij, ſiue pontarli, mota aduerſus Lucam, & Io. Baptiſtam Grimaldos, ac alios litis conſortes ſummam trecentorum, quadraginta octo millium. quadringentorum vndecim aureorum de Marchis cootinet, maximam omnium, quæ vnquam, (vt aſſerunt) in hoc auditorio petita fuerit, abſque intereſſe, quòd in tam longo tempore inter mercatores à die interpellationis, vel etiam motæ litis, ſortem ipſam ferè æquaret, ita ſumma diligentia, ac ſolertia à præſtātiſſimis partis vtruſque Aduocatis in foro verſatiſſimis, propter magnitudine, hinc inde tractata fuit. Quapropter & iure quodam ſuo, ampliorem à nobis dotē exigere videtur, quam & ſi pauper crumena, & breuitas temporis octo dierum ad deciſiones faciendas à regulis noſtris præſtitutorum, dum & aliæ quāplures, quib. plenè obruimur controuerſiæ decidendæ confluunt, vberiorem conficere non concedunt, tamen in hac paucorum dierum anguſtia non fucis ornatam, ſed veritate, & iuſtitia comitatatam deciſionem in publicum emittimus. ¶ Cum Pallauicini prædictam quantitatem Auguſtino Saulio appaltatori credidiſſent, inſtitoriam actionem propoſuerūt contra Grimaldos, & cōſortes in appaltu participes, tanquam Auguſtinū vniuerſo illi negotio præpoſuerint, & conſequenter ex eius contractibus, vti eorum inſtitoris inſolidum obligatos, hoc ſummatim cōplectitur petitio: facti enim ſeriem omittimus, quod ſuis locis ſparſim. (vbi opus eſſe videbitur) attingemus. Videbatur autem prima fronte (vt verbis Iuriſcōſulti vtamur in l. quingenta. ff. de proba.) reos conuentos eſſe ad petita condemnandos, cum actores ex ſui parte incumbentia probaſſe dicerentur. l. negantes. C. de act.
1 & obligat. ¶ In primis, quoniam qui præponunt † aliquem inſtitorem, vel adminiſtratorem tabernæ, vel negotiationi quæſtuariæ ea eius facto obligantur in ſolidum, tot. tit. ff. & C. de inſtit. §. eadem ratione inſtit. quod cum eo: prætori enim, qui hanc actionē dedit, æquum viſum eſt, ſicuti cōmoda ſentimus ex actu inſtitorum, ita etiam obligari nos ex cōtractibus ipſorum & conueniri. l. 1. in prin. ff. eo. & perinde eſt, ac ſi principaliter cum ipſo domino negotium geſtum eſſet. §. vlt. inſt. quòd cum eo. l. prætor ait. §. ſed ſi ſeruus. ff. de edē. l. hæres abſens. §. apud Labeonem. ff. de iud. eſt enim inſtitor, qui alicui negotiationi quæſtuariæ
2 præpoſitus, etiā † certo loco nō deſignato. l. inſtitor 1. cum. ll. ſeq. & ibi Doct. & l. inſtitor. 2 ff. eo. Bar. cōſ. 79. Azo. in ſum. C. eo. Panor. conſ. 74. vol. 2. Iaſ. Dec. Alci poſt alios in l. ſi inſtitorem. ff. ſi cert. pet. Idē Alci. ponit vnde dicatur in lib. 2. Parerg. ca. 20. Miſing. in §. ſi igitur, num. 16. & ibi alij ſcrib. inſti. quod cum eo. Roncheg. in l. eandem, in princ ff. de duobus reis, nu. 150. & 151. Dupliciter autem præponi aliquem inter ſcribentes conuenit, expreſsè ſcilicet, & tacitè, Doct. in d. l. ſi inſtitorem, vbi Iaſ nu. 2. Bar. d. conſ. 79 & in
3 l. 1. §. familiæ, nu 6. ff de publ. Roncheg loco † præcitato nu. 153. & 154. verum Saulius fuit conſtitutus adminiſtrator, qui rectè inſtitor dicitur, nedum tacitè, ſed etiam expreſsè, & vt incipiamus à tacita præpoſitione) illa demōſtratur hoc pacto: quādo enim ſcien-
4 te, & † patiente domino aliquid geritur, tacitè præponi cenſetur, Bar. d. §. familiæ in fin. vbi dicit probari aliquem ad aliquod officium præpoſitum, eo ipſo, quod officium exercet domino ſciente, allegat. l. 1 § magiſtrum. 1. ver cæterum ſi ſcit, & paſſus eſt eum in nauis magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videtur, vbi hoc no. Bar. in 2. not. & Caſtr nu 3. & 4. facit. l. qui patitur, vbi glo. ff. mand. Roncheg. vbi ſupra. num. 153. vbi dicit hoc conuenientiſſimum eſſe, ne cogantur, qui cum inſtitorib. contrahunt probare veram, & expreſſam præpoſitionem, vel ſi non adſit, ne contrahentes facilè decipiantur, & præponenti ſit parata via fraudandi. At Grimaldi ſciuerunt, & paſſi ſunt Sauliū per duodecim annos, quib. durauit locatio appaltus, gerere ſe pro generali adminiſtratore totius appaltus, in quo partem habebant: Nam probatum fuit per teſtes illum adminiſtraſſe, & pro generali adminiſtratore palàm, & publicè habitum, notorieque apud omnes ferè mercatores, famam hanc vulgatam fuiſſe, & pariter ſolidum gubernium erat penes Saulium, & ſic habere videbatur generale mandatum cum libera. l. procurator, cui liberam ff. de procur. nec vnquam Grimaldi contradixerunt, nec poſſunt dicere ſe hoc ignoraſſe, cum ab omnib. ſciretur. c. cum in tua qui matr. accuſ. non poſſ. l ſed & ſi pupillus. §. de quo palam. ff. eod. vbi Bald. in terminis noſtris, facit. l. vlt. ff. de decr. ab ordi fac. & Iaſo. in l. Titius. § Lucius ff. de lib. & poſthum. num. 9 dicit regulam eſſe, quòd quilibet præſumitur ſcire id, quod notum eſt publicè in ciuitate, vel loco. l. ſi tutor petitus, vbi Bartol C. de peri. tut. alias talis ignorantia ſupina diceretur. l. regula §. quid enim. ff. de iur. & fact. ignor. quia facti, cuius
5 eſt † publica fama in ciuitate, ignorantia prætendi non poteſt, glo in dicta l. ſi tutor petitus, quam communiter approbatam teſtatur Gram decis. 36. nume. 16. & hanc opin. tenent Bartol. Alex. Dec Aret. Feli. Ang. Marſ. & alij. quos citat, & ſequitur Gabriel. libr. 6. communium opin. tit. de regul. iur. concluſ. 5 num. 19. verſic. 6. limita. probatur etiam ſcientia Grimaldorum ex inſtrumento celebrato cum Saulio, vti appaltatore, in quo emerunt alumina pro ſcala Venetiarum proprio nomine, nec eſt in iure incognitum, quòd vnus ex pluribus præponentibus poteſt contrahere cum ſuo inſtitore ad vtilitatem propriam. l. ſi eum. §. fin. ff. de exer. prout etiam vnus ex ſocijs contrahit nomine proprio cum ſocietate. l. ſi vnus. §. ſi quid, & §. ſeq. ff. pro ſoc ¶ Probatur etiam ex inſtrumento tranſactionis factæ cum Reuerenda Camera tempore Pauli 4. Pont. Max. quæ fuit a Grimaldis approbata, probatur pariter ſcientia Grimaldorum ex inſtrumentis acquiſitionis portionum Ill. Ducis Horatij Farneſij, & Ill. Balduini de mōte, in quib. Auguſtinus

ſtimus enunciatur generalis adminiſtrator appaltus,
probatur etiam ex eo, q Grimaldi dederunt cambio
eidem Saulio, vt conſtat per eorum literas exhibitas,
ſcripſerunt quoq; literas comendatitias ad Reuerendiſſimum Cardinalem Cicadam, vt in reb. aduerſis ratione dicti appaltus faueret Saulio: ex quib. omnibus
ſcientia, & patientia colligitur contradictio autẽ aliqua ex parte Grimaldorum nõ fuit probata, nec tentatum probari, ergo remanet probata patiẽtia, & per
conſequens tacita præpoſitio, & deputatio, vt dicunt
Doct. in c. ex parte decani, de reſcript. ¶ Expreſſa verò præpoſitio eſt ſaltem à tempore quo facta fuit acquiſitio portionum Illuſtriſſimorum Farneſiorum, &
Montium de conſenſu, & voluntate Grimaldorum,
quarum portionum tertia pars ceſſat fuit per Saulium
ipſis Grimaldis præſentib. & acceptãtib. de qua promiſit illis reddere rationem, ex qua promiſſione redditionis rationum neceſſariò ſequitur Sauliũ expreſsè
propoſitũ fuiſſe. l. ad ad rem mobilem, l. ad legatum.
ff. de procurat. l. 2. ff. de iuriſ. om. iud. & cum manda-
6 tum † ſolo conſenſu contrahatur, nec requirat verba,
ſufficit ad illud inducendũ, contrahentes quouis modo conſentire. l. 1. ff. de procur. l. conſenſu. ff. de obli.
& act. & manifeſtius oſtẽditur, quia cum facta acquiſitione ſucceſſerint, quo ad tertiam partem Farneſijs,
& Montib. qui Auguſtinum expreſsè præpoſuerant,
vt conſtat per inſtrumentum exhibitum, & illum ab
adminiſtratione non remouerint, omnino tenentur
ex contractibus Saulij, perinde ac ſi illum præpoſuiſſent, per tex. in l. quicunque §. ſi ab alio. l. ſed & ſi pupillus. l. ſi quis mancipiis. §. ſi impubes ff. eod. in qui-
7 bus iurib. habetur, illum qui vtitur † inſtitore præpoſito, ab eo, cui ſucceſſit, teneri: hinc ſequitur ex omnibus prędictis, ex contractibus cum Inſtitore, ſeu pręposito factis in ſolidum, & eos obligatos remanere.
l. 1. l. habebat. §. fin. ff. eo. gl. Bart. Alex. Iaſ. Dec & alij
in l. ſi inſtitorem. ff. ſi cert. pet Bar. in l. ſi tamen ff eo.
Bal. & alij in l. cum te in Galliam. C. ſi cert. pet. & cõſ.
262. vol. 5. Ratio eſt manifeſta, quoniam cõtrahentes
cum huiuſmodi præpoſito ſequuntur fidem illorum,
qui præpoſuerunt, & perinde eſt, ac ſi cum ipſis contraxiſſent, d. l. præter. §. ſed ſi ſeruus. ff de eden. & ex
eius contractib. obligantur. d. §. ſi igitur, iuſt. q cũ eo.
d. l. ſi inſtitorem, Roncheg. nu. 158. propterea dicebat
Bal in rub. C. de exer. q quando plures exercẽt nego-
8 tiationem per † vnum miniſtrum, quilibet tenetur inſolidum à deriuatiua obligatione indiuiſibiliter formata in vnius perſonam, Nam radix vniriua, & inſolidum obligationis deriuatur ab ipſo miniſtro, Caſt. in
l. in duobus. §. 1. ſub nu. 3. ff. de duob. reis, eſt & alia ratio, quoniam non conuenit, eum, qui cum vno cõtraxit, in plures diſtingui. l. ne in plures ff. de exer. Bal in
d. l. cum te, Caſtr. conſ. 345. vol. 2. Nat. conſ. 567. n. 5.
9 Roncheg nu. 164. ¶ Secũdò, cõtractus omnes à † conuentione partium, & à iure legem accipiunt. l. legem.
C. de pact. c. contractus, de reg. iur. in ſexto, Sebaſt.
Med. tract. de compen. par. 1. q. 16. num. 2. alleg. Bart.
in l. quid nerua ff. de poſ. glo. ſecunda in c. vult. extra
depoſ. l. cõtractus, de reg. iur. Anch. conſ. 332. in prin.
Sarni. lib. primo Select. interpr. c. 11. At Grimaldi in
propoſito caſu tenẽtur ex vtroque capite, ex propria
ſcilicet cõuentione quia in chirographo, ſeu ſcriptura inter partes confecta, cui ſtandum eſt, Paris. cõſ 93.
in prin. vol. 1. promittunt, ac ſe obligant ad cõcurrendũ ad omnia onera, ſiue in oneribus appaltus, & onus
10 vtique † pro damno detrimento, & pondere hoc loco accipitur. l. onera. ff. de adopt. Item in inſtrumento confecto cum Balduino expreſſis verbis cautum
eſt *che eſſendoci danno, che Dio non voglia, promettere di contribuire, &c.* Tenentur autẽ ex legis diſpoſitione: quo-
11 niam iure cautum eſt ſocios † obnoxios eſſe damnis,
quæ ſocietati obueniunt, etiam ſi partes inter ſe non
cõuenirent, l. coire. l. ob æs alienũ. ff. pro ſoc. l. ſi duo
rum in fi. ff. de actio. empt. Igitur quoad primũ caput
à conuentis recedere non licet. l. 1. §. ſi conuenerit. ff.
depoſ. l. 1. ff de conſt. pecu. quò ad ſecundum, iuris diſpoſitio tolli nõ poteſt. l. nemo. ff. de leg. primo, & per
conſequens damnum euitare non poſſunt, quia iam
prouiſum eſt, tam ab homine per pactum, quam à lege per conſtitutionem, & hoc ratio ipſa ſuadet, Nam
ſecũdum naturam eſt, eos ſequi damnum, quos ſequitur & lucrum. l. ſecũdùm naturam. ff. de reg. iur. & ibi
Doct. & ſi diceretur iſtud eſſe ingens detrimentum,
reſpondetur, & emolumentũ potuiſſe eſſe maximum:
Ita enim negotij magnitudo exigebat, Præterea plus
12 † & minus non faciunt differre ſpecie. l. vlt. ff. de fid.
inſtr. & ſatis eſt, q ab initio negotium ſit vtiliter cœptum. l. ſed an vltro. §. is autem. ff. de neg. geſt. l. 3. §. ſi.
ff. de in re verſ. ¶ Tertiò, ſi Grimaldi nolebant credi
tantam ſummam Saulio inſtitori, nec illũ mutuo pecunias capere, debuerunt palàm proponere cõditiones, & claris literis, vt ab omnibus videri, & ſciri poſ-
13 ſet, & demũ exponere de quibus ſecum cõtrahi † vetabant iura d. l. ſed ſi pupillus. §. de quo palàm, ff. eod.
tunc enim ſi contrahentes pręſcriptam conditionem
non obſeruaſſent. ſibi imputare deberẽt, q cum Grimaldi ad quos munus hoc ſpectabat, minimè fecerint, de ſeipſis conqueri debent, hocque reſpicere debet potius damnum ipſorum præponẽtium, quã cum
inſtitore contrahentium, arg. l. 1. §. vnde quærit Offili.
ff. de exer. ¶ Quartò, inter alia quæ obſeruare debet
14 inſtitor, illud præcipuum eſt, vt pecuniam in eã † cauſam accipiat, q in caſu noſtro fecit Saulius, quoniam
in cauſam appaltus ſumpſit, cui erat præpoſitus, & ſatis eſt, q in negotium appaltus cõtraxerit nulla facta
mentione ſociorum. Caſt. conſ. 242. vol. ſecũdo Roncheg. num. 195. & ſoluendo creditoribus appaltus, dicitur in eã cauſam creditum. l. 1. §. ſed & ſi. ff. de exer.
Nec refert ſi pecuniam acceptam poſtmodum inſtitor in eam rem nõ impẽdat, ſed in proprios vſus conuertat, & fallat: quia nihilominus pręponentes tenentur, Caſt. d. l. 1. §. non autem, nu. 4. & ibi Sal. ff. de exer.
ratio eſt in promptu: quoniam hoc debet magis nocere præponẽti, quàm creditoribus, qui miniſtro bona fide credunt: iniquum enim eſſet, eos decipi. l. ſed
ſi pupillus, § de quo. ff. eo. ¶ Quintò cum dubitatũ ali-
15 quando fuerit, an poſſit inſtitor pecunias mutuo † accipere dicitur hoc a lege permitti, per tex. in l. 1. §. nõ
autem, verſic. quid ſi mutuam, & l. ſi ff. de exer. l. quicumque. §. non tamen, verſiculo ſed & ſi pecuniam,
eum. l. ſeq. l. habebat. ff. de inſtitut. l. item ſi filiusfam.
§. quamq; ff. ad Maced. Azo. in Sum. C. eo. Rui. conſilio 93. numero 2. in 5. Ideò ceſſat hoc obiectum, &
videmus præponentem ex mutuo inſtitoris obligari:
Nam ei antecedentia, & conſequentia negotium
permiſſa intelliguntur, argum. l. Gallus §. & quid ſi
tantum. ff. de liber. & poſthum. quòd etiam competat inſtitoria, quando præpoſitus capit pecunias mutuo, probare videtur. l. penult. §. taberna. ff. eodem
vbi filius, qui erat præpoſitus tabernæ mercium capit mutuum, & pater præponens remanet obligatus,
quod videtur generale, ſi pecunia recipiatur ad illud
faciendum, quod ad negotium ſpectat Barto. in l. 1. §.
non autem, numero 1. ff. de exer. ¶ Sextò, de alio pariter diſceptatum fuit, an licuerit Saulio conuenire
cũ Thobia, & eum ſibi aſſumere fideiuſſorem, prout
ex

ex capitulis inter ipſos factis, & exhibitis conſtat, in
quibus conuenerunt adinuicem, prout in eis latius
continetur, pro inueniendis pecunijs ad inſeruiēdum
neceſſitatib. in dies appaltui obuenientibus, & planè
iuris eſt explorati poſſe à præpoſito fideiuſſores ac-
cipi l. pen. §. taberna, ff. eo. l. quicunque, §. item fide-
iuſſori eo. Pallauicinorum autem intererat plures ha-
bere obligatos, l. ſi quis decedens. §. fin. ff. de lib. leg.
§. 1. inſt. de fideiuſſ. licèt etiam fideiuſſori ſibi dari
mercedem paciſci. ob pręſtitam fideiuſſionem, l. ſi re-
munerandi. §. Marius Paulus. ff. mand. l. antiqua, §. ſed
16 ſi minus. C. ad vell. & qui mandat alicui, vt ſuo † pe-
riculo credat, obligatur in ſolidum exemplo fideiuſ-
ſorum, l. ſi verò non remunerandi §. ſi quis mandaue-
uerit, cum. §. ſeq. ff. mand. l. ſi mandata, §. ſi fideiuſſor
eo. tit. mand. ¶ Septimò, nō ſolum ex facto inſtitoris
tenentur præponentes, verùm etiam ex dolo, Bar. l. 1.
§. familiæ. ff. de publ. per. l. vni, ff. furt. aduert. naut. fa-
cit, §. ſerui. inſt. de oblig. quæ ex deli. naſ. & tit. ff. nau.
caup. ſtab. & ratio eſſe poteſt, quia debent proſpicere
17 † præponentes qualem virum eligant, & ſibi impu-
tent, ſi minus diligentem inuenerint. l. 1. §. vnde quæ-
rit Offilius. ff. de exer. l. quicūque §. ſi quis piſtorum.
ff. de inſtit. l. cum mandata, in fin. ff. de mino. 25. ann.
& dolus inſtitoris præponenti potius, quam credito-
ribus nocere debet, d. l. ſed & ſi pupillus §. de quo pa-
làm. ff. eo. l. procuratoris, in prin. ff. de tribut. ſiue igi-
tur aliquo pacto opponi poſſet, doloſè in hoc nego-
tio verſatum fuiſſe Saulium, vel quòd ſimile per reos
prætendi poſſet, quod tamen negatur, nec eſt proba-
tum, nihilominus ob prædicta tenerentur. ¶ Octauò,
quoniam neceſſe eſt probare non ſolùm in cauſam
negotij pecuniam mutuo acceptam fuiſſe, ſed etiam
18 † cauſam neceſſariam, & non creditam maiorem ſum-
mam, qua indigeret negociatio, l. vlt. ff. de exer. id vti-
que probaſſe hoc modò dicunt actores per teſtes, in-
ſtrumenta, & ſcripturas alias, ſi quidem appaltus ſin-
gulis annis indigebat pro ſolutione annui cenſus, fa-
bricatione aluminum, eorum nauigatione, naulis, ſa-
larijs, & alijs quampluribus impenſis, ad minus ſum-
ma centum mille aureorum: quòd autem deberet ſol-
ui cenſus, eſt clarum, necnon poſſe capi mutuum pro
penſione ſoluenda, habemus text. in l. cuicumque. §.
non tamen, verſ. idemque ſi ad penſionem pro taber-
na exſoluendam. ff. eo. Aduenere inſuper caſus fortui-
ti, & damna ob litem motam, & ſequeſtrationem bo-
norum factam, propter quam etiam ceſſatum fuit ab
opere, & plura incommoda aduenere, ob quæ dicta
quantitas erat neceſſaria, pręſertim poſt auctum cen-
ſum à Reuerenda Camera, qui ab initio erat ducato-
rum vigintiocto millium, & poſtea auctus fuit vſque
in quadraginta quatuor millia, & huic augmento cē-
ſentur Grimaldi conſenſiſſe, cum confirmationi, ſeu
19 tranſactioni † aſſenſum præſtiterint, arg. l. 1. C. de fili.
fam. lib. 10. per reg. qui tacet, de reg. iur. in ſexto, facit
l. at ſi qui, §. plerique. ff. de relig. & ſumpt. fu. Acceſſit
præterea acquiſitio portionum Illuſtriſſimorum Far-
neſiorum, & Montium, pro quibus exſoluenda fuere
ſcuta centū triginta millia, quæ omnia ſi colligamus,
& rectè computemus, profectò cōperiemus in duo-
decim annis, quibus durauit appaltus. non ſolùm tan-
tùm, ſed longè maiorem ſummam, cum egeret con-
tinuò, fuiſſe pro tanto negotio expediendo neceſſa-
riam, & per conſequens requiſitum legis plenè adim-
pletum. Nec refert, ſi Saulius habuiſſet notabiles pe-
cuniarium quantitates, vel ex aluminum venditione,
vel aliundè, & illas conuertiſſet in vſus proprios: quia
id nocere debet participibus, & nō creditoribus. d. l.
1. §. vnde quærit. Nec enim debuerunt perquirere an
haberet pecunias, nec ne, ſed ſatis eſt cauſam fuiſſe ne
ceſſariam, & negotiū, cui præerat, ea ſumma opus ha-
buiſſe, & indiguiſſe. ¶ Nonò, quando plures exercent
vnā mercaturam miniſterio vnius, omnes inſolidum
obligātur. l. ſi tamē, ver. ſed ſi vnū ex numero ſuo ma-
20 giſtrum † fecerint, huius nomine inſolidum poterunt
conueniri, & ibi Bar. & Doct. ff. de exer. Bal. d. l. cum
te, Caſt. in l. eius qui, in fi. ff. ſi cer. pet. in l. reos, & l. in
duobus, §. 1. ff. de duo. reis. l. 1. § vlt. ff. de exer. Capi.
deciſ. 180. nu. 3. Roncheg. poſt multos n. 164. & 195.
Deciſ. pedem. 149. aliàs. 150. n. 7. & eſt concluſio ab
omnibus approbata, vnde in propoſito noſtro, cum
Grimaldi miniſterio Saulij appaltum exercuerint, vt
ex iam dictis apparet, cū habeāt partem in appaltu, &
ipſi nō adminiſtrarūt, nec demōſtratum ſit alium pro
ipſis geſſiſſe ſequitur neceſſariò fuiſſe Saulium, qui &
reliquū adminiſtrauit. ¶ Decimò, inſurgebat difficul-
tas, ꝙ iniquū videbatur Grimaldos, qui portiūculam
tantum in appaltu haberēt, inſolidū obligari, ſed huic
obiectioni lex obuiam iuit, quæ licèt dura videretur,
eſſet tamen obſeruāda. l. proſpexit. ff. qui, & à quibus:
Nam traditum eſt non referre, quā quiſque portionē
habeat, ad hoc vt inſolidū obligetur. l. nec quicquam
ff. de exer. l. habebat. §. fi. ff. de inſt. ergo licèt tantùm
21 partem † habeant in appaltu, tamen inſolidū tenebū-
tur, poterunt poſtmodum à ſocijs repetere, quod ſol-
22 uerunt, actione † pro ſocio, ſi ſocietas ſit conuentio-
nalis. l. vt ſit. ff. pro ſoc. vel cōmuni diuidūdo, ſi ſit ſo-
cietas incidens. l. & ancillarū. §. fi. ff. de pecul. l. ſocie-
tatem coire, l. nam cū tractatu, cum. ll. ſeq. ff pro ſoc.
& dummodò negotium ſit aliquo pacto cōmune per
inſtitorem obligantur. ¶ Vndecimò, differentia cōſti-
tuēda eſſe videbatur inter participes, & ſocios, & cō-
ſequenter aliud in ſocio, aliud participe cōſtituendū:
quia vbi diuerſa eſt ratio diuerſum ius ſtatui debet, l.
illud. ff. ad l. aquil. nec ex diuerſis ſit illatio. l. Papinia-
nus exul. ff. de minor. Nam occurritur huic obiecto
23 † participem, ſeu eum, qui habet partem in negotio.
dici propriè ſocium. l. cū in ſocietatis. C. pro ſoci. vbi
ſocius appellatur ille, qui participauerat in ſalinis, &
proximè accedit ſalinarum conductio appaltui. facit.
l. ſi non fuerint. ff. pro ſoc. vbi non refert quā portio-
nem habeat in ſocietate, Iaſ. conſ. 33. vol. 3. ¶ Duode-
cimò, videmus Grimaldos effectos fuiſſe nedum ſo-
cios. ſed etiā principales appaltatores: Nam ab initio
Bendinellus Saulius cōduxit appaltum à Reuerenda
24 Camera nō ſolùm † pro ſe, ſed pro nominādis ab ipſo,
& ſic à principio habuit intuitū ad hos, poſtea nomi-
natos ꝙ verò huiuſmodi cōtractus valeat, no. in l. 1. ff.
de bo. pub. fruc. Bal. l. 1. ff. de pact. in lect. antiq. l. cum
poſt §. gener. ff. de iur. do. Alex. conſ. 232. vol. 6. Anch.
conſ. 127. & cōſ. 318. Dec. conſ. 543. Soc. in l. vtrum. §.
quidā, nu. 9. ff. de reb. dub. vbi dicit Florent. ita ſolere
cōtrahere, & nominatio hæc retrotrahitur, vt perinde
ſit, ac ſi ab initio ipſimet cōtraxiſſent. l. ſi ita ſcripſero
ff. de cōd & demōſt. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus, nu. 6. ff. de
ver. obl. & per cōſequēs, vt principales cōductores in
appaltu poſſunt cōueniri, & Ang. in l. 2. ff. de bo. pub.
fr. dicit, quòd ſi conductores vectigalium commu-
nicent cū alijs ſocijs, vt moris eſt, & ſic in vectigali-
25 bus acquirant ſibi † ſocios, contra hos agi poteſt ad
ſolutionem pretij, per Rempublicam locantem, ſicut
contra emptores, & econuerſo ipſi ſocij contra om-
nes debitores ipſorū vectigaliū agere poſſunt ſiue ali-
qua ceſſione eorū, ſicut ſi emptores fuiſſent: appellat
autē emptores vectigaliū, ita Xenoph. lib. de vectiga-
libus, Angelus ipſos cōductores, idem tradit Rebuff.

in

in tract.de mercat.art.vlt. glo.vni.num.15. pag.213. ſcilicet, quòd habentes conductionem de publico, inſolidum conuenire, & conueniri poſſunt, & Alciat. in l.ſi ciuitas,ff.ſi cet.pet.aſſerit, ex adminiſtratorum publicanorum contractu obligari publicanos, & ſocios vectigalium,quamuis nõ probent in rem eorum pecuniam verſam. Præterea fuit in manu Bendinelli ſublocare vel totum appaltum, vel partem,ſi voluiſſet,& ſic nominare nedum inſcia, ſed etiã inuita Camera,l.nemo.C.locat.& omne ius ſuum cedere,cum tranſeat ad hęredes.l.viam veritatis,C.loca.quia quæ tranſeant ad hæredes regulariter cedi poſſunt, l.ſi ex
26 † pluribus.ff. de admi.tut. Manifeſtè etiam probata eſt ſocietas in hoc appaltu, ex ſcriptura confecta inter Illuſtriſſimum Ducem Horatium Farneſium, & Bendinellum, in cuius poſtmodum locum ſucceſſit Auguſtinus pater, virtute, ceſſionis ei factæ, & ideò appellamus Bendinellum, & Auguſtinum reſpectiuè Saulium:quia pro eadem perſona hic ſunt:cõuentioni ergo initæ ſtandum eſt, l.in conuentionibus.ff. de verb.ſign.Anch.dicto conſ.332. Paris dicto conſ.93. in qua videmus appellari compagnia, & videtur euidens probatio, quæ ex ore ipſorum contrahentium proficiſcitur:vnde cum poſtmodum in locum Farneſiorum ſucceſſerint Grimaldi pro ſua rata virtute acquiſitionis factæ, ad id debent teneri,ad quod primi contrahentes tenebantur.l. ſi eum.§. iniuriarum.ff. ſi quis caut.cum ſimi. & in materia noſtra ex ſucceſſio-
27 ne in ius alicuius, tenetur † quis ad id, ad quod principalis tenebatur.l. ſi quis mancipijs.§. ſi impubes.l. l.quicunque.§. fin.l.ſed etſi.ff. de inſtit. Præterea eſt abſonum, quòd ex parte Farneſiorum vocaretur ſocietas,& reſpectu Grimaldorum alio, & diuerſo nomine, quia res eadem non debet diuerſo iure cenſeri, vulg.l.eum qui cedes.ff. de vſucap.cum ſimi. videtur etiam probata ſocietas inter ipſos Grimaldos, qui acceptauerunt ſuam portionem,vt conſtat per eorum appoccam: ſtante ergo eorum ſocietate non poteſt negari,quin per Saulium illã adminiſtrauerint, vt ſupra fuit deductum: Præter ſupradicta, quæ militant reſpectiuè contra Nicolaum Negronum alium litis conſortem,ſpecificè dicitur,illum pariter obligatum remanſiſſe inſolidum,Nam probatum eſt, ipſum quoque fuiſſe in appaltu participem vigore epiſtolæ per ipſum ſcriptæ,& in actis exhibitæ,in qua mandat pro ſua rata ſolui Saulio ſcuta mille octingẽta,certi enim
28 iuris eſt literas † probare contra ſcribentem,& illum obligare.l.Publi.ff.depo.Alex.conſil.191.vol.2.Rebuff.in tract.de chirogr.in præfato numer.25.etenim indignum eſt, quem velle infirmare, quod ſua voce proteſtatus eſt.l. generaliter.C. de non nu.pec.c. per tuas, in fin.de probat.& retroceſſio, quam fecit Negronus eidem Saulio portionis eiuſdem, quam antea ab ipſo habuerat, præcedentem acquiſitionem probat:quia non retroceditur,quod non eſt.l.eius qui.ff. ſi cert.pet.Nec ob retroceſſionem Negronus libera-
29 tur † ab obligatione iam contracta, quæ non poteſt in præiudicium creditorum, qui ante ceſſionem crediderant,valere,aliàs facilè fraudarentur, contra tit. ff qui in fraud.cred.§.ſi quis in fraudem inſt.de actio. cum ſimi.Inſuper quemadmodum hæres, qui vendidit hæreditatem, nihilominus tenetur creditoribus hæreditarijs.l.ratio.C. de hære.vel act.vend.l.quamuis,C.de leg.Renunciatio etiam præſupponit ius cognitum,& ſeu ius, quod habet renuntians, Caſt.in l. pactum C. de collat. & in l.1.§. idem Neratius.ff. ad Trebel.qui ponit quæſtionem de ſorore, quæ renunciat partem ſuam vni ex fratribus illam dotãti,an pro portionibus hæreditarijs renunciaſſe exiſtimetur.

¶ His tamen minimè obſtantibus in contrariam ſententiam iuit Rota nemine diſcrepante, reos à petitis abſoluendo, & iure quidem merito optimis iuribus, & validiſſimis rationis, quas aliorum more ſecuti in medium prius adducemus, antequam oppoſita diſſoluamus, vt monet glo. in capitulo Abbatę ſanè. §. allegabatur,verſ.multum quoque diſtabat,de re.iud. lib.texto,& ibi Doct.prius eſt enim, vt noſtra firmemus,deinde obiecta cõfutemus, Ariſt.3.Rhe.¶ Omiſſa autem diſceptatione illa diu agitata, an Barganus agentium procurator haberet legitimam perſonam, nec ne,quæ in fine cauſæ reiecta fuit ob clauſulam,citra præiudicium meritorum,in interlocutoria appoſitam, virtute cuius reſeruationis nunc cognoſci poſſet,ſecundùm Bart.in l.ille,à quo,§.de teſtamento.ff. ad Treb. & ibi alij ad merita ipſa deſcendemus.¶ In
30 primis pro reis facit,quòd nemò ſine actione † experitur.l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.l.quoties. §.in temporali.l.tutores.ff.de admi.tut.l.ſi quid.§.ſicut.ff.de pet.hæred. gloſ.in c. conſtitutis 1.de elect. Alex.conſ.110.in fi.vol.5.Pallauicini ſine actione experti ſunt, ergo iure ſuccubuerunt, Nam reus abſoluitur, quando actor intentionem ſuam non implet.l. vlt.C.de rei vend. per obligationem autem quæritur actio.l.licèt.§.ea obligatio ff.de procur.hinc notiſſimum eſt illud, quod tradunt elementarij in rub.Inſt. de oblig.obligationem eſſe matrem actionis,ꝙ quomodo accipiendum ſit, non eſt præſentis ſpeculationis:illud veriſſimum eſt, non precedente obligatio-
31 ne,non dari † actionem,ſed Grimaldi non ſunt obligati actoribus ex contractu, nec ex quaſi contractu, nec ex maleficio, nec ex quaſi maleficio, argu.§.ſequens,inſt.de oblig.nec enim contraxerunt,vel quicquam geſſerunt cum actorib.& ſic nullo modo obli-
32 gati ſunt, argumentando † à ſufficienti partium enumeratione.l.patre furioſo.ff. de iis qui ſunt ſui,vel al. iur.l.ſi tibi area.ff.de præſcript.ver.§. actionum.Inſt. de act.Rip.in l.re coniuncti,num.14.ff.de leg.tertio. Nec refert,quòd Saulius contraxerit, quia vnus non poteſt alium obligare, Auth.ſi quando.C. de conſt. pecu. etiam ſi illum nominet.l. inter ſtipulantem in princ.ff.de verb.oblig.l. eum qui.§. Iulianus quoque ff de conſt.pecu.Caſtr.conſ.242.vol.1.ad obligandũ
33 enim aliquem requiritur † conſenſus.l. conſenſu.ff. de act. & oblig. l.1.ff. de pact.& diuerſa eſt voluntas vnius à voluntate alterius, Iaſ.in l.frater à fratre, nu. 8.ff.de cond.indeb. Paris.conſ.93.nu.8. volu.1.Roncheg.d.l. eandem.nu.155. alterique per alterum non debet iniqua conditio afferri.l. non debet.ff. de reg. iur.c.non debet eo.tit.in 6.& in terminis noſtris,vbi nõ adeſt conſenſus domini,nõ agitur inſtitoria,Bald. in rub.C.de exer.verſ.ſequitur videre, de actione aliqua reali,non eſt,quod quæramus,quia fatuum eſſet, & Diogenis lucernam in medio foro in meridie ferre.At ſi actores ex perſona Saulii, quoquò pacto venirent,non poſſent habere maius ius, quàm ipſe eſſet habiturus.l. traditio.ff. de acqui. rer.do.l. nemo plus
34 † iuris.ff.de reg.iur.ille autem nõ redditis rationibus repelletur.l. cum proponas.C. de tranſ. Corn.conſil. 245.in 4.Alb.Brun.conſil.48. inter feud.pari ratione agentes ex eius perſona excluderentur.c. nemo plus, de regul.iur.in 6.ſed & rem actu tangamus, vt eſt in adagio,videndum eſt,an actio inſtitoria, quam re vera intentarunt actores,competat: Nam cum Pallauicini ſe dicant crediſiſſe Saulio vti inſtitori Grimaldorum, aduerſus eos tanquam inſolidum ex cõtractu inſtitoris obligatos egiſſe videntur, & vt rem abſoluamus,

uamus ex multis infrà dicẽdis pro comperto erit, hu
iuſmodi actionem nõ competere , præſertim cum ſit
35 †ſtricti iuris,vt habẽtur in § bonę fidei, Inſt.de actio.
Criſp.de Moorib.in arb.act. Retho. in tit. inſt.quod
cum eo,hæcq́; actio ab initio dabatur contra domi-
num tantum,ſeruum pręponentem,ſed poſtea ex idẽ-
titate rationis , data fuit, etiam ſi liberum hominem
quis præpoſuerit , & ita tradit Imperator , & refert
Galles.li.2.de exerci.iuriſp.nu.61.ſtrictè ergo inter-
pretanda eſt , præpoſitionis etiam certam legem ſer-
uare , nec modum egredi debemus l.1.§.non autem.
ff.de exer. Miſing.in d.§.ſi igitur,nu.14.per.l.quicun
que.§.non tamen.ff.eo.eſtq; actio prætoria.l.1.ff. de
inſt.Io. Andr.in add.ad ſpe.in tit. de oblig & ſolut.&
de hoc nemo eſt,qui ambigat,illud tamen in dubium
36 reuocatur , an inſtitoria† ſit nomen actionis,vel quę-
dam adiectio,de quo per Spe.d.tit.de oblig.& ſolut.
& Azo.in Sũ.C.de exer.Doct in d.§.ſi igitur, & in §.
actiones autem de peculio,inſt.de actio.ſed quia hoc
non refert,conſulto ſilentio inuoluimus , illud nõ eſt
prætereundum actionem hanc non dari, quoties ille,
qui contrahit,non eſt inſtitor:eſt autem regulare , &
paſſim receptum,eum , qui dicit aliquem eſſe talem,
debere probare.l.non ignorat,vbi Bar.C.de accuſ.ve
rùm quia ſicut ſermones circa vniuerſalia ſunt facilio
res,ita circa particularia ſunt veriores, vt inquit Phi-
loſ.in 2.Eth.c.7.Soc.conſ.150 nu.1.volu.1. Iaſ.conſi.
18.nu.3.Galles.lib.1.de exer.Iuriſp.nu.10 de inſtito-
re in terminis noſtris,hoc dicit Bal.in l.1.C. de exer.
37 quòd quis non præſumitur præpoſitus , niſi † probe-
tur,& Rofred.Dene.in par.1.libel.ſub rub.de inſtito
ria pag.39.in 3.requiſito,inquit probandũ eſſe,quod
illę ſit præpoſitus:quo caſu dubia probatio non pro-
deſſet actori.c.in præſentia de probat.l.non hoc, C.
vnde legi. cæterum non fuit probatum Auguſtinum
fuiſſe eorum inſtitorem,ergo ſcopũ non attigerunt,
imò ſtantibus rebus,prout ſtant,in caſu noſtro , con-
trarium,quòd Saulius nõ fuerit inſtitor, euidẽter de-
monſtratur. ¶ Primo,cui non competit diffinitio, nec
competit diffinitum. l.1.§.doli. ff.de dol. Doct.in l.
1.ff.de teſta.Caut.in topi.lega.& Negẽd.in Dial.leg.
38 & alij paſſim,ſed Saulio nõ competit† inſtitoris diffi-
nitio,quæ ſuprapoſita fuit, iunctis his, quæ infra ſub-
iiciemus,ergo non poteſt dici inſtitor : quòd vt luci-
dius pateat,retenta communi opinione Doctorum,
ac diſtinctione,videlicet inſtitorem conſtitui expreſ-
sè,vel tacitè : Nam vt dicebat Iaſ. in d.ſi inſtitorem,
alius verus eſt , alius præſumptus , ſeu tacitus. Videa-
mus de vtroq́;,vt omnia complectamur,ſi enim neu-
39 tro modo fuerit prępoſitus,ſequitur† nullo modo pręę
poſitum.l. patre furioſo.ff.de iis , qui ſunt ſui , vel al.
iu. ¶ Expreſſè quidẽ à Grimaldis prępoſitus dici ne-
quit:tunc enim quis expreſſè pręponitur,quando do-
minus negotij dicit,ego facio Titium meum inſtito-
rem,vel præpono tali negotiationi meæ : Ita cenſet
Inn.in c.quòd quibuſdam,de fideiuſſ.Alex.in add.ad
Bar.in l.quicunque,in prin.in litera,e,ff.eo.Bal. in l.
mandatum.C.mand.Iaſ.in §.actiones autem de pecu
lio.nu.49.& 50. Inſt.de actio, eſt enim expreſſum, ꝙ
verbis exprimitur.l.ſi ſeruus.ff.de aſſig liber.l.ratũ.ff.
de ſolut. gloſ. in cle. ſæpe , in verſiculo partibus,
ante fi.de verb.ſig. ponit Tiraq.in lege connu. gloſ.
7. numero 81. cum ſeq. Cag. in l. expreſſa. ff. de
reg.iur.nu.5.vbi multa citat:expreſſum quoque dici
tur,quòd per ſcripturam apparet , Bal.l.ſed ſi quis. §.
quæſitum.ff.ſi quis cau.ita vt oculis proſpici poſſint,
quæ ſcripta ſunt.l.1.§.legi.ff.de iis,quæ in teſta.debe.
hocq́ue ex vi ipſorum verborum cognoſcitur , quo-
niam expreſſè fieri dicitur , quod nominatim fit.l. ſi
expreſſim.ff.de appel. Franc.Hotom.in coment.iuris
ciuilis , qui allegat.l.qui res. §. qui ſtipulatur ibi ex-
preſſim agebatur.ff.de ſolu.l.qui vſumfructum,in il-
lis verbis ſpecialiter expreſſerit.ff.de verb.oblig.§. ſi
40 verò† expreſſim,in auth.de trien.& ſemis , cum ſimi.
Tiraq.vbi ſup.nu.88.verum nos habemus in materia
noſtra ſimilem tex.in l.1.§.non autem,in verſ.ſpecia-
liter expreſſerit.ff.de exer.quem Tiraq.ibi non citat,
addimus etiã Cõrad.Lag.ca.24.nu.5.par.3.Method.
iuris ciuilis,qui in terminis inquit , aliquem præponi
cũ expreſſis verbis,& nominatim negotia alicui com
mittuntur,& ſic videri, tangi , & legi debet præpoſi-
tio : cæterum Grimaldi nec verba talia protulerunt,
nec ſimilia , quæ expreſſam importent præpoſitionẽ.
Præterea in expreſſa præpoſitione,ex neceſſaria con-
41 ſequẽtia adeſſe debet† forma,& conditio qualis,qua-
lis illa ſit l.ſed & ſi pupillus.§.conditio autem pręęo-
ſitionis ſeruanda eſt.ff.de inſt & in præſenti cauſa de
aliqua forma non fuit edoctũ,ergo non adeſt:nam pa
ria ſunt non adeſſe,vel non apparere.l.duo ſunt Titij.
ff.de admi tut. & veriſimiliter in appoca conuentio-
nis inter Saulium,& Grimaldos fuiſſet poſita forma,
& cõditio,& tamẽ vt ex lectura illius patet nihil om-
nino tractatum fuit , arg.l.interest. verſ. tantũ quan-
tum lectio probat ff de ſolut.& liberat.& hęc proce-
dũt,etiã poſt acquiſitionẽ portionum Farneſiorum,
& Mõtium nec eum poſtea expreſſè præpoſitus fuit,
& vt latius in reſponſione ad primum argumentum
actorum elucidabimus. ¶ Secundo, videamus an ſit
tacitè præpoſitus,& in hoc difficultas nõ parua conſi-
ſtere videtur,aſſerentib.actorib. Saulium tacitè fuiſ-
ſe præpoſitum , & eſt potiſſimum eorum fundamen-
tum,vnde vt huius articuli euidentiùs veritas pateat,
proponenda eſt inſtitoris taciti diffinitio , ſeu deſcri-
ptio,& diſcutiendum eſt , quæ requirantur ad hoc,vt
tacitè pręponi quis dicatur,& licet ſpatſim hęc à Do
ctoribus tradantur,tamen plenius,& magis diſtinctè
aliis videtur omnia cõplexus , Rõcheg.in d.l.eandẽ,
n.153.dũ ponit diffinitionem inſtitoris,quæ licet ad
vtrumque pertinere videatur,nihilominus poteſt re-
ctè colligi quòd quis tacitè prępoſitus dicatur ex eo,
42 quòd publicè ſe gerat pro† inſtitore,domino ſciente,
& patiente.& pro tali publicè habeatur,hæc ſunt ver-
ba formalia Ronchegalli.& hæ qualitates referri nõ
poſſunt,ſed tacitum reſpiciunt,quę finitio,ſeu deſcri-
ptio:(Nec.n.vim in hoc facimus,)cum & finitionum
plures eſſe ſpecies ex Boetio nouerimus,de quib He
gẽd.in dial.leg.& apud Iuriſperitos diffinitio non ita
ſtrictè,ſed pinguiore quadam Minerua accipitur per
Doct.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. Nec quæri-
mus an diffiniendi authoritatem habeat Ronchegal-
lus,ſed ſolùm quæ ad cõſtituẽdũ inſtitorẽ neceſſariò
concurrere debeant,& aliquo deficiente nõ erit pręę
poſitus,& profectò omnia ſupraſcripta adeſſe debe-
re,iure probatur.arg.l.1.§.magiſtrum,verſ.cęterum ſi
ſit.ff.de exer.Bar.d.l.1.familiæ in fi.& conſi.79. & in
l.quicũque.§ Idẽ Labeo.ff.eo.¶ Perpendamus verba
in dicta deſcriptione poſita,& diſcutiamus an themá-
ti noſtro cõueniant:in primis ponitur, quòd publicè
ſe gerat pro inſtitore,certè nullibi apparet,ꝙ Saulius
ſe publicè geſſerit pro inſtitore, quia nuſquam gẽtiũ
ſe ipſum vocat vel hoc nomine,vel alio,id importan-
43 te,nec ab aliis nuncupatur,vt puta† factor,de quo per
Capi.deciſ.180.n.3.vel actor , vt quotidie eſt in vſu,
& videmus noſtros interpretes , ita paſſim nominare,
vt cum Dec. conſilio 510. numero quinto ſcribit fa-
ctures , ſi mille literas ſcribant , non obligari,

Google

& alibi ſæpiſſimè docet,quiſpiam vocantur appalta-
tor:quid tum?apaltator lōgè diuerſam habet ſignifi-
cationem,arg l.ſi Idē.C.de tut.Cod.nec poteſt ſigni-
44 ficare inſtitorem, ſed conductorē appaltus†denotat,
& ratio eſt in promptu : quia appaltator eſſe poteſt,
etiamſi nullos omninò habeat ſocios, nec à quoque
dependeat,prout dependere debet inſtitor , & ſi di-
catur,appellatur adminiſtrator, pariter poſſumus re-
ſpondere,quòd non accipitur pro inſtitore : quia eſt
Genus,vt infra dicetur , & plures ſunt adminiſtrato-
res,qui non ſunt inſtitores: ergo non conuertuntur,
45 nec poteſt fieri bona illatio:eſt†adminiſtrator , ergo
Inſtitor:ſed eſto quod idē ſignificarent hæc nomina,
non tamen eſt ſatisfactum deſcriptioni : quia gere-
re ſe pro inſtitore,nō debet ieiunè, & in abſtacto ac-
cipi,ſed oportet intelligi,quod pro inſtitore alicuius
ſe gerat, aliàs nihil abſurdius , vel inanius excogitari
poſſet,quàm ſi quis ſimpliciter diceret,ego ſum inſti
tor,& non exprimeret cuius:quia inſtitor habet rela-
tionē ad præponētē,ſicut filius ad patrē,ſeruus ad do-
minū,diſcipulus ad magiſtrum,creditor ad debitorē,
& infinita propè ſunt in iure exempla , citiuſq; arenā
quis omnem maris menſurabit,quam illa enumeret:
relatiuorum verò duæ ſunt regulæ , quas ponit Cant.
li.2.cap.de loco à correlatiuis,1.ad eſſe vnius†corre-
46 latiuorum,ſequitur eſſe alt.Secunda,ad nō eſſe vnius,
ſequitur non eſſe alterius,per l.1.ff.de contrah.empt.
l.1.ff.de re.permut. propterea cum filius dicatur re-
ſpectu patris,is qui eſt ſine patre,dicitur pupillus, nō
filius.l.pupillus.ff.de ver. ſig. cum ſimi.igitur reſpe-
ctu preponentis dicitur inſtitor,& reſpectu inſtitoris
dicitur præponens,& ſic exprimi,& ſciri debet,cuius
ſit inſtitor puta Titij , vel Sempronij,& non in gene-
re inſtitor : quia perpetuò ignoraretur cuius eſſet in-
ſtitor , & præterquam quòd in hoc ſufficit naturalis
ratio.l.cum ratio.ff.de bo.dam.l.ſcire.§.ſufficit.ff. de
excu tut.c.vlt de tranſ.Clem.1.in prin. de elect. quæ
hoc dictat,& natura relationis ſuadet,per.l.vlt.C. de
ind.vid. tol. tamen id manifeſtè iure † comprobatur
47 per l. eo nomine.ff.eo.& videmus exemplum in l.vlt.
ff.eo.ibi Octauius terminalis,rem agens Octauij Fe-
licis,& paulò poſt habēs penès menſam patroni mei,
& licèt ſit narratio quædam non preceptum Iuriſcō-
ſulti,tamē inde elicere debemus, quid exprimere de-
beant inſtitores,hinc dixit Bal.in rub.C. de inſtit. &
exer.verſ.ſequitur videre nomine patris , vel domini
negotium exerceri,Pet.de Vbal.in tract de duob.fr.
q.9.n.s.& Alex.conſ.vlt.lib. 7. dicit eo nomine geri
debere,Pariſ.cōſ.93.n.50.vol 1.extra debētes inquit,
nomine præponētium egiſſet negotiū,Conrad.Lag.
c.24.nu.3.par.3. Method. iu. ciui. dicit modo alte-
rius,nō ſuo nomine id gerat,& tradit Roncheg.num.
171.l.vlt.ff.eo.exigere hanc qualitatē , quod nomine
alieno agatur,præſertim vbi actus celebratus ab acto
re tendit ad obligandū,quòd eſt notandum,vt ibi nu.
572.oportet igitur,quòd ſe gerat pro inſtitore taliū,
Saulius verò nūquā ſe dixit inſtitorem Grimaldorū,
nec ſe pro eorū inſtitore geſſit,quòd neceſſariò requi
rebatur,& facere debuiſſet , ſi illos obligare intende-
bat:imò totum contrariū fecit,quia nomine proprio
geſſit,& ſubſcripſit,(Auguſtino Sauli,) nec vnquam
aliquo alio nomine ſe vocauit , & licet quando-
que appaltator , vel adminiſtrator dictus fuerit,
nō potuit propterea effici inſtitor Grimaldorū:quia
id verba nō ſonant, vt dicemus,& ſic non verificatur,
quòd ſe geſſerit pro inſtitore Grimaldorū. Sequitur
in deſcriptione,Domino:adeo verū eſt,cum qui præ-
ponit,dominum negotij eſſe debere,vt aliàs impoſſi-
48 bile ſit,dari,aliquam præpoſitionem, quæ†dependet
à domino,& in eo penitus poſita eſt,& hoc eſt ita cla
rū,vt nulla egeat probatione.l.continuus. ff. de verb.
oblig.l.ille,aut ille.ff.ad Treb.in rebus enim apertis,
tam ſtultum eſt argumentari,quam ſub clariſſimo ſo-
le lumen mortale afferre,vt inquit Quintil.li.5.orat.
Inſt & Rol.à Val.conſilio 70. in prin. vol.1.eſt ergo
perſpicuum,præponentem dominum ſupponi:Nā &
Matth.Viſim.in œcon.Iuris.lib.14.digeſtorum fol.
101.ponit in deſcriptione inſtitoris , vt ſit qui taber-
næ,ac negotiationi dominicæ, & ſic ponderandū eſt,
quòd Dominica ſit negotiatio:ſolummodo videndū
eſt an Grimaldi domini fuerint negotij, cui Saulium
præpoſuiſſe dicuntur, ꝙ ſi demonſtratum fuerit non
fuiſſe dominos,ſequetur , Auguſtinum non potuiſſe
eſſe inſtitorem eorum,& cum non fuerint appaltato-
res,domini eſſe non poterunt:Nam ad hoc vt appal-
tatorum nomen aſſequerentur,neceſſe erat, ꝙ ad no-
titiam Cameræ fieret nominatio , Rui.conſil.90. nu.
9.vol.1.Nec ad ſcientiam ſociorum , & intereſſe ha-
bentium.l.de vnoquoque.ff.de re iud.cum ſimi.& ſic
in Camera fieri debuit nominatio:Nā vt inquit Rui.
ex Anch.in conſ 127 deprehendi poteſt, tractari po-
tuit de intereſſe Cameræ, ſi minus idoneos nominaſ-
ſet.l.ſi venditor in princ.ff. de indiem add. cum ergo
49 nec cogniti,nec admiſſi†appaltores fuerint, ſequitur
non fuiſſe dominos appaltus.¶Secundò,euidenti ar-
gumento cognoſcitur non fuiſſe appaltatores: quo-
niam in noua conuentione facta cum Camera anno,
&c.quando auctus fuit cenſus,& trāſactum ſuper ap-
paltu,ipſi omnino vocari debuiſſent, ꝙ cum factum
50 non ſit,ſed nouus†contractus abſque eorum interuē-
tu fuerit celebratus , ſequitur non habitos fuiſſe pro
appaltatoribus,quando.n.aliquid additur primo cō-
tractui,dicitur nouus cōtractus.l ius ciuile.ff.de iuſt.
& iu.Rui.conſ.91.vol.1 ¶Tertiò, cum ſolus Saulius
nominatus fuerit in Camera,ſolus tranſigerit abſque
alicuius interuentu , ſolus appaltator ſemper habitus
fuerit,ſolus ſe pro appaltatore geſſerit , & vnicus re
manſerit,& ſolus tractauerit cū omnib.ſequitur alios
51 non fuiſſe appaltatores:quia vnius†incluſio , eſt alte-
rius excluſio , vulg.l.cum prætor.ff.de iud.l.maritus.
C.de procur.¶ Quartò,conſiderandum eſt , quòd ſi
Grimaldi , vel,alij participes,ob nominationem illā
informem,effici debuiſſent appaltatores,erat neceſſa
rium nominationem fieri per Saulium ſimpliciter,&
purè eodē modo, quo ipſe conuenerat cum Camera,
& non addere aliquas conditiones,aut pacta , prout
fecit,& ſic actus diuerſus euadit,quādo additur quid,
52 vel†minuitur d.l.ius ciuile:Ideò non poteſt dici for-
miter facta,nec eo modo,quo debuit , & per conſe-
quens non poſſunt vllo pacto dici appaltatores:
quia nec Saulius ipſe tales voluit facere,nec Camera,
nec talis voluntas dignoſcitur.¶Quintò , huiuſmodi
contractus,qui fiunt pro nominandis , huius ſunt na-
turæ,vt inquit Alex.d.cōſ.232.vol.6.Dec. conſ. 543.
53 poſt Anch quòd ille,qui nominat,†eximit ſe ab obli-
gatione prius contracta,& nō remanet amplius obli-
gatus,ſed in illum nominatum transfunditur obliga-
tio,& onus,quòd primus contrahens habebat,in hūc
ſecundum tranſit, perinde ac ſi ab initio ipſe contra-
xiſſet:cæterū hoc non eſt ſecutū:Nam Camera ab iis
nihil vnquàm exegit , nec cum eis de appaltu tracta-
uit,nec ab aliis fuit quicquàm actum , tanquam cum
appaltatorib. ſequitur ergo nullo pacto fuiſſe tales.
54 ¶ Sextò,ſi appaltatores comparantur † exercitorib.
prout cōferri poſſunt in hoc, vtique quemadmodum
ad exercitores ſpectat quotidianus nauis quæſtus.§.
cadē

eadem inſt. quòd eum eo.l.1.§. exercitorem.ff.de e-
xer.Matth.Viſimb.in œcõ.iur.lib.14. digeſtorũ, fol.
101. ita deberet ad appaltatores quotidianus appal-
tus quæſtus pertinere:verũ non modo non pertinuit,
ſednihil omnino in tam longo duodecim annorum
ſpatio ſunt conſecuti, nec vllibi locorumq́ue appal-
tatores dicti fuerũt, nec in toto proceſſu hoc fuit de-
monſtratum,ſed contrarium patuit:quia Saulius vni-
cum ſe appaltatorem fecit,& pro ſolo appaltatore ha
bitus fuit, Nec iis refragatur,quòd per actores dice-
batur,Camerã habuiſſe notitiam horum participum
ob inſtrumentum tranſactionis factum:quia reſpon-
debatur Grimaldos in illa tranſactione interueniſſe
reſpectu appaltus præcedentis, habiti per Anſaldum
Grimaldum,cui iſti ſucceſſerant, non verò reſpectu
ſequentis appaltus : & ſic hæc ſcientia Cameræ non
ſufficit & nõ eſt certa,nec ſpecialis,ſed informis, &
in abſtracto, quæ nec illi deſeruire poſſet. Minus ob-
ſtat,quod opponebatur, iſtud eſſe opponere de iure
tertij, videlicet de iure Cameræ, quod l prohibe-
tur l. loci corpus §. competit. ff. ſi ſer. vend. l. his
conſequenter. ff. fam. hercis. cum ſimi. quia reſ-
pondetur, hoc non eſſe opponere de iure tertij,
ſed de defectu intentionis agentium : quòd licèt,
55 quia exceptio hæc † defectus, non eſt propriè exce-
ptio,Bal.l.ad peremprorias.C.ſent.reſc.nõ poſſ. Be-
nit.in deciſ.Bono.67.n.13.in fi.& debuerunt actores
probare,aliàs ſufficit reis opponere, nec eſt neceſſe
ꝙ aliquid probent,& ſatis eſt dicere,ſe nõ eſſe appal-
56 tatores:vel etiam poteſt reſponderi, licere † oppone-
re de iure tertij, quando eſt in totum excluſiuum iu-
ris agentis. l.vlt.C.de rei vend.Bart.l. indebitè. §. ſi
nummi. ff.de cond.indeb nu.13.& d.§.competit.qui
ſe remittit ad dicta per eum in l.1.ff.de excep.rei iud.
Nec obſtat ſi dicatur,Grimaldos habuiſſe partem in
appaltu, & reſpectu partis dici appaltatores : quia
reſpondetur dici participes, non appaltatores : con-
ſtituitur.n.appaltator à Camera, quæ hoc ius trans-
fert, nec hanc facultatem conſtituendi appaltatores
habuit Saulius, quòd in ſola Camera reſidet, niſi
fortè Saulius in Camera, & ſeruatis ſeruandis no-
minaſſet : quia tunc perinde eſſet, ac ſi à Came-
ra ipſa tales fuiſſent creati.¶ Septimò, reſeruatio ſoli-
di gubernij, & generalis, ac liberæ adminiſtrationis
5 † appaltus,quàm ſibi retinuit Saulius,facit, vt nullo
modo Grimaldi ſint domini,& quòd ipſe non ſit in-
ſtitor,aut præpoſitus,qui operatur hoc,vt appaltus in
ſolo Saulio ſit radicatus.nec ab illo auelli poſſit,cum
illum retinear iure proprio,ꝙ ex exhibitis actorũmet
apparet : quia Thobias in prima epiſtola ſcripta ad
Pallauicinos,loquens de appaltu,dicit, *quale ſta in per-
ſona del noſtro Agoſtino*. & ſic excludit expreſsè quoſ-
cunque alios,& reuera, ſolus Saulius erat appaltator,
nec Grimaldi potuiſſent facere inſtitorem, etiam ſi
voluiſſent:quia cum non haberent nolle,non poſſunt
dici habuiſſe † velle. l. eius eſt. ff.de reg.iur.vbi latè
58 Dec.& Cagn & facit.l.ab adminiſtratione.C.de leg.
cũ ſimi.& facultatem adminiſtrandi, ex ſe ipſo habe
bat Saulius,nõ à Grimaldis, nec ab alio dependebat,
ꝙ verò ſibi reſeruaſſet adminiſtrationem, & liberum
gubernum ex conuentionib.cum Farneſiis, & Mõti-
bus initis,clarè cognoſcitur. Quo ad Grimaldos ve-
rò ex neceſſario conſequenti demõſtratur, tũ quia il-
59 lam ſemper retinuit,& ſic actus † ſubſequens, declarat
quid inter partes antea cõuentũ fuerit.l. quędã.ff.de
reb.dub.Rõ.cõſ.291. n. 2. Nã quãdo aliquid factum
reperitur,præſumitur factũ ab eo,qui tenebatur face
re.Bar.l.nomina.C.arb. tut. Bal.l.2.C.de alim. pup.

præſtan.Raphael.Scil.in remiſſionibus ad.l.ſi qui.C.
de off.ciuil.iud.& ſic reſpectu etiã Grimaldorũ reſer
uauit,qua reſeruõne ſtãte,nõ poterat Saulius remoue
ri, Dec.cõſi.165.vbi ille, qui cõtrauerat bona cũ alio
retẽra ſibi adminiſtrõne,licèt illa bona eſſent ſibi ef-
fecta cõmunia,nihilominus non poterat agere ad di-
uiſionẽ bonorũ,cum alter ab initio ſibi proſpexiſſet,
60 ob adminiſtrationẽ † reſeruatã:ſic in caſu noſtro lex
ſocietati dicta debet obſeruari, & hinc dicitur,quod
reſeruare eſt a ſeipſo,& nõ ab aliis accipere, & reſer-
uãti nihil de nouo tribuitur, Soc.conſ.287.col.2.vol.
2.Dec.cõſ.516.Iaſ.in l.admonẽdi.ff.de iur.iur.refert,
& ſequitur Crau.cõſ.144.nu.15.& hoc iure facere po
tuit:quia ipſe erat cõductor,& dominus appaltus, in
cuius manu erat nominare,vel nõ nominare Soc.d.l.
verũ,nu.9.§.cũ quidã,& participes cõtraxerũt, & cõ-
uenerũt cũ Saulio,cũ hac cõditione,ꝙ ipſe haberet tã
lẽ adminiſtrationẽ,qua reſẽta lucrũ pecuniarũ ad ip-
ſum ſolũ pertinuiſſet, ꝙ in redditione rationum reti-
nuiſſet, aliàs nõ fuiſſent admiſſi ab eo in ſocietatẽ:cũ
ergo ex pacto adminiſtratio remãſerit penès Sauliũ,
nõ poſſunt dicere,illum præpoſuiſſe:neceſſe enim eſ-
ſet,ꝙ aliquãdo habuiſſent facultatẽ cõcedẽdi talẽ ad-
miniſtrationẽ,quã tamẽ nũquã habuerunt : ergo nec
dare potuerunt.l traditio. ff.de acqui rer.dõ.l.nemo.
ff.de reg.iur.certum eſt enim, ꝙ ex parte cõſtituẽtiũ
61 † inſtitorẽ,debet adeſſe dominium negotiationis, cui
volũt præponere,vt puta in caſu pręſenti, neceſſariũ
fuiſſet,cõductionẽ appaltus reſidere in perſona parti
cipũ,ꝙ nõ adeſſe cernimus,imò penitus excluſi erãt,
tã à poteſtate adminiſtrandi,quàm illã cõcedẽdi, tã
reſpectu portionũ alienarũ,in quibus nullũ ius habe-
bãt,quàm ratæ ſuæ:quia inſtitor præponitur vniuerſo
negotio,nõ vni parti tãtũ,vt aliàs oſtẽdemus,nec de-
parte infertur,ad totũ ex diuerſitate rationis:& quan-
do res exigit,vt de toto diſponatur, non ſufficeret de
parte diſponere.¶ Octauò,ad libitum dominus debet
62 poſſet † inſtitorẽ remouere,per tex.in l. ſed et ſi pupil-
lus,in prin.ff eo ibi,remouẽdus.n.fuit,ita dicit Bar.in
d.conſ.79.nu.2.in fin & hoc ad exẽplũ procuratoris,
Bar.l.cũ pręcario.1.ff de preca.qui nõ poteſt ita con
ſtitui,vt mihi nõ liceat ad libitũ reuocare:quia nõ va-
let,ſicut nec alia.quæ depẽdẽt à volũtate mea. Ang.l.
a.ff.de procur.all.gl.in c.ſi.de procura.in 6.Alexãdri
rub.in l.non ſolum §.morte,nu.15.ff.de op.no. nun.
63 qui allegat etiã Alex.& Feli.in hoc ergo † procurator
& inſtitor æquiparari poſſunt,præſertim vbi quis non
eſt expreſsè præpoſitus,nec pro aliquo certo tẽpore,
quandocũq;.n.pręponẽs priuare poterit adminiſtra-
tione,ſed in noſtro caſu ſtãre præd.reſeruatione, non
potuiſſent remouere,ergo nõ erãt domini.Itẽ ex alio
capite nõ potuiſſẽt prohibere adminiſtrationẽ reſpe-
ctu portionis propriæ dicti Saulij,nec aliarũ.s Farne-
ſiorũ,& Montium:quorũ adminiſtrationis prohibitio
nullatenus ad Grimaldos pertinebat : igitur domini
nõ fuerunt,& per cõſequens,nec inſtitorẽ præpoſue-
runt,ꝙ munus ad ſolos dominos ſpectat.¶ Nonò,ap-
paret dominos non fuiſſe Grimaldos ex alio, quoniã
64 finito officio inſtitor † non tenetur l.vlt.ff.eo. ſecun-
dum magis communem,& verũ intellectũ illius.l te-
ſtante Alex.in conſ.44.vol.2.nu.9.Soc.conſ.154. Pa
riſ.conſ.94.nu.35.in prin.Deci.conſ.510.& Doct. in
d. l. inſtitorem. ff. ſi cert. peta. & eo loci dicebat
Alc.inſtitorẽ debere ſe pręſtare talẽ, & ad aliud non
teneri,arg.l.1.C.cred.euict.pig. non deb.& per not.
in l.ciuitas.ff.ſi cer.pet.ſed Pallauicinis fuit condem
natus vti appaltator,contra quem egerunt, vt cõſtat
in proceſſu exhibito:ergo non fuit habitus ab illis rã.

quàm inſtitor, quia non potuiſſet condemnari, Courad. Lag. dicto capitulo. 24 par. 3. numero 6. & res iudicata ſemper afficit ipſos Pallauicinos. l. ſæpe, & ibi Doct. ff. de re iud. qui in eo iudicio voluerunt condemnari Saulium vti appaltatorem, & ſi fuiſſet, inſtitor, non potuiſſent obſtuere, quia non tenebatur. ¶ Decimò, domini à communiter contingentib. arg. l. nam ad ea. ff. de leg. cũ ſimi. ſolent ad inſtitores ſuos de negotiis, quib. ſunt præpoſiti, ſæpe ſcribere, & è conuerſo inſtitores conſueuerunt de geſtis per ipſos dominos certiores facere, & id bonæ fidei maximè cõuenit, quinimò Perr. Vbal. in dicto tract. de duo. fr. q 13. videtur innuere, quòd ſaltè ſemel in anno, deberet reddi ratio amicabiliter, quòd in caſu noſtro neq; à Grimaldis fuit obſeruatum: ergo non erant domini, quia nimis ſupinè egiſſent, ſi de reb. ſuis in tã lõgo tempore non tractaſſent, nec à Saulio fuit vnquã ſcriptũ, ergo non poteſt dici inſtitor. ¶ Vndecimò, cum conſtet, & negari non poſſit, Grimaldos non fuiſſe dominos totius appaltus, ſed habuiſſe tantum quandam portionem, tacitè non potuerunt Saulium præponere: Nam probabiliter dici poteſt inſtitorem ta-
65 citè in † re communi, non cõſtitui, ſed tantùm expreſſè, prout habetur in l. ſi tamen. §. ſi plures vnum ex numero ſuo magiſtrum fecerint. ff. de exer. hoc autem demõſtratur per ea, quæ tradit Fulg. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exer. eſſet enim incõgruum pro parte ſocij mei, dari aduerſus me actionem inſolidum, & ſubiungit ſe non legiſſe, ꝙ ex contractu vnius ſocij omnes cõueniantur, imò oppoſitum, & reſpondet ſubtiliter ad. l. eius, qui in prouincia. ff. ſi cert. per. & ad l. prouiſum. C. de Fabr. lib. 10. & hoc etiam ſuadet ratio naturalis: cũ. n. ſimus plures ſocij, nõ poſſum ego præponere tacitè, niſi parti meæ, tuæ, verò vel alienæ nequamq́ue Ideo Strach. in tract. de mercat. 3. parte, nu. 51. videtur ſentire, quòd ſocij tacite non fiant inſtitores, quia
66 ſemper eſſent inſtitores, ſed requiritur † mandatum, dum inquit, inſtitores eſſe, qui alienæ negotiationi à mercatorib. præponuntur, vel ſocios, qui ab aliis procuratores conſtituſirut, eo ipſo reuocatos intelligi, ꝙ decoxerint, & hoc eſt, ꝙ paſſim vſurpatur alieno negotio præponi inſtitorem, non proprio ipſius præpoſiti: nihil. n. eſſet abſurdius, quam dicere præpono te reb. tuis, & multò minus tacitè, ſi patior te res tuas agere, aliàs omnes eſſemus inſtitores, itaque nũquam datur tacita præpoſitio, reſpectu partium alienarum, adeo vt obliget inſolidum, quòd ſi daretur, fruſtra apud noſtros diſputaretur, an ſocius habeat tacitum
67 † mandatum ab alio ſocio, ſi perpetuo inſtitor cẽſeretur, & in hac quæſtione, quæ quadrat caſui noſtro, verior videtur, & receptior ea ſententia, generaliter mãdatum non intelligi, quicquid dicat gl. in l. nemo ex ſociis, ff. pro ſoc quã n reprobat Rom. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de ver. oblig. in l. de pupillo. §. ſi plurium, ff. de op. no. nun. vbi cum Alex. Iaſ. & alij, Crau. cõſ. 129. Roncheg. nu. 198. cum ſeq. & anteced. niſi quò ad res venales tantum, & non circa alia: quia concludunt omnes, & eſt æquiſſimum, poſſe ſocium etiam ſinè mandato expreſſo de rebus venalibus diſponere, ita dicit Galiula, in d. l. ſtipulationes. nu. 21. ſed in aliis, quòd ſocius poſſit obligare, non eſt receptum, imò regulæ omnes ſonant in contrarium, ſocius enim non nunciat. d. l. de pupillo. §. ſi planum vbi cum notat, quod nunciatio vnius ex ſociis non prodeſt alteri, & infert ſequi, quod ſocius non ſit aliorum procurator: Nam ſi eſſet, nunciatio valeret partim nomine proprio, partim alieno, facit. l. ſi vnus in prin. ff. de pact. Vnde dicendum eſt, quòd in ſocietate incidenti, vnus non obligat alium l. ex parte. § filius. ff. fam. herci. l. proprium. in fi. C. communia præd. Auth. ſi quando. C. de inoff teſta l. qui in aliena. ff. de neg geſt. in conuentionali verò intelligi poteſt mandatum, quatenus ad ea, in quib. contracta eſt ſocietas, & ſic quò ad res venales, Bart. & Bal. in rub. C. pro ſoc. Alex. conſ. 186. vol. 2. Galiaula. d. l. ſtipulationes, nu. 21. qui etiam docet, quid ſit ſocietas
68 † incidens, & quòd conuentionalis, & refert Roncheg. d. n. 198. & in iis, quæ ſunt vtilia ſocietati. Rom. cõſ. 198 & Doct. in d. l. de pupillo. §. plurium. Alex. conſil. vlt. vol. 7. confirmari poſſe videtur ſupradicta opinio, quòd in re communi quis tacitè non præponatur, quoniam iure proprio communis res geritur. l. merito. ff. pro ſoc. ad idem facit. l. ſi quis. §. et ſi quidem ff communi. diuid. & licèt Dec. in l. ſi ſocius, in fi. ff ſi cer. pet. videatur dicere, quòd procedat in locatione, quia negotium aliter pro parte expediri non poteſt, per Bar. in l. & hæc ſtipulatio §. cum fundum. ff. loca. per l. hæredes. §. ſi nulla ff. fam. herciſ. & ſequitur Alex in l. ſerui electione. ff. de leg. 1. habetur, replicari poteſt, quòd vbi eadem erit ratio, idem ius erit ſtatuendum, quò d. ſ. vbicunq; negotium pro parte expediri non poterit, ſocio dabitur facultas diſponendi de re communi, ſicut habemus in l. filiæ. C. fam. herciſ. quòd propter partem ſuam quis communem rem geſſit: non enim poterat rem ſuam agere, quin & aliorum rem ageret, & ſic propter ſuam, neceſſe ha-
69 buit rem † totam gerere, communi diuidendo tenebitur is, in cuius vtilitatem geſtum fuit. ſ. his conſequenter. §. vlt. ff. fam. herci. cum ſimi. allegatis, per Iacob. Cuiac. in tract. 8. ad Africanum, in l. eius qui in prouincia, pag. 68. lin 30. licèt regulariter non diſponat, niſi pro parte ſua, prout not. Dec. in d. l. ſi ſocius, facit l. 1. C. com. re. ali. & eſt neceſſarium, & facit pro Grimaldis, quòd nõ poterit diſponere, niſi pro parte ſua, nõ de parte Farneſiorum, & Montium, & ipſius Saulij, & ſemper verũ erit Saulium, reſpectu partis ſuæ potuiſſe adminiſtrare, & reliquam partem ob regulam illam, quod commune eſt, meũ eſt. l. ſi cum vno. ff. ſi ex noua cau. ag. vbi gl. adducit. l. Stichum. l. ſerui electione. §. primo, & ſecundo. ff. de leg. primo. l. pupillus. § fin. ff. de verb ſignifica glo. l. illud. ff. de rit. nup. cum ſimil. ¶ Rurſus videtur hoc poſſe demonſtrari, quòd in re communi non dicatur tacitè pręponi: quia poſito pro conſtanti, quòd de parte aliena, quis diſponere non poſſit, nunquàm poterit eſſe inſtitor: quoniam neceſſe eſt, quòd inſtitor vniuerſali
70 † negotiationi præponatur, vt dicit Fulg. in l. ſi inſtitorem. ff. ſi cer per. & in hoc differt à procuratore, qui alicui particulari negotio pręficitur, vt ibi: at quo modo poterit dici præpoſitus vniuerſali negotio ab eo, qui tantũ habet in re portiunculam, & hoc intelligitur tacitè: Nam expreſſè quidem poſſumus, quando conuenimus inter nos, vt vnus ex numero noſtro præſit: quia tũc apparet præpoſitio: & ego conſentio pro parte mea, & tua, & tu pro parte tua, & mea, ob expreſſum noſtrum conſenſum, quòd in hoc deuenimus, & ita procedit, & loquitur, dicta l. ſi tamen. §. ſi plures, & ex ſuo conſenſu quis tenetur, quia reciprocè & inuicem ſe obligant, quiſq; pro parte ſociali. ¶ Solùm videbatur huic propoſitioni obſtare, quòd dicit Bar. in d. l. eandem, in prin. q. 7. & in auth. hoc ius. C. eo. de duo. reis & in l. ſeruus cõmunis. ff. de ſtip. ſer. & Roncheg. nu. 195. ſ. quando duo ſunt ſocij, mercatores ſimul vnã negotiationẽ in diuerſis locis exercẽtes, vt puta vnus Peruſij, alter verò Florentiæ, ꝙ teneantur inſolidum: quoniã tũc inſtito-

res

res inuicē præpoſiti videntur, Arg.d.l.eius,qui in pro
uincia.l.iure prouiſumi.C.de fabric.lib.11.cum ſimi.
Nam hanc opi. Bar.coſpicuè & ſubtiliter reprobat.
Fulg.in d.l.eius,qui.§.quòd ſi ſtipulatus , nu. 16. per
l.iure ſocietatis,ff.pro ſoc.& certè magis ſtandum eſt
71 legi,quā dicto Bar.aut aliorū,qui dictum ſuum † nul-
la lege , vel ratione probant,per no.per Iaſ. in conſi.
4.num.13.vol.1.& conſ.15.nu.4.vol.2.& in l.2.verſ.
inuouare.ff.de orig.iu.& idem Fulg.in d.l.1. §. ſi plu-
res.ff.de exc.qui reſpondit ad l.eius,& ad l iure pro-
uiſum,ac lucidè demonſtrat non facere ad propoſitū.
¶Secundò , eſt animaduertendum quòd Bart. dicit,
videri inſtitotes,ergo non ſunt:quia quòd videtur nō
eſt,l.mercis.ff de verb.ſign.iuncta glo.& ita non eſſe
72 verè†inſtitores,ſentit Petr.de Vbal.in d.tract.de duo.
fr.erunt ergo ad inſtar inſtitorum,vt alibi dicit Iuriſ-
conſ.in l.liberto,in prio.ff.de neg.geſt.& ibi glo. l. ſi
villico,l.in eū,l.quicunq;,§.item fullonum.ff.de inſt.
l.vlt.C.de exer.Roncheg.num.152.quo caſu datetur
actio exemplo inſtitoriæ,ſeu vtilis actio , vt ibi , nec
ſemper ſunt quaſi inſtitores ſocij,niſi vbi concurrunt
quædam circunſtantiæ , qoæ eos tales facere videan-
tur. ¶Tertiò,retenta Bart.opinione pro vera , debet
habere locum in terminis,in quibus loquitur, nec cā
extendere debemus contra iuris regulas , & contra
mentem ipſius Bar. Nam ideo videntur ſe præponere
adinuicem,propter mutuam illam,& viciſſitudinariā
exercitationem,& quaſi commutatiooem,Bal.conſi.
262.vol.5.d.l.cum te in Galliam:reciproca enim vi-
ciſſitudo multum operatur:ergo ſecus erit, ſi ceſſaret
viciſſitudo,quia eo caſu nō poterit dici ſe præpoſuiſ-
ſe,vt in caſu noſtro,in quo ſolus Saulius geſſit,& Gri
maldi nihil omnino geſſerunt,& ratio diuerſitatis in-
ter vnum caſum.& alium eſt,quia quando vnus admi-
niſtrat Peruſij , alter Florentiæ, non poteſt cadere in
hominis intellectum,quòd alter non ſit quaſi inſtitor
alterius,præſens ſcilicet abſentis,& & è conuerſo,ita
dicit Bal.in d.l.cum te,Roncheg.nu.195.quod nō eſt
ita,quando vnus ſolus gerit , vt Saulius, qui erat Ro-
mæ,& alius nihil facit.vt Grimaldi , qui erāt Genuę,
qui inuicem ſui magiſtri non videntur.l.ſi tamen , §.
neque enim inuicem.ff.de exer.conſideremus etiam,
quòd mercatura erat in duobus locis,& merces,& ſic
ob commutationē id accidit, quara ſi doctrina Bart.
cōſideretur in ſuis terminis,nullum negotium faciet,
cum ſolus Auguſtinus adi. niſtrauerit,& ceſſet com-
mutatio,& viciſſitudo , quæ facit illos quaſi inſtito-
res,vt diximus. ¶ Sequitur in deſcriptione inſtitoris,
ſciente & patiente : ſi accipimus ſcire in ſua propria
ſignificatione ſecundum philoſophos , quòd ſcire ſit
73 rem per† cauſam cognoſcere,ſecūdum Ariſt.1.poſtli.
& in 1.phyſi.& 2.methaph.refert.Ang.conſ. 396. in
prin. Gribaldus Meph.li.1.de rat.ſtud.c.4.& Matth.
viſinib.lib.1.inſt.in iuris œconomia in prin. non ap-
tabitur hæc ſcientia noſtro themati, vnde prætermiſ-
ſa hac exacta diffinitione,debemus ſaltē ſecundū ſub-
74 iectā materiā,ſcientiā dicere notitiā rei cum † cogni-
tione qualitatum,& circonſtantiarū.per l.in, lege , l.
ſcientia.ff.ad l.Aquil.gl.in c.concertationi,in verſ.ſci
uerit,vbi Franc.de appel.Affli.in tract.protho. Alex.
conſ.114.nu.4.vol.1.Cra.cōſ.197.nu.14.poſt gl.Old.
Bal.Caſt.Cor & alios citatos per Deciſ.Pedē.176.n.
4.vbi addit Pariſ conſ.47.nu.97.vol.1.& Nat de qua
ſcientia loquitur Tiraq multa more ſuo congerēs de
retract.§.36.gloſ.11.nu. 30. addimus nos. Gozad.
conſ.9.nu.34.qui citat Feli.in c.quo ad conſultatio-
oē,de re iud.hinc in ſimili dicebat Dec. conſ.222.n.
4 quòd licèt publicè in ciuitate Lucæ facta fuiſſet vē
ditio,tamen talis notitia nō dicitur ſcientia ſufficiēs,
& requiritur,quòd habeat notitiam qualitatū, & cir-
cunſtantiarū,& proculdubio in caſu noſtro(vt ad ſpe
cialia deſcendamus) requiritur vera ſcientia , & non
ficta,vel præſumpta , ſecundum Aret. in §. ſi igitur
inſtit.quòd cum eo,nu.4.exemplificat autem, q̃ tunc
quis dici poterit ſciuiſſe, quādo aliquid fecit,ex quo
colligitur eius conſenſus , puta,quia accipiebat mer-
ces,quas ſeruus ſuus domum portabat,vel aliquid ſi-
mile,ſin autem non poteſt colligi eius conſenſus , vt
quia ſciuit , & paſſus eſt,non tamen fecit aliquid , ex
quo poſſit apparere de conſenſu,tunc noo obligatur,
75 nec enim ſemper præſentia.& ſcientia†habet conſen
ſum,Glo.l.filiusfam.§.inuitus ff.de procur. Fulg.l. 1.
§.is,qui nauem.ff.de exer.quia tunc dicitur nuda ſciē
tia,d.l.§.1.ſi is,qui verſ.ſciente,& vltra ſcientiam , &
patientiam,ad hoc vt quis obligetur,debet interueni
re aliquis actus facti poſitiuus,qui aliter ſe habere nō
poſſit:conſenſus enim ex actu certo colligi debet, nō
ex aliquo,qui ad aliud ſe habere poſſit,ratio eſt , quia
conſentire,eſt in vnum ſenſum venire.l.1.ff.de pact.q̃
non percipitur,niſi ex actibus , vt puta ſi interuenit
acceptatio literarum,ſubſcriptio,vel quid ſimile.l.fi-
deiuſſor.ff.de pign.nec ſufficit , q̃ ſcientia probetur
in genere,ita dicit Tiraq.in d.§.36.Glo.2.nu. 30. cū
autem habeamus regulam, q̃ ſcientia nō præſumitur
eorum,quæ ab aliis geruntur,l.vlt.ff.pro ſuo,ſed regu
76 lariter†ignorantia præſumitur,l.verius.ff.de probat.
l.ſuper ſeruum.C. qui mil.non poſſ.lib.12.§. 6.Gabr.
libro ſexto commun. opin. reg.iur.quòd autem iuſt.
de leg.capitulo præſumitur , de reg.iur.concluſ.5.&
qui vult probare ſcientiā,id formiter,& plenè facere
debet:quia aliàs probatio dubia,non releuat.c.in præ
ſentia de probat.l.nam hoc , C.vn.leg.quæ per actus
inſtitoriales omnino probari debet,ad not.per Bald.
in conſ.125.vol.5. & rectè exemplificat Ful. in d.l.1.
§ is,qui nauem ff.de exer.nu.3.vt puta, quando quæ-
ſtum nauis filius refert patri,vel ſeruus domino,& illi
accipiunt,tunc colligitur voluntas eorum : alioquin
ſi prorſus in mente retentum eſſet , cum non haberet
probationem,perinde eſſet ac ſi ipſa voluntas nūquā
fuiſſet,l.duo ſunt Titij.ff de teſt.tut. voluntas enim in
corde retenta,quantum ad contentioſum forum , ni-
hil operatur,l.mutuū.ff.de acq.hæred.l. potuit. C.de
iur.delib. & quòd ad huiuſmodi ſciētiam inducendā
requiratur actus proximus,probat tex.in l prætor ait.
§.ſed filiusfam.verſ.ſciente. ff.de edē. vbi requiritur,
quòd filius quæſtū referret patri,ad hoc vt pati ē obli
get,facit.l.1 §.ſcientiā.ff.de tribut. & ſic debent fieri
actus , qui non poſſint fieri citra ius , & nomen in-
ſtitoris , prout in ſocietate loquitur , Soc.in conſi-
lio 87.numero octauo,licèt proſequendo poſtea,di-
cat aliquos actus fieri poſſe citra ius , & nomen
ſocij , vel inſtitoris , ſed tamen debent eſſe tales , vt
arguant inſtitoriam , vel ſocietatem', Dec.conſilio
21.nu.1.poſt. Bal.in d.cōſ.125.quoniam voluntas co-
gnoſcitur per verba,geſta,ſcripta,& neglecta , vel ſi-
milia,l gerit & ibi Doct.ff.de acq.hæred.l.ſi auia. C.
de iur.delib. Ang.conſ.391.nu.5.conſenſus enim per
77 actus facti demonſtratur.l.pro hęrede.§.Papinianus.
ff.de acq.hæred.Bar.in l.Titium,& Mæuium. §. alte-
ro nu. 5. ff.de adm.tut.dicit,quòd conſenſus † poteſt
exprimi verbis , & factis,c.ex ore,de his quæ fiunt à
maiori par.cap.& cap.dilecti , de appel.l.ſi eum.§. ſi
qui.ff.de ædil.ed.l.de quibus. ff. de leg.l.Paulus ff rē
rar.haber.l.reprehendenda. C. de inſt.& ſubſt. Petr.
de Vbal.d.tract.verſ.circa tertiam,nu.1.ita tamen,vt
illa verba , vel facta talia fiot , quæ ſcientiam , & pa-

tientiam importent, per l. vlt. ff. quòd cum eo: vt quia
78 †conſueuit negotiari in apotheca, ſciente magiſtro,
qui videbat ferre, pãnum & Bar. d. conſ. 79. loquitur
de macellario, qui videbat illum exercere macellum,
ita procedit. d. l. vlt. & ita ſentit Bald. in l. 2. C ad Ma-
ced. & in rub. C. de conſt. pec. Dec. d. conſ. 21. nu. 2.
& Affl. deciſ. 308. nu. 12. & 14. in terminis dicit, quòd
ibi vltra præſentiam, concurrit ſæpe reddita ratio de
geſtis. Cæterùm, in caſu noſtro nulli omnino actus
interuenerunt, ob quos talis ſcientia, & patiẽtia, poſ-
ſit colligi, quòd Saulium pro ſuo inſtitore approbaſ-
ſe videantur: Nam illi actus, vt emptio ſcalæ Venetia-
rum, & ſimiles, de quibus in argumentis actorum, &
in quibus faciunt fundamentum, non ſunt tales, vt
poſſint demonſtrare Grimaldos feciſſe illum inſtito-
rem, aut eis præiudicare, niſi in eo, quòd geritur, &
ideo ſi in venditione prædicta dixiſſet Saulius, ſe vti
inſtitorem Grimaldorum vendere, certe tunc dici
poſſet illos ſciuiſſe: verum emere ſcalã ab Auguſtino
appaltatore, hoc non infert, quòd tanquam cum ſuo
inſtitore cõtraxerint: fingamus enim quòd nũc quoq;
emerent à Thobia appaltatore, non tamen illum in-
ſtitorem facerent, ſicut nec fecerunt Saulium, licet
partem in appaltu haberẽt: quia cõtraxit vti ſolus ap-
paltator, & dominus eius negotij: Nec ex illa emptio
ne aliud inferri poteſt, niſi quòd ſciuerunt vendere:
79 actus enim noſtri voluntarij † non extenduntur vltra,
quæ geruntur, l. vlt. C. ne vxo. pro mar. vbi licèt ma-
ter partem debiti pro filio ſoluerit, non poteſt cogi
ad reliqua debita ſoluẽda: quia ex ſolutione partis, nõ
voluit ſe obligare ad omnia, facit. l. 1. §. hoc interdi-
cto, vbi Bar. ff. de iti. actuq; pri. l. tutor, qui poſt. ff. de
admi. tut. Bar. l. ſi patruus. C. communia vtr. iud. & in
d. l. Titium. § altero, n. 6. facit l. 1. & 2. C de neg. geſt.
Dec. l. 2. num. 11. C. de eden. Io. de Amic conſ. 62. nu.
9. in terminis ſocietatis, & infert ad quæſtionem de
ludente eadem die per diuerſas vices, & huic dicto
conuenit alia regula vulgaris, quod actus agentium
vltra intentionem non operatur, l. nõ omnis ff. ſi cer.
pet & vt vno verbo rẽ abſoluamus, ex omnibus acti-
bus per actores deductis, & probatis, non poteſt erui
præpoſitio Saulij, nec ſuper quo ſit inſtitor, nec cum
qua facultate, Bal. d. conſ. 125. & Caſtr. in l. 1. §. exer-
citorem in fin. ff. de exer. & præſertim non fuit edo-
ctum, quòd ſciuerint, Saulium capere pecunias cam-
bio pro appaltu: Nam quòd ipſi dederunt cãbio, nul-
la ſit mentio appaltus, nec refert quòd interuenerat
Thobias in capiendo cambio, qui capitula fecerat cũ
Saulio: quia breuiter reſpondetur, non conſtare quòd
Grimaldi dictorum capitulorum notitiã habuerint,
imò dicebat Bar. in l. ſæpe. ff de re iud. quem refert, &
ſequitur Caſtr. d. conſ. 242. vol. 1. quòd ſi ſcio, & pa-
tior aliquem nomine meo agere, non propterea mi-
80 hi præiudicio, licèt primo videatur dicere † contra-
rium, in c. ex parte decani, de reſcript. ſed Can. tenẽt,
opi. Bar. per ea, quæ ponit idem Innoc. in c. quamuis
de ſent. & re iud. dicentes non obſtare, l. qui patitur.
ff. mand. quia debet intelligi in tendentibus ad fauo-
rem patientis, non ad odium, l. qui vas. § vetare. ff. de
fur. & quod not. in l. inuitus, vbi Doct ff. de procur.
Din. in reg. eum, qui tacet, de reg. iur. in 6 Inn. in cap.
in Geneſi de elect. imò in hoc caſu, non approbare,
eſt improbare, Bart. l. qui enim, ff. rem rat hab. per l.
81 procurator † in fi. ff. eo. Dec. conſ. 98. nume. 3. pulchrè
facit, l. pen ff. de fur. Iaſ. in l. quæ dotis, nume. 104. ff.
ſolut. mat. Pariſ. d. conſ. 93. nume. 46. Nec obſtat l.
1. §. magiſtrum. ff de exer. & l. vlt. ff quòd cum eo: in
quibus iuribus habetur, quòd ſi patior aliquem negu-
tiari nomine meo, videor illum tali negotio præpo-
ſuiſſe. & ex eius contractu obligor: quia illud proce-
82 dit, quando negotiatio per me cepta fuit, vel † quan-
do in iis, quæ per me conſueuerunt fieri, vt not glоſ.
in d. l. ſi. quæ ſic illam, l. intelligit, alias ex ſola ſciẽtia,
& patientia non teneor: quia neceſſe eſt, quòd talis
ſcientia reſultet ex actibus geſtis inter nos, qui aliter
ſe habere, aut intelligi non poſſint, ſed inducant de
neceſſitate talem conſenſum, qui requiritur ad eum
actum inducendam, de quo quæritur, not. Spe. in tit.
de iud. §. 1. verſ. vt autem ſimplex, refert Caſtr. d. conſ.
242. ante nu. 2. quæ in noſtro caſu non concurrunt,
imò Grimaldorum nomine nihil geſtum eſt, nec ipſi
conſenſerunt alicui actui, qui præpoſitionem poſſit
inducere. Inſuper ſcire & pati dicitur, qui poteſt pro-
hibere, & vetare ne id fiat, non verò ille, qui etiam vo-
83 lens impedire non † poſſet, Din. in d. reg. eum, qui, Iaſ.
in d. l quæ dotis, nu 95. Pariſ. d. conſ. 93. nume. 45. &
vbicunque actus, qui geritur, poteſt me inuito exer-
cere, non dicor etiam ſi ſim præſens, ſcire, vt indu-
catur conſenſus, l. Caius, vbi not. ff. de pig. act. Affl. d.
deciſ. 308. nu. 2. Dec. in l. cum proponas. 1. C. de pact.
vbi Iaſ. nu. 6. & Curt. nu. 2. communem, dicit Zoanez,
qui adducit Corn. Alex. Rui Grot. idem tenẽtes, ſed
Grimaldi non poterãt prohibere adminiſtrationem
Saulio, quam habebat iure proprio in re ſua, & com-
muni, & ob reſeruationem, de qua ſupra, & reſpectu
partium, Farneſiorum, & Montium, & Negroni: igi-
tur non poſſunt dici ſciuiſſe, vt ſibi præiudicium ali-
quod inferatur, Nec obſtat, ſi dicatur Grimaldos po-
tuiſſe vetare reſpectu portionis ſuæ, quia hoc non re-
fert: Nam propterea non deſiiſſet adminiſtrare, & ne-
ceſſe fuiſſet, quòd in totum vetare potuiſſent, vt in
exẽplo Bart. d. l. 1. §. familiæ, nu. 6 Affl. deciſ. 308. quia
officialis erat dominus illius famuli, & poterat inter-
dicere, ne inſeruiret: idem eſt in §. magiſtrum ver. cæ-
terum, quoniam exercitor poterat remouere illum
magiſtrum, & ſic videmus ſcientiam, & patientiam
vbique conſiderari tantummodo reſpectu negotiorũ
ad ſcientem, & patientem pertinentium, non alieno-
rum, & ideo ſi quis videat millies tertiũ gerere quod-
uis negotium, & taceat, non tamen verè dicetur vn-
quam ſcire, & pati, quod ad rem præſentem faciat.
¶ Ponitur in eadem ſiumione (vt nihil intactum relin
quamus) quid pro tali publicè habeatur, quid ſit pu-
84 blicè pro tali haberi videtur, declarare † Iuriſcon. in l.
ſi quis. ff. ad Maced. dum inquit, ſic ſe gerebat, ſic cõ-
trahebat, & muneribus fungebatur; vt ab omnibus
pro tali haberetur, facit l Barbarius. ff de off. præ. &
ſciri publicè dicitur, quod omnibus notũ eſt, l. vlt. ff.
de decr. ab ord. fa. l. ſed & ſi pupillus. §. de quo. ff. de
inſt. cæterum non eſt probatum, ꝙ Saulius publicè
pro inſtitore Grimaldorum haberetur, prout nec ba-
beri poterat: ergo diffinitio non verificatur, nec enim
ſufficeret probaſſe, quod eſſet apppaltator, vel admi-
niſtrator in genere, quia diuerſa ſunt, vt dicemus, imò
(ſi verum amamus) videtur probatum, quòd publicè
ignorabatur, in appaltu adeſſe aliquos ſocios, prout
teſtes ipſorum actorum deponunt, quibus ſtandum
eſt contra producentes, Rom. conſilio 104. quia
& ipſi probabiliter ſciuiſſent, præſertim cum cenſen-
dum ſit, examinaſſe teſtes, qui de iis veriſimiliter erãt
informati, nec eſt credendum quòd ignaros negotij
examinari fecerint. ¶ Sed ad hoc vt poſſimus diſpice-
re, an Saulius fuerit inſtitor, & pro tali publicè habe-
ri potuerit, inſpiciamus tenorem conuentionis par-
tium, arg c. porrò de priuil. Pariſ. conſil. 93. nume. 22.
23. & conſil. 94. num 51. libro quia nemo præter te-
norem

norem ſuæ ſcripturæ poteſt obligari,l. emptor.§ Lu-
cius verſ. habebitur, vbi Bar.ff.de pact. in apocha igi
tur cum nullum verbum adſit de præpoſitione , cui
volumus contra & præter mentem contrahentiũ, in-
ducere præpoſitionem : quam ipſæ partes facere no-
luerunt , & ſi voluiſſent,facilè potuiſſent exprimere?
arg.l.ſi ſeruum.§.prætor ait,verſ.prætor non dixit.ff.
de acq.hæred.imò cum habeamus conuentionem, &
manifeſtum ſit , quòd actum fuerit inter partes , non
debemus vlterius vagari,aut nodum in ſcirpo quære-
re:per chirographũ itaque,quod eſt radix totius con-
uentionis ,'inita eſt ſocietas particularis reſtricta , &
limitata,quam præter conuenta extendere nec poſſu
mus,nec debemus,l.quicquid aſtringendi.ff. de ver.
obli.Grimaldi enim admiſſi ſunt in participes in di-
cto appaltu pro ſolidis tribus , & denariis ſex in ſoli-
dis viginti : vtuntur enim hoc verbo *admette parte-
cipi* ſub conditionibus ibi contentis : quas referre
non eſt præſentis ſpeculationis : & cum Saulius
85 † alias portiones iam diſtribuiſſet , non poſſunt di-
ci ſocij inuicem,quoniam ſe inuicem ignorabant, &
cum ſolo Saulio contrahebant, & per conſequens ip-
ſius tantum ſocij efficiebantur,non aliorum, l nam ſo
cij,l.qui admittitur,ff pro Soc. vbi Bald.qui loquitur
de vectigalibus,& communalis, quæ emuntur à cõ-
munitatibus,& alij Doct ibi,Petr.de Vbal.in d.tract.
in 10.q.qui loquitur in terminis,& Alex.cõſ. 129. nu.
2.vol 5.Iaſ.in epit.feud in 1u.parte ſub rub. de feud.
amiſſ.num.60. Alcia.in l. Modeſtinus.ff.de ver.ſig &
profecto inſanũ eſſet,dicere,Grimaldos , Farneſios,
Mõtes, Negronos,& alios participes in appaltu fuiſ-
ſe ſocios inuicem , cum nunquam inter ſe nec tacitè,
nec expreſſè conuenerint,& ſic ſocij non ſunt effecti:
Nam ſocietas eſt duorum,pluriumue in idem conſen
86 ſus,lucri † cauſa,Bal.conſ. 120 lib. 1.& de aliquo con-
ſenſu inter ipſos non apparet in toto proceſſu : vnde
tenentur tantum ipſi Aug.& nõ aliis , & Aug.tenetur
ipſis : ſequitur ergo quòd aſſumpti in ſocios hoc pa-
cto non obligentur tertiis creditoribus. Alex.d.conſ.
87 129.nu.1.vol. 5.imò † cum in apocha conuentionis
promiſerint Grimaldi , velle concurrere in anticipa-
tione facienda,& in aliis oneribus pro rata tantũ, ex-
cludunt omnia alia.& ſic intereſſe cambiorum , & ꝙ
nõ deberet Aug cambia capere , cum ad id ſe non o-
bligent,& vnius incluſio,eſt alterius excluſio, l. dum
prætor.ff.de iud l.maritus.C.de proc. ¶ Ruſus cum
in apocha nihil de adminiſtratione dictum ſit,videa-
musq́; per actus ſubſequẽtes , quòd ſolus Saulius ſine
aliqua communicatione pro appaltatore generali ſe
geſſit , colligimus , hoc ei à Grimaldis promiſſum,
arg l cum ſeruus ff de leg 1. & remanſerũt participes
tantũ,nec vltra promiſſa potuerunt obligari, & quo-
niam poteſtas omnis inſtitorum conſiſtit in mãdato,
quòd habent à Dominis , debent qui cum illis con-
trahere volunt,diligenter perquirere facultatem eo-
rum l.qui cum alio,vbi Dec.ff de reg. iur & eò loci
Cagn. Inn.in d.c.quòd quibuſdam , nu.3.de fideiuſſ.
& poſt eum ibi alij,Anch.conſ.332 Caſt.conſil.345.
in 2.Gra. conſil. 91.vol.1.& conſ 42.vol.2. Gabriel
lib 5.com.opi.tit.de reg iur.concluſ.6.numero 4 de-
buerunt ergo Pallauicini hanc apocham,de qua locu
ti ſumus,inſpicere, & videre quam authoritatem ha-
beret Saulius , & non ita ſimpliciter credere , prout
credidiſſe ſe dicunt : cautè enim agendum eſt , & ab
iis , quos obligatos habere volumus , cautiones pe-
tere,exemplo Perſei,qui vt eſt apud Plutarchum , in
libro de vitioſo pudore , cum eidam argentum mu-
tuo daturus eſſet in foro , & apud Menſarium con-
tractum confecit,memor Heſiodei præcepti , & Fra-
tri teſtem ridens adhibere memento : Cumque alter
admiraretur,ac diceret,adeòne Perſei omnia ſecũdũ
ius,omnino reſpondit,vt amicè recipiã , nec iure ex-
petiar in repetendo : multi enim ob pudorem vitio-
ſum , omiſſa cautione , deinde lege agere , ſuſcepta
inimicitia opus habuerunt : perſpicere igitur debe-
mus , cui credamus , & quomodo creditum legiti-
mè probare poſſimus , vt nobis reſtituantur pecuniæ
mutuatæ,Galles.tract.ad for.cam.obl.par.1.q.1.pag.
q.num.8.quod ſi feciſſent Pallauicini , & cautionem
Grimaldorum habuiſſent , tunc cum actione experi-
ri potuiſſent,quatenus illi obligati, bonam fidẽ agno
ſcere noluiſſent:cum igitur Saulius nõ fuerit inſtitor
Grimaldorum , illos inſolidum obligare nõ potuit,
quòd ita euidenter probatum & demonſtratum credi-
mus,vt nullus omnino remaneat ſcrupulus. ¶ Secun-
do,principaliter, eſto citra veri præiudicium , quòd
Saulius fuiſſet inſtitor,tamen non potuiſſet pecunias
cambio capere.

¶ Primo,quoniam regulariter vni merci præpoſi-
tus , non poteſt aliam exercere,l habebat in prin ff.
88 de inſt.ſed capere † cambio,eſt quid diuerſum, & ne-
gotiatio ſeparata eſt appaltu:ergo præpoſitus appal-
tui,negotium capiendi pecunias cambio exercere nõ
poterit,maximè quia,vt dicit Bal l.2 C. de vſur. ter
tio.cambium eſt contractus ſeparatus à mutuo, & in
conſ.249 num.6 vol.1.dicit eſſe negotium pecuniæ
emptæ,& venditæ,& ſic licèt poſſet mutuo accipere,
non potuit cambio capere,præſertim, quia ſecundum
Alber.diſpoſitio,l.vlt.ff.de exer.procedit in ſolo mu
tuo,non in aliis contractibus,& ſic cambium videtur
excludi, adeo vt nunquam permittatur inſtitori taci-
tè,& neceſſe eſſet expreſſè hoc permittere. ¶ Secun-
dò,dato quòd cambium , & mutuum idẽ eſſent, quia
poſtquam hodie mutuo , & ſic gratis pecunias inue-
nire non poſſumus inuentum eſt cambium, quòd fa-
cit vt pecuniæ credãtur, citra vſurarum notam:tamẽ
regulariter inſtitor non poteſt mutuum ſumere , niſi
id expreſſè ſit mandatum,l.1.C.de inſt.vbi text.aper-
tus,l cuicunq́;.§.ſi quis piſtor.ff.eod vbi ſi piſtor non
permiſit dari pecunias ſuo inſtitori , quem mitte-
bat ad panem venundum,non tenetur ,ſecus ſi per-
miſit,ad idem eſt tex.in l.in eum.§.tabernam ff. eo.
vbi pater obligatur ex mutuo capto per filium : quia
acceptæ pecuniæ ſpeciem fideiubendo negotio ta-
bernæ miſcuit,ergo ſi non miſcuiſſet,& ſic non fide-
iuſſiſſet,non obligaretur inſtitoria,& hic eſt verus,&
germanus ſenſus,quem tandẽ licèt obſcure loquatur,
videtur amplecti ſubtilis Fulg.ibi in fi.dũ dicit,ꝙ pa-
ter videbatur approbare pecuniã acceptam fuiſſe in
cauſam mercium,& neceſſariam mercis comparatio
nem,ſicuti qui fideiubet pro venditore in cauſa ven
ditionis videtur approbare venditionem , adeo,ꝙ ex
perſona ſua non poteſt euinci,l.exceptione. C. de e-
uict.facit l.Põponius § 1.ff.quib in cau.pig vel hyp.
tac.contr.l.vẽditionem.C de vſuc.pro empt. Tiraq.
in tract.de leg Connub.Gloſ 7.in ver.ex patre,n. 15.
89 & 29.mercibus itaque præpoſitus non poteſt † pecu-
nias cambio capere , alias fruſtra de hoc dubitatum
fuiſſet,& niſi interceſſiſſet fideiuſſio,nõ cõpeteret in-
ſtitoria:debet igitur habere mãdatũ expreſſũ,qui vult
cãbio accipere,ꝙ nõ pſumitur,l ſciẽdũ ff.de ver. obl.
ſed dicẽs ſe illud habere,debet pbare.prout habetur in
l ſi mutuũ.C.eo.de inſt. ¶ Tertio,accedit,ꝙ teſtes ac-
torũ in interrogatoriis aperto ore depoſuerũt,nõ potuiſ
ſe Aug.ſine cõſenſu participũ capere cãbio,etiã in v-
ſum appaltus quibus ſtari debet cõtra pducẽtes,Soc.
coni.

conſ.69.nu.13.in prin.Iaſ.in rub.de iur.iur.ou.9.cum
ſimi.¶ Quartò,quòd nó eſt veriſimile,habet falſitatis
imaginem,l.milites.§.oportet.C.de quæſt.Bal.l.r.C.
de ſer.fug.Fel.c.auditis de præſumpt.At nó eſt veriſi-
mile Grimaldos , aut alios voluiſſe concedere talem
facultatem Saulio, vt poſſet ad libitum Ducatus , &
vniuerſam ſubſtantiam Farneſiorum,& Montium,&
omoia bona Grimaldorum obligare, quoniam ſi ſo-
cius tam latas habenas teneret , facilè poſſet alterum
maximo damno afficere,& totum patrimonium alie-
num profundere:quòd admittendum non eſt , Crau.
conſ.129.nu.12.iniquum igitur eſſet, aſſerere potuiſ-
ſe Saulium liberè quaſcunque ſummas pecuniarum
accipere:quia non debet fraus dominis facilè parari,
Bat.d.conſ.79.Roncheg.num.153. cum igitur talem
authoritatem neque à lege habuerit,neque ab homi-
nibus , ſequitur , quòd id non potuerit facere , quod
nullo modo ſibi præmiſſum fuit , & ſic imputent ſibi
Pallauicini , qui ita facilè non perquiſita Auguſtini
facultate , credere voluerunt, Dec.l.ſi ſocius,ff ſi cer.
pet.Anch.d.conſ.332.cum aliis ſupra alleg. Rócheg.
num.159.¶ Sed quia negari non poteſt,quòd mutuũ
poteſt dupliciter hoc loco coõſiderari , vt dicit Bal.
in l.1.C.eo. vel tanquam oegotiatio per ſe diſtincta,
vt quando quis menſam campſoriam inſtituit , cuius
exercitatio eſt in mutuandis pecuniis, & hinc præpo-
ſitus menſæ,hoc,dubio procul facere poteſt,quia ſa-
tis de mutuo egiſſe videtur præponens, Alci.d.l ſi in-
ſtitorem,Roncheg.num.162.& hoc caſu procedit re
gula ſuperius firmata , quòd præpoſitus alteri merci
non poteſt mutuo accipere , aut conſideratur mutuũ
90 tanquam deſeruiens merci exercẽdæ,tunc licebit† ca
pere, quatenus ex neceſſaria conſequentia , mercis
exercitatio illud requirit, Caſtr.conſ.242.lib.1.vt cũ
præpono aliquem emendis pannis,tunc ſi non trado
pecunias, cenſeor præpoſuiſſe ad accipiendum pecu-
niam,mutuo pro illa re emenda.l.habebat in prin.ff.
eo.l.cuicunq;.§.ſed & ſi pecuniã.ff.de inſt.l.vlt. in fi.
ff.de exer.ibi neceſſariam mercis cõparationem , cui
emendam ſit præpoſitus:quaodo enim negotium ali
ter exerceri non poſſet , tunc liceret Soc.in l. ſi inſti-
torem,quam legit cuoı l.creditor,ff ſi cer.pet.ſic etiã
procedit,l.1.§.non autem.ff.de exer.quæ loquitur in
exercitoria , in qua qualitas negotij exigit , vt pecu-
nia impendatur pro refectione nauis , & in ſimilibus
cauſis,quæ ex neceſſitate requirunt pecuniam, & ita
procedit, quod tradit Rui.conſ.93. nu.2.vol.5.quia
præſupponit,quod illud expediret negotiationi , &
all.d.l.cuicunque , quæ loquitur in materia emptio-
nis,vt ſupra exẽplificauimus,quoniam tunc licèt mu-
tuo capere,quia eſt neceſſarium antecedẽs, eſt etiam
aduertendum , quòd Ruin.dicit illum procuratorem
habuiſſe generale mandatum , cum libera,& potuiſſe
quicquid poterat ipſe dominus, non volumus tamen
inficiari mandatum conceſſum ſuper vna re principa-
91 liter, videri conceſſum ſuper omnibus† antecedenti-
bus,& conſequentibus,quæ ſunt de ſequela ipſius cõ-
tractus,& tendunt ad eũdem effectum, Ang.in l.Gal-
lus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe. & poſthu. & for-
taſſis dici poſſet,hoc procedere in emptionibus faciẽ
dis,ſed eum negotium appaltus ex ſui natura, non im
portet pecuniarum acceptionem:quia ab initio par-
ticipes tantam pecuoiarum quantitatem anticipatè
ſoluerunt,quæ ſufficiebat omnibus neceſſitatibus ap
paltus : ideo non fuit vllatenus de pecuniis capiendis
mutuo cogitatum , ſed prouiſum , tam pro anticipa-
ta ſolutione cenſus fienda cameræ.quam pro inſtruẽ-
da fabrica , quia ſummam neceſſariam abundanter
erogauerunt , adeò vt noluerunt pecunias alias capi:
ſed ponamus , quòd aliquis eorum ſummam promiſ-
ſam non ſoluiſſet,debuit Saulius aduerſus non obſer-
uantem agere , & nomine deficientis capere,non in
præiudicium aliorum,non ex abrupto ad capiendum
cambio proſilire , cum igitur appaltus ex neceſſitate
mutuum non requirat,quia ſine eo rectè expediri po
tuit , & cum capere cambio ſit actus indifferens, qui
poteſt ſe habere,tàm ad aliam cauſam propriam Au-
guſtini,quàm ad appaltum , non poſſumus tutò con-
cludere has pecunias pro appaltu captas , ad no. per
Bar.in l ſi pupilli.§.1.ff.de neg. geſt.quia tam ad inſti
torem,ſeu procuratorem , quam ad ipſum dominum
poteſt pertinere , nec aſſertioni inſtitoris creditur,vt
infra dicetur.¶ Tertiò,principaliter poſito quòd Sau-
lius fuiſſet inſtitor,& quòd ei licuiſſet mutuò capere,
tamen non cõſtat illum aliquod mutuũ cepiſſe, quo-
niam actores non probarunt creditum : Nam ſi ſen-
tentiam latam contra Aug.conſideremus,non poteſt
Grimaldis non citatis officere,l.ſæpè, & ibi Doct.ff.
92 de.re iud.l.de † vnoquoq; & ibi Marſ.ff.eo.Alex.cõſ.
84.vol.3.Soc.reg.6.licèt ille liber falſò Soci. adſcri-
bi teſtetur Soc.iun.ſeque ex ore eius audiuiſſe,refert
Clarus lib.4. recep.ſent.§. teſtam.q.6.nu.3.de eadem
regula Bello.conſi. 3.Did. Couar. pract. quæſt.c. 13.
Doct.in l.2.C.de eden.vbi Rip.nu.34.Tiraq.in tract.
res inter alios acta,vbi latè,maximè quia Aug. vti ap-
paltator,& non vt inſtitor fuit condemnatus,ſi reſpi-
ciamus literas creditorum,in quibus ſe fundant acto
res,nulla probatur ſolutio: quia illæ coofeſſiones de
recepto,& vt vulgò dicitur *contente*, non probant ſo-
lutionem : quia ſolum ſunt literæ recognitæ , quòd
nó ſufficit,Anch. conſ.27.præſertim eum prælata die
factæ dici poſſint,l.repetita.ff.de fid.inſtr.& maximè
quia confeſſio nó probat numerationem,Afflict.de-
ciſ.150.num.35.tum quia ſolutiones dicuntur factæ
poſt calendas Auguſti quo tẽpore erat finitus appal-
tus,quod fieri non potuit:Nam quando ſocietas eſt
93 ad tempus,vt hîc,tranſacto tempore dicitur† finita,l.
actiooe.ſi.pro Soc.Caſtr.in l.1.§.non autẽ.ff.de inſt.
& dicit ſe ita conſuluiſſe Florentiæ,Dec.in d.l. ſi ſo-
cius,nu.4.Strach.in tract.de contracti.merca.nu.13.
qui alios citat:eò magis quia in caſu noſtro , debuit
fieri ſolutio tunc temporis, quando viget ſocietas d.
l.vlt.de exer.aliàs indigere non diceretur appaltus, &
hoc modo tollitur obiectum.l.nam & ſeruus.§.ſi vi-
uo Titio.ff.de neg.geſt.cum ſimi.all.per Bal.in l.mã-
datum.C.mandati.verſ.ſed contra , quia reſpondetur
id permitti,quãdo qualitas oegotij patitur, vt poſtea
ſoluatur:tũc enim non refert,ſed quãdo in cauſam ne
ceſſariam tunc eſt credendum , non licebit poſtea
tempore non opportuno contra legem tacitæ inſti-
toriæ credere , vt in ſuo loco ſubiiciemus.¶ Quar-
tò , conceſſis prædictis , quòd fuerit inſtitor,
potuerit mutuo accipere , & quòd ſit proba-
tum accepiſſe , debuit Saulius non tantum ex
æquitate , ſed etiam attento iuris rigore ſocios
interpellare : Nam cum Grimaldi in apocha con-
uentionis ſe obligaſſent ad concurrendum , prout
in ea continetur , tenebatur ex natura particula-
ris ſocietatis contractæ , ad eos in mora conſti-
tuendum , interpellare ad obſeruationem pacto-
rum , quibus recuſantibus ſatisfacere iis , ad quæ
tenebantur , fortaſſis ſibi permiſſum fuiſſet , ca-
pere pecunias cambio , cæterum ſtatim velo leua-
to ad id proſilire,& alios velle obligare , abſque mo-
ra , repugnat l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbo-
rum obligationibus & ibi Doctores & in l. ſi ita ſti-
pulatus

Google

pulatus eſſem abs te.ff.eo.tit.vbi Caſtr. & Alex.idem tradit,Dec.conſ.2.nu.3. & 6.& paſſim Doct.in lib. quidte.ff.ſi cer.pet.Præterea æquitati maximè conſonum videbatur, Saulium communicare prætēſam indigentiam, & ſucceſſus negotiationis cum participibus:quia non minus ad eos ſpectare videbatur prouidere de pecuniis negotio neceſſariis,quàm pertineret ad ipſum inſtitorem , ſi modò & res ipſorum agebatur,prout nunc actam prætendunt actores:potuiſſent enim participes pecunias cum minori intereſſe,ad rationem ſex vel ſeptē pro centenario inuenire , prout inuentæ fuiſſent , vt deponunt teſtes actorum , ſuper interrogatoriis. 322. vſque ad 330. vel aliter rebus ſuis conſuluiſſent,arg.l.emptor,C.de trans. l. denunciaſſe.ff.de adult.Crau.conſ.129.num.11. vel etiam proprias pecunias abſque intereſſe erogaſſent: prius ergo Saulius has vias perquirere,& omnem lapidem mouere debuit, arg.l.magis puto.§. ne paſſim. ff. de reb.eorum,vbi inquirere debet, an aliundè ſatisfieri poſſit.Rui.d.conſ.93.in prin. & hinc videmus actores hanc difficultatem ſentiētes , conatos fuiſſe probare, & articulatos fuiſſe , quòd Auguſtinus communicabat negotia appaltus cum Grimaldis , licèt non ſint aſſecuti.¶ Quintò,ſuppoſitis antecedentibus,requirebatur præter illa,quòd Saulius nomine ſocietatis,pecunias cambio caperet,& quòd eo nomine contraheret,ſi volebat ſocios obligari , arg.text.in l. ſi ſeruus,
94 §.1.ibi ſocietatis† nomine.ff.pro ſoc.Bal.in l.iure ſocietatis,ff.eo.& conſ.125.col.5.Alex.conſ.76.lib. 4. & conſ.vlt.vol.7. & conſ.139.li.5.& ibi in add.in litera H. citatur ad idē Petr. de Vbal.in d.tract.de duo. fr.Soc.conſ.154.verſ.ſecūdus caſus:refert, & ſequitur Dec.conſ.98.num.2.& in d.l.ſi ſocius,n.3.Pariſ. cōſ. 93.nu.27.& conſ.94.nu.22.Roncheg.nu.199.plurimum autem refert , cuius nomine ſit contractum , l. eum qui,C.ſi cer.pet.Dec.conſ.110.col.2.& ſeq.Pariſ.d.conſ.94.nu.50.vbi facit magnam vim in eo , ꝙ actus fuerit geſtus eo nomine,& ibi n.29.dicit,quòd ſi non exprimantur nomina ſociorū , illis non quæritur : cum ergo Saulius non nomine Grimaldorum, nec ſocietatis,ſed nomine diuerſo,& proprio contraxerit,eos non potuit,nec voluit obligare:Nam nomine Aug.Saulij , & Thobiæ Pallauicini , ſumptæ ſunt pecuniæ:quod nomen eſt longè diuerſum ab Auguſtino appaltatore,vel inſtitore.l.eius.C. de compenſ. & quòd ſit hoc diuerſum nomen , præterquam quòd patet ad ſenſum,colligitur ex exhibitis actorum, quæ proculdubio contra producētes probant , Inno.in c. cum olim de cenſi.Doct.in l.1.§.editiones.ff.de edē. Dec.in c.cum venerabilis,de except. Nam ſi in ſentētia lata contra Aug.quæ fuit exhibita, videmus cōdemnatum eſſe Aug.& Thobiam inſolidū , quòd eſt vnum nomen , ac etiam Auguſtinum appaltatorem, & ſic aliud nomen diuerſum ab Auguſtino , & Thobia, & ne ſententia ſit ſuperflua , concludendum eſt, hæc nomina eſſe diuerſa , nec ita pronunciatum fuiſſet, ſi idem nomen eſſet,nec refert,quòd in literis dixiſſet , quòd daretur debitum appaltui , quia ob hoc non obligantur ſocij : quia attenditur mandans , & ſcribens,qui ſunt Aug.& Thobias, qui proprium debitū non poſſunt conuertere in debitum appaltus, &
95 mandare quod alteri† aſcribatur,Bal.l.creditor,§.Lucius,ff. mand.Nihil enim abſurdius poſſet dici,quàm quòd ego ſcribam,vt ſoluatur meo creditori,& quòd detur debitū Titio, quia Titius non remanebit obligatus,ſed ſcribentes Aug.& Thobias ſolùm inſolidū obligati remanſerunt.l.ſi remunerandi,§.ſi mandatore.l.ſi verò non remunerandi , §.ſi quis mādauerit.ff. mand.quoniam hæ literæ continent plures perſonas, ſcilicet ſcribētes,ad quas ſcribitur, & pro quo ſcribitur.Bal.conſ.349.nu.1.vol 1.factæ ſunt literæ, & in literis Aug.appaltator non loquitur , ſed literæ de eo loquuntur quando dicunt , dandum debitum Auguſtino appaltatori, & ſic videmus eſſe differentiam inter has perſonas,vt euidenter patet, & hæc præcipuè ſibi locum vendicant,quando agitur de aliquo obligando,ita dicit Roncheg nu.171.& ratio eſt,quia facilius conceditur liberatio,quam obligatio, l.Arrianus.ff.de obl.& act.Ferret.in l.ſtipulatio iſta, §.alteri,ff de verb.obl.& multa permittuntur ad acquirendum,quæ aliàs non concederentur,§.1.inſt. de auth. tut. Nec mirum videatur,quòd quis poſſit duplicem perſonam repræſentare , quia hoc eſt veriſſimum, l. procurator pro euictione,ff.de procurat.lib. item ſi, §.item ſi procurator,ff de neg.geſt.d.lib.eius. Accedit,quòd quis poteſt habere plures negotiationes , l. procuratoris,§.ſed ſi duas,ff.de tribut.& diuerſarum negotiationum diuerſi ſunt fines, & obligationes ſeparatæ,Bal.conſ.142.vol.5.d.l.procuratoris, §.ſi plures,l.ei ita,verſ.cæterum,ff.nau.caup.ſtab. Poteſt etiā quis habere plures ſocietates,l.cum duobus,§.ſi plures, ff.pro ſoc.ergo ne ſimus in hac ambiguitate , & tollatur incertitudo,conſentaneū eſt,quòd exprimatur , quo nomine geſtum ſit negotium , vt diſtinguatur , ad quem ſpectet : præſertim quando eſt indifferēs,vt eſt mutuum, quod ita poteſt pertinere ad vnū, ſicut ad alium,hinc tollitur obiectum,quod fiebat ex
96 Pau.Caſtr.in d.conſ.242.qui videtur innuere, nō eſſe neceſſe nomine† ſocietatis cōtrahi,quia debet intelligi ſecundum , l.quam allegat,videlicet quando aliter ſe habere non poteſt,nec poſſet dici contractum,niſi in eam cauſam tantùm.pet l.poſt mortem.§.fin. ff. quando ex fa.tut.vbi pecunia nomine pupilli dicitur capta : quia pro re iudicata , ad pupillum ſolùm ſpectante fuit accepta , & ſatis eſt, quòd ex circunſtātiis colligatur,quòd reſpectu illius ſocietatis tantùm cōtraxit:quia ad ſolam ſocietatem id negotium ſpectabat,& ad illam erat reſtrictū,nec aliter ſe habere poterat:cæterum ſecus eſt, vbi de pecuniis mutuatis agitur, quæ poſſunt capi tàm pro vſibus propriis, quàm appaltus , quia de neceſſitate exprimendum eſt , quo nomine contrahatur : verùm ſi ageretur de aluminibus,vt puta quòd vendidiſſet alumina,vel quid ſimile geſſiſſet quod ad appaltum ſolùm pertineret, fortaſſis non eſſet explicandum quo nomine , quia id ex re ipſa ſatis dignoſceretur,& ita loquitur d §.fi.& Roncheg.nu.199.& 200.& ita poteſt conciliari Caſt. cū aliis,quibus tamen contra Caſtr. ſtandum eſſet, cum numero præualeant,& authoritate,facit etiā pro hoc diſtinctio Bar.in d §.vlt.nu.3.qui vult ſufficere,tutorem exprimere cauſam,quia tunc expreſſa cauſa ſufficit:perinde eſt enim,ac ſi diceret,tutorio nomine facere,idem in procuratore,& inſtitore,l.ſi pupilli.§.1. ibi , ſed pignus,vel debitorem liberat,ff.de neg geſt. & ratio eſt,quia non refert quòd ex æquipollentibus fiat,l.mulieri,ff.ad treb.cum ſimi. debet igitur nomine contrahere ſociorū,vt dicunt Doct.vel ſaltē per æquipollēs hoc ſignificare,, ſi verò nō exprimat cauſā, quæ hoc indicet cēſetur nomine proprio cōtrahere, hoc etiā pacto poteſt tolli, qđ dicit Aug.in l.procurator,ff.de obl.& act.dū quęrit, an ſacelli ſcribētes literas remaneāt obligati Nā primò ſupponūtur tales.Secūdò ꝙ ſcribāt literas,quę reſpiciāt tātūmodo negotiū,cui ppoſiti ſūt:ſi eīn de alienis reb⁹ ſcriberēt abſonū eſſet obligari dominos:tertio Aug.non aperit , an dñi ex illis literis remaneāt obligati,&.i.de quo quęritur

tur hic, ſequeretur etiam quod quis nuoquam poſſet
proprio nomioe gerere, quaudo eſt alicuius inſtitor,
quod eſt abſonum, & contra.l.ſi quis, §.hoe autem,
ff.com.diuid.l.& magis, ff.de ſolu.l.licet, C.de decur.
lib.10.& idem in procuratore per Bar. in l.ſi procura
tor, ff.ſi quis caut.quia imò, quando quis non facit vt
procurator, & actus eſt indifferens, qui poteſt ita ca-
dete in vaum, ſicut io alium, tunc magis nomine pro-
prio pręſumitur egiſſe, d.l.& magis.l.ſi ita ſtipulatus,
§.Griſogonus.ff.de ver.obl.Nat.conſ.567.nu.4. eui-
dens autem eſt ratiò, cur Saulius nomine ſuo hæc fe-
cerit, quia ſolus rem ſuam adminiſtrabat, & eius inte-
rerat pecuoias inuenire: vt aliàs dictum fuit, non mi-
rũ ſi ſubſcripſit (Auguſtino Sauli) ſimpliciter, quòd ſi ſo-
cios, vel participes obligare voluiſſet, ſubſcripſiſſet
Aug.& appaltatores, vel Aug pro appaltatoribus, vel
aliquod ſimile nomenȷ, quod talem intentionem im-
portaret, licèt oon fuerint appaltatores, vt oſtenſum
fuit, colligeretur tamen animus Auguſtini illos obli
gare intendẽtis: cæterùm quod Auguſtinus proprius,
& priuatus, præter mentem ſuam, potuerit participes
obligare, refragatur iuris regulis, & dicto Bal.in d.l.
creditor, §.Lucius, cum ſocij nunquam nec explicitè,
nec implicitè ſint nomiuati, Zab.conſil.153. ¶ Sextò
admiſſis cetra pręiudicium, quòd Saubus fuiſſet inſti-
tor, quòd potuiſſet capere cambio, quòd accepiſſe
probatum eſſet, quòd patticipes interpellaſſet, & de-
mum quòd uomine ſocietatis contraxiſſet: tamen ad-
huc requirebatur ex parte Pallauicinorum, quòd con
templatione præponentium credidiſſent, & ad eos
intuitum habuiſſent, arg.l.poſt mortem, §.fin. in fin.
iuncta Glo.ibi cõtemplatione † pupilli, ff quando ex
97 fact.tut.vel cur.l.ei, qui.C.quòd cum eo, l.eum qui,
C.ſi cer.pet.Bar.in d.l ſi pupilli in prin.nu 3. Alex.d.
conſ.44.nu.6.in 3.requiſito, & in d.conſ.vlt.volum.7.
Cap.deciſ.180.numero 4.Nat conſilio 567.num.6.
Pariſ.d.conſ.94.nu.36.& quòd cum Saulio non con-
traxiſſent, niſi fidem præponentium ſecuti fuiſſent,
ideò dieit Bal.d.conſ.125.quod qui vendit alicui, nõ
habet animum obligandi, niſi eum, qui emit, non eos
quorum nomine emittitur, ſic mutuator debet proba
re, ſe habuiſſe animum obligandi dominũ ex illo cõ-
tractu, Alci.d l.ſi inſtitorem, per l.eũ, qui.C. quòd cũ
eo, vbi qui contraxit cum libero, res alicuius agente,
& eius perſonam elegit cõtra dominum, nullã actio-
nem habet, niſi vel in rem eius pecunia proceſſit, vel
cõtractum ratum habuit, & Bar.in l ſi pupilli, §.1.nu.
5.ff de neg.geſt.aſſerit, quòd qui contrahit, debet ſci-
re in rem domini contrahi, & domino hoc expedire,
per d.l.fi.ff.de exer.& eſt rationabile, creditorę; de-
bet probare, ſe ea lege pecuniam dediſſe, Bald. in §.
ſi igitur, in verſ.eius rei gratia, inſt.quòd cum eo, &
poteſt aſſignari ratio diuerſitatis: quia inſtitor regu-
lariter non remanet obligatus, ſed tamen ſi dominus
inſtitoris ſit abſens, & aliquis credat inſtitori, & illius
98 fidẽ ſequatur, remanebit † obligatus, & ſic inſpicitur
animus credentis pecuniam, Caſtr.in d.l.1. §. exerci-
torem, in fi.ff.de exer.Soc.cõſ.150.in fi.eſt tamen ani
maduertendum, quod Bart.in d.l. ſi pupilli, §.1.nu.7.
videtur conſtituere differentiam, inter actionem, quę
debet oriri inter dominum, & eum, qui contrahit cũ
procuratore, quo caſu oportet nomine domini negotium
geri, & eius contemplatione, & actionem
quæ oritur inter procuratorem, & dominum, quia
tunc non requiritur, quòd contemplatione domini
fiat: quomodo autem alicuius contemplatione ali-
99 quid factum eſſe probari poſſit, † ponit idẽ, Bart.in d.
l.ſi pupilli, §.item quæritur, numero quinto, ſed in
proceſſu non fuit obſeruatum, nec probatum, vt
debuit, & ad propoſitum dicebat Petr. de Bellaper.
in d.l.ei qui numero 9.quòd etiam ſi quis ſit inſtitor,
& prępoſitus, & ignorauerit creditor, non obligat do
minum, nec contra eum habet actionem, quod val-
de vrget in propoſito noſtro, & dieit lucidius Matth.
Viſinb.lib.14. digeſtorum in iuris œconomia, quòd
præponentis fidem ſequimur, all.l.ſi ff pro ſoc.ibi cu
ius perſona in contrahenda ſocietate ſpectata eſt, &
dicta l.ſi inſtitorem: verùm quomodo potuerunt Pal
lauicini credere illas pecunias contemplatione Gri-
maldorum, aut eorũ fidem ſequi, quos participes eſ-
ſe ignorabant, vel ſciuiſſe non docuerunt, & quorum
nulla vnquam ſit mentio in iſtis negotiis, quod pon-
derat Anch.in dicto conſilio.332. quia certè eorum
aliquo pacto meminiſſent, apparet autem ex teſtibus
actorum, cuius contemplatione, crediderint: quia
deponunt, quòd Pallauicini ſecuti ſunt fidem Tho-
biæ, & non credidiſſent obolum Auguſtino, & per cõ
uentionem initam inter dictos Auguſtinum, & Tho-
biam conſtat, quid ſit inter eos tractatum hinc va-
ria ſunt capitula inter ipſos celebrata, & inter alia, vt
ſibi caueret Thobias, lapides pretioſos, & alia pigno
ra penès ſe habere voluit, & pecunias, quæ ex alumi-
nibus perciperentur ad ſe peruenire, & videtur quæ-
dam ſocietas inter illos contracta: quia etiam habe-
bat ſingulis annis ſcuta mille, & ſubſcribebant nomẽ
huius ſocietatis, Aug & Thobias inſolidum: fiebãtq;
duo rei debendi, & profectò debet eſſe differẽtia in-
ter mandatores, & fideiuſſores.l.ſi verò non remune-
rãdi.§.ſi quis mãdauerit, & §.ſeq.l.ſi mãdatum, §.fide
iuſſor.ff.man.Bar.in Auth.hoc ita in 7.q.C.de duob.
reis, Fab.in §.ſi plures, inſt. de fideiuſ.Capic. deciſ.
180.numero 1.& conſiderandum eſt, quòd conuen-
tum fuit de capiendis ſeptuaginta millibus aureis, &
tamen videmus quadruplicatam ſummam fuiſſe ca-
ptam, contra conuentionis normam, quod quorſum
tendat, quilibet facilè poteſt conſiderare: & quoniã
teſtes actorum met dicunt, quòd contemplatione
Thobiæ credita fuit pecunia, reſpondebant, non eſſe
mirandum, quòd Pallauicini plures voluerunt habe-
re obligatos, vt magis ſibi cautum eſſet, §.1.inſt. de
fideiuſſ.cum ſimi.quod etiam ſi negari nõ poteſt, ta-
men videmus optimè inferri ex hoc, quòd nõ habue-
runt intuitum ad participes, quia ſi ſciuiſſent, Farne-
ſios, Montes, Grimaldos, Negronum, & alios ſibi re-
manſuros obligatos ex contractibus Auguſtini, vti-
que ſine adiectione Thobię tutò credidiſſent: quod
nõ fecerunt, quia ad illos duos tantùm reſpiciebant.
¶ Nec prædictis obſtat, quod dicit Caſtr. in dicta l.
reos, numero 5.ff.de duob.reis, vbi inquit obligari
creditoribus præponentes, etiãſi ignoretur, qui ſint
& quot ſint, quia poteſt dici per ſupradicta hanc do-
ctrinam non procedere, quam non videmus fulcitam
aliqua lege. Secundò reſpondetur, Caſtr. ſupponere
creditores ſcire adeſſe ſocios: quia ille inſtitor ſcribe
100 bat, Petrus, & ſocij, & ſic certum † erat aliquos eſſe ſo
cios, licèt ignoraretur numerus, & nomina, ſed benè
ſciebatur adeſſe, & ſic tria conſiderantur, an ſint, qui
ſint, & quot ſint, & ſcire primum ſufficit, ad hoc vt
obligentur, quia ſub illo nomine Petrus, & ſocij, vir-
tualiter alij continẽtur. ¶ Septimò, præter ſupradicta
certiſſimum eſt, baſim in inſtitoria actione eſſe, quòd
in eam cauſam pecuniæ capi debeant, l.1.§.quod ſi ab
initio.ff.de exer. & eius rei gratia, §.eadem, vbi om-
nes Doctores inſt.quòd cum eo, l.quicunque, §.non
tamen. ff. de inſtit. Bald. libro. ſeruus tuus, C.eod.
per l. ſecunda & 3. C. eod. Caſtr. in l. prima §. non
autem,

autem,in prin.ff.de exer.& in rub.& l.inſtitoria, C.
eo.Pariſ.conſ.94.nu.54.cum ſimi.& eſt primum re-
quiſitum ex illis quinque poſitis per Alex.in d. conſ.
44.nu.6.qui citat Bart.Gu.de com.in Auth. hoc ius
porrectũ,C.de ſa.ſan. Eccl.Inno.in d.c.quòd quibuſ-
dã,& Doct.in l.vlt.ff.de exer.eſt ergo neceſſe, quòd
capiens pecunias, nauis, vel mercis gratia,ſe accipe-
101 re † exprimat,aliàs non obligantur præponentes, d.l.
1.§.quòd ſi ab initio:ſed Saulius nõ expreſſit,ergo pri
mum requiſitum ceſſat: quia nullum verbum de hoc
in literis,quòd dixerit ſe accipere pro negotio appal-
tus, ſed tantum mandauit ſolui diuerſis ſuis prætenſis
creditoribus,& licèt quandoque dixerit,quòd debe-
rent dare debitum appaltui, tamen hæc verba iſtud
non important, nec ſonãt,quòd acciperet in cauſam
appaltus: quia poteſt eſſe,quòd in aliam cauſam ca-
peret, & tamen vellet dari debitum appaltui, vnde
dubia probatio non releuat.vulg. c.in præſentia, de
probat.& licèt l.vlt.videatur dicere in cauſam nauis,
& ſic in genere,tamẽ videtur rationi conſentaneum,
quòd quando capiuntur pecunię,debeat cauſa ab ac-
cipiente exprimi,& ſpecificari, vtputa, quòd dicat
ſe pro emendo velo, vel ancora, vel ſimilibus ſpecia-
liter enumerandis, & nõ ſufficit in genere dicere pro
naui, vel appaltu:ratio eſt in promptu, quia niſi ſpe-
cialiter exprimatur cauſa,non poteſt ſciri an res indi-
geat,quod requiritur:Nam ad hoc,vt conſtet indige
re,oportet mentionem facere in indiuiduo,qualis ſit
indigentia,item colligitur ex alio dum dicitur,ne ma
ior ſumma credatur,verùm quomodo poterimus co-
gnoſcere,an credita ſit maior ſumma, niſi particula-
riter rei notitiam habuerimus,nec refert,quòd Iuriſ-
conſ.ſimpliciter dicat,in refectionem nauis,quia ſup
ponit illud, tanquam notum, & neceſſarium antece-
dens.Præterea genus includit ſpeciem,non excludit,
& refectio nauis erit loco ſpeciei: quia cum negotiũ
refectionis ad corpus nauis referatur,quod eſt reſtri-
ctum,poterit videre facilè creditor,an prora,an pup-
pis refectione indigeat:hinc dixit Iuriſcõſ.in d.l. vlt.
mercis comparationem,cui præpoſitus eſt,& ſic vni-
cum ſupponit negotium:cæterũ in appaltu,in quo va
riæ,& diuerſæ fieri debent expenſæ,quę non ſunt cõ-
formes cauſæ ſpecialis à Saulio pecunias recipiente,
fieri debuit mentio: duplex autem conſiderari debet
pecuniarum ſolutio,& receptio,& in hoc magna fie-
ri debet vis:vna, & prima ſolutio à credentibus Au-
guſtino fiebat Romæ, vel alibi, quia nec hoc expreſ-
ſum eſt,qui ei pecunias mutuabant:exẽpli gratia, Ri-
cij Florentiæ,Grimaldi, & Auria Mediolani:Alexã-
der Maria, & ſocij Neapoli, & ſic de ſingulis:Nam
probandum fuit,quòd tũc temporis appaltus egeret,
& quòd Auguſtinus diceret, ſe in eam cauſam acci-
pere,quòd nedum non eſt probatum,ſed nec tentatũ
probari:ſecunda ſolutio eſt illa, quæ fiebat à Pallaui-
cinis Biſuntij,illis primis Saulij creditoribus, quibus
mandabat ſolui, & tunc minus dictum fuit, quòd in
102 cauſam † appaltus: ſed quando millies expreſſiſſet,
non ſufficeret, quia apparet quòd appaltus amplius
non indigebat, cuius neceſſitatibus iam erat ſatisfa-
ctũ,quoniã hæ vltimæ pecuniæ accipiebantur ad diſ-
ſoluendum æs alienum iam contractũ. Nam actoreſ-
met fatẽtur hanc eſſe ſummam cõtractam in duode-
cim annis:ergo tunc non erat neceſſaria: admiſſo etiã
quòd non fuiſſet in dicto curſu temporis neceſſaria,
inſpici enim debet primum propoſitum,nõ ſecundũ.
Fulg.d.l.1.§.non autem de exer. & ſic debuit inſtitor
prima vice exprimere,ſe in cauſam nauis accipere. d.
l.1.§.nõ autem Azo.in ſum.C.eo.nu.7.ſed præterquã
quòd non expreſſit,etiam eius aſſertioni ſtandum nõ
eſſet:quia creditor aliter ſcire debet, ſubeſſe cauſam
neceſſariam, Azo.in ſum.C.eo.nu.8.Inn.in d.c.quòd
quibuſdam,nu.3.de fideiuſſ.licèt Sal.in d.§. non au-
tem:videatur ſentire,ſufficere aſſertionẽ accipientis,
ſubiicit tamen poſtea contrarium ibidem in ſecunda
oppo.& intelligit illum.§.ſecundùm l. vlt.ff.eo. quæ
requirit pariter ſcientiam, & expreſſionem credito-
103 ris,quando inſtitori mutuat,vt diximus, & hoc † paſ-
ſim receptũ eſt ab omnibus ¶ Octauò,præmiſſa om-
nia adhuc non ſufficerent,ſed exigitur,& eſt ſecundũ
requiſitum Alex.d.conſ.44.num.6.quod tunc pro gu
bernatione negotij opportunũ eſſet accipere dictas
pecunias mutuo.d.l.vl.ſed certè hoc nõ fuit edoctũ:
Nam licèt in genere actores conati fuerint probare,
quòd appaltus ſingulis annis indigebat centum mil-
libus aureorum,tamen etiam ſi probaſſent, quòd ta-
men negatur, adhuc non eſſet ſatisfactũ huic requi-
ſito: Nam neceſſe fuit probare,quòd tunc temporis,
quando capiebantur pecunię,& de primis eſt intelli-
gendum,appaltus indigeret: Iuriſconſultus enim in-
quit,ſi cũ pecunia crederetur,id eſt eo tempore,Bar-
tolus in l.ciuitas,num.13.ff.ſi cer. pet.ex mente Do-
104 ctorum antiquorum dicit,quòd † tempore cõtractus
mutui indigeret,& Alex vtitur hac dictione,tũc, quę
ſecundùm Aret.in d.§.cum igitur,num. 5.inſt. quod
cum eo ſignificat extremitatem temporis, l.4.ff. de
cond.& demonſt. Boer.deciſ.238.num 2.poſt Curt.
conſ.73.& ibidem Boër. allegat alios, & ſic præcisè
de illo tempore fuiſſet edocendũ:nec ſufficeret ante,
vel poſt neceſſe habuiſſe, & quando Saulius mandat
ſolui has pecunias, de quibus diſceptatur, iam erat
finitus appaltus,& non poterat indigere: quia nõ en-
tis nullę ſunt qualitates,l.manumiſſiones.ff.de inſt.&
in l.decem,de ver.obl.cum ſimi. & ſic opportunitas
temporis non aderat,quę adeſſe debet Bal.d.l.ſeruus.
C.eo.& ſi opponatur, quòd ſoluebantur debita iam
prius contracta ob cauſam dicti appaltus, reſponde-
tur,legem non dicere, quòd ſufficiat ſoluere debita,
ſed requirere,quod tunc temporis indigeret: vnde ſi
nauis indigeat,& reficiatur,poſt aliquod tempus na-
ue iam refecta, non poteſt credere quis pecuniam in
refectionem nauis,& dicere nauis indiguit,ad hoc vt
repetat à præponente: quia nunquam verum erit, ꝙ
adſit opportunitas temporis,ſed dicetur adfuiſſe, &
præteriſſe opportunitatem.At ſi dicatur licere ſolue-
re creditoribus,per l.1.§ & ſi ab alio. ff.de exer.l.1.§.
filiusfam.ff.de pecul.l.3.ff.de in re.ver.Reſpondetur,
id procedere,prout apertè, & perſpicuè inquit Iuriſ-
conſ.in d.§.ſed ſi ab alio:quando liberauit eum, qui
in refectionem nauis crediderat, & ſic omnino con-
ſtare debet, primam illam pecuniam ab initio captã
fuiſſe in neceſſariã cauſam appaltus: inſpicitur enim
prima receptio, non ſecunda,euidentiùs etiam colli-
gitur,quòd non fuit neceſſaria tunc temporis, quia
ex capitulis actorum videtur in iudicium deductum,
quòd Aug.anno 1565. erat debitor ſcutorũ quatuor
centum millium:hinc fit,vt non poſſint dicere inten-
tionem ſuam fuiſſe probatum, ſi pugnantia probare
intendunt,l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur. ſi enim ve-
rum eſt,quòd ſtetur titulis,ſiue capitulis eius, qui ar-
ticulat contra producentem,tenet Pract. pap.in for-
ma capitulorum actoris,nu 4.per l.cum precum. C.
de li.cau.videmus,ꝙ neceſſitas illius temporis nõ eſt
probata,ſed imò ictu, & momẽto capta fuit ſumma
ſcutorũ centum quadraginta quatuor millium, & eſt
impoſſibile,ꝙ vno tempore tanta ſumma indiguerit,
Eſt inſuper animaduertendum,quòd ad hoc, vt ne-
ceſſitas

ceſſitas dignoſcatur,non ſufficit probatio illa genera
lis,quòd appaltus indigeret ſingulis annis ſcutis cen-
tum millibus: Nam hæc probatio complectitur fa-
bricam & appaltum,& tamen inter ſe differre mani-
feſtum eſt:quoniam expenſæ illius fabricæ , nihil ad
Grimaldos, quoniam Bendinellus Saulius expreſsè
illam ſibi reſeruauit,& præcipuam habere voluit , vt
in apocha inter eos facta continetur, & infra ſex mē-
ſes ad formam pacti ſecuta eſt declaratio:ergo ad ex-
penſas fabricæ Grimaldi : qui nullum ius, nullámue
in eo partem habent,teneri non debent , & potiſſima
pecuniarum ſumma in dicta fabrica conſumpta aſſe-
ritur,& ſic hac ratione non potuerunt obligari,etiam
ſi appaltui deducta fabrica præpoſuiſſent , quia ex
diuerſis non infertur : vulg.l.Papinianus exuli. ff. de
mino.imò fabricator ipſe tenebatur virtute capitu-
lorum dare cātarium aluminis,pro duabus tertiis par
tibus Aurei,quod ſi feciſſet , vtique maximū lucrum
feciſſet appaltus , & quemadmodum vtilitas fabri-
cæ ſpectabat ad ſolum Saulium , ita damnum eiuſdē
ſolius eſſe debet,l.ſecundùm naturā ff.de reg. iur. &
certè ſi qua iactura ineſt, reſpectu fabricæ ineſſe cer-
nitur,cū omnes ferè pecuniæ in cauſam fabricæ ac-
ceptæ credantur , & appareant , quæ ingenti ſumma
indigebat.At ſi diceretur ignoraſſe creditores hāc di
ſtinctionem fabricæ ab appaltu , & non debere frau-
dari, id facilè tollitur per iam ſæpius dicta : quia ſibi
imputare debent, ſi diligēter perſcrutati non ſunt,in
quam cauſam caperetur, & quam facultatem Saulius
haberet , & demum partium conuentiones,ad dicta
per Anch.dicto conſ.332.& per Dec. in d.l.qui cum
alio , & ſic euidenter apparet neceſſitatem non ad-
fuiſſe tempore receptionis pecuniarū ¶ Nono , vltra
priùs annotata eſt , & aliud requiſitum neceſſarium
quod eſt tertium ſecundùm ordinē Alex.d.conſi.44.
nu.6.nempe creditorem ſcire debere opportunitatē
105 capiendi mutui , & capientem eſſe † præpoſitum , &
hoc eſt receptum,quia hoc exigit Iuriſconſ.in d.l.vlt.
verſ.ſi ſciuerit pecuniam eſſe neceſſariam,& Petr.de
Bella per.in l.ei,qui.C.quid cum eo , num. 14 plura
inquit requiri ad hoc,vt dominus obligetur,inter cæ
tera,quod ſciat creditor,& viderit rem egētem, pro
pter quam contraxit,ſed Pallauicini nec viderunt in-
digentiam,nec videre potuerunt, quia tunc cum ſol-
uebant non aderat,& ipſi longè aberant à re, quæ in-
diguiſſe dicitur: ergo non poteſt verificari illud re-
quiſitum quod mutuantes ſciuerint, & dicebat Cag.
d.cap.24.nu.6.requiri hanc diligentiam in credenti-
bus,quòd ad rem domini,& eius cōmodum perpen-
derint pertinere illam pecuniarum dationem,& Iac.
Cuiac.in tract.8.ad Africanum in interpretatione.d.
l.vlt.dicit,quòd debet eſſe diligens,& curioſus,& in-
quirerere antequàm numeret pecuniam,an nauis in-
digeat refectione,&c.¶ Nec dicatur ſtandum eſſe iu-
106 ramento † actorum,an ſciuerint, cum ab eorum ani-
mo dependeat , ad not. in §. ſi aliæ inſt.de act.Quia
reſpondetur,id non habere locum , quando lex ex-
preſſè probationē requirit,prout in caſu noſtro,per l.
habebat,in prin.ff. eo, ibi propoſita actione probare
non potuit,mercis gratia accepiſſe , & ſic onus pro-
bandi in creditorem eſt tranſlatum, qui debet oſten-
dere à ſe obſeruata fuiſſe requiſita à lege, & per con-
ſequens non ſufficit iuramētum l.Lucius.ff. de cond.
& demonſtr.Marſ.in rub.C.de probat.nu.219.vbi di-
cit communem eſſe opinionem, quam & ipſe ſequi-
tur,& infinitos adducit, quòd iuramentum non ſit
probatio,& licèt.d.l.vlt.loquatur in exercitore,tamē
idem ſubiungit in inſtitore,& innuit,maiorem etiam
requiri diligentiam in creditore inſtitoris,quàm exer
citoris,& Azo.interpretatur in d. rub. C. eo.& ratio
eſt euidens , quia facilius poteſt quis de inſtitore ſe
informare,& proſpicere,qui cū contrahat,quòd pro-
pter neceſſitatem in magiſtro,qui habet quædam ſin
gularia,vt inquit Cuiac.in d.tract. 8.ad Afflict. in l.
eius:qui.ff.cer.pet pag.67.non ita facilè cōrigit, nec
ita permittitur , tradunt Doct. omnes poſt Azo.
& Caſtr.& probatur in l. 1. §. cæterùm. ff. de exe. eſt
107 enim exercitoria ad † vnicum ferè negotium, nempe
ad nauim regendam,quæ eſt in ſe vnitum negotium,
& inſtitoria latius ſe habet,quia eſt multiplex: ad ſum
mam etiam Reip.nauim exercitium pertinet , Ariſt.
lib.7.poli.cap.5.Fulg.in l.1.in prin.ff.de exe.qui dicit
magis ſubueniri iis, qui ſunt in maiore neceſſitate cō
ſtituti,l.ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria,& l.de die.§. tu-
tor.ff.qui ſatiſd.cog.& plerumq; res cogit , vt ſolius
magiſtri contemplatione contrahamus, Alc.in d.l.ſi
inſtitorem.Accedit neceſſitas contrahendi,incertitu-
doq; itineris nauium , quæ aliquando in terras inco-
gnitas vi ventorum impelluntur , & ibi pecunias ca-
pere coguntur,quæ in inſtitore ceſſant: quoniam di-
lationem res patitur,& conceditur facultas diſpicien
di de conditione inſtitoris,antequam contrahat , &
datur plenius deliberandi conſilium.¶ Decimò , non
adhuc eſt legi ſatisfactum , ſed aliud exigitur , & eſt
quartum requiſitum ſecundum ordinem Alex.d.cōſi.
44 num.6.& conſ.vlt.vol.7.Innoc.in d. c.quòd qui-
buſdam,Doct.in d.l.ſi inſtitorem,Aret.in §.actiones
autem de peculio,inſt.de act.quòd non mutuetur ma
ior ſumma,quam ſit neceſſaria:dicebat enim Azo. in
ſum.C.eo.nu 7.quòd ſibi imputet creditor , qui ma-
iorē ſummam credidit, quam eſſet neceſſaria,verum
108 nulla certa, nec vrgens neceſſitas † probata fuit , vt
oſtendimus : & ſic vbi in ea cauſa eſt nauis , vt non
egeat,ceſſat actio exercitoria , Iac.Cuiac.d.tract. 8.
fol. 81. Imò ſi rectè ineatur calculus , ac pecunias à
participibus habitas,& anticipatas,adiectis iis, quæ
in dies ex venditione aluminum veriſimiliter percipi
debuerūt,& accedente diſtinctione fabricæ,& appal
tus,de qua ſupra , computemus,proculdubio compe
riemus ſuperfuiſſe magnam pecuniarum quantitatē,
non defuiſſe:Nam Farneſij, & Montes videntur ſol-
uiſſe anticipatè ſcuta centum quinquaginta millia,
vel promiſiſſe,& paria ſunt,quia æquiparantur habe-
re rem,& actionem,l.qui actionem vbi Dec. & Cag.
ff de reg.iur.& poterat ex conuentione Saulius cape-
re cambio ratam Farneſiorum ad rationem quatuor-
decim pro centenario,& debuit pro ipſis , & eorum
nomine,& ad eorum intereſſe facere , non autem in
præiudicium Grimaldorum,habuit etiam Saulius ab
aliis participibus ſcuta quadraginta millia:itē pro ra-
ta ſua alia ſcuta quadraginta millia , poteratque ab
initio habere cantaria decem octomillia aluminum,
pro quibus percepiſſet ſcuta quadraginta quinque
millia,& plus,quę ſummæ aſcendunt ad ſcuta ducen-
tum ſeptuaginta quinque millia , vltra ſummas habi-
tas ab emptoribus diuerſarum ſcalarum:erant autem
exburſandi pro anticipatione Ducati ſexaginta ſex
millia,de caronelis , quæ faciunt ſcuta quinquaginta
millia pro fabrica vigintitria millia, pro arneniſibus,
& aliis mobilibus decem octo millia ad formam ca-
pituli primi,& ſeptimi domini Anſaldi.Rurſus ſi de-
merentur ſummæ indebitè ſolutæ,vt ſcuta duodecim
millia,cum ſuo intereſſe promiſſa Thobiæ : ad quid
enim ſoluere illi pro inueniēdis pecuniis,ſi ſuorū pręe
ponentium ſubſtantiæ ad reddendos cautos credito-
res ſufficere debebant?item augmentum ducatorum
ſexdecim

ſexdecim millium, ad quod non tenentur partici-
pes, quoniam non conſenſerunt nouo contractui, &
quod ſit nouus contractus apparet per l. ius ciuile. ff.
de iuſt. & iu. cum quid additur vel minuitur primo,
Ro. conſ. 45. Rui. conſ. 91. num. 12. vol. 5. à quibus non
habebat facultatem de nouo contrahendi, & per con-
ſequens præiudicare illis nequiuit, & primus contra-
ctus ſemel extinctus amplius non reuiuiſcit, l. ſi tibi
decem. §. quædam l. ſi vnus. §. pactus, vbi Bar. & Iaſ.
& alij. ff. de pact. & auctio cenſus fuit facta pro libe-
rando Archiepiſcopo, ſi videremus quoque quid ſit
perceptum ex venditione cantariorum quatuor cen-
tum millium quadringẽtorum quinquaginta nouem
aluminum tranſmiſſorum per mare, & viginti mil-
lium ſeptingentorum quadraginta quinque per ter-
ram, certè poſitis creditis, & deductis omnibus de-
ducendis, multum ſupererit, & per conſequens de
nulla neceſſitate conſtabit, & quod maior quantitas
mutuata fuit, imò & tota quantitas, ſi non indiguit
aliqua ſumma. ¶ Vndecimò, poſtremum requiſitum
eſt per Iuriſconſ. in d. l. vlt. & per Alex. locis præal-
legatis, quòd mutuum ſit factum in loco, in quo poſ-
ſit adimpleri cauſa, propterquam mutuum factum
109 eſt, & adeò verum eſt, hanc circunſtantiam, ſeu † re-
quiſitum non fuiſſe ſeruatum, vt ne vmbra quidem
probationis de hoc appareat. Nam pecuniæ capiebã-
tur Biſuntij, & appaltus exercebatur in loco Tulphę,
& in ciuitate Vetula, quæ diſtant plus ſexcentis milia-
riis: & actorum aduocati, qui viderunt difficultatem,
& loci qualitatem non concurrere, non negauerunt
hoc, ſed conabantur oſtendere hoc requiſitum in in-
ſtitoria non procedere, ſed ſolùm in exercitoria, ad
quod replicatur, quòd imò & in inſtitoria hoc re-
quiritur, & ſemper verum eſt argumentum affirmati-
uè de exercitoria ad inſtitoriam: quoniam omnia,
quæ in exercitoria obſeruari debent, multò magis in
inſtitoria, non tamen è conuerſo: maior enim dili-
110 gentia † requiritur ſemper in inſtitoria, quia habet
creditor facultatem ſe informandi de poteſtate inſti-
toris, ſecus in exercitore ob multas rationes, quas po-
ſuimus ſuperius, nec aliter reperemus. ¶ Duodeci-
mò, circumſcriptis etiam prædictis omnibus, in om-
nem ſiniſtrum euentum participes non tenentur, niſi
pro ſumma, quam expoſuerunt in ſocietate: etiã quan-
111 do vnus poſſet alterum † obligare, Bal. conſ. 125. An-
char. d. conſ. 332. Dec. in d. l. ſi ſocius, nu. 4. & in l. qui
cum alio, num. 2. ff. de reg. iu. Pariſ. conſ. 93. num. 31.
conſ. 94. nu. 28. & 29. Strach. in tract. de contractibus
merc. nu. 15. deciſ. Pedem. 150. nu. 8. & hanc conclu-
ſionem communem videmus, à qua in iudicando re-
cedendum non eſſet, Doct. in c. ne imitaris, de conſt.
l. 1. verſ. & crebrior. ff. de off quæſt. l. cum quidam. §.
quod dicitur. 2. ff. de acq. hæred. & qui iudicat contra
communem, reus eſt pœnæ, Panor. in c. 1. de conſt.
quæ tamen habet aliquas limitationes, de quibus per
Villalob. in communi opi. & per Fichard. non poſ-
ſumus igitur dicere Grimaldos vltra expoſita obliga-
tos, nec poſſumus inficiari quin expoſuerint ratam
ſuam, prout per poſitiones ipſorum actorum euiden-
ter colligitur, quæ probant contra ponentem, l. cum
præcum. C. de lib. cau. Doct. in l. 2. §. quod obſeruari,
C. de iur. cal. pract. Pap. in praxi. nec refert ſi non ex-
poſuiſſent, ſi vltra expoſita non tenẽtur, vel poſſemus
demum dicere poſſe obligari ad exponenda, & non
ad alia, id eſt ad ea, quæ exponere debuerunt. Inſuper
participes non adſtringuntur damno, quod culpa Au-
guſtini appaltui obuenit, Ang. conſ. 329. nam ob libe-
rationem Reuerendiſſimi Archiepiſcopi eius Fratris,
ingens ſumma ſoluta fuit, & auctus cenſus, quo caſu
non tenentur Grimaldi, l. ſancimus. C. de pœn. Bal. in
terminis ſocietatis, conſ. 61. vol. 1. Accedit, quod ſo-
cij non obligantur ad ea, quæ ſunt diuerſa, & non cõ-
prehenſa in ſocietate, ſed ſeparata: quia ex tali con-
112 tractu non remanent obſtructi, ſed † ſolùm contrahẽ-
tes, l. nemo ex ſocijs. ff. pro. ſoc. l. ſi ſoc. ff. ſi cert. pet.
cum ſimi. Idem, quando ſocius gerit negotium ſibi
non demandatum, Pariſ. d. conſ. 94. nu 23. nec etiam ſi
contractum eſſet nomine ſocietatis, ſed vltra ſocieta-
tem, Ancha. d. conſ. 332. & ideo contrahentes cum eo
debent videre authoritatem, Perr. de Vbal. d. tract. 8.
par. & Pariſ. d. conſ. 94. num. 27. & huic dicto conue-
niunt alia ſuperius firmata, quòd ſocius non obliget
ſocium ſine mandato tacito, vel expreſſo, & quòd in-
telligatur habere tantum ad faciendum vtilia ſocie-
tati, Rom. conſ. 398. Galtaul. d. l. ſtipulationes non
diuiduntur, nu. 21. Item quod ſocius habeat manda-
tum tacitum, quò ad res venales tantum, & non quò
ad alia, Dec. conſ. 98 num. 1. Alexand. conſ. 185. lib. 2.
Dec. conſ. 556. Roncheg. numer. 198. cum ſimilibus.
¶ Redigendo igitur in epilogum prædicta omnia,
cum in primis Saulius non fuerit inſtitor. Secundò,
cambio capere non potuerit. III. etiam ſi potuiſſet,
non appareat accepiſſe. IIII. ſocios non interpella-
uerit. V. eo nomine non contraxerit. VI. contem-
plationi Grimaldorum actores nõ crediderint. VII.
meam cauſam non ceperit. VIII. cauſam neceſſa-
riam tunc fuiſſe non conſtet. IX. maiorem quanti-
tatem creditam. X. Pallauicini non probarint ſe ſci-
uiſſe indigentiam tunc temporis. XI. in loco non
congruo creditum ſit. XII. in omnem euentum, prę-
ter expoſita in ſocietate, non potuerint teneri: ſequi-
tur ex ijs duodecim capitulis, quorum quodlibet per
ſe ſufficeret, meritò abſolutos fuiſſe reos conuentos.
¶ Quò ad Negronum, vltra prædicta excipitur, nul-
lam participationem probatam fuiſſe per epiſtolam
113 exhibitam: quia cum ſit ſcripta tertio, non † probat
pro alio contra ſcribentem, Alb. in l. vni, C. de con-
feſſ. Boër. conſ. 25. nu. 18. qui dicit hanc opinionem
eſſe magis æquam, Ci. in l. generaliter, C. de non nu.
pec. Præterea, qui potuit ab initio obligare Negro-
num, idem potuit liberare, l. ferè, & l. nihil. ff. de reg.
iur. toto tit. Inſt. quibus mo. toll. obli: Nam qui con-
traxit, poſtea diſtraxit, optimè autem, & plenè proba-
ta eſt retroceſſio per Aug. acceptata, vnde. Nigronus
remanſit liberatus: eodem enim modo obligationum
vinculum ſoluitur, quo queri adſolet, l. quamuis ſal-
tus ff. de acq. poſſ. l. prout quiſque. ff. de ſolut. ¶ Ve-
rum quia ferro viam aperit, qui per contraria tranſit,
Bal. in l. precibus, C. de impub. Cur. ſen. conſ. 79. Soc.
iun. conſ. 39. nu. 19. Rol. à Valle conſ. 55. n. 1. vol. 1. &
conſ. 100. nu. 1. vol. 2. regulariter enim tota vis, & dif-
ficultas conſiſtit in reſpondendo ad contraria, & illis
ſolutis concluſiones formatæ redduntur clariores,
Dec. conſ. 31. an. nu. 4. & conſ. 79. col. fi. & conſ. 181.
nu. 3. & conſ. 328. nu. 4. Soc. Inno. conſ. 121. nu. 14. lib.
1. Alcia. reſpon. 203. nu. 14. & 570. nu. 1. Rol. à Valle
conſ. 3. nu. 4. in t. & alij, quorum veſtigiis inhærentes
obiecta diluemus, quæ licèt ex fundamentis reorum
videantur ſublata, tamen, vt veritas adhuc magis elu-
ceſcat, ad ſingula ſpeciatim reſponſum dabimus. ¶ Ad
primum igitur reſpondetur, non obſtare: quoniam li-
cèt veriſſima ſit propoſitio illa, eos, qui preponũt ali-
quem inſtitorem negotiationi, ex eius facto obligari
inſolidum, tamen non eſt verum, Saulium fuiſſe præ-
poſitum à Grimaldis: ſemper enim facienda eſt com-
paratio, vt diſcerni diiudicarique poſſit, an eadẽ, vel

ſimiles collatæ comparatæ res ſint, an verò diuerſæ,
& diſſimiles, Galles. latè, & pulchrè in tract. de exer.
iuriſp. lib. 2. nu. 12. cum ſeq & cùm inſtitori attributa
114 non conueniant Saulio, non † poterit dici illum fuiſ-
ſe inſtitorem: apertè nanque docuimus, diffinitionem
inſtitoris illi non aptari, quod præcipuum eſſe debet.
Secundo, reſpondetur, quòd licèt poſſet dici inſtitor,
tamen alia requiſita debent concurrere, ad hoc, vt
obliget præponētes, quā diffuſiùs ſunt ſuperius expli-
cata, & non adeſſe clarè demōſtratū fuit, nec inficia-
mur dupliciter aliquē præponi, tacitè, & expreſſè, ſed
conſtanter affirmamus, Sauliū nec tacitè, nec expreſſè
fuiſſe præpoſitum: tacitè quidem non poſſunt dicere
præpoſuiſſe, quia Grimaldi non ſciuerunt, nec paſſi
ſunt, illum ſe pro eorū inſtitore gerere, aliud eſt enim
ſe geſſiſſe pro appaltatore, ſeu etiam adminiſtratore
generali, aliud pro inſtitore: quoniā hæc inter ſe lon-
gè differunt, Nam appaltator (vt vis vocabuli iudi-
cat) dicitur ille, qui appaltum conduxit, & non reſpi-
cit alios, niſi locatorem ipſius appaltus, & hoc reſpe-
ctu nuncupatur appaltator, nec præſupponit quen-
quam alium, à quo dependeat, ſed ſtat per ſe, nec ha-
bet relationem ad Grimaldos, ſed tantum ad came-
ram, à qua fuit conſtitutus appaltator, quo nomine
millies appelletur, nō poterit dici, quòd per hoc ver-
bum, inſtitor, vel præpoſitus aliquomodo ſignifice-
tur, ſed potius oppoſitum, quòd à nemine ius habeat,
ſed a ſeipſo, nunquàm igitur rectè colligi poterit, ex
eo, quod nuncupetur appaltator, eſſe inſtitorem, &
hoc patet ad ſenſum, verū quia quādoq;, licèt perrarò,
vocatur adminiſtrator, exploremus an hoc nomē in-
ferat, quod ſit inſtitor, & profectò neque hoc ſufficere
certiſſimum eſt, præſertim ſi nihil coniunctum ha-
beat: Nam adminiſtrator eſt nomen generale, quod
ſignificat quemlibet rem quamcunque agentem, &
115 ſic latius ſe habet, quam inſtitor, huic † habemus ti-
tulum. ff. & C. de admi. tut. & ff. de admi. re. ad ciui.
perti. & C. de admi. re. publ. lib. 11. & nouellam con-
ſtitutionem Iuſtiniani. 95 de adminiſtratoribus, & ti-
tu. in Auth. de admi. off. in ſacr. app. col. 5. lib. 7. Auth.
ad hæc. C. de iud. De adminiſtratore loquitur Glo. in
l. mancipia, C. de ſer. fug in verſ. exigitur, ſeruo com-
muni dicitur cōceſſa adminiſtratio, in l. nam, & ſi fur.
§. ſi ff. ſi cer. per. item dicimus negotia adminiſtrare in
l. ſi autem is in prin. ff de neg geſt. Pro defenſare etiā
accipitur, Bar. l. ſecunda ante nume. 3. ff. de iuriſd. om.
iud. Luc. de pen. in l. omnes. C. de decur. lib. 10. dicit
eum adminiſtratorem eſſe, qui obſequium pręſtat, di-
citur etiam adminiſtrator qui res publicas gerit, l. ci-
uitas vbi Doct. ff. ſi cer pet. l. 1. C. vt dig. ord ſer. Ad-
miniſtrator etiam dicitur ab Ang. conſ. 286 & à Dec.
conſ. 265. qui res ſuas gubernat. Cuſtos etiam, & Ca-
ſtaldus villam adminiſtrat, Bal. rub. C. de exe. adeò vt
plures ſint adminiſtratorum ſpecies, & infinita penè
in iure noſtro exempla occurrunt, quæ recenſere la-
borioſum magis eſſet, quàm ingenioſum, & prædicta
ſufficiant ad oſtendendum, quòd non rectè infertur,
eſt adminiſtrator, ergo inſtitor: quia non conuertun-
tur, ſed ſtant ſicut genus, & ſpecies, & latius ſe habet
genus, quàm ſpecies, nec à ſuperiori ad inferius tenet
116 † conſequentia, Hegend. lib. 5. dial. legalis, cap. de fal-
lacia conſequentis, & inſtitor non ſtat per ſe, ſed ſup-
ponit præponētem, adminiſtrator verò poteſt per ſe
ſtare, vt eum rem ſuam gerit, nec ab alio dependeat,
vt in caſu noſtro. Saulius autem rem ſuam adminiſtra-
bat, ſicut videmus paſſim in patrib. familiàs, & ſimili-
bus, qui iure ſuo gerūt: licèt ergo Grimaldi ſciuiſſent,
& paſſi fuiſſent Saulium ſe pro appaltatore, vel gene-
rali adminiſtratore gerere, non poſſunt dici præpo-
ſuiſſe: quia ſpecialis aliquis actus requirebatur: Nam
hodie quoque ſciunt, & patiuntur, Thobiam eſſe ap-
paltatorem, & gerere ſe pro generali adminiſtratore,
nihilominus non præponunt, quod etiam procede-
ret, ſi aliquam portiunculam haberent in appaltu, nec
eſſent domini inſolidum, ſic permittebant Grimaldi,
Saulium adminiſtrare appaltum, nec eius contradice-
bant adminiſtrationi, quia multum ſibi inferri præiu-
dicium optimè nouerant: actus enim Grimaldorum
cum Saulio non poſſunt extendi, in plusquàm geran-
tur, vt diximus, nec præiudicat ſibi quiſque, niſi in eo
actu tantum, ſicut dicimus de eo, qui eſt negligens in
117 vno, tantum ſibi in illo præiudicat, non † in reliquis,
Abb. conſ. 54. vol. 1. Fed. conſ. 101. facit l. licitatio, §.
earum. ff. de publ. vbi publicanus remittens aliquan-
do vectigal, poteſt in poſterum exigere, & ſic nō præ-
iudicatur ei, niſi in eo, quod contempſit, c. cum olim
in fi. de teſt. & ibi Doct. Bar. l. ſtatu liberos. §. Stichus
omnia. ff. de ſtatu lib. & refert Nat. conſ. 283. num. 3. &
ex hoc reſpondetur ad omnes actus, quos feciſſe Gri-
maldos conſtare poſſet. Ad Bar. in d. l. 1. §. familiæ, fa-
cilis patet reſponſio: quia ibi erat dominus officij, &
ideo ſi permittebat illum famulum gerere ſe pro eius
famulo, & aſſociare cum alijs, & facere tales actus,
qui non poterant fieri, niſi per famulum: non mirùm
ſi tenetur Dominus, & poteſt dici illū ſciuiſſe, & paſ-
ſum fuiſſe, ſecus hic. Ad l. 1. § magiſtrum, verſ. cæte-
rum ſi ſcit, & patitur in naui magiſterio fungi: reſpon-
detur, quòd hic neſciebant pro inſtitore ſe gerere, &
inter exercitorem, & dominum mercium poteſt eſſe
differentia: quia faciliùs exercitor poteſt videre, quis
in naui ſit magiſter, quàm ſcire, an quis ſe gerat pro
inſtitore: cum eius munus latius pateat, & ſe extendat,
præſertim in caſu noſtro, vbi nō eſt negotium reſtri-
ctum. Præterea dicitur, quod ibi exercitor erat, & ad
eū ſpectabat prouidere de magiſtro: hi verò non erāt
appaltatores, nec domini negotij, nec ſpectabat ad ip-
ſos prouidere de adminiſtratore, vel inſtitore, ſolùm
habebant ratam in appaltu, relicta cura Saulio admi-
niſtrandi, quæ nullatenus ad Grimaldos, ob ſæpius
dicta, pertinebat. Item alia requiruntur, vt aliàs de-
monſtratum eſt, ne ſuperfluo eadem repetamus. Nūc
deſcendamus ad alia, & dum probatum eſſe aſſereba-
tur, Saulium habitum fuiſſe publicè pro generali ad-
miniſtratore appaltus apud omnes mercatores, nec
poſſe dici hoc ignoratum à Grimaldis, quod ab om-
nibus ſciebatur, Iaſ. d. l. Titius. § Lucius. num. 9. facilè
reſponderi poteſt, diſtinguendo: Nam aliud eſt, quòd
ſciuerint illum haberi pro adminiſtratore generali, &
hoc admittendū eſt, & in hoc procedit argumentum,
quòd ſciuerint: aliud eſt, quòd ſe pro eorum inſtitore
publicè gereret, & hoc non eſt probatum, ſed potius
contrarium, & in hoc conſiſtit tota difficultas: neque
enim probatus eſt aliquis actus Saulij, qui factus fue-
rit ab eo tanquàm factore Grimaldorū, & dato quod
feciſſet ſimilem actū, non conſtat quòd illi ſciuerint,
& paſſi ſint: quia neutrum verum eſt, nec probatum,
& generalis hæc probatio non ſufficit, ſicut nec afficit
alios mercatores, qui hoc ſciebant: & ideò rectè per-
cepta hac reſponſione, & diſtinctione omnia tollun-
tur. Ad ſcientiam Grimaldorum ex actu emptionis
aluminum pro ſcala Venetiarum, reſpondetur, quòd
licèt emerint alumina, & contraxerint cum Saulio,
non poteſt inferri quicquam, quod concludat: ſo-
lummodò colligitur, quòd ſciuerunt, & paſſi ſunt
illum vendere tanquam appaltatorem, non tanquam
eorum inſtitorem: quia de hoc nullum verbum, nec
ſimile,

Digitized by Google

ſimile,& longè differũt appaltator,& inſtitor,vt ſuprà
conſtituimus, imò retorquetur hoc, quòd Grimaldi
ſciebant ex hoc,& coniicere poterant, quòd ſicut ſe-
cum contrahendo, nunquam eos nominabant, nec
pro eorum inſtitore ſe gerebat,quod idem faceret cũ
aliis contrahendo. Præterea, eſto quod vendidiſſet,
vti inſtitor, non ſequitur cõſequentia,niſi quòd ſcie-
bant illum eo nomine vendere alumina, non ex hoc
depræhenditur ſcientia, quòd caperet cambio:aliud
enim eſt vendere, aliud cambio capere, arg.l.aliud.
ff.de reg. iur.& ex vno non infertur ad aliud, d.l.Pa-
pinianus. Ad notitiam reſpectu tranſactionis,dicitur
quòd Grimaldi interuenerunt in ea tranſactione reſ-
pectu appaltus veteris iam antè habiti per Anſaldum
Grimaldum,cuius erant hæredes, vt ſunt verba clara
inſtrumenti, & non ignorabant Saulium conduxiſſe
ſecundum appaltum, de quo quæritur, ſed nihil ad
eos: quoniam in vno inſtrumento poſſunt eſſe plures
contractus, l.ſcire debemus.ff de ver.obl. vbi Bart.&
118 alij. Doct.& per conſequens † non poteſt dici, quod
Grimaldi in toto interuenerint, licèt vnam tantum
partem ratificauerint:quia ſolùm quod ſpecialiter ad
ſe pertinebat approbaſſe videntur. ¶ Ex inſtrumen-
tis verò acquiſitionum portionum Farneſiorum, &
Montium nullum verbum de inſtitore, & licèt dica-
tur appaltator, vel adminiſtrator, quid inde?cum di-
uerſa ſint,& fatemur Aug.fuiſſe appaltatorem, & ad-
miniſtratorem iure proprio, non aliorum. Minus ex
literis cambij colligitur aliqua ſcientia, vel patien-
tia: quoniam ſimpliciter Auguſtino, & Thobiæ mu-
tuò, vel cambio dederunt, nulla penitus facta appal-
tus, vel appaltatoris mentione, & ſic non poſſunt
dici ſibi præiudicaſſe, imò & pecuniam exegerunt,
quòd ſi in rem ſuam cambio dediſſent, non exegiſ-
ſent,ſed in computis eorum veriſimiliter compenſaſ-
ſent,& nemo eſt, qui neget ſciuiſſe Grimaldos, Sau-
lium accepiſſe pecunias cambio cum Thobia, ſed
non accipiebant nomine Grimaldorum, nec inſtito-
rio, nec expendebant nomen eorum, imò & hoc re-
torquetur:quia ex quo capiebant cambio ſine aliqua
appaltus mentione, ergo non in eam cauſam, Nec
obſtant capitula,& conuentiones inter Auguſtinum,
& Thobiam: quia de iis nullam notitiam habuerunt
Grimaldi, & in facto alieno probabilis eſt ignoran-
tia,l. vlt.ff.pro ſuo. Nec literæ ad Cardinalem Cica-
dam probant ſcientiam, & patientiam, quia ſolùm
commendãt negotium appaltus:verùm quòd Aug.ſit
eorum inſtitor expreſſum non eſt, nec appaltum, de
quo ſcribunt ad ſe pertinere, & malè ageretur cum
ſcribentibus literas commendatitias, ſi ex eis rema-
nerent obligati contra.l.ſi verò non remunerandi, §.
cum quidam talem. ff. man.l. vlt.verſ.familiares epi-
ſtolæ. C. quòd cum eo. Ex quibus omnibus actibus
nulla omnino remanet probata ſcientia, vel patien-
tia,quæ de neceſſitate poſſit importare præpoſitionẽ,
non ad capiendum cambio,quod longè maius eſt,ſed
ne quidem ad ipſum negotium gerendum, quod ipſe
Saulius vt ſuum proprium gerebat, & ſic tacitè non
fuit præpoſitus. ¶ Tranſeamus ad expreſſam præpo-
ſitionem, & quomodo hìc conſiderari poſſit non vi-
demus:qualiter enim expreſſè præponi dicatur ſuprà
patuit,ne idem inculcemus, ſed non conueniunt the-
mati noſtro, Nec dicere promiſit Grimaldis Saulius
reddere rationem,ergo inſtitorem prępoſuerũt, arg.
d.l.ad rem mobilem, cum ſimi.& non ſequitur talis
conſequẽtia:quia eſt neceſſe,quod nominatim,& ex-
preſsè hoc enuncietur, vt ſuo loco tetigimus,ſed po-
tius dici poſſet, eſſe tacitè præpoſitũ, ſi quomodo ex
hoc actu promiſſionis poſſet præpoſitio elici,quoniã
promiſſio redditionis rationum ex ſui natura non im-
portat aliquam præpoſitionem, & ſi videretur inſur-
gere quandam prępoſitionem in neceſſarium antece-
dens ad adminiſtrandum, ea tamen magis tacitæ præ-
poſitioni accederet,quàm expreſſæ, Nam quod venit
in conſequentiam etiam neceſſariam ad actum ex-
preſſum,illud non dicitur expreſſum, ſed tacitum,
cũ nudis verbis cõprehendi non poſſit, tex.habemus,
119 & † exemplum, in l. ſicut certi. C. de mi. teſta. & ad
hoc notat,& perpetuò menti tenendum dicit Franci.
Aret. & Iaſ. ibi refert, & ſequitur Tiraq.de legi.con-
nub.gl.7. n.105.non erit igitur verũ colligi ex hoc ex-
preſſam præpoſitionem.De tacita autem conſideran-
dum eſt, quòd nec ea colligi poteſt. Nam promittis
mihi reddere rationẽ,ergo efficeris inſtitor, non pro-
cedit,: quoniam negotiorum geſtores reddunt ratio-
nes l.2.ff.de neg.geſt.tutores, & curatores, l.1.§.of-
fic.ff.de tut.& rat.diſt.& alij quam plures, Soc.conſi.
73.& conſ.159. Rol.à Valle conſ. 49.in 1. & tamen
non ſunt inſtitores, vt patet ad ſenſum,& ſic data in-
ſtantia corruit fundamentum,§.pauonum.inſt.de rer.
diuiſ. non negamus tum ſequi, quod Grimaldi per-
mittunt,quòd adminiſtret,non tanquam eorum inſti-
tor,ſed tanquam Dominus appaltus,& quòd pro rata
expoſita in ſocietate debeant participare, & qui aliud
colligere voluerit,profectò decipietur. Pręterea eſto,
quod conceſſiſſent adminiſtrationem,non potuit ca-
pere cambio:quia ex natura negotij non venit,& alię
adaptari poſſunt reſponſiones,quòd non contraxit in
hanc cauſam, & neceſſariam, nec alia requiſita con-
currunt. Depræhendimus autem ex his, quòd diffici-
lius cognoſcitur tacita, quàm expreſſa præpoſitio:
quia plura requiruntur ad primam inducendam,& in
dubio ſemper vbi fiet mentio inſtitoris, vel præpoſiti,
ſemper intelligitur de vero inſtitore,& expreſſo, Iaſ.
in d.l.ſi inſtitorem,& propterea Gl.in d.l.vlt. in verſ.
præpoſitus, ff.de exer.quæ exponit tacitè, vel expreſ-
ſè,& hæc duo inuicem æquiparat,habet locum in co.
tex.& vbicunque eadem erit ratio: Nam licèt taciti,
& expreſſi idem ſit iudicium,l.cum quid ff.ſi cer. pet.
cum ſimili.eſt enim regula vulgatiſſima, ſed non eſt
120 perpetuò † vera: Nam vt ait Fel. in c.ſuper literis, de
reſcript.num.34.ver.fallit duodecimò quando iudex
non pronunciat expreſſè ſe competentem, ſed tacitè,
puta per proceſſum ad vlteriora, longa igitur eſt dif-
ferentia inter tacitum,& expreſſum,vt ibi, prout etiã
videtur conſtituere Ang.in l.vlt. ff. quòd cum eo. In-
ſuper tacitum nunquam extenditur vltra actũ, in quo
interuenit, expreſſum autem ſic, Gl. in cle.ſæpe, in
verb partibus ad fi.vbi Doct. ff. de ver.ſig. Panorm.
Caſt.Rom. Fel. Iaſ.Dec. citat idem tenentes Tiraq.
in d.Gl.7.n.50.de legi. cum ad quem breuitatis gra-
tia nos remittimus, addimus tamen Tiraquel. Coraſ.
Thol.qui hunc articulum aptè tractauit, quando ta-
citi,& expreſſi nõ ſit par virtus,in l.qui liberos.ff. de
rit.nupt.nu.120.dum loquitur de materia pag. 441.
¶ Nec obſtat,quòd vſ ſint Grimaldi eo inſtitore,quẽ
præpoſuerũt Farneſij,& Montes, d.§.ſi ab alio cũ ſi-
mi.quia multipliciter reſpondetur. Primò quòd Far-
neſij,& Montes nunquã præpoſuerunt Aug.[illegible] obli-
gati ex eius contractu remanſerũt,quia nec expreſſè,
nec tacitè prępoſuerũt, nec probatũ fuit,ſed tãtũ erãt
participes ſolius Auguſtini:nec enim Farneſij Mõtiũ,
nec Farneſiorũ Mõtes erãt ſocij, quia cũ ſolo Augu-
ſtino inſciis aliis ſocietatẽ cõtraxerant, ſicut ergo illi
nõ tenebãtur,nec Grimaldi ſucceſſores poſſunt tene-
ri,& l.ſi quis §.ſi impubes. ff. eo.elegãter interpreta-

tur Guia.tract.8.ad Aſti.in l.eius qui,pag.67.Secũdò, reſpõdetur tex.omnes allegatos probãtes illũ, q̃ vtatur inſtitore præpoſito ab eo,qui ſucceſſit,tã.ũ loqui de geſtis poſtquã ſucceſſit,nõ de antea factis. Præterea loquũtur in hærede, qui ſuccedit in vniuerſum ius, quod defunctus habuit,l.hæreditas. ff. de reg.iur.vbi Dec.& Cagn.l.nihil aliud.ff.de ver.ſig.vbi Alci.ſecus autem in ſucceſſore ſingulari,quia ad hoc teneri ęquũ non eſt:actiones enim paſſiuæ nõ tranſeunt in ſingularẽ ſucceſſorem,l.qui fundum.ff. loca. l. vt proponi. §.fi.ff.de leg.1. Tertiò non ſucceſſerunt Farneſiis, & Montibus, ſed ab Auguſtino acceperũt portionem, quam acquiſiuerat ab illis,& non contraxerũt cũ Farneſiis, & Montibus,ſed cum Aug.ſolo, & per conſequens in eorũ locum non ſucceſſere:quia obligantur tantum erga Auguſtinum, & Auguſtinus erga ipſos non erga alios. Quartò,reſpondetur,quòd acquiſiuerunt à Saulio ſub modis,& formis,& prout habebant Farneſij,& Montes, quibuſcum paciſcens reſeruauerat ſibi adminiſtrationem,ſic eodem iure cũ Grimaldis retinebit, nec potuerunt dici illum præpoſuiſſe. Quintò,etiã ſi deberẽt teneri ad ea, ad quæ Farneſij, tamẽ cum agatur de pecuniis cãbio captis, & ad hoc non fuerit præpoſitus,nec ad eas obligentur Farneſij, multò minus eorum ſucceſſores,arg. Auth.multò magis.C.de ſacr.ſan.Eccl. Sextò,eſt aduertendum,quod hæc acquiſitio contigit in fine ferè appaltus,vel tranſacto maiore tempore locationis, & in acquiſitione etiam conuentũ eſt,quòd teneatur reddere rationem: & qui vellet vti hoc iure acquiſitionis, vtique ex ſui parte prius adimpleuiſſe deberet,vulg.l. cum proponas.C.de pact.Brun.conſil. 48. inter feud. Alexand. conſ.96.in 6.cum multis ſimilibus, & ita ni fallimur, tollitur obiectũ, & intrepidè concluditur Sauliũ non fuiſſe expreſſè, & minus tacitè præpoſitum. ¶ Ad ſecundum,quòd tàm ex conuentione,l.legẽ.C.de pact. cum aliis,quàm ex legũ diſpoſitione,l.coire.l.ob æs. ff.pro ſoc.cum ſimi. teneantur Grimaldi:reſpõdetur, quòd ſi partium conuentionem reſpiciamus, vt ſuprà docuimus dũ de apocha loquuti ſumus, clarè cognoſcemus Grimaldos nunquã voluiſſe præponere Saulium,nec ei pecunias capiendi cambio facultatẽ concedere,& id eſt,de quo diſceptatur. Præterea dũ promittunt concurrere ad onera,loquuntur de oneribus, quæ tunc tẽporis inerant, quia conuentiones intelliguntur rebus ſic ſtantibus. l. quòd ſeruus.ff.de cond. ob. cau. c. ſuggeſtum de deci.ſed eo tẽpore non aderant hæc onera, ergo ad ea non poſſunt teneri, onus etiam non ſemper ſignificat damnum, ſed aliquando affert vtilitatem,onera etiam reſpectu fabricæ obueniẽtia ſemper fuerunt expreſſè excluſa,& ſic conuẽtio partium ſonat potius in contrarium, iuris autem diſpoſitio reſpicit lucrum,& damnum inter ſocios partiendum,non verò tertios creditores,qui vni ex ſociis crediderint: quia imò alios ſocios non habent obligatos,l.ſi ſocius.ff.ſi cer.pet.l.ſi vnus in princip. ff. de pact.& alibi ſæpiſſimè,hoc argumentũ poſſet habere locũ inter ipſum Sauliũ,& Grimaldos, qui inuicẽ ad cõmoda,& incõmoda tenẽtur, q̃ nõ poteſt diſcerni, niſi redditis rationibus, l.cũ ſeruus.ff.de cond.& demõſt. his autẽ redditis, ſi dãnũ adeſſe cõpertũ fuerit, experiri poterit aduerſus illos,tã ex pacto, quã ex diſpoſitione legũ,& ita videmus hoc fundamentũ nihil ad creditores facere,ſed tantũ ipſos ſocios,& participes concernere:vnde qualecũque erit damnũ,ſiue ingẽs, ſiue paruũ,inter ipſos diſceptari cõuenit. Poſtremò nõ poſſunt ſocij,quorũ nomen nõ expẽditur,maius damnũ ſentire,quàm ſit illa ſumma,quã in ſocietate

121 te † expoſuerũt,Anch.conſ.332.Doct.in d.l.ſi ſocius, vt ſuprà in vltimo fundamẽto pro reis,adeo q̃ hoc ſecundũ fundamentũ penitus corruit. ¶ Ad tertiũ reſpondetur, fallaciã ineſſe argumento: Nã ſupponitur Sauliũ fuiſſe præpoſitum, q̃ non eſt concedendum.& ſic vno collirio omnibus morbis medemur,29.dict.c. neceſſe,Alci.lib. 4.de ver.ſig. & §.de quo palàm, loquitur de eo,qui antea habebat authoritatem aliquid agendi,vel cõtrahendi generaliter: Nã ſi poſtea præponentes velint reſtringere eius facultatem,& prohibere,quod antea permiſerant, æquum eſt palàm proſcribi,ne cũ eo cõtrahatur:cæterum nos loquimur de illo,qui non fuit præpoſitus,nec illi tributa fuit facultas aliqua, & ſic nec adimere eſt neceſſe, l. decem de ver.ob. Secũdò reſpondetur, quòd licèt appaltui fuiſſet præpoſitus,tamen diuerſæ negotiationi pecuniarũ mutuo capiendarũ nõ fuit præpoſitus,& ideo debuerunt creditores bailiã,& poteſtatem eius perquirere,
122 antequàm contraherent,quia præponens non † obligatur, niſi ad formã præpoſitionis, d.l.ſed & ſi pupillus.§.cõditio.ff.eo.l.diligenter.ff.mand.Anch.d.cõſ. 332.Dec.d.l.qui cũ alio,cũ ſimilibus. Tertiò, reſpondetur,§.de quo palàm, loqui in expreſſa præpoſitione ad aliquid certũ, & tamen dominus vult excipere aliquid,q̃ veniret in cõſequẽtiã ex dicta permiſſione, Zab.in conſ.153.quia id tenetur claris literis facere,& quòd loquatur in expreſſo inſtitore demonſtratur. Primò quia,dum de inſtitore ſit mentio,vel de præpoſito,de vero,& expreſſo debet intelligi, Iaſ.d.l.ſi inſtitorẽ. Secũdò ſi adeſt forma,vel cõditio,vt ſupponitur hìc,neceſſe eſt q̃ expreſſè ſit præpoſitus: neque enim forma eſt in tacito, vel non ita facile intelligi poteſt. ¶ Ad quartũ,facilis eſt reſpõſio:ſicut enim vera eſt in iure illa propoſitio, q̃ inſtitor in eã cauſam accipere debeat,ita pariter in facto verũ eſt,Sauliũ nõ fuiſſe inſtitorẽ,& in eã cauſam nõ ſumpſiſſe,ſed eſto,q̃ cepiſ-
123 ſet,in eã cauſam, neceſſe fuerat nomine ſociorũ † id facere,ſi illos volebat obligare, Alex.d.cõſ.139.Dec. d.conſ.98.quicquid dicat Caſt.in d.conſ.242. cui reſponſum eſt, & oſtenſum quomodo debeat intelligi, aliud inſuper requirebatur,q̃ cauſa eſſet tunc tẽporis neceſſaria,q̃ quàm longè abſit à vero, nõ repetemus, Nec verũ eſt,quòd ſoluẽdo creditoribus appaltu,dicatur eſſe ſatiſfactũ,quia Iuriſconſ. in §.ſed & ſi.ff. de exe.exigit,quòd prima pecunia,quæ capitur à primis creditoribus,in cauſam eã capiatur, q̃ non fuit factũ hic:debuerunt enim actores probare, quòd illi primi mutuãtes,quibus poſtea ſoluiſſe ſe aſſerũt,pro appaltu credidiſſent,& de hoc verbũ nullũ,& ſic cũ cæteris proſternitur hoc fundamentũ. ¶ Ad quintũ, euidens patet reſpõſum, quoniã re vera inſtitor non poteſt in caſu noſtro capere cãbio,vt firmauimus in ſecũdo argumento reorũ, & tex.in cõtrariũ allegati procedũt, quãdo emendo quis præponitur,& negotiũ ſine mutuo expediri nõ poteſt, vel eſt de pertinẽtibus neceſſariò ad illud,l.cuicũque.§.non tamẽ,eo.ff.eo. Cæterum hìc aliter fieri poterat,ergo non potuit accipere mutuo,quia regula ita cãtat, in l.1.C.eod.requiritur enim expreſſum mãdatũ,vel ſaltẽ generale, q̃ ad hoc extẽdatur,vt ſupponit Rui.d.cõſ.93.nu.2.Angel. autẽ dictum procedit in terminis ſuis. ad text. in §.tabernæ: demonſtratum eſt probare contrarium, ſecundum germanum ſenſum, & ideo vt redigantur ad cõcordiam, dicendum eſt, quod regulariter non poſſit
124 † inſtitor pecuniam capere, ſi ei non permittatur,vel qualitas negotiationis, vt cum mercibus emendis præponitur, nec datur à domino pecunia, illud neceſſariò exigat. Præterea reſpondetur, quod etiam

ſi millies

ſi millies liceret ad ita accipiēdū, erit ſi modò requiſita.l.vlt.ff.de exer.interuenerint,& Alex.d.conſ. 44. ¶ Ad ſextum, poſſumus reſpōdere, quod licet permitteretur inſtitori fideiuſſorem adhibere contractibus, quos facit,& mercedem promittere, tamen Thobias non fuit fideiuſſor, ſed principalis: Nam ipſe, & Saulius ſimul ſocietatem contraxerunt, ſub modis & cōditionibus, de quibus in capitulis, & ſic nō poteſt dici fideiuſſor. Secundò, illa iura loquuntur de eo, qui habebat facultatem capiēdi fideiuſſores,& de eo, qui erat expreſſè præpoſitus: quia regulariter diſpoſitiones de veris inſtitoribus intelligi debent, Iaſ.d.l.ſi inſtitorem: imò cum hic nullo pacto Grimaldorū fuerit inſtitor, dicetur fideiuſſionem à ſe captam pro ſe ipſo,& proprio negotio, aliàs certiores feciſſet participes de fideiuſſione accipiēda, quia fortaſſis ipſimet interceſſiſſent, & cognoſcitur ex hoc, quòd Saulius rem ſuam tantum geſſit, nō aliorum, vnde potuit quidem meliorem Grimaldorum conditionem facere, non deteriorem, §.1.inſti. de Auth.tut. Poſtremò ex hoc argumento nihil infertur, potuit fideiuſſionē accipere, ergo cambio capere, non tenet conſequentia, nec iſta, potuit fideiuſſorem adhibere, ergo obligare, Grimaldos, minimè gentium, & ſic etiam ſi verū ſit, non concludit. ¶ Ad ſeptimum, dicitur hoc argumētum ſupponere, quòd Saulius fuerit inſtitor, & ſic ſemper hæremus in eodem luto, vt inquit Ferret. in l.ſtipulatio iſta, §.alteri, nu.19.ff.de ver.obl.& cum Saulius talis non fuerit, ſuper ædificatum corruit, & ſic ſi de eius facto non tenentur, multò minus de eius dolo,& regula, quod debuerint proſpicere qualem virū præponerent, procederet quoties ipſum præpoſuiſſent,& ſic animaduertimus argumenta præſupponere, quòd fuerit inſtitor, cum tamen hoc non probauerint, poſſumus etiam reſpondere argumentum procedere, quando dolosè quis verſatus fuiſſet in re cōmiſ-
125 ſa, & ita procedunt iura in † contrarium allegata, ſecus quando in alia re dolosè verſaretur, quia non noceret domino. ¶ Ad octauum, quantum diſtet à vero, quod cauſa eſſet neceſſaria, lippis & tōſoribus notum eſſe poteſt, quia probatio illa Generalis non ſufficit, ſicut dicit Petr.de Vbal.d.l.tract.non erit ſatis probare, quod manente ſocietate, vel cōmunione cōtrahatur, ſed exigitur communionis cauſa contrahi, & in communē vtilitatem verſum fuiſſe,& quod probetur per contrahentem, l.iure ſocietatis.ff.pro ſoc.l. ex parte.§. ſi filius reip. ff.fam. her. item neceſſarium erat probare, quod tunc temporis indigeret, quod eſt impoſſibile per aliàs dicta in 8.argumento, ꝙ huic correſpondet, ne idem bis repetamus. Accedit, quod non ſtatur aſſertioni inſtitoris, ſed requiritur probatio ex parte creditoris. Præterea dato quòd fuiſſet neceſſaria, hoc tamen neſciuerunt contrahentes, prout debebant ſcire, nec alia requiſita ſunt adimpleta, de quibus in d.l.vlt.& videmus maiorem partem expenſarum pertinere ad fabricam, vtputa pro fabricatione aluminum, ſalario famulorum, & operariorum, & ſimilibus: qui cum ſint ſolius Saulij, non ſunt miſcenda hæc negotia cum aliis, & debuerunt Pallauicini perſcrutari cauſam, in qua impenderetur, antequam crederent, & eſſe curioſi, vt dicit Cuiat. Quò ad cenſum annuum ſoluendum, iuxta verſ. Idemque ſi ad pēſionem erat prouiſum per anticipatas ſolutiones, adeo vt nulla pecunia ob hanc cauſam opus eſſet, & caſus illi fortuiti ſunt imputandi ſuo authori, d.l.ſancimus. C. de pœn. qui in re malè verſatus eſt, & pariter auctio annui cenſus, eſt ipſi augenti adſcribenda, non aliis, cum ei non conſenſerint, & conſenſus tranſactioni præſtitus reſpiciebat appaltum præteritum, vt ſuprà explicauimus, nec in contrarium facit d.l. at ſi quis.§. pleríque: quia loquitur in terminis longè diuerſis, vt patet, Nec ad rem facit, quod pro acquiſitione partis Farneſiorum, & Montium aliquid exſoluerint, quia id nullo pacto pertinet ad appaltum, nec ad negotium, de quo loquimur, & ſic ob eam cauſam pecuniam non potuiſſet capere, & dum dicunt actores in duodecim annis indiguiſſe tanta ſumma, oſtendunt, quod tunc cum capiebantur pecuniæ, non egebat, refert etiam quod Saulius haberet pecunias, quia ſic demonſtratur non fuiſſe neceſſariū aliàs ob hanc cauſam accipere. ¶ Ad nonum, aſſumptum quidem verum eſt, exercentes vnam negotiationem, vnius miniſterio inſolidùm obligari, cæterum
126 inficiamur, ꝙ Grimaldi per Saulium exercuerint † aliquam mercaturam, de qua ipſi poſſent diſponere, ſed promiſerunt tantum, quòd rem ſuam gereret, in qua habebant particulam, non tanquam propriam, ſed vti annexam cum partib. aliorum,& quæ ſeparari non poterat, niſi quod poſt modum in redditione rationum facta fuiſſet diſtributio iuxta conuentionem, & ſic videmus hoc argumentum laborare eo morbo, quo & cætera, nec ſequitur conſequentia, quod illum præpoſuerint, vt ſæpiſſimè ſuperius attigimus, maximè quia in re communi non datur tacitus inſtitor, aliàs fruſtra diſputaretur, an ſocius haberet tacitum mandatum à ſocio,& quando, & quib. in reb.& abſolutum eſſet, quod efficeretur inſtitor. Alio etiam modo reſpondetur, quòd præpoſitus obligat præponentes, quando facit quod ſibi commiſſum eſt, ſecus ſi aliud gerat, vt hic: Aug. enim aluminibus erat præpoſitus, & noluit pecunias cambio capere, quod eſt diuerſum, & ideo non tenentur. Anchar.d.conſi.332. & Pariſ. d. conſi. 93. & 94. Præterea procedit propoſitio, quando ille, qui exercet, expēdit nomen ſuorum præponentium, non quando ſuum, poteſt etiam dici, quòd debuerunt concurrere illa requiſita. Non omittemus, quòd tex.in d.l.ſi tamen.ver.ſed ſi vnum, procedit quando expreſſè quis eſt præpoſitus, nec aliter intelligi poteſt: quia dicit vnum ex numero ſuo magiſtrum fecerint,& ſic expreſſè qui conſenſus mutuus plurium, facit vt teneantur inſolidum. ¶ Ad decimum, non referre quam quiſque habeat partem in naui, procedit, quando quis expreſſè præponitur, quod liquidò apparet: quoniam ex conſenſu tūc obligantur, cum quiſque ſignificet, ſe velle inſolidum teneri, etiam ſi portionē tantùm in re habeat, & ſic conſenſus illum obligat, non portio illa, quæ vtique nun-
127 quam poſſet facere, vt in totum † teneretur, niſi maniſeſtè pro aliorum partibus obligationem ſubiret: Admittimus enim legem, & ſi dura eſſet, obſeruari debere, d.l.proſpexit, ſed negamus hoc à lege diſponi, niſi quando expreſſè præponuntur: ita enim intelliguntur.ll. in contrarium adductæ, quibus etiam aliter reſponderi poteſt: Nam l.nec quicquam locum habet, ſi plures nauem exerceant iūcto.§.ſi.l.1. prout coniungi debet, vbi Iuriſconſ. ait ſi plures nauē exerceant, cum quolibet eorū inſolidum agi poteſt, ſubſequitur ratio in l.2. ne in plures aduerſarios diſtinguatur, qui cū vno contraxit, poſt modum Paulus in l.nec quicquā tollit obiectionem tacitū, dum inquit, nec quicquā facere, quotā quiſque portionē in naue habeat,& ſic nō facit ac caſum noſtrum: quia hîc plures nō exercuerunt. Ad l.habebat.§.ſi. pariter reſpondetur, quòd ibi erat ſeruus cōmunis, qui expreſſè præpoſitus inſtitor fuerat, nō mirū ſi dominos inſolidum obligat, exēplo exercitorū, prout dicit.l.ſi ſeruus.§.1.

ff.de exer.&ſic cognoſcimus non quadrare, Nec ſem-
per valet argumentum de toto ad partem, præſertim
128 quando diuerſa ſubeſt ratio: Nam non ſequitur † ab
actu abſolutus eſt, ergo etiam ab itinere liberatus eſt,
l.ſi mater.§.ſi quis iter.ff.de excep. rei.iud. & tamen
conſtat iter eſſe partem actus,l.1.§.actus.ff.de ſer.inſt.
præd.§.1.inſtr.de ſer.Hegend.in dial.leg.lib.4.cap.à
toto,& partibus, Poſſet etiam dici, quòd illud proce-
deret, quando nomine habentis tantum partem con-
traheretur, qui expreſſè præpoſuiſſet, quia ex cũſen-
ſu ſuo expreſſo obligaretur, in caſu autem Bal. conſi.
262.& 263.vol.5.ille Vannes habebat mandatum, &
non habebat partem in negotio, ſecus hîc quia Sau-
lius habet partem,& Grimaldi, non expreſſè præpo-
ſuerunt. Accedit poſtremò, quòd non adimpleta ſunt
requiſita.¶ Ad vndecimum, licèt ſubſtantialis diffe-
rentia inter patticipes, & ſocios non poſſit conſtitui
per iura allegata, vbi qui participabant, appellabãtur
129 ſocij, nihilominus † diffitendum non eſt, varias ſocie-
tatum eſſe ſpecies, de quibus Petr.de Vbal.in d.tract.
& ſpaſim ſuperius attigimus, non tamen videmus quę
conſequentia inde colligi poſſit, Nam ſiue ſocij, ſiue
participes ſint, nnn potuit Saulius illos obligare, &
vbicunque iſtud non ſequatur, vis in nomine facien-
da non erit, imò regula eſt in cõtrarium, quòd ſocius
non obligat ſocium, d.l.ſi ſocius,& ibi ſcrib.item erũt
participes, & ſocij Auguſtini.¶ Ad duodecimũ cùm
ſuperius oſtenderimus, quòd Grimaldi nec appalta-
tores, nec ſocij effecti fuerint, latius non immorabi-
mur, ne ad nauſeam idem ſæpius repetamus nomina-
tio, namque in Camera fieri debuit, Rui.d.conſil.90.
inſuper etiam ſi fuiſſent ſocij,& appaltatores, non de-
derunt Saulio facultatem capiendi cambio, qua no-
luit; vti etiam ſi habuiſſet, quia eo nomine non cepit,
ſed ſuo. Præterea non interuenerunt requiſita. Nec
negatur quin ita conrrahi poſſit pro ſe, & nominãdis,
130 & quòd nominatio retrotrahatur † vbi formiter fit, nõ
quando informiter, vt hîc, & ita intelligẽdus eſt Ang.
in d.l 2.vel licet poſſint conueniri, à Rep. & conue-
nire debitores ſocietatis vectigalium, non tamẽ ape-
rit Ang. an ſocius vnus contrahendo cum tertio, alios
131 ſocios obliget, & hoc eſt de quo † quæritur, & certè
non obligãt, nec Rebuf. in loco citato hoc affirmat;
ſed ſolùm loquitur, quòd poſſunt conueniri à Rep.lo-
cante,& poſſunt conuenire debitores vectigalis: Mi-
nus obſtat dictum Alci.in d.l.ſi ciuitas, quòd admini-
ſtratores publicanorũ obligent dominos, quia eſt ve-
riſſimum: quoniam illis conceſſerunt adminiſtratio-
nem. Non mirum ſi tenentur, ſecus hic, Nec officit,
quòd potuerit Bendinellus ſublocare inſcia Camera:
qa fatemur, ſed illi ſubcõductores nõ remãſiſſent obli
gati nec Cameræ, nec creditoribus Bendinelli, & id
eſt, de quo nunc cõtrouertitur. Nec refert, quòd pro-
bata ſit ſocietas, quia concedimus adfuiſſe, ſed erat
particularis, & limitata, & adeo reſtricta, vt præter
mentem contrahentium illam extendere non debea-
mus, d.l.quicquid aſtringendę,& regulariter ſocij, ni-
ſi nomen eorum expendatur, non poſſunt obligari in-
ſolidum, ſed ſolùm pro rata. Alex.conſ.147.in princ.
132 vol.2. & imò non † tenentur in plus, quàm expoſue-
rũt in ſocietate, Anch.Caſt.Soc.Dec.Pariſ.& Strach.
locis iam adductis, nec debent confundi termini in-
ter inſtitorem, & dominum, & ſocios, adinuicem,
quia de vno ad alium, non rectè infertur, quando
enim agitur de ſociis, regulæ ſocietatem ſunt atten-
dendæ, quando de inſtitoribus, regulæ inſtitorum
quò ad Negronum militant omnia, quæ pro Gri-
maldis ſunt adducta: ex quibus, ac etiam ex duobus
fundamentis pro illo ſuperius factis, reſponſum ad
obiecta reſultat, tamen ne quid intactum relinqua-
mus, ſpecialiter dici poteſt, epiſtolam ſcriptam tertio
133 non prodeſſe † alteri, Boër.d.conſ.25. videtur ſentire.
Zab. conſ. 153. in princ. Nec obſtat quod dicebatur
probare contra ſcribentem, quia loquitur inter ſcri-
bentem,& eum, ad quem ſcribitur, ita loquitur, l.pu-
blia,& ita intelligi debent, Alex.& Rebuf.dato etiam
quòd Negronus eſſet particeps, non tamen mandauit
vt pecunias Saulius caperet cambio, nec talem pote-
ſtatem habuit, nec ſufficit ſola probatio participatio-
nis, quia multa alia exiguntur, de quibus ſuprà. ¶ Vl-
timum proſternitur, quia eſto, quòd retroceſſerit, &
habuerit portionem, & non potuerit fieri retroceſſio
in præiudicium creditorum, id valeret, quando antea
fuiſſet obligatus, ſed nunquã fuit obligatus: ergo quò
ad hunc effectum nec obeſt, nec prodeſt retroceſſio,
nec ſuper ea poteſt ſe pars fundare: quia eſſet contra
caſum, l.non vtique. ff. de except. licet enim reo vti
exceptione,& nõ confitetur de intentione aduerſarij.
Nec præſumitur retroceſſio in fraudem facta, arg.l.
merito. ff pro ſoc. & qui vult fraudem aliquã argue-
re, debet certam,& ſpecialem dicere, l. prætor ait. in
prin.ff.de in iur.c.vt circa, de elect.in 6. Bart. Alex.
Dec.& alij, quos adducit Strach. in titu. de naui.4.
par.in prin. Pręterea ſi potuit Saulius aſciſcere ſibi ſo
cios,& participes,& acquirere portiones Farneſiorũ,
& Mõtiũ, non poſſumus videre quin etiã potuerit re-
trocedere Nigrono, arg.l. is poteſt.ff.de acquit. hæ-
red. ¶ Accedit, quòd tũc temporis nõ erant credito-
res Saulij: petunt enim Pallauicini ſummam ſolutã de
menſe Auguſti, anni, &c. quo tempore contracta di-
citur obligatio tam magnæ ſummæ æris alieni, & lõ-
gè antea erat facta patticipationis retroceſſio, vt eſt
dictum, Nec obſtat, l.ratio.C.de hæred.vel act.vend.
cum ſimi Nam non valet argumentum de hærede ad
134 ſocium, quoniam † ſemel heres non poteſt amplius
deſinere eſſe hæres.l.ei, qui ſoluẽdo.ff.de hæred.inſt.
§.reſtituta, Inſt.de fidei hęred. ſecus in ſocio, quia po-
teſt deſinere eſſe ſocius, ſicut enim conſenſu contra-
hitur ſocietas, Inſt.de oblig. quæ ex conſenſu in prin.
ita tollitur,& finitur cõſenſu, Inſti.quibus modis toll.
obl.in prin. Minus obſtat doctrina Caſtr. circa illam
quæſtionem de ſorore renunciante, quia non vrget,
nec officit Negrono: quia loquitur in diuerſis termi-
nis. Ex quibus omnibus, vnanimiter rotatum fuit ab-
ſolutoriè:& hoc eſt, quod vulgo vſurpatur, omnia iu-
dicia abſolutoria eſſe.§.vlt.inſt.de perp.& tẽp.act. Iu-
dicesque in abſoluẽdo prõptiores eſſe debere, c.ex li-
teris de probat. Alex.cõſ.189.in fin.lib.2.& fauorabi-
liores in fine ſunt rei, quàm actores l. fauorabiliores,
vbi Dec.& Cag.ff.de reg.iur.l.Arrianus.ff.de obli.&
act.c.inter dilectos in fine de fid.inſtr.c.cũ ſunt partiũ
iura de reg.iur.in 6.prout in hac grauiſſima, & maxi-
ma cauſa factũ fuit vt meritò de Rota illud Horatianũ
lib.1.epiſtolarum ad Quinctium cani poſſit, quod re-
fert Menoch.in prin.lib.1.de arbitr.iud. Qua multæ,
magnæque ſecantur iudice lites.

DECI

DECISIO XV.

Ex pendens nomen ſociorum obligat quemlibet ipſorum inſolidum.

SVMMARIVM.

1 *An ſocius obligetur à ſocio vel pro virili, aut inſolidum. & num. 10. & 12.*

2 *Ad hoc vt inſtrumentum dicatur ratificatum totus tenor legi debet, & quando, & nume. 11.*

3 *Exempla, & tranſumpta non ſeruatis ſeruandis facta non probant, & quando faciant præſumptionem, aut fidem, & num. 14. & 16.*

4 *Non facta notificatione, an ceſſet euictio, & quando.*

5 *Non adimplens contractum excluditur ab actione ab eo proueniente, & quando non, & nu. 18.*

6 *Compenſatio an fiat ipſo iure, & nume. 19.*

7 *Promittens alium pro ſumma obligaturum, an & quando pro ea obligetur.*

8 *Conuentus, & ſuſcipiens iudicium vt talis, an ſe talem fateatur.*

9 *Ratificatio, an & quando inducatur per actus.*

13 *Vbi moleſtia, & impedimentum ſufficiat pro euictione, & num. 17.*

15 *Clauſula veritate inſpecta ſimpliciter, & de plano, quid operetur.*

OMNE RECTVM, ET Iuſtum Iudicium à Deo Optimo Maximo.

THOMAS Ioannis Raguſel egit contra Baptiſtam, & Simonem Cattaneos fideiuſſores ipſius ex publico inſtrumento in actis exhibito, ex cauſa venditionis trium partium nauis ex quatuor ſibi factæ per Bartholomæum eorum fratrem, pro cuius vendirione promiſit Baptiſta tam ſuo, quàm ſociali nomine prædicti Simonis eius fratris de euictione, & de quacunque moleſtia, tam de Iure, quàm de facto inferenda, &c. in forma ampliſſima. Nauis fuit arreſtara à quibuſdam Ioanne de Lozaida, & Antonio Barachio creditoribus prædicti Bartholomæi venditoris in partibus Meſſanæ, & qui Thomas, & Bartholomæus in dicto loco pluribus fideiuſſoribus præſtitis de ſtando Iuri iudicatum ſoluendo, & de pręſentando nauem, eandemmet liberauit, tractu temporis ſecuta fuit ſententia conrra fideiuſſores prædictos, cuius occaſione, Thomas actor, coactus fuit in executione promiſſionis ſoluere vncias N. monetæ Meſſanæ, & ſic euenit caſus moleſtationis ex cauſa dictæ arreſtationis, & per conſequens euictionis, & promiſſionis ſibi factę per dictum Baptiſtam, tam ſuo, quàm ſociali nomine frarris, vt ſupra, &c. Et ob id inſtitit ſibiipſi reſtitui pecunias ſolutas, refici damna, expenſas, & intereſſe hac de cauſa factas, & paſſas, prout ex lectura libelli apparet, &c. Plura oppoſita fuere per reos, & præcipuè per Simonem, pro quo Baptiſta frater promiſit, & fideiuſſit, dicens, promiſſionem factam nomi-
ne ſuo fuiſſe, & eſſe nullam, inualidam, & inefficacem,
& factam ipſo initio, & ignorante, & abſque manda-
to: quod quidem conſtabat ex lectura inſtrumenti, in
quo ipſe non interuenerat, & propterea ſuccedebat il-
lud vulgare, quod non cantat inſtrumentum, nec ego
cantabo, Curt. ſen. conſi. 56. col. 11. Bal. in cap. per ve-
nerabilem, extra de elect. Neuiz conſil. 92. nume. 6.
Secundò, non conſtabat de aliqua ſocietate, & pro-
pterea nulla obligatio ſuberat reſpectu ſui, & quate-
1 nus conſtaſſet non poterat, niſi pro virili † obligari
Bar. in l. eandem. q. 7. ff. de duob. reis. Alex. conſ. 139.
in quinto, nu. 1. Iaſ. in l. ſi vnus, nu. 2. de pact. Alexand.
conſ. 147. in princip. in 2. vol. Angel. in l. ſi tamen plu-
res. ff. de exercir. act. ¶ Nec videbatur poſſe argui ali-
quam ratificationem inſtrumenti celebrati per dictũ
2 Baptiſtam: quia ad hoc vt inſtrumentum † dicatur ab
aliquo ratum haberi, totus renor inſtrumenti debet le-
gi, quod cùm minimè factum fuerit, ergo, &c. Ruin.
conſil. 121 num. 4. in prin. Crau. conſ. 197. nu. 14. Nat.
conſil. 162. num. 33. & 636. nu. 194. ¶ Opponebatur
pariter, quòd non conſtabat de aliqua euictione, &
quatenus apparere poſſet, id quidem non conſtabat
per iura, & ſcripturas legitimas & authẽticas, cum illa
exhibita fuerint exempla collationata, & exemplata à
perſonis priuatis, & parte non citata, & non ſeruatis
3 † ſeruandis. Auth. ſi quis in aliquo. C. de eden, vbi Bar.
& cæteri. Alex. conſ. 119. in 1. vol. & conſ. 20. in 6. volu.
Item & quatenus de aliqua legitima euictione cõſta-
re poſſet, id quidem nõ fuit notificatum nedum ipſis,
4 ſed nec etiã Bartholomæo venditori, vnde ceſſat † eui-
ctio. l. 1. C. de peric. & commo. rei ven. l. emptore. C.
de euict. Dec. conſil. 74. col. 2. Nec obſtat quòd em-
ptor ſciuiſſet litem notam: quia ſtante pacto inter
contrahentes cõuento, quòd in caſum litis teneretur
emptor ſpecificè ipſis reis denunciare litem motam,
vt in inſtru. dicebatur conſtare per illa verba, neceſſi-
tate tamen laudanda, &c. & quia pacta ſunt ſeruanda.
l. pacta nouiſſima cum vulg. C. de pact. ſi ſoluit abſque
denunciatione ſibi imputetur. l. fundum. l. ſi dictum.
§. ſi compromiſero. ff. de euict. ¶ Opponebatur præ-
terea obſtare exceptionem adimplementi non ſecuti
ex parte actoris: agebatur enim per ipſum virtute
contractus, in quo aderat reciproca obligatio, vide-
licet, quia tenebatur reddere rationem de naulis, &
viagiis nauis præteritis: qua ratione non reddita ex-
5 cludebantur † ab actione proueniente ex dicto con-
tractu. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. Pariſ. con-
ſil. 53. nume. 27. volum. 1. Præterea in omnem caſum
habenda erat ratio ad compenſationem faciẽdam de
pretio barce non integrè ſoluto venditoribus, & quæ
6 compenſatio † de iure etiam à parte non oppoſita
erat facienda, Bartol. in l. cum qui ita, numero 4. ff. de
verborum obligat. ¶ Opponebatur præterea, quòd
adderat colluſio, & fraus inter emptorem ipſum, &
Bartholomæum venditorem, eò, quia poterat ipſe a-
ctor ſatisfacere ſibi de damnis, & expenſis ſuis, & con-
ſequi pecunias ſolutas per ipſum ſuper quarta parte
nauis, & ſeu ſex caratis dictæ nauis retentis per dictũ
venditorem, quod tamen facere noluit in præiudiciũ
ipſorum: ex quibus omnibus concludebatur per ipſos
omnino à petitione eſſe liberandos. ¶ Quibus tamen
non obſtantibus nobis viſum fuit pro iuſtitia cõdem-
nare dictos reos fratres inſolidum ad reſtitutionem
dictarum vnciarum, N. vnica tamen ſolutione ſuffi-
ciente: Nam reſpectu dicti Baptiſtæ ipſe effugere
non poterat, quia inſolidum obligatus eſſet. ¶ Primò,
7 quia promiſit alium † ſe obligaturum, vnde cenſetur
prius ſemetipſum ad id obſtrinxiſſe, quòd alium

Aixit factutum. Alex.conſ.10.num.3.in 2.& conſ 173. num.7. ¶ Secundo, quia promiſerat proprium factum faciendo: quæ verba cenſuimus eſſe huius vis, & efficaciæ, vt etſi Simon ratum nō habuiſſet, nihilominus Baptiſta pro toto debito teneretur, nō ſolùm ex promiſſione facta proprio nomine, ſed etiam ex ea facta nomine Simonis fratris, Aret.in l.ita ſtipulatus, *la grande*.ff.de verb.oblig.Fulgoſ conſ.160.col.3. Alex. conſ.137.col.1.in quinto, Corn.conſil.61.in 3.Cagn. in l.ſemper qui non prohibetur, in fine.ff.de regu.iur. ¶ Tertiò, quia ſe obligauerat expendendo nomen ſociale, vt maximè dicemus. Quo verò ad Simonē idem iuris eſſe cenſuimus, quia conſtabat in proceſſu dictū Baptiſtam feciſſe obligationem ſuo, & nomine Simonis fratris ſui ſocij, Apparebat etiam dictum Simonem ratam habuiſſe dictam promiſſionem: conuen-
8 tus † enim fuerat tanquam ſocius & obligatus, & tanquàm talis iudicium ſuſceperat, quapropter dicebatur conſenſiſſe ſe talem eſſe, Crauet.conſil.1.num.11. & in tracta.de antiq.tempor.ſect.quinta, nume.23.& vlt.habuerat copiam libelli, & petitionis, vbi narrabantur contenta in obligatione eius nomine, facta per eius fratrem, & conſtituerat vnà cum fratre procuratorem in dicta cauſa, qui comparendo petiit dicto nomine ſibi aſſignari dilationem defor is informatoriam proſequendo proceſſum vſque ad finem: vnde ſuccedit concluſio, quòd & ſi ex ſola taciturnitate nō inducatur conſenſus, nec approbatio in præiudicialibus, attamen vbi vltra taciturnitatem deuētum eſt ad aliquem actum poſitiuum, tendentem ad approban-
9 dum actum, tunc inducitur † ratificatio.l.ſi filiusfam. vbi Bartol.ff ad Maced.Iaſ in l quæ dotis, nume.90. 91.ff.ſolut.matrimo.Cæpol.caut.10 Felin. in cap.2. nume.20 extra de fide inſtrum.Iaſ.conſil.47.num.2. in 1.Dec.conſil.430.in fi & conſ 631.num 16.Goza. conſi.23.num.6.Crauer.conſil.111.num.5 conſ.40. num.5.& Deciſ.Pedem.132.num 10. Pariſ.conſil.21. num.53 in 4 vol. Alex.conſil.172.in 7.vol.quod & eo magis locum habet, ex quo exceptiones omnes oppoſitæ in actis & proceſſu, erant ambobus fratribus communes, & per eundem procuratorem vnica oratione propoſitæ, & ideo ſecus reſpectu Baptiſtæ de ratificatione & approbatione contractus non ambigebatur: idem dicendum eſſe quo ad Simonem, cum vnica determinatio reſpiciens plura determinabilia, ea æqualiter determinet.l.iam hoc iure.ff.de vulga.nec eadem res diuerſi iuris erat cenſenda.l.eum qui ff.de vſucap.ex qua ratificatione ſubſequuta infertur dupli ci ratione tam ipſum, quàm fratrem condemnari inſolidum potuiſſe. Vna, quia vno expendente nomen ſo-
10 ciale, tam expendens, quam cæteri ſocij † inſolidùm obligantur.l.ſi cum plures, & ibi Bart.ff.de exerc.act. Bald.in l.ſi iure ſocietatis.ff.pro ſoc. Bald.conſi.263. num.3.in 5.& 236.nume.1.in 4.Strach.de mer.tit.de contract.mer.num.13.14.17.Nata conſ.567.nume.1. qui eam aſſignat rationem ne in plures diſtinguatur, qui cum vno cōtraxit ex d.l.ne in plures: etenim actio diuiſa non minima habet incōmoda.l.cum his.§.cauſa de tranſact.l.planè fam.herciſc Rip.in l.1.§.mutui. ff.ſi cert.peta. Altera, quia ex dicta promiſſione, & ratificatione ſequebatur, quòd eſſent obligati tanquam fideiuſſores. & fideiuſſores inſolidum obligantur.§ ſi plures.inſti de fideiuſ.Anton Gomez. de fideiuſ.cap. 13.num.15. ¶ Non obſtant alleg in contrarium, quòd Simon non ſe obligauerat: quia huic obiecto ſatiſfactum eſſe iudicauimus ex ſupra deductis, quatenus diximus ſecutam eſſe eius ratificationem, quæ æquiparatur mandato, cap.ratihabitionem, de reg.iur.in 6.& exinde pariter ceſſat ſecundum, ex quo ipſe Simon admiſit ſe eſſe ſocium, vt ſupra. Nec obſtat, quòd ratificatio non poſſit fieri, niſi lecto toto inſtrumento: quia reſpondetur, quòd illa opinio procedit, vbi agi-
11 tur de arguenda ratificatione † inſtrumenti facti abſente parte, nec aliter in iudicio exhibiti, ſecus autem ſi in iudicio exhibeatur inſtrumentum: quia tunc inſtrumentum in actis exhibitum, & productum eſt effectum de actis, & ſic notorium. Iaſ.in l.at prætor, *la ſeconda*, §.ſi damn.num.2.ff.de iur.iur.in l.ſi vnus, nu. 39.ff.de pact. vnde in iſto caſu non poteſt prætendi ignorantia, prout primo caſu prætendi poteſt, eò magis cum Simon fuerit citatus ad videndum verba, & exhibita iuxta ſtylū Curiæ, ita vt non poſſit eius ignorantia dici niſi affectata, quæ non excuſat, Rip.in l.quite, nume.16.ff.ſi cert.pet. ¶ Non obſtat quòd dicebatur, quòd pro virili tantum, & non inſolidum erat condemnandus: quia vltra ſupradicta, reſpondetur, quod
12 illud procedit quando ambo ſocij † ſimul ſe obligant, ita loquitur Barto.in d l eandem, & vbi vnus ſeparatim ab alio ſe obligat expendens nomen ſociale, tunc de mente Bart & aliorū eſt, vt omnes ſocij inſolidum obligentur ſiue in eadem, ſiue in diuerſa ſint ciuitate: quia vtroque modo, & caſu militat par ratio, nempe ne in plures diſtinguatur, qui cum vno contraxit.d.l.ne in plures, & vtroque caſu verū eſt dicere, vnum expēdiſſe nomen ſociale pro altero: ergo idem ius.l.à Titio.ff. de verb.oblig.l.illud.ff ad leg Aquil. ¶ Nec obſtat, quòd ſecuta non fuerit aliqua legitima euictio: quia reſpondetur, quòd negari non poterat
13 quin de moleſtia, & † impedimento conſtaret, & hoc videtur Bartol.ſufficere, attentis verbis, de quibus in inſtrumento, ibi promiſerunt de euictione quoquo modo, & quacunque de cauſa, & tam de iure, quàm de facto: quæ verba, & quæ clauſulæ operantur, ita & taliter, quòd promiſſores tenentur etiam ſi ſequuta fuiſſet euictio per ſententiam arbitri, quia aliàs ſecus eſſet.l.cum pœna.ff.de arbit.l.ſi dictum §.ſi compromiſero.ff.de euict.Soci.conſil.95.col.fin.in princi & de impedimento, & moleſtia de facto illata cōſtabat, quod factum licet etiam iniuſtum eſſet & inualidum, attamen obligabat promiſſores.l.& ſi transferatur.ff. de adminiſtr.lega.l.3.in fin.ff.de fraud.inſtrum. Bald. conſil.154.num.13.conſtabat pariter de ſententia ipſa, & de executione commiſſa cōtra fideiuſſores prędictos. Similiter apparebat de ſolutione facta per ipſum Thomam de ſumma prædicta: vnde probatis extremis, vti oblatione, & atteſtatione, cenſetur legitimè probata, Barr.in l.ſi quis pro emptore, col. [illegible] ff.de vſucap. cap.inter dilectos, vbi Abb. & Felin. extra de fide inſtrum. Bal.& alij in l.talis ſcriptura.ff.de leg.1. Alex.conſ.39.col.3.in 2.vol.Curt.ſen.conſ.24.col.2. ¶ Nec obſtat, quòd denunciatio aliqua facta non fuerit nedum ipſis obligatis, ſed nec etiam principali: quia reſpondetur, quòd denunciatio non erat neceſſaria, cum Bartholomæus principalis venditor fuerit pręſens arreſtationi nauis, in iudicio ipſo fideiuſſerit, & liti aſſiterit, & tali caſu dicunt Docto. non fore neceſſariam aliquā aliam denunciationē, Crau.conſ.14. l.ſi patētes, vbi Sal.C.de euict.Cabal.in tract.de euic. §.3.nu.44.fol.59. Secūdò, reſpōderi poteſt, ꝙ ſtante iuramento, de quo in inſtrumēto, nulla requirebatur denūciatio, Grat.cōſ.139.nu.7.In 2.Rubr.cōſ.152.in fi.Rol.cōſ.57.n.45.in 1.& cōſ.25.n.22.in 2.Nat.cōſ. 262.n.2.& per Cab.d.tract.de euict.§.3.nu.46 vbi de communi atteſtatur. Nec eſt verum, quod denunciatio fieri debeat fideiuſſori, quando principalis liti aſſiſtit.l.author laudato.C.de euictio. ¶ Tertiò, reſpondetur,

ſpondetur, quòd non requirebatur aliqua denunciatio, ex quo in inſtrumento ipſo remiſſa fuerat neceſſitas laudandi. l. Herennius Modeſtinus, vbi Docto. de euict. ¶ Nec obſtat quòd in inſtrumēto promiſſionis adeſſet pactum, virtute cuius tenebatur emptor litem motam denuntiare prædictis fideiuſſoribus, ita intelligendo illa verba, ibi neceſſitata tamen laudan. &c. Quia reſpondetur, quòd illa verba aliter per nos omnes fuerunt intellecta, videlicet quòd per pactum eſſet remiſſa neceſſitas laudandi, & ſic denunciandi, & prout communiter ex communi ſtylo à notariis ſolēt dicta pacta apponi, & non aliter, vt atteſtatur Vſim. in lib. 2. commun. opin. in ver. conſuetudo, quia aliàs fuiſſet dictum pactum ſuperuacaneū, ex quo de iure emptor tenetur intimare litem motā, ſi vult agere de euictione, ſed vt dictum fuit intelligendo dicta verba ſicuti à communi notariorum ſtylo intelligūtur, fuit remiſſa neceſſitas denuntiandi. Bart. in l. ſi plures. §. placuit. ff. de aquæ plu. arc. Bal. in c. cum M. Ferrarienſis, col. 7. de conſt. Marſ ſing. 123. incip. in iur. ¶ Nec obſtat, quòd exhibita, & ſeu maior pars exhibitorū factorum per actorem eſſent exempla priuata & collationata parte non citata, & non ſeruatis ſeruandis, quo caſu nulla erat adhibenda fides, Alexand. d. conſi. 119. in princi. & conſil. 20. in 6. Zab. conſ. 10. col. pen. Doct. omnes in d. auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Quia reſpondetur
14 illud procedere, quò ad plenam fidem † adhibendam vnico exemplo, ſed quò ad faciendum præſumptionē Doct. ipſa exempla admittunt, Bar. in d. auth. ſi quis in aliquo, Rip. in l. admonendi, nu. 151 ff. de iur. iur. quādo maximè ſunt plura exempla, prout in caſu noſtro, & concurrentibus pluribus adminiculis, iudices ipſi poſſunt, & debēt illis adhibere plenam fidem, cum ex diuerſis motibus, & ex variis ſuggeſtionibus partium, teſtium, ac inſtrumētorum iudices ipſi poſſint ad deueniendum ad vnum conceptum finalem mentis, pleniſſimam adhibere fidē actui minus legitimo, & perfecto; Barb conſ. 45. col. 5 vol 1. & vna inſufficiens probatio ſuppletur per alteram, aut per adminicula, quæ illi adiungūtur, Iaſ. in auth. ſi verò cōtingit. C. de iud. Alex. conſ. 5. col. 3. in 1 vol. Caſſan. in terminis noſtris, conſil. 16. verſ & ſi dicatur, nu. 9. 10. & nu. 19. adminicula enim in facto noſtro fuerunt plura, nauis arreſtatio, præſtatio fideiuſſionis, ſentētia, executio cōceſſa, ſolutio facta per fideiuſſores ipſi Thomæ emptori, ceſſio facta, ita vt ſi ſingula non proſunt, iuncta tamen ſimul probant. l. 2. ff de excuſ. tut. & ibi glo. in ver. legitimis. c. cum cauſam. de prob. Alex. in l. admonendi. col pen. ff. de iur. iur. & conſ. 20. in 4. vo. Sal. ibi col. 6. in fi. Et prædicta militare potiſſimum iudicauimus in Curia noſtra, in qua ex forma regularum noſtrarū iudicare debemus veritate inſpecta ſimpliciter, & de
15 plano, quæ † clauſula facit, vt etſi aliàs citanda eſſet pars, nihilominus actus etiam ſine partis citatione circumſcriptis iuris apicibus ſit validus, & fidem faciat, Dec. conſil. 54. Crau. conſ. 198. Gram. deciſ. 62. num. 29. 30. Rui. conſ. 177. in 1. vol. cum ibidem allegatis. Vltimò, hanc difficultatem ſublatam cenſuimus, cum à parte non fuerit in ſpecie oppoſitum, quòd illæ ſcripturæ eſſent tranſumptæ, nec petitum originale, & ita intelligēdum fore text. diximus in l. procurator ibi id deſiderante. C. de eden. cum verba l. debeant in ſpecie intelligi, non in genere. l. ſi in rem de rei ven. & ita opinamur ſenſiſſe Soci. Dec. & Purp. in d. auth. ſi quis
16 in aliquo. C. eod. dum tenuerunt tranſumptum † probare, niſi fuerit oppoſitum, & oppoſitio illa in ſpecie ſit facienda, non autem in genere, quippe quòd exceptio debeat eſſe clara, certa, & ſpecifica, nō autem generalis & obſcura, vt adnot. Imol. Alex. & Iaſ in l. Titia textores de leg 1. l. ſcire oportet §. ſcire ff. de excuſ. tut. Soci. conſ. 109. num. 5. in 3. ¶ Oppoſita enim fuere tria contra iſta exemplata, videlicet ſcripturam non eſſe veram, non eſſe publicam, & non eſſe authenticam: quibus reſpondetur, ſcripturas confectas fuiſſe à Notario publico cum ſolito ſigillo, & de mandato Iudicis. vnde hoc modo confecta ſcriptura dicitur publica, auth. & vera, Dec. poſt alios, in c. 1. in prin. extra de fid. inſtru. quod & tantò magis credidimus, ex quo non allegatur aliqua coniectura falſitatis: Tria enim fuere exhibita trāſumpta, & in quolibet ipſorum adfuerunt duo Iudices, & quatuor Notarij, qui omnes ſeſe ſubſcripſerunt dictis exemplatis, & tranſumptis, vnde nō eſt veriſimile, quod tot publicæ perſonæ voluerint committere falſitates: vnde ipſis iudicauimus fidem eſſe adhibendā, maximè quia cōcurrebant alia adminicula, de quibus ſupra dictum fuit, & attentis verbis regularum &c. ſed hæc omnia circa exemplata ex abundanti dicta ſint, vnico enim verbo omnia tolli poſſunt, ex quo ex arreſtatione nauis, atque executione contra fideiuſſores, de quibus per publica inſtru-
17 menta cōſtabat, apparebat de † moleſtia illata ſaltem de facto ipſi emptori: quo caſu ſtantibus ſupradictis clauſulis tam venditor ipſe, quàm præfati fideiuſſores tenebantur. ¶ Non obſtat exceptio adimplementi nō
18 ſecuti † quia reſpondetur, quòd illa cōcluſio intelligitur habere locum, quando † contractus ipſi ſunt correſpectiui vnus ad alterum, & ex eodem facto vltro citroque obligatorij: quia tali caſu agēs debet probare ſe ex ſui parte adimpleuiſſe, aliàs repelleretur, ſecus autem quando contractus nō ſunt inuicem correſpectiui, & ſic vnus propter alterū: quia in caſu noſtro perfecta fuit venditio, nauis libera fuit demiſſa ſolutum fuit pretium conuentum & ſic cōtractus vndique fuit perfectus: redditio modo naulorum eſt quid ſeparatum, & diuerſum à primo perfecto venditionis contractu, & ſic non eſt correſpectiuus ad alterum, quo caſu dicunt Docto. agentem ex dicto contractu non poſſe repelli, ita Abb. in c. peruenit, il 2. in fin. extra de iur. iur. Bar. Aret. & alij. in l. ſcire debemus. ff de verb. obli. Item quia non conſtabat facta fuiſſe aliqua naula ante vēditionē illius quartæ partis nauis prædictæ. ¶ Nec obſtat oppoſita exceptio compenſationis pro pretio non ſoluto nauis prędictæ: quia reſpondetur, id in proceſſu non conſtare, nec compenſatio fuit petita à reis, & ideò dicitur compenſationem non fieri, niſi à parte petatur, Alex. in l. filiæ licèt. C. de collat. & ibi Dec. Tiraquel. de vtroque retr. gloſ. 17 fol. 338. & eſt
19 communis opinio, quòd ipſo iure non fiat † compenſatio, ſed ope exceptionis, Pariſ. conſil. 82. vol. 1. num. 83. in addit. ad conſ. in fi. verſ. ſi fecit iſtud, &c. & non fit niſi opponatur ab homine, & petatur, Ceph. conſi. 47. nu. 48. Docto. in l. ſi conſtat. C. de compenſat. & in §. compenſationis. inſt. eod. Pariter remouebatur obiectum de colluſione, ex quo per Inſtrumenta, & proceſſum in actis exhibita liquidò conſtabat Bartholomæum vendidiſſe dictam ratam dictæ nauis illis de Furnariis: quo caſu ſequebatur ipſum actorem minimè potuiſſe ſatisfieri in aliquo, & colluſio non præſumitur, dicta l. merito pro ſoc. cum vulg, &c.

¶ Et ſic ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Opt Max. ac glorioſiſſimæ eius matris Virginis Mariæ, Ioanniſq; Baptiſtæ, Rotarum, iudicarum, & tandem deciſum fuit per nos Rotæ Auditores in fauorē dicti Actoris.

DECI

DECISIO XVI.

Libri exhibiti in executione ordinationis, quòd exhibeantur, & illis ſtari debeat tàm pro, quàm contra, non probant ad fauorem ſcribentis pro partitis, pro quibus non fuit facta ordinatio exhibitionis.

SVMMARIVM.

1 *Qui compenſat ſoluit, & num. 6.*
2 *Libri proprij probant contra ipſum.*
3 *Reſponſio referens ſe ad aliquam ſcripturam eſt incerta, & debet certificari per exhibitionem ſcripturæ.*
4 *Exhibitio libri non ſeruit, niſi pro ea parte, pro qua eſt facta.*
5 *Libro continenti diuerſa facta non connexa, non ſtatur in totum ad fauorem ſcribentis.*
7 *Verba debent, & recepimus poſita in libris, quomodo intelligenda.*
8 *Partitæ ad debitum, & ad creditum ſunt connexæ.*
9 *Quando reducitur reſtum partitarum præcedentes partitæ intelliguntur ſolutæ.*
10 *Sententia generalis reſtringitur ad cauſam, de qua inter partes agebatur.*
11 *Prouiſio mercatoribus debetur, & quæ.*
12 *Modus probandi literaturam Genuæ.*
13 *Conſuetudo vniuerſalis, & notoria non indiget probatione.*
14 *Conſueta intelliguntur expreſſa, etiam ſi de eis non ſit dictum.*
15 *Socius ſe exercens debet habere ſuum ſalarium.*
16 *Mercatori debetur intereſſe lucri ceſſantis.*
17 *Per libellum an conſtituatur quis in mora.*
18 *Lis quando habeatur pro conteſtata.*
19 *Intereſſe lucri ceſſantis probatur per locum à ſolitis, & per coniecturas.*
20 *Qualitas de præterito ad continuationem alicuius vniuerſi non præſumitur in præſenti.*

IOANNES Baptiſta Grimaldus hæres pro dimidia Nicolai eius fratris, & vti procurator Stephani etiã eiùs fratris hæredis pro alia dimidia dicti Nicolai mouit iudicium coram Rota contra Baptiſtam Cattaneum, & Philippum Cattaneum, & Antonium Vſuſmaris, & alios fideicõmiſſarios hæredis Simonis Cattanei, & ab eis dictis nominibus petiit libr. N. de quibus apparebat ex cartulario Banci Dom. Sauli, & fratrum ipſum Simonem reſtare debitorem dicti Nicolai. Secundo libr. N. habitas, & receptas ab ipſo Nicolao per ipſum Simonem, de quibus conſtat ſcriptura manu dicti Simonis in Manuali, & Cartulario dicti Nicolai. Tertio libr. N. pro ſcutis N. auri ſolis cambio captis nomine dicti Simonis per ipſum Nicolaũ pro foro apparitionis à Ioanne Gentili de Odono, pro quibus apparebat ſcriptura in libro dicti Nicolai manu ipſius Simonis. Quarto ſcuta N. auri ſolis habita per dictum Simonem, cambio capta per ipſum Nicolaum nomine dicti Simonis à Martino de Guano, de quibus apparebat appodiſia ſcripta, & ſubſcripta manu dicti Simonis. Quintò vncias. N. monetæ Siciliæ, de quibus d. Simon erat debitor dicti Nicolai in libro dicti Nicolai, in quo dictus Simon manu ſua ſe debitorem fecerat, & ſuprascriptas pecuniarum quantitates petiit vnà cum intereſſe ſecuto, & ſecuturo vſque ad realem ſatisfactionem: cum ſit mercator, & ad rationem cambiorũ tale intereſſe ſibi debeatur: prædicti fideicommiſſarij ſe oppoſuerunt dicẽtes, quòd dictus Nicolaus erat de illis partitis ſatisfactus, negãdo, primò ſe ad aliquid teneri, & quo ad vncias monetæ Siciliæ ſi eſſent debitæ, de eis deduci debere prouiſiones ipſi Simoni debitæ, & petierunt dictum Ioannem Baptiſtam dictis nominibus condemnari ad ſoluendum ſalarium ad rationem librarum N. ipſi Simoni, ex quo per plures annos fuerat iuuenis in ſcamno dicti Nicolai, & ipſi in ſcribendo auxiliatus fuerat, & fecerũt poſitiones ipſi Ioanni Baptiſtæ, quod in libris dicti Nicolai apparebat de ſolutione ſuprascriptarũ partitarũ: quibus poſitionibus reſpondens ipſe Ioannes Baptiſta, ſe ad libros retulit, & fuit petitum libros exhiberi in partitis, ad quas ſe retulit, & fuit pronuntiatum per Rotam illos eſſe exhibendos, quibus eſſet ſtandum pro, & contra, dummodo eſſent bene compoſiti arbitrio Rotæ, & eaſdem partitas præter partitam vnciarum d. Ioannes Baptiſta dicto nomine in iudicio executiuo vertente inter ipſum vno, & eodem tempore, & Franciſcum Pallauicinum procuratorem Nicoletæ eius ſororis, & vxoris dicti quondam Simonis petierat compenſari aduerſus mutuum locorum mutuatorum d. quondam Nicolao per Simonẽ cum ſuis prouentibus, quorum executionem dictus Franciſcus coràm Rota petebat. Facto proceſſu, & habita ſuper dictis partitis longa, & diligẽti diſcuſſione, Rota protulit ſententiam, & vno, & eodẽmet die in vtraque cauſa tam in iudicio executiuo, quàm ordinario: & quò ad ordinarium mota fuit ad iudicandum rationibus, & cauſis, de quibus infra. ¶ Et primò, quò ad libras, N. de quibus apparebat ex tractu Banci Dom. Sauli: quia in ſententia lata in iudicio executiuo vertente inter ſupradictum Franciſcum Pallauicinum d. nomine, & ipſum Ioannem Baptiſtam ipſi, facta fuerat compenſatio de reſiduo, N. pro pretio quarundam confecteriarum argenti debito ipſi Simoni per Nicolaum pro concurrenti quantitate: ideo Rota dictos fideicommiſſarios in hoc iudicio ordinario ab illis abſoluit. per text. in l. ſi autem §. fina. de negot.
1 geſt. & in l. quòd ſi in diem. §. ſi rationem de † compenſa. ¶ Secundò, quò ad partitam ſecundam librarum, N. habitam per Simonem ab ipſo Nicolao, de qua d. Simon ſe debitorem manu ſua fecerat in libro dicti Nicolai, fuerunt pariter ipſi fideicommiſſarij ab illa abſoluti: quia in libro dicti Nicolai conſtabat per contra in illa ratione de ſolutione de ſummæ ex
2 cauſa præcedenti iuratione prædicta, cui libro † ſtandum erat contra ipſum Nicolaum ſecundum Bartol. & omnes in l. nuda ratio de donatio. & in l. admonendi, vbi omnes de iur. iur. cano. in cap. 2. de fide inſtru. Nec obſtitit dum dicebatur per dictum Ioan. Baptiſtam, quòd in illo libro, & in illamet ratione in reſtrictione libri ratio illa remanebat in debito d. Simonis ipſi Nicolao in libris N. & quòd debebat ſtari dicto libro tàm contra Simonem, quam contra Nicolaum, ſtante pronuntia Rotæ, quòd illis pro, & cõtra ſtandũ eſſet. Quia fuit reſponſum, quòd pronuntia fuerat facta ſuper requiſitione exhibitionis in illis partitis, ad

quas

quas ipſe Io. Baptiſta reſpondens poſitionibus ſe re-
3 tulerat, quia referẽdo ſe ad libros eius reſpõſio † erat
incerta, & certificanda erat per exhibitiunem libro-
rum ſecundum Bal. in l. 1. in §. conditiones de eden.
in ſpecie Maria. in conſ. 3. col. 1. vol. 2. & Dec. in conſ.
118. vol. 1. & non fuerat facta aliqua poſitio circa ra-
tionem partitarum ad debitum dicta Simonis, ſed be-
nè fuerat facta poſitio, quòd dictus Nicolaus tredi-
tum dederat ipſi Simoni de partita dictarum librarũ,
N. & in hoc Ioannes Baptiſta reſpondit ſe refette ad
libros dicti Nicolai. & in libris apparuit quòd Nico-
laus illam partitam habuit: & proprerea an habuerit,
vel ne ſtandum erat libro, & de illis partitis librarum,
N. de quibus fuerat darum debitum Simoni in diuer-
ſis temporibus in dicto libro, illi non erat ſtandum,
4 tùm quia de illis nõ erat facta † exhibitio, tum quia il-
la pronuotia illas non tangebat, tum etiam quia non
5 erant petitæ, & propterea quando liber † continet di-
uerſa facta non connexa, & coreſpectiua, non ſta-
tur illi pro ſcribente, vt latè tradit Iaſ. in dicta l. ad-
monendi. col. t. num. 129. in verſ quid tenendum, &
ibi Ripa in materia literarum, Dec. in conſ. a nu. 20.
& ibi Feli. nume. 25. de fide. inſtr. ponit pract. papi. in
materia libelli opponendi contra inſtrumentum col.
pe. in fi. & Dec. in conſ. t t 7. col. 3. in fi. vol. 2. Pariſ. io
conſ. 47. col. 2. & in conſ. 90. tol. pe. vol. 1. & alibi ſæ-
pe per Doct. Circa tertium, ad partitam librarum, N.
pro ſcutis N. cambio captis ab ipſo Nicolao à Ioan-
ne de Odono pro foro apparitionis nomine dicti Si-
monis fuerunt ab illis dicti fideicommiſſarij abſoluti
ea ratione, quia in d. iudicio executiuo fuerat d. Ioan.
6 Bapriſtæ compenſata † pet tex. in l. ſi autem. §. fi. ff. de
neg. geſt. & in l. 1. C. ſi in diem. §. ſi rationem de com-
penſatio. Quo verò ad quartam partitam ſcurorum,
N. quæ d. Nicolaus nomine dicti Simonis cambio
ceperat à Martine de Guano, de quibus ipſe Simoo
per appodiſiam manu ſua ſcriptam ſe debitorem fe-
cerat, & quæ partita notata erat in libro dicti Nico-
lai ad debitum dicti Simonis, pariter dicti fideicom-
miſſarij ab illa abſoluti fuerunt, quia pet librum dicti
Nicolai in partita per contra cõſtitit, quod fuerat ſo-
luta de numerato ipſi Nicolao ipſo Simone deferen-
te, cui libro ſtandum erat contra dictum Nicolaum,
iux. not. in d. l. nuda ratio, & d. l. admonendi per Bar.
& omoes. ¶. Nec obſtitit dum fuit dictum per ipſum
Io. Baptiſtam, quòd licèt in libro ſit ſcriptum, debet,
& ſic ad debitum, & per contra ſit ſcriptum, recepi-
mus, & ſic ad creditum, tamen iſtud verbum, recepi-
mus, non importar ſolotionem, ſed illa verba debet, &
recepimus, intelligi, & interpretari debent, vt vulgò
7 dicitur, *dare. & hauere*, & non † ſolutionem, & ad hoc
demonſtrandum fuit facta fides Rotæ extra iudiciom
de iſta intelligentia, per quamplures mercatores Ge-
nuenſes: Nam fuit reſponſum, quòd ex quo erat in
vna parte libri partita dati, & ſic debiri, & in oppoſi-
8 tum erat partita accepti, † connexa, & conglutinata
iudicanda erat, prout de vno corpote, & dicebatur fa-
cta ſolutio, ita decidit Alexand. in conſi. 85. incip.
ponderatis narratis, colum. fi. num. 7. volum. 3. & tan-
tò magis hoc procedebat, cum in fine dictæ rationis
libris, vbi dicta partita in dicta appodiſia ſcripta no-
tata fuerat, diceretur pro recto dictarum partitarum
tirato, quo caſu dicitur facta ſolutio quando enim
9 mercatores faciunt † reſtum partitarum, dicitur fa-
cta ſolurio præcedentium, & illud tantum reſiduum
dicebatur, ita decidit Paul. de Ca. in l. ſi & pluri,
de ſolut. & in l. 2. C. de hære. inſtituti. & ibi. Alexan.
& Iaſ. vbi dicit Paul. de Ca. quod cauti mercatores
nunquam volunt in libris ſuis ponere illa verba, pro
reſto, niſi quando eſt facta ſolutio in toto, & ita con-
cludit Iaſ. in conſil. t oo. nume. 3. vol. 4. & in terminis
noſtris Crau. io conſ. t 11. col. peo. in princ. vol. 4. Non
obſtitit ſimiliter dum per dictum Ioan. Baptiſtam di-
cebatur, quòd ſtante pronuntia. quòd eſſet ſtandum
dictis libris pro, & contra: & ideo cum in aliis parti-
tis in libris notatis dictus Simon remaneret debitor
ipſius Nicolai, de illis erat habenda ratio, & facienda
ſolutio. Quia fuit reſponſum, quòd illæ partitæ non
fuerant petitæ, & fatuus eſt iudex, qui ſuper non peti-
tis iudicat. l. fin. C. de fideic. lib. & illa pronuntia ſe tan
tum refereb it ad illas partitas, de quibus tantum fue-
10 rat facta mentio, & exhibitio petita, & ſententia † quã-
tumcũque generalis referri debet, & reſtringi ad cau-
ſam, de qua inter partes agebatur, iuxta not. in l. ſi de
certa. C. de tranſact. per Iaſ. in conſ. 98. col pen. in fin.
volu. 1. Circa aliam partitam vnciatum, N. dicti fidei-
commiſſarij condemnati fueruor ad illam dandum, &
ſoluendum dicto Ioan. Baptiſtæ dictis nominibus, ex
11 qua tamen deduci debeant prouiſiones † debitæ dicto
Simoni ad rationem duorum pro centenario in pro-
ceſſu liquidandæ iuxta morem mercatorum: quia di-
cta partita erat in libro ipſius Nicolai notata ad eius
creditum manu ipſius Simonis: quo caſu contra eum
probat ſecundùm Doct. in d. l. nuda ratio, & Anto de
Butr. & Abba. in dicto cap. 2. de fid. inſtru. & erat pro-
bata literarura dicti Simonis perquàmplures teſtes
12 deponentes ſe de illa cognitionem † habere, & illum
vidiſſe pluries ſcribere, quo caſu ex inueterata con-
ſuetudine Genuæ probarur litteratura, & manus ſeri-
13 bentis, quæ conſuetudo † cum ſit vniuerſalis, & noto-
ria in ciuitate Genuæ non indiget probatione ſecun-
dùm Bald. in l. 1. colum. 3. C. de ſer fugi. & in tali con-
ſuetudine iudex ſupplere poteſt, ſecundum Bald. in l.
filiusfamiliàs §. vereratum, colum. 2. de proc. & iudex
parte abſente, & non citara poteſt ſe de conſuetudine
informare, & ſi reperit ita ſe habere etiam pet ſolam
famam ſufficit, ſecundum Curt. in l. 2. C. quæ ſit long.
conſuer. Dec. in conſ. 347. & 442. & 483. volu. 3. & in
conſil. 555. volum. 4. & conſuetudo in loco dicitur ius
commune, vt decidit Bal. in tit. de pace conſtant. vul.
7 in ver. cur. Romanorum, Dec. conſ. 685. col. 1. vol.
4 & non differt à ſtaturo, ſecundum Bart. io l. de qui-
bus, col. 4. de legi. Bal. in d. l. a. C. quæ ſit long. conſue.
immò ſit maioris authoriraris quam ſit ſtatutũ, ſecun-
dum Ang. in conſ. 5 a. in q. propoſita, col. 1. Dec. conſ.
694. col. 2. volu. 4. & fuit in proceſſu probatum, quod
etiam ſi quis ſit particeps in mercibus, & ſit propin-
quus: imo pater à filio, & filius à patte de ſtylo, & cõ-
ſuetudine mercatorũ accipit prouiſiones ab illo, pro
quo merces vendit, & ſtylus, & conſuetudo inter mer
catores attendi debet, ſecundùm Bald. in rubr. C. de
14 conſtitu. pecun. & quæ ſunt de conſuetudine † intelli-
guntur expreſſa, etiam quòd nihil ſit dictum, Iaſ. in l.
vt liberis, col. 3. C. de coll. vbi dicit poſt Abb. in cap.
certificari de ſepulturis, quòd omnis diſpoſitio acci-
pit interpretationem & complementum a conſuetu-
dine, & ab eo, quòd fieri ſolet, vt dicit Dec. in conſi.
441. vol. 3. num. 9. vbi multa ad propoſitum, & quan-
15 do vnus ſocius † perſonã ſuam exercet ſuum ſalarium
competens habere debet ſecundùm conſuetudinem,
vt tradit Pet. de Vbaldis in ſuo tracta. de ſocietate in
6. parte, in vltima quæſtione, & maximè cum non ap-
pareret, quòd conſiltota eſſet impenſa ipſi Simoni
pro eundo Panormum, & ibi ſtãdo, quæ ſibi reſici de-
bet, ſecundum Salic. in l 1. col. fin. C. pro ſocio, vbi di-
cit, quòd ita dici audiuit à quibuſdam mercatoribus,
quod

bationis,vt per Roch.de Cur.in c.ſi.q.6.re.571.poſt
Hoſt.& Io.Andr.& Fulg. conſ.6.& Abb. conſ.53.in
2.vbi inquit, qoòd multi credunt cā ptobare,& aberrant,& per Card.in d.c.ſi.q.46.ad fin & Aret inſti.de
iur.nat.§.ex nō ſcript.cum alijs infra allegandis. Nec
mirum,quia conſuetudo teſte Roma.ſing.167.in cip.
Bartolus , modo eſt alba, modò nigra , quapropter
idem Bart.in l.de quibus,in 4.q princ.dicit,quòd vis
conſuetudinis pendet in probatione,cum ius nō ſcriptum ex facto pendeat, & ita dicunt Glo.Bald.& alij
in l.2.C.quæ ſit long.conſue.Roch.d.q.ſexta, nume.
573.cum ſequen.& latè Dec.conſ.275.col pen.& fin.
2 & omiſſis quoque his , quæ circa modum † eam probandi, & quid teſtes deponere debeant,tradunt Are.
d.§.ex non ſcripto , Alex.conſ.133.& 131.& 45.in ſecundo.volum.Dec.conſ.275 & 402.& 483.& 115.&
538.& Aymon.conſil.134.num.6. quæ in noſtro caſu
deficiunt, diligenter dicta omnium teſtium tam Genuæ , quàm in inſula Siciliæ examinatorum perſtringentes,neminem ex his inuenimus , qui de conſuetudine ſimpliciter deponat,ſed omnes virtute literarum
Proregis , & in earum obſeruantiam creditores omnes includi affirmant , totamq́ue vim in litera ipſius
Proregix eſſe aſſeuerāt,quippe qui omnia poſſit,cum
nemo inueniatur, qui contradicat : quæ depoſitionis
ſpecies in propoſita quæſtione non concludit,in qua
de conſuetudine Meſſanæ,non de Principis mandato
agendum erat ex ſentētia ad hanc probationē aſtringente,quæ ſententia eſt ſtricti iuris , & propriè intelligenda.l.s.C.ſi plu.vna ſen.Bat in l.Iulianus,num.5.
3 de condit.inde & ex qua non † infertur,niſi quantum
eius verba de neceſſitate important. Quare cum de
conſuetudine Meſſanæ loquantur , non ſunt ad aliam
conſuetudinem trahenda, quam ad eam,quæ à populo ſimpliciter inducitur,non ad aliam,quæ alterius ſit
4 naturæ , aut aliter qualificata , † quæ non ſimplex
poteſt dici conſuetudo,vt in ſimili probat Dec.conſ.
525.num.9.pro quo facit reg.illa , non eſſe quid propriè tale,quod nō eſt ſimpliciter tale,de qua per Bar.
in l.Lucius.§.quæſitum de leg.3.& per Seb.Sap in l ſi
mater, nu.3.C.de ſucceſ.edict. facit etiam , quia nec
aliquo modo taliter probata conſuetudo dici poteſt
conſuetudo:Nam quando eſt in poteſtate cōfirmantis infirmare actum , & confirmat , vt in caſu,de quo
agitur,confirmans dare dicitur , & actus ab eo denominatur,Caccialup.in l.mo.nu.7.de iur.om.iud.& io
l.cunctos , nu.6.C.de ſumma. Trinit at cui non conueniunt verba ſententiæ nec ipſius ſententiæ conuenit diſpoſitio.l.4.§.toties de dam infect.Aymo.cōſi.
10.nu.7. veruntamen ex dictis illorum teſtium conſuetudinem aliquam , nec etiam qualificatam,nec ipſius Principis probatam fuiſſe credidimus : Nam, vt
prædiximus,de ſimplici non deponunt: Principis autem conſuetudinem probare nequeunt , tum quia,vt
inquit Afflict. in conſt.Regni in præl.q.6. conſuetu-
5 do † non eſt in Principis poteſtate , & dicit Andr.Sicul.in add.ad Bald.in c.1. in 1.add.in fin. qui fin.dar.
poſſunt, imperatorem poſſe conſuetudinem tollere,
non facere , tum etiam , quia conſuetudo vniuerſalis
ab vnius poteſtate non dependet , quia conſuetudo
non eſt actus hominis, ſed hominum , teſte Bald.in l.
quibus,num.4.de legib.tum etiam, quia conſuetudo
non inducitur cum Principe, vbi procedit contra iuris ordinem,vt poſt alleg.firmat Nat.conſ.408.num.
11.& 435.nu.28.vt hoc in caſu eueniret, in quo contra iuris ordinem diſponit,ex hoc illud infertur,quòd
non conceſſio , vel confirmatio literarum Proregis,
de qua deponunt teſtes , non poſſet dici facta,niſi ex
gratia ipſius Proregis , cum ſit contra ius , & in his
terminis dicit Caſan. in ritibus magnæ Curiæ , ritu.
287.in princ.& num. 19.vbi allegat Caſtr.in l.1.§.qui
magiſtratum.num.9.quod quiſque iuris,nulla poteſt
6 conſiderari conſuetudo,quia quod ſit ex gratia † conſuetudini non eſt tribuendum. Amplius non poteſt
dici conſuetudo , vbi apparet non ita ſemper fuiſſe
7 ſeruatum, quia conſuetudo † debet eſſe certa.& vniformis ad exemplum legis,quam imitatur,Nat.conſ.
33 a.in fin.quo ſit , vt cum in caſu iſto appareat Proregem non ſemper idem ſeruaſſe, non poteſt dici introducta conſuetudo, maximè quando tractamus de
actu facto in continenti,antequām appareat conſuetudinem fuiſſe præſcriptam , Bald in l.de quibus,nu.
29.Feli.in c.cum acceſſiſſent , num.31.in fin.de conſtit Corn.conſ.296.pen.col.in 4.Deci.conſ.255.col.
2. Qualificatam quoque conſuetudinem probatam
non fuiſſe putauimus , quia teſtes interrogati de perſonis,inter quas ita fuerit iudicatum,& ſeruatum,neminem nominant, qui coactus fuerit cōcurrere,cùm
nominati ab eis non coacti , quod appareat , ſed volentes accordio ſteterint,nec ex inſtrumentis exhibi-
8 tis patet , quòd verò teſtes nominare † debeant perſonas,inter quas ſeruatum fuerit , quod conſuetudini
tribuitur,liquet ex Alexand.conſ.45 ante,num.9.lib.
ſecundo , Ioann.de Ana.conſi.155.Cyn.in l.ſecunda.
C.quæ ſit longa conſuetudo colum.ſecunda Nec refert quòd Ioann Faber contrarium ſentire videatur,
quia loquitur quando ſumus in conſuetudine , cuius
initij memoria non extat,vel in alia conſuetudine antiquiſſima,vel quando teſtes non fuere interrogati de
perſonis,vt non obſcurè ipſum allegādo ſentit Guid.
Papæ conſ.164. Inſuper non dicunt quòd animo in-
9 troducendæ † conſuetudinis ita obſeruatum fuerit,
& tamen neceſſariò requiritur , vt hoc dicatur ſecundùm communes opiniones , cum aliâs actus illi potuiſſent eſſe permiſſi ex gratia,vel tollerātia , gl.in d.
l. de quibus in verſic. inueterata in fin. & in capitulo
conſuetudo prima diſtinctio.quam ibi ſequitur Cardina.Alexandri , & in capit.fruſtra.octaua diſtinctio.
Iaſon. in dicta l. de quibus Decius conſilio ducenteſimo decimoquinto, numero quarto , Doctor. dicto
capitulo fin.numero ſeptimo,Neuiza conſilio nono,
numero trigeſimoprimo , Pedemont.deciſ.99.num.
octauo, Claud.Lanc conſ.5 nu.52.Nec obſtat,quod
allegatum fuerit,prēſumi animum iuſtum ex his,quæ
tradunt Fabr.in d.§.ex non ſcripto,Guid.Papæ conſ.
531.in d.c.fin. nu.365. quia præſumptio ceſſat noſtro
in caſu,in quo ex teſtium ipſorum depoſitione apparet,ꝙ vigore literarum Proregis , & in earum obſeruantia, vt ſupradiximus, actus ſimiles geſti fuere,qui
animum introducendę conſuetudinis excludunt:non
enim deponunt de frequentia, & pluralitate actuum,
10 ex quibus veriſimiliter colligatur conſenſus † tacitus
populi ad inducendam conſuetudinem : neminem
etenim alium nominant, quàm Sharellam,Caluum,&
& Paſtorinum,inter quos ſeruatum dicunt , quòd tamen non conſtat , an ſit verum, vt ſupra diximus,nec
inter iſtos pluries ſeruatum atteſtantur , ita vt vnicus
actus meritò cenſeri poſſit, & tamen ad inducendum
11 † conſuetudinem illud notiſſimum eſt , inter cætera,
actuum frequentiam requiri.l prima.C. qui ſit longa
conſuetudo. l.3. C. de ædific. priuat & per ſcriben,
omnes in dict.l.de quibus , & in dicto capit fin.& in
dict.l.2. C. quæ ſit long. conſuet. & ex quot actibus
conſuetudo inducatur , arbitratio eſt iudicis , vt nouiſſimè tradit Menoch. multos allegans de arbitrarijs
iudic.quæſtionibus lib.ſecundo Centuria.1.caſu.81.

& qualitate negotij inſpecta, & dictis teſtium perpenſis, non fuimus arbitrati actuum frequentiam probatam fuiſſe, Nec releuat, quod ita ſetuatum vidiſſe deponant generaliter in omnibus curijs, & quibuſcunque magiſtratibus: quia ita non probatur conſuetudo, vt per Alexand. conſilio 45. numero ſecundo, Corn. conſilio 293. penult. columna in principio, & Roch. in dict. capitulo fin. numero 607. & ſequen. & per Aymon. conſilio 134. numero ſexto, quinimò cum in hac actuum frequentia omnes teſtes in dicto Scharello, Caluuo, & Paſturino concurrant, & alios nominare neſciant, viſum fuit ipſos reddi ſuſpectos: per eundem enim, & præmeditatum ſermonem depoſuiſſe videntur ad nota. per Bartol. in l. tertia. §. Ideoque diuus, de teſtibus. Ana. conſilio 76. Socin. conſilio 244. in ſecundo. Hipp. de Marſ. in rubrica de probat. numero 358. cum ſimilibus. Aucta fuit ſuſpicio, quia induceuntur ſuper re, de qua cum extare deberent publicæ ſcripturæ, & acta publica, quæ facillimè produci potuiſſent, nullas tamen producunt, excepta ſententia pendente hoc Iudicio lata, quæ nihil facit ad hunc effectum conſuetudinis iam inductæ probandæ, tum quia non conſtat de inſtrumento, per quod appareret de hypotheca cum iuramento: Nam quæ exhibita ſunt cum ſententia, non ſunt illa, de quibus in precibus Sanct. Alcinæ, tum etiam quia lata fuit anno, N. à quo tempore citra non poteſt conſiderari aliqua conſuetudo, tum etiam quia ſententia, quæ producitur, apparet lata cum Hieronymo de Bene rantum, non cū Ioan. Baptiſta, cum quo iudicium tractabatur: vnde non concludenter probatur ipſam latam fuiſſe virtute eorum, quæ præceſſerunt. Fuit quoque conſideratum, quòd inter teſtes productos aderat vnus tabellio, qui & ipſe de conſuetudine (ſi qua adeſſet) veriſimiliter debuiſſet eſſe informatus, & magis fuiſſet credendum iuxta tradita per Romanum ſingul. 365. duo teſtes, & tamen ſuper hoc noluit eum pars examinari facere, ſed ſuper alijs tantum, non teſtificantur etiam teſtes, quòd actus facti fuerint in vim conſuetudinis, qua creditores hypothecarij inuiti tenentur ſtare accordio capto cum maiori parte, quod tamen fuiſſet neceſſarium, vt probat Anch. conſilio 339. pro maiori, col. 5. Corn. conſil. 125. colum. ſecunda ad fin. in 4. & Aymo. conſ. 171. numero 14. quatenus autem teſtes examinati aliquo modo probare poſſent conſuetudinem, dictum tamen fuit, quòd in præſenti caſu eam non probaſſent, quia tenebantur deponere de tanti temporis diuturnitate, cuius initij in contrarium memoria non exiſtat ex quo tractatur de inducenda cō-
12 ſuetudine † circa ea, quæ ſolo Principi reſeruata ſunt, vt eſt iuramenti relaxatio. l. fi. ff. ad municipa. Bald. in l. prima, C. de iure aureo annul. in reſeruaris enim Principi tantum temporis requiritur, vt probat Iaſ. in d. l. de quibus, nume. 45. & ſequen. Socin conſ. 47. nume. 78. in 4. Nec quia populus non poſſit dici periurus in inducenda conſuetudine, vt inquit Bald. in l. nemo. C. de ſent. & interloc. om. iud. hoc non facit, quin requiratur tempus, de quo dictum eſt, & hîc tractandum eſt, non de populi periurio, ſed de tempore apto ad introducendam conſuetudinem, de quo Baldus in d. l. nemo, non loquitur. Ex ſupradictis ſatis conſtare cenſuimus conſuetudinem nec ſimpliciter, nec qualificatam, nec ipſius Principis, aut cum ipſo Principe inductam aliquo modo probatam fuiſſe: Nam amplius illud probabiliter quoque ſuſtineri poſſe credidimus, quod nec veriſimile ſit, nec præſumendum aliquam ſimilem extare conſuetudinem, qua conſtet. Proregem aliquando quinquennales dilationes conceſſiſſe, in quibus reſeruari fuere contractus iurati, vnde non ſit veriſimile, vt in hac conceſſione remiſſionis crediti, in qua de maiore tractatur præiudicio, iuxta ea, quæ habentur à Bartol. in l. reſcriptum. ff. de pact. Caſtrenſ. in l. vlt. C. qui bon. ced. poſſ. Afflict. deciſion. 288. Strach. in tractat. de mercat. tit. de decoct. in 6. part. numero 13. Brun. in tract. de ceſſione bonorum. quæſt. 21. ad fin. & quæſt. 26. in
13 princ. voluerint creditoribus hypothecarijs † & cum iuramento præiudicium inferre, cum præſertim iuri hoc maximè ſit conſonum Afflict. deciſ. 5. & glo. ad ritus magnæ curiæ ſub rubr. de ſaluo conductu, vel moratoria colum. ſecunda, & tertia & Princeps præſumitur iuſtitiæ plenus, nec velle tollere ius tertio. l. ex facto in princip. ff. de vulga. & pupill. l. ſecunda. §. meritò ne quòd in loco publico, & cuius intentio talis eſſe præſumitur, qualis eſt legis ſcriptæ, & qualis eſſe debet, Deci. conſilio 11. numero 3. Pedemont. deciſion. 2. numero 13. Accedat quod cum Ferdinandi conſtitutione anno. 1488. edita & ſenatui Meſſanæ directa, cautum ſit, pacta in quibuſcumque contractibus appoſita omni futuro tempore inuiolabiliter, & inconcuſſim ſeruanda eſſe magiſtratibusque, & officialibus mandatum, vt conſtitutionem ipſam obſeruari faciant, nec aliqua de cauſa contraueniant, vt ex ipſius cōſtitutionis in actis productæ tenore latiùs conſtat: minimè credendum ſit voluiſſe Proregem conſtitutionem ipſam violare, ac ei contrauenire, id, quod ex eo confirmatur, quia iure Regni cauetur, conſuetudines omnes non ſolum præteritas, ſed etiam futuras contra aliquam ipſius Regni conſtitutionem aliquid inducentes annullatas, caſſatas, & abrogatas eſſe, vt nota. Afflict. in proœmio conſtitu. in quarta, & vlti. part. & ibi Ioan. Anto. Batius in annotat, & Ioann. de Arno. ſing. 26. Ex quibus omnibus quo ad conſuetudinem arbitrati fuimus rem ſatis claram, & apertam remanere. Quo verò ad fraudem cum ipſa ex coniecturis, & præſumptione deprehendatur. cap. 1. de renunc. in ſexto, l. filia. ff. ſolut. matri. Dec. conſil. 399. num. 9. Feli. conſ. 50. num 22. difficilis etenim eſt probationis, Alexan. conſil. 189. num. 14. in 6. Barba. conſil. 53. colum. 2. in princip. in 3. vol. viſum nobis fuit illam ſatis coniecturari poſſe ex deductis pro parte Bartol. Cicadæ, max.
14 cū cōtra decoctores † omnis cōiectura fraudis creſcat, vt inquir Bald. conſil. 382. numero 18. vol. quinto, Caccialup. tracta. de debit. ſuſp. q. 1. numero 13. Boer. deciſ. 315. numero quinto, & dicat Strach. in tract. de mercatore, & de decoct. tertia part. ex mente Baldi vbi ſupra, valere conſequentiam, eſt decoctor, ergo fraudator, præſertim quando de his tracta-
15 mus de coctoribus qui non ex † mera fortuna, & caſu decoxerunt, quod ita eueniſſe, decoctores ipſi probare tenentur, vt in præallegato conſ. dicit Bald. numero 19. & 20. Nec quia per partem dictum fuerit, quòd plenè erat probanda, non per coniecturas, vt de probatione filiationis dicitur per Dec. in cap. primo, de probat. hoc quicquam nos mouit, quia & Dec. ibi contrarium probat, & tenet, & idem etiam defendit Hipp. de Marſ. in rubr. de probat. & nos non ſumus in conditione appoſita in ſententia, quæ ſpecificè ſit probanda, ſed in reſeruatione iurium, quæ eo modo deduci poſſunt, quo de iure deducere licèt: ex quibus omnibus præcipuè ad fauorem dicti Cicadæ iudicauimus, cui etiam in dubio fauendum fore putauimus, cum ipſe tractet de damno euitando ratione conſecutionis ſui crediti, & alter de lucro captando, prout

in terminis ita concludendo ſcribit Natta.conſ. 332. in fin.

DECISIO XVIII.

Retinens in computis adminiſtrationis ſuę pecunias pro aliqua cauſa, & eam non probãs tenetur pecunias ſoluere, licèt computa ſeu partitæ tranſmiſſæ fuerint.

SVMMARIVM.

1 *An magiſtratus noſtri temporis habeant authoritatem vltra expreſſe conceſſam per ſtatuta, & num. 9.*

2 *Tutor, & curator non admiſſus, an poſſit iudicium mouere, & num. 11.*

3 *Literatura an probari poſſit per eos, qui non viderunt fieri ſcripturam, & num. 12.*

4 *An attendenda ſit conſuetudo loci iudicij, an loci contractus.*

5 *Computa tranſmiſſa cum literis an probari debeant eſſe eadem, an verò præſumantur eſſe illa, & nu. 14.*

6 *Accipiens literas, & non proteſtans an acceptet in eis contenta.*

7 *Exhibens an approbet, & quid, & nu. 15. 16. & 20.*

8 *Literæ probant contra ſcribentem.*

10 *Clauſula omni meliori modo quid operetur.*

13 *Plures coniecturæ an faciant probationem.*

17 *Deponenti extra titulum non creditur.*

18 *Non reddenti cauſam ſcientiæ non creditur.*

19 *Deponenti per verbum, credo, non datur fides.*

IACOBVS Promontorius habens facultatem reſtringendi, & recuperandi res, pecunias, & bona hæreditatis Benedicti Promontorij defuncti iudiciũ intentauit coram Rota, cõtra Paſqualem, & Iacobum fratres Spinulos, nec non contra Benedictum Spinulam dictorum Paſqualis, & Iacobi etiam fratrem, & petiit primo loco ab eiſdem Paſquale, & Iacobo reddi rationem cum reliquatus ſatisfactione de omnib. mercib. reb. & pecunijs in eos peruentis ſpectantib. dicto Benedicto Promontorio, & eius hæreditati. Secundò, petijt à præfato Benedicto ſibi pariter reddi rationem de adminiſtratis per eũ, & ſpecialiter ſibi ab eodẽ Benedicto reſtitui partitam librarum. N. monetæ ſterlinorum Angliæ per eum indebitè retentam ſub aſſetto prætextu, ꝙ Viualdi, & Sauli Venetiarum prætenſi creditores dicti Benedicti Promontorij eidẽ feciſſent quandam prętenſam aſſignationem, prout latiùs in dicta petitione. ¶ Et cum eſſemus in cauſæ diſcuſſione multa per aduocatos dictorum reorum fuerunt oppoſita tam circa proceſſum, quam circa merita, ex quib. multum dubitabilis cauſa dicti agentis reddi videbatur: opponebatur enim primò contra proceſſum, quòd dictus agens non habebat perſonam legitimam comparẽdi in præſenti iudicio, quod ante omnia inſpiciendum erat, Bart. in l. 2. C. de edict. diu. Adr. tollen. Doct. in rub. C. qui adm. quãdo quidem defectus perſonæ eſt inſanabilis, & dicitur, maior quam defectus iuris, gl. in l. 1. §. primo. ff. qui ſatiſd. cogan. Dec. conſil. 275. & latè per Sebaſt. Vant. in titulo, de nullitat. ex defect. inhab. in prin. Nec obſtare dicebatur decretum emanatum à ſpectato officio dominorum extraordinariorum, per quod videbatur conſtitutus in perſonã legitimam pro dicta hæreditate, & facultas reſtringendi, ac recuperandi bona dictæ hæreditatis illi attributa: quia reſpondebatur non reperiri in facultatibus dominationem extraordinariorum, quòd poſſent conſtituere, & deputare perſonam legitimam, ſed tantum prouidere de tutoribus, & curatorib. vnde non potuerunt extra limites eorum iuriſdictionis vagari: quia
1 Magiſtratus † noſtri temporis nullam habent iuriſdictionem, niſi quatenus per ſtatuta ciuitatis illis reperitur attributa, Docto. in Auth. Caſſa. & irrita. C. de ſacroſ. Eccleſ. Canon. in c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſt. Socin. conſ. 108. lib. 4. ¶ Secundò, dicebatur ꝙ dato ꝙ eſſet conſtitutus tutor, vel curator, ex quo tamen non cauerat, inuentarium non fecerat, & alia nõ ſeruauerat, de quibus per Barto. in l. legitimos. ff. de legit. tutor. per Doctor. in l. qui repertorium. ff. de adminiſtra. tutor. & per Bald. in Auth. matri & auiæ. C.
2 quando mat. tut. off. fung. poſſ. iudicium † per eum intentatum fuit nullum, Bar. in d. l. legitimos in principio, numero 7. & ſeq. Angel. in §. actionum, nume. 53. in fin. inſtit. de action. Ruin. conſ. 29. numero 10. lib. quinto Anfr. in addit. Capp. Tholoſ. 63. ¶ Tertiò, accedendo ad merita dicebatur pro parte Benedicti non fuiſſe probatum, nec conſtare ipſum adminiſtraſſe quicquam, quod ſpectaret Benedicto Promotorio, & reſpectu partitæ ſterlinorum minus conſtare de aliqua aſſerta retentione per eum facta, nec eſſe verificatum, ꝙ dictus Benedictus Promontorius eſſet eius creditor in dicta partita: vnde actore non probante reus venit abſoluendus. l. qui accuſare de eden. Nec dicto agenti ſuffragari epiſtolam exhibitam cum computis ſubſcriptam, *voſtro Benedetto Spinula*, quia dicebatur non eſſe verificatum ſaltem legitimè dictam epiſtolam, ſeu illius ſubſcriptionem eſſe
3 manu dicti Benedicti: teſtes † enim ſuper hoc examinati non deponebant ſe fuiſſe præſentes dictæ ſubſcriptioni, prout de iure requiri videbatur ad probandum, & concludendum ſuper dicta recognitione. § ſi quis igitur in Auth. de inſtr. caut. & fid. Glo. in l. & ſi contractus. C. de fid. inſtr. Bart. in l. nuda ratio. ff. de donat. Afflict. deciſ. 181. Ange. in Auth. ſi quis, C. qui pot. in pigno. haben. vbi dicit mercatores cautos eſſe debere, ne huiuſmodi ſimplicibus apochis ſe cõmittãt. Et ſi diceretur, ꝙ ſtante cõſuetudine ciuitatis Genuæ teſtes probãt literaturam ex eo ſolo, ꝙ deponunt ſe habere notam manum ſcribentis, ex quo pluries illum ſcribere viderũt, nec ſit neceſſe teſtes fuiſſe præſentes ſubſcriptioni: replicatur talem cõſuetudinem in caſu noſtro attendi non debere: quia cum probationes reſpiciant deciſoria iudicij, ſeu litis, Bald. in l. prima, & Auth. habita. C. ne fil. pro patr. & negotia prætendãtur geſta Londini, & Antuerpiæ, vt ex petitione, & dicta epiſtola deprehenditur, non eſt in te-
4 cognitione facienda attendenda † conſuetudo Genuenſis, ſed locorum, in quib. contractus geſti erant, Docto. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fid. cat. ¶ Quartò, opponebatur, eſto ꝙ legitimè fuiſſet verificata dicta ſubſcriptio, non tamen fuerat probatum, ꝙ computa exhibita, ex quibus iuſtificatio dictę partitæ elici videbatur, eſſent ſcripta manu dicti Benedicti, vel de eius mandato: Nam teſtes ſuper hoc

 exami-

examinatı varia,& contraria deponere videbantur,&
conſequenter nulla illis fides erat adhibenda.l eos.ff.
de falſ.l.qui varia.ff. de teſtibus Pariſ.conſ.83.nume.
30.lib.primo. Nec ad rem facere, quòd in dicta epi-
ſtola mentio expreſſa fieret de tranſmiſſione compu-
torum: quia dicebatur nõ conſtare de idẽtitate aliâs,
5 quòd computa † exhibita eſſent,eadem, quæ fuerant
tranſmiſſa à dicto Benedicto, & de quibus in dicta
epiſtola mentio habetur,quæ idẽtitas videbatur om-
nino probanda ad fundandam intentionem agentis,
Alex.conſ.134.col.ſecunda,lib.ſecundo, Corn.conſ.
165.col.fi.lib.tertio, Crauet.conſ.198.nu.4.& conſ.
112.nu.tertio, Ruin.conſ.141.nu.quarto,lib.quinto.
¶Qointò,dato millies, ſed non conceſſo,quòd dicta
computa,& illorum identitas fuiſſet verificata, dice-
batur tamen nullum ex eis colligi poſſe fundamẽtum
ad fauorem agentis,duplici ratione.Prima, quia cum
fideicõmiſſarij dicti Benedicti, quibus dicta epiſtola
cum computis fuerat ſcripta, & tranſmiſſa in illorum
receptione, minimè contradixerint, nec aliquod in
contrarium fuerint proteſtati, videbatur illis acquie-
6 uiſſe,& acceptaſſe † omnia in eis contenta, & conſe-
quenter etiam dictam partitam ſterlinorum, l.filius-
fam.& ibi Angel.& alij tradunt.ff.ad Maced.latè Pa-
riſ.conſ.47.nume.15. & conſ.91.nume.44. in primo
vol.Secunda,quia per productionem dictorum com-
putorum facta per dictum agentem in præſenti iudi-
7 cio inducebatur † tacita confeſſio contentorum in
eis, Docto.in cap.cum venerabilis de except. & in l.
1.5.editiones,ff.de eden. Alex.conſ.108.num.5.lib.5.
Ruin.conſ.76.nu.3.io 4.Aym.conſ. 201.nu.5. Oſaſc.
deciſ.38.ou.6.¶Sed in dictis computis apparet dictũ
Beoedictum habita ratione debiti, & crediti non re-
ſtare debitorem dicto Promontorio, ergo &c.¶Ha-
ctenus de his, quæ fuere deducta pro defenſione Be-
nedicti.Quod verò attinet ad redditiunem rationum
petitã à Paſquale,& Iacobo,fuerat exhibita per agen-
tem altera epiſtola cum computis ſubſcripta *Voſtro
Paſquale, è Giacomo Spinoli*,contra quam oppoſita fue-
runt omnia fundamenta ſuperius facta, & vltra dedu-
cta omnes ferè teſtes examinati ad probandum ſub-
ſcriptionem dictæ epiſtolę deponebant non eſſe ſcri-
ptam ſeu ſubſcriptam manu Paſqualis,vel Iacobi,ſed
Benedicti,vnde non poterat ſuper ea aliquod funda-
mentum ſumi contra Paſqualem,& Iacobum,& con-
ſequenter cum nihil probatum remaneret per agen-
tem, videbantur abſoluendi iurib.ſ. deductis. Qui-
bus tamen non obſtantibus condemnauimus dictum
Benedictum ad reddendum rationem,& reſtituẽdam
dictam partitam ſterlinorum,& condemnauimus pa-
riter dictos Paſqualem, & Iacobum inſolidum ad
reddendum rationem de adminiſtratis per eos,prout
latius in ſententia. Fundamentum deciſionis contra
Benedictuoı factum fuit ſuper dicta epiſtola,& com-
putis per eum trãſmiſſis à ciuitate Londini fidei com-
miſſarijs dicti Benedicti Promũtorij:quæ plenè pro-
8 bat † contraſcribentem l.publia.ff. depoſ. Docto.in
l.admonendi,vbi latè Iaſ.& Rip ff. de iureiur.Felin.
in cap,ſecundo, de fid.inſtr.Pariſ.conſ.19.num.105.
lib.ſecundo,conſ.47.nu.1.lib.primo,Crauet.in tract.
de antiq.tempor.1.par.nume.41.¶ Nam in dicta epi-
ſtola profitetur ſe tranſmittere computa negotiorum
occurſorum inter ipſum, & Benedictum Promonto-
rium, & facit mentionem de nonnullis mercibus pe-
nẽs eum exiſtentib. ſpectantibus dicto Benedicto, &
ſpecialiter dictæ partitæ ſterlinorum,quæ in compu-
tis apparet deſcripta ad debitum dicti Benedicti:vn-
de inficiari oon poteſt, quin dicta partita fuerit par
eum retẽta,ſeu in computis dicitur facta bona ſocie-
tati Paſqualis, & Iacobi Antuerpiæ ſub prætextu cu-
iuſdã aſſertæ aſſignationis illis factæ à Saulijs, & Vi-
ualdis Venetiarum prætenſis creditorib. dicti Bene-
dicti Promontorij:de qua tamen aſſignatione, & cre-
dito dictorum de Saulijs, & Viualdis nullatenus di-
ctum fuit pro parte ipſius rei conuenti ad tradita in
l.ſoluendo cum ſimilib.ff. de neg.geſt.meritò venie-
bat ad illius reſtitutionem condemnandus, prout fa-
ctum fuit. Stante hoc fundamento ſupereſt reſpoo-
dere obiectis,vnde oon obſtant, quæ opponebantur
contra perſonam ageotis: Nam licèt in facultatib.do-
9 minorum extraordioariorum † non cootineatur eos
poſſe conſtituere perſonam legitimam, non fecerunt
actum nullum:iſta enim ſunt verba generalia apta de
ſui propria natura comprehendere perſonam tutoris,
& curatoris,procuratoris, & ſimilia.c.omnes leges in
ſio.vbi Anch.& Gem.diſtinctio.prima, Bar.in l.1.nu.
2.ſi cert.pet.& cum verè hoc perſonam legitimã poſ-
ſet capi in genere & in ſpecie,debet capi in ſpecie pro
perſona curatoris.l.hoc legati de leg.3.Rip.in rub.de
conſtit.nu.11.& maximè talis interpretatio eſt faciẽ-
da pro validitate actus.l.quoties.ff.de reb.dub.Quod
multo magis procedit in caſu noſtro, ſtante illa ſalu-
10 tari clauſula † omni meliori modo, de qua in dicto
decreto,quæ operatur,vt actus ſuſtineatur eo modo,
quo de iure melius poteſt,& ſi actus non valet vt agi-
tur,valeat vt valere poteſt.l.cum pater.§.filius matrẽ.
ff.de leg.2.Soci.conſ.66.col.tertia,in fi.lib.ſecundo,
Dec.conſ.74.col.2.verſ.confirmatur hoc, & conſil.
293.nu.15. ex quibus concluditur dictum actum va-
luiſſe, & ſubſtineri debere ſaltem in vim curæ. Non
obſtat ſecundum,quia Bart.in d.l.tutor,nõ dicit pro-
11 ceſſum eſſe nullum,ſed ꝙ valet,licèt † tutor vel cura-
tor poſſet ex hoc tanquam ſuſpectus remoueri, idem
tenet Sicul. in c. ex parte de appellat. Anfr. in addit.
quæſt.Tholoſ.288.¶Secundò, reſpondetur proceſ-
ſum valere ad vtilitatem minoris, vel pupilli,ſed non
in eius præiudicium, glo.in l.fi.C.de tut.& curat qui
non ſatiſd.Spec.in tit.de tut.§.generaliter,verſic.hoc
autem notandum Cappell. Tholoſ.d.q. 288. Afflict.
deciſ.262. & plura cumulat Borgn. in tract.de tut.&
cura.nu.25.ſed ceſſat in caſu noſtro omnis difficultas
ſtantibus facultatib. dictorum extraordinariorum,ex
quarum diſpoſitioue tutores, & curatores ab eis de-
putati non tenentur,niſi ad obſeruantiam decreti,vn-
de cum per agentem fuerit præſtita fideiuſſio ad for-
mam dicti decreti, nihil eſt ꝙ amplius contra eũ op-
poni poſſit. ¶ Non obſtat tertium concernens meri-
ta: Nam reſpoodetur fuiſſe probatam pleniſſimè di-
12 ctam ſubſcriptiooem eſſe manu, & literatura † dicti
Benedicti, & licèt teſtes noo deponant ſe fuiſſe præ-
ſentes ſubſcriptioni, tamen ita diſponentib.reg.Ro-
tæ,& conſuetudine mercatoria,de qua per Benueo.in
tract.mercat. ſub rub.quom.in cauſ.mercat. proced.
ſit,nu.11.ſufficit,ꝙ concludant ſe habere notam ma-
num ſcribentis, eò ꝙ pluries illum ſcribere viderunt,
immò circunſcriptis reg.& dicta conſuetudine idem
de iure cõmuni procedit in iſtis literis miſſiuis,quic-
quid ſit in alijs ſcripturis priuatis, Soci.in l.ſi ita ſcri-
pſerit ff.de cond.& demonſtr. Ruin.conſ.70.num.4.
lib.4.Put.de fid.inſtr deciſ.1.& deciſ.19.Burſal.con-
ſil.103.nu.9.qui alios allegat,& ex hoc tollitur etiam
aliud obiectuoı, quòd non eſſet in caſu noſtro atten-
denda conſuetudo Genuenſis in iſtis deciſoriis, ex
quo contractus erant geſti extra ciuitatem, & in lo-
cis,in quibus non viget talis conſuetudo: Nam,vt di-
xi etiam ſi attendamus ius commune, idem in literis
miſſi-

Digitized by Google

miſſiuis dicendum eſt. ¶Non obſtat quartum, quia
licèt non fuerit probatum, dicta computa fuiſſe ſcri-
pta manu dicti Benedicti, tamen fuit probatum eſſe
ſcripta manu iuuenis eiuſdem Benedicti,& cuius mi-
niſterio vtebatur pro huiuſmodi Computis ſcriben-
dis,vnde ſtante iſta probatione, & quòd in dicta epi-
ſtola per eum ſubſcripta fiat mentio tranſmiſſionis
computorum,& concordent omnino cum contentis
in dicta epiſtola, & vtrobique fiat mentio dictæ par-
titæ, negari non poteſt, quin ea his omnibus conie-
cturis,reſultet plena probatio,quòd computa fuerint
ſcripta de mandato ipſius Benedicti:Nam tunc dici-
tur plena probatio, quando iudex inducitur, Dec.in
cap.1.de probat. eſſet enim valde difficile in ſimilib.
probare mandatum de commiſſione, cum non ſoleat
fieri coram teſtib.vt experientia docet,ideo ſufficere
13 † debet probatio per coniecturas,Alex.conſ.4.nu.4.
lib.6.quia plurimum pendet ab arbitrio iudicis, vt tra-
dit Menoch.de arbi.Iud. conſ.116.Angel. conſ.18.5.
col.latè per Iaſ.in l. cum ea quæ, nu.5.C.de tranſact.
¶Nec mouet non eſſe probatam idẽtitatem compu-
torum,quia lex illam præſumit, ex quo pluralitas fa-
ctorum,& ſcripturarum non præſumitur, gl.in l.om-
nium, in ver.comprobantur,vbi Alex.C.de teſt.Cra-
uet.conſ.198.nu.1.Dec.in c.in præſentia, col.6.in 9.
notab. de probat. & quæ in contrarium allegantur,
14 loquuntur de identitate † rerum, in quib. pluralitas
præſumatur,Alex.conſ.134.col. 2.lib.2.Afflict.deci.
23.nu.4.Aym.112.nu.3. ¶Non obſtat quintum,quia
ex eg.d.l.filiusfam.nõ vendicat ſibi locum in recipien-
te computa,ſeu ſcripturam cõtinentem calculum da-
torum, & acceptorum Cæpol.caut.9. Rip. in c.cum
M.Ferrarienſis col.71.de conſtit.Iaſ.in l.admonendi
col.6.de iureiur. Dec.in c.2. nu.15.de fid.inſtr. vltra
quòd taciturnitas dictorum fideicommiſſariorum non
poterat aliquod præiudicium inferre dictæ hæredita-
ti ex diſpoſitione ſtatuti, & dum dicebatur quòd per ex-
hibitionem factam à dicto agente reſultabat tacita
confeſſio contentorum in computis,falſum eſt: quia
nec etiam expreſsè poteſt curator confiteri in præiu-
dicium hæreditatis ex forma ſtatuti, ergo &c. multò
magis tacitè,Auth.multò magis de ſacroſ. Eccle.Præ-
terea dato quod cõfeſſio curatoris poſſet nocere hæ-
reditati,nihil aliud poteſt confiteri,niſi quòd partita,
15 de qua agebatur, fuiſſet † retẽta ſub prætextu,de quo
in dictis computis, non tamen per hoc confeſſus eſt
benè,& legitimè fuiſſe retentum, immò totum con-
trarium:ex quo enim in petitione expreſsè impugna-
bant dictam retentionem, non poteſt dici in conti-
nenti voluiſſe approbare,& confiteri,quod paulò an-
te expreſsè improbauerat.l. cum hic ſtatus in prin.ff.
de donat.inter vir. & vxor.l.eum, qui voluntariè.ff.
de probat.c.mandans, de baptiſ.¶Ad fundamentum
deductum pro Paſquale, & Iacobo dicebant duo ex
dominis de Rota non obſtare, quòd non fuerit pro-
batum, ſubſcriptionem illius epiſtolæ eſſe manu Pa-
ſqualis vel Iacobi, ſed ſatis fuiſſe probatã eſſe manu
dicti Benedicti: cum enim per duos teſtes eſſet pro-
batum Benedictum tunc temporis dare complemen-
tum, pro dictis Iacobo, & Paſquali, clara reſultabat
iuris cõcluſio, quòd ex facto ſui adminiſtratoris,reman-
ſerunt inſolidum obligati,& conſequenter conueniri
potuerunt, glo & Bar.in l.nemo ex ſociis.ff.pro ſoc.
Doct.in l.ſi ſocius.ff.ſi cer pet.Alex.cõſ.139.in prin.
lib.5. Sed alij tres habuerunt dictam reſponſionem
pro periculoſa,ex quo non fuerat probatum comple-
mentum ſaltẽ legitimè,vt inferius deducetur,& ideò
omiſſo fundamento dictæ epiſtolæ, dixerunt proba-
bilius fundari poſſe condemnatoriam contra dictos
Paſqualem, & Iacobum ſuper literis per eoſdem ex-
16 hibitis in præſenti iudicio, & per exhibitionem † ap-
probatis, Doct. in c.cum venerabilis, cum aliis ſupra
allegatis:cõſtabat enim ex dictis literis ſaltem in ge-
nere de eorum adminiſtratione,vnde non poterãt re-
cuſare redditionem rationum.l. 1.§. officio ff. de ad-
miniſtr. tutor.& ideo ex diuerſis fundamentis tranſi-
uimus in eandem ſententiam condemnatoriam, ſed
petita melioratione pro parte dicti agentis petebatur
condemnari etiam dictos Paſqualem, & Iacobum
ad reſtitutionem dictæ partitæ ſterlinorum, pro par-
te verò reorum petebatur in omnib. meliorari ſentẽ-
tiam abſolutoriè,& dicti domini perſtiterunt in ordi-
natis,alij verò tres melioratores quò ad Paſqualem,&
Iacobum abſoluerunt illos ab obſeruatione, in reli-
quis perſtiterunt:fundamentum agentis ſuper petita
melioratione fiebat in eo, quòd prætendebat eſſe proba-
tum per duos teſtes, quòd Benedictus daret complemen-
tum pro ſocietate Iacobi,& Paſqualis,& ideo tanquã
ex illius facto obligati debebant condemnari, etiam
ad reſtitutionem dictæ partitæ Iurib.s.deductis. Sed
ad hoc plurib.modis fuit reſponſum. Primò, quòd dicti
teſtes non probant aſſertum complementum,tũ quia
deponunt extra articulata, immò contra articulum:
fuerat enim articulatum, quòd Iacob. & Paſqual.ex-
pendebant nomen dictæ ſocietatis,non autem Bene-
dictus & tamen teſtes deponunt de Benedicto.igitur
non probant Spec.in tit.de teſt.§.1.n.62. Bero.conſ.
124.nu.24.lib.1.conſ.95.nu.1. & 99.nu.5.lib.3. Ro-
land.conſ.4.nu.3.& nu.29.lib.4.vbi quòd teſtis extra
17 articulum † deponens redditur ſuſpectus. Secundò,
quia non fuerunt interrogati ſuper interrogatoriis
Spinulorum,Felin in c.cum cauſam, nu.3.verſ.quib.
18 adde,de teſtibus.Tertiò, quia non reddunt † rationẽ
eorum dicti, licèt fuiſſent interrogati glo.& Docto.
in l.ſolùm.C.de teſtib.Felin.in d.c.cum cauſam, nu-
mero ſecundo, Nec obſtat quod in fine examinis in-
terrogati de cauſa ſcientiæ reſponderint, ſe prædi-
cta ſcire per ea,quæ ſupra depoſuerunt,quia iſta non
eſt bona ratio:eſt enim eadem cum dicto Crauet.cõſ.
ſecundo,nu.4.&paria ſunt rationem non exprimere,
vel malam,& minus concludentem, meritò dicti te-
ſtes non faciunt indicium,nec præſumptionem Spec.
in titu.de teſt §.1 verſ. ſed nunquid ſi ſufficit. Ant.de
But.in c.cum cauſa,de teſtib. Rom.in l.1.in prin.ff. de
nou. oper. nunc. quod procedit etiam corãm iudice,
qui ſola facti veritate inſpecta procedit not. Doct.in
d.l.ſolam in fin.C.de teſtibus Ioann.Crot.in tract.de
teſtib.num.310.immò quod plus eſt,non poſſet con-
ſuetudine induci, vt teſtibus non concludentem ra-
tionem aſſignantibus credi deberet, Bald in l. ſi non
ſpeciali in fi.C.de teſtam.Anto.de Butr.in cap.primo
de appell.Barb.in c.ſi quando, nume.25.de reſcript.
Tiraq.in tract.de nobil.c.37.nume.92.in fin.& plura
congerit Aſin.in §.79.cap 30. Accedat quod vnus ex
19 dictis teſtibus deponit per † verbum,credo,vnde nõ
probat glo. & Doct.in l.teſtium. C.de teſtib & licèt
ſubdit pro certo,adhuc non probat Alex.conſ.172.n.
11.lib ſexto,&conſ.56.nu.11.in tertio,& eſt commu-
nis opinio, de qua per Ferret.conſ.391.nu.14.lib.ſe-
cundo.¶Secũdò,poſito citra veri præiudicium,quòd
eſſet probatum complementum,dicebatur non poſſe
propterea condemnari Paſqualem,& Iacob.ad dictã
partitam:cum enim fuiſſet petita à Benedicto,& non
ab eis, non poterat Rota niſi nulliter eos cõdemnare
ad non petita, Ioan.And.Hoſtien.& cæteri in c.1.de
libell.oblat.Alex.in l.ius publicum ff. de pact. Vant.

de nullit.ſentent.ex defect.proceſſ.c.129.nu.97 Burſat.conſ.83.n.3.& eò magis condẽnari non poterant, quia non fuerat probatum, quòd de d.anno dediſſet complementum,ſed tantum de anno,&c.Nec dictus Benedictus fuerat conuentus adminiſtratorio nomine dictæ ſocietatis, ſed nomine proprio ad not. in l. eius de compenſ.vnde ex his omnibus non immeritò fuit denegata melioratio dicto agenti,reſpectu dictę partitæ ſterlinorum. ¶Reſpectu verò meliorat.peritæ per Spinulos tres meliorauerũt quo ad Iacobum, & Paſqualem tantum,eos abſoluendo ab obſeruatione iudicij, & fundamentum meliorat.fuit:quia literæ exhibitæ per dictos Spinulos fuerant exhibitæ cum proteſtatione in parte, & partibus,&c.vnde non poterat ex eis aliquod fundamentum capi contra exhibentes, Spec.in titulo de inſtr. editio.§. videndum, verſ. quod ſi produco Alber.in l.prima, §.editiones col.penult.verſi.ex præmiſſis, & ibi Paul.de Caſtr.de eden. Bald.in l.prima, col.quarta.C.de confeſſ.Alex. conſ.136.in fin.& 185.lib.ſecundo, & eſt communis opinio, vt per Ceph.conſ.236.num. 21.& ſeq.lib.ſecundo, Deciſ.Pedemon.38. nume.ſeptimo, Ioſeph. Lud.deciſ.partit.79.nu.26. qui alios alleg. ¶Secundùm fuit fundamentum,quia ex dictis literis non apparebat niſi in genere de adminiſtratione, & in proceſſu non fuerunt in ſpecie liquidata certa negotia geſta per dictos reos: in quibus ſententia certè ferri poſſet, prout de iure requirebatur Socin.conſ. 24.n. 35.verſ.quinimo,lib.1.Crauet.conſ.23.num.14.Nec poterant in genere condemnari ad reddendam rationem de petuentis in eos, Innoc.in c.ſignificantib.in fi.de libell.oblat.Ange.in l.fin.num.7.C.de ann.præſcript.Iaſ.in §.curare,nu.45.inſt.de actioni.

DECISIO XIX.

Soluẽs ſuper proteſtu tractam ſibi factam non intelligitur ſoluiſſe in vim mandati, & an mandatum occaſione huiuſmodi literarum diuidi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Soluens ſuper proteſtu qua actione petere poſſit ſolutum.*

2 *Nemo cogitur ſuſcipere mandatum.*

3 *Soluens ſuper proteſtu de obſeruantia mercantili non intelligitur ſoluere in vim mandati.*

4 *Mandatum quando diuidi poſſit.*

5 *An acceptando ordinem alicuius tertiò acquiratur.*

6 *Recipiens pecunias remiſſas quando poſſit de eis non ſequi ordinem remittentis.*

7 *Delegatio, vt interueniat, & liberetur principalis, quæ requirantur.*

8 *Literæ quando probent contra tertium.*

9 *Dolo de præterito renunciari poteſt, & quomodo.*

10 *Mercatoribus intereſſe debetur.*

NOS auditores in maiori numero condemnauimus Philippum Saulij curatorem datum bonis Alexandri, & Io. Baptiſtæ Sauliorum abſentium dicto curatorio nomine, & eius perſona,ac miniſterio mediante bona dictorum Alexandri, & Ioan. Bapt. ad dandum, & ſoluendum Franciſco, & Ioſredo, & cuilibet eorum inſolidum, vnica tamen ſolutione ſufficiente,dictos ſcutos, N.vnà cum intereſſe paſſo, & patiendo per dictos actores occaſione dictæ partitę liquidando in executione pręſentis ſententiæ iuxta petita omni meliori modo, &c.ſubſtantialia verò motiua,ex quibus ad hęc iudicandum moti fuimus,ſunt infraſcripta.Actores, qui ſoluerunt li-
1 teras cambij Sauliorum ſuper † proteſtu pro honore eorum literarum crediti, & reputationis, & liberando eos à Samora,& Bonuiſiis,eorum negotia vtiliter geſſerunt.l.cum pecuniam.l.ſoluendo.ff.de neg.geſt. cum toto titulo pecunias ſolutas in eã cauſam à Saulijs repetere poſſunt,dicta l.cum pecuniam, & glo.d. l.ſoluendo, eorumque intentionem in præſenti iudicio fundatam habemus ex inſtrumẽto proteſti in cauſa exhibito,in quo conſtat de acceptatione literarum 1
dictorum de Saulijs ſub dicto proteſtu,& de promiſſione de ſoluendo pro Saulijs dictis de Bonuiſijs, conſtatque de ſolutione per confeſſionem Calandrini habentis complementum Lugduni pro Bonuiſijs eo adiuuatam à Pineo, qui erat præſens ſolutioni, de qua in proceſſu, & de complemento Calandrini conſtat per teſtes in cauſa examinatos: ex quib. omnibus ſatis cõſtat,ni cauillari velimus,actores habere intentionem fundatam in præſenti iudicio cõtra Saulios, ſolum reſtat reſpondere obiectis factis per eoſdem reos ad elidendam intentionem prætatorum actorum,quæ quidem nec in facto,nec in iure procedunt, minuſque in æquitate, & veritate mercatoria. Non obſtat primò, quòd dicti actores non obſeruauerint mandatum Sauliorum,de quo in eorum literis auiſi de ſoluendo, & ponendo ad debitum Andreæ Baliani dictos ſcutos, N.quia reſpondetur,quòd di-
2 cti actores mandatum † ſuſcipere noluerũt, vt in d. inſtrumento proteſtus,quod facere potuerunt ad eorum libitum.l. ſi mandauero.§. ſicut.ff. manda. cum ſimili.Nec acceptare,aut ſoluere voluerunt iuxta tenorem mandati, nec virtute mandati, ſed ſolùm, vt vtile negotium pro Sauliis gererent, prout fecerunt:
3 ideo hic non eſt quærendum de † obſeruatione dicti mandati non acceptati, ſed an negotium vtiliter ſit geſtum, prout re vera geſtum fuit ex ſupradictis, & quod non ſolùm iure communi optimè procedit per ſupradicta, ſed etiam in foro mercãtili quotidie obſeruatur,in quo quotidie multi ſimiles fiunt proteſtus,& à mercatoribus paſſim ſine aliqua difficultate obſeruatur,& fatentur ipſimet Saulij in eorũ literis Baliano directis,vt inferius dicetur, Nec obſtat quod ſines mandati diligenter ſunt ſeruandi.l.diligenter.ff. mandat, cum ſimilibus,& ſic actores non potuerunt diuidere
4 † mandatum de ſoluendo Bonuiſijs, & de dando debitum Baliano pro dicta quantitate ſcutorum replicatur enim quòd duo erãt mandata,vnum de ſoluendo,alterum de annotando ad debitum Baliani, & ſic erãt diuerſa facta,& diuerſis temporibus explicanda, iuxta doctrinam Ang.in l.2.C.de dona ante nup.Oldra.conſ.297.Bar.in l.Aurelius §. idem quæſijt.ff.de liber.legat.Feli.cap.cum inter de re iudica.vnde mãdatarij potuerunt exequi vnũ abſque altero,& ſic ſoluere Bonuiſiis abſq; eo,quod de d.quantitate darent debitum Baliano, vt probatur ex traditis per Dec.conſ. 430. Nam in caſu illo mãdatum fuerat illis de Gualterotis de emendo pannos,& vt merces in Neapolim tranſmitterent, & eis commiſſum fuerat, quòd facerent fieri aſſecurationes cum clauſula trabaltandi merces de naui onerata in aliam nauem vſque ad portum Neapolis, & mandatarij executi fuerunt,

vnum

vnum.ſ.de emendo,& tranſmittendo, ſed nõ fuerunt executi formam commiſſionis in faciendo fieri aſſecurationes ſub illa clauſula trabalcandi,&c. Agebatur per mandantes contra mandatarios tanquam culpoſos,& negligentes,ſed Decius eos defendit ab imputatione,& ad propoſitum facit dum ipſe Decius allegat,l. Celſus.ff.de arbit.& deciſionem Lucæ de pẽna, vt ibi per Decium,nu.8. vbi expreſsè ſenſit duo fuiſſe mandata , & vnum ſine altero potuiſſe exequi ſine culpa,& imputatione, & idem in ſimili cõſiderat Pariſ.conſ.47 num. 70. lib.1. vbi & ipſe Ang.d.l.Celſus conſiderat duo mandata , & vnum ſine altero ſaltem implere poſſe,& debere, vt ibi per eum:potuit itaque ex parte actorum acceptari , & exequi mandatum de ſoluendo Bonuiſiis, & non acceptari,nec exequi mãdatum de dando debitum Baliano , & maximè quia nihil imputari eis poteſt,ꝙ acceptauerint, executiq; fuerint illud mandatum de ſoluendo Bonuiſiis : quia imò acceptatio , & executio illius mandati ceſſit ad honorem,vtilitatem,& fauorem ipſorum Sauliorum, quia aliter litera eorum rediiſſet proteſtata cum eorum verecundia,& damno , quod quidem in præſenti cauſa videtur eſſe valde conſiderabile , & æquum , ex quibus remanet ipſos actores habere intentionem fundatam ad repetẽdum pecunias ſolutas pro Sauliis nedum ex actione,& materia negotiorum geſtorum, verùm etiam ex actione, & materia mandati toto tit. ff.mandat. At rurſus inſtant rei ex parte actorum non potuiſſe recuſari,quin daret debitum Baliano de dict. quantitate ſtante eo,quòd Balianus,vt aſſeritur,dederit ipſis actoribus ordinem de quo in allegatis literis Baliani. Sed reſpondetur primò,quòd de dictis literis non conſtat in proceſſu: Nam ille non fuerunt exhibitæ ab aliqua partium.& quoties fuit poſitum in eorum poſitionibus de dictis literis cum illa qualitate, *vi piacerà contraponerli al ſudetto mio credito* , toties per actores fuit negatum. Præterea dato ſine veri præiudicio, quòd de dictis literis conſtaret , attamen conſtat per dictum proteſtum,ꝙ talem mandatum,& ordinem præfati actores acceptare noluerunt. Quod & clarius conſtat per literas actorum directas Baliano in præſenti iudicio per Saulios exhibitas , in quibus expreſsè conſtat actores noluiſſe tale mandatum , & ordinem Baliani acceptare , ſed voluiſſe ſoluere ſub proteſtu non obſtante dicto ordine , *tenendo vn conto à parte*,prout in dictis literis,& prout dicti actores tenuerunt,vt ex prædictis literis. Præterea eſto , & non
5 conceſſo , quod actores acceptaſſent dictum † ordinem,tamen non ex eo fuiſſet quęſita actio Sauliis tertiis perſonis,cum regulariter alteri per alterum actio non acquiratur,toto titulo.C.per quas perſonas nob. acqu. & ſi quæ actio alicui competeret ex d. ordine, & mandato illa competeret ipſi Baliano mãdati,quatenus tamen eius mãdatum fuiſſet acceptatum, quod non fuit,vt eſt ſupra dictum , vnde ceſſat præſuppoſitum,& ceſſat tex.in l.ſi pupilli.§. ſiquis pecuniam. ff. de neg. geſt.vbi præſupponit acceptatio mãdati: Nec præmiſſis obſtat, quòd imò ſtante aſſerta remiſſa Baliani actores tenebantur exequi ordinem, & mandatum ex conſuetudine , & ſtylo mercatorio iuxta titulata per ipſos reos : Nam replicatur primò allegatam conſuetudinem,& ſtylum non fuiſſe legitimè,& concludenter probatum iuxta nota per Doct.in l. de quibus.ff.de legib.vltra quòd multos defectus patiuntur teſtes examinati ex cauſa amicitiæ,& attinentiæ,plures ex ipſis teſtibus examinatis ad inſtãtiam ipſorum reorum deponunt, & fatentur expreſsè ſuper interrogatoriis,quòd ſi ille,cui fuerit facta remiſſa, ſit creditor remittentis, vel credit poſſe eſſe creditorem dicti
6 remittentis,tunc bene recepit pecunias † remiſſas,ſed in reliquis non ſeruat eius ordinem,& maximè quando ille,cui ſit remiſſa,timet de ruptura, & fallimento remittentis,ita deponit,& fatetur primus teſtis Benedictus de Prementorio ſuper tit.2.ſuper interrogatoriis.3.4.5.9.vbi expreſsè reſpõdet , ꝙ & ipſe teſtis ita faceret,& quilibet diligens, & fidelis mercator ita faceret , idem deponit ſuper ſexto titulo ſuper interrogatorio.5.idẽ deponit,& fatetur ſecundus teſtis Ioannes Baptiſta Pinellus , Idem quintus teſtis Obertus Centurionus, idem ſextus teſtis Pantaleon Gentilis, idem octauus teſtis Benedictus Gentilis , qui omnes deponunt,& fatentur prædicta in interrogatoriis eſſe vera,& quod ipſi ita ſeruarent,& facerent , vnde cum ipſi actores eſſent creditores Baliani remittentis , vel eſſe poſſent pro pluribus tractis per dictos actores ſolutis ex ordine Baliani,vt in poſitionibus,& timerent de eius ruptura , prout & euentus docuit , potuerunt ordinem in reliquis non ſeruare , iuxta depoſita per ipſos teſtes, quibus ſtandum eſt in hoc contra producentes , cum ab eis fuerint approbati , iuxta Roman. conſ.104. cum ſimilib.& nouiſſimè Soc.in conſ. 69. num.11.lib.1. vbi plus dicit,quòd tunc etiam vni ſoli teſti fides præſtanda eſt , & credi debet in hoc contra producentes. His ſtantibus non poteſt dici Saulios fuiſſe liberatos ab actoribus ex aſſerta delegatione
7 † nominis Baliani,eidẽ facta per Saulios,iuxta doctr. Bar.in l.ſingularia, vbi loquitur de campſore delegato,qui poſtea rupit: Nam in propoſito ceſſant termini habiles,& requiſiti ab huiuſmodi fundamẽto,vt enim procedat doctrina Bar. requirebatur inter alia quod Balianus eſſet debitor Sauliorum , & quòd tanquam debitor ipſorum ex ſtipula promiſiſſet, & ſe obligaſſet actorib.& ꝙ iſti actores acceptaſſent ipſum Balianum tanquam ſibi delegatum a Sauliis,quæ non concurrunt in propoſito noſtro , imò expreſsè conſtat, quòd ipſi actores recuſarunt acceptare ordinem Baliani , & recuſarunt acceptare ordinem & mandatum Sauliorum,vt ex proceſſu,& literis pręallegatis,vnde ceſſat potiſſimum requiſitum,& ita ſecundũ præmiſſa conſuluit ſolemniter Alex conſ.173.lib.7.& idẽ poſt alios celeberrimos conſulentes conſuluit , conſil. 60. lib.6.& in illo caſu idem conſuluit copioſè Bart. cõſ. 37.lib.1.& idem tradit Alex conſ 95 lib. 3. & Barba. conſ.94.præcedenti,& Palleotus,conſ.96.ſubſequẽti,& idem ſolemniter tradit Soc.conſ.267.vol. 2.& in l.qui vſumfructum,num.11.verſ.ſed circa præmiſſam concluſionem ff. de verb. oblig. & nouiſſimè Zaſius, conſ.10.lib.2.vbi in ſpecie loquitur ſtãte proteſtu,& vt per Doct.alibi ſæpe. Poſtremò res videbatur carere difficultate ſtantibus literis Sauliorum ad Balianũ poſt proteſtum,ſolutionẽ,& omnia prædicta , in quibus expreſsè fatentur ſe remanere obligatos pro dictis actoribus occaſione prædicta, reflectendo in ipſum Balianum dictam particam,& vt latius in ipſis literis,ex quibus manifeſtiſſimè deprehenditur,ꝙ Saulij hoc negotium mercantile ita intelligant, & faciũt
8 ſententiam ipſimet contra ſeipſos , quæ literæ † licèt ſint directæ tertio,videlicet Baliano,ſemper probant contra ſcribẽtem ad fauorem tertij, qui eas acceptat, & eis vtitur,iuxta tradita per Decium in c.2.col.5.de fid.inſtrum.& nouiſſimè per Crauettã tract.de antiq. temp.par.1.nu.287.cum ſimilibus,& ſic probant pro actoribus,qui illis vtuntur eas producendo in pręſenti iudicio, Nec obſtat, ꝙ in vna ex dictis literis dicatur(de ribalderia,)quia eſto,non tñ conceſſo,ꝙ aſſerta eſſent vera, tamen cum ipſimet Saulij ſcientes , &

de aſſerta ribalderia in eiſdem literis cogitantes, ea
non obſtante fatentur ſe obligatos, equidem potue-
9 runt ſibi præiudicare, cùm † dolo de præterito poſſit
renuntiari quando de eo fuit cogitatum, prout in ſpe-
cie admittit, & fatetur Pariſ. conſ. 90. n. 34. lib. 1. ſed
negatur eſſe ribalderia ſtantibus præmiſſis, tam ex iu-
ris diſpoſitione, quàm etiã ex ſtylo mercatorio, prout
apparet ex depoſitionibus plurium teſtium examina-
torum ad inſtãtiam reorũ, qui ſuper interrogatoriis,
vt dictum eſt, fatentur, ꝙ diligentes, & fideles merca-
tores ita facerent, & ꝙ etiam ipſimet teſtes ita face-
rent: ex quibus patet nil poſſe imputari ipſis actorib.
imò videbatur ex parte Sauliorũ ipſis actoribus fuiſ-
ſe, & eſſe agendas & habendas gratias, quòd in eiuſ-
modi facto, & negotio non permiſerunt eorũ literas
redire proteſtatas, quod quidem ceſſiſſet ad ipſorum
Sauliorum maximam verecundiam, & damnum: ex
his principalioribus fundamentis, omiſſis aliis oppo-
ſitis tanquã friuolis, & quæ conſideranda non viden-
tur in præſenti negotio mercatorio, vbi ſecundum
veritatem, & æquitatem iudicandum eſſe Doctores
paſſim affirmant, moti fuimus ad ſic in iudicandum
10 reſpectu capitalis. Quò autem ad intereſſe † nõ opus
eſt inſiſtere: quia res nullam habet difficultatem, cum
ipſi actores mercatores ſint, & ſoliti exercere eorum
pecunias ſuper cambiis, & quas ſi habuiſſent ſuper
cambiis poſuiſſent, & tantum lucrati fuiſſent, iuxta
vulgatam doctrinam Paul. de Caſtr. in l. 3. §. nunc de
officio. ff. de eo, ꝙ cet. loco, quam ſequitur Dec. conſ.
39. & conſ. 322. Afflict. deciſ. 20. Anchar. conſ. 149.
& tradunt Canoniſtæ in cap. ſalubriter de vſur. cum
concordantibus.

DECISIO XX.

Nautum patroni in mari tenentur reddere rationem ſingulis particip. bus, nec ſe excuſare poſſunt, eò, quòd teneantur eam reddere patronis in terra.

SVMMARIVM.

1 Conſuetudo reddendi rationem de adminiſtratione patroni nauis in mari quæ.

2 Præſcriptio aduerſus actionem petendæ redditionis rationis de rebus accommendatis.

3 Habens duas perſonas, quarũ vna ſit priuilegiata, an conueniri poßit contra priuilegium de nõ pertinentibus ad perſonam priuilegiatam, & an vna perſona confundantur cum alia, & num. 11.

4 Præſcriptio triginta annorum, an habeat locum contra actionem perſonalem.

5 In conflictu opinionum adhærendum eſt diſtinguenti.

6 Aliena negotia adminiſtrans tenetur rationem reddere.

7 Fundans ſe ſuper cõſuetudine debet probare eam præſcriptam.

8 Teſtibus, qui ex dicto poſſunt reportare commodum, non creditur.

9 Non obſeruans pro ſui parte conſuetudinem non poteſt ſuper ea ſe fundare.

10 Statuta non extenduntur de perſona ad perſonã, nec de ſimili ad ſimile.

12 Nec de ſimplici ad mixtum.

13 Exiſtens in mala fide non præſcribit, neque etiam in perſonalibus.

14 Limitatio regulæ, quãdo exceptio firmat regulã, & quòd excluſio vnius ſit incluſio alterius.

NAVIM portionibus imparibus com-
munem habebant, Vrſi fratres Neapo-
litani, Cauus, Canetus, & Caneualis
Genuẽſes, huius nauis participes om-
nes concordi voto conſtituerũt Cauũ
patronum in mari, & Canetũ patronũ in terra, Cauus
perfecit plures nauigationes, Caneualis, cui à Cauo
nunquam fuit reddita vlla ratio dictæ nauis, eiuſq; na-
uigationum, petiit eam ſibi reddi, Cauus ſe defendit
ex tribus videlicet ex conſuetudine, ex præſcriptione,
& ex re iudicata. ¶ Ex conſuetudine, quia ipſe fuit à
particip. creatus patronus in mari, cum honoribus &
1 oneribus ſolitis, & conſuetis, ſed ex cõſuetudine † pa-
troni in mari non reddunt rationem participib. ſed eã
reddunt patrono in terra, & ipſe poſtea eam reddit
participib. vt fuit probatum, ergo non tenetur ad hãc
rationem. l. 1. §. igitur præpoſitio. ff de exercit. actio.
id, quod tanto magis videtur dicendum in noſtro ca-
ſu, vbi patronus in terra fuit conſtitutus ab ipſiſmet
participibus nedum de eorum cõſenſu. ¶ Ex præſcri-
ptione tam ſtatutaria, quàm iuris communis videtur
2 etiam abſoluen. Statutaria † quidem, quia iam ſunt
elapſi ſex anni poſtquam recepit res ſocietatis, videli-
cet ipſam nauim communem, & palàm reddidit: quo
caſu ſtatutum de eo, qui facta accommẽdatione, tol-
lit omne ius agendi: communi verò, quia non tantùm
ſex, ſed plusquam triginta anni ab eius redditu iam
tranſierunt, ex quo tempore videtur tutus à reddenda
ratione, cum per tantum tempus tollantur etiã actio-
nes perſonales. l. ſicut. C. de præſcrip. 30. ann. cum ſi-
mil. Nec contra ſtatutariam obſtare videtur, ꝙ non
ſimus in materia ſocij, ſed in materia magiſtri nauis:
reſponderi enim poſſe videtur, ꝙ quamuis iſte eſſet
nauis magiſter, tamẽ erat etiam in eadem naui ſocius
& receperat res ſocietatis, videlicet ipſam nauim, vn-
de in eo tanquam ſocio militat ſtatuti diſpoſitio, vt
patet ad ſenſum. Nec releuare videtur, ꝙ iſte conue-
niatur tanquam magiſter, non tanquam ſocius, ideo
ceſſet ſtatuti diſpoſitio: reſponderi enim poſſe vide-
tur, quòd in hoc negotio impoſſibile eſt hunc conue-
niri, quin conueniatur etiam tanquam ſocius, cum in
eodem ſit ſocius, & magiſter, & propterea ſemper
militat ſtatutum, & tantò magis militat, quia quãuis
3 quis habeat † duas perſonas, altera quarum ſit priui-
legiata, ne poſſit conueniri: altera careat hoc priuile-
gio, tamen ſi ex perſona non priuilegiata, etiã in cau-
ſa nihil connexitatis habente cum perſona priuilegia-
ta, conueniatur, priuilegium ei deſeruit in vtraq; per-
ſona, facitque ne ex alterutra poſſit conueniri. l. ſed ſi
hac. §. ſemper. ff. de in ius vocan. quamuis igitur iſte
conueniatur tanquam magiſter ad reddendam ratio-
nem, tamen cum conueniatur ex cauſa ita connexa cũ
perſona ſociali, vt ſit vna, & eadẽ cauſa, proculdubio
ſtatutum prohibens eum ex cauſa ſocietatis cõueniri
poſt ſex annos militabit quoq;, ſi ex eadẽ cõueniatur
tanquã magiſter, ne calũnioſè videatur adinuẽtus co-
lor, vel titulus actionis ad euitãdã ſtatuti diſpoſitionẽ.

Contra

Contra præſcriptionem verò iuris communis nõ ob-
ſtare videtur, ſi dicatur, ꝙ ea non currat, cũ mala fide
de iure can. ſecundùm magis communem opinionẽ,
de qua poſt alios Gabriel in cõ. concl. tit. de preſcrip.
concl. 3. negari.n. pũt iſta mala fides, immo pòt con-
tendi, ꝙ reus eſſet in bona fide, ſtante cõſuetudine per
eum probata, ꝙ magiſter nauis non teneatur, nec ſo-
litus ſit reddere rationẽ participib ſed tantummodo
patrono in terra: qua ſtante ipſe eſt in bona fide non
reddendo rationem, & propterea per triginta annos
optimè præſcribit, ne ex dicta cauſa poſſit conueniri:
quia vbi adeſt bona fides, etiã ius canonicum admit-
tit præſcriptionem actionum perſonalium, vt in locis
communibus, ſed qñ etiam de iure eſſet obligatus ad
rationem reddendam (circumſcripta quacunque con-
ſuetudine) ſciuiſſetque, vel nõ ſciuiſſet ſe teneri ad eã
reddendam, tñ cũ Benedictus Caneuarius ſcitet reum
teneri ad rationem reddendam, & per tantum tempus
tacuerit, adhuc dicẽdum eſt, ꝙ locum habeat preſcri-
4 ptio † triginta annorum contra iſtam actionem perſo-
nalẽ ex diſtinctione in hac materia tradita per Vaſq.
de controu. Ill. cap. 76. nu. 8. vſque ad finẽ, c. cui opin.
videtur adhærẽdum, tum quia ex illa diſtinctione de-
mõſtratur, ꝙ in primis trib. caſib. per eum propoſitis
(inter quos eſt iſte noſter,) ceſſat mala fides præſcri-
bentis, & ideo ceſſat fundamentum tenentium cõtra-
riam opinionem, tum quia in conflictu opin. (qualis
eſt iſta, in qua non deſunt vtrinque tenẽtes ſuam opi-
nionem eſſe communem, & veriorem) adhærendum
5 † eſt opinioni diſtinguenti magis, quam illi, quæ ſim-
pliciter loquendo nihil diſtinguat, vt per Doct. rela-
tos à Borgni, in tract. de vſuſr. muli. reli. num. 2. & ab
Aſin. in praxi. § 4. cap. 10. nu 9. Ex re iudicata videtur
etiam reus abſoluendus: quia iſta cauſa, & omnis alia
eorum differentia iam multis ab hinc annis fuit deci-
ſa per arbitros, ergo, &c. Nec releuare videtur quòd
compromiſſum fuerit factũ inter alios: reſponderi. n.
poſſe videtur in eo compromiſſo comprehẽdi etiam
Benedictum, id ꝙ ex eius lectura ſatis patere vr̃, dũ à
dicto cõpromiſſo excipiunt quaſdã ſuas lites, & con-
trouerſias: adeo ꝙ vnius excluſio, eſt alterius incluſio,
& exceptio firmat diſpoſitionem in caſib. nõ exceptis
iurib. vulgar. &c. ¶ Quibus tamen non obſtantib. fuit
deciſum in Rota, ꝙ teneatur ad reddendam rationem
6 ex communi, & vulgata regula, ꝙ quilibet aliena † ne-
gotia adminiſtrans tenetur rationẽ reddere. l. 1. §. of-
ficio. ff. tutel. & ratio. diſtrahen. l. quædam. ff. de eden.
& vbiq; Doct. cum vulg. &c. Non obſtat allegata cõ-
ſuetudo, quoniã qui contra regulas iuris vult ſe tueri,
ex aliqua conſuetudine eã ipſe probare tenetur, Bart.
in l. de quib. in 4. quæſt. ff. de leg. Dec. conſ. 402. nu.
21. & ad probandam cõſuetudinem, plurima ſunt ne-
ceſſaria, de quib. per Dec. conſ. 205. in 2. q. & 483.
nu. 25. vbi de communi atteſtatur, quæ in hac cauſa
minimè probata fuere, vt ex lectura teſtium, facilè eſt
videre, cum nec deponant de viſu actuum, nec de ip-
ſorum actuum frequentia, nec ita tales actus factos
fuiſſe probent, ex quib. voluntalis populi conſenſus
7 deprehendatur, ergò, &c. Præterea fundãs † ſe in cõ-
ſuetudine, intelligitur de conſuetudine præſcripta, &
ad præſcriptionẽ cõſuetudinis, cum agitur de re, quæ
non habet cauſam continuam. (vt in caſu noſtro) re-
quiritur tantũ tempus, cuius initij memoria nõ extet,
vt per Dec. d. conſ. 483. nu. 26. ſed hęc nemo ex teſti-
bus aſſeruit, ergo, &c. ſed eſt etiam animaduertendũ,
quòd teſtes omnes examinati tractant de ſe exonerã-
do, cum quilibet eorum aſſerat ſe fuiſſe patronum na-
8 uium in mari, ſic ex ſuo dicto poterant † reportare
commodũ, cum vellent liberari à redditione rationis
participibus nauium dominis debita, vnde nulla eis eſt
adhibenda fides. l. omnib. & ibi nota. C. de teſtibus. l.
nullus. ff. eodem, Alex. conſ. 159. nu. 8 vol. 6. maximè
cum tractent de probanda conſuetudine, quę ſi ex eo-
rũ dictis haberetur pro probata, & in iudicio admit-
teretur, & ſecundũ eam iudicaretur, poſſent poſtmo-
dum de ea excipere tanquã in iudicio obtenta, vnde
omnino ſunt repellendi, vt per Feli. in c. perſonas de
teſti. qui in iſtis terminis loquitur. Prætetea quando
etiã talis conſuetudo probata fuiſſet, (quod tamẽ ve-
rum non eſt, vt ex ſupradictis oſtenſum fuit) adhuc ni-
hil obſtaret, cum ex dictis teſtium habeatur ꝙ patro-
nus in mari reddit rationem partono in terra, qui po-
ſtea eam reddit dominis. At hic non fuit oſtenſum eũ
reddidiſſe rationem patrono in terra, & ſic non pro-
9 bauit ſeipſum obſeruaſſe † conſuetùdinem, & ex ſuo
latere adimpleuiſſe adimplenda, ergo non debet poſ-
ſe de aſſerta conſuetudine ſe iuuare, & excipere, arg. l.
Iulianus. § offerri, & eorum, quæ ibi notantur. ff. de
actio. empt. ¶ Non obſtat quòd patronus in terra fue-
rit conſtitutus de conſenſu omnium participum: Nã
per hoc non tollitur obligatio dicti patroni in mari
orta ex eo, ꝙ nauim adminiſtrauerit, & aliena geſſerit
negotia Non obſtat allegata ſtatutaria præſcriptio:
Nam ſtatutum mentionem tantummodo facit de ſo-
cio, & accomendatore, quibus negotia, vel merces
vendendæ ſunt commiſſæ: nullum autem verbũ in eo
de magiſtro, vel patrono nauis, cum ergo verba non
conueniant, nec militat diſpoſitio. l. quarta §. quoties,
vbi Bar. ff. de dam. infect. l. ita autem in prin. ff. de ad-
miniſt. tutel. cum vulga. maximè cum ſimus in ſtatuto
odioſo, & exorbitanti à iure communi, quo caſu ſtri-
ctè eſt capienda interpretatio, Dec. conſ. 49. nu. 5. &
conſ. 196. nu. 4. & tantum diſponit, quãtum verba eius
loquuntur, Dec. 669. nu. 7. nec ab eis eſt recedendum,
Dec. conſ. 442. cum ſimil. maximè ſtante ſtatuto de
extrin. intell. quo cauetur ſtatuta eſſe intelligenda,
prout litera iacet: vnde non poteſt includi magiſter
nauis, qui in ſtatuto nunquam eſt nominatus, qui ſi in-
10 cluderetur eſſet extendere † diſpoſitionem de perſo-
na ad perſonam, vel de ſimilibus ad ſimilia, quod mi-
nimè licitum eſt, vt per eundem Dec. conſ 451. nu. 6.
& 645. num 8 Nec obſtat quod dicitur, ꝙ cum idem
magiſter nauis eſſet, etiã ſocius, videtur recepiſſe res
ſocietatis, & eas adminiſtraſſe. Nam verum eſt quòd
erat ſocius, & particeps in domino nauis, ſed ei non
fuit tradita nauis gubernatio tanquam ſocio, & parti-
cipi in ea, ſed ſimpliciter fuit ei præpoſitus vti magi-
ſter, & patronus in mari: vnde non poſſumus dicere
quòd potuerit accipere tanquam ſocius, cum habea-
mus claram, & apertam diſpoſitionem patronatus,
quæ longè diſtat a ſocietate, vt omnibus eſt notum,
& ſic nullus remanet locus coniecturis. l. continuus.
ff. de verb. obligat. Pariſ. conſilio 33. numero 37.
volum. 2. ¶ Minus obſtat, quòd cum ipſe fuerit &
t t ſocius, & magiſter ex forma ſtatuti, vti ſocius ſit † pri-
uilegiatus, non debet etiam poſſe conueniri vti ma-
giſter, iux. l. ſed ſi hac. §. ſemper. ff. de in ius vocan.
Nam reſpondetur legem illam hoc ſtatuiſſe ob reue-
rentiam patrono debitam in præmium donatę liber-
tatis, vt quocunque nomine conueniantur, ei ſem-
per debeatur reuerentia, cum qualitas illa ſit inſepa-
rabilis, quòd ſecus eſt in caſu noſtro, cum poſſit
nunc eſſe ſocius, cras verò non eſſe, & cum lex illa
hoc tradat in priuilegium patrono cum libertis, non
eſt ad alios caſus extendenda, Bald. in l. 1. in princ. C.
de legib. Dec. in conſil. 516. numer. 27. maximè cum
non

Digitized by Google

non militet ratio reuerentiæ ab illa lege conſiderata: quapropter nec militare poteſt eius diſpoſitio vulg.l. adigere.§.quamuis.ff.de iur.patro.cum ſimi.Vlterius cum iſte fuerit & ſocius, & magiſter vtiq; dicitur caſus mixtus,cum ergo ſtatutum loquatur tantũ in caſu
12 † ſimplici,& ſit odioſum,non poteſt extẽdi ad caſum mixtum,vt per Bar.in l.2.in prin.& ibi Alex.ff.de ver. oblig.Anchar.conſ.36.Dec.conſ.133.num.1.ex quib. omnibus remanet ſublatum, ꝙ de præſcriptione ſtatutaria obiiciebatur, Nec obſtat allegata præſcriptio iuris communis: Nam (præterquã quòd præſcriptio non potuit incipere niſi à die finitæ ſocietatis, Cauus autem non docuit in proceſſu eam vnquam finitam, vnde præſumitur adhuc durare) dicitur ꝙ eius mala fides abſtulit ei facultatem præſcribendi, quoniam Cauus,cum(ceſſante aſſerta contraria conſuetudine, vt ſupra fuit demonſtratum,) de iure eſſet obligatus ad reddendam rationem, & eã nunquam reddiderit actori,vel etiam patrono in terra, ꝙ vllibi conſtet in proceſſu,non poteſt inficiari ſuam malam fidẽ, vt pa-
13 tet ad ſenſum,cum fuerit in mala † fide, proculdubio nec per annos triginta, nec in æternũ potuit præſcribere.c.poſſeſſor de reg.iur.in 6.c.fin.de præſcrip.quę iura procedunt etiam in actionib. perſonalib. vt poſt alios tradunt Bald. de præſcript. par. 2. tertiæ partis, prin.quæſt.13.per tot.& par.4.quartę par.prin.quęſt. 1.ſub nu.3.Gabriel.in comm.concl.tit.de præſcript. concl.3.qui poſt alios à ſe relatos atteſtantur hãc eſſe magis receptam, & communiorem Doct.ſentẽtiam, & idem teſtatur Vaſqui.ſupra in contrarium alleg.de contro.Ill.c.76.nu. 8. Nec contra eam obſtat diſtinctio dicti Vaſquij:quoniam ipſa nullo iure fundatur, vnde erubeſcimus cum ſine lege loquimur,& eius diſtinctio non concordat leges contrarias, ſed in ipſiſmet terminis,in quibus Doct. conſiderant malã fidẽ, & propterea non admittunt præſcriptionem,ipſe fingit adeſſe bonam fidem,ꝙ eſt falſum, & inducit præſcriptionem,ꝙ eſt iuri contrarium: equidem ſubtilis eſt eius opinio, ſed non tamen ex huiuſmodi ſubtilitatibus poteſt in iudicando recedi ab opi. cõmunib. ſeu magis communib.iuribus,vulg.& tantò minus. i. faciendum ex prædicta ſing.opin. Vaſquij, cum ipſemet aliàs contrarium docuerit, videlicet in tract. de ſucceſſ.creatio.§.10.nu.34.& §.21.n.119.& in iis locis dicat eam opi.eſſe veriorem,& communiorem: Non obſtat exceptio rei iudicatæ:quia reſpondetur, quòd compromiſſum fuit factum tantummodo inter Vrſos ex vna,& inter Cauum, Canetum, & Canealem inuicem,nullum fuit factum compromiſſum, vt clarè demonſtrant verba compromiſſi,quæ non indigẽt interpretatione, & id oſtendunt etiam ipſæ ſententiæ, quæ fuerunt latæ ſolum inter Vrſos ex vna,& Genuẽſes ex altera,non autem inter ipſos inuicem Genuenſes,& dicta reſeruatio nihil ponit in eſſe,ſed facta fuit ad tollendam omnem cauillationem,cum controuerſiæ verſuræ inter ipſos inuicem Genuenſes haberent originem ab eodem nauali negotio,à quo inter ipſos Genuenſes ex vna,& Vrſos ex altera,ortæ erant lites, ſuper quibus fuerat compromiſſum, & poſita fuerit dicta reſeruatio ad diminuẽdum poteſtatem arbitrorum,vnde non potuit operari augmentũ.l.legata inu-
14 tiliter.ff.de leg.1.& regula ꝙ exceptio † firmet regulam in caſibus non exceptis limitatur,vt nõ procedat quando exceptio eſt de non comprehenſis in regula, vel quando exceptio eſt incepta,Fel.in c. quoniã frequenter,num.1.vt lit.non conteſt.Dec.& Cagn. in l. 1.ff.de reg.iur. Tiraq.de retract.lib.1.ad fin.tit.n.94. & ſeq.exceptio facta in dicto compromiſſo eſt huiuſmodi,vt patet ad ſenſum,ergo, &c. Pariter etiam regula, ꝙ vnius excluſio ſit alterius incluſio limitatur, vt non procedat quando contrarium apparet de voluntate diſponentium,Iaſ.in l.1.§.adipiſcimur, nu. 4. de acq.poſſ.in hoc caſu conſtat de contraria volũtate contrahentium,vt patet ad literam ex dicto compromiſſo,ergo,&c. ſed quãdo etiam inter ipſos inuicem Genuenſes factum fuiſſet compromiſſum, tamen inter eos nulla fuit facta ſententia: vnde nõ poteſt procedere aliqua rei iudicatæ exceptio, cum non entis nullæ ſint qualitates.l.eius,qui.ff.ſi cert.pet.c.ad diſſoluendum,de deſponſ. impub. &c. & quando etiam inter ipſos lata fuiſſet aliqua ſententia, tamen nõ obſtaret res iudicata in toto negotio, ſed tantùm in illis particulis, ſuper quibus iudicatum fuiſſet, vel ſaltem cognitum,& diſceptatum: adeo ꝙ ſi per ſententiam nõ fuiſſent expreſsè deciſæ, ſaltem tacitè dici poſſent reiectæ,vt per Bal.conſ.187.n.3.vol.1.Feli. & Doct. in cap. ſuborta de rei iud. & per alios in locis cõmunibus.At in noſtro caſu non ſolum nihil fuit vnquam deciſum ſuper negotio Canealis,de quo nũc agitur, imò nec etiam de illo apparet aliquid vnquã tractatum,ergo, &c. Nec quicquam faciunt illæ generales abſolutiones appoſitæ in illis ſententiis arbitramentalibus: quoniam omnes ſunt inter Canealẽ ex vna, & Vrſos ex altera,vt patet ad literam,ſed inter Canealem ex vna, & Cauum, ac Canetũ ex altera ne verbum quidem in omnibus illis ſententiis, ergo nulla eſt res iudicata,quæ in caſu, de quo agitur poſſit operari,& vbi verſaremur in dubio,an obſtaret necne res iudicata, ſemper in dubio pronunciandum eſſet eam non obſtare:quoniam ita minus læderentur iura partium,vt poſt alios tradit Soc.Iun.conſ.181.n. 85.li.2. ſed nos ſumus in claris,ergo,&c. Et ex præmiſſis Rota cenſuit non obſtare conſuetudinem præſcriptionẽ ſtatutariam, vel communem nec rem iudicatam, & propterea condemnauit reum ad reddendam rationẽ iuxta petita. Laus Deo Opt. Max.

DECISIO XXI.

Obligans cedere, & non cedẽs tenetur ad pretium rei,ad quam facienda erat ceſſio,& ad intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum,& apocha priuata probant.*
2 *Obligatus ad factum non adimpletum tenetur ad intereſſe.*
3 *Scripturæ exhibitæ, cui intra tempus perfixum non fuit oppoſitum,adhibenda eſt fides.*
4 *Sententia continens incertam quantitatem, an & quando valeat.*
5 *Vbi proceditur de facto ſententia incerta valet, & petitio.*
6 *Coram mercatoribus valet petitio, & ſententia incerta.*
7 *Si petitioni incertæ non opponitur, ſententia incerta valet.*
8 *Clauſula poſita in compromiſſo de ſententiando partibus præſentibus, vel abſentibus quid operetur.*

9 Clauſu-

9 *Clauſula de iure, & de facto poſita in compromiſſo quid operetur.*
10 *Conſuetudo ſcripta non indiget probatione.*
11 *Laudum æquiparatur tranſactioni.*
12 *Inſtrumentum promiſſionis facti poteſt exequi pro intereſſe.*
13 *Intromiſſio ſuperioris facit ceſſare baliam iudicis ordinarij.*
14 *Iudex competens in principali, an ſit competens in incidenti.*
15 *An inſtrumentum poſſit exequi quò ad ea, quæ per indirectum veniunt in ipſo.*
16 *Interpretatio lata quãdo admittatur in ſtatuto.*
17 *Socius an de geſtis per procuratorem conſtitutum de voluntate ſocij liberatus cenſeatur.*
18 *Verba propter aliud prolata non diſponunt.*
19 *Enunciatiua trahentia originem aliunde non probant.*

AGENTE Nicolao de Auria contra
Dominicum de aurea eius conſobri-
num ex eo, ꝙ cum dictus Dominicus
emiſſet ſextaria oleorum ab vniuerſi-
tate, & hominibus Sancti Petri in Ga-
latina, & ex dictis ſextariis fecerit, participem dictum
Nicolaum de ſextarijs, N. prætendenteque dicto Ni-
colao cum dictorum oleorum pretium integrũ, tum
& eorum lucra, & intereſſe proueniens à declaratio-
ne Regia, qua verſus dictum Dominicum prædicta
vniuerſitas reſpectu dictorum oleorum fuit condem-
nata, ad manus dicti Domin. perueniſſe, cumque hac
de re inter Dominicum, & Nicolaum fuerit factum
compromiſſum, eiuſque vigore fuerit pronuntiatum
dictum Dominicum teneri ad faciendum ceſſionem
dicto Nicolao, tam de capitali, quam de intereſſe de-
clarato à Sacro Regio conſilio Neapolis de rata ad
eundem Nicolaum ſpectante verſus vniuerſitatem:
Rota pluries ſuper hoc negotio habito colloquio, ſę-
pius auditis ambarum partium aduocatis, eorumque
allegationibus plenè diſcuſſis, cõcluſit partes iuſtitiæ
fore, in cõdemnando dictum Dominicum, prout ip-
ſum condemnauit, ſtante impoſſibilitate cedendi iura
contra dictam vniuerſitatem ad dandum, & ſoluendũ
pretium, & intereſſe declaratum per conſilium Regiũ
eidem Nicolao pro ſua participatione ſpectãs, & per
dictum Dominicum, ſiue eius procuratorem exactũ,
ex his præcipuè mota fundamentis. ¶ Et primò, quia
dictus agens tum ex inſtrumento publico, & appodi-
ſia priuata ipſius conuenti, tum etiam ex ſententia ar-
bitrali ſatis abundè fundauit intentionem ſuam: intẽ-
tio enim agentis in duobus tantum conſiſtit, in pro-
bendo. ſ. ſuam participationem, & in docendo, quòd
d. conuentus ad faciendum dictam ceſſionem fuerit
condemnatus. primum deducitur ex inſtrumentis pu-
blicis, & appodiſia priuata ipſius Domin. quæ omnia
1 plenè probant: inſtrumentum † enim dicitur proba-
tio probata Bald. in l. quoties. ff. de iud. & in auth. qui
ſemel. C. quomodo & quando iud. Iaſon. l. admonen-
di, num. 154. de iur. iur. cum aliis, de quibus per Ti-
raq. in ſuo retracta. §. 2. gloſ prima, num. 20. & de ap-
podiſia habemus vulgatam. l. Publia. §. fin. ff. depoſit.
& per Bald. & Doct. in l. exemplo, & in epiſtolis. C.
de probat. Bald. in rub. C. de fid. inſtru. & per cæteros
in d. l. admonendi de iur. iur. ¶ Secundò, deducitur ex
ſententia arbitrali tranſacta per multos iam menſes
in iudicatum, quæ facit ius inter partes. l. ingenuum.
ff. de ſtat. homin. cuius quidem ſententiæ rigore cum
dictus Dominicus teneatur ceſſionem facere dicto
Nicolao reſpectu ſuæ participationis, & ita cum ad
2 factum † teneatur hodie impoſſibile adimplendum,
prout ipſemet reſpondens petioni faſſus eſt, exactis
iam per eum, ſeu eius nomine omnibus exigendis à
prædicta vniuerſitate, per quam exactionem ſecuta
eſt liberatio. §. primo inſtit. quib. mod. tolli oblig. ſe-
quitur neceſſario, quòd ille, qui tenebatur facere ceſ-
ſionem, & tradere libros, & inſtrument. ex quibus
vniuerſitas cõuinci poſſet, cum hodię facere nequeat,
iure merito teneatur ad intereſſe, & ad pretium rei,
ad quam debebat fieri ceſſio. l. ſtipulationes non di-
uiduntur. §. Celſus, & ibi Doctor. communiter. ff. de
verbo. obligat. l. ſi quis ab alio. ff. de iud. Socin. conſ.
quarto, numer. 3. volum. tertio. Dec. conſil. 503. num.
ſecundo, volum. quarto, & in ſententia arbitrali qui
tenetur facere, & non facit, tenetur ad intereſſe, ita
Bald. cõſ. 347. præmittendum eſt in fin. volum. tertio,
& Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur, citata quæſt.
nona, in fi. notabiliter dicit, quòd intereſſe reputatur
idem cum facto. Nec viſum fuit Rotæ obſtare mul-
ta, quæ per dictum Dominicum obiiciebantur aduer-
ſus iura dicti actoris, &c. ¶ Primò, quod de ſententia
illa arbitrali legitimè non conſtaret, ex quo rogatum
de ea non apparebat fuiſſe notarium, licèt aſſerat ſe
talem, at dicebat Specul. in tit. de inſtr. edict. §. reſtat
verſ. illud autem notandum, num. 39. quia ad hoc re-
ſpondet Sali. in l. fin. numero primo. C. de fid. inſtr.
vbi dicit, quòd ſi parti, contra quam producitur in-
3 ſtrumentum, ſiue alia publica † ſcriptura, terminus
fuerit præfixus ad opponendum, & nihil oppoſuit,
quòd fides tali ſcripturæ adhibenda eſt, & pręſumitur
huiuſmodi ſcripturam illo modo productam eſſe ve-
ram, in proceſſu noſtro dicto conuento fuit ſtatutus
terminus, & nihil oppoſuit meritò, &c. ¶ Secundò, &
quidem ex pluribus non obſtat illud, quod dicebatur
4 de nullitate dictæ † ſententiæ ex capite incertitudinis
per l. penul. & fin. C. de ſentent. quæ ſine cert. quanti-
tate profer. Nam regulam prædictarum legum pen.
& fin. tanquam in ſe veram Rota admiſit, ſed non re-
probauit etiam multas limitationes caſui propoſito
accommodatas, nempe omnes ferè traditas à Doct.
in l. edita. C. de edend. & in capit. ſecundo de libell.
oblat. & in clement. ſæpe. de verb. ſignific. Primò ita-
que non eſt locus prædictæ regulæ, vbi libellus incer-
tus admittitur parte non opponente, vt eſt in omni-
bus iudiciis ſummariis, & in his, in quibus procedi-
5 tur † de facto, ita concludunt omnes in dicta, l. edita,
vbi Cor. num. tertio, dicit etiam id procedere in iu-
dicio particulari, ſi non opponatur, etiam quòd po-
ſtea in proceſſu res incerta petita aliter non petatur
ſpecificari, quod ſequitur etiam, & firmat Bald. in l.
prima, numero tertio de ſentent. quæ ſine cer. quãtit.
profer. Secundò, prędicta regula non procedit quan-
6 do agitur coram † mercatoribus, & inter mercatores,
inter quos ſummariè proceditur, de bono, & æquo:
quo caſu qualiſqualis petitio quomodocumque ſiue
oretenus, ſiue in ſcriptis, & quidem incerta etiã parte
opponente tolleratur, vt tenet Iaſo. in dicta. l. edita,
numero 6. & Bartol. in extrauagan. ad reprimendum
verb. figura. Alexand. conſ. 178. in hac cauſa, volum.
ſecundo, & idem in l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius.
§. Griſogonus in 4. colum. ff. de verb. obliga. Admiſ-
ſa igitur in caſu noſtro ita petitione incerta, quæ
alibi non poteſt deduci, quàm ex compromiſſo, in

quo

quo nihil certi continetur, debet vtique etiam admitti ſententia ex eo ſecuta, quæ regulariter petitioni conformis eſſe debet, l. vt fundus. ff. com. diui. l. fin. de fideicommiſſ. libert. capit. licèt Heli. de ſimon. Sentẽtia, cuius vigore agitur, fuit prolata à mercatorib. & inter mercatores, meritò ad limitationem prædictã, Rota eam accommodauit. ¶ Tertiò, facit pro ſententia noſtra illud, quod dicebant Iacob. Butri. Bart. Sali. & Paul. de Caſt. in l. ſecunda. C. de ſent. quæ ſine
7 cert. quanri. profer. vbi quando quid † incertum petitur, & reus non opponit, & exinde non fit proſecutio ſuper certo, tunc ſententia incerta valet, & tenet, licèt ex actis non certificetur, & reſpondent ad dictã. l. pen. & fin. eodem titulo ꝙ procedant, quando certa quantitas eſt petita. ¶ Inſuper ſententia prædicta co-
8 adiuuatur pluribus aliis. Primò ex clauſula † poſita in compromiſſo, ſuper quo fuit lata cum poteſtate pronuntiandi partibus præſentibus, vel abſentibus, quæ clauſula operatur, quòd ſententia valeat, quæ aliàs nõ valeret. l. diem. §. ſiquis litigatorum, vbi Bar. ff. de arb. coadiuuat, & ſententiam prædictam alia clauſula in dicto compromiſſo incerta. ſ. ꝙ poſſint dicti arbitra-
9 tores procedere, & iudicare † de iure, & de facto: quę clauſula importat, quòd dicti arbitratores non teneãtur ſeruare iuris apices, aut ſolẽnitates, ſed quòd poſſint procedere manu regia ſecundùm ius gentium, dummodo ſeruent iuſtitiam, ita tenet Cor. conſ. centeſimo decimoquarto, col. 3. in fin. volum. 2. & Bald. in l. prima. ff. de euict. & manus Regia non ſeruat iuris apices, ſolennitates, aut ordinem aliquem. l. prima. C. de exec. rei iudica. l. nulla. ff. de re iudic. argum. ca. auferre de præſumpt. cum ergo in compromiſſo noſtro ſit à partibus conceſſa ballia non ſolùm de facto procedendi, ſed etiam decidendi, profectò dicti arbitri non erant aſtricti in iudicando ſeruare iura poſitiua, corroborat quoque ſententiam prædictam ipſemet conuentus per ſuam confeſſionem, reſpondendo petitioni: faſſus enim fuit, quòd dum res fuit integra, nunquam ſtetit per ipſum quin faceret dictã ceſſionem dicto Nicolao: quod ergo ſemel ei placuerit, non debet velle exinde impugnare, vulgata. l. quòd ſemel. ff de regul. iuris cum ſimilibus. Poſtremò, quò ad hunc articulum validitatis ſententiæ dictus agens produxit decretum conditum anno, &c. die vltima Aprilis, quod ponit ſecurim ad radicem quæſtionis prædictæ, diſponitur enim in illo decreto, quòd tranſactis tribus menſibus non poſſit dici de nullitate ſententiarum, imò ipſam ſententiam ipſo termino elapſo in omnibus conualidat: cum igitur nedum tres mẽſes, ſed etiam ferè decem anni iam elapſi ſint, meritò ſuper hoc amplius non debet admitti allegans conuentus dictam nullitatem, Alex. conſ. 105. volum. quinto, Corn. conſ. 302 volum. primo, & quod dictum eſt de ſententiis magiſtratuum ciuitatis, hoc etiam locum habet in ſententiis arbitrorum, vt reperitur ordinatũ in alio decreto condito de anno, &c. die 30. Decembris. Nec refert, quòd huiuſmodi decreta non fuerint in actis cauſæ producta, quia licèt de eis nõ fuerit facta exhibitio, illa tamen iudex ſequi debet, cum curauerit illa indifferenter ſeruare, quod ſecus eſſet ſi tra-
10 ctaretur de conſuetudine † non ſcripta: quia illa indiget probatione, ita concludit Bald. in l prima, num. 2. C. vt quoniam deſunt Aduoc. part. iud. ſupple. idem Bald. in eius libro ſtatutorum ver. iudex, cart. 124. num. 4. & hæc quò ad validitatem ſententiæ arbitralis. Rurſus facit ad caſum propoſitum, quòd ſentẽtia, de qua diſputatur, dicitur potius contractus tranſactionis, quàm ſententia, Bart. in l. ſi ſocietate arbitrorum, num 8. ff. pro ſocio, & Baldus conſil. 199. proponitur in fin. volum. primo, vbi dicit quod laudum
11 † arbitraroris magis aſſimilatur tranſactioni, quàm ſententiæ, & in conſil. vigeſimoſecundo tres ſunt caſus, volumine ſecundo, vbi habemus quòd laudum eſt ad inſtar tranſactionis per Auth. vt differentes iud. §. primo, & idem Bald. conſ. 185. lib. 3. Angel. conſ. 198. & conſ. 218. Paul. de Caſt. conſ. 73. Alex. conſi. 82. lib. 1. & conſil. 40. colum. 1. volum. 5. Bald. in ſuo ſtatuto in verb. arbitrato. Quia ſic pro firma, ac vera ſtante cõcluſione, idem operari debet ſententia prædicta, quòd operaretur ſi inſtrumentum tranſactionis celebratum eſſet inter partes, in quo conuentus promiſiſſet cedere dicto actori iura ſuæ participationiſ,
12 & ſi non valeret cedere, tali caſu ſicut contrarium † inſtrumentum poſſet exequi, dummodo fieret liquidatio in ipſo proceſſu executionis, prout Bart. Bald. & communiter Doct. in l. ſecunda, C. de ſent. quæ ſine cert. quantit. profer. Bart. in l. 1. ff. de edend. Bald. in l. ſecunda. C. de execut. rei iudic. Anton. de Sanar. in ſuo tractat. de execut. inſtrumentorum, quæſtio. decimaquarta, ita laudum noſtrum debet effectum ſuũ poſſe operari, cũ nulla appareat diuerſa ratio in vno, quam in alio, & vbi non datur diuerſitas rationis, eadem iuris diſpoſitio metiri debet, lege adigere. §. quamuis de iur. patronat. l. quod dictum de pact. lege cum tale. §. falſa cum ibi notatis de condit. & demonſtratio. Non obſtat etiam quod ſecundò principaliter dedu-
13 cebatur de intromiſſione † ſuperioris, & de delegatione facta, per quam ceſſat ordinarij iudicis ballia. l. ſicut proponis. C. quomodo, & quando iud. Soc. in l. moræ. ff de iuris omnium iudic. Nam ad hoc, & quidem ex pluribus reſpondetur. Primò quia vltra quòd in facto non conſtat intromiſſionem aliquam adeſſe ſuper ſententia noſtra, nec ſuper his, quæ oriuntur ab ea, dicitur etiam ex ſtatuto de committ. propin. quæſtio in albergaria, iſtos conſobrinos non potuiſſe aſtringi ſuper huiuſmodi ſententia facere compromiſſum, quinimo quæſtiones prouenientes à contractu publico, & ab his, quæ ex eo dicũtur, à ſtatutomet excluduntur: nos ſumus in ſententia arbitramentali, quæ vt ſupra concluſum eſt, dicitur contractus tranſactionis, meritò potuit Rota ſe intromittere. ¶ Non obſtat, ſi dicatur pretium, & intereſſe ob non factam ceſſionem, de qua in dicta ſententia per dictum actorem petitum non ſpectare ad iuriſdictionem Rotæ, tanquam de eo non conſtet aliquod publicum inſtrumentum, ſed quaſi ortum ex diſpoſitione iuris communis remaneat in iam dicta ſuperioris intromiſſione comprehenſum, & ſic quòd ceſſet iuriſdictio Rotæ, vt ſupra dictum eſt: quia reſpondetur, quòd licèt de huiuſmodi intereſſe dicto actori debito certi cõditione, quæ ſuam trahit originem ex contractu, & obligatione ad factum inſtit. quibus mod. re contrahitur obl. in prin. l. iuriſgentium. §. 1. ff. de pact. Bart. & Doct. in l. certi conditio. ff. ſi cer. pet. non conſtet expreſsè per inſtrumentum publicum, prout innuit ſtatutum prædictum, ex quo tamen intereſſe noſtrum virtualiter tacitè, & incidenter prouenit ab illo non facto, ſuper quo Rota ſe immiſcuit, potuit etiam de incidẽti ex illo facto Rota ſe intromittere: quia quic-
14 quid ſtatuitur in cauſa † principali, intelligitur ſtatutum & in incidenti, Bart. in terminis ſtatuti hoc dicit in l. ſolent, num. 16. ff. de alim. & ciba. leg. & Bart. notabiliter, cum quo etiam tranſit Bald. in l. 1. num. 2. C. de reb. cred. vbi dicit, quòd ſi ſtatutũ diſponat, quòd in cauſis damnorum datorum ſufficiat probatio per iuramentum, ſi exinde ſuper dominio, vel poſſeſſione

damnum

damnum paſſ.contingat dubitari, dominium & poſſeſſio poterit probari etiam iuramento hac ratione, quia quicquid illam cauſam contingit, includitur ſub illo verbo damni. Ita etiam Bald. in l. ſecunda. C. de legibus, vbi ſi Epiſcopus facit ſtatutum, quòd nullus ludat ad tabulas ſub pœna excommunicationis, ſi ipſemet ludat, ipſo facto incurrit pœnam proprij ſtatuti, Bald. in l. ad probationem, num. 1. C. de probat. dicit, quòd ſi ſtatutum dicat, quod inſtrumentum mandetur executioni, pari modo ſtipulationes, quæ ex eo oriuntur tacitè debent exequi, quia præſumptio ſumpta ex inſtrumento, reputatur eius tenor. l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pact. & §. ſi ita ſcriptum inſtit. de inutil. ſtipul. inquit Bal. in loco citato ſe ita de facto reſpondiſſe, & quòd fuit primum reſpõſum, quòd vnquam dederit Iaſon in propoſito in l. certi conditio, numero vigeſimo, citat Ludo. Rom. ibidem referentem, quòd ſtante ſtatuto, quòd inſtrumenta quarantigiata habeant executionem paratam, ſi in inſtrumento ſit promiſſum factum ſimpliciter, & promiſſor in mora ſit faciendi, pro intereſſe vigore eiuſdem inſtrumenti poterit peti executio, & cum opinione Roman. tranſit Sali. in capitulo tranſlato, numero quarto de conſtit. quicquid ibidem tenuerint Imol. & Anton. de Butri. & cum opinione Roman. tranſit Purpuratus in dicta l. certi conditio. qui atteſtatur ita communiter teneri, quicquid etiam nouiſſimè tenuerit Dec. in dicta l. certi conditio, & ad prædicta optimè quadrat illatio, quam Butr. & Abba. faciunt de text. in cap. cum olim, in fin. de cenſibus, in verbo, per quam vis Epiſcopal. patebat expreſsè; vbi ſimul cum cæteris dicunt, quòd ſtante ſtatuto inſtrumentum
15 † non ſolùm mandari debet executioni quò ad ea, quæ directè veniunt in inſtrumento, ſed etiam quò ad ea, quæ per indirectum venirent in inſtrumento. Sed vt fortius reſtringatur iſte articulus, adducitur illud, quod in terminis ſtatuti de cauſis compromittendis inter coniunctos conſulebat Socin. in conſil. 300. in cauſa interpellationis, columna tertia, vol. ſecundo, ibi ſequendo diſtinctionem Bartol. in dicta l. ſoleor, dicebat aut ſtatutum noſtrum abſolutè & ſimpliciter loquitur de quæſtionibus, differentiis, controuerſiis, & huiuſmodi, prout diſponit ſtatutum noſtrum, aut loquitur de quæſtione controuerſia, aut differentia tali, & tali explicitè, & expreſsè. Si primo caſu, aut apparet obligatio per inſtrumentum, vel legatum, vel per teſtamentum, & tunc intelligitur ſtatutum, etiam ſuper quolibet incidenti: quia quicquid quocumque modo tangit illam cauſam, inſtrumẽtum dicitur cauſa illius inſtrumenti per text. in lege cum his, in principio. ff. de tranſactio. ſi ſecundo caſu, puta, in cauſa vſurarum, & ſic ſpecificè de cauſa aliqua particulari loquatur ſtatutum, & tunc non poterunt incidentia comprehendi ſub tali inſtrumento, & citat ibi in arg. Soc. oot. in l. ſi quando, C. vnde vi. ¶ Nec perperam cenſuit Rota iſtius intereſſe cognitionem non ſpectare ad dominos delegatos, quia mens ſtatuentium ſub Rub. de comit. propin. quæſt. in Alberga. fuit, vt inter affines minuerentur lites: vnde ſi diceremus, quòd ſuper quolibet incidenti, vel emergenti à contractu dependenti compromiſſum, ſeu delegatio peti poſſet, lites potius protelarentur, & ſic inducta ad litium diminutionem operarentur augmentum contra l. legata inutiliter. ff. de alim. legat. & hoc eſſet de directo contra mentem ſtatuentium. ¶ Secundò mouebatur Rota, quia ſi ſuper quolibet incidenti concederetur delegatio, de facili quælibet cauſa excluſa à ſtatuto deduceretur in compromiſſum, ſeu delegationem, & de facili fruſtaretur per vias indirectas mens ſtatuti, quod non eſt dicendum per regulam, cum quid vna via de reg. iur. in 6. Nec eſt indecens in hac re dari latam interpretationem ſtatuto: quia huiuſmodi lata
16 † interpretatio tunc admittitur, quando ſi aliàs fieret fruſtaretur intentio ſtatuti, vel quando ipſo ſtatuto inferretur magna plaga, & inquit Soc. in loco citato col. 4. hoc modo loquendi viſum fuiſſe D. Anton. in ſua diſputatione, quæ incipit Bononienſis per text. in l. 1. §. pecuniam. ff. de calumni. & Gl. in c. quanquam de vſur. in 6. ¶ Poſtremò, non eſt deducendum ex illis verbis literatum per dictum Dominicum exhibitatum, ibi, *poi che hauete ordine da me, e dal noſtro Dominico eſigire la parte à me ſpettante*, quòd dictus Nicolaus contentatus ſit abſque ceſſione de illo enunciato ordine, & quòd ex eo ſolo intelligatur prorſus liberatus conuentus, tum à ſententia arbitrali, tum etiam ab omni alia obligatione, ad quam ex appodiſia participationis, & aliis eſſet obligatus. Quia verba prædicta non videntur pati intellectum talem, per quem poſſet inferri, prout (dicebat Dominicus) tu ſcilicet ordinaſti Io. de Leuanto conſentiente me, vt pro te exigeret portionem ad te ſpectantem, exegit, agas cõtra ipſum, quia ego ſum liberatus à te, nec amplius teneor de facto dicti Ioannis procuratoris tui: Non enim ſeqoitur dicere, ego, qui ſum principalis ſocius
17 † alicuius negotiationis, ordinaui procuratori à me conſtituto de conſenſu tuo, vt pro te exigeret, petas exactum ab eo, quia ſum à te liberatus: iſte enim non eſt modus inducendæ liberationis, præſertim quando obligatio, ſiue debitum eſt redactum in ſcriptura, puta, in ſententia, vel appodiſia, prout eſt obligatio, de qua agitur: quo caſu ad hoc, vt ſequatur liberatio, debet apparere explicitè per conſimilem ſcripturam liberationem interueniſſe, vel ſaltem per teſtes idoneos factum ita ſe habere, l. teſtium, vbi Bar. in princ. C. de teſt. Nam ſicut quando contractus debiti eſt redactus in ſcriptis, liberatio eiuſdem debiti in ſcriptis, vel per teſtes debet probari; ita liberatio, quam dictus Dominicus allegat ſibi factam per dictum Nicolaum de obligatione illius ceſſionis, debebat per ſcripturam, vel ſaltem per teſtes probari: oon autem dicere, ordinaui procuratori meo, vt pro te exigeret portionem ad te ſpectantem, ergo ego ſum liberatus, quinimo ſemper remanet debitor, & tanquam ſocius principalis, cuius nomine totum reliquatum ſocietatis fuit exactum, dicitur debitor partis aliorum, & ab eo poteſt exigi, Socin. conſil. 24. verſ. 4. confirmatur, volum. 1. ¶ Præterea ſuper dictis verbis, *poi che hauete ordine da me, & dal noſtro Dominico eſigere la parte à me ſpettante*, non poteſt fieri maximum fundamentum, cum verba illa ſolùm fuerint prolata ad demonſtrandum quendam ordinem datum per dictum Domini-
18 cum Ioãni de Leuanro exigendi, quo caſu verba † huiuſmodi prolata propter aliud non probant, & minus aliquid diſponunt, Baldus conſil. 14. caſus actualiter, volum. 1. Alexand. conſil. 46. viſis, & accuratè, numero 8. verſ. non obſtat, quòd dicebatur, volum. primo. ¶ Secundò, etiam dicitur prædicta verba enuncia-
19 tiua † in dictis literis prolata à Nirolao nullam probationem facere de ordine illo enuntiato: propterea, quòd ipſamet verba non trahunt originem ab vna, & eadem ſcriptura, ſeu diſpoſitione principaliter, quinimo enuntiatus ordo datus dicto Ioan. de Leuanto, trahit originem aliundè, vt præ ſe ferunt dictæ literæ, meritò enunriatum illud tanquam aliundè ortum ni-

hil probat, & hoc modo etiam limitatur regula, l. optimam. C. de contrahend. & cōmit. ſtipulat. ſecundùm Bald. conſil. 399. quidam prælatus, volumine 3. ¶ Nec obſtat vltimo loco ad elidendam intentionem agentis id, quod conuentus dicebat ſupra ſe impendiſſe, & feciſſe debita, & erogaſſe in cauſis ſpectantibus ad dictam ſocietatem: quia hoc ſibi non creditur, ſed debet probare, & facta probatione tunc obiicere compenſationem, vel agere principaliter ad impenſas, vt l. 1. §. præterea. ff. de contra. act. tut. l. ſiue hæreditaria, & l qui aliena in princip. ff. de neg. geſt. ¶ In quibus iuribus probatur, quòd ſicut ſocio datur actio aduerſus gerentem pro his, quæ adminiſtrauit, ita ei gerenti datur contraria actio pro his impenſis ratione adminiſtrationis, ſed hoc caſu debet probare, quòd deduci per regulam, quæ eſt, quòd qui ſe fundat in aliquo, debet illud probare, l. penult. §. docere. ff. ne quis eum, & l. 1. & 2. ff. de probat. l. matr. C. eodem, Bartol. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de nou. oper. enunti. Probentur igitur per dictum conuentum impenſæ, de quibus in dicta ſententia arbitrali, & tunc erit locus, dict. compenſationi, vel dictæ actioni contrariæ, vel actioni prouenienti à dict. ſent. & in omnem caſum dictus agens ne ſibi obiici poſſit, quòd pro parte ſua dictam ſententiam reſpectu huiuſmodi impenſarum non adimpleuerit, depoſuit apud ædem Sancti Georgij libras, N. cum oblatione plus ſoluendi, quatenus liquidetur, dictas impenſas ad maiorem ſummam aſcendere, vt ex proceſſu apparet, meritò obiectum etiam prædictum agenti obeſſe non debuit. Laus Deo.

DECISIO XXII.

Expendentes nomen in ſocietate cantante in vno loco, non poſſunt pro dicta ſocietate in alio loco gerere.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas non præſumitur mutata.*

2 *Argumentum à contrario ſenſu valet.*

3 *Præcedentia ex ſequētibus, & ſequentia ex præcedentibus declarantur.*

4 *Ordo ſuperueniens an approbet, vel conualidet iam factum.*

5 *An ſocius rationis cantantis in vno loco ſub ſuo nomine poſſit facere actum in alio loco.*

6 *Quando per factum declaratur voluntas.*

7 *Non geſtum, vel non confirmabile non poteſt confirmari.*

8 *Renuntiatio iuris, & præiudicium non præſumitur.*

9 *Probatio debet fieri per neceſſe, vel per probabile, & non per poſsibile.*

10 *Petitio dilationis nulliter facta, habetur pro non facta.*

11 *Factis præceptis ad ſententiam intelligitur concluſum in cauſa.*

VERIS, ſolidiſq; fundamentis, ac rationibus motus videtur Rota ad eam opinionem ſequendam, vt iuri conſonam, quod Franciſco Spinulæ deberentur ſcuta, N. à ratione in Pontarli cantante ſub nomine Ottoboni Grilli, Michaëlis, & Dauidis Imperialium ſociorum, cui Frāciſco de pecuniis cantantibus in maiore ſumma fuerant aſſignata tanquam quòd indiſpoſita remanſiſſent quæ literis ſuis dicti Grillus, & imperiales proteſtati fuerant velle ad eum mittere, ſi contentatus fuiſſet: cum enim nō habuerit eius conſenſum, quòd ſibi dictæ pecuniæ mitterētur,
1 non præſumitur † voluntatem mutaſſe, & dictas pecunias detuliſſe, vel deferendas alicui dediſſe, l. cum hic ſtatus in fin. prin. ff. de don. inter vi. & vxo. l. eū qui mutatam. ff. de prob. & l. non ad ea. ff. de condit. & demonſt. Cor. conſ. 155. in præſenti, nu. 3. volum. 2. & conſ. 242. in cau. nu. 5. vol. 3. cp & etiam dicendum eſt per illa verba, ſi contentatus fuiſſet, quæ tanquam derogatoria ad futurum actum miſſionis dictarum pecuniarum apparent præciſa, l. ſi ita ſcripti. ff. de leg. 2. not. Bar. & Doct. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. & Bal. in l. multum intereſt, num. 2. verſ. & conclude. C. ſi quis alt. vel ſibi: cui non repugnare viſum eſt, quòd expreſsè non diceretur, quod non miſiſſent pecunias, niſi de eius voluntate conſtitiſſet: quia ſat id expreſ-
2 ſum dicitur per argumentum † à cōtraria ſenſu, quòd in iure fortiſſimum eſt, vt dicit text. in l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius, & probat tex. in l. ſiquis locuples. ff. de manumiſ. teſt. per quem dicit ibi Bal. quòd argumentum à contrario ſenſu dicitur expreſsè à lege venire: ſed penitus tollitur huiuſmodi obiectio, quia in literis ipſi Spinulæ ſcriptis, de hoc clarè conſtat ex illis verbis, *quando non reſtino qui indiſpoſte in queſta ſera*, & militant reg. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. & l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. ¶ Nec obſtare viſum fuit illud, quod dicebatur, quòd in ipſis literis aderant verba illa, *& ſe vi ſarete contentato, ſe vi manderanno*, quæ reſpicientia tempus præteritum, quo dictus Spinula ſuum videbatur præſtitiſſe conſenſum, quod mitterentur, inferunt quòd de voluntate, & conſenſu eiuſdem pecuniæ eſſent mittēdæ: quia ad hoc reſpondebatur, quòd licèt dicta verba, *ſe vi ſarete contentato*, reſpiciant tempus præteritum, quo caſu contentatus fuerit, non tamen ex ſequentibus illis verbis, *ſe vi manderanno*, inferunt quòd vellet eas mittere prius quàm de hoc ſibi conſtaret, ſed tamen ex eis totum contrarium elicitur: quia per illa verba, *ſe vi manderanno*, actum futurum reſpicientia expreſsè innuunt, quòd eorum voluntas erat mittere pecunias, ſi ſibi conſtitiſſet, quòd contentatus fuiſſet, vt mitte-
3 rentur, & ex ſequentibus † præcedentia declarentur, & è contra, l. ſed Iulianus. §. proinde in verbo intelligendum. ff. ad Maced. l. cum quis circa fin. ibi neque enim veriſimile. C. de natur. libe. & ſi contrarium diceretur ſuperuacaneum nempe fuiſſet dictas literas ſcribere: quia ſupererat tantum, vt abſque aliquibus literis ad actum miſſionis pecuniarum deueniretur contra tex. in l. hæc ſtip. §. viuus. ff. vt leg. nou. ¶ Quæ concluſio eò magis confirmatur, quòd iam literis ipſis ſcriptis aditum fuit per modum proteſtationis, quòd dictæ pecuniæ mitterentur, ſed eius riſico, & expenſis, & ipſius accedente conſenſu: per quæ verba clarè liquet, quòd non intendebāt mittere pecunias, niſi de conſenſu ſuo conſtaret, qui etiam eſſet talis, quòd ſuo riſico, & expenſis mitterentur, per quod viſum fuit omnem ſublatam difficultatem: quia erat aperta

apetta mens, & voluntas dictorum ſociorum, quòd
non intendebaur mittere pecunias, niſi ſcirent, quòd
dictus Spinula contẽtaretur, & vltra hoc etiam, quòd
ſuis riſico, & expenſis mitterentur, in qua re tam clara
non erat admittenda eorum voluntatis quæſtio. d. §.
continuus, & d. §. cum in verbis, accedente potiſſimũ
geminatione voluntatis demonſtratæ argumento. l.
Baliſta. ff. ad Treb. & Authent. itaque. C. communia
de ſucceſſ. & eorum, quæ traduntur per Iaſ. & alios in
l. 10 inſulam. ff. de verb. oblig. dum loquuntur de pur-
gatione moræ. Cui accedat, quòd in ipſis literis repe-
riuntur ſubiecta illa verba, *& non altrimente*, quæ de-
monſtrant ipſorum ſcribentium enixam voluntatem
illi ſoli caſui per eos expreſſo applicatam, quòd ſcili-
cet nullo pacto intendebant mittere pecunias, niſi
habito reſpõſo ab ipſo Spinula, quòd contentaretur,
& quòd mitterentur eius expenſis, & periculo, l. non
aliter. ff. de leg. tertio, & l. contractus. C. de fid. inſtr.
egregiè Pariſ. conſ. 31. omiſſa, num. 27. volumine 1.
¶ Neque tandem iuuare dictos ſocios poſſe cenſuit
Rota, quòd habitæ fuerint literæ ordinis Spinulæ,
quòd mitterentur pecuniæ: iam enim poſt diſceſſum
eorum à loco Pontarli in itinere habitæ ſunt ipſæ li-
4 teræ, ex quo nullo pacto † potuit inferri, quòd ali-
quas pecunias in executionem dicti ordinis detuliſ-
ſent, non conſtito de mutatione voluntatis, quæ ex
prædictis omnino remouetur, d. l. cum his ſtatus, cum
aliis ſuperius allegatis: ex quo neceſſariò inferendum
fuit, quòd ſi pecuniæ per eos, qui à loco Pontarli re-
ceſſerant delatæ fuerunt, & in totum, vel pro parte in-
terceptæ per agentes Ser. Ducis Sabaudiæ, ob nõ ſo-
lutum vectigal non potuit dici quod in ipſis pecuniis
interceptis fuerit pars pecuniarum Spinulę aſſignata,
ex quo ineuitabili fundamento videbatur dicendum,
quòd ſi literæ fuiſſent habitæ ante eorum receſſum à
loco Pontarli, vel receſſum eius, cui pecunias perfe-
rendas datas eſſe conſtitit, nihilominus idem conclu-
di deberet, quòd. ſ. nec in pecuniis delatis, neque in
interceptis eſſet pars aliqua pecuniarum dicti Spinu-
læ: quia eorum voluntas enixa erat, non velle mittere
pecunias, niſi contentaretur, quòd eius riſico, & ex-
penſis mitterentur, proteſtando, quòd non aliter in-
tendebant eas mittere, & tamen in literis Spinulæ nõ
continebatur, niſi ſimplex eius conſenſus mittendi, &
non quod eius periculo, & expenſis mitterentur: cui
duntaxat caſui ſtante huiuſmodi proteſtatione volũ-
tatem enixam applicauerant, d. l. non aliter, & d. l. cõ-
tractus: ex quibus etiam nõ haberi in idem deprehen-
debatur eorum cõſenſus, ſed apertus diſceſſus, ex not.
per Doct. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. oblig.
¶ Nec refragari quoque viſum fuit, quòd ſæpius viua
voce per eorum aduocatos dicebatur, quòd tempore,
quo dictus Spinula ſcripſit, pecunias ſibi fore mitten-
das, Dauid, & Michaël Imperiales duo ex dictis ſociis
erant in hac ciuitate Genuæ, qui viderunt dictas lite-
ras, quas miſerunt ad ipſum Grillum in loco Pontar-
li exiſtentem: vnde videbatur concludendum, ꝙ eius
ordo ante habitas literas è loco Pontarli fuerit acce-
ptatus, & quòd per conſequens omnis dilueretur diſ-
ficultas: Nam & ad hoc fuit reſponſum, quòd qui ſcri-
pſerunt ipſi Spinulæ è loco Põtarli, erant dicti Otto-
bonus, Dauid, & Michaël tanquam ſocij exiſtentes in
dicto loco reſpectu dictæ rationis, & verè tamen re-
ſpectu Ottoboni, fictè autẽ reſpectu aliorũ duorũ ali-
bi exiſtentiũ, & ideo ipſis abſentibus datis, ac oſtenſis
5 literis dicti ordinis, non vti † ſociis, ac fictè exiſtenti-
bus in dicto loco Pontarli datæ, ac oſtenſæ fuerunt,
ſed vti propriè talibus: & ideo oſtenſio, ac datio lite-
rarum non habuit operari talem effectum, quod or-
do haberetur iam pro oſtenſo, ac tranſmiſſo dicto
Ottobono habenti curam rationis eorum in dicto lo-
co Pontarli, ex trad. per Bal. in l. eius. C. de compenſ.
& vbi contrarium diceretur, ſuperfluum quippe fuiſ-
ſet mittere ordinem ipſi Ottobono, fruſtraque ipſe
Ottobonus vna cum ſociis ſcripſiſſet literas, quòd ſi
contentaretur Spinula, pecunias miſiſſet: quod & ra-
tio ipſa naturalis ſuadet, quam pro lege ſufficit alle-
gare, l. ſeire oportet. §. ſufficit. ff. de executio. Præter-
ea illa aſſignatio pecuniarum, quæ remanſerant indi-
ſpoſitæ, nõ poterat fieri per Dauidem, & Michaëlem
Genuæ exiſtentes, ſed tantummodo per Ottobonum
in loco Pontarli. ſub nomine ſuo, & ſociorum abſen-
tium, & prout facta fuit, & omnibus notificata, & ſic
ex hoc etiam confirmatur reſponſio ad obiectum fa-
cta, quod etiam non procedere dictum fuit, non pro-
bato, quòd ipſæ literæ fuerint viſæ. ¶ Iudicatumque
pariter fuit non habuiſſe obeſſe, quod de mutatione
6 voluntatis † conſtabat ex delatione pecuniarum facta
è dicto loco Pontarli aſcendentium ad multo maio-
rem ſummam, quam potuiſſe fieri clarum eſt ex not.
per Bar. & alios in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb.
oblig. quia probato, prout probatum apparuit, quòd
in dicta ratione eſſent pecuniæ, longè vltra delatas, &
conſtito, prout conſtitit, quòd minor ſumma tantum
delata fuit, non potuit neceſſariò concludi, quòd in
pecuniis eſſet pars Spinulæ aſſignata, quam expreſsè
ſocij dictæ rationis dictis eorũ literis proteſtati fue-
rant non velle mittere, niſi contentatus fuiſſet, quòd
eius riſico, & periculo mitterentur: ex quibus literis,
& voluntate eorum ſic declarata concludendum erat,
quòd in ipſo loco inter alias pecunias non delatas re-
manſiſſent, cui plurimum adminiculari, & quòd abſq;
dubio tranſirent, viſum eſt, quòd poſt habitum ordi-
nem Spinulæ paſſi ſunt dictas literas dari ipſi Spinu-
læ, nec quòd pars pecuniarum ſibi aſſignata compre-
henderetur in pecuniis delatis probatum fuit per li-
brum dictæ rationis exhibitum, quia bene per ipſum
librum fuit probata aſſignatio dictarum pecuniarum,
non tamen earum delatio, nec de aſſignatione ad de-
lationem tanquam quòd inter ſe diuerſæ ſint, poteſt
fieri illatio l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. fi. de ca-
lumn. & l naturaliter nihil commune. ff. de acqu. poſſ.
¶ Ad aliud pariter quod dicebatur, quòd dictus Spi-
nula per literas ſui ordinis dicebatur ratificaſſe dela-
tionem dictarum pecuniarum ex trad. communiter
per Doct. in l. Iulianus in prin. ff. qui ſatis. cog dictum
fuit, opinionem ipſam non tranſire ſine dubio, quan-
do non interuenit domini ſcientia, quia contrarium
ibidem tenet Pau. de Caſt. num. 3. ex trad. per Ioan.
And. in addit. Specul. in tit. de prox. §. 1. verſ. quid ſi
procuratorium, quam opinionem etiam non ſine du-
bio tranſire aſſerit Curt. Iun. conſ. 63. pro habenda,
num. 6. vltra quòd viſum eſt non militare obiectum,
cùm non appareret aliquid eius nomine geſtum, &
ſic pecuniarum delationem fuiſſe factam: Nam quod
7 non eſt † geſtum, confirmari non poteſt. l. eius, qui in
prouincia. ff. ſi cert. pet. l. nam etſi ſub conditione in
pri. verſ. poſt defectum. ff. de iniuſt. rup. & confirma-
tio impoſſibilis dicitur, niſi præſupponatur ſubiectũ
confirmabile, vt in c. auditis extra de elect. & in c. pru-
dentia, vbi Inn. extra de offi. deleg. Barb. conſil. 21. &
quid viſo, col. 5. verſ. facit, vol. 1. & quod nomine ſuo
geſtum non erat, ratificare non dicebatur, vt colligi-
tur ex not per Aret. conſ. 100. contra quam opinionẽ,

viſum etiã fuit non facere, quod poſt dictas pecunias
interceptas Spinula confeſſus eſt habuiſſe ſcutos. N.
ex ſumma contantium ad ſe ſpectantium, quia non
propterea ex hoc ſequitur, quòd in pecuniis interce-
ptis eſſent aliquę ex pecuniis ad ſe ſpectantibus, quod
eſt penitus diuerſum d. l. Papinianus exuli, & d. l. fin.
Præterea in confeſſione illa dicitur, quòd ſunt dicti
ſcuti ex ſumma contantium, quæ vſque in illum diem
peruenit in hanc ciuitatem Genuæ ad computũ ma-
ioris ſummæ, per quod excluditur ſumma, quæ non-
dum peruenerat, c. nouem, extra de pręſump. & l. cum
prætor in prin. ff. de iud. Socin. Iun. conſ. 29. circa pri-
mum, nu. 4. vol. 1. taliſq; confeſſio non debet operari,
nec interpretari vltra mentem, & intentionem confi-
tentis, l. ſi quis nec cauſam, & ibi communiter Doct.
ff. ſi cer. pet. nam aliter dicendo ſequeretur, quò cen-
ſeretur renunciaſſe iuri ſuo, quod potius quàm dica-
tur, interpretandum eſſet, quòd actus vitiaretur, l. ſi
rem meam. ff. de verb. oblig. cum aliis allegatis per
Corn. conſ. 74. de duobus, num. 12. vol. 1. & ideo be-
ne dicitur, quòd quando poteſt ſumi alia præſumptio
8 † quàm renuntiationis, nunquam ſumitur, vt dicatur
renuntiatio facta, vt tradit Goza. conſ. 24. 1. facie. nu.
3 neque eſt veriſimile, vbi etiam aliqualiter dubitari
poſſet, quòd per talem confeſſionem voluerit præiu-
dicare ſibi in iure competenti ad conſequendum re-
ſiduum pecuniarum debitarum, l. in obſcuris. ff. de
reg. iur. Nec obſtare viſum eſt, quòd in ſubſcriptione
appodiſiæ dixerit habuiſſe pecunias ad bonum com
putum ad ſe ſpectantium, iuxta eius ordinem: quia ex
hoc non ſequitur, quòd in pecuniis interceptis eſſent
aliquæ de pecuniis ſuis, & quòd renuntiauerit iuri ad
ſe ſpectanti pro reſiduo pecuniarum non delatarũ, ſed
potius elicitur contrariũ, quòd noluerit eas ſibi ſolui
facta ipſarum excluſione, per illa verba ad bonum
computum d. c. nomine, & quia ordo erat, quod mit-
terentur, qui non miſſas non dicitur comprehendere:
plus videbatur dicendum, quòd etiam ſi interueniſſet
renuntiatio ſimplex poſt confeſſionem dictarum pe-
cuniarum, ex quo ſalua ratione reſtitutionis poſſet re-
ferri ad pecunias habitas, ad eas tantum referretur, &
non comprehenderet alias nondum habitas, ex com-
muniter traditis per Iaſ. & alios in l. ſi de certa. C. de
tranſa. & dubio ſubſiſtente, an comprehenderet, vel
non comprehenderet ius ſibi competẽs ad reſiduum
dictarum pecuniarũ, debuiſſet interpretari non com-
prehendere, ad remouendam præſumptionem, quòd
voluiſſet iactare ſuum, argumento l. cum de indebito
in princ. ff. de prob. veniretque facien. interpretatio
contra dictos Grillum, & Imperiales, fundantes ſe
ſuper probatione dubia, vt eſt Gloſſ. in c. in præſen-
tia extra de prob. quam ſingularem aſſerit Bald. in l.
quoties §. ſi quis ita. ff. de hæred. inſtit. Viſumque fuit
ipſos ſocios non iuuare, quod poſſibile eſſet, quòd in
pecuniis interceptis fuerit etiam pars Spinulæ: quia
9 probatio † non debet fieri per poſſibile, ſed per ne-
ceſſe, vel per probabile, ſecundum Bald. in l. ad pro-
bationem, & C. de probat. imò probatio non neceſ-
ſariò concludens non ſolùm non adiuuat probantem,
ſed nec etiam facit rem dubiam de iure, vel de facto,
vt inquit Bald. in l. 2. col. fi. C. de ſecun. tabul. ex qui-
bus pariter tollitur, quòd fuerit tanta quantitas pecu-
niarum delata a loco Pontarli, quæ aſcendat ad ſum-
mam, quæ erat in ratione, ſeu ſocietate ipſius Grilli,
& ſociorum, ac recurrentium: quia ex hoc neceſſariò
non infertur, ꝙ in eis eſſent pecuniæ dicti Spinulæ,
quia potuiſſent & aliæ eſſe dictam ſummam facietes,
nec probat hoc eſſe, ex d. c. in præſentia, & l. neque
natales. C. de probat. quod & clarius tollitur, cum non
appareat omnes pecunias rationis dicti loci fuiſſe de-
latas, ſed tantùm earum partem, vt ſupra concluſum
extitit Arbitratuſque eſt Rota, tranſmiſſis iam pręce-
ptis ad audiendum ferri ſententiam in ipſa cauſa, non
fore vlterius ſuperſedendum ob oppoſitionem reo-
rum factam, quòd petita fuerat dilatio de foris pro-
batoria, quę ex forma regularum veniebat conceden-
da, & ſuper qua erat in primis pronuntiandum, vt re-
gulis ipſis expreſsè cauetur: quia nulliter dicta dila-
10 tio † apparebat petita, quia nõ citata parte. l. dę vno-
quoque. ff. de iud. Clemen. pacto, eod. tit. nec in ter-
mino probatorio, niniuſque etiam poſt inſliterunt vt
concederetur, vnde nõ poteſt dici, quod ex huiuſmo-
di inſtantia conualidata fuerit, & ideo cum remanſe-
rit funditus nulla, æquè eſt ac ſi petita non fuiſſet. l. 4.
§. condemnatum, cum ibi trad. per Alex. Rip. & cæte-
ros. ff. de re iud. cui quoque, ob inſtantiam non factã,
quod concederetur, nec etiam poſt publicatos teſtes,
& poſt factas multas prorogationes, partes cenſentur
renuntiaſſe, vt per Rom. conſ. 431. circa pr. ſed maior
habita videtur renuntiatio dictæ dilationis ex præce-
11 ptis † factis ad audiendum ſententiam ferri, per quæ
dicitur in cauſa fuiſſe concluſum ſecundum Bald. in l.
admonendi, col. 2. ff. de iur. iur. traditur per Io. And. in
c. fi. de in integrum reſt. quæ concluſio in cauſa æqui-
paratur ſententiæ, vt not. Bar. in l. ſi mater. §. eadem,
in fi. ff. de excep. rei iud. trad. Bal. And. & Sali. in Auth.
iubemus, C. de iud. vnde ſicuti pars poſt ſententiam
aliquid facere non poteſt, ita nec poſt concluſum in
cauſa, not. pulchrè Ang. in §. appellatur, col. 3. ver. 4.
aduertas inſt. de except. & ſi iſtud admitteretur, reſul-
taret vnum, quod eſſet valde abſurdũ, quòd quacunq;
dilatione petita, licèt non poſſit concedi, quæ exce-
dat annum, tamen tali caſu concederetur etiam poſt
biennium, vel triennium, ſi per tantum tempus cauſa
duraſſet contra expreſſam mentem ipſarum regularũ,
quod vtique tanquam abſurdum minimè dicendum
eſt, l. nam abſurdum in prin. ff. de bo. libert. ex quibus
etiam apertè demõſtrantibus oppoſitionem fore ca-
lumnioſam tanquam factam cauſa ſubterfugij, potuit
Rota opponentes repellere, vt trad. Anchar. cõſ. 16.
viſis, nu. 2. & Abbas, in c. poſt electionem, nu. 13. extra
de conceſ. præb. & in c. ſuper eo, n. 13. extra de appel.
& Alex. conſ. 65. habita, n. 7. vol. 1. vbi firmat iudicem
poſſe calumnioſè excipientem non audire, & etiam
ante pertranſire, ex not. per Innoc. in dict. capit. poſt
electionem: & eò pręcipuè, quia non aliter inſtaba-
tur coram Doct. de mane, ad quos ſpectabat conce-
dere, vel denegare ipſam dilationem, quod conce-
deretur, & ideo Rota ad fauorem Spinulæ pronun-
tiauit condemnando ipſos Grillum, & Imperiales ad
reſtitutionem reſidui dictarum pecuniarum: Laus
Deo.

DECIS.

DECISIO XXIII.

Recipiens literas cambij,& mandatum de ſoluendo poteſt non obſeruato ordine ſoluere ſummam honore literarum ſuper proteſtu, & retinere obligatum ſcribẽtem à quo exigere poteſt nulla ſacta notitia de ordine non acceptato.

SVMMARIVM.

1 *An à ſententia nulla poſsit appellari.*
2 *An appellatio generalis non expreſſo certo iudice ad quem valeat.*
3 *Submiſsio facta alieni iudici quomodo interpretanda.*
4 *Recipiens literas de ſoluendo, & ſoluẽs ſuper proteſtu tenetur id notificare ſcribenti,& nu.18.*
5 *Submiſsio de ſui natura fortè dici poteſt odioſa, tamen inſpecta vtilitate reſultante ex libera negotiatione,cenſenda eſt fauorabilis, ac meritò amplianda.*
6 *Conſul Genuenſis eſt in quaſi poſſeßione iudicandi,etiam inter extraneos in ferijs.*
7 *Propoſita ſola nullitate an iudex appellationis poſsit de meritis cauſæ cognoſcere.*
8 *Nullitas poteſt cumulari cum iniuſtitia coram iudice,ad quem.*
9 *Appellatio debet interponi coram iudice,à quo.*
10 *Appellans tenetur Apoſtolos petere.*
11 *Appellans tenetur nominare iudicem,ad quem.*
12 *Plures actus continuati, & vnico contextu facti cenſentur vnicus actus.*
13 *Forma data ad proſequendum appellationes à ſententijs conſulis feriæ eſt loco petitionis Apoſtolorum.*
14 *Appellatio intelligitur interpoſita ad ſuperiorem.*
15 *Inter mercatores eſt procedendum ex æquo, & bono.*
16 *Sententia nulla ſed in meritis iuſta,an in appellatione confirmari poſsit.*
17 *Recipiens literas cambij poteſt ſoluere ſuper proteſtu de ſtylo mercatorio.*
19 *Scribens literas Cambij debet de ſtylo mercatorio inueſtigare an illæ acceptentur.*
20 *Recipiens literas mandati an intelligatur mandatum acceptaſſe.*

ANTONIVS Carcaſſola Mediolanẽſis,ſiue eius ratio in loco Pontarli comitatus Burgundiæ reſidens fecit tractam Hierouymo Ceuli Piſano Romæ cõmoranti de marchis N.Soluendis Paridi Pinello,& ſociis ponendis in computo Iulij Valerij ſupra Camillum Pipetarium de Venetiis, quam tractam Hieronymus Ceuli, ſeu eius agentes ſoluerunt dicto Paridi, & ſociis ſupra proteſtum, & honore literæ ipſius Carcaſſolæ, nun autem præcisè
iuxta ordinem illius, & ſucceſſiuè in ſequẽti feria apparitionis trium Regum tenta in dicto loco Pontarli, idem Ceuli remiſit eidem Carcaſſolæ ſuas literas cambij datas Romæ cum ordine ſoluendi eandẽ ſummam cum ſuis acceſſionibus Benedicto, Danieli, & Io.Baptiſtæ Spinulis iuxta formam præteritæ tractæ, quam partitam Carcaſſola noluit ſoluere: vnde fuit remiſſum Romam à dictis Spinulis proteſtum in forma dicto Ceuli, qui iterum traxit eidem Carcaſſolæ dictam partitam cum ſuo aogmento per ſuas literas datas Romæ ſoluendam Nicolao,Benedicto,& Hieronymo Gentilibus ponendam io computo Iulij Valerij ſupra Camillum Piperariuoi de Venetiis, iuxta formam alterios præteritæ tractæ,quę ſecunda tracta multò minus adhuc fuit acceptata ab agentibus Carcaſſolæ in dicto loco, adeò qoòd demum ipſe Hieronymus Gentilis illam ſoluit pro honore literæ ipſius Ceuli ſupra ſolitum proteſtum, ac deinde vti procurator eiuſdem Ceuli comparuit corã magnificis Dd. Octobono Grillo Coaſule,Georgio Gentili,& Antonio Cicala conſiliariis per Ser. Dominat. Genuæ deputatis in dicto loco inter nationem Baocheriorũ Genuenſium, petens dictum Carcaſſolam, ſeu eius agentes condemnati ad ſoluendum ſibi dicto nomine partitã,de qua ſupra,quo denuo ſoluere recuſante, incompetentiamq; dictorum Cõſulis, & conſiliariorum opponente,attento quod tam actor, quàm reus eſſeot mercatores exteri,& forenſes, & conſequenter à iuriſdictione dicti conſulis Genueoſis exempti fuit tandem non obſtantibus præmiſſis a dictis cõſule, & conſiliariis condemnatus dictus Carcaſſola, ſeu pro eo Hieronymus Sanſonus eius factor ad ſoluendum d. Hieronymo Gentili procuratori ipſius Ceuli tractam ſupradictam in foro Paſchæ tunc exiſtẽte. Qua ſententia lata,fuit ex parte Carcaſſolę dictum de nullitate, & ab ea appellatum ad quemcunque iudicem
1 competentem: poteſt enim etiam à ſententia † nulla appellari,vt per Franc.in cap.dilecto,q.13.extra de
2 appell. & tenet † appellatio generalis non expreſſo certo iudice,ad quem l.2.ff.de appell.Bar.in l. 1. §. ſi quis ver.quæſt.quid ſi aliquis ff.eod.ti.Bal.in l.apertiſſimi.C.de iud.num.5.Abb.in c.inter cætera, extra de appell.& cum de tali iudice non eſſet certus,deuẽtum fuit ad Ser.Dominat. intra terminum menſis ſtatutum ex decreto illius appellationibus dicti Conſulis,& ſic à delegato ad delegantem iuxta not.in l.1.in princ.& in § ab eo,vbi Bart.ff.quis, & à quo, & in l. Imp.§.1.ff.de appell.& in l.præcepimus.§.hęc ſi,vbi Gloſſ.C.eo.quę quidem per ſpeciale eius reſcriptum declarauit in cauſa dictæ appoſitionis Rotam eſſe adeundam. ¶ Quare coram oobis propoſita fuit,primò appellationis,deinde etiam nullitatis querela, & ex vtroque capite fuit petitum reuocari ſententiam dicti Conſulis:caput verò nullitatis fuit deductum ex defectu inſanabili iuriſdictionis ad not.in l.1.§ ſi.ff. ad Tertullia.& in l.1.§.hæc autem verba ff.q quiſque iuriſ. not.Van.in tract.de null.car.74.num.6. ſub ca. de oullit.ex defe.iuriſdic.Nam cum dictus Cõſul deputatus fuerit à Ser. Domin ad decidendas lites inter tractantes oatioois Genuenſis duntaxat, non potuit excedere fines ſuæ iuriſdictionis,iudicãdo inter alios mercatores extraneos,l.3.ff.de offi.præſi.l.neque.C. qui da.tut.poſ. ad not.in l.fi.ff.de iur.omn iud. Et li-
3 cèt ex aduerſo allegaretur ſubmiſſio † quædam aliàs facta io d. Conſulem per Nicolaum Dadda vti inſtitorem,& procuratorem generalem dicti Carcaſſolæ, cuius nomen poterat expendere, & longè maiora facere,prout pars ipſa in iudicio fuit confeſſa: attamen

replicabatur, quòd ſubmiſſio illa fuit particularis, & facta reſpectu tantum perſonæ,& rei, quæ illi cauſam dedit,& ſic occaſione tantum cuiuſdã tractæ exigendæ nomine ipſius Carcaſſolæ à nonnullis mercatoribus Genuenſibus,qui ex decreto Ser. Domin. prohibentur ſoluere quaſcunque tractas mercatoribus forenſibus, niſi prius illi ſe ſubmiſerint Conſuli Genuẽſi,& ideo talis ſubmiſſio Daddæ non potuit generalis cenſeri,& applicari ad quaſcunque alias cauſas, cum limitata cauſa limitatum producat effectũ,l. in agris. ff.de acquir.rer.domin.& maximè cum ſubmiſſio de ſui natura ſit odioſa, & ſtrictè intelligenda ad not. in l.ſi conuenerit ff. de iuriſd. om. iud. vltra quod,dato etiam quod poſſet dici generalis, adhuc generalitas iſta eſſet reſtringenda, & intelligenda reſpectu mercatorum Genuenſium tantum,non etiam forenſium, de quibus non videtur cogitatum tempore actus illius ſubmiſſionis. Deducebatur verò caput iniuſtitiæ ex eo,quia Hieronymus Ceuli in ſolutione dictæ tractæ debuiſſet ſeruare ordinem præciſè ipſius Carcaſ-
4 ſolæ,vel poſteaquam voluit,& placuit ei ſoluere † ſupra proteſtum pro honore literæ eiuſdem, vt eum ſibi retineret obligatum,debuit ſaltem primo quoque tempore,ac ſine dilatione id ſignificare ipſi committenti,nec expectare ad primam ſequentem feriam, & ſic inde ad tres menſes : qui enim mandatum alicuius exequi non poteſt, debet ſtatim id mandanti ſignificare, ꝙ ſi id non fecerit, quanti mandatoris interſit, tenebitur,l.ſi mandaneto §.fin.& l.ſiquis alicui.§.qui ſuſcipit mandatum. ff. mand. Nam ſi Carcaſſola in tẽpore ſciuiſſet de ordine ſuo non executo, & de ſolutione facta ſupra proteſtum, & de non acceptato debitore delegato,vtique ſtatim vel ſuum debitorẽ exegiſſet, vel aliter ſibi de indemnitate conſuluiſſet, nec remanſiſſet in periculo amittendi debitorem, ſi illo interim effectus fuiſſet non ſoluendo, prout eueniſſe aiebat defectu dicti Ceuli,qui ea ſibi, vt debebat, in continenti non renunciauit, propter quod teneri illũ ſibi ad intereſſe prætendebat. ¶ Quibus tamen non obſtantibus confirmauimus ſententiam dicti Cõſulis animaduertentes nullitatis oppoſitionem ceſſare. Primò quia ſubmiſſio Carcaſſolæ in dictum Conſulem verius dici poteſt generalis,reſpectu quorumcunque mercatorum,etiam forenſium, ad effectum, vt liberius cum omnibus indiſtinctè poſſet negotiari in dicto loco Pontarli, quòd proculdubio cõcernebat ip-
5 ſius fauorẽ, & ideo licèt ſubmiſſio † de ſui natura fortè dici poſſit odioſa,tamen hoc caſu inſpecta vtilitate reſultante ipſi Carcaſſolę ex libera negotiatione,cenſenda eſt fauorabilis,ac meritò amplianda,c. odia de reg.iur.in 6.& tantò magis,quia nedum occaſione illius tractæ ſe ſubmiſit dicto Conſuli, ſed etiam vlterius promiſit generaliter ex tunc,& in futurum parere mandatis dicti Conſulis: qua ſtante promiſſione non videtur dubitandum de competentia illius, quem ſibi in iudicem elegit,& præcipere poſſe voluit in futurum,& qui nimirum potuit ei demandare, vt dictam tractam agentibus Ceuli ſolueret, probabiliter credens ſe iudicem competẽtem virtute talis ſubmiſſionis : poteſt enim iudex ſupra iuriſdictionem ſuam iudicare, ſi prima facie cauſa videtur infra iuriſdictionem,vt not.Bart.in l.ſi.§. ſi. C. de appellat. Accedit, quòd inter mercatores illius loci nobis non conſtitit
6 alium adeſſe † Conſulem tempore,quo ibi celebrantur feriæ,quàm iſtum nationis Genuenſis, qui veriſimiliter videri potuit eſſe in quaſi poſſeſſione ius dicendi inter quoſcunque mercatores,feriam illam frequentantes,& conſequenter minus nulliter iudicaſſe,

vt per Inno.in c.ex literis, col. pen. in fin. ver. & hoc ipſum eſt dicendum de reſtit. ſpol. ¶ Secundò, quia
7 præſuppoſita † etiam nullitate dictæ ſententiæ, nihil prohibet cognoſci propterea per iudicem appellationis de meritis cauſæ principalis, etiam quòd ſola nullitas in caſu noſtro fuiſſet propoſita:quia cauſa nullitatis eſt cõtigua cauſæ appellationis,& ex ſeipſa operatur effectum deuolutorium negotij principalis, ſicut ipſa appellatio ſecundum Inno. in c. cum contingat de offi.deleg.Bar. in l.ſi vt proponis la 1. C. quo. & quando iudex,& in l.ſi expreſſim,nu.15.ff. de app. ad not.in l.abſentem.C.de accuſat.Abb.conſ.55.col. 2.vol.2.Alex.conſ.79.vol. 2. & in l.iudex poſtquam,
8 col.pen.ff.de re iud.cum tamen verum † ſit vtramque principaliter coram nobis fuiſſe cumulatã,ceſſat omnis difficultas ad not.per Bar.in l.1.num.8.C.quando prou.non eſt neceſ.& in l.ſi expreſſim, nu.13.Abb.in c.dilecto,col.2.ver.& hæc faciunt,& ibi Fran. q. 24. extra de appel.Bal.in l.1.in pr. C. de ſen.ex bre. reci. Et quamuis videretur pronũciandum appellationem
9 eſſe deſertam, quaſi non conſtaret eam fuiſſe † interpoſitam coram Conſule,nec ad eius ſciẽtiam,& præſentiam ad not.in l.iudicibus.C.de appel.c.biduũ 2. q.6.Cano.poſt Glo.in clem.1.eod.tit.Secundò,quia
10 appellans † non petiit Apoſtolos intra terminum 30. dierum à iure ſtatutum à die latæ ſententiæ, l.eos. §. Apoſtolos,C.de appell.clem.quamuis,vbi Car. q.4. eod.tit.c.ab eo,vbi Doc.eo.tit.in 6.glo.Bal.& Sali.in l.præſes,C.eo.tit.Bar.in l.vni,C.de libel.dimiſ.Rom. conſ.2.cum enim Apoſtoli ſint pars appellationis,c. cordi.& d.c.ab eo de appell.in 6.qui illos debitè non petierit,reputabitur non appellans d.c.ab eo,& dict. clem.quamuis, Rot.in not. de appell. deciſ. 41. aliàs 357.fuit dubitatum. Tertiò,quia intra decẽ dies poſt
11 latam ſententiam non nominauit† iudicem ad quem, prout de iure requirebatur,vt certus foret appellatus, quo ſibi eſſet comparendum iuxta not.in l.1.§.ſi quis. ff.de appel.Specul.in tit.de appell.§.nunc tractemus, verſ.ſed pone aliquis Gem.in c.ſi is,cui de offi.deleg. in 6.Ioan.And.in reg. in alternatiuis de reg.iur. in 6. Abb.in cap. 2. de appell.quæ omnia cum in proceſſu minimè appareant,pro omiſſis, & non geſtis habẽda ſunt.l ſi.vbi Doct. C. de reb. cred. Bart.in l.fin.C.de erro.ad not.& in l.ſi qui ad ciuilia,nu.4.verſ.quandoque vtraque pars.C.de appella.Bal.in l.ſi contra, nu. 33.verſ.limita vno modo de probat.& per conſequẽs appellatione deſerta nihil amplius quærendum videbatur ſuper meritis,ſed tantum ſuper deſertione pronunciandum iuxta not.per Doct. in d. l. eos, in prin. vbi Bar.nu.8.C.de appellat.Cano.in c. ſicut appellat extra eod.tit.Bal in l.2.C.vt lite pend. Tamen ad prędicta fuit reſponſum. Primò, quod imò conſtabat fuiſſe appellatum coràm Conſule ex illis verbis cedulæ appellationis, *compare, & reſponde*, quæ notarius ibi refert tanquam à parte prolata ipſi iudici, non autem ſibi notario : quia comparitio,& reſponſio in ſcriptis fit directè ipſi iudici, & coràm eo, licèt notarius tanquam perſona publica illas recipiat in actis. Præterea cum notarius ibi recenſeat plures
12 actus † ſimul, & vnico contextu factos coram dicto Conſule, & immediatè poſt ſententiam ſubiiciat appellationem interpoſitam, ex hoc patet, quòd ratione huius continuationis, & ſimultatis verius, & proprius cenſendus ſit vnicus actus cum præcedentibus non recipiens ſeparationem reſpectu temporis,vel perſonarum,vt inquit Socin.conſ.66.col pen. volum.1.facit regula, quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe,l. lecta. ff. ſi certum petatur & eò maxi-
mè

mè,quia in fine omnium adeſt vnica tantum ſubſcriptio,& fides notarij,& appoſitio eiuſdem diei,& datæ , & rogitus teſtium , quæ debent omnibus præcedentibus æqualiter deſeruire , & ea vniformiter determinare arg.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup. Accedit,quòd quatenus res eſſet aliqualiter dubia,pro non deſertione eſſet iudicãdum.Ita Paul.de Caſt.& Alex. in l 1.per illum text.ff.ſiquis cautio, Deci.conſ.83.in fin ¶ Ad ſecundum de Apoſtolis dictum fuit,quòd in quibus decretum Ser.Dom.ſpecialiter diſponit,ceſſat iuris communis diſpoſitio:non igitur fuit neceſſe petere Apoſtolos,ſed ſatis fuit præſentare proceſſum iudici ad quem intra terminum triginta dierum , vt
13 continetur in d.decreto, in quo datur forma † proſequẽdi appellationem dicti Conſulis,& nihil de Apoſtolis,& quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. Quòd ſi cogerentur petere Apoſtolos, qui appellant à ſententijs dicti Conſulis, ſequeretur facilè abſurdum:quia cum iudex habeat à iure terminum triginta dierum ad reſpondendum parti de Apoſtolis , vt not. in d.l. iudicibus.C. de appellat. & in c. quamuis eod.tit.in 6.eſſet in facultate ipſius inducere parti deſertionem appellationis, negãdo ei Apoſtolos vſque ad vltimam diem dicti termini, & eo pacto prohibere , ne pars poſſet intra dies 30. præſentare ſuam appellationem coram Ser.Domina.vel alio magiſtratu ordinario huius ciuitatis iuxta formam dicti decreti, quod cum non debeat continere impoſſibilia , & repugnantia,neceſſariò dicendũ eſt,loco petendi Apoſtolos,voluiſſe iniungere neceſſitatem appellantibus præſentandi appellationem , & proceſſum intra eundem terminum à iure ſtatutum : quæ res æquipollet præſentationi Apoſtolorum cum in illis nihil aliud, quam appellatio partis cum ſuis circunſtantijs iudici ad quem ſignificetur.l. præcipimus.C. de appellat. ¶ Quò verò ad tertium , ſatis dicitur pars nominaſſe,
14 & deſignaſſe certum iudicem ad quem, ex quo † appellauit à Conſule ad iudicem competentem, qui nõ poterat eſſe alius,quàm eius immediatè ſuperior,qui illum delegauerat,& ſic Ser.Dom.ad not.per Afflict. deciſ.ſi per totum : ꝙ certè appellatus minimè ignorabat Vnde his attentis , & maximè attenta facultate nobis tributa per reſcriptum Ser. Domi.procedendi ſcilicet in hac cauſa ſecundum regulas, & ordinationes dicti Conſulatus,nempe ſummariè,ſimpliciter,& ſola facti veritate inſpecta , viſum fuit in hac re ſequi veritatem ipſius negotij principalis , & reiectis quibuſcunque nullitatibus ſuper meritis cauſæ iudicare,
15 cum inter † mercatores ex ęquo,& bono breui manu ſit procedendum,vt not.Bart.in l.ſi fideiuſſor.§.quædam , & in l.Quintus.ff. mandat. Bald.in l. ſi pro ea, colum.penult. C.eod. titul.Iaſ. in l. Iuriſgentium.§. ſed cum nulla , colum.3. ff.de pact. Bald.conſil. 400. col.pen.& conſ.466. colum.2 volum.5.Socin.conſil. 65.col ſi vol.4. Quod etiam multò magis eſt ſeruandum inter forenſes,qui breuiori digni ſunt iudicio in re merè mercantili , vt in caſu, de quo agitur.¶ Accedit quòd etiam de iure poteſt iudex appellationis re-
16 iecta nullitate † primæ ſententiæ , ſi aliâs illam reperit iuſtam, eandem quò ad merita confirmare, vt per Alex.conſil.67.volu.6.vbi de communi atteſtatur, & conſ.79 vol.2. etiam quod ex defectu iuriſdictionis nullitas prætenderetur,vt per eundem Alex.conſ.111. vbi ſimiliter de communi, vol.5.& conſil.122.vol.2. Guido.Pap.q.294.Egid.concluſ 395.& 381.Felin.in c.cum cauſa, col.3.de re iud.Alex.conſ.53.col 3.vol. 5.Dec.conſ.482.nu.8.Quod etiam naturali rationi,& æquitati maximè cõſonat, nempe,vt inanis circuitus euitetur,& occaſio iterandi, ac duplicandi lites effugiatur , cum præſertim nulliter geſtum non reuocetur,ſi de nouo id nihilominus eſt faciẽdum:quia partis non intereſt reuocationem fieri , ex quo de nouo eſt faciendum, arg rex.in l.fi.§.fi.ff.ꝙ met.cau.Alex. in l.ſi finita in prin.ff.de dam.infec.Iaſ.poſt alios in l. à diuo Pio §.in venditione.ff de re iud.Paul.de Caſt. conſ.472. in fi.vol.1. Dec.conſ.449.nu.18. Confirmatio autẽ ſententię dicti Conſulis quo ad merita iuſtificatur tam ex diſpoſitione iuris,quam ex communi ſtylo mercatorum,de quo Rota voluit ſe plenè informare iuxta tradita per Doct. in l. de quibus ff. de leg.ꝙ vtique ſibi licuit virtute reſcripti, ſiue delegationis,cũ delegatus fungatur vice, & poteſtate delegantis & repræſentet perſonam ipſius,c.ſane de offic. delega.Docto.in l.fin.C.vbi,& apud quem, l.1.§ qui mandatam ff de offic eius, cui manda.eſt iuriſdictio, Bar.in l plebiſcitò.ff. de offi.cpræſi. Quo ſtante exploratum nobis fuit, ꝙ tracta licèt cõditionaliter facta,& cum qualitate ſoluendi, & ſcribendi ad debitũ tertij,ꝙ nihil aliud eſt, quàm delegatio certi debitoris pro extractione debiti ex ipſa tracta cauſati , quæ dicitur ſolutio , l.inter cauſas.§.abeſſe.ff.mãd.Doct. in l.delegare:ff.de nouatio.Bal.in fi.C.eo.tit.Bart.in l ſingularia,col.7.nu.18.ff ſi cert.pet.Alex.plenè in l. qui vſumfruct.ff.de verb obl.poteſt tamen per ipſum commiſſionarium,omiſſa illa conditione, & non acceptato debitore ſibi delegato , ſolui nomine ipſius principalis committentis,& vt aiunt, honore literarũ
17 † illius,& cum declaratione ſeu proteſtatione ꝙ ſoluens ipſum ſcribẽtem intendit habere obligatum, & non alium,& ſic de mandatario effici negotiorum geſtor,qui quidem geſto vtili negotio ipſius cõmittentis,nempe ſoluendo pro honore eius literæ,quæ aliàs nõ acceptata inanis,& ſine credito remanſiſſet,quod mercatoribus eſt maximè pernicioſum,profectò de-
18 buit ſine † mora ſatisfieri,vt dictat ordo rationis , & bonæ fidei inter mercatores præcipuè ſeruandæ, l.2. in fi.ff.de neg geſt. Nec tenebatur de ſtylo mercatorio certiorem huius rei ſtatim facere cõmitentem,& nihilominus in calce literæ reflexionis tractæ ipſius Ceuli adſunt hæc verba,*con.e ſi auiſa*,quæ cum habeãt relationem ad literas ordinarias aduiſus, denotãt, ꝙ in illis incontinenti fuerit data notitia ipſi Carcaſſolæ de huiuſmodi ſolutione facta ſupra proteſtũ , quas literas ipſe Ceuli oſtendere non poterat , cum penes receptorem exiſterent ,& ſic in manibus ipſius Carcaſſolæ, vltra quòd mercatores communiter dicunt eſſe officium illius , qui facit tractam inueſtigare, ac
19 perquirere † an ipſa tracta ſoluatur iuxta ordinem ipſius , necne , an verò ſupra proteſtum , cum id eius principaliter interſit , non autem ipſius commiſſionarij.De iure autem ſimiliter clarum eſt, quòd mandati actio tunc competit,cum intereſſe cœperit eius, qui mandauit , l.ſi procuratorem.§ mandati actio.ff. mandat.ſed intereſſe mandantis non incipit , niſi acceptato mandato per eum , cui dirigitur : quia ſine conſenſu vtriuſque partis non perficitur mandatum, l.1.ff. eod.tit. ſed vnicuique liberum eſt mandatum non ſuſcipere.l ſi mandauero.§.fin ff. eod.titul.ergo neceſſariò eſt dicendum, vt pertineat ad mandantem quærere id , quòd ſua principaliter intereſt , an ſcilicet fuerit acceptatum,nec ne mandatum ipſius. Quid enim ſi is , cui mandatum dirigitur , perpetuò taceret, & nihil ageret , vtrũmne diceremus mandatori aliquod ius competere contra ipſum , eò quòd nihil egiſſet ? vel mandati recuſationem ſibi per literas non denunciaſſet ? certè non , quia ante acceptatum

mandatum, vt dictum eſt, procurator ad nihil tene-
20 tur, nec dicitur † mandatum acceptaſſe recipiendo literas mādati, ſi aliud nō fecit. vt not. Card. in Clem. 1. in 3. oppo. de procu. & ex hoc colligitur ſolutio ad l. ſi mandauero. §. fi. & l. ſi quis alicui, §. qui ſuſcipit. ff. māda. ſupra ex aduerſo allegatas: Nam in caſu dictarum. ll. præſupponitur acceptatum fuiſſe mandatum ab eo, cui dirigebatur; quinimo etiam ceptum fuiſſe geri negotium: quo caſu procul dubio mandatum ſuſceptum conſummari oportet: non enim debet promiſſum deſeri officium, quòd ſi mandatarius intelligat explere ſe id officium non poſſe, id ipſum cum primum poterit debet mandatori denunciare, vt is, ſi velit alterius opera vtatur, ſed antequam acceptetur mandatum, ceſſat omnis prætenſio mandantis, vt in caſu noſtro: ſi igitur videmus eſſe in facultate cuiuſlibet acceptare, vel non acceptare mandatum ſibi directum, profectò debuit Carcaſſola inuigilare, ac diligenter inquirere, an Hieronymus Ceuli vellet ſoluere dictam partitam, nec ne ad formam mandati ſibi iniuncti, & quia turpe eſt dicere non putaram, & vigilantibus ius ſcriptum eſt, l. pupillus in fi. ff. quæ in frau. credi. propterea nō videtur excuſandus, ſi cautiùs potuit negotiari, & id facere neglexit. l. in ciuilem, C. de furt. & ſer. corrup. veruntamē quia ex æquitate Carcaſſola prætendebat Hieronymum Ceuli debuiſſe ſibi ſtatim ſignificare de ſolutione facta ſupra proteſtum relicto eius ordine, quemadmodum boni viri officio, mercatorum fidei, ac probitati conuenire maximè contendebat, inter quos ius eſt honeſtate metiendum, vt per Strac. de merca. in vltima particu. quomodo in cau. mer. proced. ſit in pri. qui etiam inſiciabatur, ſe aliquas huius rei accepiſſe literas ab ipſo Ceuli, cui onus id probādi pertinere aiebat, ac propterea non mediocriter de eo conquerebatur, cum pręſertim ſatis eſſet veriſimile, ꝙ dictus Hieronymus Ceuli quando ſoluit huiuſmōdi tractam, fuerit magis informatus, quam ipſe Carcaſſola de conditione & qualitate Piperarij debitoris ſibi delegati, ex quo noluit illum acceptare, ſciens ad inopiam vergere, ſed fecit electionem retinendi obligum ipſius Carcaſſolę tanquā magis idonei, & ideo prætēdebat nō modicum ſibi præiudicij fuiſſe cauſatum ob huiuſmodi notitiam maturius non habitam, aſſerens interim Piperarium decoxiſſe, quorum tamen neutrum in proceſſu fuit probatum: idcircò viſum fuit Rotæ, vt in fine ſententiæ reſeruarentur iura dicto Carcaſſolæ, ſi quæ ei competerent ſuper huiuſmodi prætenſo intereſſe, & alijs, de quibus in eadem noſtra ſententia, ne ſibi aliqua in re dici poſſet vllo tempore præiudicatum, iuxta not. per Bald. in l. peremptorias, nu. 20. C. ſenten. reſcin. non poſſe.

DECISIO XXIIII.

Gerens negotia aliena tenetur reddere rationem adminiſtrationis ſuæ, & ſoluere intereſſe ob non executum ordinem ab eo acceptatum.

SVMMARIVM.

1 *Reddita ſemel ratio non eſt amplius reddenda.*
2 *Epiſtola probat non ſolum contra ſcribentem eam totam, ſed etiam contra ſubſcribentem.*
3 *Exhibens literas fatetur cōtenta in eis eſſe vera.*
4 *Recipiens literas, & non reclamans videtur acquieſcere.*
5 *In dubio an capitale intelligatur ſaluum.*
6 *Inſtitor ad quid condemnari debeat.*
7 *Accipiens ordinem, & non obſeruans tenetur ad intereſſe.*
8 *Interpellatio extraiudicialis conſtituit in mora.*
9 *Teſtes producti extra tempus non probant.*
10 *Teſtes ſingulares an probent.*
11 *Teſti ſe exoneranti non creditur.*
12 *Oblatio verbalis crediti, an, & quando liberet debitorem ab intereſſe.*
13 *Veriſimilia non deponenti non eſt danda fides.*

QVONIAM quilibet aliena gerens negotia tenetur reddere rationem adminiſtrationis ſuæ, ſiue ſit negotiorum geſtor, l. 2. in fi. de neg. geſt. ſiue ſit procurator. l. ex mandato. ff. mand. Socin. conſ. 24. col. 14. in prin. in qua redditione oſtendi debent libri, & reliqua reſtitui. l. cum ſeruus de cond. & demonſtra. l. 1. §. officio de tut. & rat. diſt. ea propter Rota in præſenti iudicio condēnauit Petrum de Marinis ad reddendum bonam, veram, & legalem rationem cum reliquatus ſolutione implicitè factæ per dictum Petrum in Alexandria Ægypti fratribus Cattaneis, de quibus in cauſa, ſeu ſcutorū, N. ad dictos fratres ſpectantium implicatorum in mercibus Alexandriæ, vt cōſtat ex literis dicti Petri, de quibus in actis, præſertim cum in toto proceſſu nō appareat, ꝙ de eis vnquam ratio fuerit reddita, & ideo ceſſat obiectio, quæ ex aduerſo fit, videlicet computa huius implicitè
1 aliàs fuiſſe per fratres recepta, & ſemel redditam † rationem, non eſſe denuò reddendam, c. vni. vbi Anch. & Docto. de cler. ægro. in 6. ¶ Nec mouit exhibitio nuperrimè facta pro parte dicti Petri, tum quia non conſtat, ꝙ Nicolaus Cattaneus habuerit mandatum à dictis fratribus præſertim confitendi illud, quod in dicta exhibitione continetur, tum etiam quia illa exhibitio aduerſatur depoſitioni factæ per Gaſparem Spinulam, qui eſt teſtis dicti Petri, & deponit ꝙ Nicolaus Cattaneus noluit acceptare appodiſiā banci: mandauimus autē in d. redditione haberi debere rationem quātitatis lini ad fauorem dicti Petri, & partis eiuſdem lini traditi matri dicti Petri ad fauorē dictorum fratrū, moti literis dicti Petri, in quibus legūtur hæc verba, *vi mando, N. di lino boniſſimo, lo riceuerete, & mi farete gratia à farne parte à noſtra madonna madre.* ¶ Reſpectu verò crediti Simonis proprij adſunt quædā literę dicti Petri in proceſſu exhibitæ, & quæ probantur eſſe ſcriptæ, ſeu ſubſcriptæ manu ipſius, iſtud
2 creditum optimè probantes: epiſtola † enim probat cōtra ſcribentem, l. Publia. §. fi. depoſ. Doct. l. admonendi de iur. iur. item contra ſe ſubſcribentem ſcripturæ per alium confectæ, qui ſibi ipſi præiudicat, ac ſi ipſe totam ſcripſiſſet. Bartol. l. ſicut. §. non videtur quibus mod. pign. & in l. quæ dotis ad ſi. ſol. matr. verum dictum reum non condemnauimus ad ſolutionem partitæ vnciarum, N. & partitæ ſcutorum, N. illa ratione moti: quia iudicauimus eum condemnari debuiſſe ad reddendam rationem implicitæ in nucibus muſcatis coſiſtentis, de qua aliquæ literæ dicti Pe-
3 tri exhibitæ † loquuntur, & quas ipſi fratres producendo approbare videntur, & fateri omnia in eis conten-

contenta eſſe vera, vt per Doct.in l.1.§.editiones de
eden. quibus etiam dictus Simon eas recipiendo,
4 † nec reclamando videtur voluiſſe acquieſcere, argu-
mento.l ſi, filiusfamiliâs ad Senatuſconſ.Macedon.
Bald.l. emptor.§. Lucius de pact. Nec obſtare viſum
fuit conſilio Socin. 24. in 1. quo habetur, quòd in
5 † dubio præſumitur ſocietas lucrata fuiſſe, non autem
perdidiſſe, & ei, qui dicit non eſſe ſaluum capitale, in-
cumbere onus id probandi: quia fatebimur vera eſſe,
quæ in dicto conſil.Soci.traduntur, nihilominus non
6 admittemus ad aliud inſtitorem † teneri, quàm ad
redditionē rationis adminiſtrationis per eum geſtæ,
vt per eundem Socin. in dicto conſilio 24. quem ſu-
pra ad hoc propoſitum citauimus, Nec Bald.qui ad-
ducitur in l. 1. columna 2. C. pro Socin. contra no-
ſtram ſententiam facit, licèt ibi tenuerit ex ſententia
Iacobi de Arena capitale ſaluum eſſe debere ei, qui
in ſocietate illud poſuit. Nec refert, quòd idem Bald.
in l.ſi non fuerint, pro Soc.dixerit, quòd in diſſolu-
tione ſocietatis ille, qui poſuit capitale, debet illud
requirere ſi extat, quia non propterea dicit, Bald.
quod debeat peti capitale in iudicio, ſeu conuentum
ad illud condemnandum, ſed dicit, quòd debet re-
quirere ſi extat, requirere, id eſt indagare, & perſcru-
tari, ſed ſi agat contra inſtitorem, quem præpoſuerit
alicui negotiationi, profectò debet petere rationem
adminiſtrationis ſibi reddi, & ad reddendum eam
debet condemnari inſtitor, in qua redditione non ne
gamus quin conſiderari debeat, quod capitale ſit ſal-
uum ei, qui illud poſuit, & hæc fuit intentio Baldi in
dictis locis, ſi rectè conſideretur. In dicta autem red-
ditione idcircò mandauimus habendam eſſe ratio-
nem librarum, N. pro vncijs, N. ſolutis à dicto Petro
Baptiſtæ Iuſtiniano nomine dictorum fratrum: quia
inuenimus in computo dicti Simonis proprij dictam
ſummam excipi à calculo tanquam ſolutam per di-
ctum Petrum dicto Baptiſtæ. ¶ Quò verò ad credi-
tum dictorum fratrum, cùm ex pluribus literis dicti
rei in actis exhibitis, quæ (vt diximus) probant con-
tra ſcribentem, vel ſubſcribentem nobis conſtiterit
dictum reum eſſe debitorem de ſumma librarum, N.
meritò eum condemnauimus ad ſoluendum dictis
fratribus dictam ſummam vnà cum lucro, quod per-
ceptum fuiſſet, ſi dictæ pecuniæ implicatæ fuiſſent in
ſetis, & illæ tranſmiſſæ dictis Cattaneis Genuam: ve-
rùm quia non fuerunt factæ probationes, quibus Ro-
ta exiſtimauerit eſſe acquieſcendum, idcircò reſer-
uauit in executione ipſis fratribus ius liquidandi tale
lucrum tam ex deductis, quàm ex deducendis, appa-
ret autem ex literis dicti Petri, quibus reſponſum
reddidit dictis fratribus, quòd ipſe volebat eo anno
pecunias illas omninò implicare in ſetis Meſſanenſi-
bus ipſis fratribus per dictum reum tranſmittendis
7 Genuam, & ipſe tale mandatum † videtur ſuſcepiſſe,
vel ſaltem declarauit ſe velle teneri ad intereſſe, quòd
non poteſt eſſe aliud, quàm lucrum, quod dicti Cat-
tanei feciſſent ſi Petrus dictas ſetas emiſſet, prout in
mandatis habuerat. Sanè duximus dictum reum con-
demnari debuiſſe occaſione intereſſe cambiorum à
die, qua ipſi fratres dictas ſetas, ſi fuiſſent ipſis tranſ-
miſſæ, vendidiſſent iuxta liquidationem venditionis
aliarum ſetarum ad ipſos fratres ſpectantium: quia
exinde veriſimiliter dictas pecunias cambio dediſ-
ſent, aut alienas cambio non accepiſſent. & ſic viſum
fuit ipſis huiuſmodi intereſſe deberi tam ratione lu-
cri ceſſantis, quàm damni emergentis, cum probaue-
rint ſe eſſe mercatores, & negotiatores ſolitos dare,
& capere pecunias cambio, qui ſi illas pecunias ha-
buiſſent idoneis mercatoribus dare potuiſſent, ad
not.in cap. conqueſtus de vſur. in l.curabit.C. de act.
empt. Dec. conſil.116. Afflict. Dec. 20. & alibi ſæpe
Doct. & certè nulla æquitas ſuadet, quòd vnus mercator
cum pecunia negotietur, & lucrum faciat, præſertim
cum detrimento illius, cuius ſunt pecuniæ, l.nam hoc
de cond.indi. Nec obſtat, quòd mora non interuenerit
ex parte dicti Petri, & ideo eum nō teneri ad aliquod
intereſſe.l.mora de vſur. Reſpondemus.n.debitorem
8 conſtitui in † mora etiam per interpellationem ex-
traiudicialem, ſecundum Dec.in l.quod te, num.3.ſi
cert.pet. cōſtat autem Petrum fuiſſe ſæpius interpel-
latum à dictis Cattaneis ex reſponſione eius facta in
literis exhibitis, quinimo ex eiſdem conſtat eum te-
neri ad dictum intereſſe vigore promiſſionis per ip-
ſum factæ, de qua re etiā ſupra, Nec mouit, quòd ex ad-
uerſo dicebatur cōſtare, quòd dictus Petrus nō ſemel ob-
tulit ſe velle ſatisfacere dictis fratribus, vel agentibus
pro eis, dūmodo liberaretur, prout de iure erat libe-
randus, l.plures, vbi Bar.C.de fid.inſt.de qua oblatio-
ne depoſuit Hieron.de Bene, & Gaſpar Spinula, quia
præterquā quòd dicti teſtes nullā prorſus fidem faciunt:
9 producti enim fuerūt † extra tempus dilationis defo-
ris datæ contra formam regularum, quo caſu perinde
haberi debent, ac producti non fuiſſent: non ſeruata
enim forma à regulis tradita, omnia corruunt.l. non
dubium.C.de leg. Dec.conſil.2.nume.9. dicti etiam
10 teſtes † ſunt ſingulares, ergo non probant, l.ob car-
men, vbi Bald.in § fin de teſt. præſertim cum non ſit
vnum factum connexum illud, ſuper quo prædicti te-
ſtes deponunt, prout pulchrè conſiderat Bald.in dict.
§.fin. Nam Hieronymus de Bene, dicit ſe audiuiſſe
dictum Petrum offerentem ſe velle ſoluere creditum
dictorum fratrum Baptiſtæ Iuſtiniano eorum ſoro-
rio, Gaſpar verò Spinula deponit ſe in executione
ordinis ſibi dati à Petro Alexandriam profecturo
ſcripſiſſe dictis fratribus literas, quibus illis ſignifi-
cabat ſe velle eis ſoluere quicquid Petrus ipſis debe-
11 bat: qua in re deponit ad ſe exonerandum, † igitur
non eſt idoneus teſtis ſecundum Bartol. in l. deferre
de iure fiſci, ſubiiciens etiam ſe quandoque obtuliſſe
Nicolao Cattaneo, ſeu Baptiſtæ nomine dictorum
fratrum ſub conditione, de qua in eius teſtificatione.
12 Accedit quòd oblatio † crediti verbaliter facta non
liberat debitorem ab intereſſe, quando creditor non
reſpondet ſe nolle accipere, ad tradita per Alexand.
in l. qui Romæ in princip. de verbo. obliga. ſicut in
propoſito caſu non dicuntur Cattanei reſpondiſſe ſe
nolle accipere, ſed quidam extraneus, qui non potuit
ipſis præiudicare, Nec conſtat eos recepiſſe literas,
quæ dicuntur ipſis fuiſſe ſcriptæ à Gaſpare Spinula,
vel ſi receperunt, non conſtat quòd recuſauerint accipere
oblatam ſolutionem, & profectò non videntur dicti
teſtes veriſimilia deponere, quòd ſcilicet creditor non
reſcripſerit offerēti ſe velle ei ſatisfacere, & quòd aliquis,
qui potuerit creditum ſuum, vel eius, cuius negotium
gerebat recipere, noluerit de receptis finem, & abſo-
13 lutionem facere. Quare ſequitur cum veriſimilia † nō
deponant, vt fides eis non ſit adhibenda.c.quia veriſi-
mile, vbi Abb.& Fel.nu.4.extra de præſumpt. Con-
demnatus etiā meritò fuit dictus Petrus ad ſoluēdum
partitā librarum, N.itē partitā librarū, N.pro reſiduo
vnciarum, N.item aliā librarum, N.necnon ad reſti-
tuēdū eiſdē fratrib.anulos quatuor habitos pro pigno
re ab illo de Muletis ſtāte epiſtola dicti Petri ſcripta
de mēſe Octobris, itē alia ſcripta de mēſe Iunij iūcto
con-

computo dictorum Cattaneorum, item alia ſcripta ab eodem Petro de menſe Aprilis. A partita verò ſcotorum dictum reum abſoluimus, quia vidimus pleráque adeſſe, quæ tollunt hãc prætenſionem actorum, & inter cætera liberalitas ipſorum, quos etiam probatum fuit non eſſe ſolitos excipere conuiuio ſodales ſuos, aut aliquos ciues, à quibus deinde repetãt expenſam victus, probatum quoque fuit, quòd reus dicto tempore habebat domum apertam, & prouidebat familiæ ſuæ de rebus neceſſarijs ad victum, vt interim omittamus multa alia, quæ nos ad dictam abſolutionem impulerunt. Sanè quod attinet ad reconuentionem quamuis quò ad Regalia, de quibus in ea videatur prima facie clara prætenſio dicti Petri ex memoriali, de quo in cauſa, nihilominus apparet etiam (niſi fallimur,) de ſatiſfactione ex literis ſcriptis manu Nicolai Cattanei nomine Nicolai Cattanei, & Petri de Marinis, qui dicto tempore inſimul nomen expendebant, & vnuſquiſque ipſorum dabat complementum pro altero nomine Nicolai, & Petri, prout omnia iſta probata fuere per teſtes ad inſtantiam dictorum actorum examinatos: quia tamen noluimus præiudicari dicto Petro, caſu quo ipſi d. Regalia deberentur, reſeruauimus iura ſua illi talia, qualia ad dicta Regalia. Quo verò ad ſalarium, ſeu mercedem petitam per dictum Petrum non duximus de ea habendam eſſe rationem, tum quia non fuit probata ſaltem concludenter eius intentio, licèt aliqui teſtes ex teſtibus ad eius inſtantiam examinatis deponant, quòd dictus Petrus multos labores ſuſcepit in exigendo aliqua credita dictorum fratrum, qui tamen non probant, nec quot pecunias exegerit, nec quantum tempus in eis exigendis conſumpſerit, tum quia teſtes examinati in curia Meſſanæ fuerunt producti extra tempus dilationis deforis probatoriæ contra formam regularum, vt ſupra diximus, quinimo ſtantibus tot literis à dicto Petro aut ſcriptis, aut ſubſcriptis tam dicto Simoni proprio, quàm dictis Baptiſtæ, & Simoni tranſmiſſis, in quibus fatetur ſe eſſe debitorem dictorum fratrum de ſummis in eis contentis nulla facta mẽtione dicti ſalarij, ſeu mercedis, exiſtimauimus aut dictum Petrum de dicta mercede fuiſſe ſatisfactum, aut nullam vnquam ei debitam fuiſſe marcedem à dictis Cattaneis, & per hæc, & alia, quæ breuitatis cauſa omittimus, tulimus ſuperioribus diebus ſententiam communi omnium calculo approbatam.

DECISIO. XXV.

Naui incipiente ſecundum viagium, aſſecuratorès pro primo viagio remanent liberati.

SVMMARIVM.

1 *Aſſecurationis conuentio valet.*
2 *Aſſecuratores non tenentur, niſi de viagio conuento.*
3 *Aſſecuratio facta pro viagio intelligitur pro primo.*
4 *Patronus nauis in mari poteſt obligare dominum.*
5 *Actus præſumitur factus in vim præcedentis obligationis, & potius pro euitando intereſſe, & pœna.*
6 *Incepto ſecundo viagio aſſecuratores viagij primi non tenentur amplius.*
7 *Nauis diuertens ad extraneos actus dicitur mutaſſe viagium.*
8 *Deliberatio, & deſtinatio deducta ad actum proximum, & propinquum habetur pro perfecta.*

IN Dei nomine, in cauſa Baptiſtæ Cicadæ, & litis conſortium mota contra Iacobum Camillam, viſum fuit Rotæ vno duntaxat diſſentiente condemnare dictum conuentum ad reſtituendum indebitè exactum, vna cum pœna triginta trium pro centenario, iuxta formam regularum Rotæ: Nam licèt dubium non
1 videatur in iure quin valeat illa † conuentio ſuper aſſecuratione mercium, vel nauis aliquo dato, vel promiſſo, & quod quis ſuſcipiat alienum periculum, vt per Paul. de Caſtr. in l. naui, Haupheli. ff. loc. Alex. in l. à Titio. ff. de verbor. oblig. Bartol. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. Bald. & Sali. in l. quæ fortuitis. C. de pign. act. Afflict. in deciſ. 389. Strach. in tract. de ſponſ. in 4. parte, verſiculo item quærit. Petr. Luſita. in tract. de aſſecu. in 1. parte in princ. Attamen in præſenti caſu data validitate d. conuentionis adhuc viſum fuit dictos aſſecuratores, qui ſuſceperunt in ſe periculum nauis, eſſe in caſu victoriæ, licèt naufragium ſecutum fuerit: Nam cum facta fuerit ſecuritas ſub nomine dicti Iacobi Camillæ ſuper corpore nauis, naulis & corrediis, toto viagio durante, quòd facere debebat dicta nauis ex Meſſana ad oneratorium Siciliæ, & inde ad locum Liburni, vel ciuitatem Genuæ, tamen cum verba aſſecurationis potiſſimè ponderanda ſint l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſ. l. in conuentionalibus. ff. de verbor. obligat. Bald. in rubr. C. de fide inſtrument. Luſit. in tract. de aſſecur. in 3. parte numero 38. clarum eſt, quòd dicti aſſecuratores de
2 alio caſu, & de alio † viagio non tenentur, niſi de promiſſo, & comprehenſo in aſſecuratione. l. ſi vnus. § ante omnia. ff. de pact. facit text. in l. 1. §. non autem ff. de exerc. & in l. quicumque. §. non tamen. ff. de inſtit. cum actus agentium non debeant operari vltra eorum intentionem l. obligationum ſubſtantia. ff. de act. & oblig. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. Bald. conſilio 102. numero 5. volumine 3. facit ad id, quòd qui aſ-
3 ſecurat † pro viagio nauis, intelligitur de primo, vt qui vendit vuas viridarij fructuantis bis in anno, intelligitur de primo fructu, & promittens aliquid reaptare, intelligitur pro prima vice tantum. Iaſon. in l. diuortio. §. quod in anno, numero 15. ff. ſolut. matrimo. & in l. duobus §. ſi ei, qui ff. de iur. iur. latè Tiraq. in l. Boues. § hoc ſermone. ff. de verbor. ſignifi. Alex. conſilio 16. volumine 4. Luſi. in dict. tract. de aſſec. in 3. part. numero 30. & ſeq. Accedit, quòd cum appodiſia dicat toto infr. viagio durante, illa ablatiua abſoluta important conditionem. l. euictis agris. ff. de euict. l. accept. ff. ad l. Falc. l. à teſtatore. ff. de condit. & demonſtra. Iaſo. in l. ab emptione. ff. de pact. ergo intelligitur durare dicta ſecuritas quatenus duraret dictum viagium: Vnde cùm conſtet in proceſſu dictam nauim facta noua deliberatione, & conuentione mutaſſe primum viagium, vt inferius dicetur,

meritò dicendum eſt, dictos aſſecuratores non teneri
vltra eorum promiſſa, nec de caſu ſinitro ſucceſſo in
ſecundò viagio, & non in primo. ¶ Quod autem di-
cta nauis murauerit viagium patet: quia diſcedens
ex Meſſana, cum peruenit ad ciuitatem Panormi, pa-
tronus nauis fecit inſtrumentum locationis de dicta
naui ex Panormo ad locum Saccæ oneratorium Sici-
liæ, & inde ad ciuitatem Meſſanæ, & clarum eſt pa-
5 tronum, ſeu magiſtrum † nauis, qui imponitur locan-
dis mercibus, vel ad merces, aut conducendis vecto-
ribus. l. 1. §. magiſtri autem. ff. de exercit. poſſe obliga-
re eius dominum, ſeu exercitorem, l. 1. in princ. ff. eo.
tit. de exer. ¶ Vnde cum dictus patronus locauerit di-
ctam nauim pro ſecundo viagio, & pro obſeruatione
dictæ locationis vltra generalem obligationem, &
pœnam, obligauerit in ſpecie dictam nauim, & pro
primo viagio nulla adeſſet obligatio, ſed tantum ap-
podiſia aſſecurationis, tunc dicendum eſt, dictam na-
uim ea diſceſſu à ciuitate Panormi cœpiſſe nouum
viagium, & non cõtinuaſſe primum, cùm ſemper quis
5 præſumatur feciſſe † actũ in vim præcedentis obliga-
tionis, & vbi potius veniret euitandũ intereſſe, & pœ-
na, quam vbi nullum intereſſe, & pœna incurreretur,
l. 3. & l. & magis. ff. de ſolut. Prout quoque in dubio
factũ quid magis præſumitur ob cauſam, quæ arcta-
bat quem ad illud factum per ea, quæ cõſulendo ſcri-
bit Paul. de Caſt. in conſ. 133. iſte Martinus, num. 3.
& in conſ. 410. viſo, & examinato, col. 1. vltra medium
volu. 2. vbi etiam dicit, quòd in dubio cenſetur quis
voluiſſe facere id, quod tenebatur: verum in caſu oc-
currenti inſpecta prima aſſecuratione, nulla aderat
cauſa, quæ obligaret patronum nauis, prout in ſecun-
da attento dicto inſtrumento locationis, & obliga-
tionis, meritò in obſeruatione, & executione dictæ
obligationis, vt ſupra dictum eſt, præſumitur nouum
fuiſſe factum viagium, & clarum eſt, præſumptiones
ioris eſſe liquidiſſimas probationes, l. licèt Impera-
tor, vbi Alexan. & Iaſ. ff. de leg. 1. Alciat. in tract. præ-
ſumpt. in princ. ¶ Sed accedit in præſenti caſu, quòd
fuit etiam plenè probatum per teſtes, quòd dicta na-
uis ea diſceſſu a Panormo ſequebatur ſecundùm via-
gium ad oneratorium Saccæ, & inde ad ciuitatẽ Meſ-
ſanæ iuxta formam inſtrumenti locationis, & quod
ex dicto viagio ea Panormo ad oneratorium Saccæ
ſecutus fuit caſus ſiniſter, & cùm ſint plures numero,
plenè probant, l. vbi numerus. ff. de teſt. Doct. omnes
in l. admonendi. ff. de iur. iur. ¶ Accedit, & fortius, ꝙ
dictus patronus nauis conſenſit, quòd pro dicto ſe-
cundo viagio fierent nouæ aſſecurationes ſuper nau-
lis dictæ nauis, & deficientibus naulis ſuper corpore
dictæ nauis, vt conſtat ea inſtrumento dictæ locatio
nis: quæ aſſecurationes eueniente caſu ſiniſtro, cede-
bant in vtilitatem dicti patroni nauis, & per conſe-
quens domini, & exercitoris dictæ nauis, iuxta text.
in l. 1. § exercitorem. ff de exerc. act. & conſtat etiam
per teſtem in proceſſu, qui deponit aſſecuraſſe pro
certo pretio dictam nauim pro dicto ſecũdo viagio,
& ob caſum ſiniſtrum ſoluiſſe aſſecurationem, qui te-
ſtis cum deponat de facto proprio (ſtante maximè
adminiculo dicti inſtrumenti locationis) plenè pro-
bat, Paul. de Caſt. in l. quicunque in fi. C. de ſer fu. Sa-
li. in l. ſi quis de curio. C. de falſ. Alea. conſ. 197. in 7.
vol. Ruin. in conſil. 105. in 4. volum. Vnde, quomodo
poteſt dici caſum ſiniſtrum fuiſſe ſecutum in primo
viagio? & eſſe locum primis aſſecurationibus? cum
6 pro ſecundo † viagio fuerint factæ nouæ aſſecuratio-
nes, & ſolutæ, & ſi diceretur, primos aſſecuratores te-
neri, ſequeretur quòd ſoluerentur duæ aſſecurationes
ſuper eodem corpore nauis ex diuerſis viagijs, quòd
non eſt dicendum, cùm vna, & eadem res non debeat
diuerſo iure cenſeri, l. eum, qui ædes, cum ibi not. per
Doct. ff. de verb. oblig. cum igitur fuerint ſolutæ fi-
deiuſſiones ea caſu ſiniſtro ſecuto in ſecundo viagio,
ergo viagium primum fuit mutatum, & primi aſſecu-
ratores non tenentur, niſi de primo viagio, & non vl-
tra promiſſa in primo viagio per ſupra dicta, & cum
7 dicta nauis † diuerterit ad extraneos actus, tunc di-
cuntur plura viagia, & primum dicitur mutatum, vt
per Socin. in conſil. 33. in 1. vol. numero 9. & 10. facit
quod not. in c. quia propter, de elect. & quod habetur
in l. continuus ff. de verborum obligatione. ¶ Nec
fuit viſum obſtare, cum dicebatur, quòd dictus patro
nus poterat mutare voluntatem, & etiam quòd pro-
miſiſſet ex loco Saccæ ire verſus Meſſanam, attamen
potuiſſe ex diſceſſu à loco Saccæ accepto nouo ac-
cordio proſequi primùm viagium pro Liburno, vel
Genua: quia replicatur quòd ſi hoc diceretur, daretur
mutatio voluntatis dicti patroni, quod de iure non
non præſumitur, vt dicit text. in l. cum tantum. ff. de
probat. & ita not. ibi Glo. & Bald & dicitur ibi, quòd
qui conuenitur, debet probare volũtatem mutatam,
ſed hoc conuenti non probarunt meritò, &c. ¶ Item
non videtur hoc poſſe dici, quòd dictus patronus po-
tuerit mutare voluntatem, & ſic redire ad primum
viagium: quia, vt detur iſta mutatio voluntatis eſt ne-
ceſſe dicere, quòd dictus patronus habuiſſet noticiam
primæ aſſecurationis, ſed iſtud per conuentum non
fuit deductum, ergo dici non poteſt, quòd potuerit
pœnitere, & redire ad primum viagium. ¶ Item dici-
tur, quòd ſicut prima appodiſia aſſecurationis demõ-
ſtrat, & probat primum viagium, ita ſecundum in-
ſtrumentum locationis demonſtrat, & probat ſecun-
dum viagium. ¶ Nec poſtremù viſum fuit obſtare, ꝙ
dicebatur, quòd ſimplex illa cogitatio & deſtinatio
mutationis ſecundi viagij non debebat præiudicare
dicto conuento, cum caſus ſiniſter ſucceſſerit intra
limites primæ aſſecurationis: quia replicatur, ꝙ non
8 ſumus in ſimplici deſtinatione, ſed illa † deſtinatio
fuit deducta in obligationem, & vltra obligationem
fuit cœptum ſecundum viagium, & fuit deuentum ad
actum proximum, & propinquum, vnde tunc deſti-
natio habetur pro perfecta, vt per Bart. in l. cætera. §.
fi. ff. de leg. 1. & Iaſ. ibi nu. 19. & Alea. in conſ. 7. circa
finem, verſ. 5. pro hoc, lib. 3. cum potentia propinqua
actui habeatur pro actu, l. penul. cum Glo. & ibi Bal.
not. ff. de teſt. mil. faciunt not. per Doct. in l. diuortio.
§. interdum. ff. ſolut. matr. Facit ad id, quod ſtante ſta-
tuto, quòd portantes bladum, vel farinam extra terri-
torium puniantur, ſi quis fuerit repertus in itinere de-
bet puniri, ac ſi viagium perfeciſſet, vt per Paul. de
Caſt. in l. ſi fugitiui, & Veron. ibi nu. 65. C. de ſer. fug.
& per hæc fuit per Rotam deciſum, & vt ſupra con-
cluſum Laus Deo.

DECISIO XXVI.

Confeſſio facta contemplatione ſoluentis an valeat ad beneficium illius, cuius erant pecuniæ ſolutæ, & an petens reſiduum poſſit totum obtinere.

SVMMARIVM.

1 *An agens ex vna cauſa poſſit ex alia obtinere.*

2 *Verbum accipere importat translationem dominij.*

3 *Exec-*

Digitized by Google

3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an, quomodo, & quando competat.*

4 *Inter mercatores poteſt obtineri non deductum in petitione.*

5 *Idem vbi proceditur de æquitate, ſola veritate inſpecta.*

6 *Idem vbi in petitione ſunt clauſulæ petens, &c. non ſolùm, &c. deducens, &c. & num. 33.*

7 *Probatio dubia non releuat probantem.*

8 *Vnico teſti quando detur fides, & num. 16. & 17.*

9 *Confeſſio in parte falſa, an in totum reddatur falſa, & num. 19.*

10 *Confeſſiones plures eodem modo factæ, an æqualiter determinent, & num 20.*

11 *Plures confeſſiones eodem modo factæ, an diuerſo iure cenſeri debeant, & num. 21.*

12 *Argumentum à communiter accidentibus & valet, & num. 22.*

13 *Teſtis deponens per verbum credulitatis non probat,*

14 *Dies, & conſul non requiruntur in priuata ſcriptura.*

15 *Solutio non expreſſa cauſa cenſetur pro mutuo.*

18 *Mercatores ſolent in libris ſcribere ſoluiſſe illi, cuius nomine, ſeu ordine ſoluunt, & non illi, cui verè exburſant.*

23 *Literæ camby ſolutæ ſolent remanere penes debitores.*

24 *Mercatores non intelliguntur exigere ad extinctionem crediti, ſed vt hinc inde faciant computationem in ſumma temporis, & intereſſe.*

25 *Facta ſolutione intelliguntur verificata, quæ neceſſariò præcedere debebant.*

26 *Ad probandam identitatem partitarum quot concurrere debeant.*

27 *Confitens contemplatione mandantis recepiſſe à mãdatario an ſibi præiudicet, quo ad mandatarium.*

28 *Extractum ſeu partita cartulary ſancti Georgij probat numerationẽ, niſi probetur cõtrarium.*

29 *Frater etiam ſocius non obligatur ex ſacto fratris.*

30 *Compenſatio non admittitur inter debitum ſociale & creditum proprium.*

31 *Reſidui commemoratione continetur totum.*

32 *Compenſatio eſt ſolutio.*

Chriſti Nomine Inuocato.

IN cauſa fideicommiſſariorum hęreditatis Dominici Lercatij contra Petrum, & Chriſtoforum Caluos, id qua dixerunt dictum Petrum plures exegiſſe peeuoiarum quantitates à debitoribus dicti Dominici, & petierũt illas compenſari pro concurrenti quãtitate cum ſumma, de qua dicti Calui prætendebant ſe creditores dicti Dominici vigore cuiuſdam appodiſię, & in reſiduo illos condemnari, vt latius in eorum petitione cõtinetur. Pronuntiauimus dictum Petrum teneri ad reſtituendum ipſis actoribus dictas pecuniarum quantitates, moti, quia nobis viſum fuit, nos eſſe in confeſſis: exhibuerunt enim dicti a ctores quendã quadernettum in quo erãt ſcriptę manu iuueois dicti Dominici multæ partitæ, & quantitates multorũ debitorũ, & ſub qualibet, & ſingula earum erant ſubſcripta hæc verba ***ho hauuto io Petro*** exceptis quibuſdam, quibus nihil erat ſubſcriptum ſed adderant verba dicti iuuenis denotantia illas in capſia peruentas fuiſſe, & dicta verba ***ho hauuto io Petro*** fuerunt recognita per ipſos reos, qui reſpondendo poſitionibus confeſſi fuerunt eſſe ſcriptas de manu, & literatura ipſius Petri: vnde cum Petrus confeſſus fuerit ſe habuiſſe à dictis debitoribus dictas partitas, & quãtitates, quibus ſe ſubſcripſit, & hæ ſpectarent ad dictũ Dominicum vigore literarũ Franchi de Auria, & Iofredi de Franchis Bezenſoni, vt in proceſſu liquidatũ fuit, nullæ aliæ partes iudicis eſſe poterant, quàm io condemnando iuribus vulgari. Non obſtantibus multis in contrarium adductis: ex quorũ reſolutione nobis viſa fuit magis clara reddi concluſio contra dictum Petrum. ¶ Et primò, non obſtare viſum fuit, dum dicebatur abſolutoriè pronunciandũ, eo quòd actores dixeruot io petitione dictũ Petrum exegiſſe, & ſic factum exactionis propoſuerunt, & tamen ipſum factum reale exactionis non probauerũt, ſed confeſſionem exactionis duntaxat (quatenus illa verba importarent confeſſionem exactionis pecuniarum, quod ipſi rei negabant (vt proximè dicetur) &
1 iden obtinere † noo poteraot per ea, quæ tradit Specu. in tit. de ſotte. §. 1. num. 66. verſ. ſed pone egi. cum enim ſe adſtrinxerunt ad vnam cauſam, ex alia obtinere non poterant, l. habebat. ff. de inſti. Nam huic fundamento reſpõſum fuit, quòd præſuppoſita opin. Specu. pro vera, quæ tamen contradictoribus nõ caret, vt per Doct. in l. certi conditio. § ſi nummos. ff. ſi cer. pet & in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. & in l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius. §. Griſogonus. ff. eod. tit. omnibus dicitur eam limitationem non procedere quando lapſum eſt biennium, nec ante fuit oppoſita exceptio non numeratę pecuniæ: tunc enim confeſſio de recepto probat veram numerationem, & ſic factum reale exactionis, ita limitat. Imo. Raph. Paul. de Caſt. & Alex qui plures alios allegat in d. §. Griſogonus, nu. 13. vbi latè diſputat, hunc articulum, & iſta eſt communis opinio ſecundum Rip. in d. §. ſi quis ita, nu. 37. poſt Alex. ibi num. 33. per text. in d. §. Griſogonus & ibi Bart. & Doct. communiter ita intelligentes d. tex. & per text. in l. pecuniæ, & ibi Bald. in terminis, col. 2, nu. 2. ibi rei geſtæ, C. de ſolut. & ratio eſt ſecundum Sal. in l. ſi ex cautione, col. ſi. nu. 30.
2 C. de nõ nu. pec. quia verbum † accepiſſe ex ſua ſignificatione importat tranſlationem dominij rei, cui adijcitur, allegat. l. de eo. §. 1. ff. ad exhib. & l. 1. §. ſi mutuam. ff. ſi quis in fraud. pa. & l. ſi tutor. §. ſi. ff. de vſur. ſed tranſlatio non poteſt fieri ſine rei interuentu, & traditione, ergo, &c. Aliam etiam rationem conſiderat, Alex. conſ. 179. viſa ſcriptura, col. 1. ſub nu. 3. volu. 2. quia confeſſio de recepto probat naturalem numerationem: ſed quia quandoque cõtingebat, quòd homines pecunijs indigentes, vt magis inducerent mutuantes faciles ad ſibi mutuandum, faciebant confeſſiones de recepto ſub ſpe futuræ numerationis, quæ poſtea multoties non ſequebatur, & tamen confeſſiones remanebant in præiudicium confitentium, ideo
3 lex induxit exceptiooem † non numeratæ pecuoiæ, ſed voluit infra biennium duntaxat ad elidendam probationem ex ſua cõfeſſione reſultantem oppoοi,

qun

quo elapſo remanet dicta confeſſio in ſuo vigore, &
ceſſat omnis præſumptio non numeratæ pecuniæ,
quia lex præſumit, quòd ſi verè non interueniſſet nu-
meratio, confitens per tantum temporis ſpatium non
tacuiſſet, ſed ſuam confeſſionem reuocaſſet, & ſibi
eam reſtitui procuraſſet, arg. l. cum de indebito. ff.
de proba. ita conſiderat, Alex. licèt non ita ad ple-
num, pro quo faciunt ea, quæ tradit. Amb. de oper. in
Rep. l. filiusfamil. §. diui, col. 59. ſub nu. 99. ff. de leg. 1.
vbi dicit, quòd quando renunciatum eſt exceptioni
non numeratæ pecuniæ, vel lapſum eſt biennium, ex
confeſſione receptionis probatur vera numeratio, &
receptio: & ita cōmuniter intelligi, & quòd talis con-
feſſio, habui, vel recepi, non eſt ſimplex confeſſio,
ſed eſt confeſſio probatoria actus naturalis, quia
confitetur habuiſſe, vel recepiſſe, & ſic actum natura-
lem interueniſſe. Hæc ille pro quo faciunt ea, quæ
tradit Iaſ. in l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor, nu. 14. ff. de
re iud. vbi allegat, quòd confeſſio procuratoris fiſci
de recepto probat veram numerationem etiam con-
tra fiſcum, & idem Iaſ. in l. 2. §. fin. nu. 20. verſ. prædi-
cta procedunt. ff ſi cer. pet. vbi per iura per eum alle-
gata dicit, quòd confeſſio probat numerationem cō-
tra confitentem, & hoc in tantum eſt verum, quòd
etiam ſi non eſſet lapſum biennium, ſi tamen nō fuit
oppoſita exceptio non numeratæ pecuniæ procedit
iudicium, & dicitur numeratio, ſeu factum numera-
tionis probatum, vt per Sali. in d. l. ſi ex cautione, &
Rip. in d. §. ſi quis ita, nu. 37. vnde cum in caſu noſtro
lapſum ſit biennium, nec exceptio non numerate pe-
cuniæ fuerit oppoſita, meritò dicitur probata vera,
& naturalis numeratio per illam confeſſionem, *ho*
4 *bauuto io Petro*, & ita illud, quod deductum fuit in pe-
titione†, fuit probatum. Præterea illa opin. Specu. &
diſpoſitio l habebat inter mercatores non procedit,
vt per Ben. Stra. in ſuo tract. de merca. in tertia parte
vlt. par. quando, & quomodo in cau. mer. proced. ſit
in tit. de libel. nu. 6. cum ſequen. & nu. 15. & ibi verſic.
5 mihi autem cogitanti. Inſuper non procedit in cau-
ſis, in quibus proceditur† de æquitate, vel ſola verita-
te inſpecta, vt per Marſ. ſingu. 272. in hac inclyta, &
Rob. Maran. in ſuo ſpecu. in quarta parte ptin. deſtin.
9. n. 17. ſed nos ſumus inter mercatores, ſumus in cau-
ſis, in quibus proceditur de æquitate, & habito intui-
6 tu ad Deum, & veritatem, ergo, &c. ceſſat etiam fun-
damentum propter clauſulas† in fine petitionis appo
ſitas, videlicet petēs, &c. non ſolum, &c. deducēs, &c.
virtute quarū illud, quod non eſt expreſſè in libello
petitū, venit in iudicio, latè Maria in c. ſignificātibus,
extra de libel. ob. & per Aret. in §. omniū, n. 7. verſ. for
ma, inſtit. de actio. Grat. conſ. 79. nu. 17. & conſ. 70. &
Soc. in l. naturaliter. §. nihil commune, col. 2. in prin.
nu. 3. ff. de acquir. poſſ. vbi dicit, quòd virtute dictarū
clauſularum poteſt quis obtinere ex cauſa probata, li-
cèt non deducta, & habetur per Doct. in l. petens,
C. de pact. Afflict. deciſ. 95. ¶ Secundò, non obſtare vi
ſum fuit, dum dicebatur, quòd verba illa, *ho bauuto io
Petro*, neceſſario nō important receptionem pecunia-
7 rum, ſed poſſunt importare receptionem literarum,
de quibus in dictis partitis, & ita cum † probatio ſit
dubia, non releuat probantem, c. in præſentia, extra
de proba. l. neque natales, & ibi Bal. Sali. & Doct. C.
eo. Quinimo quòd nullo modo poſſunt importare
pecuniarum receptionem, dicebatur probari ptoba-
tione concludenti, & præſumptione vigētiſſima, pro-
batione, quia Iacobus Vſuſmaris, & Vrbanus Iu-
ſtinianus duo ex debitoribus, qui ſoluerunt pro ipſis
7 reis, examinati depoſuerunt duas ex dictis partitis
ſoluiſſe dicto Dominico, qui cum ſint duo† teſtes, fa-
ciunt plenam fidem, c. in omni, extra de teſt. l. vbi nu-
merus. ff. eo. tit. imò vnuſquiſq; ex dictis teſtibus ple-
nè probat, cum de facto proprio, in quo non habet
intereſſe, deponat Pau. de Caſt. in l. quicunque, C. de
ſer. fugi. Sali. in l. ſi quis Decurio. C. de falſ. Alexand.
conſil. 197. vol. 7. Affli. deciſ. 369. Dec. conſilio 59. &
conſ. 342. Alcia. in l. 1. §. eandē. ff. de verb. oblig. Crau.
conſ. 2. 1. parte, & Marſ. conſ. 111. & depoſitionem di
cti Iacobi Vſuſmaris, quòd ſoluerit dicto Domini-
co, & non dicto Petro, comprobat extractum Cartu-
larij Sancti Georgij in actis exhibitum, depoſitio-
nem autem dicti Vrbani coadiuuat extractum libri
dicti Vrbani in actis ſimiliter exhibitum, ex quibus
apparet, quòd ſolutio fuit facta dicto Dominico, vn-
9 de ſequi dicebatur reg. l. ſi is, qui ducenta. §. autem. ff.
de reb. dub. quòd cum dicta† confeſſio *ho bauuto io Pe-
tro*, in aliqua parte oſtendatur falſa tota redditur fal-
10 ſa, Item reſultat reg. l. iam hoc iure ff. de vulg. & pup.
ſub quo dicta† confeſſio debet æqualiter omnes par-
11 titas determinare, item reg. l. eum, qui ædes. ff. de vſur.
quòd non debet diuerſo † iure cenſeri: & ita cum in
duabus partitis oſtendatur, quòd non importat rece-
ptionem pecuniarum, debet etiam ita cenſeri reſpe-
ctu aliarum. Præſumptione autem vrgentiſſima dice-
batur idem apparere, quòd ſi importarent illa verba
receptionem pecuniarū, & tunc ſi fuiſſent facta, quā-
do Petrus recepit pecunias à debitoribus, veriſimili-
ter, & à communiter accidentibus receptio, ſeu con-
feſſio illa remanſiſſet penès dictos debitores, ꝙ arg.
à communiter accidentibus in iure valet. c. 1. & ibi. §.
Zabar. Imol. Abb. & canō de cleri. non reſiden. l. quę-
dam. §. nummularios. ff. de eden. Glo. & ibi Cin. Bald.
& Sali. C. de probat. & Bal. in l. cōuenticulā, C. de epiſ.
& cler. & illā feciſſet in diuerſis cedulis, prout à quoli
bet ipſorum pecunias recepiſſet, ſi autem fuiſſet facta
poſt receptionem pecuniarum ad commodū, & cau-
telam ipſius Dominici, & tunc etiam à communiter
accidentibus feciſſet appodiſia, in qua breuiter dixiſ-
ſet, ſe tantam pecuniarum ſummam à dicto Domini-
co recepiſſe per manus illorum, non autem illa verba
defectiua ſine die, & cauſa, & nihil certi exprimentia.
¶ His enim omnibus fuit reſponſum, ꝙ ex inſpectio-
ne dicti quadernetti originalis clarè cognoſcitur illa
verba, *ho bauto io Petro*, non poſſe aliud importare,
quàm receptionem pecuniarum: non enim ſunt ibi
ſcriptæ literæ aliquæ cambij, quibus illa verba ſint
ſubſcripta, & ad quas referri poſſint, ſed ibi ſunt ſcri-
pta nomina debitorum cū partitis, ſeu pecuniis, quas
ſoluere debebant litera, hoc eſt per literam talis,
& talis ad rationēm tot, & tot, & ſubdictis partitis, &
ſummis, videlicet ſub ſingula earum ſunt ſubſcripta
verba illa, *ho bauuto io Petro*, quæ cum non poſſint cō-
gruè referri ad aliud, quam ad dictas pecunias, ad il-
lud ſolum referri debent ad not. in l. ſi idem cum eo-
77 dē. §. fi. ff. de iuriſd. omn. iud. & Rui. conſ. 123. nume.
12. vol. 3. & hoc maximè cognoſcitur, quia aliquæ par
titæ, & pecuniæ ibi ſunt ſcriptæ, & interpoſitæ quo-
rundam debitorū, quibus illa verba non ſunt ſubſcrip
ta: quia verè dictus Petrus non exegit, ſed ſunt alia
verba denotantia, quòd in capſia dicti Dominici
peruenerunt, Item hoc ſuadetur, quia dictus Vrba-
nus Iuſtinianus examinatus ad inſtantiam dictorum
reorum oſtenſo ſibi dicto quadernetto dixit, vera cō-
tenta in 6. interrogatorio ſibi facto, videlicet, quòd
illa verba important ſolutionem habitam per di-
ctum Petrum, & quòd aliter non feciſſet dictam
ſubſcriptionem: qui Vrbanus cum ſit teſtis ab ipſis

reis productus, & per conſequens approbatus, & ſi
ſolus eſſet, plenè probat contra ipſos, etiam per ver-
13 bum † credulitatis deponens, Rom. conſi. 104. pater
reuerende Iaſ. in rub. ff. de iur. iur. col. pen. nu. 9 Rui.
conſ. 83. potuit ritè, nu. 3. vol. 1. & Soc. iun. cõſ. 69. pro
dilucidatione, nu. 30. vol. 1. Nec obſtat, quòd illa cõ-
feſſio *ho hauuto io Petro*, ſit ſine die, & conſule, quia
14 in priuata † ſcriptura hoc non requiritur, Bar. in l. cũ
tabernam. §. idem qui ſit, in principio. ff. de pig. Bal.
in rub. C. de fid. inſtr. & in tit. de non. cod. compo. §.
quibus, col. 2. in prin. nu. 6. ver. deinde, & per Matthę.
ſing. 45. not. quòd tempus, & Pau. de Caſt. conſ. 216.
confirmando, vol. 1. & hanc dicit eſſe communem
opinio. Bal. in d. §. quibus, & magis communem di-
cit Alex. in l. prætor, in principio. ff. de eden. & conſi.
182. lectis & ponderatis, col. 2. num. 6. verſi. laborat,
nu. 2. Nam quò ad ſcribentẽ ſcriptura ſemper loqui-
tur, & ſemper obligat. Crau. de antiq. temp. 1. parte. §.
quid in lib. officialis, nu. 41. Nec poteſt dici ſine cau-
15 ſa, quia quando non eſt expreſſa † cauſa, tunc cauſa
pro mutuo præſumitur, ad not. in l. cum quid. ff. ſi cer.
pet. & cum non poſſit illa confeſſio referri niſi ad pe-
cunias, & partitas ibi ſcriptas, vt ſupra oſtenſum fuit,
dicitur certum continere, l. certum. ff. ſi cer. pet. Nec
16 teſtimonium † dicti Vrbani cõcludenter probat par-
titam ſuam fuiſſe ſolutam ipſi Dominico: Nam dicit,
quòd ſibi videtur ex ſuo libro, quòd eam ſolucrit di-
cto Dominico: loquitur enim dubitatiuè per verbum
videtur, nec figit pedes, vnde nõ probat, l. 2. §. labeo,
& ibi not. ff. de aq. plu. arcen. & in c. quoties de teſt.
Spec. in tit. de teſte §. 1. ver. Item quod de creduli-
tate, Alex. conſ. 114. in cauſa, & lite, nu. 4. vol. 4. & ma
gis abſolutè loquitur reſpondendo d. 6. interrogato-
rio, dum dicit vera contẽta in interrogatorio: eſt præ-
17 terea † teſtis ſuper dicta partita ſingularis, vnde non
probat etiam quòd de facto ſuo deponat, in quo nõ
habeat intereſſe, quicquid dixerit Pau. de Caſt. & Sa-
li. ſupra allegati, quos ſimpliciter pertranſeundo ci-
tant alij Doct. ſupra allegati, quia Alex. conſil. 192.
perſpecta facti, nu. 13. vol. 6. dicit, quòd opin. contra
d. Paul. de Caſt. & Sali. eſt verior, & quòd ipſe tam le-
gendo, quàm conſulendo contrarium ſemper tenuit,
& reſpondet, ad fundamenta eorum, & licet videatur
in d. conſ. 197. ſequi opini. Sali. & Paul. de Caſt. apo-
ſtillator, tamen ad eum ibi dicit, quòd Alexand. ibi
voluit cauſæ inſeruire, & Alcia. in d. §. eandem dicit,
hoc procedere in eo, qui à partibus fuit approbatus,
vnde nimirum ſi ei creditur. & Crau. d. conſ. 70. num.
3. intelligit dictam opin. procedere, vt tali teſti magis
credatur, non tamẽ, vt plenè probet: Nec liber ipſius
Vrbani in aliquo adminiculatur, ſtante ſtylo merca-
torum per teſtes vtriuſque partis, & per eundemmet
Vrbanum plenè probato, quòd quando mercatores
18 alicui † ſoluunt nomine alterius, cui facienda erat ſo-
lutio, in ſuis libris ſcribunt ſoluiſſe illi, cuius nomine,
ſeu ordine illi tali ſoluerunt, non autem illi, cui verè
ſoluerunt, & ita ſcribunt ſolutionem factam ad debi-
tum illius, cui erat facta remiſſa, & cui ſoluendum
erat, non illi tertio, cui verè ſolueriit, & hoc ea ratio-
ne, quia plerunq; ſolutiones cambiorum fiunt per in-
terpoſitas plures perſonas, & vt dicitur *ſcontrando* id,
quod mihi debetur cum eo, quod Titio debeo, &
illi alteri, & alter mihi, & ita breui manu intelligitur,
& ſcribitur immediatè, & directè facta ſolutio illi,
cui erat facta remiſſa, & dicunt teſtes, quòd aliter ſcri
bendo eſſet tenere ſcripturam ſuperfluam. Quo ſtylo
ſtante, & approbato per eundemmet Vrbanum, qui
dicit ita ſe ſeruaſſe, colligitur, quod ſtant ſimul, quòd
ipſe ſcripſerit in ſuo libro ſolutionem ad debitũ dicti
Dominici, cui erat facta remiſſa, & cui erat fienda ſo-
lutio, & tamen verè, & realiter ſoluerit dicto Petro, &
propterea abſolutè non dixit ſe ſoluiſſe dicto Domi.
nico, ſed quòd ſibi videbatur ex ſuo libro, qui liber
cum concludenter non probet ſolutionem fuiſſe fa-
ctam dicto Dominico ſtante dicto ſtylo, ſtat firma
probatio receptionis reſultans ex dicta confeſſione,
ho hauuto io Petro, quòd ipſe Petrus realiter receperit,
cui ſtandum eſt, donec contrarium concludẽter pro-
betur, cuius contrarij probandi onus ſpectat ad dictũ
Petrum, non ad ipſos actores, qui habent intentionẽ
fundatam. ¶ Et licèt verè partita illa Iacobi Vſuma-
ris ſoluta fuerit ipſi Dominico, vt ex dicto extracto
probatur, non per hoc habet locum caſu noſtro circa
alias partitas diſpoſitio dictæ l. ſi is, qui ducenta. §.
vtrum. ff. de reb. dub. quia illæ confeſſiones, *ho hauuto
io Petro*, non ſtant pro vna ratione ex vniuerſo ſum-
19 pta, vt ſi in vno reperiatur falſa †, tota reddatur falſa,
ſed ſunt ex aliquo particulari ſumptæ: quo caſu ceſſat
dicta regula, vt dicit ibi Soc. ſunt enim tot confeſſio-
nes, quod partitæ, l. ſcire debemus. ff. de verb. oblig.
20 & licèt vna † ſit falſa, cæteræ tamen poſſunt eſſe veræ,
& ita præſumuntur donec contrarium probetur, &
vna non reſpicit alias partitas, ſed ſuam duntaxat, ſub
qua eſt ſubſcripta: vnde non habet locum reg. l. iam
hoc iure, & l. eum, qui ædes, vt cæteræ partitæ deter-
minentur, & eodem iure cenſeantur: ſtant enim per ſe
21 ſingulæ, nec vna pendet † ab alia, & diuerſæ, & plures
non vna duntaxat reputatur. ¶ Præſumptio etiã, ſeu
argumentum à communiter contingentibus parũ,
vel nihil vrgere viſum fuit: Nam & ſi primum mem-
brum fateamur, quòd dictus Petrus ſcripſerit illa ver-
ba, *ho hauuto io Petro*, quando à debitoribus exegit,
22 non ob hoc tamen † neceſſariò, & à communiter acci-
dentibus ſequitur, quòd illa confeſſio receptionis de-
buiſſet remanere penès illos debitores, qui ſoluerũt,
cum, vt per teſtes omnes concludenter probatum
23 fuit, literæ † cambij, vigore quarum ſoluunt, remaneãt
penes ipſos debitores, in quibus ſemper, & ſaltẽ à cõ-
muniter accidẽtibus eſt à tergo ſcripta cõtenta illius,
cui facta eſt remiſſa, hoc eſt, cui illæ literæ erant ſol-
uendæ, veluti, *io Dominico ſon ſtato pagato de contanti*
quę contenta, ſeu confeſſio cedit pro ampla cautione
ipſorum debitorum ſoluentium, vt dicunt teſtes om-
nes, qui ſubiungunt, quòd ipſi ſoluentes vigore litera-
rum cambij, nunquam requirunt appodiſias, ſeu con-
feſſionem de recepto ab illo tertio, cui actualiter
ſoluunt, cum ſat ipſis ſit habere dictas literas cambij
cum illa contenta, ſed & ſi amplecteremur ſecundum
membrum, quod poſteaquã exegit, ſcripſerit illa ver-
ba, non tamẽ neceſſariò ſequeretur illatio ſupra facta
à communiter cõtingentibus: præſupponamus enim
quòd dictus Dominicus dederit literas cambij dicto
Petro omnium partitarum in dicto quadernetto de-
ſcriptarum, vt quas mallet exigeret, & quaſdã exege-
rit, quaſdam non, & non exactas retrotulerit ipſi Do-
minico cum illo quadernetto, in quo tunc ſubſcripſe
rit, *ho hauuto io Petro*, illas duntaxat partitas, quas exe-
git, ſequeretur ne propterea, vt talis confeſſio nõ pro-
baret contra ipſum, & quòd non eſſet ſufficiens ad il-
lũ condemnandum, & ſi eſſet ſufficiens, poteſt ne di-
ci ex eo quod d. Dominicus non exegerit appodiſiã
formalem, & ſolennem receptionis à dicto Petro, ꝙ
ſibi præiudicauerit? certè nõ, quia cũ illa cõfeſſio, ſeu
ſubſcriptio ſatis ſibi viſa fuerit pro ſua cautione, ab
amico aliã ſuperfluã cautionẽ requirere noluit, & ſi id
argumẽtũ inter mercatores procederet, nõne præſup
poſito

poſito,ꝙ illa verba importarent receptionem literarũ dũtaxat,ſi non fuiſſet talis confeſſio ſufficiens cautio, opus fuiſſet à cõmuniter accidentibus, ꝙ pſe Petrus feciſſet vnam appodiſiam receptionis, in qua cõfite retur ſe recepiſſe à dicto Dominico tales literas cam bij,& tot:certè ſie. Vnde ex his viſum fuit argumentũ ſupradictum ab enumeratione, & à communiter accidentibus ſumi,tamen non ſubſiſtere, cui etiam ſatisfuiſſet inſtantiam dari,§.pauonum inſtit. de rerum diui. ¶ Tertiò, dicebatur ex eo conſtare dicta verba non importare exactionem pecuniarum, quia cum dictus Dominicus non teneretur ſoluere ſuum debitum dictæ appodiſiæ ipſis Caluis,niſi in feria Paſchę, ſi permiſiſſet eos exigere dictas partitas, quæ vigore dictarum literarum cambij erant ſoluendæ in feria Apparitionis,ante tempus ſoluiſſet, & ita plus debito §.plus,inſti. de acti. l. 1. C.de plus peti. ſed nemo præſumitur plus velle ſoluere,nec iactare ſuum. l. cũ de indebito.ff.de probat.ergo, &c. Quia reſpondimus,quòd hoc attento,nec literarum quidem receptionem importarẽt,cum eas tradendo ipſi Petro ante tempus tradidiſſet, & cum potuiſſent exigi in dicta feria apparitionis,ante tempus ſoluiſſet, & ita d.argu mento attento, verba illa nec receptionem pecuniarum, nec receptionem literarum importarent, & ita eſſent ſuperflua, ſed hoc non eſt dicendum, l. ſi quando.ff.de leg. 1.& quæ dicit Bal.in rub.C.de contra.emp.q.9.Rom.conſ.83.ad fin. Alex conſ.117.viſis ſupra narratis,vol.1.& Beltrar.conſ. 315. quoniam Andreas,nu. 5.col.2.vol. 2.in prima parte,ergo argumentum ceſſat.Sed & præſuppoſito, quòd ante tempus ſoluerit, non tamen hoc pro inconuenienti à iure reputatur,l.ſub conditione.ff.de ſolut. Hoc tamen

24 quotidie ſeruatur inter mercatores †,qui plura inuicem exigunt,& ſoluunt,& dant, & numerant hinc inde,non tamen vt vna ſolutio cedat in exactionem alterius,ſed hinc inde debitum, & creditum cauſatur, & ſcribitur,vt benè conſiderauit Imol.in l.1. in fin.ff. de ſolut.& Alex.conſ.85.ponderatis narratis, num.3. verſ.& hoc expreſſius,vol.3.vnde licèt hodie mihi des cambio pro feria paſchę,& antequam veniat tempus, ſuperueniant mihi remiſſæ,quas mutuo exigẽdas tibi concedam,non tamen intelligitur quòd hoc faciam ad extinctionem illius cãbij, ſed hinc inde inter nos cauſatur debitum,& creditum, & cum poſtea ad calculum deuenimus,habetur inter nos ratio temporis, & intereſſe, & fit hinc inde computatio, vnde ceſſat argumentum d.l.cũ de indebito.¶Quartò,dicebatur omnem difficultatem in fauorem ipſorum reorum ceſſare ex eo quòd non fuit probatum dictas partitas ſpectare ipſi Dominico, nec quod ſint eædem per dictum Petrum exactæ,& ita ſecundum eos defecerunt actores in ſuo ſalutari, quia licèt Petrus exegerit:cũ tamen non ſpectarent d.Dominico,non remanet illi obligatus & multi defectus circa literam Doriæ, & Franchi adducebantur, nempe non fuiſſe probatum dictum Iofredum habuiſſe facultatem expendendi nomen Iofredi,& Franchi:quia teſtes licet dicant vidiſſe,tamen non reddunt ſufficientem cauſam ſcientiæ. Item quia dicta litera habet rationem ad remiſſas,& tamen remiſſæ aliquæ non fuerunt oſtenſæ cõtra Auth.ſi quis in aliquo,& ibi notat, C.de eden & ali.plures. Quibus omnibus facilè reſpondimus, & diximus omnia ex eo ſolo corruere ex aduerſo conſiderato,quòd dictus Petrus dictas partitas exegit, vt confeſſus fuit,& vt ſupra oſtenſum fuit, & cum illas exigere non potuerit, niſi mediantibus literis cambij dicti Iofredi,& aliorum tranſmiſſis dicto Dominico,& niſi illas recepiſſet à dicto Dominico, & niſi dictæ partitæ ſpectaſſent dicto Dominico, & illi debuiſſent ſolui per dictos debitores virtute dictarum literarum,& dictarum remiſſarum,& tractarum, de quibus fit mentio in dicta litera Iofredi : & niſi ipſe Iofredus dediſſet complementum pro dicto Iofredo,& Francho:neceſſariò ſequitur, cum illas exegerit dictus Petrus, quòd dictus Iofredus dabat complementum, quòd dictæ literæ cambij fuerunt ad dictum Dominicum tranſmiſſæ, & quòd illas ab ipſo Dominico Petrus habuerit, vt etiam confeſſus fuit, dum vult illa verba importare receptione literarum, & quòd verè fuerint tractæ,& remiſſæ, & quòd debitores illi tenebantur dictas partitas dicto Dominico ſoluere : niſi enim prædicta omnia præceſſiſſent,

25 debitores illi non ſoluiſſent. At cum ſoluerint † ipſi Petro, vt ipſe confeſſus fuit dicẽdo *ho hauuto io Petro*, neceſſariò ſequitur quod omnia præceſſerunt, Nec poteſt præſumi,quòd ſint aliæ partitæ,quàm illęmet, de quibus in dicto quadernetto, tum quia conueniũt cũ illis tam in ſumma,& perſonis, & nominibus literarum,quàm in numero, & quantitate,& tempore,&

26 ſatis eſſet, quòd in duobus duntaxat † conuenirent, Bar.in l.demonſtratio falſa.ff.de cond. & demonſtra. nu.16.Alex.conſ.118.in cauſa, & lite. nu.3.verſ.pro alia ratione,vol.1.& Dec.conſ.146.& pro tenui,col. 5.nu.14.tum etiam, quia pluralitas apochiarum, & obligationum non præſumitur, Glo.in l.omnium,C. de teſta.Feli.in c.cum Ioannes,nume.7. extra de iur. iur.Crau.conſ.198.nu.1.& Rui.conſil.46.col.3.nu.6. vol.4.Pręterea conſtat,quòd vigore dictarum literarum cambij Iacobus Vſuſmaris,& Vrbanus Iuſtinianus ſoluerũt ſuas partitas:alter ipſi Dominico actualiter, alter effectualiter. Quod ſi omnia prædicta vera non fuiſſent, & verè non præceſſiſſent,& non fuiſſent eædem,& non ſpectaſſent dicto Dominico,non ſoluiſſent aliquo pacto, & ſicut ipſi fecerunt,hoc eſt ſoluerunt vigore literarum,& tãquam debitores Dominici,præſumendum eſt, quòd ita alij omnes fecerint,& ſi regulæ prędictæ l.ſi is,qui ducenta,§ vtrum, & l iam hoc iure,& l.eum, qui ædes, poſſint ad hanc materiam adaptari, hic maximè pro ipſis actoribus conferrent.¶Vltimò adducebatur tex.in l.ſi literarũ, C.de ſolut. vbi ſi debitor ſcripſit literas cambij ad Titium,vt mihi ſolueret centum, & ego contempla-

27 tione† dictarum literarum ſcripſerim dicto meo debitori, quòd recepi à dicto Titio dicta centum, talis confeſſio mihi nõ præiudicat & petitio debiti aduerſus dictum meum debitorem mihi remanet integra, & ita in campſoribus exemplificat ibi Bal. quaſi vellet pars ex hoc fundamento innuere, quod cum non fuerit probatum, quòd debitores illi ſoluerint dicto Petro,confeſſio illa ſibi non noceat. Sed reſponſum fuit,quòd iſte tex.nihil adiuuat ipſum Petrum aduerſus ſuam confeſſionem, ex qua ſtat fundata intentio dictorum actorum, abſq; eo,quòd aliquid probent, quinimo fuit contra eum,ex quo requirebatur, quòd infra 30.dies ipſe Petrus reclamaſſet,quòd ſibi ſolutum non fuerit,vt dicit Glo. ibi per l.in cõtractibus. C.de non nu.pec.& ita declarat, & intelligit ibi Sali, & idẽ Sali.in l.intereſt,eo.tit.ſi enim reclamaſſet,tũc ad ipſos actores ſpectaſſet probare ſolutum fuiſſe, quod cum non fecerit,ad ipſum Petrũ ſpectabat probare non fuiſſe ſolutum, vt ibi per Sali.quod cũ non probauerit,reſultat clara concluſio, quòd verè receperit, & quòd per conſequens teneatur illas reſtituere. Et ita ex his, & aliis pluribus conſideratis condemnauimus dictum Petrum ad reſtituendum

ipſis actoribus partitas per ipſos petitas, excepta illa
Iacobi Vſuſmaris, quia per extractum Sancti Geor-
gij probatum fuit, illam verè fuiſſe ſolutam ipſi Do-
minico, cui non obſtare viſum fuit aliud extractum
ex aduerſo per ipſos actores exhibitum ad oſtenden-
dum eandem niet partitam exinde de columna dicti
Dominici deueniſſe in dictos Caluos, quia vidimus,
quòd illud extractum loquitur pro numerato, & ſic il
la partita fuit illis per dictum Dominicum ſoluta ad
extinctionẽ numerationis per ipſos Caluos ipſi Do-
minico antea factæ, non autem ad illos obligandum,
& licèt probatum fuerit per teſtes, quòd quandoque
28 dicitur pro numerato, † cum tamen nulla numeratio
præceſſerit: ſed fit ex alia cauſa, vel ex mutuo, ſed pro
numerato dicitur ad euitandas gabellas, nihilominus
ipſi teſtes dicunt, quòd interim ſtatur Cartulario, ꝙ
numeratiò præceſſerit, donec non conſtet ex alia cau
ſa illud factum fuiſſe, ſed non fuit oſtenſum, quòd ex
alia cauſa factum fuerit, ergo Cartulario ſtãdum eſſe
duximus. Abſoluimus autem à petitis dictum Chri-
29 ſtoforum, quia † frater ex facto fratris non obligatur,
etiam quòd ſint ſocij, dũmodo non appareat verſum
in ſocietatem, vel ſociali nomine fuiſſe factum, & ge
ſtum Spec. in titulo de iud. §. ſequitur, nu. 7. verſ. quid
ſi duo fratres, per Soc. in l. iure ſocietatis, & ibi Bald.
& Doct. ff. pro ſocio, & Bald. in l. ſi patruus, col. 3. nu.
12. C. coram vtriuſque iud. Ancha. conſ. 332. pro cla-
riori, & Alex. conſ. 139. lib. 5. & Dec. in l. ſi ſocius, nu.
2. ff. ſi cer. pet. niſi ſint ſocij omnium, & vniuerſorum
bonorum, vt per Doct. ſupra allegatos, & per Petrũ
de Vbal. in ſuo tract. de duobus fra. in 5. parte prin-
cipio, in principio, & Bald. in ſuo ſimili tract. de duo-
bus fratribus, qui eſt inter tracta. Bar. nume. 15. At in
caſu noſtro non fuit probatum, quòd ipſi fratres ſint
aliquo pacto ſocij, & quatenus ſint, dictus Petrus no-
mine ſociali non ſubſcripſit ſe recepiſſe nec probatũ
fuit, quòd verſa fuerit illa exactio in ſocietate, ſeu
communi, & minus quòd ſint ſocij omnium bonorũ,
ergo, &c. & hac de cauſa non admiſimus compenſa-
tionem petitam, quia debitum ipſius Dominici vi-
gore dictæ appodiſiæ eſt debitum ſociale, & commu
ne: creditum autem ſuum ſupradictarũ partitarũ eſt
particulare, quia à dicto Petro ſolo debetur: quo caſu
30 non admittitur † compenſatio, per ea, quæ tradunt
Bar. Bal. Sali. & alij in l. eius, C. de compenſ. & Pet. de
Vbal. in dicto ſuo tracta. in 5. parte. q. 32. nu. 36. eſt
enim diuerſum nomen Petri ſolius, & Petri. & Chri-
ſtofori, & de debito particulari non fit compẽſatio
cum debito ſociali, vt per Doct. ſupra allegat. pro
quo facit tex. in l. id, quod. ff. de compenſ. & quæ tra-
dit Soc. conſ. 149. in cauſa Ambroſij, col. 4. verſ. denũ
& 3. vol. 1. Non ob hoc tamen quòd concluſerimus di
ctum Petrum ſolùm condemnandum eſſe ad reſti-
tuendas dictas partitas per eum exactas, Chryſtofo-
rum autem in totum abſoluendum eſſe. Mouit nos
illud, dum dicebatur, quòd ex quo compenſatio pe-
tita fieri non poterat, nec Petrus condemnari de-
beret, quia non erat petitum, & condemnando, extra
petita pronunciatum fuiſſet: quia vidimus in petitio-
ne non tam compenſationem, quàm etiam condem-
nationem requiſitam fuiſſe, dũ dictum fuit, & in reſi-
duo eos cõdemnari. Nec obſt. ꝙ dictum fuerit in re-
31 ſiduo, quia etiam commemoratione † reſidui totum
continetur, quando non reperitur pars, ſeu caſus non
contingit, cuius reſpectu reſiduum debitũ ſit, eſt tex.
clarus in l. 2. C. de hæredi. inſt. & hoc eſt ex ſignifica-
tione verbi reſidui, l. cæterorum, & l. poſt reliquorũ.
ff. de verb. oblig. & declarant, Bart. Bal. Sali. Paul. de
Caſt. Alex. Iaſ. & cęteri in d. l. 2. Alex conſ. 130. atten-
tis, vol. 2. & Rui. conſ. 116. viſo teſtamento, nu. 2. vol.
3. vnde cum actores petierint compenſationem † pro
concurrenti quantitate, & in reſiduo cõdemnationẽ,
32 fieri ad reſtituendum, ſequitur, quod compenſationi
pro aliqua parte non ſit locus, in totum cenſeatur pe-
tita condemnatio, cùm appellatione reſidui veniat
totũ, & licèt tex. in d. l. ſecunda loquatur in caſu par-
ticulari, non tamen eſt generalis, quæ procedit etiam
in legatis, l. cũ optio. ff. de optio. leg. quam pro ſing.
allegat. Rom. ſing. 35. lego. item procedit in ſubſtitu
tionibus, l. quod ſi non ſit, cum l. ſequ. ff. de hæred.
inſtit. Cuma. conſ. 115. Antonius Benedicto. Itẽ pro-
cedit in fideiuſſore, qui promiſit id, quod minus ex
pretio pignoris ſeruari poſſet, quod nihil aliud erat,
quàm reſiduum illius, quòd debitum remanſiſſet ſolu
to dicto pretio, & nihilominus amiſſo pignore ad to-
tum tenetur, quia verum eſt, nihil ſeruatum fuiſſe, vt
dicit Glo. in l. amiſſi, ff. de fideiuſſo in pñ. quæ pro-
pter illum tex. firmat, quòd appellatione reſidui ve-
nit totum, & idem not. Paul. de Ca. ibi. item procedit
in diuiſione, vt per Alex. conſ. 26. conſideratis verbis,
nu. 7. vol. 4. Item in confeſſione, glo. & ibi Rui. Ang.
& Imo. & Pau. de Ca. & cæteri in l. ſi ex pluribus, ff. de
ſolut. Rom. ſing. 706. verba illa, & eſt communiter re
cepta, vt per Alex. io d. l. 2. ad fin. Itẽ procedit in con-
ditione, quæ tamen ſtrictè iorelligitur, & in propria,
& in ſpecifica forma debet adimpleri, l. Męuius. l. qui
hæredi in pñ. ff de cond. & demonſt. & tamẽ ſi aliqui,
legauit centum, ſi in aliquo amplius reſtar debitor, &
reperitur adhuc in totum debitor, quia nihil ſoluerit,
nihilominus habet locum legatum: quia appellatio-
ne reſidui totum cõtinetur, vt per Cor. conſ. 39. ad co
clara cir. pñ. vol. 4. Item procedit in ratificatione, vt
per Afflict. deciſ. 285. nu. 3. iuncto, nu. 6. vbi mulier,
quæ ratificauerat quandam alienationem reſidui cu-
iuſdam Caſalis intelligitur ratificaſſe alienatiooem
totius Caſalis, & ita dicit fuiſſe concluſum in cõcilio
propter eandem rationem: quia reſidui appellatione
venit torum, quod in omnibus caſibus locum habere
poteſt, dũmodo aliqua particularis ratio non obſtet,
& ideo dicendum eſt, eam quoque procedere in caſu
noſtro: verum eſt enim omnes illas partitas reſiduum
eſſe, hoc eſt remanei e, ex quo compenſatio facta nõ
fuit: fuit enim id petitum quod non ſuiſſet compenſa
tum, ſed dictæ partitæ non fuerunt compenſatæ, ergo
dicuntur reſiduum, & reſtum, quod compenſatũ non
fuit, vt pulchrè conſiderat Cuma. in d. ſuo conſ. 115. &
tantò magis cum petierint actores declarari omnia
in petitione narrata eſſe vera, & per conſequens dictũ
Petrum teneri ad reſtituendum actoribus dictas par-
titas, ſeu de illis eſſe debitorem, & licèt petierint de
illis fieri compenſationem, includitur tamen neceſſa
riò, quòd dictus Petrus ſit de illis debitor, & per cõ-
ſequens teneatur illas reſtituere: verum cupiebãt cõ-
penſationem, qua locum non habente, voluerunt di-
ctum Petrum condemnari ad ſibi dictas partitas re-
ſtituendum in totũ, quod etiam magis ſuadetur, quia
compenſatio eſt ſolutio, l. ſi debitor in fina. ff. qui ſa-
tiſd. cog. l. ſi peculiũ, l. 1. §. ſi hæredi. ff. de ſtatu. Bart.
in l. amplius non peti. col. fi. nu. 8. ff. rem rat. hab. vnde
cũ dicti actores petierint dictum Petrum condemna
ri ad ſibi compenſandũ dictas partitas cũ dicto credi-
to appodiſiæ, petierunt etiam illum cõdẽnari ad ſibi
dictas partitas ſoluendum, pro quo eſt tex. in d. l. am-
plius, vbi qui cõpẽſat, dicit petere. ſed omnis difficul-
33 tas ceſſat propter illas clauſulas † ſalutares petens,
&c. non ſolum, &c. deducens, &c. non tantum, &c.
quibus

quibus,vt ſupradictum eſt, poteſt ſequi condemnatio ſuper eo,quod eſt probatũ,licèt non petitum,& cenſetur petita condẽnatio nõ ſolũ, vt in libello requiſitũ fuit,ſed omni alio meliori, & ſibi vtiliori modo, vt per doctrinas ſupra allegatas,& per Curt.Iunior.cõſ. 30.habita, num.13. cum ſeq.& per alias allegatas per Maran.in ſuo ſpecu.in 6.par.pñ.de lib.ob.nu.9.cum ſequ.vnde non ſolũ ſuper reſiduo debet intelligi petita condemnatio,ſed etiam ſuper toto, cũ ita ſit vtilius ipſi actori,& hac etiam ratione attenta virtute dictarum clauſularum,& aliis ſupra adductis ceſſat etiã illud, dum dicebatur, quòd petitum fuit dictos Petrum,& Chriſtoforum,& non Petrum ſolum cõdemnari:quia intelligitur petitum eo modo. & magis ſibi fauorabiliori quo potuit: certum eſt enim quòd voluerunt dictas partitas in totum ſibi reſtitui, & ſolui,& non dimidiam ſolùm, & cum coniunctim hoc fieri non potuerit, ſi tamen diuiſim potuit, cenſetur illud etiã petitum,quia omni meliori, & ſibi vtiliori modo fuit petitum fieri.Reſeruauimus etiã tam ipſis actoribus circa illam partitã Iacobi Vſuſmaris quæ dicit pro numerato, quam ipſis reis circa alias partitas per ipſos exhibitas ſimiliter pro numerato loquẽtes iura,ſi quæ ipſis competunt, illæſa,ex eo quòd ex vtraque parte prætenditur non pro numerato, ſed ex alia cauſa fuiſſe ſolutas, vt ex eorum libris dicitur apparere,quibus interim ſtandum eſſe putauimus,dũ contrarium non apparet: non enim fuerunt exhibiti libri aliqui,& ita communi omnium voto tam in cõdẽnando,quàm in abſoluẽdo,& reſeruando reſpectiuè in omnibus, vt ſupra dictum eſt, faciendum eſſe concludimus,& fecimus. Laus Deo.

DECISIO XXVII.

Societas inita per tempus non durat vltra præfixum tẽpus,licèt negotia non ſint perfecta.

SVMMARIVM.

1 *Socij mei ſocius,non eſt meus ſocius.*

2 *Literæ probant contra ſcribentem.*

3 *Quilibet adminiſtrator, & negotiorũ geſtor tenetur rationem reddere, & reliquatum ſoluere, & ſic eius hæres.*

4 *Nemo poteſt agere ex contractu, quẽ ipſe pro ſui parte non adimpleuerit.*

5 *Soluere pro complemento quid importet.*

6 *Societas alicuius negotiationis,an duret, quò vſque negotio impoſitus ſit finis.*

7 *Societas temporanea, an prorogetur negotio non perfecto,& nu.9.*

8 *Diſpoſitio facta pro tempore limitato non extenditur vltra illud.*

10 *An,& quando ſuppleri poſſit, & ſubrogari tempus pro tempore.*

11 *Mora commiſſa tacitè,& expreſſe remitti poteſt, & quomodo.*

12 *Iudices debent reſpicere ad veriſimilitudinem.*

13 *Quando non adimplens prius pro ſui parte, poſſit agere.*

CONTRACTA fuit ſocietas negociat. lanarum inter Thomam, Io. Ang.& Hieronymum de Marinis anno,&c.inter quos conuentum fuit inter cætera,quòd ipſa ſocietas durare deberet per annos tres continuos, tunc proximè venturos.Quòd ipſe Hieronymus ſocietatis nomine in Hiſpanias ſe trãsferre,& in ciuitate Toleti reſidere deberet emendarum lanarum gratia.Quòd omnes lanas,emere teneretur in maſſa, & monte, non autem ſeorſum, & eas ſingulo anno tranſmittere ad ciuitatem Venetiarum.Quòd participes ſocietatis temporibus debitis omni anno tenerentur facere prouiſionem opportunam dicto Hieronymo pro emptione lanarum iuxta eorum portionem. Quod ipſe Hieronymus in portione propria poſſet alios admittere ſocios participes,quorum portionem in maſſa,& monte pariter,non autem ſeparatim emere,& illam ad ea loca ſingulo anno tranſmittere teneretur, ad quę ipſi placuiſſet.¶ Iſtis legibus ſocietati dictis conuentum fuit inter memoratos tres ſocios, quòd vnuſquiſque eorum in ipſa ſocietate eſſet particeps ſingulo anno per triennium continuum pro rubis, N. At Hieronymus in dicta participatione ſuarubarum, N.admiſit in ſocium pro rubis, N. Bernardum Gentilem ſub eiſdem legibus, & conditionibus, de quibus ſupra. Quiquidem Bernardus ipſius Hieronymi tantum nõ autem dd.Thomæ, Io. Auguſtini ſocius erat cenſen-
1 dus:Si enim † ſocius meus admittit in ſocietatẽ alium ſocium,admiſſus non mihi, ſed illi ſocius eſt: Nã Socij mei ſocius, meus ſocius non eſt, inquit Iuriſconſ.in l.qui admittitur.cum l.ſequen.vbi Odof. Alber.Bald.Fulg. ff.pro ſoc. Pet. de Vbal.in tract. de duob.fratrib.in 10.par.princ.Alex.conſ.139.num.2. lib.5 Iaſ.in epit.feud.in 16.par.Alciat.in l. Modeſtinus,nu.5.ff.de verbo.ſign.Firmata ſocietate,vt ſupra, Hieronymus dicto anno peruenit in Hiſpanias, & conducta domo in ciuitate Toleti in ea prouincia permanſit vſque ad annum quartum ferè completũ: quem etiam Hieronymum occaſione eius reſidentiæ in ipſis partibus Hiſpaniarum,dictus Bernardus procuratorem conſtituit ad exigendum annuum reditũ, quem ipſe Bernardus habebat in ipſa prouincia Hiſpaniarum: cum autem in dicto temporis ſpatio plures pecuniarum ſummæ pro participatione Bernardi in dicta maſſa,ſeu monte lanarum perueniſſent ad manus Hieronymi, & ipſe etiam dicto procuratorio nomine aliquas dicti annui reditus pecuniarum quãtitates exegiſſet,vt conſtat ex literis Hieronymi ſcriptis ad Bernardum,quæ in actis productæ fuerunt, & per dictum Hieronymum recognitæ, quæ contra
2 † ſcribentem probare non ambigitur.l.Publia.in fin. ff.de poſ.tradit Pet.Rebuf.in tract. de chirographis, & ſchedul.recogn. in præfat.num.25.& nihil prorſus lanarum ſpectãtium Bernardo pro ſua participatione ex partibus Hiſpaniarum Hieronymus tranſmiſiſſet, reuerſuſque in patriam rationem reddere Bernardo petenti recuſaret,inſtituit ipſe Bernardus iudicium contra Hieronymum petens ipſum condemnari ad reddendum rationem, & tanquam ſocium de dicta negotiatione lanarum per eum adminiſtrata, & tanquam procuratorem de dictis annui reditus pecuniis per eundem exactis. Qua in re dicebatur intentionem Bernardi fundatam remanere in concluſione illa non minus certa,& recepta:quàm triuiali, & vul-
3 gata, quemlibet † adminiſtratorem,negotiorumque geſtorem teneri ad reddendam rationem, atq; ad reliquorum ſolutionem, iuxta illud Sacratiſ. Euangelij,

gelij,Redde rationem vtilicationis tuæ, redactum in
c.qualiter,& quando de accuſ.ſiue is ſit ſocius , ſiue
procurator ad negotia,vel lites,ſiue tutor , vel cura-
tor,ſiue actor vniuerſitatis , ſiue curator ad lites,ſiue
executor teſtamenti,ſiue hoſpitalarius,ſiue hæres gra
uatus per fideicommiſſum,ſiue ſeruus,ſiue frater,ſiue
filius,ſiue pater,ſiue mater,ſiue auia,ſiue Papa,& de-
nique quiſquis ille fuerit , & non ſolùm ipſe,ſed etiã
illius hæres , vt horum omnium iura,& deciſiones in
medium deducuntur , & quomodo ſit ratio reddẽda
tradunt Bero.q.15.& q.32.Rol.à Val.conſil.49.li.1.
vbi cumulatis.de ratione reddẽda,Soc.ſen.conſ.213.
nu.1.2.6.lib.2.Riminal.conſ.300.nume. 4. Aymon,
Crauet.conſ.218.Pariſ. conſ.96.li.1.Sylua conſ.91.
num.30.Cephal.conſ.39.nu.1.2.3.Nat.conſ.361.nu.
11.Neuiza.conſ.3.num.13.14.15. Cel. Aug. Diſſut.
conſ.109.Hip.de Mar.ſing.493.Afflic.in conſt.volu-
mus poſt nu.1.Rub.93.lib.1.conſt. Neapol. Chaſſa-
ne.in conſuet.Burgund.Rub.6.§.6.& §.7.Iaſ.in l. ſi
hæres,nu.5.& 6.ff.de cõdict.cauſa data, &c.Ari.Pin.
in l. 1 par.2.nu. 27. vſque ad nu.42.C.de bonis ma-
ter. Quibus in locis plurimos alios vniuerſalem hãc
regulam firmantes congerunt. ¶ Sed ex aduerſo pro
parte Hieronymi deducebatur alia iuris receptiſſima
4 concluſio , quòd vbi contractus † eſt vltrò, citróque
obligatorius , niſi quis perfectè impleat pro parte
ſua non poteſt effectualiter ex illo contractu agere.
l.Iulianus.§.offerri,vbi Bartol. & cæteri omnes.ff.de
actio.empt.quòd multis exornat deciſionibus, Rol.
à Val.conſ.53.nu.27.vſque ad nu. 34. & conſ. 57.nu.
17.vſque ad nu.27. lib.1.Andr.ab Exea in lib. pacto-
rum nu.424.vſq; ad nu.442.vbi liquet quã potens, &
efficax ſit iſta exceptio , tu nõ adimpleuiſti pro parte
tua,&c. Quę reg.vti generalis,& conſtãs,cũ in omni-
bus cõtractibus mutuã obligationem continentibus
locũ ſibi vendicet,tũ in contractu ſocietatis maximè
viget,qui tacitam in ſe habet illã conditionem, quã
cæteri omnes contractus recipiunt,videlicet ſi pacta,
quibus coita fuerit ipſa ſocietas , ſeruentur, & pro-
miſſa adimpleantur , vt in ſpecie dixit Riminal.conſ.
175.nu.3.& ſeq.Quòd autem Bernardus perfectè ad-
impleuerit,quod per ſocietatis legem ſeruare teneba
tur ex parte ſua, probatum non fuiſſe dicebatur:tene
batur enim ipſe temporibus debitis omni anno , fa-
cere prouiſionem opportunã Hieronymo pro emen-
dis lanis ad eius participationem ſpectantibus,quod
cum ſe feciſſe non docuerit,nec ipſum Hieronymum
ad reddendam rationem petitam vrgere poſſe diceba
tur.¶ Huic autem vnico fundamento,in quo totã de-
fenſionem ſuam Hieronymus conſtituit , reſponde-
batur,pro parte Bernardi perfectè adimpletum fuiſſe
per eum quicquid ex ſocietatis lege adimplendum
erat,idque vel ex propria ipſius Hieronymi confeſ-
ſione patere,qui præter alias pecuniarum ſummas ad
eiuſdem manus peruentas pro participatione Ber-
nardi , quæ per literas Hieronymi probantur , & in
dubium minimè reuocantur. Poſtremò loco literis
ipſius manu ſcriptis,& recognitis datis die, N.fatetur
habuiſſe ſcutos, N.pro complemento pretij principa
lis lanarum ſpectantium ad Bernardum pro ſua con-
tingenti portione in implicita vniuerſali, & amplius
Regalia ſex pro ſingula ruba ad bonum computum
5 expenſarum : verba enim illa(pro † complemento)
denotant Hieronymum fateri illam eſſe debere vl-
timam ſolutionem:quia totum , quod erat per Ber-
nardum ſoluendum , iam fuiſſet illi perſolutum , per
ea , quæ ſcripta reliquit Bal.in l. ſi quidem in fin. C.
de tranſact. & in l. ab Anaſtaſio , ante numero 6.C.
manda. Paul. Caſtr. in l. ſecunda numero 3. vbi &
Alexand. numero 4. atque Iaſ. numero ſeptimo. C.
de hære.inſti.Rui.Ang.Pau. & Imol.in l.ſi ex pluri-
bus in princ.ff.de ſol.& libro Barth. Veronem. cau.
121.ego do tibi vnam cautelam mirabilem Alexand.
conſilio 216.poſt numero 4.libro 7.Cor.conſilio 33.
numero 24 lib.2.Neuiza.conſilio 84.num. 11.Natt.
conſilio 102.numero 6. Cel.Ang. Diſſut. conſilio 1.
poſt numero.52.¶ Sed ex parte Hieronymi replica-
tum fuit verba illa (pro complemento)reſtringenda
eſſe ad pecunias vnius anni tantùm , ſi literæ ipſius
Hieronymi productæ per Bernardum , & teſtes re-
cepti pro parte dicti Hieronymi inſpiciantur,ex qui-
bus deprehenditur Hieronymum vno tantùm anno
ex tribus,quibus coita erat ſocietas,emiſſe lanas , &
pro portione Bernardi pro vno tantùm anno in ipſa
negotiatione lanarum memoratas pecunias habuiſ-
ſe,adeo vt reſpectu ſecundi , & tertij anni exceptio
Hieronymi fundata in dicta l.Iulianus.§.offerri.ff.de
actio.emp.militare,videatur. ¶ Dictum etiam fuit
pro parte Hieronymi(& in hoc magna vis facta fuit)
Bernardum moroſum fuiſſe in prouidendo de pecu-
niis neceſſariis pro eius contingenti portione in ne-
gotiatione lanarum pro anno , N. qui primus erat
triennalis ſocietatis,cum ſcuti. N. de quibus conſtat
literis Hieronymi datis die, N.& aliis literis eiuſdem
datis die , N.non peruenerint ad manus Hieronymi
opportuno tempore emendi lanas pro dicto anno,
in cuius anni principio exburſandæ erant arræ ad di-
midium pretij aſcendentes paſtoribus Hiſpanis pro
lanis ipſis iuxta regionis morem : prædictam autem
pecuniarum quantitatem ſeruire non potuiſſe pro
portione Bernardi in implicita lanarum anni, qui ſe-
cundus erat triennalis ſocietatis , cum ex memora-
tis Hieronymi literis datis die, N.conſtet ſcutos , N.
demum dicto tempore perueniſſe in ipſum Hie-
ronymum pro complemento pretij principalis la-
narum ſpectantium ad Bernardum pro ſua contin-
genti portione in implicita vniuerſali, lanarum:
hinc etiam deprehendi ipſum Bernardum moro-
ſum fuiſſe in prouidendo de pecuniis neceſſariis
pro ſua parte in maſſa lanarum pro anno , N. qui ter-
tius,& vltimus erat triennalis ipſius ſocietatis , cum
nullibi conſtet Bernardum aliquam aliam pecunia-
rum prouiſionem feciſſe Hieronymo , quàm ſupra-
dictam : ita vt nec pro primo anno integrè , nec pro
ſecundo anno opportunè, nec pro tertio anno quali-
tercunque Bernardus prouiſionem debitam pecunia
rum Hieronymo feciſſe cenſeatur. Quinimo pro
parte ipſius Hieronymi dictum fuit , Bernardum
minimè probaſſe(ſicuti neceſſe erat) ſe perfectè ad-
impleuiſſe pro parte ſua, ſaltem pro vno anno ex tri-
bus,quibus coita erat ſocietas,cùm non docuerit Re
galia illa ſex pro ſingula ruba ad bonum computum
expenſarum in Hieronymum peruenta ſufficere pro
expenſis neceſſariis ad ratam participationis ſuæ in
negotio lanarum.Quò fit vt ſi vel in minimo defece-
rit,opponi rectè illi poſſit exceptio illa , tu non ad-
impleuiſti pro parte tua,&c.quę in minimo etiã pro-
cedit,vt tradit Rol.à Val.d.conſ.53.n.29.li.1.¶ Sub-
iungebaturque ex parte Hieronymi , quòd in om-
nem euentum Bernardus moroſus fuit in prouidẽdo
illi de pecuniis pro anno, N.qui etiam ſucceſſiuè te-
neretur eidem prouiſionem opportunam facere pro
anno ſequenti , ex eo , quia ſocietas contracta fuit
negotiationis lanarum per annos tres , in quibus à
Hieronymo tres implicitę lanarum eſſent faciendæ,
qui licèt ex cauſa impeditus non fecerit , primam
impli-

implicitam in primo anno, ſed illam perfecerit anno ſequenti, vel proximo, pecuniis tamen iuuandus
eſſet pro duabus aliis implicitis, de quibus conuentũ
6 erat, ſequentibus annis faciendis, cum ſocietas† alicu-
ius negotiationis contracta eatenus duret quouſque
finis negotio impoſitus fuerit. l. actione. §. item ſi ali-
cuius. ff. pro ſoc. §. item ſi alicuius inſtit. eod. tit. ¶ Ex
quibus ſic deductis videbatur dicendum, quòd Ber-
nardus tanquam moroſus in ſeruanda ſocietatis lege
non poſſet ex ipſo ſocietatis contractu agere contra
Hieronymum per regulam d. l. Iulianus, §. offerri. ff.
de actio empt. ¶ Verum tamen ex aduerſo pro parte
Bernardi reſpondebatur quòd reſtrictis etiam verbis
illis (pro complemento) ad pecunias vnius anni tan-
tùm, non ideo minus teneretur Hieronymus ad ratio
nem reddendam de adminiſtratione ſocietatis, quæ
firmata, & ſtabilita die, N. eum durare deberet per
annos tres continuos tunc proximè per annos tres
continuos tunc proximè venturos, extendi non po-
terat, alio non acto expreſſè, vel tacitè inter partes
vltra annũ, qui tertius erat ipſius ſocietatis, & ſi enim
contracta fuiſſet ſocietas negotiationis lanarum, &
alicuius rei coita ſocietas eatenus duret, quatenus
finis negotio impoſitus fuerit, d. l. actione, §. item ſi
alicuius ff. pro ſoc dicto §. item ſi alicuius, inſt. eod.
tit. tradit Petr. de Vbal. in tract. de duobus fratr. 21.
par. princ. num. 10. Ipſa tamen ſocietas negotiationis
lanarum contracta non fuit ad certas lanas in ſpecie
emendas, quo caſu locum ſibi vendicant dd. §. Item
ſi alicuius, vt declarant ibi Io. Fab. & Aret. nu. 9. vbi
exemplum tradunt poſt Gloſ. de ſocietate inita ad
emendum, & reuendendum vinum, in qua ſi actũ fue-
rit de certo vino in ſpecie, puta de vino exiſtente
in cella vinaria Titij, tantùm durat ſocietas, quan-
tum negotium ipſius vini in ſpecie durat, ſi verò actũ
fuerit in genere de emendo, & vendendo vino, & pro
huiuſmodi negotiatione conducta fuerit taberna, du-
rat ſocietas donec duret conductio. Sed cõtracta fuit
ſocietas per triẽnium continuum, in quo emenda erat
ſingulo anno quantitas lanarum, de qua ſupra, ita vt
7 ſocietas† ad tempus trium annorum coita non proro-
getur vltra tertium annum, d. l. actione. §. item qui ſo-
cietatem in tempus. ff. pro Soc. tradit. Petr. de Vbal.
in d. tract. de duobus fratrib. 21. par. princ post num.
5. Qui enim habet temporis taxationem, cum omnis
termini natura ſit reſtrictiua, poſt tempus videtur
prohibitus, vt inquit Bal. conſ. 323. cum quidam me
dicus ad med. lib. 1 & limitata ad certum tẽpus, poſt
tempus ſuum non producunt effectum, vt dicit An-
cha. conſ. 118. caſus talis eſt, pater habens 5. filios, col,
8 2. verſ. circa primum, & generaliter diſpoſitio † fa-
cta pro certo & limitato tempore, vltra illud non ex-
tenditur: quia præciſa eſt natura limitati temporis,
vt ſcriptum reliquit Dec. conſ. 61. nu. 4. plurimaq; de
permiſſis ad tempus, vt illa. ſ. poſt tempus prohibita
cenſeantur, congerit Tiraquel. in tract. Retra. Tit. 2.
§. 1. Gloſ. 2. nu. 42. vſque ad nu. 55. vbi nu. 49. inquit
hæc omnia procedere, non quidem virtute argumẽti
à contrario ſenſu, ſed ex natura limitati temporis ex
ſententia Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. poſt nu. 5.
verſ. reſpondeo ad contrarium. ff. de offic. proconſ.
quod pro not. cõmendat Alex. conſ. 3. nu. 6. li. 7. Nec
refert, quòd Hieronymus nõ potuerit emere in triẽ-
nio ipſo continuo totam lanarum quantitatẽ, ad quã
emendam transmiſſus fuerat à ſociis in Hiſpanias:
9 quia ex hoc prorogata † non cenſetur ſocietas vltra
triennium præſcriptum, cum electus ad aliquod ne-
gotium peragẽdũ pro certo, & limitato tempore, ſi
intra tempus diffinitũ impeditus non abſoluit totum
negotium, ſed partem tantum, non conſequatur dila-
tionem aliquam ad totum negotium perficiendum,
ſed elapſo tempore præſtituto ligatas manus habere
cẽſeatur, vt tradit. Bar. in l. ſi ita ſtipulatus, 2. quam le-
git. cum l. ſeq. num. 2. ff. de verb. oblig. vbi ponit quę-
ſtionem de electo in pętorem ciuitatis per ſex men-
ſes, qui ſi caſu fortuito impediatur exercere prætu-
ram primis tribus menſibus, non reintegratur illi tẽ-
pus, ſed præturæ officio reliquis tribus menſibus tan-
tum fungi poteſt, & hanc ipſam quæſtionem hoc etiã
modo diffinit. Bart. in l. ſi prius nu. 20. ff. de nou. ope.
nun atque Bartholum ipſum ſequitur Ang. in d. l. ſi
ita ſtipulatus in fi. nu. 5. Alex. nu. 7 Aret. poſt num. 2.
verſ. & iſtum tex. cum Gloſ. ſua inducit hic Bar. & nu.
ſeq. Iaſ. num. 15. vbi dicit cum Bartholo. tenere alios
Doct. magis communiter, & nu. ſeq. Alciat. in l. ſeq.
quæ incip. & ideo. quã ſeorſum legit. nu. 5. Iaſ. nu. 15.
& 16. vbi teſtatur doctrinam Bartholi communiter
eſſe receptam, cum præſertim in contrahenda ſocie-
tate cautum fuerit de triennio proximo, & cõtinuo,
non autem de triennio ſimpliciter, & incircumſcri-
ptè, iux. declarationem, quam in quæſtione finitima
pręcedenti ponit Bar. in l. ſi vno. §. Item cum quidam
poſt nu 9. ff. de locato, &c. vbi in quæſtione de famu-
lo, qui non potuit ſeruire certo tempore propter in-
firmitatem, & vult ſeruire alio tẽpore, & habere mer-
cedem integram, diſtinguit, quòd aut famulus promi
ſit operas certi temporis, vt puta præſentis anni, &
10 non poteſt ſupplere † operas alio anno, aut tenebatur
ad operas vnius anni ſimpliciter, non adiecto de quo
anno, & tunc poterit alio anno ſupplere, ſi fuerit in
primo impeditus, & cum hac diſtinctione conuenit
diſtinctio, quam in prædicta quæſtione de prætore
tradit Bal in l. liberti, poſt num. 15. C. de ope. lib. vt
aduertit Aret. in d l. ſi ita ſtipulatus, poſt nu. 3. verſi.
pro declaratione quæſtionis diſtinguit enim Bal in-
ter tempus limitatum operi, & non limitatũ a con-
trahentibus, vt primo caſu tempus pro tempore non
ſubrogetur, altero autem caſu tempus ſuccedat tem-
pori, maximè etiam, quia ex ſubrogatione noui tẽpo
ris Hieronymus conſecutus fuiſſet commodum, & lu
crum, contra verò Bernardus incommodum, & dam-
num ſenſiſſet. Ille enim negotiationi lanarum præpo
ſitus, ſi diutius in Hiſpaniis commoratus fuiſſet oc-
caſione ſocietatis lanarum ſua etiam negotia particu
laria pertractaſſet, quibus in illis partibus magno cũ
ſuo cõmodo, & lucro vacabat, hic autem ſi ſocietas
ipſa lanarum vltra triennium prorogata fuiſſet, deſti-
natas poſt ipſum triennium pecunias ad res alias ne-
ceſſariò peragendas, magna cũ ſua incommoditate,
& iactura impeditas retinere coactus fuiſſet in ipſa la
narum negotiatione: hoc enim modo inter lucrum,
& damnum in memorata quæſtione de prætore di-
ſtinguit declarans. Aret. in d. l. ſi ita ſtipulatus, poſt n.
4. verſ. dic ergo, & hoc ipſum voluiſſe videtur Zaſ.
declarans doctrinam Bartholi in d. l. ſi ita ſtipulatus,
cum dixit tempus ſupplendum eſſe magiſtratui ele-
cto per ſex menſes, & tribus mẽſibus iuſta cauſa in-
pedito, ſi non interſit aduerſarij, alioquin tẽpus ſup-
plendum non eſſe cenſuit ipſe Zaſ. ſingul reſpon. li. 2.
c. 36. nu. 3. & poſt nu. 6. verſ. ex quo credo. Præſertim
adhuc, quia in hac ipſa lanarum negotiatione factum
dũtaxat hoc eſt lanarũ mõs, ſeu maſſa conflanda non
fuit in conſideratione contrahẽtium ſocietatem, ſed
operæ etiam perſonales in ipſa lanarum negotia-
tione per Hieronymum præſtandæ ab ipſis contra-
hentibus præ oculis habitæ fuerint, quæ ecoi ex

Digitized by Google

curſu temporis diuerſificentur,ſubrogationi tempo-
ris locum non eſſe cenſuit Bar.in d.l.ſi ita ſtipulatus,
cui per hanc ipſam rationem ſubſcripſerũt alij magis
communiter,de quibus ſupra, & Ant.de Bur. in c. ſi.
col.2.verſ. Nota quòd vbi factũ perſonale, & Abb.
ibi,col.2.verſ.Nota ibi.inutiliter elabatur,atque ibi-
dem poſt Aret.num. 7. Quamuis hanc rationem ita
ſimpliciter ſubſiſtere non poſſe arbitratus fuerit Zaſ.
d.cap. 36. vbi inter cætera dixit ipſe in propoſita
quæſtione prætoris, quòd ſi operæ in melius vertiſ-
ſent,ita quòd ea tempora,quæ ſuppleri petuntur, eſ-
ſent magis opportunæ rei gerendæ,& magiſtratus eſ-
ſet aptior quàm temporis opportunitas,in operis at-
tenditur,& ſtudia recipiunt in ingeniis incremẽtum.
Quis hoc caſu vellet denegare vt impedimenta ſup-
plerentur, cum res iam longè vtilior eſſet Reipubli-
cæ ? verùm tamen hæc conſideratio ſubtilis quidem,
& elegans, atqui repugnans crebriori Doctorũ ſen-
tentiæ ſupra relatæ.cuius & ipſe Zaſ. teſtis fuit in d.
l.ſi ita ſtipulatus,nume.15.& 16.quando etiam foret
admittenda, magis, magiſq; meretur partes Bernar-
di.& efficeret, vt ſocietas vltra triennium proximum
continuum, de quo inter ſocios actum fuit, nequa-
quam fuiſſet protrahenda. Si quidem cum operæ
Hieronymi in melius non vertiſſent,qui vix vnam la-
narum emptionem in triennio fecit, nec illam ad ſo-
cios tranſmiſit, cum tamen vnam ſingulo anno face-
re,& illam ad ſocios tranſmittere teneretur,nec tem
pora vltra triennium conuentum eſſent magis oppor
tuna rei lanariæ gerendæ,cum lanæ ipſæ magnũ pre-
tij in Hiſpaniis accepiſſent incrementum, prorroga-
tionem temporis, & impedimẽtorum ſuppletionem
longè magis damnoſam fore ſocietati vnuſquiſque
iudicaret.Quæ cum ſint veriſimilia,& correſpõdeant
experientiæ, ac rationi naturali, non egent alia pro-
batione:Res namq; per ſeipſa loquitur, l.ſcire opor-
tet.§.ſufficit.ff.de excu.tuto.l. cum ratio. ff.de bonis
damna.tradit. Alba.conſ.7.num.25.& conſi.16.num.
8.plura quidem congerit Aymõ,Crauet.conſ.31. nu.
5.ſed longè plura Tiraquel. in tract ceſſante cauſa,
&c limit.1.num.67. Quintum quòd ratio naturalis,
vſque ad numerum 79.¶Hoc igitur iacto fundamen-
to(id eſt) ſocietatem initam per annos tres cõtinuos
proximos,& tranſcendere non potuiſſe annum, N
niſi expreſſè,vel tacitè ſocietas ipſa renouata fuiſſet.
Reſpondebatur omnibus prædictis, quæ pro parte
Hieronymi in medium deducta fuerũt:etſi enim Ber
nardus prouiderit Hieronymo de pecuniis vnius an-
ni tantum pro ſua contingenti portione, non excu
ſatur tamen ipſe Hieronymus à redditione rationis
illius anni: Nam ſi quam moram Bernardus commi-
ſit in non tranſmittendis pecuniis integrè Hierony-
mo pro ſua participatione anni, N. illa nocere non
debet ipſi Bernardo in re, in qua Hieronymi dili-
gentia nõ profeciſſet,qui literis ipſius manu ſcriptis,
& recognitis datis die,N.aſſeuerauit Bernardo vtili-
tati ſocietatis ceſſiſſe,quòd ipſe non emerit lanas an-
no, N.quia cariori pretio ob bellum venderentur.
Quod enim mora debitoris non noceat,vbi credito-
ris diligentia non profuiſſet,dixit Sylua conſ.22.an-
te,n.5 ſic etenim Hieronymus declarauit,quòd quã-
uis Bernardus integras pecunias ſibi ſubminiſtraſſet
pro anno,N.ipſe tamen dictam ob cauſam lanas non
11 fuiſſet empturus,atque ita moram† commiſſam remi
ſiſſe cenſetur,quæ nõ ſolùm expreſſè,ſed & tacitè re-
mittitur,puta diſſimulatione,vt dixit, Paul.Caſt. in l.
ſemel mora,poſt nu.3. ff. ſol.mat.ſin autẽ moram ali-
quã commiſit ipſe Bernardus in non prouidendo op-
portunè Hieronymo de pecuniis pro anno ſequenti,
illam pariter remiſiſſe cenſetur ipſe Hieronymus,re-
cipiendo poſtea pecunias debitas abſque aliqua pro-
teſtatione: mora enim remittitur non ſolùm per re-
ceptionem totius pecuniæ, ſed etiam per receptioné
partis,tex.eſt not.in l.de lege commiſſoria.§.fi. ff. de
lege commiſſ.per quem ita reſpondit Aret.conſ. 150.
col pen.verſ.ſed quæritur conſequenter.Rui.conſilio
155.num.5.6.7. 8.lib.5.quemadmodum etiam remit-
titur per interpellationem factam à creditore debi-
tori in mora conſtituto, quòd ſoluat, vt poſt Gloſ.
not. Bar.in l.Æmilius,nu.1.ff.de minorib.tradit.Aret.
d.conſ.150.col.pen.verſ.aliquan.& iſte eſt caſus, vbi
dicit communem.Rui.d.conſ.155.num.6.& 7.lib. 5.
Cephal.conſ.221.num.18.Barth.Romul.in tract. de
mora,nu.47.vbi dicit communem,quamuis ipſe con
trarium teneat vnà cum Iaſone,& num.ſeq.Tiraquel.
in tracta.retract.tit.2.§.1.Gloſ.2.nume.64.vbi plura
cumulat pertinentia:pariterque remitti mora per no
uam dilationem conceſſam à creditore debitori ad
ſoluendum reſiduum,vt dixit Rui.d.conſ.155.nu.10.
lib 5.Crott.conſ.72.num.17.Quæ omnia ſeruiũt ad
docendum non ſolum moram anni,N.& anni ſequen
tis,ſed & anni, N.remiſſam fuiſſe Bernardo à Hiero-
nymo,ſi tamen aliquam moram commiſit ipſe Ber-
nardus in toto ipſo triennio,quod vtique non eſt di-
cendum:moroſum enim illum non fuiſſe anno,N.vel
ex eo deprehenditur,quòd eo anno Hieronymus la-
nas emere noluerit cum ob bella carius ſolito in Hi-
ſpaniis venderentur,vt ipſe literis prædictis datis die,
N.Bernardo ſignificauit, quod etiam deponit teſtis
vnus pro parte ipſius Hieronymi receptus.Moroſum
etiam ipſum non fuiſſe anno ſequenti,ſatis, ſuperque
colligitur ex eo, quòd præter ſummam ſcutorum,N.
peruentam ad manus Hieronymi in cauſam ſocieta-
tis pro Bernardo vſque anno antecedenti, vt patet
prædictis literis Hieronymi datis die,N.& aliis lite-
ris eiuſdem datis die,N.exegit etiam ipſe Hierony-
mus plures pecuniarum ſummas ex annuo reditu,quẽ
Bernardus habebat in Hiſpaniis, & ad quem exigen-
dum ipſe Hieronymus mandatum habebat, partem
quarum pecuniarum,cum penès ſe haberet, ſcripſit
Bernardo die,N.vt ordinare vellet, quòd ipſæ pecu-
niæ teneri poſſent ſuper cambiis ad vtilitatem ipſius
Bernardi,quouſque neceſſariæ forent pro ſua portio
ne in monte,ſeu maſſa lanarum. Aliam verò dictarũ
pecuniarum partem ſe in vſus proprios conuertiſſe
ſcripſit Bernardo die, N. Quomodo ergo Hierony-
mus moroſum dicere poterit Bernardum anno, N.
cuius pecuniæ adeo ſibi ſupereſſent, vt partim ſuper
cambiis ad vtilitatem Bernardi ex conſilio ſuo tenẽ-
dæ eſſent quouſq; neceſſariæ forent pro portione ſua
in implicita lanarum,vt partim ad commodum pro-
prium ipſius Hieronymi inſeruirent ? certè hoc tan-
quam minus veriſimile,eſt reiiciendum, c.quia veri-
ſimile: de præſumpt.l non eſt veriſimile.ff.quod me-
tus cauſa,cum pluribus traditis per Bertr. conſ.384.
nume.6.7.vol.6.& conſil.31.nume.2.3.vol.7. Quod
enim veriſimile non eſt, falſitatis imaginem ha-
bet,vt inquit Alexand.conſil.27.poſt nume.4.lib. 2.
Dec.conſil.644.nume.6.Soc.Iun.conſil.61.num.35.
libro 2.Grat.Reſp.25.num.21.libro 2.Neuiza. con-
ſilio 8.nume.68.69.Catel.cott.in memorabilibus in
ver.veriſimile.Ad quam † veriſimilitudinem iudices 12
plurimũ reſpicere debent in veritate deprehenden-
da,vt inquit Aymon,Crauet.conſilio 9. numero 25.
cum plurimis per nos congeſtis in reſp. pro vxo-
re, numero 320. Quod verò pertinet ad annum,
N.tantùm

N.tantum abeſt, vt aliqua mora conſiderari poſſit ex parte Bernardi, diciq́; poſſit eum pro parte ſua non adimpleuiſſe ſocietatis legem, vt potius mora ex parte Hieronymi perſpicua deprehendatur, & cum pro parte ſua legem ipſam ſocietatis non ſeruaſſe iure dici poſſit, ita vt reg.l. Iulianus. §.offerri.ff.de actio. emp.cui ſoli nititur Hieronymus contra ipſum aptiſſimè retorqueatur: qui cum recepiſſet, & exegiſſet pecunias Bernardi pro complemento pretij principalis lanarum ſpectantium ad ipſum Bernardum, & amplius regalia ſex ad bonum computum pro ſingula ruba, vt conſtat prædictis eius literis datis, &c. & ordinem etiam haberet à Bernardo prouidendi de maiori quantitate pecuniarum pro dicta eius portione, ſi opus eſſet, pro vt dictus Hieronymus ſe facturũ dixit literis propriis productis, & recognitis, quæ datæ fuerunt die, &c. quibus etiam literis promiſit Bernardo, ſe lanas eius miſſurum Venetias, quàm primùm commoditas nauium ad eam ciuitatem appellẽtium ſeſe illi obtuliſſet, admonens eum vt ordinem dare vellet, quòd portio ſua aſſecuraretur, ſi hoc illi facere placuiſſet, poſt talia tamẽ, ac tanta profuſa verba nũquam lanas ipſius Bernardi transmiſit, quas ex ſocietatis lege tranſmittere tenebatur, Nec ab hoc adimplemento pro parte ſua Hieronymus excuſabatur, eo prætextu, quòd Bernardus dicto anno ſibi non prouidiſſet de pecuniis neceſſariis pro anno, N.quaſi ꝙ hanc ob cauſam vti ſibi liceret retentione dictarum lanarum: quia, vt prætereamus ſpeciem lanarum pro quantitate pecuniarum retineri non potuiſſe, l.ſi.vbi Doct.C.de commod. fruſtra prætendebatur, quòd Bernardus prouidere deberet de pecuniis pro anno prædicto, cũ ſocietas vltra annum antecedentem nõ perſeueraret, vt iam clarè fuit probatum. ¶ Minus etiã excuſare ſe poterat Hieronymus à trãſmiſſione lanarum eo prætextu, quòd Bernardus illi non prouiderit integrè de pecuniis pro expenſis ſaltem anni vnius, cũ regalia illa ſex ad bonum computum accepta pro ſingula ruba non ſufficerent: & quòd hanc ipſam ob cauſam nõ teneatur illi reddere rationem cum reg.d. l.Iulianus.§.offerri, ff.de actio.empt.locum ſibi vendicet, etiamſi agens in minimo defecerit, vt tradit Rol.à Val.d.conſ.53.num.29.lib.1. Quia ad hoc, in quo eius aduocatus magnam vim faciebat, reſpõſum fuit, reg.d.l.Iulianus.§.offerri, locum ſibi vendicare, quando certum eſt quid, & quantum ſit per agentẽ
13 †adimplendũ, vt in caſu.d.§. offerri, vbi agens ex contractu emptionis ad rem non auditur, priuſquam probauerit ſe pretiũ perſoluiſſe, quòd vtiq; certum eſſe debet.§.pretium inſtit.de empt.& vendi. Sed vbi ob qualitatem ſubiecti incertum eſt quid, & quantum ſit adimplẽdum, tũc memoratam regulam, d.l.Iulianus. §.offerri, minimè procedere cenſuimus. Quod in ſpecie traditum à Doctoribus quamuis non inuenerimus, veriſſimum tamen eſſe putauimus ex his, quæ ſcripta reliquit Bal.in l.acceptam in 6.oppo.poſt nu. 11.C.de vſuris, vbi dixit ad moram committendam oportere debitum eſſe liquidum. Quam concluſionẽ firmat Bart.Romul.in tract.de mora, nu.55.vbi alios citat, & præter eos illam optimè probat text.in l. nõ poteſt videri improbus, qui ignorat quantum ſoluere debeat.ff.de reg.iur. per quẽ quòd moroſus non cenſeatur, qui retardat ſolutionem, quia ignoret quantum ſoluere debeat, dixit Sylua.d.conſ.22.ante num. 5.ſubiecti autem qualitatem in propoſita controuerſia qui animaduertit, neceſſe eſt, vt fateatur, incertum omnino fuiſſe Bernardo, quid & quãtum præcisè ſibi foret adimplendum: quomodo enim ipſe Mediolani, vel Genuæ exiſtens præuidere poterat, quãrum Hieronymus impenſurus fuiſſet in Hiſpaniis in hac, vel illa re ad negotium lanarum pertinente? cur potius ipſe Hieronymus literis ſuis non ſignificauit Bernardo, de qua pecuniarum ſumma præciſè ſibi prouidendum foret pro ſua portione, Mirum certè videtur quòd tot literis ad eum ſcriptis ſuper hac ipſa negotiatione lanarum, nunquam conqueſtus fuerit, quod Bernardus pro ſua parte non adimpleret, quòd pecunias opportuno tempore non ſubminiſtraſſet, quòd ipſæ pecuniæ pro ſua contingenti portione non ſufficerent, & huiuſmodi quicquam non protulerit, quod præſeferret ipſum Bernardum in aliquo deficere, ſed potius quòd omnibus ad eundem datis literis ſemper de acceptis pecuniis pro ſua portione lanarum illum admoneret, de exactis per ipſum pecuniis annui redditus, vel de exigendis eundem certiorem redderet, cur lanas adhuc non emiſſet ſe excuſaret, quomodo lanarum negotium ſeſe haberet illi ſignificaret, eundẽ bono eſſe animo, beneq́; ſperare iuberet? & denique maria, & mõtes illi promitteret. ¶ Ex omnibus igitur iſtis, & quidem certiſſimis argumentis Rota cenſuit Hieronymum teneri ad reddendam rationem petitã de adminiſtrata ſocietate, quam rationis redditionẽ ſeuerè, ac tenaciter nimis detrectaſſe videtur ipſe Hieronymus, cum ſocietas ius quodammodo fraternitatis in ſe habeat, quæ huiuſmodi non admittit duritiem.l.verum in princip.vbi Odo.Albe. Bart.Bald. Fulg.ff.pro ſoc.tradit Riminal cõſ.75.nu.11.propterea Rota condemnauit ipſum Hieronymum ad reddendum rationem Bernardo de participatione illius in ſocietate, & negotiatione lanarum, & de pecuniis einſdem in ipſa ſocietate, & negotiatione lanarũ per dictum Hieronymum implicatis, vel ob eam cauſam ad eius manus peruentis, & de proceſſu earundẽ tanquam ſocium, & adminiſtratorem iux.tradita per Bero.d.conſil.32.cũ plurimis aliis ſupra relatis, quemadmodum pariter condemnauit ad reddendum rationem ipſi Bernardo de omnibus pecuniis per eundem, aut alium pro eo, vel de illius ordine, & mandato exactis ex annuo redditu Bernardi tanquam illius procuratorem, & exactorem, iux.tradita per Bero. d. conſ.15.cum cæteris multis ſupra congeſtis. Ita tamẽ quod ratione, ſeu rationibus prædictis per Hieronymum redditis, ſi quid in reliquum eſſe comperiũ fuerit, illud debeat pro concurrenti quantitate compenſari cum ſumma pecuniarum, de qua in inſtrumentis ceſſionis per dictum Hieronymum ad hunc finem compenſandi exhibitis, & ex parte dicti Bernardi reſpectu compenſationis ipſius acceptatis iux.tex. in l. ſecunda.ff.de compenſat.condemnauitque Rota dictum Hieronymum ad reſtituendum Bernardo tanquam mercatori reſiduum, ſi quod erit dicti reliquatus cum intereſſe debito, ac debendo vſque ad Realẽ totius reſidui ſatisfactionem, iuxta liquidationem, in executione dictæ ſententiæ faciendam iuxta tradita. Deciſio, noſtra in cauſa Coſmi Cibo contra curatorem hęreditatis Pauli Vſuſmaris, & Deciſi. noſtra in cauſa Ioannis Pauli Pinelli contra curatorẽ, & fideicommiſſarios Bernardi Centurioni de Mortaria, ad quas deciſiones in præſenti nos retuliſſe ſufficiat.

DECISIO XXVIII.

Fideiuſſor,qui ſoluit licèt condemnatus,ſi non docet de exceptionib. & defenſionibus legitimis per eũ factis , vel de iure creditoris, cui ſoluit,non poteſt repetere à debitore.

SVMMARIVM.

1 *Rationes probant contra ſcribentem.*
2 *Actore probante plenè, & legitimè fundamẽtum intentionis ſuæ reus condemnatur, & quando.*
3 *Probatio imperfecta non elidit contrariam perfectam,licèt dubiam reddat.*
4 *Mulieri negotianti debetur etiam intereſſe.*
5 *Quando alienum debitum poſſit deduci in compenſationem.*
6 *Confeſſio cedentis an,& quando probet ad fauorem ceſſionarij.*
7 *Oppoſitiones,quæ fieri poterant contra cedentem, poſſunt fieri contra ceſſionarium.*
8 *Fideiuſſor culpa ſua exactus non recuperat à principali.*
9 *Et quid opponere,& facere debeat.*
10 *Et quando ſoluere poſſit abſque condemnatione.*
11 *Plures condemnati cenſentur pro virili.*
12 *Præceptum cum clauſula iuſtificatoria remanet reſolutum per comparitionem.*
13 *Veriſimilitudo,& ratio naturalis probant.*
14 *Deſtructo præſuppoſito,& ſic fundamento declarationis omnia corruunt.*
15 *Præſumitur pro ſententia,quò ad iuſtitiam , non quò ad rectitudinem proceſſus.*
16 *Fideiuſſor an teneatur defendere litem , & intimare,& appellare.*
17 *Clauſula remiſſa neceſsitate denuntiandi,& appellandi,an eas, & quas exceptiones excludat.*
18 *Tres gradus probationis,ſuſpicio,opinio,& credulitas.*
19 *Sententia conditionalis,an,& quando valeat.*

CAVSA, quæ fuit agitata iter Mariam
de Auria ex vna, & Nicolaum de Auria,Stephanum Pinellum,& Ambroſium Lomellinum ſocios Venetiarũ,
& Hieronymum Lomellinum vti participem dictæ ſocietatis ex altera,quemadmodum reſpectu conuentionis propoſitæ per Mariam difficultatem aliquam non habere probabilem nobis viſa fuit,
ita è contrario reſpectu recõuentionis propoſitę per dictos ſocios, ſiue per Hieronymum difficultatẽ non paruam cõtinere fuit in diſcuſſione reperta.¶ Quod enim pertinet ad conuentionem,creditum Mariæ ducatorum,N.Venetiarum reſiduo pro pecuniarũ,quæ redactæ fuerunt per dictos ſocios ex corallis ad ipſos ſocios per Mariam trãsmiſſis,illorũ gratia vendendorum & pecuniarũ tranſmittendarum iuxta ordinẽ, & mãdatũ ipſius ſatis,ſuperq; probatum fuit ex literis,
1 & † rationib.dictorum ſociorũ per eoſdẽ recognitis,
quæ cõtra ſcribẽtes plenè probant.l.Publ.in fi.ff. depoſi.tradit Neuiza.conſ.45.num.14.vbi plures citat,
Aymon.Crauet.in tract.de antiq.tẽp.in 1.par.ſectione,viſo de verbis,n.2.& nu.15.pet.Rebuſ.in tract. de chirograph.recogn.in præfat.nu.25. Didac. Couar. pract.quæſt.cap.22.nu.7. vbi dicit hoc eſſe ſine controuerſia : quemadmodum etiam pleniſſimè probatum fuit per cõfeſſionem ipſorum ſociorum ad interpellationem,& ad libellum Mariæ factam , qua nulla maior , & excellentior probatio inueniri poteſt.l. generali.C.de nõ nu.pecu.l.vnica.C.de confeſ.cap.ſi cautio.de fide inſtr.l.cum re trãſegiſſe, vbi poſt alios Deci.nu.7.8.9.& Iaſ.nu.5.6.7.8 multa congerũt. C. de trãſac.& latè Hip.de mar.ſing.201. in confeſſum, &c.Rolan.à Val.conſi. 71.nu.9.vſque ad nu.46.li.2.
2 Cepha.conſ.192.n.8.9.10.Hinc omni ſemoto dubio locum fore cenſuimus regulæ,quòd actore † plenè,ac legitimè probante id,quod eſt fundamentum ſuæ intentionis,reus condemnatur, & iuris remediis ad ſolutionem vrgetur.l.negantes.C. de actio.& oblig.l. vnica.C. de prohib.ſequeſ.l.fi.C.de exec.rei iudic.tradit Soc.Iun.conſi.146.nu.5.lib.1.Neuiza.conſi. 16. nu.10.quæ regula procedit vbi petitio eſt legitima, continẽs rem certam,& ex cauſa legitima,quæ pariat actionem:tunc enim ſi plenè eſt probata,ſequi debet condemnatio,vt inquit Ioan. And.in addi. ad Spec. in tit.de teſte.§.5.n.67.in addi.incip.fundus. Refert,
3 ſequiturq́ue Neuiza.ante nu.29.quod adeo verũ eſt,
vt intentio actoris plenè probata non elidatur † in aliquo ex contraria rei probatione imperfecta , quãuis per eã dubia reddatur,vt inquit Bar.in l.admonendi, nu.50.ff.de iure iur.vbi dicit Doctores iuris ciuilis, & canonic.in hanc ſententiam conuenire,Alex.conſ. 58.nu.1.lib.5.Deci.in c.in pręſentia,nu.15.de proba. Iaſ.in d.l.admonendi,in repet.poſt n.219.verſ.Quęrit etiam Bar.vbi latè probat hãc eſſe receptiſſimam Doctorum ſententiam:petitio autem Mariæ non minus fuit legitima,quippe , quæ rem certam continere t,hoc eſt ducatos,N.Venetiarum , vnà cũ damnis, impenſis,& intereſſe,&c.quam fuerit ex cauſa legitima , quæ pariat actionem, cum egerit ex mandato, cuius actionem cùm ratione ſortis , tùm ratione intereſſe eidem competere probat tex.in l.idemq́ue.§. ſi procurator,& in l.ſi verò non remunerandi.ff.mãd, vel ſi magis velimus ipſam negotiorum geſtorum actionem intentaſſe , quòd & ad ſortem , & ad intereſſe actio eidem competat , probat text.in l.at qui natura.§.non tantum. ff. de nego. geſt. Quod intereſſe tùm ratione damni emergentis , tùm ratione
4 lucri ceſſantis à die moræ,deberi etiam mulieri † negotianti,vt Maria in cãbiis negotiari conſueuit,receptiſſima omni iure tam canonico , quàm ciuili conclusione Doctorum conſtat,vt plenè tradit Cagnol. in l.vnica,nume.35.vſque ad nu.40. vbi & latè Petr. Rebuf.in Gloſ.vltim.C.de ſenten.quæ pro eo , quod int.Pedemont.deciſi.143.nume. quarto, vbi,plurimi congeruntur. ¶ Quod verò pertinet ad reconuentionem propoſitam per Hieronymum Lomellinum tanquam participem dictæ ſocietatis , & ceſſionarium Ioannis Baptiſt.Rauaſchierij,qui & ipſe iura ceſſa habebat à Ioanna della Bella,videbatur dicendum prima fronte admittendam eſſe compenſationem per dictum Hieronymũ petitam ducatorũ, N.de carolenis monetę Neap. pro totidem ſolutis per Rauaſchieriũ Ioannę,vti fideiuſſorẽ Marię.Dicebatur enim ex parte Hierony.cõſtare de participatione eius in dicta ſocietate,& quidem de tanta ſumma , vt ad ipſum ſpectare poſſit lõgè maior pars,quàm ducati,N. per apodiſiam

podiſiam ſubſcriptam ab ipſis ſociis, & à dicto Hieronymo: contra quã licèt ex parte Mariæ diceretur, maiorem fidem adhiberi non debere ipſi appodiſiæ, quam viuæ voci dictorum ſociorum adhiberetur in præiudicium Mariç, quorum certò aſſertioni non eſſet credendum, vt inquit Anch. conſ. 28. col. 2. verſic. vlterius hoc probatur, & arguit Aymon. Crauet. conſil. 6. poſt nu. 67. & conſ. 112. poſt nu. 13. reſponſum tamen fuit ex aduerſo, appodiſiam ipſam teſtibus verificatam, & ſocietatem probatam fuiſſe, ita vt de ſocietate, & participatione ipſa amplius dubitari non contigerit. Hinc dicebatur ex parte Hieronymi, locũ eſſe debere compenſationi petitæ: quia licèt alienũ
5 †debitum non deducatur in compenſationem, etiãſi creditor conſentiat, tamen illud eſt verum, niſi id fiat per viam ceſſionis iurium, vt in caſu iſto. l. eius, vbi Doct. omnes. C. de compen. tradit Soc. Iun. conſilio 147. nu. 4. lib. 3. Natt. conſ. 101. nu. 16. Et cum ex parte Mariæ opponeretur, locum eſſe non debere compenſationi petitæ: quia ſicuti quòd debetur ſocietati non compenſatur cum vno ex ſociis, quando corpus ſocietatis agit, non vnus ex ſociis tanquam ſingularis perſona, per not. deciſionem Cyn. in l. in ea in fin. C. de cõpen. quam ponit etiam Bal. in l. eius. nu. 3. C. eodem titu. nulla tamen facta mentione de Cyno. & quam ſequitur Salic. in d. l. eius, nu. 3. Soc. ſen. conſil. 65. in fin. lib. 4. Rimin. conſ. 69. poſt nu. 10. ita quod debetur à ſocietate non compenſatur cum vno ex ſociis, quando contra corpus ſocietatis agitur, non cõtra vnum ex ſociis tãquàm ſingularem perſonam, arguendo ab oppoſitis, vt ſcilicet quod operatur propoſitum in propoſito, idem operetur oppoſitum in oppoſito, vt arguit Iuriſcon. in l. ſi ita legatum eſt, do mum, &c. de leg. 3. Reſponſum fuit diuerſam eſſe rationem inter vnum, & alterum caſum, quia in primo caſu per compenſationem non eſſet conſultum corpori ſocietatis agentis, cum ad vtilitatem vnius ex ſociis ſingularis tantùm compenſatio cederet, in altero autem, qui eſt caſus noſter, per compenſationem cõſultum eſſet Mariæ agenti, ad cuius vtilitatẽ cederet compenſatio oppoſita per corpus ſocietatis, quãuis reſpectu vnius participis tantum fuerit oppoſita, quia per ipſam compenſationem Mariæ in totum ſoluta remaneret: nihil enim intereſt an quis ſoluat, vel cõpenſet. l. ſi debitor. ff. qui pot. in pign. habe. tradit Rõ. in l. cũ fundus. §. ſeruum tuũ nu. 10. ff. ſi cer. pet. Afflict. deciſ. 121. ante num. quintum. ¶ Ruſus contra compenſationem ipſam, cum oppoſitum fuiſſet ex parte Mariæ, ceſſiones, quibus nititur Hieronymus, videlicet primam obtentam per Rauaſchierium à Ioanna, & alteram obtentam ab ipſo Hieronymo à dicto Rauaſchierio, nullius eſſe roboris, aut momenti, cum
6 ſint confeſſionatæ, quæ ceſſionario† nullam tribuunt actionem. l. per diuerſas, cum. l. ſeq. vbi Doct. omnes. C. mand. & hanc eſſe communem Doct. ſententiam teſtatur Rota. deci. 1. aliàs 177. ceſſio facta per partẽ nu. 3. ſub rub. de alie. iudic. mut. can. fac. in nouis. Reſponſum fuit ex parte Hieronymi ſolutionem factam Ioannæ per Rauaſchierium, & rurſus ſolutionem factam ipſi Rauaſchierio per Hieronymũ probari per confeſſionem Ioannç, & Rauaſchierij, quæ ſufficiunt ſecundùm crebriorem Doctorum ſentẽtiam relatam per Hippo. de Mar. in rub. de fideiuſſorib. q. 35. confeſſio enim creditoris, qui à fideiuſſore conſecutus fuerit illud, quod à principali debebatur, ſufficit ad hoc vt fideiuſſor agere poſſit contra principalem. ſecundùm ipſam communem Doctorum ſententiam: qui fideiuſſor non antea ſoluere cogitur, quàm ſibi à

creditore contra debitorem iura cedantur. l. mandati. & l. ſicut. C. de fideiuſſ. Quod autem dicitur in d. l. per diuerſas, cum. l. ſed. procedit in alia ceſſione, quã in obtenta à fideiuſſore medio ſolutionis, etiam confeſſionatæ: puta in ceſſione obtenta pro lite redimenda: vel nulla præexiſtente cauſa, prout dictæ l. loquũtur. ¶ Vnum tamen aduerſus ipſam ceſſionem obtentam per Hieronymum à Rauaſchierio ex parte Mariæ deductum fuit, quòd ſtantibus ſcripturis exhibitis, prout ſtant, nos mouit ad abſoluendum Mariam à petitis per Hieronymum in ſua reconuentione, hoc eſt ceſſionarium non debere melioris eſſe conditionis, quam ſit cedens, à quo dependet, nec cedentem poſſe plus iuris in ceſſionarium transferre, quàm ipſe
7 habeat, omneſq; exceptiones, † quç cedenti poterant opponi, contra ipſum quoque ceſſionarium opponi poſſe, vt tradit Soc. Iun. conſ. 97. nu. 69. li. 2. & conſil. 74. nu. 5. 6. 7. li. 3. Crott. conſ. 83. nu. 6. & n. 10. 11. Cephal. conſ. 4. nu. 9. 10. Nat. conſ. 398. nu. 3. quemadmodum igitur Rauaſchierius cedẽs non potuiſſet dictos ducatos à Maria exigere, ita Hieronymum ceſſionarium prædictam ſummam ab eadem conſequi non poſſe. Quòd autem Rauaſchierius nõ potuiſſet habere regreſſum contra Mariam, deductum fuit ipſum fideiuſſorem extitiſſe pro Maria ſub conditione videlicet in caſu, in quem reperiretur anterior creditor ipſi Mariæ: qua conditione nõ purificata, & verificata non debuiſſe ipſum fideiuſſorem ſoluere, vt in terminis inquit Pariſ. conſ. 162. nu. 29. lib. 4. Quòd autẽ conditio purificata non fuerit ex eo patet, quia Ioanna, cui fuit ſolutum per Rauaſchierium, non erat anterior creditrix reſpectu ducatorum, N. quod legitimè conſtet, quandoquidem ceſſio iurium obtẽta per Ioannam à procuratorib. hoſpitalis Sãctæ Mariæ de Populo Neapolis pro conſequen ducatis, N. ſuper omnibus bonis, quæ alias fuerunt Bart. Camerarij, virtute cuius ceſſionis Ioanna fuit conſecuta ipſos ducatos, non probat ipſam Ioannam fuiſſe anteriorem dictæ ſummæ, imò nullius eſt roboris, aut momenti, tũ quia eſt confeſſionata d. l. per diuerſas, C. mand. tum quia non conſtat dictos procuratores hoſpitalis, &c. fuiſſe creditores: quò fit, vt ius, quod non habebant, in Ioannam transferre non potuerint. l. traditio. ff. de acqui. rer. dom. adhæc quia cum ſolutio præceſſerit ceſſionem per biennium non potuit per ceſſionem transferri ius, quod per ſolutionem iam erat extinctũ. l. Modeſtinus. ff. de ſolu. quia ergo Rauaſchierius, qui ſub conditione prædicta fideiuſſerat, nihil vnquam oppoſuit, excepit, aut fecit quò minus ſol-
8 ueret, † culpa ſua exactus cenſetur, ita vt regreſſum habere contra Mariam nõ potuerit: fideiuſſor enim, qui per ſuam culpã fuit exactus, nõ recuperat à principali, qui exigi nõ poterat, vt inquit Alex. in l. ſi quis iniquum. §. ſi is, pro quo nu. 2. ff. quòd quiſque iur. allegat tex. in l. exceptione. ff. de fideiuſ. & text. in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. mand. qui optimè probant, & quamuis dici ſoleat imputandum nõ eſſe fideiuſſori ſi omittat exceptiones, quç ſunt de apicib. iuris. l. ſi fideiuſſor. §. quędam. ff. mãd. quia fideiuſſor poteſt agnoſcere bonã fidẽ, vt inquit Affli. deciſ. 49. debetq; ſoluere nõ antẽ litigare, vt tradit Pariſ. conſi. 104. li. 3. tenetur tamẽ fideiuſſor de veritate negotij diſputare, vt inquit Gl. Bar. Bald. & Doct. in d. l. ſi fide-
9 iuſſor. §. quædã. ff. mand. debetq; facere † quantum in ſe eſt, ne condemnetur, vt dixit Bal. in l. 2. ff. de hære. vel actio. vẽdi. Abb. conſ. 60. & cõl. 82. in fi. li. 1. Hip. de mar. in rub. ff. de fideiuſ. q. 24. num. 213. & quæſtio. 36. num. 313. & ſeq. & num. 318. debetque inter cæ-

tera petere, quòd ſibi exhibeatur inſtrumentum de-
biti principalis, vt appareat eum, qui petit, verum eſ-
ſe creditorem, vt poſt Albertum Galeotum Parmen.
Iuriſconſ. antiquum tradit. Bal in l. ſi nomen. ff. de hæ
re. vel actio. vend. quem ſequitur Alex. in l ſciendum.
num. 10. ff. de verb. oblig. Horum autem cum nihil
prorſus fecerit Rauaſchierius, cum tamẽ omnia faci-
lè admodum facere poſſet, ac deberet cum maximè
fideiuſſor non eſſet ſimplex, ſed conditionalis, iure
merito culpa ſua exactus cenſetur, recuperareq́ue ſo-
lutum à Maria nõ poterat. ¶ Nec refragatur quòd ad
excuſandum Rauaſchierium, quandoque dictũ fuit,
pro condemnato haberi illum, contra quem parata
executio reperitur vel ex forma ſtatuti, vel ex natura
rei, vt inquit Bal. in l. certum n. 9 C. famil. erciſ. Alex.
conſ. 72. nu. 6. lib. 2. Guid. Papæ. q 117. contra autem
Rauaſchierium paratam fuiſſe executionem virtu-
te obligationis per eum apud acta factæ, quæ de
iure paratam habet executionem, vt inquit Afflict.
deciſ. 387. num. 1. Claud. Clau. conſ. 57. num. 36. hinc
10 ipſum iure merito ſoluere † potuiſſe, cum euidenter
appareret eum eſſe in cauſa condemnationis, & coa-
ctionis: iuxta tradita per Bald. in l. ſi pro ea. q. 6. C.
manda. Iaſ. in l. admonendi, numero, 54. ff. de iure iu-
rand Quia locum hæc ſibi vendicare potuiſſent, quã-
do ipſa obligatio fuiſſet liquida, & pura, prout lo-
quuntur Afflictus, Claudius, & Doctores ab eis ci-
tati, ſecus autem quando obligatio eſt conditiona-
lis, & non purificata, prout in caſu noſtro per ſupradi
cta. ¶ Minus etiam obſtat, quòd pro excuſatione Ra-
uaſcherij allegatum fuit, ipſum ſoluiſſe Ioannæ coa-
ctum præceptis, & quidem pœnalibus emanatis à Re
gia curia, quibus eidem præceptum fuit, quòd inſoli-
dum ſolueret Ioannæ prædictam ſummam ducato-
rum: ex iuſſu ergo iudicis ipſum excuſari, & licitum
cenſeri, quòd aliàs eſſet illicitum. l. ait prætor. §. per-
mittitur, vbi Gloſ. & Doct. ff. de minoribus. Ad hoc
enim reſponſum fuit præceſſiſſe ſententiam ipſius Re
giæ curiæ latam, ex parte Hieronymi productam, qua
ſimpliciter condemnati fuerunt ſeptem creditores
Barth. Camerarij ad ſoluendum Ioanne della Bella,
inter quos creditores recenſetur Rauaſchierius, vti
fideiuſſor Mariæ de Auria: explorati iuris eſt autem
virtute huiuſmodi ſententiæ, qua ſeptẽ ſimpliciter, &
non inſolidum fuerint condemnati, vnumquemque
11 in † virili tantum portione condemnatum cenſeri,
quamuis aliàs omnes inſolidum obligati fuiſſent. l. 1.
vbi Doct. omnes, & præſertim Pau. Caſtr. C. ſi plures
vna ſententia, &c. Afflict. deciſ. 115. ſexdecim iudei, &
tamen Rauaſchierius totam, & integram ſummã du-
catorum ſoluit, cum præceptum fuerit factum cum
clauſula, aliàs in Regia curia comparere debeat ad
dicendum cauſam, quare non teneatur ad dictæ pe-
cuniæ reſtitutionem, quò termino elapſo, & ipſos du-
catos non ſoluente, nec iuxta eundem terminum cõ-
parente, procederetur per dictam Regiam curiã con
12 tra ipſum, vt iuris erit virtute cuius clauſulæ †. iuſtifi-
catoriæ dictum præceptum ipſo comparente in vim
ſimplicis citationis reſolutum fuiſſet, ſecundùm
Bar. in l. 1. C. de exec. rei iudic. & in l. de pupillo. §. me
miniſſe vbi ſcribentes omnes. ff. de no. ope. nun. Iaſ. in
l. nec quicquã. nu. 5. & 6. ff. de offic. proc. & lega. vbi
pleroſque citans inquit hanc eſſe com. opinionẽ Pa-
ris de Puteo in tract. de ſyndic. in ver. præceptum in
c. 2. nu. 13. & 14. Nicol. Rue. conſi. 12. nume. 10. & 11.
inter conſ. Claudij cont. tantum autem abeſt, & com-
paruerit, vt cauſam dixerit, quare non teneatur ad di-
ctæ pecuniæ reſtitutionem, vt potius ſtatim obtulerit
ſe ſoluturum ducatos Ioannæ: ex qua oblatione do-
li præſumptio contra eum inſurgit, vt in terminis re-
ſpondit Soc. ſen. conſ. 65. col, fi. verſ. præterea. lib. 4. &
poſtea ſoluerit ipſos ducatos Ioan. cum tamen alia
duo præcepta ſimplicia ſine clauſula iuſtificatoria de
ſoluendo dictam quantitatem emanauerint, quæ cum
duo poſtrema præcepta ob contumaciam ipſius Ra-
uaſchierij prodierint, quippe qui nõ comparuerit in-
fra terminum eidem ſtatutum in primo præcepto, cũ
clauſula iuſtificatoria facto, iuxta comminationem
eidem factam, vnde cum ſolutio præceſſerit manda-
ta de ſoluendo, enixa voluntas ipſius ſoluendi, & ſi-
mul culpa detegitur, & ita quidem manifeſta, vt pro-
13 batione non egeat, cum ſit veriſimilis, † & correſpõ-
deat experientiæ, & rationi naturali: res namq; per ſe
illa loquitur. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſa. tu-
to. l. cum ratio. ff. de bonis damnat. tradit Abba. conſ.
7. nu. 25. & conſ. 56. nu. 8. plura quidem coogerit Ay-
mo. Crauet. conſ. 31. nu. 5. ſed longè plura Tiraquel.
in tract. ceſſante cauſa, & c. limit. 1. nu. 67. quintum,
quod ratio naturalis vſque ad nu. 79. ¶ Multò minus
autem obſtant relationes, & graduationes quædam
ex parte Hieronymi productæ, ex quibus contende-
batur Rauaſchierium rectè ſoluiſſe Ioannæ, vti an-
teriori omnibus creditoribus virtute ipſarum rela-
tionum, & graduationum quæ vim ſententiæ & para-
tam executionem habere cenſentur iux. tradita per
Afflic. deciſ. 380. in prin. quòd enim pertinet ad pri-
mam confectã anno, N. ſatis conſtat ex illius inſpe-
ctione Ioannam fuiſſe poſitam in primo gradu ante-
riori omnibus creditoribus reſpectu ſuarum dotium,
& antefati ſuper bonis Barth. Camerarij mariti ſui,
non autem reſpectu ducatorum, de quibus agitur:
quas dotes, & antefatum ipſa Ioanna fuit conſecuta,
& ſolutione eius, quòd debetur, tollitur omnis obli-
gatio. Inſtit. quib. mod. tol. oblig. in princ. Quod ve-
rò pertinet ad alteram relationem, & graduationem
confectam annu. N. dictum fuit inter cætera, relato-
rem illum, qui nec Iuriſcõſultus, nec Iuriſperitus, ſed
ſimplex rationator erat, & de cuius facultate non cõ-
ſtat, ponere quidem Ioannam in primo gradu ante-
riorem omnibus creditoribus etiam reſpectu duca-
torum, N. de quibus agitur, quamuis falsò aſſerat il-
lam remanere creditricem ducatorum, ex quo impe-
ritia relatoris detegitur, ſed relationem eius fundatã
eſſe in aſſertione ipſius Ioannæ, & in ceſſione, de qua
ſupra per ipſam Ioannam obtenta à procuratoribus
hoſpitalis, & c. in qua nullam vim conſtituendam eſ-
14 ſe ſupra probauimus, deſtructo † autem fundamento,
omnia ſuperædificata corruunt, l. Atteius ait. in fin.
cum l. ſequen. ff. de aqua pluui. arcen. l. nam origo. ff.
quod vi, aut clam. c. cum Paulus. 1. q. 1. tradit Aymo.
Crauet. conſil. 6. numero 36. dictum etiam fuit rela-
tionem, & graduationem illam fuiſſe nullam ex defe-
ctu citationis: nuſquam enim legitimè conſtat Ma-
riam, vel eius legitimum procuratorem in ipſa rela-
tione, & graduatione faciẽda fuiſſe citatum, & ſi enim
in quibuſdam actis exhibitis legatur Franciſcum Ba-
dardum fuiſſe citatum tanquam procuratorem Ma-
riæ, quòd ille tamen fuerit procurator non apparet, &
ſatis conſtat defectum mandati reddere actum nullũ.
l. licèt. C. de procurat. ipſúmque mandati defectum
vſque ad mille annos opponi poſſe, vt inquit Bal. in l.
2. C. ſi ex fal. inſtr. cum præſertim verba illa enuntiati-
ua dicti procuratoris non coadiuuentur ex antiqui-
tate temporis iux. declarationem Deci. conſil. 36 nu
8. fluxi ſunt enim decem anni tantum, quod tempo-
ris ſpatium non poteſt dici antiquum, ſed tamen ex
plorati

plorati iuris eſt,quod mandatum nunquam præſumitur,vt tradit Afflic.deciſ 345.poſt.nu.7.8.& 9.Quòd verò Maria fuerit ipſa citata nullibi deprehenditur,&
15 licèt præſumatur † pro ſententia quò ad iuſtitiam,non tamen præſumitur pro ea quò ad rectitudinem proceſſus,in ſpecieque citatio non præſumitur, niſi probetur, vel niſi de ea conſtet ex actis, vt inquit Sebaſ. Vant. in tract.de nullitatib.in titu.de nullit.ſenten.ex defec.cita.num.12.13.14.15.Rol. à Val. conſ 63. nu. 34.& 35.lib. 1. Quanquam relatio,& graduatio ipſa, de qua agitur non ſit huiuſmodi,vt nomen, aut effectum ſententiæ habere mereatur:relationes enim, de quibus loquitur Afflic..d deciſ.380. ſunt hæ, quæ in magna curia Vicariæ à iuriſconſ. & iudicibus factæ ſunt, quas etiam ex defectu citationis nullas eſſe tradit eodem loco Afflictus. Dictum fuit denique relationem, & graduationem hanc nullo modo habendam eſſe in conſideratione,tanquam ſententiam,cum facta fuerit anno, N.& nihilominus lata fuerit ſentētia in Regia camera poſt, per quam ſeptē creditores ſimpliciter, & non inſolidum condemnati fuerunt ad ducatos, N.prædictos. Eſto igitur quòd centies ſententia fuiſſet ipſa relatio,& graduatio quòd non conceditur,quia tamen non fuit executa,nec vſu recepta, non eſt curanda,vt de tali ſententia dixit Aymo.Crauet.conſ.decimo,nume.quinto:de illa verò ſententia lata in Regia camera vis facta non fuit etiam ad ſeptimam partem, quæ ex vi verborum ipſius ſententiæ contigiſſet Rauaſchierio, tum quia ſententia (non conſtito de proceſſu)nihil valet.vt inquit Bald. conſilio 363.ſi thema eſſet verum.lib. 4.Sebaſt. Vant. in tract.de nullitatibus.in tit. de nulli,ex defec. proceſ. num.13.& 14.tum quia nulla fuit ex defectu citationis.l.nam ita Dinus.ff.de adop.l.de vno quoque.ff.de re iudi.cū pluribus cumulatis per Iacob.Philip.Port. com.opi.lib.5.reg.43.Rurſus quia præſuppoſitis proceſſu,citatione, & aliis, quæ deſiderantur, tenebatur Rauaſchierius cauſam,quantum in ſe erat defendere,
16 † & litem ſibi motam intimare Mariæ iux. latè tradita per Alex.conſi.117.lib.7.& Deci.conſi. 74. prout etiam tenebatur appellare, iux. tradita per ipſum Alex.d.conſi,117.nu.3.& Dec.d.conſ.74. nume. 3. nec quia dictum fuerit ex aduerſo locum hoc habere in emptore,non autem in fideiuſſore, & allegatus fuerit Dec.conſilio 102.verſ.hoc præmiſſo, nos quicquam mouit, cum Decius hoc non dicat, vt omnibus eſt obuiam, qui eum inſpiciant, & contrarium dicat iuriſconſ.in l ſi procuratorem.§.ſi ignorantes, vbi Barto.ff. manda. & Barto. ipſe in l.exceptione in vna, & altera lectura,.q.1.ff.de fideiuſſ. Iaſo. in l.ſi cum procuratore,poſt num.4.ff.de re iud.vbi liquet nullam, quantum ad hoc,inter fideiuſſorem,& emptorem cōſtitui differentiam,quod vetam cenſuit ſacrum conſilium Neapol. quādo ſcilicet fideiuſſor ſcit exceptionem competere principali, vt refert Afflict. d. deciſ. 49. quemadmodum abſque aliquo ignorantiæ prætextu ſciebat Rauaſchierius exceptionem competere Mariæ aduerſus Ioannam, quod ſcilicet illa nedum non eſſet anterior,ſed nec creditrix reſpectu dictorū ducatorum,N.ſub conditione cuius exceptionis ipſe Rauaſchierius fideiuſſerat,qui propterea ignorantiam in facto proprio prętendere nō poterat.c. ab excommunicato,de reſcript.l.quanquam, vbi Glo.tradit concor.ff.ad Velei.Non etiam mouit nos ſenten-
17 tia,quòd dictū fuerit ex aduerſo remiſſam fuiſſe † neceſſitatem denunciandi,& appellandi,prout fieri poſſe probat tex. in l.Herennius,vbi Doct. omnes. ff. de euic. Bald. in l. 1.numero 10.ff.de peric. & commod. rei vend. Deciſ. 408. Capel. Tholoſ. poſt numero.2. Quia, vt prætereamus non obſtante ipſa remiſſione intimādum, & appellandum eſſe ita dictante æquitate, vt atteſtatur Pet.Rebuf. in tract. de dilationibus, artic.5.Glo.1.num.39.& 40.dictum fuit,remiſſionem neceſſitatis denuntiandi,& appellandi non excludere memoratam exceptionem, imò memoratas exceptiones nullitatis, quas proponere debebat Rauaſchierius tum contra ſententiam prædictam, tum cōtra præcepta, de quibus pariter ſupra, non autem debebat(nulla exceptione propoſita, nulla defenſione facta, nulla prorſus diligentia adhibita, quin potius oblatione vltrò facta, de ſoluendo)ipſam ſolutionem affectare,maturare, præcipitare:à cuius volūtate propterea ſolutio ipſa prouenisſe cenſetur,iuxta pulchrè tradita per Ang. conſi.177.verſ. præterea cum appareat,& per Dec.d.conſ.74.col.3.verſ.quarto demonſtratur. ¶ Iſtis ergo præſertim adducti rationib. & cauſis abſoluimus Mariam à petitis per Hieronymū nitentem iure Rauaſchierij, à quo ceſſionem habet, cui tamen Hieronymo dicto ceſſionario nomine reſeruauimus ius legitimè probandi tam ex deductis, quam ex deducend. Ioannam della Bella habuiſſe anteriora,& potiora iura in bonis Bartholomei Camerarij etiam reſpectu ducatorum, de quibus contenditur,quod ſi hoc in iudicio probatum fuiſſet,dubitandum non foret,quia Rauaſchierius bonam fidē agnoſcere, & iure merito ſoluere potuiſſet iuxta tradita per Afflic d.deciſ 49.quemadmodum etiā dicto Hieronymo,dicto nomine reſeruauimus facultatem modo,quo ſuprà probādi ipſum Rauaſchierium dictam ſummam ducatorum, N.Ioannæ rectè ſoluiſſe, quod ab eodem factum fuiſſe,relationes,graduationes,ſententiæ,præceptáque,de quibus ſuprà,ad ſuſpicionem quandā nos adduxerunt,iux.tex.in l.in lege Aquilia ſi delictum.ff.ad l.Aquil. de qua ſuſpicione ſuborta iudici loquitur Bart.in l. admonendi, num.27.ff.de iure iur.ſed quia prædicta acta non niſi trunca, mutilata,& imperfecta ad manus noſtras peruenerunt, quippe quæ ex ciuitate Neapolis vbi omnia geſta ſunt,tota,& integra(vt iacent)nō ſine maxima impenſa trāſmitti potuiſſent ex ipſa ſuſpicione,ex qua primus gra-
18 dus † probationis conficitur, ad opinionem, ex qua ſecundus probationis gradus metitur, ac deinde ad credulitatem, ex qua,tertius, & vltimus probationis gradus perficitur,deuenire non potuimus, iux.tradita per Bar. in d.l.admonendi,num.22.& 23. vt Paul. Caſtr. conſ. 19.ſupradictæ exceptiones ſatis cauilloſæ.colum. 2.verſ.notandum quod non requirit Gl. in antiq. verum tamen ſuſpicio ipſa adeò vehemēs fuit, tantumque apud nos potuit, vt reſeruationem ipſam iure fieri poſſe cenſuerimus: quia ea ratione nemo fraudatur,vt verbis vtamur iuriſconſ.in l.ex his.ff.quæ in frau.cre.ex quo tex.elicitur iudicem eam viam eligere debere,per quam vtrique parti conſulitur.Quod præ oculis noſtra in ferenda ſententia nos habuimus: ſic etenim & Maria creditum ſuum conſequetur, & Hieronymus, ſi reſeruata legitimè docuerit, damno non afficietur. ¶ Nec quia legitimè probatis his, quæ reſeruata fuerunt ex nunc, prout ex tunc, condemnauerimus Mariam ad ſoluendum,& reſtituendum Hierony.ducatos prędictos,ſententia noſtra tanquā conditionalis improbari debet: quando quidem cum in
19 hac quæſtione, vtrum ſentētia † conditionalis valeat, fierique debeat,in varias Doct.ierint ſententias in l. cum iudex. C. de ſenten. in l. 1.§. biduum. ff. quando appel. fit in l. ait prætor. §. ſi iudex & in l. admonendi. ff. de iure iur. in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de

verb.oblig. & alibi ſæpe, ptout refert Sebaſt. Vãr. in
tract. de nullitatib. in titu. de nullitatib. ſenten. ex de-
fec. proceſ. num. 107. vſque ad numero 118. quemad-
modum ſententia illa, condemno reum actori in pe-
titis, ſi probauerit, vel probabit, in dubium reuoca-
tut, an valeat tanquam merè conditionalis, ita quòd
propoſita quæſtio de præſum. non determinetur, ſed
iudicium in pẽdenti totum remaneat, vt per Doctor.
in locis citatis, ita ſententia illa, condemno te in 20.
reſeruata tibi exceptione ſolutionis, & pacti, quibus
ptobatis ex nunc te abſoluo, valet, & ex cauſa præſet-
tim fieri poteſt, nec controuerſia reperitur, quippe
quæ non ſit merè conditionalis, ſed propoſitam quæ-
ſtionem de præſenti determinet, nec iudicium in pẽ-
denti totum relinquat, ſed tantummodo exceptio-
nem reſeruet, quam per hæc ipſa verba concipit Bal-
dus in lege peremptotias, numero vigeſimo C. ſen-
ten. reſcin. non poſſe, ſequitur Ang. in §. appellantur,
nume. 29. inſtit. de excep. & Felin. in c. quo ad conſul-
tationem poſt numero 1. verſ. ſimiliter dicit Bald. de
re iudi. & quam ſententiæ formulam admittit Deciſ.
conſi. 42. num. 13. atque iuxta eam pronunciauit Del-
phinale parlamentum, vt refert ipſam defendens ſen-
tentiam ea formula conceptam Bertrand. conſi. 335.
prætenſum reſtum, num. 14. 15. 16. vol. 2. Baldi igitur,
& aliorum, quos nũc citauimus, veſtigiis inhærentes,
ex cauſa iam dicta, modo, quo ſuprà, pronuntiandum
eſſe cenſuimus.

DECISIO XXIX.

Aſſecutans nomine plurium an obliget omnes
inſolidum, an verò tantum quemlibet pro
virili.

SMMARIVM.

1 *Domicilium originis eſt immutabile.*
2 *Pendente iudicio ſi dies veniat, vel conditio puri-
ficetur iudicium procedit.*
3 *Plures ſocij ſe obligantes medio vnius tenentur
inſolidum.*
4 *Sententia inter alios an proſit, vel præiudicet
ertio.*
5 *Bannum, ſeu condemnatio in cõtumaciam præſu-
mitur potius ex contumacia, quàm ex delicto.*

IN hac cauſa coram Rota cõtrouerſum
nõ fuit, an Stephanus Sauli hic reper-
tus cõueniri potuerit à Lazaro Feret-
to, & meritò, quia originarius poteſt
ſemper in loco originis, ſi ibi reperia-
tur cõueniri, ex quo ibi ſemper dicitur domiciliũ † ori
1 ginis habere, quod mutari non poteſt, vt per Bart. in
l. aſſumptio. in princ. cum apoſtil. ff. ad muni. Bald. in
rub. C. ſi à non competen. iud. Cano. in c. fin. extra de
fo. comp minus etiã fuit cõtrouerſum an abſolui de-
buerit dictus Stephanus ab obſeruatione præſentis
iudicij, tanquam tempore iudicij inchoati nondum
tranſacti fuiſſent ſex menſes, de quibus in appodiſia
ſecuritatis, poſt interpellarionem, de qua in cauſa, ſi-
ue quia conſtabat in proceſſu, iam vltra ſex menſes ad
fuiſſe Venetiis talem notitiam tempore litis, ſiue etiã
quaſi pendente † iudicio conditio purificetur, vel
2 dies, in quem collata fuerit ſolutio, aduenerit, clarum
erat quòd condemnatio ſequi debebat, non autem
abſolutoria ab obſeruatione iudicij, vt per Doc. in l.
pecuniam. ff ſi cer. pet. Caſt. in l. exceptionem, col. 2.
num. 5. C. de probat. fuere igitur duo articuli tantum-
modo coram nobis examinati, ac diſcuſſi, primus nũ-
quid Stephanus eſſet condemnandus inſolidum ad
ſolutionem pecuniarum, de quibus in dicta appodi-
ſia, in quo articulo quæſtionẽ faciebat aduerſus acto-
rem: quia videbatur conuentum fuiſſe inter ſocios, de
quibus agitur, quòd inſolidum conueniri non poſ-
ſent, ſed quilibet pro ſua rata tantùm, cuius conuen-
tionis non debuit eſſe ignarus dictus Lazarus, aliàs ſi-
bi imputandum erat l. cum qui alio. ff. de reg. iur. ve-
rum hoc obſtante contraria ſententia viſa eſt magis
iuridica, ac rationi conſentanea, nimirum vt quilibet
inſolidum teneretur, & ita quod dictus Stephanus tã-
quam vnus ex dictis ſociis conueniri potuerit: Nam
cum aſſecutatores viginti ſocij per Stephanũ, & Ba-
rocium ab ipſis inſtitutos, & deputatos huiuſmodi
negotia ſocialia adminiſtrauerint, profectò omnes
3 † ſocij inſolidùm teneri debent l. 1. §. fi. ff. de exer. Bar.
in l. eandem. ff. de duob. reis & Doct. alibi ſæpe: quod
fortius procedit reſpectu illius, qui geſſit, qualis fuit
Stephanus, qui appodiſiæ ſecuritatis ſe ſubſcripſit,
nec teſtes examinati pro parte rei conuenti probant,
quòd quilibet pro virili teneretur, minúſque inſtru-
mentum contractæ ſocietatis. Si omnia rectè inſpi-
ciantur, ac conſiderentur, ſecundus fuit articulus nũ-
quid ſententia criminalis lata in contumaciam contra
capitaneum, & patronum nauis combuſtæ, de qua in
proceſſu, debuerit prodeſſe Feretto, & videbatur q
deberet, quia ſententia pro veritate habetur l. 1. ff. de
re iud. nihilominus hac ratione, & aliis ſimilibus non
obſtantibus iuſtius viſum fuit eã non habere officere
4 Feretto ex eo, quia ſententia † quò ad tertium, non
facit ius, nec ei præiudicat. l. ſæpe, vbi Alex. ff. de re
iud. toto titulo res inter alios, &c. præſertim quando
eſt lata contra non defenſos, & contumaces ſecũdum
Bal. & alios in l. ingenuum. ff. de ſtat. homi. Caſtr. in l.
cum filiusfamiliàs. ff. de ver. obligatio. qui patronus,
& capitaneus quamuis quo ad omnes habeantur pro
bannitis, non tamen haberi debent pro incendiariis,
5 quia præſumitur bannum † potius eſſe latum propter
contumaciam, quàm propter delictum verè commiſ-
ſum ſecundum Alex. d. l. ſæpe, num. 64. quæ res in ca-
ſu noſtro non caruit difficultate, cum in ſententia ex-
preſſum fuerit, quòd ferebatur in contumaciam, & te-
ſtes examinati ad Inſtantiam actorum dicunt ſecutum
fuiſſe illud incendium ex caſu fortuito, & ſeu ſiniſtro:
ea propter ſtantibus iſtis fundamentis, & aliis in hunc
locum non congerendis exiſtimauimus eſſe conſu-
lendum indemnitati dicti Lazari, & ita ſuperioribus
dieb. ad eius fauorem ſententiam tulimus cunctis
ſubſcribentibus.

DECISIO. XXX.

Acceptans literas cambij, & ſoluens nõ poteſt
petere intereſſe à ſcribente, niſi cõſtituat eũ
in mora, & quando intereſſe poſſit peti.

SVMMARIVM.

1 *Soluenti literas cambij pro aliquo competit actio
contraria mandati.*

2 *Promiſſio*

2 *Promiſſo pro ſoluendo cambium debetur ſolui de obſeruantia mercatoria.*
3 *Intereſſe non tenenti pecunias otioſas an debeatur, & qua ratione.*
4 *An literæ cambij pro tracta, quæ ſpectat, illi cui præſentantur, interpellent.*
5 *Expendentes nomen inſimul de ſtylo, & cõſuetudine mercatoria tenentur inſolidum.*
6 *Expendentes nomẽ in ſimul in diuerſis locis quomodo obligentur vnus pro altero.*
7 *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, niſi mora ſecuta.*
8 *Intereſſe quando debeatur per morã irregularẽ.*
9 *Mercatori mora ſecuta debetur intereſſe lucri ceſſantis.*

ALIAS Hierony. & Gregor. Fliſci, cum eſſent ſocij, & expenderent nomen inſimul in Hiſpaniis, ſcripſerunt Petro Franciſco, & Philippo Cattaneis in Sicilia commorantibus, vt ſoluerent ſibi ipſis florenos, N. cambiatos cum Andrea Gentile, & Thoma Spinula, & Dominico de Auria: quæ literæ hoc importabant, vt dicti Cattanei deberent ſe conſtituere debitores dictorum Andreæ Gentillis, Thomæ Spinulæ, & Dominici de Auria pro dictis florenis, & ſic etiam ipſi Fliſci per literas auiſi hoc requirebant, vt facerent dictam promiſſionem, & ſuo tempore ſoluerent eiſdem ordinando, vt curarent exigere certam ſummam à quodam Cola Antonio Carbono, & id, quod exigiſſent, contraponerẽt debito ipſorum de Fliſco cauſato ex dictis literis, & promiſſione, & ſi non poſſent exigere, quòd deberent prouidere: quia ipſi de Fliſco ſoluerent, quod etiam ex natura negotij, & mandati facere poterant dicti Cattanei, nihil potuerunt exigere à d. Cola Antonio, & ſic traxerunt, ideſt ſoluere miſerunt dictos florenos, N. dictis Hieronymo, & Gregorio Valentiæ, vt eam ſummam ſoluerẽt, quam ipſi Fliſci ſoluere noluerunt, quæ tamen ſoluta fuit per dictos Andream Gentillem, Thomam Spinulam, & Dominicum de Auria ſuper proteſtu, & pro honore literarum ipſorum Cattaneorum, quod eſt velle habere obligatos ipſos Cattaneos ſcribentes, vt de prædictis conſtabat, & ex literis, & ex ſcripturis publicis dicti proteſtus. Qui Andreas, & ſocij pro dictis pecuniis ſolutis cum intereſſe recambij traxerunt ipſis Cattaneis ſummam, quam ipſi ſoluerunt, vt per depoſitionem dicti Thomæ, & per acta conſtabat, & cũ dictus Petrus Franciſcus ſit mortuus relicto Chriſtoforo agente, & Benedicto ſuis filiis, & mortuus ſit Benedictus nullis relictis liberis, & tota hæreditas ſit deuoluta ad dictum Chriſtoforum, ipſi Philippus, & Chriſtoforus mortuo iam Hieronymo conuenerunt dictum Gregorium inſolidùm obligatum, vt illam ſummam ſolueret cum debito intereſſe, offerentes deducere quid, & quantum eſſet deducẽdum, & conſtiterit fuiſſe ſolutum occaſione prædicta, & dicebãt dictum Gregorium condemnandum eſſe ex infraſcriptis. Primò, quia ſi conſideretur diſpoſitio iuris communis, ſiuè ſtylus mercatorius poſteaquàm cõſtabat, quòd dicti Cattanei acceptauerunt mandatum, & tãquam mandatarij fecerunt ſibi incumbentia, eis com-
1 petebat actio† contraria mandati, vt omnia cõſequerentur, quæ eis deerant, occaſione, & cauſa dicti mandati ſuſcepti. l. ſi verò non remunerandi. §. contrario iudicio. ff. manda. &, (vt ibi dicitur) debẽt habere di-
2 ctas pecunias, & damna cauſata, & etiam† prouiſionẽ vnius tertij pro centenario, vt inter mercatores ſoluitur, & fuit per teſtes probatum, & dicebant quod debebant habere intereſſe lucri ceſſantis ab eo tempore, & citra tam ex natura actionis mandati, & contraria, vt in d. l. ſi verò non remunerandi. §. ſimili modo, & in l. idemque. §. ſi procurator meus. ff. mand. & ibi Odof. & quamuis ibi tex. loquatur in actione directa, tamen dicebant idem eſſe in contraria, vt in d. §. iudicio, & Rofre. in ſuis libellis de actione mandati contraria, tum etiam conſiderato, quòd ipſi Cattanei erãt
3 mercatores, qui nõ tenebãt ſuas pecunias† otioſas, vt fuit probatũ, quo caſu habet locũ petitio lucri ceſſantis, & damni emergentis, de quo in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco. l. ſi mulier. §. rerum amotarum. ff. rerum amo. l. hæredes §. ſi incerti. ff famil. erciſ. l. vnica. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. & hoc procedit etiam ſecundum diſpoſitionem iuris canonici, cap. conquæſtus de vſur. & ibi Ioan. de Ana. & in l. curabit. C. de act. empt. Inno. in cap. ſacro de ſentent. excommunic. Abbas, Feli. & Dec. in c. cum venerabilis de excep. Rubeus Alexandri. latè in repetit. dictæ l. vnicæ, in vlt. Gl. nu. 4. & dicebant eſſe omnia probata, quæ ponuntur per Paul. de Caſt. in d. l. 3. §. fi. ff. de eo, quod cer. loco, & per Afflict. in deciſ. 20. quidam nobilis. ¶ Secundo, dicebãt quòd dicti de Fliſco fuerunt interpellati, vt ſoluerent dictam pecuniam, quod
4 demonſtratur ex tracta† eis facta per literas cambij eis præſentatas in ciuitate Valentiæ, quam tractam, cum ad eos ſpectaret, recuſauerunt ſoluere, vt apparet ex proteſtu, & ſic pecuniæ ipſorum Cattaneorum peruenerunt in ipſos Andream, & Thomam, & Dominicum creditores dictorum de Fliſco, qui erãt debitores dictorum Andreæ, & ſociorum, & habuerant eorum pecunias, & ſic dicebant verũ eſſe dicere etiã, quòd per iſtam conuerſionem dicti de Fliſco conuerterunt in ſuos vſus proprios pecunias dictorum Cattaneorum, & adeſt etiam mora irregularis pro eo tẽpore, quo dicti Chriſtoforus, & Benedictus fuerunt minores. l. minorum. C in quibus caut. reſtit. in integrum. Non obſtat (dicebant iſti Cattanei) quod fuit exactum à Cola Antonio, & ipſi non deduxerunt illam ſummam à principio, quia in proceſſu poſtea deduxerunt vncias, N. Nam reſpondebam quod reſpectu ipſius Chriſtofori hæredis iuſta erat ignorantia, ſecundùm Alex. in l. peregrè. ff. de acqui. poſ. ¶ Vltimò, dicebant, ꝙ ipſe Gregorius erat inſolidùm obli-
5 gatus, & ita erat condẽnandus: quia expendebat† nomen inſimul, & fuit probatum de cõſuetudine, & ſty-
6 lo mercatorio, quòd quando duo expendunt† nomẽ inſimul quilibet tenetur inſolidum, quæ conſuetudo valet ſecundum Bald. in rub. C. de exerci. facit Pariſ. conſ. 93. num. 8. 9. 10. vol. 1. & hoc in ciuitate Genuæ eſt notiſſimum, vltra etiam quòd in iſto caſu, cum iſti Fliſci eſſent in diuerſis partibus ſcilicet vnus Genuę, alius Valentiæ, dicebantur adinuicem facti inſtitores, ex quorum contractibus alter obligatur. l. 1. ff. de inſtit. Bart. in l. eandem, in. 7. quæſtione. ff. de duob. reis, Pariſ. conſ. 93. vol. 1. ¶ His ſic auditis Rota communi voto (facta deductione vnciarum, N. quas ipſi Cattanei deduxerunt in proceſſu.) condemnauit Paulum Abbum actorem fideicõmiſſariorũ hæreditatis dicti Gregorij inſolidùm ad dandum, & ſoluendum ipſis Cattaneis reſiduum ſummæ petitæ, quod erat vnciarum, N. monetæ Siciliæ, vnà cum intereſſe ad rationẽ cambiorum ſcilicet octo pro cẽtenario à die litis cõteſtatæ, & citra: ab aliis autem intereſſentibus ipſum

M 2 Paulum

Paulum Abbum abſoluit:fuerũt enim abſoluti fideicommiſſarij ab intereſſe, præter illud(de quo ſuprà) licèt eſſet probatum dictos Petrum Franciſcum, & Philippũ fuiſſe mercatores, tamen non non conſtabat de aliqua mora ipſorum de Fliſco, a quibus nunquam petitum fuit illud cambium, nec conſtitit ipſos Cattaneos ſoluiſſe illam ſummam dictis Andreæ Gentili, Thomæ Spinulæ, & Dominico de Auria, niſi pen-
7 denre iudicio per confeſſionẽ ipſius Thomæ, & † intereſſe lucri ceſſantis, nõ debetur, niſi mora ſecuta ſecundùm Fel. in cap. cum venerabilis, col. 2. & ibi Decius col. 6. de exceptionibus, Dec. conſi. 441. col. fin. Rui conſ. 55. coll. 3. vol. 2. Rubeus Alex. conſ. 20. col. fin. Nec ob moram irregularem debebatur intereſſe ipſis Chriſtoforo, & fratri: quia non conſtabat, quòd illo tempore eſſent negotiati, vel quod damnum eſ-
8 ſent paſſi, quo caſu intereſſe lucri † ceſſantis propter moram irregularem minoribus debetur, aliàs non, vt per Rui. latè conſ. 104. volum. 4. & licèt Chriſtoforus probaſſet, quòd maiores effectus fuit negotiatus, quia tamen non conſtat de mora debitoris, vt ſuprà fuit dictum, fuit viſum Rotæ illud non deberi: ſed quia à die litis conteſtatæ, & citra ipſi fideicommiſſarij fue-
9 runt in † mora conſtituti, ideo condemnauit eos ad illud intereſſe ad rationem cambiorum: ex quo conſtitit Rotæ per teſtes, q. d. Philippus, & Chriſtoforus, erant mercatores, & quòd tantum in cambiis fuiſſent lucrati, quo caſu intereſſe lucri ceſſantis debetur, vt per Abba. Feli. & Dec. in ca. cum venerabilis ſuprà allegato, & Abb. in c. conqueſtus de vſur. latè per Decium in conſi. 39. & ita fuit iudicatum.

DECISIO XXXI.

Perſeuerans in negotiis ſocietatis ſub ſuo nomine, remanet obligatus, vt ſi nomen ſuum expenderetur: licèt de ſuo conſenſu nomen mutetur.

SVMMARIVM.

1 *In cauſis mercatorum attendẽda eſt veritas facti, non apices iuris.*

2 *Societas etiam tacitè contrahitur.*

3 *Mittens merces ad alium pro vendẽdo, qua ſpecie contractus contrahat.*

4 *Inſtrumentum an probet, quò ad alios vltra contrahentes,*

5 *Dependens quid ſit.*

6 *An literæ probẽt contra ſcribentẽ quoad tertios.*

7 *Liber mercatoris probat contra eum, etiã ſi partitæ ſint ſcriptæ manu aliena.*

8 *Tractatus præcedens declarat actus ſequẽtes, & præfatio oſtendit intentionem cõtrahentium.*

9 *Factum in continenti diuerſimode dicitur.*

10 *Famuli, iuuentes, vel operarij quando admittantur pro idoneis teſtibus,*

11 *Perſona vnius differt a perſona ſua ipſius ſociali.*

12 *Ex pluribus coniecturis reſultat plena probatio.*

DE VVLTV TVO NOSTRVM prodeat iudicium iuſtiſſime Domine.

CAVSA mota per Ioannem Palauicinum ſuo, & ceſſi. nomine Iacobi Cibo contra Ioan. Anto. & fratres Italianos diuerſimodè conuento. ſ. vt pro nomine Ioan. Ant. & fratrum inſolidum obligatos, & Ioan. Anto. vti curatorem Ioan. Auguſtini, & Franciſci abſeotium, & Nicolaum proprium, eſt multiplex, & varia, ſeu verſatilis: quia magna ex parte pendet a cõiecturis in proceſſu deductis, quæ a iudicis arbitrio pendent, ideo facilè a diuerſis aliter interpretari poſſunt: quia ſumus natura proni ad diſſentiendum, vt inquit iuriſconſultus in l. quia poterat. ff. ad Treb. & vt ex prolixiori proceſſu eliciantur ſummatim ea, quib. inducti fuimus, ac moti partim ad condemnandum, & partim abſoluendum reos conuentos ſine longo verborum circuitu, & ſuperfluis allegationibus, dicimus vt infrà. ¶ Sed non prætermittendum duximus quod cauſa
1 fuit verſa inter mercatores vtrinque, ideo † iudican. de bono, & æquo, poſt habitis iuris apicib. ar. l. fideiuſſor. §. quædam. ff. mand. & in l. Quintus eo. tit. quia, vt inquit Bart. in d. § quædam, & Bal. in c. 1. col. 2. extra de conſti. illa, quæ ſubtilitatem quandam iuris, magis quàm facti veritatem reſpiciunt, & quicquid bonam fidem non tangit rei geſtæ, ſed extrinſecus ventilatur, abhorrent, & alienæ eſſe debent a bona fide mercatoria, quæ apices iuris non attendit ſecundum eos, & latiùs ibi per Alex. & Mod. in app. ad Bart. & per Strac. in tracta. de merca. ¶ Secundo, quod ſocietas, & ſimiles contractus dicuntur bonæ fidei, quia in his plurimum exuberare debet bona fides, vt per Gl. in §. actionum, inſt. de actio. cum ibi no. & perficitur ſolo conſenſu. l. conſenſu in prin. & ibi Glo. & l. obligamur, ver. conſentientes. ff. de actio. & obli. inſtit. de oblig. quæ ex conſen in prin. nec ſolùm conſenſu ver-
2 bis expreſſo, ſed etiam † tacito, quod ex actib. elicitur. l qui admittitur, & l. plane. ff. pro ſoc. quia etiã facto datur volũtas intelligi. l. de quib. ff. de legi. l. Paulus. ff. rat. habe propterea ex coniecturis ex actib. voluntariis collectis frequenter inducitur ſocietas, & diſcernitur qualis ſit vt per Bar. in l. Titium, aut Mæuium. §. altero. ff de admi. tut. Bald. in l. ſi patruus. C. commu vtr. iud. Anch. conſ. 31. quia quæſitu, & 302. à quo ſibi principium ſumpſit Soci. conſi. 160. in præſenti dicentes, quod coniecturæ quandoque ſunt leues quandoque vrgentes, ſeu grauantes, quandoque violentæ ſecundum factorum, & caſuum varietatem, quas diligenter percontari debemus, vt animus innoteſcat ſociorum. ¶ Tertiò illud vulgare, & notiſſimum, quod iudex non debet ad vnam ſpeciem probationis ſuum animum alligare. c. in præſentia extra de renuntia. ſed variè motum animi confirmare ex argumẽtis, teſtibus, & aliis, quæ rei aptiora, & vero proxima comperit. l. ob carmeo. §. ſi teſtes, & l. 3. §. eiuſdem ad ſi. ff. de teſti. vbi Bal. not. quod ad iudicẽ ſpectat credere, & diſcredere: debet enim cuncta rimari. l. 2. C. de ſent. ex peti. recit. c. olim extra de dol. & cõtu. Clem. paſtoralis. §. verum de re iudi. Glo. in c. cum ad ſacroſan. §. quo circa in verbo intellectis in extrauag. Ioan. 22. ſub. tit. de ver. ſigni. & c. ſummopere 11. q. 3. ¶ Quib. veluti præludiis præmiſſis pro agẽte, qui contendit fuiſſe impoſitam rationem ſub nomine Io. Anto. & fratrum, quæ Lugduni exercebatur per Ioan. Augu tantùm, & Genuæ per Ioan. Anto. & in qua cõprehendebãtur Ioan. Ant. Nico. & Ioan. Auguſt. Italiani, cum quib. affirmat agens ſe, & auctorẽ ſuum Au-
3 guſt. Centurionum eius generum contraxiſſe † miſſis vellutis, & aliis pannis ſericeis Genua Lugdunum ad venden. certa mercede conſtituta, quemcunque contractum

tractum

tractum à partib.initum concludamus,ſiue ſocietatis ſuper illis pannis ſericeis vendẽdis,prout.fertur olim tenuiſſe Ioan.de.Boſco prudentiſ.Iuriſcõſultum Genuen.per.Glo.in l.ſi Margaritam.ff. per ſoc. nam ſocietas vniuerſorum, & vnius tantum, cuius maluerint partes,negotiorum,contrahitur,inſt.de ſoc.in prin.& l.ſocietas contrahirur,in prin.ff co.ti.cũ ſimil.ſiue teneamus fuiſſe locationem,& cõductionem operarum in dicta venditione propter mercedem conſtitutã, vt ſenſit idem Strach.de merc.ſub titu.mand.nu.38.ſiue nuncupemus mandatum attento eo, ꝙ principaliter fuit actum (licèt repugnare illi videatur conſtitutio mercedis,cum debear eſſe gratuira.l.1.in fine.ff.mã.) quam opin.defendit Tiraquel.de retract.§.30.Glo.1. poſt relatos ibi, non multum nos mouere debuit, ex quo æquè ſunt omnes bonæ fidei, & gratia vtrinſque celebrati: ideo nihil referre viſum fuit in propoſito, quis fuerit. ¶ Sed ad rem ipſam proprius accedẽtes, pro intentione actoris fundanda: Primò vidimus extare publicum inſtrumentum ſocietatis contractæ inter fratres prænominatos maximè ſuper volta ſetæ,ac dependentibus. ab ea cum pacto,ꝙ omnia negotia in prædictis fierent communi, nomine ipſorum triũ inſolidum, & ꝙ quiſque poſſet nomen expendere, & ſi vnus extra voltam, & ſocietatẽ aliquid negotiaretur, vel faceret in præmiſſis,nihilominus beneficium eſſet commune, hæc ſunt verba formalia dicti inſtrumenti ſuper ſocietate contracta anno,&c.ꝙ quidem cùm ſit publicum, ac ſolenne facit probationem probatã, rẽ claram,& manifeſtam iux.Gl.primã in l.fi.C. de reb. cred.& c.cum olim extra de ver.ſigni.not.Bar. in l.1. in prin.& alij poſt eum.ff.de nou.ope.nunc.Bald.in l. quoties ad fin.C.de iud.& in rub.C.de fid.inſtru. Soci.qui optimè declarat conſi.89. in cauſa col. pen.& 266. col.2. & illi ſtandum eſt donec contrarium non doceatur.l. cum precib.C. de probatio probat igitur
4 † inſtrumentum fuiſſe contractam ſocietatem prędictam inter fratres reſpectu omnium, ex not.per Bart. quem alij ſequuntur in l. 2. C. de eden. & l. cum lite mortua.ff.iud.ſol. Quinimo licèt fuerit geſtum inter alios ab agente,quod regulariter non ſolet quò ad effectum iuſtum extendere vires ad illos, qui non contraxerunt,vt illis plenè proſit,vel noceat, vt no.Glo. Bar.Alex.& alij in l.admonendi.ff.de iure iur.tamẽ in caſu noſtro & plenè debet probare, & ipſos fratres obligare inſolidum ex contractib.initis cũ aliquo ipſorum fratrum in cauſis expreſſis in eodem inſtrumẽto, quia videntur adinuicem vnus alium præpoſuiſſe, per Glo.quam ſequitur ibi, & ſumme cõmendat Bal. in l.nemo ex ſociis.ff.pro.ſoc.dicentes illum tex.procedere vel quando vnus ſocius prohibebat expreſſè ne venderetur res communis, vel quando non erat ex rebus ſocialib.deſtinatis venditioni : quib. caſib. alij poſſunt partem ſuam tantum vendere, aliàs extra dictos caſus videtur vnus ſociorum inuicem alium præpoſuiſſe,ideo potuiſſe vendere totam per l.eius,qui in prouincia in fi.ff.ſi cer.pet.& l.3.in prin.ff. de exercito. & cuilibet data inſolidum adminiſtratio ar. l. creditor.§.duob.ff.mand.& l.pe.§.ſi plures.ff.de exerci. ita vt ex contractu vnius contra alium detur actio, ſicut ex contractu inſtitoris contra dominum,qui præpoſuit.l.1.ff.de inſtit.dummodo cõtraxerit in eã cauſam,in quam fuit præpoſitus.l.pen.§.fi.ff.eo. ꝙ etiam in dubio præſumitur expreſſo nomine officij. l. fi.eo. tit. & ſic qui cõtraxit cum vno ex dictis ſociis fratrib. in reb.tamen ſocialib.prout in rebus voltæ, vel depẽdentib. omnes habebat obnoxios. ¶ Quòd autẽ negotiatio Io.Auguſt.in loco Lugduni eſſet ſocialis, & dependens quodãmodo à volta ſetæ,quę per Io.Ant. Genuæ exercebatur, videtur deduci ex plurib. Nam
5 † dependens dicitur illud,ꝙ licet ſit ab eo,à quo dependet, diuerſum, ad eundem tamen finem tendit ſecundum Nic. Boër.conſ.7. adducentem.l. nunquam plura.ff.de priu.delic.quæ ponit plurima exempla factorum ſeparatorum ad idem tendẽtium,& l. illud.ff. ad l.acqui.& quod voluit Glo.in ver.neuter verſi. ſed tunc oppo.&c.in lege cũ filius. §. ſi ſtipulatus de verbo.oblig. dicens promiſſionem fideiuſſoris in curando ꝙ principalis dabit, vel faciet non eſſe diuerſam à promiſſione principalis, quia tendunt ad eundẽ finẽ, facit Glo.in ver.dependere in ca.cupientes. §. deniq; de ele.lib.6.& ꝙ voluit Alex.conſi.58.circa prin col. fin.verſ.9.ad vltimum lib.1. quia præparatorium dicitur eſſe dependens à præparato,quia dirigitur ad finem illius,ideo iur.conſ.vocat appendices,vt eſt tex. pereg. quæ ipſe non allegat in l. ſi quis hæres inſtitutus.ff.de acqui.hær.igitur quia Ioan.Auguſt. Lugduni ſub nomine Io.Ant. & fratrum negotiabatur vendendo velluta ſocietatis,& aliorũ mixtim,quò facilius votis emere volẽtium ſatisfaceret ex mercibus multorum ar.l.pen.ver.ſed quia non ſemper.ff.de contrah. empt.quia ſic ex multis literis in proceſſu exhibitis cõſtat,nõ facilè contingebat vt ſemper ab vno haberet pãnos ſericeos diuerſorũ colorũ, aut qualitatũ requiſitarũ ab emere volentib.vt velluta vnius pili, vel pili cũ dimidio,aut duorũ,vel triũ pilorum:ideo vt commodius fieret illa ſortitio (vt verbo mercatorio vtamur)ex vellutis multorũ id facilè contingebat, ꝙ tamen totum gerebatur ad finem,vt facilior,vtiliorque fieret vẽditio pãnorũ ſericeorũ voltæ ſocialis, & vberius lucrũ accederet ſociis ex negotiatione ſecuta, & id quanquã per ſe pateat cuique naturali ſentiẽti, vel vnis literis oſtenditur ipſorũ Io.Ant.& fratrũ ſub die, &c.de quib.infrà dũ dicitur, *e non fare che li noſtri riceuino dãno alcuno dalli loro*, & in quã plurib.literis Ioan. Aug.de aſſortimẽto,&c.vt infrà dicetur,quæ arguunt cõſenſũ,& ſciẽtiã ipſorũ fratrũ,in ea negotiatione Io. Aug. ſe exercentis in vẽdendo pannos ſericeos voltæ cõmunis,& aliorũ,expendebatque nomen Io.Ant.& fratrum ſolus,ſicut ipſi Ioan. Ant.& Nic.Genuæ,qui etiã dabãt ad eum ſolũ literas ſub tali nomine,& inuicem ab ipſo recipiebãt eodẽ nomine, & libros rationis inſcriptos ſub illo nomine tenebat, prout de prædictis conſtat ex depoſitionib.multorum teſtiũ agentis,vt Io.Bap.Iordani,ſuper primo tit. in proceſſu teſtiũ.car.&c.& Nico.Caminati clarius,quia fuit Ioan. Aug.iuuenis,& affirmat prædictis omnib. interfuiſſe, vidiſſe literas hinc inde miſſas,libros rationis,in quib. etiã ſcripſit,& cõputa vidit,ſicut in d. ꝓceſſu car. &c. Bap.Planelli car.&c.Laur.Pincet.car.&c.& Stephani Mortarię,itẽ Pelegr.de Leu.& Pau.Bened.qui etiam pręſentauit dũ deponeret app.ſub dicto nomine factã ab ipſo Ioanne Auguſtini,etiã poſt editũ Regis Chriſtiani Car.&c.& Iulij Iuliani,qui aliã exhibuiſſe dominis ſuis affirmat,factã prius ſub nomine Io.Aug.& ipſe volentibus ſic dominis curauit reformari ſub nomine Io.Ant.& fratrũ eadẽ car.&c. ſed longe melius hoc proteſtantur literæ ipſorum Ioan.Ant.& fratrum Genua miſſæ Lugdunum ad Ioannem Auguſti. ſub dicto nomine Ioan.Ant. & fratrum in ſcripto, & ſuperſcripto die, &c. in dicto proceſſu regiſtrãte,ſuper quib. non controuertitur quod fuerint in aliquo vitiatæ, & in eis explicatur tractatus Genuæ factus per Auguſti.Centurionum Mortariam cum Ioan. Ant.& fratrib.de mittendis vellutis, & aliis id genus ſuæ fabricæ Lugdunũ,vt Ioan.Auguſt.ea venderet ſub cer-

ta mercede, in qua tantum diſcrepabant ſcribentes à
6 dicto Auguſtino, & illæ literę † plenam probationem
faciunt contra ſcribentes. l. Publia. in fi. ff. depoſi. Bart.
in l. nuda ratio. ff. de don. Canoniſtæ, Fel. & alij recen-
tiores in c. 2. extra de fid. inſtr. ſicut & liber ſcribentis
contra eũ plenè probat, vt per Bar. & omnes in l. quę-
dã. §. nummularios. ff. de eden. & latiſſimè in l. admo
nẽdi. ff. de iure iur. ¶ Nec procedit obiectio, quod li-
teræ ad alios miſſæ non probent reſpectu tertij, ſicut
nec confeſſio extraiudicialis abſente parte, & inſtru-
mentum inter alios confectum, vt voluerunt Bart. &
alij in d. l. admonendi, & in terminis de his ſic arguit
Rota Rom. deciſ. 429. Nota ego miſi, in antiquis, li-
cet in fine cõcludat, vtramuis opinionem teneri poſ-
ſe, quia immo verius eſt, quod epiſtola mercatorum
ad conſocios ſcripta, & ſignata plenè contra eos pro-
bat pro tertio, vt voluit Spec. in tit. de oblig. & ſolu. §.
prænotan. verſ. pono, &c. Bal. in rub. C. de conſt. pecu.
col. 3. Iaſ. poſt relatos in d. l. admonendi, nu. 140. cum
ſeq. & ratio differentiæ poteſt illa reddi, quia epiſtola
ſcribentis ſemper loquitur l. Arriani in fi. C. de hærę.
ideo videtur facta confeſſio tunc, quando tertius illã
ꝓferr, & acceptat, ſic ſent. Ang. in. §. ſi verò expreſſim
in Auth. de hære. & falci. Aymo in opere de antiq. tẽp.
in 1. par. nu. 122. & ideo cõfeſſio plenè præiudicat cõ-
fitenti, etiam ſuper enuntiatis. d. l. Publia. in fin. & ar.
l. optimam. C. de contrahen. & comm. ſtipu. ſic dicta
epiſtola plenè probat viguiſſe eo tempore rationem
Io. Ant. & fratrum, & ꝙ Auguſt. Centurionus Morta-
ria cum ipſis Genuæ tractauit de mittendo Lugdunũ
ad eos velluta, & pannos ſericeos ſuæ fabricæ venden.
certe mercede, qui tractatus eſt adeo potẽs, vt faciat,
videri cœpiſſe rem ipſam illum, qui tractauit, ſecun-
dùm Bal. in c. in cauſis numero primo, de elec. & Ti-
raquel. alios referentem in d. retrac. ad fin. numero. 31.
¶ Nec mouere debent obiectiones à reis factę, quod
tractatus non probat perfectionem actus, quia multa
tractantur, quæ non perficiuntur. l. ſi ex cauſa. §. nunc
videndum in fin. ff. de mino. Item, quod non probant
aliquid trãſmiſſum ad Io. Anto. ſed Ioan. Auguſti. vt
in literis Auguſtini, & illo tempore, quo non expen-
bant amplius nomen Ioan. Anto. & fratrum, ſicut de-
ponunt plures teſtes conuentorum ſuper ſecundo tit.
& indicant plures literæ per agentem exhibitæ, quæ
propterea contra eum plenè probãt, quia videtur faſ-
ſus contenta eis eſſe vera, licèt vſus fuiſſet cautela in
exhibendo in parte, & partib. & c. vt plenè arguit, &
firmat Roma. conſ. 433. quo ad primũ, col. fi. ver. quò
ad vltimũ poſt Bar. Bal. Inno. But. dec. Rotæ. Rom. &
alios, quos ibi allegat, nec poteſt productionem fa-
ctam reuocare inuita parte, cui fuit ius quęſitũ. Quia
reſponſio ad prædicta in promptu eſt, quia imò per-
fectio tractatus oſtenditur ex trãſmiſſione vellutorũ
paulò poſt, vt in exemplo vnius libri dicti Ioã. Augu-
7 ſtini vocato, *le fatture*, qui liber † plenè probat con-
tra mercatorem, etiam quod partitæ fuiſſent aliena
manu conſcriptæ, quia præſumerentur volẽte, & mã-
dante illo conſcriptæ, apud quẽ liber tenetur, niſi cõ-
trarium doceri poſſet euidenter, ſic dicitur de libro
cenſus in l. cenſus. ff. de proba. & aliis iuribus allegatis
per Nic. de Muti. Io. Andr. Bald. Roma. & alios, quos
citat Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 133. & ſeq. & cum trãſ-
miſſio fuerit facta propè dictum tractatum, vt col-
ligitur ex prædictis literis, & ex partitis venditionum
in d. libro, quia in medio parum diſtat vltra men-
ſem, quod tempus vix potuit ſufficere ad habendum
reſponſum à Ioan. Auguſti. ſuper tractatu, & deinde
ad portandum per mulionem petias, N. vellutorum
Lugdu. ideo ex dicta propinquitate actus ſequens
præſumitur factus ex præcedenti conuentione, iuxta
illud à primordio tituli, poſterior formatur euentus.
l. fina. C. de impo. lucra. deſcrip. l. quædam mulier.
ff. de rei vendi. & bene fac. l. ſecunda. C. de acqui.
poſſ. & ita in caſu non multum diſſimili arguit Socin.
conſi. 89. præterea non videtur dubium, quin pro eo
magis ſit præſumen. quia ex literis Ioannis Auguſti-
ni ad Centurionum ſub die, &c. regiſtratis in pro-
ceſſu car. &c. apparet iux. tractatum fuiſſe miſſum
iuuenẽibi, *come il tutto il voſtro giouane vi può riferire*,
& quod Ioan. Auguſtin. omnia gerebat, vt in illis, &
aliis quàm plurimis, item quod fuerat ſublata diſcor-
dia mercedis, in qua diſcrepabant à princi. Ioannes
Antonius, & fratres cum dicto Auguſtino, & redacta
ad vnũ cum dimidio pro cent. & in literis Centurioni
ad Ioann. Auguſti. ſub die, &c. regiſtratis in proceſſu
car. &c. quę licèt ſit vna ex literis exemplatis Lugd. &
dicatur ſuppoſititias, tamẽ id aliquo pacto, non oſtẽ-
ditur, immo contrarium de iure præſumendum eſt:
quia in dubio quilibet præſumitur bonus, & extra de-
lictum. l. merito. ff. pro ſoc. vlterius fulcitur ſubſcri-
ptione publici tabellionis, qui eas ſubſcripſit per illa
verba, Ducurtil, ne varietur, & eas recognouit cum te
ſtibus, qui pariter ſubſcripſerunt, & atteſtatur ſe miſ-
ſum cum viatoribus inueniſſe in thalamo Ioan. Au-
guſt. Teſtes inſuper recognouerunt literaturam rece-
ptionis in dorſo (vt dicitur) earum, partim manu. Io.
Auguſtini, partim manu ſui iuuenis, & ſocij, & vt in
eorum depoſitionibus in eorum proceſſu car. &c. &
ſequentibus ſuper. 10. & 11. titu. agen. ex quib. argui-
8 tur omnia ſubſecuta eſſe iuxta tractatum † præcedẽ-
tem, per quem declarantur, ſicut ex præfationib. intẽ-
tio contrahentium oſtenditur, ſecundũm Boër. conſi.
40. nume. 36. quia talia præſumuntur ſubiecta, qualia
ex prædicatis demonſtrantur. l. ſi defenſor. ff. de inter-
roga. actio. Crau. conſ. 9. nume. 32. & conſi. 211. ad fi.
Rom. 271. & dubietas in cõtractu declaratur ex præ-
cedenti tractatu, vt inquit idem Crau. cõſ. 101. & 158.
in princip. & 118. num. 2. fac. l. ſemper in ſtipulationi-
bus. ff. de reg. iur. Nec dubium quin accipiens lite-
ras, & non contradicens videtur fateri omnia in eis
contenta, & ea acceptare l. filiusfam. la 2. ff. ad Ma-
ced. l. cum tabernam. §. pen. ff. de pign. vbi Barto.
& l. quo enim §. 1. ff. rem rat. haber. & ſic Ioann.
Auguſti. acceptaſſe dicitur omnia contenta in ſu-
pradictis literis, quib. non conſtat eum contra-
dixiſſe, vt ſuprà. ¶ Quòd velluta, & alia non fue-
rint miſſa per Centurionum Ioan. Anton. & fra-
tribus, ſcilicet Ioann. Auguſti. tantum, ſic colli-
gitur ex plurib. literis partium hinc inde, & tem-
pore, quo deſierat expendi nomen & non videa-
tur geſtum cum eis iuxta tractatum, nec ſufficiat
geſſiſſe cum præpoſito extra nomen officij, & in
eam cauſam iuxt. d. l. fina. & not. per Bald. con-
ſilio 125. lib. 5. Anchar. 332. colum. prima, A-
lexandr. 139. perſpectis in princip. lib. 5. nam
ad perfectionem iſtius contractus requirebatur con-
ſenſus partis, vel repræſentantis eam, vt dicere-
tur conſenſiſſe, vt in ſimili arguit Soci. conſilio
87. in præſenti colum. 4. & alia fuit perſona Ioan.
Auguſti. proprij, alia repræſentantis Ioann. Anton.
& ſocios. ſic ipſe deducit, & probatur per l. eius.
C. de compenſa. Reſpondetur, quod imò iuxta
tractatum omnia fuerunt geſta cum Ioann. Anto. &
fratrib. quia Ioann. Auguſti. ſuppreſſo illo nomi-
ne propter edictum Regium adhuc dabat com-
plementum, & proſequebatur eadem negotia, &
rationem

rationem ceptam, quòd deducitur ex plurib. Primò, ex dicto tractatu præcedenti, cui adſcribitur actus ſequens, vt ſuprà, & mutatio nominis Ioan. Anto. & fratrum ex illa cauſa limitata edicti Regij limitatū etiā produxit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rer. domi. & latiùs per Alciat. in opere præſump. in 2. reg. præſum. 16. bene facit, quòd voluit Bartol. in l. Gaio in princ. ff. de alimen. leg. quòd mutatio ex illa cauſa probatur ex literis Ioan. Auguſt. & Nicolai, videlicet illius ad Ottonem iſtius ad ipſum Ioan. Auguſt. vt infra deducetur. Item quia talis mutatio non præiudicaſſet contrahentibus quibus non conſtat fuiſſe renuntiat. iuxta not. per Bald. conſil. 452. lib. 4. & ar. l. action. §. renunciare. ff. pro ſoc. ideo nō debet præſumi facta mutatio omnimoda, ſed magis ſubrogatio quędam, prout etiā videtur probari ex eo, quia vbi fratres voluerunt rationem mutare certiores fecerunt per literas Io. Ant. & fratrum, & Ioan. Auguſt. dicentes, quòd imponenda erat noua ratio Franc. & Ioan. Auguſt. & quòd facient librum de nouo, in quo dirigēt rationes eorum, quæ poſtea erant accepturi, & de quibus ambo pariter erant reddituri rationem, idem fecerunt Ioannes Auguſtinus & fratres per literas ab vnoquoque ſubſcripas ad Ioan. Pallauicinum agen. & Iacob. Cibo directas: ergo illucuſque fuerat eadem ratio, & continuata negotia cepta iuxta tractatum, & ſic quodammodo correſpectiua ar. l. lecta, verſ. dicebam. ff. ſi cer. pet. & l. iuriſgentium. §. quinimò. ff. de pact. cum ibi nor. & per Bald. in l petens. C. de pact. Cor. conſil. 10. colum. penul. verſic. ex vicinitate. &c & conſi. 36. col. 2. verſic. & quando fiunt, & conſil. 117. col. 3. verſi. poteſt etiam coniecturari, &c. lib. 2. in quibus locis arguunt, quòd ex vicinitate actus domini quodammodo ſe contingentis, & correſpectiui, & ea quæ incontinenti fiunt, cēſentur ineſſe. Dicitur autem fieri actus

9 incontinenti † diuerſimodè ſecundum ſubiectam materiam arbitrio iudicis, ita vt quandoque factum poſt annos decem dicatur factum incontinenti, iuxta Glo. in can. ius noſtrum. 1. diſt. ſequitur Bal. in l. 1. C. de his qui à non dom. manum. & plura congerunt Alexand. in app. ad Bar. & poſt eum nouiſſimi in l. 3. § cum igitur. ff. de vi & vi arma. volentes, quòd inferior ſpoliatus à potentiori dicatur recuperaſſe poſſeſſionem ſuā incontinenti, ſi medio tempore fecit debita præparamenta. At hic omnia fuerunt continuata poſt tractatum, vt ſuprà meritò, &c. Vlterius colligitur conſenſus Ioan. Ant. & fratrum, ex literis Ceot. de Mortaria, ſub die, &c. eum additione diei, &c. regiſtratis in proceſſu car. &c. iunctis literis Ioan. Ant. & fratrum Genuæ ad Ioan. Auguſt. Lugduni ſub die &c. ibidem regiſtratis car. &c. ex quib. euacuatur omnis dubietas: Nam apparet, quòd Ioan. Antonius, & fratres Genuę viderunt literas dicti Auguſtini Centurioni, dum dicunt, *vi dice che io comportiate de le ſpeſe*, & paulò infrà, *auertendo in fidarli à non paſſare ſua commiſſione*, & in literis Auguſtini, de quibus ſupra dicitur, quòd volebat mittere capſiam vnam vellutorum Io. Ant. & fratrib. ſic antea miſerat quatuor petias: Nam audiuit à fratribus ſuis, quòd nomen illud erat ſuppreſſum propter edictum Regium, licet ipſi fratres eſſent vnum, & idem, prout antea, & ſic dictus Centurionus, & Io ſocer acquieuerunt: ex quibus infertur. Primò, quòd Ioan. Ant. & fratres Genuæ, viſis literis Auguſtini tacendo, & non contradicendo conſenſerunt, quòd narrata in eis eſſent vera, & fierent eorum conſenſu, iuribus ſupra allegatis. Secondò, quòd ſuper narratis voluerunt diſponere, & ordinare Ioan. Auguſt. quid agere deberet, velut negotium eſſet cōmune: quia ſecus dicendo argueretur culpæ ſe immiſcendo rei ad eos non ſpectantis. l. culpa eſt. ff. de regu. iur. prędictæ autem literæ fuerunt ritè exemplatæ citata parte Lugduni, & potuerunt exemplari, licèt ſint ſcriptura priuata, vt per Specul. in titu. de inſtrum. edi. §. poſtquàm, & §. nunc dicendum, vbi latè de exemplatione ſcripturæ priuatę, & poſtquàm literatura Auguſtini Centurioni ex dictis literis, & receptio per Ioan. Auguſt. à tergo manu ſua, & partim iuuenis, & ſocij eſt probata iuxta conſuetudinem Genuæ per duos, qui dicunt cognouiſſe, & cognoſcere literaturam dicti Auguſt. qui ſcripſit, & ſubſcribentium à tergo debent probare, ſicut ſi ipſe originales haberentur, alias fruſtra exemplarentur ſcripturæ priuatæ, & quòd literæ Auguſt fuerint ſuppoſitæ nullo fulcitur indicio: ſatis conſonant prædictis literæ Nicolai ad Ioannem Auguſtinum, ſub die, &c. regiſtratæ in proceſſu car. &c. quæ licet arguantur de vitiatione in quibuſdam locis, & fuerint examinati plurimi teſtes, pro & contra, qui variè depoſuerunt. & quia non fuit neceſſe id enucleare, omiſſis partibus ſuſpectis ſine declaratione, an fidem promereatur in aliis partibus & capitulis non vitiatis, debent ſuis iuribus conſiſtere per notata in l. iubemus. C. de fide inſtrument. & in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. ideo cum fateatur vidiſſe literas Anto. Othoni, qui ſcripſerat ad dictum Ioan. Auguſt. ſub communi nomine Ioā. Anton. & fratrum: admonetque ipſum Ioan. Auguſt. vt ei renunciet, qualiter propter edictum Regis nomen illud fuerat ſublatum, ſed perſeuerauerant, prout antea, & ſic fatetur nomen ſublatum in apparentia, ſed in effectu idem remanſiſſe, & dictare & quòd idem erit ſcribere Ioan. Auguſtin. ac ſi ſcriberetur Ioan. Anton & fratribus: quia mutatio nominis erat facta ex cauſa tantum prohibitionis Regiæ, & in cæteris perſeuerabant ſicut prius. Item in diſcurſu admonet vt dimittat alia negotia per eum ſuo nomine cepta, & vacet ſolum venden. vellutorum: Nam ſatis lucrabitur, quaſi hoc negotium eſſet commune, non proprium dicti Ioan. Auguſt. & aliæ id genus coniecturæ ex ipſis literis eliciuntur, quæ in partibus non ſuſpectis debent fidem promereri, vt ſupra dictum fuit, & ſentit Bald. in l. fin. C. de edicto diui Adriani tollen. Plurimæ etiam præſumptiones id genus colliguntur ex literis Ioan. Auguſt. in proceſſu regiſtratis in car. &c. & ſeq. Nam primæ ſub die, &c. ad Mortariam indicant receptionem, & conſequenter approbationem literarum ipſius ſub die, &c. de quibus ſupra ſequentes, ſub die &c. quòd negotium eſſet commune, dum dicit, *non fiando la volunta de voſtri*, & in aliis ſub die, &c. quòd eſſet commune, & dependens, dum ſcribit, quòd mandabit ſuis fratrib. vt concurrant cum dicto Centuriono in emendis velluris pro faciliori ſortimento. Idem quoque innuit in ſequentibus, ſub die, &c. vbi etiam adducit in teſtem iuuenem ipſius Mortariæ, & in aliis die, &c. apertius teſtatur negotium illud eſſe commune, & diſtinctum à propriis, quæ gerebat cum Gregorio de Turri. de quibus nolebat fratres aliquid ſcire, & ſatis repetit in ſequentibus, quia ſcribit ordinaſſe fratribus, vt emerent velluta ſimul cum eo, pro commodiori ſortimento, & faciliori venditione. ¶ Duæ aliæ præterea colliguntur præſumptiones, quòd Ioan. Auguſt. perſeuerabat in negotiatione, prout anteà, licèt mutatum eſſet nomen. ¶ Tertia, quod licèt ratio Auguſt. Centurioni fuiſſet tranſlata in Io, ita tamē gerebatur, prout ſi nulla fuiſſet facta tranſlatio: quia etiam ante mutationem rationis promiſcuè merces mittebant Ioan. & Auguſt. Mortaria

ſicut indicant prædictæ literę Auguſt. ſub die, &c. ibi. *mio ſocero, il quale ha participatione*, & in literis Io. Pallauicini, die &c. dum mandat perſolui debitum Augu. Cēturioni, & in aliis vtriuſque paſſim, & maximè dum Aug. in literis ſub die, &c. atteſtatur mutationem fieri coloratè in cat. &c. ibi, *hauuta la voſtra per più pallar'*, & ſic oſtendunt negotium vel eſſe proprium Cēt. vel commune cū ſocero. At ſunt partitæ expenſarum extractarū ex libro. Ioan. Ant. & fratrū Genuæ, in quib. atteſtātur expendiſſe pro Auguſti. Centuriono in expedien. & mittendis Lugduni petiis, N. vellutorū. Itē capſias, N. pro Ioan. Pallaui. quib. daut. debitū: ex quo conijci poteſt, ꝙ geſſerunt curā illarū merciū tanquā negotiū ad eos ſpectaret, ſicut fuerat tractatū, & licèt rei dixerint in voce, ꝙ id ſolet fieri inter mercatores vice mutua pro minori ſumptu gabellarum, & vecturæ tamen ſtante tractatu, de quo ſuprà pręſumi debet factū virtute illius, ſicut ex plurib. fuit oſtenſum, & ac. no. per Bal. in l. ex perſona. C. de prob. col. 1. verſ. alia, vbi tractat de præſumptione cōtinuatiua de pręterito in præſens: ſequi enim debemus ꝙ veriſimile eſt d. l. ob carmē. §. ſi teſtes, & l. 3. §. 1. ver quæ argumēta, &c. & in dubio quis videtur facere actū ſuo magis, quam alieno nomine l. & magis. ff. de ſolu. & ꝙ cōmune eſt, aliquo reſpectu meum dicitur. l. ſerui electione. §. 1. & ibi Glo. in ver. cōmunis, & Doc. poſt eam no. de le. 1.

¶ Alia inſurgit cōiectura ex depoſitionib. teſtiū ſuper 5. tit. agentis, ꝙ Io. Aug. poſt edictū Regis (licèt ſuppreſſo nomine Io. Ant. & fratrū) continuauit negotia ſolus, prout antea ſub ſuo tantum nomine, & in eiſdē libris: Nam ſi verè, fuiſſet mutata ratio, in aliis libris cōputa retinuiſſet, ſicut fuit factū ex ordine fratrum, quando fuit impoſita noua ratio Franc. & Io. Aug. vt ſuprà, hoc deponūt Iorda. in proceſſu car. &c. Corona car. &c. Greg. & alij examinati Lugd. in car &c. & ꝙ poſt edictū etiā quādoq; ſubſcribebat ſub nomine Io. Ant. & fratrum pro libito, & prout vſus dabat: Nā Paul. Benedi. protulit vnā cedulam ſic ſubſcriptam à Io. Aug. die, &c. ſuper venditione vellutorū, & aliorū pro ſcutis, N. quæ cedula fuit exēplata mandato iuſdicētis. Item Nicola ſua iudiciali depoſitione car. &c. fatetur, quod in vltimo viagio ad illam vrbem Lugd. vendiderat mālexinis velluta pro libris, N. & ſibi fieri fecerat cedulam crediti ſub nomine Io. Ant. & fratrū, & inter illa velluta aderat quædam pars Centurioni, ſeu Palla. & aliorum mercatorū, quibus fuit facta reſtitutio per deputatos, vt in proceſſu car. &c. & affirmat fieri feciſſe ſub illo nomine Ioannis Ant. & fratrum, vt ipſi valerent ſe eximere à vexationibus, quia creditores Genuæ habituri erant regreſſum contra eos, nec aperit de creditoribus voltæ magis, quam aliis: ergo apparet, quod nomen erat ſuppreſſum, non ſublatum ex cauſa prædicta, item colligitur ſatis, quod negotium commune gerebatur, quia nō ſic vendidiſſet velluta Centurioni, vel Pallauicini ſimul cum ſuis ſub nomine Ioannis Ant. & fratrum, & eius tacita confeſſio in his debet plenè probare non ſolum contra ipſum, ſed contra fratres, quia bailia expendendi nomē inſolidum erat apud vnumquemque ipſorum, vt ſuprà, & vnus poterat omnes obligare. Septima æque potens præſumptio inſurgit ex eo, quod Ioannes Anto. & fratres Genuæ vſque ad finem geſſerunt curam eorum, quæ fiebant per Ioan. Auguſt. Lugduni & prouidebant, vt ad eum velluta, & panni ſericei mitterentur per Auguſt. Mortarium, & Ioannem Pallauicinum denuntiando profectiones mulionum, requirendo an vellent ea mittere, recipiendo literas apertas, quæ ad eum mittebantur, & quas mittebat Ioannes Auguſt. nec reſtituendo antequam legiſſent, vrgendo muliones, quibus etiam parabant ſalmas ex alienis ſericis. Ita deponunt Ioā. Maria Carbonus ſuper interrogatorio ad. 5. titulum, & latius ſuper. 8. titulo agen. Antonius Coſta ſuper. 6. & 7. titulis, Benedictus Iordanus, Ambroſius Lomelinus, Ludouicus Riparolia ſuper eiſdem titulis agen. quorſum enim curam tantam ſuſcepiſſent, ſi negotium non fuiſſet commune? certè cum multum diſtet à veriſimile, videtur ſapere imaginē falſi, vt dicebat Bal. in l. 1. per illū tex. C. de fur. hoc idē arguunt literæ d. Io. Ant. & fratrū, de quib. ſ. & quæ plene ꝓbant præſcribēres, vt fuit cōcluſum, & ſentit Rota d.

10 deciſ. 429. & licèt aliqui ex teſtib. † pręd. eſſent famuli aut iuuenes, vel operarij inducentiū, habētur pro integris in probāda præſumptione, maximè eius generis ꝓpter difficultatē aliorū teſtiū, qui nō ſolēt adhiberi in eiuſmodi. ſed geri cōſueuerūt à iuuenibus mercatorū, ſic experiētia docet optima rerū magiſtra. c. quām ſit, extra de elect. & aliàs videmus nō repelli teſtes domeſticos in talib', ar. l. cōſenſu, & ꝙ ibi not. Bal. C. de repud. & in l. ſi quis, & l. id ꝙ. C. de epiſ. & cler. & l. parētes. C. de teſti. etiā ꝙ aliàs nō ſint idonei, vt in l. etiā, de teſti. & per Spec in tit. de teſt. § 1. verſ. Item ꝙ tunc domeſtici, item quia plurimi ſunt cōſona vocē idē atteſtantes, & eorum teſtimonium cōfirmari poteſt ex aliis etiam literis Ioannis Ant. & fratrum ſub die, &c. regiſtratis car. &c. quādo ordinant impoſitionē nouæ rationis Franc. & Ioan. Auguſt. qui ambo tenerentur de gerendis in futurum, & ꝙ facerent nouum librum, & in additione ſub die, &c. repetitur, ꝙ fariār ſub forma iam deſignata: quia de pręteritis extinguendis cura ſpectabat vel ad ipſos ſcribentes (Si literæ non fuerunt vitiatę) & eſſet plana locutio, cum mercatores ſic loqui conſueuerint de negotiis communibus, ſecūdū Soci. conſil. 162. col. fin. verſ. præterea, (vel ſi eſt vitiata per mutationem literæ N. in V. ſicut allegant conuenti) parum diſtabit, quia verè fuit reddēda ratio per Ioannem Auguſtinum, qui geſſit, & potius ipſe conueniendus, etiam quòd commune cum fratribus negotium ab eo geſtum fuiſſet, vt per Gloſ. in l. creditor. §. duobus. ff. mand. & latè Petr. de Vbal. in tract. de duo. fratr. par. 12. in princi. ideo non multum refert, an illa monoſyllaba fuerit concepta per N. aut V. & ſatis eſt qui curabant prædicta, veluti eſſent negotia communia, quia ſecus dicerentur ſe immiſcuiſſe rei ad ſe non pertinenti, & eſſe in culpa. iux. l. culpa eſt. ff. de regul. iur. & c. non eſt, eod. titu. lib. 6. è contrà excuſantur ab omni culpa ſi erat negotium commune, quia verbum pertinenti in reg. poſitum latè patet quomodocūque interſit agentis, vt declarāt Dyn. & Dec. reſpectiuè in dic. loc. Octaua inſuper ſumi poteſt coniectura, quia cum indubitatū ſit fuiſſe impoſitam rationē Ioā. Ant. & fratrum tam Genuæ, quàm Lugduni: ſiue dicamus fuiſſe duas ex diuerſitate locorum perſonarum adminiſtrantium, & aliquali mercimoniorum, ſeu potius hanc ſecundam priori acceſſiſſe per extenſionem ad alium locum, & diuerſum gerendi modum, quòd indicant, & identitas nominis, rationis, & perſonarum in ea comprehenſarum: nec de aliqua diſſolutione conſtat, imò Nicolaus in ſua depoſitione iudiciali ſuperius allegata, fatetur nunquàm fuiſſe poſita rationem ſuper ea, & colligitur ex eius app. ſub die, &c. ibi, *ha relaſſato gli beni deuuti à Gion. Agoſt. e Fran. e à Gion. Antonio, e fratelli*, & ita de iure præſumitur adhuc durare donec per ſocios fuerit renuntiatum, vel morte diſſoluta. §. manet. inſt. de ſocier. & l. actione. §. morte. & l. verum. §. ſocietas, & l. nemo. ff. pro

ſoc.nec præſumitur Ioannes Auguſt.iactare voluiſſe, aut remittere partem ſuam, ſicut nec alius ipſi ar.l.cū de indebito.ff.de prob. & l.ſi cum aurum.ff.de ſolut. nec etiam voluiſſe tenere ſuas pecunias otioſas, vt in ſimili arguit Socin.conſil.1.in princip.lib.1. ideo potius capienda cōtraria præſumptio, quòd perſeuerauerunt in eadem ſocietate tacendo, & faciendo actus ſuperius enumeratos.iux l.item queritur.§.qui impleto.ff.loca.& faciunt multa per Soc. coogeſta.d.conſi. 87.in præſenti.col.5.verſ.circa tertiā,&c. vbi ex coniecturis nō diſſimilibus atgnit, præſumendum eſſe ſocios voluiſſe permanere in priori ſocietate, & illā proſequi. Poſſent adhuc ad præmiſſa allegari plures præſumptiones, de quibus per Alcia.io ſuo opere, reg.2. præſum.16.quòd præſumitur quis durare in eadem voluntate, item in præſum.22.quòd probatis extremis, media præſumuntur, de quo per Bar. & Ang.in l.Celſus.ff.de vſucap.cum hic conſtet de principio tractato cum Ioāne Ant.& fratribus, quibus etiam tradidit petias, N.veluti,vt ſupra,& ꝙ Nicolaus in fine vēdidit ſub dicto nomine merces agētis cum ſuis,vt dictū fuit,itē in præſumptione 23 & 24.ꝙ actus poſtea geſtus præſumitur ex titulo præambulo:itē in 16.ꝙ mutatio voluntatis non præſumitur, omittemus referre nonnullas cōiecturas,quæ præterea vltra ſuprà dictas paſſim colliguntur ex ipſis literis, & alijs in proceſſu deductis, & quas diligens inſpector pro ſuo arbitrio colligere poterit,& obiectis reſpōdere. ¶ Quibus tamen, vt aliqua ex parte fiat ſatis dicimus nō obſtare, ꝙ allegendo præſertim in voce obijciebatur:non cōſtare,ꝙ Ioannes Pallauicinus quicquā tractauerit, & minus geſſerit cū Ioanne Ant.& fratribus (quicquid inſeratur ex præmiſſis) & longè minus Iacobus Cibo cedens,& ſuus author:quia prædicta loquūtur de Auguſt. Centuriono:Nam reſpondetur,ꝙ imò Auguſtinus totum geſſit pro ſe, & Ioanne ſocero à principio vſque in finem. Propterea aptè dici poteſt, quòd negotio nedum interfuit,ſed præfuit,& negotium fortè ſpectabat ad eum re vera, licet ad palliandum fuerit facta mutatio rationis ex Aug.in Ioan.vt indicant plures literæ ſaltem ſub die, &c. Quibus reſpondit Aug. per ſuas die, &c. & Pallauicinus die,&c. & accuſat alias receptas die, &c.continuando negotium,ita ꝙ tacito partium conſenſu videtur perſecuta negotiatio cœpta cum Aug.nō autem alia inchoata, ſicut arguit in ſimili Soc.d.conſil.87.col.2.& 3.& indicant literæ Io.Ant.& fratrum,ſub die, &c. *fiando principio di noua riforma*, inferentia quòd illouſque geſta fuiſſent omnia ſub veteri pertractatione, & per alias literas Aug. die,&c.ibi, *& à mio ſuocero piace più hauer a fare con voi, che ſete tre, che con eſſo*.& alibi: Item colligitur ex literis Io.Auguſt.& Franciſc.die, &c.qui ſtatim denuntiant fuiſſe erectam nouam ſocietatem per eos, qui reddēt rationem futurorum. Conſonant huic arg.& concluſioni præcedenti,quod Ioannes Anto.& fratres tenerentur,literæ Franc.die,&c.ad Nicolaū Lugduni exiſtentem,dum dicitur,*non vogliate conſentire in modo alcuno che coſa alcuna di vecchio ſia data à partecipi,ſolamente che tutto peruenghi in man voſtra, che ſete promiſſore.*

¶ Non obſtat, ꝙ plures examinati pro reorū parte ſuper 2.tit.atteſtari fuere contraxiſſe cum Io.Aug.ſolo, nec vnquàm intellexerūt contrahere cum Io. Ant. & fratribus,vel habere obligatos:quia diuerſa eſt negotiatio illorum ab illa,de qua nūc agimus, ideo de vna ad aliā inferri non poteſt.l.inter ſtip.§.factā.de verb. obl.l.naturali.§.nihil commune.ff.de acqui.poſſ. & l. ſi.ff.de calum. Nec res geſtæ per aliū regulariter alijs nocēt,ſicut nec proſunt.l.ſæpe.ff.de re iud.& toto tit. ff.& C.res inter alios act.alij non præiud.¶ Ad literas Aug.Centurioni ſub die,&c.& alias die,&c.in quibus rei maximum fundamentū ieciſſe viſi fuerunt ad probañ.excepta per eos & potiſſ.ꝙ Ioan Anto.& fratres nunquā fuiſſent obligati,fatentes tacitè,ꝙ Aug. Centurionus totum geſſiſſet,nec eſſet differens ratio ſua à ratione Ioan. Pallauicini:ꝙ & ſi admitteremus (quāquam obſtet,ꝙ cedentium confeſſio poſt ceſſionē factam non præiudicat ceſſionario,vt per Pariſ.cōſi.28. lib.1.) Adhuc tamen dicendū eſt,ꝙ d.literæ nihil con
11 cludūt pro reis cōuentis: Nam alia eſt † perſona Nicolai proprij, alia eſt eius perſona repræſentata in ſocietate Ioan.Ant.& fratrum,vt ſupra latiùs fuit oſtēſum, & illæ literæ non loquuntur,niſi de Nicolao,ꝙ noluit ſe obligare,& nihil de Io.Ant.& fratrib. Secūdò dicitur,ꝙ dictæ literæ optimè poſſunt intelligi de obligatione redigēda in ſcripturam publicam,vel priuatam, pro faciliori probatione,vt dicit Ioan.Baptiſta Iordanus in fin.& ſuper inter.partis car.&c vel intelligi poteſt de alio tempore videlicet poſt nouam ſocietatē, & nomen rationis mutatæ in perſonis Frāciſci,& Ionis Augu.qui erāt reddituri rationē de futuris:& huic intelligētiæ conſonāt literę Ioan.Ant.& fratrū ad Io. Aug.ac Frāciſci,& Ioan.Auguſt.ad Pallauicinum, & alios,in quibus loquūtur de ratione mutata, & ꝙ ipſi duo rationē reddent de gerēdis in poſterū,& ſic cum dubia reddatur probatio, nihil concludit nec releuat probantē.l.neque natales.C.de probat l.nō hoc.C.vnde cogna.& c.in præſentia, extra de proba.cum vulg. immo verborū interpretatio ſemper fit cōtra probare debentē,& fundātē ſe in verbis ambiguis l.veterib.ff. de pact & maximè quia illa verba, *non volſero reſtare obligati voſtri fratelli, e Nicolao*, præſupponunt ꝙ antea fuiſſent obligati,ar.l.2.C.de hær.inſt.& quia priuatio præſupponit habitū.l.decē.de ver.obl. cum ſimil. vel fortè licèt eſſet obligatū nomen Ioan.Ant. & fratrū, dubitauerunt ꝙ non tenerētur vltra,quàm eſſet in illa ſocietate ex not.per Anch.d.cōſ.332. pronunciationi,ver. poſtremo,&c.quæ ſequuntur,Dec.conſ.92.Pariſ.33. & 94.nu.28.lib.1.& cū gerant alia negotia extra prædicta in voltā,præſertim Nicolaus, qui eſt ſatis diues, ideo tētauerunt habere iſtos fratres, & maximè Nicolaū obligatū nomine proprio. Ad illā præſumptionē, ꝙ Ioan.Pallauicinus non fuerit in aliquo creditor Io. Ant.& fratrum quia ſoluit eis libr. N.pro Auguſtino Centuriono eius genero, item d.Auguſtinus Lugd & Pariſijs liberauit ſequeſtra facta ſuper omnibus bonis Ioannis Ant.& fratrum,item Fran.& Nicolai, vt in literis ad Franciſcum, & in inſtrumētis celebratis cum ipſo Nicolao Lugduni, & ideo præſumendum videretur, quòd nō fuerint in aliquo creditores,quia non ſoluiſſent,vt poſtea repeterent, quòd ſtulti faciunt,vt not.in l.nemo ideo.ff de regul.iur. vbi Deciſ.reſpondetur, quòd talis præſumptio eſt leuiſſ.& nihil præiudicat, quin ſoluens poſſit poſtea petere ſibi debitum ex alia cauſa.l.ſi cum dos, & ibi Bartol.ff.ſol.matr. amota & per Bartol.Bald.Paul. & Salic.in l.ſiquidem. C.de tranſactio.niſi cum iſta coniectura aliæ concurrant, ſecundum Salic.iuxta l.procula.cum ibi not.ff. de probat. Pariter ad mandata per Ioannem Pallauicinum collata in perſonam Auguſtini eius generi, vt poſſet capere compoſitionem cum Ioanne Auguſtino decocto pro minori ſumma, quòd non feciſſet ſi ſciuiſſet, vel credidiſſet habere obligatos Ioannem Antonium, & fratres. Reſpondetur, quòd leuiſſima eſt hæc præſumptio, & fuiſſet error iuris, qui excuſat à damno vitando.l.3. & l. cum quis.C.de iur. & fact.ignor.l.error. & l.regula.ff.eod.l.qui fideicommiſſum

miſſum de leg.1.item exitus demōſtrauit, quia Aug. noluit concordiam capere,& ſolus fuit in cauſa,vt nō ſequeretur compoſitio tractata per Nicolaum cum creditoribus Ioannis Auguſtini, vt partes faſſæ ſunt verbo, & d.Aug. curauit habere promiſſionem à Nicolao proprio, de omni eo ad quod ſibi tenerentur Ioannes Antonius & fratres,& dictus Frāciſcus ideo relaxauit ſequeſtra, vt in dictis literis, & atteſtationi Baldaſartis Corona. ¶ Quò ad Iacobum Cibo verè nihil vidimus tractatum, nec geſtum cum Ioanne Ant. & fratribus,vel cum Ioanne Auguſtino ſub eorum nomine,ideo reos conuentos per Ioannem Pallauicinū, vti ceſſionarium d. Iacobi abſoluimus à petitis: quia licèt Ioannes Auguſtinus haberet facultatē obligādi Ioannem Antonium,& fratres(vt ſupra)potuit tamē agere plurima ſuo tantum nomine, prout etiam conſtat egiſſe quædā cum Gregorio de Turri, ex quibus non obligauit fratres,quia non contraxit in eam cauſam,vt dictum fuit,per l.fin.cum l.pręced.in fin.ff.de inſtit.& not.per Bal.d.conſi.125.lib.5.Ancha.332.& Alc.139.ſupra alleg. ¶ Et ex prædictis ſaltem omnib. ſimul iunctis tendentibus ad eundem finem,& inuicē ſibi adminiculantibus argu.l.ſpadonem §.1.verſ.qui iura ff.de excuſ.tut & quod not.in l.1.eod.tit.vbi Bal. & per Alex conſ.21.in princi lib.4.& quia ſicut ex di-
32 uerſis membris vnum corpus,ita ex pluribus cōiecturis † perfectis in ſua ſpecie, plena probatio reſultat, vt per Gloſ.Bart & omnes Scrib.in l.admonendi, & per Crauet.de antiq.temp.in 1.par.in effectu condemnauimus in ſolidum Io.Ant.& fratres ad id, quod facto calculo conſtiterit Io.Auguſtinum remanſiſſe debitorem agen.pro mercibus habitis ante ſocietatē cum Fran.& miſſis per Auguſtinum, deinde Ioannem vnà cum intereſſe pro ſumma exacta rantum,& à die exactionis citra, in reliquis conuentos quomodocūque, & qualicunque nomine abſoluimus. Laus Deo.

DECISIO XXXII.

Soluens ſuper proteſtu tractam habet obligatum ſcribentem, & eum, de cuius ordine tracta fuit facta.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt quilibet ſoluere cambia pro alijs pro honore literarum de ſtylo & conſuetudine mercatoria.*
2 *Idem ille, cui literæ cambij diriguntur.*
3 *Soluens etiam ſine mandato acquirit actionem.*
4 *Quis ſibypſi ſoluere poteſt de ſtylo, & conſuetudine mercatoria.*
5 *Cambij contractus, an ſit nominatus,vel innominatus.*
6 *Tempus ad ſoluendum cambia quod.*
7 *Numeratio & ſatisfactio ſummæ in literis cambij contentæ quando præſumatur facta de ſtylo, & conſuetudine mercatoria.*

CVM aliàs Ioan Baptiſta de Furnariis, & Bartholom. de Auria Andorpij fecerint tractam ducatorum, N. in maiori ſumma in Auguſtinum Grimaldum, necnon tractam ducatorum N. in Baptiſtam Lomelinum, Stephano Sauli, Thomæ, & Nicolao de Vioaldis ſociis Venetiarum, qui tractis ſolutis de earum ſummis ſimul ac de ducatis, N. pro prouiſionibus fecerunt in eorum libris debitores ipſos trahentes iuxta ordinem ab eiſdem habitum, Cúmque è conuerſo dicti Stephanus, Thomas, & Nicolaus Venetiarum pro dictis ſummis tractatum ſibi (vt vulgo dicitur) reimburſandis, déque eis ſibi prouidendis ab ipſis Ioan. Baptiſta, & Bartholom.conſimiles tractas, vnam, ſcilicet in Caualcanti ducatorum, N. aliam in Iacominos, & Guidos ducatorum, N. vltimam in Cicalam ducatorum, N. fecerunt, quibus quidem, & ſi per dictum Furnarium, & Doriā acceptatis, minimè tamen per eos, ſed pro honore literarum per Grego. de Franchis, & Anton. Cicalam ſolutis, & exinde per dictum Gregorium, & Anton.ipſis ſociis Venetiarum reflectatis, qui poſtea dictas reflectiones ſoluerunt cum omni ſuo intereſſe, & augmento, ex infra dicendis curatorem bonorum dict. Ioan.Baptiſtæ & Bartholomæi, & eius perſona mediante bona eorum condemnauit Rota ad dandum, & ſoluendum eiſdem Stephano, & Thomæ, & Nicolao petentibus dictas partitas acceptas, & per eos non ſolutas, ſed ſolutas per dictum Gregorium, & Cicalam, & exinde in ipſis Venetiarum reflectatas aſcendentes ad ſummam ducatorum, N. vna cum aliis ducatis, N. tractis in Saluiatos ipſis Venetiarum per dictum Furnarium, & Doriam. ¶ Et primò, quia vltra confeſſionem per curatorem in proceſſu factam, in qua omnia petita per ipſos ſocios Venetiarum faſſus eſt, conſtitit etiam Rotæ,prædictas partitas fuiſſe in Auguſtinum Grimaldum & Ioan. Baptiſtam Lomelinum per dictum Furnarium, & Doriam dictis ſociis Venetiarum tractas, vt patet ex literis cambij, & aliis auiſi: quę quidem literæ tractarum nihil aliud inferre volunt, quàm quòd dictus Furnarius, & Doria ſoluere iuſſerunt dictam ſummam Ducatorum in partitis contentam dictis ſociis Venetiarum, vt eam ſoluerent Caualcantibus, Iacominis, Guidis & Cicalis, quibus etiam tractis conſtat publica ſcriptura extracta ex banco Delfini Venetiarum fuiſſe ſatisfactum per dictos Saulos, & Viualdos ſocios Venetiarum. ¶ Nec prædictis obſtat quòd pariformiter dict. Stephanus,& Thomas,& Nicolaus ipſis Furnariis,& Doriæ fecerint tractam ducatorum, N. in Caualcant. aliam ducatorum, N. in Leonardum Thadei,& aliam ducatorum, N. in Iacominos, & Guidos, & aliam ducatorum, N. in Antonium Cicalam, quodque dictus Furnarius, & Doria illas acceptauerint: quia licèt dictæ tractæ per dictum Furnarium, & Doriam acceptatæ fuerint, non propterea fuerunt ſolutæ, ſed pro honore literarum ſolutæ fuerunt per Gregorium de Franchis, & Cicalam cum proteſtu: & vnuſquiſque poteſt de iure ſoluere pro aliquo obligato, & per ſolutionem liberat obligatum, & acquirit contra eum actionem negot geſt.l.ſoluendo.ff de negot.geſt. & in hoc eſt ſtylus, & conſuetudo mercatoria, quod vnuſquiſque poteſt ſoluere literas
1 cambij, etiam ſibi directas pro honore † literarum ſcribentis, & ſoluendo acquirit,(vt dictum eſt) actionem, & habet obligatum eum, qui ſcripſit: &
2 idem poteſt facere ille, cui directæ † ſunt literæ, ſcilicet acceptando literas ſuper proteſtu, quòd eſt dicere, nolo acceptare mandatum, ſed tanquam tertius pro honore literarum ſoluere, & habere obligatum ſcribentem: quia ex eo, quòd ſibi dirigantur literæ, quas non acceptat, non ei tollitur facultas,quin

tas, quin poſſit tanqum tertius ſoluere pro ſcribente,
& eum liberando acquirere contra eum actionem, &
ſic ſtylus mercatorius congruit cum diſpoſitione iu-
ris d.l.ſoluendo de nego.geſt. meritò acquiſita actio-
ne per d. Gregorium,& Antonium Cicalam,& ſolu-
tione per eos facta contra ſcribētes literas,& ſic con-
tra Furnarium, & Doriam potuerūt etiam d.actiones
acquiſitas aliis reflectere,& cedere,prout fecerunt,di
ctas ſolutiones reflectendo,& cedēdo ipſis ſociis Ve-
netiarum modo agentibus contra d. Furnarium, &
Doriam hac noſtra ſententia cōdemnatos. ¶ In quo-
rum fauorem ex aduerſo dicebatur huiuſmodi refle-
ctionem per d. Gregorium, & Cicalam fieri non po-
tuiſſe,cum actio eiſdem pro tali ſolutione acquiri nō
potuerit:ipſi enim nunquam habuerunt à d Furnario,
& Doria mandatum,vt pro eis ſoluerent d.pecuniarū
ſummam,vel de ea facerent d.Furnarium, & Doriam
debitores:& ſi quod de prædictis mandatū extat,cum
de eo nihil fuerit probatū in proceſſu,id de iure adeſ-
ſe non præſumitur.l.in bello.§.factæ.ff.de capt. & re-
ſpondetur,vt iam aliàs fuit dictū,quòd in caſu,de quo
agitur, non exigebatur mandatum cum de iure, & de
ſtylo mercatorio tertius ſoluens pro honore literarū,
3 etiam ꝙ non † reciperet mandatū,ſi quòd adeſſet, po-
teſt liberare ſcribentem, & ſibi contra eum parare a-
ctionem vtilem neg.geſt.d.l.ſoluendo. Cum itaque
in proceſſu conſtet per literas auiſi ſub die, N. & ſub
die, N.& per literas cambij ſub die, N. dictam ſolu-
tionem fuiſſe factam ſub honore dictarum literarum,
ſuper proteſtu per d. Gregorium,& Antoniū, ex qua
ſolutione ſibi pararunt actionem neg.geſt.iam dictā,
meritò illam aliis reflectere (prout actum eſt)potue-
runt: & per conſequens Rota potuit eoſdem vigore
talis actionis ad ſummam petitam condemnare, non
obſtante qui aliter in proceſſu non appareat, quam
per dictas literas cambij, ſub hac forma & tenore con
ſcriptas, *à vſo pagarete per queſta prima di cambio à voi
medeſimi ducati N.conti à noi, & metteтegli, per Gion. Ba-
tiſta Fornari,& Bartolomeo Doria ſopra di noi, ſopra prote-
ſto. A Dio. Gregorio de Franchi, e compagni.* Nam ſatis ex
verbis dictarum literarum d.Furnarius,& Doria debi
tores dictorum ſociorum Venetiarum per huiuſmo-
di ſolutionem dicuntur liberati à primo debito, licèt
inceperint teneri prænotata alia obligatione ipſis
Gregorio,& Antonio,vt infra dicetur. ¶ At pro ma-
iori dicendorum,& iam dictorum intelligētia aduer-
tendum eſt,quòd verba(ſolutis ſibiipſis)in dictis lite
ris contenta,nihil aliud important,quàm (*cambiati in
noi medeſimi*)quaſi ipſe dixerit *contati à noi*,quo ſermo-
ne,ac ſtylo vtuntur mercatores, quia abſque hoc dicē
di genere re vera non interueniente cambio,ſicut hoc
caſu verè non interuenit, litera cambij dici non po-
tuiſſet, ſed quoniā eſt admodum vtile mercatoribus,
maximè Genuenſibus procedere per viam cambio-
rum,tum propter prouiſiones, tū propter expeditio-
nem,& celerem executionem datam ſtatutis,& Rotæ
regulis,ideo non videatur mirum,ſi ſæpius hoc dicen
di genere mercatores vtūtur: qui nempe ſtylus, quòd
4 quis,ſcilicet ſibiipſi ſoluere † poſſit,non eſt admodum
iuri communi diſſimilis: quia nos habemus iura quæ
hoc admittunt.l.fiſtulas.§.fundū.ff.de contrah.empt.
l.ſi pupilli.§. fi.ff.de neg.geſt.l.debitor mens circa me
dium, vbi gloſ.expreſsè.ff.de neg.geſt.& in terminis
literarum cambij.Bal.in conſil. 190.vol.2.licèt verba
Bald.ſint corrupta:cum igitur d.ſocij Venetiarum,&
per ſolutionem eo modo factam cambiando in ſeip-
ſis liberauerint dictos Furnarium & Doriā à debito
quod habebant cum ſociis Venetiarum,& quaſi facta
nouatione (vt dictum eſt)eos ſibi ipſis obligauerint,
quæ obligatio nata eſt ex illo cambio, ex quo etiam
naſcitur noua actio,quia cambium eſt contractus, &
quidem ſeparatus ab aliis,vt Bald.dicit in præal.conſ.
190.verſ.& eſt conſiderandum,& idem Bald.in l.2.in
prin.num.2.verſ.item cambia.C.de vſu.rei iudi.quem
5 quidem contractum alij appellant † nominatum, cum
ſit ad inſtar emptionis,& veditionis. Laur. de Rodul.
in tract.de cambiis in fi.prin. & hoc maximè cum exu
beret in bona fide,magis quàm alij contractus,etiam
nominati, vt de ſtylo,& forma regularum Rotæ Ge-
nuæ eius executio demonſtrat,adeo quòd naturā con
tractuum bonæ fidei aſſumit per ea quæ tradūt Doct.
in §.actionum, inſtit.de act. Quidam verò alij nomi-
nant contractum huiuſmodi innominatum, vt tradit
quidam Thomas de monte Leon,in tract.de cambiis
in cap.2.& 3. quòd fortaſſe non erit inconueniens in
contractibus innominatis ſimilibus bonæ fidei con-
tractibus,& in omnibus contractibus correſpectiuis,
ex quibus reſultet hinc inde cōmoditas, quòd etiam
innuit Hiero.Cagnol.ampliando.l.curabit,nu.36.C.
de act.empt.vbi citat Paul de Caſtr.in l.de diuiſione.
ff.ſol.matr.Cor.conſ.145.col.2 vol.2.& Pariſ.in cap.
cum venerabilis,col.8.de except.& Aret.conſi.14.in
3.q.& hæc ſufficiant quò ad nominationem, vel iſtiuſ-
modi contractus innominationem, cum nō ſint præ-
ſentis ſpeculationis,ſed redeundo ad rem ipſam, quia
in litera cambij dicebatur, *à vſo*, qui quidem vſus ſolet
6 eſſe decem † dierum,& plus,& minus, ſecundum pla-
citum platearum,in quibus cambia fiunt. Nec eſt iſte
terminus incongruus,cum etiam de iure habeatur, ꝙ
creditor non debet venire cum ſacho paratus, iuxta l.
ꝙ dicimus.ff.de ſolut.declarat Alciat. lib.3. Parerg.c.
8.& eſt bonus tex.in l promiſſor.ff.de conſtit.pecun.
vbi in terminis Bald.no.ad literas cambij, dum dicit,
conti à noi, ꝙ ſcilicet dicta ſumma tracta per dictos
Furnariū, & Doria verè,& cum effectu ſoluta fuerit,
cum illis verbis *conti à noi*,videatur inferri, ꝙ d.Furna
rius,& Doria actualiter ſoluerint Greg & ſociis præ-
fatam ſummam,& propterea vnica ſatisfactio & ſolu-
tione non potuerint d.Gregorius, & Cicala aliquam
nouam obligationē ſibi parare aduerſus d. Furnariū,
& Doriam, & per conſequens non potuerint actionē
per ſolutionem iam extinctam in alios trāsferre,vul-
gata.l.nemo poteſt,& ibi gloſ. ff.de reg.iur. Nam re-
ſponderi poteſt verum eſſe,quòd ex illis verbis in d.li
teris cambij appoſitis, *conti à noi*, nō infertur quòd d.
Furnarius,& Doria numerauerint pecunias ei, qui fe-
cit literas cambij, niſi in eiſdemmet literis addantur,
ſiue apponantur verba in noſtris literis contenta.ſ.de
numerato, vel pro valuta habita:quia tūc numeratio,
7 & ſatisfactio † actualiter facta præſumitur illis, qui li-
teras ſcripſerunt,& ita ſeruat cōſuetudo,& ſtylus mer
catorum hanc differentiā inter hæc,& illa verba con-
ſtituentium,ſuper quo ſtylo & cōſuetudine,ac d.ver-
borum interpretatione multoties Rota iudicauit,cui
optimè conſtitutum fuit per teſtes idoneos, ita ſe ha-
bere in hac Genuenſi ciuitate ſtylum, & conſuetudi-
nem,quę proculdubio inter mercatores facit ius.Bal.
in rub.de cōſti.pec.Alex.conſ.140.vol.5.& conſ.102.
vol.6.Pariſ.conſil.39.vol.1.Soci.iun.conſi.27.vol.2.
Quæ conſuetudo tanquam notoria hic Genuæ, & ge
neralis non indiget probatione,ſecundum Bal.in l.3.
col.2.C.de ſeru.fug.Dec.conſ.449.& 483.& 555.fa-
cit quòd not. Bald.in l.fin.C.ad leg.falc. Et ex prædi-
ctis Rota ad fauorem agentium ad ſummam petitam
iudicauit. Laus Deo.

DECI

DECISIO XXXIII.

Quitatio verbis generalibus concepta generaliter eſt intelligenda, & debitor mandato iudicis ſoluens alteri quàm creditori non liberatur, ſi creditor probat nõ remanſiſſe, tunc temporis debitorem illius alterius.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia, quæ citra calumniam reſtringi non poſſunt, generaliter ſunt intelligenda.*
2 *Exceptio firmat regulam.*
3 *Præfatio, & verba ſcripturæ demonſtrant mentem contrahentium.*
4 *Acceptans non poteſt exinde improbare.*
5 *Sciens procuratorem ſuum exceſſiſſe mandatum, & tacens ſibi præiudicat,*
6 *Soluens alij quàm ſuo creditori mandato iudicis, an, & quando liberetur, & faciens quid mandato iudicis, an & quomodo excuſetur.*
7 *Principaliter actus attenditur, & non qui venit in conſequentiam.*
8 *Inſtrumentum inter alios confectum quando tertio proſit.*

HABET hęc cauſa Bernardi Centurioni, & Ioan. Baptiſtę Nigroni duo capita, de quibus ſigillatim eſt videndum. Primum caput continet partita regia, lucrum pannorum frixiatorum, & damnum, quod dicitur ſecutum ſocietati ex falſificatione, de qua in cauſa. Secundum caput continet creditũ partitarum, de quibus in actis, & apocham accordij, & compoſitionis earum loco ſubrogata. ¶ Quò ad primum caput (omiſſis pleriſque fundamentis, quæ nos ad pronunciandum in hac parte abſolutoriè impulerunt) illam tantum rationem in medium adducemus, quæ præ cæteris nos mouit, vt ſententiam abſolutoriam amplecteremur, ea fuit huiuſmodi. Vidimus apocham accordij verbis admodum generalibus conceptam, videlicet, *& per queſta preſente l'vno all'altro paſſino quitanza generale, & generaliſſima, & aboliſcono ogni pretenſione, che l'vno con l'altro ha ſopra detti conti hauute, fuori che à quelle ſi diranno appreſſo,* ſanè ob hæc verba valde prægnantia viſus fuit reus eſſe in caſu abſolutionis reſpectu contentorum in 1. capite: clarum enim eſt in iure, & omnium conſenſu receptum, quòd
1 quando verba † adeò generalia ſunt, vt citra manifeſtam calumniam reſtringi nõ poſſint, ipſis verbis ſtandum eſſe. l. pluribus. ff. de accepti. l. ſi ex pluribus cum ibi not. ff. de ſolut. not. in l. ſi de certa. C. de tranſact. præſertim in caſu noſtro capienda fuit hæc interpretatio, poſtquam in dicto accordio exceptæ fuere non-
2 nullæ partitæ, vnde cùm exceptio † in non exceptuatis regulam confirmet. l. tribunus. §. fin. ff. de teſta. milit. not. Bart. in l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſtr. Dec. conſ. 283. col. 2. remanſit reus generaliter quitatus, præterquã in partitis in dicto accordio exceptis, & ſic cum lucra ex partitis regiis, & ex pannis laneis frixiatorum percepta, necnon damna, quæ dicuntur ex dicta adulteratione conſecuta, nõ fuerint excepta, meritò viſa fuere remanſiſſe in generali quitatione.

¶ Accedat, quòd ex præfatione d. apochæ compoſitionis deprehenditur, qualis fuerit mens & intentio contrahentium. l. fin. ff. de hær. inſtit. l. Titia. §. idẽ reſpondit. ff. de verbo. oblig. Quis autem non viderit ex illis verbis in præfatione dicti accordij poſitis, *hauendo Battiſta Nauone deſiderato ſaldare de molti conti*, & illis, *e venuto all'accordio, & ſaldo, che ſi dirà appreſſo*, eam fuiſſe intentionem contrahentium, vt quęcunque occurſa inter eos vſque in illam diem ſolidarẽt, ac componerent præſertim cum exinde proferantur illa verba (*non ſiando ſtato poſſibile*) cum quadam indignatione, & moleſtia, ac ſi ægrè ferrent, quòd aliqua reliquiſſent indeciſa, & minimè cõpoſita: quæ fuere illa, de quibus paulò poſt d. appodiſia loquitur. Quod ſi iſta etiam, de quibus in hoc 1. cap. agitur, extra accordium remanſiſſent proculdubio ea tranſactio, quæ in perniciem litium facta dignoſcitur, modicæ vtilitatis fuiſſet ipſis partibus tanquam non comprehendẽs illa, quæ lites immortales inter ipſas partes eſſent paritura, quas vt funditus tollerent, videntur cogitaſſe trã
3 ſigentes, ſi rectè verba † d. apochę inſpiciantur: ex quibus ſatis clarè mens eorum colligitur, & quæ cum clara ſint, nullam debent pati interpretationem. l. continens. §. cum ita. de verb. oblig. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. ¶ Nec obſtat ſi diceretur, Antonium Caluum non habuiſſe in mandatis, vt ita enormiter lædere poſſet Bernardum: quia reſpondetur, cum exinde acceptaſſe facta, & concluſa per d. Anto-
4 niũ: vnde non potuit † ea deinde improbare, c. quòd ſemel de reg. iur. in 6. cùm etiam dominum ſcientem procuratorem exceſſiſſe † fines mandati, & tacentem, ſibi præiudicare non ſit iuris controuerſia, vt per Fel. qui multos citat iſtud tenentes. in cap. cum olim. 1. n. 7. de offic. dele. Iaſ. in l. ſi procurator. col. 1. C. de procur. præterquam quòd apparet mandatum factum à d. Bernardo in perſonam Antonij fuiſſe ampliſſimũ, adeo vt etiam illi tributa fuerit facultas de non receptis quitandi. ¶ Minus mouit, quòd quandoque dictũ fuit, quòd licèt quitatio eſſet generaliſſima, tamen eã reſtrictam eſſe ad ſpecies, ſuper quibus facta fuit ſolidatio, prout conſtare videbatur ex aliquibus verbis d. quitationis, nempe illis, *il detto Battiſta reſta libero da tutti li ſu detti conti*, & paulò poſt, *che l'vno con l'altro ha ſopradetti conti hauute*, quæ verba indicare dicebantur d. generalem quitationem factã fuiſſe reſpectu computorum, de quibus in dicta apocha: ad alia igitur nõ videbatur extendenda argumento d. l. ſi de certa, cum ibi not. per ſcribentes, ergo nec ad patita regia, nec ad lucra pannorum frixiatorum, nec ad dicta damna extendi debere videbatur, ex quo ea tranſigentes in computo non poſuerunt, nec de illis facta fuit mẽtio in quitatione. Reſpondemus quòd cum in apocha accordij exhibita fiat computatio omnium negotiorũ ſocialium, & in ſpecie rationis cantantis, Bernardus, Auguſtinus, & Ioan. Baptiſta. ſitq; relatum in referente. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. not. in Auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. ſequitur quòd quitatio debet etiã intelligi fuiſſe facta de lucris pannorum frixiatorum, & partitorum regiorum, quæ durante dicta ratione contigiſſe dicuntur, quinimo etiam reſpectu damnorum, quæ prætendit d. Ber. eueniſſe ſocietati occaſione falſificationis factæ tempore, quo viguit d. ſocietas, quamuis in proceſſu conſtare videatur de ſententia dicti Nauoni abſolutoria, & cautionum illa de cauſa præſtitarum reuocatoria, adeò vt prædeceſſores noſtri omnibus diligenter conſideratis ipſi quoque iure optimo abſoluerint d. reum à peritis reſpectu contentorum in primo capite, quorum ſententia niſi nulliter

ex incuria

ex incuria actoris lata fuiſſet, ad nos ventum, nō eſſet,
vt denuò cauſam iſtam tot controuerſijs implicitam
decideremus. ¶ Abſoluto 1. capite tranſeamus ad ſe-
cundum, in quo fuit dubitatum, nūquid reus, propter
adiudicationem Lugduni factam de qua in proceſſu,
conſecutus fuerit liberationem ſummę, de qua in ap-
podiſia compoſitionis, & de qua controuertitur, adeò
vt in hoc iudicio à d. Bernardo amplius inquietari
non debuerit. Quæſtionem faciebat pro parte affir-
matiua, quia in iure ſatis apertè deciſum eſſe videba-
6 tur, eum, qui iuſſu iudicis † aliquid facit, excuſari, quia
neceſſe habet parere, l. non videntur data. §. qui iuſſu.
ff. de reg. iur. c. ꝙ quis mandato de reg. iur. in 6. plura
iura concordantia ad probādum, quod iuſſus iudicis
excuſat, adducit, Glo. in l. ait prætor, §. 1. verſ. quid ta-
men. ff. de minor. & in l. quanquam, ff de acq. plu. arc.
alibi etiam tradidit iuſſum iudicis facere licitum, ꝙ
aliâs non licuit in l. furti. §. qui iuſſu ff. de his qui no-
ta. infa. & alibi, quòd authoritas ſuperioris excuſat in
l. quoniam iudices, C. de appell. Hinc eſt ꝙ ſi quis de-
bitor ſoluat alteri, quàm ſuo creditori authoritate iu-
dicis, pleniſſimam conſequitur liberationem, Glo. &
Bar. d. l. ait prætor. §. 1. & Bar. in l. minor. 25 annis. ff.
eo. tit. facit pro hac ſententia, quod not. Bar. in l. cre-
ditor, in princ. ff. de ſolu. vbi tradidit debitorem exa-
ctum iudicis authoritate in iniuriam debitoris, vel
ſimpliciter: quia tunc ſi quantitas eſſet debita pericu-
lum eſſet debitoris, & dicit Rui. conſ. 167. nu. 7. in 4.
quòd Doct. communiter tranſeunt cum doct. Bar. in
d. l. creditor. Augebat difficultatem cōſ. Raph. Cum.
185. qui in caſu ſibi propoſito, qui ferè idem eſt cum
noſtro, conſuluit, cùm pecuniæ exactæ fuiſſent in ca-
ſu ſuo tanquam debitæ Bartholomeæ, & ſic ex cauſa
credit[i]cieis, iuſtiùs eſſe vt damno eius cederent, cuius
contemplatione exactæ fuiſſent, & ita limitari iura
dicentia, caſum non liberare debitorem generis, vt
reſtringantur, niſi ille caſus propter creditorem con-
tigerit, cuius rei pulchram, & concludentem adducit
ibi rationem, quemadmodum, inquit, periculum ſpe-
ctans ad emptorem efficitur venditoris, eiuſdémque
debitoris ſi propter eum caſus contigit, ita è conuer-
ſo periculū ad debitorē regulariter ſpectans, ſi caſus
contingat propter creditorem, ad eum transferri de-
bet per locum ab oppoſitis, & a paritate rationis: cum
etiam propter creditorem æquum non ſit, vt debitor
damnum patiatur argumento, l. nam & ſer. in prin. cū
Glo. ff. de neg. geſt. nec ab opinione Cumani diſſen-
tire videbatur Bal. in l. falſus. C. de furt. quippe quem
etiam allegauit in d. conſ. 185. Cumanus pro ſua opi-
nione: voluit enim Bal. ibi col. fi. debitorem excuſari
etiamſi ſit debitor generis, quando fuit exactus pro-
pter inimicitias creditoris, quia, inquit ipſe, non de-
bet propter alium in alium pati, ſubijcit ſponte ſol-
uentem non liberari, ac ſi ſentiat ſecus eſſe, ſi coactus
à ſuperiore ſoluerit ſanè allegatur à præfatis Docto.
pro fundamēto huius opinionis textus in l. ſi merces.
§. culpæ. ff. loc ad probandum, quòd quando fit exa-
ctio à debitore authoritate ſuperioris iniuria credi-
toris, remaneat debitor liberatus, ponderantur ad idē
Gloſ. & Bart. in l. Paulo Callimaco. §. fin. ff. de leg. 3.
in quo textu apparet factam fuiſſe exactionem non
in iniuriam debitoris: quia de hæreditate fuerat mota
quæſtio per fiſcum hæredi ſeueri, exactíque debito-
ris, & ibi apparet liberari debitorem ſoluentem alij,
quam creditori iuſſu ſuperioris: idem probatur in l.
liberto. §. Lucius. ff. de annuis, leg ex textu conſtat de-
bitorem etiam generis iniuſtè exactum à ſuo ſupe-
riore, puta præſide remanere liberatum, dicit quoque
Bart. in d. l. creditor, ſufficere quòd debitor oſtendere
poſſit ordinationem grauem, & pœnalem, nec opus
eſſe, quòd probet, ſe fuiſſe exactū per vim, & hæc cer-
ta concluſio videbatur tranſire ſine difficultate, vbi-
cūque ſuperior iuſſiſſet ſubdito, vt alij ſolueret, quàm
ſuo creditori, ſecus ſi non ſubdito iuſſiſſet, per doct.
Caſt. in l. 2. in princ. ad fi. ff. de iud. & ad tradita per
Rui. d. conſ. 167. col. 3. nu. 8. Atqui in caſu propoſito
omnia iſta concurrere videbantur, quæ interuenire
debent, vt debitor alij, quàm ſuo creditori ſoluens li-
beretur: Nam & de iuſſu iudicis conſtabat ex actis
Lugduni, ex eiſdem etiam, quòd Nauonus erat iudi-
cis iubentis iuriſdictioni ſuppoſitus, quòd etiam ad
iniuriam creditoris, & ſic Bernardi fuiſſet exactus
reus, acta ipſa Lugduni apertè id indicare videban-
tur, dum ex illis apparebat, reum iuſſum ſoluere pe-
cuniam illam debitam Bernardo, & ſic ad ſolutio-
nem ipſius obſtrictus non fuiſſet, niſi ipſi Bernardo
debita fuiſſet: Nam ex traditis per Ruin. dict. conſilio
167. col 3. clarè colligitur tunc præceptum dici fa-
ctum fuiſſe in iniuriam creditoris, quando exactio fit
veluti à debitore talis, non ſimpliciter, quod fortius
eſt dicendum, quando præcipitur debitori non tan-
tum quòd ſoluat, ſed etiam quòd ſuo creditori non
ſoluat, ſecundum eundem Ruin. d. conſil. 162. col. 3.
verſ. & hoc magis eſt dicendum, prout in caſu noſtro
contigit, vt conſtat ex illis verbis, de quibus in dict.
actis Lugduni, videlicet, *commetendoli, che non paghi la
detta ſomma ſotto pena d'una, due libre torneſi ſin à tanto,
altrimente ſarà ordinata per Giuſtitia*, ſanè verba illa in
iniuriam creditoris, in iniuriam debitoris, ſępe in hac
materia à Doct. vſurpata perinde haberi debent, ac ſi
diceretur contemplatione, ſeu occaſione, prout ſe-
quitur Ruin. in conſi. 171. verſic. nec obſtare videtur
lib. 4. & Cuma. d. conſ. 185. Enimuerò pro parte ne-
gatiua, illud in primis dicebatur, quòd reus debuit
erga creditorem ſuum, nempe Bernardum, bonam fi-
dem, & legalitatem agnoſcere, nonnihil pro eo pati,
& agere quicquid potuit honeſtè pro ſuo creditore,
ſalute ſua ſalua, & citra iacturā ſuæ exiſtimationis, vt
per Bald. in d. l. falſus, col. fin. Iaſ. conſ. 26. in 3. At Io.
Baptiſta tantum abeſt, vt defenſionem ſui creditoris
ſuſceperit, vt potius partes Auguſtini Cent adiuuerit
in illo iudicio Lugdunenſis ſiquidem cum petijſſet
apocham accordij, quæ fuerat depoſita penes Bapti-
ſtam Imperialem Balliuum, penes actuarium illius
cauſæ deponeretur, exindeque ꝙ Antonius Caluus
ſuam ſubſcriptionem recognoſceret, aliâs quòd pro
recognita haberetur, tādem petijt, vt idem Antonius
condemnaretur ad obſeruantiam cōtentorum in di-
cta apocha, ex quibus videbatur manifeſta colluſio
dicti Nauoni colligi, qui ſi voluiſſet bona fide, & le-
galitate vti erga ſuum creditorem, nō debebat (omiſ-
ſis defenſionibus, quas in promptu habebat) ad iſtas
petitiones confugere ita feſtinanter, & nullo inter-
poſito die otioſo factas, Ponderabatur etiam pro ea-
dem parte d. conſil. Ruin. 171. in quo conſtituit diffe-
rentiam, an exactio facta fuerit iuſſu ſuperioris ad
vtilitatem propriam, an verò ad vtilitatem priuati, vt
ſcilicet 1. caſu debitor liberationem conſequatur, ſe-
cundo verò minimè, quem ſecundum caſum Ruin.
habuit pro eodem ac ſi quis à priuato exigeretur, quo
caſu ſecundum Barto in d. l. creditor, non liberaretur
debitor ſoluens alteri, quam ſuo creditori. Adduce-
batur etiam pro eadem negatiua dictum conſ. Cum.
vbi admonet depoſitarios, de quibus ibi, vt denun-
cient ſequeſtrum factum dictæ Bartholomeæ, vt ve-
niat, vel mittat ad faciendum reuocari ſequeſtrum,

& ad impediendum exactionem,& alia faciat, de quibus ibi per eum, quæ videbantur fuiſſe omiſſa in caſu noſtro, de quo re etiam ſupra. ¶ Iſtis ſic ab vtraque parte deductis cum multis alijs, quæ ad fauorem breuitatis miſſa facimus, cum Rota aliquandiu ſubſtitiſſet propter fundamenta, quæ pro vtraque parte vrgere videbantur, tandem animaduerſo, quòd per instrumentum in actis exhibitum Ber. probabatur debitor Aug. vt paulò poſt oſtendemus, ſuam protulit ſententiam, in qua communi omnium calculo dictum reum condemnauit quãtum ſit pro rata Ber. ſpectante, iuxta tamen tenorem, & cum reſeruationibus, de quibus in d. ſententia: exiſtimauimus enim, ſi tempore dictæ adiudicationis ſolutus, ſeu ſatisſactus reperiebatur d. Auguſtinus de contentis in d. inſtrumento, debuiſſe d. Ioannem Baptiſtam, quippe qui præſumitur ſciuiſſe talem ſolutionem, ſeu ſatisfactionem, tum quia propinquus, l. Octaui. ff. vnde cognati, Doct. in l. 1. ff. ſi cert. pet. tum quia quandoque verſatus in negotijs ſocietatum ad d. Centurionos, & qui etiam in eorum controuerſijs quandoque pro tertio arbitro interuenit, vt in d. inſtrumẽto dicitur, debuiſſe, inquam, bonam fidem agnoſcendo, defendere Ber. ſuum creditorem vtentem boni viri officio, & pro viribus repellentem Aug. cùm à ſequeſtro, tum ab iudicatione, cum veriſimile non ſit, quin Aug. d. Nauono obijcienti ſolutionem, ſeu ſatisfactionem, & rem, prout geſta eſſet, vel priuatim, vel coràm iudice exponenti vltrò ceſſiſſet, non repugnaſſet, & à iudicio deſtitiſſet, & ita putauimus ea, quæ pro parte negatiua ſupra deduximus (ſaluis tamen mox dicendis) procedere, cum interim non magni fecerimus, quod obiectum fuit, Nauonum petijſſe dictam apocham deponi, recognoſci, & pronuntiari ſtandum eſſe contentis in ea, ſiquidem videri poteſt ea ſic feriatim petijſſe, vt ſibi ipſi principaliter proficeret, quãuis id fortè in quandam cõſequentiam commodum, & vtilitatem Auguſtino attulerit. Attenditur enim, quod principaliter agitur, non quòd in conſequentiam venit, l. ſi quis nec cauſam, vbi Docto ff. ſi cert.
7 pet. Hinc eſt, quod actus † non dicitur verti in detrimentum alterius, quando principaliter detrimentum non affert, licèt ſecundariò afferat, vt per Iaſ. ibi nu. 8. & vbicunque aliquis aggreditur principaliter licitum, licèt ſecundariò faciat illicitum, non debet pœna ordinaria, ſed mitius arbitrio iudicis puniri, ſecundum eundem Iaſ. in d. l. ſi quis nec cauſam, nume. 19. Nec veriſimile eſt, quòd in hoc colluſerit cum Aug. Nauonus: quia colluſio eſt delictum, delictum autem non præſumitur, niſi probetur, l meritò. ff. pro ſoc. præterea colluſio fit inter actorem, & reum, inter quos eſt latens, & fraudulenta conuentio, per quam alter in iudicio ſe ſuperari permittit, quaſi ad illuſionem tertij, & vt ei præiudicium generetur toto tit. de collu. deteg. Atqui non videtur Nauonus in illo iudicio ſuſtinuiſſe partes actoris, aut rei, igitur dici non poteſt, quòd cauſam Ber. per colluſionem prodiderit. Ad hæc Ruin. in dict. conſil. 171. non rectè ſenſiſſe cenſuimus, tum quia conſuluit contra illud, quod conſuluerat in dicto conſilio 167. in quo apparet factum fuiſſe à ſuperiore præceptum Manfredolo, vt ſolueret Sigiſmondo id, quod debebat Franciſco, & ſic ad vtilitatem priuati, non ad commodum ſuperioris, ſeu potentioris factum fuerat tale præceptum, nihilominus conſuluit ibi Ruin. liberari Manfredolum ſoluentem alteri, quàm ſuo creditori ad mandatum ſuperioris. Idemque contra dictum conſilio Rapha. Cum. 185. tum etiam quia text. in l. 2. § fin. ff. ſi quis cau. in quo ſe fundat Cum. in dicto conſilio probat, ſi non violentur eius verba, æque ſuccurri, retento dolo, ſeu ad inſtantiam tertij, atque ſi motu proprio iudex eum retinuerit, idcircò Bald. ibi annotauit parci ei, qui non potuit comparere, ex eo quòd fuerit à magiſtratu principaliter detentus, ſecus ſi à priuato, cum myſterio addidit illam dictionem principaliter, quæ ad propoſitum noſtrum valde erit põderanda: Nam Alex. tradidit ibi per illum text. probari, quòd ſi iudex dolo alterius, quem retinuit, haber reus exceptionem per ver. cæterorum, exploſa nimirum, & reiecta illa expoſitione Glo. cæterorum, ideſt magiſtratuum, qua nihil ineptiùs: minus etiam mouit dictum conſilium Cum. ſiue quia ipſe loquitur ad cautelam, prout ipſe ibi aperit, ſiue quia loquitur ſecundum terminos Bal. in d. l. falſus, quem etiam allegat: Nam dictum Docto. intelligi debet ſecundum legem, & auctoritatem, quam allegat, vt per Bartol. in dict. l. non ſolum. §. liberationis, ff. de lib. leg. At nos fatemur Nauonum debuiſſe obſeruare traditiones Baldi in dicta l. falſus, columna fin. de quibus ſupra, dummodo Aug. d. tempore adiudicationis remaneret ſolutus, ſeu ſatisfactus de contentis in dicto inſtrumento: cuius rei cognitio pendebat à probandis per Bernardum in executione huius ſententiæ: ſolutio enim, & ſatisfactio cum ſint facti, non præſumuntur, niſi probentur, l. in Bello. §. facti. ff. de capti. Quod ſi in eadem executione Ber. conſtare nõ fecerit, ſe non remanſiſſe dicto tempore debitorem Aug. puta, quia ſoluerit, ſeu aliter ſatisfecerit dicto Aug. eo caſu dictum reum abſoluendum eſſe exiſtimauimus à petitis in ſecundo capite comprehenſis, tanquam iuſſu iudicis eum excuſauerit per ea, quæ ſupra adducta fuere, dum partem affirmatiuam tractauimus, & quia forte etiam ſine iuſſu iudicis ſoluere potuiſſet, tanquam creditori ſui creditoris, ad not. per Bartol. in l. ſolutum. §. ſolutam, columna 2. ff. de pign. actio Porrò non debuit Nauonus, ſi eo tempore, quo facta fuit adiudicatio. Aug. erat creditor Ber pro illa parte reſiſtere, aut aliquid paciſci contra veritatem, aut eam quouis mendacio contaminare: abſit enim quòd leges nos doceant à verò diſcedere, cum veritas ſit mater iuſtitiæ ſecundum Bald. in l. libertini. ff. de ſtat homi. contraria falſitati, & mendacio, vt per Socin. conſil. 15. colum. 5. in primo, quæ iuſtitia, vt omnes norunt, ſummoperè abhorret, ac deteſtatur, ergo veritatis erit ſummopere amica: Nã quod de aliqua re dicitur, id in eius contrarium non poteſt conuenire: idem enim de duobus contrarijs intelligi nullo modo poteſt, vt pulchrè docet Boëtius in topicis Ciceronis, vt meritò intellexerimus Doct. Bald. Caſt. Cum. & Iaſo. procedere cum quis poteſt cum veritate reſiſtere, aliàs dum vellet videri bonam fidem agnoſcere, deciperet, ac mentiretur: euentus igitur indicabit, an Nauonus dare debeat pœnas indefenſæ cauſæ: interim incertum, vtrum vergat victoria. ¶ Reliquum eſt, vt ſubijciamus, quibus rationibus moti fuerimus, vt inſtrumentum in actis Lugduni exhibitum exiſtimaremus etiam ad fauorem Auguſtini, qui in eo non interuenit probare, quamuis alias res inter alios geſta non plenè probet quò ad eos, qui non interuenerunt, toto titulo res inter alios geſta, & l. ſæpe. ff. de re iud. & quòd inſtrumentum
8 † inter certas perſonas factum, quò ad alios abſentes ibi nominatos, plenam fidem faciat, videtur fortiter ſtringere text. in l. deſiderium C. depoſ. vbi eſt textus, & ita illum intelligit ibi Bald. quod inſtrumentum factum inter te, & me, puta de ducatis cen-

tum

tum tibi à me mutuo traditis, quos dixi apud me depoſuiſſe Sempronium plenè probat quo ad ipſum Sempronium tale depoſitum, & ita etiam intelligit illum textum Fel. in cap. ſi cautio, columna 3. ver. fallit. 3. de fide inſtr. dicitque Iaſ. in l. admonendi in repet. numero 157. ff. de iur. iur. quod pro certo ille textus pro hac opinione eſt valde fortis, nec de facili poteſt tolli, & quòd per illum textum ita conſuluere doctores. Peruſini ſubijcit rationẽ, quia, inquit, inſtrumentũ ſemper loquitur. Quare ſi reiterata, & geminata confeſſio abſente parte facta probat, & confitenti nocet, vt per Soci. conſil. in 15. columna 2. in 1. multò magis hæc confeſſio, quæ ſemper durat, & ideo maior eſt, quàm geminata, probare debet, præterquam quòd Ber. non ſemel in dicto inſtrumento confeſſus fuit, quòd bona hæreditatis olim Simonis Centurioni ad eius manus peruenerant, & quòd illas libras, N. promittebat per dimidia dictorum bonorum tam mobilium, quàm immobilium in ipſum Bernardum peruentorum. Item curauit contentis in eodem inſtrumento non contradicere, nec contrauenire, quo caſu confeſſio facta abſente parte, iuramento abſentiam partis ſupplente plenè probat ſecundum Barto. in l. cum quis decedens. §. codicillis ff. de leg. 3. Feli. dict. cap. ſi cautio, numero 25. Iaſ. in dict. reper. num. 158. ver. limita ſingulariter, quæ ſententia præſertim in caſu noſtro capienda fuit, poſtquam conſtat non omnino abfuiſſe partem, ex quo Ber. in dicto inſtrumento contraxit cum Clareta, Caluo, & Io. Franciſco, qui fuere fideicommiſſarij, tutores, & pro tempore curatores filiorum dicti Simonis, quorum vnus eſt Auguſtinus, prout in dicto inſtrumento habetur, ad tradita per Felin. in dict. cap. ſi cautio, nu. 38. Mouit etiam nos deciſio D. de Rota, qui deciſ. 429 in antiquis determinant, quòd epiſtola miſſa alicui, in qua continetur confeſſio ad mei fauorem, mihi prodeſt, & confitenti nocet acceptata, & licèt dicant in contrarium facere, quòd confeſſio emanata abſente parte non probat, tamen tandem in fine concludunt, poſſe teneri vtram velis ſententiam. ¶ Quò verò ad intereſſe petitum, non fuit viſum conuenire, quod reum ad illud condemnaremus: cum enim intereſſe non debeatur ſine mora. l. mora. ff. de vſur. Docto. l. quod te, ſi cert. pet. in mora autem non conſtituatur aliquis quando iuſtam cauſam habuit credendi ſe nõ teneri ad ſoluendum, profectò viſus fuit reus habuiſſe iuſtam cauſam credendi ſe non teneri, cum prius alij ſoluiſſet compellente magiſtratu, vt in proceſſu conſtat: & quia veriſimiliter potuit credere ſe non teneri bis idem ſoluere, quòd autem iſta cauſa excuſet à mora, & per conſequens ab obligatione, intereſſe, notant Doct. in dicta l. quod te, vbi Iaſ. & Dec. in 5. not. ſicuti etiam videmus, quod iuſta cauſa excuſat à pœna, vt per Dec. in d. quinto nota. ¶ Et hæc fuere, quæ nos induxerunt in eam, quam ſuperioribus diebus tulimus ſententiam, cum tamen multa alia ſilentio præterierimus, quia ſingula commemorare, ſingula quoque refellere, & plus ſatis longum, & non neceſſarium exiſtimauimus. Laus Deo.

DECISIO XXXIIII.

Debitor ſub vſuris ſi fit creditor ſine vſuris, liberatur tamen ab eis.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius in mora tenetur ad intereſſe.*

2 *Capiens ex re alicuius ſine ſuo facto tenetur reſtituere captum domino,*

3 *Taxatio intereſſe futuri quando valeat, & numer. 5.*

4 *Intereſſe lucri ceſſantis debetur abſque mora.*

6 *Compenſatio quando procedit, etiam non excepta à parte.*

7 *Poſteriora derogant prioribus.*

8 *Compenſatio quando fiat abſque iudicis miniſterio.*

9 *Contra depoſitum, an, & quando poſsit oppone compenſatio.*

10 *An in reuocatione, ſeu renuntiatione actus requirantur ea, quæ in confectione.*

11 *Argumentum ab abſurdo eſt validiſsimum in iure.*

12 *Contractus interpretantur per diſpoſitionem iuris, quando partes ab illa noluerunt recedere.*

13 *Caſus omiſſus in contractibus habetur pro omiſſo.*

AGENTIBVS Petro, & Antonio Caluis tanquam habentibus cauſam à Petro Cattaneo, & à Gotardo Merſario cõtra Auguſtinum Saulum pro intereſſe ſcutorum, N penes d. Auguſtinum depoſitorum, pro illis tenendis per dictum Auguſtinum pro obſeruatione contractus inter eos celebrati ſuper venditione cantariorum, N. aluminum, ſuper cambijs Bezenſoni, nomine tamen dicti Petri, & Gotardi auctorum dictorum de Caluis, ſub hac conditione, quòd in fine cuiuſlibet anni teneretur pro beneficijs dictorum ſcutorum dare ipſis emptoribus ad rationem nouem pro centenario, Rota eiſdem Caluis nominibus, de quibus in actis condemnauit eundem Auguſtinum ad dandum dictum intereſſe, ſeu beneficia cambiorum pro dictis ſcutis, N. retento tamen per dictum Auguſtinum intereſſe præfato ad ratam temporis, & ſummæ ob retardatam ſolutionem pretij dictorum aluminum, per dictos agentes, ita quòd compenſetur vna gaudita cum alia, his maximè ſequentibus fundamentis. ¶ Primò, quia cũ ipſe Auguſtinus à die, quo dictas pecunias de numerato in depoſitum habuit, illiſque in ferijs Bezenſoni, & alibi ad eius libitum vſus fuerit, profectò nulli dubium videri debet, quin ipſe tanquam depoſitarius
1 † etiam teneatur illis ſoluere intereſſe dictarũ pecuniarum à tempore moræ vſque in præſentem diẽ per tex. in l. die. §. qui pecuniam, & ibi Bart. ff. depoſiti, & per text. in l. 2. C. eodem, etiam ꝙ de vſuris non eſſet facta mentio in actu confecti depoſiti, vt l. ſi depoſita, C. depoſiti, & hoc tantò magis tranſit ſine ſcrupulo, quando in caſu noſtro ad dictum intereſſe expreſſum ſe obligauerit dictus Auguſtinus ex ſtipulatione, & conuentione, quæ in depoſito ſeruanda eſt, l. 1 §. ſi conueniatur. ff. depoſi. ad not. in l. 1. C. de depoſito, & hac in re multum hoc ęquitati congruit, quia cum ex pacto riſicum, & periculum depoſitarũ pecuniarum ſpectabat, & adhuc etiam ſpectet ipſis deponẽtibus, ad eoſdem ſimiliter & lucrum pertinere debet: Nam æquũ eſt, ꝙ ille, qui ex re mea, vel occaſione rei meæ
2 ſine † aliquo facto ſuo aliquid percipit, illud mihi reſtituere debeat. l. ſi eum ſeruum, vbi glo. ff. ſi cert pet.

Google

facit tex.in l cum fundus § ſeruum tuum. ff.eo.Soc.
in l.ſi me,& Titium,num.3.eodem Barto.in d.l.cum
fundus.§.ſeruitium. ¶ Et ſi diceretur pactum illud
habendi ſingulis annis ſupra ſortem nouem pro ſin-
gulo centenario initio contractus deduci nõ potuiſ-
ſe arg.c.ſi fœneraueris 14.q.3.& c.conſuluit & c. na-
uiganti de vſur. nempe hac ratione, quia huiuſmodi
lucrum tunc nõ eſt neque in actu, neq; in quaſi actu,
ſed eſt ſolùm in potentia valde remota,& poteſt mul-
tipliciter impediri. Reſpondetur id procedere quan-
3 do mutuum in ſtipulatione deduceretur cũ ſpe † ha-
bendi illa nouem pro centenario vltra ſortem, quia
in huiuſmodi contractu quicquid accedit ſorti, vſura
eſt, d.c.conſuluit, & d.c.nauiganti &c. in eiuitate de
vſur. mutuum enim debet eſſe ſimplex,& purum iux-
ta illud Euangelicum. *Mutuum date nihil inde ſperantes.*
At in caſu noſtro aliud in ſtipulatione, deductum eſt.
Nempe quantitas conuenta, quæ eſt loco intereſſe
lucri ceſſantis, quam ſiquidem quis petat tãquam in-
tereſſe, debet obtinere, vt per Deci. referentem Bart.
communiter omnes ſequuntur in l.1.nume.14. C.de
ſent.quæ pro eo, ꝙ intereſt, profe. & intereſſe lucri
4 † ceſſantis ſecũdùm iuris diſpoſitionem licitè poteſt
peti maximè ab eis, qui ſoliti ſunt pecunias ſuas po-
nere ad iuſtum lucrum,& mercantias, vt dicit Bar.in
d.l.1.C.de ſent.quæ pro eo, ꝙ inter.& canon in c.ſa-
lubriter de vſur. Afflict. Deciſ.20.nu.2.& in proceſſu
probatum fuit d.agentes eſſe tales, qui ſuas pecunias
non ſolent tenere otioſas,& hoc etiã ꝙ nulla eſſet cõ-
ſtituta mora, cũ hac in re ſatis mora dicatur cauſata,
cum in cõtractu dies certa ſolutioni appoſita eſt, quæ
ipſamet interpellat. Quoniam verò dicti ſcuti debe-
bant per dictum reum conuentum teneri ſuper cam-
bijs realibus Bezenſoni, ipſiſque agentibus de eorum
beneficijs debebat reſponderi ad euitandam difficul-
tatem probationis intereſſe, ꝙ aliquãdo in illis ferijs
plus eſt, & aliquando minus: ideo dicti agentes illa
5 cautela, qua ſibi promitteretur † certa quantitas, hoc
eſt nouem pro centenario, vſi fuerunt, quam cautelã
docet iuriſcõſultus in l.fi.ff.de præt.ſtipul.& in l.pro-
curator ad exhibẽdum.§ fi.ff.rem rat.hab.& in l pen.
§.hæres in fin.ff.ad Trebell. ¶ Videns igitur Rota il-
lam taxationem certæ quantitatis de accordio inter
ipſos contrahentes factam, nempe cauſatam ab illa
incertitudine intereſſe, & beneficij dictorum ſcuto-
rum, N quæ quidem taxatio dicitur quædam tranſa-
ctio ſuper incerto euentu, argum.text.in l.pen.& in l.
cum proponas, C.de pact. & in l. de fideicommiſſo.
C. de tranſact. ad tradita per Deciſ. in dicta l.1. nu-
mero 74. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. prof.
condemnauit dictum conuentum ad prædictum in-
tereſſe nouem pro centenario agentibus ſoluen-
dum, quod ſecus feciſſet, ſi vidiſſet in ſtipulatio-
nem fuiſſe ſimpliciter, & generaliter deductum in-
tereſſe: quia generalis promiſſio ſecundùm iuris di-
ſpoſitionem non poteſt excedere duplum, ad text.in
l. pen §. ſi ſub conditione.ff. vt legat nomi. caueat,
bene facit, text.in l.ſi prior ſol.mat.ita Deci.in d.l.1.
nu.75.¶ Cæterum quia dictus Auguſtinus ex vi con-
uentionis poteſt retinere dicta lucra in deductione
debiti dictorum aluminum pro eo tempore, quo di-
cti emptores dilatabunt ſolutiones eorum vltra debi-
ta tempora, cum ex proceſſu conſtet dictas ſolutio-
nes ſuis debitis temporibus factas non fuiſſe per di-
ctos agentes, ſed quaſdam per aliquot dies, & quaſ-
dam alias per aliquot menſes fuiſſe dilatatas, dixi-
mus propterea in noſtra ſententia licere dicto Au-
guſtino compenſare dictum intereſſe ad ratam tem-
poris, & ſummæ ob retardatam ſolutionem pretij
per dictos agẽtes ſuis debitis temporibus,& quidem
iure merito.¶ Nam & ſi huiuſmodi retentionis com-
6 penſationis † exceptionem pars non oppoſuiſſet,
cum tamen conſtet illam ineſſe in ipſo contractu, iu-
dex ex ſeipſo poteſt ſupplendo illam opponere tan-
quam exceptionem, quæ ipſo iure tollat actionem,
ita not. Bart.in l.ſi vnus.§. pactus, num.20.ff.de pact.
& bene facit quòd dicit idem Bart.in l.eum, qui ita.
§.qui ita ſtipular.ver.mouentibus vnum dubium, nu.
4.ff. de verbor obligat. vbi dicit quòd quando exce-
ptio ineſt ipſi obligationi, vt in pactis incontinenti
appoſitis, vel in pactis, quæ tacitè intelliguntur, vt l.
lecta.§. dicebam. ff. ſi cert. petat. in his non eſt opus
quòd pars opponat, quia ipſi actioni ineſt,& ſic actor
proponendo actionem videtur illam proponere cum
exceptione, quæ ſibi ineſt ſui natura, & ſufficit quòd
in allegationibus talis exceptio deducatur per aduo-
catum.¶ Corroboratur etiam ſententia Rotæ in hoc,
quia licèt 1. loco facta fuerit promiſſio per dictum
Auguſtinum de ſoluendo dictum intereſſe, fuit nihi-
lominus contrarium pactum in eodem inſtrumento,
& quidem incontinenti appoſitum, ꝙ idemmet con-
uentus retineret dictum intereſſe in euentum ſolu-
tionum pretij dictorum aluminum dilatatarum,& de
iure nouiſſimum pactum primo contrarium ſeruari
debet, l.pacta nouiſſima, vbi Glo.Bart.& Doct.C.de
pact.Alex.conſ.mihi 40.col.2.in fin.vol.4.& Glo.in
c. vnaquæque in verbo in morte 13.q.2.Federi.de Se-
nis conſi.10.& conſ.253.& Rom conſ.14.& conſ.41.
7 in 2.dubio, & regula hæc, ꝙ vltima † derogãt prio-
ribus procedit in omni materia, Alex.in conſ.611.in
princ.& Iaſ.in l.duobus.§.fi.nu.2.ff.de iur.iur.¶ Nec
perperam dixerat Rota, ita quòd compenſetur vna
gaudita cum alia. Nam ſecundum diſpoſitionem iu-
ris quando alter ex contrahentibus debet alteri ſub
vſuris, & alter ſine vſuris obligatus extitit, ipſo iure
8 intelligitur facta compenſatio † abſque iudicis mi-
niſterio, l cum alter alteri.ff. de compenſat.l.ſi con-
ſtat, vbi Glo & Docto. C. eod.inſtr. de action.§. in
bonæ fidei, & licèt hæc concluſio non videatur pro-
cedere in depoſito, cui aliquid compenſationis no-
mine opponi ſatis impium eſſe credit Imperator in
d.§ in bonæ fidei, verſ. excepta ſola depoſiti actione.
inſtit. de actio. ne ſub prætextu compenſationis de-
poſitarum rerum quis exactione defraudetur, & ita
cũ hic de mero depoſito agatur, deberet totũ contra-
rium cenſeri, dicitur id ſanè intelligendum eſſe quan-
do ſcilicet pecunia non ſignata eſt depoſita, hoc eſt
9 quando ſpecies aliqua † depoſita eſt, ſecus ſi de mero
depoſito quantitatis, ſicut in caſu noſtro, in quo de-
poſitarius aliam conſimilem pecuniam reddere po-
teſt, vt l. Lucius, & l.dies ſponſaliorum.§.1.ff. depo-
ſiti. Gloſſ. in dicto §.in bonæ fidei.dict.verſic. exce-
pta in verbo depoſiti inſtit.de actio. Vnde compen-
ſatio hæc cum hac in re ſit facta ipſo iure non ſolùm
à lege, verùm & ab ipſiſmet contrahentibus, quam-
primum d.emptores cœperunt eſſe in mora ſoluendi
pretium dictorum aluminum, quòd eſt tranſacto vl-
timo die ſolutionis faciendæ, videtur ceſſata vſura,
ſeu intereſſe depoſitarum pecuniarum ad ratam ſum-
mæ, & temporis: adeo quòd cum ex conuentione,
tum ex diſpoſitione iuris ipſi emptores non poſſunt
petere à dicto Auguſtino beneficia dictarum pecu-
niarum ſub prædicta forma depoſitarum, vt ex eo-
demmet inſtrumento cernere eſt, niſi pro illo tem-
pore, quo ipſi non diſtulerunt ſolutionem pretij di-
ctorum aluminum, meritò dicebat Rota fuiſſe com-
penſan-

Google

penſandam vnam gauditam cum alia. ¶ Nec obſtat
illud, quod dicebatur etiam ſi agentes non ſoluiſſent
in termino, non propterea eos cenſeri morosos do-
nec venditor rem venditam eis non tradat, per l. Iu-
lianus. §. ex vendito, vbi Sal. Fulg. & Paul. de Caſtr.
ff. de act. empt. cum alijs doctè, & copioſè adductis,
& allegatis per agentium aduocatos, & propterea
ſtante mora dicti venditoris in conſignandis dictis
aluminibus, eis licuiſſe pretium dictorum aluminum
retinere, & in omnem caſum compenſare damnum
eis illatum, & intereſſe damni emerti ob carentiam
dictorum aluminum non conſignatorum cum inte-
reſſe prætenſo per dictum venditorem ob illas dila-
tatas pretij aluminum ſolutiones. Prædictis enim plu
ribus reſpondetur modis, primò quia cùm ſemel fue-
rit facta compenſatio in eo, quòd diſtulerint ſolutio-
nes dictorum aluminum, & quidem conuentione &
pacto, debebat enim illo caſu compenſari vna gaudi-
ta cum alia ad ratam ſummæ, & temporis, vt dictum
eſt ſupra, meritò ne bis idem compenſetur cõtra for-
mam. l. quod hab eo. ff. de compenſat. & l. procurator.
§. 1. ff. rem rat. hab. prædicta exceptio non releuat. Se-
cundò dicitur, dato etiam quòd à principio fortaſſe
ipſis agentibus competeret hæc exceptio conſigna-
tionis, hodie tamen amplius eis non poteſt compete-
re, cum appareat ipſos recepiſſe dicta alumina, & hoc
liquet ex quitationibus in actis exhibitis, & licèt cõ-
tra dictum venditorem pluries fuerit proteſtatum
per dictos actores occaſione dictarum conſignatio-
num, in proceſſu tamen dictis proteſtationibus fuiſ-
ſe renuntiatum etiam conſtat, & iuri ſuo cuilibet po-
teſt renuntiare. Bartol. in l. ſi quis in conſcribendo, C.
de pact. cum ſimul. ¶ Nec in caſu iſto eadem requi-
10 runtur in renuntiatione, ſeu reuocatione † actus, vt
dicebant aduocati, quæ requiruntur in confectio, ſe-
cundum Alex. per eos citatum in l. quomodocunque
§. fin. in fin. ff. de verb. oblig. & per regulam legis ni-
hil tamen naturale, vbi per Deci. ff. de regul. iur. Quia
dictum Alex. & aliorum de huiuſmodi materia lo-
quentium, puta quando iudex, poſtquam aſſignauerit
confinia alicui cum cauſæ cognitione, ſi exinde ex-
communicetur, non poterit reuocare confinia, habet
locum in his, quæ conſiſtunt in iuriſdictione, quæ
apud excommunicatum non eſt quò ad exercitium,
c. ad probandum de re iudi. meritò non eſt locus re-
uocationi, ita declarat Bald. in l. fin. quæſt. 6. num. 13.
C. de contrahen. empt. Reuocatio verò noſtra nihil
habet commune cum iuriſdictione, & cum his, quæ
in iuriſdictione iudicis conſiſtunt, quinimo conſiſtit
in mero partium facto, qui etiam de facto poteſt re-
uocari, ita dicit Innoc. in c. ex literis de off. deleg. l.
minor, in princ. ff. de euict. vbi Bald. qui etiam idem
tenet in rub. C. de ſuc. edict. Nec text. in l. nihil tam
naturale, videtur hoc negare, quin alia via reuocatio
actus, ſi eodem modo tollatur. ita intelligit illum tex.
Gloſſ. ibi, & licèt poſſint dari quidam caſus, in qui-
bus conſtituta apud acta iudicis, etiam apud acta de-
beant reuocari, vt dicitur de procuratore generali, de
quo per Bartol. in l. 1. verſic. circa reuocationem, nu.
7. C. de ſatiſd. dicitur, qui ſicut huiuſmodi caſus ha-
bent in ſe diuerſam rationem à caſu reuocationis no-
ſtræ, vt in procuratore ibi generali, qui ideo ſi in actis
ſint conſtitutus ad cauſam, in actis debet reuocari, vt
geſta exinde per aduerſarium facta reuocatione, cum
eodemmet reuocato procuratore, non noceant pro-
pter veriſimilem ſcientiam, quam debebat habere de
huiuſmodi reuocatione: acta enim iudicialiter fa-
ciunt notorium inter partes ſecundum communem
opinionem, vt per Iaſ. in l. eius, qui, colum. 1. numero
3. ff. ſi cert. pet. cap. fin. vbi cano. de cohab. cleric. &
mul. c. olim. de verbor. ſignif. Bartol. in l. geſta. C. de
re iud. Gloſſ. ſingularis in c. ſignificauerunt, in verb.
liquere de teſti. ita in caſu reuocationis dictarum pro
teſtationum non poteſt haberi talis conſideratio
ſcientiæ, vel ignorantiæ, cum inter contrahentes præ-
ſentes, & conſentientes facta fuerit, ideo meritò, &c.
Tertiò ad dictam l. Iulianus. §. ex vendito. vbi Salic.
Fulgo. & Paul. de Caſtr. ff. de act. empt. reſpondetur,
quòd tunc concluſio verificaretur, quando dictus
venditor pretium aluminum peteret, quæ ipſe non
tradidiſſet, neque iuxta conuenta conſignaſſet, & è
contra: ſed cum hic agatur de alio emergenti non re-
ciproco penitus extraneo, comprehenſo tamen in
contractu inter ipſos celebrato, non poteſt de vno ad
aliud inferri, cum ex diuerſis non fiat illatio, l. cum
actum ff. de calum. l. naturaliter. §. nihil commune. ff.
de acquiren. poſſeſſ. Hinc quoque tollitur illud ar-
11 gumentum ab † abſurdo hoc caſu allegatum, quòd
in iure noſtro validiſſimum eſt l. fi. C. de aucto. præſt.
l. fin. C. per quas perſo. nob. acquir. oblig. l. 1 §. vnde
quæritur. ff. de public. l. obſeruare. §. fi. ff. de off. proc.
& leg maximum enim, dicebant aduocati, abſurdum
eſſet ſi Auguſtinus venditor, qui habet dictos ſcutos,
N vt de eis ſoluat intereſſe nunquam conſignando
alumina, nollet teneri ad intereſſe dictorum ſcuto-
rum penes ſe depoſitorum, & ſic quòd ipſe commo-
dum ſentiret ex ſua mora in non conſignando dicta
alumina empta cum damno emptorum. Nam reſpõ-
detur, quòd hucuſque non potuit conſtare Rotæ
quidnam aliud vtilitatis, & lucri potuerit conſequi
dictus Auguſtinus conuentus ex illa retentione alu-
minum in magazenis, & ex illa mora in conſignandis
dictis aluminibus dictis emptoribus, quatenus etiam
hoc eſſet, niſi vt ex huiuſmodi retentione ſolicitos fa-
ceret dictos emptores ad citius ſoluendum anticipa-
tas, & quidem conuentas pretij aluminum ſolutio-
nes, ad quas fortaſſe negligentiores effecti fuiſſent,
ſi ipſe viſus non eſſet huiuſmodi retentionis ſtimulo,
& propterea, vt melius ipſe ſibi caueret, timens fortè
ne ſuas anticipatas ſolutiones pretij aluminum retar-
darentur, voluit quod penes ſe deponerentur dicti ſcuti,
N. vt cum prouẽtibus ipſorum damnum, quod time-
bat ſentire, defectu emptorum pretium dictorũ alu-
minum nempe anticipatum nõ ſoluentium in maga-
zenis ad hãc ciuitatem tot ſumptibus, periculis, & la-
boribus tranſportatorum, compenſare quotidie va-
leret. Hoc etenim pacto contractum, & eius conuen-
tiones intelligendo apparebit proculdubio dictam
retardationem conſignationis aluminum potius cau
ſatam eſſe ex culpa dictorũ emptorũ, quàm ex mora
conſignationis dicti conuenti, & ſic à mora agẽtium,
quæ ſibi, & non alijs debet imputari, vulgata l. dam-
num, quod ff. de regul. iuris, neque hoc caſu poteſt di-
ci, quòd dicti agentes paſſi fuerint damnum ob illam
retardatam conſignationem: quia ſi etiam habuerunt
alumina ipſi, nec vtique ſoluerunt pretium, & ſic non
caruerunt lucro, quod percipitur ex pecunijs, quas in
manibus habentes percipere ex eis ſolent mercato-
res, & ſiquidem hoc caſu damnum apparet interue-
niſſe, debet potius conſiderari reſpectu conuenti ex
eo, quòd ipſe retinendo ad dictorum emptorum in-
ſtantiam in magazenis dicta ſua alumina, caruit pro
illo tempore pretio, ex quo potuiſſet lucrari quan-
tum ſolent mercatores, qui non tenent ſuas pecunias

otioſas,ſicut eſt conuentus:meritò non debet haberi ratio, an fuerint, vel non conſignata dicta alumina reſpectu dictorum emptorum, ſed potius reſpectu dicti venditoris, qui (vt dictum eſt) coactus fuit retinere in magazenis ſua alumina otioſa, & ita pati damnum, quòd nunc vult compenſare cum gaudita prouentuum dictorum ſcitorum, N. Secundò etiam hic fortè poſſet conſiderari abſurdum allegatum, ſi daremos ita in Kalendis Iunij faciendã eſſe conſignationem, ſicut debet ex partium conuentione fieri anticipata ſolutio, ſaltem pro rata dictorum aluminum in fine cuiuſlibet anni conſignandorum: Nam tunc ius non pateretur, quòd venditor deberet retinere & alumina, & intereſſe conuentorum ſub colore, quòd ſolutiones non fierent. Sed cum in occurrenti caſu fuerit prouiſum de huiuſmodi anticiparis ſolutionibus fiendis, & in euentum dilationis earumdem, quòd dictus venditor non teneatur ad aliquod intereſſe depoſiturum pecuniarum, meritò nemini debet mirum videri. ſi Rota dixerat, ob retardatas ſolutiones pretij aluminum, licuiſſe dicto venditori iuxta conuenta retinere intereſſe depoſitarum pecuniarum ad ratam temporis & ſummæ, quod ſecus iudicaſſet ſi probatum fuiſſet dictum venditorem fuiſſe iuxta conuenta ſolutum, & ſolutione non obſtante voluiſſe quoque ſoluta ſibi alumina, & illud intereſſe retinere ¶ Nec fuit hoc etiam caſu habitus reſpectus, quòd contra-
22 ctus † ex prouiſione legis debeat interpretari, & ſic, quòd licèt fuerit conuentum dictum emptorem non teneri ad aliquod intereſſe, niſi fiant ſuis debitis temporibus ſolutiones aluminum, debet tamen intelligi illud non procedente prius mora ex parte dicti venditoris: tunc enim emptor poteſt exceptione ſe tueri, & hoc caſu non poteſt cenſeri in aliquo moroſus, vt qui non eſt in mora de reg. iur. in 6. l. datio. §. ſi per venditorem, verſic. mora autem. vbi Glo. in verbo nulla. ff. de acto. empt. tradit Corneus conſillo 246. videtur in hac, numero 6. volum. 3. Quia reſpondetur, tunc in contractibus illam iuris interpretationem operari, quando partes ab illa interpretatione iuris noluiſſent recedere, loquendo per verba generalia, & adeo obſcura, vt omni modo ipſe contractus indigeret declaratione: quia tunc iuris interpretatio ſuggerit potius, quàm alia; ſed quando habemus exploratam mentem contrahentium, ex verbis claris expreſſam, quia verba oſtendunt animum contrahentium, l. habeo. §. 1. ff. de ſupellect. legat. tunc non debemus à verbis contractus recedere, maximè cum illo caſu verba contractus ſint forma contractus, Deci. conſil. 552. numero 2. volum. 4. vnde cum ita conuentum ſit à partibus, debet ad vnguem ſeruari; quia contractus ex conuentione legem accipit. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. l. contractus. ff de reg. iur. & in contractibus inſpicitur quod actum eſt, l. Celſus. §. ſi fundus. ff. de contrahen. empt. l. in conuentionibus. ff. de verb. ſig. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg iur. & cum partes ſpecialiter cogitauerint hunc caſum, & fecerint prouiſionem, quam voluerunt, videntur à prouiſione legis receſſiſſe. l. fin. de pact. conuen. vbi Bart. in fin. Nec debemus hunc caſum, ſcilicet quòd ſtiterit per venditorem quò minus fiant tales ſolutiones, tanquam omiſſum habere pro expreſſo, quia Alex. in conſilio 29. ponderatis verbis libr. 6. concludit,
23 quòd caſus † omiſſus in contractibus habetur pro omiſſo. l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cauſam. l. ſi cum dotem in princ. ff. ſolut. matri. Deci. dict. conſil. 555. nume. 3. volum. 4 vbi infert, quòd immunitas in contractu data in eundo, non videatur data in redeundo, quia hoc expreſſum non fuit, & ad hoc bene facit, quod not. voluit, Bald. in capit. in princip. in tit. qual. olim Do. pro. feu. prin. vbi cõcludit, quòd licèt pœna impoſita vni ex eorum relatiuis habeat locum in altero, legali diſpoſitione l. fin. C. de indict. vidui. tollend ſecus tamen eſt in contractibus, in quibus pœna impoſita pro vno non habet locum in altero, quia non eſt noſtrum conuentionem extendere. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſſo & ſic ex prædictis ſe mouebat Rota ad ita iudicandum in vtroque capite eius ſententiæ. Laus Deo.

DECISIO XXXV.

Pœna dupli appoſita hæredibus ſurripientibus, amouentibus, vel occultantibus in inuentario non cadit reſpectu bonorum immobilium.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ſecundum conſuetudinem loci factum valet, etiam non ſeruatis ſolennitatibus iuris.*

2 *Hæres omittens in inuentario, etiam doloſè non tenetur creditoribus, & legatarijs inſolidum, ſed ſolùm ad pœnam dupli.*

3 *Forma conficiendi inuentarij per hæredem in ciuitate Genuæ.*

4 *Cauſa etiam minime legitima excuſat à dolo præſumpto.*

5 *Conſuetudo excuſat ab inobſeruantia iuramenti, & à falſitate.*

6 *Pecunia debita, & non exacta an debeat poni in inuentario per hæredem.*

7 *Amotio, & ſubreptio non cadunt in immobilibus & quid ſint.*

8 *Celare quid ſit.*

9 *Tutor excuſatur à confectione inuentarij, ſi aliter oſtendit rationem.*

IESVS VIA, VERITAS, ET lux ea cor noſtrum repleat.

IN cauſa vertenda inter Paulum Furnarium de Camulio actorem, & Ioſeph Centurionum de Illice ſuo nomine, & procuratorem Ioannis eius fratris hæredum Vincentij, eorum fratris conceſſa fuit licentia, ſic regulis Rotæ dicentibus in capit. de cau. exequ. ex quo agitur cauſa cambij ex literis, quæ redierunt cum proteſtatione non ſolutis, nec acceptatis: quæ regulæ obſeruari debent inter Genuenſes per l. omnes populi de Iuſt. & Iur. ſic in ſimili arguunt Socin. conſilio 79. in 2. volumine 4. & Corn. conſilio 232, in princip. volumine 2. Dictumque fuit, ſaluo beneficio inuentarij, quoniam
1 inuentarium † fuit exhibitum factum de more Genuen.

nuen. & ſecundum eorum conſuetudinem, ſecũdum quam ſæpe iudicauimus, vt etiam quòd nõ fuerit ſeruata forma.l.fin.C.de iur.delib. in confectione inuẽtarij, tamen qui hunc morem obſeruauerit, cenſeatur eſſe hæres cum benef.l.& inuentarij, & ſic hæreditatem acceptaſſe, & debeat frui beneficio l.fin.eſt enim communis concluſ. ꝙ non obtinentibus ſolennitatibus iuris communis procedat inuentarium factum ſecundum mores loci Auguſtini in l. 1. § hæc ſtipul. colum penult.ff.ſi cui pluſquam per l.falc. & Iaſ.poſt Bald.& Paul.dict l.fin.in princ.colum.4.& alibi ſæpe Doctores tradiderunt. Abſoluere libuit à pœna dupli petita per dict.l.fin.§.licentia, ob id, quia dicti conuenti videantur conuicti, ꝙ nõ poſuerint in inuentar. vnum nomen debitoris Vincentij ſcutorum, N.& ratam bonorum paternorum in domo Genuæ, & villa Albarij quæ bona, videlicet domum, & villam in bonis paternis remanſiſſe, & creditum in bonis Vincentij, ſat ex deductis in proceſſu probatum eſſe dici poterat: conclusio enim vera eſt, quòd licèt hæres omittat doloſè ponere in inuentario vnam, vel plures res, etiam valeat inuentar.vt innuit l.fin.dum pœnam reſtitutionis dupli dictæ rei apponit, & plectitur hæres

2 † pœna dupli prædicta, non tamen tenetur creditoribus, & legatariis inſolidum, ſic eſſe Bononiæ iudicatum teſtatur Sali. dict. §. licentia Iaſ.Alexand. & alij ſic eſſe communem teſtantur. Et dolus reſultat eo ipſo, quòd facta reperitur omiſſio, vt dicitur de tutore omittente, l.tutor, qui repertum de admin. tut. fuit bene dubitatio non pauca, ꝙ imò qui celauerit, ſurripuerit, amouendum curauerit, perdat in totum beneficium inuentarij, & multos ſic tenentes citat Corn. d.§.licentia.ſ.vbi doloſè omiſiſſet. Quando autem per culpam, tunc non in totum, ſed quatenus culpa committitur, ita nocet, leuiſſima autem in nullo noceret, communis tamen opin.eſt, cum Sali. ſcilicet vt pœnam dupli incurrat. ¶ Sententia abſolutoria placuit hac in ciuitate præſertim, quia dolum adeſſe non conſtitit, qui licèt præſumeretur, vt de tutore Bart.in l.tutor, qui repertum de admi.tut.in pr.per illum tex, tamen ceſſat vbi aliqua iuſta cauſa adeſſet, ſic Bart. d. l col. 2.tit.quæro quòd ſi tutor, & refert Abb.cõſ 73. col.6.tunc enim ex omiſſione non arguitur dolus, iuſtam cauſam exemplificant, quando res erant ſibi occultæ, & iuſtiſſimam quando conſuetudo eſſet, quòd non fierent inuent.vt d Bart.in d.l. Hic autem eſt cõſuetudo approbata, ſecundum quam ſæpius fuit iudi-

3 catum, ꝙ inuentarium † procedit, adeo vt beneficio, l.fin. potiatur quando hæres adit notarium, & dicit adeo cum beneficio l.& inuent. & tunc apponit bantam vnam pretij denariorum ſex, & poſt dimittitur ſpatium, in quo alia erant apponen.& notarius d. ſpatium verò, &c. & ſic remanent inuent. nec aliter res aliæ in ſpatio deſcribuntur poſt, & ſic mos eſt, vt quàmplurimi notarij retulere, in quorum originalibus hoc apertè perſpici poteſt, & ex hoc ſolo hæredes dicũtur cum beneficio l & inuentarij, & hoc eſt pluſquam notorium, & ſtante more non apponendi, & ſic omittendi alias rès, non dicitur eſſe in dolo: hinc vìdemus, quòd nunquam hac in ciuitate fuit quæſtio, quia res omiſerit, quòd pœnam dupli incurrat. Et certè ſicut obſeruata fuere hucúſque huiuſmodi inuentaria, ne tota ciuitas litibus fatigetur, quia eſſet mundum reuangare, ſic & eadem ratione talis omiſſio venit tolleranda: videre enim eſt terram, & ſic fundum latere non poſſe nec domum, niſi caſmate periret, vel terra aperiretur fortè. Et hoc notant Bald. Lucas de pœna.colum.4.ver.ſed vbi, & Ioan. de plat.dict.l.2. dicentes, quòd immob. latere non poſſunt: ideo pro immobilibus non datur actio ad exhibendum. Et benefact. lex loquens de oblatione, & conſignatione debiti facienda propter moram, & pœnam euitãdam, & non habebit locum in re immobili tradẽda ad certum terminum, licèt adſit mora in tradendo, & vidimus in diffinitione furti, quòd non cadit in re immobili.§.quòd autem de vſu.in inſt.leg. verba igitur nõ immilitant ergo nec diſpoſitio.l.4.§. tanties de damn. inf.Ratio dict.§. nec militat, quia Imperator prouidit, vt qui non faceret inuentarium, teneretur nedum creditoribus, ſed etiam legatariis in ſolidum, etiam vltra vires hæreditarias, ſin autem faceret, tunc beneficio frueretur, vbi autem faceret, aut aliquas res ſurriperet, celaret, amouerive curaret, tunc Imperator reſpiciendo ad ea, quæ celari poſſunt, ſurripi, & moueri, pœnam dupli in hæreditate computandi quò ad res ſurreptas, motas, vel celatas appoſuit, eò quia res mobilis de facili occultatur, & hoc in immobili non cadit, & nimirum ſi huic caſui non prouidit, quia occultari non poſſunt, vel ſurripi, vel moueri de loco ad locum: ideo ceſſat & pœnæ appoſitio, facit in arg. deciſio communis Doctor. in l.mancipia. C. de ſer.fug.cuius meminit Alexand.in rub.ſol.mat.col.5. in fin.quòd ſtatutum imponens pœnam turbanti aliquem in poſſeſſione, vt centum ſoluat, & poſſeſſionem reddat, non adaptatur turbanti tantum, at non accipienti poſſeſſionem, ſequitur Ruyn.conſilio cap. volum 5. Deciſ.conſil. 201 in princip.& 291. colum. fin & Marſilius ſing.339. ¶ Ex his patet.§.licentiam non habere locum in caſu noſtro, vel ſi poſſet habere, quod negatur, quòd ille excuſandus veniret à dolo quacunque cauſa, etiam illegitima, vt ſupra, & ponit Ang. in l.1.de eo, per quem fa. er. & Iaſ. conſil. 111. vol. 1. Et inter cæteras cauſas allegabatur etiam. quò ad ratam bonorum paternorum, quòd non conſtabat Vincentium legitimè paternam hęreditatem adiuiſſe, vnde aliis filiis paternam hæreditatem adeuntibus accreuerat iuxta. l. matri. C. quando non pet. & hoc potuit credere alio non conſtito: ea enim, quæ facti ſunt, ignorari poſſunt in facto alieno, l fin. ff. pro ſuo, Nec habitatio cum matre vſufructuaria relicta docebat contrarium, quia iure quidem familiaritatis.l.qui iure famil.ff.de acquir poſſ.bene verum, quod conſtitit nunc ex tractu quodam, quo apparet Vincentium vti hæredem diſpoſuiſſe de quibuſdam locis. At duplex reſponſum patet, vel quòd tunc Vincentius erat minor, & ſunt teſtes, qui hoc videntur ſentire, ideo ſine ſolennitate ſta.ſub rub. quòd contractus minorum, &c. non tenet additio, vel quòd opus fuiſſet Ioſephum, & fratrem habuiſſe tũc ſcientiam huius actus in extracto ſancti Georgij contenti, quando fecit inuentarium. & nunc oſtenſum non præiudicaſſe in præteritum tempus, & videmus, quod nunc appoſuerunt. Qualitas autem temporis vti fundamentum actoris erat prob.ad not.ab Ang. in conſ. 1.col.1. Bartol in l.non ſolum §.ſed vt probari, de no. op. not. Deciſ.in cap.in præſentia extra de probat. in 12.not.& in l.non hoc C. vnde legit. col. 2. Et quia prædicta non plenè, aut legitimè probata dici poſſunt à teſtibus iuxta doctrinam Bart.in l.de ætate.ff. min. ſat tamen dicere poſſumus ſaltem tot concurrere, vt ad inducendum in credulitatem ſufficiant arg. Gloſſ. in l.Titio fundus de cond. & dem. de qua meminit Decius conſil 192.col penul. Et dum diximus ſupra bonam fidem deprehendi, & ſic excludi dolum, ex eo

quia certificatus appoſuit nunc,fa.conſ.Iaſ. 111. vol. 1.vbi dicit, cum in vſibus Principis expenderit pecuniam fideliter, & nihilominus penes ſe retinuerit ex confeſſione ſua reſultanti, quia modo appoſuit, non poteſt dici dolus,concurrit,quia illa carta alba in cōfectione ibi ſpatium, &c. arguit, quòd haben hæredes animum non omittendi, arg.Gloſ.in l. fulcimus. ff.qui ex cau.in poſſ.eat.& Alexand.conſ.9.volum.6. Bene facit proteſtatio addita de apponendo res,quas reperiret, &c. quia videtur à dolo præſumpto excuſari, nec perdere beneficium hæredem, licèt proteſtatio non ſeruetur,dixere Bald.& Corn.dict.§.licentia. Accedit quia certificatus nunc lite pendente appoſuit, vt infra dicetur, & ceſſare dolum oſtendetur à qualitate rerum,& geſtorum(vt infra)maximè cum à
4 tali dolo † præſumpto quælibet cauſa minima etiam minus legitima excuſet,deciſ.Neap.360.num. 6. per l.igitur.ff.de lib.cap.facit Gloſſ.not. in cap. cum venerabilis de conſuet.Rom.conſil.446.vbi conſuetu-
5 do † excuſat ab inobſeruantia iuramenti,& à falſitate notarium,ſecundum Bald.in cap.1.defen.cogn. facit ſing.Petri Gier.83.& in extraiudicialibus, procedit ſecundùm Soc.conſil.8.& 118.volum.1.Alexand.119. in 2.Iaſ.in l. 1. ff.Siq.cant. cum ſimilibus. ¶ Diſcurramus omiſſa,ſi mobilia reſpiciamus, nihil horum ad eius manus perueniſſe conſtitit, ſi crediti, in quo fit magna vis,ratio habeatur, dicitur quòd Ioſeph conuertit illud in ſatisfactionem æris alieni dicti Vincentij,vt publica documenta probant,quæ notorium faciunt,cap.cum dilig.vbi Abb.no.de donat.quis ergo dolus adeſt? licèt omiſerit addere, certè nullus, exitus,qui acta probat, vt inquit Ouid. & Deciſ.Neap. 150.in fin.hoc oſtendit: ſi enim ſoluit æri alieno debito ſub graui intereſſe,nō adeſt dolus in omiſſ. nullus ſanæ mentis diceret hoc celaſſe,amouendum curaſſe, aut ſurripuiſſe,benefacit conſil.Corn. 198. col. 4.in fin.volum.1.ibi cum palàm, & non ſecretè tutor fecit,appropriando ſibi ſummam ſcutorum, N. non eſt,quod tutori imputetur, licèt aliàs in dolo præſumatur,& vt ſuſpectus remoueatur ſi inuentarium non fecerit,& omnes res non deſcripſerit, l. tutores, vel curatores.C.ad tut.circa hoc nomen omiſſum,ſi quis arguere vellet Ioſeph,& poſſet de iure, adhuc oporteret conſtare,quòd iura, & inſtrumenta dicti nominis fuiſſent penes ipſum Ioſeph: non enim ante exa-
6 ctionē debet poni † pecunia in inuentario,quia nondum exacta,nondum inuenta dicitur: inuenire enim dicitur, quod manibus capi poteſt ſic Bartol. dict.l. tutor,col.2.verſ.2.concludo. Sin autem reſpiciamus partem domus de Genua paternæ, & fundi de Albario,adhuc dicebamus non argui dolum,cum domus, & fundus nec celari, nec ſurripi, nec amoueri poſſit:
7 ſurreptio, & † amotio de loco ad locum, quod non cadit in re immobili patet de ſe, ſurreptio cadit in mobilibus.l.qui tabulas.§.apocha de furt.& l.quā iniuriæ.§.1.eo. tit. amotio eſt tranſportatio de loco ad locum toto tit.ff.re. amot. quòd in re immobili non
8 verificatur:celare † etiā,licèt magis videatur accommodari,cum celare ſit, quod velis ignorare eum, ad quem ea res pertinet, alicuius ſui emolumenti cauſa iux.Gloſ.1.in l. 1.ff.de ſer.fugi. tamen non conuenit, & dict.Gloſſ.loquitur in terminis d.l. 1. videlicet de re mobili, de ſeruo fugitiuo celando: domus autem habitata diu in vita à patre, & in morte, ac poſt ab vxore,& filiis,& quæ palàm eſt in ciuitate Genuæ,ac fundus in conſpectu mœnium celari non poteſt, & maximè in *æſtimo allibrata*: immobilis enim res ipſa ſe exhibet,inquit Gl.in l.quamuis de pign.ac per d.l. 2. C.quando,& quibus.Nec dicatur, d.l.2.contrarium innuit ibi,res verò immobiles non facilè latere, poſſunt,quaſi ſequatur, quòd poſſunt latere: quoniā illa verba non facilè accipiuntur pro difficili, quòd pro impoſſibili ponitur, ſecundùm ſubiectam materiam ſecundum Gl.in §.ſingulorum de re. diu. in inſtit. in fi.ibi difficilis,ideſt impoſſibilis ſic in l.de illo.ff. pro ſoc.& è contra impoſſibilis pro difficili eſt, & Gloſſ. magna in l.mora. ff.de vſur.in princip. imò purgatur ſecundum Bald.in l.1. C.de plus petit. etiam ſi dolus argueretur:quia non ſcripſit in introitu Principis, aut annotauit pecuniā receptam:bene facit, quia vt pœna peti poſſit, & conſequi, probatio debet eſſe liquida,ad Bald.in l.1.C.de his,quæ pen.not.& Bald. in l. quando à propr.fruct.princ.ad fin. Ad rem etiam facit conſilium Calca. num. 92. cum quinque ſequentibus,quæ fuerunt Auguſt.de Gambilio.Andre. Roſſell. Iacob. de Chiochis, Iacob. Aluar. & Angel. de
9 Ca. qui conſuluere tutorem † excuſati, licèt non confecerit inuentarium,ſi aliter oſtendit rationem,& ibi etiam dicunt, ruſticitatem excuſare à dolo præſumpto: eſt enim præſumptio iuris tantum, quæ in contrarium admittit probationem,per alias etiā præſumptiones non iuris,& de iure.Nec conſil. Abb.73. volum. 2.ob. quia in caſu ſuo conuictus erat de mendacio, & è contra cum ſententia in eo, quòd voluit hunc eſſe priuatum beneſ.inuentarij, qui aliquā rem celauerit,vel non appoſuerit,dicto.§.licentia. nō vtitur hoc verbo nō appoſuerit:tūc enim & ad immob. applicaretur,& Imperator ſi voluiſſet dixiſſet, ſed ſolum habuit rationem ſurreptionis, occultationis, & amotionis,qui termini reſpiciunt mobiles tantum,& hæc pro nunc ſufficiant. Laus Deo.

DECISIO XXXVI.

Aſſecurationes factæ ſuper naui, quæ tunc erat capta, non valent ſtante maximè aliquali notitia de hoc, & conſteum aſſecurandi reſtitui debet.

SVMMARIVM.

1 *Vbi admittitur probatio irregularis, teſtes debent eſſe omni exceptione maiores.*
2 *Habere quis notitiam quando dicatur.*
3 *Probationes ſunt arbitrariæ, & pendent ab arbitrio iudicis.*
4 *In his, quæ ſunt difficilis probationis, vel probari directè non poſſunt, lex contentatur de leuioribus probationibus.*
5 *Teſtes inhabiles quando admittantur.*
6 *Nauigantes nec inter viuos, nec inter mortuos cēſentur.*
7 *Verba regulariter intelligi debent ſecundum ſubiectam rationem, & num. 11.*
8 *Verbum aliquod verificatur etiam in quolibet minimo.*
9 *Aſſecuratio eſt contractus innominatus.*

10 *Aſſe-*

10 *Aſſecuratio an teneat nauis aſſecurata iam capta.*

12 *An ſi de captura nulla adeſſet notitia.*

DIVINO piè implorato præſidio. In cauſa
Antonij Spinulæ, aliorumque litis conſor-
tium cum Benedicto Promontorio ſuper
aſſecurationibus factis per actores ſuper
naulis, corredijs, & apparatibus nauis Vrchæ patro-
nizatæ per Ioannem Auguſtinum Strechium, vel per
quemuis alium, vt latiùs in appodiſia dictæ aſſecura-
tionis habere videtur, quòd pro parte Benedicti fue-
rit probatum caſum ſiniſtrum dictæ nauis eueniſſe, &
per conſequens aſſecuratores teneri, non obſtante
decreto allegato, cum teſtes examinati pro parte di-
ctorum aſſecuratorum non concludenter probent,
tempore dictę factę aſſecurationis notitiam habitam
fuiſſe in præſenti ciuitate de amiſſione dictæ nauis,
prout dictis actoribus onus probandi incumbebat, l.
actor, C. de prob. Glo. in l. eum actum. ff. de neg. geſt.
ad faciendam enim plenam probationem duo teſtes
regulariter requiruntur, qui plenè ſuper facto depo-
nant. c. in omni de teſti. c. nouit. de iud. l. vbi numerus.
ff. de teſt. Bart. & omnes in l. admonen. ff. de iur. iur. &
licèt ex forma decreti notitiam de amiſſione etiam
per vnicum teſtem eſſe ſufficiat, attamen cum tale de-
cretũ ſit cõtra formam iuris, debet intelligi, dummo-
1 do dictus vnicus teſtis ſit omni † exceptione maior,
& concludẽter ſuper facto per aliquem corporis ſen-
ſum deponat, vt not. Doct. in d. l. admonendi, vbi Iaſ.
num. 292. dicit ꝙ quoties admittitur probatio irre-
gularis, requiritur, quod teſtes ſint omni exceptione
maiores, & Bar. Bald. & Ang. in l. ſi inſtrumenta. C. de
fid. inſtr. lib. 10. & Bald. in l. 1. C. de fid. inſt. dicunt,
quòd ſtante ſtatuto, quod omnis, ſeu qualiſcunque
probatio ſufficiat, tamen intelligitur de idonea: quo-
niam ius nouum ſemper debet intelligi, & reſtringi,
vt minus lædat ius commune quam ſit poſſibile, l. ſi
quando. C. de inof. teſt. vnde cum nec Hieronymus,
nec alij teſtes aliquam haberent notitiam certam de
amiſſione nauis, eò, quia viderint, ſed fortè quia audi-
uerunt in ciuitate Alicantera, ſequitur quòd non con-
2 cludunt, cum tunc dicatur aliquem habere † notitiã,
quando præſens fuit, & vidit, vel ab eis, qui viderunt,
audiuit c. is videtur 22. quæſt. 5. vel homines fide di-
gni affirmarunt pro certo ſic eſſe, c. cupiẽtes in verb.
notitia de elect. in 6. & in clem. cauſam in Gloſſ. in
verb. notitia de elect. faciunt not. per Bald. conſ. 447.
num. 16. ad euidentiam lib. quin. cum notitia veniat
à verbo, quòd ſignificat cognitionem ſicut notio. l.
notio. ff. de verb. ſignif. vnde teſtes potius de rumore,
vel de quadam vana voce, quæ vt plurimum fallax eſt,
depoſuerunt, & tamen teſtes de caſu ſiniſtro per eui-
dentiſſimas probationes deponere debent, iuxta tra-
dita per Doctor. in l. 2. §. quòd diximus. ff. ſi quis caut.
¶ His tamen non obſtantibus contrarium per nos
determinatum, ac ſentẽtiatum fuit, moti: quia ſirtiſ-
ſima eſt in iure concluſio, quod probationes regula-
3 riter † ſunt arbitrariæ, & ex mero iudicis arbitrio pen-
dent, per text. in l. 3. §. 1. de teſt. not. Paul. Caſt. in d. l.
admonendi. Dec. conſilio 463. numero 23. lib. 2. vbi
plura accumulat, & dicit, quod iudex poteſt ex animi
ſui motu fidem adhibere teſtibus, etiã clarè, & apertè
non deponentibus cenſuit Boer. Deciſ. 101. Curtius
Iunius conſil. 178. & conſil. 106. Corn. conſilio 61.
Aymo. conſilio 73. numero 20. & Doct. in pleriſque
alijs locis, vnde probationibus etiam ex teſtibus ſin-
gularibus, vel ex præſumptionibus ſeu indicijs, &
coniecturis iudex fidem adhibere poteſt, Paul. Caſtr.
in dict. l. admonendi ex Deciſ. dicto conſilio 510. &
prædicta eò maximè procedunt in his, quæ ſunt diffi-
4 cilis † probationis, & quæ directè probari non poſ-
ſunt, quia tunc lex contentatur de leuioribus proba-
tionibus, & de his, quæ in eo caſu haberi poſſunt, Bar.
in l. ſi quidem. ff. ſolu. matrim. Alexand. conſilio 24.
lib. 2. numero 6. & conſilio 53. lib. 2. Coro. conſilio
113. colum. 4. lib. 1. & conſilio 24. lib. 4. Hyppol. latè
conſil. 61. lib. 1. numero 25. Iaſ. in l. in illa ſtipulatione,
5 numero 18. de verb. obligat. & tunc etiam † teſtes in-
habiles admittuntur, Salyc. in l. ea quidem. C. de ac-
cuſat. Hyppol. conſilio 102. lib. 2. & ſing. 73. ſed mo-
do tractat. de probatione rei, quæ de ſui natura eſt
difficilis probationis, vt de ſe patet: Nam tractatur
de amiſſione nauis, & de caſu ſiniſtro ſequuto in ma-
ri: quo in caſu hæ probationes admittuntur, quæ ha-
beri poſſunt, vt per Bartol. & Doctor. in l. quoties. C.
de naufrag. lib. 10. quoniam tunc lex eſt contenta ea
probatione, quæ haberi ſecundum ſubiectam mate-
riam poteſt. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mil. l.
conſenſu. C. de repud. Alexand. conſilio 69. lib. 2. vbi
dicit, quòd probatio caſus fortuiti eſt arbitraria, vnde
dicunt Doct. quòd licèt mors plenè probari debeat
actu, mors de longinquo probatur per publicam vo-
cem, & famam, & an publica vox, & fama fuerit pro-
bata pendet ab arbitrio iudicis, Deciſ. conſilio 652.
quinimo ſicut mors probatur quando aliquis viſus
fuit intrare in bello, & non fuit viſus exire, per ea, quę
habentur in l. fin. de fam. ita etiam de eo dici poteſt,
qui fuit ingreſſus in mari, nec exire viſus fuit, & pro-
6 pterea nauigantes † nec inter viuos, nec inter vita fun-
ctos cenſetur Iaſ. in l. 1. numero 9. ff. ſi quis caut. &
not. in l. 3. ff. de donat. cauſ. mort. ibi aut nauigationis
incundæ Bald. Sali. in l. 2. C. de naut. fen. faciunt multa
cumulata ibi per Moder. Stracc. in tractat. de naug. vn-
de naufragium non ſolum poteſt probari per eos, qui
interuenerunt, ſed etiam per alios propinquos, qui
non interuenerunt dicta l. quoties vbi Gloſſ. & cum
teſteſmet rei dicant perquiſiuiſſe nauim illam poſt
diſceſſum, nec eam reperiſſe, ſequitur quòd notitia,
quæ erat de amiſſione dictæ nauis, erat in optima ra-
tione fundata, iuxta not. in dict. l. fin. & fama, quę erat
in dict. ciuitate Alicanteræ, fuit vera, nec fuit vana
vox populi, & licet aliqui tunc temporis dubitaue-
rint, quænam nauis eſſet illa, quæ capta fuit, notitia
tamen erat certa, quòd quædam nauis capta fuerat, &
teſtes in illa ciuitate dederunt notitiam de captura
nauis Vrchæ, ob quam notitiam dict. aſſecuratus, ve-
riſimiliter motus fuit ad faciendum ſe aſſecurari, me-
ritò non caruit dolo, iuxta not. per Bartol. in l. quæro,
ff. de act. empt. & in l. citra legem in fin. de leg. Deciſ.
in his terminis conſilio 115. vnde cum Hieronymus,
ac alij teſtes dicant dediſſe notitiam de captura dictæ
nauis ante factas aſſecurationes, viſum fuit nobis de-
cretum in propoſita ſpecie locum vendicare, cũ ver-
7 ba † regulariter debeant intelligi ſecundùm ſubie-
ctam materiam, etiam in illa impropriando, l. ſi vno
in prima. ff. locat. l. inſulam de preſcript. verb. l. inſulas
ad ſortem in prima l. tamen pater. §. donationis. ff. de
leg. 2. Homod. Sign. conſ. 71. nu. 8. & 96. nu. 4. Aymo.
conſ. 202. num. 38. vnde tale decretum debet intelli-
gi de notitia, quæ haberi poteſt in materia, de qua lo-
quitur argum. l. plenum §. equitis ff. de vſur. etiam ha-
betur Sign. conſil. 3. numero 3. quòd etiam procedit
in ſtatutis. Bartol. in l. quintus. §. argento. ff. de aur.
arg.

Digitized by Google

arg.leg.Alex.conſ.5.lib.4.& conſil.129.lib.2. Hipp. ſing.510. ſed de naufragio & amiſſione nō poteſt haberi notitia per teſtes de viſu, merito ſufficit quòd habeatur ex iudiciis,& præſumptionibus,quod etiam decretum expreſsè declarauit, vbi poſtquam fuiſſet habita notitia aliqua, & ibi intelligatur in omnibus, & ſingulis ordinibus antedictis habitam fuiſſe notitiam, quandocunque habita fuiſſet dicta notitia etiā per vnam ſolam perſonam, ita quod dictum vnius ſufficiat,& ſic patet,quòd ſtatuentes receſſerunt à regulis iuris,nec voluerunt illam exactam, & plenā notitiā,de qua in iuribus, ſuprà citatis, & illud verbum aliqua minuit de proprio ſignificato, & verificatur
8 † etiam in quolibet minimo, Aymo.conſ.135. num. 29.faciunt plura accumulata more ſuo per Andream Tiraquel.in l. ſi vnquam in verb. omnia, vel partem aliquam,num.74.& 75.& verbum notitia,intelligitur ſecundum ſubiectam materiam Feli.& Can.in c.cum contingat de reſcript. ¶ Conſiderauimus quoque,
9 quod contractus aſſecurationis † dicitur contractus innominatus,vt not.Bald.in l.cunctos populos,num. 10. C.de ſum.Trinit.& fide cath.vnde debet regulari iuxta naturam contractuum nominatorum, quibus aſſimilatur, & cum aſſimiletur emptioni.& venditioni propter pretium, quòd datur ratione periculi, l. ſi periculi.ff.de nauc. fen.ponit Luſitan. in ſuo tract. de ſponſ.mercat.in 1.num.7.& in 3.parte num.13.ſequitur,quòd quemadmodum venditio rei,quæ iam perierat non valet.l.nec emptio,& meliùs in l.& conſenſu in 1.ff.de contrah.empt.ita etiam aſſecuratio facta
10 non tenet, ſi tempore promiſſionis iam nauis † erat capta, etiam ſi aſſecuratus notitiam non habuiſſet, cum dicti aſſecurat. ſuſceperint in ſe periculum futurum,& non præteritum, per ea, quæ ad not. in ſimili Dec. conſ. 115. licèt ibi in caſu ſuo propter generalem promiſſionem factam per aſſecuratores contrarium reſponderit,at in propoſita ſpecie, cum aſſecuratores non promiſerint, ita generaliter, dicendum eſt,ipſos non teneri,niſi de periculo futuro,& non de præterito, & ſequuto ante promiſſionem: & licèt Doct.aliquando dubitarint, an periculum ſpectet ad emptorem ante factam traditionem, vt in l. quod offici.§.fin.ff.de cōtrah.empt.& in l.ſi quis.ff. de peric. & com.re.vendit.Gloſ.in l.ſicut,vbi Bald.Paul.Caſt. Sali.Affl.deciſ. 399. num.10.tamen nulla eſt dubitatio quando caſus aduerſus contigit ante factam venditionem,per text.in d.l.domum, & in l.1. & 2. & in l.cum hæreditatem.ff.de hæred.act.vendit. quia tunc videtur deficere conſenſus, cum ſuſcipientes periculum ignorabant, nauim eſſe captam. l. domum.§. ſin autem. ff. de contr.empt. alias aſſecuraſſent corpus, quòd non erat,contra dict.l.1.& l.ſi ſeruus.§.quicunque.ff.de legat.1.& in l.prima.§. penult. de dot.præleg.vbi ſi lego aliquid,quod eſt in aliquo loco, & ibi non reperiatur, non valet legatum, nec pariter valet ſtipulatio rerum quæ non ſunt.l.ſi homo mortuus.ff. de verb. oblig. nec vllus ſanæ mentis ſuſciperet in ſe periculum nauis iam captæ, meritò promiſſio facta per aſſecuratores non debet extendi ad caſum ſiniſtrum ſequutum ante promiſſionem. ¶ Nec obſtat ſi diceretur,quòd decretum ſolùm annullat aſſecurationes factas poſt notitiam habitam de caſu ſiniſtro, adeo quòd etiam ſi caſus ſiniſter fuiſſet ſequutus ante aſſecurationes, dummodo de eo non habeatur notitia,aſſecurationes valeant, & teneant:quoniam argumentum à contrario ſenſu in ſtatuto locum non habet, maximè quando ex tali argumento includeretur legum correctio: quia tunc tanquam caſus omiſſus in diſpoſitione iuris remanere debet, l. commodiſſe.ff.de lib.& poſth.l.ſi extraneus.ff.de condit. ob cauſam Bartol.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur. firmat Alexand.conſil.17. lib.2. ſtante etiam quòd decreta ſunt ad literam intelligenda, & ille dicatur literalis intellectus,qui oculis legi poteſt, Baldus in l. prima.ff.de his,quæ in teſta. delen.& per illa iudicauimus non obſtare ea, quæ pro parte rei adducta fuere,tum propter decretum, quod de iure valet, Alex. conſil.188.lib.7.num.3.tum propter ſubiectam materiam,per not.per Felin.in dict.cap.cum contingat, & per ea,quæ ſupra dicta fuere. ¶ Nec obſtant notata per Ang.& Bald.in dicta l.ſi inſtrumenta: quia eorum concluſio limitatur,niſi talis materia ſit, in qua ſemiplenæ probationes ſufficiant:tunc enim verbum
11 probatio † iuxta ſubiectam materiam interpretatur Bald.in l.peremptorias, colum.fin. C. ſent. reſcind. non poſſ.Bartol.ad reprim.in verb.ſummariæ, col.fi. verſ.in cauſis ſummariis,Dec.in rub.de probat.num. 12. aliàs ſi diceremus notitiam ſolùm poſſe probari per teſtes deponentes de viſu,decretum nūquam, vel parum haberet locum:quia ſi omnes, qui erant in na-
12 ui † capti fuiſſent,vel periiſſent,vt aliquando euenire ſolet,vt in dict.l.quoties, notitia non poſſet probari ex indiciis, & ſic aſſecuratores poſſent fraudari, quia aſſecurati tanquam magis intereſſati ſunt diligentiores in perquirendo de eorum naui, & habentes indicia de captura, vel naufragio poſſent ſe aſſecurari facere ab illis,qui ſunt penitus ignari de dictis indiciis, & qui ſi ſcirent dicta indicia, fortè non aſſecuraſſent, & ſic contractus claudicarent: vnde ad tollendū omnem fraudem factum fuit dictum decretum, & ordinatum,quod omnis notitia ſufficeret,etiam per dictū vnius, qui daret notitiam aliquam, cum etiam caſus fortuitus probatur iuxta qualitatem impedimenti,maximè ſi fuit in loco lōginquo,& ſolitario, Alex. in dict.§.quod diximus. ¶ Vnde ex his,& aliis diximus aſſecuratores non teneri, nec obligatos eſſe de dicto caſu ſiniſtro,& condemnauimus reum conuentum ad non moleſtandum dictos actores, & actores condemnauimus ad reſtituen. aſſecurato conſteum, ſiue pretium ab ipſo receptum, ex quo ceſſat cauſa, ob quam datum fuit.ff. de cond. ob cauſam, per tot. tit.facit text.in l.cum hæreditate.C.de hær.act.vend. vbi pretium condicitur, quando non tenet vendit.& eſt text.in l.ſi venditor.ff. de hære. act. vend. faciunt not. per Luſitan. in tract. de mercat. in tertia parte, num.24.

DECISIO XXXVII.

Enuncians incidenter ſe debitorem, etiam in ſcriptura cum enuntiato creditore, non obligatur, ſed promittēs per apocham creditori abſenti tenetur, etiam pro intereſſe de feria in feriam, ſi ita recepta eſt pecunia ad cambium.

SVMMARIVM.

1 *Incidenter enuntiata non obligant, nec probant.*
2 *Verba enuntiatiua quomodo inter contrahentes probent.*

3 Verbum

3 *Verbum appoſitum demonſtratiuè, aut diſpoſitiuè in dubio cenſetur demonſtratiuè.*
4 *Prolata, vt mentis, & intentionis inductiua, vltra principale propoſitum, non probant.*
5 *Enuntiatiua quando probent.*
6 *In præludijs, & in præcedentibus prolata ſunt enuntiatiua.*
7 *An verba enuntiatiua ſolùm inducant præſumptionem.*
8 *Qui declarat, nihil noui facit.*
9 *Confitens ſe debitorem, & promittens ſoluere in dubio intelligitur præſenti.*
10 *Confeßio abſente parte quando valeat.*
11 *Pro cambijs ſiccis non debetur intereſſe.*
12 *Requiſita ad hoc vt intereſſe lucri ceſſantis debeatur.*
13 *Mercator quomodo quis demonſtretur.*
14 *Appodiſia recognita plene probat contra ſcribentem.*
15 *Confeſsio facta per appodiſiam, vel epiſtolam, aut librum abſente parte præiudicat.*

MARIA de Auria petebat ab Andrea
Imperiali ſcutos, N. in vna, & libras,
N. monetæ Genuæ, in alia, & ſcutos,
N. Italiæ vigore trium appodiſiarum
propria manu ſubſcriptarum vna cum
beneficiis cambiorum, & multiplico eorum, perinde
ac ſi de feria in feriam fuiſſent cambiati, quas appo-
diſias Andreas debitor recognouit in iudicio eſſe ſub
ſcriptas manu propria, ſed illam de ſcutis, N. dicebat
nõ eſſe in alio obligatoriã, niſi quò ad partitam in ea
enuntiatam, & illam de ſcutis, N. dicebat eſſe vitiatã,
contra verò aliam de dictis libris, N. nihil dicebat
aliud, niſi ꝙ tam de illa, quam de duabus aliis allega-
bar ſatisfactionem, ad cuius ſolutionis, & ſatisfactio-
nis probationem produxerat quandam liſtam parti-
tarum, & multos teſtes ad illas partitas iuſtificandum
induxerat, demum facta de omnibus tam pro parte
dictæ actricis, quàm Andreę productis, & allegatis in
Rota diligenti excuſſione cùm in iure, cùm in facto
fuit per Rotam deciſum dictam appodiſiam de ſcu-
tis, N in ea incidenter enuntiatis, nullo modo eſſe
obligatoriam, & propterea ad illos ſoluendum dictũ
Andream non teneri, ſed duntaxat ad partitum in ea
contentum. ¶ Primò, quia verba dictæ appodiſiæ
enuntiata de ſcutis, N. incidenter fuerunt emiſſa ad
hunc ſolum finem, & effectum, vt remoueretur ſcru-
pulus vſurariæ prauitatis, de qua timebat dicta Maria
propter aliam enuntiatam appodiſiam, in qua appa-
rebãt eius pecuniæ aſſignatæ in illo partito regio ad
rationem, N. pro centenario, vnde volens vno, & eo-
dem tempore dictus Andreas eidem Mariæ rem gra-
tam facere ab ea remouendo ſcrupulum vſurarię pra-
uitatis, & ſecuram reddere, quod æquiualens dicti in-
tereſſe de, N. pro centen. ipſa ex dictis ſuis pecuniis
conſequeretur, fabricauit in eius fauorem iſtã nouam
appodiſiam donationis: in ea narrans vnde proueni-
ret talis donatio, & propter quod ad ita faciendum
fuerit motus, quod quidem, vt dictum eſt, cum fuerit
1 incidenter † enuntiatum, & enarratum nõ ſolùm quò
ad illud enuntiatum de ſcutis. N. non obligat, ſed nec
etiam probat, vt per Aym. conſ. 29 vol. 1. poſt Ant. de
Butr. in c. illud, de præſump. & Alex. conſ. 136. col. fi.
volum. 1. & q. 201. vo. 2. & Matheſ. ſing. 79. Dec. conſ.
118. ad finem, & ſi diceretur, quòd verba enuntiati-
ua, & propter aliud emiſſa probant inter contrahẽtes,
vt dicit Bart. in l. ex hac ſcriptura. ff. de donat. propè
finem, per l. optimam, C. de contra. & cõmit. ſtipul.
2 Reſpondetur, id procedere † ſolum ad validitatem
actus, propter quem prolata ſunt, inquiunt Doct. in
d. l. optima, & Dec. in dicto conſ. 118. num. 5. cum ita-
que ob iſtud partitũ, & illam donationem de, N. pro
centen. illi ſcuti, N. enarrati fuerint, non debet talis
enarratio operari vltra intentionem contrahentium,
l. non omnis in prin. ff. ſi cert. petat. nec facere, quod
inducta ad vnum finem contrarium operentur effe-
ctum contra mentem legata inutiliter. ff. de legat. 1.
& l. quod fauore. C. de legibus, Dec. conſ. 606. num.
8. vol. 5. & conſ. 597. vol. 4. Nec omittatur illud, quòd
de verbis enuntiatiuis propter aliud emiſſis dicebat
Bald. in conſ. 14. caſus actualiter vol. 1. in materia litis
conteſtationis enuntiatæ, vbi dicit, quòd quãdo ver-
ba huiuſmodi ſunt prolata demonſtratiuè propter
aliud, non probant, & minus diſponunt, & citat. text.
in l. ex his verbis. C. de teſta. mil. Alex. conſ. 46. viſis,
& accuratè, num. 8. ſub ver. non obſtat, quòd diceba-
tur, vol. 1. inſeruitque etiam quod dicitur, quòd quã-
3 do aliquod verbum † poteſt intelligi appoſitum de-
monſtratiuè, vel diſpoſitiuè, in dubio cenſetur appo-
ſitum demonſtratiuè per tradita per Bart. in l. centu-
rio, num. 31. ſub ver. ꝙ ſi dixi, de vulg. & pupill. quem
refert Dec. in conſ. 324. conſuluit accuratè, nu. 3. ver.
4. facit, vol. 2. & in conſ. 467. d. Daria, num 3. vol. 4.
Paul. de Caſt. in conſ. 222. ſuper quo dubio col. mihi,
2. in princ. vol. 2. ꝙ procedere dicit, quando demon-
ſtratio importare poteſt aliquem effectum, prout in
caſu, de quo agitur: vbi verba prædicta enuntiatiua
ſolum ad hunc finem fuerunt prolata, vt demonſtre-
tur propter ꝙ fuerit facta talis donatio, & quidẽ Bal.
conſiderando vim enuntiatiuorum in conſ. 223. vol.
3. verba inſtrumenti, dicebat, quòd enuntiatiua pro-
feruntur vltra principale propoſitum contrahentium,
4 & tanquam † mentis, & intentionis eorum inductiua
nunquam probant, nec diſponunt per tex. in l. epiſto-
la in princ. ff. de pact. at in caſu noſtro ſolam mentem
contrahentium indicatur fuiſſe, vt ex tali partito do-
nato ſcrupulus ille vſurarum remoueretur a d. Maria
cauſatus nempè ab illa appodiſia etiam enuntiata, &
in ſuo vigore, & penes Mariam permanente ¶ Rur-
ſus verba enuntiatiua tunc probant, & fidem faciunt,
quando ex vna appodiſia, & eademmet diſpoſitione
principaliter originem trahunt ſecundum Baldus in
conſil. 398. quidam prælatus, volum. 3 ſed in caſu no-
ſtro illud enunciatum de ſcutis. N. ortum habuit ab
alia ſcriptura penes d. Mariam in ſuo vigore exiſten-
tem: ex quibus verbis apertè demonſtratur, quòd
mens contrahentium fuit, quòd quò ad ſcutos, N.
nulla reſultet obligatio ex appodiſia in iudicio pro-
ducta, cum apertè dicat, quòd alia remaneat in ſuo
vigore, & ſic caſus videtur clarus, quòd enunciata
non obligant, quia ita fuit de mente contrahentium,
& in claris non eſt opus coniecturis, iuribus vulgari-
bus. Accedit inſuper, quod quando in vno quoque
actu neceſſaria eſt appodiſia, ſiue ſcriptura, prout erat
in caſu, de quo agitur, vbi quò ad obligationem de di-
ctis ſcutis. N. enunciatis requirebatur vna ſcriptura,
& quò ad partiti donationem requirebatur altera de
per ſe, tunc verba enunciatiua nihil operãtur, nec ſuf-
ficit confeſſio facta verbis enunciatiuis de illo actu
dudum præterito ſcutorum, N. quia in illo prin-
cipaliter, & de per ſe non interuenit ſcriptura, prout
erat

Digitized by Google

erat de forma iuxta l.1.C.de iure emphyt.& per Bal.
in d.cōſ.398.verſ.ad tertium,nec poteſt negari,quòd
illa verba de ſcutis. N.non dicantur enũciata propter
aliud, cum extenſa ſint in præludiis dictæ appodiſiæ:
Nam Bald.in l.1.C.de falſa cauſa adducta legat.dicit,
quòd verba enunciatiua propter aliud dicuntur, quã-
6 do ſunt in præludiis, † & præcedentibus prolata ad
effectum alterius diſpoſitionis, & non ſunt principa-
lia verba orationis,ſed ſunt tranſitus ad aliud,ſicut in
appodiſia noſtra agitur,in qua ex illis verbis enuncia-
tiuis fit tranſitus ad verba illa diſpoſitiua appodiſiæ
noſtræ ibi, *diciamo che per riſpetto de detti beneficij vog-
liamo che ſe intendino donati di noſtra libera voluntà.in mo-
do che non habbi à reſtare alla detta Maria ſcrupulo alcuno;
che ſiano illicitamente hauuti*, ex quibus quidem verbis
colligitur certa, & propria cauſa, propter quam fuit
fabricata noſtra appodiſia, & propter quam fuerunt
prolata verba ſuperius enunciata de dictis ſcutis. N.
& ſi diceretur his obſtare regulam,quam citat Socin.
conſ.213.cum in pręſenti volum.2.quòd ſcilicet vbi-
7 cunque verba † enunciatiua etiam propter aliud pro-
feruntur inter præſentes,prout eſt in caſu noſtro, tũc
inducunt præſumptionem, ſeu probationem donec
probetur contrarium per tex.in d.l.optimam, C. de
contr.& commit.ſtipul. quia reſpondetur dupliciter.
Primò, ꝙ imò contrarium datur pro regula, vt ponit
Bart.in l.demonſtratio. §. ꝙ autem verſ.5.pone.ff.de
cond.& demonſt. & poſt Bartol. hanc regulam ponit
Marſil.ſing.412.& in enunciatiuis de præterito Pau.
de Caſt. in l.Titia,num.3.ff.de leg.2. Secundò etiam
dato quod regula per Soc.allegata eſſet vera,reſpon-
detur dictam regulam non procedere, quando verba
enunciatiua proferuntur per modum demonſtratiuũ,
vt in caſu noſtro,& ita d.l.optimam limitat Bart. in l.
ex hac ſcriptura verſ. nemo ad tertium. ff. de donat.
Ruyn.conſ.70.num.10. lib. 1. vbi hoc idem conclu-
dit,quando enunciata ſunt pro lata per modum cauſæ
ad aliud in præſenti cauſa ſcilicet propter donationẽ
partiti. Et Nicolaus Milis in eius aureo repertorio
loquens de verbis enunciatiuis dicebat, ꝙ verba enũ-
ciatiua inſtrumenti prolata ad validitatem demon-
ſtratiuè eiuſdem, quo inſtrumẽto diſpoſitiuè & prin-
cipaliter agitur, licet enunciatum probent ad finem
validitatis eius,de quo principaliter agitur, nõ tamen
probant illud enunciatum, ſi de eo in iudicio diſce-
ptetur, & hoc modo ſecundum eum etiam limitat. d.
l.optimam,hanc limitationem comprobat Alex.cōſ.
21.col.2.& conſ.132.volum.5. Aretin. conſ. 13. col.
12.quos citat,& ſequitur Capit. dec.71.num. 2. Aſ-
flictus deciſ.83.num.1.Aymo conſ. 29. num. 3. poſt
Decium conſ.118.ad fin. & conſ. 310. colum. pen.&
Cor.conſ.269.col.penult. lib.3. Præterea ſi diligen-
ter animaduertamus ad verba dictæ appodiſiæ ibi,
habbiamo chiaritto hauer hauuto,non poſſemus adaptare
vllo modo ibi nouam obligationem, cum verba illa
8 non patiantur: qui enim declarat † denuò non obli-
gat,& nihil noui facit text.eſt in l.hæredes palam.§.ſi
quid poſt in fin.cum ſimil.ff.de teſta.vbi Aret.& Ful-
go.conſ.148.viſo in fine Rom.conſ.45.ſuper eo An-
char.conſ.399.in fine,Caſtrenſ.conſ.156.viſo,col.fi.
quos omnes refert,& ſequitur Dec.conſ. 423. in fin.
volum.3. Et dato etiam, ꝙ eius modi verba non ha-
berentur pro verbis declaratoriis, ſed pro verbis de-
notãtibus confeſſ. non idcircò poſſet dici talem con-
feſſionem,vti extraiudicialem,habere effectum indu-
ctiuum obligationis: Nam licèt quis confiteatur ſe
debitorem Titij non dicitur per hoc Titius habere
obligatum debitorem confitentem: quia iſte non eſt
modus inuentus à iure pro inducẽda obligatione per
ea,quæ habentur in l.obligationum ferè. §. placet. ff.
de act. oblig.& cum non ſimus in iſta cōfeſſione ſim-
plici. quæ nullum alium regulariter poteſt habere ef-
fectum,quam declaratiuum,non autem inductiuum,
præſertim loquendo de confeſſione extraiudiciali, vt
dicebant Imol.& cæteri Cano. in ca.ſi cautio de fide
inſtr.ergo,&c.Nec mouebat Rotam, quòd Andreas
in tertia appodiſia ſcutorum. N. videatur denuò face-
re mentionem de illis ſcutis. N. quia laborat eodem
morbo enunciatiuorum verborum incidenter prola-
torum,quæ prima appodiſia, & confeſſio incidenter,
& enunciatiuè facta nihil probat, Afflict.in deciſ.105.
num.3.& deciſ.164.Alc.in tract.proſ.reg.1.præſump.
51.num.5.Doct.in c. & ſi clerici extra de iudic. me-
ritò d. Andream ab illis ſcutis.N.Rota abſoluit, eun-
dem duntaxat condemnando ad obſeruantiam dona-
tionis dicti partiti, ad quam voluit ſe efficaciter tene-
ri,& id procedit ex vi illius verbi,nolumus, quod eſt
diſpoſitiuè adiunctum præſertim rei donatæ, ideſt il-
lo pattito donato, quod quidem verbum licèt per ſe
nihil importaret,ſuo nihilominus adiuncto ſuas vires
ſumit,ita dicit Alex.poſt Bar.in l.ſerui electione,col.
2.ff.de legat.1.Hic etiam concurrit vrgens ratio pro-
ueniens ab actu, qui ex propria, & nuda voluntate
proferentis explicari poteſt,qualis eſt donatio,quæ à
ſola donantis voluntate dependet, etiã ſic dicta, quia
liberè fit,vt l.1.& toto tit.ff.de donat.quo caſu diſpo-
ſitio inducitur,vt per Bart.in d.l.ſerui electione, col.
2.& fin.& hoc innuunt prolata verba,*vogliamo s'inten-
dino donati de noſtra libera voluntà*,quæ verba,cum deli-
beratè indicantur emiſſa, maximè annexa illi verbo,
vogliamo in ogni, &c. diſpoſitionem inducunt, vt per
Alexan. in d.l ſerui electione,num.4. & ita etiam vi-
detur intelligere Bartol.in l.fin.ff. de teſt.& in l. gerit
cir.2.& 3.col.ff.de acquir.hęred.& in l.1.§. ſi quis ita
in prin.ff.de verb.obl.Nec perperam in noſtra ſentẽ-
tia poſuimus dictionem illam citra tamen,&c.quia.s.
quando d.Maria voluerit vti in alio iudicio illa appo-
diſia,de qua fit mentio,in hac noſtra de dictis ſcu. N.
& de beneficiis in ea contentis abſque aliquo iuris
impedimento ipſa valeat, & ad libitum ſuum de ea ſe
valere poſſit, cum maximè conſtet dictam appodiſiã
in ſuo vigore exiſtentem in eius poſſe permanere, &
hæc quò ad primam appodiſiam ſufficiant. ¶ Cōdem.
nauimus ſecundo loco d.Andream ad libras, de qui-
bus in appodiſia exhibita, nec non ad illarum benefi-
cia ſaltem pro prima feria apparitionis ſubſequentis,
his potiſſimum fundamentis. Et primò, quia licèt in
hac noſtra appodiſia poſſit conſiderari, extra iudicia-
lis quædam confeſſio, quæ regulariter non eſt indu-
ctiua,ſed declaratiua, cum tamen in ea adſint omnes
qualitates, quæ requiruntur ad inducendam obliga-
tionem,promiſſio.s.cum cauſa, quæ in ſe cōtinet ſti-
pulationem,& ſic modum,quo à iure obligatio indu-
citur l. 1. & per totum tit. ff. de verb.oblig.confeſſus
enim fuit Andreas habuiſſe, & recepiſſe, & expreſſit
cauſam libras ſupra enarratas, eaſque promiſit ad om-
nem eius ſimplicem requiſitionem ſoluere. Quò cir-
ca fateri neceſſe eſt huiuſmodi confeſſionem id ope-
rari,& confitens efficaciter poſſit conueniri: Nã quã-
do in ſcriptura vltra confeſſionem interuenit promiſ-
ſio,quæ in dubio intelligitur per ſtipulationem ſecũ-
dum magis communem opinionem per Iaſ. citatum
in l.Titiam.§.idem reſpondit,col.2.ff.de verb.oblig.
vbi refert Angel.dicentem ibi de mercatore,qui ſcri-
9 pſit ſe † debitorem eſſe Titij de mille aureis ex certa
cauſa iuſta, quos ſibi reddere promiſit ad omnẽ eius
volun-

volūtatem, quo caſu præſumitur promiſiſſe ei præ-
ſenti, & ſtip. & ſic ex tali ſcriptura poterit agi, quod
Angel. reputat perpetuo menti tenendum. Idem te-
net, & ſequitur Afflic. deciſ. 120. quod verbum, pro-
mitto, reperitur in confeſſione partis intelligitur per
ſtipulationem, & citat Bal. in l. 1. C. de cōtra. & com-
mi. ſtipu. & hanc cōcluſionem tenet, & ſequitur Ang.
in l. ſciēdum. ff. de edil. edic. Nec mouebat Rot. quod
huiuſmodi verbum etiam poſſit ſe referre ad pactum
nudum, quia reſpondetur, quòd ſemper lex illud
intelligit per modum magis ſolennem, vt eſt ſtipula-
tio, & per tex. in §. ſi ita ſcriptum, inſtit. de innutil. ſti-
pul. & per Bar. in d. l. ſciendum de verb. oblig. Etmi-
nus obſtat, quòd ſcriptura priuata continens pro-
miſſionem ſecundùm magis communem ſententiam
probat ſtip. inter præſentes, non autem inter abſentes
per l. 1. ff. de verb. obli. & quòd confeſſio facta abſen-
te illo, ad cuius vtilitatem fit, non præiudicat confi-
10 tenti: quia reſpondetur, quòd confeſſio † huiuſmodi
abſente parte facta, ad cuius fit vtilitatem, ſolum ha-
bet locum in iuditiali confeſſione, non autem in ex-
traiudiciali, ita dicit Petrus, quem refert Cyn. in l. ge-
neraliter, C. de non nu. pec. Secūdò illa concluſio non
procedit in dependentibus à ſola voluntate confiten-
tis, quia in illis non requiritur præſentia partis in cō-
feſſione extraiuditiali, Imol. in c. ſi cautio, nume. 14.
de fid. inſtrum. ¶ Tertio, illa opinio non verificatur,
quando confeſſio fit in appodiſia per l. Pub. §. fi. ff. de-
poſit. quia per illam videtur quis loqui abſenti, & ap-
podiſia, cum præſentatur creditori, videtur loqui illi,
penes quem extat loco abſenti, facit quod habetur in
l. Arriani, C. de hæreticis: eadem ratione idem dicebat
Bar. in l. nuda ratio. ff. de donat. de confeſſione facta
in libro rationum, qui liber ſi perueniat ad partē, ſcri-
ptura videtur loqui tūc ipſi parti vice abſentis, & ideò
talis cōfeſſio præiudicat. ¶ Et ex his Rota declarauit
d. Andream teneri ad ſummam, de qua in dicta appo-
diſia, vnà cum beneficio dictæ feriæ primæ appari-
tionis tantum: quia de eo inter partes conuentū fue-
rat nulla exindè habita cura per Rotam de multipli-
co per d. Mariam petito, his ſubſequētibus fundamē-
tis. Nam cuilibet rectè inuenti appodiſiam noſtram
manifeſtè conſtare poterit, ex ea inter partes ipſas pa-
ctū aliquid, ſeu contractū talē fuiſſe celebratum, vt ex
conſuetudinis colore adueniente termino ſolutionis
dictæ primæ feriæ appatitionis capto lucro indè tunc
iam prouento, & de eo inter contrahentes duntaxat
conuento, poſſit de eodem lucro ſimul cum capitali
computato quiquam nomine cambij vſque in præ-
ſentem diem prorogatis feriis amplius aliud peti: hic
enim re vera, & cum effectu non conſideratur cōtra-
ctus cambij veri, in quo fortaſſè videtur annexa illa
conſuetudo mercatoria allegata, quæ ſi in termino ſo-
lutionum feriæ pecuniæ non ſoluantur, cenſentur re-
cambiatæ: ſed conſiderari poteſt alia forma contra-
ctus, nempe mutui, cuius vigore d. Andr. voluit tene-
ri tantum ad intereſſe illarum pecuniarum pro pretio
currēti ipſiuſmet, & non alterius feriæ, quod patet ex
illis verbis, *al tempo, e precio che ritorneranno li cambij d'eſſa fera per qui ad ogni ſua ſemplice richieſta*, quod ſi
alteri voluiſſet ſe obligare, vtique dixiſſet ſicut di-
xerat in alia appodiſia Ducis Florentiæ, & exindè
de feria, in feriam. ex alio etiam colligitur mens cō-
trahentium fuiſſe, quòd huiuſmodi pecuniæ non
cambiarentur de feria in feriam: quia ſi hoc voluiſ-
ſent, profectò Andreas non ſe aſtrinxiſſet reſtituere
dictæ Mariæ ad omnem eius ſimplicem petitionem
dictas pecunias: quia ſi fuiſſent cambiatæ pro toto
tempore feriæ, & quod ipſa petiiſſet, certè non po-
tuiſſet reſtituere, quod promiſerat, nec eſt veriſimi-
le quòd voluiſſet obligari ad id, quod poſtea adim-
plere nequiuiſſet: Conſiderata igitur mente contra-
hentium, prout ſemper in omnibus bonæ fidei con-
tractibus conſiderari debet, l. ſed Celſus. §. ſi fundus
de contra. empt. per not. in l. fin ff. de condit. ob turp.
cauſ. l. fi. C. quæ res pig. obli. poſſ. cōcludimus ex iſto
primo capite d. Andream ad vnicam tantum feriam
aſtringi debere, neque mouebatur Rota ab illa citata
conſuetudine, quia poſito, quod non abuſus, vt à Ca-
no. appellatur, & reicitur c. ex parte d. conſuetud. &
c. mala, diſtinct. octa. ſed vt tanquam licita, & appro-
bata conſuetudo haberetur, dicimus illam procede-
re in cambiis realibus, licitis, & apud omnes appro-
11 batis, non autem in cambiis † ſiccis, ita à decreto ha-
ius inclitę ciuitatis dictis, de quibus de feria in feriam
pro validitate dictorum cambiorum non interueniūt
literæ realiter, & cum effectu, ſicut in realibus fit ri ſo-
let regulariter, ſecundum laudabilem, & approba-
tam conſuetudinem vim legis habentem, Neque etiā
attendebat Rota ad illud, quod dicebat de intereſſe
lucri ceſſantis: quia vltra quòd non fuit tale intereſſe
petitū, & Iudex non poteſt iudicare ſuper alio, quam
quod petitum eſt, l. vt fundus. ff. commun. diui. l. ſi in
fi. C. de fideicommi. libert. l. quod tamen in fi. & l. non
diſtinguemus. §. hunc. ff. de arbi. Reſpondetur, quòd
tale intereſſe ſolùm conſideratur reſpectu mercato-
rum, qui ſolent negotiari, præcedente etiam tali caſu
interpellatione legitima, apta ad conſtituendum de-
bitorem in mora. & probato per d. actricem quòd ip-
ſa habebat talem mercantiam præ manibus, de qua
fuiſſet lucrata, & quia ſuas pecunias non habuit, nec
potuit emere, & propterea caret illo lucro: prædicta
12 omnia requirebantur ad conſequendū intereſſe † lu-
cri ceſſantis, quibus deficientibus licitè peti non po-
teſt, Afflict. deciſ. 20. Dec. in c. cum venerabilis, num.
14. extra de excep. ſequitur Anchonit. in ſuo tract. de
merca. nume. 20. fol. 78. De interpellatione in pro-
ceſſu non conſtat aliter, quam per infraſcripta verba
à Filippo de Honeto teſte producto pro parte Marię
ad probandum interpellationem ſub hac forma pro-
lata videlicet, *mi manda da voi Mad. Maria, la quale di-
ce che poi che non li hauete mandato li ſoi conti inſieme cō li
ſoi denari, vogliate darli detti ſuoi denari a cambio: per che
non li voul tenere morti*: quæ quidem verba nullam in
ſe continent interpellationem, & per conſequēs cum
mora probata non fuerit, ſemper dictus And. dici-
tur eſſe in tempore ſoluendi, donec fuerit conſtitutus
in mora, quæ ſinè interpellatione non poterat conſi-
derari, præſertim in caſu, de quo agebatur vbi tem-
pus ſolutionis erat penitus incertum, cum eſſet col-
latum ad omnem dictæ Mariæ ſimplicem requiſitio-
nem, at per curſum temporis incerti quis non con-
ſtituitur in mora abſque monitione, ne eodem tem-
pore obligetur, & in mora conſtituatur, vt conclu-
dit Bart. in l. ita ſtipul, in pen. car. verſ. & iuxta hoc
quæro in fin. de verb. oblig. Deciſ. conſilio 2. nume-
ro 5. qua mora non ſecuta huiuſmodi intereſſe non
datur, l. ſocium, quia in eo in princip. ff. pro ſoci.
Deciſ. in d. cap. cum venerabilis, & minus conſtat
dictam actricem eſſe mercatorem. Nam, quem eſſe
13 mercatorem † demonſtrat pluralitas negotiorum
non ſolum reſpectu cambiorum, ſed reſpectu alia-
rum rerum. Bart. in l. legatis. ff. de leg. 3. & idem Bar.
in proœm. ff. colum. 2. verſ. & prædicta, ſentit Iaſo.
in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, colum. 7. verſ.
tu autem. ff. de ope. no. nun. vbi dicit, quod ille mer-

cator propriè dicitur, qui plures negotiationes exercet, & non qui vnam, cicat text. in l.1.§.1.ff. de tribut. & Bart. in l. mariti. §. quæſt. per illum text.not. ff. de adult. dicit quòd nomina verbalia ſignificatiua alicuius exercitij, quod quis ſibi aſſumat propria anthoritate, vt mercator, hoſpitator, & ſimiles, non verificatur ex vno actu, ſed requirunt aſſiduitatem, & Bald. eleganter in rub. C. de conſtituta pecunia in fin. dicit, quòd vna mercantia non facit mercatorem, ſed profeſſio, & exercitiũ, & hoc eſt clarũ, niſi vnicam mercãtiã præcedat profeſſio, ſeu matriculatio in matricula mercatorum, & habemus text. quod vna mercantia non facit quem mercatorem in l ſemper.§.negotiatores.ff.de iure immunit. & moder.in cap. 1. ad fi.de iud. Bar.& Alex. in conſtit.ff. Angel.& Doct. in l.fi.ff.de excuſa.tutor.& minus hanc qualitatem probant teſtes ad actricis inſtantiam examinati, dicẽtes, vt plurimum de cauſa ſcientiæ interrogati præſertim Baldaſar Lomel.qui dixit, quod tenet dictam actricem non eſſe mercatorem.& Nicolaus de Grimaldis dixit interrogatus neſcire dictam actricem eſſe mercatorem, non probata itaque hac qualitate ſibi dari non debuit huiuſmodi intereſſe, quod ſolum tribuitur mercatorib. Alexand.conſi.191.numer.14.vol.2. Soc.conſi.2.col.fi.vol.1.& conſi.25.col.fin.vol. 1. & conſ.25.col fin.volum.4.Cano.in d.c.cum venera.& Doc.in l.1. C.de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, & per conſequens, cum in ea deficiant prædictæ qualitates, neceſſariò etiam debet correlatiuum deficere, quod ſcilicet illa ſit ſolita negotiari, cum id propriè officium ſit hominis, non autem mulieris immiſcere ſe negotiis ſecularibus mercando, & negotiando, Poſtremò falcem ponendo ad radicem, vt iſti dicunt etiã millies, dato quòd prænarratæ qualitates hac in muliere concurrereni adhuc Rotæ deciſio ſuſtinetur, ni penitus ipſamet Rota voluerit eſſe immemor tùm ſalutis æternæ, tum etiam promiſſionis cum iur. in ſuo principio officij factæ in manib. Seren. D.Ducis, & Illuſt. gubernatorum huius inclitæ ciuitatis, quando iura municipialia leges, decreta, conſtitutiones, ac omnia ab Exce. hoc ſenatu edita ſe iure iur. inuiolabiliter obſeruaturam pollicita eſt. Huic igitur petitioni intereſſe cambiorum, & eorum multiplico obſtat diuinum illud decretum contra deteſtabilem, & tam pernitioſam vſurariam prauitatem ab hoc religioſo ſenatu edictum, per quod funditus huiuſmodi contractus ficticij cambiorum quo genere cenſeantur, de medio tolli mandatur, & ex his ab huiuſmodi intereſſe, & multiplico dictum Andræam abſoluit Rota. ¶ Ad reſtitutionem vltimo loco ſcutorum N. auri Italiæ cum beneficio partiti Ducis Florentiæ, & exindè partito finito ad multiplicum dictorum ſcutorum, & de feria in feriam melius tamen liquidandũ in executione ſententiæ tam ex deductis, quàm ex deducendis eundem Andream condemnauit, tanquam efficaciter obligatum vigore appodiſiæ continentis
14 † confeſſionem, cum cauſa emiſſam, quæ regulariter confitenti preiudicat Imol.in d.c. ſi caurio nume.12. & præſertim quando eſt emanata in ſcriptura recognita ab ipſomet confitente, quia tunc plenè probat, & confitenti præiudicat d.l. Publia, & §. ſi quis igitur in auct. de inſtr. caut. & fid. verbo. profeſſus non eſt, Ripa poſt Bart. in l. admonen. numero 102. ff. de iure iur. vbi etiam tenet huiuſmodi confeſſionem factam in inſtrumento abſente parte etiam extra iudicialiter plenè probare, per text. in l. deſiderium, C. depoſiti, & poteſt etiam eſſe ratio, quam etiam ſupra duximus, quia ſcriptura dum præſentatur, & in cuius fauorem facta fuit talis confeſſio loco abſentis, quidem creditori loquitur, & Melis. in verbo
15 confeſſio dicit, quòd confeſſio † extra iudicialis, & abſente parte dummodo fiat per appodiſiam, vel per epiſtolam, aut per librum regulariter præiudicat, & id maximè procedit de æquitate canonica, in qua ſola mens ſufficit dummodo conſtet de mente per confeſſionem, vt per Ant. in d. cap ſi cautio, & per Bart. in l. non ſolum. §. 1. de lib. legat. & in l. ex hac ſcriptura ad fin. ff. de dona. meritò poſſit etiam dici, quòd dum conficiebatur huiuſmodi appodiſia Maria eſſet præſens, cum hoc caſu præſumatur ſecundum magis communem opinionem in l. Titia. §.idem reſpondit de ver. oblig. Soci. conſilio 68. numero 3. vol. 4. Fuit inſuper condemnatus d.Andreas ad illa beneficia de feria in feriam petita per actricem liquidanda tamen in executione huiùs noſtræ ſententiæ, & hoc ratione contractus cambij, in quò pecuniæ actricis penes reum ipſum exiſtentes, cum in ſe ipſum ex natura ſimilis contractus conuerſæ fuerint, quaſi ab ipſa actrice emptæ: contractus enim huiuſmodi eſt ad inſtar emptionis, & vẽditionis, inquit Laur. de Rodulf. in ſuo tract de camb. in fi. princip. & exuberat in bona fide, magis quàm alij contractus etiam innominati, vt de ſtylo, & forma regularum Rotæ, quò ad huiuſmodi contractus excutionem demonſtratur, adeò quòd naturam bonæ fidei contractus aſſumit, per ea, quæ tradunt Doc. in §. actionum ferè inſti. de acti.& cum in eo vertatur principaliter vtilitas vtriuſque partis, vt expreſſè dicit Bald. in conſilio 348.col. 2. vol. 1. meritò dictum Andream tale contractum pro parte ſua non adimplentem ſoluendo pecunias cambiatas d. actrici, ad quam ſpectabant, diximus ad beneficia dictorum ſcutorum, N. & finito partito teneri per l.curabit. C. de act. empr. vbi Cagnol. numero 38. ampliando diſpoſitionem dicta legis loquenti de contractu emptionis, & venditionis, dicebat habere locum etiam in contractibus innominatis ſimilibus bonæ fidei contractibus, & in omnibus aliis contractibus correſpectiuis, ex quibus reſultat hinc indè comoditas, ita Ange.& Pau. de Caſtr. in l. de diuiſione. ff. ſolut. matrim. Cor. conſi. 145. colum. ſecunda. Pretenſiones verò præfati Andreæ de partitis in proceſſu per eum petitis, & exhibitis defectu illarum iuſtificationis, & probationis in credito dictæ actricis computare Rotæ viſum non fuit, ſed eidem ius in executione eius ſententiæ ſuper his reſeruauit, & hæc de communi omnium voto, & conſenſu. Laus Deo.

DECISIO XXXVIII.

Scripturæ factæ in vna ciuitate, in qua illi adhibeatur fides, eſt etiam fides adhibenda in alia ciuitate, in qua producitur.

SVMMARIVM.

1 *An extractis librorum banci detur fides.*
2 *Extractis librorum banci datur fides Neapoli, etiam ad fauorem bancheriorum.*
3 *Conſuetudo loci facta ſcriptura eſt vbique attẽdenda quò ad fidem habendam ſcripturæ.*
4 *Conſuetudo loci contractus attendenda in deciſoriis.*

5 *Dome-*

5 *Domeſtici quando omninò non repellantur à teſtimonio.*

6 *Habentes intereſſe in conſequentiam, & nō principaliter admittuntur ad teſtificandum.*

7 *Sententiæ exequentes ſcripturam probant cōſuetudinem, quòd ſcripturæ datur fides.*

8 *Excipiens videtur fateri.*

AMBROSIVS Lomelinus in partita
ducatorum, N. per eum petita ab
Oberto Gentili obtinuit ſententiam
ferri pro ſe tanquam ceſſionario cre-
ditore banci Raphaelis, & Andreæ
de Mari, & dicti Ambroſij ſociorum decoctorum.
Quia de ceſſione primum apparet per inſtrumentum
compoſitionis captæ inter dictum Ambroſium, &
prædictos creditores, ac alia plura inſtrumenta exhi-
bita, quæ faciunt probationem probatam, Bald. in
l. quoties, in fine. C. de iudiciis, Alexand. in l. à di-
uo Pio. §. fin. numero 3. ff. de re iud. & per Bald. in
rub. C. de fide inſtr. De credito autem conſtat per ex-
1 tractum partitarum cartularij dicti † banci facta col-
latione cum diurnalibus legitimeque ſumptum iuxt.
l. chirographis, & ibi Glo. & Bart. ff. de admini. tut.
& iuxta materiam Aut. ſi quis in aliquo, & ibi per
Doc. C. de edendo. ¶ Nec obſtat quòd dicebatur
per reum nullam fidem eſſe adhibendam dictis libris
banci pro bancheriis per regulam, de qua in l. exem-
plo, & l. rationes. C. de prob. & per Doc. commu-
niter in l. admonendi. ff. de iure iur. cum probatum
ſit tam per teſtes, quàm per acta & plures ſententias
inde ſecutas exhibitas in proceſſu de conſuetudine
aliter ſeruari in ciuitate Neapolis, vt indiſtinctè di-
2 ctis libris † bancorum detur fides etiam pro banche-
3 riis, quæ vbique locorum producentur. dictæ † ſcri-
pturæ banci ſeruanda eſt, ita Iaſo. in terminis in d. l.
admonend. in 1. lect. nu. 28. verſ. vltimus caſus eſt, &
ibi tradunt alij Docto. maximè Ripa poſt alios num.
127. per l. 1. C. de emancipation. libe. & Soc. in con-
ſilio. 87. numero 16. lib. 1. & Deci. in conſilio 618.
4 in princip. & eò maximè cum in deciſoriis † atten-
dantur conſuetudines, & ſtatuta loci contractus, vt
per Bart. in d. l. cunctos populos. ver. & primo quæ-
ro ſub numero 13. cum ſeq. & per Bald. ibidem verſ.
viſo de iure perſonæ ſub numero 20. cum ſeq. C. de
ſum. Tri. & Soc. in conſilio 288. colum. 6. nume. 13.
lib. 2. qui allegat l. ſi fundus, ff. de euict. ¶ Et licèt vi-
deretur per teſtes non concludenter probata dictam
conſuetudinem, cum in ſpecie pro bancheriis fidem
adhiberi non deponant, & contra eorum perſonas
plura opponantur, qui tamen poſſent ſuſtineri, quia
indiſtinctè loquuntur, & indiſtinctè debent intelli-
gi. l. 3. de offic. præſi. l. Imperator. ff. de poſtu. & l. de
5 pretio. ff. de publ. & ſi aliqui eorum ſunt † domeſti-
ci, tamen conſtat eſſe perſonas honeſtas, & probatæ
vitæ, qui omnino non repelluntur, vt per Salic. in l.
etiam, C. de teſtibus, & eſt text. in capitu. in literis,
extra de teſtibus, & ibi per Felin. & ſi aliqui alij cre-
ditores dicti banci admittendi ſunt ad teſtificandum,
6 quia nullum † commodum ad eos ſpectat principali-
ter, licèt in quandam conſequentiam, vt per Alex. in
conſ. 172. num. 7 lib. 2. Deci. conſi. 342. nu. 4. tamen
ſolæ ſententiæ exhibitæ, in quib. conſtat adhibitam
fidem libris dictorum bancheriorum, & datam fuiſ-
ſe executionem extractis partitarum dicti banci in
7 Neapoli, ſufficiunt † ad probandam dictam con-
ſuetudinem, vt per Bart. in l. de quib. in rep. in quar-
ta quæſt. princip. verſic. quandoque reperitur ſcri-
ptum. ff. de legibus, qui allegat l. pri. C. quæ ſit lon-
ga conſue. & eſt conſ. Abba. 73. numero 2. verſic. &
per hæc relinquitur, vol. 2. & idem Abb. in cap. fin.
num. 16. extra, de conſuetud. ¶ Nec obſtare vide-
tur, quòd per teſtes rei videbatur probatum contra-
rium, quia deponunt ſuper negatiua, & teſtibus acto-
ris deponentibus ſuper affirmatiua magis eſt creden-
dum, vt per Glo. in l. diem proferre. §. ſi plures in
verbo conſenſerunt. ff. de arbitris, & per Alexandr.
in conſilio 110. numero 5. lib. 1. & Deci. conſil. 534.
nume. 13. ¶ Allegata ſolutio dictæ partitæ per reum
videtur etiam confirmare veritatem prædictam, cum
præſupponat ſe debitorem dicti banci de Mari, alle-
gans ſolutionem in partita per eum tranſmiſſa ex bā-
co Rauaſchieriorum, & actor non negat id, ſed quòd
fuit tranſmiſſa ad creditum Andreæ Alberti, & per
8 hoc excipiens † videtur fateri l. non vtique, & ibi
Bart. & Alexand. in appoſt. ff. de except. licèt nulla
probetur ſolutio facta per dictum extractum ad cre-
ditum Oberti in banco de Mari, ſed in Andream Al-
bertum, & quòd eius nomine ceſſerunt in dicto ban-
co, vt legitur in dicto extracto l. intereſt. C. de ſo-
lut. nec facit, quod dictus Andreas eſſet inſtitor dicti
banci, cum ſimiliter ex prædictis partitis banci ap-
pareat quòd dictus Andreas plures partitas continua-
uit nomine proprio cum dicto Oberto, l. non hoc. C.
vndè legit, & vndè cogna. ex quib. &c.

DECISIO. XXXIX.

Particeps commendans, committens, deponens, & mutuans habet actionem aduerſus ſocium, etiam ſi ſocietatem non adminiſtrauerit.

SVMMARIVM.

1 *Particeps an ſit ſocius.*

2 *Diuerſi modi contrahendæ ſocietatis.*

3 *Socio non adminiſtranti tenentur adminiſtratores rationem reddere.*

4 *Abſens, qui patitur traficum ſub ſuo nomine fieri, an obligetur,*

5 *Capitale ſocietatis vbi ſit expenſum, tractatur in redditione rationis.*

6 *Quæ requirantur ad faciendum aliquem ſocium.*

7 *Argumentum de ſecundum quid, ad ſimpliciter reprobatum eſt.*

8 *Communis obſeruantia, & mercatoria conſuetudo ſeruanda eſt.*

9 *Differentia inter ſocios & participes.*

10 *Contractus denominatur ab eo, quod potentius eſt, & plus in eo operatur, & à forma, & à magis ſpeciali qualitate.*

11 *Rei natura præualere debet verbis, ſi hæc aduerſantur.*

12 *Participi, & creditori datur actio contra ſocios, etiam non adminiſtrantes.*

CHRISTI: ET GLORIOSÆ VIRGINIS PRÆSIDIO imploraro.

IN cauſa Nicolatæ Spinulę ex pſona olim Dominici Spinulæ agentis, cõtra Dominicum, & Hectorem, & Octauianum ſiue Ceuam eius procuratorem omnes de Auria, dubitatum fuit an dic. Dominicus fuerit ſocius Nicolai, Ioann. Iacobi, & Pauli de Auria, & ſi ſocius non erat, quis inter eos eſſet contractus, & quo nomine nuncupari poſſet. Item an ſocij, etiam ſi non adminiſtrauerint, rationem reddere teneãtur. ¶ Quò ad primum aliquibus ex nobis viſum fuit, contractus
1 ſocietatis celebratum, quia iſtud indicat alluſio † vocabuli participis, & declarat Glo. ſuper verbo participaſſe in l. cum in ſocietatis, C. pro ſoc. Item quoniam omnes quatuor ſeſe ſocios nominant, quando ponunt quilibet ſuam participationem: ſic enim nonotarius ſcribit in manuali banci in principio, Dominicus Spinula pro Ioan. Iacobo, & ſociis, &c. Verba enim contrahentium recipimus ad dignoſcendum contractum, ſecundum Barto. in l. cotem ferro. §. qui maximos de publica. & ſolo conſenſu perficitur, de obligat. quæ ex conſen. in inſtit. & pluribus mo-
2 dis † contrahitur in l. 4. & ibi Glo. pro ſoc. & illa inita intelligitur quam partes voluerunt. l. ſocietates cõtrahuntur pro ſoci. & variis, pactis, ac modis, & conuentionibus legem ponunt cõtractui. l. ſtipulationes commodiſſimum de verbo. oblig. nec ex variis modis contrahendi deſinit eſſe ſocietas, attenta diffinitione, de qua Glo. in rubr. pro ſoci. cum enim varij modi contrahendi ſocietatem ſint, datur intelligi, quòd ſemper eſt contractus ſocietatis, & propriæ, nec de vna ſpecie contractus ad aliam diuerſam ſpeciem contractus fiat tranſitus, ſunt tantum diuerſi modi ineundi, vt modus participis, & alij, quod firmatur ex eo, quòd ex ſola titulatione, & inſcriptione eſſe iuſtam ſocietatem tradidit Soc. conſilio 87. columna fin. vol. 1. quod ex alio non eſt, niſi quia partes ſeſe ſocios nominant, dicendo hic eſt liber ſocietatis, vel noſtrorum ſociorum. ¶ Et tamen his ſtantibus, dictam Nicoletam ius fouere cenſuerunt: quoniam cum vnus ex ſociis, nil geſſit, & traficum non exercuit, dedit tamen pecuniam ſocietati, & alij adminiſtrarunt ipſo conſentiente, vel patiente, illi tã-
3 tum, qui geſſerunt † rationẽ reddere tenentur l. quædam in princ. de eden. l. 1. §. officio. ff. de tute. & ratio diſtr. licèt ſecus, vbi omnes adminiſtraſſent, quia omnes pro ſua geſtione rationem reddere tenentur, inquit Soc. cõſ. 24. vol. 1. col. 11. & ſat conſtitit publico extracto banci in libro car. &c. pecuniam à Domin. in Ioan. Iac. Nico. & Paulũ veniſſe & ipſos exinde exercuiſſe traficum ſub eorũ triũ nominibus, & nominibus ſuis omnia negotia geſſiſſe, aliumque ex eis librũ ſcripſiſſe ſocietatis: quib. arguitur adminiſtratio, & ſatis conſtitit Dominicum nil adminiſtraſſe, nec quod adminiſtrationi ſe ingeſſerit probatum fuit. ¶ Et licèt diceretur Nicolaum fuiſſe abſentem tunc temporis, tamen idem iudicium factum fuit, quia potuit per alium abſens gerere, vel ad eũ perueniſſe pecunia ſocialis pluribus modis, & hæc vix poſſunt conſtare ante rationem redditam, dato, quod dici poſſet fortè nõ cõcluderet probata abſentia, iuxta terminos, de quibus Alexan. meminit in l. 1. C. de ſec. rab. ad fi. ex quo notarius dicit Nicolaus pro Ioanne Iacobo, & ſociis pro ſua participatione, qui rogare tantum poteſt actũ in ſui præſentia à parte celebratum tempore ſcripturæ, iuxta l. 1. C. de fid. inſtr. lib. 10. licèt abſenti quandoque poſſit acquiri à notario, iuxta l. 1. C. per quas perſo. nob. acqui. & ibi not. & ideo vel præſentẽ Nicolaum, vel alium ſaltem mandatarium ſuum, & habentem mandatum, & authoritatem ab eo Nicolao contrahen. ſocietatem, & accipiendi Dominicum in ſocium, & adminiſtrationem ſuſcipiendi, ac traficum exercendi ſub eius Nicolai nomine, dicere neceſſario debemus, & cum etiam paſſus fuerit expendi, & exer-
4 ceri traficum † ſub ſuo nomine, & Ioannis Iacobi, ſat etiam mandaſſe videtur, iuxta l. qui patitur. ff. manda. & quia ſi hæredes Nicolai prætendũt eius nomẽ fuiſſe demptum anno, &c. neceſſario fatentur quandoque aduiſſe, cum priuatio præſupponat habitũ. l. decem de verborum oblig. quouſque enim anno, N. fuit ademptum nomen ſuum, & conſenſit, nõ vlterius expendi ab aliis duobus, præſupponitur cõſenſiſſe, quod expenderetur retroactis annis iuxta d. l. decem, & ſic initio adminiſtrationis Nicolaũ conſenſum præbuiſſe, ideo rationem reddere teneri, æquum viſum fuit. ¶ Nec releuat, quod pecunia Dominici dicitur perueniſſe in vnum ſolum, quia tranſmiſſio in Hieronymum à Dominico, & à Hieronymo in Paulum facta fuerit, tum quia pars neget Dominicum conſenſiſſe dictæ tranſmiſſioni, eamque verè factam fuiſſe ſaltem
5 iuridicè, tum quia in rationis † redditione venire exiſtimauimus, in qua habenda eſt ratio, in quibus expẽſum fuit capitale ſocietatis, iuxta l. cum ſeruus. ff. de cond. & dem. & Pet. de Vba. in 12. parte princ. tracta. de duo. fratr. vni ſubdit vnum, quòd euẽtus iſtius cauſæ, qua petitur ratio adminiſtrationis ſocietatis aliis examinandis dabit initium, & his ſtantibus non obſtat l. qui admittitur pro ſoci. cũ ſeq. de qua per Alex. conſi. 159. in 5. quia Dominicus ſocius fuit omnibus tribus, at illi tres poſt adminiſtrauerũt, vt ſuprà. ¶ Verùm, quia per diuerſa media ad eundem finem tendere non eſt improbatum, alij ex nobis idem diuerſa tamen ratione ſenſerunt: Dominicum ſcilicet ſocium
6 † non fuiſſe, nec eſſe potuiſſe, quia ſocietatis nullus per eũ initus fuit contractus, nec per librorũ inſcriptionem (vt quia ſub eius nomine expreſſo, vel tacito libri inſcripti eſſent) appareret eum ſocium fuiſſe, quorum alterum concurrere oportet ad faciendũ aliquẽ ſocium cõuentionalem eſſe, vt de primo habetur toto titu. ff. & C. pro ſoci. & maximè in l. 4. vbi Glo. ff. eo. & de ſecundo habetur apud Bar. & Bald. in l. ſi patruus, C. communi. vtriuſ. iudic. Soc. conſ. 87. num. 8. in 1. vol. Stra. poſt hos, & alios, quos adducit in 2. parti. 1. princ. num. 53. & vltra in tracta. de mercat. Dominicus igitur ceſſantibus requiſitis ſocius dici non poteſt, nec contra hæc Iaſ. conſ. 33. in 3. vol. & Soc. 160. nu. 9. in 2. vol. facere videtur, cum Iaſ. in pacto, quòd ſocij nomen expendi non deberet, loquatur, vt in themate conſ. legitur, nec mirum, cùm contrahentes per conuentionem poſſint negotiis ſuis quam velint dare formam, l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſi. Soc. verò loquatur quando conſtabat ſocietatem fuiſſe inter aliquos, quo caſu vno ex ſociis defuncto, aliiſque negotia continuantibus, nec defuncti hærede reluctante tacitam induci renouationem dixit, quæ materia à noſtra admodum diſſentit: Nam ibi hæredis nomen non exprimebatur: quia nec defuncti expreſſum erat, ſecus hic, cum nullum adſit principium, à quo argumentum ſumere liceat ſocietatis. Item nos in expreſſa, & conuentionali ſocietate ſumus, quæ prædictis modis contrahitur, ibi de tacita ſermo eſt, quæ re contrahitur, & de qua loquitur Glo. in d. l. 4. quæ eam incidentem vocat, & de qua loquuntur omnes in l.

in l. Titium, Meuium. §. altero. ff. de adminiſtr. tuto.
& in d. l. ſi patruus, Pet. de Vbal. in tracta. de duo. fra-
trib. Dec. conſ. 21. & vbique quæ regulariter ſecundũ
naturam præcedentis continuata, vel renouata pręſu-
mitur, & hoc eſt Soc. potiſſimum fundamentum, facit
l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. at ceſſante
principio, ceſſat Soc. argumentum per regulam c. cũ
ceſſante in princ. ex. de appella. l. in omni. ff. de adopt.
nec quòd in caſu noſtro concurrat qualitas ſocialis,
multum refert: quia licèt Dominicus ſocius lucri eſ-
ſet, & damni, vt per Bart. in l. liberationem §. nunc de
effectu. ff. de libe. lega. & in l. ſi vnus ex ſociis, ff. pro
ſoci. & Glo. in c. plerique 14. q. 3. non tamen per om-
7 nia ſocius eſt, & argumentum † de ſecundum quid,
ad ſimpliciter à iure reprobatum eſt, Bald. conſil. 51.
nume. 6. in 5. vol. in multis enim, & quidem ſubſtan-
8 tialibus differentia eſt, quæ † communis obſeruantia
(à qua recedere non licet l. minime. ff. de legi. c. cum
dilecta ex. de conſue. Craue. conſil. 91. 2. col.) & fori
mercatorij indubitata conſuetudo vtique ſeruanda.
Cor. conſi. 319. nume. 12. vol. 3. Pariſ. conſ. 93. num. 8.
in 1. vol. Strac. in vlt. parti. vlt. partis prin. nume. 12. in
9 adducto tract. introduxit: Nam ſocius † agit contra
ſociales debitores, & à ſocialibus creditoribus con-
uenitur, cum ſub eius nomine expreſſo, vel tacito ſit
contractum, Doctores in l. ſi ſocius. ff. ſi cer. peta. &
alibi ſi verò ſocius quis non ſit, vt quia particeps,
(prout communiter appellatur) vel committens pe-
cuniam ad honeſtum lucrum, vt in c. per veſtras ex.
de donatione inter virum, & vxorem, vel deponens
(vt tale appellat Bar. in lege Lucius. ff. depoſ. & Alex.
conſi. 80. in 3. vol.) tunc ex quo debitores, aut credi-
tores ſociales ſecum non contraxerunt, talis non agit,
nec conuenitur, facit l. & quequid iunctis duab. præ-
ſentib. ff. pro ſoc. Item ſocius adminiſtrationi nego-
tiorum formam dare poteſt, & ob id dicitur ſocium
contra adminiſtratorem agere debere, d. l. quædam
ſunt perſonæ in prin. Soc. conſ. 24. num. 36. & vltra in
1. vol. & alibi, & particeps committens, vel deponens,
qui nullum præficit adminiſtratorem, ſed omnibus
ſociis credit, & eorum fidem ſequitur, arg. d. l. & quic-
quid l. 1. §. ſi apud duos. ff. depo. l. procuratoris. §. ſi
plures, vbi Caſtr. ff. de tributo. Strac. in tracta. decoct.
vlti. partic. nume. 33. non cogitur prius adminiſtrato-
rem, quem non elegit conuenire, ſed omnes ſocios,
ſub quorum nomine ſocietas gubernatur, obligatos
habet, & conuenire poteſt, cum eius reſpectu omnes
adminiſtrauerint, vel adminiſtrare debuerint, ſub
quorum nomine ſocietas erecta eſt, & quorum fidem
ſequutus fuit: quo caſu omnes ſocios, etiam ſi non ad-
miniſtrauerint, conueniri tanquam adminiſtraſſent à
participe committente, vel deponente poſſe: ſuadet
ratio, & regula l. ſi quis mandato. ff. de nego. geſt. l.
qui cum alios, vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iuris. Glo.
& Doc. in l. quod te. ff. ſi cer. peta. cum ſimilibus. At ſi
quæratur his ſtantibus qualis iudicetur Dominicus
10 dici poſſe, viſum fuit, ex quo contractus † iudicatur,
& denominatur ab eo, quod potentius eſt, & plus in
eo operatur. l. quæritur. ff. de ſtat. hom. Dec. cõſ. 504.
num. 5. & potius à forma, quam à meteria. Ang. conſi.
103. nume. 1. Iaſo. poſt alios in l. 1. in prin. nume. 21.
de verb. obliga. & à magis ſpeciali qualitate. l. natu-
ralis. §. 1. & 2. ff. de præſcrip. verb. l. 1. ff. de ado-
ptio. cum participem commendantem, vel commit-
tentem, deponentem, vel mutuantem eſſe: de com-
mendante loquitur Bart. in d. l. Lucius, de commit-
tente d. cap. per veſtras: de deponente, & mutuan-
te d. l. Lucius, vbi Doc. Caſt. poſt Barto. in l. ſi ho-
minem. §. fin. ff. depoſi. d. Iaſ. conſi. 33. qui duo con-
tractus à iure recipiuntur, dummodo ita damni peri-
culum ſubeat deponens, vel mutuans, quam lucri ſpẽ,
vt per Alex. d. conſi. 80. licèt Iaſ. in d. conſi. 33. hos
contractus non ſat penetraſſe videatur, ſecus verò ſi
talis deponẽs, vel mutuans ſolùm lucrum ſentire vel-
let, vt erat caſus Alex. in d. conſ 80. & tradit Bald. in l.
1. 9. quæſtione. C. pro Soci. participem verò ſola in-
troduxit praxis, nec mirum, quandoquidem plura eſ-
ſe negotia, quàm à legiſlatoribus admuenta vocabu-
la teſtetur Vlp. in l. 4. ff. de præſcr. verb. his autẽ om-
nibus eadem natura eſt, quò ad duo præcipuè, quia
ſcilicèt tales nec adminiſtrationis formam dare poſ-
ſunt, & ideo omnes obligatos habent, & omnes con-
uenire eis permittitur, nec agere cõtra debitores, nec
conueniri à creditoribus valent per ea, quæ ſuperius
dicta ſunt. ¶ Hæc omnia eò tendunt, vt etiam eum
ex ſociis, qui ſtante abſentia (qualis erat Nicolaus)
nihil geſſit, nihilominus per prædicta teneri conclu-
ſerimus: quia licèt inter ſocios actio competat ſolum
contra gerentes Doct. in d. l. quædam ſunt perſonæ in
princ. per illum text. Soc. in. d. conſi. 24. nume. 36. &
vltra in 1. vol. & in l. 1. verſ. 6. nota. C. de eden. Heſtiẽ.
in ſumm. de his, qui oblig. ad ratioci. & alibi: ſecus ta-
men committentes, commẽdantes, deponentes, mu-
tuantes, & participes iudicantur, vt ſuprà oſtenſum
fuit. ¶ Per hæc etiam tollitur fundamentum, quod
per filios dicti Nicolai fiebat in d. l. qui admittitur cũ
l. ſeq. quia ſatis cum eo contractum fuit, cum geſtum
ſit cum aliis eius nomine, Doc. in d. l. ſi ſocius, & alibi,
& cum ſub eius nomine libri banci inſcripti eſſent, vt
ſuprà dictum fuit. ¶ Nec plurimum referre exiſtima-
uimus, quod iiſdem verbis ſcripta eſſet collatio pe-
11 cuniarum Dominici, quibus & aliorum, quia rei † na-
tura verbis præualere debet, ſi hæc inuicem aduerſen-
tur, Bald. in rub. in fi. C. de iur. emphit. Bart. in l. cotẽ
ferro. §. qui maximos. ff. de publica. Craue. conſil. 20.
nume. 5. At natura eſt non ſocialis per prædicta, ergo
eius partitæ deſcriptio licèt in verbis conformis de-
ſcriptioni aliorum (qui tamen ſocij ex nominis ſui
ſuper libris inſcriptione cognoſcuntur) pari formiter
iudicari non debet, aut poteſt, ſtante diuerſa ratione,
& diuerſo effectu per prædicta. Multum etiam facere
nõ credidimus, quod inſcriptio nominum ſociorum,
& intitulatio in ſolo car. banci reperiatur, ex quo nul-
lum prouenire lucrum poteſt, cum depoſita tantum
in eo tractentur, non autem in libro (vt mercatores
vocant) domus, qui lucra continet, ad quæ nunc agi
videtur: quia liber domus regulatur à libro banci, cũ
in eo de illis pecuniis tractetur, quæ penès banche-
rios depoſitæ fuerunt, & quas tractando lucrum ſocij
conſequuntur, Ideoque ſecundum librum banci iu-
dicatur, vt dicitur de fine, qui ſi neceſſariam conſe-
quentiam habeat ad principium, ſecundùm illud iu-
dicatur, non ſecundùm finem. l. 3. §. ſcio. ff. minor.
l. damni infec. §. Sabini. ff. de dam. infec. Dec. conſil.
381. colum. fin. & conſilio 492. numero 5. ſimile eſt
in ſubrogato ſapiente naturam eius, in cuius locum
ſubrogatur. l. eum, qui. §. iniuriarum, ff. ſi quis cautio.
l. item veniunt. §. cum prædixerimus. ff. de petitio,
hæred. quod magis ſuadetur, vt euitetur ſupina igno-
rantia Dominici, qui nimium ſupinus fuiſſet, ſi vo-
luiſſet conferre pecunias pro numularia menſa eri-
genda, ex quo nullum prouenire lucrum poteſt, quod
non præſumitur. l. cum de indebito. ff. de prob. cum
concord. ¶ Secundum dubium ex prædictis omnib.
ſublatum remanet, quia ſocius reſpectu participis
commendantis, committentis, deponentis, & mu-

tuantis condemnatur, etiam ſi non geſſerit, perinde
12 ac ſi geſſiſſet, vt ſuprà dictum fuit. Idem † eſt in debitore, vel creditore ſociali, hic contra ſocios agit ex inſtitoris facto obligatos. l. inſtitor, & toto titu. ff. de inſtito. Doc. in l. ſi inſtitorem. ff. ſi cer. pet. ille à ſociis, quibus cum mediante perſona inſtitoris, vel adminiſtratoris contraxiſſe dicitur, Doc. in d. l. ſi ſocius, in d. l. inſtitor. in d. l. ſi inſtitorem conuenit: debitori enim, & creditori in exercendis actionibus actiuis, vel paſſiuis prædicti omnes magis æquantur ex rationis identitate, quæ idem ius exigit. l. illud. ff. ad l. Aqui. & ſicut ſocius agens non excluderetur, quia ipſe non adminiſtraſſet, nec ob eandem rationem conuentus excuſaretur, ita etiam in prædictis ſeruari debet per ea, quæ dicta fuerunt. Ex quibus omnibus reos conuentos ad redditionem rationis iuxta materiam dictæ l. cum ſeruus omnes vno ore condemnauimus, ita tamen vt ad ratam participationis auctorum ſuorum, & pro portionibus tantum hæreditariis teneantur, vt de primo habetur in d. l. ſi ſocius, & alibi, de ſecundo habetur in l. pro hæreditariis. C. de hæred. & alibi: Tranſmiſſionem autem præſentis ſpeculat. eſſe non cenſuimus, quia redditionis rationis ſpeciem ſapere videbatur: ideo illam cognoſci per nos debere diximus in redditione rationis.

DECISIO XL.

Aſſecurationes factæ de mercib. onerandis ſuper naui, quæ impedita relicto eo viagio aliud fecerit, remanent nullæ, vt quibus nunquam locus fuerit.

SMMARIVM.

1 *Mercatores impedita naui à viagio poſſunt merces in ea onerari deſtinatas ſuper alia onerare & ſecuritatis conſteum repetere.*

2 *Mutatio viagij diſſoluit contractũ aſſecurationis mercium ſuper naui factum.*

CVM Iofredus de Marinis haberet in Alicãtera quaſdam merces vulgo vocatas, *ſodas*, illas aſſecurari fecit ſuper naui Simoneta, quę profectura erat ad locum Alicanteræ, & inter alios aſſecuratores Io. Maria Spinula aſſecurauit pro ſcutis N. Euenit, quòd dicta nauis antequam ad Alicanteram perueniſſet, fuit impedita ab agentibus Regis Hiſpaniarum, de qua te habeos notitiam Iofredus mandauit Clementi Nigrono proxenetæ prædictarum aſſecurationum, vt iret ad omnes illos, qui fecerant aſſecuritates ſuper prædicta naui, & imponeret illis, vt alterum de duobus facerent, vel ſe ſubſcriberẽt in alia appodiſia, & periculum ſubirẽt in naui Floria caſſando eorum nomen in prima, vel conſteum reſtituerẽt. Quod mandatum proxeneta ſeruauit, & dixit aſſecuratoribus, an vellent ſe ſubſcribere nouæ appodiſiæ, vel reſtituere cõſteum, & rationem huius mutationis reddidit, quia quibuſdam dixit, quòd Iofredus nõ habeat riſicum in naui Simoneta, aliis autẽ dixit, quòd nauis mutauerat viagiũ, vndè dicti aſſecuratores nouę appodiſiæ ſe ſubſcripſerũt, exceptis duobus, videlicet Nicolao Lercario, qui reſtituit conſteum, & dicto Ioann. Maria, qui dixit, quod non capiebat amplius ſecuritates, & quod erat paratus conſteum reſtituere, quæ omnia dictus proxeneta retulit Iofredo, qui factum ipſius non improbauit, imò loco dictorum Nicolai, & Ioannis Mariæ fecit ſubſcribere in noua appodiſia Franciſcum Spinulam, & Vrbanum Iuſtinianum, cum poſtea nauis Floria cum ſodis onuſtis ſalua rediſſet ad hanc ciuitatem, euenit, quòd nauis Simoneta poſt nouem mẽſes onerauit in Alicantera alias ſodas dicti Iofre. & cum ipſis naufragata eſt. ¶ His ſic ſe in facto habentib. quærebatur, an dictus Ioannes Maria poſſet repetere ſummam per eum priùs aſſecuratam ſolutam Iofredo vigore iudicij executiui, & videbatur dicendum quod non: quia viagium, quod fecit nauis Simoneta ex Alicantera pro Genua, dici debet primum viagium, pro quo facta fuit aſſecuratio: Nam aliæ nauigationes per dictam nauim factæ ex Cartagenia Oranum non poſſunt dici viagium ex Alicantera Genuam, de quo loquitur appodiſia ſecuritatis, & ſic non obſtat lex Boues. §. hoc ſermone. ff. de vet. ſign. allegata in dubiis: quia, vt dictum eſt, ad hoc vt inciperet primum viagium Alicantera Genuam, neceſſe erat quòd prius nauis perueniſſet ad locum Alicanteræ, Non obſtare etiam videbatur dictũ Clementis Nigroni, de quo ſuprà: quia non fuit probatum Iofredum tale mandatum ſibi dediſſe, & dato quòd probatum fuiſſet, nihilominus non per hoc eſſet reſolutus contractus: Nam illa verba, nolo ſubſcribere in noua appodiſia, quia non capio amplius ſecuritates, ſed volo reſtituere conſteum, important contractum innominatum, in quo non eſt locus pœnitentiæ, niſi ſequuto implemento ex illa parte, quæ vult ab eo diſcedere, vt conſuluit Caſt. conſi. 81. vol. 1. His tamen, vel ſimilibus plenius deductis pro parte Iofredi non obſtantibus veritati inhærendo, prout moris noſtri eſt, contrariam ſententententiam de iure veriorem, & magis foro mercatorum, & æquitati conſonam eſſe duximus, moti, quia ſtatim quòd nauis eſt impedita proſequi ſuum viagium, mercatores, qui aſſecurari fecerunt merces ſuper ea onerandas,
1 non tenentur expectare liberationem, † vel reditum dictæ naui, ſed poſſunt illas onerari facere ſuper alia naui, & conſteum repetere: quia propter dictum impedimentum cenſetur receſſum ab aſſecurationibus factis, vel nunquam illis locum fuiſſe, aliàs ſequeretur, quòd ſi nauis ſtaret per decennium impedita, vel non rediret per dictum tempus, oporteret quod mercatores alterum de duobus facerent, vel amitterent conſteũ, vel permitterent merces deuaſtari, & de pretio minui, quod eſſet maximũ abſurdum, quod argumentum ab abſurdo vitando ſemper valet, vt per Moder. Peru. in l. diuortio. ff. ſolut. matr. & per Curt. Senior. conſ. 108. & aſſecuratores cum aliena iactura locupletarentur cõtra vulgatas iuris regulas, & hoc eſt, quod dicebatur in dubiis dict. l. Boues. §. hoc ſermone, quia Iofredus, qui ſe accuſari fecerat pro ſodis onerandis in naui Simoneta, quæ deſtinauerat primum viagium facere cum illis, niſi de primo viagio intelligeremus, non potuiſſet aſſecuritatis conſteum repetere, quouſque fuiſſet nauis in rerum natura, quod nõ eſt dicendũ, vt ſuprà oſtenſum fuit, nec aliquid refert quòd coacta fuit ad alia loca accedere antequã perue-
2 niſſet Alicanteram, quia ſatis eſt quòd ex † mutatione viagij deſtinati reſolutus ſit contractus, vel illi locus nõ fuerit. Quę omnia ſupràdicta ſine difficultate procedũt, ſtãte depoſitione dicti Clemẽtis, medio cuius partes à dicto cõtractus receſſerũt, & dicto Clementi eſt plena adhibẽda fides, cũ fuerit etiã à dicto Iofredo examinatus, & deponat de facto proprio, vt per Caſt.

in l.

in l.quicunque.C.de ſer.fug quam ſequitur Soc.cōſi.
28.col.2.vol.3.& Deci.conſi.56.col.1.&650.Quod
dictum procedit concurrentib. aliis adminiculis, vel
præſumptionibus ſecundum Maria.Soci.Iun.conſil.
61.62.volu.1.& in præſenti ſpecie concurrit dictum
aliorum aſſecuratorum deponentium illud idē fuiſſe
illis dictum nomine Iofredi, qui ad alium effectū nō
potuit conſteum repetere, niſi quia intendebat, quòd
non eſſet locus aſſecurationi factæ ſuper naui Simoneta.
His ſic ſtantibus non obſtat conſi.Caſt.81.quia
ex ſupradictis colligitur reſponſio, quòd in caſu noſtro
non fuit locus aſſecurationi, & Caſtr. loquitur in
caſu penitus contrario: quia ille Raphael debebat liberum
facere dictum Iacobum, & ipſe Iacobus volebat
dare, vt eum liberari faceret per aliū, qui ita promitteret,
nimirum ſi dicitur contractus innominatus,
nos verò ſumus in cōuentione de reſtituendo pretio:
quia aſſecurationi locus non fuit, & ſi rectè perpendatur
totum conſ.Caſt. potius facit ad fauorem Ioannis
Mariæ, quàm contra: ſed quia prima reſponſio eſt vera
& realis, ideo in hac temporis anguſtia non inſiſtimus
in hoc ad præſens non neceſſarium, & ex his, &c.
Laus Deo.

DECISIO XLI.

Expendens in rebus alienis nomine, & in vtilitatem domini poteſt ab eo impenſam petere, & ille promiſſum ordinem ſolutioni non dans, tenetur etiam ad intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Negotiorum geſtor habet actionem conſequendi expenditum.*
2 *Ordinans alicui tenetur ei actione negotiorum geſtorum.*
3 *Ex pacto nudo quandoque oritur obligatio.*
4 *Fides eſt adhibenda literis contra ſcribentem.*
5 *Soluens tractam ſuper ſcribentem retinet eum obligatum.*
6 *Non obſeruans id, ad quod ſciebat, ſeu ſcire debebat ſe teneri, tenetur ad intereſſe.*
7 *Intereſſe lucri ceſſancis debetur ſolito negotiari.*

NEMINEM latet negotiorum geſto-
1 rem † habere actionem ad conſequendum
omne id, quod alterius nomine,
& ad vtilitatem illius, & in reb.amici
expēdidit, per l.3.& l.ſi ſeruum.C.de
neg.geſt.& ferè per totum illum, & ff.eod.& habetur
per Iaſ.in §.actionum, num.195.vſque ad nume.202.
inſtit.de actio. Cum igitur nobis per exhibita conſtiterit;
quòd Bapt. Lercarius ex pecunia ſuæ ſocietatis
in Cadice multas expēſas fecerit pro mercibus, & ad
vtilitatem Vincentij Gentilis, ſoluēdo naula, drictus,
& alia neceſſaria, quæ continentur in computis, & ex
tracto miſſo ex Hiſpaniis verſo in latinum ſermonem:
probauerit quoque illa duo neceſſaria, vt quis conſequatur
actionem negotiorum geſtorum, alterum, ſcilicet,
quòd negotium geſſit, & ſecundùm quòd nomine
Vincentij geſſit, Rota condemnauit Vincentium
iuxta petita: illa verò duo neceſſaria probantur, nedū
ex dictis cōputis, & extractu, ſed etiam ex literis, ſeu
epiſtola per ipſum Vincentium reſpondendo ſcripta
ipſi Baptiſtæ, dum pagina prima, poſt actionē gratiarum
ordinat ipſi Bapt.quòd ſibi ipſi prouideat de omni
quantitate tam iam expendita, quàm expendenda
vſque ad onerationem dictarum mercium, in Saulis
Bezenſoni, dicens, quòd ibi erat ſuus ordo. Ideo ſibi
2 acquiſiuit Baptiſt.actionem † negotiorum geſtorum,
ad tradita per Capit decіſ.180.num.4.cum ſeq. Item
ex hac litera Vincentij duo alia colliguntur, alterum
quòd geſta per Lercarium rata habuit, iuxta l.bonorum.ff.rem
ratam habere, ſecūdùm quod promiſit ſatisfacere
ipſi Lercario tam pro impenſa tunc præterita,
quàm pro tunc futura, mediāte ordine per ipſum
Vincentium dando Saulis in Bezenſono, & licèt iſtud
videatur pactum nudum. ex quo dici ſoleat obliga-
3 tionem † non oriri.l.iuriſgentium §.igitur nuda.ff.de
pact. attamen cum Vincentius iam eſſet obligatus actione
negotiorum geſtorum per ſupradicta reſarcire
dictas impenſas Lercario, promittendo illas, licèt pacto
nudo illas promiſiſſet, obligatur, & oritur obligatio
ex hoc pacto nudo, & datur contra Vincentium
iudicium de conſtituta pecunia, vt dicit Bartol.in l.1.
§.1.nume.2.ff.de conſtit.pecun.& declarat Iaſ.in §.in
perſonalibus ſub nume.46.cum ſeq.inſtitu.de action.
Nec hæſitationi fuit locus, an iſtis literis, quarum literatura
plenè per teſtes probata eſt, contra Vincen-
4 tium, qui illas † ſcripſerit, fides ſit adhibenda.per l.
Publiam.ff.depoſiti cum mille ſimilib. vt dixit Strac.
in tract.de mercatore.tit.de probat. num.13. maximè
inter mercatores, vt per eum. Pręterea cum Lercarius
ſequens ordinem ſibi datum per Vincentium ſuas literas
cambij Saulis Bezenſonum pro conſequendo
creditum ſuum deſtinaſſet, Sauli, cum nullum ordinem
pręfati Vincentij recepiſſent, receperunt literas,
5 & tractam † fecerunt ſuper Lercarium ſcribentem: ſic
ipſe Lercarius remanſit debitor, & de intereſſe cambij,
& de ſorte, & virtute aliarum literarum, cum
iſtamet partita fuiſſet in ipſoſmet ſocios Lercarios
tradita, vt ſibimetipſis ſatisfacerent in Cadice, & non
eſſet ibi ordo Vincentij præuia proteſtatione more
mercantili in honorem literarum ſibimetipſis ſoluerunt,
facientes debitorem præfatum Vincentium, vt
ex proteſtatione miſſa ex Cadice idiomate Hiſpano,
& in Italicum traducta apparet. Ex quo Rota eūdem
Vincentium nedum ad ſortem, ſed etiam ad intereſſe
paſſum per Lercarios condemnauit, mota, quia cum
Vincentius defecerit non committendo, ſeu dando
promiſſum ordinē Saulis, propter quòd Lercarij paſſi
ſunt intereſſe cambij, & alia, Vincentius meritò fuit
condemnatus, nedum propter moram, verùm etiam
propter culpam, quam dolum poſſemus nominare: ex
quo nedum graue ſit fidem fallere, vt inquit Vlpian.
in l.1.in princip.ff.de conſtit.pecun. Marſ. latè ſingulati
148.& maximè mercatori, cui bona fides perfulgere
debet, vt inquit Strac.de mercat.in 2.par.nume.
10.verùm nec dolo † caret qui non facit id, quod ſcie-
6 bat, vel ſcire debebat, ſe teneri.l.Iulianus.§.ſi tibi, verſic.
dolus autem in eo eſt.ff.ad exhiben.Bartol.in l.tutor.
qui repertorium. nu.2.ff.de admin.tut. vbi dicit,
ꝙ ob hoc obligatur ad intereſſe. Nec venit in dubiū
7 quin debeatur intereſſe † ſolito negotiari nedū damni
paſſi, ſed & etiā lucri ceſſantis.per l.3.in fin.ff.de eo ꝙ
cer.lo.vbi eſt clarus tex.& ibi dicūt Glo.Bar.& alij, &
atteſtatur Iaſ.eſſe cōmunē, & voluit Ancha.conſ 150.
col.2.Alex.conſi.200.vol.6.quam ſententiam etiā in
foro Poli procedere dicit Cagno.in l.vnica, nu.37.C.
de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt, profer.qui

alios huius ſententiæ Doct. citat. & ex iſtis Rota fuit mota ad iudicandum, vt ſupra. Laus Deo.

DECISIO XLII.

Vnicus teſtis, qui ex forma decreti Genuæ ſufficit ad probandum notitiam caſus ſiniſtri pro annullatione ſecuritatũ, debet eſſe omni exceptione maior.

SVMMARIVM.

1 *Ad liberandum aſſecuratores à caſu ſiniſtro ſecuto ante aſſecurationem Genuæ ſufficit notitia caſus per vnum ſolum teſtem.*
2 *Verba teſtis ambigua ſunt interpretanda contra producentem.*
3 *Teſtis habens intereſſe in cauſa non eſt idoneus.*
4 *Quando vni teſti creditur, debet teſtis eſſe maior omni exceptione.*
5 *Notitia de caſu ſiniſtro intelligitur de vera, certa, & idonea notitia.*
6 *Numerus teſtium an ſuppleat defectus.*
7 *Teſtis indigens ſupplemento an alios ſupplere poßit.*
8 *Securitates factæ non habita notitia de caſu ſiniſtro valent de conſuetudine Genuæ.*

FVIT dubitatum coràm Rota, nũquid aſſecurationes factæ per aſſecuratores, de quibus in cauſa valuerint, an id minus, adeò, vt ipſi iuſtam cauſam foueãt in recuperãdis dictis ſecuritatibus, ſeu vt illis nondũ exactis ipſi moleſtari non debeant, pro earum exactione facienda, ex eo, quia dicantur factæ poſt notitiã habitã in præſenti ciuitate de caſu aduerſo ſecuto in mari Gallico ſuper naui patronizata per Antonium Danielem, & ſuper rebus in ea onuſtis, de quibus in appodiſia in actis exhibita. Quæſtionẽ mouebat ad fauorem dictorum aſſecuratorum decretum Sere. Dominationis, quo cauetur, vt non valeat, nec ſeruetur aſſecuratio facta poſteaquam fuiſſet habita notitia de perditione nauis, ſeu mercimoniorum, ſic vt intelligatur habitam fuiſſe notitiam, quandocun-
1 que habita fuiſſet dicta notitia per vnam ſolam † perſonam, ita quòd teſtificatio vnius ſolius ſufficiat, & faciat plenam fidem, & videbatur hæc notitia in caſu propoſito nedum fuiſſe per vnum teſtem à dictis aſſecuratoribus probata, ſed per plures teſtes, quorum atteſtationes extant in proceſſu, ex quibus concludi videbatur tam notitiam huius caſus ſiniſtri adfuiſſe die &c. menſis, quàm ſecuritates, de quibus agitur, captas fuiſſe die 10. & 11. dicti menſis: ergo poſt notitiam habitam de dicto infortunio, quod ſi ab aſſecuratoribus probatum fuiſſet, vtique fuiſſent in caſu victoriæ, verum cum contrarium ſit verius, quia non fuit concludenter probatum habitam fuiſſe notitiam dicti caſus, antequam dictæ aſſecurationes caperentur, idcircò viſi fuere in caſu ſuccumbentiæ potius collocandi eſſe, & ita ſecuta fuit ſentẽtia abſolutoria ad fauorem rei conuenti in hoc iudicio ordinario communi omnium voto obtenta, tãtum enim viſum fuit abeſſe per plures teſtes probatam fuiſſe notitiam, de qua contendebatur, vt nec per vnum teſtẽ fuerit probata: capiendo enim in primis dictum Lucæ Palmarij primi teſtis, certè nihil probat ad fauorem agentiũ, tunc quia deponit per verbum ambiguum, *à me mi pare*, &c. & expreſsè fatetur ſe poſſe errare, quia firmiter neſcit: tum etiam quia non ſe refert ad primam eius teſtificationem: cui depoſitioni extraiudicialiter factæ ſummariè, & extraiudicialiter receptæ, ad quam ſi ſe retuliſſet forrè ex confirmatione in iudicio facta validum potuiſſet effici eius teſtimonium ex his quæ ponit Salic. in l. iuſiur. col. penul. num. 9. ff. de teſtam. ſtandum non fuit præſertim cum recepta fuerit ſine partis citatione, vt meritò, nec indicium quidem faciat vt per Dec. conſi. 54. in prin. Item non fuit in proceſſu exhibita, adeo vt ſuper illa non fuerit vis aliqua facienda, cuius & iam teſtis depoſitio valde debilitatur per depoſitionem Pelegri, & Sebaſtiani, qui concludunt ante diem 12. Maij non adfuiſſe nouum ſubmerſionis, idq; ex relatu Lucæ Palmarij, qui duo teſtes fuerunt iudicialiter iurati, & examinati, vt in proceſſu conſtat. Adeſt præterea in dicto huius primi teſtis magna ambiguitas, ibi, *che alli 9. o 10. di Maggio la detta barca era ſomerſa alli sei forni*. Quæ verba, vt videbatur dubium
2 † eſſe, an deberent referri ad ſubmerſionem, an verò ad notitiam, proculdubio probantem reuelare non debent, ſed contra ipſum interpretanda ſunt, vt per Corn. conſ. 229. vol. 1. ¶ Accedat quòd diuerſimodè teſtificatus eſt in dictis eius depoſitionibus. Nam in teſtimonio vltimo loco producto dicit intellexiſſe à quodam Prouinciali, qui dixerat, quòd ipſe viderat, & in examinatione iudiciali variè, & diuerſimodè loquitur, cum dicat quòd Prouinciales dixerant ſibi, ꝙ venerat homo, qui viderat: adeò vt ex iſtis omnibus appareat à dicto primi eius teſtis non poſſe adiuuari dictum ſecundi teſtis, videlicet Clementis Nigroni, iuxta tradita per Bal. in l. ſi quis ex argentariis in prin. ff. de eden. Cor. conſ. 27 col. 2. vol. 1. cum nec primus teſtis ſit idoneus, & talis, cui danda ſit fides per ſupradicta, & alia, quæ ad fauorẽ breuitatis miſſa facimus. Qui Clemẽs Nigronus, vt alios eius defectus prætermittamus, cum fateatur ſe habere intereſſe in portione aſſecurata per Galeatium vnum ex dictis aſſecuratoribus, non potuit vllo pacto videri eſſe idoneus te-
3 ſtis: in cauſa † enim propria nemo idoneus teſtis eſſe intelligitur. l. nullus. ff. de teſt. nec refert quod bona fide id cõfeſſus fuerit in ſua teſtificatione poſteaquam iſtud etiã continebatur in appodiſia ſecuritatis, & nõ eſt modicum intereſſe iſtud, quod conſtitit in ſcutis, N. conſiderata qualitate perſonę ad tradita in l. admonendi. ff. de iure iur. ¶ Tertius teſtis nihil penitus de hac notitia deponit, qui cum ſubiiciat, quòd quando fiebat dicta ſecuritas, dicebatur dictam barcam appuliſſe ad locum, *de li ſei forni*, ſaluam & conſeruatã, partem aduerſam potius adiuuare videtur, quàm aliquid, quod pro parte producente faciat deponere: cũ enim nouum ſalui appulſus ad locum furnorum præceſſerit nouum caſus aduerſi vltra dictum locum ſecuti, vt deponit Lucas Palmarius, & quidã alij ſi tẽpore prioris noui fiebat ſecuritas: ergo tempore ſecundi iam erat facta ſecuritas: igitur ſecuritas ipſa præceſſit notitiam ſubmerſionis nauis, ſed etiã circũſcripta hac cõſideratione ſatis eſt, ꝙ hic tertius teſtis nihil de notitia deponit, & ſic fundamentũ aliquod fieri nõ poteſt ſuper eius depoſitione, quod attinet ad hanc notitiã, de qua agitur. Quartus verò teſtis Nicolaus Cornilia, præterquam quòd habet intereſſe in cauſa, cum ſit ſocius Clementis Nigroni, vt probatur, & ideo non potuit videri eſſe integer teſtis per ſupradicta,

ex eius

ex eius etiam depoſitione non videtur ſatisfieri decre
to,de quo ſupra, quod requirit habitam fuiſſe notitiã
per vnam ſolam perſonam,ita quod teſtificatio vnius
ſolius ſufficiat,& faciat plenam fidem: exiſtimauimus
enim, cum decretum in hac parte vnius teſtimonium
habeat pro plena fide contra diſpoſitionem iuris,tam
diuini quàm humani.l.iuris iur.C.de teſt.c.nouit. ex-
tra de iud.quòd talis teſtis debeat eſſe maior omni ex-
ceptione, vt notatur in l.admonendi.ff.de iure iur.
Dec.conſ.37.numero 8.Nam ſi id intelligitur in vno
teſte ad faciẽdam ſemiplenam probationem, fortiùs
in caſu noſtro id requiri videtur,in quo vnius teſtimo
4 nium †ſufficit ad plenam fidem faciendam, aliàs faci-
lè fieri poſſet fraus,& eſſet in facultate cuius vis dicẽ-
di, ſe habuiſſe notitiam, & ſic fraudare aſſecuratores.
5 Notitiam igitur intelleximus de † vera, certa, legiti-
ma, & idonea notitia,tum quia verba propriè, & ſtri-
ctè accipi debent.l.3.§.hæc verba.ff.de neg.geſt. præ-
ſertim ſtatutorum,vt per Barto.in l apud Iulianum.§.
fin.ff.quib.ex cauſ.in poſ.eatur:& maximè cum res re
ducantur ad terminos iuris communis, iuxta not.in l.
2.C.de noxal.actio.Ruin.conſil.59.vol.3. tum etiam
quia vt diximus nõ eſt aperienda via fraudibus,& ma-
litiis. Quod autem notitia,de qua per hunc quartum
teſtem, non ſit vera, certa, legitima, & idonea, facilè
quilibet comprehendere poterit, qui eius teſtifica-
tionem perlegerit: Nec enim per viſum deponit, nec
per ſcripturam authenticam teſtatur,nec quòd perſo-
næ fide dignæ ita pro certo affirmauerint, ſed nec etiã
de fama deponit,ſed ſimpliciter dicit audiuiſſe in bã-
cis, neſcit à quibus, nec qui præſentes fuerint, vltra
quòd non deponit veriſimilia in multis,& inter cæte-
ra quòd adeſſet die 10. notitia in platea bancorum:
Nam ſi iſtud eſſet verum, die ſequenti non fuiſſent
captæ ſecuritates, qua die iam circumferri cœpiſſet
nouum prædictum, prout à communiter accidẽtibus
noua, de quibus in platea bancorum habetur notitia,
ſtatim per ciuitatem diuulgantur, & huc, atque illuc
diffunduntur, adeò vt etiam huius quarti teſtis depoſi
tio non fuerit viſa eſſe talis, qualis à decreto exigitur,
cuius intentio proculdubio fuit, vt perſona de dicta
notitia deponens faciat fidem, dũmodo ſit talis, quæ
aliàs ſemiplenam fidem faceret: Nam quòd voluerit
admitti qualemcunque perſonam ad faciendam ple-
nam fidem certè adduci non potuimus, vt in talẽ ſen-
tentiam veniremus rationibus ſuprà latiùs adductis:
Nec mouet quòd quãdoque dictum fuit potuiſſe de-
6 fectus iſtorum teſtium † purgari per exceſſiuum nu-
merum, vt per Cor.conſil.172.l.pen.vol.2.quia in ca-
ſu noſtro non fuit aliquis productus teſtis, niſi valde
7 vulnerabilis: igitur alium † ſupplere non potuit, qui
ſupplemento indiguit, vt per Dec.conſil.133. col.3.
per Crau.conſil.6.col.pen.ad fi.& conſil.99.num.10.
& conſ.216.num 15.nec in iſtis teſtib. eſt vnus tãtum
defectus,ſed plures concurrunt,quo caſu ceſſat purga
tio,vt per Dec.d.conſi.133.minus etiam mouere nos
vltimo loco ſubtiliter adducta per Dominum Aduo-
catum aſſecuratorum videlicet quòd decretũ, de quo
ſupra negatiuè loquitur, nempe quòd vbi habita eſt
notitia per vnicam perſonam de caſu ſiniſtri, non te-
neat aſſecuratio. Verum nõ dicit,quòd vbi non ſit ha-
bita notitia,tũc teneat aſſecuratio, nec iſtud vltimum
per argumentum à cõtrario ſenſu ſumi poteſt ex fun-
damentis per ſuam Mag.eleganter adductis: quia re-
ſpondemus verbo omiſſis aliis,quæ circa materiam ar
gumenti à contrario ſenſu dici poſſent,vt illud ſumen
dum ſit,quando aliàs in ſenſu directo nihil operaretur
decretum: ex cuius verbis clarè colligitur,quòd in ci-
uitate iſta aderat conſuetudo antequã decretum iſtud
fieret, quòd nulla notitia de caſu ſiniſtri habita vale-
rent ſecuritates factæ, habita verò notitia non vale-
rent. Verum, quia ſuper hoc ſæpiſſimè controuerſa-
batur, quæ notitia ſufficeret,& quæ non, placuit Se-
ren. Dominationi hanc controuerſiam dirimere hoc
pacto,vt ſcilicet vnius teſtis notitia ſufficeret ad inua-
lidandas ſecuritates, & licèt nulla notitia habita; vel
minus ſufficiẽte per decretum nihil fuiſſet prouiſum,
à contrario ſenſu (quod tamen pro expedito non ad-
mittitur,)tamen prius erat vſu receptum, quòd vale-
8 rent † ſecuritates, nondum notitia habita caſus ſini-
ſtri, quæ etiam nunc viget conſuetudo, prout fatetur
idem Dominus Aduocatus,dum dicit, librum Conſu
latus non ſeruari in hac ciuitate, prout reuera non ſer
uatur,& ſic opus non fuit quòd decretum à contrario
ſenſu induceret, quòd vbi non adeſſet notitia, ſecuri-
tates valerent: eſt enim ſine decreto conſuetudo, vt
valerent, quandocunque non eſſet habita notitia ca-
ſus ſiniſtri. Et ex his, & aliis pluribus rationibus,quas
breuitati conſulentes omittimus,tulimus in hac cauſa
ſententiam abſolutoriam cunctis approbantibus.
M.M.P.

DECISIO XLIII.

Actore proponente actionem, ſuper qua conuenerat non moleſtare reum, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Ille, ad quem bona alterius perueniunt, tenetur reddere rationem.*

2 *Probationibus non factis ſufficienter per actorẽ, & reum, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij.*

3 *Sententia nulla, iudex appellationis abſoluit ab obſeruatione iudicij.*

4 *Perempta inſtantia facienda eſt abſolutio ab obſeruatione iudicij.*

5 *Libello inepto etiam abſoluitur ab obſeruatione iudicij.*

6 *Stante defectu ſolennitatis ſubſtantialis abſoluitur ab obſeruatione iudicij.*

7 *Libellus quando cenſeatur ineptus.*

8 *Facto accordio cenſetur ſopita actio.*

IOANNES Maria Spinula,filius Qui
lici, cum eſſet in Sibilia, miſit barri-
lia N.oliuarũ, quæ cum perueniſſent
ad manus Baptiſtæ Spinulæ, egit con-
1 tra eum,vt de dictis barrilibus oliuarũ
redderet rationem, & licèt ille, ad cuius † manus ali-
quid peruenit,teneatur reddere rationem,Bal in con-
ſil.152.lib.3.Dec.in conſil.192.& 233.Petr.de Vbal.
in tract.de ſoc.12.par. tamẽ cum abſoluimus ab obſer
uatione præſentis iudicij. iis rationibus moti: multis
enim cauſis poteſt iudex abſoluere ab obſeruatione
iudicii, vt ſi nec actor,neque reus produxit probatio-
2 nes † ſufficiẽtes,tunc reus abſoluitur ab obſeruatione
iudicij.Bar.Bal.Alex.& cõmuniter Moder.in l.prope
randum.

tandum.§ & ſi quidẽ.C.de iud. abſoluitur etiam reus
in cauſa appellationis, vt quando iudex cauſæ princi-
palis protulit ſententiam diffinitiuam ſuper proceſſu
3 inualido, à quo fuit appellatum: Nam iudex † appel-
lationis videns ſententiam nullam caſſat ipſam & ab-
ſoluit reum, ſaluo iure iterum agendi text.& ibi Glo.
& Abb.in cap cum dilecti, de empt.& vendi. no. Bal.
in l.2.C.de reſcind.vend. Alexand.conſi.79.lib.2.ab-
4 ſoluitur † etiam inſtantia perempta, ita tenet Andr. de
Iſern.in conſt.ſponte volentibus per l. eum quem te-
merè.ff.de iud.& quòd actor poſſit iterum agere, eſt
text.in l.poſt edictum.§.circumductio.ff de iudic ab-
ſoluitur etiam ab obſeruatione iudicij, quando fuit in
5 iudicio præſentatus † libellus ineptus, vt ex ſẽtentia
actionis, iuxta l.ſi pupill.§.videamus.ff.de nego.geſt.
6 vel ex defectu † ſolennitatis ſubſtãtialis, vel alio ſimili
modo, tex.& ibi Bart.in l.libellorum.§.quòd ſi libel-
li.ff.de accuſ.& Spec.in tit.de offic.omn.iud.§ defer-
tur.col.5.verſi.in ſententia, & Gloſ.in l.1.in princip.
7 verſi.nec tenere in fi.ff.ſine fal.mod. libellus † autem
ineptus cenſeatur, quando ex narratis non elicitur a-
ctio, ſeu non deprehenditur cauſa idonea, ex qua de-
prehendatur actio competens, vt habetur per Glo.&
Doct.in l.1.in princip.ff.de edend.& in l.edita.C.eo.
tit.& in cap.cum dilecti, & in cap.examinata. de iudi.
& ita refert Corne.in conſil.121.vol.1.poſt num 4.&
eſt ratio, quia nemo experitur ſine actione.d.l.ſi pu-
pilli.§.videamus.ff de negot.geſt.& l.nam poſtea, in
prin.de iuretur.in præſenti autem iudicio actor vide-
tur experiri ſine actione, & licèt libellus per eum pro-
poſitus habeat in ſe actionem, tamen ab ea deſiſten-
do, aliam nouam actionem cœpit, quia remãſit de ac-
cordio cum reo, qui reliquit dicta barrilia oliuarum
in poſſe Hieronymi Calui: quod habitã copia aſſertæ
rei memoriæ, quòd tunc dictum met reuoi non mole-
ſtabit: de accordio conſtat ex teſtibus ad inſtantiã rei
examinatis, qui cõcludenter probant.l.vbi numerus.
ff de teſtib. q actor habuerit dictã memoriam, in qua
apparet reliquiſſe barrilia oliuarũ dicto Hieronymo
Caluo, ſatis conſtat: quia actor eam exhibuit in præ-
8 ſenti iudicio, & ita per hunc pactum † factũ de accor-
dio videtur ſopita actio in libello propoſita, argum.l.
Pomponius.& l.ſeq.ff.de neg.geſt.& ſic tanquam ius
fundatum, & cauſatum à contenſu duorum, videlicet
actoris, & rei, cum omnia pacta obſigatoria honeſta
ſecundũ bonos mores cõtracta valeant. Pap.in form.
libel.vt pac.ſeru.in §.pacta.num.8.pactum igitur coo
tractum inter ipſos debet ſeruari: idcircò fuit cõclu-
ſum, vt in ſentẽtia noſtra, in qua reus fuit abſolutus ab
obſeruatione præſentis iudicij. Laus Deo.

DECISIO. XLIIII.

Verba poſita in literis cambij pro totidẽ cam-
biatis non important ſolutionem, ſecus ver-
ba pro hic habitis, vel pro numerato.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo mercatorum Genuæ eſt, quòd verba pro totidem cambiatis poſita in literis cambij non important ſolutionem factam.*

2 *Verba pro totidem habitis, vel pro numerato important ſolutionem de obſeruantia mercatorum Genuæ.*

BEnedictus Vaccarius fecit literas cam
bij in ciuitate Genuæ Ioanni Baptiſtæ
Promontorio de Ferrariis pro ciuita-
te Barchinonæ, vt ibi ſoluerentur li-
bræ, N. Antonio de Franchis recipiẽti
nomine ipſius Ioan.Baptiſtæ, & dictæ pecuniæ fuerũt
ſolutæ d. Antonio virtute dictarũ literarum, & dictas
pecunias d. Ioan.Baptiſt nunquam ſoluit dicto Ben.
vt tenebatur, vnde ipſe Bened.coram Rota cõparuit,
& ab ipſo Jo.Bapt.dictas libras, N.petiit, qui reſpon-
dit ſe non teneri, ſed reſpondendo poſitionibus con-
feſſus eſt, dictas literas cambij fuiſſe factas, & dictas
pecunias fuiſſe ſolutas d. Anto.in ciuitate Barchino-
næ, & ideo dicebat Bened.quòd erat condemnandus
ex ſua confeſſione, quæ eſt optima probatio, l.1. de
confeſ.l.generaliter.C.de non numer.pecun. Bald.in
rubr.C.de prob.& in l.cum te.C.de dou.ante nupt. &
fuit etiam probatum per teſtes, quòd ipſe Ioan.Bapti
ſta dixerat ſe velle ſoluere dictas libras, N. Non ob-
ſtat, dum ipſe Ioannes Baptiſta dicebat, quòd cum li-
teræ dicerent pro totidem cambiatis, erat intelligen-
dum, quòd pecuniæ erant ſolutæ: quia mercatores nõ
faciunt literas cambij, niſi pecunias recipiãt, quia pro
parte dicti Benedicti fuit probatum, quòd iſta verba
1 pro totidem † cambiatis ex communi obſeruantia Ge
nuæ inter mercatores non probant ſolutionem, ſecus
2 ſi dicant literæ pro valuta hic habita, vel de † nume-
rato, & licèt dictus Ioannes Baptiſta voluerit probare
contrarium, tamen ſui teſtes depoſuerunt idem, quod
teſtes Benedicti, & ſic ex iſtis communi voto Rotæ fuit
dictus Ioannes Baptiſta condemnatus ad ſoluendum
dictas libras, N.

DECISIO. XLV.

Actio conſtitutæ pecuniæ datur creditori ab-
ſenti ex literis directis debitori, & in ipſum
creditorem peruenitis.

SVMMARIVM.

1 *An per conſtitutum alteri per alterum acquiratur actio.*

2 *An ſcribens literas, vel apocham obligetur abſenti.*

3 *Promiſſio facta per literas valet ad fauorem creditoris abſentis.*

4 *In dubio an quis præſumatur præſens confectioni ſcripturæ ad eius fauorem.*

5 *In conſtituto attenditur ſolum intgentium.*

6 *Scriptura repræſentant perſonas ſcribentium.*

7 *Scripturæ facta in abſentia, & peruenta ad aliquem loquuntur eidem præſenti.*

AVGVSTINVS Furnatius ſcripſit literas
Ioan.Iac. Grimaldo Salinerio huius teno-
ris, *meſſer Giacomo Salinero per virtù de la pre-
ſente, piaccemi di pagare per me in Milano à
meſſer Gioã.& Thomaſo Marini, ſcudi, N. prendendone con
tenta, & de metterli per contra altre tanti, de quali mi re-
ſtate debitore,* cui literæ, & in eodem folio, & eadẽ die
dic.Ioan.Iaco.ſe ſubſcripſit manu ſua per hæc verba,
*à di predetto io Gio.Giac. Salinero accetto di pagare li ſopra
detti ſcuti in Milano à di 20. di Genaro proſſimo futuro, ſen
za alcuna contradittione,* iſtæ literæ ſic ſubſcriptæ per-
uenerunt

Digitized by Google

uenerunt ad manus Ioan. & Thomæ Marinorum, qui
per ſuum procuratorem coram Rota conuenerunt.d.
Ioan.Iaco.& petierunt illum ſibi condemnari ad ſol-
uendum dictos ſcutos, & probatum fuit ſubſcriptio-
nem illam fuiſſe de literatura ipſius Ioan.Iac. fuit per
Rotam diu dubitatum, an ex iſta acceptatione ipſius
Ioan. Iac.oriretur aliqua obligatio, & ipſis Marinis
actio competeret aduerſus ipſum Ioan.Iac.& præſup
ponendo, dum ſcriptura fieret, quòd Marini eſſent
abſentes, ex quo de eorum præſentia nulla fuit facta
mentio in ſcriptura,pro parte negatiua adducebatur,
quòd ſicut alter alteri,cuius iuri ſubiectus non ſit,ſti-
pulari non poteſt.l.ſtipulatio iſta.§.alteri,& §.ſi ſtipu
ler.ff.de verb.obli.& §.ſi quis alij.& § alteri.inſtit. de
inut.ſtipul.& per Doct.in l.ita ſtipulatus.§.Chryſogo
nus.de verb.obli.& in l.certi conditio.§.ſi nummos.
1 ff.ſi cer.pet.ita etiam per † conſtitutum nec alteri per
alterum quæritur actio.l.cum quis.§.item ſi mihi.ff.
de conſtit.pecun.niſi per procuratorem, vel per nun-
cium.l.& licèt,vbi Bart.& Doct.eod.tit.in contrariũ
facit:quia cum illa ſcriptura eſſet facta, vt daretur ip-
ſis Marinis abſentibus,ad quorum vtilitatem diceba-
tur facta.l.plures apocha cum ibi not.C.de fid.inſtru.
2 dicendum erat,quòd huiuſmodi † ſcriptura obligabat
ſcribentem per ea,quæ tradit Alexand.in conſil.191.
viſa ſcriptura circa princ.volu.2.& ſic dicatur ꝙ Alex
vbi loquitur in confeſſione, quæ ſecundum eum pro-
bat,quòd etiam in fortiori caſu tenuit Spec.in titu.de
actio.& oblig.in §.prænotandum, verſ.1.ne mercator
quidam, licèt in hoc vltimo Rota dubitauerit in de-
ciſ.429.in antiquis, reſpondetur,quòd cum ſimus in
his,quę per ſcripturam geri poſſunt,ſcribens obliga-
tur ex ſcriptura continente actum obligationis indu-
ctiuum. Primum probatur per deciſ.Bald.in l.in per-
ſocam.§ qui pecuniam in fin.ff.de pact. vbi dicit, ꝙ
quælibet promiſſio facta inter abſentes per nuncium,
vel per literas, dicitur contractus cõſtitutæ pecuniæ.
l.quædam.ff.de conſtit.pecu.& l.cum qui. §.Iulianus
quoque,& l.Titius eod.titu. Secundum probatur ex
not.per Bar.in d.l.Titius in princ. Nec militat deci-
3 ſio Rotæ, quòd confeſſio † in literis facta ad vtilitatẽ
creditoris abſentis magis probari debeat, quam pro-
miſſio hoc modo facta obligare.l.iſtud.ff.ad l. Aquil.
l.3.§.1.ff.de iniuſto rup.& irrito teſtamen.Item dice-
bant,aut volumus,quòd Marini eſſent pręſentes dum
4 conficiebatur † ſcriptura, quòd fortaſſe præſumendũ
videtur, ſecundum magis communem opinionem in
l.Titia,quæ.§.idem reſpondit Septitius.ff.de ver.obl.
Socin.conſi.68.num.3.vol.4.& tunc quicquid ſit per
ſtipulationem alteri quæritur actio pręſenti.l.& inter
abſentes,& ibi Gloſ in verbo abſentium, & ibi Bart.
& Bald.C.de inutil.ſtipul & eſt text.in l.ſi procurato-
ri, vbi Bartol.& alij de verbor.oblig & per Bartol. &
alios in dict.l.ſtipulatio iſta §.ſi ſtipuler in 6.fallentia
eod.titu.ergo & per conſtitutum debet alteri per al-
terum actio quæri præſenti.d.l.fin. C.de conſtit. pec.
5 imò fortius hoc procedere debet in † conſtituto, in
quo non attenditur ius ciuile,ſed merum iuſgentium.
l.1.in princ.eod.titu.aut volumus dicere,quòd Mari-
ni eſſent abſentes,& idem dicendum videtur,quòd ip
ſis competat actio conſtitutæ pecuniæ: Nam ambæ
7 illæ ſcripturæ † repræſentantes perſonas ſcribentium.
l.ſi procuratorem.ff.de pactis,ſemper loquuntur ad in
uicem, vnde ſimulatq; ad Marinos † peruenerũt;di-
cantur loqui præſentibus ipſis.l.Arriani.C.de hæret.
ita nota.dicit Bartol.in l.nuda ratio, quem omnes ſe-
quuntur.ff.de donation.& in l.admonendi.ff.de iure-
iur.& in capit.2.de fide inſtrument.Cum ergo conſti-
tutum dicatur factum ipſis Marinis præſentibus, ſe-
quitur quòd actio eis erat quæſita ex ſupradictis, &
ſic ex communi voto Rotæ fuit condemnatus dictus
Ioan.Iac.ad dandum, & ſoluendum dictis Marinis di
ctos ſcutos, N.

DECISIO XLVI.

Socius nõ habet omnes ſocios inſolidùm obli-
gatos, ſed duntaxat ſocium adminiſtratorẽ.

SVMMARIVM.

1 *Socius, & particeps idem ſunt.*
2 *Socius non adminiſtrans non poteſt conueniri à ſocio, niſi excuſſo adminiſtratore.*
3 *Socius non tenetur perſonaliter, ſed ſolùm de pecunijs poſitis in ſocietate.*
4 *Socius expendens cum alijs nomen habet ſocios obligatos inſolidùm.*
5 *Socij, ſeu expendentes nomen inſimul ſunt obligati creditoribus inſolidùm de conſuetudine, & obſeruantia mercatoria Genuæ.*

AGENTE Ioann.de Grimal. contra Ste-
phanum Cicalam, & Ioan. Baptiſt. de
Grimald.ſocios Venetiarum,nomenque
inſimul expendentes, petenteq; ipſo eos
inſolidùm condemnari ad ſoluendum ſibi tanquam
participi in dicta ſocietate cantante ſub dicto nomi-
ne ducatos, N.& ad reddendum rationem de lucris
reſpectu ſuæ participationis, Rota cõmuni omnium
voto iudicauit ad fauorem dicti Actoris, reſpectu v-
nius ex ſociis tantum, hoc eſt reſpectu Ioan. Baptiſt.
eundem condemnando ad petita per dictum Acto-
1 rem, conſiderans de iure participem † pro ſocio ha-
beri, cum participare in aliqua ſocietate tam de lu-
cro, quàm de damno proportionabiliter, nihil aliud
ſit, niſi ſocium eſſe: ſocietas enim eſt participatio lu-
cri, & damni.l ſi non fuerint.ff.pro ſoc.ita tenet Iaſ.
in conſilio trigeſimotertio, Ioannes Matthæus volu-
mine tertio,& re vera hæc duo nomina ſocius,& par-
ticeps in alio non diſſentiunt, quàm in nomine: effe-
ctu enim in omnibus ſibi inuicem concordant: quia
quod conuenit vni, conuenit & alteri, maximè in
hac materia ſocietatis, & de ſolo nomine non curat
lex, quæ non verbis, ſed effectui rerum impoſita eſt,
vt l. ſecunda. in fin. C. communia de legat. capitulo
commiſſæ.in princip.de elect.lib. ſexto,eſt text.not.
in l.fina.C.de vſur.& per Ioan. Andr.in dicto capitulo
commiſſæ, Iaſ.in l.omne verbum,numero quatto.C.
communia de lega.& in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum,
numero decimoſexto.ff.de acquirenda hæreditate.
Petens itaque iſte Ioannes, vt particeps, lucra, &
ſuum capitale, debet reputari ſocius, cui propriè
competit actio pro ſocio ad petendum capitale,
quod ſemper præſumitur ſaluum, niſi probetur con-
trarium, per text.iuncta gloſſ.in l.creditor.§.ſi inter.
ff.mandat.& ad petendum lucrum, quod ſemper pa-
riformiter factum præſumitur. l. cura. §. deficien-
tium.ff.de muneribus & honor.& l.ſi defunctus.C.de
arbitr.tutor. Tanquam ſocium ergo illum reputans
Rota ad eidem tradendum, & ſuum capitale, &
ad reddendam rationem de lucris Ioannem Baptiſt.
Grimaldum

Grimaldum præfatæ ſocietatis ſolùm adminiſtrato-
rem condemnauit, non autem Stephanum conſociū,
qui in dicta ſocietate nihil geſſit, per illam claram iu-
ris deciſionem, quòd ſocius, qui nihil geſſit, nō poteſt
conueniri nō excuſſo prius adminiſtratore ſocio, con
tra quem prius agendum eſt, vt eſt text. in l. actiones.
§. ſi communis. ff. pro ſoc. & ibi Fulgo. & ita conſuluit
Soci. conſil. 24. nume. 42. verſic. quarto confirmatur,
& verſ. alius caſus eſt, vol. 1. Præterea & ex alio noluit
Rota inſolidum d. Stephanum condemnare: quia ſo-
cius de geſtis per alium ſocium, etiam quando gerens
habuiſſet mandatum ad accipiendum dictum Ioannē
3 in participem, non † tenetur, niſi de pecuniis, quas ip-
ſe poſuit in ſocietate, non autem perſonaliter inſoli-
dum, cum nihil geſſerit. l. nemo. l. 2. ff. pro ſoc. l. qui a-
liena. ff. de neg. geſt. Rom. & Alex. in l. in prouincias.
§. ſi plurium. ff. de oper. nou. nunc. Ful. Paul. & expreſ-
ſim Alexan. in l. ſi vnus. ff. de pact. vbi Alexan. ponens
differentiam inter argentarium, & mercatorem quò
ad habendum, vel non habēdum actionem inſolidum
dicit, ſecus eſſe in pluribus ſociis mercatoribus, quia
quilibet regulariter non habet actionem inſolidùm,
& citat Barto. in l. eandem. ff. de duob. reis, quòd indu
4 bitanter procedit inter ipſoſmet † ſocios, ſecus verò
quò ad extraneos creditores cum dicta ſocietate con-
trahentes: qui procul dubio habēt quemlibet ſocium,
quorum nomē expreſſum eſt, obligatum: & hoc pro-
cedit potius ex conſuetudine mercatoria, quàm de iu
re: vſu enim in ciuitate Genuæ & quidem notoriè re
5 ceptum eſt, quòd ſocij expendentes † nomen inſimul
tenentur contrahentibus ſecū inſolidum, & talis con-
ſuetudo & obſeruantia attendi debet, cum faciat ius,
Bald. in rubr. de conſtitu. pecun. Alexand. conſil. 140.
vol. 5. & conſil. 102. vol. 6. Pariſ. conſil. 93. vol. 1. Soci.
conſil. 24. ſupra relato, & huiuſmodi conſuetudo tan-
quam notoria non debet probari. Bal. in l. 3. colum. 2.
C. de ſer. fugit. Dec. conſil. 447. & conſi. 449. & con-
ſil. 555. & Bald. in l. fin. C. ad leg. Falc. Laus Deo.

DECISIO XLVII.

Literæ directæ vni, ad hoc principaliter vt ſol-
uat creditū tertio, & traditæ ipſi tertio, pro-
bant contra ſcribentem ad fauorem tertij.

SVMMARIVM.

1 *Literæ quando probent ad fauorem tertij.*
2 *Tradens literas alicui pro exigēdo videtur illum conſtituere procuratorem.*
3 *Confeſſio debiti ſine expreſſione cauſæ facit ſemiplenam probationem.*

TAM iuris rigor, quàm æquitatis ordo
expoſtulat, vt ille, qui mutuum ab ali-
quo recepit, illud eidem reddere te-
neatur, vt notatur in l. 2. & in toto titu-
lo. ff. ſi certum petatur, & de hoc non
eſt dubium. Hinc eſt, quòd illa actio, quæ certi con-
ditio nominatur, mutuanti competit contra mutua-
tarium, de qua habetur in Rubrica ff. ſi certum peta-
tur. & in l. certi conditio. ff. eod. vbi Gloſ. & Doctor.

Hac igitur cauſa & ratione moti, condemnauimus
Thomam de Franchis curatorem datum bonis Au-
guſtini de Riparolia abſentis, iuxta formam ſtatuti
Genuæ ſub Rubrica de curatoribus generalibus Ge-
nuæ conſtituendis. lib. 4. cap. 20. & perſona prædicti
curatoris mediante, ac eius miniſterio dictum Augu-
ſtin. & eius bona ad ſoluendum Gregorio Imperiali
Regales. N. monetæ Hiſpaniarum eidem Auguſt. per
dictum Gregorium mutuatos. Quod hùc in modum
probauit dictus Gregorius: produxit namque in iu-
dicio literas dicti Auguſtini ſcriptas Bapt. Iuſtinia-
no, in quibus fatetur dictus Auguſtinus ſe eſſe debi-
torem dictus Gregorius de dictis Regalibus mone-
tæ Hiſpania. & cum dictus Auguſtinus prætenderet ſe
eſſe creditorem d. Bapt. de tanta, & fortaſſe de maiori
ſumma, in dictis literis mandauerat, vt vellet dictas
pecunias ſoluere dictus Gregorius, quas literas pro-
bauit per teſtes fuiſſe, & eſſe ſcriptas manu propria, &
literatura dict. Auguſt qui teſtes, licet non deponant
ſe præſentes fuiſſe, & vidiſſe ipſum Riparoliam dictas
literas ſcripſiſſe, iuxta formam à iure communi tradi-
tam, de qua per Alexand. in conſi. 150. colum. 6. num.
16. volu. 5. & per Afflic. deciſ. 181. deponunt tamen ſe
aliàs vidiſſe eum ſcribere, & quòd notam habent lite-
raturam ipſius, & quòd iudicio ſuo dictæ literæ ſcri-
ptæ ſunt manu, & literatura dicti Auguſtini, quod ſa-
tis eſt attenta regularum Rotæ diſpoſitione, de qua in
§. & ſi de aliquo debito in titulo de cauſis executiuis.
1 Quæ literæ † licèt tertio ſcriptæ ſint, cum tamen prin
cipaliter ſint ſcriptæ ad confitendum debitum, & vt
ipſi creditori ſatisfieret pro dicto debito. concluden-
dum eſt, quòd probent, & fidem faciāt, vt tenent Do-
mini de Rota, licèt poſtea in contrarium arguant in
deciſ. 430. quos ſequitur Boe. in conſil. 25. num. 17. &
18 & hanc concluſionem tanquam magis æquam, &
iuri conſonam tenet Crauet. de antiqui. tempo. in pri-
ma parte ſect. vidimus abundè, numero 41. Adducta
verò in contrarium, dici poteſt, quòd procedant, &
habeant locum quando aliquis ſcripſiſſet literas ami-
co ſuo, vt ſeſe excuſaret, & ſic tunc dictæ literæ pro alio
tertio fortaſſe non probarent, vt colligi poteſt ex ſu-
pra allegatis: ſecus verò eſt in caſu noſtro, & tantò ma
gis, quia literæ de quibus loquimur, non fuerunt prin
cipaliter ſcriptæ Bapt. Iuſtini, ſed principaliter datæ
ipſi Grego. vt earū virtute ſibi ſatisfieret per d. Bapti.
vnde videtur conſtitutus procurator in rem propriā:
eſt namque in iure receptum per literas quem procu-
2 ratorem † conſtitui. l. 1. ff. de procura. Pariſ. conſil. 47.
nume. 14. & conſil. 91. num. 1. volum. 1. & licèt antedi-
ctæ literæ confeſſionem continerent abſque aliqua
cauſæ expreſſione, ob quam dictus Auguſtinus tene-
retur dare dictas pecunias dicto Gregorio, cum tamē
poſtea declarauerit dictus Gregorius ſibi deberi ex
mutui cauſa, certi iuris eſt, quòd talis confeſſio facit
3 † ſemiplenam probationem, vt voluit Spec. in tit. de
confeſ. §. nunc vidēdum, verſ. ſed quæ eſt ratio, iunct.
verſi. ſequenti, vbi refert ita tenuiſſe Martinum de Fa
no arg. l. inſtrumenta. C. de probat. & concludit Alex.
conſi. 4. num. 20. & conſ. 83 num. 7. vol. 1. ad quæ ad-
de Matthe ſil ſing. 13. quem refert, & ſequitur Iaſo. in
repetit. l. admonendi ſub nu. 158. verſi. quid in confeſ-
ſione extraiudiciali de iureiurando cum aliis allega-
tis per Marſil. in Rubrica de probat. num. 77. ideo di-
cto Gregorio in defectum ſemiplenę probationis de-
tulimus iuramentum. Ad laudem & gloriam Sanctæ
& indiuiduæ Trinitatis.

DECISIO XLVIII.

Scribens de negotiis alicuius tertio ad hoc, vt illi notitiam faciat, obligatur ac ſi illi proprio ſcripſiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſio in poſitionibus per verbum credit, eſt vera confeſſio.*
2 *Literæ miſſiuæ acceptatæ validam conceſſionem inducunt.*
3 *Literæ tractantes de negotijs alicuius habentur ſcriptæ ipſi, licèt alteri directæ.*
4 *Acceptans literas tractantes de ſuis negotijs, licèt directas alij, acquirit ius.*
5 *Ordinans per literas, vt aliquid fiat, videtur mãdatum dediſſe.*
6 *Promiſſio inter abſentes per literas præſumitur contractus.*

LITE vertente inter Ioan. Iacobum Mainerium ex vna agentem, & Bendinellum Saulium conuẽtum: ſuper ſcutis, N. de quibus in actis, Rota iudicauit in fauorem petentis ex infra dicendis, & aliis, quæ ex proceſſu colliguntur. Ad fundandã eius intentionem exhibuit agens literas dicti Bendinelli, in quibus idem Bendinellus dicit ſe debitorem in d. ſumma, vt in eis, & cum dictæ literæ fuerint recognitæ per d. conuentum eſſe ſubſcriptas de eius manu, & literatura, vt patet per eius reſponſionem factam ad quintam poſitionem: vbi credit dictas literas eſſe ſubſcriptas de eius manu, ſequuntur duæ concluſiones Doctorum. Prima, quòd illa † reſponſio licèt
1 ſit per verbum credit, dicitur vera confeſſio, & probat, vt habetur tam in volumine digeſtorum, quàm codicis ſub titulis de confeſſis, vbi Doctores, tradit Bald. in terminis in l. 1. num. 21. C. de falſa cauſa adiecta legat. Maranta in eius practica in quarto art. ſecũdæ partis, nu. 14. Aymon conſ. 203. nu. 8. verſ. & tamẽ, lib. 2. Pariſ. conſ. 58. num. 9. lib. 3. Alia concluſio eſt,
2 quòd iſtæ literæ † miſſiuæ acceptatæ, & demum recognitæ bene probant, & validam confeſſionem inducunt, ex quo ſemper loquuntur. l. 1. §. in initio. ff. de offic. præfecti vrb. tradit Bart. in l. nuda ratio, num. 4. ver. non obſtat. ff. de donat. vbi Paul. vulgata. l. Publia in fi. ff. depoſit. Alex. conſil. 78. num. 2. lib. 1. Iaſo. poſt Bart. in repet. l. admonendi, nu. 139. ff. de iureiur. Bar. Bald. per illum tex. in l. Titius. ff. de conſtit. pecunia. Bart. in l. cum tabernam. §. pen. in fin. ff. de pign. Pariſ. conſ. 19. num. 104. & 3. lib. 21. Aymon conſ. 73. num. 16. verſ. quæ recognitio lib. 1. Ex quibus remanet fundata intentio ipſius agentis. ¶ Nec obſtant, quæ in contrarium allegabantur, & primò quòd d. literæ nullam faciunt probationem reſpectu d. Ioan. Iacobi, cum illæ non ſint directæ ipſi Ioan. Iacob. ſed Andreæ, & ſic tanquam res in alios acta, vt in tit. C. res in alios acta: quia replicatur quòd quamuis dic. li-
3 teræ directæ † quò ad inſcriptionem nõ ſint deſtinatę d. Io. Iac. ſed d. And. tamen cum negotium contentũ in eis pertineat ad d. Mainerii, eidem Mainerio ſcribitur per medium dicti Andreæ, & in d. literis dicitur in ver. *che ſono tutti inſieme ducati, N. è de tanti ripiacerà di dir' à detto meſer Gio. Giac. tirare inanti il conto d'accordio*, & in fine illarum dicitur, *à chiarezza d'eſſo Mainero per finire ogni coſa*, cum ergo dictæ literæ peruenerint ad manus dicti Io. Iacobi, & illas acceptauerit, dici-
4 tur † ſibi acquiſitum ius per d. literas contra d. Bendinellum, vt dicunt Doctores in locis ſupra allegatis, & tradit Pariſ. d. conſ. 19. dicto nu. 104. & 3. lib. 2. Dec. conſ. 632. nu. 15. & cum hoc dependeat à ſua voluntate, ſtatur eius dicto hoc caſu, vt dixit Pariſ. d. conſ. 19. num. 104. Curt. Iun. conſ. 27. nu. 2. ver. quia in dependẽtibus, &c. Nec dicatur, quod reuocatur in dubium an d. literæ probent contra dictum Bendinellum per ea, quæ deducuntur per dominos de Rota, deciſ. 429. in antiquis, incip. nota niſi aliquas literas: Nam contraria opinio, quod imò probent, videtur recepta, tradit Aymo. Crauet. de antiq. temporum, in §. vidimus, num. 41. & tradit Dec. in cap. 2. num. 19. verſ. ſed tamen ratio. Bald. extra de fid. inſtr. quia ſcriptura propria, quam quis confitetur, probat eius conſenſum, & videtur in illo perſeuerare, niſi appareat reuocatus, ſed cum non fuerit deductum, quòd d. Bendinellus illum reuocauerit, videtur in illo perſeuerare. Et dictus Bendinellus vſus eſt in dic. literis perſona dic. Andreæ pro nuncio, cum in illis ita commiſerit fieri,
5 ex quib. etiam videtur † dediſſe mandatũ ad ita agẽdum, quod etiam per literas dari poteſt, l. 1. ff. mandati, vbi text. clarus, & ibi Doctores paſſim, & quælibet
6 promiſſio, † quæ fit inter abſentes per nuncium, vel literas, ſicut faciunt mercatores, præſumitur contractus, ex quo poſſint conueniri, tradit Boërius deciſ. 221. nu. 141. verſ. cum quælibet promiſſio lib. 2. allegat Bald. in l. perſonam. §. qui pecuniam. ff. de pact. Barb. in cap. peruenit, colum. 2. verſ. quarto limit extra de fideiuſſori. ex quibus concluditur vt ſupra. Laus Deo.

DECISIO XLIX.

Emens merces mandato alicuius tenetur vel merces conſignare, vel iura aduerſus venditorem cedere.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum, ſeu ordo probatur per literas.*
2 *Petens exhiberi libros tenetur eis ſtare.*

FRANCISCVS Oberti Iuſtiniani modis, & nominibus, de quibus in proceſſu, egit contra And. Riccium habitatorem Lanouæ petendo reſiduum ballarum, N. cartarum per ipſum Andream nomine dicti Fran. emptarum ad rationem ſcutorum, N. pro qualibet balla, ad cuius computum habuerat libras, N. qui cum in iudicio comparuiſſet, & confeſſus fuiſſet illas ballas emiſſe, illas tamẽ dixit à venditore non habuiſſe exceptis ballis, N. quas d. And. dict. Franc. tranſmiſerat, & quòd propterea ipſe erat paratus actiones ſibi quomodocunq; contra venditorem competentes ipſi Franc. cedere, quam oblationem ſic, vt ſupra, per dictũ Andream factam, cum dictus Franc. in iudicio acceptaſſet, Rota condemnauit præfatum Andream ad dandum, & tradendum dicto Franciſco reſiduum dictarum ballarum ſeu ad eidem cedendum omnes actiones ſibi quomodolibet competentes contra huiuſmodi venditorem, & in caſu dictæ ceſſionis dictum Andr. condemnauit ad dan-

dandum, & reſtituendum dicto Franc. reſiduum di-
ctatum librarum, N. à dictis ballis decem, & octo ſu-
pra, pront latiùs in prædicta ſentẽtia, ſaluo iure dicto
Franc. agendi contra ipſum Andream ad damna, &
intereſſe, ſi quod habet. His præcipuè mora rationi-
1 bus: Nam certum aſt, prout ex † literis dicti Andreæ
coſtar, quòd ipſe ranquam mandararius ipſius dictas
ballas, N. emit nomioe ipſius Franciſci, quo caſu ex
rali mandaro nata erar actio. l. licèt. §. ea oblatio. ff. de
procu. & nulli dubium, ꝙ per lireras mandatum pro-
batur, vt per Pariſ. in conſ. 47. nu. 14. vol. 1. & l. ſi pro-
curatorem, vbi Gloſ. ff. de procu. De veritare autem
literarum, ꝙ videlicet ſeriptæ ſint manu ſupraſcripti
And. & Franc. hoc conſtat per plures teſtes in iudicio
examinatos, qui paſſim omnes deponunt de literatu-
ra ipſorum, ex quo manum ipſorũ notam habẽt, iuxta
formam regularum, vt in tit. de cauſis executiuis in §.
& ſi de aliquo, &c. quo caſu cum d. And. vt mandata-
rius, & nomine d. Franc. dict. ballas emiſſer, dict. bal-
las tradere tenebatur, & ei actiones cedere, ſecundum
Pariſ. in conſ. 47. vol. 1. & non tanrum ex diſpoſitio-
ne iuris, vt ſuprà & per tex. in l. qui in aliena, vbi Doc.
in §. qui. ff. de acquir hære. ſed etiam ex oblatione in
iudicio facta, & per dictum Franciſcum acceptata,
quæ tantò magis efficacior redditur, cum in iudicio
facta fuerit, iuxta notata communiter per Doctores
in l. eſt receptum, & in l. ſi cõuenerit. ff. de iuriſdictio.
omn. iudic. vbi Iaſo. poſt alios. De receprione autem
dictarum ballarum per dict. And. conſtar per libros
2 † dicti Franc. in iudicio ad ioſtantiam dicti And. ex-
hibitos, cuius edictionem dictus Andr. petiit, quibus
pronunciatum fuit ſtandum eſſe tam pro, quàm con-
tra, iuxta communiter norata per Doctores, & maxi-
mè Feli. in c. 2. num. 2. de fide inſtrum. per Decium in
l. 1. C. de eden. num. 5. & per Bart. in l. quædam. §. nũ-
mularios. ff. de eden. Reſeruauimus etiam ius d. Frãc.
dic. nomine agendi ad damna, & intereſſe, ſi ꝗ habet,
& hoc quia, ex quo per multum tempus d. Andr. di-
ctas pecunias penes ſe retinuit, cum quibus ſi nego-
tiatus eſſet, & ſi cum dictas cartas potuiſſet habere,
non curaſſer, certè ad omne intereſſe, & damna tene-
retur, per rext. in l. idem, vbi Doct. §. ſi procurator. ff.
mandati, & ex his omnibus, vt ſupra deductis, Rota
proounciauit vt ſupra. Laus Deo.

DECISIO L.

Scribens literas cambij non ſolutas, ſed prote-
ſtatas, tenetur ſoluere pecunias in literis cõ-
ſtitutas creditori.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtu literarum ſecuto, ſcribens literas tene-
tur.*

2 *Confeſſio creditoris de receptis pecunijs probat in
præiudicium principalis debitoris.*

3 *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur non ſolito
negotiari.*

ANTONIVS Maria de Ambroſio cum eſ-
ſet debitor Auguſtinini Gentilis de Coſta
de libris, N. accepit mutuo ſcut. N. a Ioan.
Bapt. Paneſio, & eidem fecit literas cambij
directas Bernardo Spinulæ Ioan. Franciſco, & Ambr.
de Nigro, & dictus Auguſtinus accepit illos ſcutos
pro ſuo credito, & extitit fideiuſſor pro dicto Anto-
nio Maria ipſi Ioanni Baptiſtę Paneſio, literę cambij
fuerunt tranſmiſſæ, ſed non fuerunt ſolutæ, & redie-
runt cum proteſtu, & Auguſtinus fideiuſſor ſoluit di-
cto Ioanni Baptiſtæ dictas libras, N. & coram Rota
mouit iudicium contra curatorem datum ipſi Anto-
nio Mariæ abſenti, & Rota condemnauit dictum cu-
ratorem ad dandum, & ſoluendum ipſi Auguſtino d.
libras, N. Nam literæ cambij non fuerunt ſolutæ ipſi
Ioan. Baptiſt. & cum proteſtu redierunt, Quo caſu il-
1 le, qui † fecit literas cambij, tenetur ſoluere illas pe-
cunias, quas accepit, ſi ille, qui eas ſoluere tenebatur,
non vult ſoluere ſecundùm Sal. in l. ſi prò debito in
fi. C. de bo. auct. iud poſſ. & cum non fuerint ſolutæ,
ideo Auguſt. fideiuſ. fuerit obligatus, & cum ſoluerit
pro dicto Antonio Mar. ipſe Antonius Maria erat
obligatus. l. qui fide. l. fideiuſſor. ff. mand. Quòd autẽ
Auguſtinus fideiuſſerit conſtabat per duos teſtes, qui
optimè deponebant, & eſt plena probatio. l. vbi nu-
merus. ff. de teſti. Quòd autem Auguſtinus ſoluerit,
conſtabat per confeſſionem ipſius Ioannis Baptiſtæ
creditoris examinati in iudicio. Quæ confeſſio facta
2 à † creditore, quòd à fideiuſſore fuit ſatisfactus, facit,
vt fideiuſſor poſſit agere contra ſuum debitorem, ita
conſuluit Paul. de Caſt. in conſ. 64. Quæritur vtrum
fideiuſſori vol. 1. Alex. in l. ex duob. §. 1. ff. de iure iur.
& in conſil. 25. vol. 2. Affiic. deciſ. 94. duo ſunt ſocij.
3 Dec. conſ. 493. ab intereſſe † autem lucri ceſſantis pe-
tito ab ipſo Aug. fuit dictus curator Antonij Mariæ
abſolutus: quia ipſe Aug. non probauit, quòd eſſet ſo-
litus mercari, quod requiritur ad hoc, vt dictum in-
tereſſe debeatur ſecundùm Bart. in l. 3. §. fi. ff. de eo ꝗ
certo loco, & ibi Paul. de Caſtr. & Bart. & omnes, &
maximè Dec. in l. vnica. C. de ſen. quæ pro eo, quod
int. Abbas. in c. conqueſtus de vſur. Arer. in conſil. 9.
eleganrer, & verè circa fin. quos omnes latè referr, &
ſequitur Dec. conſ. 39. iuridicam eſſe arbitror, col. 2.
& alibi ſæpè per Doct. & ita fuit iudicarum commu-
ni voto.

DECISIO LI.

Soluens de ordine ſibi dato per literas ab ali-
quo, poteſt ab eo ſolutum petere actione
mandati.

SVMMARIVM.

1 *Literæ fidem faciunt contra ſcribentem.*

2 *Subſcriptio idem operatur, ac ſi tota ſcriptura eſ-
ſet facta manu ſubſcribentis.*

3 *Sola confeſſio creditoris ſufficit ad hoc, vt fideiuſ-
ſor poſſit agere contra principalem.*

4 *Mandatum per literas probari poteſt.*

5 *Obligatio, quæ oritur inter mandatorem, & mã-
datarium, actionem mandati parit.*

6 *Mercatori ſolito negotiari debetur intereſſe lucri
ceſſantis.*

OBERTVS Iuſtinianus agendo contra
Andream Riccium petiir dictum An-
dream condemnari ad ſibi ſoluendum, &
reſtituendum ſcutos, N. vna cum intereſ-
ſe debito, quos ſcutos idem Obertus de mandato di-
cti

cti Andreæ ſoluerat Ambroſio Gentili, exhibuit dictus Obertus in iudicio literas dicti Andreæ ſubſcriptas manu propria,& literatura ipſius Andreæ, à tergo quarum literarum adeſt annotata receptio, ſiue confeſſio denotans qualiter dictus Ambr. dictos ſcutos. N. habuit,& recepit à dicto Oberto: ad prædicti Oberti inſtantiam citatus fuit præfatus Andreas ad recognoſcendum dictas literas, an ſcriptę, ſeu ſubſcriptæ ſint manu,& literatura ipſius Andreæ, & in eius contumaciam pronuntiatum extitit literas pro recognitis eſſe habendas, iuxta formam ſtatuti Genuę, ſub rubrica de contumacibus lib. primo, cap. 13. fol. 11. & ſubſequenter remanſit probatum ex parte Oberti, literas antedictas ſcriptas, ſeu ſubſcriptas eſſe manu,
1 & literatura præfati Andr. quo caſu † fidem faciunt contra ipſum ſcribentem, iuxta l. primam in princ. ff. mand. l. Publia. in fin. ff. depoſit. & licèt dictæ literæ, & receptio ſcriptæ non ſint manu,& literatura dictorum Andr.& Ambr. reſpectiuè, ſed tãtum ſubſcriptæ, idem tamen iudicandum eſt, cum ſit quòd ſola ſub-
2 ſcriptio † operatur idem, ſicut ſi dictæ literæ ſcriptæ, & ſubſcrip. eſſent manu, & literatura ipſorũ Andreæ, & Ambroſ. vt not. in l. ſiquis ex argentariis §. cogentur in fi. ibi, aut vnus editioni ſubſcribere. ff. de edendo,& not. Aret. inſtit. de emptio.& vend. in prin. Bal. in Auth. contra qui, colum. 2. verſ. item quæro, quod ſi inſtrumentum tertij. C. de non numer. pecun. per l. cum antiquitas. §. fin. C. de teſtam. & eſt text. in l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verbo. oblig. Probauit inſuper ante dictam receptionem, ſiue receptionis confeſſionem à tergo dictarum literarum inſcriptam fuiſſe,& eſſe ſubſcriptam manu,& literatura Ambroſij Gentilis ex ipſius Ambroſij confeſſione, quæ ſuf-
3 ficit: Nam & ex ſola creditoris † confeſſione agit fideiuſſor contra principalem debitorem, vt ſcribit Fely. in cap. ſi cautio in fine, de fid. inſtr. copioſè per Alex. conſ. 90. col. 2. vol. 3.& ſic his, vt ſuprà dictum eſt. probatis condemnauimus And. prædictũ ad dandum,& ſoluendum anted. Oberto dictos ſcutos, N. vnà cum intereſſe à die litis conteſtatæ citra in executione ſententiæ noſtræ liquidando, infra ſcriptis rationibus,& cauſis moti: clarum eſt enim per literas
4 procuratorem conſtitui poſſe,& per literas † mandatum probari tex. eſt in l. ſi procuratorem, vbi Glo. ff. de procurat. refert, & ſequitur Ripa. in ſuo reſponſo. 103. circa finem, clarum eſt etiam quod obligatio,
5 † quæ inter mandatorem,& mandatarium oritur, mãdati actionem parit. l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procurat.& ſic mandatorem Andreã mandatario Oberto dicta obligatione,& actione teneri. Cum inſuper conſtiterit per teſtes antedictum Obertum fuiſſe, & eſſe mercatorem ſolitum negotiari, condemnauimus dic. Andr. non ſolùm ad ſoluendum dictos ſcutos, N. ſed etiam ad intereſſe præſtandum à die litis conte-
6 ſtatæ citra, cum mercatori ſolito, † & conſueto negotiari, debeatur intereſſe non ſolùm ratione damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis, Deciſ. conſ. 39. col. 2. verſ. 4. etiam nullitas laudi,&c.& conſil. 116. in princ.& in fine dic. conſilij Gl. Abb. & Canoniſtæ in c. conqueſtus de vſu. & Doct. in l. ſalubriter eod. tit. Ruy. conſ. 55. nu. 10. lib. 2. Afflic. deciſ. 20. per totam, & per Stract. in tract. de mercatura in tit. de contractibus mercatorum, num. 2. & ſeq. Declarauimus inſuper d. intereſſe incipere debere à die litis conteſtatæ citra, moti authoritate l. ſecundæ, vbi Gloſ. in verbo accepit. C. de fruct. & lit. expenſis. Et hęc nobis viſa ſunt ſufficere ad d. Oberti Victoriam. Sit Laus Deo Omnipot.

DECISIO LII.

Merces pro aliis emptas non conſignans, eis non extantibus tenetur ad pretium.

SVMMARIVM.

1 *Notoria, & vniuerſalis conſuetudo non indiget probatione.*

2 *Inter mittentem literas, & acceptantem naſcitur mutuus conſenſus.*

IN cauſa Auguſt. Fatinanti,& Baptiſtę de Zoalio fuit condemnatus curator bonorum,& hæreditatis iacentis quõdam Petri Baptiſtæ Iuſtiniani, & per eum eius bona ad dandum, & conſignandum dictis agentibus ſaccos, N. cottonorum, & ſi non extant eorum valorem, & pretium rationatum in partitis per dictum quondam Petrum Baptiſtam dictis agentibus tranſmiſſis,& Rota infraſcriptis rationibus ad ita iudicandum mota fuit: quia ex literis ipſius Petri Baptiſtæ ad ipſos Auguſtinum,& Baptiſtam miſſis, manu ſua ſcriptis, & ſubſcriptis apparuit illum ab eis quandã quantitatem pannorum habuiſſe,& illos in ſaccos, N. cottonorum permutaſſe, & ex partitis vnà cum literis ad eos tranſmiſſis etiam manu ſua apparuit, quòd dicebat illos ſaccos Genuam miſiſſe, & cum illis pretium eorum rationatum fuiſſe,& fuit probatum per teſtes, quòd dictæ literæ,& partitæ erant ſcriptæ, & ſubſcriptæ manu ipſius Petri Baptiſtæ, dicentes, quòd habēt notam eius literaturam, & cum ſcribere viderunt ſæpius, & ſuas literas habuerunt, quo caſu ex generali cõſuetudine ciuitatis Genuę probatur litera alicuius,
1 quæ cum ſit † notoria,& vniuerſalis, non indiget probatione, Bald. in l. 3. col. 1. C. de ſeruis fugitiuis, Dec. conſ. 447. in fi.& 483.& 555 & cum adeſſent d. literę, & partitæ tranſmiſſæ, & per dict. Aug. & Baptiſtam
2 acceptatæ natus fuit † mutuus conſenſus & mittentis, & acceptantis ſecundùm Bal. in l. 2. de pactis, & in l. multum in intereſt. C. ſi quis alius vel ſibi, & in l. ſi abſentis. C. ſi cer. pet. vbi loquitur de literis mercatorũ,& in l. literas, col. 1. C. mand.& in rub. col. pen. C. de conſt. pec. Bart. in l. Titius,& ibi Bald. de conſt. pecu. Iaſo. plen. in l. admonendi, num. 142. de iureiur. Alex. in conſ. 78. vol. 1. Iaſon. conſ. 47 col. 2. vol. 1. & fuit dictum in ſententia ad conſignandum, & ſi non extant ad eorum pretium, quę duo capita ſunt valida: quia ſi non extabunt, adeſt pretium liquidatum per partitas,& ad hoc facit, quod conſuluit Rom. in conſilio 281.

DECISIO LIII.

Mandatum ſuſcipiens tenetur rationem de adminiſtratis reddere,& teſtibus variè de quãtitate deponentibus ſtandum eſt ſummæ maiori, in qua numerus teſtium legitimus conuenit.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum, & ordo ad aliquid vendendum dari poteſt.*

2 *Procurator, tutor, adminiſtrator, & quilibet alius tenetur reddere rationem de peruentis in ipſum.*

3 *Teſtibus deponentibus variè circa quantitatẽ, de qua ſit iudicandum.*

PETIIT in libello coram nobis exhibito
Nicolaus Spinula, Stephanum de Honeto
curatorem datum bonis, & hæreditati olim
Baptiſt. Ratti iuxt. formam ſtatuti Genuæ
ſub rub. de curatoribus generalibus Genuæ conſti-
tuendis lib. 3. cap. 20. & perſona dicti curatoris me-
diante hęreditatem dicti Baptiſt. condemnari ad ſibi
reddendum bonam, veram, & legalem rationem cum
reliquatus ſolutione de petiis, N. antennarum per ip-
ſum Nicolaum dicto Baptiſtæ, vt eos venderet conſi-
gnatis: qua de re viſis videndis, & conſideratis conſi-
derandis, condemnauimus Stephanum prædictum ad
reddendum bonam, veram, & legalem rationem cum
reliquatus ſolutione dicto Nicolao de duabus ex
quinque partibus antennarum, moti ex rationibus in-
1 fraſcriptis. Clari namque iuris eſt, mandatum † ad ali-
quid vendendum alicui dari poſſe. l. mandatum di-
ſtrahendorum. l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. l. ſi tibi
rem. l. rogaſti in prin. ff. de pręſcript. verb. cum igitur
antedictus Baptiſta mandatum ſuſceperit ad venden-
dum dictas antennas, & conſtet eas ad manus dicti
Baptiſtę perueniſſe, æquum eſt, vt de eis rationẽ red-
dat, cum iure cautum ſit procuratorem ad rationem
reddendum teneri. l. qui proprio. §. procurator. ff. de
procur. l. idemque. §. 1. ff. mand. quod non ſolùm locũ
2 habet in procuratore, † ſed etiam in tutore, & in quo-
libet alio adminiſtratore, vt per Bart. in l. 1. §. officio.
ff. de tute. & rationibus diſtrah. num. 2. verſ. & ita eſt
in quolibet Soc. conſ. 73. col. 1. vol. 1. & conſ. 159. &
213. col. 2. verſ. ſecunda pars vol. 2. & conſ. 40. vol. 4.
Rom conſ. 413. & 414. in princip. Deciſ. conſ. 178. in
princ. & conſ. 110. num. 7. & Berou. quæſt. 15. & hoc
non ſolùm in adminiſtratore ipſo locum habet, ſed
(& iſte eſt quodammodo caſus noſter) in eius hære-
de, vt per Dec. d. conſ. 100. col. fin. ſub nu. 7. Crauet.
conſ. 159. nu. 6. Nec ad reddendum rationem de om-
nibus petiis antennarum dictum curatorem, ſeu dictã
hæreditatem condemnare nobis rationabile viſum
fuit: quia teſtes numero tres examinati deponũt, pri-
mus videlicet antennas omnes petitas, ſecundus duas
quintas partes, tertius verò minorem numerum tan-
tummodo ad manus dicti Bapt. perueniſſe: quo caſu
3 dicti teſtes non tantùm probant † minorem ſummã,
ſed etiam mediam, vt per Sal. in l. 2. C. de reſcinden.
vend. & fuit de mente Bal. in d. l. 2. ſequitur Aret. cõſ.
65. & in l. ex facto. §. item quæritur. ff. de vulg. & pup.
ſubſt. quos referunt, & ſequuntur Moder. Cæſenar. in
deciſionib. Rôtæ Bonon. concluſione 70. num. 10. fa-
ciunt ad propoſitum hoc tradita per Alex. conſ. 64. in
prin. vol. 2. & quæ congerit Afflic. deciſ. 240. nu. 4. &
ſeq. quo in loco adducit prædictum conſ. Alex. 64. &
aliud conſ. Alex. ſi incip. in cauſa, & lite inter Ioãnem
col. pen. vol. 5. & hæc ſatis ſint pro pręſenti deciſione.
Ad Laudem Dei Omnipotentis.

DECISIO LIIII.

Actore non probante reus eſt diffinitiuè abſoluendus, & non producentę mãdato reus eſt abſoluendus ab obſeruatione iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Actor debet probare fundamentum intentionis, aliàs ſuccumbit.*

2 *Probatio dubia non releuat probantem.*

3 *Conſignare non importat dominij translationem.*

4 *Ille, cui facienda eſt conſignatio, eſt adiectus ſolutioni.*

5 *Declaratio etiam per inſtrumentum facta eſt ſolum aſſertio.*

6 *Exhibitio mandati, ſeu procuræ in fine iudicij nõ conualidat acta præcedentia.*

VERTENTE cauſa inter Fran. Pallaui-
cinum, & litis cõſortes agentes ex vna,
& Thomam Gentilem reum conuentũ
ex altera, Rota quò ad petita per Fran-
ciſcum abſoluit conuentum a petitis,
quo ad petita per alios litis conſortes abſoluit con-
uentum ab obſeruatione iudicij, & in quantum reſpi-
cit petitio dicti Fran. Rota abſoluit reum: Nam clarũ
1 eſt in iure, quòd qui agit tenetur probare id, † quod
eſt fundamentum ſuæ intentionis, aliàs eo non pro-
bante reus venit diffinitiuè abſoluendus. l. fi. C. de rei
vend. l. actor quod aſſeuerare. C. de proba. l. qui accu-
ſare, C. de edendo, c. Eccleſia Sutrina in fin. de cauſa
poſſeſ. & propriè, & tradunt Doctores in dict. iurib.
& in ſpecie Paul. Alexand & Iaſo. in Gloſ. fin. d. l. qui
accuſare, Alex. conſ. 134. in princip. libro ſecundo: &
2 in tantum hoc eſt verum, quòd non ſufficit actori † du-
bia probatio, ſed neceſſariò debet eſſe concludens,
cum paria ſint aliquid non eſſe, vel eſſe, & non appa-
rere. l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tute. l. ſi fuerit. ff. de
rebus dubiis, notatur in l. non hoc. C. vnde legit. & in
l. ad probationem. C. de probatio. pleniſſimè in ca. in
præſentia extra de probatio. Sed dictus Frãc. ad pro-
bandum frumenta petita ad ſe ſpectare, duo tantum
deduxit. ¶ Primò appodiſiam carricamenti, & facto
proceſſu, & traditis per Rotam dubiis quoddam in-
ſtrumentum de nouo celebratum per exc. Doct. Ioa.
And. de Auria ad nullius inſtantiam quod appareat,
ſed aſſerit id factum, vt veritati locus ſit, in quo dicit
ſatisfactum de pretio dictorum frumentorum à dict.
Franc. Pallauicino per manus Dominici Imperialis,
& Benedicti Pallauicini. Quæ ſi rectè penſentur, non
probant intentionem ipſius agentis: quia appodiſia
carricamenti nullum ius tribuit ipſi agenti ad peten-
dum, quæ petit: Nam in ea ſolùm dicitur, quòd dicta
frumenta onuſta ad inſtantiam dict. exc. Ioan. And.
de Auria veniebant conſignanda Genuæ dict. Franc.
3 Pallauicino, ſed de iure iſtud verbum conſigno † non
importat dominij tranſlationẽ, non præcedente cauſa
habili, vt tradit Bart. communiter ibi approbatus, in
l. ſi conſtante, num. 92. & num. 93. ff. ſolut. matr. Bald.
in l. ſecunda, num. 7. C. commun. de legatis, ſed nulla
fuit deducta cauſa, ex qua poſſit dici, in dict. Franciſc.
tranſlatum dominium, meritò, &c. ¶ Secundò dicitur,
quòd per dict. appodiſiam carricamenti d. Franc. vi-
4 detur ſolùm adiectus † ſolutioni, quia ſibi erant con-
ſignanda, quo caſu ſuccedit iuris concluſio, quòd ad-
iectus ſolutioni non poteſt agere, text. expreſſus in l.
quod ſtipulatus ff. de ſolut. vbi dicit, quod ſi ſtipula-
tus ſum mihi, aut Titio, Titius nec petere, nec noua-
re, nec acceptum facere poteſt, tantum quod ei ſolui
poteſt, & ita dicunt ibi Bart. & alij, & cùm de hoc ha-
beatur

beatur caſus legis, non eſt vlterius inſiſtendum, & ſi aliter diceretur eſſet dictum contra caſum legis,& ſic nulliter,& notat Gloſ. in l. ſoluendo.ff. de neg. geſt. deduxit ſupra dictum inſtrumentum, ex quo etiam nullum ſibi ius hoc caſu fuit quæſitum, quia fuit tan
5 tummodo quædam † aſſertio abſque iuramento,quæ cum fuerit facta parte non citata,& extra iudicium & ſit ſingularis, nullam facit probationem per ea, quæ tradunt Doct.in l.admonendi.ff.de iur.iur.& in l. teſtium. C. de teſtibus. Dicitur præterea, in dicto inſtrumento,quòd ipſe Illuſt. d. fuit ſatisfactus de pretio dictorum frumẽtorum per manus Dominici Imperialis, & Benedicti Pallauicini, & ſic in quantum dicit ſibi ſatisfactum per dict.Dominicum, & Benedictum, videtur potius oſtendere dicta frumenta eſſe dict.Dom.& Bened.quam dicti Franciſci,& hoc maximè ſuadetur,cum dic. Dom. & Benedictus ſe fecerint aſſecurare de dic.frumẽtis,& aſſecurationes exegerint,vt conſtat per aſſecurationes,& exactiones in actis exhibitas. Quo ad alios litis conſortes, quia mandatum procuratoris non fuit exhibitum, ſtante oppoſitione contra perſonas ſecundùm formam regularum Rotæ abſoluit ab obſeruatione iudicij. Nõ
6 obſtat,quòd mandatum fuerit † productum poſtmodum in fine iudicij: quia cum à principio fuerit oppoſitum,fuerit neglectum producere, tunc non validatur iudicium antefactum, vt tradit Bart. in l. ſi populi.§.item ſi procurator.ff. de neg. geſt. Ioan. And. Arch.in c.his,qui de procu.in 6.Specul.in tit.de procura.verſ.ſed quòd,Imo.in Clementi. 1. de procurat. Bart.conſ.73.incip.quæritur vtrum procurator, hanc opinionem atteſtatur communem, & ſequitur Vant. in tract.de nullitate proceſſus,in §.de nullitate ſentẽtiæ ex defectu mandati,num.114.verſ.3.principaliter, & cum ſit communis, tutum eſt ſecundùm eam iudicare,nec obſtat,quòd in principio proceſſus dicatur, & hæc ad inſtantiam d.Franc. nec non Antonij Amigheti procuratoris ſubſtituti à d. Laurẽtio virtute inſtrumenti,quod exhibet,quia, cum exhibitio nõ fuerit facta iuxta formam regularum Rotæ,non eſt attẽdenda,vt traditur in regulis,& ex his,& aliis, quæ ex proceſſu colliguntur,Rotæ viſum fuit iudicare, vt ſupra. Laus Deo.

DECISIO LV.

Aſſecurationes factæ, re aſſecurata non extante,non valent.

SVMMARIVM.

1 *In contractibus præteritum tempus in dubio comprehendi ſolet.*

2 *Conſuetudo in vna re, an habeat locum in alia, cum eadem ratio militet,& nu. 8.*

3 *Plures ſecuritates an fieri poſſint ſuper vno riſico.*

4 *Sententia in executiuis an faciant conſuetudinẽ, & num.11.*

5 *Exceptio reſpiciens ius, & non perſonam agentis, oppoſita contra perſonam,non cognoſcitur ante litem conteſtatam.*

6 *Verbum importans præteritum,& futurum debet interpretari ad euitanda abſurda.*

7 *Argumentum à recipiente latam interpretationem non procedit ad recipiens ſtrictam.*

9 *Contractus ſine cauſa quando per conditionem loco cauſa ſuſtinetur.*

10 *Dictio iterum repetit eundem actum.*

ACTÆ erant aſſecurationes ſuper naui, de qua in apocha exhibita dicentes ſuper corpore nauis,corrediis,& apparatibus,&c. duraturæ per octo menſes in dict. apocha expreſſos pro Ant.Cattaneo occaſione eius riſici, & crediti, quod habebat cum patrono nauis, & lapſo dicto tempore, intra ꝙ ſecutus erat caſus ſiniſtri, aliæ factæ fuerunt aſſecuritates ſuper eadem naui, vbi aderant talia verba,& incipiat riſicum à die, qua receſſerit dicta nauis ex Tripoli, & etiam pro riſico crediti d. Ant. quod habebat cum d patrono,de quo ſtari deberet eius dicto cum iuramento. ¶ His ſic ſtantibus Antonius exegit à ſecundis aſſecuratorib.cumque illi ceſſiſſent eorum iura Bapt. Iuſtiniano, ipſe vtili actione egit in ordinario iudicio ad ſoluti repetitionem, tanquam quòd indebitè eſſet exactum,ea innixus ratione, quia facta fuiſſet exactio ex cauſa ſecundæ aſſecuritatis, quæ durante prima, & re iam non extante, diceretur non valuiſſe,& minus cùm nec illud ſenſiſſet d. Antonius,ac repugnaret loci conſuetudo, ex quib. ſequebatur ꝙ ſibi ſoluti daretur repetitio l. ſi pœnæ.§.quãuis de cond.indeb. Dec.conſ.348.de duobus, num.1. ¶ Contra prædicta autem per reum opponebatur. Primò,quòd non erat legitimata agentis perſona,cõtra quam erat optimum, & propterea iudicium dicebatur nullum,vti forma regularum non ſeruata.l.non dubium.C.de leg.l.cum.§.ſi prætor de tranſac. ¶ Secundò,dicebatur, ꝙ immò erat per eum exactum debitum:quia ex verbis illis à die,qua receſſerit:quibus tam futurum tempus, quàm præteritum ſubiunctiui includebatur,caſus ſiniſtri ſecutus erat comprehẽſus,
1 cum ſimus in contractibus,quo caſu † præteritum ſoleat in eis comprehendi.l.ſolemus vbi Doc.de cond. & demon.l.ſi inter virum de pac.dot.quinimò, quòd talia verba deberent intelligi, prout caſus attulerit, ſuadebatur per Bart. l. precibus.C. de impub. & aliis ſubſtit. Dicebatur etiam, ꝙ in præſenti caſu debebãt importare præteritum, cum adeſſet terminus loci, à quo incipiebat riſicum,ꝙ d.tempus reſpiciebat:vnde verbis claris contractus eſſet ſtandum,l. labeo. §. tubero de ſupellec. leg. ¶ Tertiò dicebatur caſum ſecutum ante factam ſecundam aſſecurationem nõ impedire d.exactionem:quia attẽto decreto, & teſtibus exhibitis ſuper conſuetudine videbatur conſtare, ꝙ poterat exigi, cum non appareret, ꝙ habita eſſet notitia caſus ſecuti ante ſecundam aſſecurationem fa-
2 ctam,iuxt. formam decreti. & de conſuetudine † dicebatur non ſolum habere locum vbi adeſſet vna ſecuritas,ſed & vbi adeſſent plures, cum militaret eadẽ ratio.l.illud ad l. Aqui.ſed & vlterius fiebat præſuppoſitum, ꝙ ſuper caſu iam ſecuto data ignorantia non erat prohibitus cõtractus huiuſmodi, etiam ſine cauſa,cum conditio pro cauſa haberetur, l. à Titio, vbi Doct.de verb.oblig.& quod tam de præterito,quam de futuro teneret conuentio per ea, quæ ibi not. ¶ Quartò nec ex eo quia adeſſent primi aſſecuratores,propterea ſequi dicebatur, ꝙ alij non poſſent adhiberi,cum interſit ſtipulatoris plures habere obligatos,l.4.§.fin.de lib.leg. & ſicuti pro eadem re plures poſſunt intercedere fideiuſſores, vt per Bart.l. Vale-

rianus de præ.ſtip. Soc.conſ.18. proſaquendo ,col.5.
ver.eir.ſecundam quæſtionem , vol. 1. ita etiam dice-
3 batur † pro eodem tiſico poſſe plutes fieri aſſecura-
tiones,quinimò, cum eſſent ſuper diuerſa re , ſeu alio
rifico,non videbatur dubiũ,ꝙ aſſeeuratores pro vtra-
que tenerentur,l.eum,qui.§.pen.iuncta l. qui vſufru-
ctum de verb.oblig.& cum eſſet declatarum aliud eſ-
ſe rificum aſſecuratorum ſecundo loco, quã eſſet pri-
mum,prout erat in facultate, aut ex apocha aſſecurat.
dicebatur ex hoc parum prodeſſe agenti exempla ad-
ducta ad probandum conttariam conſuetudinem per
ſententias exhibiras,quæ ex alio dicebaotur, non ob-
4 ſtare:quia.ſ. laiæ in iudiciis † executiuis ,& ſic eſſent
interlocutoriæ,non diffinitiuæ, quo caſu rã ex diſpo-
ſitione regularum quam de iure communi ſunt reſer-
uata iura in ordioario,vt ex regulis couſtat , & de iure
not. Doct.l.à diuo Pio §.ſi ſuper rebus de re iud. & l.
qui Romæ.§.duo fratres de verb.oblig.Item quia ad
probandam conſuetudioem expreſsè non erant exhi-
bitæ,& tamen etiam in notorio requitatur , ſaltem ꝙ
allegetur Gloſ.in verſ.aliàs Cle. appellanti de appell.
¶ His tamen non obſtantibus per actorem dicebatut,
iuxta petita pronunciãdum,cum maximè quò ad pri-
mum reſponderetur,ꝙ opp.contta perſonam nou re-
leuaret, quia non etat facta in prima ſcrip.vbi iutatus
fuerat ſuſpectus notarius, vt requirebatur ad formam
regularum:vbi.n.qualitas , & verba diſpoſitionis non
conueniunt,non habet locum diſpoſirio,Bal.l.ꝙ con-
ſtitutam de teſt.mil. Alex.l. 4.§.prætor de dam.infec.
Soc.conſ.55.præſtantiſſimè,col.1.vol.1. & eonſ. 65.
eoncluſ.num.3.& 4.vol.4. Homod. conſ. 69. in quæ-
5 ſtione,n.7. Item quia exceptio † non reſpiciebat per-
ſonam,ſed ius agentis, cum opp. eſſet reſtricta ex eo,
quia ceſſio eſſet nulla ad not.per Ang.conſ.96. Ioan.
Imperialis in fin. de quo iure ante litem conteſtatam
non erat cognoſcendum, vt per Spec.de acto.eol. 23.
ver.ſed pone,&de ioſtr.editio.§.nunc dicamus,col.3.
ad vtilitatem enim propriam erat actũ,vt per Iaſ.poſt
alios,l.qui ſtipendia.C.de procur. Felv.c.1.col.16. de
prob.Dec.conſ.302.& pro tenui: vnde ſufficiebat le-
gitimatio fieri in cermino probatorio , vt per eitatos
ſuprà & fuit factum probãdo eam per legitimam ceſ-
ſionem. ¶ Ad ſecundum autem dicebatur verbum, il-
lud receſſerit,in caſu noſtro non importare prærerirũ
tẽpus,ſed futurum, licèt de ſui natura vtrumque tem-
pus poſſet deſignare: quia tali caſu exponitur in futu-
rum, non in præteritum ad euitandum abſurditatem,
& vt conueniat magis ſubiactæ materiæ, ita Abb. ca.
ad hæc in Gloſſ. a. de reſcript. quem ſequitur Iaſ. l.
hoc edictum. §.hæc verba,ver.2. limita. quodquiſq;
iur.Oldra.conſ.310.thema,& Rom.conſ.237.quo ad
1.facit reg.quoties idem ſermo de reg.iuris.l.quoties
de verb.oblig.cum igitur eſſet aſſecuratus Antonius,
primo loco videbatur abſurdum,quòd ioeundem ca-
ſum vellet denuò aſſecurari : quia non præſumebatur
velle iactare ſuum , & donare,l. cum de indebito de
prob.Bald.l.fin.C.ne de ſtat.defun. Cum expendere
conſteum ſecundo loco pro eo, de quo erat aſſecura-
tus,eſſee iactare,& perdere manifeſtè. Ex parte etiam
aſſecuritatis abſurdum oriebatur , ſi diceretur eũ vo-
luiſſe aſſecurare ſuper periculo ſecuto, cum non ſit
hoc credendum de mercatore, qui habetur pro viro
prouido,vt not. Luſit.de ſponſ.3.par.num.16. & 17.
& aliud abſurdum naſcebatur , ſi in præteritum illud
verbum,receſſerit,operaretur, quia ſtip. fuiſſat nulla,
vt ſuper re non extante ex infra dicendis:vnde omni-
nò dicebatur de futuro tantum fuiſſe conuentum per

prædicta, & vt valeret actus ad not.per Iaſ.dict.l. qui
Romæ.§. Augetius ¶ Ex alio etiam dicebatur deſi-
gnatum futurum rempus oon preteritum,videlicet ex
propria cõfeſſione partis per literas ipſius exbibitas,
& recogniras io proceſſu , vbi aderat , quòd volebat
fieri denuo aſſeeuritates ſuper rifico eius in dict. nam
(attento , quòd primæ etant finitæ per lapſum tem-
poris :) vnde in claris non videbatur coniecturis eſſe
locus,l.continuus.§.cum ita eod.tit.de verb.obligat.
quòd etiam deſignabant alia verba in apocha aſſecu-
ritatis,videlicet faciendam,& quæ ad præteritum nõ
poterant trahi,Caſt.l.hæc conditio.§. ſi ſic de cond.
& demon.vbi vult aſſenſum ſuper alienatione facien.
non operari,ſi fuiſſet facta, & ex his dicebatur nõ ob-
ſtare in hac parte oppoſita , quæ & vlterius ceſſarent
ex aliis,& primum de doctr.Bartol.in l. ptecibus alle-
gata , quia reſpondebatur illam loqui in caſu vltimæ
7 voluntatis,vt per adducta ibi conſtat , quæ † latè in-
terpretatur,& pendet ab vnius tantum voluntate:nos
autem ſumus in eontractu pendente à volũtate duo-
rum,&ſtrictè intelligendo,quo caſu non proeedit ar-
gumentum ad not.per Bartol.l.iutis gentium.§.adeò
de pact. addito , quòd etiam in dubio eſſet facienda
interpretatio contra cooventũ , qui ſe fundat in apo-
cha.l. veteribus de pact. Curtius Iunius conſil. 124.
maturæ,num.18.¶ Nec etiam obſtabat,quòd de ter-
tio adducebarur Bartol.quaſi vei conuentum deberet
inter partes ſeruari:quia vltra ſupradicta,etiã reſpon-
debatur,quòd in contractibus immo magis debet at-
tendi mens,quam verba,l ſi in venditione,vbi Gloſſ.
in ver.vittus communis,præd.l.ita ſtipulatus,vbi Gl.
in ver.ſententia,& tit.de verb.oblig. Alexand. eonſil.
34.viſo,volum.2.& conſil.8.videtur,volum. 4. vnde
attento , quòd de ea conſtabat ex dictis literis , pro-
pterea ſtandom ei dicebatur. ¶ Ad tertium quòd ad-
ducebatur de conſuetudine,reſpoodebatur,quòd nec
obſtabat : quia conſuetudo allegata erat io caſu aſſe-
curatioois primo loco factæ tantum, nos autem age-
bamus de aſſecuritate ſecundo loco facta , vbi aderat
8 prima:vnde cum conſuetudo ſit ſtricti iuris , † & non
extendatur de caſu ad caſum, l. 3. §. ſi quis , vbi Bar-
tol. de itiner. actuque priuat. Innoe. cap. dilecto de
officio Archid. Baldus l.de quibus de ll.Aretin. dict.
l. continuus.§. ſi ab eo , eod.titul.de verb.oblig pro-
pterca non procedebat in caſu noſtro , quæ nec ea-
dem ratione , quando adfuiſſet eadem rario , quod
negabatur , poterat extendi per ea, quæ not. Alexan.
conſilio 115. vetus , & trita in princip. volumine 1.
vbi loquitur in ſimili de conſuetudine eirca primas
nuptias , quæ non extenderetur ad ſecundas , eum
præſertim eſſemus in eonſuetodine , quæ eſſet contra
ius commune , vt dicetur infra , ſed quòd non ſit ea-
dem ratio , vnde ceſſet omnino dicto conſuetudo,
quomodocunque ſit , videbatur cooſtare : quia vbi
tantum adſit vna ſecuritas , niſi valeret poſt caſum
ſecutum , non eſſet prouiſum indemnitati facientis
ſe aſſecurari : in 2 autem caſu eſſet prouiſum per pri-
mam , adeo quòd ſecunda non fuiſſet neceſſaria , &
ſic etiam , vti ſuperflua , quando in dictũ caſum fuiſ-
ſet facta , vltra ſupradicta non valuiſſet , dict. l. iuris
9 gentium. §. ſed ſi fraudandi. ¶ Quo verò ad † con-
tractum , qui ſine cauſa ſuſtinetetur per conditio-
nem,quæ eſſet loco cauſæ , & reſpiceret etiam præte-
ritum,reſpondebatur,longam eſſe differentiam inter
contractus allegatos , & contractum , de quo agitur,
cum illi in dict. conditione, quò ad eam haberent fo-
mentum , noſter etiam ſubſtantiam caperet à riſico,
ſuper

ſuper quo fiebat, ſine quo nō poterat ſubſiſtere, ſicut
contractus emptionis, & venditionis ſine re vendita
non valeret, l. nec emptio, & l. ſi conſenſu, de action.
empt. & l. domum eo. tit. l. homo mortuus, eod. tit. de
verb. obli. talis enim aſſecuratio dicitur haberi ad in-
ſtar emptionis, & venditionis, vt per Bald. l. cunctos
populos. nu. 10. C. de Sum. Trini. & fid. Catho. vnde
debebat ſecundum eum regulari. l. ſi gratuitam. §. 1. l.
naturalis. §. ſed ſi facio, de præſ. ver. vbi Doct. latè Lu-
ſit. eo. tit. de ſponſ. num. 8. 1. par. Stante igitur caſu ſe-
cuto tempore ſecundæ aſſecuritatis, durante prima,
& ſic ꝙ riſicum non adetat, dicebatur ſecundam aſſe-
curitatem non valuiſſe, cum non adeſſet materia, vbi
poſſet forma fundari, Afflict. deciſ. 335. nu. 12. ex quo
deficere videbatur etiam conſenſus ſuſcipientis peri-
culum, ꝙ credebat adeſſe, & videbatur facta tacitè in-
ter contrahentes derogatoria ſponſionis, ſi pericu-
lum non adeſſet, vt not. d. Luſit. eod. tit. 3. parte nu.
duodecimo, decimotertio, decimoquarto, decimo-
quinto: & ſic cum periculum ſecutum ante emptionē
non pertineat ad emptorem, l. id quod, cum ſeq. & l.
ſi poſt ſuſceptum, de peri. & commo. rei vend. ex hoc
dicebatur tenuiſſe ſecundam aſſecuritatem, quando
in d. caſum fuiſſet etiam facta. Dicebatur etiā ex prę-
dictis conſtare dictam conſuetudinem eſſe cōtra ius,
vbi vult periculum rei non extantis venire in ſpōſio-
nem, & ſic emptionem, quæ ex ſupradictis aſſimilan-
tur, vbi oſtenditur contrarium de iure caueri, Sed vl-
terius etiam dicebatur, quòd quando talis conſuetu-
do in 2. aſſecuratione probaretur, & valeret, quòd nec
haberet locum, attenta contraria conſuetudine in ta-
li caſu probata, quæ conformat iuri communi, per ſu-
pra deducta ad not. per Afflic. deciſ. 280. in fi. ¶ Quod
verò quarto loco dicebatur obſtare per ea, quæ ſupra
ſunt dicta, non procedit: Nam ſi dicamus aſſecurato-
res ſumptos ſuper eodem riſico, vt ex apochis ſecuri-
tatum videtur, iuncta declaratione Antonij, de qua in
eius literis, de quibus ſupra, aut ſimpliciter aſſumpt.
videbantur aſſumpti ſuper toto, non ſuper parte, in
vtroque caſu argu. inſtit. de excuſa. tut. §. datus Alex.
conſ. 195. perſpectis, nu. 1. vol. 6. tum, quia indefinita
æquipollent vniuerſali, l. ſi pluribus, vbi Bart. de leg.
2. Bal. l. vni, col. 1. & 2. verſic. ex prædictis apparet, C.
quando non pet. part. Doct. l. a Diuo Pio. §. in pigno-
re de re iudi. & propterea ex ſupradictis videbatur ſe-
cundos non teneri. Si verò dicamus diuerſum riſicum
fuiſſe per adducta in contrarium, reſpondebatur de
hoc non conſtare cum iuramento, vt requirebatur,
ſed nec affectionem partis operari diuerſitatem: quia
conuincebatur per propriam eius ſcripturam de con-
trario, contra quam venire non poterat. l. generaliter,
C. de non num. pecu. ſunt enim literæ Ant. de quibus
ſupra, vbi ſcribit, quòd de nouo ſe volebat facere aſ
ſecurari ſuper eius credito: vnde cum verbum de no-
10 uo latinè exponatur iterum, & dictio † iterum ſit re-
ſpectiua eiuſdem actus ad no. per Iaſ. l. filio, quem pa-
ter colum. 5. verſ. in text. ibi, de lib. & poſthum. pro-
pterea cum ſuper ſuo credito primo loco fuiſſet aſſe-
curatus, & de nouo vellet ſe aſſecurari facere, ſeque-
batur, quod non erat diuerſum, ſed idem riſicum: ver-
ba enim dubia in apocha aſſecuritatis declarantur
per literas eiuſdem, l. qui filiabus, & l. ſi ſeruus plu-
rium de leg. 1. Socin. conſil. 13. inſignis doct. num. 9.
volum. 4 ¶ Nec obſtare videbatur, quòd ibi interſit
ſtipulatoris plures poſſe obligari: quia reſpondeba-
tur, illud potuiſſe habere locum, vbi primi promiſſo-
res fuiſſent non ſoluendo, non aliter, vt per Bart. l. ſi
quis ſtipulatus. §. ſi quis ita, 2. oppo. eod. tit. de verb.
oblig. iunctis not. dict. l. 4. §. fin. de lib. leg. vbi diſtin-
guit, quòd aut contra plures ad idem debitum com-
petunt actiones, & verum eſt ſuppoſitum, qui non eſt
caſus noſter, cum vnum ſit debitum primorum aſſe-
curatorum, qui ex promiſſione propria tantum te-
nentur, non de promiſſione aliorum: aliud verò eſt
aliorum, qui. 2. loco promiſerunt, qui, ſi valuiſſet eo-
rum promiſſio, nec etiam vltra promiſſa tenerentur
deficiente obligatione, quod & conſtat per exactio-
nem factam, & ſic ex hoc capite in contrarium addu-
cta non obſtant: aut agitur, vt alius reus conſtituatur,
quod minus longè eſt à caſu noſtro, & primi ſunt ſol-
uendo, & alij non tenentur: quia non intereſt ſtipula-
toris, quo caſu non valet ſtipulatio, l. quibus idem,
vbi Docto. l. ſtip. iſta. §. alter, & § ſi ſtipuler. eod. titul.
de verbo. obliga. vbi enim deficit intereſſe, deficit
actio, Socin. conſilio 18. viſa, numero 2. volumine 3.
nec iura præſumunt aliquem facturum, quòd ſua
non interſit, ad euitandum abſurdum, idem Socin.
dicto conſilio 65. concluſio, numero 7. volumine 4.
aut non ſunt ſoluendo, & ſecus eſſet in caſu ſuo, qui
licèt caſui noſtro non conueniat, vbi de contractu
emptionis tractatur, & ſic alterius naturæ, vt ſup. fuit
dictum, nec eſt arguendum ad delictum euitandum,
l. merito pro Soc. cum vti qui vendidiſſet eandem
rem duobus, conuentus incideret in falſum. l. qui duo
bus ad l. Corn. de fal. tamen quando etiam prædicta
conuenirent caſui noſtro, non propterea ſumus in ca-
ſu, vbi primi non ſint ſoluendo, nec eſt id præſumen-
dum in ſumma, N. aureorum in mercatoribus ma-
ioribus omni exceptione, & diuitibus, vt ſunt præ-
ſtiti, & contrarium dicenti incumbebat probatio,
ad not. per Rom. conſilio centeſimo ſexageſimo ter-
tio, conſtitutio, & per Iaſ. conſ quadrageſimoquarto,
ad dubia in fin. volum. 1. vltra quòd per eaſdem lite-
ras, de quibus ſupra conſtabat, hoc non fuiſſe in cau-
ſa aſſumendi alios aſſecuratores, ſed quia tempus
priorum erat lapſum, & de nouo volebat ſibi proui-
deri, quod tollit omnem difficultatem. Non etiam
obſtat, quòd de fideiuſſoribus adducebatur, quia
cum illi accederent alienæ obligationi, & pro eo-
dem debito intercederent ad hoc, vt tenerentur per
ea, quæ not. Socin. dicto conſil. non faciebant ad ca-
ſum noſtrum, vbi agimus nos de principaliter obli-
gatis, & non idem debitum, licèt ad idem riſicum,
propterea dicebatur ex diuerſis non inferri l. Pap.
de minor. Dicebatur etiam non obſtare, quòd con-
tra plures ſententias exhibitas in ſimilibus aſſecura-
tionibus contra primos, & non contra ſecundos aſ-
ſecuratores, qui immunes fuerunt habiti a ſolutio-
ne, adducebatur, cum reſponderetur, quòd licèt eſ-
11 ſent latæ in iudicijs † executiuis, vbi ſunt iura reſer-
uata in ordinario, non propterea ſequebatur, quò
minus probarent allegatam conſuetudinem pro
agente, cum d. reſeruatio non impediret quò minus
dd. ſententiæ haberent effectum, ſicut habuerunt per
licentias executas, ſed tantum importaret reſeruatio,
vt contrarium poſſet oſtendi in ordinario, vt poſt
alios per Iaſ. dicto §. ſi ſuper rebus. Minus obſtabat,
quòd eſſent interlocutoriæ non diffinitiuæ: quia ni-
hilominus etiam interlocutoriæ ſufficiebant ad pro-
bandum conſuetudinem quæ per duas ſententias ſiue
diffinitiuas, ſiue interlocutorias demonſtratur, vt per
per Bartol. l. de quibus columna nona numero 20.
verſiculo tu dic audacter de ll. quæ ſententiæ pari-
ter cum not. æquiparantur, etiam quòd non fecerint

indicatum, vt per Butr.& Innoc.c.vt lit.non conteſt.
quos recenſet Alex. in apoſt. ad Bart.l.emptorem de
actu emp.in ver.vlt.ſcias, Nec propterea ſequebatur,
quòd nõ eſſent attendendæ etiam ꝙ d.notorium non
fuiſſet in actis allegatum, quia fortioribus terminis
voluit Afflict. deciſ.168. ꝙ modo ſit notorium licèt
non ſit iudici, ꝙ validet ſententiam. Idem voluit. Are.
ꝙ ſcilicet iudex in notorio ſuppleat ex officio conſil.
128 clariſſ.col.3.verſi.2.eſt aduertendum, & Felin.c.
cum ordinem de reſcrip.vbi limitat in pluribus caſib.
d. Cle.appellanti, multò ergo magis debuit operari
notorium, ꝙ conſtabat iudici per exhibitionem ſen-
tentiarum, cum maximè coram Rota procedatur ha-
bito intuitu ad Deum, & veritatem negotij, vel ſaltẽ,
quia allegatum fuit oretenus, & in ſcriptis videbatur
ſufficere. Ita Alex.l.1.col.2.num.5.verſ. & circa.C.vt
quæ deſ.adno.quem ſequitur Clau.in l. Celſus, col.8.
& Bald.recenſet, & ſequitur eo loco.3.par.nu.83.His
igitur omnibus conſideratis inclinauimus ad cõdem-
nationem iuxta petita, quia vbi non fuit periculum
datum ob eam cauſam, debet reſtitui toto tit.de cõd.
ob cauſam.Caſt.poſt Bar.l.ſi quis in fi. de neg geſt.&
reſeruauimus iura conuento pro conſteo aſſecurita-
tum: quia reſtitutio eius non fuit petita in præſenti
iudicio.

DECISIO LVI.

Deferens res ſibi à domino ad deferendum datas non tenetur, ſi res fuerint captæ à Principe, cui reſiſtere non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Nemo regulariter tenetur de caſu fortuito.*
2 *Iudex debet eſſe contentus probationibus quæ ex facti contingentia haberi poſſunt.*
3 *Conſignata aliqua re deferenda, & confecta appodiſia res nõ poteſt amplius reſtitui, cum iam ſit ius quæſitum.*
4 *Oblatio non liberans à moleſtia, poteſt non acceptari.*
5 *Licitum eſt bono viro credere.*
6 *Quælibet cauſa excuſat à dolo, & culpa.*
7 *Conſuetum faciens non committit culpam.*
8 *Ponens affirmat, & fatetur.*

ILLVMINET DEVS MENTES noſtras ad veritatem, & iuſtitiam.

HIERONYMVM Bazurrum, & Andr.
Scorciam non teneri reſtituere pecu-
nias petitas per Iac. Delfinum, & Alex.
Imperialem nobis viſum fuit: quia ca-
ſu fortuito eas amiſſas eſſe cõſtare du-
ximus in proceſſu, quem neminem regulariter præ-
1 ſtare † compelli indubitati iuris eſt, l.cõtractus, & ibi
per Deci.in fi.ff. de regul.iur.l.1.C.loc. & vulgata l.
quæ fortuitis cum ſimilibus, vt ibi per Glo.C.de pig.
act.not. Doct.in l.quòd venia.ff.depoſiti: teſtes enim
examinati ad inſtãtiam d.Hieronymi, & Andreæ, qui
ſunt plures nu.l.vbi numerus.ff.de teſtib.legitimè, &
concludenter deponunt, quòd ſibi fuerunt violenter
ablatæ ab Illuſtr.d.Ioanne Duce generali triremium
Hiſpani.& miniſtris eiuſdem, ſuper quibus aderãt di-
cti rei conuenti, omnes pecuniæ, quas habebant: quia
viderũt ſacculos cum pecunijs auferri, & fuiſſe factam
diligentem, ac ſpecialem perquiſitionem in perſonis
prædictorum reorum, & Hieronymũ ligatum, & qua-
ſi tortum, vt indicaret ſi alias haberet pecunias, & ſer-
uum quendam ob hanc cauſam tortum, & quod ſem-
per d.rei per illud viagiũ conquerebantur, plorabãt,
& ſtabãt multum mœſti pro dolore amiſſionis dicta-
rum pecuniarum, & petebant pecunias mutuo pro vi-
ctu: quia nõ habebant vnde viuerẽt, quæ omnia amiſ-
ſionem dictarum pecuniarũ concludenter inferunt, l.
ſolam.C.de teſtib. nec de identitate eſt quærendum,
cum deponãt teſtes omnes captas in cõfuſo nec fuiſ-
ſe numeratas, vel de eis facta aliqua notula, & iudex
2 † debet eſſe contẽtus probationibus, quæ ex contin-
gentia facti poſſunt haberi, Alex.cõſ.24.animaduer-
ſis his nu.6.cum ſeq.& conſ.69. viſa facti narratione
num.2.& 3 lib.2. & latè proſequitur Iaſo.in l.prætor
ait.§.prætor ait n.20.cum ſeq.ff.de eden.& in his, qui
ſunt difficilis probationis ſufficiũt leues probationes
in d.§. prætor ait, & in l.1.ff. nautæ caup. difficultas
probationis ad ſenſum patet: quia non eſt veriſimile,
nec credendum Illuſt.d.Ioannẽ contentum fuiſſe fie-
ri ſacculorum, & realium deſcriptionẽ multis de cau-
ſis, quæ poſſunt conſiderari, & qui malè agit odit lu-
cẽ, & eã amiſſionẽ fuiſſe caſu fortuito nulli dubium,
quia captæ à Principe, cui reſiſti nõ potuit, vt per Bal.
in cõſ.395.in 2.vol. & quia nunquã in anrea per mul-
tos annos factam fuiſſe perquiſitionem pecuniarũ in
triremibus, nec ſolitam fieri deponũt ſecundus, quin-
tus, & ſextus teſt.dictorũ reorum ſuper interrogato-
rijs partis ſuper 1.tit.& ꝙ non ſolet fieri, non erat ha-
bendum in conſideratione.Bar.in l.ſcio.§.medico.ff.
de annuis legat. Nec releuat ꝙ adeſſent pragmaticæ
in Hiſpania, ꝙ nõ poſſent extrahi pecuniæ ſub grauiſ-
ſimis pœnis, quia hoc eſt imputandum præfatis acto-
ribus, qui conſignarũt dictas pecunias ipſis reis naui-
gan.& transferendas Genuam, vt in appo.legitur, &
prædicto periculo ſe expoſuerũt: Nec culpã aliquam
aſcribi poſſe dictis reis putauimus, per quam tenerẽ-
tur de caſu prędicto ex probationibus factis ꝑ dictos
actores, ꝙ habita notitia de perquiſitione prædicta
fienda tranſmiſerint Paulum Bocardum ad Gibertarum,
vbi aderant dicti rei cum triremibus ac recipiẽ-
dũ d.pecunias, reuocando mandatum de transferẽdo
pecunias Genuã, & ꝙ ipſi rei recuſauerint cõſignare,
quia nõ reſtituebatur eis appodiſia ſua de receptione
confecta, licèt offerrẽtur fideiuſſiones idoneæ de in-
dẽnitate.&c. Quia leuiſſimè recuſauerũt facere d.re-
ſtitutionem eo modo, quo petebatur nõ reſtituta eis
appodiſia ſuper hoc confecta, ſtãte maximè cõſuetu-
dine probata per d.reos in proceſſu per tertiũ, quar-
3 tum, & quintum teſtes, vt conſignata † aliqua re ali-
cui deferen. & confecta ſuper hoc appo.ſtatim, ac-
quiſitum ius illi, cui veniunt deferendæ, vt non poſ-
ſint amplius illi reſtitui, qui primò conſignauit, niſi
accedente conſenſu illius, cui erat facienda dicta cõ-
ſignatio. Res itaque non erat integra, vt poſſent pœ-
nitere.l.ſi pecuniam.ff. de condit.ob cauſ. vel poſſet
dici, quòd non erat adhuc actio nata ad reſtitutio-
nem dictarũ pecuniarum, arg. not per Alber.in l.& in
totum.ff.de imp. in reb.dota.fac.priuſquã Genu.ap-
puliſſent nõ poterant cõueniri, nec per dicta fideiuſſ.
4 oblatas † poterat eſſe ſibi cautũ propter diuerſa liti-
gia, quæ poterãt conſiderari, & quia in Hiſpania non
poterat

pnterat tutè de hoc tractati propter prohibitiones
extractionum pecuniarum,& melius eſt occurrere in
tempore , quam poſt cauſam vulneratam remedium
quærere,l.1.C.quando liceat ſine iud & l.fi.C.in qui-
bus cauſis in integr. nec poteſt habere locum in hoc
caſu,ꝙ dicit Bal.in l.pecuniæ.C. de ſolut.cum niſi re-
ſtituta appodiſia poterat continuè moleſtari : excu-
ſantur etiã ex alio capite ab omni culpa , quia ſe cer-
tificarunt à Capitaneo ſuæ triremis non eſſe perqui-
5 ſitionem aliquam faciendam,& licitũ ipſis fuit † cre-
dere bono viro , Angel.in l.marito.§.plectitur , ff de
adult.arg.Gl.in l.Titio fundus.ff.de condict.& dem.
& latè per Soc.& Iaſo.in l.1.ff.de eo , per quem fact.
erit. Quibus ſtantibus res redditur ad tales terminos,
vt ſuccedat concluſio , ꝙ in dubio facienda ſit inter-
pretatio,per quam excludatur culpa , vt per Ang.in l.
ſed ſi damnum.§.1.ff.de pecu.& alia,quæ latè haben-
tur per Crauet.in conſ.151.nu.18.& 19.& conſ.247.
6 in fine,cum quælibet cauſa † etiam beſtialis excuſet à
dolo,& culpa , l.igitur.ff.de lib.cauſ.Marſ.in rubr.ff.
de fideiuſſ. nu.57. cum ſeq. Nec poſſe aliquo modo
conſiderari in dictos reos culpa præordinata ad ca-
ſum prædictum, cũ fecerint id de prædictis pecunijs,
quod de proprijs, arg.l.hæredes.§.nõ tantum ff.fam.
hercis.& quia ſecerunt , id ꝙ omnes alij fecerunt,qui
habebant pecunias in dictis triremibus,vt patet,quia
ab omnibus generaliter fuerũt captæ pecuniæ, etiam
à proprijs officialibus triremium, vt deponunt teſtes
prædicti reorum , arg.l.qui ſit fugiti §. apud Labeo-
nem.ff.de ædili.edict.& l.3.ff ad Macedon.Ita in ter-
minis arg. Crauetta.in d.conſ.247.cir.finem , & qui
7 facit id, † quod conſuetum eſt fieri , & ꝙ fit à maiori
parte hominum,culpam non committit,l.ſi pignore.
§.fi.vbi Bart.ff.de pig.act.l.pignus, & ibi Bart.Bal.&
alij, C.eod.& ſi aliqua poſſet conſiderari culpa com-
penſ.eſt, cum culpa actorum , qui non tranſmiſerunt
apocham per Pau. Bocardum. Nec poſtea ad locum
Malicæ , vbi rei actores certiores ſecerant ſe ibi mo-
raturos per triduum, & quatuor dies,arg.eorum,quæ
tradit Innoc.in c.intelleximus ext.de adult.Alex.in l.
ſi ambo.ff.de compenſat.vel magis imputatũ eſt ipſis
actoribus , ꝙ videntur acquieuiſſe reſponſioni factæ
per dictos reos recipiendo literam per ipſos exhibi-
tam,& nihil proteſtando , vt habetur in l.filiusfamil.
ff.ad Macedon.& per Alex. in conſ.78. in prin.lib. 1.
quod confirmatur ex procura facta ad recuperandum
dictas pecunias à prædicto Illu. Capitaneo triremiũ
hîc Genuæ exhibita in proceſſu,& ipſos perſtitiſſe in
ordine,vt transferrentur Genuam,ſatis percipitur ex
poſitionibus factis per Alex. Imperialem in cauſa,
quam habebat cum Io.Baptiſta Spi.vt in proceſſu ex-
hibito,dum ponit tranſmiſiſſe pecunias Genuam per
dict.Hieron & Andream conſig.Baptiſtæ Partiſolæ,
8 & ponens † affirmat,& cenſetur fateri, Barto.in l.3.§.
quòd obſeruari , C.de iura.calum. ex prædictis ergo
patet iuſtitia concluſionis ſupra per nos factæ.

D E C I S I O L V I I.

Creditor , qui non conſentit accordio capto
per debitorem cum maiori parte credito-
rum non tenetur illi ſtare.

S V M M A R I V M.

1 *Compoſitio facta cum maiori parte creditorum non præiudicat alijs.*

2 *Literis cambij non acceptatis debetur intereſſe per ſcribentem.*

3 *Cum ſuppoſitum,& patiens non eſt , non operatur diſpoſitum & agens.*

4 *Ablatiui abſoluti important conditionem.*

5 *Participium præteriti temporis importat rem perfectam.*

6 *Fundans ſe in tempore debet illud probare.*

I E S V S V I A, V E R I T A S, E T lux, ea cor noſtrum repleat.

NICOLAVS, & Benedictus Gentiles ceſ-
ſionarij Mauricij de Marinis creditoris
Meliaducis Spinulæ ſcutorum, N.ex mu-
tuo ad dictã ſummam, & intereſſe egerũe
contra debitorem, qui iux.compoſitionem cum cre-
ditoribus alijs in Anglia inita ratam ſoluere obtulit,
& nos votis agentium annuimus,moti,quoniam cre-
ditum eorum propria voce rei patuit arg.l. ad ſolu-
tionem, C.de re iudic.offerendo ſoluere ratam , &c.
Rom.conſ.9.Alex.127.col.1.vol.5.& communis ſen-
1 tentia eſt,compoſitionem factam † cum debitore vi-
uente à maiori parte creditorum,nõ præiudicare cre-
ditoribus alijs, qui non conſenſerunt parti debiti re-
mittendæ,l.& ſuum.§.fi.cum l.ſeq.de pact.ꝙ multum
eſſe notandum contra mercatores cedentes foro , &
fugitiuos exclamat Ang. ibi & Paul.de Caſt. Mauri-
tius autem pro hac cauſa non conuenerat cum reo,
igitur ſoluere habet totam ſummã certi cond.ex mu-
tuo.l.certi cond. ſi cert. pet.in princ. gentilibus ex vi
ceſſionis,quę valida fuit ob id,quia eorum erat pecu-
nia mutuo.& cãbio data,iux.l.per diuerſas ver.exce-
ptis his quaſcunque vel creditor , C.mandati,& quia
ſolutio agenda erat in feria apparitionis anni &c. vt
propriæ literæ Meliaducis teſtantur, ſecundũ l.Publ.
2 §.depoſ.quæ non fuerunt † acceptatæ ab illis,quibus
erant directæ,imò cõtrarię volũtatis conteſtationem
continuò interpoſuerũt imitati documentũ iuriſcon-
ſulti in l.ſi filiusf.ad Maced.ob ꝙ proteſtatio damno-
rum, & intereſſe ſequuta fuit ob morã in intereſſe in-
currit,l.magnã, C.de conte.& com.ſtip.l.ꝙ te,ſi cer.
pet.cũ not.& cum eſſemus in ſolito negotiari,&mer-
catoribus, quos veriſimiliter à cõmuni arguendo lu-
cratos fuiſſe,vt in proceſſu conſtitit, quibus intereſſe
lucri ceſſantis debetur,l.3.§.ſi de eo ꝙ cer.lo.vbi Bar.
Ang.& alij notãt etiã de iu. Can & eſt cõmunis cõcl.
Soc.ſen.cõſ.156.col.2.vol.2 & Bar.ac alij in l.vni.C.
de ſent.quæ pro eo ꝙ in prof.¶Non ob.excep.com-
poſitionis firmata ab extraordinarijs , quorũ ordina-
tiones hac in ciuitate inter ſubditos ſunt obſeruãdæ,
l.omnes po.de iu.& iu.tradidit Soc. conſ.79.in prin.
vol.4.Cor.a a 2.n.2.quoniã negatur ĩ primis vllã cõ-
poſitionẽ fuiſſe factã à creditorib. & magiſtra extra-
ordi.quaſi eſſet, & extaret cõfirmarunt:vnde cum nõ
3 ſit † ſuppoſitũ,& patiens,non operatur diſpoſitum,&
agens, arg.l.nam & ſi,de inof.reſt.ibi quia nullus eſt,
faciũt not.in l.&qa de iur.om.iu.nec eſt vllũ documẽ
tum publicũ dictæ cõcordiæ inter creditores,& Me-
liaducem,at tantum actus, & dictũ debitoris eſt, qui
hoc dicit. Inquit enim notarius ꝙ Meliad. præſenta-
uit ipſi ſcribæ quandam ſcripturam concordię credi-
torum,rogans,vt in latinũ terminẽ dictã cedulã ver-
teret,ſub his verbis omnibus, & ſic non fuit notarius
rogatus de actu vllo inter partes, & à partibus geſto,
nec coram eo vlla peracta fuit compoſitio , & clari
luis

Iuris eſt, notarium tantū rogari poſſe, & debere de his, quæ coram eo tempore inſtrumenti fuerunt. Doct. in Auth. ſi quis in aliquo, C. de edē. Aret. cōſuluit cōſ. 33. longa, & Alex. 70. in 3. ſonat in atteſtationē dictorum à debitore non à creditoribus actorum, & qui debitor dedit cedulas 11. quaſi eſſent creditorum 11. quibus dicebat ſoluiſſe: at de ſolutione notarius non fuit rogatus, nec illi præſens fuit, ideò rogari non potuit, iuxta tradita à Doct. in c. quoniam contra, extra de probat. hæc ſunt, vſque ad verbum ſubinde prope fi. inſtrumenti, vbi bene verum eſt, quòd notarius incipit vnum rogitum facere intér Carolum, Mauricium, & Sebaſt. tres creditores, & inter Meliaducem: at in alijs contentis eſt vox Meliaducis tantum, qui in rem propriam ad ſui exonerationem non poteſt ſibi dicere teſtimonium, l. omnibus, C. de teſti. ¶ Et quamuis hæc ſola ratio ſufficeret, tamen ſuppoſita concordia in dicta ſcriptura Anglica in latinum à not. verſa non obſtare, cum non probata fuerit obſeruantia: ea enim erat ſi Meliadux intra vltimum diem Iunij proximum efficeret ſoluere vnicuique &c. & ſe obligauerit procurare recuperationem quarumdam pecuniarum omni quàm poterit dilig. & quamprimum recuperauerit ſoluat, hoc facto promittimus nos in-
4 fra nominati, &c. verba † hæc conditionem important Barto. in l. 1. col. 2. de condit. & demonſtr. verſ. 1. ergo quæro, & illi ablatiui, abſoluti, hoc acto important etiam conditionem, vnde conditio replicatur, l. à teſt. eod. tit. Bart. in l. fideicom. §. cum eſſent de leg. 3. de quo loquuntur Socin. & Rum. in l. ſi quis arbitratu de verb. oblig. qua conditione in forma ſpecifica non impleta, non procedit effectus obligationis. l. qui hęredi. de cond. & demonſt. opus enim eſt in totum obſeruare: quia non dicitur perfectum, donec aliquid ſupereſt agendum fa. l. Iul. cum curia. §. offerri de ac. empt. & l. obſig. totius, C. de ſolut. & illud
5 participium † acto præteriti temporis rem perfectam ſignificat, Saly. inquit in l. 1. C. ſi aduer. tranſ. & nedum fuit neceſſe probare obſeruaſſe, at intra illam diem, cùm eſſet de forma, ex quo pro eſſentia actus exigitur, iuxta l. Iul. §. ſi quis ad exhib. qui enim ſe fundat
6 † in tempore, debet illud probare, Bal. & Iaſ. in Auth. quæ ſuppl. C. de preci. Imp. offere. Dec. in l. non hoc, C. vnde cog. Hic non conſtat ſolutum omnibus, præſertim Alberto de Mora nomine Baſſa, nec alijs intra tempus præfixum, igitur commodo allegatę concordiæ frui nequit Meliadux. l. nō dubium, C. de leg. Gloſſ. eſt in l. ſi non fuerit. ff. de iur. iur. ¶ Accedit, quòd illos qui conſenſerunt 26. Aprilis, dictæ aſſertæ concordiæ fuiſſe creditores minimè conſtitit, nec cadit præſumptio, cum ſit quid facti argum. l. 1. C. de proba. quòd vbi fuiſſet, ſupereſſent, an eſſent ſeptem octauæ partes à decreto extraordinariorum requiſitæ, circa quòd occurrit dicere poſſe, qui vult dicere principales extare, probet arg. Gloſſ. in l. cum de l. ff. de prob. de qua meminere Paul. conſilio 8. volumine ſecundo in no. Alexand. in l. ſi emancip. C. de colla. in tertio not. Curt. conſilio 27. columna 9. columna fin. Iaſ. in l. ſi conſtante ſolut. matrim. columna 20. & conſilio 34. 1. volum. quod tamen ſat probaſſe arbitrabantur agentes habita ratione crediti ſui. Nec curandum fuit, quòd aliàs videretur præceſſores ſententiaſſe pro reo: quia illam poſt annullarunt in meliuratione ab obſeruat. iudicij abſoluentes, & quia exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus, ad l. nemo Iudex, C. de ſenten. & interloq. iud. & hæc ſufficiunt.

DECISIO LVIII.

Qui curam ſuſcepit tenendi rationem de aliqua re, vel negotio tenetur de ea rationem reddere.

SVMMARIVM.

1 *Filij hæreditas parentibus debetur.*
2 *Promittens tenere rationem de re aliqua, tenetur vt adminiſtrator.*
3 *Verba diſpoſitiua apochæ priuatæ probant contra ſcribent.*
4 *Facta non præſumuntur.*
5 *Acceptans aliquid deferendum alicui, an actione mandati an negotiorum geſtorū teneatur.*
6 *Confeſſio facta in præſentia partis expreſſè non acceptantis an præiudicet.*
7 *Receptio apochæ an operetur acceptationem.*
8 *Sermo generalis, & indefinitus omnia comprehendit.*
9 *Deponens non veriſimile non multum diſtat à falſitate.*
10 *Veriſimilitudo attēditur in materia probationis.*
11 *Conſuetudine generali introductum eſt, quòd teſtes non repellantur, quia forenſes, vel ignoti, ſeu per ignobilitatem, artificium, vel vtilitatem.*

IESVS VIA, VERITAS, ET lux, ea cor noſtrum repleat.

FRANSISCVS Pallaui. hæres Petri filij in ius vocauit Petrum Maluaſiam, & petijt ſibi reddi ſcutos, N. quos filius mandauerat Malu. perferen. ad ciuitatem Algerij Thomæ Bacigalupo, quia mandatum non ſeruauerit, & reddi rationē naulorum nauis ſpectantis ad filium pro tertia parte pro his, quæ in ea impoſita eſſent, vt Algerium, & inde Genuam vehenda eſſent. Nos maiores numero exauditoribus Maluaſiam ad redditionem rationis condemnauimus, & à ſcutis, N. abſoluimus, inquam ſententiā cæteri collegæ concurrere, Quo ad primā partē vt in 2. ad ſoluendū ſcut. N. vel ad dandū ſcripturas magis claras conſignationis d. Thomę factæ cōdemnarunt. In cauſa iudicij noſtri omnium in 1. parte. hęc
1 fuere: patri filij † debetur hæreditas non minori pietate, quam patrum filiis debeatur, licèt non ſecundùm votū parentum, naturalemque erga filios charitatē, l. nā & ſi, de inof. teſt. §. ſi igitur defunctus in Auth. de hære. ab inte. cui filio cùm Maluaſia promiſiſſet tenere bonā rationem tam impēſæ, quæ in itinere occurreret quam mercedum, & vecturarum hominū, & rerum portandarum, quarum meminit l. ſi vehenda ad
2 Th. de Iac. pro tertia parte, iuris fuit, vt rationē † redderet exēplo cuiuſlibet adminiſt. l. 1. §. officio de tut. & ra. diſtrah. conſuluere Bart. conſil. 150. Rom. 168. & 413. Anch. 316. 330. Dec. conſ. 178. 192. 274. 110. 439. col. fi. & 255. Soci. 73. & 213. vol. 2. & 192. eod. volum. Corn. 24. in fin. vol. 1. 196. volum. 3. col. fi. in qua rationis redditione veniunt, quæ tradit l. cùm ſeruus de cond.

eond.& demon promiſſio autem, & oblig. Maluaſiæ
probatur apocha ſua, quæ licèt ſit priuata implet pro
bationem rerum promiſſarum, & cum verba ſint etiã
diſpoſitiua, quæritur ex ea oblig l. Publia. §. fi. depoſ.
vbi Bart. & Alex. tradunt contra ſcribentem, ſcilicet
Petrum, quem ſcripſiſſe, ſat tres teſtes docent, cum
vnus ſcribere videiit, alij duo habentes notitiam li-
teræ ſic iudicent: quę probatio licèt iure Ro. nequam
valeret ſecundum no. in l. comparationes. C. de fid.
3 inſtr. tamen iure Genuenſium † eſt recepta. Admini-
ſtratio verò quatuor teſtibus probatur ſuper 2 arti-
culo optimam rationem viſus, & præſentiæ redden-
tibus, & ſic ſeoſu corporis, iux. l. qui teſtamento in fi.
de teſtam & l. 1. de his, quæ in teſta. del & in ore duo-
rum, & vel trium. c. relatum cum ſeq. extra de teſtam.
Noo iniuria igitur ad rationem reddendam lata fuit
ſententia. ¶ In altera parte noſtri maioris partis iudi-
cum, hæc in cauſa iuere eur abſoluerimus. Actor
probauerat Petrum filium oneraſſe Genuæ in naui
ſcutos, N. die 8. Aprilis quos conſignare habeat in ci-
uitate Algerij Thomæ Bacigalupo, & probationem
tam teſtibus, quàm apocha aſtruxerat, & nihil aliud
oneraſſe conſtabat, nec ooeraſſe deduxerat agens, nec
4 præſumptio oi locus erat, cum facti eſſet, & facta † nõ
præſumaotur, l. 1. c. de probat. At reus, qui in ſuis ex
ceptiooibus actor dicitur, l. t. de except. ea, quæ na-
tura eſt exceptionis, l. s. eod. tit. via quadam excluſio-
nis, quæ imponi ſolet exceptionis cuiuſcunque rei
ad excludendum intentionem agentis, dixit ſe conſi-
gnaſſe dictos ſcutos, N. Thomæ in Algerij ciuitate,
& probauit: vnde ceſſat actio mandati, ſi dicamus
5 mandatum fuiſſe, † vt negotium hoc expleret, quaſi
eo quòd mandatum ſuſcepiſſet, orta fuerit oblig non
quia negotium geſſerit, iuxta l. ſi remuneran. §. 1. ff.
mandati. Quod autem fuerit facta à Petro Maluaſia
conſign. ſcutorum probatur à propr. cõfeſſione Tho-
mæ, & nulla maior, aut clarior probatio fieri, aut eſſe
poteſt l. cum te. cum Glo. C. de tranſ. non enim hic
ſumus in caſu, vbi ſcriptura ſit de ſubſtãtia, aut requi-
ratur. Quæ etiam tamen interuenit, cum Thomas fe-
cerit apocham receptionis omnis, & totius eius, quod
à Petro Pallauicino in naui fuiſſet oneratum pro ſibi
conſignando in Algerio, fateodo ſe habuiſſe à Petro
Maluaſia coram teſtibus apochæ ſeſe ſubſcribenti-
bus, quæ apocha plenè probat contra ſcribentem d.
l. Publia. & teſtes quatuor, ſeu ſaltem tres poſt primũ
optimè concludunt, Thomam Bacigalupum confeſ-
ſum fuiſſe Petrum Malu. conſignaſſe ſibi ſuper mo-
dulo Algeri præſentibus, quã pluribus perſonis om-
ne id, & totum quid, & quantum onerauerat Petrus
Pallauicinus ſibi conſignandum in Algerio, & hanc
conſignationem feciſſe die 3. Iunij, licèt errore ſit
ſcriptus dies 3. Aprilis, vt errore ſic ſcriptum fuiſſe af-
firmant, qui error ipſe ſeſe oſtendit, cum illa die 3.
Aprilis nondum eſſet facta oneratio, quæ fuit facta 8.
Aprilis, error autem veritati non præiudicat, cum fal-
ſa demõſtratione minimè veritas mutari poſſit l. cum
falſa, & l. error, C. de iu. & fa. ignor. & huiuſmodi
6 confeſſio † præiudicat facta in præſentia partis, &
etiam ſi expreſsè non acceptaret eam, inquit Socin.
conſilio 528. volum. 2. quæ tamen acceptatio hic ad-
fuit, vt nonnulli teſtes deponunt, vnde ſatisfactum
eſt illi ſententiæ Doctorum, quam multi moderni
dixere communem, videlicet vt ſit opus ꝙ pars acce-
ptet, ita Iaſ. in l. error, C. de iu. & fa. ign. in princ. col.
7 2. & quæ † acceptatio ſatis apparet ex receptione
apochæ traditæ à Thoma Petro iux. l. ſi filius familiâs
ad Mace. ſcribit Matheſ. not. 55. & Cepol. caut. 19.
aliâs eum facto non minus, quam verbo, imò magis
voluntas probetur, Glo. in l. Paulus rem rat. hab. con
ſuluit Ro. conſil. 291. colum. 1. Glo. eſt in l. reprehen-
denda, C. de inſtitut. & ſubſtit. confeſſio igitur facta
per verba generalia, & geminata omne, & totum, ꝙ
oneratum, &c. omne comprehendit, iux. regulam, qui
omne dicit, nihil excludit l. Iulianus de legat. 3. l. qui
habebat eod. tit. tradidit Ant. Butr. conſilio 55. Imol.
in l. ſi domus. ff. de leg. 1. Iaſon in l. qui ele. §. fi. de le-
8 gat. 1. & Decif. conſilio 195. colum. 1. & ſermo † ge-
neralis, & indefinitus omnia comprehẽdit l. emptor.
§. Lucius de pact. Bald. conſilio 395. in 2. volum be-
neſaciunt, quæ tradunt Docto quando maritus pro-
miſit totam dotem reſtituere, vt tunc non ſit locus
ſtat. deferenti lucrum dotis eidem, de quo verba fa-
ciunt Ang. Imol & Ro. in l. damni infe. *in vltima*. §.
cum parietem de damn. infect. & quando hæres fuit
rogatus reſtituere omnem, & totam hæreditatem, an
cenſeatur Trebellianica prohibita, de quo in Auth.
ſed cum teſtator C. ad l. falc. verba enim generalia, &
vniuerſalia iuxta eorum naturam ſunt intelligenda,
& imputatur parti, quæ effuſo ſermone vtitur ad l. fin.
C. de dot. promiſſ. hac ratione arguit Bald. conſilio
395. in 2. volum. colum. 2. ad fin. & ſic continent ver-
ba apparitionis, recepiſſe omne, & totum oneratum,
& apparitione onerationis dicebat oneraſſe ſcutos,
N. & ſic receptionem ſcutorum, N. contineri. & cùm
quòd alia res onerata fuerit haud conſtet videtur de
eo facta mentio, arg. l. 2. de lib. & poſthum. ibi ſi mo-
do vnicus ſit, &c. ¶ Nec releuat, quòd Thomas Baci-
galupus, vti teſtis ab agentibus inductus dicat neſci-
re ſe feciſſe aliquã apparitionẽ receptionis, tum quia
de ſuo intereſſe agit, & omnibus in rem propriam di-
cendi teſtimonium iura ſubmouerunt. l. omnibus, C.
de teſti. & not. Bartol. in l. deferre, §. item decreue-
runt de iure fiſc. tum quia veriſimile nõ deponit, cum
ſit annus vnus tantùm lapſus, & non veriſimile ſit in
facto proprio ignoraſſe, quis fecerit appodiſiam,
cum in facto proprio non ſit tolerabilis ignorantia. l.
fin. ff. pro ſuo, tradit Mari Socin. Iun. conſil. 5. volum.
9 3. & deponens non † veriſimilia non multum diſtet
ab eo, qui falſitatem deponit, cum quędam ſit imago
falſitatis, ſicut veriſimilitudo per contra eſt cognata
naturæ. Bald. conſilio 180. lib. 3. Bald. in l. 1. columna
3. C. de ſer. fugit. & extant quamplura conſ mod. &
10 facit, quia in materia † probationum attenditur veri-
ſimilitudo, l. ob carmen de teſti. l. ſi duo in princ de
iur. iur. ¶ Nec eſt verum verba apochæ eſſe obſcu-
ra arg not. à Decio in l. omnia. ff. ſi cert pet. Specul.
in titul. de teſte. §. 1. verſicul. item artifex. & generali
11 † conſuetudine introductum eſt, vt teſtes non repel-
lantur propter ignobilitatem, artificium, vel vtilita-
tem, vel quòd ſit forenſis, vel ignotus, nec teſtes ver-
ba formalia deponunt, & ideircò in eis varij quòd
ſint nequaquam dici poteſt: vnde ceſſat quæſtio an
teſtes in verbis formalibus differentes probent, de
quo meminit Antonius de But. in cap. cum Eccleſia
Sut. ibi nouiſſ. Papæ tradunt extra, de ca. poſſ & pro-
priet. & in c. nihil de verb. ſign. per Abb. & Scrib. nec
agitur de confeſſione procuratoris, ſed Thomæ cui
facienda erat conſignatio, nec alibi quam Algerij
facta fuit: vnde extra rem eſt dicere, alibi factam con-
ſignationem, & quòd terminos fuerit mandati egreſ-
ſus, contra. l. diligenter. ff. mandati, Nec depoſitione
aſſertorum duorum teſtium in alia cauſa receptorum
extraiudicialiter quicquam arguunt, cum res inter
alios acta alij non præiudicet toto titul C. res inter
alios acta l. ſæpe de re iudic. & nil concludant contra
præſcri-

præſentem cauſam. Ex his abſolutam exiſtimamus cauſam, cur ſic ſententiam tulerimus, & cur eam ſic iuſtam,& rationi conſonam arbitrati fuerimus. Laus Deo.

DECISIO LIX.

Adminiſtrator tenetur reddere rationem de adminiſtratione, & vnà cum reſiduo debet intereſſe ſolito negotiari.

SVMMARIVM.

1 *Probatio manifeſta fit per inſtrumentum.*
2 *Quilibet adminiſtrator tenetur reddere rationem.*
3 *Adminiſtratores tenentur inſolidùm erga participes.*
4 *Adminiſtratio ſimpliciter conceſſa intelligitur inſolidum.*
5 *Obligatus ex inſtrumento ad aliquid, quando poſſit ex eodem inſtrumento agere, non adimpleta obligatione ſua.*
6 *In contractibus nominatis non agitur ad reſcindendum propter inobſeruantiam, ſed ad obſeruantiam.*
7 *Solito negotiari debetur intereſſe.*

IN cauſa mota coram Rota per Nicolaum Garibaldum contra Petrum Cattaneum, & Gotardinum de Merſarijs ſuper redditione rationis cantariorum, N. aluminum, Rota amplectẽdo tam petitionem, quam reconuentionem factam per dictos Petrum, & Gotardinum contra dictum Nicolaum, condemnauit dictum Petrum, & Gotardinum ad reddendam rationem inſolidum dicto Nicolao, & dictum Nicolaum ad reddendum rationem dictis Petro, & Gotardino, & vtroque caſu cum reliquatus ſatisfactione, vt latiùs in ſententia: intentio enim dicti Nicolai agentis fundata eſt in inſtrumento inter dictas partes inito ſub die. N. de quo in proceſſu, in quo dicti Petrus, & Gotardinus remanſerunt gubernatores, in verſic. Item, quod dictus Petrus, & Gotardinus, &c. & cum conditione, & pacto, quòd dictus Petrus, & ſocij tenerentur reddere bonam, veram, & legalem rationem dicto Nicolao, vt in dicto inſtrumento. Et ita dictus Nicolaus promiſit de aluminibus per ipſum adminiſtratis reddere bonam, veram, & legalem rationem dicto Petro, & Gotardino, vt patet in inſtrumento inter dictas partes inito die, N. de quo in proceſſu, & cum hinc inde adſit inſtrumentum publicum, ſequitur illa clara Doctorum concluſio, quòd inſtrumenta
1 † faciũt probationem probatam, & manifeſtam, vulgata. l. cum precibus. C. de prob. l. 1. C. de fide. inſtru. Bar. in l. 1. num. 8. verſic. nemo ad quæſtionem, ff. de oper. noui nunc. Bald. in l. quoties in fi. C. de iud. & in Auth. quod ſemel, num. 29. C. & quando iudex, Dec. in cap. licèt, cauſam num. 12. ex. probar. & conſi. 488. num. 1. Pariſ. conſil. 121. num. 11. & conſil. 120. num. 8 lib. 4. Iaſ. conſil. 124. num. 2. lib. 1. Stante maximè, quòd ipſi Petrus, & Gotardinus receperunt à dicto Nicolao libras, N. vt tenebatur vigore dicti inſtrumenti, vt de ſolutione conſtat aliud inſtrumentũ ſub die N. de quo in proceſſu, & reconuentio dicti Petri, & Gotardini eſt fundata in inſtrumento ſuprà allegato: vnde ſuccedit diſpoſitio l. ſicut ff. de actio. & obli. vbi habetur, quòd contractus ab initio ſunt voluntarij, & ex poſtfacto neceſſitatis, & ſic ex neceſſitate obligationis tenentur reddere rationem. Accedat ꝙ ex prędictis inſtrumentis apparet, quòd tam conuenti, quàm agens adminiſtrarunt partitas, vt in inſtrumentis, vnde ſuccedit alia vera iuris concluſio, quòd
2 quilibet † adminiſtrator, ſiue tutor, inſtitor, ſiue negotiorum geſtor, tenetur reddere bonam rationem de adminiſtratis cum reliquatus ſolutione, l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. diſtra. l. 2. ff. de nego. geſtis. l. quædam in præſentia cum Glo. ff. de edend. arg. in l. fin. §. inter cætera. ff. de liber. legat. & l. ſi ita fuerit, ver. in reliquis. ff. de manumiſ. teſta. Soc. conſi. 213. in prin. verſic. tertio, lib. 2. Aymon Crauetta conſi. 231. nu. 1. ver. Nam redditio rationis, lib. 2. Et iſta concluſio non videtur aliquod habere dubium, vt dixit Rui. conſi. 29. num. 11. ver. quia quilibet, & num. 12. verſi. ſed etiam, & nu. 13. ver. & hoc non habet dubium, lib. quinto, & conſil. 69. num. 3. lib. 2. Pariſ. conſil. 84. nu. 17. & num. 18. lib. 1. Tenebanturque vt fuerunt concondemnati dicti Petrus, & Gotardinus reddere rationem de adminiſtratis, erant enim ipſi ſoli in dicta implicita aluminum, & poſtea in ſocium pro rata, de qua in inſtrumento, acceperunt dictum Nicolaum, & in dicto appaltu pro rata dicti Nicolai remanſerũt adminiſtratores, & inſtitores, vt in d. inſtrumento, &
3 de iure ſimiles † adminiſtratores, & inſtitores inſolidum tenentur reddere rationem de adminiſtratis, l. habebat quis §. ſi duo plures, ff. de inſtito. & facit tex. in l. 1. §. ſi plures etiam magiſtr. & §. cum l. ſeq. ff. de exerci. & dicti Petrus, & Gotardinus, vt inſtitores ipſius Nicolai pro eius participatione, cum ipſe Nicolaus nihil adminiſtrauerit, inſolidum tenentur, per dicta iura, Bald. in d. §. ſi duo, & in d. §. vltimo pro declaratione vbi dixit, quod ſi plures exercent vnã mercãtiam, ſi quidẽ exercent per tertiam perſonam, quilibet tenetur inſolidùm ex facto illius, ſi autem exercent per ſeipſos, tunc ſiquidem exercitiũ illius commiſſum vni ex eis, tunc idem. quia quilibet tenetur inſolidum iuribus, de quibus ibi per eum: cum ergo d. Petrus, & Gotardinus fuerint per d. Nicolaum deputati adminiſtratores, ipſi tenentur inſolidùm reddere rationem dicto Nicolao, qui iſto caſu eſt tanquam tertius, cum nihil adminiſtrauerit, & Bar. ſummando
4 dictum §. ſi plures, dicit quòd adminiſtratio † priuata, & vtilis pluribus ſimpliciter conceſſa, intelligitur inſolidum conceſſa, ſecus ſi diuiſim, vel aliter fuerit actum, tunc id ſeruandum: ſed in præſenti cauſa fuit ſimpliciter conceſſa, & hoc idem dixit. Bart. in l. eadẽ in ſexta quæſtione. ver. tertio caſu. ff. de duobus reis & Bar. in rub. C. de exercito. num. 14. verſic. ſi tamen plures. Accedat, quòd dictus Petrus promiſit adminiſtrare, & reddere rationem, ita verba ſunt cõcepta, & dictus Petrus, & ſocij promittit reddere rationem, quo caſu dixit Bart. in l. ſi communis ſeruus, nu. 4. ff. de ſtip. ſeruorum, verb. & iſta faciunt ad q. ſecundum conſuetudinem, & cum literis mercatorum vnus nominatur nomine proprio, & omnes alij non, ſed appellatiuo hoc verbo, Titius, & ſocij, tunc eſt dicendum, quòd ex virtute dictorum verborum, quatenus continent contractum, ex quo dicti mercatores debeant obligati, quilibet tenetur inſolidum, quaſi per illũ omnes negociationes exerceant iuribus, de quibus ibi per eum. ¶ Nec videtur obſtare dum dicebatur, quòd dictus Nicolaus nõ poteſt agere ad ea, quæ agit,

agit, cum pro ſui parte non adimpleuerit, cum non reddiderit cautum Aug. Sauliũ, iuxta primum inſtr. per ea, quæ tradunt Doct. per illum tex. in l. Iulianus. §. offer. ff. de actio. emp. quia replicatur, quòd inſtr. 7
prædictum inter alia duo continet vnum, quòd dictus Nicolaus exburſet ſummam, de qua in dicto inſtr. aliud, quod reddat cautum d. Auguſtinum. Quò ad primũ d. Nicolaus adimpleuit, cum reſpiciat perſonam d. Petri, & Gotardini, vt patet per inſtru. actum die, N. in actis exhibitum, alterũ verò, quòd reſpicit d. Aug. non debet impedire, quin d. Petrus, &
5 Gotardinus † reddat rationem, iuxta eorum promiſſionem, cum ex dicta cautione non data per d. Nicolaum, non appareat d. Pet. & Gotardinum moleſtatos à d. Auguſti. Sequeretur enim abſurdum, quòd d. Pet. & Gotardinus recepiſſent totam ſummam debitam per d. Nicolaum, & eam lucrarentur cũ aliena iactura non redden. rationem adminiſtrationis, quòd iura nõ permittunt, & dixit Alexan. in l. Fili. licèt, C. de colla. quod in contractibus nominatis oritur actio propter ſolum conſenſum abſque eo, quod agens impleat l. iuris gentium, ff. de pact. & licèt aliqui dicant contrarium, tamen opinio Alex. videtur magis vera.
6 Secundo reſpondetur, quòd in contractibus † nominatis, vt eſt iſte, de quo agitur propter non obſeruãtiam, non agitur ad reſcindendum contractum, ſed ad eius obſeruantiam, vel intereſſe pro eo, quæ habẽtur in l. fi. ff. de cond. ob cauſam, & in l. cum te. C. de pactis inter emp. & vend. vbi dicitur quòd eſt caſus ſpecialis quòd contractus nominatus reuocetur propter inobſeruantiam, vt ibi notatur, & d. l. Iulianus. §. offer. procedit quoties agitur ad id, quod erat proprium ipſius conuenti, vt ad tradendum rem venditam, qui ſi emptor agens non ſoluit pretium, ad rem non aget, vt per Cor. conſil. 121. num. 1. lib. 1. ſtante maximè, quod datio dictæ fideiuſſionis non fuit cauſa finalis dicti contractus, quo caſu propter non implementum non agitur ad reſcindendum, vt dixit Crauetta in conſ. 246. nu. 2. lib. 2. Tertiò reſpõdetur, & tollitur omnis difficultas, quò ad hanc obiectionẽ: quia dictum primum inſtrumentum non videtur amplius habere locum in hoc caſu, cum iura dicti contractus fuerint vendita per d. Petrum, & ſocios Caluis, qui ſucceſſerunt in locum ipſorum Petri, & ſociorum, & Auguſtinum cautum reddiderũt, vt patet per inſtrumentũ inter dictas partes actum, & in actis exhibitum. ¶ Succeſſiuè Rota abſoluit d. Nicolaum à petitis per d. Petrum, & Gotardinum in eorum conuentione: quia dicti Petrus, & Gotardinus ea petebant, quæ ipſi ſoluere tenentur, vt patet per inſtrumẽtum inter dictas partes initum die. N. in actis exhibitũ, & inſtrumentum, vt ſupra dictum fuit, facit probationem probatam. ¶ Fuit ſucceſſiuè condemnatus dictus Nicolaus ad reſiduum pretij pro ſua participatione, ſi quòd deeſt, iuxta tenorẽ dicti inſtrumenti, ſub dicta die. N. quia Rotæ non conſtat, quòd ſcuti. N. ſoluti per d. Nicolaum d. Petro dicta de cauſa, de qua in partita exhibita, faciant integrum pagamentũ pro rata dicti Nicolai: & hoc tantò magis cum in dicta partita dicatur, *à bon conto*, vt in ea. ¶ Condemnauit etiam Rota vtramque partem ad intereſſe ad rationem nouem pro centenario: conſtat enim in proceſſu, quòd tã d. Nicolaus agens, quam conuenti, & reconuenientes ſunt mercatores, & ſolent negotiari, & dare, & accipere pecunias cambio, & cambia vt in plurimum redidiſſe lucrum ad dictam rationem, & intereſſe fuit hinc indè peritum. Vndè ſuccedit doctrina Doctorum, quòd mercator poteſt petere intereſſe ratione lucri ceſſantis. Bar. in l. non vtique. §. nũc de officio, nu. 2. ver. alij dicunt. ff. de eo, quod certo loco, vbi dicit, quòd regula eſt, quod intereſſe debetur † in eo, qui conſueuit mercari, & lucrari, Glo. in l. 2. C. de vſuris. Canoniſta in c. conqueſtus, & in c. ſalubriter extra de vſur. vbi Abba. eſt bonus tex. in c. dilecti de foro compe. & in Clement. 1. de vſuris, & quando de intereſſe conſtat in ſolito negotiari, quòd poſſit peti, & debeatur, tenet Decius in conſ. 39. nu. 4. ver. nec obſtat ſi dicatur lib. 1. Soci. conſ. 20. nu. 18. lib. 4. Fely. in c. P. & B. in prin. de officio delegati. In quibus locis habentur infiniti concordantes, & nouiſſimè hanc opinionem ſecuram eſſe approbauit Socy. Iunior in l. 3. §. fin. cum l. ſeq. ff. de eo. quod cert. vt idem ipſe tenet, & refert in conſ. 165. num. 8. lib. 2. & hoc etiam prius dixit in conſi. 66. nume. 9. lib. 2. Ex quibus omnibus, & aliis allegatis per Doctores in d. locis poteſt dici hanc concluſionem de iure veriſſimam. Laus Deo.

DECISIO LX.

Recipiens reſiduum intelligitur totum recepiſſe, & ſoluẽs remanet in totum liberatus.

SVMMARIVM.

1 *Partis confeſſio, optima probatio.*
2 *Confeßio ſufficit ad condemnationem, etiam in proceſſu nullo.*
3 *Et etiam in criminalibus.*
4 *Confeſsio continẽs duo capita an poſsit acceptari quò ad vnum.*
5 *Ponens fatetur.*
6 *Soluens pro reſiduo totum ſoluiſſe intelligitur.*
7 *Teſtes concordes in principali, & ſi varij in acceſſorijs, probant.*
8 *Cõfeſsio in dubio debet interpretari ad fauorem confitentis.*
9 *Pretium ſuccedit loco rei.*
10 *Negans poſitionem non poteſt in ea ſe fundare.*
11 *Delegans ſoluit, & liberatur.*
12 *Dictum teſtis interpretatur contra producẽtem.*

VERITATIS NOMEN ADSIT.

IN cauſa Stephani Grilli, Laurentij, & Io. Baptiſtæ fratrum filiorum, & hæredum Marci Maiorchę actorum contra Nicolaum de Gazalis, fuit per ſupra nominatos actores petitum ab ipſo Nicolao reo conuento, tam coniunctim, quàm diuiſim reſiduum pretij ſetæ vẽditæ aliàs eidem Nicolao per Stephanum, quam aſſeruit pertinere ad d. Marcũ patrem prædictorum fratrum, quod reſiduum præſupponebatur eſſe de libris. N. confitentes actores recepiſſe ad bonum computum libras. N. tantum. De venditione ſetæ nihil aliud conſtitit in proceſſu, niſi id, quod reus confeſſus eſt reſpondendo quibuſdam poſitionibus actorum, nempè ſe emiſſe ſetam, ſed ſoluiſſe pro reſiduo pretij libras. N. facto calculo inter ipſos. ¶ Hac facti ſeriæ ſic ſtante, & re

dili-

diligenter examinata, aduerſus reum multa obſtare
videbantur, propter quę ad petita condemnari debe-
re videbatur. ¶ Et primò difficultatem faciebat illius
confeſſio de emptione ſetæ prædictæ, quæ quidem
dicitur valida, & pro iudicato habetur l. 1. & l. 3. in fi.
ff. de confeſſ. l. 1. C. eo. quamque pleniſſimam proba-
tionem nominat Crauet. conſi. 217. nume. 9. per ea,
quæ ad id allegat, & Menoch. de arbitr. & iud. quæ-
1 ſtio caſu 268. num. 6. dicit, quòd nulla melior † proba
tio adinueniri poteſt, quàm confeſſio partis, quę prę-
iudicat confitenti, cum ſit iudicialis. c. ſi. c. veſtra, de
cohabit. cleric. & manifeſta probatio dicitur l. cum
te, C. de tranſac. cum aliis per Dec. adductis conſ. 252.
ſub nu. 2. & ſtante acceptatione facta per partem ad-
uerſam ipſius confeſſionis, vt in proceſſu appatet, eã
reo præiudicare vtique dici poterat ex iis, quæ cumu
lauit Alba. conſ. 17. num. 10. vndè videmus aliàs con-
feſſionem propriam eneruare omnes coniectutas iu-
ris, & de iure, Gl. not. in §. aliud quoque in verbo ſin
autem in Auth. de æqualit. Docto. de qua Aret. conſi.
80. ſicut docet nu. 3. & Cotta in memor. ſuis, verbo,
confeſſio partis, in principio, vbi plures effectus re-
ſultantes à confeſſione partis congerit, & inter alios,
2 quod ea ſufficit † ad condemnandum, licèt proceſſus
eſſet nullus, quod fuit notabile dictum Matt. in not.
ſuo 53. nota. vtilem regulam vbi Hab. Sar. multa ad-
didit, & comprobat Boſſ. tit. de confeſ. in ſua praxi.
num. 40. vbi inquit, quòd confeſſio tollit omnem li-
belli ineptitudinem, & multa allegat, licèt de prædi.
mentionem non faciat, quam rem examinat plenè
Dec. in cap. & ſi clerici in prin. num. 3. extra de iu-
dic. alios eiuſdem ſententiæ recenſet Neguſan. conſ.
18. num. 17. & Marſi in pract. ſua crim. §. poſtquam,
nu. 12. vbi tenet, quòd ex inordinato proceſſu cõfeſ-
ſus poteſt condemnari, imò plus dixerunt Doct. quòd
iudicialis confeſſio qualis fuit in præſenti caſu hæc
prædicti rei, habet executionẽ, nec aliud vltra requi-
ritur propter calorem iudicij, vt Rebuff. de liter. obli
gat. art. 6 Glo. 3. num. 31. & 32. & per l. 1. C. de con-
feſ. & per alia iura, quæ citat Galles. in form. cam.
oblig in verſ. aliam etiam quodammodo nu. 12. pag.
27. idem tenet; vndè nil mirum ſi paſſim Doct. affir-
marunt, quod in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis,
niſi in condemnando, per tex expreſſos in cap. nos in
quemquam. 2. q. 1. l. perindè in fi. ff. ad l. Aquiliam, l.
ſi confeſſus. ff. de cuſtod. reorum, & alibi, vt per Marſ.
ſing. 201. in confeſſum nullæ, &c. quod procedit nõ
3 ſolum in cauſis ciuilibus, ſed in † criminalibus etiam,
vt conſulendo ipſe Marſ. aſſerit in conſ. 64 nume. 30.
libro 1. pro quorum corroboratione multa deducit
Gramm. in deciſ. 48. nu. 7. & 8. & hanc atteſtatur cõ-
munem opinionem Viui. lib. 1. opin. 47. ¶ Nec vide-
batur ipſi reo aliquid prodeſſe illud, quod in reſpon-
ſionibus ſuis ſubiunxit, nempè ſoluiſſe ſetam ſibi ven
ditam, adeo quòd ſi actores in confeſſione eius vim
facere voluiſſent quò ad venditionem, cogerentur
etiam acceptare illius ſequelam, hoc eſt ſolutionem:
4 Nam ex quo dicta reſponſio, ſeu † confeſſio rei conti-
nebat duo capita ſeparata, emiſſe, ſed ſoluiſſe, licuit
actoribus acceptare, pro vt expreſſe dixerunt, cõfeſ-
ſionem meam, in parte, & partibus pro illis facienti-
bus tantum, & non aliter. Vndè de ſolutione nulla
ratio habenda erat ad fauorem confitentis, ſed de ea
docere plenè debebat vulg. doct. Bar. in l. Aurelius. §.
idem, quæ ſit, num. 1. ff. de liber. leg. verſi. quare dila-
tius, quæ magis communiter recipitur, vt affirmat
Iaſ. §. Item ſi quis poſtulante, num. 21. inſtit de actio-
nib. quã ſequitur Dec. in c. ad hæc, nu. 14. extra de po
ſtula. & Tiraq. de pœnis legitim. cauſa 27. num. 7. &
hanc pro regula ponit Port. reg. lib. 1. conclu. 15. nec
diſſentit Menoch. de arbitr & iud. conſtit. Cau. 279.
& per multorum authoritates idem tenuit Clar. in
pract ſua crim §. fi. q. 55. verſ. poſſet quoque, vbi re-
prehendit Marſ. conſ. crim. 138. nu. 51. lib. 2. qui auſus
fuit dicere cõtra Bar. eſſe magis communem, ex qui-
bus ſatis euidenter apparet reũ ex d. ſua confeſſione
non eſſe vſquequaque tutum, præſertim quia non ad-
hibuit eam cautelam in reſpõſionibus ipſis, quas in-
tentio actoris fuiſſet penitus euerſa. ſ. ſi quid mihi vẽ-
didiſti, tibi perſolui, ſed ſimpliciter faſſus eſt emiſſe,
& venditam ſibi rem ſoluiſſe: inter quos reſpondendi
modos quæ differentia ſit colligitur ex traditis per
Cepo. in caut. 136. & per Iaſ. in l. Iulianus, num. 18. ff.
de conditione indebiti. ¶ Augebatur etiã difficultas
ex eo, quòd ſolutio, quę per eum fuit allegata, cum ſit
quod facti, non præſumebatur, l. ſolutam. ff. de ſolu.
Rom. conſ. 352. verſ. cæterum, & per Strac. in tract. de
adiecto, in præfact ante nu. 27. & propterea proban-
dum erat ab eo, qui illam allegauit, & in ea ſe fun-
dauit, l. ſi. C. de ſolut. Papien. in libell. quo agitur ad
fict. præſtat. Glo. verb. ſoluere, ſed id minimè factum
videbatur: Nam licèt duo teſtes fuiſſent pro eius par-
te examinati ad probandum huiuſmodi ſolutionem,
parum tamen iuuare videbantur ipſius rei cauſam:
Nam factum ipſius ſolutionis, & calculi eam præce-
dentis plenè narrare neſciuerunt, cum de eo fuere in-
terrogati, & conſequenter eos non probare dici po-
terat, iux. vulg. & not. Glo. magnam, l. Lucius. ff. de
his, qui not. infam. de qua Alex. conſ. 33. nu. 21. in fin.
lib. 3 & conſ. 88. vltimis verbis lib. 4. & conſ. 32. nu.
2. lib. 1. & Iaſ. in l. eleganter num. 2. ff. de cond. indeb.
¶ Vltra quòd contrarietas aliqua reſultare videbatur
ex poſitionibus rei, & ex depoſitionibus teſtium pro
eo examinatorum: Dicitur namque in poſitionibus
ipſis actores ſatisfactos pro libris, N. in tot rebus, ſeu
pecuniis, teſtes autem affirmant actoribus eſſe delega
tum, ſeu aſſignatum nomen quorundam Faciorũ de-
bitorum tunc rei conuenti, quòd eſt quid diuerſum à
continentia poſitionum, ex qua contrarietate inſana-
bilis admodum difficultas oriebatur, ſecundum tra-
dita per Innoc. magiſtraliter in c. cum contingat in
1. de off. deleg. quem ſequitur Bar. in l. 2. §. creditum,
nu. 8. ff. ſi cert. pet. & ibi Iaſ. nu. 2. poſt alios ſcribentes
5 ibidem: vnuſquiſque autẽ ſcit, quòd ponens † fate-
ri dicitur quicquid in poſitionibus continetur, vt per
Alex. conſ 172. lib. 6. in 1. & Dec. conſ. 252. col. 2. ſub
nu. 2. & per Matan. latè in ſuo ſpecu. par. 6. princ. act.
4. nu. 6. & 7. Alex. etiam in conſ. 72. nu. 4. lib. 3. In qui-
bus locis multa ad prædictorum comprobationẽ al-
legantur, ſed ſufficiat tantum remiſſio in gratiam bre-
uitatis. ¶ Ex iis itaque iura rei aliquantulũ dubia red-
debantur, ſed omnibus maturè diſcuſſis Rota deue-
nit in eam ſententiam nullo diſcrepante, quòd reus
ipſe abſolueretur à petitis, & ita eum abſoluit ſupra-
dictis minimè obſtantibus. Mota potiſſimum ratio-
nibus infraſcriptis, cum reus confeſſus eſſet ſetam
emiſſe, ſed pro reſiduo pretij illius ſoluiſſe libras. N.
neceſſe ei erat pro victoria obtinenda docere de ſo-
lutione ipſius reſidui, quod fecit per duos teſtes adeo
plenè, & concludenter, quòd nihil vltra deſidera-
ri poterat: affirmant. n. teſtes ipſi fuiſſe præſentes in
apotheca, ſeu volta ipſius Nicolai emptoris quando
is, & Stephanus venditor ad rationem calculandum,
& computandum deuenerunt occaſione controuerſę
ſetæ, & computo rationato adinuenerunt dictum em
ptorem pro reſiduo reſtare debitorem Stephani de
præ-

prædictis libris N. & ita Stephanus affirmauit, &
reus acceptauit, ſtatimque illud reſiduum ſoluit, &
exburſauit ante d. Stephano, qui eas pecuniarum ſum
mas recepit, & retinuit pro reſiduo dictæ venditio-
nis ſetæ, ex qua plena ſolutionis dicti reſidui proba-
tione, non ſolùm ceſſare conſtat obiectum ſuperius
factum, quò ad ſolutionem non præſumendum, cum
facti ea ſit, ſed firmatur etiã rei exceptio validiſſimè
adducta poſt ſuam confeſſionem, quam fecerat de
emptione ſetæ, ſcilicet eam ſoluiſſe: ex quorum te-
6 ſtium dictis integram † ſolutionem probatam fuiſſe
viſum fuit Rotæ, cum dicant pro reſiduo, & comple-
mẽto Nicolaum perſoluiſſe Stephano dictas libras,
N. iuxta ea, quæ habentur in l. ex pluribus in prin. iun
cta Gloſſa, in verbo reliquam. ff. de ſolut. vbi in ter
minis id not. Caſt. num. 2. verſ. & not. Glo. poſt Io. de
Imo. & Ang idem etiam tenuit Caſt ipſe in l. 2. nu. 3.
verſ. ſed quæro. C. de hæred. inſtitu. vbi Alex. num. 4.
concordantes citat, & ſequitur Dec. etiam in l. credi-
tori, nu. 6. & 7. C. de pac. ab ea non recedit Alci. in l.
poteſt, nu. 3. ff. de verb. ſig. ad terminos noſtros mul-
tum Cepol. caut. ſua. 1. incip. ego do tibi, quod pro
ſingulari tradit Rom. ſing. 706. incip. verba illa, quæ
ſolent. vbi Nic. pic. plura adducit in add. & Corn. cõſ.
33. num. 24. lib. 2. vbi inquit, quòd quando adſunt in
ſolutionis inſtrumento verba pro reſiduo, ſignifica-
tur, quòd nihil amplius debetur, ſed ſi debebat prius
ſoluens cenſetur liberatus, & ita per text. in d. l. 2. C.
de hæred. inſtit. dicit Iaſ. in conſ. 9. nume. 1. libr. 1. in-
cip. c. reuerende domine, & in conſil. 100. col. 1. nu. 3.
verſ. dicit lib. 4. Burſat. nouiſſimè, conſ. 104. col. 6. nu.
15. lib. 1. adeo, quòd hanc communem eſſe Doct. ſen
tentiam rectè dici poteſt, cui nullus reperitur adhuc
contradictor, quæ opinio eò adiuuatur per tradita à
Barto. in l. centurio, nume. 42. ff. de vulg. & pupil. de
hoc verbo reſiduo in inſtitutione adiecto, & ab Alex.
in conſ. 24. num. 9. lib. 4. de eo, qui aliquid deponit
pro exactis, & pro reſiduo fideiuſſorem præſtat, & ita
etiam conſuluit Sal. de quo Bertach. in ſuo reperto-
rio verbo reliquum. ¶ Ex huiuſmodi teſtium conclu-
denti depoſitione tollitur aliud obiectum d. Gloſ. in
l. Lucius. ff. de iis, qui not infam. cum aliis ſuperius al
legatis: Nam negari non poteſt factum ſolutionis re-
ſidui per eos, & de eo optimam rationem redditam
fuiſſe, tantum abeſt, quòd dici poſſit illud ignoraſſe,
vltra quòd Alex. in allegato conſ. 33. num. 21. in fi. lib.
3. loquitur de teſtamento, quòd eſt indiuiduũ quodã
factum, vt l. hæredes palam. §. fi. vbi Bart. & cæteri. ff.
de teſtam. in quo ſi teſtis de tota eius ſerie non recor
datur, quia fortè aliquantulum illo interim ſe abſen-
tauit, nimirum ſi minus concludenter depoſuiſſe cen
ſeatur. At in præſenti caſu ſufficeret, ſi teſtes rei depo
ſuiſſent de ſolutione reſidui pretij ſetę per eũ ab acto
re emptæ, abſque eo quòd de calculo ipſo aliquid ad-
derent, de quo reus non oppoſuit, ſed de ſolutione
reſidui tantum: vndè, cum etiam de calculo, & eius
concluſione plenè affirmauerint, efficaciores illorũ
depoſitiones fiunt, & remanent potiſſ. quia ad hoc fa
ctum ſolutionis reſidui probandi fuerant inducti, &
examinati, nõ autem ad alium finem: propterea ſuffi-
7 cit, quòd in illo conueniant, & licèt in acceſſoriis † va
rij eſſent, nihil curandum eſſet. Dec. conſil. 101. col.
2. verſ. nemo ad ſecundum, vbi pro regula hoc ponit
Alexand. conſil. 105. numero 22. libro 4. & conſi. 47.
numero 1. libro 2. vbi add. plures citat, & conſil. 88.
numero 17. libro 5. idem Curt. in tract. de teſtibus
conclu. 7. Iaſo. l. ſi ex falſis, numero 10. C. de tranſac.
Boſſ. in tit. de falſis. 148. & Clar. in ſua pract. crim. §.

fi. q. 53. verſ. ſcias tamen, vbi hanc communem eſſe
ſententiam dicit, & extendunt præcitati Doct. hoc
eſſe verum, etiam quò ad falſi pœnam effugiendam,
vt ibi per eos, & in § falſum, verſ. ſed quid ſi teſtis. &
per Marſil. in l. 1. §. præterea, nu. 25. ff. ad l. Corn. de
ſicar. ¶ Nec obſtat, quod de confeſſione rei ſuperius
perpenſa dicebatur: Nam de ea parum curandum fo-
re Rota cenſuit, quando quidem cardo huius cauſæ
in ea non reſidebat, ſed in probatione ſolutionis reſi-
dui pretij petiti, à qua deciſio hæc tota pendebat, &
quatenus, confeſſio ipſa eſſet alicuius cõſiderationis,
potius releuaret reum confitentem, quàm quòd illi
aduerſaretur in aliquo: conſtat enim ex lectura totius
proceſſus actorẽ nihil concludenter docuiſſe de ven-
ditione ſetę, ſed quicquid certi fuit in proceſſu de ea,
id omne prouenit medio dictæ confeſſionis, vnde ſi-
cut iura præſumunt contra negantem veritatem in
vna poſitione contentam, adeò quòd in cæteris etiã
illum mendacem eſſe prǽſupponunt, & pœna afficiũt,
vt eſt opt. tex. in l. de ætate. §. ſi cum eſſet quis, vbi Bar
tol. ff. de interrog. actio. & facit pulchrum conſi. 302.
Paul. de Caſtr. lib. 2. quod incipit, ego Paulus, de quo
meminit Crau. conſilio 73. numero 21. & Natta ad
propoſitum noſtrum in conſilio 59. numero 19. &
20. nec non conferunt dicta per Dec. in conſil. 279.
8 numero 6 vbi tenet, quòd in dubio † confeſſio inter-
pretari debet in fauorem confitentis ex iis, quæ ad id
allegat, ita è conuerſo confeſſio debet confitẽti pro-
deſſe, quod quemadmodum illud, quod plus eſt, con-
fiteri procurauit, ſcilicet, rem emiſſe, ita etiam, quod
minus eſt, nempe partem pretij non negaſſe cenſea-
tur. Hæc corroborantur per ea, quæ Plotus tradit in l.
ſi quando. §. 37. nu. 6. C. vnde vi, aliàs eſt ſub nu. 659.
& ſeq. & per regulam vulgatam, quod contrariorum
eadem eſt diſciplina, l. penult. §. fin. ff. qui ſatiſ. cogan.
Alexand. conſilio 209. numero 18. libro 2. qui in l. ſi
cum dotem, numero 16. verſiculo non nego tamen.
ff. ſolu. matr. inquit quòd in caſu contrario, contra-
rius producitur effectus: Ideoque ſicut negatio præ-
iudicaret neganti, ita confeſſio confitẽti prodeſſe de-
bet. ¶ Contrarietas verò, quæ oriri videbatur ex te-
ſtium dictis affirmantium libras, N. venditori datas
per reum, cedendo nomen illorum de Faciis debito-
rum eius, quos venditor pro debitoribus acceperat,
& ex poſitionibus ipſiuſmet rei, in quibus dicitur ſol
uiſſe ſeu ſatisfeciſſe dictam ſummam in pecuniis, ſeu
reb. facile ſublata fuit. ¶ Primò, quia ſi reſpiciamus
reum ipſum, dici poteſt venditorem habuiſſe dictas
libras, N. ab ipſo in petiis velluti datis ad vendẽdum
Faciis delegatis, & acceptatis, vel per alios venditor
eas habuit, id eſt, per Facios in pecuniis venditis iam
vellutis ipſis, præſertim cum pecuniæ ex venditione
9 vellutorum extractæ, dici poſſint † ſucceſſiſſe loco eo-
rum ſecundum Bartol. in l. ſi cum ſeruum, ſub nume.
3. verſiculo re ergo vendita. ff. ſi cer. pet. cum concor-
dantiis ibi citatis. ¶ Secundò, & fortius poſito ſine vẽ
ri præiudicio, quod aliqua appareret contrarietas
expoſitionibus ipſis collatis, cum in dictis prędicto-
rum teſtium, ea prorſus eliditur, ex quo pars aduerſa
negauit poſitiones rei, in quibus producenda aliqua
repugnantia in ex poſt, vim facere intendit, ſed iuris
10 certiſſimi eſt, quòd is, qui negat † poſitionem partis
aduerſæ, non poteſt poſtea in ea ſe fundare, cap. ex eo
non debet, de regu. iur. in. 6. & tradit notabiliter Bar.
in l. poſt legatum, ſub nu. 11. ff. de iis, quibus vt indign.
quem refert & ſequitur Alex. conſ 151. nu. 3. lib. 4. &
Alber. Mandel. conſ. 9. nu. 29. & Alex. conſ. 92. n. 5. li.
5 & conſ. 183. nu. 4. & ſatis ad rem noſtram, pro vt

etiam facit dict. Iaſ. in repet. l. admonendi, nume. 112. verſi. facit optimè. ff. de iur. iur. vbi plura ſimilia pro confirmatione doct. Bar. in d. l. poſt legatum citat, ex quibus apparet euidenter, quòd aſſerta contrarietas, quatenus adeſſet, quod negatur, tamen nullius efficaciæ eſſet quo ad actores, qui poſitiones rei negarunt. ¶ Præterea ex dicto Simonis de Facio teſtis pro actoribus examinati, non parum dilucidationis iuſtitiæ apparuit ad rei fauorem: Nam poſito, quòd emptor delegaſſet ipſi Stephano Facios in debitores, eoſque pro talibus accepiſſet, diceretur vtique ſoluiſſe, & ſatisfeciſſe ſummam delegatam, cum certum
11 ſit quòd is, qui † delegat, ſoluit, & à debito liberatur, l. ſi mandato meo. §. fi. Glo. fi. ff. mand. & not. in l. delegare la prima. ff. de noua. l. quamuis §. ſi mulier, vbi Caſtr. nume. 3. ff. ad Velle. Dec. conſi. 471. nume. 16. & ſeq. vbi loquitur in mercatore, qui acceptauit debitorem debitoris ſibi delegatum, cuius etiam ſententiæ fuit Soc. conſ. 37. nu. 19. lib. 4. vbi plures ex antiquis citat, qui vnanimiter tranſierunt in eandem opinionem, & idem inquit Iaſ. in l. ſingularia, num. 38. ff. ſi cer. pet. vbi loquitur de mercatore delegato cõturbato, ſeu vt loquimur decocto, & quòd debitor delegans ſit liberatus, ex multis deducit Strac. tract. ſuo de mercat. in tit. mandati in prin. nume. 13. maximè, quando creditor acceptauit, & in tit. decocto. in prin. qui incipit, bene eſt, nume. 5. verſi. à conſuetudine receptum eſt, dicit, quòd ſi creditor acceptauit, ſeu approbauit debitorem delegatum, ipſo iure liberatur delegans, licèt creditori non ſit verè ſolutum, ſed ſolum promiſſum: quia promiſſio eo caſu comparatur ſolutioni. l. ſi. cum ibi no. C. de leg. Falcid. ita non longè à materia noſtra dicit Dec. conſ. 116. poſt principium, & Strac. in term. d. tit. mandati ſub nu. 3. ibi, ſibi aſcribat Pandulphus, & Soc. dict. conſ. 57. num. 19. lib. 4. quibus adſtipulantur tradita per Rui. conſ. 209. col. 1. & 2. num. 4. li. 1. quod eſt repetitum inter conſ. Pariſ. conſ. 107. nu. 17. & 18. lib. 3. vt animaduertit Strac. in tract. ſuo de aducto. 4. par. q. 14. num. 5. verum quod Facij promiſerint, & vẽditor eos acceptauerit, perſpicitur clarè ex dicto ipſiuſmet Simonis de Facio pro eo examinati, dũ dicit fuiſſe datum creditum ab illis de Facio Stephano actori de pecuniis acceptis, ſeu extractis ex venditione vellutorum Nicolai rei, vt in libris eorundem delegatorum, qua ratione ipſe Stephanus pluries acceſſit ad voltam, ſeu apothecam dictorum de Facio pro exigenda ſumma ſibi delegata, & pluries ab illis eam petiit, qua partita ad librum debitoris redacta ſub nomine actorum quanti referat ſatis optimè deprehenditur ex his, quæ Strac. dixit in tract. de mercat. in tit. de decocto par. 5. ſob num. 5. verſ. mouet etiam. & in terminis noſtris notabiliter. Curt. conſ. 7. incip. videtur iterato per totum, qui videndus eſt, quæ teſtis
12 depoſitio, † licèt vnius tantum ſit, tamen fidẽ, & probationem non modicam facit aduerſus illum producentem, & approbantem, adeo quod, ſi eſſet aliquo modo dubia, nihil minus interpretari deberet cõtra ipſum producentem, Gloſ. not. in c. in præſentia verbo dubium verſ. & eſt notabile, ex. de probat. quá ſequitur Alex. conſ. 150. num. 11. lib. 5. & conſil. vltimò ad fin. li. 2. & Anchar. conſ. 331. viſis diligenter, ſub n. 3. col. fina cuius Gloſ. dictum multis exornat Tiraq. more ſuo in tract. ligna. 5. 1. Glo. 16. nume. 4. & 5. ſed cum apertè ad rei fauorem is deponat, ſumus extra omnem difficultatem per ea, quæ dicit Rom. in vulg. conſi. 104. ad fin. quem ſequitur Maran. in ſuo ſpec. par. 6. princ. actu. 6. nume. 16. & ibidem actu. 13. num. 12. præſertim cum non fuerit reprobatus ab inducente, vt per Maran. in locis mox citatis, & per Crauet. de antiquit. temp. par. 1. num. 15. verſ. ſed quæro vlterius cum conſequentibus multis, vbi examinat dicta per Rom in allegato loco, quem ſequitur etiã Socinus Iunior conſilio 69. nume. 11. & 12. lib. 1. Cephal. conſ. 65. nu. 55. & in conſilio 82. num. 47. & conſ. 141. num. 16. & nouiſſimè Burſat. conſi. 97. num. 25. lib. 1. ¶ Quibus rationibus, & fundamẽtis viſum fuit Rotæ abſoluere à petitis, nulla habita ratione debitorũ delegatorum, an ſ. reus teneatur eos bonos manutenere, & ſoluendo, an verò imputandum ſit actoribus, quòd negligentes fuerint in exigendo, quandoquidẽ hæc non erat præſentis iudicij animaduerſio, in quo id minimè fuit requiſitum. Laus Deo Optimo Maximo.

DECISIO LXI.

Recipiens ſortem abſque aliqua proteſtatione non poteſt agere ad intereſſe.

SVMMARIVM.

1 Intereſſe non poteſt ſtare ſine ſorte, ſed ei vti principali adhæret.

2 Proteſtatio de intereſſe in receptione ſortis an operetur.

3 Petitio intereſſe, vt fieri debeat ſoluta ſorte.

4 Sequeſtra an impediant intereſſe ſortis ſequeſtratæ, & num. 6.

5 Intereſſe minori an debeatur iure actionis, & numero 7.

8 Liberatio ab intereſſe per ſolutionem ſortis procedit, etiam in ſolutione coacta.

9 Intereſſe non debetur ſine mora.

10 Dies incerta, ſeu indefinita non interpellat pro homine.

DE VVLTV TVO DOMINE iudicium noſtrum prodeat.

CVM Stephanus Saulius ſuum condiderit teſtamentum, & inſtituerit in eo ſuum hæredem vniuerſalem Paſqualem, & in eius hæreditate inter cætera reliquerit creditum, quod habebat cũ Philippo, & Stephano Sauliis de ſcutis N. quos poſuerat in eorum manib. ſub nomine Franciſci Parlarij, vt tenerent eos ſuper cambiis, de illis tamen non poſſet, niſi ipſe Stephanus diſponere, egit hæres coram Rota contra dict. Philippum, & Stephanum Saulios, vt ſibi ſoluerent iſtam ſummam, & obtinuit ſententiam condemnatoriam contra ipſos Saulios ad ſoluendum releuatis ſequeſtris, & præſtita cautione de conſeruando ipſos indemnes à Parlario. Qua ſententia ſecuta cõdemnati ſoluerunt integram ſortem, & habuerunt ab hærede, eiuſque curatorib. quietationem. ¶ Accedit ex poſt facto, quòd idem Paſqual. mediantibus eius curatoribus intẽtauit iudicium coram nobis ſuper intereſſe ſummę iam ſoluta, & contra eum fuerunt motæ aliquæ difficultates, dicẽdo, quòd ſorte ſoluta per debitorẽ, nõ videtur contra eum poſſe moueri noua quæſtio occaſione intereſſe: propterea quòd illud conuenit officio iu-

dicis

dicis mercenario,nec de per ſe tanquam acceſſorium
1 ſtare poteſt ſublata ſortis † actione , cui tanquam
principali adhærebat.c.acceſſorium de reg.iur.in 6.l.
fi.vbi Bar.& alij.ff.de eo,quod certo loco. Nec prote
ſtatio facta in petitione ſatis videbatur releuare cre-
ditorem,ex quo talis proteſtatio,ſeu reſeruatio fieri
debebat in receptione ſortis,nõ autem in petitione:
Nam licèt proteſtatio fuerit facta à principio in li-
bello ,nihilominus in actu ſolutionis nihil fuit dictũ,
vel repetitum:vnde poterat videri creditor variaſſe,
& à prima proteſtatione receſſiſſe:ſed quando etiam
2 in receptione ſortis † fuiſſet proteſtatio interpoſita,
non poterat operari poſteaquàm proteſtatio, quę nõ
pendet à voluntate proteſtantis,non eſt releuans.l. ſi
quis.§.plerique.ff.de leg.& ſumpt.fun.l.alimenta. C.
de neg.geſt. Nec proteſtatio creditoris de intereſſe
nocet debitori,niſi ipſe proteſtationi,ac reſeruationi
expreſſè acquieuerit:quoniam debitor ſimpliciter ſol
uendo ſortem , & liberationem recipiendo, non po-
teſt naturam,ac neceſſitatem iuris mutare , l.centum
Capuæ.ff.de eo , quod cert. loco l. 4.C. depo.& per
ſcrib.omnes in all.l.fin.¶Sed vlterius dicebatur cre-
ditorem nedum ſibi præiudicaſſe in recipienda ſim-
pliciter ſorte,verùm etiam in proponenda petitione
pro ipſo intereſſe:Nam etiam quãdo per proteſtatio-
nem expreſſè acceptatam intereſſe intelligitur reſer-
uatum , debet peti ſors vnà cum intereſſe , & in eodẽ
libello proponi , non ad ſortem iam ſolutam conſe-
3 quendam , ſed quia intereſſe † tanquam acceſſorium
non poteſt à ſuo principali ſeparatum proponi , ita
Bar.in d.l.l.fi.in fine,vbi Fulgoſ.Caſtr.Iaſ.& alij.Qua
propter ex quo fuit petitum intereſſe ſimpliciter , ac
principaliter ſine ſorte,nõ videbatur curatores dicto
nomine poſſe obtinere.¶ Præterea dato millies inte-
4 reſſe fuiſſe†reſeruatũ,& rectè petitũ,adhuc non vide-
batur debitum,attentis ſequeſtrationib.factis in ma-
nibus Sauliorum à prætenſis creditorib.hęreditarijs,
vltra quòd poſt mortem Stephani , cũ pecunię eſſent
apud ipſos ſub nomine Pallarij , vt poſſet ſolus Ste-
phanus de illis diſponere,videbantur incerti , cui be-
ne ſoluere poſſent.¶Sed in contrarium ad remouen-
das huiuſmodi difficultates, & ad fundãdam ſuam in-
tentionem aduocatus Paſqualis proponebat huiuſ-
5 modi argumenta.Primum huiuſmodi intereſſe†tan-
quàm minoris deberi iure actionis,morámque com-
mitti re ipſa,l.in minorum.C. quando teſt. in integr.
non eſt neceſſe.& l.curabit de act.empt.& ideo ceſſa
re omnia, quæ dicebantur de intereſſe debito officio
iudicis,ex all.l.fin.¶Secundò dicebat non facere dif.
ficultatem proteſtationem non fuiſſe factam in rece-
ptione ſortis,poſtquã illa regula procedit in eo , qui
ſoluit ſpõtè,ſecus autẽ in eo,qui ſoluit coactè, prout
fecerunt rei conuenti mediante ſententia,ac licentia
Rotæ,doctrina eſt Alber.in dicta l.fina.columna ſe-
cunda,verſi.aut debitor ſoluit. ¶ Tertiò quando etiã
non competeret actio pro tali intereſſe , nec potuiſ-
ſet eo modo peti , quo petitum fuit , adhuc ſtantib.
clauſulis ſalutarib.in fine libelli poſitis , poteſt dici
competere,& intentatum eſſe remedium.l.ſi me , &
Titium.ff.ſi cer.pet. ¶ Quartò illud, quòd dicebatur
6 de ſequeſtris,non releuat,poſtquàm ſequeſtra † fue-
runt facta poſt conſtitutionem Sauliorum in mora,vt
per Afflic.dec.150. & quamuis non appareat de ali-
qua interpellatione facta ipſis Sauliis,per quam poſ-
ſint dici conſtituti in mora, nihilominus , quia de-
bebant tenere pecunias ſuper cambiis , vnaquæque
feriarum videbatur interpellare pro homine.l.vinũ.l.
quòd te.ff.ſi cer.pet.¶Rotæ tamen viſa fuere melio-
ra,ac potiora iura reorum conuentorum rationib.ſu-
prà adductis non obſtantibus propoſitis in fauorem
agentiũ:Non.n.in iure ſubſiſtit quod primo loco di-
cebatur,illud intereſſe deberi iure actionis , poſtquã
debitum iure actionis eſſe non poteſt,vbi nulla inter-
uenit de ipſo intereſſe promiſſio,vel ſtipulatio,Doc.
in l.3.& in l.fi.ff.quod certo loco. ¶ Non obſtant all.
l.in minorum,& all.l.curabit:quoniam loquuntur in
7 diuerſis terminis,ſcilicèt in emptore†retinente rem,
& pretium minoris , qui æquitate ſuadente illud fa-
cere minimè poteſt, & ideo tenetur ſoluere interuſu-
rium:ſed hîc ſumus in ſimplici debitore minoris,qui
non reperiretur in toto corpore iuris, quòd ſolùm ex
eo,quòd debitor minoris ſit , teneatur ſoluere inte-
reſſe,vltra quòd illę leges non dicunt deberi illud in-
tereſſe iure actionis,& quando deberetur , veniret ex
mora irregulari,pro vt dicunt ſcribentes in d.l. cura-
bit:nos verò ſumus in mora regulari, vnde ex diuerſis
non fit illatio.l.Papinianus exul.ff.de minorib.¶ Nõ
obſtat ſecundum de doctrina Alber. quia communis
opinio,de qua per Doctores in d.l fi.loquitur,& pro
cedit indinctè tam in eo,qui coactè,quàm in eo , qui
ſpontè ſoluit,& ratio Doctorum æque militat in vno
caſu,quàm in altero : Nam ſi ille,qui recepit ſortem,
& nihil proteſtatur,videtur intereſſe remittere , hoc
procedit in quauis ſolutione vel coacta , vel ſponta-
nea:lex.n.non conſiderat tali caſu ſoluentem,ſed re-
8 cipientem.Præterea ſi intereſſe non poteſt†peti,quia
debetur officio iudicis mercenarij , & tãquam acceſ-
ſorium ſortis,ea extincta per ſolutionem,intereſſe de
per ſe amplius peti non poteſt , nonne iſta ratio pro-
cedit ita in ſolutione ſpontanea,ſicuti in coacta ? ad
hoc faciunt ea , quæ ponit Iaſo.in l.centum Capuæ,
nu.6.ff.de eo,quod cer.loco,vltra quòd ſi rectè con-
ſiderentur verba Albe.ipſe non eſt Saulis contrarius:
Nam firmat & ipſe regulam , quòd per ſolutionem
ſortis ceſſat petitio intereſſe:& deinde ſubdit,ſi con-
demnatus ad ſortem,& ad pœnam ſoluat vigore ſen-
tentiæ coactus ſortem,remanet petitio pœnæ,nec mi
rum,quia extat condemnatio,pœnaq; debetur vigo-
re rei iudicatæ:ſed Sauli non fuerunt condemnati ad
intereſſe,meritò dictum Alber.eis non nocet. ¶ Non
releuat etiam tertium de æquitate l.ſi me, & Titium:
Nam illa lex benè diſponit , vt ego poſſim petere a
te rem meam , quæ apud te ſine cauſa reperitur : ſed
hæ pecuniæ,quę ex cauſa peruenerunt in reos conuẽ-
tos,iam fuerunt ſolutæ:vnde agitur ſolùm de intereſ-
ſe,ad quod lex illa nullo modo poteſt extendi.¶ Non
procedit etiam quartum fundamentum de ſequeſtris
factis poſt moram,quæ non excuſant ab intereſſe:Nã
nunquam apparebit iſtos Saulios fuiſſe in mora con-
9 ſtitutos,& ſine † mora intereſſe non debetur.l.mora.
ff. de vſur.& ibi Docto.in l.vnica.C.de ſentent. quæ
ſine certa quantita. Quinimo nobis conſtitit , fuiſſe
eis ſequeſtrum factum ſtatim ferè poſt mortem Ste-
phani, & ſententia Rotæ maximè eos purgat ab om-
ni mora,poſtquam condemnat eos ad ſoluendum ſor
tem,releuatis prius ſequeſtris.¶ Nec valet illud,quòd
dicebatur vltimo loco , diem interpellare pro homi-
ne : Nam pecuniæ non fuerunt datæ Saulis , vt pro
certo,& præfinito tempore illas retinerent ſuper cã-
biis,ſed receperunt ad tempus indefinitum, & incer-
10 tum:vnde dies incerta†non interpellat pro homine,
nec conſtituit in mora,vt per Decium , & alios in d.l.
vinũ & l.quod te.ff.ſi cer.pet.Et ex his concordi vo-
to abſoluimus reos conuẽtos à prętẽſo contra eos in-
tereſſe,cõdẽnantes ipſos tamen ad cãbia primę ferię,
tanquã de curſa,& iure actionis debita. Laus Deo.

DECISIO LXII.

Nauis coacta nauigare in aliquem locum pro capiendis frumentis, quibus erat onerata vel ob vtilitatē publicam, non dicitur paſſa caſum ſiniſtrum, & ideo ſecuritates ſuper naui factæ non debent exigi.

SVMMARIVM.

1 *Conditio indebiti competit condemnato in iudicio ſummario.*

2 *Multa licent ob publicam vtilitatem, quæ non licerent.*

3 *An omnes capientes, & impedientes in mari ſint piratæ.*

4 *Pactum in appodiſia ſecuritatum de ſtando iuramento procedit in ſummario, non ordinario.*

IESVS VIA, VERITAS, ET LVX.

BEnedictum de Ferrariis condemnauimus ad reſtituendum Auguſtino Camillæ quod exegerat vti indebitè receptum vnà cum pœna 33. pro centenario damnis, expēſis, & intereſſe: Mo
ti quia ſic cauent regulæ Rotæ volentes, condemna-
1 to ſ à iudice in ſummario iudicio conditionem inde-
biti competere, licèt aliàs ſententia faciat de indebi-
to debitum, iuxta Gl. in l. ſi non ſorte. §. hæredi, de
cond. inde. quaſi ſententia lata in ſummario non præ-
iudicet in ordinario, ſecundùm Alex. in l. à diuo Pio.
§. ſi ſuper reb. de re iud & Soci. conſ. 255 & 264. vol.
2. & Aret. in c. cauſam, quæ de teſti. ex. ¶ Hinc eſt, vt di
camus conditione indebiti licere repeti ſolutū, quan-
do caſus ſiniſter, ſub quo facta ſit promiſſio, non ve-
nerit nec in nauis corpore, corrediis, & apparatib. nec
in naulis: nauis enim cum à Piratis capta non fuiſſet,
aut à latronibus, iuxta. l. contractus de reg. iuris, & l.
2. ad l. Rho. de Iac. ſed tātùm ab Illuſtr. & Sereniſ. do-
minatione Venetorum iuſtitiæ fonte factum fuerit,
quòd ſuæ triremes diuerterent nauim ad ciuitatem
Corciræ, vt ibi venderentur grana onerata ſoluto ſi-
bi pretio, non quòd nauim vellent, & id pro publica
vtilitate egerunt Veneti, vt abundantia grani eſſet, &
populus fame non periret: patronus enim nauis ſem-
per in ſuo patronatu ſtetit cum ſuis fulcimentis, vt
exitus, qui acta probat, oſtendit cum patronum ven-
ditis frumentis nauim oneraſſe, & Venetias oneratū
aliis mercibus conduxiſſe probatum fuerit. Venetiiſ-
que inde inſtantibus creditoribus venditam fuiſſe;
vnde caſum ſiniſtrum non poſſumus dicere eueniſſe;
Si enim ſalua res eſt, vt prius ante diuerſionem ad di-
ctum locum, & vt ſemper fuit, cur ſiniſtrum caſum e-
ueniſſe opinamur? & diuerſio non ad capiendam na-
uim, ſed ob publicam vtilitatem grani conſequen-
2 di facta fuerit? propter quam multa licēt, † quæ aliàs
non licerent, per l. venditor. §. conſtat com. prædi.
Bal. in l. item ſi verberatum. §. primo de re. vendi. Fe-
li. in c. nonnulli de reſcrip. col. 25. & Bartol. in l. fin.
de pign. act. vnde licuit frumenta accipere ſoluto pre
tio, vt fuit, ſecundùm Gl. in l. ſi locus. ff. ad quem ſer.
ami. ¶ Et hinc patet reſponſio, quod teſtes non dicun
tur probare caſum ſiniſtri, dicentes nauim captam à
triremibus Venetis, cum diuerſio tantum fuerit pro
habēdis granis pretio ſoluto, nec in Venetorum Se-
reniſ. dominatione cadit dicere omnes, qui ſecuram
3 nauigationem impediunt, & capiunt in mari † nō in
dicto bello, piratæ dicuntur, ſecundùm Bald. in Au-
then. nauigia. C. de furt. & in l. 1. in fin. quòd bon. ce.
poſ. quia non per hoc impedita dicitur nauigatio, nec
ſic in his terminis loquitur Bald. qui dicit piratas æ-
quiparari hoſtibus fidei, & impunè poſſe derobari,
quia ipſo iure diffidati ſunt, & piratas impediētes ſe-
curitatem nauigandi nō poſſe dici milites. Et in effe-
ctu ſi quis caſus ſiniſter accidiſſe dici poſſet, eſſet in
granis. de quorum aſſecuratione non agitur, ſuper
quibus poſſunt Magiſtratus, & Principes diſponere,
cogendo vt vendātur, vel non extrahātur, iuxta notata
in l. omnes po. de iuſt. iu. & in l. ambitioſa de decre. ab
ord. licèt dici poſſet non eſſe caſum ſiniſtrum edictū
Principis, qui eſt lex animata in terris, & poteſt pro
publica vtilitate regni diſponere, vt annonæ, ſecun-
dùm Bald. conſi. 315. vol. 2. in princi. verſic. 3. ratio. At
hoc in Principe inter ſubditos diſponente ſorte pro-
cederet, Clem. paſtoralis de re iud. l. cū vnus §. is, qui
regnum de bo. aut. iud. poſ. & ordinatio Illuſtriſ. do-
minationis Venetorum reſpexit grana. de quibus nō
agitur. ¶ Naula ſimiliter decretum fuit ſolui debere:
eſt enim ſententia, quæ mandauit ſolui naula patrono
à ſupracarrico, & ſic à mercatoribus, vt acta publica,
& geſta probant. l geſta, de re iud. & not. Doct. in c.
quoniam contra, extra de proba. ergo caſus ſiniſter,
id eſt, infelix in illis non venit, & ſucceſſiuè locus nō
fuit ēxactioni ſecuritatum, quæ erant tantum pro ſcu-
tis, N. qui concurrente, quòd ſalua eſſet nauis, & pro
minori parte onerata, & naula ſalua (vt ſupra) procul
dubio potuiſſent extrahi, & tradi. & hæc eò magis
procedunt, cum patronus iter ſuum non ſeruauerit
ſed Venetias nauim oneratam aliis mercib. conduxe-
rit: vnde eſt, vt culpa patroni aſſecuratoribus non no-
ceat: non enim venit in generali aſſecuratione, l. qui
Ro. §. Calimacus de verbo. obli. & l. item quæritur. §.
primo. ff. loca. & cum alia naula fecerit, non æquum
ſit cum aliena iactura locupletari. l. Nam natura de
condi. inde. ¶ Nec ob dicere ſi nauis Genuam appli-
cuiſſet, hic facta fuiſſet naulorum exactio, & ad hoc
reſpexerit, qui ſe ſecurum fieri curauit, cum ſatis ſit
naula ſalua, & caſum ſiniſtrum in eis non veniſſe, &
minimè ratio exigendi hic habita fuerit, cum imò in
primo loco etiam extra Italiam, & in Italia ſolui con
uentum fuerit intra octo dies poſt exonerationē pu-
blico inſtrumento, quòd facit notorium ad nor. in
l. cum precib. C. de probatio. ¶ Ex quibus actoris iu-
ra inſtam cauſam fouere decreuimus, cui fauebat
quòd non ſat docuiſſet reus habuiſſe riſicum naulo-
4 rum in naui, & conuentio facta in appodiſia † ſecuri-
tatis de ſtando iuramento de riſico, quòd pactum va-
lidum eſt ſecundum Soc. conſilio 90. vol. 4. procedit
in iudicio ſummario, non in ordinario, vt communis
practica docet, à qua non eſt recedendum, Bal. in l.
illud de excu. tut. Laus Deo.

DECISIO LXIII.

Si patronus nauis nauigationem pro alia parte relicto deſtinato viagio capit, aſſecuratores non tenentur amplius.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Aſſecurationis cantractus eſt contractus conditionalis.
2 Impedita conditione aſſecurandi nulli imputatur defectus.
3 Intentio cantrahentium & maximè inter mercatares eſt inſpicienda.
4 Aſſecuratio pro viagio intelligitur de primo.
5 Promiſſio de aptando intelligitur de prima vice.
6 Aſſecuratio facta bannito intelligatur pro prima vice.

FVIT in Rota prouunciatum contra Iuliũ
Cibo ceſſionarium Benedicti de Auria alias
aſſecurati ſuper quodam Galcono per Fran
ciſcum Lomelinum,& alios litis cõſortes pro viagio
faciẽdo ex Venetiis Meſſanam, & inde ad quodlibet
oneratorum Inſulæ Siciliæ pro onerandis frumentis
pro ciuitate Gen.ſiuè Liburno,aut Vioregio, & Rota
eundem Iulium tanquam indebitè ſecuritates exigentem
via executiua, condemnauit non ſolum ad
exactum indebitè,ſed etiam ad intereſſe, & ad pœnã
trigiuta trium pro centenario iuxta formam regula-
1 rum:his potiſſimùm mota fundamẽtis ¶Primò, quia
cũ aſſecurationis † contractus ſit contractus conditionalis,
vt patet in l.periculi pretium.ff. de nau. fen.
concipitur enim contractus huiuſmodi aſſecurationis
hoc modo, ſi contingat in hac nauigatione toto
viagio durante Titij nauim, ſiue merces deperdi ob
tempeſtatem,vel latronum,ac piratarum impedimẽtum
ego promitto valorem illarum mercium, & hoc
dummodo mihi des octo pro centenario, vel quicquid
aliud,vt inter ipſos paciſcentes conuentum eſt;
vnde ſi ante completum totum viagium nauis ſit cõbuſta
in portu,vel deſtructa, vel Rex, vel Imperator
eam retineat pro ſuis neceſſitatib. & publicis, iuxta
2 not.in l. iubemus.C.de Sacroſan. Eccle. & ſic impediatur
† conditio aſſecurationis, tunc non poteſt imputari
conditionis defectus magis vni parti,quàm alteri,
& nullus alteri tenetur, text.eſt nota. in l. ſi venditor.
ff.de hæredi.vel act.vend.& ſic pretium periculi
nõ poteſt hoc caſu peti,imò ſolutum repetitur,quaſi
cauſa non ſequuta.Cum igitur d.Iulius ſolũ ſe fundet
ſuper impedimento Regiæ curiæ,quæ illũ coëgerat
de Meſſana ire ad oneratoriũ Agrigenti pro onerandis
frumentis,& inde reuertendo applicare de nouo
in d.ciuitatem Meſſanæ vltra intentionem venditorum
illius euentus,qui aſſecuratores appellantur,ſi
euentus caſus ſiniſtri non poterat ſibi imputari, vtique
nec etiam aſſecuratoribus,qui ex ſupra deductis
non poſſunt teneri,& ex conſequenti,cum nũ potuerit,
nec debuerit pretium periculi exigere,meritò in-
3 debitè cum regularum pœna ab actoribus exactum
debet repeti.¶Præterea conſiderata intentione † contrahentiũ,
quæ in omnib.inſpicienda eſt.l.in conuentionalib
ff.de verb.obl.l. fin. C.quæ res pig.obl.poſ.
Alex in l.etiam filios.§.licèt in dotalib.nu. 5. ff. ſolu.
matr.Bal.conſi.417.nu.2.vol.5.& maximè quia hoc
dictat æquitas inter mercatores obſeruanda,vt no.in
l.ſi fideiuſſor.§.quidam tamen. ff. mand.l.Titius eo.
tit.Bal.conſi.34.nu.2.in 4.vol.non poteſt Iulius aliter
dici,quàm meritò condẽnatus per Rotã, cũ itaq;
mens,& intentio cõtrahentiũ fuerit,vt ex lectura apodiſiæ
manifeſtè conſtat,quòd ſi d.Galeonus deperderetur
toto illo viagio durante,ſiue in illa nauigatione,
profectò non potuit eſſe intentio contraria, quòd de
alio quoque viagio huic intermedio intelligeretur:
Nam etiam dato quòd nunquam ſub hac expreſſa forma
toto.ſ.viagio durante,& ſic vnico tantum viagio ſtatuto,
ſed ſimpliciter fuiſſet dictũ. Aſſecuro tuum Galeonũ
à Venetiis vſque Meſſanam, & hinc ad quodcunque
oneratorium Inſulæ Siciliæ, & ſic indefinitè,
non propterea debebat d.Iuli nouum celebrare con
tractum aſſumendo nouum viagium primo nondum
4 completo: quia cõtractus † huiuſmodi, & ſimiles intelliguntur
de primo viagio,ſeu nauigatione tantum
per tex.in l.fideicommiſſa.§.ſi quis ita. ff. de legat.3.
per quem tex dicit not. Bal.in l.licèt.C. loca. in 4.q.
5 quòd ille,qui † promittit aliquid reaptare, intelligitur
pro prima vice tantum, & hoc eſt deciſum in l.
dot.ff.de iure Doct. Ita qui facit ſecuritatẽ bannito,
6 † intelligitur de prima vice tantum,Iaſ.in l. diuortio.
§.quod in anno,numero 15. ff. ſolut. matrim. Alex.
conſi. 14.vol.4.ſimiliter qui aſſecurat nauim intelligitur
de vno viagio tantum,niſi aliud exprimatur,facit.
l.Boues.magiſtralis in hoc propoſito, vbi ad ſaturitatem
Tiraq.§.hoc ſermone ff.de verbo ſignificat.cũ
autem d.Iulius nouam cum nouis mercatorib.cõtraxerit
obligationem de onerandis frumẽtis in medio
primi viagij ferè transportandis ad ciuitatem Meſſanæ,
& quidem ſponte, vt conſtat public instruc. in
proceſſu exhibito contrauenerit concordię, meritò
illum condemnauit Rota nullo habito reſpectu ad
violentiam allegatam Regiæ curiæ pro tranſuehẽdis
militib.ad locum Gerbi:dupliciter.n.ad hoc reſpondetur.
Primò ex iam deductis. Secundò, quia teſtes
hanc non probant violentiã:primi.n.teſtes dicunt d.
Galeonum fuiſſe interdictum per aliquot dies à Regia
curia pro Gerbi, ſed pro precib.forte, & pretio
fuit liberatus,qua libertate habita, deinde adueniente
penuria frumentorum in ciuitate Meſſanæ, patronus
Galeoni cum aliis mercatorib. cõuenit de tranſportandis
frumentis ab oneratorio Agrigenti ad
Meſſanam,nulla per eos facta mentione, ſed aliqua
prohibitione facta propter hoc idem viagium faciẽdum
per Regiam curiam, & ita etiam videntur concludere
teſtes ſecundo loco examinati pro parte dicti
Iulij, excepto vltimo teſte, cui tanquàm vnico
non eſt ſtandum:dictũ.n.vnius, dictum nullius in rub.
vulg. Et ex prædictis Rota condemnauit dicti Iul. tã
ad reſtituẽdum indebitè exactum,quàm etiam ad dictam
pœnam triginta trium, iuxta formam regularũ
Rotæ. Laus Deo.

DECISIO LXIIII.

Mandatarius,qui miſit merces mandanti,intelligitur
miſiſſe ex ordine præcedenti.

SVMMARIVM.

1 Mandati fines neque in modica ſunt excedendi.
2 Sed quandoque adimplendum eſt vt fieri poteſt.
3 Et intentio magis eſt attendenda quàm verba.
4 Vnius ex duabus contrarijs teſtificationibus, cui ſit credendum.
5 Secuta ex præcedente mandato proueniſſe præſumitur.
6 Geſtum per mandatarium vltra mãdatũ an, & quãdo tot vel acceptari,vel impugnari debeat.

7 *Re tradita, ſeu miſſa alicui nullo aſsignato pretio qua actione tradens poſsit agere ad pretij recuperationem.*

NOSTROS DEVS DIRIGAT GRESSVS, IN VIAM VERItatis, & iuſtitiæ.

IN cauſa inter agentem pro Michaele de Iudicibus, & Benedictum Auriam conuentum, ſiue in locatione, & conductione ſimus ob mercedem, quam prouiſionem vocãt, ſolui ſolitam, per l. primam. ff. mand. & §. fin. inſt. eod. & ſenſit Strac. de merca. tit. de mand. num. 38. ſiue in mandato, vt videtur principalis agentium intentio, à qua actus diiudicari non dubitatur. l. ſi quis nec cauſam in princip. vbi Bald. & cæteri. ff. ſi cert. peta. cum aliis, vt per Tiraq. de retract. §. 30. Glo. prima, num. 4. factum tamen noſtrum ob hoc diuerſo iure cẽſendum non eſſe ſatis conſtitit: Nam Michael per literas ab Auria in mandatis habuit emendi ſalmas, N. grani in loco Panormi, in quo nauim ab eo pro parte conductam onerare Riccius elegerit, & emptas eidem Genuam vehendas tradere, & pro earum pretio tranſmiſit pecunias quaſdã, & literas cambij pro Bezenſono dedit, Emit Michaël ſalmas, N. reſiduum verò (cum plura venalia non inueniſſe aſſerat) mutuo cæpit, & Riccio tradidit, conſignauit Riccius Genuæ granum Auriæ, & poſtquam ceſſit, & venit dies mutui reſtituendi, Michaël aliam ex Bezenzono tractam facere tentauit, vt id ſolueret, quod pluris in tempore reſtitutionis granum valuit à tempore mutui capti, ſed nummularius ſoluere noluit: vnde ab Auria id cùm intereſſe petiit: Auria verò ad mutuũ ſe teneri negat, de quo nec mandatum dediſſe, nec de eo inter partes actum vnquam eſſe aſſerit, Rota tandem pro Auria ſenſit, & ipſum pro mutuo non teneri dixit: Nam ex literis Auriæ ad Michaëlem, & per eius agentem editis nullum de mutuo capiendo verbum legitur, ſed omnes de grano emendo determinatè, & expreſſè loquuntur, vnde in exceſſu in præiudicium mandantis actio non dari, & eò magis in diuerſa contractus ſpecie, certi iuris eſt l. præterea cum duab. ſeq. vbi omnes. ff. mandat. ſunt.
1 n. mandati † fines diligenter ſeruandi, vt nec quidem in eius qualitate excedere licet, etiã ſi in modico excederetur tradit, & deducit Pariſ. in conſilio 47. nu.
2 42. in prin. Et licèt quãdoque † pro vt poſſibile eſt, (ſi aliter non poſſet) mandatum impleri ſufficiat. l. Celſus. ff. de arb. cum aliis, vt per Crau. conſi. 247. nu. 4. vt in caſu noſtro cum granum venale (vt aſſeritur) nõ inueniretur, & mandatarius agere poſſit, quòd mandans veriſimiliter acturus fuiſſet, tradit Marſ. poſt alios, vt ibi per eum, in l. ſed ſciendũ, nu. 5. de parricid. vt egiſſet Auria veriſimiliter, cum granum venale nõ inueniſſet ne de vacuo plenum ſolueret, quia eius vna
3 erat † intentio, granum. ſ. in naui conducta Genuam vehere, quam magis attendendam in mandatis eſſe, quàm verba, dixit Alex. conſi. 24. nu. 11. in ſecun. cum aliis, vt per Ctauet. vbi ſupra proxi. tamen id Michaël in caſu noſtro non egiſſe ſatis clare oſtenditur: Nam non ſolùm nomine Auriæ mutuum non cõtraxit, ſed nec in animo id facere habuit. De primo conſtat, nec etiam diffitetur mutuum Michaël nomine eius proprio contraxiſſe. Secundum deducitur, quia is non ſolùm tractam pro ſalmis emptis fecit, ſed etiã pro mutuo captis, quam ſi animo geſſiſſet pro Auria mutuum capere, vtique ante tempus reſtituendi mutui non feciſſet, ne ipſum in anticipata ſolutione, & intereſſe cãbij indebitè, cum mutui damno dupliciter grauaret, ſed ſuo tempore facienda reſeruaſſet, vt negotij naturæ conueniebat, arg. l. ob carmen in fin. ff. de teſti. & bona fides exigebat, l. bona fides. ff. depoſ. & ita ferè in terminis ad caſum noſtaum animum deprehendi docet deducendo Bal. in l. 2. C. de his, qui à nõ dom. manumit. comprobatur ex eo, quòd teſtes pro Auria dicunt in loco ſeruari, vt mutuum abſque mandato capientes, cum emere deberent, mutui periculum ſubeant: quibus & commodum obuenire poſſet, ſi reſtitutionis tempore frumentum meliori pretio venũdaretur, l. ſi ſecundum naturam de reg. iu. ¶ Nec dicatur Auriam ſciuiſſe mutuum, & ob id, quia frumentũ ſimpliciter receperit, omnia à Michaële geſta ratahabuiſſe cenſeatur, l. filiusfam. la. 2. ff. ad Maced. l. quo enim, § ratihabitionem. vbi Bart. & cæteri. ff. rem. ra. hab. quia hoc non ſatis conſtitit: Nam Marcus Antonius cõſanguineus Michaëlis pro eo examinatus, qui dixit literas ad Auriam vidiſſe, & exemplaſſe, à veroſimili deuiare viſus fuit, ex quo non receptarum literarum exemplum, ſed tranſmiſſarum fieri ſolere oſtẽdit quotidianus vſus. Itẽ ſolus eſt in ſuo dicto, & ſingularis, & id reuocaſſe in fine conſtat ex ſecunda eius pro Auria depoſitione, & licèt primæ ſtandum eſſe multi Doct. voluerint, tamen ex quo vtraque eſt cũ
4 iuramento, primam ex † ſecunda ita debilitari, vt nec ſemiplenam faciat fidem, dixit Cap. deciſ. 242. nume. 11. ex mente Innoc. Abb. Fel. & aliorum, vt ibi per eũ: ex quibus omnibus ei fidem non eſſe adhibendã Rota arbitrata eſt, per l. 3. §. 1. ff. de teſt. per Bar. in l. Lucius. ff. de infam. & paſſim. Riccij ſcribam itidem nil concludenter probare viſum fuit, dum dixit Ricciũ de mutuo Auriæ ſignificaſſe, cum id noua Riccio, ſed à Michaële ſcire debuiſſet: potuit. n. Michaël ſuo nomine, vt fecit, mutuum contrahere, & eius periculum & commodum ſubire, vt in loco ſeruari dicunt teſtes pro Auria voluiſſe, & Auriæ in venditionem imputare. l. neque natales. C. de probatio. Item quia & is ſingularis, & in ſuo dicto ſolus. l. iuriſiurandi. C. de teſtib. cum concord. Mazoni, & aliorum dicta de confeſſione Auriæ, partim quia extra iudicium, & parte abſente emanatas dicunt, & non ſunt de loco, & tempore conteſtes, vt requiritur, Afflic. deciſ. 364. nu. 4. partim quia de eo tempore poſtquàm de mutuo cœptum fuit controuerti deponunt, duxit non releuare. ¶ Nec quicquam Auriæ obeſſe potuit receptio frumẽti, ex quo de eo emendo præceſſerat determinatũ
5 mandatũ: Nam ꝙ poſtea ſequutũ eſt † ex mãdato pręcedẽte proueniſſe iuſtè ſibi credere potuit. l. qui in aliena § is, qui putabat, vbi Doct. ff. de acqui hęred. & in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui ope. nunciat. cũ aliis, vt latè per Alici in reg. 2. pręſump. 24. de pręſump. ¶ Ad id, in quo maximè inſtabatur, vt. ſ. Auria, qui mutuum contractũ poſtea non ignorauit, teneatur totũ approbare, aut reprobare, & ſic pretiũ vel totũ ſoluere, aut rẽ reſtituere ex eo ꝙ Saly. dixit in l. pręterea in fin. ff. mãd. & alibi, reſpõdetur, ꝙ caſui noſtro hoc aptari nõ poteſt ob euentus eius varios: Nam & maris pericula diuerſa, & nauis cõductio diuerſum in hoc ius eſſe faciũt: nauim enim Auria pro ſuo, nõ Michaelis negotio cõductã voluit, & maris tẽpeſtates, ac piratarũ, & inimicorũ incurſiones ipſe ſubiuit, nõ Michaël, q taliter rẽ pertractauit, vt ſe ab iſtis, caſu euẽniẽte, optimè potuiſſet eximere vnico verbo, dicẽdo Aurię periculũ eſt, cuius eſt res, & Auria nil vltra quærere potuiſſet per ea, quæ latè tradit Pariſ. in dicto conſilio 47. numero 16. & ſeq. in princ. vnde ſatis, atque ſatis dici

dici poſſe viſum fuit, Michaëlem petere hóc non potuiſſe, cuius contrarium non fuiſſet petiturus. l. penu. C. de ſolu. Item alio modo reſpondeo quòd dictũ Saly. bene digeſtum caſum noſtrum non comprehẽdere dignoſcitur: Nam dum plures conſiderat caſus, di-
6 cit, aut mandatarius † emit nomine proprio, & tunc non cogitur tradere, etiam ſi totum offeratur pretiũ, aut nomine mandantis, qui ratum habuit exceſſum, & tunc rem offerendo pretium petere poteſt, aut omnino pro mãdante geſſit, & idem eſt, & hoc reintegra: re verò tradita tunc ſiue denunciatum fuerit mandãti in traditione, ſiue ipſe ex interuallo ſciuerit, compellitur totum contractum aut approbare, aut improbare, & ſic aut pretium ſoluere, aut rem reſtituere, licèt hoc vltimo caſu multi contrarium tenuerint, & forſan magis communiter, quos Glo. & Pau. ſequuti ſunt in l. qui in aliena. §. 1. per illum tex. ff. de neg. geſt. ſed caſus noſter ab his ſatis diuerſus eſſe apparet: quia Mich. pro Auria contrahere mutuum noluit, nec id etiam in animo habuit, vt ſupra deduximus, ſed ſuo tantum nomine, & pro ſe id cõtraxit, cum Auria verò venditionis actum fecit, quod ex eo etiam apertiſſimè comprehenditur, dum eidem quantitatem grani propriam cum empto computauit, vt ex actis percipitur, nec ex aduerſo negatur, ex quo etiam tollitur quod dicebatur de ſterilitate annatæ ſequentis: Nam ſi id cognouiſſet, vtique & ipſe proprium granum in mutuum, non in venditionem imputaſſet, cum in ſuo eandem potuiſſet cauſam aſſignare, quam in alio aſſignauit argumen. l. cum de indebito de probat. cum concor. Et licèt fateremur Auriam à Michaële conueniri potuiſſe negotiorum geſtorum actione ex deductis per Bald. & Saly. in d. l. præterea, & in l. fin. C. de nego. geſt. ſiuè teneri in factum ſubſidiaria re rra-
7 dita † non declarato pretio, prout in ſimili tradit Bal. poſt Matth. vt ibi per eum in l. fi. C. de contrah. empt. cum tamen etiam tunc potuerit coëmere granum aliquo maiori pretio, ſicut multi ex teſtibus in proceſſu deponunt, quod vtilius ceſſiſſet Auriæ, quàm ſubire periculum anceps renouandi granum, eatenus vtiliter geſſiſſet, & Auriam locupletiorẽ tradidiſſet, quo maiori pretio tunc potuit granum cõparare, & quanti valuit eo tempore communiter, quod maximè attendunt Gl. & Docto. omnes, & ad illud agi debuit etiam ſecundum Salyc. facit. l. quæ vtiliter, & l. ſi pupilli in princip. & §. ſed & ſi quis negotia, ff. de nego. geſt. nec pluris iudex æſtimare deberet, ſecũdùm Bal. in d. l. fin. per l. ſi potienda in fin. ff. de præſcript. verb. Quòd autem Michaël maius pretium ſoluerit, ſibi imputare debet d. l. qui in aliena. §. primo. vbi Gloſſ. & Pau. ac alij, & l. ſi pro te. ff. mand. vbi Gloſſ. cum concord.

DECISIO LXV.

Obligãs ſe de bona adminiſtratione pro alio, tenetur principaliter.

SVMMARIVM.

1 Subſcribens obligatur, ac ſi totum ſcripſiſſet.

2 Promittens factum alienum, an ſit fideiuſſor, an verò principalis.

3 Clauſula ius, & iuſtitiã miniſtrari quid operetur.

4 Item clauſula petens, &c.

5 Item omni meliori modo, &c.

6 Confeſſio an correo præiudicet.

7 Et an faciat probationem,

DIRIGAT NOS DEVS IN viam veritatis, & iuſtitiæ.

IN cauſa Catalini Peri cum Franciſco Centuriono illud in primis diſcutiendũ venit, an Franciſ. fideiuſſor Anto. filij, an potius debẽdi correus ex apocha exhibita diiudicãdus eſſet. Et quidem Fran. ſubſcriptio
1 † in apocha idem operatur, ac ſi totam manu ſua conſcripſiſſet, vt no. Bar. in l. emptor. §. Lucius, nu. 2. ff. de pac. & tradit Alex. in conſ. 147. num. 3. & 4. in 2. & Iaſ. poſt alios, vt ibi per eum in Auth. ſi quis in aliquo, nu. 5. C. de edend. & ex quo in eadem apocha Franc. inſolidum promiſit, ſe debendi correum fecit. l. 3. §. 1. l. reos in fi. ff. de duobus reis, & id voluntariè ex eadem cauſa, & principaliter vt ſatisfaciamus Bartol. in l. 1. nu 19. C. eo. tit. quod etiam ſatis conſtat, dum in apocha renunciauit iuri de principali, & ſe principa-
2 lem † conſtituit, adeo quòd & ſi promittendo de bona adminiſtratione pro Ant. factum alienum promiſiſſe videatur. §. ſi quis alium, inſti. de inutilib. ſtipula. l. quoties quis. ff. de verbo. obligatio. tamen ob eam renunciationem non alienum, ſed ſuum proprium factum promiſiſſe cenſetur, & caſum ſuum proprium feciſſe, conſtituendo ſe principalem, vt deducendo tradit Cra. conſ. 272. nu. 3. 5. & nu. 13. & licet adhuc his ſtantib. in effectu ipſum fideiuſſorem eſſe dicat Rui. in conſ. 140. nu. 8. in t. per Gl in Auth. de fideiuſ. In princ. & eò maximè cùm negotium ad Anton ſpectaret, ad not. in l. ſed Iulianus. ff. ad Maced. cũ alijs, vt per Anan. conſ. 60. tamen ipſemet Anan. ibidem fatetur, quòd tecum & propriè non dicitur fideiuſſor: Nã id, quod dicitur duo rei videntur inuicem fideiubere, quatenus negotium ad alterum ſpectet, verum eſſe dicit Aret. conſi. 33. nu. 7. & 8. quò ad effectum reſultantem inter ipſos correos, nõ autem, quò ad creditorem, niſi in duob. caſibus, vt. ſ. ſi id eſſet expreſſè actum inter partes, vel color eſſet quæſitus in fraudem legis, vt expreſſè tradit Bart. in l. 1. nu. 69 C. de duobus reis, & cum nos non ſimus in aliquo iſtorum caſuum, meritò, &c. per quæ omnia etiam tolluntur ea, quæ idem Rui. tradidit in conſi. 218. nu. 3. in prin. Eſt igitur Franc. principalis, ex quo talem ſe fecit, & in locum Ant. cum eo ſeipſum poſuit, vnde in omni caſu, & ad id etiam tenetur, ad quod tenetur Ant. vt dixit Crauet. d. conſi. 272. nu. 3. quapropter ipſum vti principalem ex ſua promiſſione, vt in apocha, ad reddendam rationem damnauimus, ad quam etiam reddendam viſus eſt in proceſſu ſe obtuliſſe. ¶ Nec dicatur quòd ad id actum non videtur, ſed petita fuerit certa quantitas eiuſdem rationis occaſione: quia no-
3 bis ſatis viſum fuit actum, dum † petitum fuit ius, & iuſtitiam miniſtrari ad not. in c. 2. vbi omnes de ord. cogn. latè Soc. in c. ſignificantibus, num. 85. de libel. oblat. & Iaſ. in §. omnium, nu. 147. inſti. de ac. & Soc.
4 in conſi. 128. in prin. in 1. vbi dicit, quòd actor † per clauſulam petens, &c. obtinet ſuper eo, ſuper quo iuſtitiam habet, etiam quòd contraria peteret, & Bal in l. ius pluribus in fi. ff. de iuſt. & iur. dicit, quòd per illã clauſulam ius, & iuſtitiam, &c. ius, & iuſtitia fori intẽtata eſt, quæ eſt illud, quod iudici videtur: & ob id ſemper dicitur ſententia petitioni conformis, & eò
5 magis cum clauſula † omni meliori modo, &c. per quam actor non videtur voluiſſe ſe reſtringere ad

ſpeci

Digitized by Google

ſpecificata tantum, ſecũdùm Bal.in l.vinum ff.ſi cer. pet.& alios,vt per Rui.in conſ.54.nu.8.in 4. & conſ. 9.nu.9.in 5.Crauet.conſi.326.nu.15.¶ Ad ſummam certam petitam dictũ Franci.ideo non damnauimus, quia Catalinus actor nil ad eam probandam quod re leuauerit deduxit: Nam licèt in electione eius fuerit à principio(omiſſa facti petitione)ad pecuniam agere,vt not.Bar.in l.1.nu.3.C.ſi aduer.rem iud. & ſequitur Soc.in conſi.24.nu.34.in fin.in primo,& Rui. in d.conſi.140.ſub nu.8.in fin.in primo tamen ex promiſſo facto pecuniam petitam procedere, & deberi, probare debebat,vt Bart. & Rui.vbi ſuprà prox. docent,& tradit Dec.in conſi.493.ſub nu.29. & cum id factum non fuerit,meritò ſuccedit regula.l. qui accuſare.C.de eden.¶ Nec illa Ant.cõfeſſio, in qua actor ſuæ intentionis omne fundamẽtum fecerat, quicquã prodeſſe viſum fuit: quia nec ſententia contra Antonium lata prodeſt: Nam ſi dicamus Franciſcum correum, vt ſupra deduximus, ſententia † contra alterum
6 correum lata non nocet correo. l.fina. C.de fideiuſſ.tradit Bartolus in l. ex duob.numero 17. ff. de duob.reis, & in l.1.nume.44. C.eo. tit.Soc.conſilio 283.num.13. in 2.ſed ſi ſententia non nocet, nec alia acta nocere poſſunt,Bartol.in l.ſi mater.§.ſi.ff.de excep.rei iud.cum aliis,vt per Alex.in l.ſæpe,nu.125.ff. de re iud.& Ruin. in d conſi.140.nu.7.& expreſſè in confeſſione correi debendi tradit Bar.in d. l.1. num. 57.C.de duo.rei.vbi dicit non nocere alteri, niſi ad interrumpendam perſcriptionem,& licèt nõnulli dicant hoc verum eſſe quò ad totale præiudicium, ſed
7 ſecus ſit quo ad quale quale, quòd ſemipleñã† probationem importat,vt dixit Bart.in l.admonendi, num. 45.ff.de iure iur.cuius factionis videatur eſſe poſt alios,vt ibi per eos Soc.in conſi.149.nu.8.in princip. & Deci.42.num.11.& Alex.bene notandum dixit, vt de pane lucrando,licèt non firmet, tamen Cy.& alij, vt per Iaſ.in d.l.admonen.nu.204.quos & ipſe ſequitur,dicunt non ſemiplenam probationem, ſed quid modicum importare,vt cæteris parib.habens ſentẽtiam præponderet,vt idem affirmat Iaſ.in l.ſi duo, n. 3.ff.de iureiur.& Ripa.in d.l.admonendi,nu.202. & communiter teneri dixit Cur.Sen.in conſi.72.nu. 2. Ex quibus omnibus tolluntur ea, quæ firmauit Rui. in d.conſi.140.in prin.quæ etiam vera non videntur, eſto quòd eſſemus in fideiuſ. quòd eſſet in caſu noſtro contractus,vt per Bart.& alios in l. 1. ff. iud.ſol. cum aliis,vt per Alex.in conſ.131.nu.7.in 2.quòd aſſerit hoc magis cõmuniter teneri, quod in effectu nec Ang.in l.in cognitione in fi.ff.ad Sillen.negare videtur,vt tradit Alex.in d.l.ſæpe,nu. 17. & contra quem Rui.in eodem met caſu reſpondit Dec.conſi.493.

DECISIO LXVI.

Qui promiſit de bona adminiſtratione alterius, remanet obligatus de adminiſtratis omni tempore.

SVMMARIVM.

1 *Promittens pro alio in eodem tempore, habetur vt principalis.*
2 *Adminiſtrante ſtatum mutante an promiſsio alterius pro eo intelligatur reuocata.*
3 *Verba apta ad infinitatem operantur infinitatẽ.*

Cognationem habet cum ſuperiori cauſa præſens inter Io. Baptiſtam Grillum ex vna agentem,& Auguſtin. & Franciſcum Centurionos ex altera conuentos: Nam ipſi conuenti itidem apochæ exhibitæ à Grillo vnà cum Antonio ſe ſubſcripſerunt inſolidùm promittentes renuntiando iuri de principali,ideo & ipſos cor-
1 reos debẽdi eſſe:& factum proprium † promiſiſſe,nõ alienum cenſuimus conſtituendo ſe principales per ea,quæ ſupra adduximus, & eò magis in præſenti cauſa id procedere facilius admittimus,ex quo vno, & eodem tempore cum Antonio omnes promiſerunt: in quo caſu limitatur alleg. Gloſ.in Auth.de fideiuſ. in princip.vt dicit Alex.poſt alios, vt ibi per eum in conſi.32.nu.12.in 4.qui aſſerit in hac limitatione nõ reperire contradicentem: ideo eos ad reddẽdam ipſi Grillo rationem condemnauimus, vt in hac parte ab actore petitum fuit.¶ Nec quod circa hoc dicebatur
2 de ſtatus † Antonij mutatione ſecundùm tradita per Bart in l.in confirmando,nu.2.ff. de confirma. tuto. & in l.cum quis in princ. & in l. ſi cum Corne. ff. de ſolutio.releuare viſum fuit:Quia eſto quòd in terminis illatũ ll.eſſemus,vt verè nõ ſumus, illa reuocatio, de qua ibi ita demum per legem fit,ſi ſuperuenit noua cauſa,quam ſi mandans ſciuiſſet, veriſimiliter voluntatem mutaſſet,vt dicit Pau.ibi, ſed in caſu noſtro nullibi de hoc conſtàt,meritò &c.Minus etiam id releuans eſſe duximus, quod dicebatur diſtinguendo plura tempora pro primo ſolùm conuentos teneri,iuxta nota.in l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verbo. ſigni.quia apochæ verba generalia hanc reſtrictionẽ non admittebãt,Bar.in l.generaliter.§. vxori de leg. 3.omnes in l.1.de lega.1.Rui.conſi.59. nu. 24. in 4.
3 imò,cùm † ſint apta ad infinitatem, dum dicitur de omni eo,& toto,quod tranſmiſſum fuerit, infinitatẽ operantur.l.ſi ita ſtipulatus à Selo.ff.de fideiuſſ.Item quia indefinitè ſine aliqua tẽporis perfinitione promiſerũt,& omnia futura præuideri poterant, quo caſu etiam pro futuris tẽporibus tenentur,vt poſt alios, ibi per eum,deducit Tiraq.in d.§.hoc ſermone 25.limitatio.per totam.¶ A ſumma autẽ certa petita ideo conuentos abſoluimus, quia eam deberi actor ſat nõ oſtendit,niſi aliqua ex ficta confeſſione Anto. contumacis elicita,vnde in idem,vt in ſuperiori cauſa diximus,incidebamus meritò,&c.

DECISIO LXVII.

Ordinanti alicui,quod mandet rem per tertiũ emi, tertius emens acquirit dominium,& non mandanti.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius emens rem proprio nomine tenetur actione mandata ad rem mãdanti tradẽdam.*
2 *Mandatarij factum eſt factum mandantis.*
3 *Mandatarius emens rẽ pluris,quam ſit ordo,agit rem propriam.*
4 *Mandans rem emi de ordine alterius an poſsit opponere ordinanti exceptionem acceptandi implicitam in totum,vel in nihilo.*
5 *Aeſtimatio quanti plurimi ſuccedit loco rei.*
6 *Retentio merciũ pro creditis in quibus caſibus ſit licita.*
7 *Recipiens merces tranſitu tendas non poteſt opponere non ſpectare ad eum,cui ſunt deſtinatæ.*

8 *Conſue-*

8 *Conſuetudo negotiari debetur intereſſe.*
9 *Mandans mercatori emi merces tenetur ad pretium, & intereſſe.*
10 *Aequalitas in iudicijs eſt ſeruanda.*

CONDEMNAUIT Rota Coſmum Interianum vti, & tanquam vnum ex ſociis, & nomine ſocietatis Neapolis cantantis ſub nomine Coſmi, & Laurentij Interianorum, ad dandum, & conſignandum Io. Bap. Pinello ballas, N. ſetarum ex maiori numero, quàm ſocij præfati ita mãdante dic. Ioann. Bap. Pinello, ſeu Nicolao ipſius Ioann. Bap. patre prædefuncto emi ordinauerant per Andream Spinulam de Turri, & Theramum Bozolum, ex quib. ballis N. dicti Coſmus, & Laurent. deinde aliquot vendi fecerunt per Bernardinos & Bernardos Lucenſes: reliquas verò conſignare non curauerunt dicto Ioanni Bap. ſeu prædictis Lucenſibus, iuxta ordinem eis datum. ¶ Et mota fuit Rota. Nam iure prouiſum eſt, quòd ſi procurator aſſumpto ſpeciali mandato
1 de emendo rem aliquam, illam nomine ſuo† proprio emat, nulla facta mentione de domino, poteſt nihilo minus cogi actione mandati ad rem ipſi domino tradendam, ad hoc facit optimè tex. in l. quo in aliena. §. ſi is, qui putabat. ff. de acqui. hæred. vbi Bar. & ceteri, quos allegat Alex. in conſi. 58. nu. primo, in dubio autem cenſetur emiſſe virtute præcedentis mandati, & ſic procuratorio nomine, vt poſt Bar. Ang. & Imo. notat Iaſ. in d. §. ſi is, qui putabat, nu. 11. & ſequenti, faciunt quæ ſcribit Saly. in l. falſiſſima. ff. de his, qui à non domi. ergo multò magis quando expreſſè emit nomine domini, vt fecit Andre. cui id mandauerunt Interiani de ordine, & mandato dicti Pinelli, vt clarè videri poteſt tam ex literis dicti Pinelli, quàm ipſorummet Interianorum, quæ fidem faciunt contra ipſos l. Publia in fin. vbi Doct. ff. depo. l. ſi aliquid, C. de donat. quam etiam ex literis dicti Andr. & eiuſdẽ teſtificatione, quo fit, vt cum perinde ſit, ac ſi dictus Pinellus dicto Andr. mandaſſet emptionem prædictã fieri, vt per Bar. in l. aut qui aliter. §. hęc verba. ff. quòd
2 vi, aut clam: mandatarij† namque factum verè, & propriè eſt actum mandantis, ſecundùm Bal. in l. vnica. §. ne autem, nu. 9. C. de cadu. toll. faciunt quæ ſcribit Dec. conſi. 77. in fi. ſequitur, quòd ſtatim facta dicta emptione per d. And. acquiſitum fuerit dominium, & poſſeſſio dicto Pinello, l. ſi procurator. ff. de acquir. rer. domi. l. 1. §. per procuratorem. ff. de acquir. poſſ. ¶ Nec obſtare viſum fuit Rotæ, quòd Pinellus conqueſtus fuerit Andr. Spinulam de Turri procuratorem, & mandatarium emiſſe ſetas vltra pretium ſibi taxatum: vnde videbatur ipſi Pinello actionem non competere, quia ſetæ non erant effectæ Pinelli non acceptantis implicitã ſimpliciter, pro vt facta fuit:
3 quia quãdo† procurator emit rem pluri pretio, quàm ſibi fuerit mandatum, rem non agit domini, ſed propriam, quia excedit fines mandati: vnde aliud facere dicitur, quàm quod mandauerit dominus. l. diligenter. ff. manda. Vnde Pinellus habebat neceſſe vel in totum relinquere implicitam, vel in totum acceptare, vt dicit text. in l. ſi verò non remunerandi. §. ſi mihi mandaueris. ff. manda. & in l. 3. eo. titu. vbi per Sali. Aret. in §. is, qui inſtru. mand. Quia dictum fuit, quòd huiuſmodi exceptio, ſeu oppoſitio non pertinet Inte-
4 rianis, qui habuerunt † ordinem à Pinello mandandi dicto Andreæ, vt dictam emptionem faceret pro cõputo ipſius Pinelli. Ideoque ipſi Interiani in nihilo tenebantur, vt per Bart. in d. l. aut qui aliter. §. hęc verba, & ſic ſua non intererat præter id, quod dict. Pinellus emptionem prædictam acceptauit, faciendo depoſitum pretij ſetarum virtute interpellationis, & proteſtationum contra ipſum factarum per Interianos, vt in actis conſtat, nec non petendo ſetas ipſas in iudicio, ex quo ſciebat pretium earum ex computis ſibi tranſmiſſis, non tantum. n. verbis, ſed & facto ratificatio inducitur. l. non tantum. ff. rem ratam habe. ¶ Condemnauit inſuper dictum Coſmum nomine, quo ſupra ad æſtimationem quanti plurimi valuerunt dictæ ſetæ, dicto Ioanni Baptiſtæ præſtandum à die interpellationis factæ per dictum Ioannẽ Baptiſtam ipſi Coſmo, & à tempore dictæ æſtimationis citra, ad damna, & intereſſe tam paſſa per ipſum Ioãnem Baptiſtam, quàm etiam patienda, in executione ſententiæ liquidanda, & hoc ſi, & quatenus adſint ſetæ, ſi verò non adſint ad dictum pretium, & æſtimationem quanti plurimi cum damnis, & intereſſe à die dictæ æſtimationis citra. ¶ Et ad ita iudicandum mota fuit Rota: quia per interpellationem per Ioã. Bap. factam, Interiani fuerunt in mora conſtituti: ideo
5 debetur† æſtimatio quanti plurimi, quæ ſuccedit loco rei, l. vinum, & quæ ibi per Doc. ff. ſi cer. pet. fingitur. n. res, cuius æſtimatio decreuit, amplius non reperiri, ideo deuenitur ad æſtimationem. l. ſi ſeruũ. §. fi. cũ ibi no. per Gl. ff. de ver. oblig. etiam ſi momẽto tãtum temporis duraſſet æſtimatio, vt per Cagnol. in d. l. vinum, num. 36. nec refert an interpellatio fuerit iudicialis, vel extraiudicialis, ſecundum communem, quam refert Cagnol. in d. l. vinum nu. 11. tametſi hoc caſu fuerit iudicialis tempore prædicti depoſiti in iudicio facti, & prædicta eò magis procedunt ex eo, quòd Interiani, qui habuerunt ordinem ab Andrea emptore, & ab ipſo Pinello, vt dictas ſetas tranſmitterent ex Neapoli Genuam, eidem Pinello per terram, & non per aquas illas deſtinaſſent Bernardinis & Bernardis Lucenſibus, qui, cùm iuſtum ordinẽ receperint, illi obtemperare tenebantur, text. ſunt clari in l. ſi mandauero. §. cur. autem, & in l. ſi quis alicui. §. ſi qui mandatum. ff. manda. ideo non potuerunt eas
6 † retinere, virtute dicti eorum crediti, cum non ſimus in aliquibus ex caſibus, de quibus per Bar. & Doctores in l. ſi non fortẽ. §. ſi cẽtum. ff. de condi. indeb. & per Negus. de pignor. in 4. mẽbr. 5. partis, in quibus licita eſt retentio: cũ ergo Interiani non iuridicè proceſſerint retinendo ſetas contra ordinẽ vtriuſq; ſ. Andreæ, & Pinelli, & ex hoc dici poſſit eſſe in mala fide, & moroſi, tenentur ideo ſetas cum æſtimatione quanti plurimi, damnis, & intereſſe reſtituere, vt ſuprà: quia non licet conductoribus, vel illis, qui reci-
7 piunt† curam tranſmittendi merces de loco ad locũ, refricare quæſtionem dominij, nec opponere, quòd merces nõ pertineant ad eum, ad quẽ deſtinatę ſunt, ex regula. l. ſi quis conductionis tit. C. loca. quæ lex locũ habet in omni cõtractu, in quo quædã bona fide res mea peruenit in alium: Namq; iſte talis nõ debet, vel poteſt opponere ad impediẽdũ reſtitutionem rei meæ, ſecundùm Ang. ibi, Dec. conſ. 56. nu. 4. & conſ. 28. n. 3. Fely. in c. inter dilectos n. 32. de fid. inſtr. eſſet enim valde iniquũ, & contra omnẽ fidẽ, q; ſi quis det merces ſuas trãſmittẽdas de loco ad locũ, q; iſte, qui curã hãc acceptauit, poſſet merces retinere ex quauis differẽtia, quę eſſet vel poſſet oriri inter mittẽtẽ, & eũ, cui mittitur, & quòd hęc fuerit mẽdicata occaſio propter augmẽtũ, q; ſetæ fecerãt, apparet ex eò, q; iam aliques ballas ſetarum tranſmiſerant ipſi Pinello Genuam: cur etiam illas non retinuerunt: erat enim vni-

ca ampli-

ca implicita, cur diuerſo iure cenſeatur? contra l. ędes de vſucap, Theramus emit nomine Pinelli ballas, N. ſetarum, & eo pretio, quo ſibi fuit mandatum, in iſtis ballis, N. dici nō poteſt procuratorem exceſſiſſe fines mandati, cur igitur ſub hac ratione, & cauſa etiā iſtas ballas Interiani pro ſe non retinuerunt, & vendiderunt? ¶ Ad damna verò, & intereſſe à die æſtimationis quanti plurimi citra condemnati fuerunt Coſmus, & Laurentius eò, quia in proceſſu apparet dictum Pinellum fuiſſe, & eſſe mercarorem ſolitum, & conſuetum 8 †negotiari, cui de iure præſtari debet intereſſe, vt per Alex. conſi. 41. numero 4. vol. 3. & conſi. 141. vol. 5. per Dec. conſi. 39. col. 2. verſi. etiam nullitas laudū, & conſi. 116. in principio, & fine dicti conſilij, per Glo. Abb. & Cano. in c. conqueſtus, de vſur. & Doct. in c. ſalubriter eod. tit. Ruin. conſi. 55. numero 10. lib. 2. & per Afflict. deciſ. 20. per totam, & tandem per Stra. in tra. de merca. in tit. de contractib. mercatorū, nume. 2. & ſequenti, fol. 77. & 78. ¶ At quia æquitas non patitur, vt quis cum alterius dāno, & iactura efficiatur locupletior, vulgata regula locupletari de regul. iur. in 6. l. naturæ. ff. de regu. iur. Ideo cū Coſmus, & Laurentius proprias pecunias pro emendis antedictis ſetis exburſauerint de mandato dicti Pinelli, easq́ue ſibi reſtitui à dicto Pinello etiam cum proteſtationibus expoſtulauerint, probaueritq́ue inſuper, ſe fuiſſe, & eſſe mercatores ſolitos, & conſuetos negotiari, & non tenere pecunias otioſas, & ſe tales, eſſe, quibus de iure intereſſe præſtari debeat, vt per Alex. d. conſi. 41. numero ſecundo, vol. 3. cum aliis ſupra allegatis, æquum, & conueniens Rotæ viſum fuit declarare dictam æſtimationem, & pretium quanti plurimi, & intereſſe per Interianos Pinello debita, fore compenſanda cum credito, & intereſſe ipſis Interianis, ſeu pro quibus remanebant creditores Interiani pro contentis in proteſtationibus per ipſos factis contra Pinellum, & hinc inde ceſſare ad ratam quantitatis, & temporis, cùm talis compēſatio veniat hinc inde ad impediendum curſum vſurarum, & ad moræ pœnam extinguendam ipſo iure à lege ſine hominis facto facta fuerit, iux. text. in l. ſi conſtat, vbi Pau. de Caſt. C. de compenſat. artic 6. nu. 48. cum ſequenti. Afflict. deciſi. 121. cum aliis per Alexandrum adductis conſi. 74. nume. 4. vol. 5. & hæc ſatis quò ad ballas, N. per Ioannem Baptiſtam ab Interianis petitas ¶ Quo verò ad ballas, quas Ioannes Baptiſta habuit à Bernardinis, & Bernardis Lucenſibus de ordine, & mandato Interianorum, antequam tamen Coſmus mandatum reuocaſſet, & quas idem Coſmus inſtabat ſibi reſtitui, vel earum pretium, & valorē perſolui, iuri conſonum Rotæ viſum fuit, condemnare eundem Ioann. Baptiſt. & ſic eum condemnauit † ad ſoluendum eidem Coſmo tantam ſummam, & pecuniarum quantitatem, quantam in dictis duabus ballis expendidit Andreas Spinula de Turri in earum emptione, & aliis expenſis, prout in computo dicti Andreæ in actis exhibito, ex pecuniis dicto Andreæ tractis per Interianos de Neapoli, & ſic ſubſequēter abſoluit, & liberauit Rota dictum Ioannem Baptiſtā à cæteris petitis: iuridicū etenim minimè viſum fuit dictum Ioannem Baptiſtam teneri, & obligatum eſſe ad dictas ballas reſtituendas, vt pote quòd nulla actio dicto Coſmo competeret, cum ſit quòd pluries Interiani tam per eorum literas, quæ contra eos fidem faciunt, dict. l. Publia, cū aliis ſuperiùs allegatis, quàm per eorum confeſſionem coram teſtibus factam, l. cum te, C. de tranſactio. l. generaliter. C. de non numera. pecun. confeſſi fuerunt dictas ſetas ad Ioannem Baptiſtam ſpectare, Inſuper cum Iuris clariſſimi ſit, quod ſi dictæ ballæ vt ſupra emptæ reperirentur eſſe penès Interianos d. Pinello actio ad illas vendicandū contra eos competeret, vt ſupra de aliis ballis fuit concluſum, quantò magis, cum penes ſeipſum reperiantur, retentione, & exceptione eum vti poſſe dicēdum eſt? l. inuictus. §. cui damus. ff. de regu. iur. l. prima. §. is autem. ff. de ſuperficie. & l. creditori in fin. & ibi Glo. C. de pact. & cap. qui ad agendum, de regul. 10 iur. in ſexto, & cum in iudiciis † æqualitas ſit ſeruāda, vt per text. in l. fina. C. de fruct. & lit. expen. & per Afflictum deciſi. 33. poſt nu. 1. ſicut Rota Interianos condemnauit ad damna, & intereſſe valoris ballarū, N. caſu quo non exiſterent penès ipſos, vt ſupra dictū eſt, eodem modo condemnauit Ioannem Baptiſtam ad ſoluendum damna, & intereſſe dictis Interianis, habito reſpectu ad pretium ballarum, N. per dictum Ioannem Baptiſt. dictis Interianis non ſolutum, à die proteſtationis factæ in nundinis ex cauſa literarum cambij per Ioannem Baptiſtam non executarum, & ſic à die moræ, per iura, & rationes ſuperius adductas. Et hæc ſatis viſa ſunt pro præſentis deciſionis enucleatione. Laus Deo. Opt. Max.

DECISIO LXVIII.

Exigens pecunias alienas, & non remittens, iuxta ordinem, tenetur ad intereſſe, quod petitum in iudicio non remittitur per exactionem ſortis.

SVMMARIVM.

1 *Non interpellatus non eſt in mora.*
2 *Accipiens ſortem remittit intereſſe, & quando non, & nume. 8.*
3 *Mandatum fit etiam per epiſtolas.*
4 *Recipiens literas ſibi directas dicitur aſſentire.*
5 *Suſcipiens, & non exequens mandatum tenetur ad intereſſe.*
6 *Solito dare pecunias cambio debetur intereſſe cambij.*
7 *Valens adimplere mandatum, & non adimplēs, eſt in mora abſque interpellatione.*
9 *Exiſtenti in mora currit intereſſe vſque ad ſolutionem ſortis.*
10 *Lucrum eſt quod ſupereſt deductis impenſis.*

NICOLAVS Centurionus ex ciuitate Meſſanæ ſcripſit, ac mādauit Frāchis, & Pallauicino ſociis in Bezenſono, vt quaſdam eius pecunias remitterent Genuam Ioanni Baptiſtæ de Grimaldis, qui Franchi, ac Pallauicinus ſocij ex Bezenſono, iuxta ordinem in feria Paſchæ de pecuniis dic. Nicolai ſcutos, N. dic. Ioanni Baptiſtæ remiſerunt, cui Centurionus per eius literas ordinauerat, vt dictas pecunias ſibi remiſſas remitteret Neapolim, quod minimè factum fuit per Ioannem Baptiſtam: vnde dictus Centurionus ſuam porrexit petitionē contra Ioannem Baptiſtam, ac petiit ipſum condemnari ad ſibi ſoluendum dictam quantitatem vnà cum intereſſi-

têreſſibus decurſis à die ordinis retardati, ac dictus
reus conuentus in prima reſponſione obtulit ſoluere
veram ſortem, quam etiam depoſuit, reſpectu verò
intereſſe ſe non teneri, Centurionus dictum capitale
accepit abſque præiudicio intereſſe, quod ſibi deberi
prætendit, vt petitum fuit: vnde ſolùm ſuper intereſ-
ſibus controuerſia fuit, quæ ei non deberi reus con-
tendebat, per text. in l. ſi procuratorem. §. mandati
actio. ff. mand. vbi non datur actio mandati ſi non in-
tereſt, vnde cum actor nõ docuerit de aliquo ſuo in-
tereſſe, meritò ſibi non deberi reus dicebat, maxi-
1 mè quia non † fuit in aliqua mora, ex quo nunquam
interpellatus fuit per not. à Dec. conſil. 2. vel ſaltem
2 fuit remiſſum † per acceptationem ſortis, vt notatur
per Paul. de Caſt. & Iaſ. in l. fi. ff. de eo quod cert. lo-
co: vel vnicum tantum intereſſe debetur, iuxta not.
per Doct. in c. venerabilis, extra de except. ¶ In Ro-
ta tamen per omnes fuit rotatum, ac determinatum
contrarium, & per conſequens Io. Bap fuit condem-
natus ad ſoluendum intereſſe ad rationem cambio-
rum, prout in liſta exhibita, deductis in omnibus ex-
penſis, motique fuimus: quia cum Ioan. Bap. manda-
tum ſuſceperit, vt conſtat ex eius literis, quæ probant
3 contra ipſum, l. Publ. ff. depoſit. & mandatum † etiam
per epiſtolam, & literas miſſiuas conceditur. l. 1. ff.
mand. l. ſi literas. C. eo. tit. quando. n. abſens, ad quem
4 literæ diriguntur, illas accipit, & acceptat, illis † dici-
tur aſſentire, vt no. Bald. in l. 2. ff. de pact. ad not. ple-
nè in his terminis Pariſ. conſil. 101. libr. 1. in princip.
vnde cum Ioann. Baptiſta dictum mandatum ſuſce-
perit, & illud executus non fuerit, prout promiſerat,
5 tenetur ad omne intereſſe actione mandati tam † di-
recta, quàm contraria. l. idémque. §. ſi procur. ff. man-
dati. l. ſi tibi mandauero. §. ſicut. l. ſi quis alicui. §. qui
mandatum. ff. mandati. §. mandatum ſuſcipere inſtit.
eo. l. ad comparandas, & in l. in re mandata. C. eo. tit.
ad not. Anch. conſil. 121. Alex. conſi. 41. lib. 3. Bart. in
d. §. ſicut, Alex. conſil. 52. lib. 6. & quando certa lege
alicui aliqua res traditur, & ei legi non paret accipiẽs,
ad omne intereſſe tenetur. l. rebus. C. de rer. permuta.
not. Pariſ. dic. conſ. 91. ferè per totum. ¶ Nec viſum
fuit Rotæ prodeſſe dic. Io. Bab. quod non conſtat de
aliquo ordine dato per Centurionum illis de Neapo-
li, quia ſatis eſt quòd ipſe non obſeruauit mandatum,
& ſic ex ſua culpa tenetur ad intereſſe. l. ſi remunerã-
di. §. ſi tibi mandauero. ff. mandati. Bart. in d. l. ſi man-
dauero. §. ſi centum, & in l. 3. C. depoſit. imò pecunias
retinuerit in ſe, & cum eis fortè lucratus fuerit, cum
ſit mercator meritò tenetur. d. §. ſi procurator, & cum
Centurionus probauerit eſſe mercatorem, & ſolitum
6 † dare pecuniam cambio, meritò ad tantum intereſſe
dictum Io. Baptiſtam teneri iudicamus, per ea, quæ
not. Alexan. conſ. 141. libro quinto, & plenè per Mo-
dernos in l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo, quod inter.
& faciunt not. per Abb. in c. præſenti, & in c. 1. & 6. de
off. delegat. & Ioan. Lopes in c. per veſtras, extra de
donat. inter vir. & vxor. §. ex his, in quibus locis con-
cludunt, quòd ſi debitor fuit in mora, quia ad illud
tempus non ſoluit, poteſt mercator agere contra de-
bitorem, vt ſoluat loco intereſſe id, quod veriſimiliter
fuiſſet lucratus ex illa pecunia, ſi illam in termino ſol-
uiſſet, & in caſu præſenti d. Ioan. Bapt. fuit in mora
7 quamprimum potuit adimplere † mandatum, & non
adimpleuit, etiam abſque aliqua interpellatione, vt
not. Bart. in l. ſi ita ſtipulatur in fin. de verbo. obliga.
Alexan. conſi. 157. lib. ſexto, maximè quando agitur
pro intereſſe, vt per Aymo. conſi. 104. & conſil. 246.
Soc. conſil. 133. col. 1. lib. 1. & Gozad. conſi. 27. col. 3.
¶ Nec centurionus ſibi præiudicauit in intereſſe per
receptionem veræ ſortis, ex quo eam recepit poſt-
8 quam iam in iudicio petierat intereſſe, & illud † re-
cepit abſque præiudicio intereſſe, quo caſu non vi-
detur remiſſio fieri, vt not. Bart. in dict. l. fin. ff. de eo,
quod cer. loco. Pariſ. conſ. 34. nume. 36. libro primo,
Docto. in l. vinum. ff. ſi cer. pet. Iaſ. & Doct. in l. 1. ff. ſi
quis caut. & hoc etiam habetur in ſtatuto de ſenten.
& inſtrum. in §. ſaluo, verſ. non poſſit, & poſtquam ſe-
mel moram d. Ioann. Bapti. commiſit in nõ exequen-
9 do mandatum, continuè fuit in † mora, & intereſſe
decurrit vſque ad ſolutionem ſortis. l. patriſfamilias.
ff. de vſufr. l. vinum cum ibi not. ff. ſi cert. pet. & in l.
penult. & l. nos. C. de vſur. vbi probatur vſuras ſingu-
lis annis currere, ergo fortius intereſſe, & ita no. Cag.
in dict. l. vnica, vbi declarat not. Docto. in d. c. vene-
rabilis, & ita ſemper fuit iudicatum Genuæ, vbi viui-
tur ſuper intereſſibus & intereſſe ſemper debetur ad
morem regionis dictúmque fuit deductis impenſis,
10 quia lucrum † dicitur, quod ſupereſt deductis impẽ-
ſis. l. Lucius. ff. pro ſoci. tradit Glo. in l. illud in verbo
lucrum, vbi Bald. & alij. C. de collat. not. Tiraquel. in
tract. de vtroque retract. §. 15. Glo. 1. num. 3. Et ex his
omnes concluſimus Ioannem Baptiſtam teneri ad
dictum intereſſe.

DECISIO LXIX.

Particeps nauis, & domini mercium debent concurrere ad impenſam, quæ fit pro ſaluanda naui.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes de facto proprio pluſquã ſemiplenè probãt.*
2 *Vltra petita non fit condemnatio, licèt in proceſſu ſit probatio.*

CHRISTI, ET GLORIOSÆ virginis præſidio implorato.

PARTICIPES nauis, & frumentorum, ac dominos, & creditores pecuniarum ad ratam ſummæ petitæ cõdemnauimus: quia omnes, quorum intereſt nauim ſaluam rediiſſe, ad cõtributionem damni, quod ſaluandæ nauis cauſa ſequi contingat, tenentur. l. 1. & l. 2. §. in eadem naui, & l. cum aut. (quæ magis explicitè loquitur de damno remouendi communis periculi cauſa obueniẽte) ff. ad leg. Rhod. de iact. neque hoc iuridicam patitur dubitationem. At quod dicta nauis fuiſſet à Turcis occupata niſi mediante detentione Lucæ Ioannis agentis, & aliorum, de quibus in proceſſu, Turcæ nauim non receſſuram credidiſſent, & mediãte agentis, & aliorum detentione dictam nauim commodè fugam arripuiſſe, & ad deſtinatum locum ſaluam rediiſſe, & agentem pro ſui redemptione attenta nauis fuga coactum fuiſſe multa expendere, vt in proceſſu omnes ferè teſtes deponunt: Nam ſolitos fuiſſe in vna partita aureos. N. tertius, & 4. teſtis Gen. ſuper 4. tit. de auditu deponunt. 3. verò, & 7. de foris de præſentia cum optima ratione ſcientię, & cum expreſſione, quòd in hanc cauſam ſoluti fuerunt. Item ob dictam cauſam agentem paſſum fuiſſe damnum aureorum. N. & vltra, ex eo quòd petias. N. clariſcarum emit ad terminum pretio aureorum. N. ſingula, quas

deinde ad numeratum vendidit aureis. N.ſingula,ſu-
per ſexto titu. reſpectu emptionis deponunt tertius,
& 4. Genuæ de anditu,5.de preſentia,& propria con-
ſignatione, ſeptimus de facto proprio, quia ipſemet
vendidit, reſpectu verò venditionis ſuper 7.tit.quin-
tus de auditu.6.de facto proprio, quia emit.7.de fo-
cis da facto proprio ; quia pretium ad dictam ratio-
nem exburſauit : ex quibus omnibus concludentem
aſtrui probationem indubitati iuris eſt. Item eundem
agentem cambio cæpiſſe aureos. N. pro expeditione
dictæ nauis, & pro eis feciſſe literas cambij pro Ge-
nua de aureis. N. & illos ſolutos fuiſſe quartus de fo-
sis ſuper 10.tit. de facto proprio deponit, quia dicit
cambio dediſſe,&ſibi ſolutum fuiſſe,6.vidit dictas li-
teras cambij, & intellexit à 4.teſte. In his trib.parti-
culis aſtructam plenã probationem cenſuimus, tum
ex numero teſtium, tum quia in facto proprio depo-
1 nunt, & ideo † ſoli pluſquam ſemiplenè probant ex
magis communi dd.ſentẽtia, de qua per Iaſ.in l.cum
filius familiàs de verb,oblig. Crauet.conſi.73. & Ti-
raq.in retract. Lignag.§.1.Glo.14.nu.47.tum etiam,
quia veriſimilia atteſtantur:quo caſu magis eis credi-
tur,vt per Tiraquel.poſt omnes in præfatione legis ſi
vnquam C.de reuoc. dona. & licèt iſtæ tres partitæ
2 † ſummam petitam tranſcendant,& aliæ partitæ pro-
batæ fuerint, æquum tamen exiſtimauimus petita nõ
egredi per regulã legis, vt fundus.ff.commun.diuid.
Et ex his reos conuentos ad petitam ſummam vnani-
mes condemnauimus. Ab intereſſe autem petito reos
abſoluimus, quia nihil in proceſſu deductum fuit ad
illius probationem per ea, quæ Soc.dicit in c.ſignifi-
cantibus col.16.ex.de libel,obla.

DECISIO LXX.

Acceptans epiſtolam de ſoluendo alicui, licèt non ſit litera cãbij,tenetur ſoluere,& etiam ad intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Literarum alia credentiæ.*
2 *Alia commendatitia.*
3 *Aliæ camby, ex quibus poteſt agi vel ex actione conſtitutæ pecuniæ. vel negotiorum geſtorum.*
4 *Epiſtola ſcripta ad abſentes an fidem faciat, & qua.*
5 *Acceptans literas, in quibus ſit mandatum, tenetur recepti inſtrumenti.*
6 *Literæ probant contra ſcribentem.*
7 *Confeſſio extraiudicialis quando valeat.*
8 *Confeſſio extraiudicialis geminata valet.*

IN cauſa Petri, & Chriſtofori de Cal-
uis contra Rubertum Rodulphum ad
ita decidendum,vt in ſententia, addu-
cti ſumus,& quia plura ſunt literarum
genera, videndum eſt in quo genere
literæ ſcriptæ per reum conuentum Ruberto Vbal-
dino Romæ commoranti verſentur, cum aliquæ
1 † ſint literæ credentiæ, quæ quid, & quantum pro-
bent refert Bartol.in l. Lucius.ff. de fideiuſſ. Bartol.
in l.ſi pupilli.§. item ſi procuratori.ff. de nego. geſt.
Bald in Rub.C.de conſt. pecun.in 3.colum.circ.fin.
in verſ.deinde quæro,Bald.in l.fin.C.quod cum eo,&
in addi. Spec.in tit.de obl.& ſolut.§.prænotãdum ſu-
per verſ.pone mercator, Abbas in c.fraternitatis de
2 cleric.non reſid.Aut literæ † commendatitiæ,quæ an
obligent ſcribentem tangit Gl.in clem.1.in ver.diœ-
ceſanis in fi.de iur.pat.Bal in l.ſi literas C.manda.l.ſi
vero.§ item cum quædam.ff.mand.Imol.in c.frater-
nitatis de cler.non reſid. Boër.in deciſ. 282. Aut ſint
3 literæ † cambij, quæ quotidie fiunt per mercatores,
& quæ probant aduerſus ſcribentem Specul. in tit.de
prob.d.§.prænotandum,Bal.in conſ.190.& 293.vol.
2.cum alijs concordantib. in d.deciſ.Boër. Et ex his
literis poteſt agi, quia faciunt fidem ex actione cõſt.
pec.vel neg.geſt.vt not. Bal.in Rub. C.de conſt.pec.
ſed in noſtro caſu non ſumus in caſu ſupraſcriptarum
4 literarum,ſed ſumus in epiſtola,de qua vidẽdum † eſt
quam fidem faciat,ſi ad abſentes ſcribitur, Barto.in l.
admonendi.ff. de iur.iur.in 3. col.aſſerit, ꝙ in ea di-
cendum eſt prout in apocha priuata,eo excepto,ꝙ in
epiſtola ſola comparatio literarum plenam fidem fa-
cit,in apocha priuata non : quia l.comparationes.C.
de fid.inſtr.hodie eſt ſolum correcta in apocha,& nõ
in epiſtola,no.plenè Bar.in l.nuda ratio ad fi.de don.
& diſtinguit,aut epiſtola eſt confeſſata per ſcribentẽ,
& tunc ſine dubio probat contra eum l. Publia.§.fin.
ff.depoſ.aut eſt negata,ſed ſi habeat ſigillum authen-
ticum, plenè probat per Gl.in l.ſi qua per calũniam.
C.de Epiſ.& cle.Iaſ.in l. ſi publicanus.§.1.ff.de pub.
& vectig.aut talis epiſtola negata non habet ſigillum
authenticum, & tunc per comparationem literarum
plenam fidem facit,dummodo fuerit miſſa ad abſen-
tem,Iaſ.in l.admonendi,nu.139.ff.de iure iur.cũ igi-
tur per Rubertum ſcriptum fuerit Ruberto Vbaldi-
no Romæ commoranti,vt ſolueret Caluorum nomi-
ne,cui ipſis placeret,ſcutos, N.& cum literis aſſigna-
uerit cauſam,& rationem futuræ ſolutionis,quæ fuit,
quia Calui creditores de ſumma ſupraſcripta Illu. de
Plumbino, à quo habuerunt mandatum directũ præ-
dicto Ruberto Vbaldino,mãdatum prædictum reus
conuentus ſuſcepit, & quia aliquo de quatuor modis
naſcitur obligatio, ex re, verbis literis, & conſenſu,
inſt.de obli.§.fi.& l.cõſenſu.ff.de act.& oblig.ſtatim
5 ꝙ recipit † mandatum effectus eſt debitor recepti
mandati,arg.l.nuda,& ibi Bar.nu.10.ff.de don.cenſe-
tur obligatus,quia in eius literis apertè conſtat de re-
ceptione.Nam fatetur accepiſſe mandatum,& penes
ſe habere:&ſic ex illis verbis naſcitur obligatio,quia
6 literæ,in quib.illa verba ſonant,fuerunt ſcriptæ, † &
ſubſcriptæ manu,& literatura prædicti rei cõuenti,&
etiam per eum agnitæ,& confeſſatæ, & ideo probãt,
d.l.Publia, & ibi Paul.de Caſt.Boër.in conſ.25.nu.3.
incipiente, viſo appellationis proceſſu.l.generaliter.
C.de non nu.pec.Bar.& Bal.in terminis in l.cum fal-
ſa.C.de iur.& fac.igno.Bal.in c.1.in ver.item in fi.de
capita.qui abſque confeſſione in literis comprehẽſa,
& agnitione extra iudicium confeſſus eſt, non ſolum
tenorem literarum, ſed etiam ſe teneri ad ſolutionẽ,
& hoc quomodocunque prædictus de Vbaldi, non
7 ſoluiſſet,& licèt iſta confeſſio fuerit † extraiudicialis,
nihilominus in ciuilib.facta parte præſente, & accе-
ptante per teſtes probata facit plenam probationem,
Bald.in l.1.col.fi.verſ. de vno quæro, C.ex delict.de-
funct.Soc.in conſ.228.2.vol. Alex.in conſ.19.vol.4.
& licèt Alex.in conſ.20.vol.4.teneat ꝙ vltra præſen-
tiam partis requiratur acceptatio partis,tamen com-
muniter contrarium ſeruatur, quia ex quo confeſſio
tendit in fauorem præſentis, præſumitur acceptatio
ex eius parte.l.qui patitur.ff.mand.Bart.& Moder.in
l.quæ dotes,ff.ſol.matr. Alex.in l.3.C.de repudia hæ-
red.

red.& dato, & non conceſſo ꝙ de iure requiratur ac-
ceptatio confeſſionis, fuit acceptata à parte, & ita hęc
confeſſio concludenter probat, Rom. in conſil. 290.
Fel. in c. olim de reſcrip. tex. in l. certum. §. ſi quis ab-
ſente. ff. de confeſ. Alex. in conſil. 20. & 82. vol. 4. ſed
ſumus in fortioribus terminis: quia ſumus in confeſ-
8 ſione † geminata, vt ex literis, & teſtium inſpectio-
ne, in qua omnes communiter tenent, quòd habetur
ac ſi foret facta in iudicio, Bartol. in l. cùm ſcimus,
numer. 7. C. de agri. & cenſi. lib. 11. Abb. in c. ſi cau-
tio in fi. de fid. inſtr. Lud. in l. ſi verò. ff. ſol. mat. Fel. in
d. c. ſi cautio. deinde iſte contractus aut eſt innomi-
natus, aut venditionis. l. naturalis. §. & ſi quidem. ff. de
præſcrip. verb. idcircò cum Calui ſeruauerint ex par-
te ſua poſſunt, & poterunt agere, vt ex parte Ruberti
ſeruetur: ideo meritò etiam ad intereſſe cõdemnatus
venit. l. 1. ff. de actio. empt. & ibi Docto. & etiam ad
locrum ceſſaos, Glo. in l. curabit. C. de act. empt. &
ibi Doct. in l. 3. ff. de eo, quod cer. loc. Dec. in l. vnica,
C. de ſent. quæ pro eo quod intereſ.

DECISIO LXXI.

Particeps, ſeu ſocius dans ordinem admini-
ſtrationi ſocietatis, ſeu habens facultatem
eligendi inſtitorem tenetur reddere ratio-
nem participibus.

SVMMARIVM.

1 *Morte alicuius ex ſocijs intelligitur finita ſocie-
taſ quo ad omnes.*
2 *Societas renouata alio non apparente intelligitur
pactis, quibus à principio fuerat ordinata.*
3 *Capitale ſocietatis præſumitur ſaluum.*
4 *Qui præeſt negotiatione, & ille, cuius nomine ſo-
cietas intitulatur, dicitur inſtitor.*
5 *Habens authoritatem conſtituendi inſtitorem
eſt inſtitor.*
6 *Mens. & animus contrahentium cognoſcitur ex
antecedentibus, & ſequentibus.*
7 *Effectus ſocietatis durat etiam extincta ſocieta-
te, donec pertinentia ad eam ſint exacta.*
8 *Inſtrumenta probant.*
9 *Particeps in ſocietate non eſt idoneus teſtis de per-
tinentibus ad eam.*
10 *An, & quando teſtes teneantur reddere rationem
cauſæ ſcientiæ.*

AMbroſius Lomellinus vt particeps ſocie-
tatis cantãtis ſub nomine Bernardi, & Au-
guſtini Centurioni, ac aliorum conſocio-
rum conſtructę de anno, N. ſub pactis, mo-
dis, & cõditionibus, de quibus in appodiſia per acto-
rem exhibita, in qua exiſtit creditor de ſcutis, N. egit
aduerſus Bernardum, qui fuit condemnatus ad red-
dendam eidem d. ſcutis, N. veram, & legalem rationẽ
de geſtis. & adminiſtratis per eum, & ad ſoluendũ id,
de quo conſtabit eſſe debitorem d. actori tam reſpe-
ctu capitalis, quam lucrorum iuxta liquidationẽ fien-
dam in executione noſtrę ſententiæ, in quam adducti
ſumus ijs rationib. ¶ In primis namque conſiderauī-
mus, ꝙ ante tempus d. apochæ extabat quædã appo-
diſia ſocietatis inter d. Centurionos ex vna, & ex alia
Nicolaum patrem d. Ambroſij, & dicta ſocietas erat
de ſcutis, N. & quia prędictus Nico. mortuus fuit du-
rantę d. ſocietate, quę dubitari poteſt ãn ſit finita eius
morte quo ad omnes participes, & dicitur ꝙ vno eo-
rum mortuo finitur ſocietas, etiam quo ad alios con-
ſocios. l. actioni. §. morte. l. ſocium. ff. pro ſoc. vbi di-
1 citur, ꝙ morte † vnius finitur ſocietas, niſi alij parti-
cipes nouo conſenſu reintegrauerint ſocietatem. l.
planè. ff. eo. vel niſi inter eos actum ſit, vt vno moriẽ-
te ſocietas duret inter ſuper exiſtẽtes. §. ſoluitur inſt.
pro ſoc. & ſi quidem actum eſt inter eos de modis, &
temporib. ſtatur eorum conuentioni. l. penult. C. pro
2 ſoc. & hoc ſi inter ſuperuiuentes ſocietas † eſt cõtra-
cta, ſeu reintegrata, ſi autem non apparet ꝙ tacitè ſit
renouata, & de modis, & temporib. nihil expreſſum
præſumitur renouata cum illis pactis modis, & tem-
porib. cum quib. à principio fuit ordinata. l. itẽ quæ-
ritur. §. qui impleto. ff. loc. l. labeo. ff. de arbit. l. io his.
§. vxor. ff. ſol. mat. ſed in noſtro caſu propter mortem
d. Nicolai fuit non ſolum finita ſocietas, ſed etiam ad
oſtendendam veritatem huiuſmodi ſocietatis com-
pletæ, cum aliquod in contrarium nõ appareat ex pa-
cto, ꝙ deberet d. ſocietas durare etiam non obſtante
morte alicuius cõſocij, fuit inter participes ſolidata,
& alia noua ſocietas cum alijs pactis, & conditionib.
fuit renouata ſub die, N. quæ tamen ſecũdum eos no-
minatos in noua appodiſia ſocietatis intelligebatur
incipere de anno, N. in nũdinis præteritis Auguſti: in
qua quidem appodiſia comprehendebantur hæredes
prædicti Nicolai, qui in eadem repetiuntur credito-
res de ſcutis, N. pro ſua participatione, & quia hære-
des erant minores, & mortuo eorum patre ab inteſta-
to, idcircò fuerunt decreti à iudice fideicommiſſarij,
qui interueneruot, & ſe in d. appodiſia nouæ ſocieta-
tis, ſubſcripſerunt, quæ ab ipſis recognita planè pro-
bat vulgata. l. Publ. ff. de poſ. & ibi Doct. illa. n. appo-
diſia cantabat ſub nomine Bernardi Centurioni, &
Aug. & Io. Bap. de Nigro, & aliorum conſociorum, &
fuit facta per annos quatuor incepturos, vt ſuprà di-
ctum fuit, in nundinis Aug. anni, &c. in ea planè per-
cipitur, ꝙ alia ſocietas per hanc nouam fuit ſopita, &
ſolidata, & in ea effecti creditores expreſsè pro ſcu-
tis, N. Comprobatur hoc ex literis directis fideicom-
miſ. d. quondam Nico. anno, &c. ſubſcriptis ſub iſtis
nominibus, Bernardus, Auguſt. Centurioni, Io. Bapt.
de Nigro. Nam ſub verbis expreſſis iſta formalia ver-
ba exprimunt *ſcuti, N. participam ſuoi heredi nella noſtra
raggione:* adeo ꝙ dubitari non poteſt, quum hæredes
ſint participes, & creditores de dicta quantitate in d.
ſocietate, quæ literæ tanquàm recognitæ probant, d.
l. Publia, & ne ſocietas dicatur Leonina, vt alter ſen-
tiat lucrum, alter ſine lucro damnum. l. ſi non fuerint.
§. Ariſto. ff. pro ſoc. meritò cum conſtet de ſuo credi-
to, potuit actor agere, & obtinere, & tantò magis,
3 quia capitale † ſocietatis præſumitur ſaluum, niſi
contrarium probetur, Petr. de Vbal. in par. 8. verſic.
ſequitur videre Bald. in conſil. 493. vol. 4. Soc. conſil.
24. vol. 1 ¶ Sed cum ſatis conſtet de credito, & de ca-
pitali præſumptiuè ſaluo, contigit videre an cõdem-
natio ſubſiſtat, & non eſt ambigendum, quòd ille,
4 † qui poteſt alicui negotiationi, dicitur inſtitor. l. in
vim. ff. de inſti. not. Barto. in l. ſi inſtitorem. ff. ſi cert.
petat. & qui ſunt incluſi nomine in ſocietate, & eo-
rum nominibus ſocietas intitulatur, & ita qui in to-
tum, vel in partem conſtituuntur, dicuntur inſtitores
Bart. in l. Titium, & Mæuium. §. ait. ff. de adminiſtr.
tut. Bart. & Bald. in l. ſi patronus. C. communia vtriuſ.
iud. Socin. in conſil. 87. vol. 1. nume. 15. inſtitor etiam

5 dicitur, qui non duntaxat habet † authoritatem ad-
miniſtran. ſed etiam conſtituendi inſtitores in locis
vbi negotium erat directum. l. inſtitor. ff. de inſti. & d.
l. in eum. ff. eod. in appodiſia igitur renouata ſocieta-
tia verba ſunt concepta in hunc modum à ſociis, vt
conceſſa facultas eidem Bernardo, vt ſocietas diriga-
tur ab eo, qui prædictus Bernar. mandauerit: & ideo
dicitur in apocha. *à guuerno di detti Auguſtino, & Gioan.
Baptiſt. à quali ha eſſo Bernardo paſſata ampia, & ſufficiente
procura*, ex iſtis. n. verbis percipitur quòd ſit caput, &
& inſtitor: Nam ex præcedentibus & ſequentib. vo-
6 luntas, † & animus contrahentium cognoſcitur, Bart.
in l. Neſennius. ff. de nego. geſt. conſtat igitur, quod ex
authoritate ſibi attributa fecerit quicquid fecit tan-
quàm inſtitor, & caput ſocietatis, cum ſibi reſeruatū
fuerit prorogandi tempus trāſacto tempore, quo ſo-
cij habent mādatum, & vſque ad certum tempus gu-
bernauerunt ſocietatem, quæ ſi non diruta, ſaltem
turbata remanſit propter quandam falſitatem bullo-
rum habentium ſignum Chriſtianiſſimi Regis, à qua
moleſtia vt ſocietas teneretur, Lugdunum dictus
Bern. petiit, & ibi duo mādata fecit, vnum Ioan. Bap.
Promontorio ſuo proprio, & priuato nomine cum
ampla authoritate petendi, exigendi, recipiendi, &
omnia, de quib. latius in mandato anni, N. altero ve-
rò in perſonam d. Ioan. Bapt. & Stephani Centurioni
ſub verbis, vt in alio de anno, N. & licèt poſſet dici,
quòd iſtud mandatum eſt factum poſt ſocietatem, ta-
7 men durat effectua † ſocietatis donec fuerit exactum
omne id, quod pertinet ad ſocietatem: Et ideo ſucceſſi-
uè videtur ex opera hucuſque per ipſum Bernar. fa-
ctum fuiſſe negotium ſocietatis, quæ duo mandata
8 ſunt inſtrumenta, † & probant, Bald. in l. quoties in
fin. l. C. de iudic. & in l. ſecunda, col. 1. verſic. ſed iuxta
hoc quæro. C. quando Fiſc. vel Prin. & in l. vlt. C. de
vſu. popil. & l. intereſt. C. de ſolu. & in Auth. qui ſemel,
col. vlt. C. quomodo, & quando iud. & in Auth. quòd
contra, col. 1. verſ. ſed hic quæritur. C. de non nu pec.
Bal. in conſi. 454. vol. 1. ¶ Et cum ſatis appareat, quod ip-
ſe Ber. ſe & vt inſtitor, adminiſtrator, vel particeps
ſocietatis geſſerit, propterea quod qui aliquid facit vt ta-
lis, velut etiam procurator, tenetur reddere rationē,
vt communiter Docto. tradunt in l. 1. §. officio. ff. de
tute. & rationi. diſtrahend. Anch. in conſi. 332. Soc. in
conſ. 71. & in conſi. 159. & in conſil. 192 Stantib his
iurib. condemnauimus prædictum reum conuentum
ad reddendam veram, bonam, & legalem rationem
d. actori ſuæ participationis, & eundemmet reum cō-
ſtitutum condemnauimus, vt etiam teneatur eidem
actori de peruentis ad eius manus tam reſpectu ca-
pitalis, quam lucrorum iuxta liquidationem facien-
dam in executione noſtræ ſententiæ, & hoc fecimus,
quia concludenter non fuit probatum, quæ res, vel
quæ quantitas peruenerit in ipſum conſtitutum, nec
obſtare vidētur teſtes in hoc examinati, quia licèt in
genere depoſuerint, quod fundus, & effectus ſocietatia
peruenerit ad manus d. conſtituti, in ſpecie, tamen ni-
hil probant, & dato quòd ſufficeret eorum teſtifica-
9 tio in genere, † nihilominus ipſi teſtes non probant,
alij ſunt conſanguinei, vt l. parentes. C. de teſti. alij
ſunt participes in d. ſocietate, & tractant de ſe exone-
rando, l. deferre. C. de iure. Fiſc. alij autem non pro-
bant, quia interrogati de ſcientia, non aſſignant cau-
ſam, vt no. Barto. in l. 1. & 3. & ibi Alex. & Docto. ff. ſi
cert. pet. Alex. in conſil. 132. col. pen. in 5. vol. & ſi di-
10 ceretur, quod teſtis † non tenetur reddere cauſam, niſi
interrogetur, l. ſolam, & ibi Bald. de teſt. vnde ſi de-
ponat ſine cauſa ſcientiæ non interrogatus benè pro-
bat, reſpondetur, quod teſtes in hoc iudicio examinati
fuerunt interrogati, & tanquam non aſſignantes bo-
nam cauſam non videntur concludenter probare, d.
l. ſolam: Nam ratio attenditur in teſte, & illa eſt, quæ
ſaluat, & deſtruit eius dictum ſecundum Alex. in cōſi.
120. col. 3. in 5. vol. Abba. in c. cum cauſam, col. 3. verſ.
quæro dicitur hic, de teſt. Bald. in d. l. ſolam, & in l.
conuenticulam, col. 3. verſ. modo venio ad teſt. C. de
Epiſ. & cler. nec dici poteſt, quod ipſi teſtes depoſuerint
ex cauſa ſcientię, quia ratio eſt eadem cum dicto, quo
caſu eorum depoſitio non valet, ſecundum Bart. in l.
fi. ff. de offic. proc. cenſ. Soc. in conſil. 98. col. fin. in 4.
vol. Et ex ijs, vt ſuprà ſcriptum eſt, fuit concluſum.
Laus Deo Optimo Maximo.

DECISIO LXXII.

Soluēs ſine cauſa poteſt repetere, vt mutuum, & debitor proprio nomine poteſt ſociali nomine compenſare.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad opponendum exhibitioni & non opponens, non poteſt exindè amplius opponere.*
2 *Datum ſine cauſa intelligitur ex mutuo.*
3 *Teſtibus tractantibus de facto proprio, in quo non habent intereſſe, maximè creditur.*
4 *Exhibitio eſt communis parti eo tantum modo, quo fuit exhibita.*
5 *Exhibitio in parte non procedit in libro continente debita, & credita connexa.*
6 *Compenſatio de pecunia debita vt ſpecies, ad pecuniam debitam in genere an fiat.*
7 *Poſitum in ſocietate an, & pro quanta parte repeti poſſit, vt proprium.*
8 *Recipiens librum an approbet, vel ſic recipere intelligatur, vt videat.*
9 *Subſcriptio ſimpliciter non trahitur niſi ad factum principale.*

IVDICAVIMVS ad fauorem Baptiſtæ
Interiani contra Bartholomæum Lerca-
rium modo, quo legitur in ſententia, par-
timque ad fauorem Barto. reſpectu certæ
compenſationis. Quoniam quantum ad ſummas, in
quibus condemnauimus Lercarium, reſpectu primæ,
de ea conſtat ex extractis, S. Georgij, quorum extra-
ctuum authoritas potens eſt ad probandum, vt in ſu-
perioribus deciſionibus noſtris iam pluries diximus,
1 & præſertim cum pars citata † ad opponendum nihil
oppoſuerit, vnde amplius non potuiſſet opponere Sa-
li. & Bald. in l. fi. C. de fide inſtr. Nam cum beneficio
d. cartularij ex voluntate Bapt. in Bartol. peruenerint
2 pecuniæ, idque fuerit ſine cauſa, † ex mutuo cenſen-
dum eſt huiuſmodi pecunias in ipſum Bart. perueniſ-
ſe, vt eſt Glo. in l. cum quod in verſ. pro cauto. ff ſi cert.
pet. Non enim ex cauſa donationis id arbitrari debe-
mus, quia in dubio non præſumitur donatio, l. ſi cum
aurum, ff. de ſolu. & l. cum de indebito, & ibi Doct. ff.
de proba. eadem ratione ad cōdemnandum reſpectu
ſecundæ ſummæ ferè moti ſumus, cum de ea conſtet
in extractis prædictis, nec non appareat ex plurium
teſtium

teſtium atteſtationib. qui inter alia dicunt ſe ſatisfactos,&c.in re, in qua eorum non intereſt, magis habere obligatum Baptiſtam,quàm Baptiſtam,& Bart.
3 ꝙ cum † demonſtret non tractari de eorum teſtium intereſſe,ſequitur, vt deponentibus in facto proprio eò magis ſit credendum,etiam ſi eſſemus in atteſtante,cui alias non crederetur, vt in ſeruo ex Matth. de Afflict.in Deci. Re.Neap. Deciſ.769.nu.7. & Spec. in tit.de teſti.§. nunc tractandum in verſ. hoc autem. ¶ Prædictis obſtare non rati ſumus petitionem factã per Bapt.verſus Ioſephum Lercarium:quoniã, quicquid contineat non viſum eſt repugnare,tum quia eſt ex extractu facto abſque citatione partis, tũ quia eſt facta per procuratorem,de cuius procura non cõſtat. ¶ Nec etiam credendum eſt obſtare exhibitionem libri factam in iudicio à Bart. quia ſi illum exhibuit, hæc exhibitio facta eſt ab eo poſt quàm prius Baptiſta ordinatione Rotæ d.librum ipſo in iudicio exhibuerat, quæ exhibitio Baptiſtæ non fuit ſimpliciter facta in iudicio, ſed vt ſolummodo liber eſſet penes notarium actuarium,vt poſſet talis liber à Bar.videri, cum iuxta prædictos terminos d. exhibitionem eſſe
4 † fiendam Rota ordinauerit,extra cuius ordinationis terminos non potuit in iudicio exhiberi, ſeu reproduci extra Bal.in add. Spec. de pro. in verſ. procuratorium,& Inn.in c.1.de prob.eſt enim exhibitio proueniens à parte talis, vt eſt exhibita, ac vt talis debet in actis regiſtrari abſque neceſſitate relinquendi rem productam in actis, modóque,quo ſe habet regiſtratio, probat.vt per Inn.in c.quoniam contra d.proba. & per Bart.in l.Chyrographus, ff.de admi.tut. ex his enim doctrinis apparet exhibita parti non eſſe communia,niſi forma, qua reperiuntur in iudicio. ¶ Vi-
5 ſumque eſt etiam nõ obſtare libri exhibitionem,† cũ ſi ꝙ fortè contineat ad fauorem Bar.multò plus contineat ad fauorem ipſius Bapt. nec in hoc potuit iuuare Bartholomæo produxiſſe librum in parte,& partibus &c.cum id non procedat in libro continere debita,& credita cõnexa, cuius generis eſt iſte liber per ea, quæ inter alios dixit Deci. in c. cum venerabilis de exce.vltra quod iſtud de in parte, & partibus producendo ceſſat hic penitus, cum Baptiſta viſa dicta productione facta d. libri per Bart. & is dictum librũ reproduxerit in parte,& partibus,&ſic in facientibus ad illius fauorem, ex his quæ idem Deci. dixit in d.c. cum venerabilis.¶ Et eſto, quòd libro eſſet danda fides,vti per Bart.producto in parte, & partibus, quod non poſſe fieri ſupra proxime demonſtratum eſt,non etiam nos mouit:quia inter alias contineat partitam, qua appareat bona, ex quibus inter Bart.& ipſum eſt contractum debitum commune, ꝙ exindè fuit ab ipſo Baptiſta de proprijs pecunijs ſolutum, perueniſſe in ipſum Bap. & ab eo transmiſſa ad Ioſephum Lercarium.Primò, quia compenſatio non admittitur de ſpeciebus ad quantitatem, cuius quantitatis eſt cre-
6 ditor Baptiſta,vt etiam non admittitur, ſi ſumus † in pecunia debita vt ſpecies, ad pecuniam debitam in genere, vt per Glo.in l.qui fundum.ff.ſi cer.pet.& per Bald.in l.fi.in 5.q C.de compenſa. Secundò quia ſi Baptiſta tranſmiſit bona ad Ioſephum, illud fecit ex voluntate Bart.cum quo inierat inſtrumentum ſocietatis,quo conuentum inter alia erat,ꝙ Ioſeph eſſet inſtitor ſocietatis,ad quem ideo erant tranſmittenda bona pertinentia ad ſocietatem, ſed hoc nõ tollebat, nec tollit, ꝙ Baptiſta non eſſet ſatisfaciendus à Bart. pro his, de quibus ipſe Baptiſta erat ſuus creditor vt proprius.¶ Non etiam ſententiæ noſtræ viſum eſt ob-
7 ſtare, ꝙ Baptiſta vt proprius, non poſſet † repetere pecunias ſibi debitas vt proprio à Bart. qui ſibi erat ſocius,quoniam non obſtante ſocietate, ꝙ tale debitum poſſet repetere vt proprium, eſt tex.in l.cũ proponas vbi Bald.& alij,C.pro ſocio, quodque tale debitum poſſet repetere etiam alia actione, videlicet negotiorum geſtorum,vt is, qui geſſit negotium vtile d. Bart.dixit Bald.in l.ſi negotium, C.de neg.geſt. ad ꝙ faciunt,quæ dicit ipſemet Bal.in l.1.nu.5.verſic. vnde perinde eſt,C.commoda.volens ibi Bald.quòd ſi quis poſuit in ſocietate gregem æſtimatum,& grex perijt caſu fortuito, non poſſit totam repetere æſtimationẽ:quia eſſet contra naturam ſocietatis,ſed benè poteſt repetere dimidium d.æſtimationis:quia eſt illud inquit Bal. ac ſi mutuaſſem ex qua doctrina apparet,ꝙ ſocietas,quo ad totum excludit, ſed quo ad dimidium,quæ ſtat vt propria ſocietas nõ nocet,quin vt propria non exigatur, quæ doctrina non eſt reprobata ab aliquo, & ſatis facit ad tollendum ea, quæ in hoc ſubiecto videntur obſtare.¶ Quo autem ad ea, quæ compenſamus, & ſeu compenſari mandamus in ſententia,ſcilicet libras.N.mouemur,quia ex cõuentione inſtrumenti ſocietatis ad tantam ſummam tenebatur Bar.pro parte ſua,& ideo cum in calculo,vbi notatur hæc ratio importantiæ, quam ex inſtrumẽto conuentionis ſocietatis debebat Bar.oſtendere ſe habere in d.ſocietate,non appareat de maiori importãtia,quàm librarum,N.cẽſetur,ꝙ Bar.illic eas habeat pro parte ad ſe ſpectante, l.& magis, ff.de ſolu.cæteras autem pecunias ſupra d.ſummam reſpectu importantiæ, quàm ex conuentione inſtrumenti ſocietatis tenebatur ſe docere illic habere, mandauimus compẽſandas eſſe:cũ ex pecunijs Bart.remanerẽt pro ipſo Baptiſta ab ipſo Bart.in ſocietate inita inter eos poſitæ, quodque rem fateretur Baptiſta ſic ſe habere,deprehendimus ex calculo citato in noſtra ſententia ſubſcripto per Baptiſtam per verba relata in ſentẽtia, quæ ſubſcriptio eſt probata per tres teſtes examinatos in cauſa:Nam ex ſubſcriptione cognoſcitur de conſenſu ſubſcribentis,l.fideiuſſor, §.pater,ff.de pig. nec retinuerunt nos ab hoc ſic terminando ea, quæ dicit Bar.Cipo.in caut.ſuis, caute.9.num. 2.verſ.hoc
8 non limita verum, vbi concludit, ꝙ ex † receptione librorum, quibus continetur calculus rationis de datis,& acceptatis,nõ videtur quis approbare, cum videatur,ſic recepiſſe.vt perquirat legẽdo, an ſic ſe habeant data,& accepta,quoniam in noſtro caſũ nõ ſumus in receptione calculi ſimpliciter, quo caſu ex ſubſcriptione videtur affirmare,vt per Barto.in l.emptor,§.Lucius in 2.nota.ff.de pact.propterea ex quo verba ſubſcriptionis nõ ſunt tali ſono expreſſa, vt videantur omnia,quæ in ſcriptura ſubſcripta continentur, confirmare.Ideo illud confirmaſſe dicuntur, ꝙ pertinet ad factum calculi rationis ſocietatis initæ prius per Bar.& Bapt.& in inſtrumento cuius cõnetionis cautum fuerat,quòd Bar.daret notitiam,ꝙ habebat in Auignono penes Ioſephum Ler.electum inſtitorem dictæ ſocietatis pro importantia librarum, N. quæ notitia d.calculo, quantum ad factum dictæ ſocietatis,& conuenta, ibi non datur,niſi pro ſumma librarum,N.ex quibus cum ſtare deberent libræ,quæ erant ex d.libris,N.ſupra libras,N.diximus compenſandas per Bapt. & licèt ſimpliciter loquuti ſumus, verba noſtra palam faciunt ſenſum, vt ſupra dictum eſt, tum quia ex expreſſione dimidiæ tangentis Bart. illud aduertitur, tum quia firmatur ſententia in cal-
9 culo ſubſcripto, & ſubſcriptiõ † ſimplex non trahitur, niſi ad factum, quòd pertinet ad reſpectum ſocietatis iam ante initæ per ſubſcribentem,vt in ter-

minis deeiditur per Bartol. in l.emptor, §. Lucius, numero 3. ſic concordantem Guilielmum cum opinione Gloſæ, de qua ibi. Ex quibus præſertim iudicauimus, vt in ſententia continetur.

DECISIO LXXIII.

Ordinãs de ſumma dari creditum alicui dato credito non habet amplius actionẽ ad ſummam in præiudicium eius, qui creditũ dedit, etiam ſi ille, cui datum eſt, conſentiat.

SVMMARIVM.

1 *Exhibens approbat.*
2 *Re non integra mandatum non poteſt reuocari.*
3 *Ius ſuperueniens non conualidat iudicium.*

ASSISTE NOBIS DOMINE ſpiritu veritatis, & iuſtitiæ.

IN cauſa Oberti Cibo cum Bernardo Lercario pronuntiatum fuit abſolutoriè à petita redditione rationis per Obertum. Quia ex literis, ac libris exhibitis adimpletum videtur mandatum dicti Oberti per dictos fratres Lercarios de dãdo credito Gaſpari Cattaneo de partita à Clara Angla vltimo loco exacta per ipſos in Canaria: Nam in libris Canariæ annotata apparet dicta partita in ratione d. Gaſparis ad eius creditum: qui libri probant plenè contra d. agentem,
1 cum eos exhibuerit † in proceſſu, ac approbauerit, cap. cùm venerab. & ibi Abb. & Feli. extra de except. per quòd ſatisfactum eſt d. mandato, & liberati ſunt dicti fratres à D. Oberto, vt per Bald. in l. fin. nu. 30. C. de nouat & Bart. in l. ſingularia, nu. 19. ff. ſi certum
2 pet. nec poteſt amplius Obertus † reuocare d. mandatum per ea, quæ not. Paul de Caſt. in l. ſi cum Cornelius, ff. de ſolut. quem ſequitur Alex. in l. qui vſumfructum, ff. de verbo oblig & eò maximè, quia acceptata apparet d. partita per d. Gaſparem, cui erat ſoluenda, dum in litera ſcripta per ipſum dictis fratribus ſub die 14. Martij. dat de ipſa debitũ d. fratribus, & ſic res non eſt amplius integra quia acquiſitum ius d. Gaſpari, quòd non potuit amplius retractari, l ſi ego hac, ff. de nego. geſt Dec. conſ. 107. latè per Strac. in ſuo tract. de mercatura in tit. mandati, in principio, num. 3. Et ſi non fuerit ſeruatus ordo, & adimpleta voluntas d. Gaſparis, iuxta contenta in literis exhibitis, competit ius agendi d. Gaſpari contra d. fratres Lercarios, & non Oberto, à quo fratres ſunt liberati, vt ſupra, Nec litera prædicti Gaſparis directa d. fratribus Lercarijs exhibita vltimo loco per d. Obertum ius aliquod ipſi tribuit agendi: quia pendente iudicio
3 facta, & ius † de futuro ſuperueniens, non conualidat iudicium, Doct. in l. rem alienam, ff. de pign. actione, nec conſtat dictam literam fuiſſe acceptatam à prædictis fratribus Lercarijs, imò contra ipſam proteſtatum, vt in ſcriptura d. Oberti depoſita in actis notarij cauſæ ſub die 2. Maij anni præteriti, ex quo nihil ipſis præiudicat, l. ſi filiusfam. la 2. ff. ad Maced. Ex quibus apparet dictum Obertum ſine actione egiſſe. Laus Deo.

DECISIO LXXIIII.

Exercentes negotia ſocietatis, & habentes baliam dandi complementum tenentur inſolidum.

SVMMARIVM.

1 *Confitens in iudicio pro condemnato habetur.*
2 *Epiſtola miſſiua probat.*
3 *Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis debetur mercatori.*

IN cauſa Simonis de Franchis contra Franciſcum, & Io. Auguſtinum Italianos Gambaruttam ſuper redditione rationis Zentunilis, vt in petitione, Rotæ viſum fuit cõdemnare d. conuentos inſolidùm ad reddendum bonam, & legalem rationem de d. Zentunili cum reliquatus ſatisfactione vna cum intereſſe in executione liquidando. ¶ Habet enim agens primò ſuam intentionem fundatam, quò ad d. Franciſcum ex confeſſione eiuſdem, qui reſpondẽdo petitioni, dixit ſe teneri ad ea, quæ in petitione vigore literarum per ipſum vnà cum dicto Ioanne Auguſtino in Lugduno ſcriptarum, de quibus apparet in
1 proceſſu: quàm † confeſſionem agens in iudicio acceptauit, & dicit text. quòd confeſſus pro condemnato eſt: quia quodammodo ſua ſententia damnatur, l. 1. ff. de confeſſis, & cum dicta confeſſio fuerit facta poſt datam petitionem, & lite cõteſtata, debuit poſtmodum ſequi ſententia, ita Bart. in d. l. 1. nu. 2. verſic. in ciuilibus autem, & in l. 1. C. eodem, nu. 12. verſ aut in cauſa ciuili. Bald in l. fin. in 1. quæſtione. C. de executio. rei iudi. ¶ Quantum autem reſpicit perſonã dicti Io. Aug. ſimiliter agens habet ſuam intentionem fundatam vigore dictarum literarum recognitarum per dictum Io. Auguſtinum in reſponſionibus per ipſum factis ad poſitiones ipſius Simonis. Vnde con-
2 cludunt Doct. ꝙ † epiſtola miſſiua recognita probat contra ſcribentem, & eum obligat, l. literas, C. mand. l. licèt iuncta l. præced. ff. de conſtit. pecun. l. quidam, vbi Bart. ff. eodem, & dixit Bart. in l. Lucius in prin. ff. de fideiuſſori. ꝙ non eſt dubium, ꝙ iſtæ literæ miſſiuę probant contra ſcribentem, Abb. in cap. ſcripta, nu. 8. extra de fide inſtru. vbi Fel. nu. 11. & nu. 20. & Decius nu 15. Alex. conſ. 191. num. 1. verſ. concluſiuè lib. 2. Iaſ in l. admonen. nu. 138. & 139. ff. de iure iur. Pariſ. conſ. 90. nu. 12. lib. 1. & alibi ſæpe per Doct. ¶ Fuerũt etiam condemnati inſolidum: Nam cõſtat per teſtes ad inſtãtiam dicti agentis examinatos, ꝙ dictus Franciſcus, & Ioan. Aug. Lugduni tunc rationem exercentes, & quilibet ipſorũ habebat baliã dandi cõplementum, & iſti ita tenentes rationem, ſiue ſocietatem tenentur inſolidum ſecum negotiantibus, l habebat, §. ſi duo, ff. de inſtit. l. 1. §. ſi plures, & §. fi. cum l. ſcrip. ff. de exercito. Bald. d. §. ſi duo, & §. fin. verſ. vltimo, pro declaratione, vbi dixit, ꝙ ſi plures exercent vnam rationem, tunc quilibet inſolidùm tenetur, tradit Bart. in l. ſi plures, & in l. eadem, ff. de duobus reis, Bald in rub. C. de exercito. num. 14 ¶ Probauitque agens ſe mercatorem, & ſolitum dare, & accipere pecunias cambio, quo caſu ſuccedit doctrina Doctorum, quòd
3 talis mercator poteſt petere, & † ei debetur intereſſe tam ratione lucri ceſſantis, quam damni emergentis, Bart.

Bart.in l.non vtique.§.nunc de officio,numer.2.verſ. alij dicunt.ff.de eo,quòd cer.loco,tradunt Legiſtę in l.curabit.C.de actio.emp.& in l.2.C. de vſur. Canoniſtæ in cap.conqueſtus, & in cap. ſalubriter de vſur. & eſt de hoc bonus text.in capit. non dilecti de foro compet.& in Clemen.1.de vſuris, Decius conſil. 39. num.4.verſ.nec obſtat ſi dicatur,lib.1.Soc. conſ. 20. num.18.lib.4.Fely.in cap.P.& G.in prin.de offi.delegati. Et cum non fuerit liquidatum , quantum eſſet intereſſe,Rota reſeruauit liquidandum in executione per ea,quæ habentur per Doct.in l.1.de ſentẽtiis, pro eo,quod intereſt.Laus Deo.

DECISIO LXXV.

Gerens negotium vtile poteſt repetere ſolutũ, & promittens quòd alius reddet rationem, non poteſt conueniri non interpellato illo ad rationem reddendam.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura publici notarij , eſt probatio probata.*
2 *Soluenti in vtile negotium pro altero competit repetitio.*
3 *Alia eſt perſona Titij proprij,alia ipſius ſocij.*
4 *Promiſſio reddendi rationem pro alio , & quòd alius reddet in quo differant.*

IN cauſa vertente inter Hieron. Spin. agentem ex vna , & Antoniũ Calnum, & Bernardum Centurionem conuentos ex altera, condemnauimus reos ad ſoluendum quantitates pecuniarũ per actorem petitas,& ad reorum vtilitatem ſolutas , tam vltra pretium petiarum,N.vellutorum , & raxij ab eis emptarum,quàm ad computum pretij aliarum petiarum.N.vellutorum, & raxij actori conſignatarũ cauſa eas mittendi , & vendendi in Antuerpiam iuxtam formam conuẽtionum inter partes initarum,vnà etiã cum intereſſe à die moræ liquidando,iuxta text.in l. ſi ex legati.ff.de verbo.oblig.& in l. mora , & l. in fideicommiſſi.ff.de vſur. Nam de ſolutionibus memo-
1 ratarum pecuniarum conſtat ſcripturis manu † publici notarij confectis,quæ eſt probatio probata , vt inquit Bal.in l.quoties in fi.C.de re iud.& Bar.in l.1.ff. de oper.no.nunc.Iunctis teſtibus probantibus conſignationem ſericorum, pro quibus actor ſe obligauit, & ſoluit factam fuiſſe reis , & conſequenter vtile pro
2 eis ſoluendo † negotium geſtum fuiſſe,competereq; ſoluenti repetitionem,l.ſoluendo iuncta l.cum pecuniam,cum ibi not.ff.de neg.geſt. Tametſi etiã mandati actione teneantur ſtante forma dictarum conuẽtionum,& promiſſione,de qua in eis,toto tit.ff & C. mand. Accedit etiam ſcriptura manu dicti Bernardi conſcripta,& ab eo recognita,quæ continet , & probat receptionem ſcutorum,N.ab actore,l.1.ff.de cõf. cum concordantibus.¶ Verum quia actor iam dictas pecunias ſoluit virtute eius promiſſionis reis factæ, ꝙ ſcilicet pro eis ſe obligaret , & ſolueret eam ſericorũ quantitatem , quam ipſi emerent vſque ad valorem quantitatis vellutorum , & raxij , quam eidem conſignaſſent,cauſa eam mittendi Hier. & Lodiſio in Antuerpiam, vt eam ibi venderent firmato etiam pretio vellutorum, & raxij prædictorum ad eum tantum finem,vt ſciret actor pro qua ſumma ſe obligare deberet occaſione ſericorum per reos emẽdorum,vt ſuprà compenſauimus dictis reis iuxta eorum exceptionẽ pretium dictarum petiarum, N. vellutorum & raxij ad rationem , & pro pretio prædicto inter partes firmato vnà cum lucris cambiorũ, iuxta formã ipſarum conuentionum melius liquidandis in executione noſtræ ſententiæ,reſeruauimus tamẽ actori ius,& facultatem probandi per omne genus probationum iuxta negotij qualitatem,velluta , & raxia prædicta pro dicto pretio vendi non potuiſſe, ſed minori vẽdita fuiſſe,in quem caſum diximus compenſationẽ prædictã fieri debere ad rationẽ huiuſmodi minoris pretij virtute pacti,de quo in conuentionib. quòd. ſ. ſi velluta prædicta non venderentur pro pretio in eis firmato, aut maiori pretio venderẽtur,id totum cederet damno,& beneficio reorum:ait.n.prętor pacta ſeruabo.l. iuriſgentium.§.prætor ait.ff.de pact. ¶ A redditione verò rationis per reos ab actore petita abſoluimus actorem ab obſeruatione pręſentis iudicij,ea ratione, quòd non promiſerit ipſe talem rationem reddere, ſed de bona tantum adminiſtratione Hier.& Lodiſij de Antuerpia ſociorum cũ ſolutione reliquatus cum
3 alia † ſit perſona Hieron.proprij, & alia Hier. & Lodiſij de Antuerpia ſociorũ , vt tradit Bal. & poſt eum Sali. in l. eius. C. de compenſ.& per Alex.conſ. 139. num.1.l.5.& Deciſ. conſ.98.num.2.Quam etiam differentiam partes ipſæ in dictis conuentionibus faciunt,dum conſiderant actorem vti duplicem perſonam habentem,dum volunt vt ſibiipſi , & Lodiſio in Antuerpiam veluta mittat , & dum actor ſuo proprio nomine promittit pro Hier. & Lodiſio de Antuerpia ſociis: ſi enim actorem pro eodem habuiſſent ſub diuerſis qualitatibus vtique eum non nominaſſent, arg. l.ſi idem.C. de cond.aliudque etiam eſt , ſi quis pro-
4 mittat † rationem reddere,& aliud ꝙ alius reddet , vt de ſe patet : primo enim caſu proprium factum quis promittit,ſecundo alienum , vt etiam ponderat Ruy. conſ.140.nu.7.8. lib.1. Nec priuſquam interpellarentur dicti Hieron. & Lodiſius ad reddendam rationem , agi poterat contra actorem , vt dicimus in eo, qui promiſit alium præſentare:non enim tenetur,niſi præuia interpellatione, Rom. conſilio 137. Paul. de Caſtrenſ. conſilio 100. videtur quòd dictus Io. Paul. numero 1.lib.2.copioſè per Rip.in l.4.§. hoc autem, ſub numero 9.ff.de damn.infect.& propius ad terminos noſtros faciunt tradita per Bartol. in l. cum filio fam.§.1.colum.2.ff.de verb.oblig.vbi loquitur in fideiuſſore , qui non tenetur ante moram principalis, faciunt etiam tradita per Bauer.in tractat. de mora in 2.part.quæſtio 14.principali. Nec refert,quòd actor conſtituerit ſe principalem debitorem,quoniam non ideo minus remanet fideiuſſor , cum eius obligatio nouandi animo facta non fuerit , iuxta Gloſſ. communiter approbatam in Authent.de fideiuſſ.in verbo fideiuſſorem,Ruin.dict.conſil. 140.numero 8. quòd eò magis procedit , cum actor non ſe obligauerit in eodem inſtrumento cum principali , vt docet Alex. conſilio 29.numero 36.lib.7. præter id , quòd vt ſupra dictum fuit,promiſit actor,quòd Hieronymus,& Lodiſius de Antuerpia bene adminiſtrabunt , & rationem reddent ad omnem requiſitionem reorum, vnde cum non cõſtet de mala adminiſtratione dicto-

 rum

rum Hieronym.& Lodiſij,nec fuerint interpellati ad reddendam rationem, ſequitur, ꝙ actor ex tali eius promiſſione condemnari nequeat,argum.l. quicquid aſtringendæ.ff.de verb.oblig.cum aliis.

DECISIO LXXVI.

Mandatarius,cui non fuit in ſpecie mandatum ſub cura cuius relinquere deberet merces, & eas conſignans alicui mittendas domino data notitia ei acceptãti impleuit mandatũ.

SVMMARIVM.

1 *Literæ miſſiuæ probant contra ſcribentem.*
2 *Subſcribens ita ſibi præiudicat, ac ſi totam ſcripturam ſcripſiſſet.*
3 *Ratihabitio quando æquiparetur mandato.*
4 *Etiam in his, quæ ſpeciale mandatum requirunt.*
5 *Quis non tenetur de geſtis procurarorio nomine.*
6 *An ſuſcipiens mandatum teneatur de culpa, & de qua,& num.8.*
7 *Dolus,& culpa non præſumitur.*
9 *Adminiſtratores in dubio præſumuntur fuiſſe diligentes.*
10 *Quælibet cauſa excuſat à dolo.*
11 *Literæ,ſeu fides ius dicentium an probent.*

IN cauſa Stephani Cibo Recci cum Ioan. Baptiſt. Toparo non negatur Toparũ recepiſſe mandatum à Nic. Recco recuperandi quædam velluta à Bernardo de Mari ſi extarent,ſin autem,eius retractum:apparent hæc per memoriale traditum per Reccũ d.Toparo, quòd idem Topa.acceptauit ſub die,N.ſimiliter dictũ Toparum quodã retractum ex dictis vellutis in tot ſpeciebus recuperaſſe cõſtat per literas dicti Topari ſub die,N. & quicquid egit d. Toparus ſuper retractu dictorum vellutorum per literas notificauit d. Recco. Qui reſpondendo dictis literis approbauit omnia geſta per dictum Toparum,ita cantant literę dicti Recci ſub die,N.& prædicta omnia in proceſſu exhibita, & recognita fuere, vnde ſequitur iuris diſpoſitio, ꝙ
1 dictæ † literæ miſſiuæ probant contra ſcribentem, l. Publia.§.fi. ff. depoſit. l. generaliter. C. de non num. pecu.l.emptor.§.fi.ff.de pactis,Bart.in l.nuda, n.10. ff.de don. & in l.Lucius in prin.ff.de fideiuſſ. Bald. in rub.C.de fid.inſtr.num.37.Abb.in cap.ſcripta, nu.8. de fid.inſtr.vbi Fely.num.11. & 20. & Dec. num. 15. Alex.conſ.191.num.1.ver.concluſiuè,lib.2. Iaſ. cõſ. 47.incip.ex facto,col.2.lib.1. Soc. Iunior conſ. 57. num.3.lib.2. ¶ Quibus literis,& aliis in proceſſu deductis conſideratis per Rotam eidem viſum fuit dictum Toparum à petitis abſoluere: Nam & ſi dictus Toparus retractum partis vellutorum recuperauerit ab Iſach Gualit,vt dicunt literæ dicti Topari, ita etiã conſtat per literas dicti Recci, quòd ipſe Reccus habuit ratum geſtum per dictum Toparum circa retractum vellutorum: Nam cum dict.Toparus retractum dictorum vellutorum recuperauerit, illud etiam dimiſit Alexandriæ in magazeno conſignando omnia Aaroni Squarſafico,& Franc.Danieli, vt illa trãſmitterent ad primum tempus dicto Recco, quæ omnia acceptarunt dictus Aaron, & Daniel, vt conſtat per memoriale datum per dict.Toparum dic. Danieli,& Aaroni, & ab ipſis acceptatum, & ſubſcriptum ſub
2 die, N.& ſubſcribens ita ſibi † præiudicat,ac ſi totam ſcripturã ſcripſiſſet, & fatetur omnia in ipſa ſcripturã contenta,Bart.in d.l.emptor.§.Lucius,per illum tex. poſt Gl.ff.de pac.in l.Gaius.ff de pign.actio.Fely. in cap.quoniam contra in 4.q.extra,de probat. in ca. 2. extra, de fide inſtr. in octaua, & nona declaratione, Pariſ.conſ. 19.num. 107.lib.2.& conſ.77.num.25.& 26.lib.3.tradunt Doctores in l.admonendi.ff. de iur. iur. ¶ Et cum hæc omnia geſſiſſet idem Toparus,per literas notificauit dicto Recco, qui per eius literas acceptauit,quòd retractus dictorum vellutorum fuiſſet conſignatus per ipſum Toparum dicto Aaroni,& Danieli,dum in dictis eius literis dicit,*mi piace ch' habiate laſſato à meſſer Franc. & Aaron li pepeti, & zenzari, che da Iſach' hauete recuperati*:dicitur ergo Toparũ habuiſſe in mandatis de recuperando prædictum retractum,recuperauit, & facta recuperatione prædictum retractum aſſignauit perſonis,quæ fuerunt poſtmodũ approbatæ per dictum reum,& non poteſt negari dictum reum non dimiſiſſe dictum retractum penes dictum Aaron,& Danielem: quia contrarium apparet per lecturam dicti memorialis,in quo prędicti Aarõ, & Daniel confitentur dictum retractum penes ipſos in magazeno demiſſum, vt in eorum ſubſcriptione, per quam(vt dictum eſt) fatentur omnia contenta in ſcriptura approbata. Ex aliis literis etiam dicti Recci conſtat, quod dictus retractus erat in cura dicti Danielis,vt etiam ex literis dicti Recci datis ſub die, N. de quibus in proceſſu:ex quibus omnibus conſtat dictum Toparum exequutum fuiſſe mandatum, quod habuit à dicto Recco: quia ſolum tenebatur recuperare, & dimittere. ¶ Nec videtur,quòd poſſit imputari dicto Toparo,quare prædictum retractum dimiſerit in curam dictorum Danielis, & Aaronis trãſmittendum ad dictum Reccum quia non apparet, quòd ſibi fuerit iniunctum,cui dictum retractum eſſet aſſignandum, & potius vni quam alij, & maximè cùm perſonæ dicti Danielis, & Aaronis fuerint poſtmodũ approbatæ ad id per ipſum reum, vt in dictis literis. Ex quibus ſuccedit illa iuris diſpoſitio, quod ratiha-
3 bitio † æquiparatur mandato:Nam cum dictus Reccus ratificauerit per literas,& acceptauerit,quod ſpecies retractus dictorum vellutorum fuerit cõſignatus dicto Aaroni,& Danieli, idem eſt ac ſi dediſſet mandatum, vt facta recuperatione de dictis ſpeciebus illas conſignaret prædictis Aaroni, & Danieli.l.fin.C. ad Maced. vbi dixit Bar.ꝙ quando conſenſus alicuius requiritur nullo tempore limitato, tunc ratihabitio retrotrahitur,& æquiparatur mandato, l. hoc iure.§. ratihabitio.ff.de reg. iuris,ca. ratihabitionem de reg. iuris in 6. Alexand.conſil.65. numer. 30. ver. & ratihabitio ſequens lib.6.Soc.Iunior conſil.97. numero 15.lib.2.& iſta ratificatio eſt tantæ importãtię,quòd
4 etiam procedit in his, quæ requirunt † ſpeciale mandatum, l. quòd ſi ſpeciali. ff. de minor. vbi, Baldus hoc expreſsè dicit, & allegat ad hoc text. in l. non ſolum. §. fin.ff. de procurat. facit text.in l.fin.§.1. ff. quod quiſque iuris, vbi hoc notat Decii. in 2. notab.Bald. & Saly. in l. ſi maritus. C. de procurat. vbi dixit Bal.dict.l. quod ſi ſpeciali, eſſe ad hoc notabilem,& idem Bald.in l.multum,col.2.verſ.ſed nũquid

ex

ex ſola,& ibi quoque Sal.col.3.C.ſi quis alr. vel ſibi,
Alex.conſ.78.nu.15.verſ.nec prædictis,lib.5.& cooſ.
133.num.8.verſ poſſet ad cautelam,lib.6.Fely. in ca.
oonnulli.§.ſunt,& alij, num.43.verſ.regulariter au-
tem de reſcripris: Nec dicatur,quod dictus Toparus
teneatur ex eo, quòd eacederit finem mandati: quia
hoc non eſt verum, cum eius mandatum non ſit ad
aliquid reſtrictum, vt ex eius lectura apparet, & ſi io
aliquo exceſſerit, quod non eſt, ratificatio ſubſecuta
per d. Reccum omnia approbauit texr. eſt in l. cum
man.§.ſi.C.mandat.& toro rirulo.ff. & C. rem raram
haber. Nec apparet dictum Toparum eaceſſiſſe fines
5 man.vnde de † geſtis per eum procurat. nomine non
tenetur,l.diligeoter cum ibi notatis. ff. mandat. cap.
cum olim,extra de officio delegat.nec deber aliquod
damnum ſentire,vel pati,l. ex man. cum ſimilibus. ff.
mand.ex quo text.excuſatur dictus Toparus, ſi non
potuit diligentius ſe habere circa dictum negotium
propter peſtem eaiſtentem dicto tempore in dictis
partibus Alexandriæ, de qua ſatis conſtat ex ſcripr.io
proceſſu exhibitis. Nec obſtat, quod dicebatur per
actorem, ꝙ cum dictus Toparus ſuſceperit manda-
tum recuperandi dicta velluta ſiue eius retractum te-
6 netur † de omni culpa etiam leuiſſima,per text. in l.à
procuratore,vbi Gloſ.& Doct.C. mand. tradit Alex.
conſ.41.num.3.lib.1.Quia replicatur,& dicitur,quòd
7 dolus,† vel culpa non præſumitur, vt de dolo eſt ex-
preſſum in l.quoties.§.qui dolo. ff.de probat. vbi di-
citur, quòd qui dolo dicit factum aliquid licèt in ex-
ceptione,docere debet dolum admiſſum, concordat
Gloſ.in cap.ſedes in verb.dolus in prin.extra, de re-
ſcript.& ita dicit Gl.in d.§. qui dolo.l. dolum. C. de
dolo,vbi Bald.Sal.niſi per indicia vrgentia probetur,
idem de culpa, quod non præſumarur, ſed allegantı
incumbit onus probandi, vt not. Gloſ. Bart. & com-
muniter omnes in l. ſi quis ex argentatiis §. an verò
hæredi ff.de edendo Bart.& Doctor. in l. quod Ner-
ua.ff. depoſit. Et vt quis ex culpa teneatur ei, qui il-
lum deducit ſiue agendo, ſiue recipiendo,certa,& li-
mirata obiici debet,l prætor air in princ.ff.de iniuriis
cap.vt circa de elect in ſex.Bart.in conſ.193.commu-
ne Lucignani in 3.dubio,Alex.conſ.136.viſo proceſ-
ſu cauſæ vertentis,num.3.lib.7.Deciſ.conſ.430.nu.1.
lib.9 Socin.conſ.149.num.2.ver.terrio,lib.1. ſed de
culpa di.ti Topari non eſt aliquid deductum, ex quo
dici poſſit ipſum fuiſſe in aliqua culpa, ex qua poſſit
deprehendi,ꝙ culposè, vel dolosè ſe geſſerit in recu-
peratione dicti retractus, & ceſſante culpa ſequitur,
quòd de dicta adminiſtratione condemnari non po-
8 teſt,cum tales† adminiſtratores non teneantur de le-
uiſſima culpa,vt concludit Bar.in ſua repetitione,d.l.
quod Nerua in nona quæſtione.ff.depoſit. Bald. in l.
pignus.C.de pign. actio. quam legit cum.l. fortuitis,
& eſt ſub num.17.ſequitur Saly.poſt longam diſputa-
tionem in d l à procuratore.C.mandat.ſequitur Soc.
conſ.149.num.1 lib.1. vbi ſubdit, quòd tales admini-
ſtratores ſolum tenentur facere, quæ faceret negligēs
paterfamiliàs, & non ea, quæ facerent diligentiſſimi
patresfamiliàs:vnde cooccludit, nooteneri de leuiſſi-
ma culpa per ea, quæ tradunt Doctores in d. l. quod
Nerua,& Saly.in l.ſi nulla,C.de pig.actio. & conclu-
dit Socin.d.conſ 149.num.1.ver.tertio lib.1. quòd in
9 † dubio iſti tales adminiſtratores præſumuntur fuiſſe
diligentes, non autem fuiſſe negligentes ſaltem tali
negligentia, quæ caderet in leuem culpam, immò
quòd ille,qui in ea ſe fundat,debet illam deducere,&
probare per iura,& rationes, de quibus ibi per eum,
quas non refero, cum ſit facilè videre, ſed quæ culpa
poteſt dicto Toparo imputari,ſi dicitur,quòd dictus
retractus iuerit in perditionem?patet enim per dictas
literas ipſius Topari ad inſtantiam actoris exhibitas,
qui ſic illas exhibendo approbauit, & tenetur illi ſta-
re:Ex quibus literis in illis verbis, *come a bocca ne diſſe*,
deoonſtratur,quòd quamprimum potuit,& alloqu-
tus fuit dictum Nicolaum Reccũ,illi nunciauit, quid
ipſe egiſſet circa retractum dictorum vellutorum, &
poſtea idem per dictas literas replicauit: ex quibus
poteſt deprehendi bona fides ipſius Topari, qui non
fuit contentus ſolùm verbo dixiſſe dicto Recco re-
tractus ſuorum vellutorum,ſed quamprimum potuit,
illud idem per literas nunciauit, ex quibus ſatis dici
poteſt, quòd dictus Toparus deſiderabat, quòd di-
ctus Reccus haberet retractum per ipſum recupera-
tum: Nam ſi non habuiſſet talem animum cum per
eum geſta verbo dixiſſet ipſi Recco,etiam per literas
voluit replicare, ex qua replicatione magis demon-
ſtratur bona fides ipſius Topari per ea, quæ dicunt
Doct.de duplicatione actus Barr.in l. cum ſimus. C.
de agri.& cenſib.lib.11.Bar.& Doctores in l. Baliſta.
10 ff.ad Trebellia.Corroborantur prædicta,quia † quæ-
libet cauſa excuſat quem à dolo,iuxta Gloſ.commu-
niter approbatam in l.vnica in verbo hoc iudicium.ff.
ſi quis iuſdiceo.non obtemp. Angel io l.ſi ex conſeo-
ſu.§.ſi.ff de appellat.Gloſ.in l.1.ff.de eo,per quē erit
factum,Bart.iu l.1.in fin. poſt Gloſ. ibi. C. vbi cauſa
ſtatus,Soc.conſ.59.num.3.lib.18.Nec dicatur, quòd
11 dictus Toparus dixerit mendacium,† quia ſcripſerit,
quòd de dicto retractu ſecerat duas vegetes cũ mar-
chis ipſius Recci,& ꝙ ſoluerat gabellas, & omne de-
uetum, quod tamen per agentem dicitur non eſſe,
necnon produceodo ad hoc duas fides Conſulis, &
quod ratiooe mendacij teneatur,iuxta ea, quæ tradit
Alex.conſ.52.oum.7.libr.6. Quia replicarur,& dici-
tur, quòd dictæ fides oullam faciunt fidem, Guido
Papæ deciſ.19. Valentinus,& quia obrentæ parte noo
citara per ea, quæ dicunt Doctores in Authen. ſi quis
in aliquo documento, C. de edendo cum appareat
extractum de libris Domini Alexandrię. Secundo di-
citur,quòd dictæ fides non dicunt,ꝙ dictus retractus
non eſſet,vel eſſet in vegetibus,ſed ſolum docuit, *che
le dette ſpetie, non le cognoſcono per ſpetie de Nicolo Cibo
Recco,ma de Fran.Carli*,vt latiùs in dicta fide, & quòd
ita retulit ſcriba ipſius Conſulis, & ſic dicta fides eſt
facta ex relatu vnius, & dictum vnius dictum nullius:
ex quibus non neceſſariò infertur, quòd dictæ ſpecies
non eſſent in vegetib. vt dixit Toparus in ſuis literis,
& probatio, quæ non concludit, non releuat produ-
centem,vulgata,l.non hot,& ibi Doct.C.vnd. cogn.
& prædictæ fides factæ parte non citata non proſunt
producenti,vulgata l.de vno quoq; & l.ſæpe ff. de re
iudic.vbi Doc.Tertio dicitur,ꝙ d.fides probāt dictas
ſpecies remanſiſſe in dictis magazenis, & ꝙ Toparus
ſecum non aſportauit,ſi ergo Toparus recuperauit,&
poſuit in dugana, ſi poſtmodum de facto per agentes
dictæ duganæ diſtractę,non ex debito Topari,ſed al-
terius, quid venit imputandũ d.Toparo? certè nihil.
Non obſtat dum per ageotē dicitur,ꝙ illa notificatio
facta per Reccũ de perſonis d.Aaron,& Danielis ſibi
non proſit,quia dolo induxit d. Reccũ ad ratificatio-
nem, & ſic non debet prodeſſe ipſi per ea, quæ dixit
Bar.in l.Pōponius,l.1.n.9.ff.de neg. geſt. & ibi Ang.
& Paul.de Caſt.Quia replicatur,& negatur,quòd di-
ctus Toparus in hoc aliquem commiſerit dolum, &
qui hoc prætendit, debet probare, cum non præſu-
matur, & alleganti incumbit onus probandi. Se-
cundò dicitur quòd tam ex dictis literis ipſius Recci
datis

datis die ſexta Decembris anni, &c. directę dicto Danieli, quam ex memoriali ipſius Topari dato dicto Danieli cõſtat, quòd ipſe Toparus dimiſit dictas ſpecies, vt dixit in literis ipſius: Nam dictus Reccus in dictis literis dicit hæc verba dicto Danieli, *alla grata voſtra, che il conſolo non ha voluto laſſare caricar le mie ſpecie*, & ſic demonſtratut, ꝙ dictus Daniel ſcripſerat dicto Recco, ꝙ Toparus dimiſerat ibi in ſe ſpecies ipſius Recci: ſi ergo dimiſit Toparus in cura ipſius Danielis dictas ſpecies, non poteſt dici, quod Toparus fuerit in dolo ſcribendo, ꝙ verè fecit, & ceſſante dolo, ceſſat dicta doctrina Bar. in dict. l. Pomponius. Ex quibus omnibus concluſum fuit abſolutoriè in fauorem rei conuenti. Laus Deo.

DECISIO LXXVII.

Vtens omni diligentia non tenetur de ſubtractis furto, aut vi, & in his probandis admittuntur teſtes, qui aliàs à iure repellerentur.

SVMMARIVM.

1 *Memoriale ſubſcriptum probat.*
2 *Suſcipiens mãdatum tenetur reddere rationem.*
3 *Reus in exceptione eſt actor.*
4 *Circa ea, quæ fieri ſolent intra parietes domeſticos, & ſimilia admittuntur illi, qui alioqui repelleretur.*
5 *Caſus ſiniſter poteſt probari in loco, etiam parte non citata.*
6 *Deponenti de facto proprio, quæ fides adhibeatur.*
7 *Nemo præſumitur contra ſe teſtificari.*
8 *Domeſticus pro domeſtico probat contra domeſticum.*
9 *Famulus, olim probat nunc pro domino.*
10 *Teſtificationi iudicialiter factæ ſtatur, & non poſtea factæ extra iudicium.*
11 *Acta inter alios faciunt ſemiplenam probationem.*
12 *Recipiens rem, vt talem non poteſt exinde opponere non eſſe talem.*
13 *Calculus probat contra ſcribentem, & num. 16.*
14 *Expendens nomen obligat principalem.*
15 *Exhibens, quando approbet totum etiam ſi exhibeat ſolum in parte, & partibus.*

AGEBAT Dominicus Sauli contra Iulianum Viualdum conuentum ad reddendam rationem cum reliquatus ſatisfactione de libris, N. & ducatis, N. habitis per dictum Iulianum à dicto Dominico pro emendis tot ſetis in prouincia Calabriæ, deducto tamen pretio, & expenſis certè quantitatis ſetæ, & ducatis, N. habitis per dictũ actorem à d. conuento, prout latius in petitione dicti Dominici. ¶ Et ad fundandum ſuam intentionẽ dictus
1 agens exhibuit memoriale † ſubſcriptum per dictum Iulianum, & ipſius literas, in quibus legitur ipſum conſtitutum habuiſſe dictas pecuniarum ſummas, & ſuſcepiſſe mandatum emendi dictas ſetas, & cum d. memoriale, & literæ fuerint recognitæ, plenè probãt contra ipſum ſcribentem, & ſubſcribentem ad not. per Doctor. in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de vet. obl. in l. quæ dotis. ff. ſolut. matr. in l. nuda ratio. ff. de donat. in Auth. at ſi contractus. C. de fid. inſtr. & latiùs in l. admonendi. ff de iur. iur. Et cum dictus Iu-
2 lianus ſuſceperit † dictum mandatum, tenetur reddere rationem cum reliquatus ſatiſfactione, l. 1. §. officio, vbi Bartol. & Doctor. ff. de tut. & rat. diſtr. l. cum ſeruus. ff. de cond. & demon. l. non ſolum. §. is qui rationes. ff. de lib. leg. l. Boues. §. fi. ff. de vet. ſig. Affl. deciſ. 157. ¶ Sed dictus conuentus excipiendo dicebat reddidiſſe rationem cum reliquatus ſatiſfactione, &
3 cum reus † in ſua exceptione dicatur, & ſit actor, & teneatur ſuam exceptionem probare, l. 1. ff. de excep. l. in exceptionibus. ff. de probat. ideo deduxit fuiſſe furto ſubtractos per latrones in itinere ex loco Neapolis ad ciuitatem Conſentiæ ducatos, N. in ſocietate aliarum pecuniarum, quę conducebantur per Marcum Luxardum, quos ipſe Iulianus poſuerat in ſimul cum aliis pecuniis dicti Marci, prout de dicto furto ſecuto plenè conſtat in proceſſu, nec refricatur in dubio omnes pecunias exiſtentes in ſalmis dicti Marci fuiſſe furto ſubtractas. Sed dubium videbatur circa conſignationem, & quantitatem dictarum pecuniarum, & quòd dictus Iulianus conſignaſſet d. Marco dictos ducatos, qui poſtea fuerunt ſubtracti cum aliis pecuniis dicti Marci. Et circa id animaduertendum eſt, quòd cum ſimus in pecuniis aſportandis in itinere, & maximè in partibus Neapolis, & Calabriæ, vbi ferè continuò maxima furta, & latrocinia ſubſequuntur, vt euenit in præſenti caſu tunc, vbi maius periculum, ibi cautiùs eſt agẽdum. c. vbi periculum de elect. in 6. nec debet quis ſecreta ſui patrimonij pandere: & ideo iſtæ numerationes pecuniarum, & poſitiones in ſacculis, & gruppis fiunt, & fieri ſolent, & debent in
4 abſcondito, & intra † domeſticos parietes, nec ſoleãt adhiberi, & conuocari teſtes tam circa confectionem grupporum, quàm circa conſignationem faciendam conducenti dictas pecunias, vt docet experientia rerum magiſt. cap. quam ſit de elect. in 6. & maximè in præſenti caſu, cum ipſe quoque Iul. eſſet iturus cum dicto Marco, prout iuit, nec aliquis alius vſus fuiſſet maiori diligentia. Vnde in iſtis caſibus admittuntur perſonæ ad probandum, quæ aliàs à iure repellerẽtur, l. conſenſu, & ibi Bar. & Doct. C. de repud. c. veniens elect. 2. de teſt. vbi Can. & in ca. dilecti de elect. Fel. in c. in literis de teſt. num. 6. Nam quando veritas aliter haberi non poteſt, admittuntur teſtes etiam inhabiles à iure regulariter reprobati, vt per Cyn. & Bald. in l. parentes. C. de teſt. Imo. in rep. c. Quintauallis de iur. iur. Hinc eſt quòd quas Maſſaritias habuerim in domo poſſum probare per domeſticos, & familiares, vt dicit Bart. in l. lex, quæ tutores. C. de adm. tut. Hinc
5 etiam eſt, quòd ſi ſequatur aliquod damnum, † vel caſus ſiniſter, poteſt mercator in loco damni paſſi facere examinare teſtes, etiam non citata parte, qui poſtea faciant fidem coram iudice competenti, vt dicit not. Bartol. in l. ſi quis. C. de naufr. libr. 11. ſequitur Corſ. in ſuis ſingul. in verb. teſtis incip. in loco. ¶ His ſtantibus probauit Iulianus per duos teſtes quantitatem, & conſignationem dictarum pecuniarũ, videlicet per dictum Marcum, & Laurentiũ de Clauaro, & cum ſint duo teſtes, conteſtes plenam faciunt probationem, l. vbi numerus. ff. de teſt. l. iuſiur. C. eo. c. in omni extra, eo. tit. Accedit, ꝙ dictus Laurentius
6 deponit de facto † proprio, cum ipſe vna cũ dicto Iu-

liano

liano numerauerit d. pecunias, & conſignauerit dict.
marco, meritò ipſi ſoli datur plena fides, maximè ſub-
ſiſtentibus aliis adminiculis, vt per Paul. de Caſt. in l.
quicũque. C. de ſer. fug. Sal. in l. ſi quis. C. de fal. Alex.
conſ. 197. vol. 7. Ruyn. conſ. 105. vol. 4. Dec. conſ. 56.
Affl. dec. 369. ſtringitur & fortius, quòd dictus Mar-
cus tractat de eius præiudicio, cùm quantò maiorem
ſummam dictus Iulianus amiſiſſet, tantò minorem de
7 recuperatis habuiſſet, nec † eſt veriſimile contra ſeipſum
ſum voluiſſe teſtificari, arg. text in l. non ſolum. §. de
vno. ff. de rit. nupt. & quod veriſimile non eſt, imagi-
nem falſitatis oſtendit, Alex. conſ. 179. col. pe. vol. 2.
8 Bal. in l. 1. C. de ſer. fug. facit, quod licèt † domeſticus
pro domeſtico non poſſit teſtificari, tamen cõtra do-
meſticum bene poteſt, & probat, vt per Paul. de Caſt.
in l. etiam, nu. 4. & ibi Gloſ. C. de teſt. quę omnia ma-
ximè procedunt, cum probationes ſint arbitrariæ, &
dependeant à mero iudicis arbitrio, l. 3. §. 1. ff. de teſt.
Pariſ. conſ. 131. num. 25. vol. 1. Nec obſtat quòd teſtes
nõ ſint examinati citata parte, quia ſumus in caſu ex-
ceptuato à regulis iuris communis, vbi admittuntur
teſtes inhabiles, & examinati, etiam non citata parte;
per ſupradicta. Accedit, quòd dictus Dominicus de-
dit facultatem in eius literis dicto Iuliano verificandi
dictum furtum in illis partibus, meritò non poteſt ve-
nire contra eius factum, l. quod ſemel placuit. ff. de
reg. iur. cum aliis vulg. Nec etiam obſtat, quòd dictus
9 Laurentius eſſet † famulus dicti Iuliani, cum tempore
depoſitionis ab eo receſſiſſet, & tunc probat, vt per
Paul. de Caſtr. in l. etiam. C. de teſt. Fel. in c. in liberis
extra eo, Dec. conſ. 163. num. 11. prout nec etiam ob-
ſtat, quòd dictus Marcus demum extraiudicialiter
examinatus ad inſtantiam actoris, contrarium depo-
10 ſuerit: quia † ſtatur primo dicto iudicialiter facto,
Bart. in l. eos. ff. de fal. & maximè cùm dictus Marcus
poſt primam depoſitionem habuerit litem cum dicto
Iulia. & fecerit examinare teſtes in Conſentia ad in-
ſtantiam d. actoris, vt eius ſolicitator, & procurator,
vt conſtat in actis, meritò præſumitur ad inſtigationẽ
aduerſarij contrarium depoſuiſſe, vt per Gl. Innoc.
Ioan. Andr. Imol. & Mod. in c. præterea de teſt. Bald.
in l. 3. C. ad l. Iul. de adul. refert, & ſequitur Alciat. in
lib. præſumpt. in reg. 2. præſ. 29. num. 5. verſ. ſed Ab-
bas. Abb. in ca. in tua de teſt. ¶ Præterea conſtat per
acta facta in Conſentia & ſententiam, quod dictus
Iulianus pro rata dictorum ducatorum, N. amiſſorũ,
habuit ſuam portionem de pecuniis ex furto recupe-
ratis. Nec erat ibi neceſſe citare dictũ Dominicum,
cum iam dicto Iuliano dediſſet authoritatẽ per eius
literas, vt dictum fuit, & in omnem euentum dicta
11 acta, & ſententia, licèt inter alios † acta facerent ſe-
miplenam probationem, Abb. in c. quamuis, num. 3.
de re iud. Bar. in d. l. admonendi, Dec. conſ. 42. ¶ Ac-
cedit, quòd cum dictus Dominicus receperit dictas
pecunias ſolutas per dictum Iulianũ in ciuitate Nea-
12 polis, vti ex pecuniis † recuperatis ex dicto furto, per
talem receptionem abſque aliqua proteſtatione vi-
detur proculdubio ſibi præiudicaſſe, vt nõ poſſit am-
plius opponere de dicto furto, l. ſi arbitro, vbi Gl. ff.
qui ſat. cog. l. quod ſemel ff. de reg. iur. Bart. in l. quæ
dotis. ff. ſol. mat. Doct. in §. morte. l. non ſolum. ff. de
oper. no. nuncia. ¶ Præterea conſtat in proceſſu de
calculo ſcripto manu Baptiſtæ filij dicti Dominici
exhibito per dictum Iulianum conuentum, & reco-
gnito per agẽtem, in quo calculo fuit dictus Iulianus
aſſignatus creditor de dictis pecuniis furto ſubtra-
13 ctis, qui calculus † plenè probat contra ſcribentem, l.
Publia. §. fi. ff. depoſ. Bart. in Auth. at ſi contractus. C.
de fid. inſtr. Can. in c. 2. de fid. inſtr. Nec obſtat, quòd
filius non potuerit præiudicare patri: quia, cũ conſtet
tam per confeſſionem agentis, quàm per teſtes dicti
14 Iuliani, quòd dictus Baptiſta expendebat † nomẽ pa-
tris publicè, & palàm, pater tenetur de geſtis per filiũ
tot. tit. de inſtit. actio. & quicquid fecit dictus Bapti-
ſta præſumitur feciſſe in vim præcedentibus baliæ,
Bart. in l. poſt dotem. ff. ſol. matr. Crau. conſ. 158. vol.
1. Alciat. lib. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 24. & actus
præſumitur factus ex cauſa præcedente, Bar. in l. cum
ſolus. ff. de vſu. Pariſ. conſ. 64. num. 12. vol. 1. ¶ Acce-
dit, quòd cũ dictus Dominicus exhibuerit calculum
ſcriptum manu dicti Iuliani, vbi dictus Iulianus aſſi-
gnat pro debito dicto Dominico dictas pecunias fur-
tò ſubtractas, tunc dictus actor per iſtam exhibitio-
15 nem intelligitur † fateri vera eſſe per eum exhibita, &
dicitur ea omnia approbare tam pro ſe, quam contra
ſe, etiam quòd producat in vna partita tantum, & in
partibus pro ſe facientibus, vt per Inno. in c. cum ve-
nerabilis de exc. Bal. in l. ſi quis teſt. C. de teſt. Ang. &
Iaſ. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. Nam cũ dictus cal-
culus contineat data, & recepta, ſi d. Dominicus vult
ſe iuuare, in eius fauorem debet etiam acceptare, quę
contra ſe faciunt, Bart. in l. quædam. §. numularios. ff.
de eden. Pariſ. conſ. 90. vol. 1. & Fely. in d. c. cum ve-
nerabilis. ¶ Et per hæc Rota de ducatis, N. habitis per
Iulianum, cum d. libræ, N. poſitæ in Zecha Neapolis
deductis omnibus expenſis, vnà cum dic. ducatis, N.
faciant dictam ſummam, vt deponunt duo teſtes con-
teſtes, pronuntiauit deducendas eſſe duas tertias par-
tes pecuniarum furto ſubtractarum demptis recupe-
ratis, vti ſpectantes dicto Dominico, iuxta formã lau-
di in actis exhibiti, quod cum fuerit acceptatum facit
ius inter partes, cap. cum inter, extra de re iud. l. inge-
nuum. ff. de ſtat. hom. Pariſ. conſ. 15. vol. 2. numer. 70.
¶ Circa verò pretium ſetæ, fuit poſitum ad rationem
carlenorum, N. quia illud ita poſuit d. Iulianus in eius
16 calculo, † qui contra ipſum plenè probat iur. vulg. quod
maximè procedit, cũ dictus Iulianus ſcripſerit dictas
ſetas ad dictum valorem aſcendere, & cum haberet
aliàs pecunias d. Dominici deductis dictis duab. ter-
tiis partibus pecuniarum amiſſarum iuxta tenorem
laudi, quod retrotrahitur, debebat dictas ſetas ad di-
ctam rationem emere, cum id habuiſſet in mandatis.
l. diligenter. ff. mandat. ¶ Sed circa expenſas factas in
lite cum Marco Luxardo, cum conſtet in proceſſu di-
ctam litem per multos dies duraſſe ex ſcripturis exhi-
bitis, & conſtet per teſtes, quòd d. Iulianus fecit plura
itinera citatis equis dicta de cauſa, & cum ſimus in
cauſa expenſarum, quæ cum non ſint exceſſiuę, remit-
tuntur iuramento partis, vt per Alex. Iaſ. & alios in §.
in computatione. l. fi. C. de iur. delib. ideo eas taxãdo
fuerunt reductæ ad ducatos, N. pro duabus tertiis
partibus ſpectantibus dicto Dominico, accepto tamẽ
iuramento in forma per dictum Iulianum, iuxta tra-
dita per Doctor. in l. terminato. C. de fruct. & lit.
expen.

DECISIO LXXVIII.

Obligatus principaliter pro alio in eadẽ ſcri-
pturæ poteſt conueniri non excuſſo prin-
cipali, & excuſſionis exceptio quò ad or-
dinem iudicij eſt dilatoria, & remiſſio ta-
xationis intereſſe facta iuramento partis
valet.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Subſcribens approbat omnia.*
2 *Obligatus vt principalis in eadem ſcriptura cum principali poteſt conueniri ſine excuſſione principalis.*
3 *Exceptio excuſſionis quandoque reſpicit ordinem iudicij, quandoque intereſſe excipientis.*
4 *Exceptio excuſſionis an ſit dilatoria.*
5 *Iudex an in exceptionibus habentibus tempus limitatum poſſit ſupplere defectum partis.*
6 *Excuſſionum alia præcedit actionem hypothecariam, alia actionem contra fideiuſſorem.*
7 *Patrimonium patris an ita dicatur filij, vt filius non ſit excutiendus.*
8 *Pactum, quod vnius partium iuramẽto credatur de intereſſe, valet.*
9 *Item de dando fidem teſte in cauſa propria.*
10 *Item de dando fidem copiæ.*
11 *Item quot probationes inualidæ fidem faciant.*
12 *Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis debetur etiam de iure Canonico.*
13 *Actio quælibet videtur intentata ex clauſula, & prædicta, &c. omni meliori modo, &c.*
14 *Ex titulatis declaratur melius intentio libellãtis.*
15 *Vſuræ vſurarum debentur ex conuentione.*
16 *Item quando de iure.*
17 *Item de conſuetudine mercatorum.*

IN cauſa Ioannis Spinulæ mota contra
Paulum Spinulam viſum fuit Rotę condemnare
dictum conuentum ad ſortem
principalem vnà cum intereſſe petito:
Nam dictum Paulum conuentum eſſe
debitorem ſortis principalis conſtat ex appodiſia in
actis exhibita per dictum Paulum ſubſcripta, & verificata,
in qua ſe principaliter obligauit dict. agenti,
quæ contra ipſum ſubſcribentem plenè probat, cum
1 ſubſcribens † cenſeatur conſentire, & omnia in ſcriptura
contenta approbare, ac ſi totum actualiter ſcripſiſſet,
vt per Iaſ. in l. cum antiquitas, in vlt. not. C. de
reſt. & in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus in pet. not.
ff. de ver. obl. Doct. in l. quæ dotis. ff. ſolur. matr. Pariſ.
conſ. 79. nu. 2. vol. 3. ¶ Nec viſum fuit obſtare, quòd
per cauſæ patronos dicebatur præſens iudicium non
poſſe ſubſiſtere, imò actorem debere ſuccumbere nõ
facta excuſſione principalis debitoris ſtante oppoſitione
facta, quia ad hoc multæ dantur reſponſiones.
Et primò, cum d. Paulus obligauerit ſe in eadem ſcri-
2 ptura ſimul, & † ſemel vti principalem debitorem,
tunc abſque alia nouatione expreſsè facta dictus conuentus
vti principalis poterat conueniri ſine alia excuſſione,
vt per Alex. limitando Gloſ. in Auth. de fideiuſ.
in prin. in conſ. 32. in 4. vol. ¶ Secundò reſpondetur,
ꝙ ex parte dicti conuẽti fuit oppoſitum de ex-
3 cuſſione † reſpectu ordinis iudicij, non autem reſpectu
intereſſe ipſius, cum dicat non potuiſſe moleſtari,
& ſic agi contra ipſum conuentum, niſi prius excuſſo
principali, & vis eſt maxima in modo excipien. vt per
Cor. in conſ. 55. in 3. vol. & Negus. in tract. de pign. in
1. memb. oct. par. nu. 31. tunc ſuccedit diſpoſitio omnium
Doctorum, quòd iſta excuſſio reſpiciens ordinem
maximè tanquam de apicibus iuris, vbi procedi-
tur ſola facti veritate inſpecta, & in curia mercatorũ
(prout in caſu noſtro) non venit admittenda, vt per
Bal. in l. clarum, C. de aur. præſt. Alex. conſ. 114. in 6.
vol. Mar. Soc. conſ. 24. in 1. Aret. conſ. 126. Neg. in
dicto loco ſupra citato, num. 28. & ſeq. ¶ Tertiò re-
4 ſpondetur, ꝙ iſta † exceptio excuſſionis tanquam ex-
ceptio dilatoria debebat opponi ante litem conteſta-
tam, vt per Bal. in l. exceptionem, quæſt. pen. ff. de ex-
cept. Cin. Bald. & Sal in l. exceptionem. C. de probat.
Alex. in l. ſi. ff. ſi cer. pet. Neguſ. in dicto loco, nu. 34.
& ſeq. & ita conſulendo tenuerunt Ruin. conſ. 19. nu.
17. vol. 4. Pariſ. conſ. 50. num. 44. in 1. vol. Alex. conſ.
73. in 1. col. & in ſententiam Rotæ tanquam de iure
veriorem per multas rationes iuit Sali. in l. hoc ſi debitor,
num. 10. C. de pign. ibidem comprobando opinionem
Petri idem ſentientis contra opinionem Iac.
de Raue. dicentis exceptionem excuſſionis tanquam
dilatoriam, etiam poſt litem conteſt. poſſe opponi,
quia quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent,
qua tamen non obſtante oppoſitione Saly. ibi ſentẽtiam
Petri vti veriorem amplexus eſt, & eum eſt ſequutus
Bal. in l. peremptorias ad fine. C. ſent. res. non
poſſe, & Paul. de Caſt. in d. l. ſi. ff. ſi. cer. pet. ſed in caſu
noſtro fuit oppoſita poſt publicationem proceſſus, &
ſic in tempore, quo amplius opponi non poterat, vt
ibi per Doct. & Max. cũ fuerit oppoſita poſt 50. dies,
quo tempore ex forma ſtatuti nullus amplius proceſſus
fieri poteſt, & iura voluerunt exceptionem dilatoriam
ante litem conteſtatam opponendam eſſe per
reum, & poſt litem conteſtatam per actorem probãdam,
l. exceptionem cum ibi not. per Doct. C. de probation.
meritò dicendum eſt dictæ excuſſionis exceptionem
in hoc caſu non eſſe conſiderandam. Nec
5 obſtat ſi diceretur, quòd iudex † poteſt ſupplere defectum
partis, quia in huiuſmodi exceptionibus non
poteſt iudex ſupplere vltra tempus limitatum parti,
Gloſ. eſt not. quam ibi Ang. not. pro ſin. in l. Pomponius.
§ ratihabitio. ff. de proc. refert, & ſequitur Iaſ. in
l. ita demum, nu. 5. C. de proc. Præterea dicitur, quòd
licèt aliqui Doctores videantur tenere exceptionem
excuſſionis poſſe admitti etiam poſt litem conteſtatam,
tamen in omnem caſum loquuntur, quando agi-
6 tur contra tertium † poſſeſſorem hypothecaria, ſecus
ſi contra fideiuſſorem, & ratio eſt, quia tertius poſſeſſor
habebat iuſtam ignorantiam iuris hypothecæ. ſed
fideiuſſori imputandum eſt, cur ſciens, & ſponte ſe
obligauerit pro alio, & hæc eſt illa excuſſio, quæ dicitur
de apicibus iuris, & quæ in hoc caſu venit reiicienda,
vt hæc optimè conſiderat, & tenet Crauet. in
conſ. 163. poſt num. 6. ibi ſecundo reſpondeo. Acce-
7 dit, quòd in præſenti caſu petens excuſſionem † eſt
pater, excutiendus verò eſt filius, & clarum eſt patrimonium
patris eſſe patrimonium filij, cùm filius viuente
patre dicatur quaſi dominus, l. in ſuis cum ibi
not. per Doc. ff. de lib. & poſth. iuxta illud, ſi filius, ergo
hæres, vnde petentis excuſſionẽ, & excutiendi non
poteſt eſſe vnum, & idem patrimonium, meritò Rotę
viſum fuit hunc excuſſionis exceptionem nõ obſtare,
quin dictus conuentus veniret condemnandus. ¶ Circa
verò intereſſe conſtat ex dicta appodiſia, quòd dictus
conuentus promiſit ſtare ſimplici verbo dicti
agentis ibi, *contentando mi che detto debito lo teniate, &
facciate tenere ſopra cambij, è recambij, ò per qual altra via
vi parerà più à mio propoſito ſempre à mio danno è intereſſe
in arbitrio voſtro, del che, & parimẽte de detti intereſſi prometto
ſtarne al voſtro ſemplice detto ſenza altra proua,* tũc
8 clarum eſt de iure dictum † conuentum potuiſſe declarare

clarare dictũ intereſſe, prout declarauit, eius ſimplici dicto creditur abſque alia probatione, & dictam conuentionem valere, & de iure ſubſiſtere communis eſt opinio, vt per Bar. & Doct. communiter in l. fi.ff.de præt.ſtip. Alex.conſ.130.in fi.vol.1.& in conſ. 177.vol.2.Affl.deciſ. 91. Cag.in l.vnica, C.de ſent. quæ pro eo,quod int.num. 124.Prout partes poſſunt
9 facere,quòd † credatur teſtibus in cauſa propria, vt dicit Bald. in l.fin. C. de fideiuſ. Item poſſunt facere,
10 quòd detur † fides copiæ, cui aliàs non crederetur, Doct.in Auth. ſi quis in aliquo,C.de eden.Item poſ-
11 ſunt facere quòd † probationes inualide valeant ſecundum Inno.in c.cum cauſam de teſt.Bald. in l.ſi.C. de teſt. vel quòd credatur dicto vnius teſtis, vt per Spec.in tit.de teſt.§.reſtat,verſ.hoc tamen,Bal.in l.in bonæ fidei. C. de reb.cred. ¶ Nec fuit viſum obſtare dum obiiciebatur de decreto prohibente cambia ficca:Nam inter Stephanum principalem conuenti, & ipſum agentem nullum currit cambium: quia dictus agens de ordine dicti Stephani cepit dictas pecunias cambio à quodam tertio,quas poſtea conſignauit dicto Stephano,vt cantant verba appodiſiæ:adeo quòd cambium ſit inter ipſum agentem, & illum tertium, & dictus Stephanus promiſit ſoluere intereſſe dictarum pecuniarum cambio captarum per dictum agẽtem,vndè etiã quòd d.actor cepiſſet dictas pecunias ſub vſuris, teneretur conuentus dictas vſuras ſoluere, ſi ita actor declaraſſet, vt per Affl. in d. deciſ. 91. ſed decretum loquitur de primo dante,& accipiente pecunias, qui nullas dat literas cambij, quod non procedit in caſu noſtro, & cum non conueniant verba decreti,nec conuenit eius diſpoſitio,l.ſi ſeruum,§.nõ dixit prętor,ff.de acquir hæreditate,l.1.§.ſi is,qui nauem,ff.de exerc.Soc.conſ.51.in 1.vol.Pariſ.conſ.20. num.32.vol. 2. Præterea cum dictus agens probauerit ſe eſſe mercatorem ſolitum dare, & capere pecunias cambio,& deduxerit lucrum,& damnum, quod potuiſſet percipere, & pati ſi habuiſſet dictas pecunias,tunc clarum eſt in iure tam ciuili,quam Canoni-
12 co, quod dictum intereſſe † ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis peti poteſt, vt per Paul. de Caſtr.in l.centum Capuæ ff.de eo,quod cer.loc. Iaſ. in l. fi.ff.eo.tit.Fel.in c.cum venerabilis,num.7.de excep. & in c.P.& C.de off.del.Dec.conſi. 116.Rui.conſil. 104.lib.4.nu.3.& 7. Nec obſtat, ſi diceretur dictum intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergẽtis non fuiſ-
13 ſe petitum, quia ſtantibus clauſulis,† & prædicta &c. omni meliori modo, &c. videtur intentata quælibet
14 actio actori magis vtilis,& competens, & † ex proſecutis poſtea in titulis declaratur melius intẽtio libellantis,vt per Aret.& Iaſ. in §.1.inſt.de act. Iaſ.in l.petẽs.C.de pact. Lanſ.in c.quoniã contra,in verſ.cõfeſſiones,de probat.Mar. Soc.in c.ſignificãtibus de lib. oblig. Inn.& Abba.in c.cũ dilectus de ord.cog. Ang. in conſ.250.vnam libertinam in 1.col.Dec.conſi.57. ¶ Poſtremò, nec fuit viſum obſtare, dum obiiciebatur, quòd non poterat deberi intereſſe ipſius intereſſe,quemadmodum nec vſuræ augent ſortẽ,nec in ſortem conuerti poſſunt,ita vt vſuræ vſurarum debeãtur, l.ſi.C. de vſu.quia in caſu noſtro iſtud intereſſe, & ex conuentione,& de iure,& de obſeruantia,ac conſue-
15 tudine mercatorum,& regionis eſt debitum.Ex† cõuentione patet ex appodiſia, ibi, *& mi obligo la detta ſomma cõ tutti li ſuoi intereſſi,& augmenti à ragion de cãbij,e recambij,e per qual altra via reſtituire*,& inferius dicit, *& che paſſato detto anno poſſiate in elettion voſtra aſtringermi al pagamento della ſorte augmenti, & intereſſi ſequiti, ò vero ſenza altra interpellatione perſeuerare ſopra detti cambij,e ricambij,ò altri modi à mio danno,& intereſſe inſino all' integra ſodisfatione*, & dictam conuentio-
16 nem valere,ſuprà ſatis deductum fuit. † De iure verò apparet,quia qua ratione agi poteſt ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis ob ſortem non ſolutam,per ſuprà dicta,eadem ratione agetur, ſi debitor dicti intereſſe eſt in mora illud præſtandi, quia teneri debet ad illud intereſſe conſiſtens in lucro ceſſante, ſeu damno emergente occaſione dicti lucri,ſeu intereſſe non ſoluti: Nam cum dictus conuentus fuerit in mora ſoluendi dictum intereſſe per lapſum die, l.optimam,C.de contr.& comm. ſtip.quæ mora eſt delictum,Glo.in l.ſi filius de inter.act. & dictus agẽs dederit,& ceperit pecunias cãbio,vt probauit,ſe eſſe ita ſolitum,& paſſus fuerit damnum, & lucrum, tunc dictus cõuentus ob moram factam occaſione intereſſe non ſoluti in tempore tenetur, d. agenti ad intereſſe ipſius intereſſe ratione lucri ceſſãtis,& damni emergentis ob dictum intereſſe non ſolutum. Nec obſtat, quod vſuræ vſurarum non debeantur:quia aliud eſt,q̃ petantur vſuræ, quæ nedum ſunt contra ius diuinum, ſed etiam contra ius naturale,vt declarat Io. Andreas in c.peccatũ de reg. iur. in 6. Aliud verò eſt,quod poſt moram petatur intereſſe lucrorum licitè debitorum conſiſtens in lucro ceſſante,& damno emergente, ſicut in caſu noſtro,quod intereſſe omni iure tam diuino, quàm naturali, & humano eſt permiſſum, vt per Cy.& Bal.in l.1.C.de Sum. Trin. & ita aliàs fuiſſe iudicatum dicit, & ſequitur Cag.in l.vnica, C.de ſent. quæ pro eo,quòd int.nu.46. & ita conſulendo tenuit Rui.in conſ.103.vol.1.nu.4.quod maximè procedit, cum iſtud intereſſe fuerit principaliter petitum, non autem acceſſoriè,& ita concordatur aliud conſ.Ruin.
17 55.vol.2.De obſeruantia verò, & † cõſuetudine mercatorum conſtat per plures teſtes,qui dicunt ita vidiſſe ſemper obſeruari, quæ obſeruantia inter mercatores potiſſimè attẽdenda eſt,vt per Petr. Luſit.in tract. de ſponſ.merc.in 3.par.num.8.& ſecundùm cõſuetudinem regionis intereſſe deberi dicit not.text.in l. ideóque § ſi procurator,ff.mand. Et per hæc Rota pronunciauit vt ſuprà concluſum fuit. Laus Deo.

DECISIO. LXIX.

Iuramentum partis, cui ex pacto competit declaratio intereſſe, non admittitur extra tempus probatoriũ,& debitor ſummę cum qualitate ſibi præſtanda non tenetur ad intereſſe qualitate non præſtita.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum eſt ſpecies probationis.*
2 *Non adimplens in mora conſtituere non poteſt.*
3 *Intereſſe non debetur ſine mora.*

CHRISTI, ET GLORIOSÆ Virginis præſidio implorato.

COSMVM Italianum Rota condemnauit ad dandũ,& ſoluendũ ſecuritates exactas vltra ſummam ſibi debitam, & ſpectãtes Gregorio Promontorio agenti pro ſua tertia parte, & pro non exactis ad cedẽdum iura con-

tra aſſecuratores: quia Coſmum ultra capitale ſibi de-
bitum exigiſſe, præcepta, licentiæ, ſolutionum fides,
tam in cartularijs Sancti Georgij, quam in actis no-a-
riorum in proceſſu exhibitæ apertè oſtendũt, & quic-
quid per aliquem exactũ eſt ſine cauſa reſtitui debet,
neque hoc negauit Coſmus in proceſſu, qui ſemper
calculum facere ſeparatum obtulit. Quia tamẽ aliqua
diſpunctione exactorum, & non exactorum, & quæ
ſecuritates Gregorio ſpectarent, vel non, opus erat
ſummã liquidare in executione noſtræ ſententiæ mã-
dauimus iuxta Rotæ ſtylum. ¶ Solum obſtabat ageo-
tis intentioni, quòd per inſtrumentum conuentionis
inter Coſmũ ex vna, & Gregoriũ, & Bartholomeum
Promontorios ex alia conuentum apparebat, quod
intereſſe pecuniarum, de quibus in inſtrumentu, ſol-
ui deberet dicto Coſmo, de quo ſtare deberet dicto
cum iuramento ipſius Coſmi, qui ſe iurare paratum
dicebat. ſed in hoc Rota cenſuit, quod ſtãte lapſu ter-
1 mini † probatorij, poſt quem tam ex forma regula-
rum, quã de iure cõmuni probationes fieri nequeãt,
Iaſ. in l. admonendi ff. de iur. iur. Crauet. conſ. 196. 1.
col. Coſmus ad iurandum in hoc iudicio admitti non
poſſet, ſed quia intereſſe Coſmo deberi inſtrumentũ
diſponit: ideo ipſi ad illud iura, ſi quæ competunt, re-
ſeruauit: quia nec terminus probatorius ad illud pro-
bandum datus fuerat, nec poſt tempus probatorum
de eo cognoſci poterat, nota. per Salic. in l. fin. C. de
compenſa & poſt tempus probatorum de eo oppoſi-
tum fuerat, vt proceſſus lectura docet. ¶ Et quia ſi
quid Coſmus exigere voluit, opus fuit aſſecuratori-
bus fideiubere iuxta formã regularum, & petiit Coſ-
mus in proceſſu per dictum Gregorium releuari à di-
ctis fideiuſſionibus præſtitis, & id tanquam onus ip-
ſius rei petitæ per Coſmum præſtandum fuit. arg. not.
in l ſi non ſortem. §. ſi centum, ff. de cond. indeb. vel
ex æquitate, de qua per Caſtr. in l. ſtipulationem *la.* 2.
de verb. oblig. Coſmus conſeruandus fuit indemnis.
Ideo agentem ad cauendum de releuãdo ipſo indem-
ne pro ſummis ipſi agenti ſoluen. Rota cõdemnauit:
cum autem ad hanc cautionem Gregoriũ teneri cen-
ſuerit, cõſequens fuit, vt antequàm ex latere ſuo Gre
gorius ea, quæ ſui muneris erunt, adimpleret Coſmũ
2 inquietare, aut in † mora cõſtituere nõ potuerit. l. Iu-
lia. §. offerri. ff. de actio. empt. vbi Doc. & Doc. l. ſi in-
ſulam de verbo. oblig. facit l. fin. §. fi. ff. de fund. dota.
Et ex his vnanimes Coſmum ad dandum, ſeu ſoluen-
dum, & ad retrocedendum reſpectiuè dicto Grego-
rio condemnauimus, ipſo tamen Gregorio cauente
de releuando dictum Coſmum indemnem pro ſum-
mis in ſententia noſtra contentis, & ſucceſſiuè eundẽ
3 Coſmum ab intereſſe petito (quod non niſi ex † mora
debetur. l. mora. ff. de vſur. cum ſimilibus, in qua Coſ-
mus cõſtitutus nõ erat, vt ſuprà dictũ eſt) abſoluimus.

DECISIO LXXX.

Socij, ad quorum ſocietatem peruenerũt mer-
ces, tenentur inſolidùm rationem reddere.

SVMMARIVM.

1 *Literæ miſſiuæ probant contra ſcribentem.*
2 *Et peruentæ ad eum, ad quem ſunt directæ, indu-
cunt obligationem.*
3 *Adminiſtrans tenetur rationem reddere, & n. 5.*
4 *Negotiorum geſtor tenetur de mala, & negligenti
adminiſtratione.*

IN cauſa mota per Lodiſium, & Paulum
Baptiſtam Interianum contra Auguſti-
num de Franchis, & Cattaneum de Ma-
rinis, in qua petunt ſibi rationem reddi
de taccis, N. tanarum ad ipſos conuẽtos
per ipſos actores tranſmiſſis ad vendendum, iudicauit
Rota in fauorem agentium ad reddendum rationem
cum reliquatus ſolutione, & inſolidum, & ad intereſſe
à die litis conteſtatæ citra. ¶ Habẽt enim actores eo-
rum intentionem fundatam in literis dictorum con-
uentorum ſub die, N. in actis exhibitis, & recognitis,
1 & eſt iuris concluſio, quòd iſtæ † literæ miſſiuæ pro-
bant contra ſcribentem, quia vltra quod eſt vulgatus
text. in l. Publia. in fin. ff. depoſi. tradunt communiter
Doct. in l. admonendi. ff. de iure iur. vbi poſt alios Iaſ.
& Ripa. tradit Boẽ. deciſ. 333. nu. 9. verſi & in hac cau-
ſa, vbi ad hoc adducit tex. quem dicit ſingularem in l.
creditor. §. Titius ad eum, qui vxorem duxerat, literas
fecit. ff. mand. vbi dicitur, quod ſi agitur contra ſcri-
bentem de contentis in eius literis, quod agens non
reiicitur, & ita etiam illũ text. ad hoc dixit notabilem
Paul. conſi. 214. incip. ego Paulus ver. præterea etiam
2 in antiquis, & poſtquam peruenerunt, † ad quem fue-
runt directæ, inducta eſt inter eos obligatio, ita Bar.
in l. cum tabernam. §. idem quæſiit ff. de pignor. tradit
idem Boẽr deciſio. 282. nu. 6. & nouiſſime Tiraquel.
de retracta. conſangu. §. 1. Glo. 7. nu. 49. ver. fateor: ex
quibus iſta concluſio clariſſima redditur. Quum ergo
ad ipſos conuentos dicti tacci lanarum peruenerint
vt venderentur, ſequitur alia iuris cõcluſio, quod qui-
3 libet † adminiſtrans aliena negotia tenetur de admi-
niſtratis rationem reddere cum reliquatus ſolutione,
tex. eſt clarus in hac materia in l. 1. §. officio, vbi Bart.
ff. de tute. & ratio diſtrahend & iuxta illud Euangelij,
redde rationem adminiſtrationis tuæ, vt habetur Lu-
cæ c. 16. & habetur in cap. qualiter, & quãdo, de accu-
ſa. Vnde videmus quod etiam negotiorum geſtor (vt
4 fuerunt iſti conuenti) tenetur † rationem reddere &
de adminiſtratis, & de mala, & negligenti adminiſtra-
tione l. 2. ff. de nego geſtis, vbi Barto. Hoſt. in ſumma
de obligatis ad ratioci. Hoc idem videtur in procura-
tore ad lites, & negotia, vt in l. ſi remunerandi, & in l.
ſi procuratorem. §. 1. ff. mand. & idem in alijs admini-
ſtrantib. vt reddant rationẽ de adminiſtratis, vt toto
titulo. ff. & C. de nego. geſt. Et non videtur apud
Doctores reuocari in dubio, quòd qui aliena nego-
tia adminiſtrauerit, non teneatur reddere rationem
de adminiſtratis, Corn. conſi. 24. circa fi. ver. illud, quod
petitur lib. 1. & diffuſius conſilio 196. numero 4. ver.
5 itaque † tenetur, & numero 5 Soc. plenè conſilio 37.
lib. 1. & in multis alijs locis citatis per Pariſ. conſi-
lio 84. numero 17. & numero 18. lib. 1. Ex quibus
intrepidè concludi poteſt, hanc eſſe communem opi-
nionem, & quam etiam ſequitur Craue. conſil. 231.
numero 1. ver. Nam redditio rationis, lib. 2. ¶ Fue-
runt etiam condemnati dicti conuenti. inſolidum,
quia quum Venetijs haberent rationem, & negotia
plurima adminiſtrarent, quilibet tenetur inſolidum
de adminiſtratis. l. habebat. §. ſi duo. ff. de inſtitu. l.
1. §. ſi pluris, & §. fin. cum l. ſeq. ff. de exercito. &
hoc dicit expreſſè Bald. in d. §. fin. verſ. vltimo pro
declaratione l. 2. & fi. C. de executo. Barto. in d. §. ſi
plures, & in l. ſi eadem. ff. de duob. reis, vbi Doct. ſe-
quuntur. Non obſtat id, quod allegatur, quod Pau-
lus Ba-

lus Baptiſta fecerit quietationem, de qua in inſtrumento in actis exhibito pro reſto partitarum inter ipſum Paulum Baptiſtam ex vna, & Auguſt. de Franchis ex altera: quia vltra, quod nomina ſunt diuerſa: diuerſum eſt enim nomen Auguſt. Cattanei, Philippi, & Ambroſij, à nomine Cattanei ſolius, & à nomine Auguſt. & Cattanei, vt dicunt Bald. & Sal. in l. eius. C. de compenſatio. Pet. de Vbal. quæſt. 32. in quinta parte principali in tractatu de ſocieta. reſpondetur, quod illa quietatio fuit particularis, & non generalis, & ſolum pro partitis, de quib. in liſta, quæ non comprehendunt d. ſaccos lanarum. Et ſic non concludit rationem redditam. Laus Deo.

DECISIO LXXXI.

Reddita ſemel ratione quis non poteſt conueniri ad eam reddendam, niſi deduceretur non fuiſſe bene redditam, & computum non ſimpliciter acceptatum, ſed quatenus appareat illud bene ſtare non præiudicat acceptanti.

SVMMARIVM.

1 *Exhibitio probat contra producentem.*
2 *Aliena negotia adminiſtrans tenetur reddere rationem.*
3 *Literæ probant contra ſcribentem.*
4 *Obligatus ad factum intelligitur de primo.*
5 *Item adaptationem intelligitur de prima.*
6 *Item ad fructus intelligitur de primis.*
7 *Reddere rationem continet ſolutionem reliquatus.*
8 *Solito negotiari debetur intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis.*

EGIT coram Rota Paulus Baptiſta Interianus nomine, vt in actis, contra Auguſt. de Franchis, & Cattaneum de Marinis, vt ſibi redderent rationem de trib. partitis ſaccorum lanarũ, vna de ſaccis, N. alia de, N. & alia de ſaccis, N. vt latius in actis cauſæ. In qua viſum fuit Rotæ, quò ad ſaccos, N. & ſaccos, N. dicere rationẽ petitam per actorem eſſe redditam, condemnando d. conuentos ad ſoluendum reliquatum de dictis duab. partitis, deductis tamen omnib. ſummis remiſſis, de quib. in literis in actis exhibitis, & quò ad partitam ſaccorum. N. condemnauit d. conuentos ad reddendum bonam rationem cum reliquatus ſolutione, vt latius in d. ſententia: habuit. enim actor ſuam intentionem fundatam ex literis per ipſos cõuẽto exibitis, ex quib. apparet in ipſos conuentos deueniſſe d. tres partitas lanarum, quas literas d. conuenti exhibuerunt ad elidendum intentionem actoris: Nam dicebant reddidiſſe rationem, & hoc conſtare per literas ipſius actoris, & litis conſortium: ex quib. literis clarè apparet ad ipſos conuentos perueniſſe d. tres partitas lanarum, quia & ſi d. literæ ſint de literatura agentium directæ ta-
1 men ipſis conuentis, quum ipſi illas † produxerint,
probant contra ipſos. l. cum pretium. C. de liber. cauſa. l. ne ſatiſdatio. ff. rem ratam hab. tradit. Rom. conſilio 104. pater Reueren. circa fin. quia producendo fatentur omnia in productis contenta, Barto. in l. poſt contractum, numero 2. verſic. item contra hoc. ff. de his, quib. vt indig. Bald. in l. ſcripturæ in prin. ver. quia qui producit. C. de fide inſtru. Abb. in c. cum venerabilis, numer. 31. ver. venio ad ſecundum de exceptio. vbi Fel. numero 22. verſi. prima concluſio. Alexand. & poſt eum moderniores in l. 1 §. editiones. ff. de edend. Et licet ex d. literis ſatis clarè appareat d. conuentos habuiſſe curam, & adminiſtrationem d. lanarum, & ſic quod de eis teneantur reddere rationem adminiſtrationis, quum de iure quili-
2 bet † adminiſtrans aliena negotia teneatur de ſua adminiſtratione rationem reddere, l. 2. ff. de neg. geſt.
l. quædam in prin. vbi Glo. ff. de edendo. arg. tex. in l. ſio §. inter cætera ff de libera. lega l. ſi ita fuerit. ff. de manu. teſta. Bar. in l. 1. § officio. ff. de tutel. & ratio. diſtra. & hoc non videtur habere dubium. Ruin. conſilio 39. numero 11. ver. quia quilibet, & numero 12. ver. ſed etiam, & numero 13. ver. & hoc non habet dubium. lib. 5. Soc. conſilio 212. in princ. lib. 2. Pariſ. conſilio 84. numero 17. & 18. lib. 1. Ruin. conſilio 69. numero 3 lib. 2. vbi ad hoc allegat text. in l. cum tale. §. 1. ff. de condi. & demonſtra. & § ſicut inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi contractu, tamen Rotaquo ad dictas duas partitas dixit rationem redditam, quia ex d. literis exhibitis per conuentos, & ſcriptis per actores, & maximè ex literis datis ſub dieb. N. apparet de dic. ſaccis, N. & de dictis ſaccis, N. lanarum fuiſſe redditam rationem per dictos conuentos ipſis actoribus, & ſolutam quantitatem pecuniarum inde extractam, quum in illis dicatur, *ſi e ſto quanto ſcriuete, e ſi è receuuto il conto ſaldo, e netto proceuuto delle balle. N. de lana, & ſi è tronato ſtare bene, e ſi è acontio la ſcriptura come voi*: quæ verba cum ſint clara, non eſt opus ire ad coniecturas, vulgata l. continuus. ff. de verb. obliga. & dictæ literæ quum ſint de literatura agentium, & fuerint recognitæ, contra
3 ipſos plenam † faciunt probationem. l. emptor. §. fi.
ff. de pactis, Barto. in l. nuda, numero 10. ff. de donati. Bart. in l. Lucius, in princ. ff de fideiuſ. vbi dixit hoc non eſſe dubium, Bald. in rubr. C. de fid. inſtru. numero 37. Abba. in c. ſcripta, numero 8. Fel. numero 11. & numero 20. Deciſ. numero 15. extra de fide inſtr. Alexandr. conſilio 191. numero fi. ver. concluſiuè, lib. 2. Rom. conſilio. 346. numero 8. Soc. conſilio 162. numero 11. ver. quæ literæ lib. 2. Pariſ. conſilio 90. numero 12. lib. 1. & quum iſti conuenti ſemel rationem reddiderint vna cum prouentu rerum adminiſtratarum, vt conſtat per d. literas, non poſſunt cogi ad iterum reddere rationem de eiſdem:
4 Nam quãdo tenetur † quis ad aliquid faciendum, in-
telligitur de primo facto tantum, arg. text. in l. Bones. §. hoc ſermone, vbi Doc. ff. de ver. ſig. & quando actus accipit diſpoſitionem, & eius effectum ſecundum loquentis intentionem, de primo actu intelligitur, vt dixit Bald. in l. inuitus circa fin. C. de procur. & ex ſe experientia docet, ad quod facit dictum Bal. in ſimili in l. licet. C. locati, vbi dixit, quod qui promiſit adaptare molendinum in caſu diruptio-
5 nis † intelligitur de prima adaptatione, & facta prima
adaptatione non tenetur vlterius, etiam ſi molendinũ denuò rueret, & dixit Bart. in l. 1. ff. ad l. Iuli. Maieſt. quod indeterminata conceſſio ſecuritatis alicui conceſſa intelligitur de prima, ſic etiam ſi quis promiſit fructus fundi, qui fructus bis in anno recolliguntur,
6 † intelligitur de prima recollecta, Barto. in l. diuor-
tio. §. in auo. ff. ſolu. matr. quem ibi ſequuntur Doc.

& tario ſemel per aliquem reddita nō poteſt peti iterum reddi, niſi allegetur malè reddita, per ea quæ dicit text. & ibi Bart. in l. 1. C. de errore calcul. ſed in præſenti cauſa non fuit nec allegatum, nec deductam rationem, de qua in d. literis non fuiſſe bene redditam, meritò quum ſemel fuerit reddita per ipſos conuentos, non tenentur denuò illam reddere, per ſuprà allegata. ¶ Quò autem ad aliam partitam ſaccorum, N. lanarum Rota condemnauit d. conuentos ad reddendam bonam, & legalem rationem cum reliquatus ſolutione, quia d. ſaccos lanarum peruenisſe in d. conuentos patet per alias literas per d. conuentos exhibitas datas ſub dieb, N. quæ literæ, vt ſuprà dictum fuit, probant contra ipſos conuentos producentes, iurib. & authoritatib. ſuprà allegatis, & quia computus, de quo fit mentio in d. literis ſuper d. ſaccis, N. lanarum, non fuit ſimpliciter acceptatus, ſed quoties apparebit illum bene ſtare, vt in d. literis, ſequitur
7 quod d. actores poſſunt petere, vt de illis † ſibi ratio reddatur cum ſolutione reliquatus, quum reddere rationem hoc contineat. l. 1. §. officio, vbi Bart. ff. de tutel. & ratio. diſtrahend. quem ibi Doct. ſequuntur Alex. conſ. 45. lib. 1. Roma. conſ. 423. Cor. conſi. 196. lib. 3. Ripa in l. admonendi, nu. 115. ff. de iure iuran. & expreſſè hoc tradit Aymon Crauetta conſ. 231. nu. 1. ver. Nam redditio rationis, lib. 2. Et cum d. conuenti inſimul rationem haberent. Venetiis, quilibet eorum inſolidum tenebatur, & tenentur contrahentib. ſecum, vt habetur in l. habebat, de inſtito. & in l. 1. §. ſi plures, & §. fi. cum lege. ſeq. C. de executo. & in d. locis per Bald. & Doct. tradit Bart. in l. ſi eadem, ff. de duob. reis, ſic etiam Rota condemnauit dic. conuentos inſolidum, vnica tamen ſolutione ſatiſfaciente. ¶ Condemnauit etiam Rota d. conuentos ad intereſſe, quia quum in proceſſu pro parte actorum fuerit deductum, & probatum, quod ipſi ſunt mercatores, & ſoliti negotiari, & dare, & accipere pecunias cambio, ſuccedit iuris concluſio, quod merca-
8 tori ſolito negotiari † debetur intereſſe, tam ratione lucri ceſſantis, quam damni emergentis, Bart. in l. non vtique. §. nunc de officio, numero 2. ver. alij dicunt. ff. de eo, quod certo loco, tradunt Legiſtæ in l. curabit. C. de actio. empt, Canoniſtæ in c. conqueſtus, & in cap. ſalubriter de vſu. eſt bonus text. Cle. 1. de vſuris, & in cap. cum dilecti de foro compet. Dec. conſilio 39. numero 4. ver. nec obſtat ſi dicatur lib. 1. Soc. conſilio 20. numero 18. lib. 4. Fel. in c. P. & G. de offi. deleg. & quia ad intereſſe quis nō tenetur, niſi à die moræ, vt tradunt Doct. in locis ſuprà allegatis. & in l. 1. C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt, ideo Rota dixit à die litis conteſtatæ citra, & quum intereſſe non fuerit ad certam ſummā liquidatum, Rota reſeruauit, quod liquidari poſſit in executione, & hoc iure meritò per ea, quæ dicunt Doct. in d. l. 1. C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt. Laus Deo.

DECISIO LXXXII.

Sciens rem alienam habere, & ignorans cuius ſit, non tenetur ad intereſſe.

SVMMARIVM.

1 Accipiens, quod ſciebat non ſuum, eſt in dolo.
2 Nautæ tenentur de admiſſis.
3 Exiſtens in mala fide quandoque non eſt in mora.
4 Ignorans, vel coactus non deliquit.

QVIA nobis conſtitit Anſelinum Saluaigum habuiſſe lanam, quæ erat Philippi Alzæ, vt ex fide notarij gabellæ exhibita dignoſcitur: fit enim per eum fides, quod in naui illa nuncupata Vrca onuſti fuerunt ſacci duntaxat. N. lanarum conſignandi d. Anſelino, & quod ipſe Anſelinus ex eadem naui habuit vltra ſuos ſaccos lanam prædictam, & ſic cōſtitit nobis prædictum Anſelinum plus debito cōſequutum fuiſſe eandem lanam, & quia non licet alicui cum aliena iactura lucrari. l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. & hoc adeò abhorret lex, vt videatur magis eſſe contra naturam, quam ſit ipſa mors ſecundum Ciceronem, quem ſequitur Neuiſa. conſilio 22. numero 48. & ideo ne hoc eueniat, iudex ex officio prouidere tenetur ſecundum eundem Neuiza. conſilio 96. numero 4. eiuſdem Anſelini filium, & hæredem mediante miniſterio illius curatorum condemnauimus ad reſtitutionem dictæ lanæ, ſi extabat, vel
1 ad illius pretium, poſtquam Anſelinus † fuit in dolo accipiendo, quod ſciebat non eſſe ſuum, propter quod ad alium pertinere non poterat ignorare, iuxta l. fin. C. vnde vi. Iaco. Menochius trac. recuper. poſſ. in tertio remedio, numero 63. ¶ Verum quia nautæ ſcilicet Magiſtri, quos patronos nauis dicunt,
2 ex eo quod ſciebant de amiſſis † ſe obligatos eſſe, l. 1. ff. naut. caup. ſtab. in princip. & in §. ait prætor, & ibi paſſim tradunt Doct. quib. ſtipulantur dicta per Marſ. conſilio 23. volum. 1. per Plotum in repet. ſi quando numero 397. vſque ad numero 413. C. vnde vi. agnoſcentes bonam fidem ſoluerunt pretium prædicto Philippo Alzæ, vt plenè probatum eſt teſtib. & confeſſione eiuſdem Philippi. Ideo Iuſtitiæ, ac æquitati conſonum viſum fuit conuenire, quod illud pretium, quod ſibi nauti & actorib. deeſt, reſtituatur per hæredem Anſelini, qui lanam habuit ne, vt dictum eſt, lucraretur cum aliena iactura, per iam allegata. ¶ Et licèt ipſe Anſelinus eſſet in mala fide, cum ſciret lanam, quæ ſuis ſuperabundabat, non ſuam, ſed alienam eſſe, attamen cum nec ipſemet
3 fuerit † in mora lanam non reſtituendo, cum ignorauerit, cui facienda eſſet reſtitutio an Philippo, an alteri mercatori, quoniam plures mercatores in ea naui habebant lanas, & minus ſciebat Henricus filius, & hæres, qui etiam potuit ignorare Anſelinum patrem habuiſſe plus debito lanam alterius, iuxta regulam, qui in alterius. ff. de reg. iur. abſoluimus hæredem antedictum ab intereſſe paſſo per actores ante publicationem teſtium, condemnantes tamen dictum hæredem ad intereſſe paſſum per actores à die publicationis teſtium citra, quia ex tunc potuit ſciuiſſe patrem habuiſſe alienam lanam & cui reſtitutio facienda ſit, cum dicat lex, ſcientiam, & non ignorantiam punire volumus. l. generali, C. de tabul. libro decimo, & dicit tex. in cap. excellentiſſimus 11.
4 quæſtio. tertia, qui ex neceſſitate, † vel ignorantia delinquunt, authoritate noſtra per te abſoluantur: quis enim propter ignorantiam in mora non conſtituitur ante interpellationem, argum. eorum, quæ dicuntur in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obligat. & in l. quod te. ff. ſi cert. petat. Et ex iſtis vt ſuprà iudicauimus.

DECI

DECISIO LXXXIII.

Bona, & credita rupti, licèt exiſtentia in loco priuilegiato non ſint creditorum per decretum, quod bona rumpentium ſint effecta creditorum, tamen inde capta ſubiacent diſpoſitioni decreti.

SVMMARIVM.

1 *Qualitatibus non concurrentibus non iuuat diſpoſitio.*
2 *Publicatio an fiat per proclama, & quomodo, & num. 7. & 9.*
3 *Decretum quòd bona rumpentis, ſeu foro cedentis ſint effecta creditorum, an habeat locum in ſuperuenientibus, & nu. 10.*
4 *Solutio an probetur per quictationem, & nu. 11.*
5 *Priuilegium conceſſum creditis an intelligatur conceſſum creditoribus, & nu. 15.*
6 *Verba in aliqua diſpoſitione poſita non debent ſtare ſine operatione.*
8 *Publicum quid cui dicatur.*
12 *Geſta per ruptum ſunt ſuſpecta: quia præſumitur fraudator.*
13 *Locupletior quis dicitur etiam non retinens pecunias.*
14 *Soluens ſcienter non vero domino, licèt procuratori principali, non liberatur.*

CVM extarent decreta in ciuitate, qui-
bus diſponebatur bona rumpentium
à die, qua fuerint publicati rupti, eſſe
effecta creditorum, Nicolaus, & Be-
nedictus Gentiles creditores Ioan-
nis Gentilis effecti, & declarati rupti, egerunt con-
tra Baptiſtam d. Ioannis filium, qui procuratorio no-
mine eius patris vendiderat loca viginti cum prouen-
tib. plurium annorum ſpectantia d. Ioanni, & recepe-
rat pretium, tanquam ex re, & pecunia effecta ipſo-
rum non deberet ipſe fieri locupletior: quorum pe-
titioni cum ſe oppoſuerit d. Baptiſt. de plurib. con-
1 tingit dubitari. ¶ Dicebatur enim primo † decreta
allegata non iuuare allegantes, cum qualitates requi-
ſitæ non concurrant. l. 4. §. prætor. ait, vbi Doc. de dã.
infec. l. 1. §. ait prætor, ne quid in flum. pub. Gloſ. in
l. mancipia. C. de ſer. fug. Quod autem non concur-
rant dicebatur apparere ex eo, quòd decreta requi-
runt publicationem rupturæ, de qua conſtare non vi-
2 debatur, cum † publicatio videatur fieri per procla-
ma, Gloſ. vlt. ca. 2. de conſtitut. vbi canon. Abba. con-
ſilio 35. videtur prima parte, vel ſaltem quando pro-
clama non fuiſſet de neceſſitate, vt diceretur ſecuta
publicatio, videbatur quod facienda eſſet in loco pu-
blico, & in frequentia perſonarum, vt in Gloſ. in ver.
publicè de ſepul. Clem. cauſam. ver. ſolenniter, vbi.
Io. And. de elec. cum publicè fieri dicatur quod fit
populis, Sali. l. ea quidem, nu. 112. & 114. C. de accuſ.
& ad notitiam ipſius, de cuius præiudicio agebatur,
Glo. & Car. §. fin. d. Clem. cauſam. ¶ Secundò, dice-
batur obſtare, quia decretum requirens d. publicatio-
nem videbatur diſponere de bonis rumpentis, non
rupti, vnde cum intelligeretur qualitas ſecundum
tempus verborum l. in deletis §. extraneus de noxa.
Bart. & Doct. l. ex facto de vulg. & pup. & iſtud pre-
tium non fuiſſet in bonis debitoris, dicto tempore
3 non videbatur venire in decreto, & minus, quia † pu-
blicatio non ſe extendit ad bona futura, & ſuperuenien-
tia, nec etiam in confiſcatione. l. ſi tibi mandauero, §.
is, cuius mand. Dec. conſ. 442. in cauſa. ¶ Tertiò, quia
dicebatur diſpoſitionem legis ſi me, & Titium ſi cer.
pet. non iuuare agentes, qui in ea potiſſimum ſe fun-
dabant, cum non videretur conuentus effectus locu-
pletior, vt ibi requiritur ex re procuratorio nomine
exacta, & quæ apud eum non remanſit, ſed mandari
diceretur tranſmiſſa ex confeſſione ipſius, vt in caſu
noſtro per inſtrumentum publicum erat dictum ap-
parere, cuius l. diſpoſitio nec videbatur habere locũ
tali caſu, cùm videretur intelligenda, vbi proprio no-
mine pecunia perueniſſet ad aliquem, non vbi nomi-
ne alieno. per l. ſi procurator de cond. indeb. ¶ Quar-
tò, dicebatur obſtare ſolutio de d. pretio, & prouen-
tib. facta eius patri, vt ex d. eius confeſſione, quẽ cum
crediderit dominum, nec de alio conſtaret, qui eſſet
dominus: propterea videbatur liberatus, ad not. in l. ſi
vrbana de cond. ind. Dec. conſi. 407. viſis, & diligẽ-
4 ter in princ. ex † qua confeſſione videbatur etiam ꝙ
ſolutio probaretur attenta liberatione d. procurato-
ris ad not. per Doct. poſt Gloſ. in l. cõtractib. §. ſuper
cæteris. C. de non nu. pec. l. Publia depo. Bar. conſ.
160. Titius promiſit: ſed quando in aliquem caſum
dici potuiſſet ipſum malè ſoluiſſe, non tamen diceba-
tur proprio nomine teneri, qui procuratorio contra-
xiſſet, cum accepto mandato teneretur illud exequi,
aliàs fuiſſet in dolo. l. ſi procuratorem §. dolo. l. idem-
que in princ. manda. imò ex eo etiam videbatur ex-
cuſandus, quia filius, qui iuſſui patris parere debebat,
& ſi delinquit excuſatur, Gloſ. in ver. dignus. l. libero-
rum. §. pen. de infam. Gloſ. in l. ſeruus non omnib. de
actio. & oblig. ¶ Quintò, dicebatur, quod obſtat pri-
uilegium conceſſum locis, pagis, prouentib. & aliis
creditis de ſcriptis in cartulariis Magnif. Officij S.
Georgij ex decreto exhibito, ꝙ licet videretur datũ
5 intuitu d. Magni. Officij, tamen etiam † perſonis cre-
ditorum videbatur conceſſum, arg. eorum, quæ not.
Bart. in ſeruitute prædij, quæ etiam cenſetur domino
competere. l. 1. in princ. ſi ſerui. vend. Item quia priui-
legium conceſſum pro itu intelligitur etiam datum
pro reditu. l. vtimur de ſepul. vbi Bart. in Auth. habi-
ta. C. ne fil. pro patr. Dec. conſi. 51. & pro tenui, vnde
idem videbatur dicendum in caſu noſtro, quod, ſcili-
cet licitè poſſent extrahi d. pecuniæ ex d. loco, cum
ex cauſa, de qua agebatur, in caſu noſtro non poſſent
per tertium moleſtari, vel impediri, aliàs cõceſſio di-
cebatur reddi inutilis, quod non videbatur fuiſſe de
mente diſponentium, & conceſſionis priuilegij, cum
6 verba † non debeant ſtare ſine virtute operandi in ali-
qua diſpoſitione. l. ſi ſtipulatus in princip. de vſur. l. ſi
quam. de leg. 1. cap. ſi Papa de priui. in 6. Bald. rub. de
contr. empt. q. 9. & priuilegia ſint latiſſimè interpre-
tanda. c. odia de reg. iur. ¶ Ex aduerſo aũt quod prędi-
7 cta non obſtarent dicebatur, & primum † de publica-
tione per proclama tollebatur, quia per adducta per
partem conſtaret, ſine eo ſtare pubilcationem, nec
proclama etiam dicebatur requiſitum ex d. decreto,
vnde non erat ſubaudiendũ attento ſtatuto de extrin-
ſeco intellectu, & quia de publicatione variè ſenſerũt,
Gl. allegatæ. & Gl. in cap. excep. in verb. publicè cum
per Gloſ. in d. Clem. 1. de ſepul. in verb. pub. conclu-

datur,quod in hoc veritas rei ſit attẽdenda, videbatur
ei ſtandum,cum procedat diſtinguẽdo, & dicat quod
aut ſumus in caſu, quo quis præſumitur ſcire, vel ſal-
tem ſumus in caſu, quo ſit ei imputandum ſi ignora-
8 uit,quod alij omnes ſciuerunt,& tunc † ei dicatur il-
lud publicum. 12.q.2.qui & humanis,aut ſecus, vt di-
catur occultum,vel non publicum, non enim ad aliũ
finem fit publicatio, niſi vt perueniat ad notitiam d.
Clem,cauſam.§.verum de elec.cum igitur proclama-
ta proceſſiſſent ſuper hac publicatione facienda per
plures vices,& eorum occaſione frater ipſius conuẽti
tã ſuo nomine,quàm nomine ipſius Baptiſtæ, & alio-
rum fratrum comparuiſſet, & confeſſus eſſet dictam
rupturam, & mota fuerint per dictos fratres ſimul iu-
dicia contra patrem,vbi de prædictis videbatur poſſe
conſtare,& eſſet decretus Magiſtratus,& dati deputa-
ti à creditorib.quæ ſolum fiunt cum ruptis, & cũ eis
fuerint controuerſiæ,& interdictos fratres,non vide-
batur dubitandum, quòd præſumeretur ſciẽtia etiam
in cõuento,cum comparitio fratris,& ipſius nomine,
& ſimul cum eo habitatio, ac præſentia in ciuitate
præſtare hoc argumentum. l. Octaui. C. vnd. cogna.
Deci.conſ.64.& diligenter,col. 5.ver.prædictis tamẽ
Soc.conſi. 264.viſis,col. 5.ver.confirmatur hoc, vol.
2.& eò magis quia filius,qui id debuit ſcire, Aret.l.fi-
lium,num 4..de acquir hære.vnde aut dicebatur præ-
ſumendum ſciuiſſe, vel ei imputandum ſi neſciuit.l.
quod te, ſi cer.pet.quinimo cum ex decreto ſcientia
eius non requireretur, dicebatur quod ſufficiebat eũ
eſſe publicatum ruptum ad not.per Dec. conſi. 522.
in cauſa, nume. 13.ſatis enim dicebatur declarationẽ
9 rupturæ publicatã,† cum in loco publico,& vbi con-
uenit frequens populus,& adeſt multitudo officialiũ,
& copia aſtantium fuerit facta, vt videtur requiſitum
in ſupradictis locis,& firmat Gem.conſi.75.in cauſa,
vol. 2.verſi.2.dicitur:his addebatur etiam, quod cum
pater d.conuenti iam ſit abſens plurib.annis ex d.cau-
ſa, quod ſupina eſt ignorantia filij,quæ non excuſat.l.
nec ſupina de iur.& fac.igno. ¶ Ad ſecundum reſpõ-
debatur,nec illud obſtare, cum decretum diſponeret
quod bona rumpentium eſſent effecta creditorum à
die,quo eſſent publicati rupti:vnde cum attenderetur
tempus publicationis, dicebatur qualitatem rupti ſa-
tis adeſſe,& verificati ſecundum tempus verbi,ex quo
adducta in contrarium retorquebantur, & addebatur
Alex.conſi.101.ſuper.1.colum.4. num. 14.vol. 7 & vl-
terius dicebatur, quia iunctis aliis decretis exhibitis
circa ruptos,quib.rumpentib.& ruptis & de bonis,&
iurib. ac actionib. illorum erat diſpoſitũ ad fauorem
creditorum,& præſertim vbi diſponunt,quod ſatisfa-
ctis mulieribus de ſuis dotib.omnia bona rupti cuiuſ-
cunque ſpeciei,& generis eſſent,ſpectarent ad credi-
tores appellatione enim iurium veniunt etiam, quæ
ſunt in ſpe,& ſic futura, Barto.& Doct.l.is poteſt, de
acqui.hæred.Soc.conſi.147.viſa, col.2.verſi.primo,
vol.1.nec Dec.d.loco aliud intellexit,tali caſu,& quia
10 donec duret † qualitas rupti, durare videtur domini-
um creditorum in eius bonis tam quęſitis,quam quę-
rendis,prout de pirata ſentit Soc.conſi.262.in cauſa,
colum.8.verſi.quinimo,volum.2.Ideo dicebatur ali-
quo pacto obiecta hoc loco non obſtare, ſed magis
facere in contrarium,attenta præſertim mente veriſi-
mili diſponentium, quod in ciuitate maximè mer-
caturæ dedita vbique ſuſpectos videntur habuiſſe, &
fraudatores rumpentes, vt per Strac. in trac. merca.
in titulo decocto, & ideo ob vtilitatem publicam
eorum creditorib. voluerunt pleniſſimè eſſe proui-
ſum. ¶ Tertium etiam ceſſare dicebatur, quia verè
conſtaret pecuniam petitam ad eum perueniſſe,& ex
cauſa lucratiua, nec videretur apparere, quod ab eo
11 receſſiſſet: Nam confeſſio allegata † dicebatur non
probare ſolutionem,cum ſit ſuſpecta inter patrem, &
filium.l.2.C.de inoffi.l. donationes.C. de dona. inter
virum & vxor.l. cum quis decedens. §. Titia de lega.
3.l.ſi fortè de caſtr. pecu. cum adductis per Alexand.
conſilio 18.conſideratis,volum. 3.cui non creditur,&
minus in re prohibita,vt per eund.conſ. 55.conſidera-
tis,colum.2.verſic.& ſubdit,volum. 1.& præſertim in
caſu noſtro, in quo erat prohibitum commercium
cum rupto ex decreto,quæ nec etiam videbatur attẽ-
denda quãdo probaſſet, quia non eſſet in forma pro-
banti ex defectu literarum teſtimonialium,& veniret
à loco non ſubiecto,vt per Ang. Auc.de tabe.cum vi-
deretur etiam impoſſibilis, & ſimulata attento loco,
vbi erat facta ſatis diſtanti ab vrbe Genua, ſaltim vl-
tra vnam dietam, & modico temporis interuallo, vi-
delicet vnius tantum diei, quod intercedebat inter
tranſmiſſionem aſſertam d. pecuniarum,& confeſſio-
nem de recepto: quo caſu, cum per abſentem, & in-
continenti videretur facta, reddebatur ſuſpecta l. ſi
ventri,de priui.cred.vbi Doct.Alexandr.conſil.54.in
caſu,colum.4.nume.14.volum.7.ex eo etiam videba-
12 tur ſuſpecta,† quia facta per ruptum, qui præſumitur
fraudator per ſupradicta,& Bal.conſi.381.in quæſtio-
ne in fin. volum.3.& in omnem caſum dicebatur non
probare contra tertios creditores, vt per Afflict. de-
ciſ.150.Rex.Alfonſus,nume.95.& Alexand.conſ.46.
circa primum, colum.1.volum.5.dicebatur etiam, ꝙ
per l.ſi me,& Titium, non fiebat conſideratio an res
perueniret in aliquem proprio nomine, vel alieno,
ſed an quis eſſet effectus locupletior, & locupletio-
rem eſſe effectum d.conuentum præſumebatur, cum
non probaret contrarium,l.vtrum, vbi Glo.& Ange.
de peti.hære.Soci.conſilio 24.viſis,colum.12. verſic.
item ſi diceret,volum.1.Dicebatur etiam,quòd quã-
13 do d. pecunias † ad eius patrem tranſmiſiſſet, quod
nihilominus dici poterat effectus locupletior pro-
pter dolum,quo caſu etiam per amiſſionem quis dici-
tur locupletari, Gloſ.ſingu.l. itaque ver. locupletior
de dol. Nõ etiam videbatur obſtare allegata.l.ſi pro-
curator cum non ageretur de indebito, nec pariter
quando ex perſona procuratoris vellet ſe iuuare, vi-
debatur eſſe locus ad euitandam condemnationem,
cum vti falſus procurator,quia conſtitutus ab eo, qui
non habebat facultatem,cum iura, & actiones eſſent
in creditorib. Bald.l. licet in princip. C. de procur.
non potuiſſet exigere, & ſoluere ex mandato nullo,
iuncto eo, quod dixit in recipiendis pecuniis in ipſo
proprio, ex quo videbatur apparere quòd vltra man-
datum ſeipſum obligaſſet, & propterea teneretur. l.
procurator, qui pro euictione, vbi Doct. de procu-
ra. Soc. conſilio.154. conſultationem, colum.4.pri-
mo, ſecundo, & tertio caſu, volum. 2. quia feciſſet
ſe falſo procuratorem, vt ſupra, cum eſſe non poſſet,
cum parificentur non eſſe, & eſſe nulliter.l.quoties,
qui ſatis cog. ¶ Ad 4. dicebatur nec obſtare, quia
ceſſaret præſuppoſitum de probata ſolutione ex ſu-
pradictis, ſed addebatur vlterius, quod nec ſolutio
facta videretur liberaſſe ſoluentem tali caſu: quia
cum ſciret ex ſupradictis, vel deberet ſcire bona, &
iura rupti eſſe effecta creditorum, & creditores ad-
eſſe per deputationem, & ſolutionem aliquibus fa-
ctam, & ex litibus habitis cum eis, & ſciret etiam di-
ſpoſitionem decretorum ciuitatis, vbi ſoluiſſet rupto,
14 qui non erat dominus, † ſoluendo non erat libera-
tus, tam per adducta in contrarium, & quæ ibi not.
Iaſ. in

Iaſ. in ſoluente ſcienter, non vero domino: quam per text. & ibi not. per Gloſ. & Docto. l. filiæ inteſtato de ſolut. nec hoc caſu licuit ei ſimulare ignorantiam in præiudicium creditorum, Angel. l. prima, nume. 2. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. nec videbatur excuſare eum mandatum, quod ſuſceperat: quia dicebatur non debuiſſe illud acceptare, cum à principio non eſſet neceſſitatis, inſtit. de mand. §. mandatum non ſuſcipere, quia etiam illud exequendo videbatur contractare rem alienam inuitis creditorib. dominis, & ſic committere furtum l. inter omnes. §. recte. de fur. nec etiã videbatur excuſatus, quando non ſolùm fuiſſet in mãdato, ſed & in iuſſu per Gloſ. in contrarium adductas, cum furtũ eſſet de atrociorib. vt ibi per Iaſ. conſ. 136. dubitatur, col. 2. vol. 1. non enim tale mandatum, ſeu iuſſus obligabat, inſtit. eo. tit. §. illud quoque, nec etiã tenebatur illud exequi, quia erat contra legem, & contra Imperium Principis: quo caſu non obtemperans Principi dicitur in dolo. l. non poteſt. de regu. iur. Iaſ. l. in illa, col. fin. de verb. oblig. nec dolus dicebatur argui in procuratore non obtemperante, vel exequente tale mãdatum per adducta in hanc partem: quia prædicta loquuntur cum limitatione, vbi potuerit, & debuerit procurator exequi, vt ex lectura eorum cõſtar, vnde non videbantur obſtare in caſu noſtro, vbi non debebat, nec poterat mandatũ exequi per ſupradicta.

¶ Ad quintum autem dicebatur ex decreto conſtare,
15 quòd priuilegium conceſſum † eſſet locale, non perſonale, cum non loqueretur in perſonam, ſed in locũ, ad not. l. priuilegio, de reg. iur. in 6. vbi Ioan. Andr. in mercur. & ex eo, quia hoc ſemper durat, illud extinguitur cum perſona. cap. 1. & 2. 25. quæſt. 2. c. Abbate de verb. ſigni. cap. petiiſti. 7. q. 1. cap. 2. de auct. & vſu. pal. & propterea non eſſe extendendum extra locum, Innoc. cap. bonæ, el ſecundo in fi. de poſtul. præl. Nec oppoſita videbantur obſtare, quæ veniunt per ſubintelligentiam, quæ non habet locum in caſu noſtro per ſtatutum allegatum de extrinſeco intellectu: itẽ quia priuilegium pro itu conceſſum habet annexum reditum, cum niſi redeat qui vadit, non eſſet priuilegium, ſed pœna, & in caſu noſtro, ſcilicet, non amoueantur pecuniæ ex Magnifico officio Sancti Georgij priuilegium operatur ad fauorem loci, & etiã domini, ſi cautè ſibi prouiderit, vnde non eſt inutile. Accedat quod ſeruient pecuniarum fructus, qui interim augentur hæredib. impediti eas accipere, & propterea dicebatur adducta in contrariũ non obſtare per ea, quæ not. Alexand. conſil. 46. ponderatis, volu. 2. nec verba illa, quòd non poſſent ſequeſtrari, vel impediri aliquo pacto, videbantur ſtare ſine virtute operandi, & eſſe inutilia, vbi dictæ pecuniæ ex loco non poſſent extrahi: quia reſpondebatur, verba in priuilegiis non operari pluſquam ſonent. cap. porrò de priuileg. vnde cum ſonarent in loco dicti Magnifici Officij ſatis operabantur ibi, & ideo non videbantur extra poſſe extendi, Alexander conſilio 86. in cauſa, volum. primo, cum ſi id voluiſſet dicere decretum facile ei fuiſſet, vt ibi per Alexand. Non videbãtur etiam dictæ pecuniæ, poſtquam exierant de loco, habere aliquod priuilegium, cum finita cauſa priuilegij, quæ erat propter locum, dici deberet finitum priuilegium. l. à filia. §. aluminæ, ad Trebellian. l. in agris, de acquirend. rerum dominium. Socin. conſilio 150. & nos, columna 6. verſic. 6. confirmatur, volum. primo. Illud etiam dicebatur non obſtare, quòd priuilegium eſſet latiſſimè interpretandum, quia ſecus eſſet vbi ageretur de præiudicio tertij, vt in caſu noſtro, cum de iure creditor in quibuſlibet bonis ſui debitoris poſſit ſuam conſequi ſolutionem, quia tali caſu facienda videbatur ſtrictiſſima interpretatio, Gloſ. capit. fin. de tranſlat. prælar. cap. dudum de priuile. Cano. Iaſ. cap. cauſa, extra de reſcript. Socin. conſilio 246. eleganter, colum. 5. verſic. primo, & conſilio 266. in cauſa, colum. 20. verſic. præterea, volum. 2. Vnde cum obiecta non obſtarent ex prædictis, Rota inclinauit ad condemnationem iuxta petita.

DECISIO LXXXIIII.

Licèt debitor promittat intereſſe ad arbitrium creditoris, non debetur tamen, niſi probetur quod tantùm intererſit ipſius creditoris.

SVMMARIVM.

1 *Stylus, & conſuetudo probandi literaturam in ciuitate Genuæ.*

2 *Teſtes, qui non viderunt fieri ſubſcriptionem, regulariter non probant literaturam.*

3 *A ſtylo, & conſuetudine fori non eſt recedendum.*

4 *Verba ſtatuti ſunt obſeruanda.*

5 *Intereſſe lucri ceſſantis debetur etiam non mercatori.*

CVm procurator probauerit intentionem Mariæ eius principalis, videlicet quondam Antonium de Franchis filium dictæ Mariæ fuiſſe debitorem eius matris de ſumma librarum, N pro ſorte, vt conſtat ex appodiſia manu dicti Antonij debitoris ſcripta, atque ſubſcripta, de qua in actis, in qua dictus Antonius debitor promittit eius matri ſe reſtituturum ipſi dictas pecunias quandocunque ipſa vellet cum eo intereſſe, quod matri placeret, & fuerit probatum per plures teſtes dictam apodiſiam fuiſſe ſcriptam, & ſubſcriptam manu propria Antonij debitoris iudicio eorum, quia haberent notam eius manum, cum viderint eum pluries ſcribere, quanuis non fuerint præſentes quando fuit ſcripta, quæ quidem proba-
1 tio † pleniſſimè probat, iuxta diſpoſitionem regularum noſtrarum ſub rubrica de cauſis executiuis in §. & ſi de aliquo debito conſtiterit per appodiſiam, ac iuxta ſtylum & conſuetudinem huius ciuitatis, de qua pluries mentionem fecimus in Deciſionibus noſtris, præſertim ſimilium cauſarum, licèt aliàs de iure communi ſecus eſſet: quia teſtes deponentes ſe cognoſcere aliquam appodiſiam eſſe ſcriptam, vel ſubſcriptam
2 manu alicuius ex eo, † quòd haberent notam manum eius, vel vidiſſent eum pluries ſcribere, non probarent, vt per Alexand. conſilio centeſimo vigeſimo tertio, columna tertia, numero quinto, volumine primo, incip diſcuſſis, & conſilio 181. in cauſa, columna ſecunda, verſiculo bene poſſent decipi, volumi. ſecundo, &

do,& conſi.75.num.4.vol 3.& conſ.80.num.4.vol.4.
Aret.conſ.69.col.3.Soc.in l.ſi ita ſcripſeto,col.fin.ff.
de condit.& demonſtr.Cor.conſ.58.in hac conſulta-
tione.colum.1.& 2.volu.3.Afflict.deciſ.181.vbi dicit
ita iudicatum in Sacro conſi.Neapolitano,Dec.conſ.
615.colum 2.Rub.Alex conſi.14.num.1.Rui.conſil.
161.num.3.vol.4.Pariſ.conſil.19.num.43.44.volu.3.
Gramma.in deciſ.93.num.14.eam adducentes ratio-
nem,quia de facili ſimilitudine literarum decipi poſ-
ſent,ſed ab obſeruatione regularum noſtrarum,ac ſty
3 lo, † & conſuetudine toties in foro noſtro approbata,
non eſſe recedendum in iudicando putauimus, etiam
ſi,talia eſſent aliàs contra ius commune, & cõtra com
munem opinionem,Alcia.de præſump.in 2.regula in
præſumptione 30.præſertim cum verba regularũ no-
ſtrarum,& ſic ſtatutorum ſatis clara ſint,quę licèt du-
ra videantur per nos ſeruanda fuere,vt dixit Bal. conſ.
174.caſus eſt talis in fin.vol.2.Bart.in l.quod conſti-
tutum.ff. de milit.teſtam. Dec.conſil.222.num.8.Ay-
mon.Cra.conſil.105.nume.2.& conſ.273.nume.7.8.
4 Rolan.à Valle conſ.99.in fine,& † verbis ſtatutorum
fuit per nos tenaciter inhærendum , nec ab eis rece-
dendum etiam ex cauſa , cum illa nos ſeruaturos iure
iurando promiſerimus , Bal.in Auth.hodie.C.de iud.
tum etiam ſtante diſpoſitione alterius ſtatuti ſub rub.
de extrinſeco intellectu,quo expreſſè cauetur , quòd
non ſit permiſſum alicui dicere de inualiditate,iniqui
tate , ſeu inobſeruantia alicuius ſtatuti , ſiue decreti:
quam ſanè conſuetudinem,vſum, ſiuè ſtylum fuiſſe fa
ctam à pluribus audiuimus ratione magnæ frequẽtiæ
negotiorũ huius ciuitatis , in quibus producuntur ap-
podiſiæ,ſiue aliæ ſcripturæ tam publicæ,quàm priua-
tæ etiam pluries ex longinquis partibus factæ,in qui-
bus difficile eſſet habere teſtes, qui fuiſſent præſentes
quando fuerunt ſcriptę,prout etiam eundem ſtylum,
conſuetudinem, ſiue vſum extare in curia Romana di
cta ratione factum ponit Veſtrius in ſua praxi lib.6.
ſub rub.de productione iurium,ver. generaliter,quã-
uis talis vſus videatur valde periculoſus,maximè ita in
hoc loco generaliter intellectus in omni ſcriptura
tam publica,quàm priuata,& tam confecta in hoc lo-
co, vel proximo, quam in longinquis partibus , vnde
de eius validitate poſſet fortè dubitari, præſertim ex-
tendendo illum extra terminos appodiſiarum,de qui
bus ſolis loquuntur regulæ,tanquam qui de facili præ
ſtaret materiam ad delinquendum , & ſic ad proban-
dum illud pro vero , quòd ſit quandoque falſum , &
aperiat viam fraudibus & maliriis , quæ omnia à iure
improbantur,vt in terminis Bald.in l.vnica. colum.3.
C.de confeſſis, & in l.ſi non ſpeciali in fin.C.de teſt.
Alex.conſilio 3.numero 6. volum.2.Iaſ.in l. de quib.
nume.67.68.ff.de legi.Dec.conſilio 37.numero 6.&
plenius Natta.conſilio 575.numero 19.20.& 21. Re-
ſpectu verò intereſſe petiti condemnauimus reum
conuentum à tempore receptionis pecuniarum citra
ad illud ſoluendum in ratione librarum ſex in anno
pro ſingulo centenario ita per nos declarato, ac taxa-
to,non autem ad rationem cambiorum , prout fuerat
petitum , & probatum , quòd cambia ad maius in-
tereſſe reſpondiſſent,ex eo, quòd exiſtimauimus tale
intereſſe cambiorum huic mulieri non deberi, quan-
uis debitor promiſiſſet in dicta appodiſia,vt diximus,
ſe matri ſoluturum illud intereſſe,quod ipſa vellet,ta-
men, cùm intereſſe non debeatur , etiam ſi ſpecificè
conuentum ſit , niſi probetur verè , quòd tantùm in-
tereſſet creditoris ex licitis cauſis , aliàs cenſetur vſu-
ra,quod procedit etiam in dote , Petrus de Ancha. in
conſilio 150.in quæſtione,quæ vertitur, columna ſe-
cunda & tertia,Alexander conſilio 200. columna pri
ma , numero ſecundo, volum.6.quia non entis nullæ
ſunt qualitates, nec illud tanquam intereſſe poſſet de-
beri, vt conſiderat Socin.conſilio 253.colum. fi. vol.
2.Rip.in l.ſi inſulam,ſub num.24.de verborum obli-
gat. maximè cum non fuerit probatum , hanc mulie-
rem fuiſſe ſolitam dare vel accipere pecunias ad cam-
bium,ſed quia dictæ pecuniæ matris quando fuerunt
ſolutæ ipſi, & poſtea filius eas habuit, erant in Sancto
Georgio,vt conſtat ex dicta appodiſia,& notiſſimum
eſt quòd tales pecuniæ in dicto loco Sancti Georgij
reddunt dominis in ratione quinque pro centenario,
imò & ſex, ſi ponantur,vt aiunt, ſuper comperulis vi-
5 ni,vel olei , quo caſu † mater potuit licitè petere tale
intereſſe ratione lucri ceſſantis,vt per Bartol. Cagno.
& alios in l.prima.C.de ſententiis, quæ pro eo, quod
intereſt,Caſ.in l.diuortio in princip.columna quarta.
ff.ſoluto matrimonio , vt in terminis inter matrem &
filium conſuluit Alexander,dicto conſilio 200.col.1.
& 2.cum aliis , de quibus per Rolan.à Valle.conſilio
trigeſimoquinto.numero quarto,ſecundo, & duode-
cimo,volum.primo,& maximè cùm fuerit probatum
quòd filius qui tenebatur ad tale intereſſe, lucrabatur
cum dictis pecuniis, dando illas ad cambium. Et ex
his,&c.

DECISIO LXXXV.

Libri patronorum nauium in terra probant contra participes,dummodo ſint bene compoſiti.

SVMMARIVM.

1 *Impenſa refectionis nauis , & facta in neceſſarys pro nauigatione eſt computanda.*

2 *Et facta ad beneficium ſocietatis ipſi eſt imputanda.*

3 *Debita , & incõmoda veniunt in ſocietate æqualiter ſicut credita, & commoda.*

CONDEMNAVIMVS Iacobum Ca-
liſanum ad dandum , & ſoluendum
Franciſco de Bardis libras N. ex eo,
quia per confeſſionem ipſius Iacobi
nobis conſtitit eum fuiſſe participem
in naui pro caratis tribus , & Franciſcus fuiſſe patro-
num in terra,& feciſſe expenſas plures ad beneficium
nauigationis , & quia ipſe Iacobus obtulit factis cal-
culis ſatisfacere , vnde cùm in libro prædicti Franc.
appareant expenſæ , & recepta, & facto calculo de-
biti , & crediti , repertum fuerit Iacobum reſtare
debitorem de dicta ſumma , dedimus fidem dicto
libro & calculo : quia per teſtes examinatos fuit
probatum librum eſſe bene compoſitum, & libris
patronorum fidem adhiberi, Franciſcum quoque
virum probum , legalem, & fide dignum , calcu-
lumque probè ex libro extractum : eſt enim certi iu-
1 ris , quòd expenſa facta † pro refectione nauis , &
aliis neceſſatiis , pro nauigatione , per magiſtrum
nauis debet computari. l. prima. §. non autem.
ff.de exer

ff.de exercit.& ibi Alber. & cùm huiuſmodi impenſa
2 † fuerit facta ad beneficium ſocietatis,ipſi ſoc.imputanda
eſt, Bart.in l.filiusfam.num.7.ff.de don.& ſæpe
Docto.cum igitur nauis eſſet communis plurium, &
ipſe Iacobus eſſet particeps de caratis tribus, vt ipſe
faſſus eſt, ſequitur quòd ipſe Iacobus tenetur ad ratã
ſuæ participationis reficere Franciſco expenſas, quas
fecit,cùm ad eandem ratam lucrum conſequebatur.l.
cum duob.§.quidam Sagariam in fine. l.ſi vnus.ff.pro
ſocio. Roma.conſ.475.in ſecundo dubio:ea enim eſt
3 natura † ſocietatis,quòd in ea veniunt debita,& credita,
commoda,& incommoda æqualiter, aliàs diceretur
Leonina ſocietas.l.ſi non fuerit.§.1.ff.pro ſoc.notatur
in l.ſi paſcenda.C.de pact.Abb.conſil.77.num.
2.lib.1.Corne.conſil.139.colum.1.& conſil.243.col.
2.vol.1.cum aliis adductis per Aymon.conſilio 245.
nom.5.& poſſunt conuenire ſocij, vt vnus plus ponat
in ſocietate altero,& quilibet ſecũdùm partem,quam
io ſocietate habet,debet facere expenſas, & illas pati,
& locrum habere, Corn.conſ.310 lib.4. & alios allegat
Aymoo conſil.173.ſub nu.1. Et ideo cum ex calculo
habita ratione ſuæ participationis, repertum ſit
Iacobum, vt ſuprà reſtare debitorem, condemnauimus,
vt dictum eſt,iudicã per ſupradicta ſententiam
arbitrantes.

DECISIO. LXXXVI.

Obligatus ad deponendum pecuniam ſoluendam exinde creditoribus, & non deponens non tenetur ad intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe debetur, cui ſors, & venit ratione principalis.*
2 *Intereſſe ſolùm conſideratur in ſolito negotiari.*
3 *Capiens ſortem abſque proteſtatione remittit intereſſe.*
4 *Abſque mora quis non tenetur ad intereſſe.*

VISVM fuit Rotæ in cauſa mota per Darium de Viualdis, Conſulem nationis Raguſeæ, & per Antonium Amighetum, curatorem datum Blaſio Buchio cõtra Nicolaum, & Beoedictum de Gentilibus,& Iacobum de Sancto Saluatore,& alios litis conſortes, & ſolùm proſecuta contra dictos tres: in qua per agẽtes fuit petitum quodam intereſſe occaſione euiuſdam nauis in calega alienatæ pronuntiare in fauorem dictorum trium conuentorum illos abſoluendo à petitis. Quia & ſi pars dicti pretij, ſcilicet ſcutis,N.viderentur eſſe ſoluendi de numerato, tamen non erant ſoluendi dictis agẽtibus,ſed erant deponendi io officio Sancti Georgij ſoluendi creditoribus dicti Blaſij,vt latiùs in inſtrumento alienationis dict.nauis in actis exhibito: ergo ſi dictum pretium non erat ſolueodum dictis agentibus, ſed deponendum in Sancto Georgio, oon poſſunt dicti agentes aliquod prætendere intereſſe ex eo, quòd non fuerit in tempore depoſitum, vel ſolutum, cùm eorum non intereſſet, & ex hoc ſolo fundamento redditur res in
1 claris: quia intereſſe † ei debetur, cui ſors, etiam ratione
lucri ceſſantis, vt in l.venditorem, vbi Doctores.
C.de action.empt.& quia intereſſe venit acceſſoriè
ratione principalis, & ſecundùm eius naturam regulatur,
vt in regula acceſſorium de regulis iuris in 6.
& per ea quæ habentur in l.lecta.ff.ſi certum petatur.
Soc.in.conſilio 25.numero 18.verſicu.circa vltimam
quæſtionem libro 4. Et cùm dicta ſumma eſſet deponenda
in Sancto Georgio pro ſatisfaciendis creditoribus,
& non vt negotiaretur cum ea, non venit aliquod
intereſſe conſiderandum, cùm illud ſolùm de-
2 beatur, & † conſideretur in ſolito negotiari per ea
quæ habentur in l.2.§.fin.ff.de eo quòd certo loco, &
in l.ſocium quæ in princip.ff.pro ſocio, Corne.conſ.
165.num.2.lib.4.ſicut in ſimili dicitur,quòd non poteſt
fieri ſolutio, niſi præcedat obligatio.l.decem.ff.
de verbor.obligat.l.non poteſt videre deſinere.ff.de
regulis iuris,Corn.conſilio 245.num.4.lib.2.ita non
poteſt deberi intereſſe,cui non debetur ſors. ¶ Vlterius,
cum intereſſe non debeatur in hoc caſu iure obligationis,
cùm non appareat promiſſum, & quatenus
deberetur, illud deberetur officio iudicis propter retardatam
ſolutionem: quo caſu quando quis prætendit
ſibi deberi intereſſe,ſi recipiat ſortem,& non proteſtatur,
ſibi ius ſaluum fore quo ad intereſſe,tunc ſibi
præiudicat,& non poteſt poſtea petere intereſſe,cum
videatur illud remiſiſſe.l.ſi ff.de eo quòd certo loco,
3 vbi tex.expreſſus,quod quis recipiẽdo † ſortem dicatur
remittere intereſſe,& ita dicit ibi Paul. & alij omnes,
vt ibi atteſtatur Iaſ.nu.3.4. cum ergo dicti agentes
receperint ſortem dictæ venditionis per ipſos cõuentos
depoſitam in Sancto Georgio, vt in extractu
exhibito, & dato die, N. abſque vlla proteſtatione
quò ad intereſſe,ſi quod prætendebant,cenſetur illud
remiſſum per ſupradicta, Soci.conſi.18 nume.4.cum
pluribus ſequen.lib.1.& Iaſ.dicta l fin.ff.de eo, quòd
certo loco. ¶ Accedat,quod dicti conuenti videntur,
& ſunt obligati ex facto alterius, quia ipſi non emerunt,
ſed alius nomine exclarando, & exclarauit conuentos,
& quando quis conuenitur ex facto alterius,
nunquam conſtituitur in mora abſque interpellatione,
& abſque oſtenſione inſtrumenti obligationis, quod
4 minimè apparet deductũ in proceſſu,& abſque † mora
quis non tenetur ad intereſſe, iuxta tradita per Iaſ.
in l quod te,num.35.de mente aliorum.ff.ſi cert.pet.
& ſemper requiritur interpellatio, vt ibi Iaſ.nume.5.
Bartol.in l.eum.§.iurauero.ff.de iur.iur.etiam ſi eſſet
obligatio in inſtrumento. Comprobantur prædicta,
quod nullus poteſt dici expreſſus in inſtrumẽto, quo
caſu quis oon conſtituitur in mora abſque interpellatione.
l.ſi ex legati cauſa, vbi Doctores.ff.de verbor.
obligat.Bartol.in l.item illa, nume.8.ff.de conſtitut.
pecun. Quia non ſequitur, aliquis ſcit,ſe debitorem,
ergo in mala fide, vel in mora, ſi eſt paratus ſoluere,
cùm interpelletur, Corn.conſil.206.nume.7.lib.2.
allegat.dicta l.quod te.ff.ſi certum petatur, ſed conuentis
eo ipſo quod declaratum fuit, quid debebant,
ſoluerunt,vt per extracta exhibita,ſequitur,quod non
poteſt dici fuiſſe in mora. ¶ Præterea cum ſtatim facta
deliberatione de dicta naui dicto Iacobo de Sancto
Saluatore nomine exclarando fuerit facta ſequeſtratio
de dicto pretio in totum, & cùm ſequeſtrum
noo fuerit releuatum per agentes, oihil certè venit
imputandum ipſis conuentis. Vnde meritò Rota ſententiauit
abſolutoriè in fauorem conuentorum.
Laus Deo.

DECIS

DECISIO LXXXVII.

Intereſſe peti poteſt ab eo, qui non ſolùm ſortem petiit & obtinuit, nulla facta mentione de intereſſe, ſed etiam, qui exegit cum proteſtatione tamen.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe exacta ſorte quomodo peti debeat.*
2 *Clauſula faciens, &c. poſita in petitione, quid operetur.*
3 *Ambigua oratio, vel intentio interpretatur ad fauorem proferentis.*
4 *Non condemnans in acceſſorijs an dicatur abſoluere.*
5 *Quid in non condemnante ad intereſſe.*
6 *Argumentum ex omiſſione ad factum non valet, & à contrario ſenſu vltra limites ſenſus directi.*
7 *Proteſtatio pro intereſſib. in receptione ſortis quando non ſeruiat.*
8 *Actio pœnæ reſeruatur per proteſtationem, etiam reo contradicente.*
9 *Fructuum fructus, vſurarum vſuræ, & acceſſionum acceſſiones non debentur.*

IOANNES Stephanus Mntonus cùm ſortem ſibi debitam a Lazaro Vſuſinaris ſententia mediante, cóſecutus fuiſſet, in alio iudicio corà Rota egit ad intereſſe, paſſum, non ſolùm ratione lucri ceſſantis, ſed etiam damni emergentis ob moram factam in ſolutione ipſius ſortis, & ad fundãdum iudicium petiit ſortem ipſam, non quidem vt illam exigeret iam ſolutam, ſed vt intereſſe tantum conſequeretur, prout docet Bart. in l. 3. §. item Iulianus ante nu 6 & ibi Paul Caſtr. in prin. & in fin. ac Iaſ. col. fin. verſicu. in ſecunda, vbi atteſtatur de communi Doctorum ſententia cum Bartolo, ff. de eo quod cer. loc. ¶ Dubitatum tamen fuit, an
1 Ioannes Stephanus petendo † ſortem ipſam in primo
iudicio ſimpliciter abſque proteſtatione pararetit ſibi præiudicium in intereſſe, & prima quidem facie viſum fuit quòd ſic, cum intereſſe ipſum in caſu, de quo agitur, non per ſtipulationem, ſed officio iudicis mercenario deberetur, ſecundum declarationem Iaſonis in l 1. nume. 2. & 3. C. de iudic. ſed diligentius intuentes illius petitionem animaduertimus clauſulam fa-
2 ciens † &c. in ea poſitam eſſe, quam aduocatus, qui
petitionem ipſam formauerat extendit in hunc modum, faciens prædicta citra præiudicium quorumcunque iurium ſuorum ſibi quomodocunque, qualitercunque, quo vis modo, & ex quacunque cauſa competentium, quæ ſibi illæſa reſeruat, propter quàm cenſuit Rota iuxta ipſius Iaſonis declarationem, Ioannẽ Stephanum petendo ſortem in primo iudicio ſatis, ſuperque proteſtatum fuiſſe ſaluum ius ſibi fore agendi
3 ad intereſſe: Nam ſi quis intentione † ambigua, vel
oratione vſus ſit, id quod vtilius ei eſt, accipiendum eſt inquit Iuriſconſ. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic. vbi Bart. & Doct. nor. ambiguam petitionem, ſeu exceptionem interpretari ſecundùm intentionem proferentis, quod tradit etiam Neuiz. conſil. 80. nume. 21. ¶ Dubitatum etiam fuit, nunquid Lazarus non condemnatus in primo iudicio ad intereſſe, ſed ad ſortem, cenſeatur ab ipſo intereſſe abſolutus,
4 quod verius eſſe videbatur, cum iudex non † condem
nans in acceſſoriis cenſeatur ab eis abſoluere, ita quidem vt nouo iudicio acceſſoria ipſa peti non poſſint. L. 4. C. de po. tradit Innoc. in cap. grauis, verſ. & nota, de reſti. ſpol. ſed tamen in contrariam ſententiam Rota eundum eſſe duxit, & optimo iure, quia lata ſententia ſuper ſorte, & non facta mentione de intereſſe, nõ poteſt quidem iudicis officium mercenarium implo-
5 rari, vt debitor † condemnetur ad intereſſe quando ip
ſum intereſſe ſolum poſtea petitur: quo in caſu loquitur text. in d. l. 4. C. de po ſed tamẽ poteſt quis iterum agere actione prima, & petere iteratam cõdemnationem fieri tam in ſorte, quàm in intereſſe, non quidem vt ſortem exigat iam ſolutam, ſed vt intereſſe tantum conſequatur, iuxta ſententiam Barto. & communem, de qua ſuprà, ita ſenſit Bald. in d. l. 4. & clarius conſil. 166. in 3. quæſt lib. 1. declaratq; Paul. Caſt. in dict. l. 4. Nec refragatur quod Baldus & Paulus addant, niſi reus poſt ſententiam ſortis fecerit ſolutionem, quaſi tunc obſtet exceptio rei iudicatæ, & finitæ: quia iſtud locum ſibi vendicaret, quãdo creditor mediante proteſtatione ſibi nõ conſeruaſſet ius agendi ad intereſſe, vt in proxima dubitatione dicemus, & ita non ob. Innocen. in d. c. grauis, quia loquitur iuxta terminos dictæ l. 4. quam allegat. Nec dicit iudicem nõ condemnantem ad intereſſe, cenſeri ab ipſo intereſſe abſoluere, quod credidit Firmianus Innocentium ad hoc allegans in ſuo repert. in loco citato per Aymo. Craue. conſil. 3 20. num. 1. vbi carpit Firmianum ipſum, & di-
6 cit non † valere argumentum ex omiſſione ad factum,
& ſic à contrario ſenſu vltra limites ſenſus directi, nõ ſolùm in ſententia, ſed in omni alia materia, vt ſi quis dixerit, iudex omiſit condemnare ad intereſſe, ergo ab eo abſoluit, ſed ſenſum directum, à quo in ſentẽtia valet argumentum a contrario ſenſu eſſe, ſi dicatur, iudex omiſit circa intereſſe ergo ad illud non condemnauit, ſed non ſequitur, ergo abſoluit, prout in ſententia arguit Corn conſi. 49. ante num. 14. lib. 2. ¶ Dubitatum fuit inſuper vtrum per ſolutionẽ ſortis factam Ioanni Stephano extincta fuerit petitio ad intereſſe, & illam remanere extinctam videbatur per text. in l. centum Capuę, & in l. fin. ff de eo, quod certo loc. ſed nihilominus quod intacta remanſerit Rota iudicauit ex eo, quòd ipſe Ioannes Steph. ſortẽ ſimpliciter non receperit, ſed cum proteſtatione, quòd ſibi remaneret ſaluum ius petendi intereſſe, quo caſu remanet petitio ſortis propter intereſſe conſequendum, vt declarat Bar. in d. l. fin. nu. 4. ff. de eo, quod cer. loc. quem ſequitur Aret. conſ 9. in 2. dub. & Ant. Rub. Alexandrinus in l. non ſolùm. §. morte, nu. 375. ff. de oper. nou. nunc. Nec officit quòd ſoluens ſortem ipſam non acquieuerit proteſtationi factæ per Ioannem Stephanũ in receptione ipſius ſortis, imò expreſſè cõtradixerit, quo caſu extinctam remanere petitionem intereſſe cenſuit Pau. Caſt. in d. l. fi. in fi. vbi hoc modo declarat prædictam Bart. doctrinam, & Paul. ſequitur Iaſ. eod. loco poſt nume. 4. verſi. in alio caſu. quia Paul. & Iaſ.
7 loquuntur quando debitor principalis † ſoluens ſor-
tem creditori nõ acquieſcit proteſtationi ipſius creditoris, quod ſaluum ſibi ius ſit pro intereſſe, imò expreſsè illi contradicitur in caſu, de quo agitur, ille, qui ſoluit ſortem Ioanni Stephano, non fuit debitor illius principalis, ſed debitor debitoris, nempe Stephanus Spinula, qui cum eſſet debitor Lazari nomen illius adiudicatum,

adiudicatum,& inſolutum fuit datum mandato Rotæ
Ioanni Stephano: vnde cum iam expedita licẽtia,ſeu
mandato,dictus Stephanus Spinula pignorandus, vel
detioendus eſſet,ſoluit ſortem Ioanni Stephano,& in
ſolutione ipſa non acquieuit quidẽ, imò proteſtatus
fuit,ſed non reſpectu intereſſe,pro quo iura ſibi Ioao
nes Stephanus reſeruabat cõtra Lazarum, at reſpectu
ſolutionis ipſius, quam ſe facere aſſeuerabat,quia ali-
ter facere non poſſet,& hoc ideo ne ſibi præiudicaret
reſpectu Lazari ſui creditoris,& debitoris Ioãnis Ste-
phani: atque ita patet, nec à debitore principali, nec
reſpectu intereſſe factam fuiſſe aliquam cõtradictio-
oem,prout in caſu Pauli & Iaſonis, quorum ſententiã
in caſu etiam ſuo periculoſam, & propterea cauẽdũ
eſſe ab ea cenſemus,cum alioquin ea ſtante nunquam
procederet quod Bartol. vbi ſuprà ſcriptum reliquit,
quia nemo tam fatuus, & ſupinus eſſet, qui ſoluendo
ſortem,permitteret creditori ſuo ius ſaluum remane-
re ad intereſſe: ſemper enim proteſtationi creditoris
contradiceret, & ita per ſolam contradictionem à iu-
ſtiſſima creditoris prætenſione reſpectu intereſſe non
ſolum lucri ceſſantis,ſed etiam damni emergẽtis om-
ni iure debiti ſe eximeret,ac liberaret, quod quàm ab
ſurdum ſit nemo eſt,qui non videat,iuxta text. in l.nã
abſurdum.ff.de bon liber.& in cap. prælati in fin. vbi
not. Gemin. de homicid.lib.6 not. Iaſo.poſt Imol &
Aret.in l.ſi ſic ſtipulatus,num. 5.ff. de verb.oblig.tra-
dit Curt. Sen.conſ.44.col.2.verſ.3.facit, ſic videmus,
8 quòd actore † proteſtante ſaluam ſibi remanere peti-
tionem pœnæ,reo autem expreſſè contradicente,pro
teſtatio conſeruat, quo ad pœnam ius ipſi actori, vt
inquit Alber.in l.2.in princ.num.4. & 5.vbi atteſtatur
hoc communiter teneri per omnes Doctor ff ſi quis
caut.& quanuis Iaſ.ibi num. 6.teneat contra Alberic.
eius tamen ſententiam minimè ſequendam eſſe puta-
mus,cum moueatur per Glo.2.in cap. Diaconus diſt.
27. generaliter inquit proteſtationem ſemper valere
factam præſente aduerſatio, niſi ille cõtradicat: quod
dictum ſic generaliter,& abſolutè ſumptum, quàm ſit
fallax, & captioſum liquido conſtat, ex traditis per
Card Alexan. in dicto cap. Diaconus,& per Bartol. in
dicta l.non ſolum.§.morte, nu.22.23.24.ac per Scri-
ben.omnes ibi.ff.de ope.nou.nun. atque per Fel. poſt
alios in cap.cum M.Ferrarien.num.55.de conſt. Nec
Bartol. ipſe in dicto §.morte, colum. 5.qui allegatur
à Iaſone,aliquid dicit,quod ſententiæ Alberici repu-
gnet,vt liquet ex inſpectione ipſius Barto.d.colum.5.
num.22.23.24.vbi tractat an partis conſenſus requita
tur ad validãdam proteſtationem: multos enim caſus
diſtinguit, quos latè proſequuntur ibi Scrib. ac Re-
peten. omnes ſine aliquo memoratæ Alberici ſenten-
tiæ præiudicio. ¶ Dubitatum fuit poſtremo loco, an
aliquod intereſſe,vel ratione lucri ceſſantis, vel ratio-
ne damni emergentis Ioanni Stephano deberetur, &
quidem quod pertinet ad intereſſe lucri ceſſantis vi-
debatur dicendum non tãtummodo primũ intereſſe,
ſed etiam intereſſe alterius intereſſe deberi, iuxta de-
clarationem Ioan. exhibitam, quæ conuenit cum cal-
culatione Cagnoli in l. vnica,num.47.C.de ſent. quæ
pro eo,quod int. vbi nu.46.intereſſe alt.intereſſe de-
beri,ac peti poſſe, illiuſque rationem habendam eſſe
conatur defendere, prout ſe facturum eſſe pollicitus
fuerat. in l.curabit ante num.70.C.de actio.empt.ni-
hilominus Rota cenſuit primum duntaxat, immedia-
tumq; lucrum deberi, ac peti poſſe, & præ oculis ha-
bendum eſſe,ſequuta ſententia Deci.in cap. cum ve-
nerabilis,colum.6.verſic.ſed retenta communi opin.
de except. Ruin. conſil.55.nume.15. cum omnibus,
num.ſeq.& conſi.56.poſt num.13.lib.2.Strac.in titu.
de contractib.mercat.num.4.quæ non parum confir-
matur ex his quæ tradit, Cephal conſi.85.num.7.8.9.
9 10.vbi dicit,nec † fructus fructuum, nec vſuras vſura-
rum,nec acceſſionum accaſſiones deberi, quod tamẽ
prius dixit Rui.d.conſ.55.Quod verò pertinet ad in-
tereſſe damni emergentis Rota ſine vlla prorſus diffi-
cultate cenſuit illud non ſolùm immediatum,ſed me-
diatum,multiplicatum, & quomodocunque calcula-
tum deberi Ioanni Stephano probanti legitimè per
teſtes, ſe ob moram ſibi factam a Lazaro coactum
fuiſſe accipere pecunias ad cambium,& paſſum fuiſſe
intereſſe, de quo in calculo in actis producto, iuxta
deciſionem in terminis. Roma.conſil.101. Alexand.
conſi.141.num.3.lib.5 Afflict. deciſ.22.nume.2.& 3.
Roland.à Val.conſi.35.num 1.2.& 3.& nume.7.& 8.
lib.1.vbi alios citat. Ex quib.&c.

DECISIO LXXXVIII.

Negotiorum geſtor remittens domino pecu-
nias exactas non ſecuta ſolutione, tenetur
adhuc negotiorum geſtorum actione.

SVMMARIVM.

1 *Tituli probant contra producentem.*
2 *Expendens nomen alterius ipſo ſciente & cõſen-
tiente poteſt literas pro eo ſcribere.*
3 *Petens confitetur narrata in petitione.*
4 *Agnatus intra tertium gradum, etiam non legi-
timus comparere poteſt in iudicio pro agnato
abſente per ſtatutum Genuæ.*

IN cauſa vertente inter Petrum Clauari-
num nominibus,de quib. in actis, ex vna
agentem. & Antonium de Nigro ſuo, &
fratris nomine ex altera parte reum con-
uentum,Rota condemnauit ipſum reum ad ſoluendũ
actori ſcutos, N. auri de marchis de quibus in peti-
tione ſit mentio, quia conſtitit Rotæ, reos exegiſſe
in effectu ſcutos, N. ſpectantes ad dictum Petrum,
& Euſtachium eius fratrem, & ipſos reos feciſſe re-
miſſam ſcutorum N. dictis actoribus in Benedicto
Centuriono ex literis ipſorum conuentorum exhibi-
tis & probatis, quæ contra ſcribentem probant. l. Pu-
blia.ff.depoſit. Soci. in conſilio 162.volum. ſecundo.
Dec. in cap primo,extra de probatio. neque conſtitit
dictos ſcutos, N. vt ſuprà, remiſſos fuiſſe Clauarinis
prædictis ſolutos, & ideo vti negotiorum geſtores ad
ſatisſactionem eorum teneri, dictum fuit. l.ſi pecu-
niam.C.de neg.geſt.l.negotiis.C.eod. & ad intereſſe
quoque debitum,& in proceſſu ex teſtium atteſtatio-
nibus liquidatum facta fuit condemnatio, cum pro-
batum fuerit Clauarinos prædictos eſſe mercatores,
ſolitos in cambiis negotiari: vnde fit vt huiuſmodi
mercatoribus intereſſe debeatur, Ancharan. in con-
ſilio 149. Abb. Dec.& alij in capitu. cum venerabilis
extra de except. ¶ Non obſtat, quòd non conſtat
reos ſcripſiſſe literas ab actore exhibitas, ſed eas fuiſ-
ſe ſcriptas, & ſubſcriptas à Hieronymo de Nigro,
prout & actor in titulis ſuis præſuppoſuit, & teſtes
1 ab eo † inducti deponunt, qui contra ipſum acto-
rem probant, Roma. conſilio 104. Reuerende pater,
Iaſ.in

Iaſ.in Rub.ff.de iur.iur.& in conſil.57.vol.1. Crauet. conſi.201.vol.2.& quem Hieronymum non conſtat habuiſſe authoritatem, & facultatem obligādi nomē Baptiſtæ, & Antonij, imò interrogati teſtes à quibus habuerit Hieronymus authoritatem obligan.d.nomē non reddiderunt certam ſcientiæ cauſam, & rationē, & ideo non probent.l.ſolam, & ibi not.C.de teſtib. quia dicitur teſtes depoſuiſſe, Hieronymum expendiſſe nomen Baptiſtæ,& Ant in Lugduno,& cum ſub d.nomine fuiſſe negotiatum,& quicquid ab eo ſcribebatur,inter mercatores habebatur,ac ſi ab ipſis Baptiſta & Antonio ſcriptum fuiſſet, & cum pro dictis fratribus dare complementum,vt in ſpecie deponunt tertius,& quartus teſtes,qui optimè cōcludunt.Quò fit,
2 quòd cum † nomen ipſorum expenderetur ipſis ſcientibus,& comprobātibus,vt inferius dicetur,quicquid à Hieronymo ſcriptum fuit ſub d. nomine Anton.& Bapt.idem fuit,ac ſi ab ipſiſmet fuiſſet ſcriptū, Ancha. in conſi.331.facit cap.cum olim,il primo,& ibi Glo. in verb.protinus de offic.delega.& quod per Strac.in tit.de mand.in princ.num.18.& maximè cùm mercatores de conſuetudine,& communi obſeruantia inter eos ſcribant per alios, vt per Abb.in c.2.extra de fide inſtru.& ibi etiam per Ant.de Butr. & per Iaſ.in l.admonen.num.114.de iur.iur.& tales ſcripturæ probāt contra ipſos mercatores,ac ſi ab ipſis fuiſſent ſcriptæ, vt per Abb.& alios,vbi ſuprà. Quòd autem rei cōuenti ſciuerint Hieronymum negotiari ſub eorum nomine, & illud ſubſcribere,ac ſcutos, N.actorū exegiſſe, remiſſam ſcutorum, N.feciſſe Clauarinis in prædicto Cēturiono,& eam à reis dictis fuiſſe approbatam,patet ex proceſſu coràm Rota facto inter eaſdē met partes,in quo ipſi rei actores erant,narrantes ſe literas cābij ſcripſiſſe Benedicto Centuriono quondam Dominici, vt ſolueret ſcutos prædictos dicto Petro, & ipſi fuiſſe ſatisfactum,& prout latius in d.petitione continetur,quę cum proceſſu illo exhibita fuit:ex qua quidem petitione cognoſcitur ipſos ſupradicta omnia
3 narrātes approbaſſe,& † in petitione narrata vera eſſe confiteri.l.cum precum.C.de lib.cauſ.Alex. in conſi. 92.viſo, & opportune,vol.5.Bar.in l.cētum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſ.c.examinata,de iudi.& ibi Abb. l.edicta,& ibi Dec.de eden. Qui proceſſus cum ab ipſis reis fuerit exhibitus, contra ipſos dicitur probare, Gloſ.Iaſ. & Doct.in l.1.§.editiones.ff.de eden.Bal. in cap.præſentium de teſtib.Fely. & alij in c. cum venerabilis de except. ¶ Non obſtat proceſſus pro parte reorum exhibitus factus coram delegatis inter Lucretiam vxorem ſupradicti Benedicti Centurioni ex vna, & d.Petrum vti debitorem d.Cēturioni ex altera parte:quia ex eo comprobantur iura Clauarinorum:cum enim petitum fuiſſet nomen d. Petri vti debitoris d. Cēturioni de ſcutis,N.auri de marchis adiudicari d. Lucretiæ pro dote ſua virtute mandatorum de ſe ęſtimando in bonis d. eius mariti obtentorum, & Petrus oppoſuiſſet multas quantitates ſibi fore compenſandas,& inter cæteras allegaſſet tractam prædictam ſcutorum, N. reſponſum fuit,d partitam non fore compenſandam: quia Benedictus eam noluerat acceptare,& prout latius in dicto proceſſu conſtat,cuius quidem exceptionis delegati in ſententia ſua nullam rationem habuerunt, & d. Petrum condemnarunt,vt in dicta ſententia apparet.Qui proceſſus cùm ſit exhibitus,vt ſupra,& ſententia etiam ab ipſo Petro,probant contenta in eis inter ipſas partes vt ſuprà, Soci.conſil. 97.vol.4.Abb.in cap.cum olim de cenſibus,& maximè d.tractam nō fuiſſe admiſſam Petro,quam in pręſenti iudicio petiit. ¶ Et quia actores petierunt intereſſe ad rationem cābiorum, probando ſe eſſe mercatores in cambiis negotiari ſolitos, & cābia rediiſſe prout in liſta exhibita,in qua intereſſe multiplicatum in vnaquaque feria continebatur, & intereſſe debetur lucri ceſſantis mercatori ſolito negotiari, Inn.in cap. ſacro.de ſent.excom.Abb.in cap.P.& G.de offic.deleg.& in conſ.64.venio ad primum,vol.1.Ideo Rota rationem habuit de intereſſe,& illo ſimplici,non autē multiplicato ad ſimilitudinem vſurarum,quarum vſuræ non debentur.l.2.ff.de admin.rer.ad ciuit.perti.l. ſancimus.C.de exec.rei iud.& quia etiam intereſſe ex mora debetur,Abb.in cap.conqueſtus,num.6.& in c. nauiganti, num.14.extra de vſur. Ant.de Butr.in c.ſalubriter.eod.tit.ideo illud à die litis conteſtaræ citra deberi dictum fuit,iuxta not.à Butr.in d.c.ſalubriter. Ancha.in cap.vſurarum.eod.tit.in 6.& per Abba. vbi ſuprà. ¶ Non obſtat,Petrum pro fratre agere non potuiſſe ſine mandato,cum non probauerit ſe legitimū, & naturalem: quia dictum fuit ex diſpoſitione ſtatutorum fuiſſe inductū, vt frater pro fratre abſente agere poſſit ſeruata forma ſtatuti ſub rubrica, de his qui pro abſen.propin.quæ fuit à Petro ſeruata,vt apparet ex actis,quæ rem ita fuiſſe probant.c.ſi.de coha.cleri. & mulier.cap.quoniam contra, & ibi not.de probat. Alex.in conſ.76.vol.2.Soc.conſi.38.vol.1. & ideo illius ſtatuti beneficio gaudere potuit.l.fin.§.& ſi præfatam.C.de iur.delib.l.hos accuſare.§ hoc beneficio.
4 ff de accuſat.Neque Petrum teneri † ad probandum ſe eſſe fratrem legitimū,& naturalem,cum hæc qualitas in fratre nō requiratur, ſed quòd fuerit agnatus in tertium gradum,quòd probatum fuit,cum ſe fratrem Euſtachij vtrinque coniunctū probationibus demonſtrauerit,facit text.in §.2.gradu,inſtit.de gradib.cog. & in l.iuriſconſultus.§.2.gradu.ff.de gradib.affin.qui attento iure Pōtificio in proximiori gradu reperitur. Dictumq; etiam fuit,pronuntiatum fuiſſe Petrum dicto nomine habere perſonam legitimam.Quæ ſententia cum in iudicatum tranſierit coràm Rota, ius inter partes feciſſe dicitur.Dec.conſ.360.l.ingenium.ff.de ſta.homi.cap.cum inter,de re iud.

DECISIO LXXXIX.

Exigenti ſortē cum proteſtatione pro intereſſe debetur intereſſe, etiam ſi ſoluens non acquieſcat proteſtationi.

SVMMARIVM.

1 *Mercatori debetur intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis.*
2 *Promittens ſoluere in aduentu, aduenieus conſtituitur in mora.*
3 *Intereſſe non debetur ſine mora.*
4 *Abſente creditore an debitor conſtituatur in mora per aduentum temporis.*
5 *Factum non præſumitur, niſi probetur.*
6 *Recipiens ſortem abſque proteſtatione liberat ab intereſſe.*

SOL IVSTITIÆ MENTEM noſtram illuminet.

AVGV

AVGVSTINVS Doria procurator
Coſmi de Marinis petit virtute ap-
podiſiæ, de qua in actis, à Benedicto
Rhodo intereſſe ſcutorum, N. inte-
grum a die appulſus Genuã, qui fuit
anno &c. vt ex fide Gregorij Ferri notarij excepta ex
cartulariis Magni Officij Dom. Patr. comm apparet,
vſque ad realem ſolutionem ex eo, quòd prout arum
ſit in proceſſu, Coſmum creditorẽ fuiſſe, & eſſe mer-
1 catorem, & per conſequens † deberi intereſſe lucri
ceſſantis, & damni emergentis. l. 3. ff. de eo, quod cer.
lo. Bart. & alij in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod in-
ter. cano. in cap. ſalubriter, & in capit. conqueſtus de
vſur. cum ſim. vltra quòd dicebatur pro parte actoris
2 Rhodum debitorem in mora † conſtitutum fuiſſe ſta-
tim vbi Genuam venit, cum tunc ſe ſoluturum pro-
miſiſſet, per l. continuus. § cum ita. ff. de ver. obl. arg.
l. magnam. C. de contrahen. & com. ſtipul. Iaſo. in l. ſi
inſulam in 2. not. ff. de verb. oblig. cum ſimil. ¶ E con-
uerſo Rhodus nullum pœnitus intereſſe deberi con-
tendebat. Primò quoniam creditori quantumuis ne-
3 gotioſo ſine mora † non debetur intereſſe, Bart. l. le-
cta, num. 2. ff. ſi cer. pet. Dec. c. cum venerabilis, num.
14. de except. Ruyn. conſ. 55 lib. 2. Aret. conſ. 251. ad
fin. Strach. de mercato. tit. d. contrah. mercat. num. 3.
cum ſimil. & ꝙ hic nulla aderat mora, quoniam tem-
pore appulſus Genuam probatur per propriam con-
feſſionem Coſmam abfuiſſe, qua nulla maior inueni-
tur probatio, l. cum te. C. de probat. cum ſimil. & per
4 † conſequens ceſſabat mora cum non adeſſet credi-
tor, cui ſolui deberet. Deci. in l. vinum, num. 10. item
quod, ff. ſi cert. pet. allegat Bartol. in l. item illa. ff. de
conſt. pecu. Alex. 10 conſ. 92. perſpectis his, libr. 4. &
Io. de Ana. conſ. 55. viſa narratione, Alex. conſ. 172.
num. 2. vol. 2. Tiraq. de retract. lign. § 15. Gloſ. 2. n. 10.
vbi plures allegat more ſuo, Purp. in d. l. vinum, Pe-
trus Io. Anchar. lib. 1 quæſt. fam. q. 64. & ſi diceretur
adfuiſſe creditoris procuratorem, minus conſtat ex
5 actis, & cum ſit factum non præſumitur, † niſi probe-
tur, l. in bello. § factæ. ff. de capt. & poſt. & quod ergo
munus erat actoris probare de tempore præſtituto
ſolutionis Genuæ fuiſſe, Ruyn. conſil. 12. & conſil. 32.
num. 5. vol. 5. Alex conſ. 33. & 210. num. 2. vol. 6. Iaſ.
conſ. 216. nu. 3 vol. 3. Rollan. a Valle conſ. 87. nu. 20.
vol. 1. quod cum probatum non ſit, ſequitur debito-
rem non fuiſſe moroſum, & hoc locum habet ante in-
terpellationem ¶ Secundo, dicebat Rhodus ſe non
6 teneri, quoniam creditor † exigens ſortem, & debi-
torem liberans, & quietans à ſorte non poteſt agere
ad intereſſe: quia extinguitur petitio, l. 4. C. depoſ. l.
centum Capuæ. § fi. ff. de eo, quod cer. lo. quia ſubla-
to principali, tollitur & acceſſorium, ca. acceſſorium
de reg. iur. in 6. l. fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. cum ſimil. &
ita concludunt omnes ſcrib. ¶ His tamen non obſtan-
tibus fuit per Rotam condemnatus Rhodus ad in-
tereſſe non integrum, ſed à die intimatæ petitionis
in iudicio executiuo, vſque ad ſolutionem factam, &
quietationem habitam, & validiſſima ratione, quoniã
tunc interpellatus fuit in mora conſtitutus, ob quam
ad intereſſe teneri cœpit per text. in l. fin. ff. de tritica,
ibi quanti res eſt, cum iudicium acciperetur, facit d. l.
vinum, vnde reſponſum eſt, ꝙ attenditur tẽpus, quanti
tunc fuiſſet, cum petitum eſſet, & ibi Dec. num. 3. &
intereſſe conſideratur poſt moram, l. ſi ſterilis. § cum
per venditorẽ ff. de act. emp. cum ſimil. ¶ Et per hoc
tollitur primum fundamentum, & obiectum: quoniã
re vera admittimus Rhodum, ante interpellationem
non fuiſſe in mora per doctrinas claras, & apertas.

¶ Non obſtat ſecundum obiectum, quia illud proce-
deret ſimpliciter ſorte recepta, & ſi quis vellet ſepa-
ratim poſtea intereſſe exigere, quia repelleretur: ve-
rum in caſu noſtro petita fuit ſors ad effectum conſe-
quendi intereſſe, non ſortem iam habitam, ſecundum
cautelam Bart. in l. 3. § item Iulianus ff. de eo, ꝙ cer.
lo. Iaſ. in l. vlt. ff. eod. tit. accedente proteſtatione fa-
cta per creditorem, quod ſortem recipiebat ſine præ-
iudicio intereſſe, quæ proteſtatio conceſſerat ius, vt
petere poſſit, arg. l. ſi debitor. § 1. ff. quib. mod. pign.
vel hypo. ſol. Gloſ. c. potuit de ſoe. cum ſimil. & ſi di-
camus cum Pau. de Caſt in d. l. vlt. ff. de eo, ꝙ cer. loc.
quòd vera ſit opin. Bart. ibi quando ſoluẽs acquieſcit
proteſtationi, & non contradicit, ſecus ſi cõtradicat,
vt in noſtro caſu factum fuiſſe videmus, quia Rhodus
d. proteſtationi repugnauit, vt ex actis apparet, quia
non poteſt creditor ſibi reſeruare actionem, & in hac
opinione reſidet Caſ. contrariam opi. tenet Bart. in d.
l. vlt. ꝙ imò peti poſſit intereſſe vigore proteſtationis,
licèt non conſentiat debitor, quem ſequitur Fulg. ibi
nu. 14. vnde ſubdit ſubtilius defendi poſſe, nec ſecutã
fuiſſe liberationem, quia in liberatione non fuit con-
ſenſus per vtramq; partem, quemadmodum ſi inter-
rogatus purè decem dare ſpondeo, ego promittam ſi
hoc, vel illud facias, nõ variatur ſtipulatio. l. 1. § ſi quis
ſimpliciter. ff. de verb. obl. & hanc opi. extra debẽteſ-
ſi mat Alexandri. Rubeus in repet. d. l. vinum, nu. 68.
tertius caſus, vnde in terminis decidit, & in hãc vide-
tur inclinare Dec. in d. l. vinum, nu. 5. & 6. licet nõ ita
explicitè, ſed argumentando modo hãc, modo aliam
opin. tenere videatur, & certè hæc opinio verior eſt,
& maiore nititur æquitate, quæ etiam ſemper in hac
curia obſeruata fuit, & ideo cuſtodiẽda eſt, l. minimè.
ff. de legit. Ex quibus ita rotatum fuit.

DECISIO XC.

Obligatus ad ſummam cum alio non cõdem-
natur pro parte in alium peruenta, niſi facta
excuſſione ſuis ſumptibus & interim libe-
ratur ab obſeruatione iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Referens eſt in relato cum qualitatibus.*
2 *Partita acceptata per debitorem non poteſt re-
uocari per creditorem.*
3 *Inter mercatores nudum pactum habet vim ſti-
pulationis.*
4 *Exceptio de debitore excutiendo non competit de
abſente, & non ſoluendo.*
5 *Excipiens de executione an eam facere tenea-
tur.*
6 *Idem iudicium de parte quod de toto.*
7 *Confeſſio dubia declaratur ex poſtea ſecutis.*
8 *Probatio per contrariam ſcripturam nunquam
cenſetur excluſa.*
9 *Allegans qualitatem perſonæ debet eam pro-
bare.*
10 *Exceptio excuſſionis quando ſit de apicibus iuris,
& quando non.*
11 *An in cauſis ſummarijs excuſſio ſit neceſſaria.*

12 *Habens domicilium in loco, licèt non ſit præſens conueniri poteſt, & ad hoc non dicitur abſens.*

CVM Marcus Ant. Spinula feciſſet deſcri-
bi in cartulariis S. Georgij certam pecu-
niæ quantitatem, videlicet libras, N. in
Iac. Camillam, & Nigronum de Nigro
inſolidum, quas pecunias iidem Iac. &
Nigronus In appodiſia eademmet die poſtmodum
confecta confeſſi fuerunt ſe recepiſſe in d. cartulariis
S. Georgij, vt eas ſuper cambiis tenerent, & de pro-
uentibus earum ipſi Marco Ant. reſponderent nulla
prouiſione propter huiuſmodi cauſam ab eo ſoluen-
da, cum poſtea idem Marcus Ant. vtrumque cõueniſ-
ſet pro reſtitutione d. quantitatis vnà cum prouenti-
bus iuxta conuentionem præcedentem, & Iacob. op-
poſuiſſet, quòd excuſſio prius facienda erat, ſuis tamẽ
ſumptibus & periculo contra d. Nigronum, ad quem
tota ferè pecunia peruenerat, prout in proceſſu, etiam
ex partitis d. cartulariorum exhibitis conſtitit, dubi-
tatum fuit an d. exceptio eſſet admittenda, & vtrum
ipſe Iac. per ea tantum quantitate condemnandus eſ-
ſet, quę ad eum peruenerat, an potius ad integram di-
midiam, & licèt dubitari poſſet, ꝙ vterque conuẽtus
eſſet obligatus inſolidum propter relationem factam
1 in appodiſia ad cartularia Sancti Georgij, cum † refe-
rens cenſeatur eſſe in relato cum ſuis qualitatib. l. ait
prętor. §. ſi iudex. ff. de re iud. Dec. conſ. 47. n. 1. tamẽ
conſtabat, ꝙ ex tenore libelli petitio fuerat diuiſa, &
vterque pro parte virili conuentus, per no. in l. 1. C. ſi
plu. vna ſen. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis,
quam quidem diuiſionem actori facere licuerat, vt
habetur in l. 3. § vbi duo. ff. eo. de duo. re. qua propter
etiam certum erat, cum d. Nigronus, ſiue eius procu-
rator confeſſus fuiſſet ſtatim à principio vera eſſe cõ-
tenta in petitione, ꝙ ipſe pro ſua dimidia erat condẽ-
nandus, prout fuit condemnatus, cũ in confeſſis nullæ
aliæ ſint partes iudicis, niſi in condẽnando. l. 1. & tot.
tit. de confeſſis, ff. & C. ¶ Quò ad Iacobum autem ne
exceptio illa eſſet admittenda dubitabatur ex infra-
ſcriptis. Contra eum. n. primò adducebatur hęc ratio,
quia cum poſt deſcriptionem factam in d. cartulariis
ſubſecuta fuiſſet confeſſio ipſorum Iac. & Nigroni de
pecunia recepta, perinde hæredi debebat, ac ſi re vera
pecunia vtrique eorum fuiſſet numerata, iuxt. no. per
Bar. in l. ſingularia, ff. ſi cer. pet. vbi format quæſtionẽ
2 de campſore, & ibi omnes Doct. Nã † poſt accepta-
tionem factam à debitore ſciente partitam aliquã in
ipſum deſcriptam nulla poteſt fieri reuocatio à cre-
ditore, Bal. in l. fi. ff. de verb. obl. Iaſ. in d. l. ſingularia,
nu. 30. & ſeq. quæ deciſio primò fuit Io. And. in add.
ad Spec. in tit. depoſ. ſuper rub. Anc. conſ. 31. Soc. cõſ.
6. lib. 4. vnde ius quæſitum creditori non videbatur
facto debitoris potuiſſe immutari vlterius. l. debito-
ris. l. pacto. C. de pact. ¶ Secundo, hoc videtur cõfir-
mari per l. ſi non ſinguli. C. ſi cer. pet. vbi habetur, ꝙ
vbi plures confeſſi ſunt in aliqua ſcriptura, ſe aliquam
pecuniæ quantitatem recepiſſe elapſo biennio non
auditur ille, qui allegare vellet rem aliter ſe habere.
¶ Tertiò, cum hic videatur agi de contractu merca-
torio, in quib. cauſis Rota habet iuriſdictionem, non
videbatur, ꝙ iſta exceptio locum ſibi vendicaret pro-
pter pręcipuam fidem, quę in mercatoribus exigitur,
3 inter † quos etiam nudum pactum vim ſtipulationis
obtinet, vt inquit Alex. in l. iuris gentium. §. ſed cum
nulla in fi. ff. de pact. & in l. quintus, vbi etiam Bart. ff.
mand. trad. in terminis Marſ. in rub. ff. de fideiuſ. col.
2 ex mente Bal. Ang & aliorum, & fac. quia iſta excе-
ptio videtur de apicib. & de ſubtilitate iuris, Bal. in l.
ſi mancipium. ff. de euict. Alex. in conſ. 110. vol. 6. &
præterea quia allegabatur conſuetudo hęc eſſe in hac
ciuitate, quæ conſuetudo debebat ſeruari. Guid. Par.
conſ. 103. ¶ Quartò, quia cũ cauſæ omnes ſummariè
cognoſcantur, à Rota non videbatur, ꝙ tali caſu ex-
cuſſio haberet locum, vt per Mar. Soc. ſen. conſ. 24. &
idem videtur eſſe quando proceditur attenta ſola ve-
ritate, prout etiam Rota videtur procedere iuxta re-
gulas ſuas, ad quod fuit allegatum conſ. Aretin. 125.
¶ Quintò, quia cum hæc exceptio non competat, ni-
ſi debitor excutiendus ſit ſoluendo, & ſit etiam præ-
ſens vt cõueniri poſſit, vt in Auth. de duob. re. in prin-
cipio videbatur, ꝙ reus in altero ipſorum defeciſſet,
4 † cum probaſſet tantum Nigronum eſſe ſoluendo, de
cuius tamen abſentia conſtare videbatur etiam ex de-
poſitionibus teſtium ipſius Iacobi, & quæ præſentia
per eum videbatur probãda per not. per Bart. in Auth.
hoc ita. C. de duob. re. in 6. quæſt. ſecundę quæſt. prin.
¶ Sextò, quia dato quòd excuſſio potuiſſet habere lo-
cum, videbatur debuiſſe fieri per ipſum excipientem
attenta litera, quæ habetur in l. vnde quæritur. ff. com-
mod. ibi paratus conuenire, quæ lectio aptior vide-
batur, quàm litera conueniri. & ideo debebat præfer-
ri arg. l. Plautius cum ibi not. ff. de aur. & arg. leg. &
ita legebantur Din. Butr. & Iac. de Aret. & præterea
quòd debuerat ſaltem fieri depoſitio pecuniæ pro ex-
penſis dictæ excuſſionis faciendæ, vt in d. l. vnde quæ-
ritur, refert ſe aliàs feciſſe Paul. Caſtr. ¶ Septimò, quia
cum hęc exceptio ſemel à principio fuiſſet propoſita,
& reiecta, ac pronuntiatum ad vlteriora procedendũ,
dicebatur, quòd de illa nulla amplius ratio haberi po-
terat, vt tradit Corn. conſ. 85. Aym. conſ. 77. Ex quib.
videbatur, quòd iſta exceptio omnino eſſet reiicien-
da, & ipſe Iacobus pro dimidia condemnandus, ſed
tamen his non obſtantibus contraria ſententia verior
viſa eſt, pro qua facit, primò regula communiter per
Doct. recepta, ꝙ quando duo ſunt pariter obligati, &
alter conuentus docet pecuniam, & vtilitatem rei ad
alterum perueniſſe, & offert ſe paratum, vt ille prius
excutiatur propriis ſumptibus, de iure eſt audiendus,
& interim ab obſeruatione iudicij liberandus, l. vnde
quæritur, vbi Bar. Bal. Paul. Caſt. Ang. & cæt. Doc. per
illum text. ff. commod. l. cum in plures. §. veſtimenta,
vbi Bal. per eum tex. ff. locat. Bar. in l. 3. §. vbi duo, nu.
15. ff. de duob. re. in 7. quæſt. & ibi Aret. idem Bart. in
l. 1. C. de duob. re. Sali. in Auth. hoc ita. C. de duob. re.
quæſt. 10. Caſt conſ. 409. vol. 1. qui allegat etiam l. act.
§. ſi communis pecunia. ff. pro ſoc. Rom. conſ. 114. Io.
de Anan. conſ. 61. & ibi Bologn. Bar. conſ. 43. lib. 2. &
licèt plerique Doct. exemplum ponant tantùm, quan-
do duo ſunt inſolidum obligati: in caſu autem noſtro
iſti conuenti non videntur obligati inſolidum, vt etiã
inter partes ferè conueniebat, tamen reſpondebatur,
quòd hoc non erat ſatis clarum propter relationẽ ad
cartularia, de quibus ſuprà. Nec etiam obſtabat, quòd
iidem Doct. ſupra allegati videantur loqui tantùm in
caſu, quando tota pecunia, & tota vtilitas rei ad alterũ
6 perueniſſet: quia idem † iudicium eſt de parte, quò ad
partem, reg. l. quæ de tota. ff. de rei vendit. & pro hoc
bene fac. Gl. in l. ſed Iulianus. §. idem ſi duo. ff. ad Ma-
ced. ibi quid ſi pro parte, & hoc etiam apertè ſenſit
Imol. in l. reos. ff. de duo. re. & habetur per Bart. conſ.
42. lib. 2. conſ. 8. lib. 3. & Anan. & Bolog. d. conſ. 60.
¶ Secundò quia cùm expreſſim in iure habeamus, ꝙ
qui mandatum ſuſcepit pro locan. pecuniis alterius
licèt eas receperit, non tamẽ cogi debet ad reſtituen-
das

das pecunias locatas,ſed ſolùm vt actiones cedat,quo
facto liberatur,l.qui mandatum.ff.mand.fac. l. Idem
licet.ff.eo.non debebat iſte reus conuentus condem-
nati ad pecunias illas reſtituendas,quas nunquam re-
ceperat,ſed ad alium perueniſſe docebat,ac approba-
bat, & licèt videatur actum de tenendis, non autem
de locan. pecuniis tamen idem videtur, cum eadem
ſit ratio,& tenere etiã dici poſſit,qui alij locat.¶ Ter-
tiò,etiam fuit conſideratum, quòd cum in appodiſia
non fuiſſet expreſſum pro qua parte vnuſquiſque ex
conuentis pecunias illas recepiſſet, ſed ſimpliciter
confeſſi eſſent illam quantitatem integram recepiſſe,
7 dicta † confeſſio tanquam dubia debebat declarari ex
actu poſtea ſubſecuto,l.ſed & Iulianus,§. proinde.ff.
ad Maced.l.ſi ſeruus plurimi.§.fi.de leg. 1. quia licèt
obligatio intelligatur facta in viriles in dubio, ſecus
tamen eſt quando aliter conſtaret ex aliquibus indi-
ciis,Gloſ.in d.l.reos,§. cum in tabulis. ff. de duobus
re.in verbo,videbantur,ſecundò bene fac.l.4.§. ſi di-
cat in ver.hic autem.ff.fin.reg. & deſcriptio illa facta
in cartulariis partibus non præſentibus illud tantum
operata eſt,vt quilibet conuentorum poſſet de pecu-
nia illa diſponere inſolidùm, ſi vellet, & ideo quic-
quid percepit Nigronus,ex voluntate, quidem man-
dantis percepit,non autem Iacobi, qui non debet ex
alieno, nec vltra intentionem ſuam obligatus cenſe-
ri, ſed ad id tantum, in quo obligari voluit, & pro
quantitate eius,quod recepit,iuxt. not.in l. non om-
nis.ff.ſi cert.pet.cum præſertim ſcript.appodiſię non
repugnet,in qua tantum continetur confeſſio de tota
ſumma recepta,nec declaratũ eſt, pro qua parte fue-
rit de ea facta diuiſio. ¶ Quartò hoc ſatis confirmari
videtur per l.ſinguli non nos inſolidùm obligaſtis.C.
ſi cert.pet.ponderando illa verba,& ibi Gl. & Doct.
fac.l.vltra.C.de non num.pec.nec obſtat,quòd poſt
biennium videatur ſtandum ſimpliciter ſcripturæ, &
confeſſioni in ea factæ: quia ad hoc infra reſponde-
tur vnà cum aliis ſupra adductis: ad quæ facilis erit
reſponſio ſtantibus fundamentis allegant. ¶ Ad pri-
mum igitur arg.reſpondetur,quòd licèt appodiſia fi-
dem faciat contra ipſum Iacobum, non tamen eum
obligat vltra intentionem ipſius, nec etiam numera-
tio pecuniæ ſecuta,dict.l.non omnis cum ibi not. Nã
& confeſſio debet declarari ſecundum actum ſubſe-
8 cutum, vt dictum eſt, & † probatio per contrariam
ſcrip.nunquam cenſetur excluſa,quando quis aſſumit
in ſe onus probãdi,l.cum precibus.C.de prob.l.opti-
ma.C.de contra.& com.ſtip.Gloſ.& Doct.pręſertim
Salic.in lege ſi ex cautione.C.de non num.pec.maxi-
mè autem quando probatio ex eiſdem ſcripturis de-
ſcendit, prout in caſu noſtro:ex eiſdem enim cartula-
riis S.Georgij probatum fuit,ꝙ pecunia peruenit fe-
rè tota in Nigronum,ad no.per Bald.in l.ex prædiis.
C.de euict.Alex. conſ.77.in 3.vol.Nat. conſil. 305.
¶ Ex quibus patet clara reſponſio ad l. ſi non ſinguli,
C.ſi cer.pet. Et ſic ad ſecundum argumentum, quia
licèt lapſo biennio præſumatur pro ſcriptura,non ta-
men prohibetur probatio in contrarium: & præterea
l.illa videtur loqui in caſu mutui,& ad doctrinam al-
legatam de campſore in caſu,l.ſingularia, & ad dictũ
Ioan. And. etiam ſupra adductum ſpecialius reſpon-
dendo dici poſſet, quòd illa procedunt in mutuo, vt
Iaſo.in d.l ſingularia, num.4.& in præſenti pecunia,
nos autem ſumus in mand.per d. l. qui mandatum.ff.
mand.& in confeſſ.numeratæ pecuniæ, & propterea
illa,quæ dicuntur de campſoribus,& argentariis,non
debent extendi ad alios caſus,cum ſint ſpecialia pro-
pter fidem publicam,& præcipuam, quam habẽt ho-
mines aduerſus eos,vt per Bald.l.fruſtrà.C.eod tit.de
non nu pec. præterea hæ omnes difficultates tollũtur
ex eo:quia licèt cõcedatur, Iacobum remanere obli-
gatum, ſiue pro dimidia, ſiue etiam inſolidum, non
propterea ſequitur,quòd exceptio excuſſionis locum
non habeat,& ille prius conueniatur, ad quem pecu-
nia peruenit, in his terminis loquuntur Doct. dicẽtes
prius faciendam eſſe excuſſionem impenſis ipſius ex-
cipientis,quam ab eo exigatur,Rom.dic.conſil.114.
num.4 ſupra allegato:iſta enim eſt exceptio,quæ non
excluditur,etiam ſi quis voluerit poſſe inſolidum cõ-
ueniri,qui tamen non videtur caſus noſter:vnde dicit
Bal.ꝙ ſi quis ex debitoribus renunciaret beneficio,l.
de duobus re. adhuc poſſet opponere de beneficio
excuſſionis, ſi ad aliũ pecunia perueniſſet,per regulã
dict.l.vnde quæritur.ff.commod.vt Bal.in dict.l. de-
clarat in addit. in lec. antiq. & idem Bal. in l. cum in
plures.§.veſtimenta.ff.loc.multò magis igitur in caſu
noſtro hoc dicendum eſt. ¶ Ad tertium reſpondetur,
quòd iſta qualitas mercatoris in Iac. non ſolùm non
9 fuerat probata,ſed nec etiam deducta,& † tamen qui
allegat qualitatem aliquam perſonæ, eam dẽbet pro-
bare, Abb.in c.ſi clerici,nu.5.de foro competenti, &
idem quò ad conſuetudinem reſpõdetur,quæ cum ſit
quid facti,debuit deduci,& probari,iux.not.per Bar.
& Doc.in l.de quibus.ff.de leg.in l.1.C. quæ ſit long.
conſuet.cum ſim.Nec obſtat dictum Bal.in l. ſi man-
cipium.ff. de euict. ꝙ exceptio excuſſionis ſit de api-
cibus iuris,quia Bal.videtur loqui in prępoſteratione
10 ordinis:quia ſi allegetur † hæc exceptio ad hunc fi-
nem,quia ordo non ſit ſeruatus, tunc videtur de api-
cibus iuris,ſecus quando opponitur propter intereſſe
partis ne alter pro altero exigatur,Corn.conſ.55.lib.
3.Aym. conſilio 226.Moderni in d.§. vbi duo. ff.de
duob.re.vbi plura allegant, & ꝙ imò excuſſio habeat
in ſe ſummariam æquitatem,& opponi poſſit quando
de æquitate proceditur tradit Dec.in l.ſi.num. 22. &
23.ff.ſi cer.pet.Alex.in l.ſi conſtante in pr.ff.ſol.mat.
col.fi.cum aliis per Dec.allegatis,& hoc veriùs vide-
tur quicquid Alex.alibi ſenſerit in dict.conſ.114. con-
firmatur dicta cõcluſio per Strac.in ſuo trac. de mer-
catoribus,rub.quæſt.in can.mer.pro numer.8. ¶ Ad
quartum, ꝙ in cauſis ſummariis non ſit neceſſaria
excuſſio per no.per Soc.conſ.24. reſpõdetur. Primò,
quod Soc.non firmat ibi hanc opinionem, quia imò
dicit alios ſenſiſſe contrarium. Secundò, quia loqui-
tur in aliis terminis,videlicet quando proceditur ſine
11 ſtrepitu,& figura iudicij, non autem quando † ſolum
ſummariè,prout Rota procedit,& quando præpoſte-
raretur ordo,ꝙ in caſu noſtro eſt ſecus,vbi ſimul con-
tra vtrunque agitur, & ſit diſcuſſio in eodem proceſ-
ſu,quo caſu diſcuſſio nullo pacto eſt prohibita,vt per
Blanc.tract.de compro.quæſt 1.num.47.ad cõſilium,
autem Aret.126.dicitur, quod etiam termini ibi ſunt
diuerſi,quia præſupponit,ꝙ notorium erat illum non
eſſe ſoluendo,contra quem tanquam principalem de-
bebat fieri excuſſio,& ideo allegat.Gloſ.in l.niſi hoc
actum.ff.de pac.& no.Bar.in l.decem.ff.de verb.obl.
Secundò etiam reſpondetur,ꝙ & in caſu Aret.ex for-
ma illius ſtatuti allegati poterat procedi ſine ſtrepi-
tu,& figura iudicij,& in pr.ibidem verſ. & præmitto,
& quòd de præpoſteratione agebatur, vt ſuprà. ¶ Ad
quintum,quia non dicitur abſens quo ad propoſitum
12 noſtrum, qui habet † domicilium in eodem loco, ex
quo ibi poteſt conueniri, vt in his terminis declarat
Bal.in Auth.hoc ita in fi.C.de duob.re Paul.l.fi.C. dè
præſcript.long. temp. ſenſit expreſsè Gloſſ. in Auth.
de fideiuſſ.§.1.in verbo præſens,quæ pro hoc allega-
T 2 tur,

tur,l.fi.ff.de iuris om.iudicum, & hic adeſt procurator abſentis,cum quo actum etiam fuit,vnde hoc dubium ceſſat per no.per Bald.conſ.383. in fine vol. 3. Dec in conſ.102. præſtantiſſ. imò nec verum videtur præſuppoſitum factum, ꝙ abſentia debuiſſet probari à Iacobo, quia cum in eius præſumptio eſſet pro eo, allegans cõtrarium, videlicet abſentiam eam debuiſſet probare,nec Doct.in locis allegatis aliter ſentiũt. ¶ Ad ſextum,ꝙ Doc.magis communiter approbant, vt legatur conueniri,& ita firmat ibi Caſtr. facit d.l. cum in plures,§.veſtimenta.ff.loca.quem text. in l. ſi dubitetur,ff.de fideiuſſo.quæ habet conueniatur,nec depoſitio pecuniæ erat neceſſaria, quia nec vllus Doct.hoc affirmat,licèt Caſt. dicat ſe hoc aliàs feciſſe ad cautelam in d.l.vnde quęritur,& Anch.conſ.60. dicit eſſe de mat.d.exceptionis. ¶ Ad ſeptimum dicit,ꝙ pronuntiatio facta fuit ſuper competentia tantùm,& licèt dictum ſit non obſtantibus oppoſitis,tamen intelligendum eſt qua ad competentiam,& prꝏterea conſtat, quòd imò poſtea fuit admiſſa probatio ſuper concernentibus dictam exceptionem,cũ etiam de conſenſu iudicum fuerit articulatũ, & probatum, quòd Nigronus erat ſoluendo ad hoc tantum, vt cõtra eum pronuntiaretur faciendam eſſe excuſſionem, propter quę ceſſant,quæ tradunt,Cor.& Aym.in cõſ. allegatis. ¶ Ex quibus maturè diſcuſſis fuit concluſum,quòd Iacobus non debebat condemnari ad integram dimidiam pecuniæ,ſed ad illam partem tãtùm, quæ ad eum peruenerat & ſtantibus deductis fuit etiam abſoluendus ab obſeruatione iudicij, cum exceptio oppoſita locum haberet iuxta ea, quæ habentur in d.l.vnde quæritur,& non ſolùm contra æquitatem videretur,vt vnus pro alio exigatur,ſed etiã contra veritatem, ad quam tamen auditores huius Rotæ intuitum habere iubentur ex regulis ſuis, & quæ probata etiam contra ſcripturam prævalere debuiſſet, l. 1.C.plus valere,quod agitur cum ibi no.

DECISIO XCI.

Soluens alienas pecunias de ordine domini nullam acquirit actionem, nec contra ordinantem,nec contra eum,cui ſoluit.

SVMMARIVM.

1 *Soluens abſque proteſtatione in executione ordinis,ſoluit de pecunijs ordinatis.*
2 *Scartafacium probat intentionem ſcribentis.*
3 *Ex numeratione oritur obligatio,& actio, quãdo hoc agitur.*
4 *Solutio intelligitur facta ex præcedenti contracta,ſeu obligatione.*
5 *Conſuetum inter mercatores eſt ſeruandam.*
6 *Quod non eſt factum ſociali nomine,intelligitur factum proprio nomine.*
7 *Factum præſumitur ob cauſam,ob quam fieri poterat.*
8 *Contractus cauſans conſideratur, & non cauſatus.*
9 *Agens ex vna cauſa non poteſt ex alia obtinere.*
10 *Clauſula in petitione petens,&c.quid operetur.*
11 *Generales oppoſitiones ſufficiunt libello generali.*
12 *Clauſula petitionis omni meliori modo,&c. quid operetur.*
13 *Item clauſula non ſe aſtringens,&c.*
14 *Narratio facti in petitione ſufficit, ſi virtualiter actionis qualitas colligitur.*
15 *Clauſula tam ex deductis, quàm ex deducendis, quid importet.*
16 *Cum ſummariè proceditur, petitio continens ineptum actionem admittitur.*
17 *Item fieri poteſt condemnatio ex vna cauſa,etiã ſi contineat aliam.*
18 *Ex concluſione libelli cognoſcantur narrata.*
19 *Cauſa non expreſſa in petitione poteſt declarari per probationes teſtium,& proceſſum.*
20 *Libellus generalis valet cum proceditur ſummariè,etiam parte opponente.*
21 *Citatus,vt talis approbatur.*
22 *An ante diem agi poßit.*
23 *Petitio ante diem procedit contra non opponentem.*
24 *Teſtes etiam non reddentes cauſam ſcientiæ probant contra producentem.*
25 *Cum alio obligato excipiente de excuſſione, an ſit exceptio admittenda,& quando.*
26 *Raptus habetur pro abſente,& quando.*
27 *Excußio duplex.*
28 *Correus quando poßit conueniri non conuento correo.*
29 *Excußio quando non requiratur.*
30 *Fideiuſſor quando conueniri poßit non conuento principali.*
31 *Pendente dilatione non debetur intereſſe, etiam conuentum.*
32 *Taxatio intereſſe à principio non eſt licita.*

IN cauſa Benedicti Danielis Io.Bapt.de Spinulis ſociorum Beſenzoni, nec non Danielis, & Io. Bapt. pariter de Spinulis ſociorum Genuæ,expoſitum per eos fuiſſe Benedictum, & ſocios mandato etiam dictorum Danielis,& Ioan.Bapt.ſoluiſſe Thobiæ Pallauicino.ſiue pro eo & de eius ordine, & virtute literarum ipſius tranſmiſſarum ipſis Benedicto, & ſociis ſummam ſcutorum decem, & octo millium in circa,& proinde petitum condemnari d.Thobiam ad ſibi ſoluendum dictam pecuniarum ſummam, vnà cum debito intereſſe, tam reſpectu temporis, quam modi,& prout latiùs in libello continetur exhibendo literas prædictas quatuor numero ſub die,N.ſubſcriptas,*voſtri Auguſtino Sauli, & Thobia Pallauicino inſolidũ*, recognitas ab ipſo Thobia tenoris,videlicet duas huiuſmodi, *delli crediti, che douete farci boni nella preſente fera di Paſcha de ordine de voſtri de qui, ne pagarete, &c. pigliandone contenta,quale mandaretè à voſtri de qui*, aliàs pariter duas eiuſdem tenoris, ſine tamen illis verbis, *de ordine de voſtri*,ſub quibus literis adeſt confeſſio nominatorum in eis receptioni dictarum pecuniarum, vt teſtibus probatum eſt: quibus etiam fuit probatũ, factum fuiſſe cõtractum cambij ſub die datæ literarũ contra dictarũ inter Io.Bapt.ſuo,& nomine Danielis

eius

eius fratris ex vna, & Thobiam ſuo, & nomine Aug.
Saulij inſolidum ex altera, in quo promiſit d. Io. Bap.
quod ſolui faceret in Beſenzono per ſuos Beſenzoni
de pecunijs ſuis, & Danielis, cui ordinaretur per di-
ctos Aug. & Thobiam inſolidum vſque ad dictã ſum-
mam eiſdem reſtituendam per dictos Aug. & Thobiã
inſolidum, dimidiam. ſ. infra ſex menſes, & alterã di-
midiam infra alios ſex menſes vnà cum intereſſe ſe-
ptem pro ſingulo cent. ad rationem anni, diuerſæ etiã
aliæ factæ fuerunt hinc inde probationes, de quibus
ſuo loco mentio fit. ¶ His ſic ſtantibus abſoluimus
Thobiam à petitis per dictos ſocios Beſenzoni. cõn-
demnauimuſq; eum ad ſoluendum dictis Danieli, &
Io. Bapt. dictam quantitatem pecuniarum vnà cũ in-
tereſſe liquidando incipiendo a die 26. Februarij an-
ni, &c. citra quantum ſit pro dimidia dictæ quãtitatis,
pro integra verò quantitate à die 26. Auguſti eiuſdẽ
anni citra, condemnantes etiam dictos Danielem, &
Io. Bapt. ad cedẽdum Thobiæ actiones, & omnia eo-
rum iura pro ipſis competentes, & competẽtia pro d.
quantitate contra d. Aug. moti infraſcriptis rationib.
¶ Nam quo ad ſocios Beſenzoni viſum fuit eis nullã
competere actionem: ſi enim inſpiciamus mandatum
Thobiæ, qui mandauit, vt ſoluerẽt de creditis ſuis, &
ſic de ſuis pecunijs, nullam habent actionem nec cõ-
tra ipſum Thobiam mandantem, nec contra eum, cui
ſoluerunt, l. 2. §. fi. ff. ſi cer. pet. & l. certi conditio. §. ſi
nummos, eo. tit. facit tex. in l. ſi verò. §. ſi tibi. ff. mand.
¶ Quòd autem pecuniæ eſſent Thobiæ apparet, pri-
mò ex ipſiſmet literis in illis verbis, *delli crediti ch' do-
neti farci boni*, præſertim cum ſimpliciter literas acce-
1 ptauerint, ſoluerintq; † ſine aliqua proteſtatione, vt
not. Bar & Doct. in l. ſi filius. ff. ad Maced. clem. 1. de
proc. Bal & Saly. in l. ſi literas in fi. C. mand. & in ter-
minis de literis miſſiuis per mercatores per Alex. in
conſ. 78. vol. 1. & per Pariſ. conſ 91. vol. 1. ¶ Secundò
apparet ex eo, ꝙ pecuniæ prædictæ ſolutæ fuerint in
executione, & pro adimplemento contractus cambij
facti inter Io Baptiſtam prædictum, & Thobiam. In
quo promiſit Io. Baptiſta ſolui facere per ſocios Be-
ſenzoni de pecunijs ipſius, & Danielis, quibus ordi-
naſſent Aug. Saulij, & Thobias dictam ſummam pe-
cuniarum, vt teſtes agentium deponunt, & ipſi Ioan.
Baptiſta, & Daniel reſpondendo poſitionibus fatẽtur,
quorum reſponſiones ſocij Beſenzoni ſe referunt, &
ſic idem confeſſi ſunt, cum relatus ſit pars referẽtis, l.
aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. quas pecunias, vt conuẽ-
tum fuerat in dicto contractu, Aug. & Thobias reſti-
tuere debebant præd. Io. Bapt. & Danieli infra annũ,
non autem ſocijs Beſenzoni, & ſic pecuniæ effectæ
fuerant Thobiæ, & Aug. cum non eædem, ſed aliæ re-
ſtituendæ eſſent, l. 2. §. appellata. ff. ſi cer. pet. interim
enim donec ſibi ſoluerẽtur dictæ pecuniꝗ erant Aug.
& Thobias de eis creditores dictorũ Io. Bapt. & Da-
nielis, & ſic ad ipſos ſpectabant, ex quo euidenter ap-
paret, Aug. & Thobiam non contraxiſſe cum ſocijs
Beſenzoni, vt ſe eis obligarent, cum promiſiſſent re-
ſtituere pecunias Io. Baptiſtæ, & Danieli, nec etiam
ſocios Beſenzoni, vt ſibi obligarent Thobiã, & Aug.
cum pro adimplemento dicti contractus ſoluerint, vt
2 in eorum ſcartafacijs, † quæ probãt intentionem ſcri-
bentis, l. Neſennius. ff. de neg. geſt. non enim Tho-
biam, & Auguſtinum debitores fecerunt, ſed dictos
Io. Bapt. & Danielem, vnde ſuccedit tex. in l. non om-
3 nis. ff. ſi cer. pet. vbi ita demum ex † numeratione pe-
cuniarum oritur obligatio, & actio, quando inter nu-
merantem, & recipientem hoc agitur, ſed ſumus in
terminis, l. ſi pupilli. ff. de ſolut. in 2. reſponſio, vbi de-
bitor pupilli, qui ſoluit creditori pupilli eo iubente
non ſibi obligat creditorem recipientem, etiam quòd
iuſſus pupilli non valeret ſine tutoris authoritate, nec
obſtat tex. in l. ſi literas. C. mand. & in l. ſi cui. §. fin. ff.
eod. qui procedunt quando fit mandatum, vt pecuniæ
mutuo dentur nomine ipſius numerantis, & ſic vt fiat
contractus inter numerantem, & recipientem, vt de-
clarat Gl. Bart. & Paul. de Caſt. in l. ſi pupilli. §. ſi pro-
curatorem. ff. de neg. geſt. non etiam ſi fiat mandatũ,
vt ſoluatur alteri id, ꝙ ei debetur ex promiſſione, d. l.
ſi pupilli. ff. de ſolut. ex quibus patet, ꝙ idem ſit ſi etiã
inſpiciamus mandatum factum per Soc. Genuæ, tum
quòd mandauerint ſolui de proprijs eorum pecunijs,
d. l. conditio. §. ſi nummos, tum etiam ꝙ mandauerint
ſolui id, ꝙ ipſi debebant ex eorum promiſſione, d. l. ſi
pupilli. ff. de ſolut. ¶ Quò verò ad ſocios Genuæ ma-
nifeſtiſſimè viſum fuit conſtare de eorum credito: Nã
plenè probatus fuit contractus prædictus cambij fa-
ctus inter Io. Bap. Spinulam ſuo, & Danielis eius fra-
tris nomine ex vna, & Thobiam, ac Aug. Saulij inſoli-
dum ex altera de ſolui faciẽdo in Beſenzono per ſuos
Beſenzoni ſcutos, N. in circa, cui, ſeu quibus ordina-
retur per dictos Thobiã, & Aug. vt deponit Andreas
Imperialis cenſarius Franc. Cochilia, & d. Aug. vltra
dictum alterius cenſarij de tractatu tantum deponen-
tis; qui ideò plenè probant, l. vbi numerus. ff. de teſt. c.
in omni, eod. tit. quæ pecuniæ cum exinde fuerint ſo-
lutꝗ in Beſenzono per ſocios Beſenzoni iux. ordinem
Thobiæ, & Aug. inſolidum, vt plenè conſtat ex d. lite-
ris productis, & teſtibus ſuper inde examinatis, præ-
4 ſumitur vtique datus ordo, & facta † ſolutio in execu-
tione præcedentis contractus cambij prædicti, l. 3. §.
verum. ff. de manu. l. qui in aliena. §. 15, qui. ff. de acq.
hæred. Bar. Alexand. & Doct. in l. poſt dotem. ff. ſolut.
matr. l. 2. C. de acqu. poſſ. & cum tractatus, & conclu-
ſio tendat ad eundem rei finem, plenam faciunt pro-
bationem, eo etiam magis ſtantibus verbis in dictis
literis poſitis, *de ordine de voſtri de qui*, & illis alijs, *pi-
liandone contenta, quale mandarete à voſtri de qui*, &
quòd literæ ipſæ ſcriptæ fuerint eadem die cõtractus
prædicti, conſtatque Ioan Bapt. & Danielem eſſe ſo-
cios Beſenzoni ex ſcartafacijs ipſius ſocietatis exhibi-
tis, iunctis etiam teſtibus ſuperinde deponentibus,
quòdque Thobias, & Aug. multa alia credita haberẽt
cum ſocijs Beſenzoni, quam credita ex cauſa dicti cã-
bij, vt deponit Aug. ad quam ſe refert Thobias reſpõ-
dendo poſitionibus, arg. not. per Bart. in l. Theopom-
pus, ff. de dot. preleg. Accedit etiam probatio facta
per plures teſtes, ꝙ verba prędicta in dictis literis po-
ſita important factum fuiſſe duplex cambium, ſed nõ
5 fuiſſe expreſſum metu gabellæ, ſicque † confictum
fuiſſe inter mercatores, quæ conſuetudo ſeruanda eſt,
Cor. conſ. 319. nu. 12. libr. 3. Guid. Pap. conſ 102. col.
2. Pariſ. conſ. 97. nu. 8. lib. 1. ¶ Nec prædictis obſtare
viſum fuit, quod Thobias ex duobus videretur ab-
ſoluendus ab obſeruatione iudicij. Primò quia ege-
runt Io. Bapt. & Daniel vt ſocij Genuæ, & tamẽ con-
6 tractus per Ioan. Bapt. † non fuit factus ſociali no-
mine, ideò proprio nomine factus dicatur vt not. Bal.
in l. iure ſocietatis. ff. pro Soc. & per Alexand cõſ. vlt.
lib. 7. alia enim eſt perſona propria, alia ſocij ex trad.
per Bald. in l. eius, C. de comp. quoniam reſpondetur
prædicta procedere poſſe, quando Ioan. Bapt. ſolus,
& ſimpliciter contraxiſſet, vt loquitur Bald. & Alex.
non etiam ſi ſuo, & nomine Danielis, vt fecit, præſer-
tim cùm nullos alios haberent ſocios præter ipſos,

& ambo haberent mandatum expendendi nomen, &
ſic alterum obligandi, vt per teſtes probatum fuit:
ideò in dubio Ioan. Bapt. contrahendo etiam nomi-
ne Danielis videtur contraxiſſe ſociali, & procurato-
rio nomine ex tradita per Iaſ. in l. poſt dotem, num.
7 75. cum ſeq. ff. ſol. matr. præſumitur enim, † quòd fa-
ctum ob cauſam, ob quam fieri poterat, non ob cau-
ſam impoſſibilem Crauet. conſ. 83. in fi. aliàs non po-
tuiſſet illum obligare, quæ interpretatio omnino fiē-
da eſt, vt actus valeat, & non pereat, l. quoties. ff. de
verb. obl. & l. quoties ff. de re. dub. præſumptio enim
validitatis omnes actus alios antecellit, Deciſ. conſil.
448. numer. 17. præter id, quod ſtante clauſula omni
meliori, &c. in libello poſita potuiſſet Ioan. Bapt. in-
ſolidum obtinere, quatenus ipſe ſolus contraxiſſet, &
pecunias ſoluiſſet, vt per Soc. conſ. 17. lib. 4. ¶ Secun-
dò, quia intentata videretur actio mandati, de quo
facta eſt mentio in libello, non autem ex contractu
cambij, de quo nullum verbum in libello: vnde ſequi-
tur, quòd ex mandati actione obtinere non poſſint,
cum illud factum fuerit in executione, & pro adim-
plemento contractus cambij præcedentis. Ideò euа-
nuerit, extinctuſque fuerit, l. idemque. §. ſi quis Titio.
8 ff. mand. quando enim vnus † contractus procedit, vt
cauſatus ab alio, non conſideratur cauſatus, ſed cau-
ſans, vt per Alex. conſ. 215. volum. 20. facit text. in l. ſi
procuratorem in ptinc. ff. mand. & in l. 1. §. idemque
Pomponius. ff. depoſ. cum igitur actū fuiſſet ex man-
dato, non autem ex contractu, de quo facienda erat
mentio in libello, cum actum ſit perſonali actione, l.
& an eandem. §. actiones, vbi Gloſ. & Bartol. ff. de ex-
ceptio. re. iud. Alex. & alij in l. 1. ff. de edend. Iaſ. in §.
omnium, num. 121. inſtit. de actio. Soc. in c. 2. de lib.
obla. ſequebatur, ꝙ ex contractu obtinere poſſent,
9 quia agens † ex vna cauſa inepta non poteſt obtinere,
etiam ſi probet ex alia apta. l. habebat. ff. de inſtitor. c.
examinata de iud. Afflic. dec. 60. Soc. in d. c. 2. q. 9. in
1. caſu, & in q. 10. iuxt. prin q. nec videbatur obſtare
10 † clauſula petens, &c. quia non operatur, niſi circa
narrata in libello, vt dicit Abb. poſt Innoc. Cald. &
Butr. in c. cum dilectus de ord. cognit. prout etiā ver-
ba ipſius clauſulæ, ſe referunt ibi, in præmiſſis, & cir-
ca præmiſſa, ita etiam dicit Alex. conſ. 121. volum. 1. &
Aret. conſ. 17. colum. 3. idem dicit Pariſ. conſ. 7. in vlt.
col. lib. 1. & Cor. in conſ. 45. col. 1. libr. 3. & in conſil.
278. vol. 4. dicit, ꝙ nullam habemus legem ciuilē, vel
canonicam, quæ tradat virtutem d. clauſulæ, & ꝙ non
operatur, niſi circa narrata virtute notatorū per Doc.
in d. c. cum dilectus, & Mari. Soc. conſ. 39. lib. 1. num.
19. & in c. 2. in 13. princ. articulo, in a. q. in 6. effectu
dicit, ꝙ non operatur, niſi quādo ſumus in ambiguo,
& incerto, non etiam ſi ſumus incertis, qua actione
actum ſit, concludens, ꝙ ſi ex narratis colligi poteſt
congrua actio, cui conueniant probationes poſtea fa-
ctæ, libellus iuuatur virtute dict. clauſulæ, & ita dicit
procedere doct. Imol. in ca. ſi cautio de fid. inſtr. vbi
dicit, quòd ſi actum eſt ex confeſſione mutui, vel de-
poſiti, & in proceſſu probatū ſit verum mutuum, vel
depoſitum reus debet abſolui ab obſeruatione iudi-
cij, niſi adſit d. clauſulas, & idem videtur tenere Iaſ. in
§. omnium, inſtit. de actio. num. 147. Et quādo etiam
11 libellus fuiſſet generalis, † videbatur quòd obtinere
non poſſent, ex quo contra eum fuerant oppoſitæ ge-
nerales exceptiones, vt per Angel. in l. 1. ff. de except.
& per Bald. in cap. 2. ſub numero 9. de ord. cognit. &
in l. edita, numero 20. cum ſequent. in princip. lec. C.
de edend. & Cor. conſilio 55. lib. 3. Barb. in dict. c. 2.
de lib. oblat. verſ. & in quantum, & ſufficit dicere li-
bellum non procedere, Paul. de Caſtr. & Alex. in dict.
l. 1. ff. de edend. Socin. in dict. c. 2. de lib. obla. in 10. q.
prin. verſ. ſecundo quæro, Deciſ. in cap. dilecti, nu. 12.
de iud. ¶ Verum his non obſtantibus contrariam ſen-
tentiam vti veriorem, & æquiorem amplexi ſumus ſi-
ue enim dicamus libellum eſſe ſpecialem, ſiue gene-
ralem, vtroque caſu dicēdum eſt actores obtinere de-
bere: Nam ſi actum eſt ex mandato dato per ſocios
Genuæ ſociis Beſenaoni pro adimplemento contra-
ctus cambij præcedentis etiam nulla facta mentione
de contractu in libello, probato tamē contractu, ob-
12 tinere debent † ſtante clauſula, omni meliori modo,
vt in his terminis firmat Soc. quem ibi ſequitur Pur-
pur. in l. certi conditio. §. nummos. ff. ſi cer. pet. vbi
volunt, ꝙ ſi actum fuerit ex numeratione facta cauſa
adimplendæ ſtipulationis, nulla facta mentione de
ſtipulatione, licèt non oriatur actio ex ipſa numera-
tione, ſed ex ſtipulatione præcedente, probata tamen
ſtipulatione, obtinet agens, facit quod inquit Alex.
conſ. 112. lib. 3. quòd dicta clauſula operatur, quod li-
bellans non videatur ſe aſtrinxiſſe ad ſpecificata poſt,
Baldus in l. vinum. ff. ſi cer. pet. ſequitur Nat. conſilio
120. numero 27. idem etiam dicit ibi Purpur. numero
63. poſt practic. Pap. per eum ibi allegatum, ſi exiſtet
ſtatutū, quòd quælibet petitio habens cauſam, & rem
tolleretur, vnde cùm fortius etiam ſtatutum habea-
mus ſub rub. de cau. ciuil. quo cauetur, quòd quęlibet
petitio, quæ non contineat expreſſum iuris errorem,
admittatur, & contra eam nihil obiici poſſit, & pari-
ter ex forma regularum ſufficiat qualisqualis petitio,
vel ꝙ libet aliud, quod vim petitionis habeat, dicen-
dum proculdubio eſt, agentes ex cauſa mandati, pro-
bato contractu cambij præcedētis, & illud cauſantis,
obtinere debere: idem pariter dicit Purpur. ibi pro-
13 pter † clauſulam non ſe aſtringens, nec non etiam ſi
facta fuerit relatio ad inſtrumentum, in quo contine-
batur ſtipulatio, prout videtur in caſu noſtro in illis
verbis, & virtute literarum, in quibus licèt literis ex-
preſſa mentio contractus cambij non fiat, virtualiter
tamen facta eſt ſub illis verbis, *delli crediti ch' douete fa-
re bene de ordine de voſtri de qui*, quia nulla alia habebāt
credita Thobias, & Auguſtinus cum ſociis Beſenao-
ni, vel ſociis Genuæ, præterquam ex cauſa dicti con-
tractus cambij, vt patet ex confeſſione Thobiæ, dum
reſpondendo poſitionibus in hoc ſe refert ad Auguſt.
qui hoc depoſuit cum iur. nec hoc ignorare poterat
Thobias cum ſubſcripſerit literas, & ipſemet con-
tractum cambij fecerit: non enim in facto proprio
tolerabilis eſt ignorantia, l. ſio. ff. pro ſuo, præſertim
tam recenti, & de tam magna ſumma pecuniarum, &
mehercule ſi conſiderentur dictæ literæ continēt ex-
preſsè totum dictum contractum: Nam ſub illis ver-
bis, *delli crediti*, &c. continetur promiſſio facta per Io.
Baptiſtā de ſolui faciendo in Beſenaono per ſuos Be-
ſenzoni dictam pecuniarum quantitatem, & per illa
verba, *de ordine de voſtri de qui*, demonſtratur perſona
Ioan. Bapt. & Danielis ſociorum etiam Beſenaoni, vt
ſupra dictū eſt. Ideo cum deciſionem in terminis no-
ſtris habeamus, etiam ꝙ non fuiſſet actum ex cauſa
contractus cābij, ſed mādati ab eo cauſati, vt per Pur-
pur. poſt Soc. in d. §. ſi nūmos, vlterius elaborandū nō
eſſet, eo etiā magis caſu, vt ſuprà dictū fuit, dici verè
poſſit factā fuiſſe mentionē de cōtractu per narratio-
nē dictarū literarū in libello factā, & earū exhibitio-
nē, & ſic actū fuiſſe ex cauſa ipſius contractus: ſufficit
14 enī taliter † narrare factū, ꝙ ex eo virtualiter, & re ipſa
qualitas

Digitized by Google

qualitas actionis colligatur, & reus poſſit certificari,
licèt non captiuiatur, vt inquit Dec.in d.c.dilecti, n.
11.cõmunẽ Iaſ.in d.§. omniũ,nu.165.ſuper eo enim,
quòd quouis modo colligi poteſt ex libello. cenſetur
concluſum,& obtinere debet actor,vt per Alex.conſ.
61.nu.10.li.1.& Natt conſ.120.n.17. quinimo ſtante
15 † clauſula,tam deductis, quàm deducẽdis,poteſt fer-
ri ſententia,ſuper nõ deductis in libello, probatis ta-
men in proceſſu,vt per Ange.conſ.25.idem etiam eſt
ſtante clauſula petens &c.iuncta cum clauſula, omni
meliori modo &c. vt firmat Gra.conſ.37.nu.7.lib.1.
poſt Socin. conſ.128.& Rom.conſ.21.operaturq́ue
dicta clauſula,quòd quis ex libello aliàs inepto debet
ſententiam obtinere,ſi conſtat de intentione libellã-
tis,&actio verè ſibi competat,licèt ineptè propoſue-
rit,ſecus ſi nolla actio ſibi competeret, vt trad.Iaſ.in
l.petens, nu.6.verſ.item,& ſecũ.C.de pact.poſt. Paul.
de Caſt.conſ.165.in fi.quando enim intẽtio eſt apta,
licèt actio ſit inepta, obtinet actor, vt communiter
concludunt Docto.teſte ibi Fel.in d.c.examinata de
iud in caſu autem noſtro intẽtio eſt apta, quia ſolue-
runt agentes pro Thobia,licèt actio mandati expreſ
ſa eſſet inepta,ideo Ancha.conſ.23.col.fi.dicit, ꝙ ad
euitandum circuitus cõdemnandus eſt reus, etiam ꝙ
actor ineptam deduxiſſet actionem, præſertim in iu-
16 dicio,in quo proceditur ſummariè,† vt in caſu noſtro
ex diſpoſitione regularum,in quo dicta clauſula ope-
ratur, ꝙ iudex nedum ſecundum petita,ſed iuxta poſ-
ſit pronuntiare,vt voluit Bar.in extrauag.ad reprimẽ-
dum in verbis figura,quinimò cũ ea diſpoſitione ſta-
tutorum procedatur ſummariè, & ſine figura iudicij,
17 ſi libellus † contineat vnam cauſam, & probetur alia,
ſequitur condemnatio,vt inquit Mar.de ord.iud.par.
4.d.9.nu.11.& 18.id, quod eò magis procedit ſtante
forma regularum, ꝙ in iudicando Rota habeat intui-
tum ad Deum,& veritatem,quæ eſt, ꝙ agentes ſolue-
runt pro Thobia,æquumq́ue ideo, & iuſtum ſit reddi
ſibi id , quod ſuum eſt. ¶ Si verò libellus fuit gene-
ralis nulla certa expreſſa cauſa , ſaltem quo ad ſoc.
Genuæ,quia ſocij Genuæ nullam expreſſerint mãda-
ti actionem, ſed tantum ſocij Beaenſoni, ex quo illa
verba etiam mandato Danielis, & Io.Baptiſtæ ſalua
ratione recti ſermonis nõ poſſint conſiderari vti pro-
lata ab ipſis Daniele, & Io.Bapt.l.Plautius,ff.de aur.
& arg.leg. vbi Bar. ſed tantum per ſocios Beſenſoni,
præſertim ꝙ cum diuerſæ perſonæ agant in eodem li-
bello, plures reputãtur libelli, l.ſcire debemus,ff.de
18 verb oblig.concluſio † enim libelli fuit generalis,ex
quo etiam apparet, qualiter narrata in libello intelli-
gãtur, vt not.Bar.in l.Aurelius.§.Sticho.ff.de lib.leg.
& cum faueatur actori in ſubſtentatione libelli, præ-
ſumẽdum eſt, ꝙ voluerit in iudicium deducere illam
actionem,quàm ex his poſtea in probationibus dedu
cit,vt per Pau.de Caſt.in l.2.§.fi.ff.ſi cert.pet.talis li-
bellus generalis valet,ſi nõ opponatur,ſed poſtea de-
bet actor probare intentionem, vt per Doct. in d.c.
dilecti,nu.12 declaraturq́ue per poſitiones ſpeciales,
& reſtringitur ſolum ad proſequuta, vt inquit Bald.
in l.1.col.2.num.8.ff.de eden.& vt dicit Soc.in c.2.q.
10.principali,verſic.decimo, quæro,in proſequutio-
19 ne poterit † probari de legitima cauſa, & in proceſſu
cauſam declarare , vt factum fuit in caſu noſtro tam
per poſitiones.quam per articulos, & teſtes. Nec ob-
ſtat,quòd ſufficiat opponere contra generalem libel-
lum generales exceptiones, vt per Ange. in l.1. ff. de
excep.cum alijs 3.allegatis, quoniam per replicatio-
nem generalem,quæ facta fuit , tollitur talis oppoſi-
tio,vt in d.l.1.idem Angel.dicit, & Corn.conſ.55.n.
27.lib.3.præter id , quòd cum procedatur ſummariè,
20 procedit libellus † generalis etiam parte opponete,
Alex.conſil.32.lib.4.Iaſ.in l.vinum,col.vlt.ff.ſi cert.
pet.& in l.1.nu.5.ff.de eden.Maran. de ord.iud.nu.13.
par.4.diſtinct.9 præſertim, quòd tanta non ſit gene-
ralitas dicti libelli,quòd impediat reo deliberationẽ,
vt ex ſ.deductis patet, ſtante etiam ſtatuto prædicto,
quòd quælibet petitio admittatur, modo non conti-
neat expreſſum iuris errorem, & etiam quia Thobias
litem conteſtatus ſit ſine reprobatione exceptionis
generalitatis,ſeu ineptitudinis libelli, vt per Soci.in
d.c.2.q.10.prin.verſ.decimo, quæro,quia illi renun-
tiaſſe videtur. ¶ Vlterius nulliter videbatur proceſ-
ſum ad inſtantiam Franciſci de Sancto Chriſtoforo,
vt procuratoris d. Io. Baptiſtæ: quia licèt videretur
ſubſtitutus a Daniele vti procuratore d.Io. Baptiſtæ,
ſubſtitutio tamen non valet, cum idem Io. Baptiſta
depoſuiſſet petitionem præſente eodem Daniele, &
propterea quo ad hanc cauſam reuocatum eſſet man-
datum factum Danieli, c.ſi quem de procur.l.6. Bart.
in l.mutati.ff.de procur. Paul.de Caſt.in l.ante litem.
ff.eod.tit.ſed reſpondetur , Danielem poſt depoſitã
petitionem comparuiſſe in iudicio , & procuratorio
nomine citari pluries feciſſe Thobiam ad reſpõden-
dum petitioni, nec contra perſonam ipſius fuiſſe op-
poſitum in prima ſcriptura,vt requiritur ex forma re-
gularum , atque ideo eius perſonam approbatam re-
manſiſſe,præter id,quod inſtauratum oritur manda-
tum prædictum per comparitionem Io. Baptiſtæ re-
ſpondendo poſitionibus , vt per Gloſſ. in l.qui mo-
tuã pecuniam,verb.inſtaurauit,ff.mand.& per Rum.
conſ.76. nec non ex eo , ꝙ dictus Franciſcus de San-
21 cto Chriſtoforo fuit ſemper † citatus pro tali, & ſic
eius perſona approbata,vt per Iaſ.in l.de pupillo.§.1.
ff.de ope.nou.nuncia.quæ idcircò amplius improba-
ri non poteſt reg.quod ſemel de reg.iur.lib.6. ¶ Inſu-
per quia agi non poteſt ante diem , l.cedere diem,ff.
de verb.oblig.videbantur induciæ duplicandæ,§.ho-
die inſtit.de except.& per Bartol.in l pecuniam, ff.ſi
22 cert.pet.tamen reſpondetur,quod licet agentes † an-
tequam veniret dies obligationis ſibi ſolui petierint,
non tamen ſine actione expetti dicuntur,cum ſtatim
obligatio & actio orta eſſet, ſecundum receptiorem
opinionem, teſte.Al.in d.l.cedere diem , ac Rip.in l.
ita ſtipulatus,nu.83.ff.de verb.oblig.tam & ſi agenti
ante diem obſtet exceptio , vt ibi per eos,quæ tamen
petenti ſibi ſolui adueniente die, ſeu declarari actio-
nem ſibi competere minime obſtat, vt copioſè oſtẽ-
dit Rip.in d.l.ita ſtipulatus,nu.88.Afflict.deciſ.279.
Vnde cum agentes petierint Thobiam condemnari
ad ſibi ſoluendum etiam reſpectu temporis,& modi,
non videtur dubitandum, quin ſequi poſſit condem-
natio iuxta tempus in obligatione appoſitum,quini-
mo vt in præſentiarum ſoluat,cum pendente iudicio
lapſum fuerit tempus datum ad ſoluendum,& euene-
rit dies obligationis,d.l.cedere diem , idem quoque
23 pronunciandum foret, quando † petitum ſimpliciter
fuiſſet reum condemnari nulla facta mentione tem-
poris , cum non fuerit appoſita exceptio ſecundum
Bart.opinionem communiter approbatam in l.eum,
qui ita,§.qui ita , ff.de verb.obli.teſte ibi Iaſ.nu.14 ꝙ
eò magis procedit in caſu noſtro , ex quo Thobias
negauit etiam cum iuramento ſe debiturem ; amittit
enim tale beneficiũ ex not.per Bal.in Auth.cõtra,qui
propriam,C.de non num.pec.&ex his,quæ late con-
gerit Mart.in rub.de fideiuſ.nu.324.cũ pluribus ſeq.
& exceptio prædicta opponi debet ante litem conte-
ſtatam:poſt enim opponi nõ poteſt, vt dicit Bar.in l

exceptionem.in 2.lect.C.de prob.¶Quo verò ad exceptionem excuſſionis oppoſitã per Thobiam agendum ſcilicet eſſe in primis contra Auguſtinum inſolidum obligatum periculo,&expenſis ſuis,ex quo tota pecunia ad ipſum perueniſſet , cum dictus contractus cambij factus fuiſſet pro negotijs ſpectantibus appaltui, & ſic Aug.appaltatori , vt deponunt Nicolaus Delphinus,& Franciſcus Cochilia,qui cum fuerint examinati ad inſtantiam agentium,plenè contra
24 eos probant,etiam ſi non † redderent aliquam ſcientiæ rationem. vt per Rom.conſilio 101. & Socin.iun conſil.69.lib.1.& Iaſ.in rub.de iur.iur.accedentibus etiam præſertim aliis teſtibus examinatis pro parte Thobiæ , quòd omnes contractus facti à duodecim annis citra ſub nomine Auguſtini Saulij , & Thobiæ Pallauicini inſolidùm ſpectabãt appaltui, vnde videbatur obſtare dicta exceptio, vt per Barto.& Paul.de Caſt.in l.vnde quæritur,ff.commod.& per Bar.in l.3. §.vbi duo,ff.de duo.re.in Authẽtica,hoc,C.eo.Paul. de Caſt.in l.ſed Iulianus,ff.ad Maced.Bald.in l.cùm in plures,§.ſi veſtimenta , ff.loc.Marſ.in rub.de fideiuſ.nu.65.371.& in omnem caſum, quando etiã pro-
25 batum non fuiſſet contractum † prædictum factum fuiſſe pro negotijs appaltus, obſtare videbatur exceptio oppoſita, ꝙ ſaltẽ pro dimidia fienda eſſet excuſſio contra Auguſtinum correum inſolidum obligatum, Authentica , hoc ita, C.de duo.re.& in Authen. in prin.eo.tit.& per Bart.in d.l.3.§.vbi duo, Nec obſtare videbatur,ꝙ Auguſtinus eſſet ruptus,& ſic notoriè non ſoluendo, & ideò nõ requireretur excuſſio,vt per Doct.in l.ſi.ff.ſi cert.pet.& in l.decem, ff.de ver. obl.vbi Cor.& Iaſ.exemplificant in eo,qui ceſſit bonis,qui caſus videtur ſimilis noſtro:quia non conſtat appaltum eſſe ruptum, ſed tantum Auguſtinum proprium,& pariter conſtat habere ipſum in bonis valorem librarum octuaginta millium , adeò vt ſi non in totum, ſaltem pro parte ſatisfieri poteſt agentibus,& ſic pro parte non ceſſaret excuſſio , vt dicit text.in d. Auth.de duob.reb.in prin & in d. Auth.hoc ita, Nec refragari videbatur,quòd ſtante decreto bona ruptorum eſſent effecta creditorum, quorum credita conſtat ex actis ſuper dicta ruptura factis coram Sereniſſima Dominatione longè excedere valorem prædictum:quia cum & ipſi agentes ſint creditores,cõcurrent pro eorum rata cum alijs creditoribus chirographarijs , l.pro debito,vbi Bald.C.de bon.aut.iud.poſſ. præſertim, ꝙ non conſtet alios creditores eſſe hypo-
26 thecarios:minus obſtare videbatur Aug.vt ruptũ,† & latitantem haberi pro abſente , l.Fulcinius.ff.ex quibus cau. in poſſ. ea.cum prouiſum eſſet eidem ad inſtantiam creditorum de curatore,contra quem agi,& dirigi actiones poterant, & ſic ceſſat ratio,ꝙ cogatur creditor ire ad litigandum in alieno territorio conſiderata per Doct. in hoc art.vt per Marſ. in rub.de fideiuſ.& prædicta procedunt etiam in cauſa mercatorum,ſeu campſorum,vt etiam vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta,quo ad dictam excuſſionem,quę reſpicit intereſſe partis,vt donec debitor ſit ſoluẽdo,
27 tertius non conueniatur, licèt ſecus † in exceptione excuſſionis,quæ reſpicit ordinẽ iudicij, pulchrè trad. Blanch poſt Neg. ab eo citatum in tract.de compro, q.1 nume.47.ſequitur Strach. in tract.de merc.in tit. quomodo in cau.merc.proc.ſit, nu.8.conſulit Corn. conſ.55.lib.3.¶Quæ tamen nobis viſa fuerunt nõ obſtare , quin condemnandus eſſet Thobias ad ſoluendum:Nam licèt correus poſſit petere, vt agatur contra correum , ad quem tota pecunia peruenit expen-
28 ſis,& periculo ſuo:id enim non † procedit , vbi difficile ſit creditorem poſſe conſequi ſuum à tali correo, vt inquit Ange.in §.duo plures,nu.4 inſt.de duob.re. per tex.in d.l.cum plures,§.veſtimenta, ff.de loca.& cõduct. vbi Paul.idem notat. reſidetque hoc in iudicis arbitrio, vt ibi not. Idem Paul.& Ang.in d.§.duo plures. Vnde cum in caſu noſtro magna ſit moles, & multitudo creditorũ dicti Auguſtini, & pro maximis quãtitatibus, vt videre licet ex ſupplicationibus porrectis Sereniſſimæ Dominationi , ad finem, vt declararetur Auguſtinus ruptus,decerneréturque deputati ad reſtringenda negotia dicti appaltus, conſtitueretúrque curator eidem,contra quem agi poſſet, nemo eſt , qui non iudicet difficile admodum fore dictis agentibus cõſequi, quod ſuum eſt in bonis dicti Auguſtini ſtante eius ruptura,& mole tot creditorũ concurrentium , vt ſibi ſatisfiat in bonis dicti Auguſtini, præſertim etiam quia bona ſtabilia , quæ poſſidet d. Auguſtinus,non ſunt libera , nec expedita, cum Bendinellus eius filius prætendat illa ſubiecta fideicommiſſo, ſeſeque hac de cauſa iam oppoſuerit in ſupplicationibus,quas dedit Sereniſſimę Dominationi,nec non etiam pro dote vxoris ipſius Auguſtini,vt videre eſt in dictis ſupplicationibus , & deponit vnus teſtis examinatus ad inſtantiam Thobiæ, qui plenè probat contra eum, vt per Socin.iun.conſil.69.l.1.præter id, quod minimè conſtet totam pecuniam perueniſſe ad Auguſtinum , cùm id actum non fuerit in contractu dicti cambij,cum Ioannes Baptiſta nec in literis prędictis ſubſcriptis per Auguſtinum , & Thobiam aliqua fiat mentio,quòd pecuniæ ſoluerentur pro dictis negotijs appaltus, ſed creditoribus ipſorum Auguſtini,& Thobię eadem pariter ratione,neque pro dimidia agendum erat contra Auguſtinum correum : non
29 † enim requiritur excuſſio, quãdo adeſt difficultas in exigendo, vt inquit Dec.in d.l.ſi.nu.11.per tex.in l.2. ff.qui ſatis cog.vnde ibi dicit Alex.nu.7.poſt Imo.in d.l.decem , non requiri excuſſionem contra eum,qui ſolitus eſt non ſoluere debitum verum ſine litigio, hinc etiam dixit Bald.in l.ſententia.C.de fideiuſ.non eſſe faciendam excuſſionem contra fiſcum, quia propter nimios expolliatores poteſt eſſe non ſoluendò: quia intelligitur non idoneus, qui non poteſt conueniri ,niſi cum difficultate:ideo tali caſu nõ requiritur excuſſio,vt ibi per eum,quem refert,&ſequitur Alex. in d l.ſi nu.8.dicens per illam doctrinam non requiri excuſſionem, vbi apparet difficilem eſſe exactionem, facit,ꝙ dicit Iaſ.in d.l.ſi.nu.10.ꝙ debitor debeat eſſe facilis ad conueniendũ:ideo ſi ſit rixoſus,vel cauillo-
30 ſus,poteſt prius † fideiuſſor conueniri, idem quoque conſiderat Sali.ibi in 3.opp.& Paul.de Caſt.in l.inter reos,§.creditor,ff.de fide.vbi poſt Bartol.vult.ꝙ vbi pignus non poteſt commodè vendi per creditorem, poſſit agi contra fideiuſſorem , prout etiam poteſt, ſi facta excuſſione reperiãtur bona immobilia ſufficiẽtia,quæ tamen commodè vendi non poſſint,ſequitur Marſ.in d. rub.num.18. vnde ſtante ruptura Auguſtini,& mole eius creditorum,prætenſioneque fideicõmiſſi prædicti , ac dotis vxoris ipſius Auguſtini ſuper bonis,quæ nunc poſſidet,quodque debita eiuſdẽ longè excedunt ſine vlla comparatione valorem dictorũ bonorum , vt videre licet ex ſupplicationibus prædictis Sereniſſimæ Dominationi porrectis,Rota in cuius arbitrio poſitum eſt , an difficile foret agentibus ſuum conſequi in bonis dicti Auguſtini,d.§.veſtimẽta,vbi Paul.not.& per Angel.in d.§.duo plures , non immeritò ita eſſe iudicauit cõdemnando Thobiã ad ſoluẽdũ. ¶Supereſt nunc vt rationes adducamus,quibus moti ſumus ad condemnandum Thobiam ad intereſſe

tereſſe quantitatis petitæ, non quidem iuxta conuentionem in dicto contractu cambij factam, & ſic pro tempore dato ad ſoluendum, ſed a die moræ tantum, & ad intereſſe liquidandum, non etiam conuentum, cum data fuerit Thobiæ dilatio ad ſoluendum, non poteſt dici interim ea pendente in aliqua mora, ſine qua intereſſe non debetur, l. lecta, vbi Doct. ff. ſi cert. pet. l. cū quidam, §. ſi pupillus, ff. de vſur. Atque ideo
31 † pendente dilatione nō tenetur ad aliquod intereſſe etiam conuentum, vt conſulit Rol. à Vall. conſ. 55. lib. 2. vbi copiosè idem tenet Cagnol. in l. 1. nu. 51. C. de ſent. quæ pro eo, quæ inter. & Deci. conſil. 121. & ea propter condemnauimus Thobiam ad intereſſe à die lapſus dici dati ad ſoluendum, cum tunc dicatur interpellatus, & in mora conſtitutus, l. magnam. C. de contrah. & commit. ſtip. c. cupientes, §. ſi verò contēpſerint de el. lib. 6. Alex. cōſ. 49. lib. 2. ad taxatum autem intereſſe per partes in ipſo contractu non condemnauimus Thobiam, ſed tātum ad intereſſe liqui-
32 dandum ex eo, quòd licita † non ſit à principio taxatio intereſſe, ſed omni iure improbata, vt per Bald. Purpur. & alios in l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi cert. pet. per Cagnol. in d. l. 1. num. 49. copiosè per Plot. in repe. l. fin. nu. 452. C. vnde vi. ſed bene probato vero intereſſe, illud peti poſſit, & debeatur, vt concludunt Doct. in d. §. ſi tibi, & Cagn. in d. l. 1. nu. 51. & Plot. qui multa cumulat in d. l. fin nume. 453. Et ex his moti ſumus ad pronuntiandum, vt ſuprà. Laus Deo.

DECISIO XCII.

Solutio non dicitur creditori facta in aliquo, ſi pecuniæ in eum peruenerint non nomine creditoris, ſed ſoluentis.

SVMMARIVM.

1 *Reus excipiendo non videtur intentionem actoris fateri.*
2 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur.*
3 *Teſti de facto proprio, & in alterius commodum plenè creditur,*
4 *Qui ſentit commodum, ſentire debet incommodum.*
5 *Excipiens, ſi non præmittit negatiuam, eſt in exceptione actor.*
6 *Allegans mandatum tenetur de eo docere.*
7 *Ignorans non ratificat.*
8 *Ratificatio non fit, niſi de actu facto nomine ratificantis.*
9 *Præſumitur pro ſcriptura. niſi contrarium doceatur.*

DIRIGAT DOMINVS DEVS VIAS NOSTRAS.

BENEDICTVS Lercarius actor petijt ab Ambroſio de Maiolo de Doua ſcutos, N. de Marchis pro pretio lib. N. ſetæ Meſſanæ, quos ſibi ſoluere promiſit ad certum tempus iam præteritum, Ambroſius reus oppoſuit exceptionem ſolutionis, quàm ipſe fecit de eius mandato, & voluntate Nicolo Iuſtiniano, qui ruptus effectus non ſuo, ſed creditoris periculo cedere debet, ex quo ſolutio fuit de eius mandato, & voluntate. ¶ Quibus ſic ſe habentibus, quæſitum fuit de pluribus, & primò nunquid conſtet verè de credito actoris ex oppoſitis exceptionibus per reum ipſum. Secundò, vtrum cenſeatur liberatus reus ſoluendo dicto Iuſtiniano non conſtando de aliquo mādato. Tertiò cuius damno, & periculo rupit, & ſeu decoxit d. Iuſtinianus. ¶ Et ex infradicendis videtur, quòd reus ipſe veniat liberādus, & primò actor non probauit eius intentionem ſuper credito ſuo: vnde ſuccedit regula, quod actore non probante liberatur reus, l. qui accuſare, C. de edend. Mathe. ſing. 17. Marſ. ſing. 169. & hoc niſi ex confeſ-
1 ſione rei, quæ facta fuit excipiendo, & † reus excipiendo non videtur fateri intentionem actoris, l. non vtique, ff. de except. l. ſi quidem, C. eod. l. exemplo, C. de probatio. ¶ Secundò, quia dato etiam quòd probata fuiſſet intentio actoris, tamen reus ipſe liberatus cenſetur, ſtante ſolutione facta per eum dicto Iuſtiniano de voluntate, & mandato ſuo: ſolutione enim eius, quòd debetur, tollitur omnis obligatio, §. 1. inſt. quibus mod tol oblig. l. qui hominem, §. fin ff. de ſolut. & l. qui res. §. aream. ff. eod. hinc dici ſolet officium ſuum nemini nociuum, l. ſi quis, ff quando teſtam. apet. Pariſ. conſ 47. nu. 24. vol. 1. ¶ Tertiò, quia licèt reus non probauerit ſpecificè mandatum ſibi ad ſoluendum datum, probauit tamen per plures teſtes ratihabitionem ſolutionis prædictæ factam per actorem ipſum, qui habita notitia de huiuſmodi ſolutione promiſit facere quietationem, & receptam dictarum pecuniarum quandocunque, & ad libitum
2 ipſius: ratihabitio † enim retrotrahitur, & mandato æquiparatur, l. cum mandati, vbi not. C. man l. ratihabitio, ff. de reg. iur. cap. ratihabitionem ex eodem. l. fin. ff. ad Maced. l. Paulus, ff. rem rat hab. cum vulg. ¶ Quartò, quia capſerius ipſius Iuſtiniani atteſtatus fuit in dicto ſuo, Ambroſium debitorē ſoluiſſe dictas pecunias, & dixiſſe ſe ſoluiſſe pro Benedicto, cui in hoc credendum eſt pleniſſimè, etiam quòd ſit vnus,
3 ex † quo de facto proprio, & in alterius commodum deponit, Caſtr. in l. quicunque in vltimis verbis, C. de ſer fug. Marſ. in praxi. crim. §. debetur, nu. 131. Marſ. ſing. 114. Alex. conſ. 197. in ſeptimo vol. Dec. conſil. 650 nu. 9. & conſ 56. nu. 4. ¶ Quibus tamen minimè obſtantibus poſt lūgam diſputationem inter nos habitam, maturato iudicio, & conſilio contrarium vnanimiter rotatum, & deciſum fuit, & per conſequens condemnatus fuit dictus reus dicto actori in ſummā petitam ex infraſcriptis rationibus, & cauſis. ¶ Et primò, quia repertum fuit ſolutionem factam per dictū Ambroſium reum in libris dicti Nicolai factam fuiſſe, & ſcriptam ſub nomine ſuo, & ad creditum ſuum, quod pariter atteſtatus fuit idem ſcriba in d. ſua teſtificatione, & in qua deſcriptione facta repertum fuit datum fuiſſe creditum ipſi Ambroſio ad cambium in ratione tot pro cētenatio. Quibus ſtantibus ſuccede-
4 bat regula, ex quo voluit ſentire † commodum ex dictis pecunijs ad eius partitam, & ſub nomine ſuo deſcriptis, pariter incommodū ex illis inſurgēs ſentire, & pati debebat, l. ſecundum naturā cū vulg. ff. de reg. iur. ¶ Secundò, quia non cōſtabat de aliquo mandato dato dicto Ambroſio, vt perſolueret dicto Nicolao dictas pecunias à dicto Benedicto actore, & propterea ſi voluit ſoluere nō creditori, id ſibi imputandum, cū damnum, q; ſenſit ex ſui facilitate, ſeu culpa ſibi, & non alteri imputari debet, l. damnū cuique ſuum, ff. de reg. iur. ¶ Non obſtant allegata in contrarium, & primò,

primò, quòd non fuerit probata intẽtio actoris:quia
reſpondetur ſatis probatum fuiſſe ex propria rei con-
feſſione, qua nulla eſt maior probatio, l.generaliter,
C.de nõ nu.pecu.Bal.in Auth.ſed nouo iur.C.ſi cert.
per.quod euidenter apparet ex qoo reus ipſe acquie-
uit petitioni ſibi factę,licèt oppoſuerit exceptionem
ſolutionis, in qua exceptione factus fuit actor,& tali
caſu non procedit diſpoſitio allegata,l.ſiquidem,quę
tantum procedit, quando reus negauit petitionem
5 actoris,& ſic præmittendo † negatiuam, ſecus autem
quando non præmiſit negatiuam, ſed reſpondendo
petitioni oppoſuit exceptionem pacti de non peten.
ſolutionis,compeoſatioois,& ſimilium,in quibus ex-
ceptionibus efficitur actor, & eas tenetur probare,l,
1.vbi Doct ff. de except.quia tali caſu confitetur an-
tecedens,ita declarat Salic.in dict.l.ſi quidem,& vbi
Vlſ.in verb.ſiquidem circa medium dicentis, ita in-
telligi all.l.non vtique,ff.de except.& ibi Bal.qui ita
declarat. ¶ Non obſtat, ꝙ ſoluerit ipſe reus de man-
dato actoris, & propterea cenſeri liberatus : quia re-
ſpondetur illud procedere,quando de mandato con-
ſtaſſet,ſed ſecus in caſu noſtro, in quo nullom mãda-
6 tum apparebat à creditore, & qui † allegat habere
mandarum,tenetur docere,cum ſit quid facti,& facta
non præſumontur,l.in bello, §.facti.de cap.poſtl.re-
uer.nec etiam à iure præſumitur quis habere manda-
tum etiam per mille annos, Alex.conſ.1.col.4.vol.4.
Pariſ. conſ 47.nu.38.vol.1.all.Bal.& alios in l.2.C.ſi.
ex fal.inſtru. Alex.in l. qui aliena in princip. col.1.ff.
de acq. hæred. ¶ Non obſtat ꝙ creditor ratam vide-
tur habuiſſe ſolutionem factam per ipſum reum, &
ratihabitionem retrotrahi:quia multipliciter reſpon-
detur.Et primò,ꝙ ille dicitur ratum babere aliquod,
qui legit,& vidit totum, & integrum actum eius no-
7 mine geſtum, quia ignorans † actum non poteſt,nec
dicitur illum ratificare,quia deficit conſenſus, & ra-
tihabitio non ſe extendit ad ignorata,ita Bal.in l.ob-
ſeruare.§.proficiſci in 4.q.ff.de off.Proconſ.& leg.&
in l.mater.C.de rei vend. Pariſ.conſ.43.nu.97.vol.1.
aliàs non poteſt quis ratum habere illud,ꝙ ignorat,&
neſcit,l.nec is, §.hæres inſtitutus in 5.not.nu 9.ff.de
acq.hæred.& ibi Bar.cum Iaſ.Pariſ.d.conſ.43 nu.97.
in 1.vol. ¶ Vltimò,quia actus ipſe non potuit dici ra-
tificatus ab actore ipſo, ex quo non fuit celebratus
8 ſub nomine ſuo, & † ratificatio non fit, niſi quando
actus eſt geſtus ſub nomine illius, qui facere debet
ratificationem, ita Doctor in c.ratum, extra de reg.
iur.in 6.Ang Areti.in §.is, qui,col. a.verſ.aut quæri
tur inſt.mand.Pariſ.optime d conſ.47.num.96.in d.
vol.1. ¶ Non obſtat, ꝙ capſerius atteſtetur Ambroſiũ
dixiſſe ſe ſoluiſſe nomine dicti Benedicti actoris,
quia eidem non poteſt, nec debet adhiberi fides,ſed
potius libro legali,& ſcripturæ mercatoris : & tantò
magis ex quo ipſe propriam turpitudinem ſuam alle-
gauit dicendo, ſe ſcripſiſſe vno modo, & poſt ſcri-
pturam ipſum Ambroſium aliter dixiſſe, ſcripſiſſet
ergo falſum ſi id verum fuiſſet, ideò eidem non cre-
ditur, Socin.conſ.254.col.5.ver.fortius, & in finali-
bus verbis conſilij, vbi declarat, quando liceat alle-
gare turpitudinem ſuoi,& oot.in l.tranſactione fini-
ta,C.de tranſact.l.aliàs, ff.de iure iur.Felin.in c.latet
9 extra de re iud.& eſt iuris clara concluſio, ꝙ † credi-
tur ſcripturæ, & per ea præſumitur, niſi doceatur de
errore aliquo, vel de falſitate ſcripturæ, & tunc non
ex coniectutis,& præſumptionibus, ſed per veras,in-
dubitatas, & legitimas probationes ſcriptura repro-
batur, c.cum Io.Heremita extra d.de fid.inſtr.Rom.
conſ.340. nume.11.verſ. prætereanon ex coniecturis
cum vulg & non eſt veriſimile, quòd ita dixerit Am-
broſius, ex quo partita reperiebatur ad commodum
ipſius,& ſic ad cambium ad rationem tot pro cent.&
ad creditum ſuum deſcripta, ergo &c. Et ſic ex bis
foit rotatum, & communiter deciſum in fauorem
actoris.Ad laudem, & gloriam Dei Patris omnipo-
tentis,& eius Beatiſſimæ Matris Virginis Mariæ.

DECISIO XCIII.

Qui non exigit pecunias remiſſas, nec prote-
ſtatur intra tempus à decreto ſtatutum, re-
manet obligatus inſolidùm, etiam ſi remiſ-
ſa ſit facta extra ciuitatem Genuæ.

SVMMARIVM.

*1 Contractus diſtractus,& ſolutio regulatur ſecun-
dùm leges loci,in quibus conficitur.*
2 Statutum an habeat vim extra territorium.
*3 Magiſtratus Genuæ etiam extra territorium te-
nentur ad obſeruantiam ſtatutorum.*
*4 Statutum quando recipiat latam interpretatio-
nem*
*5 Perſonæ ſubditæ ligantur à ſtatuto, etiam ſi exi-
ſtant extra territorium.*
*6 Poſita ad effectum executionis non alterant di-
ſpoſitionem, licèt declarent intentionem.*
7 Repugnantia non admittuntur.
*8 Debitor acceptans literas cambij ſoluendi vni
non poteſt amplius ſoluere domino.*
9 Ex literis cambij oritur duplex mandatum.
*10 Per vnum actum intelligitur renuntiatum actui
incompatibili.*
*11 Intereſſe,quod non cenſetur remiſſum ob proteſta-
tionem rei,ſeu facti principalis.*
12 Exemplatio quomodo debeat fieri.

DIVINO IMPLORATO SVBSIDIO.

NOMINE Ioannis Vſuſmaris vti cu-
ratoris hæreditatis olim Nicolai fra-
tris, & nomine Thomæ Caſtilioni vti
curatoris hæreditatis iaceotis Pauli
ſimiliter fratris præfati Ioannis data
fuit petitio coo tra Hieronymum Lomellinum, ſeu
eius procuratorem, quòd eis ſolueret vncias, N.cum
cum cambijs,& recambijs,& omni intereſſe decurſo
ex eo, quòd cùm olim præfatus Nicolaus remiſiſſet
per literam cambij directam Georgio Caluo dictam
ſummam ſoluendam per dictum Georgium reci-
piendam per dictum Hieronymum, & Antonium
Caluum die prima Iulij anni &c. ex Panormo in ci-
uitate Meſſanæ, poſtquam dictus Hieronymus præ-
ſentaſſet dictam literam, & eam acceptaſſet Hiero-
nymus, ipſam quantitatem pecuniarum d. Georgius
neglexit, adueniente tempore ſolutionis faciendæ
exigere, & proteſtationem facere infra duos menſes
de

de ſolutione non facta, prout tenebatur vigore de-
creti conditi anno, N. cuius decreti diſpoſitione ca-
uetur, quòd is, qui habet curam exigēdi literam cam-
bij ſibi directam ſi adueniente tempore ſolutionis nō
exigit, & proteſtationem de ea remiſſa non exacta
infra duos menſes facere omiſerit, teneatur inſoli-
dùm pro d. remiſſa, ſeu cambio, & recambio, prout
latius in eo dicitur. ¶ Super quā quidem petitione fa-
cta longo proceſſu, & diu, ac ſæpius inter Rotæ au-
ditores cauſa diſcuſſa, nos maiores numero fuimus
in hac ſententia, quòd dictus Hieronymus teneretur
ad dictam quantitatem cum cambio, & recambio,
alijs collegis diſſentientibus: Nam dictum decretum
habere locum in hoc caſu cenſuimus, & in eius verbis
actores habere intentionem ſuam fundatam, ex quo
non cōſtabat in proceſſu de proteſtatione aliqua fa-
cta per dictum Hieronymum, nec de aliqua diligen-
tia in exigendo dictum cambium, & remiſſam, &
quamuis diceretur præfatum decretum non ſe exten-
dere ad cambia, & remiſſas, quæ fierent extra territo-
1 rium ſtatuentium, quando † contractus regulatur ſe-
cundùm leges loci, in quibus conficitur, l. ſi fundus,
ff. de euictio. l. 1. ff. de vſu. Glo. ordinaria in l. 2 C. de
eo, quod cer. loco, & ita formant communiter Doct.
vt dicit Alex. in conſ 41. viſis, in col. 2. nu. 4. lib. 5. Io.
And. Innoc. & alij in rub. ext. de conſuet. & ſimiliter
diſtractus, & ſolutio ſupponitur legibus loci, in quo
eſt facienda, vt aſſerit communiter doctores velle in
l. cūctos populos, C. de Sum. Trin. & fid. Catho. Soc.
2 in conſ. 14. num. 6. lib. 4. & ſtatutum † non porrigit
ſuam vim extra territorium ſtatuentium, Doct. in l.
fi. ff. de iuriſd. omni, iud. cap. vt animarum, §. ſtatuto
de conſtit. in 6. Dec. in conſ. 359. Rimi. iun. in conſil.
41. num. 22. ¶ Attamen huiuſmodi decretum locum
habere etiam quo ad remiſſas extra territorium fa-
ctas ex pluribus viſum fuit, attento quòd inter Ge-
nuenſes agitur, & coram magiſtratu Genuenſi. Primò
quoniam adſunt plura ordinamenta ciuitatis, ex qui-
bus non videtur concedi, & permitti, vt huiuſmodi
decretum reſtringatur ad territorium ſtatuentium,
hoc eſt regulæ Rotæ, quibus mandatur nobis iudica-
re ſecundum ſtatuta Genuæ, & illis deficientibus ſe-
cundùm ius commune, & cap. 99. lib. 4. ſub rub. de
redd. iuſtit. & c. 82. li. 4. ſub rub. de prohib. intro. iuſt.
vbi quippiam tale iubetur, & ad hoc allegatur decre-
tum cōditum de anno, N. vbi cauetur, quòd iudices quo-
ties eis exhibetur aliquod decretum Genuæ, debent
illud obſeruare ſine vlla excuſatione, aut alia peregri-
na interpretatione, ſed purè, & ſincerè eius omnimo-
dam, & integram obſeruantiam omni ſtudio, & attē-
tione curare ſub pœna, de qua in eo continetur, vnde
non videtur licere, d. decretum ſpernere in hoc caſu
ſub hac excuſatione: quia remiſſa ſit facta extra terri-
torium, præſertim ſtante ſtatuto de extrinſeco intel-
lectu, quo prohibetur per ſubauditum iuris intelle-
ctum reſtringi ſtatutorum diſpoſitionem. Accedat
ſtatutum ſub rub. de capitulis à magiſt. obſeruan. lib.
3 4. c. 33. vbi vult magiſtratus † Genuæ teneri ad obſer-
uantiam capitulorum Genuæ, etiam vbilibet exiſtē-
tes extra territorium Genuæ ſub pœna, de qua ibi, ita
quòd non poſſint ſe excuſare, quòd in loco extra territoriū
aliæ leges vigeant, quod nihilominus debēt iudicare
ſecundùm ſtatuta Genuæ: & ſi illi, ergo & nos debe-
mus, & quidē multò magis iudicare ſecundùm decre-
tum Genuæ, non attento iure, vel conſuetudine loci,
in quo eſt factum cambium, & remiſſa. Item & aliud
ſtatutum ſub rub. ne quiſpiam laicus, lib. 4. c. 100. §.
& prædicta non vendicent, vbi euntes mercando, vel
nauigando poſſe de his, & pro his conueniri corā ſuo
iudice, prout diſponitur à iure communi extra terri-
torium Genuæ vult, ſed ſi ij exiſtant Genuæ, vult eos
conueniri ſecundùm formam capitulorum, & ordi-
namentorum Genuæ, & non aliter, niſi ex conuentio-
ne inter partes prædictas aliter actum fuiſſet, & ſub-
iicit, quòd dictum capitulū intelligatur ad literam: præ-
terquam ergo in caſu illo, quòd quis ſit de euntibus ad
mercandum, & conueniatur, ſeu ſit extra territorium,
omnes debent iudicari, & conueniri ſecundum ordi-
namenta Genuæ, & cum hoc oporteat (vt ibi diceba-
tur) intelligi ad literam, neceſſariò repellitur illa iuris
ſuppletio, quòd quia contractus ſit extra territorium
geſtus, aliter de communi iure veniat iudicandus, &
maximè quando expreſſim iſte caſus in d. ſtatuto po-
nitur, quòd ſcilicet contractus ſit geſtus extra terri-
torium, & nihilominus vult iudicari ſecundùm ordi-
namenta Genuæ, prætetquam in ſupradicto caſu ex-
cepto: Nam exceptio confirmat regulam in nō exce-
ptuatis, Bart. in l. ex his, ff. de legi. Doct. in rub. de reg.
iur. & in l. 1. ff. eod. & incluſio vnius eſt excluſio alte-
rius, c. nonne extra de præſump. l. cū prætor, ff. de iud.
¶ Ex quibus omnibus videtur indubitatum, quòd ſtatuē-
tes velint decreta, & ſtatuta obſeruari indiſtinctè non
habita ratione iuris communis, quòd cōtractus ſit geſtus
extra territorium, alioquin tot, & tantorum ſtatutorū
admonitio, & iuſſio de obſeruandis ſtatutis vacaret,
& fruſtra occuparet membranas, ſi huiuſmodi inter-
pretatio, & ſuppletio iuris foret admittēda, quod ne-
quaquam ferendum eſt, iuxta vulg. ¶ Secundo, ad hoc
moti fuimus quoniam ſtatuta, & decreta pœnalia li-
gant ciues, & ſubditos vbique exiſtentes, ſeu contra-
hentes, vt probat Io. de Amic. in conſ. 75. per totum,
4 & iſtud eſt tale, ergo &c. vel dic quòd ſtatutum, † quod
conditur, vt occurratur fraudibus cenſetur fauorabi-
le, & extenditur ad actum extra territorium geſtum,
& latam recipit interpretationem, etiam in materia
odioſa, vt latè probat Franc. Bec. in conſ. 62. n. 18. ſed
iſtud decretum, vt in eius præfatione recenſetur, eſt
conditum, vt occurratur fraudibus, quę in huiuſmodi
negotio cambiorum, & remiſſarum exigendarum fie-
bant, ergo eſt fauorabile, & extendendum ad cābia, &
remiſſas, quæ fiunt extra territorium: Nam ob publi-
cum bonum, & ad fauorem negotiationis cambiorū
fuit cōditum tale decretū, vt ex eius præfatione col-
ligitur, ex qua deprehēditur mens ſtatuentium, l. 1. ff.
ad Maced. l. ſi. ff. de hæred. inſtit. & quando ſtatutum
eſt fauorabile, quòd extendatur ad actum geſtum extra
territorium dixit Dec. in d. l. fin. ff. de iuris. omn. iud.
vbi atteſtatur in hoc eſſe communem, num. 14. Bald.
in conſi. 60. quædam ſoror, lib. 5. Rom in conſil. 39.
Ben. cap. in conſil. 21. Lud. Gom. in l. c. vt animarum.
§. ſtatuto, nu. 41. ext. de conſtit. in 6. Alex. in d. conſil.
41. Hipp. Marſ. in d. l. ſi. nu. 144. Rui. in conſ. 160. lib.
4. And. Tiraq. in tract. de leg. connubia. in Gl. 8. verſ.
ſoo. Marij. nume. 128. ¶ Tertiò, quòd ex ipſomet de-
creto colligitur, quòd ſtatuentes voluerint etiā pro ge-
ſtis extra territorium ligare, vel dum loquitur admo-
dum generaliter, vt ibi, quoduis cambium, & ibi, ex
quibuſuis mundi locis, & dum non dicit ad ciuitatem
Genuæ factas, ſed ſic indeterminatè loquitur, videtur
ſenſus d. decreti, quòd aliquis habēs exigere remiſſam, ex
quauis mūdi parte factā teneatur &c. & nō exprimen-
te ſtatuto in quo loco eſſe oporteat eū, qui habet talē
remiſſam exigere, neceſſe eſt intelligere indetermi-
natè, ac indiſtinctè, l. de pretio, ff. de pub. in rē: & vbi-
cūque ſit is, qui habet exigere remiſſam ex quauis mūdi
parte ſibi factā, debeat &c. diſpoſitio, & cēius decreti
ea

ex omni ſui parte æquè intelligatur generaliter,& in-
determinatè,ac vniformiter arg.l.iam hoc iure, ff.de
vulg.l.quamuis, C.de impub.& alijs.Quod & aper-
tius deprehenditur dum in fine dicti decreti dicitur,
quòd dictum decretum liget habitantes Genuæ in-
fra 15.dies, abſentes verò, & quos contigerit abeſſe
elapſis ſex menſibus:ex quo datur intelligi, quòd ab-
ſentes voluit ligari, quæ qualitas non poteſt eſſe ſine
ſubiecto,l.eius, qui.ff.ſi cert.pet.& ſi voluit abſentes
ligari, vtique ligari eos voluit pro geſtis extra terri-
torium,ſcilicet in locis,in quibus degunt à territorio
Genuenſi abſentes: Nam vix caſus dari poteſt,quòd
dum quis eſt abſens à territorio Genuenſi, exigat re-
miſſam in territorio Genuenſi, & iura,ac leges ada-
ptantur ad ea,quæ frequentius contingunt, l.nam ad
ea,ff.de leg.& non ad ea,quæ raò,vel nunquam poſ-
ſunt contingere,ſecundùm Doct.ibi:ex his ergo ver-
bis declaratur mens ſtatuentium, quòd voluerunt li-
gare pro cambijs,& remiſſis extra territorium ſactis,
5 & quando ſtatuentes volunt ligare † extra territo-
rium, non eſt dubium quin facere hoc poſſint quan-
tum ſit reſpectu perſonarum ſibi ſubditarum, l.2.&
ibi Bald.C.de enuc.l.mercatores,C.de merca.Hipp.
Mari.in d.l.fin.num.142.& 144.Alex.d.conſil.41 vi-
ſis,nu.6.lib.5.And.Tiraq.vbi ſupra.¶ Nec obſtat di-
6 cere, quòd quæ † apponuntur ad effectum executio-
nis,non augent, nec alterant diſpoſitionem Clem.1.
de præben.& ibi Io. de Imo. Dec.in conſ.413. nu.8.
in col.fin.Nam reſpondetur,quòd appoſita in execu-
tiuis declarant mentem diſponentis, Ruin.in conſil.
71.num.33.lib.3.Bald.in l.eam quam, C.de fideicom.
Iaſ.in conſ.56.in lib.3.Curt.Iun.in conſ.155.Soc.iun.
in conſ. 93 num.28.verſ.& ex hoc quarta,lib.3.Ideo
verba appoſita ad effectum,vt ſciatur,à quo tempore
debet incipere vigor,& obſeruantia dicti decreti,de-
clarant mentem ſtatuentium,quorum reſpectu debet
illud decretum obſeruari ſtantibus præſertim ſupra
conſideratis.¶ Sicque firmata actorum intentione vi-
ſum fuit aliqua pro reo deducta non obſtare. Et pri-
mò fœdera pacis inter Genuenſes, & Reges Catho-
licos inita,quoniam ea non habent locum, cum Ge-
nuenſis a Genuenſi eoram magiſtratu Genuenſi con-
uenitur,& maximè in ciuitate Genuæ,iſta poſſent al-
legari ſi eſſet lis inter ſubditos Maieſtatis Catholicę,
& Genuenſes.¶ Secundò, quòd allegatur in Meſſana
non fieri proteſtationem prædictam, nec obſeruari
huiuſmodi decretum, non obſtat, quando hoc iudi-
cium fit in ciuitate Genuę,& coram Rota,quæ debet
iudicare ſecundùm decreta Genuæ & non ſecundùm
conſuetudinem,vel ius aliorum locorum, vt patet ex
prædictis.¶ Tertiò, quòd dictum decretum non fue-
rit obſeruatum,reſpondetur, quòd per proceſſum,&
ſententiam nobis exhibitam appatet de illius obſer-
uantia. ¶ Quartò dum allegatur per d.decretum re-
quiri, quòd interſit agentis non fuiſſe factam d.pro-
teſtationem,& in proceſſu non eſſe probatum de ali-
quo intereſſe agentium, & ſic eos obtinere non poſſe
non probata,& requiſita qualitate ſtatuti,iuxta vulg.
reſpondetur, quòd ſi dictum decretum loquitur de
intereſſe, eo quòd interfuerit agentis remiſſam eſſe
exactam,quia ad ipſum pertinuerit d.remiſſa,in pro-
ceſſu apparet de iſto intereſſe dictorum agentium,
quòd ſcilicet dicta remiſſa pertinuerit ad dictum Ni-
colaum,& eius hæredes, ſeu hæreditatem, quæ ſcri-
pturæ publicæ exhibitæ de ceſſione, & retroceſſione
dictæ literæ cambij hoc dicunt, & d.Hieronymus id
in eis declarauit, ergo &c. Sed ſi dicatur non loqui
dictum decretum de hoc intereſſe, ſed de alio, ſcili-
cet de intereſſe, quia velit proteſtari obmittentem
teneri eatenus,quatenus ille debitor fuerit factus non
ſoluendo,& non idoneus ad ſoluendum, & hoc inte-
reſſe debuerit probari, fatemur iſtud non fuiſſe pro-
batum, ſed negamus dictum decretum de huiuſmodi
intereſſe intelligi poſſe,quoniam adinuicem hæc ſibi
aduerſarentur, ſcilicet quòd quis obligetur inſolidū,
vt in d.decreto dicitur, vel quòd teneatur eatenus,
quatenus alter effectus fuerit non idoneus: iſtæ ſunt
ſpecies obligationum contrariæ, & diuerſæ,l.fin.ff.ſi
cert.pet.l ſi quis ſtip.ſit Stichum, §.fin.ff.de verbor.
oblig.Dec.in l.cum fundus, §. ſeruum ſuum impru-
dens, ff.ſi cert.per. ergo de iſto intereſſe non poteſt
7 intelligi.quoniam † repugnantia non admittuntur,l.
vbi repugnantia de reg.iur.l.1.& ibi oo.C.de fur.cum
concord.¶ Quintò,dum negatur conſtare de dicta li-
tera cambij, quia eius exemplatio producta non erat
ſolennis facta parte non citata, reſpódetur,quòd hoc
inficiari nequit, quia dictus Hieronymus in inſtru-
mento ceſſionis per ipſum factæ Fliſco, & Interiano
de ordine, & mandato Pauli Vſuſmaris totum ferè
tenorem dictæ literæ recenſet,& fatetur cedendo iu-
ra dictæ literæ cambij, prout latius in eo, Item quia
dicta litera cambij fuit recognita in actis per olim
Georgium præfatum, qui fuit condemnatus pro cō-
tentis in d.litera præfatis de Vſuſmaris in iudicio per
eos moto contra dictum Geor.ex cauſa dictæ literæ,
cuius proceſſus exhibitus fuit per reum, & creditur
exemplo, cum originalis poteſt eſſe penes alteram
partem,Doct in Auth.ſi quis in aliquo,C.de eden.&
iſta exemplatio fuit facta ad inſtantiam retroceden-
tium, & ſic eorum, qui habent cauſam à d. Hierony-
mo, ideo eius fides non debet in dubium refricari.
¶ Sextò,dum negatur dictum Hieronymum ſuſcepiſ-
ſe curam exigendi dictam literam cambij, reſponde-
tur,quòd hoc non poteſt inficiari, quoniam eo ipſo,
quòd quis recepit mandatum, dicitur acceptaſſe cu-
ram,& onus faciendi id,quod mandatur,Clem.1.ext.
de procur.Rip.in c.cum M.Ferr.num.130.extr.de cō-
ſtit.ad trad.per Ruin.in conſ.44.in col.2.lib.1.ſic re-
cipiens literam cambij, per quam ei debet ſolui ali-
quid,cenſetur acceptare onus exigendi pecuniam,de
8 qua in ea & hoc maximè eſt verum poſtquam † præ-
ſentauit dictam literam debitori, & ille ſibi promiſit
ſoluere, quo facto non poteſt amplius dici res inte-
gra, quoniam ſibi quæritur actio pro dicto cambio,
adeò quòd amplius non poſſet illi domino ſoluere,&
mandatum efficitur irreuocabile,Bald.in rub.de con-
ſtit.pec,Soc.in conſ.68.in 3.lib.Iaſ.in l.admonendi,
num.124.ff.de iur.iur.Bald.in conſ.348.in col.1.lib.
9 1.vnde dicitur,quòd ex † litera cambij oritur duplex
mandatum, alterum erga perſonam, quæ debet ſol-
uere,alterū verò erga illū, qui debet pecuniam reci-
pere,Pau.de Caſt.in l.ſi verò procuratore in princ.ff.
de ſolut & vtrunque inchoatur eo ipſo, quòd litera
cambij præſentatur debitori, & debitor eam acce-
ptando promittit ei ſoluere, & inchoatum non per-
ficere eſt dolus,l.dolus,ff.mand.cum concord. ¶ Se-
ptima difficultas fuit, quàm nos ipſi mouimus ex eo,
qd.olim Paulus mādauit.d.Hieronymo,quòd cede-
ret ius,& actionem d.literæ cambij Fliſco,& Interia-
no,& mox à præfatis Fliſco, & Interiano ipſe Paulus
acceptauit retroceſſionem nomine hæredum dicti
quondam Nicolai, & videbatur præiudicaſſe dictis
hæredib.ſeu hæreditati d.quondam Nicolai reſpectu
actionis, quæ potuiſſet competere contra dictum
Hieronymum reſpectu negligentiæ per eum com-
miſſæ in non exigendo, & non faciendo d.proteſta-
tionem,

Digitized by Google

tionem, arg. plurium iurium, vt l. quòd ſi nolit, §. in factum, & ibi no. ff. de ædil. edict. l penult. §. fin. ff. de vocat & excuſ mun. & trad. per Rai. in conſ. 156. nu. 14 lib. 3. & in conſ. 151. eod. l. commiſſoriæ, C. de pact. in ter. emp. l. poſt diem, ff. de leg. commiſſ. Bald. in conſ. 108. iſte qui, lib 5. Aym. Crau. in conſil. 74. Doct in l. 2. C. de iure empli cum multis alus ſimilib. his tamen fuit reſponſum, quòd d. iura, & ſimilia procedunt, vbi actus ſimul compati nequeunt, tunc per
10 † vnum cenſetur renunciatum alteri, ſicut dicitur priuilegio præiudicari per actum ei contrarium, Feli. in c. cùm acceſſiſſent ext. de conſt. ſed vbi ſimul compatiuntur ſecus, & in hoc caſu, cum vigore dicti decreti d. olim Nicolaus haberet duos obligatos inſolidum, ſcilicet d. Georgium, & d. Hieronymum ob proteſtationem omiſſam, potuit vt dominus accipere actionẽ contra d. Georgium mediante d. ceſſione, & eum cõuenire, vt debitorem creatum de re ſua, pro vt conuenit eum, ſub tamen proteſtatione ſine præiudicio iurium ſuorum, contra d. Hieronymum, vel alios ſibi competentium, & retinere actionem, & ius ſibi competens contra d. Hieronymum: per illum ergo actum nõ cenſetur præiudicatum iuribus d. hæreditatis: Nã & aliàs quis cedendo actionem domino quæſitam ex illius re non liberatur ab eo, quòd proprio facto cepit debere, l. Nam & ſeruus, §. fi. ff. de neg. geſt. iuncta l. quod debetur, ff. de pecul. l. ſi is apud. ff. depoſi. cum concord. Nam vltra actionem debet etiam præſtare quicquid detrimenti ſua negligentia domino intulit, dicitur in d. § fin. & quod iure actionis debetur, etiã ſi ſit intereſſe ob negligentiam partis cauſatum non
11 † cẽſetur remiſſum ob proteſtationem rei facti principalis, Doct. in l. fi. ff. de eo, quòd cer. loco, Bart. in l. exhibitiones, C. loca. Meritò igitur nobis viſum fuit per factum d. ceſſionis, & iudicij moti, & per acta cõtra d. Georgium non fuiſſe præiudicatum d. hæreditati, quo ad actionem contra d. Hieronymum competentem, & vigore dicti decreti, nec remiſſam cenſeri, quia nemo præſumitur iactare ſuum, l. cum de indebito, ff. de prob. cum concord. ¶ Octauò de partita banci hæredum Fran. Anſalon. in qua re cenſetur de ordine d. olim Pauli fuiſſe ſolutas vncias, N. præfato Hieronymo Lomellino à Io. Fliſco, & Bap. Interiano pro reſto omnium computorũ inter d. partes, vndè aliud inter ſeſe prætendi non poſſe videtur, Pau. de Caſt. in l. 2. C. de hęred. inſtit. Glo. in l. ſi ex plurib. ff. de ſolut. Rom. in ſing. 699. Dec. in l. creditori, C. de pact. Non obſtare etiam viſum fuit, quoniam d. ordinem, & mandatum d. olim Pauli reus non probabat, pro vt probandum erat, cum ſit quid facti, l. conſ. §. ſi ff. de curat furio l. in libello, §. factæ, ff de capt. & poſtlim. reu. Nec quædam capitula extracta, & tranſumpta, vt dicebatur ex duab. epiſtolis d. olim Pauli probabant hoc, quoniam exemplatio, & tranſumptio fuerat de eis facta parte non citata, non inſpectis d. epiſtolis per magiſtratum aliquem, ſed dumtaxat per notarium, & vigore depoſitionis teſtium, qui ex ſua opinione, & non per aliquam aliam rationem deponebãt, eſſe manu dicti olim Pauli: vnde multiplex reſultabat defectus quominus eis crederetur, quoniam
12 exemplario † debet fieri parte citata, item auctoritate magiſtratus, Doct. in cap. fin. extr. de fid. inſtr. & in Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. & in c. Albericus ext. de teſti. & quòd ſit plenè probata manus, & literatura dictarum epiſtolarum ſecundùm Doct. in dictis locis: defectus enim fidei in originali facit, vt nec credatur exemplato ad trad. per Haim. Crau. in conſi. 6. nume. 67. verſ. non obſtat teſtimonium. Accedat, quòd dictæ epiſtolæ integraliter debebant exemplari, & non pars earum, ad not. in l. inciuile, ff. de legib. ſimiliter poterat dubitari de ipſius partię extractione, an eſſet in forma probanti, iuxta prædicta. ¶ Non obſtat etiam quod diceretur non cẽleri dictum Hieronymum, ceſſiſſe contra ſeipſum, Deci. in conſ. 104. quoniam non conuenitur actione ceſſa, ſed actione ex dicto decreto competenti dic. hæreditati, ſeu hæredibus dic. olim Nicolai. ¶ Et demum non obſtare viſum fuit, quòd diceretur dict. Ioannem, & dic. olim Paulum adiuiſſe hæreditatem dic. olim Nicolai vt docebatur ex proceſſu agitato per præfatos, vt hæredes contra dict. Georgium exhibito per reum in præſenti iudicio, & ſic non poſſe nunc agi per dict. Ioan. vti curatorem hæreditatis iacentis prædicti olim Nicolai, cum non ſit amplius iacẽs: quoniam ſtatutum ſub rubric. de curato. generalibus vult quod dari poſſit curator, etiam ſi per prius fuiſſet hæreditas addita ad faciliorem cauſarum expeditionem cum ergo fuiſſet conſtitutus curator d. Ioann. d. hæreditatis inſtantib. aliquib. creditorib. & ipſe acceptaſſet d. curam ſine præiudicio, &c & poterat legitimè conueniri à creditorib. hæreditatis, cur non etiam & agere? qui aliter dicit legem oſtendat oportet. l. illam. C. de collat. & tantò magis quia in dubio debet pronũciari pro validitate actus. l. quoties. ff de reb. dub. l. quoties de reg. iur. & ibi not. & ſtante quòd d. Ioannes ratificauit dictum iudicium, & acta etiam tanquam hæres, vt ſicut valet iudicium ad ſui præiudicium, ita debet valere ad ſui fauorem: nec quod hîc nomine curatorio fuerit illud iudicium peractum poteſt verti præiudiciũ alicuius, adeo quod non poteſt dici, quòd poſſet allegari quando quis ſciret alium eſſe hæredem, & ſubreptitiè faceret dare curatorem hæreditati, vti iacenti, cum quo poſtea colluderet ad præiudicium hæredis: quo caſu fortè poſſet obiici, quòd ſciens eſſe hæredem non potuerit facere dari curatorem hæreditati, & cum eo iudicium peragere malitioſè in pręiudicium hæredis: & propterea iſta obiectio non vrgere nobis viſa fuit. Ex quibus omnibus viſum fuit intentionem, agentium fundatam, vt ſuprà, non elidi illis exceptionibus, & difficultatibus oppoſitis, & ideo dictum Hieronymum condemnandum fuiſſe, prout condemnauimus iuxta diſpoſitionem pręallegati decreti. Laus Deo.

DECISIO XCIIII.

Teſtibus, qui ſimplicem operãm in deferendo præſtiterunt, creditur de facto proprio.

SVMMARIVM.

1 Deponentib. ad ſui exonerationem non creditur.
2 Mandati actione obſtrictus non eſt idoneus teſtis de facto proprio.

Diuino implorato ſubſidio.

IN cauſa Iacobi Anerij petentis pecias, N. taxetarum a Baptiſta Anerio, contra teſtes deponentes de ipſarum conſignatione fuit oppoſitum, quòd omnes, vel ferè omnes tractabant de
1 ſe exonerando, † & ideo eis non erat credendum ad tradita per Bartol. in l. deferre. ff. de iure fiſ. Alex. in

conſi.28.in col.3.in ptio & in conſ.32.num. 6.lib.6.
Soc.io conſi.57.ſub nu 44.lib.4.Deciſ.in conſ. 256.
nu.7.Aymo.Ciau.in conſ.99.num. 1 & in conſ.112.
Cano. in c. inſuper, & in c.cum à nobis ext. de te-
ſtib.Doct.in l.omnib.C.eod.tit.cooclusimus tamen
eis fore credendum, quoniam prædicta procedunt
quando illi, qui deponunt ſe portaſſe aliquid alicui,
& munus deportandi, & conſignandi ſuſceperant,
3 & mandati † actione poterant adſtringi, ſecus eſt
quo ad alios,qui ſimplicem operam in deferẽdo præ-
ſtiterunt,hi nulla mandati actione adſtringuntur, &
nullum commodum ex eorum depoſitione ſunt rece
pturi,vt ſuot baiuli, his non eſt cur minus credatur,
deponẽtib. aliquid ſe detuliſſe alicui,Sal.in l.omnib.
in fi.C.de teſtib.And.Barb.in conſ.77.li.3.Prat. Pap.
in form.oppo.com.teſt.verſ.in facto eorum proprio,
nu.7.Boſſi.in tit.oppo.comm.teſt.ou.57.Itaque cõ-
demnauimus memoratum Baptiſtam ad earum reſti-
tutionem ſi extarent, ſio minus ad earum pretium
iuxta liquidationem in proceſſu factam, concurren-
tib.præſertim aliis coniecturis pro præfata conſigna-
tione, vt vix poterat inficiari, vt ex ipſo proceſſu
patet.Laus Deo.

DECISIO XCV.

Confitẽs ſe debitorem de certa ſumma, & nõ de maiori tenetur ad ſummam confeſſam abſque eo,quòd liberetur à ſupra pluri.

SVMMARIVM.

1 *Quis poteſt oblationi, & confeſſioni conditionem, & qualitatem, quam vult apponere.*

2 *Confeſſio, & oblatio non poteſt acceptari, niſi cum ſua qualitate.*

3 *Confeſſio an pro parte tantum acceptari poſſit, & quando.*

4 *Quitare quis non tenetur, niſi de receptis.*

CVm Baptiſta, & Coſmus Monſia ſe
obligaſſent inſtrumento publico Be-
nedicto Gatto de bona adminiſtratio
ne Gaſparis eorum fratris gerentis io
ciuitate Meſſanæ negotia dicti Bene-
dicti,& dictus Gaſpar ſcripſiſſet literam d. Benedi-
cto,quòd haberet pro exactis vncias, N.ex eius mer-
cib.quas recipere deberet à præfatis fratribus,& dic.
Benedictus in iudicio vigore d. literæ interpellaſſet,
& requiſiuiſſet eos, an vellent dictam ſummam ſolue
re. Præfati fratres reſpoodendo libello dixerunt, ſe
non recuſare teneri de bona adminiſtratione dicto
Benedi pro eorum fratre,& ſe paratos eſſe ſoluere d.
ſummam,dummodo eis fieret quietatio, & liberatio
generalis à tota adminiſtratione d. Gaſparis eorum
fratris,& fecerũt depoſitum in curia de d.vnciis, N.
quas dixerunt eſſe pro reliquatu totius adminiſtra-
tioois prædictæ, mandantes illa ſolui d. Benedicto,
dũmodo faceret ante d.quietationem,Benedictus au
tem recuſauit prædictum depoſitum recipere ſtante
d.conditione petendo d.reos in prædictis condem-
nari,tam vigore eorum ſupradictæ cõfeſſionis, quàm
vigore præfatæ literæ, reis verò contradicentib. fuit
in Rota dubitatum,quid iuris? Nam dicebatur vigo-
re dictæ literæ eos condemnari non poſſe: quoniam
non fuerat plenè probata vel ſecundùm iuris diſpoſi-
tionem, vel ſecundùm ciuitatis conſuetudinem,cum
non dicerent teſtes ſuper ea deponentes ſe vidiſſe
d. Gaſparem vnquam ſcribere,nec etiam vigore d.
confeſſionis,oblationis,vel depoſiti, ex quo d.Bene-
dictus recuſabat ei ſtare, vel acceptare cum illa con-
ditione,& qualitate,ſub qua illi fecerãt, quandoqui-
1 dem fas ſit † oblationi ſuæ, & confeſſioni apponere
conditionem & qualitatem, & pars aduerſa nequeat
in ea ſe fundare,niſi totã cum ſua qualitate acceptet.
2 Alex.in conſi.222.nu.16.lib.2.nec† confeſſio quali-
ficata poteſt diuidi,ſed vt in totum acceptetur, vel in
totum repudietur neceſſe eſt,Bar.in l.Aurelius,§.idẽ
quæſiit.ff.de libe. leg. Boër.in deciſ.243. & in deciſ.
319.¶Rota condemnauit his oon obſtantib.d. reos
in petitis:Nam omiſſo,an de more videretur d. litera
Gaſparis probata eſſe eius manu, tenuit coofiteri tot
deberi,& non plus,non eſſe confeſſionem conditio-
natam,vel qualificatam,& ideo ſciodi poſſe, accep-
tando,quod tot debeantur,& negando, quòd plus nõ
debeãtur,vt per Bal.Sali.Iaſ.& And.Alcia.in l. ſi qui-
dẽ.C.de tranſact.qui hoc dicuot reſpondentes doctri
næ Bart.in d.§.idem quæſiit, idẽ vult Iaſ.in l.1.in col.
4.C.ſi quis iuſdi. non obtem. & licèt Rimioal.in d.l.
ſi quidem contra argumentetur, non tamen hoc im-
pugnat,ſed relinquit amplius cogitandum: ideo eius
argumento non fuit recedendũ à cæterorũ ſententia,
quæ eſt in terminis huius caſus.¶Præterea vtrum cõ-
3 feſſio† pro parte poſſit acceptari, & pro parte reſpui,
pẽdet ab arbitrio boni iudicis.l.Publia.§.fi.ff.depoſ.
adeo quòd ſi viget aduerſum confitentem præſum-
ptio, debet iudex acceptare illius coofeſſionem ſim-
pliciter,reiecta conditione, vel qualitate illi per ip-
ſum appoſita.Bar.in d.§.idem quæſiit,Hier.Grat.io
conſi 6.in lib.1.& in conſ.58.eod.lib. & Menoch. in
lib.de arbitr.c.93.lib.2.Alex.io conſ.2.ex oarratis,n.
12.verſi. & non obſtat ſi dicatur,lib.4.& in iſto caſu
omois præſumptio erat contra d.reos,quoniam io d.
litera vtcunque negaretur,probata continebatur plu
ra negotia d Gaſparem feciſſe,ex quib.plura nomina
debitorum exegerat,licèt ea diceret eſſe parum exi-
gibilia, & d.litera extraiudicialiter non inficiebatur
eſſe manu d.Gaſparis,& propterea hęc reſolutio tao-
tò magis facienda fuit, quippe cùm non modò con-
tra reos vrgeret præſumptio, verùm etiam ipſa veri-
tas negotij oobis cognita, ſi non ſatis ſecundum or-
dinem iuris,vel iudicij, atque ſecundum coonſcientiã
noſtram ſatis plenè.Nec fuit cogendus d.Benedictus
4 ad faciendum quietationem,& † liberatiooem gene-
ralem,ſed duntaxat de receptis,quoniam iuris diſpo-
ſitio refragatur, quod quis cogatur ad facieodum
quietationem, & liberationem generalem Paul. de
Caſtr.Bar.& alij in l.cum Aquilianã.ff. de tranſactio.
Laus Deo.

DECISIO XCVI.

Debitor ſummę per abacum ſuper fogliacio, ſeu appapiru nõ ſcripta partita ad formam libri,tenetur,licèt ad reddendam rationem fogliacia, ſeu appapirus non admittantur, ſed exhibendi ſint libri.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ continentes rationem vt admittantur, quid requiratur.*
2 *Significatio rei fieri debet nomine ſolito.*
3 *Vox, & ſignificatum ſunt vt materia, & forma.*
4 *Notæ literarum an ſint ſignificatiuæ.*
5 *Mercatorũ cauſæ debent de bono, & æquo dirimi.*
6 *Subſcribens ſibi præiudicat.*
7 *Abacus ex communi vſu ſcribendi admittit loco verborum.*
8 *Zifræ, & figuræ pro verbis ſupplent.*

HIeronymus Vigleuanus vti hęres Bernardi petiit à Ioan. & Auguſtino Spinulis vti hæredibus Nicolai eorum patris libras, N. ſcriptas in quodam fogliacio, ſeu appapiru per abacum, & ſubſcriptas manu dicti Nicolai. ¶ Dubitatum eſt an illi foghacio ſtandum eſſet, & dubitationis ratio fuit, quia non eſt ſtandum fogliaciis, nec perfunctoriis ſcripturis, ſed codicibus ſolenniter, & more conſueto confectis, Bal. conſilio 353. ad euidentiam pręmittendum, lib. 1. Petr. de Vbal. in tract. de duobus fratribus, in 12. part. princip. num. 6. & 7. Martianus conſil. 2. num. 26. & nume. 58. cum duobus ſequentibus,
1 vbi enumerat alia requiſita ad hoc, vt † ſcripturę continentes rationem fidem mereantur, quæ in caſu noſtro deficere videntur ¶ Secundò videtur illæ ſcripturæ fidem minuere, quia eſt ſcripta per abachum, in quo facilè fraus committi poteſt per adiectionẽ, diminutionem, vel alterationem vnius literæ, arg. l. 1. C. de formul. & impetrat. ibi aucupatione ſyllabarum inſidiantes, quinimò non videtur abacus aptus ad ſignificandum illam ſummam, ſeu partitam, cum ad id ſint inuenta nomina, quibus illa poterat ſignifi-
2 cari, & † qui aliquid ſentit, nomine, quo id nuncupari ſolet, vti debet, l. Labeo, §. idem Tubero de ſuppel. leg. nec videtur potuiſſe literis vti ad importandam vim verborum, quia vox, & eius ſignificatum ſunt tanquam materia, & forma, Bal. in l. ius ciuile, col. 2. de iuſt. & iure & cum oporteat in vnaquaque re materiã
3 & formam conuenire, ita & † in vocibus debet ſignificatum tanquam forma congruere voci tanquã materiæ, Brun. in tract. de for. in tit. de conuen. mat. & for. fo. 14. verſic. idem videmus, vbi per hoc infert ad
4 rationem: quare † per A, & per B, non poſſint repręſentari promittis promitto, de qua quæſtione tradunt Doct in l. 1. de verborum obligationibus, & in §. in hac inſtit. eod tit. vbi Nouius atteſtatur de communi. ¶ His argumentationibus non obſtantibus illi fogliacio, ſeu appapiru ſtandum eſſe cenſuimus, & dictos fratres Spinulos ad ſummam in eo deſcriptam condemnauimus, habentes prius præ oculis, quod agebatur de ſcriptura mercatoris, quorum mercato-
5 rum † cauſæ debent ex bono, & æquo dirimi, pro vt ex bono, & æquo iidem ſua negotia pertractãt, Ang. conſilio 79. ſuper 1. puncto, Fulgos. conſ. 7. col. 15. in princ. Rip. in rub. de verb. oblig. num. 40. Pariſ. conſ. 88. nu. 3. & ſeq. lib. 1. Strac. in tract. quo in cauſa merc. proced. ſit partic. vlt. fo. 475. Marant. in 9. diſt. princ. iud. par. 4. nu. 48. Itemque conſiderantes illud fogliacium continere data, & accepta, & eſſe ſcriptum in forma rationum, vt requiritur ad inducendam probationem, Bald. in l. rationem 1. col. in fin. C. de probat. Paul. de Caſt. in l. admonẽdi, col. fin. vbi latiſſimè Iaſ. & Rip. de iur. iur. & poſtremò, quod illud fogliacium, ſeu illa partita, quæ petebatur, fuerat ſubſcripta per d. Nicolaum, & recognita per eius hæredes: Nam
6 illa † ſubſcriptio ſic recognita facit, vt Nicolaus ſibi, ſuiſq; hæredibus in ſupradictis præiudicauerit, Ang. Imo. Caſtr. Aret. Alex. & fuſiſſimè Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus de verb. oblig. Rip. in l. admonendi, num. 97. de iur. iur. eò magis, quòd ipſe Nicolaus ſua manu ſe ſubſcripſerat debitorem, Iac. de pœn. poſt Glo. in l. inter cartulas, C. de conuen. fiſc. deb. lib. 10. Crau. fere in terminis, conſ. 73. num. 39. & 40. ¶ Nec mouent adducta in oppoſitum: Nam vbicunque quis adminiſtrat bona alicuius, ſi is velit reddere rationem de adminiſtratis ſuper fogliaciis, non erit audiendus: quia tunc ſunt exibendi libri rationũ benè confecti, ita procedit conſ. Bal. & aliæ auctoritates citatæ, & quæ traduntur per Rip. in l. admonendi, num. 115. & ſeq. & per alios ibi, ſed nos agimus de vna partita, ſeu ſumma debita, quæ nihil impedit, quin poſſit probare in vna pagina, l. Publia. §. fi. ff depoſiti, §. ſi quis igitur, Auth. de inſtru. caut. & fid. Bart. in l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab. & in l. nuda, de donat. num. 6. & ſeq. vlterius non loquitur Bald. nec qui eum ſequũtur de fogliacio ſubſcripto, & recognito à parte, pro vt in caſu noſtro cadit, quæ ſubſcriptio operatur approbationem debiti, vt dictum fuit.
7 ¶ Non officit etiam quod dicebatur de † abaco, quia vſus communis ſcribendi illum approbat, & admittit loco verborum, & talem vſum improbare non debemus, latè Alciat. lib. 2 de verb. ſig fo. 45. & 46. Bar. in l. Labeo de ſuppellec. leg. neque. n. facienda eſt vis in figura literarum, ſed in voce, quę per eas exprimatur, l. non figura de act. & oblig. an autem vox exprimatur potius per literas abacus, quàm per literas, ſeu dictiones extenſas, non eſt facienda vis: quia rebus non verbis leges ſunt impoſitæ, l. 2. C. communia de leg. & vt non curamus de verbis, quãdo mentem habemus, l. 3. C. de lib. præt. vbi Alex. & Iaſ. Pariſ conſ. 2. num. 57. in 3. ita non eſt curandum de literis, vel verbis ſcriptis, modò ex eis percipi poſſit, quid inferre velimus. ¶ Non obſtat, quòd in huiuſmodi literis ſit facilis alteratio, & fraudis commiſſio: Nam an illæ literæ fuerint alteratæ, inſpectio ipſarum nobis oſtendit, arg. l. ſi eruptione, §. fin. reg. & arbitrati ſumus illas non fuiſſe alteratas, cum id noſtro arbitrio eſſet poſitum, Menoch. de arbit. iud. caſu 187. cent. 2. num. 35. & 36. ceſſat etiã ratio l. Labeo, §. idem Tubero, quia aliud eſt, quòd quis vtatur nomine ad vnum demonſtandũ inuento, vt demonſtret aliud, & hoc facere non licèt, aliud an vſu recipiatur, vt literæ fungantur vice verborum, & hoc nihil impedit quin licitè fiat, cùm vi-
8 deamus † etiam zifras apud Principes, & alios, & formas animalium, aliarumq; rerum, vt apud Ægyptios pro verbis ſupplere, Cæl. Rodig. libro lect. antiq. 29. tom. 3. fol. 640. non releuat pariter quod dicitur de conuenientia materiæ, & formæ inter vocem, & ſignificatum, quia ſtante vſu, quòd literæ illæ vim verborum ſortiantur, habent quoque ſignificatum ipſis cõueniẽs, & ſic materia congruit formę. Et ita vt ſuprà iudicatum fuit ad Dei gloriam.

DECISIO XCVII.

Expendentes nomen inſimul tenentur inſolidum erga creditores.

SVMMARIVM.

1 Sciens nomen ſuum expendi, & non contradicens ſibi præiudicat.
2 Contractus legem recipiunt tam ex conuentione, quàm ex legis diſpoſitione.
3 Proxenetæ an ſint idonei teſtes ante completum contractum.
4 Sed perfecto contractu ſic.
5 Iuuenis ſeu actor eſt idoneus teſtis.
6 Teſtes minus idonei probant, cùm ex alijs adminiculis corroborantur.
7 Duo qui negotiantur, vt duo rei inſolidum conueniri poſſunt.
8 Socius tenetur ſocio pro rata, ſed alijs inſolidùm.
9 Quilibet tenetur ad reſtitutionem pecuniarum in ſuam vtilitatem verſarum.
10. Quæ requirantur in cedulis, & quæ in epiſtolis.
11 Fundans ſe in tempore tenetur illud probare.
12 Probans extrema intelligitur probaſſe media.
13 Plures ſubſcribentes tenentur pro virili.

SOLI IVSTITIÆ MENTEM
NOSTRAM ILLVMINET.

QVAM plures rationes induxerunt Rotam ad condemnandum Baptiſtam
Interianum, & Bartholomæum Lercarium inſolidum ad petita per Franciſcũ, & Io. Baptiſtam de Auria, vt ex
ſententia vnanimiter lata conſtat. In primis, quoniã
ex conſuetudine inueterata receptum eſt hac in ciuitate, quæ viget, & valet ſecundum Bal. in rub. C. de
excr. act. circa fin. Pariſ. conſ. 93. num. 8. & ſemper ita
per Rotam fuit iudicatum, vt ex pluribus deciſionibus notiſſimum eſt, quòd quando duo, vel plures ex-
1 pendunt † nomẽ inſimul, quilibet tenetur, & obliga-
tur inſolidum, idem etiam iure diſpoſitum eſſe videmus per Bar. in l. eãdem. q. 7. ff. de duo. reis, vbi Imol.
eſt autem per teſtes probatum, prædictos reos conuentos fuiſſe ſocios, & idem nomen expendiſſe, &
ſubſcripſiſſe, quia Bartholomæus ſubſcribebat nomen ſuum, & Baptiſtæ coniunctim, & è contrà Baptiſta nomen ſuum, & Bartholomæi, vt per quàmplures literas exhibitas, & recognitas plenè demonſtratum fuit, ſcientibus, & patientibus dictis ſociis, vt
2 † nullum dubium ſit, quin inſolidùm obligarentur: ex
quo enim ſciuit Interianus, vt probatum eſt ſciuiſſe,
& non contradixit, ſibi præiudicauit, Glo. in c. cum
olim 1. in verſi. protinus, extra de off. deleg. Strachæ,
in tit. de mand. in prin. nume. 18. vbi expreſſè hoc firmat. ¶ Secundò contractus tam ex conuentione partium recipiunt. l. 1. §. ſi conueniat. ff. de po. l. legem,
C. de pact. Glo. 2. in c. vlt. extra de po. l. contractus, ff.
de reg. iur. cum ſimi. Sarmientus lib. 1. ſelect. in ter.
cap. 11. quàm ex legis diſpoſitione, l. in conuentionalibus, ff. de verb. ob. Anch. conſ. 332. in prin. ſed in caſu noſtro concurrunt legalis, & hominis conuentio:
quia iſti rei conuenerunt de cambio recipiendo, vt
probatum eſt, per duos teſtes concordes, qui licèt
3 fortaſſis vti † proxenetæ de iure communi regulariter non probent, vt in Authen. de inſtr. cau. & fid. Bar.
l. deſerte, ff. de iur. fiſ. Soci. iun. conſ. 12. vol. 2. qui dicit com. no. in cap. mediatores de teſti. in 6. & Gra.
conſ. 27. volum. 2. Ruin. conſ. 69. vol. 1. Viui. in communibus op. dicit ex mente Curtij eſſe communiter
receptum, qui multos allegat, quos recenſere laborioſum potius eſſet, quàm ingenioſum, tamen regula
4 limitatur, vt non procedat, † quando perfecto iã contractu deponunt: tunc. n. poſſunt, nec vlla lege prohibetur, quia ceſſat affectus, Rom. conſ. 382. nec ſperatur commodum, vel incommodum ex contractu, ita
Alex. conſil. 55. vol. 1. item limitatur per Portium in
communibus concl. in 5. limit. concluſ. 2. lib. 1. num.
8. quando ageretur de probanda qualitate actus iam
perfecti, Alex. conſ. 127. in fin. vol. 7. præterea ex forma ſtatuti iuri communi etiam derogatum videtur
dum lib. 4. cap. 93. vult plenam fidem cenſariis adhiberi. Probatur etiam per Ioſephum Grimaldũ actorem dictorum Auriarum, quem vulgò ſuum iuuenem
appellant, qui licèt in negotiis peragendis inſeruiat,
5 nihilominus † ei creditur, Bald. in terminis in conſil.
50. vol. 1. Ang. in l. quoniam, C. de teſtam. ¶ Inſuper
accedunt tot aliæ probationes, & adminicula, vt inuicem ſeſe iuuent, vt perfectè dicatur probatum: Nã
6 † teſtium etiam minus idoneorum dicta ex aliis adminiculis corroborantur, Bal. in l. admonendi, ff. de iur.
iur. Barb. conſ. 27 num. 1. Alexand. in l. ſæpe, col. 20.
verſ. plus dixit, nume. 71. ff. de re iud. & conſtat cambium de ordine, & commiſſione Interiani factũ fuiſſe, licèt poſtea Bartol. literas ſcripſerit, & ſubſcripſerit, pro vt antea ſolebat. ¶ Eſt etiã iure receptũ, quòd
7 quando duo † negotiantur tanquam duo rei inſolidum conueniri poſſunt, l. creditor, §. duobus, ff. mãd.
vbi Alb. & alij no. in l. pluribus, ff. de procur. Aret.
conſi. 29. col. 2. & 3 & cõſi. 66. col. 3. & 4. Nec fit excuſſio vnius cum ſint adminiſtratores voluntarij,
Glo. i. 2. C. de diui. tut. per tex. in l. 2. §. ſi plures, §. fin.
& l. ſi plures, ff. de cur. bo. da. vbi Bartolus in l. ſicut,
§. ſi duobus vehiculum, ff. com. Roncheg. qui alios allegat in dicta l. eandem, num. 239. ff. de duo. reis, & ſocius intelligitur, quòd inſolidùm teneatur ſecũdum
Caſtr. conſ. 142. incipi. videndum eſt, verſ. quod autem, vol. 1. & ea eſt ratio, quia de mandato cuiuslibet
8 videtur contraxiſſe, ſed † ſocius ſocio non debet teneri, niſi pro ſua rata tantùm, quod etiam ſenſit alibi
Caſtr. pro hac op. etiam facit tex. in l. ſi quis ita, §. ſi
duo ſerui ſeparatim actum geſſerint, tenetur quilibet
reddere rationem partis ſuæ, ſi verò actus communiter geſtus eſt, nec ſeparari poſſit, vterque tenetur totum reddere, ſequitur Ang. conſ. 285. n. 1. cùm in hoc
cambio mixtim tam Interianus, quàm Lercarius interuenerint, non mirum ſi vterq; inſolidum tenetur.
9 ¶ Tertiò, cùm conſtet has † pecunias cambio captas
verſas fuiſſe in vtilitatem dictorum Interiani, & Lercarij inſolidùm obligatorum erga Bendinellum, Nigronum, & Paulum Doriam, & pro extinctione crediti prædicti, ſequitur neceſſario, quòd ad illud cambium reſtituendum meritò ambo inſolidùm teneantur per l. cùm pecuniam, & l. ſoluendo, vbi Gloſ. &
Ang. ff. de neg. geſt. Soci. conſ. 65 in 4. adeſt. n. notula ſcripta manu dicti Interiani, quæ licèt fortaſſis dũ
habere deberet, etiam nomen ſcribentis ad no. per
Bal. in procœ. ff. & per Feli. in c. 2. vbi latè de fid. inſtr.
num. 19. tamen in caſu noſtro videtur ſufficere, quòd
Interianus confeſſus fuerit illam ſcripturam eſſe ſua
manu ſcriptam, licèt nullam habeat ſubſcriptionem
teſtium, Paul. Caſtr. conſilio 312. numero 2. volum.
2. nec hoc caſu fieri debet comparatio literarum, allegat. l. cum de indebito, §. fina. ff. de probat. Bartol.
in l. ſi contractus, de fid. inſtr. l. nuda. ff. de donat. &
vidimus Bald. & Feli. loqui in epiſtola, non in cedula,

10 la; quia † alia requiruntur in literis, quæ non requirun
tur in ſimilibus notulis, quamuis & in epiſtola dies
non ſit neceſſaria, l. cum taberna. §. reſpond. ff. de pi-
gno. Accedit etiam quòd alia multa adminiculantur,
& concurrunt: vnde quæ non proſunt ſingula, multa
iuuant, l. inſtrumenta. C. de probat. cum ſim. ¶ His
ſic ſtantibus, ſupereſt vt ad contraria reſpondea-
11 mus. Non obſtat ſi dicatur, quòd ille, † qui ſe fundat
in tempore, illud præciſè probare teneatur, l. eum
actum, ff. de neg. geſt. l. ſeniũ, l. furioſum, C. qui teſt.
fa. poſſ. Caſtr. conſ. 120. num. 2. 1. part. Alex. conſ. 141.
vol. 1. & conſ. 85. vol. 2. Nec ſufficit de priore, & po-
ſteriore probaſſe Caſtr. d. conſ. 120. vol. 1. arg. l. non
hoc, C. vnde leg. l. neque natales. C. de probat. Cor.
conſi. 315. num. 8. in 3. par. Alex. conſ. 82. ad fi. vol. 4.
& non videtur in proceſſu conſtare de tempore cõ-
tracti debiti, & cambij capti, videlicet die, N. vigeret
ſocietas inter Lercarium, & Interianum. Quia re-
ſpondetur, quòd præterquam quòd teſtes probare vi
dentur, quòd tunc temporis prædicti ſocij caperent
ad cambium inſimul, & ſubſcriberent nomen eodẽ
12 anno, & menſe, qui † probat extrema, dicitur etiam
probare & inconſequens media, tamen in materia
ſocietatis ſpecialiter diſpoſitum habemus, ſufficere
probare ſemel ſocietatem inter eos fuiſſe, quia adhuc
manere præſumitur, §. manet inſt. de ſocietate, vbi
Ant. Aret. hoc notat, & non præſumitur mutatio vo-
luntatis, l. cum tacitè, ff. de probat. idem dicit Soci.
conſ. 162. col. 5. vol. 1. incip. quia Hieronymus, & ex
hoc tranſlatum eſt onus probandi in aduerſarium,
cuius partes erant probare ſocietatem fuiſſe finitam,
quod minimè factum eſt, ergo debent ſuccumbere.
¶ Non ob. ſi dicatur quemlibet debuiſſe pro virili te-
neri, & non inſolidùm per l. reos, §. cum in tabulis, ff.
de duobus reis, quia ex multis ſupra demonſtratum
fuit obligatos fuiſſe inſolidùm. ¶ Non obſtat quod
dicebatur, Interianum abſentem fuiſſe tempore cõ-
tracti debiti cambij, & ſucceſſiuè locum eſſe regulę,
quòd res inter alios acta aliis non præiudicet tot. tit.
C. res int. ali. act. quia nedum de aſſerta abſentia pro-
batum fuit, ſed nec tentatum, ſed imò, quod amplius
eſt, totum cõtrarium verificatum fuit per tres teſtes,
qui deponunt Interianum Genuæ fuiſſe, & cum eis
de cambio accipiendo fuiſſe allocutum. ¶ Nec obſtat
obiectum de ſubſcriptione literarum, quòd non de-
beat obligare, niſi ſubſcribentes pro parte ſua, quia
diſtinguendum eſt, l. apud antiquos, C. de fur. Nam
13 quando duo, † vel plures ſeparatim ſubſcribunt qui-
libet manu ſua, tunc alio non apparente, quiſque pro
ſua portione tantùm obligatur, & ita procedit cõtra-
rium: ſecus verò, quando reus ſubſcribit nomẽ ſuũ,
vt alterius ſocij, vel plurium ſcientium, & patientiũ,
quia tunc obligatur inſolidùm, & iſtud eſt expen-
dere nomen inſimul ad Bartol. in dicta l. eandem, q.
7. cum all. Ex quibus vt ſuprà iure meritò fuit iudi-
catum.

DECISIO XCVIII.

Ratio ſemel reddita legitimè amplius reddi non debet.

SVMMARIVM.

1 Quilibet adminiſtrator tenetur reddere rationem.

*2 Creditores alicuius non habeant actionem peten-
di redditionem rationis ab adminiſtratoribus
eiuſdem.*

*3 Redditio rationis redditur in loco adminiſtra-
tionis.*

*4 Extra locum adminiſtrationis non tenetur admi-
niſtrator exhibere libros.*

SOL IVSTITIÆ MENTEM NOSTRAM ILLVMINET.

1 SIcuti in iure noſtro clarum eſt, † quem
libet adminiſtratorem teneri reddere
rationem, l. 1. §. officio, ff. de tut. & rat.
diſt. l. 2. ff. de neg. geſt. l. aduerſus, l. ra-
tiones, C. de adm. tut. c. 1. de oblig. ad
rat. Rom. conſ. 168. & 413. Soci. conſilio 73. & 92.
vol. 1. Corn. conſil. 196. vol. 3. Dec. conſil. 110. Cran.
conſil. 228. Rol. à Valle. conſi. 49. per totum: Nam
lex Euangelica dicit reddendam rationem villica-
tionis, Math. cap. 18. 20. 25. refertur in cap. qualiter,
2. de acuſ. cum ſimi. ita habemus aliam regulam ęquè
probatã, quòd ratio ſemel reddita legitimè amplius
reddi non debet. c. 1, de Cle. in 6. Nat. conſi. 40. quod
facit ad deciſionem præſentis cauſæ: Nam cum Coſ-
mus, & Auguſtinus Cibo conſtituti curatores Tho-
mæ de Goano ob dementiam, & poſt mortem de e-
ius bonis, vt latiùs in actis reddiderint rationes in
ciuitate Panormi coràm calculatoribus electis à Cõ-
ſule nationis Genuenſium, meritò à Rota abſoluti
fuerunt à petita ratione per Hilarium de Plebe, &
Baptiſtam Murturam curatorem datum hæreditati
iacenti dicti quondam Thomæ. ¶ Nam quo ad Hila-
rium, & eius fratrem quamuis ſe prætendant credi-
tores dicti Thomæ, nullum dubium eſt quòd curato-
res præfati non tenentur ad aliquam redditionem:
quia nullum ius illis competit, prout nec ipſi diffiteri
viſi ſunt. Murtura autem vti curator excluditur, & ſuc
cumbit ob ſemel, & plenè redditam rationem, reſer-
uatum tamen fuit ius ipſi oſtendendi alia bona, præ-
ter deſcripta in inuentario, ad manus dictorum cura-
torum perueniſſe, vel dolo aliquid geſſiſſe, & quo ad
alia, vt in dicta ſententia vnanimiter lata. Præterea cũ
authoritate iudicis intercedente redditæ ſint ratio-
nes, non poteſt habere aliquam dubitationem, arg.
l. iuſto. ff. de acq. poſſe. nec ſub fide publica ij cura-
tores decipi debent. ¶ Nec obſtat ſi dicatur ratio-
nem non eſſe plenè redditam, & ideo denuò redden-
dam, Im. in Cle. quia contigit de relig. do. Soc. conſ.
92. libro quarto, nume. 8. q. 10. Nam per ſupradicta
tollitur obiectum, & per ea, quæ infra dicentur, quia
imò plenè, & legitimè, ac ſeruatis ſeruandis conſtat
illas fuiſſe redditas, & iudicis decreto ¶ Nec obſtat
ſi dicatur in redditione rationum non interueniſſe
perſonas legitimas, & à iure requiſitas ad not. in ca-
pitulo. forus de verbo. ſignifica. quaſi non interue-
nerit in hoc iudicio actor reus; & iudex, & ex con-
ſequenti nemo adfuerit pro hæreditate dicti Tho-
mæ. Quia reſpondetur redditionem rationum non
eſſe iudicium, & ido ceſſat obiectum. Præterea di-
cimus quòd adfuit perſona pro hæreditate: Nam re-
uiſores, & calculatores dati per Conſulem fuere tã
pro hæreditate, quàm pro curatoribus, quia diligen-
ter inſpexerunt omnes partitas, & hac ratione vide-

tur eſſe ſatisfactum diſpoſitioni capit. ſoius. Item
vt ſupra dicebamus quia authore Prætore, hoc eſt
Conſule, data ſunt ergo ritè. Præterea iuuatur hæc
3 †redditio, quia facta fuit in loco adminiſtrationis. l.
prima, & ſecunda, C. vbi de rationi. vt Glo. Bal. Sali.
& alij, Soc. conſi. 31. circa fin. & conſil. 149. volum. 1.
¶ Habemus etiam ſtatutum lib. 4. cap. 20. de curatoribus.
§. & quam rationem tenentur curatores reddere
in curiis, vbi dati fuerint, vel conſtituti, licèt fortaſſis
poſſit dici ſtatutum non ſtare priuatiuè quo ad alios
iudices, Paul. Caſtr. l. cum prętor. ff. de iud. debuerunt
ergo ſi prætendebant aliquod intereſſe iſti actores
comparere in d. ciuitate Panormi, & rationibus intereſſe.
¶ Nec obſtat dum dicatur videre doloſè ſe geſ-
ſiſſe hos curatores, ex quo cum fuiſſent conuenti in
hoc foro, interim videntur procuraſſe liberationem
in loco Panormi, quod ſibi prodeſſe non debet, Bal.
l. ſub prętextu la ſecunda in fi. C. de tranſact. per Soci.
conſi. 73. nu. 3. Rol. in d. conſi. 49. in prin. Nã reſpondetur,
quòd nullus hîc dolus adeſt, ne dum verus, ſed
nec præſumptus: nec enim quiſque deceptus eſt, nec
vnus actus reddit alium ſimulatum. l. 1. §. dolum. ff. de
dol. & ante litem conteſtatam ſecuta fuit liberatio,
ergo omnis dolus excluditur, & ſincerè ſe geſſerunt,
& integram rationem reddiderunt. ¶ Nec obſtat ſi di-
4 catur †præfatos curatores teneri exhibere librum rationum,
arg. l. cùm ſeruus. ff. de cond. & demõſt. Bal.
conſi. 353. vol. 1. Dec. conſ. 110. ¶ Nam ſatis eſt quòd
illum exhibuerint in dicta ciuitate Panormi coram
calculatorib. nec coguntur extra illum locum exhibere,
l. prætor ait in fin. vbi Caſt. ff. de eden. & pars
obtulit clarè libros huc ferendos ſumptib. ipſius petentis
ſecundùm diſpoſitionem d. l. prætor ait, pro vt
& in ſententia expreſſè fuit reſeruatum. Ex quibus
ita rotatum fuit.

DECISIO XCIX.

Solito dare, & accipere pecunias cambio debet
intereſſe ratione damni emergentis, etiam
à rupto, & non obſtante ſolutione ſortis
recepta cum proteſtatione.

SVMMARIVM.

1 Nullus poteſt ſe adiuuare de eo, quod impugnauit.
2 Delegatio requirit interuentum trium perſonarũ.
3 Aduerſus pauperem, & impotẽtem non currit intereſſe, & quod.

IN causa Ambroſij Gentilis nomine,
vt in actis contra Antonium Scortiam
viſum fuit Rotæ condemnare d. Antonium,
ad intereſſ. ſcutorum, N. ad rationem
decem pro centenario à die prima,
N. vſque ad realem, & effectualem ſolutionem
rationib. infraſcriptis. ¶ Nam cum dic. Antonius deberet
conſignare dictam ſummam pecuniarum principali
dicti Ambroſij in prædicta die prima, N. &
retardauerit ſolutionem vſque ad diem, N. vt conſtat
in actis, & ſic fuerit in mora ſoluendi, cum dies interpellet
pro homine l. magnam. C. de contr. & commit.
ſtipul. l. ſi ex legati cauta. ff. de verb. oblig. l. quod te.
ff. ſi cer. pet. & cum dictus agens probauerit ſe mercatorem
ſolitum negotiari, darę, & capere pecunias
cambio, & deduxerit lucrum, & damnum, quod potuiſſet
percipere, & pati, ſi habuiſſet d. pecunias infrà
tempus, clarum eſt in iure tam ciuili, quàm canonico,
quòd eo caſu intereſſe non ſolùm damni emergentis,
ſed etiã lucri ceſſãtis peti poteſt. Bar. in l. 1. C. de ſent.
quæ pro eo, quòd inter. verſi. venio ad vltimam partem,
ibi ſi verò conſueuit mercari, Iaſ. in l. 3. §. fin. de
eo, quod cer. loc. in fi. Fel. in c. cùm venerabilis, num.
7. de exc. & in cap. P. & G. in prin de off. dele. Dec.
conſ. 116. & Rui. in conſilio 104. volum 4. nume. 3. &
7 ¶ Nec viſum fuit obſtare dum per dictum Antoniũ
allegabatur prorogatio termini ſex menſium ad ſoluendum
poſt finitum primum tẽpus, quia dicta prorogatio
non fuit acceptata per dic. Antonium, imò
expreſſè proteſtatus fuit cõtra eam, vnde ex eo quòd
1 ipſe impugnauit, †non poteſt poſtea ſe adiuuare, &
fructum conſequi, text. eſt in c. ex eo de reg. iur. in 6.
l. Papinianus, §. meminiſſe, & ibi Doct. ff. de inof. teſtamen.
& cùm ipſe Antonius non conſenſerit d. prorogationi,
non poteſt dici factam eſſe nouationem
prioris obligationis, cùm hodie non fiat, niſi expreſ-
ſè dicatur. l. fin. C. de nouat. nec poteſt dici factam de-
2 legationem, † cum requirat interuentum trium perſonarũ,
Paul. de Caſt. in l. delegare. ff. de nouat. Doct.
in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. meritò dicta prorogatio
nullum potuit generare præiudicium d. agenti, quin
à die primo delegationis veniat ſoluendum dictum
intereſſe. ¶ Nec etiam obſtare viſum fuit, quòd d.
agens recipiendo ſortem videatur ſibi præiudicaſſe
in intereſſe. Quia primò illud non procedit, quando
quis petit in iudicio ſortem, quia tunc non præiudicat
ſibi in intereſſe, ſicut ſi extraiudicialiter recepiſſet.
Secundò non procedit quando quis in receptione
ſortis proteſtatus fuit circa intereſſe, quia tũc
poteſt peti denuò ſors cùm intereſſe ad effectum cõſequendi
intereſſe tantùm, vt fuit factum in præſenti
caſu, vt per Iaſ. poſt Bart. & alios in l. ſi. ff. de eo, quod
cer. loc. ¶ Poſtremò nec fuit viſum obſtare, dum dice-
3 batur d. Antonium effectum fuiſſe non ſoluendo, † &
pauperem, ac impotentem, quo caſu non currat intereſſe,
quia illud procedit in intereſſe lucri ceſſantis,
ſecus in damni emergentis, vt fuit probatum in iſto
caſu, d. agentem ſolitum eſſe capere pecunias cãbio,
& fuit deductum damnum capientis cambio, meritò
eo caſu currit intereſſe damni emergentis, etiã contra
impotentem, vt not. Afflict. in d. deciſ. 20. quod
maximè procedit in hoc caſu, cum ſimus in contractu
venditionis, nec liceat emptori retinere rem, &
pretium: vnde vẽditor licitè petit intereſſe, Gloſ. in l.
curabit, C. de act. empt. & in capitulo conqueſtus de
vſu. Et per hæc Rota iudicauit, vt ſupra. Laus
Deo.

DECISIO C.

Forenſes pro ſecuritatibus factis Genuę poſſunt
agere, & eas exequi via ſummaria, vt
Genuenſes.

SVMMARIVM.

1 An, & in quibus forenſes vti poſſint ſtatutis ciuitatis,

tatis, in qua agunt.

2 *Modus probandi an reſpiciat deciſoria, vel ordinatoria.*

3 *Ad faciendum incidere in pœnam requiritur ſpeciale mandatum.*

4 *Ratificatio non conualidat acta ſtante proteſtatione in contrarium.*

5 *Pœna conſequutiua ad actum afficit dominum ſine ſpeciali mandato ad pœnam, ſed cum mādato ad actum.*

6 *Intellectus ſtatuti Genuæ, vt quo iure vtuntur extranei, &c. qui.*

7 *Exhibitio non probat contra non citatos.*

8 *Sequentia declarant præcedentia.*

9 *Certificatus habetur pro citata.*

DE VVLTV TVO DOMINE Iudicium noſtrum prodeat.

MOTVM fuit Iudicium coram Rota
nomine Nardi Lucæ Citarelli Neapolitani
pro aſſecuratione ſibi facta
cuiuſdam nauis ſecundùm formā regulatum
in executiuis ¶ Per reos conuentos
plura excipiebantur, & primò, quòd hoiuſmodi
ſtatuto tribuēte executionem paratam ſine aliqua
exceptione inſtrumentis aſſecurationum nō poſſunt
gaudere forenſes, vt per Doct. in l. cunctos populos,
C. de ſumma Trin. & fide Cathol. vbi Iaſ. & Cacialup.
in 3. membro 2. q. prin. Soc. conſ. 120. nu. 12. li. 1.
Quod roboratur, ex eo quia videtur eſſe communis
Doctorum diſtinctio, quòd & ſi forenſes in his, quæ
1 tendunt ad ordinem iudicij, † vtuntur ſtatutis illius
ciuitatis, in qua agunt. nihilominus in his, quę tendūt
ad deciſionē cauſæ ſecus eſt Hippol. de Marſiliis ſingulari
253. latè cumulat Plotus in l. ſi quando, nume.
854. C. vnde vi, & de communi tractat Albericus de
ſtatutis, q. 8. nu. 2. lib. 2. & communem confirmat nouiſſimè
Emanuel Suarez. recept. ſentent. in verbo forenſis,
nu. 327. ea verò, quæ reſpiciunt modū probandi,
prout in caſu aſſecurationis, in quo poſſunt ex priuilegio
regulatum admitti teſtes, etiam minus habi-
2 les, ſufficitque probatio de fama, † dicuntur reſpicere
deciſoria cauſæ, non ordinatoria, & per conſequens
de his non poterit gaudere forenſis, Bart. in l. ictus fuſtium
in vltima q. C. ex quib. cauſ. Fel. in c. quod clericus
de foro competen. ponit Viu. lib. primo commun.
opi. in verbo conſuetudo, ſeu ſtylus. ¶ Secundo
loco opponebatur agere in hoc iudicio Antoniū
de Franchis tāquam procuratorem Citarelli, qui nō
videbatur habere ſufficiens mandatum, attento quòd
poterat actor incidere in pœnam triginta trium pro
3 centenario, & † ad faciendum incidere dominum in
pœnam, requiritur ſpeciale mandatum, nec ſufficit
generale cum libera. vt per Doct. & maximè per Iaſ.
in l. ſi procurator. C. de cōdi. indeb. nec erat proficua
clauſula ſolita apponi in fine mandati, & quæ nihil
operatur in pœnalibus, Alex. conſil. 135. in ſecundo,
quem refert, & ſequitur Fely. in cap. ſi me, & aliis de
coll. 2. verſicu. nec etiam releuabat, quòd poſt litem
4 motā eſſet exhibitū mandatum ſpeciale, cùm † ratificatione
omnium actorum attenta proteſtatione facta
in actis per aduerſarios, qua ſtante non prodeſt ratificatio,
Bar in l. licèt. C. de procurat. Cæpola cautela,
15. & per Alexand in l. non ſolū. §. morte. ff. de nou.
oper. nun. ¶ Tertio loco obiiciebatur de ſtatuto Genuenſi
diſponente, vt quo iure vtuntur extranei erga
Genuenſes, eodem vtantur Genuenſes erga eos, vnde
ſi Genuenſis ageret Neapoli pro aſſecuratione ſibi
facta de aliqua naui à Neapolitano, vtique ageret
non via executiua, & priuilegiata, ſed ordinaria: Nam
in iudicio Neapolitani præſumuntur vti iure communi,
Bartol. conſi. 140. pulchrè Caſtr. conſilio 156.
in primo, meritò cùm contrarium non ſit probatum,
via etiam ordinaria debet agere Neapolitanus cōtra
Genuenſem in ciuitate Genuæ. ¶ Quartò, dicebatur
notificationem naufragij non fuiſſe factam per perſonam
legitimam, nec formaliter, & tamen huiuſmodi
notificationes videntur legitimè faciendæ, ac per
perſonam legitimam, c. quoniam Ferrarienſis, vbi Feli.
& Rip. de conſtit. Nam Antonius procuratorio nomine
fecit notificationem, & nihilominus notificatio
præceſſit mādatum. ¶ Quintò, proponebatur fuiſſe
factas duas notificationes diuerſorum caſuum, &
in loco, & in tempore, quod videtur impoſſibile natura,
& in præſenti iudicio procurator actoris eſt proſequutus
caſum ſecundum, qui non potuit ſequi, ſi
iam fuerat primum naufragium ſecutum, iuxta primam
intimationem, & qui ſi verè ſequutus fuit, vtique
aſſecuratus non poterat amplius diſponere de
naui, nec minus dare catinam, poſteaquam per intimationem
declarauerat animum ſuum, & nauis remanebat
aſſecuratorib. in eo ſtatu, in quo reperiebatur.
¶ His tamen licèt ſubtilibus nō obſtantibus Rota exiſtimauit
contrariam ſententiam æquiorem, & veriorem
eſſe & ideo conceſſit petitam licentiam contra
aſſecuratores mota, quia indeciſiuis, & in his, quę reſpiciunt
modum executionis attenditur locus contractus,
Bal. in l. prima, nu. 24. C. ne filius pro patre,
quam doctrinam appellat ſingularem Iaſo. in d. l. cunctos
populos, nu. 59. in fine, & de communi teſtatur
Alber. de ſtat. all. q. 8. nu. 2. & 5. lib. 2. & per text. in l. ſi
fundus de euict. & per Cacialup. in d. l. cunctos populos,
num. 3. & conſi. Soci. & aliæ authoritates in contrarium
adductæ ſupponunt contractum eſſe celebratum
in alio loco, vnde non obſtant, imò fœdere
diſtinctionis videntur conciliari poſſe. Quapropter
ex quo contractus aſſecurationis erat celebratus Genuæ,
non videbatur poſſe excludi à priuilegio executionis,
licèt fuiſſet cum forenſi ſtipulatus. ¶ Non obſtat
etiam ſecundum obiectum de mandato, attento
quòd primum mandatum fuerat ſufficiens, & ratihabitio
fuit ſuparuacanea, & exabundanti: Nā vbi pœna
venit conſequutiuè ad actum, ad quem fuit quia
5 conſtitutus procurator, † poteſt obligare dominū ad
illam pœnam abſque alio ſpeciali mandato, vt latè,
& ſingulariter per Fely. capitulo primo extra vt
lite non conteſt. numero 10. vbi ponit de hoc pulchra
exempla. Cum igitur Antonius haberet mandatum
ad exequendum, & executionem petendum in
ciuitate Genuæ, nec poſſet ex diſpoſitione regularum
agere via executiua contra aſſecuratores ſui
principalis, niſi promittendo pœnam triginta trium
pro centenario, conſequenter etiam cenſebatur habere
mandatum ad promittendum pœnam. ¶ Nec
faciebat negotium allegatum ſtatutum, vt quo iu-
6 re vtuntur extranei: Nam tale ſtatutum † habet
ſenſum, & intellectum valde diuerſum, quod eſt,
vt ſi in aliqua ciuitate reperiatur ſtatutum in odium
forenſium, ſi ciuis illius ciuitatis agat
Genuæ debeat iudicari vt forenſis ſecundum
ſtatutum

ſtatutum ſuæ ciuitatis contra foreſes,quod ſtatutum nihilominus debet per allegantem produci , atque probari, ita diſponente ſtatuto allegato Genuenſi, adeò vt nobis non conſtito, quòd Neapoli circa ſecu ritates factas per foreſes aliquid extrauagans ſit in vſu diuerſum à ciuibus, non poterat circa illud ſtatutum aliquod fieri fundamentum. Quod eò magis ſit manifeſtum , quia videmus in exactione naulorum, quæ ſummaria eſt , & expedita forenſes paſſim vſos eſſe beneficio regularum,vt patet in reformatione regularum nume.23.¶ Non obſtabat etiam quartum de notificatione non legitimè facta, quia verba regularum non dicunt facta notitia,ſed habita, adeo vt ſuffi ciat aſſecuratorem habuiſſe notitiam caſus ſiniſtri, quomodocunque, & tam potuit ſibi innoteſcere per viam aſſecurati,quàm alio modo, & ſatis eſt quando mouetur iudicium exequutiuum probare,aſſecuratorem per tres menſes ante habuiſſe notitiam caſus ſiniſtri.¶Non obſtabat etiam vltimum de duplici notitia facta,quoniam vnam ſolummodo,& ſecundam proſequutus eſt procurator aſſecurati,adeo vt de primo caſu , vel fuit malè informatus credendo nauem fuiſſe paſſam naufragium,cum non eſſet, vel deliberauit damnum illud in ſe ſuſcipere,nec ab aſſecurante quicquam petere,& ſatis eſt circa primam notitiã factam nullum iudicium tentaſſe.¶Lata poſtmodum vnanimiter, concordique voto ſententia condemnatoria contra aſſecuratores petierunt inſtanter ipſam meliorari,tanquam latam ſuper proceſſu nullo, non ſeruatis ſeruandis,nec probatis probandis. Defectus autem duplex proponebatur, tum quia non erat facta aliquo modo notitia de naufragio, poſtquam notitiæ factæ non erant exhibitæ , tum quia nullatenus erat probatum,nec facta apparebat fides de caſu ſiniſtri ſequuto, ex quo teſtes examinati Panormi atteſtantes de naufragio non fuerant producti parte ci-
7 tata,†& exhibita non probant contra eos ,qui non fuerunt citati, Ioan.And.in add.ad Spec. in tit.de reſcript.præſent.§.primo,verſ.ſed abiicitur, Doctores in c.cum in iure de officio deleg.Alex.conſi.108.nu.4.& 5.verſ quinimo.Roboratur primum obiectum, quia non conſtito de notitia actor videbatur egiſſe ſine actione.l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.dicitur.n.in regulis,ꝙ non intelligatur veniſſe,& ceſſiſſe diem exactionis,niſi poſt tres menſes à die habitæ notitiæ: vnde ex quo de notitia habita nihil apparebat, nihil adhuc poterat dici debitum,nullaque exactio peti poterat iuxta.l.cedere diem,vbi Alcia. ff.de verbo.ſign.imò tanquam nimis properè,& ante tempus facta petitio debebat declarari nulla, & duplicatis iudiciis non audiri,niſi refectis expenſis, per tex. in §.hodie autem,inſtit.de except.¶Sed in contrariũ rem aliter ſe habere viſum fuit, poſtquam ex proceſſu, & ex diſpoſitis in eo per aſſecuratores ſatis conſtabat de ipſorũ notitia, eò quia excipiendo pluries dixerunt nullam ex intimationibus ſibi factis attendendam. Prima, quia per perſonam non legitimam. Secunda, quia ſtante prima ſequuta eſſe non poterat, vltra quòd in proceſſu erat exhibitum compromiſſum factum ante motum iudicium inter eaſdem partes occaſione aſſecuratæ nauis: Nam etſi tale cõpromiſſum abſolutè conſideratum non inferret neceſſario caſum naufragij:poterat enim inter aſſecuratores,& aſſecuratum eſſe aliqua alia differentia occaſione ſecuritatis,quàm naufragij,nihilominus ex quo
8 †ſequentia declarant præcedentia,& inter eaſdẽ partes non ſequuto laudo deuentum fuit ad litigium vtique pluſquam neceſſario concludi poterat compromiſſum fuiſſe factum ea occaſione ; qua contenditur iudicio , & per conſequens in proceſſu apparere de notitia habita ante factum præceptum,& de actione ſuo congruo tempore intentata.¶ Non videbatur etiam releuans obiectum illud de teſtibus exhibitis non citata parte, quaſi non poſſit dici probatus caſus ſiniſtri, cùm tamẽ qui vult gaudere beneficio ſtatuti, debeat oſtendere omnia requiſita fuiſſe per eũ impleta, Barto.in l.1.§.ait prætor.ff. ne quid in flum. publ.Soc.conſi.46.num.4. Nam primo loco conſiderabatur cauſam ſecuritatum eſſe adeo priuilegiatã, vt regula circa probandũ caſum ſiniſtrum nihil aliud deſiderare videatur,niſi ſolummodo,quòd teſtes ſint iurati,& poſtquam in ipſis teſtib. recipiendis , licèt agatur de magno præiudicio, nihilominus pars non eſt citãda,multò minus citanda videtur in exhibitione teſtium iam examinatorum. Accedat,quòd citatio ad videndum exhiberi teſtes examinatos fruſtra fieret, cum citatio fiat ad hoc vt citatus poſſit opponere,& contradicere,& tamen ex diſpoſitione regularum in huiuſmodi cauſis nulla poteſt opponi exceptio,ſed quicquid ſit de citatione facienda in huiuſmodi cauſis ſecuritatum,in productione teſtium,in præſenti caſu nullum erat faciendum fundamẽtum ſuper hoc, poſtquam rei conuenti apparebant ex proceſſu certificati de tali exhibitione teſtium, ex quo ſtatim facta ipſa teſtium productione comparuerunt dicendo,quòd ex factis exhibitis non conſtabat verè de caſu ſiniſtri Vnde ſequitur Regula iuris, quòd certifi-
9 catus†habeatur pro legitimè citato,tex.in Clem.cau ſam,de elect.vbi Doct.Feli.poſt alios cap. cùm contingat,colum.ſexta,de reſcript.Vant.in vltima parte de nullit nume.122. Et ex his nos, qui ſecundùm regulas facimus, ſententiam diximus perſiſtendum in ordinatis. Laus Deo.

DECISIO CI.

Capta naui per hoſtes , & ea retenta per triduũ licèt recuperetur, dicitur tamen caſus ſiniſter ſecutus,& aſſecuratores tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Caſus latronum,incurſus hoſtium,inſidiæ piratarum,naufragium, & incendium æquiparãtur.*

2 *Res recuperata à piratis fit recuperantis.*

3 *Si ante capturam nauis redimitur,non dicitur caſus ſiniſter interueniſſe.*

4 *Negatiua , ſuper qua fundatur intentio agentis, probari debet.*

5 *Error in prænomine, nomine, & cognomine non vitiat ſi conſtat de corpore.*

6 *Oppoſito conſequentis ſtante cum antecedenti,argumentum non concludit.*

DE 1 Opt. Max. Diuique Ioannis Baptiſtæ Chriſti præcurſoris, cuius feſtũ hodie celebramus,piè implorato præſidio. In cauſa Auguſtini Viualdi , ac aliorum aſſecuratorum Thomam reum conuentum à petitis abſoluimus : quoniam in proceſſu conſtat nauim aſſecuratam fuiſſe ab infidelibus captam, & per

& per eos in eorum dominio,ac fortiis per tres dies detentam,& meritò cenſuimus caſum ſiniſtrum euenisse, & propterea aſſecuratores iuxta promiſſa tene-
1 ri:caſus † enim latronum,hoſtium incurſus,piratorum inſidiæ,naufragium,& incendium æquiparantur, l.in rebus , ff.commodat.vnde cùm nauis fuerit capta ab infidelibus,& ſic ab hoſtibus , cùm hi hoſtes dicãtur, vt adnot.Alciat.in l.hoſtes hi ſunt, ff.de verb. ſignif. meritò eorum facta fuit.§.item ea inſt.de rer.diuiſi.l. hoſtes,§.fi.l.ſi quid , ff.de capt.& poſtlim.reuerſ. & cùm per dictam capturam caſus ſiniſter euenerit, ſequitur quòd d. Thomas potuit exigere ſecuritates ab aſſecuratoribus , ex quo caſus ſiniſter ſecutus fuit, vt habetur in appodiſia producta,& licèt d.nauis poſtea fuerit recuperata,& reempta ab Aug.ſeu ab eius miniſtris pro ſcutis,N.vt dicũt ferè omnes teſtes , attamen non per hoc eſt , quòd caſus ſiniſter non eue-
2 nerit : quia poſtmodum.d.nauis † fuit effecta recuperantis,& aliorum, qui d.recuperationi conſenſerunt, & concurrerunt in calculo , & auaria poſtea facta in loco Chij.vt not.com.Doct.in d.l.ab hoſtibus l.2.C. eo.de capt.& poſtlim.l.ex empto.ff.de act.empt. nec d.nauis erat amplius penes Aug.eo iure,quo prius erat,l.ſi à me,ff.ad l.falci.vbi res recuperata non dicitur eſſe apud recuperantem eo iure,quo prius erat,habetur in l.Mæuius,§.fundo.ff.de leg.2.& in l.rogo,ff. de fideicomm.libert.& in l.quidam, eo.tit.& in l. 1. §.ſi rem depoſitam,ff.de poſit.vbi habetur,quòd ſufficit ſemel extitiſſe conditionem, etiam quòd poſtea ſequatur redemptio,cùm per talem recuperationem non potuerit præiudicare,nec facere aliquod damnũ d.Thomæ , qui propter d.capturam acquiſiuerat ius contra aſſecuratores, quòd ab eo auferri non potuit, l.id quod noſtrum, ff de reg.iur. & conditionem abſentis meliorem , non autem deteriorem facere poſſumus,l.ſoluendo,ff.de neg.geſt. vnde cùm dictæ redemptioni Thomas non conſenſerit,d.nauis,& naula exacta remanſerunt d Auguſtino,& aliis,qui in auaria conſenſerunt,l.vendentes,& ibi Doct.C.de contrah empt.Fab.de monte in 12.q.3.9.princ. ¶ Nec Rota obſtare not per Luſita. in tract. de ſponſ. mercat.in 4.parte,nu.28 per text.in l.2. §. ſi nauis à piratis,ff.ad l.Rhod.iudicauit,quoniam Luſita.loquitur,
3 † quando redemptio fieret ante capturam,ſecus quãdo capta fuit & loquitur in piratis. cum res non erat effecta,ſecus quando eam capiunt hoſtes, quia ipſorum efficitur,d.l.ab hoſtibus , nec tunc auaria eſt facienda. Nam in d.§.ſi nauis,loquitur quando ſit facta cauſa leuandæ nauis & ita remanebat res in dominio domini,l.nauis, §.ſed ſi nauis,ff.ad l Rhod.de iact.§. alia inſt de re.diuiſi.ſed in caſu noſtro nauis dominiũ mutauit,meritò ſi naula poſtea fuerunt exacta, ea nõ ſpectabant,nec ſpectant ad d.Thomam,qui d.redemptionem non ratificauit , & in eius facultate erat pecuniam exactam retinere , & nauim aſſecuratoribus relaxare,Glo.in l in commodaro , §.rem commodatam,& ibi Doct.ff.commodat.¶ Nec pariter obſtare quòd dicebatur, Gabrielem quõdam Pantaleonis nominatum in appodiſia non habere:nec habuiſſe riſicum,nec intereſſe in d naui. Nam in primis hoc nul
4 libi eſt probatum,& tamen cùm iſta † negatiua eſſet fundamentum intentionis agentium,debebat probari.l.in illa,ff de verb.oblig.vbi Doct. imò de hoc erat ſtandum iuramento aſſecurati,vt habetur in appodiſia,ſed etiam probatum extitit per duos teſtes aſſecuratores aſſecuraſſe ſub nomine quondam Paridis, non obſtante quod in appodiſia dicatur propter errorem quondam Pantaleonis,& maximè , quia vnus ex d.teſtibus eſt,& fuit ſenſarius,qui cum deponat de facto ſuo abſque ſuo intereſſe,probare creditur,vt habetur in ſtatuto : & de tali errore ſatis etiam conſtat ex regiſtratione facta in gabella,vbi tales aſſecurationes annotari ſolẽt,eò maximè quia,vt probatum extitit,nullus eſt Gabriel Iuſtinianus quondam Panta-
5 leonis in rerum natura,& † error in nomine , prænomine , vel cognomine non vitiat, quando conſtat de corpore,vt in caſu noſtro.l.nomine.ff.de verb.oblig. l ſi quis iuncti vocabulo,vbi Doct.de leg.1. Alexãd. conſ.108.lib.7.& de corpore conſtabat per ea , quæ dicunt ſenſarius , & alij teſtes,qui deponũt per verba vniuerſalia , & non indefinita, quo caſu omnes comprehenduntur , qui ſunt ſubſcripti in dicta appodiſia per not.per Bal.conſi.326.Rex Romanorum,li.1.Aymo.conſ.290.num.4.ſtante etiam quia aſſecuratores non ſolent habere conſiderationem cuius nomine aſſecurationes fiant , ſed tantùm conſiderare viagium, ſiue iter,& nauim,vt plures teſtes dicunt, & in his aſſecurationibus,quæ fieri ſolent inſpiciendũ eſt.Petr. Luſita.in d.tract in 4.parte,num.10.Vnde cùm actores non probauerint indebitè ſoluiſſe,vt tenebantur. l.cum de indebito,ff.de probat.l.ei qui , eo tit.& habetur tot.tit.ff.de condi.indebit.meritò Rota abſoluit reum conuentum,nec ſatis iudicauit, quòd fortè actores probauerint dictam nauim veniſſe in præſentem portum : quia per ea , quæ ſupra dicta fuere,non ſequitur,ꝙ caſus ſiniſter non euenerit,& quando † op-
6 poſitum conſequentis poteſt ſtare cum antecedente, tunc probatio non concludit,Bal.in l.cõuenticulam. verſ.exceptuatis,C.de Epiſ.& Cleric.facit,l.nõ hoc, C.vnde leg. & probatio debet concludere per neceſſe,& non per poſſibile,Bal.in l.ad probationem la 2. C.de probat.& in l.matrem,C.de probat. Laus Deo.

DECISIO CII.

Mortuo aſſecurato hæredes agere poſſunt aduerſus aſſecuratores, etiam ſi de hæredibus nulla fiat mentio in apocha aſſecurationis.

SVMMARIVM.

1 Princeps tenetur pacta ſeruare.
2 Pacta comprehendunt hæredes, etiam ſi non exprimantur.
3 Reus in exceptionibus eſt actor , & debet eas probare in forma, & ſpecie.
4 Aſſecuratio de re iam deperdita, an fieri poſſit,
5 Verba apochæ aſſecurationis diligenter ſunt põderanda, & obſeruanda.

QVIA nulla maior iuſtitia fieri poteſt, quàm pacta ſeruari facere ſecundũ Bal. conſ.434.vol.1.Deci.conſ.265.Hinc di-
1 cimus,quòd ipſe † Imperator tenetur ſeruare pacta ſecundùm Bald.conſilio 3-1. numero primo volumine tertio.& conſilio 269.volumine quarto,immò idem Baldus dicit , quòd ipſe Deus pacto obligatur in l.prima.ff.de pactis, Dec. referens conſilio 328.colum.fina. verſiculo. Secundò reſpondetur,ideo cum nobis conſtiterit,Ioannem Bapt. Spinulam aſſecuraſſe Hieronymum Saluaigum nomine Nicolai Squarciafici , & eidem Hieron.promiſiſſe

fiſſe ſoluere vel ei, qui pro eod. Hier. erit ducatos, N. in caſu quo merces oneratæ ſuper naui patronizata per Paulum de Micheli Raguſeum in Alexandria Ægypti paterentur infortunium, ſeu caſum ſiniſtri, probatumque ſit dictam nauim à piratis Turcis captam fuiſſe: vnde caſum promiſſæ ſolutionis ceſſit, l. cedere diem de verb. ſign. Nec fuit probabile dubiū, quòd licèt d. Hieronymus mortuus ſit, quòd huiuſmodi a-
2 ctio competat eius hæredi, cùm ſit regulare, † quòd pactum factum cum aliquo comprehendat eius hæredem, licèt de hærede non fuerit facta mentio, l. ſi pactum, de probatio. l. ſi neceſſitas, §. pen. ff. de pignora. actio. tranſeunt. n. actiones tam actiuæ quàm paſſiuæ hæredes in tot. tit. C. de hæredita. actio. tradūt Doct. in l. 2. §. & earum, ff. de verb. oblig. vnde cùm probatum fuerit Stephanum eſſe fratrem, & hæredē d. Hieronymi. & Aug. eſſe fratrem vtriuſque, & procuratorem ipſius Stephani, potuit agere, & eidem ſolutio facienda eſt, & maximè cum apocha ſecuritatis repeciatur penès ipſum Auguſtinum, & Ioannes Baptiſta promiſerit ſoluere nedum ipſi Hieronymo, ſed ei, qui pro eo erit. ¶ Nec ab hac ſententia mouit Rotam exceptio, qua vtebatur, ſcilicet, quòd tempore aſſecurationis erat notitia in ciuitate Neapolis, in qua aſſecuratio fuit facta, quòd nauis præd. caſum ſiniſtri iā paſſa erat, quia hæc exceptio non fuit probata, ſed potius ex teſtibus examinatis coram Conſule nationis Genuen. cōtra alios aſſecuratores, & ipſummet Ioānem Baptiſtam probatum fuit, notitiam dicti caſus ſiniſtri non potuiſſe haberi in Neapoli tempore factæ aſſecurationis ob longitudinem, ac aſperitatem itineris. At cum hæc eſſet exceptio, & fundamentum
3 rei, qui in † exceptione quodammodo actor eſt, illam probare tenebatur, & in forma, & in ſpecie ſua, ita ꝙ concludat l. 1. ff. de excep. l. in exceptionibus de probatio. Dec. conſ. 34. & maximè quando actor probauit ſua incumbentia, vt ſupra oſtenſum eſt, Auguſtinum probaſſe, l. quinquaginta, ff. de proba. ¶ Nec etiā alia exceptio ſubſiſtit, quam dicebat reus, quòd in veritate merces aſſecuratæ iam ab infidelibus captæ erant, & antequam aſſecuratores promitterent, vndè
4 tunc non aderat ſubiectum, ſuper quo † aſſecuratio fieri poſſet, ad quid enim aſſecurare, quod iam amiſſum eſt? eſt enim contractus aſſecurationis contractus cōditionis vt dicit Luſitanus de aſſecurationibus parte 3. nu. 24. per l. periculi, ff. de nauti. fœnore: & natura conditionis eſt reſpicere futurum caſum, & cùm iam caſus ſit præteritus, non poteſt verificari conditio, ergo, &c. Quia tollunt hoc obiectum cap. conſulatus. ſ. 16. fo. 96. in quo diſponitur quòd valeat obligatio ſecuritatis, etiam quòd tempore prȩſtitȩ aſſecurationis iam nauis, vel merces paſſæ fuiſſent infortunium, & caſum ſiniſtrum, dummodo de illo caſu non potuerit haberi ſcientia tempore quo aſſecuratio facta fuerit, & hȩc capitula ſeruantur Neapoli, vt capitulat ipſemet reus in proceſſu, & fatetur actor, cui confeſſioni acquieuit reus, & Neapoli fuit factus contractus, & data ſecuritas, & ibi exigenda erat, ideo diſpoſitio illorum capitulorum ſeruanda eſt, ad tradita in l. fina. maximè per laſ. ff. de eo quòd certo loco. ¶ Prȩterea hæc fuit mens contrahentium, ſcilicet, quòd etiam ſi merces paſſæ eſſent tempore aſſecurationis caſum ſiniſtri, quòd tamen aſſecuratores tenerentur, & ideo conceperunt verba vt legitur in apocha in hunc mo-
5 dum, † ſcilicet *cōminciādo il riſico dall'hora che dette mercie furno incominciate, o ſi cōminciarano à carricare in detto loco d'Aleſſandria*) & ſic reſpicit obligatio etiam tēpus præteritum ante obligationem factam, verba etiam aſſecurationis ponderanda ſunt, l. in conuentionibus, ff. de verb. oblig. Luſitanus in d. tertia par. num. 28. quia certiſſimi iuris eſt, quòd ij cōtractus recipiunt legem à pactis, & conuentionibus, l. 1. §. ſi cō uenerit, ff. depoſiti. Et ex iſtis condemnauimus Ioannem Baptiſtam iuxta illius promiſſionem, pro vt etiā alij aſſecuratores Neapoli fuerant condemnati. Laus Deo Optimo Maximo.

DECISIO CIII.

Sententia inter alios lata quò ad eum, contra quem eſt lata, aliis prodeſt, vel ſaltem in ipſum transfert onus contrarium probādi, & idem intelligitur de actis, & probationibus.

SVMMARIVM.

1 Sententia tacitè includit caſum expreſſum in petitione, & actis.
2 Expreſſum, & præſuppoſitum, vel ſubintellectum neceſſario, idem eſt in ſententia.
3 Verba ſententiæ intelliguntur ſecundùm naturam iudicij.
4 Acta, & probationes in ſummario non præiudicāt in ordinario.
5 Qui obtinuit in ſummario, non propterea liberatur ab onere probādi in ordinario, licèt ſit reus.
6 Sententia inter alios facit qualequale præiudiciū, & ſemiplenam probationem.
7 Repetens indebitè ſolutum tenetur probare negatiuam, & quandoq; non.
8 Teſtimonium de auditu transfert onus probandi in aduerſarium.
9 Doctor atteſtans de conſuetudine transfert onus probandi in aduerſarium.
10 Soluens poſt condemnationem cenſetur ſoluiſſe coactus.
11 Debito non liquido promiſſio, & oblatio debitoris idonei abſque fideiuſſione ſufficit.
12 Veritas non tollitur præſumptione ſententiæ.

IN iſta cauſa mota per Nicolaum Cigalam, Paulum Gentilem, & alios ſocios aſſecuratores cuiuſdam barcȩ, ſeu lēbi contra Auguſtinum Clauarū, in qua iudicauimus ad fauorem ſupradictorum aſſecuratorum contra d. Auguſtinum, pro vt etiam fuerat aliàs iudicatū per doctiſſimos anteceſſores noſtros iam quinquennio in hac Rota exiſtentes in hac eademet cauſa contra eundem, licèt ad inſtantiam aliorum aſſecuratorum: in qua quidem cauſa cum ſupradicti anteceſſores ſatis amplam deciſionem fecerint, nec aliud per ambas partes in hoc prȩſenti iudicio, quàm dictæmet probationes acta, & idemmet proceſſus fuerit productus, meritò eorum deciſio etiam pro præſenti noſtra ſententia ſufficeret: infraſcriptas tamen placet addere rationes. Et prima illa eſt, quàm ponit Innoc. in capitulo in noſtra, numero 9. de procura. quem refert, & ſequitur Alexand. in l. ſæpe, ſub

ſub nu. 25. de re iud. quòd licèt aliàs regulariter ſen-
tentia inter alios lata aliis non proſit, nec præiudi-
cet, tamen ſecus eſſe quò ad eum, contra quem eſt la-
ta: quia ei præiudicat etiam quò ad omnes ex quo ſe-
mel fuit pars in iudicio, & ſuccubuit, licèt ei nō pro-
deſſet quò ad alios, qui non interfuiſſent in iudicio, ſi
pro eo fuiſſet lata. Vnde cum dictus Auguſtinus in
hac eademmet cauſa ab aliis aſſecuratoribus conuen
tus ſuccubuerit, & deduxerit, quicquid potuerit, idē
dicendum eſt dictam ſentētiam ei præiudicaſſe quo
ad omnes alios aſſecuratores dictæmet aſſecuratio-
nis, & ſic vt ei nocet, vt diximus, dicta ſententia, &
prodeſt aliis, idem pariter dicēdum eſt de probatio-
nibus, & aliis actibus in illo iudicio factis, ſuper qui-
bus lata eſt ſententia, Alexand. conſ. 61. nu. 9. & conſ.
135. in fi. vol. 2. Ripa in l. 2. num. 37. C. de eden. maxi-
mè cum præſumendum ſit dictam ſententiam ad fa-
uorem tunc agentium latam, quia caſus ſiniſter non
eueniſſet, cum fuerit condemnatus ad reſtituēdū illis
aſſecuratoribus omne illud, quod ab eis exegiſſet
pro aſſecuratione caſus ſiniſtri cū pœna triginta triū
1 pro centenario, † & licèt hoc expreſſè non dicatur in
dicta ſententia, quòd caſus ſiniſter euenerit, vel non,
cum tamen in petitione tunc agentium hoc dicatur,
ꝙ non euenerit, ac fuerint facta plura acta ad hoc ten-
dentia, & probationes per actores, & poſtea ſubſecu-
ta fuerit dicta ſententia ad fauorem agentium lata di
cendum eſt, quòd talis ſententia ſaltem tacitè inclu-
dat dictum caſum non eueniſſe, vel ſaltem ipſum Au-
guſtinum teneri ipſis aſſecuratoribus ad reſtituendū
eis pecunias tāquam indebitè exactas cum pœna, niſi
2 legitimè probaſſet, ꝙ caſus ſiniſter eueniſſet, † cùm
paria ſint in ſententia aliquod eſſe expreſſum, vel ne-
ceſſariò præſupponi, vel ſubintelligi, & ſententia in-
cludat id, quod neceſſariò eſt præſupponendum, &
ſumatur ex mente actorum, referaturque ad eorū ſe-
riem, & caſum, qui ſumitur ex eis, vt per plura fuiſſe
deciſum in ſacro conſilio Pedemontano ponunt mo
3 derni in deciſ. 64 nu. 3. & † verba ſententiæ intelligun-
tur ſecundùm naturam iudicij, & actionis intentatæ
etiam verba impropriando, Aymo. Craue. conſi. 186.
num. 5. & cenſeatur lata ſuper facto, quo caſu præiudi
cat Auguſtino, & prodeſt aliis aſſecuratoribus, quam
uis in dicto iudicio non interuenerint, Bartol. in l. ex
duobus in 4. q. ff. de duobus reis, præſertim cùm verè
nulla diuerſitas facti præſentium agentium ab aliis
aſſecuratorib. pro quibus lata eſt dicta ſententia, fue-
rit oſtenſa, & ſic per dictam ſententiam in iudicio or-
dinario latam cenſetur pronunciatum, aſſecuratores
indebitè ſoluiſſe dicto Auguſtino, & reuocata prima
ſententia ad fauorem eius in iudicio executiuo lata,
Bal. in l. penul. in 2. lectura, ff. de iis, qui ſunt ſui, vel
4 alie. iur. verſ. nota, quòd ſententia, & † quòd acta, &
probationes factæ in iudicio executiuo ſummario.
non præiudicent in ordinario vltra adducta in d. de-
ciſ. prædeceſſorum noſtrorum plura cumulat Natta.
cōſi. 475. ad quem breuitatis cauſa ſufficiat remiſſio,
præſertim cùm in dicto iudicio executiuo non fuerit
plenè cognitū de hoc, an caſus ſiniſter euenerit, nec
ne, ſed per regulas Rotæ concedatur executio actori
præſtita per eum fideiuſſione, & reſeruatis iurib. reis
cōuentis in iudicio ordinario, prout in dictis regulis
continetur, ita quòd non fuerit in dicto iudicio exe-
cutiuo plenè cognitum, an d. caſus ſiniſter eueniſſet
nec ne, & ſucceſſiuè nec de hac exceptione, an di-
ctus Auguſtinus indebitè moleſtaret dictos aſſecu-
ratores, ſed poſtea in iudicio ordinario de ſupradictis
fuerit plenè cognitū, & dictus Auguſtinus ſuccubue-
rit, vt per Bald. in l. penul. num. 3. C. de conſtituta pe-
5 cu. & † quòd onus probandi caſum ſiniſtrum eueniſſe
ſpectaret dicto Auguſtino, qui aſſerebat dictum ca-
ſum eueniſſe, ex eo: quia barca aſſecurata fuiſſet cap-
ta à piratis, eſt text. in l. ſi creditor C. de pignorat.
actio. vbi Alber. notat ad hoc illum tex. nume. 2. alle-
gat etiam tex. hoc idem probantem in §. 1. Auct. de
depoſito ibi, ſiue perditionem rerum cōtingeret, aut
pecuniarum fieri, & hoc probetur, vbi etiam Gloſ. &
ad idem eſt optima Glo. in § ſi inſti. quibus modis re
contrahit. obligatio, quam adhoc adducit Bal. conſi.
476. factum tale eſt, num. 5. vol. 1. in nouis alias, 435.
vol. 3. vbi conſuluit in cauſa Genuenſi, Dec. conſ. 552.
nu. 7. maximè cum, vt diximus, per regulas Rotę ſint
reſeruata iura ipſis aſſecuratoribus in iudicio ordina
rio non obſtante ſolutione iudicij executiui, imò vi-
debatur non ſufficere dictum Auguſtinum probare
caſum ſiniſtrum eueniſſe, niſi etiam probaſſet, quòd
ſine ſua culpa, ita refert Alber. in d. l. ſi creditor, hanc
fuiſſe opinionem Guidonis de Suſaria, & atteſtatur
illam vidiſſe ſeruari, & quamuis talis probatio caſus
ſiniſtri etiam de auditu, vel de fama ſufficiat in iudi-
cio executiuo ex diſpoſitione regularum, ſecus tamē
erit in iudicio ordinario: quia tunc tali probatio de-
bet fieri manifeſtis probationib. vt expreſſè ponit
tex. in d. l. ſi creditor, maximè in caſu noſtro, quia pe-
ricula nauium plurimum perueniunt ex culpa nauta-
rum, l. item quęritur, §. 1. & 2. ff. loca. Pet. Sante. in tra
cta. de ſponſionibus mercatorum in 4. par. nume. 22.
quæ quidem multo magis procedere in caſu noſtro
putauimus, cum actores præſentis iudicij habeāt pro
ſe dictam ſententiam, in qua dictus Auguſtinus ſuc-
cubuit, & licèt ſit lata inter diuerſas perſonas, & regu
lariter inter alios, non probet. toto titu. C. res inter
alios acta, l. ſæpe de re iud. cap. quamuis extra, eo. tit.
6 † tamen facit qualequale præiudiciū, quod ſanè præ-
iudicium ſecundum aliquos intelligitur de ſemiple-
na probatione, Bar. in l. ſi quis libertatem, col. 2. verſ.
quæro circa illud principium, ff. de petitio. hæred. &
in l. admonēdi, col. 7. verſ. quæro, quòd ſi dicta teſtiū?
ff. de iur. iur. Soct. conſi. 149. col. penul vol. 1. cū aliis
plenè adductis per Dec. conſ. 42. col. fi. & conſi. 272.
ſub nu. 3. & conſ. 596. nume. 5. quam opinionem ante
eos tenuit Lapus quem non adducit in allegatione,
ſcilicet, an oporteat. columna 2. verſi. & ſi diceretur,
Fel. in capitulo cauſam, quæ ſub numero 19. de te-
ſtib. vbi quamuis iſtam opinionem aliquibus ratio-
nib. purgat, tamen dicit, quòd iſta opinio perua-
leret propter authoritatem Bartholi, & ſequacium,
quæ opinio ſine dubio videtur procedere in ha-
bentibus ius annexum cum illis, pro quibus lata
ſit ſententia, vt in noſtro caſu, & hanc eſſe ma-
gis receptam opinionem atteſtatur Deci. in l. ſe-
cunda, ſub numero quinquageſimo. C. de eden.
ſed dato, & non conceſſo, quod dicta ſenten-
tia, & probationes tanquam inter alios non fa-
cerent ſemiplenam probationem prout plures Do-
ctores tenuerunt, vt per Modernos in l. ſecun-
da. C. de eden. tamen omnes in hoc conueniunt,
qui faciant ſaltem præſumptionem Baldus in l.
ſi duo patroni in principio. ff. de iureiurandi. Fe-
linus in capitulo penultimo, columna prima de re
iud. Doctores in dicta l. ſecunda quo caſu licèt aliàs
7 regulariter † actor repetens indebitè ſolutum te-
neatur probare, quod indebitè ſoluerit, quia
habeat intentionem ſuam fundatam in negati-
ua. l. in illa, vbi Bartolus. ff. de verborum obli-
gationibus, tamen hoc limitatur non procedere
ratione

ratione aliquius præſumptionis , quæ ſit pro actore
contra reum : quia tunc transfertur onus probandi
in reum ex dicta præſumptione, Glo. notabilis in c. 1.
ex. vt Eccleſiaſtica beneficia, & in c. accuſator 15. q.
5. & hoc eſt regulare, quòd præſumptio trãsfert onus
probandi in contrariũ. l. nuptura in fin. ff. de iure dot.
l. generaliter in prin. verſ. ſed cùm ex præſumptione.
ff. de fideicommiſſariis libertatib. Vnde cum in caſu
præſenti actores haberent ſaltem pro ſe contra Augu
ſtinum dictam præſumptionem ſententiæ, meritò ip
ſe tenebatur probare caſum ſiniſtrum eueniſſe, & ſuc
ceſſiuè, iuſtè, ac legitimè d. aſſecurationes exegiſſe:
8 hinc etiam videmus quòd licet † teſtimonium de au-
ditu regulariter non probet, cùm tamen faciat præ-
ſumptionem, Archid. in c. hoc videtur 22. q. 5. Roma.
in l. ſi verò, col. fi. ff. ſolu. matri. Dec. conſ. 82. nume. 1.
tunc talis præſumptio transferat onus probandi in
aduerſarium, Rom. in ſing. 341. quem refert, & ſequi-
tur Feli. in c. tam literis, nu. 3. de teſtib. Cur. ſen. conſ.
69. circa primum, nu. 4. & in ſuo trac. de teſtib. in con
cluſione 31. nu. 68. Dec. conſilio 272. nu. 3. vbi etiam
in terminis noſtris vtitur dicto argumento præſum-
ptionis ſententiæ, & dictum Roma. de teſte ſequitur
idemmet Dec. in conſi. 595. num. 3. & 4. Cur. Iun. in
Auth. ſi quis in aliquo, num. 33. C. de edend. Boſius in
trac. de teſtib. nu. 42. Soc. Iun. conſ. 69. nu. 17. vol. 1.
Crauet. de antiquitate temporis in prima par. nu. 307.
Ripa in l. 1. nu. 88. ff. ſi cert. pet. Moderni Laudenſes
in ſuo prætorio in §. dicta teſtium aſſumendo, nume.
9 41. pag. 133. in 14. limitatione, hinc pariter quòd † Do
ctori atteſtanti de aliqua conſuetudine licèt non ſit
ſtandum, vt probet, tamen facit præſumptionem, quę
transfert onus probandi in aduerſarium Bar. in l. de
quib. col. 7. in 4. q. principali. ff. de legib. cuius opinio
eſt magis recepta, licèt quidam Doct. eam improbẽt
teſte Dec. in l. ſecũda. §. mutui datio in fi. ff. ſi cer. pet.
& conſi. 540. nu. 10. & conſi. 691. Cur. Iun. conſil. 60.
nu. 5. Ludo. Gonzadinus conſi. 59. nu. 18. Aymõ Cra-
ue conſi. 165. nu. 9. & 10. & conſi 325. col. 1. Soc. Iun.
conſilio 60. numero 9. & 10. Rol. à Valle conſilio 71.
nu. 22. vol. 1. Pet. Benintendi in deciſ. 65. numero 13.
& plenius in deciſ. 95. atque iſtam opinionem eſſe
veriorem atteſtat Ioannes Dilectus de arte teſtan-
di in titulo de ſubſtitutio. in cautela. 35. ¶ Nec obſta-
re credidimus lex cũ de indebito. ff. de probatio. quia
dicta lex, vt videri poteſt, loquitur in ſponte ſoluẽtib.
ſecus in coactis, vt in noſtro caſu, nec dicatur nõ ap-
parere quod fuerint coacti iſti aſſecuratores, nec de
aliqua eorum proteſtatione quando ſoluerunt: quia
dicitur, quòd ex quo ſoluerunt poſt iudicium execu-
tiuum contra eos per Auguſt. motum poſt licentiã
10 petitam, † & probationes ſummarias per ipſum in di-
cto iudicio factas ſatis dicantur ex neceſſitate ſoluiſ-
ſe, & ſic coactè, & non ſpontè, Caſtren. in l. certum. §.
ſed an ipſos. ff. de confeſ. Dec. conſi. 178 col. fi. verſi.
faciens actum. ¶ Nec etiã vltimo obſtare putauimus
illud, quod opponebatur contra dictos actores per
ipſum Auguſtinum de nullitate proceſſus præſentis
iudicij ex eo, quia non fuiſſet præſtita fideiuſſio per
dictos actores de ſoluendis quibuſdam expenſis al-
terius inſtantiæ ipſi Auguſtino debitis, ſed tantùm
11 † fuiſſet per eos facta promiſſio, ſiue oblatio cum de-
poſito denariorum ſex, quia dicitur quod cum dictæ
expenſæ non ſint liquidæ, & ipſi actores non ſint
pauperes, ſed facultatib. idonei, vt notiſſimum eſt,
bonaque immobilia poſſideant talem eorum pro-
miſſionem, ſiue oblationem, ſine fideiuſſione ſuffice-
re, Ang. Imol. & Alexand. in l. ſi ſe non obtulit. §. id
prætor. ff. de re iud. & in l. ſi mora. ff. ſol. mat. & in l.
1. ff. qui ſatiſd. cogantur: præterea poſſet reſpõderi ta
lem omiſſionem ſatisdationis non vitiare proceſſum,
Rol. à Val. conſ 71. n. 25. & 26. vol. 1. ¶ Reſeruauimus
autẽ dicto Auguſtino ius probandi verè fuiſſe ſecutũ
caſum ſiniſtrum, & dicto tẽpore ipſum habuiſſe riſicũ
in d. barca, ſiue lẽbo, tũ quia in dicta ſententia per ip-
ſos actores producta reſeruatio huiuſmodi pariter
12 continebatur, tum quia † veritatis examen ex præ-
ſumptione ſententiæ non debet tolli, argumento l. ſi
iudex, vbi Bal. in prima lectura. ff. de his, qui ſunt ſui,
vel alie. iur. ac demum quia reſeruatio non lædit ius
alicuius partis, Bald. in l. peremptorias ſub num. 30.
C. ſententiam reſcindi non poſſe, cùm nihil iuris in
eum tribuat, in quem dirigitur, ſi prius ius non habe
bat, Natta. conſi. 472. num. 25. ſed tantum ius conſer-
uet, Craue. conſi. 33. num. 17. cum ſequenti, & conſi.
144. num. 15. quod ampliatur procedere, etiam ſi di-
catur ſaluis iuribus in ſuo robore duraturis, Grãmat.
in deciſ. 103. ſub nume. 43. Rui. conſi. 97. num. 9. vol.
2. Et ex his, &c.

DECISIO CIIII.

Obligatus ſoluere certo loco poteſt extra di-
ctũ locum, ſi reperitur, in loco originis con-
ueniri.

SVMMARIVM.

1 *Statuto nullam exceptionem admittente non tolli-
tur exceptio ſolutionis.*
2 *Executio ſentẽtiæ per ſolutionis exceptionem im-
peditur.*
3 *Compenſatio eſt ſpecies ſolutionis.*
4 *Dans complementum pro pluribus eos obligare
poteſt.*
5 *Mandans per literas cambij pecunias ſolui alicui
nullæ præcedente obligatione, an pro cambio re
maneat obligatus.*
6 *Acceptans literas cambij remanet obligatus, &
num. 9.*
7 *An mercatores conueniendi ſint, vbi ſolutio lite-
rarum cambij eſt deſtinata.*
8 *Poſſeſſio ſeu quaſi ſufficit ad probandum frater-
nitatem.*
10 *Declaratio Principis habet vim legis.*
11 *Ceſſionarius creditoris eſt propriè creditor.*
12 *An in ceſſione ſufficiat confeſſio pretij habiti.*
13 *An cedens poſsit habere fidem de pretio ſicuti
vendens.*
14 *Sententia ſine legitima contradictione lata non
valet.*
15 *Et legitimus contradictor qui ſit.*
16 *Reſcriptum Principis intelligitur ſaluo iure tertij.*
17 *Sententia poſt ceſſionẽ non nocet ceſſionario igno-
ranti.*
18 *Defectus citationis eſt inſanabilis.*
19 *An in notorijs pars ſit citanda.*
20 *Sententia etiam Principis contra abſentem lata
non præiudicat tertio.*

21 Sen-

21 *Sententiæ Principis quando non habent vim legis.*
22 *Princeps in dubio cenſetur velle vti iure communi, & non plenitudine poteſtatis.*
23 *Cauſa propria quæ ſit.*
24 *An verba præteriti temporis in inſtrumento intelligantur de præſenti.*

SOL IVSTITIÆ MENTEM noſtram illuminet.

SOLVTIONE eius quod debetur om-
nis tollitur obligatio, inſtit. quibus
mod.tol.oblig.in princip. Deciſ.l.bo-
nafides in princip.ff.de regul. iur. nu-
mero 1.Sebaſt. Med. in tract. de com-
penſa.in præfat.& bonafides non petitur, vt idem bis
exigatur, dicta l.bonafides, vbi Doct. & Ange. in l.&
non tantum.§.quod ſi pro tempore.ff.de pet. hæred.
qui infert, quòd licèt ſtatutum præciſè velit contra
1 inſtrumentum nullam poſſe † opponi exceptionem,
non tamen excluditur exceptio ſolutionis ob prædi-
ctam rationem, Nec iura fauent iis, qui ſunt de præ-
2 da ſoliciti, Alexand.conſi.113.num. 8.vol.5. † execu-
tio pariter ſententiæ ex eadem ratione ſemper per ſo-
lutionis exceptionem impeditur, Dec.dicta l.bonafi-
des, num.2.qui adducit Ioan. Andre.in additio. Spe-
3 cu. titu. de executi.ſent.inter † ſolutionis autem ſpe-
cies compenſatio ponitur. l. ſi debitor, ff. qui pot.in
pig.hab.l.amplius.ff.rem rat.hab.l.vel permutauit.ff.
de lib.cau.Bart.l.aufertur.§. qui compenſationem.ff.
de iure fiſ.Iaſon.in §.in bonæfidei, nume.62.inſtit.de
act.Deciſi.Pedemont. 92.num.11. Menoch. lib.2.de
arbitr. iud.cent.prima, caſu 14.nume.3. alios allegat
Med.loco præcitato nume.2. ¶ Hinc cum Lauren.
Saulius Sacherius eſſet creditor Spinulorum ſummæ
petitæ ſcutorum, N.virtute literarum cambij per eos
acceptatarum idemque eſſet debitor ſcutorum, N.
virtute fideiuſſionis præſtitæ pro Hieronymo de Frã-
chis erga Albertum Penellum dicti Hieronymi cre-
ditorem ex cauſis, de quibus in actis, cuius perſonam
ſuſceperat, & ſe vadem conſtituerat, fueritque lata
ſententia in ciuitate Antuerpiæ ad fauorem Penelli
aduerſus Laurentium auditis in contradictorio par-
tibus, vt ex exhibitis patet, & cùm Penellus eſſet Spi-
nulorum debitor, ceſſeritque eiſdem creditum, quod
habebat contra Saulium, meritò facta fuit per Spinu-
los compenſatio pro concurrenti quantitate, & dici-
tur legitimè facta per, l.ſi conſtat.C.de compenſ.vn-
de pro reſiduo tantum fuerunt condemnati, vt ex ſen-
tentia apparet, vnà cum intereſſe in executione liqui-
dando. ¶ De tribus autem in hac controuerſia conti-
git dubitari. Primò, an Imperiales, qui literas Cambij
ſcripſerant, eſſent condemnandi. Secundò, an Spinuli
eſſent penitus abſoluendi in hac ciuitate, vt ipſi exci-
piebant. Tertiò vtrum ad totam ſummam condem-
nari debuerint, vt actor poſtulabat. ¶ Quò ad pri-
mum & ſi videretur prima facie dicendum, quod Im-
periales remanſiſſent obligati ex eo, quod ſcripſiſſent
literas cambij pro dicto Laurentio, ex quo literæ eo-
rum fuerunt recognitæ, & probant contra ſcribentẽ,
vulg. l. Publia.§. fin. ff.depoſ. §. ſi quis igitur in Au-
then. de inſtru.cau. & fid. Doct. in l. admonendi. ff.
de iure iur. cap. 1. de probat. Bald. in rubr. C. de fid.
inſtrum. abundè autem fuerit probata literatura, non
quidem per comparationem literarum, ad not. per
Docto.in l.comparationes, C. de fid.inſt. ſed per te-
ſtes, qui iuxta conſuetudinem ciuitatis, & ita dictan-
tibus regulis deponunt, literas eſſe ſubſcriptas manu
4 Auguſtini Imperialis vnius ex ſociis dantis † com-
plemẽtum pro dicta ſocietate, & quòd pluries ipſum
ſcribere viderunt, & ita paſſim obſeruatur. Hoc ta-
men minimè obſtante, cenſuit Rota Imperiales non
remanſiſſe obligatos, quia licèt verum ſit probari cõ-
tra ipſos, quod ſcripſerunt, nec id negari poſſit, &
quod mandauerint ſolui, nõ propterea ſequitur quòd
ipſi remanſerint obligati ex aliqua cauſa, cùm nihil
habuiſſent, nec aliquam ſummam recepiſſent. Nec
enim probatum eſt aliquas pecunias fuiſſe numeratas
in Hiſpaniis, vel alibj per d. Saulium Imperialib. &
ideo ſi quas Laurentius ab iis exigeret, remaneret,
5 † obligatus illis, & nunc peteret quod ſtatim reſtitu-
turus eſſet. l.dolo facis.ff.de excep.do. nec aliud actũ
eſſet, per quod appareat de aliqua Imperialium obli-
gatione ad dicta per Bald.conſilio 348.volum.1.imò
poteſt dici Saulius adiectus ſolutioni, qui diſputat, ad
quem ſpectare cambium dicatur, & diſtinguit, prout
latiùs videre licèt, ſatis eſt quòd non colligitur Impe-
riales aliqua obligatione adſtrictos, Nec illa verba in
literis cambij appoſita, *conti à noi*, habent hanc vim
quòd ſignificent numerationem, ſed prout à merca-
toribus cambiorum peritiſſimis capta fuit informa-
tio, quod fieri potuit, Bart.l.lege Iulia.ff. de teſti. per
l. tertiam in fin.ff.eod. Alexand.conſi.14.num.1. vol.
5.Aretin.conſi.13.Iaſon.volum.1.conſ.34.Rebuf.de
conſuet.& ſtyl.articulo 2.Gloſ.13 num. 22.& 52. ſo-
nant hoc, videlicet, *cambiati in noi*, nec ex iis verbis
alio non apparente oritur aliqua obligatio. Nec huic
opinioni refragatur, quod ſcribit Alexand. in l. qui
vſumfructum num.7.in fin.ff.de verb.obliga.præſup-
ponit enim, quod mandans eſſet debitor eius pro quo
ſcribit, & cui mandauerit ſolui, & eo caſu non eſt du-
bium, quod primæua obligatio, non ſecuta nouatio-
ne, remanet firma, vt notant omnes in l.ſingularia. ff.
ſi cert. petat. non verò aſſerit Alexand. quod ex quo
quis ſcribit, ideo remaneat obligatus, ſi nulla præce-
debat cauſa, & hoc eſt valde æquitati conſonum, &
ita intelligi debent dicta per Caſtr.& alios in dicta l.
delegare. ff. de nouat. ſed eſto quod remanſiſſent
obligati, tamen Spinuli in ſe iudicium ſuſceperunt,
litem proſecuti ſunt, & continuò cauſam hanc defen-
6 derunt, qui ob † acceptationem literarum obligati
remanſerunt, & ſic ex diuerſa obligatione adſtringũ-
tur: quando enim plures ex eodem fonte inſolidum
obligantur, poſſunt omnes eo caſu inſolidùm con-
demnari, ſecus quando non ex eiſdem obligationi-
bus tenentur, ſed ex diuerſis, vt in pręſenti caſu, quod
eſt maximè conſiderandum accedente præſertim, &
in hoc vim facimus, quod Spinuli ſunt mercatores
diuites, & ſoluendo, nihilque videtur actori præiu-
dicatum, imò eius conditio redditur melior, cùm
ſint valde idonei, vt eſt notiſſimum. ¶ Quò ad ſe-
cundum, ab hoc iudicio ſe penitus abſoluendos eſſe
contendebant Spinuli eo potiſſimum fundamento,
quod ſe in loco Antuerpiæ, vbi deſtinata erat ſolu-
tio, cõueniri debuiſſe aſſerebant, tum quia inter par-
tes conuentum fuiſſe videbatur, vt pecunia ibi acci-
pi debeat, quo literæ diriguntur, & vbi pecuniam re-
cepturo offeruntur, & præſentantur, & demum vbi
à ſoluere debentibus acceptantur, toto titu.ff. de eo,
quod cer.loc. Accedente maximè conſuetudine pro-
bata in proceſſu, quod mercatores, quorum cauſæ
ex bono, & æquo tractandæ, & terminandæ ſunt,
Bald. l. ſi pro ea, numero 13. verſicul.venio C.man-

dat. Strac. in tract. de mercat. ibi debent conueniri,
7 † vbi deſtinatur ſolutio, & non alibi, quando ſcili-
cèt conſtat debitores ibi eſſe ſoluendo, prout in ca-
ſu noſtro edoctum fuit, ſocietatem ſcilicet Spinulo-
rum tunc viguiſſe, & hodie quoque vigere, vt ceſſet
omnis difficultas. ¶ Contrarium tamen, verius cen-
ſuit Rota in hoc articulo, quod imo Spinuli in hac
ciuitate, & ſic loco originis iure cõueniri potuerunt,
tum quia conſuetudo legitimè non fuit probata, nec
formaliter per ea, quæ nota. Doctu. in l. de quibus.
ff. de legi. l. ſecunda. C. quæ ſit long. conſuetu. &
capitu. fina. de ſor. compcten. Nec enim in contra-
dictorio fuit hoc iudicialiter obtentum, verùm con-
ceſſa etiam, & admiſſa tali conſuetudine, nihilomi-
nus cum hic repertus fuerit debitor, æquum fuit vi-
ſum, quod conueniri potuerit in loco originis, &
domicilij: Nam actor non inuenit debitorem in lo-
co Antuerpiæ, ſi erat in præſenti ciuitate, & ita ini-
quum erat ei denegare, quod hic conueniret. l pri-
ma. ff. de eo, quod cert. lo. per l. hæres abſens, §. fi-
na. ff. de iudic. vbi qui promiſit ſoluere in Italia, po-
teſt conueniri in prouincia, vbi habet domicilium.
Inſuper facit, quod iam ſuper competentia Rotæ fuit
pronunciatum, & interlocutoria iam diu tranſiuit in
iudicatum, adeò vt ex hoc capite non potuerit, nec
debuerit iudicium hoc reddi eluſorium, & eſt actio
perſonalis, quæ perſonam comitatur, nec ab eius oſ-
ſibus diſcedit, & locis non circumſcribitur. l. fin. C.
de præſcript. triginta anno ¶ Supereſt tertium du-
bium, & in hoc maior difficultas cauſæ vertebatur,
an Spinuli rei ad integram ſummam condemnari de-
berent, ita petente actore, & ſ.nè prima fronte vi-
debatur concludendum quòd iuxta petita eſſet pro-
nuntiandum ¶ Primò, quia ex parte actoris plenè in-
cumbentia probata videbantur, & ante omnia pro-
bata fuit mors Laurentij fratris ſui, ad nota. in l. ſi
quidem. C. ſolut. matrimon. Med. in tract. mors om-
nia ſoluit, par. prima numero 88. ¶ Secundò, actor
probauit ſe fratrem Laurentij, & pro tali habitum, &
8 tractatum, & reputatum, & ſic docuit † de poſſeſſio-
ne ſeu quaſi poſſeſſione fraternitatis, quod ſatis eſt,
Barto. & Doct. in l. filium. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel
alie. in Bald. & Sal. in l. non nudis, in l. non epiſto-
lis. C. de probat. Alexand. conſi. 51. volum. 1. ¶ Ter-
tiò, probauit actor verbum illud in literis ſcriptum,
9 † acceptatæ eſſe in anu. & litetatura Franciſci Spinu-
læ, & filiorum, ſeu alterius ipſorum dantis comple-
mentum pro dicta ſocietate, & hoc per confeſſio-
nem eorummet, qua nulla maior probatio haberi
poteſt. l. cum te, vbi Docto. C. de tranſ. Soc. conſi-
lio 112. volum quarto, & conſequenter ex tali ac-
ceptatione oritur obligatio, quia perinde eſt, ac ſi
ſe ſolenni ſtipulatione ſoluturos obtrixiſſent, Caſtr.
in l. ſi Cornelius, ff. de ſolutio. nec hoc rei ſunt infi-
ciati, ideo ſequi debuit condemnatio, iuxta petita,
l. negantes. C. de actio. & obligatio. ¶ Quartò, ſi
diceretur adeſſe ceſſionem Alberti Penelh, qui cre-
ditum ſuum contra Laurentium Spinulis ceſſerat, ta-
men non habet requiſita à l. per diuerſas. l. ab Ana-
ſtaſio. C. mandat. & ibi latè per ſcriben. ¶ Quintò,
compenſatio oppoſita per reos nullum negotium fa-
cere videbatur, quoniam ſententia illa Antuerpiæ la-
ta, ſuper qua fundatur intentio reorum, fuit reuoca-
ta per Sereniſſimam Dominationem, & ſic de me-
dio ſublata fuit, ideò nullam probationem facere
poteſt. l. 4 §. condemnatum. ff. de re iudica. cum ſi-
mili. ¶ Sextò, eſto quòd non fuiſſet reuocata ſen-
tentia Antuerpiæ lata, tamen ex quo eſt contra de-
creta huius ciuitatis, adhuc de eius inualiditate dici
poterit, & nulla deberet declarari. ¶ Septimò, ſen-
tentia Sereniſſimæ Dominationis tranſiuit in iudica-
tum, & datus fuit terminus Alberto Penello men-
ſium triũ, in quo termino ſe defendere debuit, quod
cum non fecerit, ſibi imputare debet, nec ſententia
10 amplius infringi poteſt. ¶ Octauò accedit, † quòd
hæc ſententia dicitur habere vim legis, per l. vlt. C.
de legi. cap. in cauſis de re iud. Alexand. l. ſæpe, nu-
mero 73. ff. de re iud. nec de poteſtate Principis eſt
diſputandum. l. ſi imperialis. C. de legi. cum ſimil.
& Princeps nigrum in candida vertit. l. 1. in princ. C.
de rei vx. act. nec eſt qui dicat illi, ita facis cap. in
memoriam, 19. diſtin. ¶ Nonò ſcripturæ non vi-
dentur authenticæ, nec notarius habebat authorita-
tem transferendi, quod conſtet. ¶ Decimò fuit op-
poſitum quòd in inſtrumento ceſſionis exhibito nul-
la omnino ceſſio continetur, quoniam illa verba,
dat, aut dedit, videntur habere relationem ad aliud,
quod tamen non apparet, ergò non probant, niſi re-
latum appareat vt habetur in Auth. ſi quis in aliquo.
C. de eden. cum ſimi. Cùm ergo per talem ſenten-
tiam Penellus excludatur, conſequens eſt & ipſum
ceſſionarium excludi, quia non poteſt habere maius
ius ipſo cedente. l. traditio. ff. de acqui re dom. l. ne-
11 mo plus. ff. de reg. iu. cum ſimili. imò † ceſſionarius
eſt propriè creditor, Roma. conſilio 142. Doct. in l.
1. ff. ſi cert. peta. Viu. in communibus opinio, fol.
40. Emanuel Soarez p.titer eo. lib. fol. 441 & ſicut
ſolutio facta cedenti noceret, ita & res iudicata, quæ
pro ſolutione habetur. l. poſt rem iudicatam. ff. de
re iudi. cum ſimili. & cum cedens habetet directas
actiones, ei ſolui potuit, licèt ſalua ſint iura contra
cedentem, Nec ob. quod oppoſitum fuit per reos,
tam Egidium, quàm Laurentium effectos fuiſſe non
ſoluendo, & ruptos, & per conſequens agere non
potuiſſe, quippe cum eorum bona ad formam decre-
ti effecta fuerint creditorum, nec aliqua facultas agẽ-
di remanet penès huiuſmodi decoctos: Nam reſpon-
detur in facto, rem aliter ſe habere, nec fuiſſe hoc
demonſtratum, & qui dicit aliquem eſſe decoctum,
vel aliquid aliud, in quo ſe fundet illud probare de-
beret. l. ei qui. ff. de probatio. l. ſi quidem. C. de ex-
cept. ¶ Verum illis minimè obſtantibus, in hoc ter-
tio dubio concluſum fuit, non debere Spinulos in
totum condemnari, ſed tantummodo ad reſiduum
illud, quod facta compenſatione ſupereſt per ea, quæ
latè ſuprà in princip. expoſuimus, nunc autem reli-
quum eſt vt obiecta tollamus. ¶ Licèt autem pro-
bata ſit mors Laurentij, fraternitas Egidij, & acce-
ptatio literatum, nihilominus compenſatio non ex-
cluditur: quia imò exiſtentibus veris probationibus
illis, adhuc militat, & procedit compenſatio oppo-
ſita, & hoc quò ad prima tria illa capita, & funda-
menta actorum ſufficit, quæ admittuntur, & non re-
fragantur validitati compenſationis. ¶ Non obſtat
quartum dum dicebatur, ceſſionem non habere re-
quiſita à lege per diuerſas, quia reſpondetur & in fa-
cto, & in iure argumentum non officere, in facto
quidem, quia imò fuit per plures teſtes demonſtra-
tum, & probatum, quòd Albertus erat debitor in
maiori ſumma dictorum Spinulorum, quibus ceſſit,
conſtatque de debito, nõ ſolum per dictũ inſtrumen-
tum ceſſionis, ſed etiam per partitas, de quibus at-
teſtatur in ſpecie Auguſtinus Gentilis, qui fuit me-
diatos inter dictas partes in calculando, & ſolidan-
do, cui ſoli creditur, cum neque laus, neque oppro-
brium poſſit ei contingere, vt per Gloſ. & Caſtr. in l.
quicun-

quicunque. C. de ſeru. fugit. & ſic patet quòd ceſſio habet requiſita: in iure autem reſpondetur, quòd l. per diuerſas habet plures limitationes, de quibus per Alcia. in conſilio 124. præterea ſcribit Rebuf. tomo 2. tract. de ceſſ. act. Gloſſ. ſeptima articul. 1. quod
12 communis practica obſeruat, vt † ſufficiat confeſſio pretij recepti, & alleg. Bald. in l. 2. colum. 2. C. ne fi. pot. Fulgoſi. conſilio 205. Rainaldus colum. 1. & conſilio 217. viſo exemplo in vltim. quæſtio. & Iacob. in l. ſingularia in fin. ff. ſi cert. pet. cui Bal. con-
13 ſilio 327. volum. 5. accedit etiam quòd † cedens poteſt habere fidem de pretio ſicut in venditione. §. venditæ, inſtit. de re. diui. Guid. Pap. quæſt. 567. & ibidem Rebuf. hæc igitur ceſſio cum ſit ex cauſa oneroſa, quia Albertus erat verè debitor Spinulorũ, valuit, & probatum eſt, libros illos, in quibus deſcriptæ erant partitæ, eſſe mercantiles, & benè compoſitos. ¶ Non obſtat quintum, quoniam reſpondetur, quod imò ſententia Antuerpiana fuit legitimè, & ſeruatis ſeruandis lata, & tranſiuit in iudicatum, & citatus fuit ſemper procurator, qui erat effectus dominus litis ad no. in l. mandatum. C mand. l. ſi defunctus. ff. de procurat. vbi Doct. Aretin. in §. recte, inſt. manda. nec reuocatio facta per Sereniſſim. Dominationem tenet ex multis cauſis, & ra-
14 tionibus. ¶ Primò, quia nullus legitimus † contradictor interuenit, vnde etiam ſi eſſemus in materia. l. ingenuum. ff. de ſta. ho. non nocent, prout inquit Alexand. in d. l. ſæpe nu. 76. ff. de re iud. legitimus
15 † autem contradictor dicitur is, ad quem principaliter cauſa pertinet, vt habetur in add. ad Matheſ. ſing. 25. numero 1. aliàs talis ſententia non nocebit, per l. ſi ſeruus plurium, §. 1. verſi. quid ergo. ff. de legat. 1. & eſt nonum requiſitum, de quo ibi, numero 8. Secundò cum fuerit lata de conſilio ſapientum, ab ea datur appellatio. l. 1. ff. quando app. ſit, Soci. conſ. 195. Pariſ. conſilio 118. numer. 17. in princip. Tertiò ſi in ſupplicatione expoſitę fuiſſent qualitates omnes, & circunſtantię requiſitę, & pręſertim quòd Laurentius ſpontè ſuſceperat iudicium in dicto loco Antuerpiæ, & ſimilia, & alia ſilentio omiſſa iſta non fuiſſent, vtique Princeps ſententiam illam reſcindi paſſus non fuiſſet, per not. in c. poſtulaſti de reſcript. Gram. deciſ. 59. in fin. qui multos allegat. Quartò Principis mens non eſt cuiquam præiudicare, præcipuè non citato, & non audito. l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in lo. publ. l. nec auus. C. de emen. lib.
16 quia imò ſemper † reſcriptum Principis intelligitur ſaluo iure tertij, l. ex facto. ff. de vulg. & pup. cap. ſuper de off. de leg. etiam ſi eſſet motu proprio, cap. ſi motu proprio de præben. Cald. in cap. mandatum de
17 reſcrip. Quintò acta facta, & ſententia † poſt ceſſionem non nocent ceſſionario ignoranti, Barto. l. ſi ſuperatus, ff. de pig. & Doct. in d. l. ſæpe, qui non fuit citatus contra. l. de vno quoque, vbi Marſ. ff. de re iud. nec aliquam geſtorum notitiam habuit, & cùm prius acquiſiuiſſet dicta iura, meritò fuit monendus: patet autem quòd pręceſſiſſet acquiſitio iurium, quoniam proteſtatio facta fuit de menſe Maij pro conſequenda ſumma contenta in literis cambij, & tamen tunc temporis Ioan. Baptiſta Spinula reſpondit, quòd tanquam ceſſionarius Alberti Penelli compenſabat, & ſic habuerat prius ceſſionem, vt patet inſtrumento exhibito, & ſic videmus ſententiam hanc non afficere Spinulos. Sextò multa requiruntur ad hoc, vt ſententia lata contra vnum alteri noceat, de quibus per Alexand. in d. l. ſæpe, numero 76. cum ſequen. & in addi. ad Matheſ. d. ſing. 25. quæ recenſere eſt
18 ſuperuacaneum. Septimò defectus † citationis eſt inſanabilis, quia vbi citatio non eſt, ibi ſententia deeſt, not. in l. vir bonus. ff. iud. ſol. Afflict. deciſ. 182. numero 3. per Clemen. Paſtoralis, de re iud. Vant. latè de nullit. ſent. ex defect. cita. numero 15. quia citatio reſpicit defenſionem, quæ à iure naturali prouenit, l. vt vim, ff. de iuſt. & iu. l. prima. §. cum arietes. ff. ſi quadr. paup. fe. di. & defenſionis facultas nemini eſt deneganda. l. defenſionis. C. de iur. fiſ. libro 10. l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſtio. capitulo cùm inter de except. Gloſ. in extrauagan. rem non nouam de hoc multa ¶ Ad ſextum reſpondetur, quòd ex quo ſententia Antuerpiæ lata fuit legitimè, etiam ſeruatis ſeruandis, dicitur tranſiuiſſe in iudicatum, & habetur pro veritate, nec poteſt impugnari, Afflict deciſ. 13. numero 28. poſt Alexand. conſi. 182. volum. 3. quem allegat, & poſt lapſum biennij contra eam non poteſt quicquam opponi: quia omnia præſumuntur ſolenniter acta. Innocen. in capitu. bonæ memoriæ de elect. Vant. latè qui dixit communem, & multos allegat in tracta. de nullitate, in ti. à quo, & quibus mod. numero 7. 8. cum ſequen. Secundò conſiderandum eſt, quòd iſtud non eſt contra priuilegium ciuitatis, quia Laurentius non declinauerat forum, ſed ſpontè, & volens ſuſcepit perſonam Hieronymi de Franchis, & ſe principalem conſtituit, & licèt in illo iudicio oppoſitum fuiſſet, prius conueniendum eſſe principalem, tamen ſuper hac exceptione cognitum fuit, & illa reiecta, & non obſtante contra ipſum fuit pronunciatum, & ſic apparet, Laurentium fuiſſe principalem, & per conſequens conueniri potuiſſe, & iudicium rectè contra eum intentatum: quinimo cum negotium geſtum fuiſſet in illis partibus, & ibi fuiſſet repertus, profectò ex ſtatuto ipſo, & decreto potuiſſet conueniri, vt in ſtat. ne quiſpiam Laicus. §. prædicta non, &c. Nec obſtat quod dicitur eſſe notorium decretum: Nam iſtud negatur, vel etiam ſi
19 iſtud concedamus, tamen † etiam in notoriis pars eſt citanda, Marſ. in rubr. ff. ad l. Corne. Fulgo. numero 49. nec ex prædictis de inualiditate dictæ ſententiæ dici poteſt, inſuper poteſt dici, quod exceptio perſonalis, quæ competit reo, non competit fideiuſſori, Marſ. in rub. de fideiuſ. nu. 174. Bar. quæſtio. 77. Aret. conſ. 33. ¶ Ad ſeptimum reſpondetur quòd non poteſt dici, quòd ſententia tranſiuerit in iudicatum, ex quo nunquam fuit intimata Alberto Penello, nec de ea aliquam habuit notitiam: igitur in iudicatum tranſire non potuit, vt habetur in ſtatuto de appell. in prin. Præterea hæc fortaſſis poſſent militare, quo ad Albertum, de quo nihil ad nos, attenta ceſſione, quæ præceſſit dicta acta, & ſententiam, quæ Spinulis ceſſionariis poſſunt nocere, & terminus datus non peruenit ad notitiam Penelli, quod conſtet, nec ſufficit quod affinibus eius fuerit denunciatum, quia ad formam ſtatuti conſtituendus fuit curator d. Penello, prout quotidiè obſeruari videmus in abſentib. qui conueniuntur, aliàs acta non tenent. ¶ Non obſtat octauum, quia ſententia hæc non poteſt dici habere vim legis, quia non habet re-
20 quiſita ab Alexandr. dicta l. ſæpe. Secundò † nunquam ſententia Principis contra abſentem lata facit ius commune, nec præiudicat tertio, ita Henr. Ferran. in add. ad Alexand. in dicta l. ſæpe, & habetur in add. ad Matheſ. in d. ſingu. 25. numero 3. per l. qui repudiantis. §. fin. ff. de inof. teſt. l. qui abſentem. ff. de procu. nec ſufficeret quod eſſet legitimè citatus, Fulg. d. l. vlti. numero 7. Tertiò accedit quod
21 nullo pacto † poteſt dici, quod habeatur pro lege,

cum detur appellatio, vt ſuprà diximus: à lege enim
non appellatur, ſed ab iſta ſententia appellatur, d. l.
1. in prin. ff. quando app. ſit. cap. biduum. 2. quæſt.
6. Rom. conſilio 521. Capic. deciſ. 111. num. 2. cum
ſimi. Nat. conſilio 118. nume. 17. in princ. cum ſit la-
ta de conſ. ſapientis. Quartò ſententiæ Principis, quæ
vel ex te[illegible]ionib. vel ex ſuggeſtionib. fiunt, vt iſta,
de qua agitur, non habent vim legis, vel conſtitutio-
nis. l. 2. C de legi. Quintò Præſentib. partib. feren-
da eſt ſententia, quæ legis vim eſt obtentura, ita Fab.
Aret. nume. 6. Sriph. Bod. in §. ſed quod Principi, ibi
cognoſcens docuerit inſt. de iu. nat. gen. & ciui. per
l. ſi perluſorio. §. quoties. ff. de app. l. ſi prætor. ff. de
iud. l. ſi ſeruus plurium, §. 1. ff. de leg. primo, l. de
vnoquoque. ff. de re iud. l. ea quæ, C. quomodo, &
quando iud. Sextò conſiderandum eſt, quod ſenten-
tia hæc lata per Principem dicitur criminalis, quia ex
decreto fit rebellis, & bona publicantur, ideo ſtri-
ctius agendum, & requiritur citatio, & cauſæ co-
gnitio, Clem. Paſtoralis de re iud. cæterum nec ci-
tatio, nec cauſæ cognitio interuenit, igitur non de-
bet officere d. nec Principis poteſtate diſceptatur:
id enim nefas eſſe cenſemus, quæ tamen qualis ſit,
vel eſſe debeat, latè tradit Solom. in l. Princeps. ff.
de leg. ſed quærimus de voluntate Principis, qui non
eſt veriſimile, nec credibile, quòd tertiu voluerit præ-
iudicare, etiamſi potuiſſet. d. l. ſecunda. §. meritò.
22 imò Princeps † in dubio cenſetur vti velle iure com-
muni, & non plenitudine poteſtatis, Boſſ. in trac. de
Principe, numero 77. qui citat Dec. in l. vinum ff. ſi
cert. pet. præſertim in Principe iuſtiſſimo, prout hæc
Reſpublica, quæ non vtitur plenitudine poteſtatis,
quemadmodum faciunt quam plures alij, quæ dici-
tur potius plenitudo tempeſtatis, vt inquit Cardina.
in Clement Paſtoralis, de re iudica. Socin. conſilio
164. quos refert Solom. in l. princeps in fin. ff. de le-
gi. Gloſ. in extrauag. rem non nouam, de qua ſuprà.
Sequitur verò concluſio, quòd ſicut Penellus per ta-
lem ſententiam nõ excluditur, multò minus debeant
excludi Spinoli, Authen. multò magis. C. de Sacro-
ſancta Eccleſia. ¶ Non obſtat nonum quòd dicebat
tur ſcripturas non eſſe authenticas, quia imò ſunt au-
thenticæ, & habent ſigilla illius ciuitatis approban-
tis, prout communiter fieri ſolet, adeſtque ſubſcri-
ptio Petri de Vanlate notarij cum ſuo ſolito ſigillo,
& publica fides per Rogerium à Taxis protonota-
rium Apoſtolicum præpoſitum Genuenſem, & De-
canum Antuerpianum de legalitate dicti Petri, &
eius ſcripturis fidem adhiberi, & ad notariatus exer-
citium per conſilium Brabantiæ admiſſum, prout la-
tiùs in ea continetur, de qua ſanè dubitare non poſ-
ſumus, nec debemus: quia habet requiſita, & ita
obſeruatur per totam Italiam, imò per totum orbem,
Marſ. in l. ſi quis nec quæſtio. ff. de quæſt. numero
184. & præſumitur pro actis. l. ſciendum. ff. de ver-
bo. obliga. Non obſtat quòd opponebatur contra
notarium, non habuiſſe talem facultatem traducen-
di in linguam latinam, quia, vt dicebamus, præſu-
mitur pro actis, Doctores dicta l. ſciendum, & ma-
ximè quia præceſſit iuramentum notarij, qui coram
teſtibus profeſſus eſt, ſed iſta acta ex originali acto-
rum fideliter extraxiſſe, & nos ſecundùm Deum, &
veritatem iudicare tenemur ex regulis, & ſaltem
tranſlatũ fuit onus probandi in aduerſarium. Secũdò,
pars ipſa in ſupplicatione ſua fecit mentionem acto-
rum & ſententiæ, quam aboleri petiit, ergo confeſ-
ſa eſt adeſſe, & profectò non poteſt nunc negare,
quòd profeſſa eſt, l. cum precum. C. de lib. cau. &
quamuis non comprobet, tamen non poteſt negari,
quin fateatur rem ita geſtam fuiſſe, nec mirum, quia
ſi non adfuiſſet talis ſententia, ſtuſtra & ſuperfluò
fuiſſet nedum ſupplicatio porrecta, ſed etiam relatio
ſapientum facta, & exinde incaſsùm ſententia reuo-
cata, quia non reuocatur, quod non eſt, l. eius qui.
ff. ſi cert. pet l. decem. ff. de verborum obliga. ¶ Non
obſtat decimum, quod obiiciebatur verba illa in in-
ſtrumento ceſſionis appoſita, quæ dicuntur, dabit,
aut dedit poteſtatem in cauſa propria &c. non poſſe
importare ceſſionem, cùm non appareat de referen-
te: neceſſe enim eſſet conſtare de alio inſtrumento,
in quo dediſſet talem facultatem, Authent. ſi quis in
aliquo. C. de edend. Nam reſpondetur, Primò, quòd
hæc verba ſaltem faciunt Spinulos procuratores in
rem ſuam, quo caſu permittitur compenſatio, vt la-
tè tradit Sebaſt. Med. tract. de compenſ. part. ſecun-
da, quæſtione 13. Nam procurator poteſt oppone-
re de debito, ſeu de credito domini ſui, ſi ſpectaue-
rit ad cauſam, in qua eſt procurator. l. poſteaquam.
ff. de compenſa. Et adducit Tind. in tracta. de com-
penſa arti. 7. numero 6. not. in l. in rem. C. de com-
penſ. l. 1. C. de donat. Azo. in ſumm. C. eod. num.
6. Gloſſ. in l. eius. C. de compenſ. vbi Barto. num.
23 2. propriam † autem cauſam eſſe dicit text. in capi-
tu. biduum. 2. quæſtio. 6. cuius emolumentum, vel
damnum ad aliquem proprio nomine pertinet, vt in
caſu noſtro. Secundò reſpondetur, quòd imò illa
verba ſic prolata referuntur ad præſens, licèt ſint præ-
teriti temporis, prout in terminis inquit Barto. l.
poſt dotem, numero 21. ff. ſolu. matri. vbi dicit,
24 quòd ſic intelligũtur † verba præteriti temporis ap-
poſita in inſtrumento circa id, quod poſſibile fuit
interueniſſe tempore confecti inſtrumenti, & illo
tunc præſumitur actum, l. 1. C. de fid. inſtru. & iu.
haſt. fiſ. libro 10. & quod ibi not. pro hoc facit,
quod communiter fit. Nam notarius ſcribit in inſtru-
mento, Titius vendidit, dedit, & tradidit, hæc verba
ſunt temporis præteriti, & tamen conſtat quòd intel-
ligunt de illo tempore, quo inſtrumentum fuit con-
fectum, & ſic intelligi debet præteritum in modica
præuentione, ita quòd in continenti, non ex interual-
lo, dicatur geſtum, citat. l. vlti. C. de apoch. publ. libro
10. ibi ſolutæ eſſe conſcribuntur. l. ſi ita ſtipulatus. §.
Chriſogonus. ff. de verb. obliga. l. lecta in princip. ff. ſi
cert. pet. & ſic hæc doctrina Barto. probat, quod li-
cèt in ceſſione ponantur verba præteriti temporis,
dedit, nihilominus ad præſens referuntur, & licèt
prædicta ceſſio fiat contra Hieronymum debitorem,
tamen intelligitur etiam facta contra fideiuſſorem,
Barto. in l. ſi hæres pecuniam, nume. 1. ff. ad Treb. per
tex. in l. ſi inſolutum. C. de act. & obliga. Bald. & Imo.
in l. ſi verò. ff. ſolut. matr. in princip. Neguſan. in tract.
de pig. par. quinta, membro. 3. nu. 40. verſ. ſed dubita-
tur vtrum. Cùm igitur per dictã ſententiam Penellus
non excludatur, qui nõ fuit citatus, multò minus Spi-
nuli ceſſionarij: Nam concluſum fuit non valere con-
tra Penellum. Sed eſto etiam quod illum affeciſſet, ta-
men Spinulis minimè nocuiſſet, & per conſequẽs ceſ-
ſio valuit, & compenſatio rectè oppoſita fuit pro ra-
ta, prout rectè à Rota, & ritè vnanimiter pronuntia-
tum, & iudicatum fuit, ac votatum.

DECI

DECISIO CV.

Quò ad conueniendum debitorem, & ſortiendum forum contractus propriè dicitur celebratus in loco conſignandarum mercium.

SVMMARIVM.

1 *Actus, qui non poſſunt fieri citra ius, & nomen hæredis, inducunt additionem.*

2 *Locus contractus conſideratur reſpectu gabellarum & modi, & formæ, & ſolennitatum.*

3 *Et reſpectu deſtinatæ ſolutionis.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.

IN cauſa Leonardi Pinelli contra Iulianum Alzatorem hæredem quondam Bapti. eius filij nulla circa merita facta fuit controuerſia, & nûlla reuera fieri poterat: quia ex literis eiuſdemmet Baptiſtæ per teſtes recognitis, quæ propterea plenam fidem faciunt contra ſcribentem ad not. in l. Publia. §. fina. depo. apparet qualiter dictus Baptiſta ſuſcepir mandatum à dicto Leonardo emendi pro ipſo ſalmas, N. frumenti Rucchiellæ, & ꝙ illas emerat, & quòd quàmprimū poretrar ad ciuitatē Genuæ ipſi Leonardo cōſignādas trāſmitreret, & quòd iā pretiū dictorū frumētorū ab Imperialibus Garbarinis Beſenzoni receperat de ordine dicti Leonardi, vt etiam ex literis dictorum Imperialium Garbarinorum probatum fuit. Vnde cùm poſtea dicta frumenta non tranſmiſerit, veniebat meritò ad petita condemnandus. Ex inſtrumento etiam publico procuræ exhibito conſtitit dictum Iulianum eſſe hæredem dicti quondam Bapti. cum tanquam hæres, ac eo nomine in dicto inſtrumento conſtituerit procuratorem ad reſtringenda, & recuperanda omnia bona hæreditaria d. quondam Baptiſtæ ſibi nunc, vt ibi dicitur, tanquam hæredi ſpectantia: qui
1 † actus cùm non poruerit fieri citra ius, & nomen hæredis, oſtendit ipſum Iulianum adiuiſſe hæreditatem dicti quondam Bapriſtæ, quæ ſolo animo additur ad not. per Barto. & Docto. in l. gerit. ff. de acquiren. hæredi. & quid conſiderat Corne. conſi. 165. ad fin. volum. 2. Sola difficultas eò reducta fuit, quod dicebatur Rotam incompetentem ſtantibus conuentionibus initis inter Remp. Genuæ, & ciuitatem Albinganæ, quibus conuentum fuit, ne Albinganenſes, nec eius diſtrictuales poſſint in ciuitatem Genuæ trahi ad litigandum (tribus exceptis caſibus videlicet, niſi perſonaliter Genuæ reperti fuerint, vel Genuæ contractum fuerit, vel alibi conuentum, vt Genuæ conueniri poſſint), & aſſerebatur dictum Iulianum eſſe Alaxienſem, & per cōſequens diſtrictualem Albinganæ, verum quia in proceſſu probatū non fuit dictum Iulianum eſſe Alaxienſem, nec diſtrictualem Albinganæ, & quatenus etiam id probatum fuiſſet, cum nihilominus Genuæ dictus quondam Baptiſta contraxiſſe dicatur, ex quo Genuæ ſolutio, hoc eſt frumentorum tranſmiſſio, & conſignatio deſtinata fuerat. l. contraxiſſe. ff. de actio. & obliga. idcircò Genuæ de iure conueniri poterat. l. tertia. ff. de bon. aut. iudi. poſ. & l. hæres abſens. §. fine. ff. de iud. & Docto. communiter in d. locis, & in l. 1. ff. de eo, qui cert. loco. & in l. 1. C. vbi cōnu. qui certo loc. da pro. vbi ampliatur hoc procedere etiam quo ad damna, & expenſas, vr per Iaſo. in §. plus autem, ſub nu. 14. inſti. de actio. diximus nos eſſe ſub illa limitatione d. conuentionum, qua dictum eſt Albinganenſes, & eorum diſtrictuales Genuæ conueniri poſſe, cùm Genuæ contractum fuerit, quia ratione deſtinatæ ſolutionis, & conſignationis dictus Baptiſta dicitur Genuæ contraxiſſe iuribus ſuprà allegatis, & his, quæ habentur in l. quæro. ff. de ſolut. ¶ Nec viſum fuit obſtare, quod non dicatur propriè, ſed fictè quis contraxiſſe in loco deſtinatæ ſolutionis per ea, quæ nota. Iaſo. in d. §. plus autem, ſub nume. 14. & Abb. in capit. dilecti filij, columna 2. numer. 5. extra de foro competen. & aliàs Doc. in locis ſuprà allegatis, & quod dict. conuentiones debeant intelligi de eo, qui propriè in Genua contraxerit, quia reſpondimus verum eſſe reſpe-
2 ctu † gabellarum, ac reſpectu modi, formæ, ac ſolennitatum in contrahendo ſeruandarum, & prout contractus in fieri, & quod facti eſſe conſideramus, contractum impropriè, ſeu fictè Genuæ celebratum fuiſſe: quia reſpectu dictarum ſolemnitatum, & prout conrractus eſt quid facti, & quoad ſubiiciēdum contractum ſtatutis, dicitur celebratus in loco, vbi ſcriptus fuit, & factus, & non in loco deſtinatæ ſolutionis, ſed reſpectu conueniendi, & forū ſortiēdi ad hūc effectū, vt cōtrahēs cōueniri poſſit, prout d. cōuētiones & nos loquimur, verè, & propriè, cōtractus dici-
3 tur celebratus in loco † deſtinatæ ſolutionis, quia cōſenſus, ex quo oritur obligatio, eſt quid intellectuale, & incorporeum, & loco nō circunſcribitur, & verè, & propriè de loco ad locum extenditur, & ideo cum effectum contractus in ducat in loco deſtinato, ibi verè, & propriè, & non fictè dicitur ad hunc effectum conueniendi, & ſoluendi contractus celebratus, & ita diſtinguendo conſiderat, & concludit Bald. in l. multum intereſt colum. fina. nume. vndecimo, verſ. quid ergo, & ibi Saly. colum. fin. nume. 17. ver. quæritur, Bald. cap. ſi quis alteri, vel ſibi, & ſequitur Mantua. in ſuo ſing. 298. dicit alibi hoc. Et ita prædictis omnibus, ac aliis plenè conſideratis communi omnium voto condemnauimus dictum Iulianum iuxta. petita. Laus Deo.

DECISIO CVI.

Debitore conuicto de mendacio ſuper venditione mercium ſtandum eſt iuramento creditoris ſuper quantitate pretij.

SVMMARIVM.

1 *Exhibitio non citata parte non valet.*

2 *Etiam quæ non conſtant in proceſſu mouent aliqualiter animum iudicis.*

3 *Teſtibus deponentibus per eundem ſermonem non creditur.*

4 *Veroſimilia non deponentibus non creditur.*

5 *Negatiua coarctata loco, & tempore habet vim affirmatiuæ.*

6 *Vnicus teſtis probat contra producentem.*

THOMAS Richeme tanquam hæres
Bernardi patrui petiit à Nicolao Ba-
uaraco libras, N. pro reſiduo pretij
pannorum eidem venditorum ad cre-
dentiam, reus negauit omnia, actor
tentauit ſuam intentionem probare. Primò per librū
defuncti. Secundò per extraiudicialem cōfeſſionem
rei, qui viſis quibuſdam computis confeſſus fuit ſe
reſtare debitorem de tanta ſumma, ſed ex alijs parti-
tis prætendebat ſe actoris creditorem. Tertiò per ip-
ſam venditionem pannorum. ¶ Super primo funda-
mento fuit latè diſputatum, & motiuatum, & hinc in-
de inuicem allegatum, & poſt multos labores com-
pertum fuit, quòd ille liber non fuerat formiter, & ci-
tata parte exhibitus ad effectum, vt eſſet de actis, ſed
1 tantum per actorem parte † etiam non citata exhibi-
tus cum quibuſdam interrogatorijs, ſuper quibus par-
titis teſtes rei erant examinandi, adeo quòd vanus fuit
omnis labor circa probationem dicti libri impenſus:
quia in facto ceſſabat eius fundamentum, ſed tamen
ille liber fecit Rotæ aliqualem fumum ad fauorem
actoris, quòd eſſet re vera creditor de tanta ſumma ex
2 cauſa petita: Nam non ſolum ex ijs, † quæ non forma-
liter fuerunt exhibita, ſed etiam ex iis, quæ non con-
ſtant in proceſſu poteſt iudex moueri, Bal. in l. 1. num.
6. C. de manu. vindi. moueri inquam non ad fundan-
dam ſuam ſententiam ſuper re in actis non apparen-
te (hoc enim eſt prohibitum, vt latè per Bida. varia
reſolu. lib. 1. cap. 1. per tot. & ſignanter, numer. 9. vbi
impugnat prædictam opinio. Bal. & ſequacium,) ſed
moueri ad dandam maiorem, vel minorem fidem te-
ſtibus, & alijs probationibus, quarum vis, & fides eſt
iudicis arbitraria. l. tertia §. ideoque, verſ. tu magis. ff.
de teſtibus. cum vulgat. ¶ Super ſecundo etiam Ro-
3 ta non multum inſtitit, tum quia † teſtes ſuper ea con-
feſſione deponentes loquebantur itapræmediatè, &
per eundē ſermonem, vt ſuſpecti redderentur dicta, l.
3. §. ideò verſiculo tu magis. ff. de teſtib. & ibi Docto.
Nepos à Monte alba de teſtib. numero 121. Iaco. Bu-
trig. de teſtib. capi. 1. nume. 16. cum alijs paſſim in lo-
cis vulgaribus, tantò magis, quia deponebant non ve-
roſimilia. nec enim videbatur veroſimile, quod tot
verba præciſa, & tot diuerſas res iam anno elapſo re-
4 cordarentur, & propterea eis tanquam non † veroſi-
milia deponentibus videbatur non credendum, Cra-
uet. de antiqu. temp. par. prima. §. 4. limitatur, nu-
mero 40. facit Gabriel. in com. conclu. de teſtibus
conclu. 4. numero 28 & ſeq. & tantò minus videba-
5 tur illis credendum, quia in contrarium reus † pro-
bauerat negatiuam coarctatam loco, & tempore: quæ
probatio vim, & inſtar affirmatiuæ probationis obti-
net, & tantum valet, Aflli. Deciſ. 327. numero 9. &
10. Gabriel in com. con. de teſtibus conclu. 4. nu-
mero 5. & 8. & propterea Rota parum inſtitit ſuper
hoc ſecundo fundamento, vt ſupra fuit, dictum. ¶ Ad
tertium itaque fundamentum vti ad ipſam venditio-
nem res fuit reducta, quæ quidem venditio fuit pro-
bata per ſenſatium dicti contractus, qui ſolus plenè
probat vigore ſtatuti, & per Georgium libertum te-
6 ſtē ipſiuſmet rei, qui & ipſe ſolus debet † probare cō-
tra producentem, ſecundum magis com. Doct. opin.
Gabriel. de teſtibus conclu. 1. num. 13 & ſeq. Nec re-
leuat quòd ille libertus quo ad menſuram, & pretium
pannorum nihil deponat, ſenſarius autem circa men-
ſuram, & pretium deponat per verbum (firmiter cre-
do) Nam (præterquam quòd talis depoſitio ſenſa-
rij valet & probat, Campeg. de teſtib. reg. 209. fall.
18.) dicitur, quòd cum reus de mendacio fuerit con-
uictus ſuper veritate debiti, videlicèt ſuper venditio-
ne pannorum, ſtandum eſt iuramento actoris ſuper
quantitate dicti debiti, & ſic ſuper menſura, & pretio,
Plot. poſt alios in l. ſi quando. §. 37. nume. 6. C. vn. vi.
Nec releuat quòd ſit hæres defuncti, & ideo non de-
beat iurare de facto alieno: reſpondetur enim quòd
cùm ſit, hæres, & dicat ſe eſſe informatum de facto
defuncti, debet omnino ei deferri iuramentum ſup-
pletiuum, Plot. poſt alios, vbi ſup. §. 19 per tot. Atque
ita delato iuramento actori fuit reus condemnatus
ad petita. Laus Deo. Opt. Max.

DECISIO CVII.

Secuta ruptura, ſeu decoctione creditores poſ-
ſunt pro creditis agere ante diem,

SVMMARIVM.

*1 Obligatio, & actio oritur ante diem certam ap-
poſitam ab homine.*
2 Quæ exceptio competat conuento ante diem.

NICOLAVS Spinula vendiderat
quaſdam lanas Bernardo Raffo pro
ſumma librarum, N. quas dictus Ber-
nardus tenebatur ſoluere per mēſem
Martij anni, &c. pro quo cauit & fide-
iuſſit Hieronymus Lercarius cum renuntiatione iuris
dicendi principalem prius fore conueniendum, quam
fideiuſſorem, vt cōſtat ex appodiſia in actis exhibi-
ta, cumque eueniſſet, quòd dictus Hieronymus effe-
ctus fuiſſet non ſoluendo, & decoxiſſet, atque bonis
ipſius eſſet conſtitutus, & datus curator Ioannes An-
dreas Caſſinellus, agit ſupradictus Nicolaus contra
dictum Ioann. Andream dicto nomine ad ſupraſcri-
ptā ſummā librarū, N. licèt dubitabatur, quod quam-
1 uis contra debitorem in diem orta ſit † obligatio, &
actio ante diem certam appoſitam ab homine, vt in
caſu noſtro. l. cedere diem ff. de ver. ſig. & l. 1. in
fina. ff. quando dies vſusf. lega. ced. not. Gloſſ. in l.
certi conditio. in princip. ff. ſi cert. pet. & in l. item
quia. ff. de pact. & Bartol. in l. ita ſtipulatus, *ia gran-
de*, in ſecundo quæſtione principali, de verbo obli-
gationibus, & eſt communis opinio, vt ibi per alios.
2 Attamen ſi actum † fuerit ante diem, reo competit
exceptio. d. l. 1. in fina. & per Bartol. in l. cum, qui
ita. §. qui ita in fina. ff. de verbo. obligat. Contra-
rium tamen in hac cauſa viſum fuit, ea potiſſimum
ratione, quoniam fuere exhibita compluta decreta.
Vnum ſcilicèt dominorum extraordinariorum, ex
quo apparet fuiſſe declaratum dictum Hieronymum
ruptum, & factum fuiſſe, & eſſe non ſoluendo. Al-
terum eſt decretum Sereniſſimæ Dominationis anni,
&c. quo cauetur, quod bona facti non ſoluendo, ac
rupti ſine aliqua contradictione effecta ſint, & effi-
ciantur creditorum, ſeruatis ſemper tamen iurib. po-
tioritatis. Id quod adiuuari quoque videtur diſpoſi-
tione iuris communis, qua omne ſubſidium fallitis,
& decoctis videtur denegari. arg. no. in l. 1. C. qui bo-
nis ced. poſ l. fina. §. fina. quæ in fraud. cred. Pro-
pterea ex his omnibus condemnauimus dictum Ioan-
nem Andream dicto nomine ad dandum, & ſoluen-
dum ipſi agenti ſupradictam ſummam iuxta formam
decretorum Genuæ.

DECI-

D E C I S I O. C V I I I.

Promittens accepto pretio conuento aliquid ſoluere, ſi vxorem duxerit, purificata conditione tenetur.

S V M M A R I V M.

1 *Purificata vna ex pluribus conditionibus alternatiuis appoſitis promiſſioni dicitur committi ſtipulatio.*
2 *Conditio habetur pro cauſa.*
3 *Impedire matrimonia eſt contra bonos mores.*
4 *Conditiones, quæ aduerſantur nuptijs, reijciuntur.*
5 *Iuramentum cùm non vergat in diſpendium ſalutis æternæ eſt obſeruandum.*

SOL IVSTITIÆ MENTEM noſtram illuminet,

SVB conditione alternatiua obligauit ſe Iulius Cęturionus ſoluturum Simoni Colonæ ſcutos, N. ſi aut vxorem duxiſſet, aut mortem obiiſſet, cum ab eo vſque de anno, &c. habuiſſet in pecunia numerata ſcutos, N. appoſita etiam in ſcriptura iuriſiurãdi religione. Modo Iulius vxorem duxit, vt per teſtes probatum eſt, ideo egit Simon contra illum ad ſummam promiſſam, & ſtructo proceſſu fuit per Rotam vnanimiter condemnatus ad ſoluendum dictos ſcutos, N. & ex infra dicendis ita fuit votatum. ¶ Primò certi iuris eſt, quòd pacta, & promiſſa ſunt ſeruanda. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. de pact. l. 1. de conſtit. pecun.
1 tot. titu. ff. & C. de pact. & quoties † promiſſio habet annexas conditiones plures alternatiuas vna purificata, dicitur committi ſtipulatio, & venit dies ſoluendi id, quod promiſſum fuit. l. ſi ita quis ſtipulatus. ff. de verb. oblig. l. obligationum ſubſtantia. ff. de obliga. & actio. hæc autem promiſſio facta de ſoluendo, cum aliquis duxerit vxorem, vel morietur, habet in ſe tempus, & ſecundariò conditionem. l. 1. ff. de condi. & demonſtratio. l. centeſimis. ff. de verbo. oblig. cum ſimi. euenisse autem conditionem, liquidò probatum eſt per teſtes, quæ eſt probatio euidens. Marſ. in rubr. C. de probat. & tit. de teſta. ¶ Secundò conſiderandũ eſt, quod talis promiſſio habet cauſam, quia habuit pecuniam, id eſt aureos, N. quos ſi cambio cepiſſet, vtique pro tanto tempore longè ſummam maiorem pro intereſſe ſoluiſſet, quam ſit augmentum ſcutorum, N.
2 necnon & † conditio habetur pro cauſa. l. ſi quis cum debitore ad fi. ff. de iur. iur. l. cum ad præſens. ff. ſi cert. pet. cum ſimi. ibi alleg. per Iaſ. & alios. Caſtr. in l. à Titio, nume. 3. ff. de verbor. obligar. vbi vidit terminari quæſtionem, licèt ipſe noluerit conſulere: Nam ſolent aliqui pronoſticare de futuro, vt puta, quòd talis dominus, puta Imperator, vel Pontifex morietur hoc anno, & ſi non moriatur promitto tibi centum, ſi moriatur dabis mihi decem, quòd huiuſmodi pactio ſubſiſtit reſpectu cõditionis, & ita fuit iudicatum ob frequentem mercatorum vſum tam hic, quam alibi, & dicit tenendum eſſe menti: quia ſufficit euentus conditionis, & non eſt quærenda alia cauſa, ita dicunt ibi Alexand. Aret. & Iaſ. num. 3. poſt Hoſti. in cap. gemma de ſponſ. & Salic. in l. ex eo. C. de inut. ſtipul. ſed in fortiorib. terminis dicimus in caſu noſtro ex implemento conditionis adeſſe promiſſori aliquid, id eſt ſcuti, N. & ideo tenet promiſſio. l. Labeo ſcribit ſi mihi Bibliothecam. ff. de contrahend. empr. & l. hoc iure. §. 1. ff. de donat. Iaſ. in dicta l. à Titio, nu. 4. etenim ſatisfit longè magis voluntati promiſſoris, qui accipit pecuniam, quam quando ſimpliciter vult in euentum talis conditionis obligari. §. præterea. inſtit. de act. l. fin. ff. de vſu. & habit. l. cum ſeruus, & ibi not. ff. de condict. ob cauſam. ¶ His ſic ſtantibus non obſtat quæ in contrarium adduci poſſunt. Primò non obſtat quòd pacta, quæ contra bonos mores fiunt, nullam vim habeant. l. pacta, quæ contra, & ibi per Doct. C. de pact.
3 Cæterùm † aliquod nuptiis impedimentum afferre, eſt contra bonos mores, vt ibi Alci. per l. 1 itia, & Iaſ. poſt alios. ff. de verb. obli. l. 2. C. de inuti. ſtip. quia inhoneſtum eſt vinculo pœnæ matrimonia aſtringi ſiue futura, ſiue iam contracta, & metu aliquo nuptiarum libertas tolli nõ poteſt. l. Titio centum. § 1. l. hoc modo. l. cum ita legatum. ff. de condit. & demonſtra. & in contrahendo matrimonio cuique libera poteſtas concedenda eſt. l. vlt. in fin. C. de ſponſ. c. gemma. & cap.
4 requiſiuit, extra eo. de ſponſ. Hinc † conditiones reijciuntur, quæ nuptiis aduerſantur. l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. not. Fulgoſ. in l. quod autem. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. cum ſimil. Reſpondetur enim in caſu noſtro promiſſionem eſſe factam non in pœnam, nec ad prohibitionem matrimonij, ſed tantummodo ille voluit ſe obligare, ſi vxorem duxiſſet, nec per hoc prohibetur, ſed nubat in Domino, Inſuper promiſſio vallata fuit religione iuriſiurandi nullo dolo, aut vi, vel metu intercedente, ſed ſponte, vt ex
5 ſcriptura apparet, ideo iuramentum † cum non vergat in diſpendium ſalutis æternæ, eſt omnino ſeruandum, cap. cũm contingat, vbi Can. de iur. iura. ſicuti, & valet promiſſio de ſoluendis vſuris, licèt ſit contra paginam vtriuſque teſtamenti, cap. ſuper eo, de vſu. quia promiſſores vſuras perſoluere coguntur, cap. debitores de iureiur. & in caſu noſtro eſt conditio, non pœna. d. l. à Titio. Ex quibus ita votatum fuit.

D E C I S I O C I X.

Patronus nauis ſecuto iactu, tenetur erga dominum mercium iactarum ad contributionem, etiam pro alienis mercibus, quæ erant in naui.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
2 *Clauſula ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & habendo intuitum ad Deum, & veritatem, quid operetur.*
3 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta, quid importet.*
4 *Clauſula in petitione petendo omne id, quod occaſione narratorum deberetur, quid operetur.*
5 *Item clauſula omni meliori modo, &c.*

RAYNALDVS de Zerbis petebat à Gabriele de Morſis conſignationem ſangottorum, N. mercium ei traditorum ad vehendum cum eius barca ad locum Arbiſolæ: ſed quia ex depoſitione plurium teſtium conſtabat reum conuentum vi tempeſtatis, coactum fuiſſe facere iactum, ac in mari merces proiicere, quas habebat in barca, & præſertim petitos ſangottos exiſtente in barca ipſomet actore vidente, & ad iactum pro ſalute nautas hortante, ideo abſoluimus ipſum Gabrielem à ſangottis petitis. Verùm quia manifeſtiſſimè apparebat probata iactura, cenſuimus reum conuentum teneri conferre iuxta diſpoſitionem. l. 2. §. cum in eadem, ff. ad l. Rhodiam de iact. & inſolidùm agi poſſe cum magiſtro nauis habetur in eodem. §. verſ. ex conducto, & ipſe cæterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni præſtent, prout dicitur in principio dictæ l. 2. & ideo ipſum condemnauimus ad contributionem nauis, aliarumq; mercium in ea vectarum. ¶ Er quamuis talis
1 contributio non eſſet petita & ſententia † debeat eſſe conformis libello. l. habebat. ff. de inſti. act. cum vulg. nihilominus hoc iuſtè, ac æquè facere poſſe viſum fuit, attenta poteſtate Rotæ per regulas cõceſſa, quæ
2 eſt, vt poſſit procedere † cognoſcere, & terminare cauſas ſummariè ſimpliciter, & de plano, præcedẽte qualiquali petitione, & habendo intuitũ ad Deum, & veritatem negotij: quæ clauſula importat, vt intelligatur remiſſa omnis ſolennitas iuris ciuilis, & poſitiui, Bal. in l. ſolam. C. de teſtib. adeo vt iudex iudicare debeat, ſicut Deus iudicaturus eſſet, Aret. conſil. 72. Georg. Natta. in rep. Clem. ſæpe. §. non ſic, de verbo. ſignific.
3 & idem videtur importare talis † clauſula, ſola facti veritate inſpecta, qua mediante poteſt iudex proferre ſentẽtiam ſuper non petito, dummodo ſit probatum, vt per Iaſ. in l. certi cõditio. §. ſi nummos. ff. ſi certum petatur. & in l. vinum eod. tit. Hippo. ſingu. 272. ad cumulata per Roland. à Valle, conſilio 53. volum. 2. qui plura congerit de prærogatiua talis clauſulæ conſil. 7 num. 32. & ſeq. vol. 3. Aderat præterea in libello clau-
4 ſula ſalutaris †, quam cauti Aduocati Genuenſes ſolent apponere in libello, ſcilicet, petens omne, & totũ id, quod occaſione narratorum ſibi deberetur: Vnde ſtante iactura facta cum occaſione ſangottorum ſibi deberetur contributio non erat dubitandum, quin virtute talis clauſulæ eſſet etiam contributio poſtulata, ad relata per Grammat. deciſ. 19. num. 11. & 12. & per Cac. deciſ. 1. numero 20. vltra quòd aderant aliæ vti-
5 les clauſulæ, † videlicet, omni meliori modo, & c. petens ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari, & c. de quibus per Marian. & Cano. in cap. ſignificaſti. de libel. oblat. & in capit. 2. de ordin. cognit. Decius & Iaſ. poſt Bartol. & alios in l. petens. C. de pact. Alexan. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus, numero 7. ff. de verborum obligationibus. Afflict. deciſ. 95. in fin. Dec. conſil. 62. Iaſ. in §. omnium, inſtit. de actio. numero 147. Soci. conſi. 124. iuſtiſſimè iudex. Laus Deo.

DECISIO CX.

Senſariorum ſcriptura, licèt inter alios probet, non facit fidem ad eorum fauorem.

SVMMARIVM.

1 *Alieni negotij geſtor recuperare debet ſumptus.*
2 *Mandatarius conſeruari debet indemnis ex cauſa mandati.*
3 *Tutoris confeſſio, an, & quando pupillo præiudicet.*
4 *Gabellarijs an fides habeatur.*
5 *Priuatæ ſcripturæ ad fauorem ſcribentis non creditur.*
6 *Nuntio publico creditur quò ad alios, non quò ad ſe.*
7 *Probatio debet concludere neceſſariò.*

CVM ſenſarij agerent contra actorem tutricis filiorum Andr. Coſtæ, ad pretium quòd aſſecuratoribus ſe de proprijs pecuniis ſoluiſſe aſſerebant pro facienda ſecuritate de mandato, & ad vtilitatem ipſius Andr. eorum petitio æqua videba-
1 tur, quia procurator, vel negotij † alieni geſtor pretium in eo impenſum, vel alios ſumptus recuperare debet. l. ſi verò non remunerandi. §. ſi mihi mandaueris. l. qui mutuam. §. qui ſumptus. l. ſi quis alicui. §. ſi quis impedia. ff. mand. nemini enim debet officium ſuum eſſe damnoſum. l. ſed ſi quis. ff. quemadmod. teſtam. aper. l. ſi ſeruus. §. quod verò. ff. de furt. & man-
2 datarius † debet de quocumque damno ſibi ex cauſa mandati contingente indemnis conſeruari. l. inter cauſas, §. cùm ſeruus. ff. manda. Iaſ in l. ſi ſeruus. ff. de legi. Et eorum aſſertio vera videbatur, quia veram fatebatur actor tutricis reſpondens petitioni ipſius agentis: huiuſmodi enim cõfeſſio videtur facta in vim contentioſæ iuriſdictionis, Pau. de Caſtr. in l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de confe. quicquid Abb. dixerit in cap. 1. vt lite non conteſt. & Corn. conſilio 268. lib. 1. & Paul. ſequitur Imol. & Feli. in dicto cap. 1. & Pariſ. conſilio 115. lib. 1. & conſequenter cùm eſſet facta in
3 vim contentioſæ iuriſdictionis, videtur † contra pupillum probationem inducere, ad doctrinam Bartol. in dicto §. ſed an ipſos, verſi. reaſſume ergo. ff. de confeſ. quæ communiter approbatur, & vltra prædictam actoris confeſſionem ſenſarij librum ſuum produxerunt, in quo præfatus Andreas pro ſumma petita fuerat annotatus debitor, cui ſcripturæ videbatur ſtandum, tum quia de probitate ſcribentium fuerat probatio facta, tum quia ipſi videntur habere officium de publico, cum authoritate publica approbentur, & ex forma ſtatuti librum conficiant, & ne fides veri pereat geſta per eos deſcribere in eo teneantur, accedente maximè quodam vſu ſenſariorum, qui in faciendis huiuſmodi ſecuritatibus de proprio pecunias ſoluere ſolent, & poſtea recuperare, vnde licèt regulariter ſcripturę non credatur in fauorem ſcribentis, Glo. & Bar. in l. Publia. §. fin. ff. depoſi. Bar. in l. admonendi. num. 26. ff. de iur. iur. tamen tot cõcurrentib. maximè quòd officium de publico habẽt, videbatur hoc caſu fidem
4 † eſſe præſtandam per ea, quæ de gabellariis, poſt Bartol. in tract. de gabel. dicit Rip. in l. admonendi, num. 128. ff. de iur. iur. ¶ Sed in contrarium, quòd intentio agentium non eſſet probata, conſideratum fuit, quod quicquid ſit de iure communi circa confeſſionem huiuſmodi adminiſtratorum, de iure municipali videtur clariſſimum, quòd pupillis non noceat, niſi ſit tutor teſtamentarius, vt habetur ſub rubr. de remoue. tutor. & talis non erat in hac cauſa. Quo verò ad librum, etiam præſuppoſito quòd agentes eſſent ſenſarij, & legitimè approbati, & habentes qualitates requiſitas, de quo tamen non videbatur conſtare,

ſtare, non videbatur adhuc eſſe recedendum à com-
5 munib. regulis, quòd ſcripturis † maximè priuatis in fauorem ſcribentium non credatur, ad trad. per Bart. vbi ſup. & in l. quædam §. nummularios. ff. de eden. eſt enim exemplũ pernicioſum credi ſcripturæ, qua quis propria annotatione ſibi aliquem conſtituit debitorem. l. exemplo. C. de proba. Nec refert quòd dicatur eos eſſe de publico approbatos iuxta formam ſtatuti, quia vltra quod hoc non conſtat, nec probatum fuit quod ipſi agentes eſſent tales, prout neceſſe videbatur, etiam quòd conſtaret, dicitur quòd nec obſtat, quia adhuc eis non creditur in his quæ ſcripta ſunt ad ſui fauorem, vt per Bartol. & Doct. in d. §. nummularios, prout nec etiam in ſimili caſu non creditur notariis, qui tamen ſunt approbati, & habent officium, & authoritatem de publico, arg. l. Diuus, & l. de eo. ff. de falſ. & habetur per Bart. in dicto. §. nummularios, & in l. ſi Conſul. ff. de adopt. & tanto magis, quia notariis aliàs creditur, ſed ſenſarij, & proxenetæ fides etiam inter alios non admittitur, Bartol. in l. deferre. ff. de iur. fiſc. Alexand. conſi. 118. lib. 2. etiam quòd eſſent à publico deputati, & eis eſſet credendum, procederet in his, quæ ſpectant ad eorum officium, prout dicitur de nuntio deputato à publico, cui debet credi: Nam
6 ei non † credetur ſi dixerit citatum ſibi iniuriam dixiſſe, Ioan. Andr. in addit. ad Specu. Abb. in cap. cum parat. de appel. Iaſ. in l. age. de tranſact. & idē de Gabellariis quòd non credatur, niſi in pertinentibus ad eorum officium, conſil. 218. lib. 2. Vnde licèt ſenſariis eſſet fides præſtanda in pertinentibus ad eorum officium, non tamen ſequitur quòd credendum ſit de pecuniis ſolutis pro aliis, quia eorum officium non eſt, nec ad hoc deputati ſunt, vt pro aliis ſoluant. Non etiam obſtat, quod quandoque, vel vt plurimum de ſuo ſoluant, quia nō per hoc neceſſariò infertur, quod
7 hoc caſu ſoluerint, & † probatio debet de neceſſitate concludere, aliàs non releuat. l. neque natales. C. de probatio. capit. in præſentia extra eodem: imò etiam quòd conſtaret ipſos ſenſarios feciſſe allegatam ſolutionem præſumendum potius eſſet, cùm affinitas non probetur inter ipſos, & patrem partis conuentam, quòd non de propriis pecuniis, ſed de pecuniis mandantis ſoluerint, argumento text. l. fin. C. de pignor. & eorum quæ ibi per Doct. habentur, & tradit Roma. conſilio tertio. Quibus in vtranque partem conſideratis viſum fuit Rotæ pronuntiandum eſſe abſolutoriè, & ita fecit.

DECISIO CXI.

Inſtitor vtile negotium gerens habet actionē, etiam antequam ſoluat, vt ſibi proſpiciatur ne damnum ex eo ſentiat.

SVMMARIVM.

1 *Factores, ſeu inſtitores obligant dominos.*

2 *Liberans dominum ſoluendo geſſit negotium vtile.*

3 *Soluens, vel agens virtute contractus, illum ratificat.*

4 *Sententia etiam ſuper eadem re lata inter alios non præiudicat.*

BAPTISTA Barracus Ioannis Mariæ Foſſati nomine mercimonia quædam emit à Baptiſta Roſa, & fuit eidē condemnatus ad ſoluendum reſiduum pretij pro ſumma librarum, N. curator hæreditatis eiuſdem Barraci petiit in auditorio noſtro ipſam hæreditatem ab ea condemnatione releuari. ¶ Excipiebat Ioannes Maria ſe fuiſſe aliàs eadem de cauſa conuentum, ac liberatum, proinde ſe tutum eſſe exceptione rei iudicatæ, toto titulo de except. rei iudic. cum vulga. ¶ Condemnauimus nos reum conuentum, iuxta petita, & noſtræ ſententiæ illa fuit ratio, quòd iura diſponunt ex contractibus inſtitutorum, ſeu eorum, quos vulgus factores
1 † appellat dominos obligari, Aretin. in §. ſi igitur, Inſtitu. quod cum eo Doct. præcipuè Dec. numero 4. in l. ſi inſtitorem, ſi certum petatur. Et propterea quatenus ſoluentes pro dominis, eos ab obligatione liberant, dicuntur geſſiſſe vtile negotium dominorum. l. ſoluendo de nego. geſt. ideoque contrariam negotiorum geſtorum actionem pro repetendis ſolutis eis competere fas eſt. §. igitur. inſtitu. de obliga. ex quaſ. cont. vel etiam eſt eis proſpiciendum antequam ſol-
2 uant, † ne damnum aliquod ſentiant ex negotio vtiliter geſto. l. 2. in fin. cum Gloſ. l. ſi mandato de negot. geſt. probatum verò extitit Barracum pro Foſſato negotiari ſolitum, & geſta per eum illius nomine vniuerſaliter rata haberi, & quod propius caſum noſtrũ obtingebat, Foſſatum partem pretij mercium per Barracum emptarum perſoluiſſe, ita vt nec de ſpeciali rati-
3 ficatione ambigi poſſet, cùm qui ſoluit, † aliquidvè agit virtute alicuius contractus, illum ratificaſſe cenſeatur, Alexand. conſilio 117. & 127. lib. 5. Deci. cōſil. 232. col. 2. & 316. numero 6. & in l. cùm fundus. § ſeruum tuum, numero 12. & 13. ſi certum petatur. ¶ Nec iuuat Foſſatum exceptio rei iudicatæ, cum illa ſucceſ-
4 ſerit inter ipſum & Baptiſtam Roſam, & ſententia † inter alios lata alteri nō officiat. l. ſæpe, vbi latè Alexad. de re iudi. C. res int. al. act. per totum, Tiraq. ſuo tract. res int. alio. act. ¶ Et ita, vt ſuprà dictum eſt, firmatum fuit, & pronuntiatum.

DECISIO CXII.

Adminiſtrator ſocietatis promittens ſocio ſoluere ſummam tenetur ad eam, etiam ante redditam rationem, licèt in redditione ſit habenda ratio de ſumma ipſa.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta per literas, ipſis præſentatis cenſetur facta parte præſente.*

2 *Aliena negotia adminiſtrans tenetur reddere rationem.*

PER literas ſcriptas Laurentio Anfoſio per Ioannem Mariam de Caneuali exiſtentem in ciuitate Meſſanę, & per cōputa vnà cum ipſis literis trāſmiſſa eorũ literatura probata per quāplures teſtes, iuxta diſpoſitionē regularũ Rotæ, abſque dubio plena fuit habita fides, (ipſo Ioanne Maria ſic in ipſis literis fatente) quòd erat debitor vti adminiſtrator ſocietatis, quæ erat inter ſe, & dictum Anfoſium, & pro qua

pro qua dabat complementum de vnciis, N.monetæ
1 Siciliæ dicti Anſolij tanquam proprij, cum † confeſſio
habita ex dictis literis, licet facta eſſet abſente parte,
perinde ſit, ac ſi parte ipſa præſente (ipſarum literarũ
productione facta) emanaſſet. l. Publia. §. fi. ff. depoſ.
Alexand. conſil. 151. col. 1. verſi. & propter epiſtolam,
vol. 7. Cur. ſen. Iaſ. Rip. & Cæte. in l. admonendi. ff. de
iureiur. amplius voluit Dec. ioc. 2. col. 5. verſ. 2. Abbas
concludit de fide inſtrum. quòd ſcriptura quomodocunque
facta ſit, probat pro tertio contra ſcribentẽ,
quaſi ſemper dicatur loqui, & ideo quando tertius ea
vtitur, confeſſio in ea contenta videtur facta tertio ipſo
præſente, & acceptante, tametſi Rot. deciſ. 450. nota
ego miſi, io anti. tenuerit cõtrarium. At in caſu iſto
plus dictum fuit, quod poſteaquam in ipſis literis promittit
Caneuali dictam pecuniarum ſummam ex ſoluere,
prout in eis ex vſu, & productione ipſarum literarum,
& computorum cenſetur pactum factum cum
Anſoſio de ipſis pecuniis ſoluendis, vti is fuerit præſens,
vt habetur in l. nuda. ff. de donat. & per Bart. in l.
cùm tabernam. §. idem quæſit in fi. vol. 3. traditur per
Bald. nouell. in tract. de dot. in 6. part. priuil. 75. verſi.
nec obſtat, declarat Rip. in l. 1. colum. 5. in fin. in 5.
fallent. C. de pact. ob illam pariter rationem, quia mutuus
conſenſus dicitur interueniſſe, ex quo ſcriptura
ſemper loquitur, & vltra quòd conſtitit Caneualem
eſſe debitorem de ſumma pecuniarum ſuprascripta,
ex quo pariſormiter dictum eſt ſocietatem adminiſtraſſe,
& pro ea complementum dediſſe, per teſtes
etiam examinatos, & literas exhibitas vna cum computis
tranſmiſſis, in dubium reſecari minimè poſſe viſum
2 eſt, quin teneretur reddere rationem † adminiſtrationis
per eum factæ, & diffuſè not. Socin. conſil. 24.
volum. 1. & eſt generale in quolibet adminiſtratore alieniorum
negotiorum, quod teneatur reddere rationem
adminiſtrationis ſuæ. l. 1. §. officio. ff. de tut. & ratio.
diſtra. & ideo cùm dictus Caneualis confeſſus ſit,
ſe eſſe debitorem dicti Anſoſij, ex quo cenſetur pactũ
feciſſe de exſoluendis ipſis pecuniis: mota eſt Rota
ad cõdemnandum curatorem datum d. Caneuali abſenti
ad ſoluendum dictas pecunias fideicommiſ. hæreditatis
dicti Anſoſij, de quibus tamẽ habenda eſſet
ratio in redditione rationis ſocietatis per eum adminiſtratæ,
ad quam rationem reddendam dictis fideicommiſſariis
ſimiliter cõdemnatus eſt ex notatis per
Bald & latiùs Salic. in l eius. C. de compenſat. Laus
ſit ſemper, & honor Deo.

DECISIO. CXIII.

Recipiens res vendendas, ſi pretiũ etiam conuentum
ſecuta venditione promiſit, non tenetur
ad periculum rerum, ſecus ſi promiſit
alternatiue, vel res, vel pretium.

SVMMARIVM.

1 *Furtum probatur ex fractura oſtij noctis tempore, ſi res in loco ante fuiſſe probatur.*

2 *Ex alternationis vtrunque cadit in obligatione.*

MATTHÆVS, & Defendinus fratres
de Credis conſignarunt cannas, N.
pannorum Chriſtophoro Compiano
ea lege, vt ipſe pannos venderet pro libris,
N. ſingula canna, quòd pretium
eſſet ipſorum fratrum, & ſi quid pluris vendidiſſet, id
in lucro eſſet ipſius Chriſtophori, vbi verò pro pretio
conuento vendere nequiret, pannos d. fratribus reſtitueret.
¶ Conuentus Chriſtophorus ad reconſignandum
excepit pannos fuiſſe furto ſubtractos: duplexq;
1 inde orta eſt inſpectio, vna an probatum fuerit furtũ,
& concluſimus probatum ex fractura oſtij noctis tempore
ſecuta, iuncto teſtimonio dicentium ſe ante vidiſſe
pannos in apotheca, Specul. tit. de furt. io fi. Bar.
in l. ſi quando. C. vnde vi, Angel. in l. ſi quis ex argentariis.
§. prætor ait, ibi & Iaſ. nume. 18. & ſeq. de eden.
idem Angel. in §. ſed iſtum. num. 5. inſtit. de actio. Altera
cuius periculo cenſendus eſſet ille caſus cõtigiſſe,
& videbatur quòd periculo Chriſtophori ex l. 1. §.
1. de æſti. acti. l. ſi gratuitã, §. ſi margaritas de præſcri.
verb. quib. iuribus probatur, quod ſi alicui rem vendendam
æſtimatam dedero periculũ rei ſit accipientis.
¶ Contrarium tamen firmauimus, quoniam ex eo
contractu dicti fratres non abdicauerant à ſe dominium,
niſi vbi panni venderentur, & propterea cum
pendente cõditione ipſi eſſent domini, caſus interim
contingens ipſis habuit obeſſe. l. quæ fortuitis. C. de
pigno. act. l. neceſſario. §. quod ſi ſub conditione, & §.
ſanè ſi pendente de peric. & commo. rei vend. ¶ Oppoſitis
iuribus ita ſatisfieri poſſe credidimus, quòd
ideo periculum ibi ſpectet ad accipientem, quia data
fuerit res vendenda æſtimata, & ſi dediſſem tibi rem
vendendam, vt mihi redderes eam, aut decem pro ea,
prout ibidem Bartol. declarat: Nam tunc accipiens
2 eſt alternatiuè obligatus, † in qua alternatiua vtrunque
cadit in obligatione. l. ſi duo rei in fi. vbi Docto.
de verb. obliga. Iaſ. in l. non quocunque. §. cùm mihi,
numero 3. de lega. 1. proinde cùm accipiens ſit obligatus
ad rem, & ad æſtimationem, ſeu pretium, re
perempta non dicitur liberatus, quia adhuc ſupereſt
pretium, quod nunquam perit. l. incendium. C. ſi cer.
pet. At in caſu noſtro non ſe diſtrinxit reus ad rem, vel
æſtimationem, ſed pollicitus eſt operam vendendi
tanto pretio, ſi emptores reperiſſet, quæ conditio nõ
euenit: nulla igitur poteſt competere actio ad rem,
quia illa perit, nulla etiam ad pretium non purificata
conditione, ſub qua accipiens erat obligatus. Et ſic liquet
ſubeſſe diuerſitatem facti, & rationis, nimirum
ſi diuerſum ius conſtitui debere cenſuimus. l. à Titio
de verb. oblig. abſoluentes prout abſoluimus reum à
petitis.

DECISIO CXIIII.

Præſtans in fine iudicij factum, ad quem tenebatur,
admittitur ſolutis impenſis actori.

SVMMARIVM.

1 *Tranſmittent aliena ad alium, etiam de ordine domini tenetur ad faciẽdum verum debitorẽ.*

2 *Per decreta electionis tutorum an fiat probatio de morte.*

3 *Confeſſio plura continens diſtingui poteſt.*

4 *Iudex in humaniorem partem debet inclinare.*

CVM Gieronymus Cibo recepiſſet pecias,
N. clarixearum à Thoma Fliſco,
prout inſtrumento publico conſtabat,
in quo idẽ Hieronymus confeſſus fuerat
procuratori dicti Thomæ præſenti,
& accepianti, ſine præiudicio tamen iuriũ ſuo principali
cõpetentium ſe illas Meſſanæ vẽdidiſſe, aſſerẽs

earum

rum in proceſſum implicatum in ſetis transmiſiſſe ad
Hieronymum de Franchis, prout in liſta quadam con
tinebatur, & cuius ordinem ſibi per literas datum fe-
cerit tenebatur ex mādato eiuſdem Thomæ, eo defun-
cto conuenti ſuat tutores, ac curatores filiorum, & hæ
redum eiuſdem ad reddendum rationem de dictis cla
1 raxeis, vel quatenus proceſſus † eatum fuiſſet tranſmiſ-
ſus ad Hieronymum ad tradendum ſcripturas, quibus
conueniri poſſet idem Hieronymus, & ad faciendum
illum in prædictis verum debitorem, ad quod de iure
eos teneri certum erat. l. ſi nomen, vbi Bald ff. de hæ-
red. & act. vendi. & idem Bald. conſil. 72. in 3. volum.
Dec. conſil. 102. aliàs ad intereſſe vnà cum ſorte prin-
cipali eoſdem condemnari, cumque fideicommiſſa-
2 rij, & † tutores ſupradicti, de quorum facultate, & au-
thoritate minimè fuerat dubitatum in proceſſu ſtan-
tibus decretis exhibitis circa illorum admiſſionem, &
confirmationem: per quæ etiam de morte dicti Hie-
ronymi ſatis conſtare videbatur ex not. per Docto. in
l. 2 §. ſi dubiteтur. ff. quemadm teſt. aper. per Barto. &
Bald. in l. ſi quidem. C. ſol. matrim. Alexand. conſilio
171. vol 6. nume. 8. exhibuiſſent eundem computum,
de quo mentio erat facta in ſupradicto inſtrumento,
confeſſi ſunt vera eſſe, quæ in dicto inſtrumento con-
tinebantur, ſcientesque narrata in dicto inſtrumento
quatenus fauorem ſuorum principalium reſpiciebāt,
non obeſſe actori, tum ob dictam proteſtationem fa-
ctam, quod ſine præiudicio iurium per ea, quæ Barto.
in l. fin. §. Item ſi prædixerit. ff. nautæ caup. ſtab. in l. 4.
§. 1. ff. quib. mod. pigno. vel hypo. ſol. latè per Barto. in
l. non ſolùm. §. morte in 1. quæſt. principali. ff. de nou.
oper. nunc & per Can. in cap. cum M. Ferrarienſis, ex
d. conſlit ſed etiam quia confeſſio non probat pro
conficiente. l. Publia. §. fin. ff depoſ. præſertim quādo
3 † confeſſio cōtinet plura capitula, & facta, quæ ex ſui
natura diſtingui. ac ſeparari poſſunt l. ſiquidem, C. de
tranſact. vbi Bald. Salic. Iaſ. & alij, & declarat Bart. in
l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de liber. lega. obtulerunt
ſe paratos oſtendere d. partitas eſſe veras, quod tamē
poſt omnes dilationes obtētas minimè præſtiterunt.
Itaque cum actor, tam ex dicto inſtrumento publico,
quam ex confeſſione dd. fideicommiſſariorum, ac tu-
torum ex teſtamento datorum, quæ probat, & atten-
ditur contra eorum principales per ſtatutum ſub titu-
lo de remo. ſuſp. tut haberet intentionem ſuam funda
tam, non potuit dubitari, quin eſſet iuxta petita pro-
nunciandum, prout factum fuit. ¶ Verum, quia Hiero-
nymus in quadam ſua confeſſione extremo tempore
iudicij facta. & per reos in actis præſentata acceptare
videbatur, quòd proceſſus illarum clarixearum in ip-
ſum perueniſſet, eamq; confeſſionem actor non recu-
ſabat acceptare, & ei acquieſcere dummodo reforma
retur, & conformis fieret tenori d. inſtrumenti, cum
aliter confeſſio facta parte non acceptante non tene-
ret per not. in l. de ætate. §. quod autem, & ſeq. ff. de in
terrog. act. vbi Bal. no. fac. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff.
de verb. obliga. per Doct. in l. 1. C. de confeſſ. & dum-
modo ſumptus litis ſibi debiti ſoluerentur, quos ex tā
longa mora, & retardatione litis facere coactus erat,
prout de iure eſſe non videbatur dubitandum, per ea
quæ habentur in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. exp.
in l. ſancimus, vbi Salic. C. de iudic. in cap. exceptionē
extra de except. Dec. conſil. 241. Idcirco Rota facta
condemnatione iuxta requiſita quaſi conſenſum par-
tium, ſecuta iuxta l. ſi conuenerit. ff de re iudi. ex beni-
4 gnitate quadam, † & in humaniorē partem declinan-
do, iuxta conſilium datum in c. fin. de tranſact. reſerua
uit facultatem dicto Hieronymo reformandi d. ſuam
confeſſ. ad formam inſtrumenti ſtatuto ad id termino
decem dierum, ne longiori mora intentio actoris fru
ſtrari videretur. Et hoc ſolutis prius expēſis litis acto-
ri, prout apparet fuiſſe iuris per ſuprad.

DECISIO CXV.

Seruiens pro factore, ſeu iuuene alicui merca-
tori ſolito in his ſalarium dare debet ſalariū
habere, etiam ſi de eo non conuenit.

SVMMARIVM.

1 *An famulus ſeruiens alicui debeat habere ſala rium eo non conſtituto.*

2 *Quæ actio pro labore competat ſi non eſt actum de mercede.*

3 *Electus ad officium videtur cum ſalario ſolito, & num. 5.*

4 *Conſuetudo loci, deinde qualitas perſonarum eſt conſideranda in taxatione ſalarij.*

6 *Solitus operas locare cenſetur ſeruiſſe cum mercede.*

LEONARDVS Rauena ſeruiuit annis
decem & octo cum dimidio Adæ Cē-
turiono mercatori Genuēſi ditiſſimo,
nullo ſibi certo conſtituto ſalario, ſed
tantum intercedēte ſæpius promiſſio-
ne d. Adæ, quod ei de ſuis ſalarijs ſatisfaceret. ¶ Dubi-
tatum fuit, quod nullum ei ſalarium deberetur. quia ſa
lariū incertæ pollicitationis promiſſum peti non po-
teſt, text. ad literam in l. ſalarium. C. manda. & in l. qui
mutuam §. ſalariū. ff. eod. nemo enim ſine actione ex-
peritur. l. ſi pupilli. § videamus de nego. geſt. & nullus
adeſt cōtractus, nulla ne obligatio à qua illa oriri poſ-
ſit ad not. qui Gloſ. & Doct. in rub. inſtit. de oblig. &
1 ita † arguitur contra famulū in conſ. Fed. de Sen. 218.
in princ. & in addit. ibi facta, non aliter famulo debe-
ri ſalarium, reſpondet Federicus, quòd ſi famulus ſole
bat operas ſuas locare & dominus conducere, quòd
tunc debetur ei merces vſque ad ſummam, ad quam
fuiſſet dominus alium cōducturus, ſequitur Alex. cōſ.
109. num. 2. in 6. Natta. conſ. 176. nu. 4. nec pariter vi
detur iudicis officium deficere per tex in d. l. qui mu
tuam. § ſalarium ibi, nec extra ordinem, vt conſiderat
Alex. d. conſ. 109. ſub nu. 3. verſ. ſed certè. Natt d. cōſ.
376. nu. 8 ¶ Sed his non attentis viſum nobis fuit ſer-
uitij per d. Leonardum præſtiti rationem habere: Nā
dignus eſt mercenarius mercede ſua, cap. quicunque.
12. q. 2. & vnuſquiſque ſecundum laborem ſuum mer-
cedem accipiet, ſecundum Paul. ad Corin. 2. c. 3. Non
enim debet eſſe labor ſine mercede, auth de iudic. §.
ne autem. c. charitatem, eadem q. 2 & propterea ſi de
2 mercede cōuentū eſt, actio locati cōpetit, ſi † verò nō
eſt conuentū cōperit tacita actio locati, vel conditio
ex l. ſi me, & Titium, vt tradit Soc. conſ. 196. in fi. in 2.
vbi æquitate iuris ciuilis, iuris naturalis, iuris canonic.
& iuris diuini hanc partem fulcitam eſſe docet, & ita
quemlibet iudicare debere dicit: ceſſantibus actioni-
bus, debet officiū iudicis ſeruire, qui ſemper quod æquū
eſt, præ oculis habet. l. quod ſi Epheſi de eo, quod cert. loco,
etiā æquitate ſuadente officiū ſuum debet impartiri,
Iaſ. & cæteri in §. omnium, inſtitu. de actio. Bart. Alex.
Iaſ &

Iaſ.& Dec.in d.l.ſi me,& Titium,ſi cert.pet.hinc am-
plectenda eſt opinio Iac.de Aren.in l.1.C.mand.quē
ibi ſequuntur Cin.& Salic.& Aret.in §.fin. inſtit.eod.
quòd quando qui ſeruiuit, non erat ſeruiturus gratis,
debeatur ei ſalarium iudicis officio. ¶ Secundò com-
petit quoque dicto Leonardo tacita locati actio, ex
quo ſeruiuit in officio receptoris lanarum, capſerij:
3 Nam officialis † electus ad aliquod officium videtur
ad illud ſalarium, quod ſolitum eſt pręſtari aliis in eo-
dem officio conſtitutis, Cyn.in l.excepto in fin.C.de
locat. ¶ Tertiò, vbi famulo mercatoris non eſt con-
4 ſtitutum ſalarium, debet prius inſpici † conſuetudo lo
ci, deinde qualitas perſonarum, cuius induſtriæ, cuius
peritiæ ſit, qui operam præſtat, & illud maximè debet
conſiderari, ſi ſit homo pauper, qui non habet vnde vi
uat niſi de ſuo labore: Nam non eſt veriſimile, quòd
voluerit operari gratis, Petr.de Vbal.in tract.de duo.
fratr.in 6.parte princip.paulò ante nume.27.ſed ſiue
attendamus conſuetudinem loci, ſiue qualitates Leo-
nardi, tēpore quo cepit ſeruire, vtroque capite inſpe-
cto ſalarium ei eſt decernendum. ¶ Quartò pro Leo-
nardo videtur caſus in l.ſi tibi pollicenda in fi.de prę-
ſcript.verb.vbi ſi quis operam ſuſcipiat non gratis,
neque certa mercede conſtituta, ſed hoc animo nego
tium geſſit, vt poſtea tantum mercedis nomine dare-
tur quantum inter eos ſtatutum eſſet, datur actio per-
ſcriptis verbis. ¶ Non obſtant contraria, quia illa iu-
ra loquuntur in procuratore, & in eo qui mandatum
ſuſcepit: Nam cùm de natura mandati ſit, vt ſit gra-
tuitū.l.1.in fin.ff.mand.repugnat eius naturæ, vt mer-
ces, vel ſalarium quoquomodo debeatur.l.ſi tibi rem
vendendam.d.l.ſi tibi pollicenda de præſcript. verb.
& in procuratore conſuluerunt Alexand. & Nat.in d.
cōſ.& ſi obiter protractauerint de famulis: Neque eſt
improbanda opinio Salic.& Aret.quia generalem di-
ſtinctionem fecerunt, quo ad omnes alteri ſeruiētes,
non quo ad procuratores tantū, & quoniam nos nunc
non agimus de procuratore, pro nunc quæ ſit verior
opinio in illo puncto non diſcutiemus, neque quod
plus eſt, authoritates illæ repugnant in quantum de fa
mulis loquuntur, quia illa duo, quòd dominus ſole-
ret conducere operas miniſtrorum, & famulus loca-
re, non requiruntur copulatiuè, ſed ſufficit vt alterum
5 ipſorum concurrat. Nam eo ipſo quòd dominus † con
ducit aliquem ad ſeruitium, ad quòd ſolebat conſti-
tuere mercedem, cenſetur conduxiſſe cum illa merce
de conſueta, vt per Cin. & Bald.in d.l.excepto.C.de
locato, Bartol.in l.1.§.& comites de var.& extraordi.
cogn.& ſatis eſſe probare, quòd dominus eſſet alium
famulum conducturus ad hoc, vt quis mercedem ha-
beat vult Caſtr.in conſil.346.in fi.in 2.& facit text.in
l.ſi non ſortem.§.libertus, verſ.& in propoſito de con
dit.indeb.cum aliis iuribus citatis in arg.à Federic.d.
conſi.218.in fi. Item eo ipſo, quòd quis eſt ſolitus lo-
care operas ſuas, cenſetur ſeruiuiſſe cum mercede,
6 quàm ſolebat ab † alio lucrari, Ioan.Fab.in §.fin.inſt.
mand.& hæc fuit intentio Federici intelligendo eum
ſecundum iura, quæ allegat ad Docto.Bartol.in l.non
ſolum.§.liberationis de lib.leg.concurrit autem in ca
ſu noſtro primum abſque dubio, cum Adam ſoleret
operas huiuſmodi miniſtrorum conducere, ſecun-
dum verò & ſi non concurrat, non eſt neceſſe vt iam
dixi, & vlterius dici poteſt illi conſuetudini æqui-
pollere ſeruitium tam longum cum multiplicata in-
terpellatione Leonardi requirentis ab Adam, vt de
mercibus ſatisfaceret. Et ex prædictis ſalarium pro
ſumma in ſententia noſtra taxata ei deberi pronun-
tiauimus.

DECISIO. CXVI.

Redditio rationis continet codicum editio-
nem, calculi poſitionem, reliquatus reddi-
tionem, & culpæ purgationem.

SVMMARIVM.

1 *Gerens negotia aliena tenetur rationem reddere*
2 *Item procurator, & ſocius.*
3 *Adminiſtrans habet onus probandi adminiſtra-
tionem.*
4 *Redditio rationis alicuius adminiſtrationis qua
tuor continet.*

QVIA conſtitit Rotæ ex appodiſia ſub
ſcripta manu Andreæ de Serauale rei
conuenti, & ſubſcript. de manu trium
teſtium ad manus d. Andreæ merces,
& pecunias perueniſſe Ludouici Caſu-
lani aſcendētes ad ſummam librarum, N. Genuæ pro
implicam in totaliis mercibus in viagio per d. An-
dream fiendo in inſula Siciliæ, eiuſdem Andreæ hæ-
reditatis iacentis curatorem datum, & eius perſona
mediante bona d. Andreæ condemnauit ad reddendū
bonam, veram, & legalem rationē cum reliquatus ſo-
lutione, & quidem tam ratione promiſſionis, ſeu obli
gationis per ipſum factæ, quàm etiam de iure: quia v-
1 nuſquiſque gerens † negotia alterius, tenetur reddere
rationem ſuæ adminiſtrationis, ſiue ſit tutor.l.1.in
princip.ff.de tut.& rat.diſtr.ſiue ſit negotiorum ge-
ſtor, vt l.2.in fi.ff.de neg.geſt.ſiue ſit procurator, vt l.
idemq;.§.1.& l.ex mandato.ff.mand.& l.quædam.ff.
de procur.ſiue ſit ſeruus, vel filius adminiſtrantis per
alium, vt l.ſed ſi damnum.§.ſiue autem.ff.de pecul.ſi-
2 ue ſit † ſocius, vt l.quædam, in princ.ff.de edend. cum
ſimil. Cùm itaque ſupradicta iura velint, quòd admi-
niſtrans negotia alterius debet reddere rationem, &
res ſuę adminiſtrationis, videntur etiam imponere illi
onus probandi id, quod in adminiſtratione geſtū eſt,
3 & propterea dicunt iura, quòd † adminiſtrans debe-
bat ſcribere, & oſtendere libros rationū, lege Labeo.
§.1.& l.ſtatu.lib.§.cæterum.ff.de ſtat.lib.& l.cùm ſer-
uus.ff.de condit.& demonſtr.& reliqua, quæ habet in
manibus debet reſtituere, Afflict.deciſ.157.lata fuit
ſententia, num.2.Aymo.conſ.231.num.2.vol.2.Bald.
conſ.152.ad euidentiam num.1.vol 3.Soc.conſ.149.
4 num.3.vol.1.& conſ.24.col.11.vol.1.Et demum † red
ditio rationis alicuius adminiſtrationis quatuor con-
tinet. Primò codices edi. Secundò calculum poni.
Tertiò reliqua reddi. Vltimò culpam purgari per ſo-
lutionem eius, quod debetur. Quæ prorſus cum à di-
cto Andrea fuerint hucuſque omiſſa, meritò Rota ad
hæc faciendum eius curatorem condemnauit nihil ſu
per intereſſe loquendo, cum ſuper eo probata haud-
quaquam fuerint probanda per dictum actorem.
Laus Deo.

DECISIO CXVII.

Obligatus ad ſpeciem, & non obſeruans tene-
tur ad intereſſe quanti plurimi.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe lucri ceſſantis debetur ſolito negotiari.*
2 *Interpellatio conſtituit in mora.*
3 *Quando petitur æſtimatio rei attenditur tempus moræ.*
4 *Aeſtimatio ipſa refertur ad locum, in quo res conſignari debebat.*
5 *Quantitas intereſſe plerunque relinquitur arbitrio iudicis.*

CVM Baptiſta Cibo ſolidatis computis cum Bartholomæo Mainerio ſuper quibuſdam negotijs granorum ſecum habitis in Vrbe Romę remanſiſſet creditor dicti Bartholomæi de rubis, N. granorum menſuræ Romanæ cum ſua tracta liberis, & expeditis ab omni impenſa, & vſque in nauigium conductis in altero ex his locis, videlicet Ciuitatis Vetulæ, Corneti, vel S. Seueræ vnica conſignatione ſufficiente, præfatus Bartholomæus mediãte appodiſia eius manu confecta die, &c. de huiuſmodi ſumma granorũ promiſit ſeruare ordinem, & mandatum dicti Baptiſtæ, & facere conſignationem in altero ex dictis locis ad formam, de qua ſ. & pleraque alia vt latius in eadem appodiſia continetur, & vltra præmiſſa conſtituit ſe etiam debitorem dicti Baptiſtæ de ſcutis, N. auri de Camera ad veterem valutam. Cùm verò exindè anno ſequenti die &c. dictus Bartholomæus Romæ interpellatus per procuratorẽ dicti Baptiſtæ de facienda dicta conſignatione iuxta formam ſuæ obligationis, id facere non curaſſet, tandem dictus Baptiſta inſtituto iudicio contra eundem Bartholomæum abſentem dato ſibi curatore: Ioãnes Baptiſta Viganego iuxta diſpoſitionem ſtatuum de curatoribus generalibus petijt coram nobis eum cõdemnari ad ſoluendum ſibi valorem, ſeu æſtimationẽ dictorum frumentorum ſibi non conſignatorum ad rationem quanti plurimi in dictis locis tempore d. interpellationis valuerant, vnà cùm intereſſe ab indè citra per eum paſſo ob carentiam valoris dictorum frumentorum, cùm ſit mercator, & ſolitus negotiari tam in cambijs, quàm in frumentis, & alijs mercibus.
1 Quo caſu † intereſſe etiam lucri ceſſantis vtroque iure debetur, vt per Bar. & Doct. in l. vni. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. vbi Cagnol. poſt alios ſub nu. 36. dicit hanc eſſe communem opinio. & idem dicit Deci. conſ. 441. in fin. & Alex. conſ. 191. col. fin. num. 4. vol. 2. & conſ. 41. col. 2. verſic eſt etiam, vol. 3. Quare producta coram nobis iudicialiter d. appodiſia, quæ contra ſcribentem plenè probat, vulg. l. Publia in fin. ff. depoſi. ad not. per Bal. & alios in l. ſcripturas, C. qui
2 potio. in pign. habe. item etiam † interpellatione, de qua ſupra, per quam dictus Bart. fuit in mora conſtitutus, ad not. per Bart. & alios in l. mora, ff. de vſur. & in l. Titia. §. vſuras, ff. de lega. 2. & verificata literatura d. appodiſiæ iuxta conſuetudinem huius ciuitatis, ac etiam per plures teſtes tam hìc Genuæ, quàm alibi examinatos probato communi valore frumentorum temporis dictæ interpellationis, qui erat de iulijs, N. ſingulo rub. vſque in barcam conducto ab omni tra-
3 cta, & impenſa expedito, cum † attendatur tempus moræ debitoris, quando petitur æſtimatio rei officio iudicis, vt per Doct. in l. vinum, ff. ſi cert. petat. & in l. hominem ff. mand. ad ſentẽtiam deuentum eſt, quam quidem nos vniuerſo negotio maturè diſcuſſo in fauorem d. Baptiſtæ vnanimiter protulimus. Animaduertimus etenim nihil eſſe tam fidei humanæ congruum, quàm inter contrahentes promiſſa ſeruari, vt inquit text. in l. 1. in princ. ff. de pact. ad nota. per Cano. in cap. 1. de conſtitut. Vnde qui promiſit conſignare ſuis expenſis ad mandatum alicuius in tali loco vinum, frumentum, & ſimiles ſpecies, ſi id nõ fecerit, æquum eſt, vt teneatur ad ęſtimationem dictarum rerum ad rationem quanti plurimi, vt per omnes in d. l.
4 vinum, quæ æſtimatio † referri debet ad locũ, in quo res debebatur, vt per Ange. in l. in hac, §. ſi. ff. de tritic. & Alex. in l. quoties, ff. de verb. oblig. in quo loco fuit probatum valuiſſe frumenta tempore dictę interpellationis iulios, N. vt ſuprà dictum eſt, ex quibus ſummis nos minorem elegimus, iuxta conſilium Gl. not. in l. fi. in ver. deducitur. ff. de præto. ſtipula. per quam admonentur iudices ſemper in quantum minus poſſunt condemnare, arg. l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. & in l. interſtipulantem, §. ſi ſtipulante. ff. de verb. oblig. intereſſe verò taxauimus ad rationem octo pro centenario, prout facere conſueuimus, vbi conſtat agentem ſolitum mercari, & lucrari, vt in caſu noſtro fuit probatum, habita ratione ad honeſtum, &
5 veriſimile lucrum, † quòd plerunque circunſpecto iudicantis arbitrio æſtimandum relinquit iux. doct. Bart. in l. ſi quod ex Pamphila, in fin. de legat. 2. & in l ſemper § fin. ff. quod vi, aut clam. & per Alex. conſil. 37. nu. 29. vol. 2. Aret. conſ. 83. col. 4. verſ. Præterea, & Bald conſ. 270. vol. 1. Quod intereſſe incipere placuit reſpectu pretij frumentorum à die dictæ interpellationis reſpectu verò ducatorum, N. à die litis conteſtatæ, & citra, cum nulla appareat præcedens interpellatio. Et ex his, &c. Laus Deo.

DECISIO CXVIII.

Creditori debenti releuare debitorem ab aliquo non debetur intereſſe, niſi poſt factam releuationem.

SVMMARIVM.

1 *In pari mora melior eſt conditio rei, quàm actoris.*
2 *Habens iuſtam cauſam credendi ſe non debitorem non dicitur conſtitutus in mora niſi poſt ſententiam,*
3 *Moram non committi in non liquidis quomodo intelligatur.*

IN cauſa iſta Plumæ cum Coſma placuit Rotæ concorditer abſoluere dictum Coſmam ab intereſſe petito per Plumam, vſque ad diem approbationis præſtitæ per eum fideiuſſionis de conſeruando Coſmam indemnem, prout in actis, illa ratione, quia cum debuerit Pluma ipſe quoque ex parte ſua adimplere ea, quæ per ipſum erant adimplenda, l. Iulianus, §. offerri de act. empt, meritò
1 eo non adimplente, melior eſſe debuit † cõditio rei, quàm actoris in pari mora, vt per Alex. conſ. 49. col. 2. in 2. Vend. priuſquàm Pluma conſuluerit indemnitati Coſmę pro ſummis per ipſum à dicto Coſma petitis, prout etiam per ſentẽtiam Rotæ cautum fuerat,

vt conſuli deberet, viſum fuit conuenieos Rotę, vt in-
terim ab intereſſe Cuſmas abſolueretur. Mouit etiam
illa ratio, quia Coſmas antequam ſententia ferretur,
in qua fuit cõdemnatus ad præſtandum quicquid vl-
2 tra capitale exegiſſet, † iuſtam cauſam habuiſſe viſus
eſt, vt crederet, poſſe retinere, ſi quid amplius ab aſſe-
curatoribus exegiſſet, quàm ipſe ſoluiſſet pro vlti-
mo expedimento nauis, de qua in cauſa perpenſo in-
ſtrumento promiſſionis ſibi factæ, de quo in actis.
Quapropter ſuccedit, vt dici non potuerit fuiſſe in
mora, vt per Iaſ. in l. ꝙ te. ſi certũ pet. Afflict. dec. 205.
& mora non commiſſa clarum eſt, nõ deberi intereſ-
ſe l. mora de vſur. Verùm lata ſententia per Rotam, in
qua ſequuta fuit condemnatio dicti Coſmæ, vt debe-
ret dare, & ſoluere Plumæ quicquid vltra capitale
exegiſſet, ſaluo iure dicto Coſmę ad intereſſe, ſi quod
ei competeret, & illinc ad nonnullos dies præſtita fi-
deiuſſione, de qua ſupra, per dictum Plumam exinde
approbata, viſus deinde fuit Rotæ ſemper fuiſſe in
mora dictus Coſmus ceſſantibus iam rationibus, de
quibus ſupra in executione d. ſententiæ, nunc dedu-
cendo intereſſe, quod ſibi fuerat reſeruatũ in alio iu-
dicio, nunc impugnando exhibitiones per Plumam
factas tanquam non authenticas, & tales, quibus fides
nõ eſſet adhibenda abſque vlla ratione, interdum etiã
negando ſe exegiſſe, quæ exegerat, & nonnunquam
quærendo fieri calculũ ſuper claris, & minimè impli-
catis rationibus, ſaltem ipſi Coſino, qui probabiliter
non ignorabat factum proprium, l. ſi. pro ſuo, præſer-
tim recens, & proximum, ꝙ ſi aliqua intricatio ſube-
rat, vtique proueniebat à facto ipſius: Nã ſi Coſinus
expreſſiſſet illam ſummam, quam exegerat, prout fa-
cere tenebatur, res remanſiſſet clara, & perſpicua: id-
circò eius culpa, & dolus ei opitulari non debet, præ-
terquàm ꝙ nonnunquam etiam cœpit enixè conten-
dere non eſſe calculatores eligendos, contrauenĩẽdo
ſententiæ, & magno conatu eò vſque per eum poſtu-
latis: ſanè hæc omnia tendebant ad protelandam litẽ,
& in lõgum trahendam, differendamque ſolutionem
eius, ad ꝙ dictus Coſinus fuerat condemnatus, vt me-
ritò Rota iſtis animaduerſis condemnauerit dictum
Coſmum ad intereſſe poſt diẽ fideiuſſionis per Plu-
mam præſtitæ, ſeu eius approbationis vſque ad inte-
gram ſatisfactionem, cum æquum viſum fuit, vt ille
non fuerit locupletatus cum iactura d. Plumæ, arg l.
Nam hoc natura de cond ind. & cum à Coſmo non
abfuerit dolus, exinde vt cognitum, perſpectumque
fuit, & ita ceſſare viſa fuit doct. Iaſ in d l. ꝙ te. minus-
3 que etiant monit, ꝙ in non † liquidis mora non com-
mittatur antequam ſit declaratum per iudicem debi-
rum, ſecundùm Bal. in l. acceptam, C. de vſur. relatum
per Iaſ. in d. l. quod te. nu. 9. quia illud dictum procul-
dubio intelligi debet, quando debitum non eſt liqui-
dum ex qualitate, & natura negotij ſecus quando non
eſt liquidum, quia debitor non vult fateri quomodo
res ſit geſta, & ipſe eſt qui tricas injcit, & doloſè ver-
ſatur, aliàs quilibet poſſet ex ſuo mendacio, & oppo-
ſitionibus minus legitimè, & doloſè factis facilè ne-
gotia inuoluere, & implicare, & ita malitijs via aperi-
retur, quibus indulgendum nõ eſt. l. cum ij. § ſed cùm
his. de tranſ. l. in fundo de rei vend Pro expedito autẽ
habuit Rota requiſita ad hoc, vt intereſſe lucri ceſſan
tis obtineri poſſit, abũdè fuiſſe probata pro parte di-
cti Plumæ, iuxta tradita per Doct. in l. vni, C. de ſent.
quæ pro eo, ꝙ inter. & in l. 3 §. nũc de officio, de eo, ꝙ
certo loco, Abb. c conqueſtus de vſur. Afflict decil.
20. Et ex his, & alijs, quæ ad fauorem breuitatis non
duximus operæpretium eſſe recenſere, iuimus vna-
nimiter in ſententiam per nos ſuperioribus diebus
latam.

DECISIO CXIX.

Ratificãs ſolutionem pro ſe factam per alium tenetur, ei actione mandati.

SVMMARIVM.

1 Per literas conſtituitur procurator, & probatur mandatum.

2 Ratificatio nedum verbis, ſed facto, & taciturnitate fit.

3 Et retrotrahitur, ac mandato æquiparatur.

4 An detur iuramentum creditori de quantitate debiti, ipſo debito probato.

5 Extracti ex cartularijs Sancti Georgij probant.

6 Duæ ſpecies probationis coniunguntur ad faciendam plenam probationem.

7 Mutuum reſtitui debet in pecunia temporis mutui.

8 Litis conteſtatio conſtituit in mala fide.

EXHIBVERANT Ambroſius Saluai-
gus, & ſocij tutores, & pro tempore
curatores Henrici filij, & hæredis Ac-
cellini Saluaigi petitionẽ coram Ro-
ta, in qua expoſuerunt qualiter prædi-
ctus Accellinus remanſit creditor Baptiſtæ Saluaigi
de libris, N. quas de dicti Baptiſtæ ordine, & pro ip-
ſo ſoluit Andreæ Centuriono coniugi Violantis filię
dicti Baptiſtæ pro dotibus dictæ Violantis, & quas
libras idem Baptiſta reſtituere promiſit dicto Accel-
lino cum intereſſe donec, & vſque quo ſolutionẽ diſ-
ferret, inſteteruntque Stephanum de Honeto curato-
rem decretum bonis d. Baptiſtæ abſentis condemna-
ri ad ſibi ipſis d. nomine dandum, & ſoluẽdũ d. ſum-
mam monetæ illius tẽporis, vna cũ debito intereſſe,
& vt latiùs in d. libello continetur, & ad faciendum fi-
dem de d. debito præſentauerũt tres literas per d. Ba-
ptiſt. d. Accellino ex Malica ſcriptas, in quibus clarè
colligitur, qualiter d. Baptiſta fatetur ſe eſſe verũ de-
bitorem, licèt de expreſſa, & determinata quãtitate in
eis nõ appareat dicti Accellini ex cauſa ſolutionis per
eum factæ occaſione dotis prædictæ, & in quibus li-
teris etiam pollicetur ſe facturum omnem cautionẽ,
& claritudinem, per quam dictus Accellinus redda-
tur cautus, & tutus pro dicto eius credito conſequen-
do, & in quibus etiam continetur, qualiter idem Ba-
ptiſta multas agit gratias eidem Accellino eò, quia
pro eo dictas dotes ſoluerit, offerẽs ſe quàmprimum
potuerit reſtituere dictas pecunias: Ex quibus facilè
dignoſcitur ꝙ mandatum, & ordo dicti Baptiſtæ an-
teceſſerat, vt dictas dotes pro ipſo ſolueret dicto An-
dreæ, arg. l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de pro-
curat. l. illud, ff. de acq. hære. cum ſimil. hinc oritur ꝙ
nata eſt pro ipſo Accellino contra dictum Baptiſtam
actio mãdati, l. licèt. §. ea obligatio, ff. de procur. cum
1 certum ſit & † per literas procuratorem cõſtitui poſ-
ſe, & per literas mãdatum probari, vt eſt tex. in l. pro-
curatorem, vbi Glo. de procurat. & ſequitur Ripa in
ſuo reſponſo. 103. quæ literæ cum recognitæ fuerint,
& ſit

& ſit probatum per teſtes, iuxta c. in omni extra de
teſtibus,l.vbi numerus, ff.eod.ſcriptas,& ſubſcriptas
eſſe manu propria, & literatura dicti Baptiſtæ,cōclu-
dendum eſt eas fidem facere, & probare cōtra ipſum
ſcribētē, l.Publia in fi.vbi Doct.ff.depoſi.& vt Alex.
in conſ.42.nu. 16.vol.3. & ſi quis vellet negare nullū
mandatum præceſſiſſe, iuridicè quidem negare non
poterit, quin ſaltem ratihabitio ſecuta fuerit:quia cū
Accellinus ſoluerit dotem nomine Baptiſtæ pro filia
ipſius Baptiſtæ,& poſtea Baptiſta ſcripſerit literas ſu-
2 praſcriptas ratam habuerit ſolutionem, quia † ratifi-
catur nedum verbis expreſſis, ſed etiam facto,& taci-
turnitate Saly.in l.vnica,C.ſi ma.fact.Curt.Iun.conſ.
59.nu.9.vol.1.duximus huiuſmodi ſolutionem factā
fuiſſe ratificatam, quia Baptiſta ſoluit partem huius
dotis,ſeu partem pecuniarum reſtituit Accellino,er-
3 go &c.l.Paulus rē rat.hab.vnde cùm ratihabitio† re-
trotrahatur, & mandato comparetur, cap. ratiha-
bitionem de regul. iur.in 6.l.fin. C.ad Macedon.ſe-
quitur Baptiſtam actione mandati teneri. ¶ Quibus
ſic ſtantibus, & conſtito de debito vt ſuprà, licèt de
quantitate præciſa non appareat, ſtante tali abſentia
4 dicti Baptiſtæ fortaſſe poſſet † concludi iuramentum
actoribus pro verificāda quātitate per actores petita
eſſe deferendum, vt per Dec.in l. & quæ à Diuo.nu.
24.C. de eden.& in l.1.num.13. de in lit.iuran.& in l.
certi conditio,§.quoniam, ff.ſi cert.pet.& in conſil.
146.col.8.in fi.per Marſ.ſing.322.& 689.Boër.deci.
339.in fi.per Crau.conſ.198.nu.9.& ad hoc propoſi-
tum per Alex.conſ.103.ſub nu.4.vol.1. ſed tamen vt
res ſine dubio procederet, & eorum probationes ef-
ficerentur certiores, produxerunt actores prænomi-
nati quoſdam extractus ex cartularijs S. Georgij, in
quibus apparet ipſum Accellinum ſoluiſſe in Sancto
Georgio longè maiorem pecuniarum quantitatem,
quàm ſint libræ,N.pro dotibus Violantis filię Bapti-
ſtæ Saluaigi ad computum Benedicti Centurioni, ſi-
ue Andreæ eius filij coniugis dictæ Violantis:qui ex-
5 tractus cùm cōfecti ſint à perſonis publicis,& † à pu-
blico deputatis probant,& fidē faciunt,vt tenet Cra-
uet.de antiqui.tempo.parte prima, lectione quarta,
limitatur, nu.62.cum pluribus ſequentibus. Ex quo
ſequitur, ꝙ ſicut duorum inſtrumentorum cōiunctio
ad veritatem eliciendam fieri debet, vt notat.Bald.in
l.refert per illū tex.C.de falſ.& ſicuti valet argumen-
tum ex duarum legum coniunctione, l.Gallus.§.ille
caſus, ff.de lib.& poſth. Curt.Iun. conſ.141. num.4.
Cagnol.in l.1.nu.17.ff.de reg.iur.ita dicendum eſt ex
6 iſtis † duabus probationum ſpeciebus, literis videli-
cet, & cartularijs prædictis coniunctionem fieri poſ-
ſe, & debere ad eliciendam plenam probationem,
prout tenet Curti.in tracta. de teſtibus in concluſio-
ne 12.Quibus probationibus ſic vt ſupra factis Rota
condemnauit Stephanum de Honeto curatorem bo-
norum dicti Baptiſtæ,& perſona eius mediante dicta
bona ad dandum, & ſoluēdum præfatis tutoribus di-
ctas libras,N.monetæ illius temporis, vnà cum inte-
reſſe debito, & quod debebitur à die litis conteſtatæ
citra vſque ad integram ſatisfactionem.¶ In prędicta
ſententia ſoluendam eſſe monetam illius temporis
iudicauit Rota eò, quòd monetæ valor conſiderari
7 debet habito reſpectu ad tempus,quo fuit † mutuata,
& accommodata d.Baptiſtæ, iuxta l.Pau.ff.de ſolut.
& ad hoc propoſitum faciunt dicta per Afflict. deci-
ſione 194.nu.2.& 280.nu.8. & per Crauet.conſ.47.
per totum, & maximè num.6.& quæ exponuntur per
Moder.Ceſenaten.in deciſionibus Bono. concluſio-
ne 59.& quæ copioſè habentur per Cagnol.in l.2.C.
de pact.inter empt.& vend.nu.217.ſubiunxit inſuper
in prædicta ſententia intereſſe fore præſtandum à die
litis conteſtatæ citra vſque ad integram ſatisfactio-
8 nem,† quia litis conteſtatę effectus eſt,vt aduerſarius
in mala fide conſtituatur,l.certum, & l.moræ, C.de
rei vend.& vt per Bar.in l.litigator, C.de fruct.& lit.
expen.& vlterius eum in mora ſubſequēter cōſtituit,
l.cum poſtulaſſem, ff.de dam. infect. & prout refert
Maran. in ſuo ſpecul.aureo in 6. parte in verbo litis
cōteſtatio, ſub nu.9.Et hæc ſatis ſufficientia viſa ſunt
ad præſentis cauſæ deciſionem. Laus Deo. Optimo
Maximo.

DECISIO CXX.

Exceptio compęnſationis non admittitur de credito, quod probetur per ſcripturam, in qua etiam de alio debito conſtet.

SVMMARIVM.

1 *Accipiens literas, & non contradicens ſibi præiudicat.*
2 *Producens approbat omnia contenta in ſcriptura producta.*
3 *Cum ceſſionario poteſt fieri compenſatio.*
4 *Qui obtulit ſoluere poteſt exinde compenſare cum credito.*

HIERONYMVS de Marinis egit in
præſenti iudicio contra Hieron. Lo-
mellinum,& probauit ſe eius credito-
rem de ſumma ſcutorum,N.reus verò
conuentus oppoſuit ceſſionario no-
mine compenſationem excipiens actorem remanere
debitorem Thomæ de Marinis cedētis de longè ma-
iori ſumma.Ad ꝙ probandum produxit epiſtolam,in
qua d.agens confitetur ſe debitorem de ſcutis, N.d.
Thomæ.Ad ꝙ reſpondebatur per actorem, quòd ip-
ſe enuntiatur in eadem epiſtola creditor de ducatis,
N.& ſic de multo maiori ſumma:Ideo ex ipſa proba-
1 tur creditor,& non debitor:quia Thomas † accipiē-
do literam, & non contradicendo ſibi præiudicauit,
iux. not. in l. filiusfamiliâs, ff. ad Maced. & latè per
2 Matth.not.24.& quia etiam reus † producendo illam
videtur approbare omnia in ea cōtenta, vt per Doct.
in l.1.§.editiones,ff.de eden.& per Feli.in c,cum ve-
nerabilis de except.replicatum fuit per reum conuē-
tum, quòd actor non obſtante d. enunciatione eius
crediti obtulit ſe ſoluere s. d. ſummā ſcutorum, N.
quia ſciebat, ꝙ ducati, N.reſtantes non debebantur
ipſi,ſed Nicolao Grimaldo,& Baldaſari Lomellino,
& ſic non eſt verum, ꝙ ipſe agens eſſet creditor,aliâs
nō petijſſet,vt ſibi ordinaretur, cui ſumma præd.ſcu-
torum, N.ſolui deberet.Secundò replicatum fuit,ꝙ
prætenſum eius creditum remanet extinctum, & ſo-
lutum ex pretio, & progreſſu lanarum, de quibus in
ea,imò reſiduum d.pretij Grimaldus, & Lomellinus
ſoluerunt d.actori, vt conſtat ex inſtrumento produ-
cto, ꝙ dicitur probatio probata vulg.l.quoties, & ibi
Bal.C.de iudi.& ſic ſufficit,ꝙ ex d.inſtrumento liqui-
do extinctum ſit quicquid cedens in eadem epiſtola
enunciabatur, debitum ire dictis Grimaldo, & Lo-
mellino.¶ His tamē non obſtantibus cōtrarium com
muni omnium voto verius eſſe duximus:hoc enim de

iure veriſſimum eſt, ꝙ ceſſionarius non habet plus iu-
ris, quàm haberet ipſe cedens, l. qui duos, ff. de leg. 2.
vnde ſi Thomas ageret ad ſummã ſcurorum, N. poſ-
ſet Hierooymus de Marinis opponere compenſatio-
nem ex ſumma ducatorum, N. pariformiter ceſſiona-
rius'excipiendo illam oon poteſt impedire, tum quia
in exceprione repræſentat perſooam d. Thomæ, tum
etiam quia ceſſio tranſiuit ad ipſum eum ſuo onere,
3 & † cum ceſſionario debiti poteſt fieri compenſatio,
vt per Cyn. in l. eius, C. de compenſ. ¶ Nec obſtare vi-
ſum fuit, ꝙ Hieronymus de Marinis de anno, N. ob-
tulerit ſeparatum ſoluere d. ſummam ſcutorum, N. &
ꝙ ducati, N. non debebantur per Thomam ipſi, ſed
Grimaldo, & Lomellino, qui ſibiipſis ſatisfecerũt de
progreſſu lanarum, & reſiduum d. Hieronymo ſolue-
runt: quia reſpondetur, ꝙ nõ eſt inconueniens ꝙ ho-
4 die quis † offerat ſe ſoluturũ, & deinde tranſacto an-
no velit compẽſare cùm eius credito, Nec eſt verum
in facto, quòd Thomas nõ deberet ipſi Hieronymo,
ſed Grimal. & Lomellino, quia ex inſtrumento per
ceſſionarium producto, apparet manifeſtè, quòd non
Thomas, ſed Hieronymus de Marinis erat debitor,
& tenebatur ſoluere dictam, & maiorem ſummam
Grimaldo, & Lomellino. ¶ Nec obſtat, quòd dictus
Hierouymus vendiderit lanas, ſeu quòd illæ fuerint
venditæ à Grimaldo, & Lomellino, & de illarum pre-
tio ſibi ipſis ſoluerint, & ꝙ d. Hieronymus reſiduum
receperit: quia cùm ipſe ſit verus creditor de ducatis,
N. vt in litera dicitur, ſi omnes lanæ ſpectarent ad
Thomam, ipſe Hieronymus eſſet debitor lanarum, &
de ſpecie ad quantitatem non fit compenſatio, l. fi. C.
de compenſ. Vnde licèt Hieronymus remaneat libe-
ratus à Grimaldo, & Lomellino, prætenditur tamen
ipſum teneri reddere rariooem Thomæ de eius par-
ticipatioue lanarum, quæ iam coram nobis in alio iu-
dicio fuit petita. Præterea nobis non conſtitit quòd
participatio lanarum, quæ ad Thomam ſpectat de-
ductis impenſis, prouiſionibus, naulis, gabellis, & ſe-
curitatibus, vt in inſtrumeoto dicitur, aſcendat ad va-
lorem ducatorum, N. Vnde debitum liquidum pee
hoc non debuit retardari. Et ex his, & multis alijs in
prædictam iuimus ſententiam.

DECISIO CXXI.

Solutio, & conſignatio in dubio cenſetur facta in cauſam, in quàm ſoluens vult, vel in grauiorem.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet agens tenetur intentionem verificare.*
2 *Cauſa habens promiſſorem eſt grauior non habente.*
3 *Item illa, de qua conſtat per ſcripturam, quàm illa de qua non conſtat.*
4 *Mercator ex facto iuuenis obligatur.*
5 *Baiulis deferentibus merces eſt credendum, licèt de proprio facto deponant.*
6 *Minor ſumma, in qua teſtes concordant, eſt conſideranda.*
7 *Probationes actorum debent concludere per neceſſe, & non per poſſibile.*
8 *Probationes in pœnalibus debent eſſe clariſſimæ.*

SOL IVSTITIÆ MENTEM NOSTRAM ILLVMINET.

PROMISERVNT Bartholomæus Pi-
chaluga, & Paulus Hieronymus Vaſal-
lus per apocham ſubſcriptam eorum
manu Antonio Scortiæ conſignaturos
intra quatuor menſes petias, N. coto-
ninarum, aut earum pretium ad rationem librarum,
N. prout latiùs in d. appocha. Tranſacto tẽpore An-
tonius coram Rota executionem petijt pro d. quãti-
tate contra d. Vaſallum, & licèt tunc oppoſuerit cõ-
ſignaram fuiſſe maiorem partem dictarum cotonina-
rum, quia tamen id probare oon poterat, niſi per te-
ſtes, qui in executiuis non admittuntur, ideo in eo iu-
dicio ſuccubuit, cui tamen iura in ordinario illæſa re-
manſerunt ad agendum, & ita egit, & viſum fuit Ro-
tæ iuſtitiam fouere, & per conſequens d. Scortiã con-
demnauit ad petita, prout ex ſententia concorditer
lata cõſtat, cum illa modificatione quantitatis. ¶ Pri-
mò videmus hîc intentatam fuiſſe conditionem in-
debiti, cuius baſis, & fundamentum eſt probare ſolu-
tionem, cùm nemo præſumatur indebitè ſoluere, l. 1.
ff. de cõd. inde. & cõſtito de ſolutione colligitur poſt-
ea an ſit debitè, vel indebitè facta, toto tit. ff. & C. de
1 cond. indeb. & in qualibet actione † quiſque tenetur
intentionem ſuam verificare, prout docet in terminis
iuriſcooſultus, in l. cùm de indebito, ff. de probat. ſed
actor probauit conſignationem cotoninarum, ergo
debet obtinere, l. quioquaginta, ff. de probat. Nam
eum antea ſoluiſſet, vel tradidiſſet cotoninas, ſequi-
tur ꝙ ſolutio pecuniarum vltimo loco facta, de qua
in inſtrumento publico conſtat, fuit indebitè facta, &
exhibitum fuit in actis inſtrumentum, ꝙ eſt probatio
probata, c. 2. de fid. inſtr. Bald. l. intereſt. C. de ſolut.
cum ſimil. alibi per oos add. ¶ Secundò pro hac deci-
ſione facit, quoniam eſt in facultate ſoluentis eligere
in quam cauſam ſoluere velit, l. 1. & ibi Doct. ff. de ſo-
lutio. ſed hîc debitor elegit cauſam apochæ, ergo in
eam cauſam cedere debet, cum non docuerit Scortia,
quod cotoninas illas in aliã cauſam ſuſceperit. ¶ Ter-
tiò, ſolutio debet in cauſam grauior cedereẽ, d. l. 1. &
2 3. cum ſeq. ff. de ſolut. at grauior eſt, † quæ habet ex-
promiſſorẽ, l. 5. §. grauiori, ff. eo. licet Bartholomęus
fortaſſis eſſet debitor aliarũ cotoninarum, tamen hoc
non cõſtat, ſed ſolùm cõſtat de hac obligatione, quæ
certa eſt. Vnde potius ad hanc ſummam extinguen-
3 dam, † pro qua per chirographum tenebatur, quàm
ad aliam, pro qua fuiſſet ſimpliciter obligatus, conſi-
gnaſſe præſumendum eſt: durior enim proculdubio
hæc eſt, ob quam coram Rota potuit habere execu-
tionem. ¶ Quartò, ſi diligenter conſideretur tempus,
ſuper quo deponunt teſtes, videbimus conſignatio-
nem harum cotoninarum correſpondere tempori,
in quo fienda erat dicta conſignatio ex chirographo
debita, non autem tempori, quo Bartholomæus de-
bebat coofignare illas, quas è Sauona Genuam pro
d. Scortia deferebat, & multùm refert, quia ex hoc
tollitur defenſio Scortiæ, qui ſe tuebatur oſtendendo
eſſe creditorem aliarum cotonioarum, & teſtes ali-
qui ipſius Scortiæ deponunt de anno, N. & hæc con-
ſignatio erat fienda de anno ſequenti. ¶ Fundamentis
ijs iactis facilis inſurgit reſponſio ad contraria: Nec
enim obſtat quòd dicebatur non fuiſſe conſignatas
cotoninas d. Antonio, ſed Marco eius iuueni, nec eſſe
probatum Marcum eſſe iuuenem, quia reſpondetur,
quòd conſignatio virtute verborum ipſius appodiſię

potuit

potuit alteri fieri nomine Antonij, dum dicebatur
ſeu alteri perſonę legitimę pro eo. Supereſt vt videa-
mus, an Marcus ſit legitima perſona in noſtro caſu, &
ex quo deponunt teſtes, quod eſt iuuenis (ita enim
appellatur) ſequitur quòd ex facto eius obligetur. l. 1.
in princ. ff. de exerc. & ibi Bart. & ille dicitur iuuenis
4 † mercator, ſiue factor, quem dominus patitur eum
ſic facere, & ſe gerere pro tali, l. quicunque §. non ta-
men, vbi Barto. ff. de inſtit. & per conſequens dicitur
legitima perſona pro Antonio, & quod ille facit, pe-
rinde eſt, ac ſi dominus faceret, & iſtud adeo eſt in ci-
uitate notorium, vt ſufficiat allegare, & ſtylus, & con-
ſuetudo hæc inter mercatores obſeruatur, ſecundùm
quàm cauſæ eorum ſunt terminandæ, l. vlt. in fi. C. de
inut. l. a. C quemad. teſt. aper. l. vlt. C. de fideiuſ. Bald.
l. ſi pro ea. C. mãd. ¶ Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ teſtibus
qui pro Vaſſallo deponunt, cum tractent de ſe exo-
nerando, fides adhiberi non debeat, ad not. in l. de-
ferre, ff. de iur. fiſci. per Barto. Abb. conſil. 16. vol. 1.
Alex. conſ. 13. vol. 1. Corn. conſ. 218. vol. 4. quia dici-
5 tur, quòd illi baiuli, † qui tulerant cotoninas, nullam
habent obligationem erga dictum Vaſſallum pro di-
ctis cotoninis, propter quod poſſit inſerti de eorum
intereſſe tractari. Præterea regula prædicta locum
non habet in baiulis, quibus creditur Roſſ. in tract. de
teſt. nu. 57. & refert Pract. Papien. in for. oppoſi. con-
tra teſtes poſt publicationem in Glo. facto eorum,
col. vlt. ver. deinde quæro, & dicit Doct. collegij Me-
diolanenſis habere ſemper hanc deciſionem in ore:
imò dicendum eſt, cum de facto proprio deponant,
eſſe cæteris præferendos, & idoneiores per not. per
Caſt. in l. quicunque. C. de ſer. fug. Alex. conſil. 197.
lib. 7. Socin. conſ. 28. lib. 3. Deci. conſil 56. Tiraq. de
retract. lig. §. 1. Glo. 14. nume. 46. 47. ¶ Nec obſtat, ſi
dicatur teſtes non deponere d. certa quantitate, quia
imò ſi rectè perpendantur eorum dicta, ſunt concor-
des in ea quantitate, ad quam Scortia fuit condem-
6 natus: Rota enim conſiderauit † minorem ſummam,
in qua concordant, l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de
arbitr. Glo. l. ſin. ver. deducitur, ff. de præto. ſtip. arg.
l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. l. inter ſtipu-
lantem, §. ſi ſtipulante, ff. de verb. oblig. non poteſt
tamen negari, quin illa regula ſit omnium veriſſima,
quòd probationes ſint arbitrariæ, l. 3. §. tu magis ſcire
potes, ff. de teſt. Doct. in l. admonendi, ff. de iur. iur. &
alibi. ¶ Nec obſtat ſi dicatur debuiſſe Pichalugam re-
cuperare ſuam apocham: nam in promptu eſt reſpon-
ſio, quòd cum Scortia non eſſet adhuc integrè ſatis-
factus, non potuit illam habere. ¶ Nec obſtat, quòd
dicebatur non eſſe probatum magazenum, in quo
conſignatæ fuerunt cotoninæ, eſſe Antoni, quia dici-
tur non eſſe neceſſe, vel etiam dicitur ſatis rectè pro-
batum hoc fuiſſe, quia teſtes ſuper hoc deponunt, nec
refert ꝙ hoc articulatum non fuerit, quia id minimè
exigitur, & ſufficit quòd conſignationi adfuerit Mar-
cus, etiam ſi in aliena domo facta fuiſſet. ¶ Nec ob.
7 quod dicebatur probationes † actorum debere con-
cludere per neceſſe, non per poſſibile, l. ne hoc. C. vn-
de leg. l. neque natales, C. de probat. Bal. in l. conuen-
ticulam, C. de Epiſco. & cler. in l. ſcripturæ, C. de fide
inſtr. Caſtr. conſ. 120. num. 2. in 1. parte Deci. in cap.
propoſuiſti, & c. in præſentia, de probat. & conſil. 2.
nume. 5. Alex. conſil. 82. circa fin. vol. 4. Corn. conſil.
351. num. 8. in 4. parte com ſimili. quia reſpondetur,
probationes in proprio facto optimè concludere, &
8 probare. ¶ Nec obſtat, quòd ſimus in pœnalibus, † &
per conſequens probationes meridiana luce clario-
res eſſe oportere, l. fin. C. de probat. quia dico pœ-
nam hoc caſu non eſſe conſiderabilem, cùm cauſa ſit
pecuniaria, & applicatur parti, & non fiſco, Et de-
mum ſunt tales, vt etiam ſufficiant in caſu criminali.

DECISIO CXXII.

Conſignans merces in dubio intelligitur do-
minus: nec creditur recipienti eas habuiſſe,
vt ſpectantes, vel prouenientes ab alio.

SVMMARIVM.

1 *Habens pro ſe inſtrumentum habet intentionem fundatam.*
2 *Scripturæ doanæ ſunt publicæ, & non priuatæ.*
3 *Reſponſio diuiſibilis poteſt pro parte acceptari, & pro parte non.*
4 *Reſponſio ad poſitiones per verbum, credit, importat veritatem.*
5 *Confeſſio diuiſibilis poteſt pro parte non admitti.*

VINCENTIVS Bucelerius de Brixa egit
coram Rota contra Bernardum de Paſſa-
gio ad capſias, N. alzariorum, ſeu ad eius
pretium, vt in petitione: in qua cauſa viſum
fuit Rotæ iudicare in fauorem actoris, vt in ſenten-
tia. Nam ex pluribus demonſtratur d. Vincentiũ ha-
buiſſe intentionem ſuam fundatam. ¶ Et primò quòd
d. alzaria venerunt ad hanc ciuitatem, & exonerata
fuerunt in doana ſub nomine d. Vincentij, & vt alza-
ria ipſius Vincentij fuerunt annotata in libris doanę,
apparet de hoc extractum publicum ipſius doanæ.
Vnde ſuccedit illa iuris concluſio, quòd qui habet
1 † inſtrumentum, pro ſe habet intentionem fundatam,
l. cum precibus, C. de probatio. vbi Gloſſ. & Docto.
Bart. in l. 1. nume. 8. verſi. venio ad quæſtionem, ff. de
oper. noui. nuncia. Fel. in rubr. de probatio. num. 2. &
in cap. licèt cauſam, nume. 10. vbi Deciſ. nume. 10. de
probatio. Iaſ. conſil. 124. nume. 2. lib. 1. Deci. conſilio
488. num. 1. Curtius Iuo. conſil. 109. num. 20. Nec di-
catur, ꝙ illa ſit ſcriptura priuata, & ſic non probet per
ea, quæ dicuntur in l. admonendi. ff. de iure iurand &
Feli. in c. 2. 2. de fide inſtru. quia imò replicatur, quòd
2 iſti libri † doanæ ſunt ſcripturæ publicæ, & eis adhi-
betur fides vigore ordinamentorum S. Georgij, &
etiam de iure communi, vt dixit Salic. in l. exemplo,
C. de probatio. Felin. d. c. 2. nu. 26. de probat. ¶ Quod
autem d. Vincentius cõſignauerit d. capſias alzariorũ
Andreæ factori, ſeu iuueni d. Bernardi probant pri-
mus, ſecundus, tertius, & quartus teſtis ſuper primo
titulo d. Vincentij, & ſimiliter ſuper ſecundo titulo:
qui teſtes deponunt de ponderatione d. alzariorum
facta ad inſtantiam d. Vincentij, & de conſignatione
per eundem Vincentium de d. alzarijs facta d. An-
dreæ in doana ipſis teſtibus præſentibus, & videnti-
bus, & probatio per tres teſtes dicitur plena proba-
tio: Nam iura contentantur de probat. duorum te-
ſtium, l. vbi numerus, ff. de teſtibus, l. teſtium. C. de
teſtibus, & ſibi fuiſſe conſignatas d. capſias alzario-
rum per d. Vincentium conſtat per confeſſionem d.
Andreæ factam ad primam poſitionem, vbi dicit,
credit d. capſias ſibi conſignatas fuiſſe per dictum
Vincentium, & licèt dicat nomine Bonnni de Aqui-
3 lino, ſibi hoc non creditur, cum iſta † reſponſio poſſit

diuidi per ea,quæ tradit Bart.communiter approba-
tus in l.Aurelius , §.idem quæſijt , ff.de lib.legat.vbi
Docto. & hoc tantò magis eſt verum , quia teſtes di-
cunt , quòd fuerunt conſignatæ per d. Vincentium
modo ſuo,& non modo alieno.¶ Et quòd d.Andreas
ſit iuuenis d. Bernardi conſtat per confeſſionem d.
Bernardi ad vndecimam poſitionem , & nulla maior
probatio , quàm confeſſio partis , vt toto titulo, ff.&
4 C.de confeſſ.& licèt ſit per † verbum credit,impor-
tat tamen veritatem , Bald.in l. 1.num.21. C.de falſa
cauſa adiecta legato, Maranta in ſua practica in quar-
to actu ſecundæ partis , nume.14.lib.1. ¶ Et quòd d.
Bernardus poſtmodum habuerit d. alzaria , & de eis
5 diſpoſuerit,conſtat ex dictis d.teſtium,ac etiam † per
confeſſionem factam per d.Bernardum ad nonam, &
decimam poſitionem , vbi creditur diſpoſuiſſe de d.
alzarijs , licèt dicat habitis à d. Bonomo , tamen hoc
non probat , & contrarium conſtat per atteſtationes
d.teſtium,qui deponunt, quòd illa fuerunt conſigna-
ta per d. Vincentium , & non per d. Bonomum. Ex
quibus,&alijs,quæ ex proceſſu colligũtur,Rota iudi-
cauit, vt ſuprà. Laus Deo.

DECISIO CXXIII.

Soluens alicui de mandato creditoris pro cõ-
puto debitoris acquirit actionem negotio-
rum geſtorum aduerſus debitorem, & eum
à creditore liberat.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio actoris in petitione probat.*
2 *Soluere vni,vel alteri de ordine illius idem eſt.*
3 *Ex vnico actu oriri poteſt duplex actio.*
4 *Mandans debitorem exigi cenſet mandaſſe debitori quòd ſoluat.*
5 *Re non integra mandatum non poteſt reuocari.*
6 *Dubius , cui ſoluat , & offerens ſoluere non tenetur ad intereſſe ante declarationem.*

IN cauſa vertente inter Nicolaum,& Be-
nedictum de Gentilibus actores ex vna,
& Chriſtophorum de Fernatijs reum
conuentum ex altera , nos condemnaui-
mus reum conuentum ad ſoluendum actoribus pe-
cuniam in eorum petitione contentas quoniam reus
in ſuis exceptionibus aſſeruit Nicolaum tanquam ip-
ſius creditorem mandaſſe actoribus , vt pecuniam
ſoluerent Lugduni pro computo rei conuenti,idque
ab actoribus factum fuiſſe,ſed non de ſuo ordine,ob-
tulerit tamen ſe ſoluturum , cui de iure ſolutio fieri
debeat , cui aſſertioni rei in exceptionibus ſtandum
1 eſt:ſicuti enim † aſſertio actoris in petitione ſua pro-
bat,l.cum precum.C.de liber.cauſ.cum ſimili , ideo
quoque dicendum eſt in aſſertione à reo facta in ex-
ceptionibus,cùm in eis reus actor ſit,l.1.de exceptio.
cum itaque Gentiles ſoluerint pro computo Chri-
ſtophori ad mandatum Nicolai creditoris ipſius
Chriſtophori , vtique id perinde eſt , ac ſi Gentiles
2 ipſi Nicolao ſoluiſſent , cum nihil intereſt † an credi-
tori pecunia ſoluatur , an verò alteri de mandato cre-
ditoris , l. 3. §.fi. ff. de donat. inter vir & vxor.notant
Docto in l ſingularia, ff.ſi cert.peta.quemadmodum
ergo ſi Gentiles ſoluiſſent ad computum Chriſto-
phori ipſi Nicolao, dicerentur vtiliter geſſiſſe nego-
tium Chriſtophori:ita quoque ſoluentes alteri ad
mandatum Nicolai pro computo Chriſtophori di-
cuntur vtiliter geſſiſſe negotium ipſius , & eum libe-
raſſe ab obligatione, qua tenebatur verſus ipſum Ni-
colaũ,Nec refert, ſi diceretur Gentiles ſoluiſſe cauſa
adimplendi mandatum Nicolai, & illius contempla-
tione , cùm traditum ſit ex eodem actu mandati geri
poſſe negotium mandantis, & alterius , l. 2.§.mea,&
3 aliena , ff.mand. & ex † mandato ipſo oriri actionem
mandati aduerſus mandantem,& negotiorum geſto-
rum aduerſus eum , cuius negotium vtiliter geſtum
fuerit , quamuis mandantis contemplatione id ge-
ſtum fuerit, vt notatur in l.ſi pupillo,de nego.geſt.&
in l.3.§.fi.& ibi Doct ff.eod. tit.& in l.ſi mandatum,
C.de nego.geſt.& ibi Alex.& Paul.de Caſtr.& alij ſi-
cut etiam videmus, quòd ex eadem ſolutione tollitur
vna obligatio,& alia oritur, l.in numerationibus,vbi
Docto.ff.de ſolutio . Vnde non eſt inconueniens , vt
Gentilium ſolutio pariat ipſis actionem negotiorum
geſtorum contra reum conuentum, & actionem mã-
dati aduerſus Nicolaum mandantem , quatenus ipſi
Gentiles non fuiſſent ſatisfacti à reo conuento:quia
mandatum adimpleuerunt ſub iſta tacita conditio-
ne , vt ſibi à reo conuento fieret ſolutio , iux. notata
per Glo. & Doct.in l.quòd ſeruus , ff.de condit.cauſ.
da. Vnde ipſi potuerunt reflectere partitam ipſi Ni-
colao Neapolim , qui Nicolaus ſi ſoluiſſet Gentili-
bus , non tamen adhuc Chriſtophorus ipſi Nicolao
fuiſſet obligatus illa prima actione , qua tenebatur
ipſi Nicolao , cùm ea fuerit ſublata per ſolutionem
factam à Gentilibus pro ſuo computo ad mandatum
Nicolai , vt ſupra dictum eſt. Sed ipſe Nicolaus ſol-
uendo Gentilibus partitam reflectatam , vtiliter geſ-
ſiſſet negotium Chriſtophori quippe ipſum liberan-
do ab obligatione , qua Gentilibus tenebatur : quia
ſoluerant de mandato Nicolai ad ſui computum , &
probatur ex notatis per Bart.in l.facta.§. ſi hæres , ff.
ad Trebell.vbi dicit,& ſi ille, qui mandauit actiones
contra ſuum debitorem , exegerit à tali debitore di-
citur gerere negotium illius,cui ſunt mandatæ actio-
4 nes : Nam eo ipſo , & creditor † mandat debitorem
ſuum exigi ab alio,cenſetur etiam mandare ſuo debi-
tori,vt illi ſoluat,cui mandauerit,l.qui hominem.§.ſi
Titium,vbi Bart.ff.de ſolutio.idque maximè hoc ca-
ſu procedit:quia Nicolaus mandans ſolui ad compu-
tum Chriſtophori per Gentiles non poterat amplius
5 tale † mandatum reuocare , cùm res non eſſet inte-
gra,ex quo iam Gentiles ſoluerant pro cõputo Chri-
ſtophori , & ipſi Chriſtophoro Nicolaus cenſetur
mandaſſe,vt ſoluat Gentilibus, d.§.ſi Titium per Ia-
ſo.in l.admonendi,num.15a.ff.de iur.iur. Vnde cum
res non eſſet integra, & ſi Nicolaus non potuiſſet re-
uocare tale mandatum,iux.notata per Doct.in dict.l.
ſingularia, ff.ſi cer.peta.meritò dicendum eſt etiamſi
Nicolaus ſoluiſſet Gentilibus reflectentibus illam
partitam,vtique vtiliter geſſiſſet Nicolaus negotium
Chriſtophori , & per conſequens ex tali ſolutione illi
orta fuiſſet actio negotiorum geſtorum aduerſus ip-
ſum Chriſtophorum. Vnde ex prædictis nõ infertur,
quòd Chriſtophorus non fuerit liberatus per ſolutio-
nem Gentilium , & quòd eius negotium per eos non
fuerit vtiliter geſtum. Et ex his concluſum fuit reum
conuentum condemnandum fore. Ad intereſſe verò
d.Chri-

6 d. Chriſtoforum non condemnauimus, † quoniam
ipſe obtulit ſe ſoluturum illi, cui de iure ſpectaret ipſa
partita: Vnde in mora non videtur fuiſſe, niſi poſt ſe-
cutam declarationem, iuxt. notata in l. acceptum. C.
de vſur. Et ita omnium conſenſu concluſum fuit.

DECISIO CXXIIII.

Adminiſtrans negotia aliena, & ſocius non te-
netur ad caſus fortuitos.

SVMMARIVM.

1 *Subſcribens ita ſibi præiudicat, ac ſcribens.*
2 *Particeps poteſt petere ſummam certam, cum ca-
pitale præſumatur ſemper ſaluum.*
3 *Poſteriora derogant prioribus.*
4 *Redditio rationis peti non poteſt eo modo, cũ alia
forma eſt data negotio.*
5. *Actore non probante intra tempus, an reus
diffinitiuè, an ab obſeruatione iudicij ſit ab-
ſoluendus.*

SICVTI Syluester in hoc iudicio viſus
eſt duo petijſſe, ita noſtram ſententiam
duo capita continere oportuit. Primum
fuit reſpectu ſcutorum, N. de quib. non-
nullæ literæ Dominici rei conuenti re-
cognitæ, & verificatæ loquuntur, quas in proceſſu
exhibitas videre eſt, & quas etiam contra ſcribentem
probare non debet in controuerſiam venire, l. Publia.
§. fin. ff. depos. Bald. in rub. C. de fid. inſtr. Doct. in l.
admonen. ff. de iur. iur. Nec refert, quòd d. Domini-
cus d. literas, non ſcripſerit, ſed ſubſcripſerit, poſtquã
1 receptiùs eſſe videtur æquè ſibi † præiudicare ſub-
ſcribentem, atque ſcribentem, vt per Alex. qui mul-
tos ad id citat, & multi etiam citantur in apoſt. ad eũ
conſil. 147. in 2. vol. Et quo ad iſtud caput quæſtio
nem faciebat contra reum, quoniam cum ipſe con-
feſſus fuiſſet, quod conſignauerat Syluestrum parrici-
pem in quadam implicita in Alexandria Ægypti fa-
cienda pro computo d. Syluestri de ſcutis, N. meritò
videbatur teneri ad reddendum rationem d. implici-
tæ d. Syluestro, ex quo trita eſt regula, quẽlibet aliena
negotia gerentem teneri adminiſtrationis rationem
reddere, Soc. conſil. 24. & conſ. 73. col. 1. & alibi ſæpe
Doct. ſeu ad ſoluendum d. ſcuros, N. d. Syluestro pro
ſua participatione dictæ implicitæ ſibi aſſignata cùm
2 etiam ab eo, qui tenetur rationem reddere, † peti poſ-
ſit ſumma certa, ex quo capitale ſemper ſaluum præ-
ſumitur, niſi damnum ſecutum, vel amiſſio probetur,
l. 1. vbi Bart. & Doct. C. ſi aduerſus rem. iud. Socin. d.
conſ. 24. Alex. conſil. 170, num. 3. & in 2. Ruin. conſil.
140. col. pen. in 1. ¶ Verùm hæc nobis non fuere viſa
tanti eſſe ponderis, vt nos ad condemnationem in-
ducerent, præſertim cum aliqua fundamenta, quę nos
ad abſoluendum reum conuentum à peritis impule-
runt minimè tolli, aut debilitari viderimus. Inter cæ-
tera vnum illud fuit, quòd ipſe Syluester non ſemel
in hoc iudicio confeſſus eſt, nauim, in qua oneratæ
fuere merces in Alexandria Ægypti, captam fuiſſe ab
hoſtibus, vel aliter in ſiniſtrum iuiſſe, vt meritò ceſ-
ſare debuerit petitio iſtius capitalis, cùm ſocius non
teneatur, ſi damnum caſu fortuito contigerit, nec
damna Fatalia ab eo ſint præſtanda, l. cum duobus, §.
damna, ff. pro Soc. Nec placuit illud obiectum, quod
quandoque factum fuit pro parte d. Dominici, vide-
licet quòd ipſe ſuſceperit curam, vt pecuniæ ipſius
Syluestri implicarentur in ſabis, quia cum dicatur in
eius literis datis die, N. *ſopra vettouaglie, & merci*, ap-
paret d. Dominicum non reſtrinaiſſe ad emptionem
fabarum, quamuis in literis datis ſub die, N. fabarum
3 talem mutationem feciſſet: † poſteriora enim dero-
gant prioribus, etiam in pactis, & contractibus, l. pa-
cta nouiſſima, vnde Doct. C. de pact. Hinc eſt, quòd
in appodiſia ſecuritatis dictum fuit, ſuper rebus mer-
cibus, drogarijs, & alijs quibuſcũque, in quibus com-
prehendi poſſit omne genus victualium. ¶ Minus etiã
mouit aliud obiectum, quòd lina debuerint deſtinari
pro Liburno, Viaregio, vel Genua iuxta ordinem
dicti Dominici, de quo in dictis eius literis: quoniam
prætèrquàm quod non conſtat in iſto proceſſu alio
deſtinata fuiſſe lina, ſeu alias merces, quàm ad d. lo-
ca, dicitur quoque etiam ſi lina deſtinata fuiſſent, &
ſeu onerata pro Liburno, Viaregio, vel Genua, tamẽ
æquè peritura fuiſſe in dicta naue, & Syluester vnà
cum Carolo Cattaneo omninò non ſe aſſecurari fe-
cerant, niſi pro ſcutis, N. in totum pro Liburno, Via-
regio, vel Genua, in qua ſecuritate voluerunt etiam
comprehendi Dominicum pro ſcutis, N. ad ratam
participationum dictorum Syluestri, Caroli Catta-
nei, & Dominici Imperialis. Accedat, q dici poteſt,
hanc controuerſiam ſcutorum, N. per ſententiam ar-
bitralem, (quæ inter iſtos ciues potius fuit ſemina-
rium, & origo litium, quam q eis finem impoſuerit)
deciſam videri, in qua condemnatus fuit Dominicus
ad recognoſci faciẽdum Syluestrum de dicta partita
pertinente ad ipſum. In qua ſentẽtia ſubiiciuntur in-
fraſcripta verba, qui Dominicus ſit obligatus erga
dictum Syluestrum de bona adminiſtratione pro Ni-
colao de Axereto. Vnde cum dicta ſententia arbitra-
lis inter partes lata quæ in iudicatum tranſijt, & facit
ius inter partes, l. ingenuum, ff. de ſtatu. homi. aliam
4 formam huic negotio dederit, † non potuit amplius
peti dictum capitale à dicto Dominico, qui dicitur
in dicto laudo dictas pecunias dediſſe Nicolao pro
eis conducendis in Alexandriam Ægypti, vt in mer-
cibus implicarẽtur vnà cum alijs pecunijs ipſius Do-
minici. ¶ Secundum caput fuit continens damna, ex-
penſas, & intereſſe, in quæ prætendit incidiſſe dictus
Syluester ex eo, q cùm obtinuiſſet via executiua quaſ-
dam ſecuritates ſibi deberi exinde in ordinario iudi-
cio ſuccubuit, quod facto, & culpa dicti Dominici
eueniſſe prætendit, cùm non debuerit Dominicus ei
ordinem dare, vt ſe aſſecurari faceret ex Alexandria
pro Liburno, Viaregio, vel Genua pro mercibus,
quas mandaſſet onerari pro Meſſana: ſuper quo capi-
te quamuis eſſe poſſit, vt dictus Syluester optimo iu-
re nitatur, nihilominus cùm non viderimus exhibita
fuiſſe per ipſum in termino probatorio ea, quæ iſtud
ſecundum caput concernunt, opus fuit ad abſoluto-
riam confugere, & quamuis fortè de iure abſoluen-
dus fuiſſet reus diffinitiuè, non autem ab obſeruatio-
ne iudicij; quoniam Doct. in l. admonendi, vbi Iaſ. in
repet. nu. 75. cum ſeq. ff de iur iur & in l properandũ,
§. & ſi quidem, vbi etiam Iaſ. num. 15. C. de iud. viden-
tur concludere, ſi ſtatutus ſit terminus ad proban-
5 dum, & † actor intra illum nihil probauerit, reum de-
bere diffinitiuè abſolui, ita vt ſi ſententia in rem iu-

dicaram tranſierit, nó poſſit amplius actor reum coo-
uenire, ex quo negotium principale remanet termi-
natum, vt per Doct. in dictis locis: ramen nos, qui ve-
ritatem negotij nouimus, & ſententiam in ordinario
ad ſauorem aſſecutatorum tulimus, moti rationibus,
de quibus in noſtra deciſione æquum eſſe duximus,
viam denuò agendi dicto Syluestro non debere præ-
cludi. Et ita abſolutoriam ab obſeruatione iudicij tu-
limus, vt actor poſſit denuò, quandocunque agere, &
quæ non probaui hic, in alio iudicio probare. Ad lau-
dem Dei omnipotentis, qui eſt laudandus in ſæcula
ſeculorum.

DECISIO CXXV.

Mandatarius ad emendum merces eis emptis
habet actionem contra mandantem, etiam
ſi ſibi de pretio non prouideat per viam or-
dinatam.

SVMMARIVM.

1 *Receptio literarum probat mandatum ſuſce-
ptum.*
2 *Sententia inter alios lata praiudicat quò ad eũ,
qui ſuccubuit.*
3 *Mandans tenetur ad intereſſe abſque interpel-
latione.*
4 *Caſus fortuiti ſpectant ad mandantem.*
5 *Proceſſu nullo abſolutio fit ab obſeruatione iu-
dicij.*

SOL IVSTITIÆ MENTEM noſtram illuminet.

TRANSMISERVNT ex inſula Siciliæ
Antonius, & Iacobus de Franchis fratres
huc Genuam ſalmas, N. frumentorum Ri-
chiellæ in duabus vicibus emptas nomi-
ne, & de mandato Baptiſtæ Saulij, qui ad præfatos
fratres literas ſcripſerat, in quibus mandabat, vt dict.
frumenta emerent, & ꝙ ſibi de pretio Biſuntij proui-
derent à Penellis, & Fliſcis, à quibus aſſerebat in eam
cauſam pecunias habituros, cùm illis ordinem ſoluē-
di dediſſet, & dicti Franchi ſummā per ſe in frumen-
torum emptionem expenſam à dictis Fliſcis, & Pe-
nellis conſequi non potuerunt, ac ne obolum quidem
habere. Quare egērunt aduerſus Saulium principalē
mandatorem ad ſummam vnciarum, N. monetæ Si-
ciliæ, quam pro frumentis emendis impenderant, ad
quam vnanimiter per Rotam fuit cōdemnatus. ¶ Nā
ex parte actorum probata plenè fuerunt incumben-
tia: conſtat enim per literas, quæ recognitæ fuerũt de
ordine per Saulium dato, quæ probant contra ſcribē-
rem, c. 1. vbi Cano. de probat. Bald. in rub. C. de fid.
inſtr. l. Publia. §. fi. ff. de poſ. Doct. in l. admonendi. ff.
1 de iur. iur. & † receptæ per Franchos probant illos
mandatum ſuſcepiſſe, l. ſi filiusfam. ff. ad Maced. d. l. ſi
literas. C. mand. Clem. 1. de procur. quod cum ex ſui
parte adimpleuerint, vtique Saulius remanet obliga-
tus, d. l. ſi literas, & toto tit. ff. & C. mand. oritur enim
actio contraria, quæ datur mandatario aduerſus man-
dantem, vt manifeſti iuris eſt, onerauerunt autem
Franchi dicta frumēta, vt ex appodiſiis onerationum
conſtat, quæ à Saulio habita, & recepta fuerunt vt ex
exactis publicis gabellæ apparet, & fuit declaratum
contra dictum Baptiſtam: quæ ſententia inter alios
lata licèt non videatur præiudicare, toto tit. C. res in-
ter alios act. l. ſæpè, & ibi Doctor. de re iud. & alibi
ſæpè, id tamen non procedit quò ad eum, qui ſuccu-
2 buit: quia † ſententia ſemper officit Inno. in c. in no-
ſtra, num. 9. de procur. Alexand. d. l. ſæpè, numer. 25.
¶ Ex quibus ſequitur dictum Saulium ratione man-
dati teneri, vt ſuprà dixi, non ſolum ad pretium, ſed
etiam ad intereſſe, l. ſi verò non remunerandi. §. ſi
mihi mandaueris, l. ex mandato. ff. mand. & venit in-
3 tereſſe † etiam abſque interpellatione, quia ſemper
mandatarius eſt in mora, & mandans quando non
adimplet ex ſui parte, l. & in contraria. ff. de vſur. l. at-
qui natura. §. non tantum. ff. de neg. geſt. ¶ Non ob-
ſtat ſi diceretur mandantem non habuiſſe integram
granorum quantitatem, pro qua aduerſus ipſum agi-
tur, nec videri æquum quod ad ea teneatur, quæ non
habuit, & ſatis eſſet ſi ſolueret pro quantitate habita.
Reſpondetur enim quod hoc caſu nihil eſt, ꝙ man-
datariis poſſit imputari, quib. ſatis fuit bonam fidem
præſtare, & vlterius non tenentur, l. idemque in prin.
verſ. nihil amplius, eo tit. l. ſi procuratorem. §. dolo. ff.
4 mand. † Caſuſque fortuiti ſpectant ad mandantem
non ad mandatarium, l. à procuratore. C. mand. Gloſ.
in cap. 2. in verſ. reſtituimus circa med. de in integ.
reſt. ¶ Nec obſtat ꝙ agentes debuiſſent pecunias ac-
cipere à Penellis, & Fliſcis Biſuntij, prout ipſis erat
mandatum, & fines mandati ſunt diligenter obſeruā-
di, l. diligenter. ff mand. dupliciter enim reſpondetur.
Primò, quòd dictus Saulius nullum ordinem dedit
pro ſolutione fienda Biſuntij, vt ipſemet in reſpon-
ſionibus ad compoſitiones fatetur, vnde Franchi pe-
cunias ibi habere non potuiſſent. Item non conſtat
Penellos, & Fliſcos in eo loco fuiſſe, quod fuiſſet per
Saulium probandum, cùm facta non præſumantur, &
tamen id minimè præſtitit, nec probare tentauit. Se-
cundò dicitur, ꝙ ex hoc nullum damnum ſentit, ideo
vbi non eſt intereſſe non oritur actio mandati, l. ſi
procuratorem. §. mandati. ff. eo. vbi text. ad literam.
¶ Nec obſtat ſi dicatur non fuiſſe declaratum ſuper
emergenti, an teſtes, qui erant iurati, fuiſſent exami-
nandi: fortaſſis enim apparuiſſet ex eorum examine
5 tractam fuiſſe ſolutam. Quia dicitur, quòd † ex inſpe-
ctione actorum cognoſcitur teſtes extra terminum
probatorium iuraſſe, & titulos extra tempus exhibi-
tos, vt ex calculi relatione conſtat: durabat enim tem-
pus probatorium vſque ad diem quintum Nouem-
bris, & tituli fuere depoſiti ſub die 12. Decembris, &
ſic poſt triginta ſeptem dies, quod repugnat regulis,
& ſtatutis, à quorum obſeruatione recedendum non
eſt. ¶ Nec obſtat, quod dicebatur agentes penden-
te iudicio Panormi decoxiſſe, & per conſequens age-
re non potuiſſe, cùm bona decoctorum, ſeu ruptorum
efficiantur creditorum, iuxta formam ſtatutorum:
Nam dicitur id minimè fuiſſe demonſtratum, & pa-
ria ſunt non eſſe, vel non apparere, l. quoties. ff. qui
ſatiſd. cog. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta tut. ¶ Ex qui-
bus iure meritò fuit per Rotam condemnatoriè
pronuntiatum, verùm pendente melioratione reus
circa proceſſum multa oppoſuit: Nam circa me-
rita nullum ſibi ius competebat, & inter cætera,
quod non fuerat ſuper pertinentia poſitionum pro-
nuntiatum.

Digitized by Google

nuntiatum. Item ex calculo protogationum exhibi-
tio conſtitit, teſtes in termino iuratos, & paties etiam
concordiam inierunt: vnde meliorata, fuit ſententia
abſoluendo reum conuentum ab obſeruatione præ-
ſentis iudicij, arg. not. in l. properandum. §. & ſi quidẽ,
C. de iud. c. examinata de iud. cum ſimilib. Marſ. in 5.
parte, nu. 49. cum ſeq. Et ita votatum.

DECISIO CXXVI.

Cedula, ſiue memoriale probat inter mercatores contra ſcribentem.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata contra ſcribentem pleniſsimè probat.*
2 *Etiam ſi careret ſubſcriptione.*
3 *Et anno, die, & conſule.*
4 *An idem ſit in libris rationum.*
5 *Locus datæ in dubio præſumitur locus domicilij.*
6 *Subſcriptio operatur, ac ſi tota ſcriptura eſſet manu ſubſcribentis.*
7 *Idem operatur ſigillum.*
8 *Cedula, & litera mercatorum habet vim inſtrumenti.*
9 *Gerens aliena negotia tenetur rationem reddere.*

IN hac cauſa condemnauimus curato-
rem hæreditatis Ioannis de Lucianis
ad reddendam rationem Frãciſco Iu-
ſtiniano actori de cantariis, N. vala-
neæ, nec non de aſperis, N. vna cũ re-
liquatus ſolutione, & ſatisfactione iuxta petita per
actorem, ex eo ꝙ probauerit actor eius intentionem
per quandam cedulam, ſiue memoriale, vel literam
priuatam ſcriptam, & ſubſcriptam manu propria dic.
quon. Ioannis de Lucianis, in qua fatebatur d. Ioãnes
reus conuentus ſe aliàs oneraſſe in quadam naue dictã
valaneæ quantitatem ſpectantem ipſi actori, nec non
habuiſſe dictas aſperorum pecunias pariter eidem in
hac ciuitate conſignandas. Vnde cùm probauerit, ſeu
verificauerit legitimè per plures teſtes tale memoria-
le, cedulam, ſiue literam fuiſſe ſcriptam manu dicti
Ioannis, iuxta conſuetudinẽ probandi per teſtes ſcri-
pturam aliquam priuatam fuiſſe ſcriptam ab aliquo:
de qua conſuetudine pluries diximus in noſtris deci-
1 ſionibus: ideo talis † ſcriptura contra ſcribentem ple-
niſſimè probat. l. ſi aliquid, & l. ſi per epiſtolam, & l.
nec ambigi. C. de do. l. rationes. C. de probat vulgata,
l. Publia. §. fi. vbi Bar. Albet. Bal. Ang. Iaſ. & cæteri. ff.
depoſiti, Doct. in l. ſcripturas. C. qui potior. in pigno-
ribus habeantur, & in l. admonendi. ff. de iur. iur. & in
l. epiſtola. ff. de pactis. Bal. conſ. 245. literis reſponſa-
libus, vol. 4. ꝙ procedit, etiam ſi talis cedula ſiue lite-
2 ra † careret ſubſcriptione, dũmodo ſit ſcripta propria
manu, & in ea fuerit ſcriptum proprium nomẽ, & co-
gnomen ſcribentis, & fuerit recognita, vel verificata
per teſtes illam fuiſſe ſcriptam manu eius, cuius nomẽ
inſcriptum eſt in ea, vt Fulg. Caſt. Alex. & cæteri in d.
l. admonendi, vbi & Purpuratus, num. 166. per text. in
l. cum antiquitas. §. fi. de teſta. Rom. conſ. 303. Ex ſcri-
ptura priuata, Felin. in ca. 2. ſub num. 19. de fide inſtr.
Rebuff. in d. conſtitut. Regiis in tract. de Chirogra. &
3 cedular. Roſig. in præfat. num. 84. & idem eſt † ſi ca-
reret anno, die, & Conſule per tex. in l. ſi cum tabern.
§. idem quæſiit ff. de pigno. & in l. in ſumma. §. idem
Labeo, *il ſecundo*. ff. de aqua plu. arcen. & hæc eſt cõ-
munis opinio teſte Alex. conſ. 70. viſo proceſſu, col.
4 3. vol. 1. licèt ſecus † eſſe dicat in libro rationum, &
idem atteſtatur conſ. 42. in cauſa, num. 20. vol. 3. Dec.
in d. l. 2. col. 4. num. 24. Rebuf. in loco de quo ſuprà,
num. 88. Rip. lib. 3 reſponſorum cap. 12. in fine quod
ampliatur procedere nedum ſi careret anno, die, &
Conſule, ſed etiam ſigillo ſcribentis Boẽr. deciſ. 333.
ſub num. 9. vel careret loci data, cùm hæc omnia non
interſint ſcribentis, niſi reſpectu prioritatis, & tunc
5 † data loci in dubio præſumitur in loco domicilij,
Rip. in d. l. admonendi, num. 135. & quòd diximus de
cedula, ſiue litera ſcripta per aliquem, quòd probet
contra ſcribentem etiam ſine ſubſcriptione dummo-
do contineat nomen, & cognomen ſcribentis, idem
eſt, & è contra, licèt non ſit ſcripta per debitorem, ſed
6 ſubſcripta tantùm, quia tunc † operatur tantum ſub-
ſcriptio, quantum ſcriptura etiam cum ſubſcriptione,
l. fideiuſſor, §. patet. ff. de fideiuſſ. & l. ſicut §. nõ vide-
tur. ff. quibus modis pig. vel Hyp. ſoluantur, l. ſi ego,
§. dotis. ff de iure dotium, Gloſ. & Bart. in l. emptor. §.
Lucius. ff. de pactis cum aliis, de quibus per Rebuf. in
loco paulò ſupra citato, num. 51. quod etiam diſponi-
tur per regulas noſtras ſub tub. de cauſis exequutiuis
in §. & ſi de aliquo debito conſtiterit per appodiſã,
& idem dicit Rebuff. in loco, de quo ſupra, num. 61.
procedere, licèt non fuerit talis cedula, ſeu litera nec
7 ſcripta, nec ſubſcripta, † ſed ſuo ſigillo tantùm ſigna-
ta, vt eſt deciſio cappellæ Tholoſanæ, quæſtio. 29. &
quæ maximè procedunt inter mercatores, inter quos
bona fides debet exuberare, l. quintus. ff. mandati, &
8 † cedulæ, ſiue literæ, quæ mittuntur inter eos, habẽt
vim publicorum inſtrumentorum ex conſuetudine,
præſertim in his locis, in quibus viget maxima mer-
cium, & negotiorum frequẽtia, vt hic Genuæ, & con-
ſuetudo poteſt facere ſcripturam priuatam authenti-
cam, c. cum dilectus de fide inſtr. ita conſiderat Card.
Zabarella conſilio 153. Vnde cùm conſtiterit, vt dixi-
mus, d. Ioannem reum conuentum habuiſſe dictam
valaneæ quantitatem, nec non dictas aſperorum pe-
cunias pertinentes ipſi actori, meritò ad reddendam
de eis rationem cùm reliquatus ſolutione, & ſatisfa-
ctione cõdemnauimus, cùm notiſſimi iuris ſit quem-
libet adminiſtratorem, actorem, negotiorum alieno-
rum geſtorem, procuratorem, & ſimiles perſonas te-
9 neri illis, † quorum negotia geſſerunt, rationem red-
dere, vt poſt alios pleniſſimè ponit Roland. à Valle,
conſ. 49. vol. 1. & Plotus in l ſi quando, numer. 194.
cum pluribus ſequentibus. C. vnde vi, ac pluries in
noſtris deciſionibus ſimilium cauſarum alias concluſi-
ſimus. Et ex his, &c.

DECISIO CXXVII.

Dominus pecuniæ, quam quis cõuertit in emptionem mercium non habet dominiũ, nec actionem ad merces vt ſuas.

SVMMARIVM.

1 *Vtilis rei vendicatio, quando competat illi, cuius pecunia res eſt empta.*

2 *Clau-*

2 *Clauſula in petitione petens ius, & iuſtitiam ſibi miniſtrari, quid operetur.*
3 *Item clauſula in præmiſſis, &c. & omni meliori modo, &c.*
4 *Ceſſante ſuppoſito ceſſat diſpoſitum.*
5 *Probatus poſſediſſe an adhuc poſſidere præſumatur.*
6 *Confeſſio partis an dicatur vera probatio.*
7 *Qui ſoluit in dubio præſumitur de proprijs pecunijs.*
8 *Emens quando acquirat dominium mandanti.*
9 *Actio ad reſtitutionem rei competit mandanti contra eum, qui emit.*
10 *Pretium, in quibus ſuccedat in locum rei.*
11 *Creditor rupti pro mercibus venditis, an præferri debeat in mercibus.*

SOL IVSTITIÆ MENTEM noſtram illuminet.

1 VTILIS † rei vendicatio competit in ſubſidium, quando ex pecunia noſtra res aliqua fuerit empta, quatenus pecunia non extet, quæ condici poſſit, & emens non ſit ſoluendo, ita dicit text. in l. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxo. & è cõuerſo ſolet dari eadem actio ad pretium ex re noſtra perceptum, per l. ſi mater. C. de rei vend. vbi Caſtr. & idem in l. ſi pro ea. C. eod. & Doct. in l. fin. ff. de neg. geſt. competit etiam conditio ex lege, Bart. & alij in l. 1. ff. de cond. ex lege: Nam ſtatutum lib. 4. cap. 47. de pecunia accepta in ſocietate. §. ſaluo quòd ſi quis pag. 107. diſponit, quòd ſi quis in bonis debitoris inuenerit rem ſuam, vel quondam ſuam directè, vel vtiliter præferatur in ea vxori, & nurui, & omnibus creditoribus. ¶ His ſuffultus actionibus Ioannes Vſuſmaris literis Nicolai fratris ſui, & nominibus quibus agit, conuenit in iudicio Baptiſtam Iuſtinianum ad reſtituendam certam quantitatem zuccari, ad eum per Antonium Caluum Venetias tranſmiſſi ex eo, quod zuccarum prædictum emptum fuerat in inſula Siciliæ ex propria pecunia dicti Nicolai, & licèt ex prædictis ius fouere videretur, nihilominus per Rotam attentis clauſulis generalibus in petitione comprehenſis, &
2 præſertim illis ſalutaribus† petens ius, & iuſtitiam ſi-
3 bi miniſtrari, &c. Item † in præmiſſis, &c. omni meliori modo, &c. de quibus latè per Doct. mediã viam elegit, per quam indemnitati Ioannis proſpexit, nec tamen aliquod intulit aliis creditoribus damnum, & regula ſeruata eſt, quæ habet quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt, facilè eſt concedendum, l. 2. §. item Varrus. ff. de aq. pluu. arcen. vbi Gloſ. facit, l. reſcripta. C. de præcip. Imp. off. namque vnanimiter pronunciatũ, zuccara quidem, vel eorum pretium reſtitui debere, vel nomina debitorum cedenda per Iuſtinianum, Vſuſmari citra tamen præiudicium, creditorum & præſtita idonea fideiuſſione de reſtituendo habentibus potiora iura, & contribuendo cùm habentibus æqualia, iuxta aliam diſpoſitionem ſtatuti lib. 4. cap. 80. §. fin. & profectò nihil eſt, quod ex hac pronunciatione conqueratur actor, quia obtinet, nec reus conuentus, quia ſine cauſa hæc bona, ſeu eorum pretium retinebat, & nihil eius intereſt huic, vel alteri tradere, prout & ingenuè profitebatur ſe paratum, & optimam fidem in hoc præſtitit, demum & creditoribus prouiſum fuit, & melior eorum conditio reddita, ex quo res in tuto poſita fuit, & per idoneos fideiuſſores eis cautum: adeo vt ex omni parte ſentẽtia hæc, & iure meritò ſit ab actore reo, & creditoribus amplexanda, comprobandaque. ¶ Supereſt vt videamus, cur abſolutè pro actore non ſit pronunciatum, quaſi dominium dicto. ſaccarorum eſſet actoris: quoniam ſtatutum, vt ab eo exordiamur, ſupponit rem reperiri
4 in bonis debitoris, † quòd ſuppoſitum ceſſat in caſu noſtro, igitur & diſpoſitio, l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. quoniam minimè probatum eſt rem extare, & ſi in reſponſionibus ad poſitiones reus confeſſus fuerit ſaccara habuiſſe, & per conſequens adhuc hodie habere præſumatur, l. ſiue poſſidetis. C. de probat. nec conſumptio, aut venditio præſumatur, cùm ſit facti, niſi probetur, l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlim. reuer. tamen reſpondebatur, diſpoſitionem
5 dict. l. ſiue poſſidetis, † non habere locum in re mobili, prout tradit Alciat. in conſil. 342. & in tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 21. numer. 6. vbi limitat. 3. num. 5. & dicit hanc communem opinionem, quam tenuit Spec. Arct. Bald. Iaſ. Grat. quos citat Gabriel, lib. 1. communi concluſ. titul. de præſumpt. cui addimus Menoch. qui hanc opinionem crebriorem teſtatur, & fortè veriorem in tract. recuper. poſſ. remed. 15. numero 406. quoniam rerum mobilium poſſeſſio de facili perditur, l. ſi rem mobilem. ff. de acqu. poſſ. non deſunt verò qui contrarium tenuerit, quos refert idẽ Gabriel, vbi ſuprà, & Capr. conſilio 161. pariter teſtatur eſſe communem: diſtinguebant nonnulli, an ante litem conteſtatam quis probetur poſſediſſe, & eo caſu non præſumi poſſidere, aut poſt litem conteſtatam, & tunc præſumi, per text. in l. 4. C. ad exhib. prout tradit Ang. in l. fin. C. de fid. inſt. & ibi Sal. nonnulli alij videntur alias diſtinctiones feciſſe, & Pet. de Bellapertica dicebat, quod qui ſemel habuit rem penes ſe, qui detinere dicitur, præſumitur etiam hodie habere, & detinere, niſi per ipſum probetur aliquis actus, per quem demonſtret non amplius habere, & licèt non omnis, qui detinet rem, dicatur poſſidere, tamen contra detinentem agi poteſt rei vendicatione, quia non conſideratur tantum poſſeſſio, quãtum facultas reſtitutionis rei, l. officium. ff. de rei vẽd. quã opinionem tenebat Ioannes Faziolus de Piſis, vt refert Ci. in dict. l. ſiue poſſidetis, quam etiam ipſe Ci. videtur comprobare, cum ſit vltima opinio per eum, relata, iuxt. not. per Glo. l. qui filium. §. Sabinus, ff. ad Treb. & in l. bona fides, vbi Bart. ff. depoſ. quam etiam ſequebãtur Doct. moder. allegati per Sal. in l. 3. C. ad exhib. & ipſe Sali. approbare videtur in illis caſibus, in quib. niſi ex poſſeſſione de præterito probaretur poſſeſſio præſens, impoſſibilis, vel difficilis eſſet probatio actori, vt patet per exempla de ſylua, & vinea & prato, & licèt exempla Sal. ſint de reb. immobilibus, tamen eius ratio multò magis procedit in reb. mobilib. quæ facilè occultari poſſunt, vt etiam conſiderabant Doct. antiqui, vt Abb. in dicto. capit. ad ſedem, de reſt. ſpol. conſiderans hanc rationem occultationis, ſentit in re mobili ex detentione de præterito probari detẽtionem præſentem, aliàs quod ſequeretur abſurdum, & actori non eſſet conſultum, Alexand. conſilio 133. numero 3. volum. 1. Bened. ca. dict. conſ. 161. ¶ Secundò, limitatur dict. l. ſiue poſſi-
6 detis, vt non procedat, † quando conſtat de poſſeſſione ſolum per confeſſionem partis, Rota deciſ. 325. in nouis, Butr. & Imol. cap. 2. de libel. oblat. quòd mirabile,

rabile,& ſingulare dicebat Fel.in c.ſcribebã, de præ-
ſumpt.in fi. Rip.in c.cum Eccleſia Sutrina.nu. 24. de
cau.poſſ.& propr.& ratio eſſe poteſt, quia requiratur
probatio,& cõfeſſio non ſit propriè probatio, ad tra-
dita per Iaſ.in l.cum te.C.de probat.Marſ. in rub. de
probat.Boſſ.in tit.de conuictis,n.8. cum ſimil. Huic
tamen opinioni non aſſentit Alc. in d. præſumpt a t.
reg. 2.num.10.qui allegat aliam rationem.ſ. ꝙ cõfeſ-
ſio non debet recipere extentionem aduerſus confi-
tentem,l.ſi quis intentione.ff.de iud.quam ibi repro-
bat, ſed tamen alij,vt diximus,aliter ſentiunt, verùm
in caſu noſtro nulla alia adeſt probatio,præter rei cõ-
feſſionem,igitur limitationi locus erit. ¶ Tertiò, li-
mitatur quando præſens poſſeſſio in eius damnum al-
legatur,Alex.cõſ.108.vol.5.num.8. communem dicit
Rip.in d.c. cum Eccleſia,num.27.Did.Couar. in ca.
Raynutius,num.2.verſ.imò iure communi,ex quibus
fit,vt ex hac præſumptione non poſſit actor ſe iuuare,
qui neceſſe habebat probare poſſeſſionem rei eſſe pe-
nes conuentum,d.l.officium cum ſimil. ¶ Dubitatum
etiam fuit, an Nicolaus ſaccari empti ex ſua pecunia
7 † Dominus effectus fuerit,& ſanè prætérquam quòd
probatũ eſt emiſſe,& ſoluiſſe pecunias, in dubio pro-
prias fuiſſe præſumendum eſt,Bald.l.ſi patruus.C.cõ-
munia vtr.iud.& in l.2.C.pro ſoc.vbi Bald.quem re-
fert & ſequitur Dec.conſ.99.nu.2. & per conſequens
dominium in ipſum tranſiuit,l.res mãdato.ff. de acq.
8 re.dom.eſt bene verum, † quòd ſi nomine Antonij
mandantis ſaccarum emptum fuiſſet, & id actum in-
ter emptorem,& venditorem,vtique dominium fuiſ-
ſet acquiſitum mandanti.l.ſi procurator ff.de acq.re.
dom.l.1.§.ſi per procuratorem.ff.de acquir.poſſ. Pa-
riſ.conſil.47.num.16. vol. 1. Cæterùm nulla habita
mentione mandantis acquiritur ementi, Caſtr. in l. ſi
ita quis.§.Seia cauit.ff.de verb.oblig.l.ſi vt proponis,
C.de rei vend.non verò mandanti,ſed bene mandan-
9 ti † competit actio ad rei reſtitutionem,vt ibi Doct.
& ratio eſt,quia præſumitur mandatarius in vim præ-
cedentis mandati rem illam emiſſe, l. ſi pupilli, vbi
Ang.in prin l.ſi ego.ff.de neg.geſt.Soc.conſ.153.poſt
Bart.in l.qui in aliena.§.is,qui putauit. ff. de acq. hæ-
red.& in l.qui ſeruum.ff inter act. Alex.in dict.l poſt
dotem num.14.& ibi in add.ff.ſolut.mat.& conſ.25.
volum.2.Marſ.in l.ſtatu liberum,num.8. de quæſtio.
qui allegat Bald.d.l. ſi patruus: idem in quolibet ad-
miniſtratore,Soc.communem dicit conſil.34. vol.3.
imò ꝙ plus eſt,idem conſtituendum eſt in eo, qui fa-
cit non ſolum de mandato, ſed etiam de voluntate,
Bart.d.l.poſt dotem,num.11.& Alex. latè tradit ibid.
10 ¶ Repugnare etiam videbatur agenti, ꝙ † pretium
non ſuccedit loco rei,niſi in vniuerſalibus,l.ſi rem. &
pretium ff.de pet.hæred. Afflic.deciſ.369.nu.4. cum
ſeq per l ſi ſeruum.§.fi.ff.de verb.oblig. Nec etiam in
actionibus perſonalibus,niſi ex dolo,Bart.l.qui à de-
bitore.ff.quæ in fraud.cred.licèt Cur.ibi contrarium
teneat,nec aſſentiatur opinioni Bart. ita etiam res nõ
ſuccedit loco pretij, quia longè difficiliùs hoc eſſet,
cum omnia æſtimẽtur pecunia, l.ſi ita. ff. de fideiuſſ.
Videbatur verò competere ius actori ad bona Calui,
qui effectus fuit non ſoluendo, quo caſu omnia effi-
ciuntur creditorum ad formam capitulorum, vt ſibi
hæc ſaccara tanquam creditori reſtituerentur, ꝙ & ſi
æquitati conuenire videbatur,tamẽ remedium huius
decreti non fuit intentatum, l. nemo pluribus. ff. de
reg. iur.quod ſi reſpiciamus doctrinam Bald. in l. pro
debito,C.de bo.auth.iud.poſſi.vbi ponit, quomodo
bona eius, qui ceſſat ſoluere, debeant diſtribui, &
quis in eis præferri, quem ſequitur Petr de Vbal. in
tract.de duo. fratr. num. 32. tamen illa doctrina non
eſt paſſim recepta: Nam Iaſo.in l.creditor,num. 5. ff.
ſi cer.pet.vbi inquit Baldũ malè ſenſiſſe in hoc, quia
11 † ſi mercatnt vendidit alij merces ſuas,& tranſtulerit
dominium, ſi poſtea emptor hic aufugiat, & extent
merces venditæ, & compareant alij mercatores, ille
primus non habet aliquod priuilegium in illis merci-
bus ob hanc cauſam all.l.quidam fundum.ff. de in re.
ver.per quem dicit ita determinaſſe Di.Bart.& com-
muniter Doct.Alex.num.5.in l.ſi cum dotem. §. fin.
ff ſolut.mat.Bart.in l.fi.C.commod.& in l etiam cui,
C.de act.& oblig. Caſtr. in l.procurator.§. ſi plures,
num. 2. ff. de tribut.act præfertur tamen mercator,
qui expreſsè mutuaſſet pecuniam pro emendis tali-
bus mercibus: quia in illis præfertur etiam anteriori-
bus creditoribus.l.cum quis,cum Gloſſ.ff. de priuil.
cred. & habet tacitam hypothecam in illis mercibus,
Doct.in l.licèt,vbi Bald.& Auth.hoc iure C.qui pot.
in pig.hab. Doct.in §.1.in fi.in Authent de æqual.do.
facit,l.vlt.C.de pign.& hoc eſt certum, alias autem,
quòd regulariter res empta ex pecunia mea, non eſt
mihi tacitè obligata,l.quamuis.C.de pign. fallit in re
empta ex pecunia pupilli,quoniam illa remanet taci-
tè obligata pupillo,l.idemque.ff qui pot.in pig.hab.
Modificationibus igitur prædictis in præſenti the-
mate vtendum fuit non ſimpliciter pro actore pro-
nunciandum,ſed prout votatum fuit.

DECISIO CXXVIII.

Plures imperfectæ probationes faciũt plenam fidem.

SVMMARIVM.

1 *Probationes omnes ſunt arbitrariæ iudicis.*
2 *Arbitrium tamen iudicis debet eſſe iuri conſonum.*
3 *Plures confeſſiones extraiudiciales probant.*
4 *Confeſſio facta præſente parte, an requirat acceptationem ad hoc vt probet.*

1 QVAMVIS † probationes omnes ar-
bitrariæ ſint iudicum, vt not.Caſtr.in
l.admonend.penult.col.de iur.iur.per
text.in l.3.§.primo de teſt. per quem
textum Bar.in l.Lucius.ff. de his, qui
not.infa.dixit, ꝙ licèt teſtes probent in eorum dictis,
poteſt tamẽ iudex,ſi ſibi videbitur, illis non adhibe-
re fidem,& not. Ang.cõſ.309.col.2.& Butr.c.literis,
6.not.de prob.multaq; congerit Dec.conſ.110.in pr.
2 debet tamen tale arbitrium † eſſe iuri,& æquitati cõ-
ſonum, Rom.conſ.376.col.penul.Hyppol.conſ.8.nu.
a 5.& in l.quæſtionis,num.72.de quæ.idcircò in cau-
ſa Ioannis Baptiſtæ Riccij contra Hieronymum Se-
polinam mota,& iuri, & æquitati inhærendo, viſum
fuit probationes, ſuper quibus totum cauſæ pondus
verſabatur per dict. Riccium factas ita efficaciter, &
plenè eius intentionem probaſſe,vt pro eo iudicandũ
eſſet:plures namq; ex teſtib. examinatis de rerũ ven-
ditione, & conſignatione: depoſuere plures de pretio
conuento rationibus & computis habitis, & concor-
datis alij de cõfeſſione extraiudiciali per d. Sepolinũ

tam præſente,quã abſente parte facta,ꝙ præfati Riccij erat de ſumma petita debitor,alij itidem quòd de mandato dicti Sepolini rogauerunt d.Io.Bapt.vt pro ſolutione debiti dilationẽ temporis concederet,adeo vt ex prædictis animus iudicis,cui vt dictum eſt probationes debent cõcludere,optimè inſtructus, informatuſque fuerit ad credendum d. Ioãnem Baptiſtam præfati Hieronymi verum creditorem, idque præci-
3 puè ex tot eiuſdem Sepolini † confeſſionibus nedum geminatis,ſed per ſæpe reiteratis, quæ plenam etiam iure Cæſareo (nam de iure Pontificio res caret difficultate)inducunt probationem, tametſi abſente parte factæ ſint,iuxt.plenè not.per Felin. in c. ſi caurio, num.39.de fid. inſtr. quantò ergo magis idem dicendum eſt in cõfeſſionibus reiteratis parte præſente fa-
4 ctis,& licèt ſecundum aliquos quando confeſſio † fit præſente parte , vt integram faciat fidem requiratur expreſſa acceptatio, de qua noſtri teſtes non deponunt,ſecundum Iaſ.qui de communi teſtatur in l. voce,num.3.C.de iur.& fact.ign.Ripam , & Alc.rub.de ver.oblig.tamen multi contrarium cenſent,& verius, ac magis commune affirmat Duennas reg. 119. ſed quicquid ſit,noſtro in caſu nihil eſt, ꝙ dubitationem facere poſſit, tum ex aliis probationibus, tum etiam ratione reiterationis, quæ omnia rem ita claram reddidere pro actore , vt ex regula vulgari reus fuerit condemnatus.

DECISIO CXXIX.

Aſſecurator non obligatus ad iactum tenetur tamen ad naula rerum iactarum.

SVMMARIVM.

1 *Ad remotionem antecedentis ſequitur remotio ſubſequentis,& num.6.*
2 *Cauſa facti magis eſt attendenda, quàm factũ, & quæ,& num.7.*
3 *Actus immediatus,& non mediatus regulariter in omni diſpoſitione eſt attendendus.*
4 *Naula an debeantur de rebus iactis.*
5 *Verba contractus ſunt propriè intelligenda, nec ad omiſſos caſus extendi debent.*

VIDERATVR in cauſa mota per Aug. Lomellinum, Stephanum Pinellum, & ſocios aſſecuratores contra Laurẽtium Riccium pronunciandũ eſſe pro aſſecuratoribus. Quia cùm ex cõuentione inter partes ita actum eſſet , vt de omni riſico tenerentur excepto iactu, & auaria: & ex cauſa iactus naula exacta non fuerint,vtique remoto iactu,remota quoque debuerunt videri omnia, quæ ex iactu ſe-
1 quuta ſunt:quia † ad remotionem antecedẽtis ſequitur remotio conſequentis.l.ad rem mobilem,l.ad legatum.ff.de proc.l.2.de iuris,omn.iud.Et quia etiam
2 cauſa † facti magis ſemper eſt attendenda, quã ipſum factum,c.intelligentia,vbi Gloſſ.de ver.ſign. & dicit Glo.in l. legata inutiliter de legat. adim. ſemper eſſe ſpectandum,quare aliquod fiat,& cum propter iactũ, vt dictum eſt,naula exacta nõ fuerint, iactus ipſe tanquam non exactionis cauſa , non autem ipſa non exactio attendi debet, maximè quia vt in terminis decidit Iuriſcõſultus in l.nauis onuſtæ in fin.ff.ad l.Rhod. de iac.ſicut ei,qui ex iactu perdidit ſubuenitur, ita & ei ſubueniri oportet, qui deteriores propter iactum res habere cœpit:Quare ſi de iactu aſſecuratores non tenentur,ita nec de his,quæ propter iactum euenerũt teneri debent. ¶ Verum his non obſtantibus Rota contrarium iudicauit:quia cum aſſecuratores ex eorũ promiſſione in ſe ſuſcepetint omnes caſus,& pericula rerum aſſecuratarum his omnibus caſibus teneri debent, quibus aſſecuratus res aſſecuratas non habuit, vel recepit.vt l.1.C.commod.l.quæro,in fi.ff.loc. Et
3 cum regulariter † in omni diſpoſitione actus immediatus non mediatus,attendatur,l. ſocium, qui in eo. ff.pro Soc.l.penul.de cond.ob turp.cauſ.l. cũ de hoc, de excep.rei iud.l.ſi mulier.ff.rer.amo.Gl.3.in l.1. ff. de edend.Bart.l.ſed ſi plures. §. in arrogato. de vulg. certè in hac controuerſia ipſa naulorum non exactio, de qua aſſecuratores teneri voluerunt, attendi conſiderarique debet non iactus,qui cauſa mediata nõ exigendi naula fuit:Hinc manifeſtè deprehenditur exceptionem illam in aſſecurationis charta appoſitã,quòd non ſint aſſecuratores obligati ad ſoluẽdum iactum, nihil eis hoc in caſu prodeſſe,cùm naula à iactu differant,nec iactui ſubiacerent, poſſintque aſſecuratores non teneri ad ſoluendum iactum , & tamen teneri ad naulorum ſolutionem,quippe,ꝙ corredia,apparatus, armentaq; nauis iacta ſint, pro quibus aſſecuratores non tenebuntur,naula tamen pro impoſitis mercibus debeantur : quæ vbi aliud non appareat,ſtatim ꝙ im-
4 poſitæ ſunt merces,tametſi caſu† poſtea pereant,ſemper debentur,vt eſt tex.clarus in l.ſi vehenda. ff. ad l. Rhodiam,de iactu. Et cùm à propria vocabuli ſignificatione non ſit recedendum,l,non aliter de leg.3.& in re dubia verbis conuentionis ſit ſeruiendum,l. 1.§. is,qui nauem, de exercit. certè cum exceptum fuerit ne tenerentur ad ſoluendum iactum, non erunt verba iſta ad alia extendenda trahendáve, quæ iactus nõ ſint cõtra vocabuli ſignificationem, licèt ex iactu mediatè tamen proueniant,arg.l.quamuis, de in ius vocan. & præcipuè cum ſtrictè,ac propriè, ac vt iacent con-
5 tractuum † verba intelligent.ſint,vt not.Alex.conſil. 12.nu.14.in 2. Nec ad caſus omiſſos extendi debeãt, vt per Alex.conſ. 28. in fi. in 1.per Iaſ. in l.quicquid aſtringendæ, in fine de verb.oblig. ¶ Ex his apparet non obſtare,quæ in contrarium adducta fuerunt , vi-
6 delicet ꝙ remoto iactu † debeant quoque videri remota illa,quæ ex eo ſequuntur,tum quia argumẽtatio illa non valet de iure,ſi Gloſſam ſequamur in l. quidã tabularum in pr. ff.de iur. tum etiam quia cùm aliud ſit iactus,aliud vectura ſiue naulorum ſolutio,vtrunq; ſine alio ſubſiſtere de per ſe optimè poſſit , & de vno teneri voluerint aſſecuratores,de alio non teneri,fruſtra conſideratur regula illa, quæ locum habet cũ termini ſint conuertibiles,& adeo erunt,vt vnũ ſine alio ſtare nequeat,& quod dicitur de cauſæ conſideratio-
7 ne,id verum eſt, † vbi cauſa eſt immediata nõ mediata,quia regulariter illa inſpicitur,attenditurque,vt ex tex.cum Gl.c.de cætero de hom.habetur per Abb.in cap.quia diuerſitatem de conceſſio. præb. per Anch. conſ.315.num.2.ſed iactus cauſa fuit mediata nõ immediata,vt naula non exigerentur,quia ipſa rerum iactarum non conſignatio immediata fuit cauſa nõ ſolutionis,vt in d. l.nauis:ideo propter iactum tenetur, quia cauſa deteriorationis immediata fuit iactus. Vnde ex his pro Laurentio iudicatum fuit.

DECIS.

DECISIO CXXX.

De tranſmiſſione,& identitate partitarum credendum eſt iuuenibus ſcamni, & ſic familiaribus,& domeſticis producentis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes domeſtici,& familiares non admittuntur.*
2 *Domeſtici,& familiares qui dicantur.*
3 *Defectus teſtium ſuppletur per numerum.*
4 *Parte non opponente teſtis inhabilis admittitur.*
5 *Domeſtici, & familiaris teſtimonium, quando admittatur.*
6 *Teſtis ſumit fidem à producentis integritate.*

QVONIAM cutatorum generalium
confeſſio non præiudicat illi,cuius bo-
nis datus eſt curator, vt diſponitur à
ſtatuto cap.t.libro primo, Immò ha-
betur penitus pro non facta, vt dicit
aliud ſtatutum, c.23.lib. 4. idcircò non attenta con-
feſſione Iac.Coſtæ curatoris dati Lucæ Iuſtiniano
abſenti in cauſa contra eum per Chriſtophorum Spi-
nulam mota,fuit inter non in eadem cauſa dubitatio,
an pro parre actoris probata fuiſſent incumbentia,
ita vt curator iſte, ſiue Lucas curatoris perſona me-
diante poſſet ad perita condemnari:difficultatem fa-
ciebat, quia non videbatur teſtes examinatos, qui &
de partitis,ſiue computis quibuſdam, in quibus tota
actoris intẽtio fundabatur,& de receptione, ac iden-
titate dictarum partitarum, ideſt quod illæ eſſent,
quas præfatus Lucas ex Hiſpaniis ſuis epiſtolis ſigni-
ficabat d. Chriſtophoro tranſmiſiſſe, deponebant
1 idoneos eſſe, nempè, quia domeſtici, † & familiares
d. Chriſtophori erant,quorum fides iure ciuili, & ca-
nonico improbatur,l.etiã,C.de teſti.c.in literis,extra
2 eo.domeſticos, † & familiares accipiendo ne dũ eos,
in quibus ius,aut patris, aut dominicæ poteſtatis ha-
bemus,ſed illos omnes,qui aliquo modo ſubiecti di-
ci poſſunt capiti familiæ,prout ſunt liberti,mercena-
rij,eadem domo cohabitantes, & ſimiles,vt per Feli-
num. d. cap.in literis, Soci.conſilio 17. prima parte,
Petrum,& Cynum in dicta lege etiam, quippè,quod
ferè omnes eſſe iuuenes ſcamni, vt Genuæ dicunt di-
cti Chriſtophori. Nec quia plures duobus eſſent vide-
3 batur † numerum ſupplere defectum eorum,iux,not.
in cap.in noſtra ex.de teſti.& in l.prætor. §. cogentur
de eden.& per Alexan.propriè in teſtibus domeſticis
conſi.5.col.2.in pri.vol.cum aliis pluribus,cùm illud
non procedat, quando omnes teſtes patiuntur defe-
ctum, vt per Bald. in cap. ad noſtram de prod. & per
Alex.conſi.93.nu.17.in 6.Aymo.conſi.99.in fi.Nat.
in conſi.473.nu.23.& Cephal.conſi.170.nu.11.Eſſet
etenim abſurdum,vt vnus teſtis omnino inhabilis, &
qui ipſe auxilio,& aliorum ſuppletione indiget, alio-
rum vitia,& deffectus ſuppleret, & quomodo poterit
quis fidem aliis addere, vt inquit Aymo. quam ipſe
non habet contra regulam, l.nemo ſolus iuris de reg.
iuris. ¶ Verùm hoc non obſtante cenſuimus fidem
illis teſtibus habendam eſſe, & actorem incumben-
tia probaſſe, & nos eſſe in regula iuris, quod actore
probante reus condemnari debet, l. negantes eum
ſimil. C. de actio. & oblig. teſtes namque examinati
plenè,& partitarum receptionem,identitatem,litera-
rum,tranſmiſſionemque,ac alia capitulata probarũt.
¶ Non obſtat, quòd ſint domeſtici: quia responde-
tur, quod ex quo pars non oppoſuit, ſtandum eſt eo-
rum dictis.l.ſi quis teſtibus,C.de teſti.c. præſentium,
extra eo.& in terminis in teſte domeſtico ita reſpon.
Ang.cõſ.11.col.circa medium & optimè facit, quod
not. Anch.quem refert,& ſequitur Feli.in c.teſtimo-
4 nium pri.col.extra de teſti. vbi voluit,† quod nemine
opponente valet teſtimonium inhabilis,& criminoſi,
quamuis iudex ex officio poſſet repellere. Quod ma-
ximè procedit,quando ſumus in illa inhabilitate,quæ
à partibus remitti poteſt,vt declarat Felin.d.c.præſen-
tium pri.col.verſ.quinto.fallit de teſti.¶ Item etiam,
5 † quia domeſtici teſtimonij fides admittitur quando
verſamur in eorum probatione, quæ melius per hos,
quàm per alios ſciri poſſunt,vt per Feli.d.c.in literis,
3 col per Hyppol.in l.pri ff. de quæſtio. nu 4. & Vi-
uus.lib.cõ.opi.8.concluſ.359.Quinimo voluit Bart.
in l.quoties,C.de nauf.lib.11 & Aret.conſi.13.nume.
17.quòd his caſibus familiares,& domeſtici tanquam
melius ſcientes præferantur aliis teſtibus. Hæc au-
tem præcipuè locum ſibi vendicant,quando ſumus in
his,quæ non poſſunt aliter probari, niſi per domeſti-
cos, & in quibus caſibus nulla poteſt imputari culpa
illi, qui vult probare intentionem ſuam per domeſti-
cos quare alios non adhibuerit, cum fuerit caſus, in
quo non potuerit alios adhibere,vel communis con-
ſuetudo ſit etiam prudentium virorum,quod alij non
adhibeantur,vt probat eleganter Soci.d.conſil.57.2.
col.in princ. vol. pro quo faciunt, quæ paſſim à Do-
ctoribus traduntur per tex.in lege conſenſu, §.ſuper
plagiis, C. de repud.teſtes minus idoneos admitti in
defectum probationum, quando ex natura ipſius fa-
cti in actu, de quo quæritur, veriſimiliter alij haberi
non potuerunt, vt per Alexandrum conſi. 64.in prin.
Ruin.149 in 5.Dec.133.in fin.Gram.conſi.4..& 58.
inter etiam.cum aliis, quæ adducit Viuus dicta cõclu-
ſio.359.in hoc autem facto nedum ex communi con-
ſuetudine prudentium virorum, & ex facti natura, &
qualitate alij haberi non potuere, ſed ſi adhibiti fuiſ-
ſent,imprudentiæ magis, quam ſagacitati tribuendũ
eſſet,quia valde intereſt ne patrimonij ſecreta pandã-
tur, & præcipuè mercatorum:& propterea nõ debuit
Chriſtophorus dum literas, ac partitas a Luca rece-
pit,alios quam proprios ſcamni iuuenes, qui ſcriptu-
ras regunt,hac in re teſtes habere. Additum fuit,quòd
6 à † producentis integritatẽ teſtis quandoque fidem
capit. Et illud quoque fuit conſideratum, quod in ſi-
mili ponit Bar.in l.admonendi, col.8.verſ. circa pri-
mum in fin. de iur.iur. vbi ait appodiſiam productam
per creditorem tanquam ſcriptam per debitorem,
etiã nullo modo iuſtificatã inducere qualẽqualẽ præ-
ſumptionem pro ipſo producente,quia non eſt veriſi-
mile,ꝙ voluerit falſam ſcripturã producere, ita vt in
ꝓpoſito,vltra teſtes examinatos,ex quo Chriſtopho-
rus partitas iſtas produxit,non eſt credendum, ꝙ par-
titas falſas voluerit producere, ſed ſibi verè tranſmiſ-
ſas. Ex quibus omnib. ad eius fauorem tanquam ple-
nè ſuam intentionem probauerit iudicauimus.

DECISIO CXXXI.

Promittens de mãdato alterius tenetur etiam ſi tempore promiſſionis eſſet, & poſtea deſiiſſet eſſe debitor mandantis.

SVMMARIVM.

1 *Moleſtato, ſuper eo, quod alteri debet, danda eſt cautio.*

2 *Promittens præſumitur promittere de proprijs pecunijs.*

3 *Interpretatio eſt facienda contra eum, qui potuit apertius dicere.*

4 *Contractus rupti valent ſi non ſunt ad præiudicium creditorum.*

IN cauſa Ioannis Baptiſtæ Imperialis cum Iacobo, & Auguſtino Lercarijs Rota condemnauit reos ad pecuniam per eos promiſſam ex illa æquitatis naturalis regula, quòd promiſſa debent
ſeruari l. prima, ff. de pact. l. prima, ff. de conſt. pecun.
Nec viſum eſt obſtare, quod cùm Lercarij promiſerint de mandato Ioannis Auguſtini, cui erant debitores, & ſucceſſiuè videatur promiſiſſe, quod ipſi debebant, & ſuper prædicto eorum debito moleſtiam patiantur ab alijs creditoribus Rati, qui debent conſer-
1 uari indemnes, ne bis idem ſoluere cogantur, & † eis
cautio præſtari debet, iuxta diſpoſitionem l. is, à quo,
ff. de rei vend. & l. pen. ff. de petit. hæred. quia promiſ-
2 ſio erat ſimplex, † & ſic de propriis pecuniis præſumitur
promiſiſſe, tũ quia quid ſemper nomine proprio,
vel in cauſam propriam cenſetur factum, l. prima cũ
3 ſeq. ff. de ſolut. cum ibi not. tum quia in dubio † inter-
pretatio eſt facienda contra eũ, qui potuit legẽ apertiùs
dicere, l. veteribus, C. de pact. ſed in hoc caſu nulla
adeſt dubietas, quia nec in mandato, nec in promiſſione
aliquid eſt dictũ de pecuniis per Lercarios debitis
Ioanni Auguſtino de Ratis, quibus ſtãtibus cùm
Imperialis petat pecuniam à Lercariis ſibi debitam,
alij verò ab eis petant debitam Ioanni Auguſtino de
Ratis, Lercarij nõ videntur pati moleſtiam ſuper eadẽ
re, quo caſu loquitur l. is, à quo, & l. penultima, ſed
ſuper diuerſa & in re diuerſa non habet locum diſpo-
ſitio dictæ l. is, à quo, nec eius ratio, minus obſtat
quòd cum tempore mãdati præfatus Ioannes Augu-
ſtinus fuerit effectus ruptus, quòd omnes eius cõtra-
ctus debent haberi pro nullis ex forma ſtat. vnde ſic
mandatum, & per conſequens etiam promiſſio facta
virtute dicti mandati: quia hoc procederet, ſi ſtatutũ
4 ſimpliciter loqueretur, ſed loquitur de † cõtractibus
factis in præiudicium creditorum ipſius rupti, ſed ꝙ
Lercarij promittant ſoluere, non tendit in præiudi-
cium creditorũ Rati, niſi fuiſſet dictum de pecuniis,
quæ debebantur ipſis Ratis, quod factum non fuit, &
ſucceſſiuè cum in hoc caſu non conueniant verba ſta-
tutorum, non conuenit etiam eius diſpoſitio, l. quare,
§. quoties, ff. de damn. infect. Ex his iudicatum fuit,
vt ſuprà.

DECISIO CXXXII.

Summans calculum, & in eo ſcribens acceptar, & partita pro reſto denotat omnia præcedentia ſolidata.

SVMMARIVM.

1 *Calculatio denotat ſcientiam contentorum in partitis.*

2 *Appellatione reſidui venit totum.*

STEPHANVS de Fornariis egit cõtra Auguſtinum Spinulã, & ab eo petiit libras, N. ſolutas, vt aſſerit ab ipſo agẽte pro dicto Auguſtino occatione ſecuritatum, vt latius in petitione, ad cuius fundationem exhibuit appodiſias ſecuritatũ de quibus in actis, Ex aduerſo per conuentũ fuit allegata ſolutio, & pro ea probanda exhibuit duos calculos, vnum manu Nicolai filij dicti agentis, & aliũ manu ipſius agentis: ex quibus viſum fuit Rotæ ſolũ condemnare dictum conuentum ad libras, N. cum quadã reſeruatione, vt in ſententia: Nã calculus, qui eſt ſcriptus de literatura filij, videtur prima facie non præiudicare patri iuxta tex & ibi Doctores, C. ne filius pro patre, & pater pro filio, ſed dicitur quòd dictus calculus licèt ſit ſcriptus de literatura filij, tamen pater illi conſenſit: quia incepit illum ſcribere, vt patet in alia parte dicti folij, vbi eſt ſcriptus d. calculus, & d. calculus fuit approbatus per ipſum agentem, cũ illum ſummauit, & calculauit, & quod hoc ſit verum probat ſecundus teſtis ſuper ſecundo titulo, vbi dicit, quòd dicta linea ceſſata, & ſumma facta de dicto calculo in fine ipſius calculi, vt in titulo, ſunt ſcripta manu, & literatura d. Stephani, & in cauſa ſciẽtiæ, q̃ habet notã literaturã d. Stephani, vt in titulo. Quæ probatio eſt admiſſa vigore regularũ Rotæ, & idẽ teſtis ſuper pen. & vltimo interrogatorio dicit, quòd non ſunt ſcripta alia manu, quàm ipſius Stephani. Hoc idẽ ꝓbat tertius teſtis ſuper ſecundo tit. Quintus teſtis in prin. & probatio per tres teſtes dicitur, & eſt legitima probatio, iuxta illud: In ore duorum, vel triũ, ſtat omne ver-
1 bum. Et calculatio † denotat agentem ſcientiam cõ-
tentorum habuiſſe, cum maximè ſit ſenſatus, qui non
eſt veriſimile, ꝙ tãdiu tacuerit petere tantam ſummã,
& illud quod non eſt veriſimile non eſt attendẽdũ iu-
ribus vulga. ¶ Secundus calculus productus per d. cõ-
uentũ, eſt ſcriptus manu d. Stephani, & recognitus per
teſtes, vt per ſecundum teſtẽ ſuper tertio titulo, & per
ſextũ teſtẽ in dicto 3. titulo. Qui calculus eſt ſub die,
N. & 1. partita incipit, *M. Auguſtino deue dare per reſto de
vecchio &c.* & ſequuntur aliæ quatuor partitæ poſt illũ
diem, & è contra adſunt ſimiliter aliæ quatuor partitę
ad computum dicti Auguſtini, ex quibus facto cõpu-
to d. Auguſtinus reſtat debitor de ſumma de qua in
ſententia. Illa enim, verba, *per reſto de vecchio*, demon-
ſtrant, ꝙ aliæ partitæ ante illum diem, & annum erant
ſolidatæ, quia hoc importat illud verbum, *per reſto*, ꝙ
2 idem eſt ꝙ reſiduũ, & † appellatione reſidui venit to-
tum, ꝙ reſtat. l. 1. C. de hęre. inſtit. l. vxori in fi. cum ibi
notatis, ff. de leg. 3. l. qui non militabat, §. fi. cum duabus
legibus ſeq. ff. de hæred. inſti. Alex. conſ. 26. nu. 3.
lib. 4. Cor. conſ. 295. nu. 2, verſ. tamẽ, & nu. 7. verſ. nec
etiam, lib. 4. reſeruatio fuit facta, vt in ſententia: quia
in calculo partita ſcripta eſt ſine die, & fuit dictũ ꝙ refertur
ad aliã partitã, & nõ fuit verificatũ, vndè fuit viſum
Rotæ melius eſſe reſeruare, quàm abſoluere propter
incertitudinem, vt in ſententia. Laus Deo.

DECISIO CXXXIII.

Verba prolata in literis intelliguntur, vt exigebat actus in vim præcedentis ordinis, ſeu mandati.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *An literæ probent ad vtilitatem tertij.*
2 *Acceptans literas tacite conſentit omnib. in eis contentis.*
3 *Exhibens non poteſt reprobare.*
4 *An literæ pro parte exhiberi, & pro parte impugnari poſſint.*
5 *Inſtrumentum probat, etiam quo ad vtilitatem tertij.*
6 *Dominus non poteſt venire contra factum procuratoris.*

AGEBAT Bartholomæus de Sale, vti procurator Hieronymæ eius vxoris hæredis Barnabæ fratris contra Ioannem Baptiſtam de Nigro reum conuentum ad reddẽdum rationem cum reliquatus ſolutione ducatorum, N. in vna manu, & in alia ducatorum, N. & trium annulorum, & crucis aureæ, nec non librarum, N. & ſcutorum, N. exactorum, vt dicebatur, à dicto Ioanne Baptiſta in partibus Hiſpaniæ tanquã de pecuniis ſpectãtibus ad dictã Hieronymam dicto hæreditario nomine. ¶ Et ad id probandum exhibuit binas literas ſcriptas, & ſubſcriptas manu propria dicto Ioanni Baptiſtæ directas tamen dicto Bartholomæo, in quibus aſſerit ſe exegiſſe ducatos, N. his ipſe nõ obſtantibus ſecuta eſt abſolutio, quia de ſe ipſo non loquitur, verum vtitur hoc verbũ, *hauemo finito di riſcuotere, &c.* quæ literæ licèt recognitæ plenè probent contra ſcribentem l. Publia, §. fi. ff. de poſ. Bar. in l. nuda. ff. de donat. Doctores omnes in l. admonẽdi. ff. de iur. iur. tamẽ reſpectu hoc procedit
1 illius, ad quem ſcribuntur, † non autem quo ad vtilitatem tertij: vndè cùm dictæ literæ non ſint directæ Hieronymæ actrici, ſed dicto Bartholomæo, quò ad vtilitatem ipſius actricis, maximè cùm non ſit nominata in dictis literis, nec ibi verbum vllum, quòd pecuniæ exactæ ſint de pecuniis hæreditariis dicti Barnabæ meritò nullam faciunt maximè concludentem probationem per ea, quæ ponit Rot. Rom. in tit. de probat. deciſ. 18. in antiquis refert. Felin. in cap. 11. de fid. inſtrum. numero 18. debent enim probationes eſſe de neceſſitate concludentes, l. neque natales, C. de probat. l. non hoc, C. vnde legit. c. in præſentia de probat. ¶ Præterea dato quòd d. literæ probarent, quo ad ipſam actricẽ, tamen non inducunt obligationem cõtra dictum Ioannem Baptiſtam: Nam cùm in primis literis fiat mẽtio de ægritudine graui Michaëlis procuratoris d. actricis ſpecialiter deputati ad exigendũ, & quietandum, & in aliis vtatur hoc verbo imperſonali, *hauemo finito di riſcuotere*, clarũ eſt, quòd exactio fuit facta nomine ipſius Michaëlis, & ab ipſo Michaële habente ad hoc ſpeciale mandatum, mediante organo dicti Ioannis Baptiſtæ, cum actus præſumatur geſtus in vim præcedentis mandati, & baliæ, l. qui in aliena, §. ſi is qui putabat, ff. de acqui. hæred. Im. Alex. & Iaſo. in l. poſt dotem, ff. ſolut. matr. & in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. nou. nũciat. Alciat. in tract. præſumpt. 24. Reg. 2. Vnde dicta actrix ſi quam habet actionẽ, habet contra dictum Michaëlem, non autem contra dictum Ioannem Baptiſtam, qui ſecum nihil contraxit. ¶ Accedit quòd in dictis literis expreſſè dicitur, quòd dictæ ſummæ pecuniarum exactæ peruenerunt in Torellum de Aſt, ex quo datur intelligi, quòd nihil remanſit dicto Ioanni Baptiſtæ. Vnde cùm dictus Bartholomæus dicto nomine accepit auerit d. literas,
2 † nec contradixerit, tacitè conſenſit, & omnia ibi cõtenta acceptauit, l. filiusfamilias, vbi Paul. de Caſt. & cæteri Docto. ff. ad Mac. tradit Veronen. in tract. ſuo cautelli in caut. 9 facit quòd recipiens literas cambij, & non contradicens dicitur acceptare, vt per Pariſ. in conſi. 5. nume. 206. vol. 4. quinimò dicta actrix exhi-
3 buit dictas literas in iudicio, † vnde non poteſt eas amplius reprobare, etiã ſi produxiſſet in paſſibus pro ſe facientibus tantum, vt per Ang. & Iaſ. in l. 1. §. editiones, ff. de eden. Bal. in l. ſi quis teſtibus, C. de teſt. Inn. in cùm venerabilis, de excep. Non enim poſſet
4 † eas pro parte approbare, & pro parte reprobare iuxta doct. Bart. in l. Aurelius, §. idem quæſiit, ff. de lib. leg. ¶ Accedit, quòd ad probandum dictas pecunias exactas perueniſſe in dictum Torellum de Aſt, & poſtea in dictum Michaëlem, Ioannes Baptiſta reus conuentus exhibuit inſtrumentum publicum de Hiſpano in vulgarem ſermonem traductum, quod facit probationem probatum, & rem notoriam, Ruin. conſi. 128. lib. 4. & Pariſ. in conſi. 10. vol. 1. num. 70. in quo inſtrumento apparet euidenter dictas eaſdem ſummas pecuniarum, de quibus fit mentio in literis d. Ioannis Baptiſtæ perueniſſe in dictum Torellũ de Aſt, & à d. Torello perueniſſe in d. Michaëlẽ, qui Michaël vti procurator d. Hieronymæ, quietauit d. Torellum de dictis omnibus pecuniarum ſummis, prout
5 latius in d. inſtrumento, † quod plenè probat, etiam quo ad vtilitatem tertij, l. deſiderium, C. de poſ. Fel in c. ſcripta de fid. inſtru. nu. 18. ¶ Præterea cũ appareat in proceſſu de mandato procuræ d. Michaëlis habentis ſpeciale mandatũ à d. Hieronyma actrice ad quietandum, vt conſtat publico documento in actis exhibito, quod plenè probat, l. ad probationem, l. cũ precibus, C. de probat. cõſtat etiam per ſcripturam propriam, dicti Michaëlis per ipſum, & per teſtes ſubſcriptam, & poſtea recognitam, quæ plenam facit probationem, Iaſ. in l. cum antiquitas, C. de teſt. Doct. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus, ff. de verb. oblig. vbi apparet, quod d. Ioannes Baptiſta fuit quietatus à d. Michaële vti procuratore d. Hieronymæ de quibuſcunque ſummis pecuniarum quocunque modo peruentarum ad d. Ioan. Baptiſtam de ſpectantibus ad d. Hieronymam d. hæreditario nomine, aſſerens d. Michaël, ſe fuiſſe à d. Ioanne Baptiſta ſolutum, & ſatisfactum, vnde ſolutio facta procuratori, & quietatio ab eo recepta liberat debitorem, l. verò procuratori, ff. de ſolut. Et geſta per verum procuratorem præiudi-
6 cant domino, † nec dominus poteſt venire contra factum procuratoris, l. ſi procurator, vbi Doct. de procurat. Et per hæc Rota abſoluit d. Ioannem Baptiſtam à petitis per d. Bartholomæum dicto nomine, Laus Deo.

DECISIO CXXXIIII.

Appodiſiæ, & epiſtolæ probant contra ſcribẽtem, & iudex electus ad iudicandum iux. ſtatuta non poteſt de ſtatutis iudicare,

SMMARIVM.

1 *Probatio literaturæ quomodo fiat.*
2 *Epiſtola etiam credentialis acceptata inducit*

confeſſionem,
3 *Intereſſe cambiorum debetur ſolito cãbia facere.*
4 *Et non ſolum de primo, ſed de vlteriori.*

IN Dei nomine Amen. In cauſa Baptiſtæ Saluaigni ex vna, & Gabrielis, ac Ioãnis de Alaſio, Rota condemnauit dictos Gabrielem, & Ioannem, & quemlibet eorum inſolidum, vnica tamen ſolutione ſufficiente ad ſoluendum dicto Baptiſtæ libras, N. vnà cùm intereſſe cambiorum à die retardatæ ſolutionis: quoniam de credito dicti Baptiſtæ plenè conſtat, ac probatum fuit in proceſſu, tum per appodiſiam ſcriptam, & ſubſcriptam manu dicti Gabrielis, tum etiam per epiſtolam dicti Ioannis: cùm enim appodiſia fuerit ſcripta manu dicti Gabrielis contra eum plenè probat, vt in l. Publia. ff. depoſit. not per Bar in l. ſcripturas, C. qui pot. in pigno. habeat. Doctores omnes, vbi etiam Ripa numero 101. in l. admonendi, ff. de iur. iur. Feli. & omnes Can. in c. 2. extra de fide inſtr. Quod verò dicta apocha ſit ſcripta manu Gabrielis probatur per teſtes, & licèt inter Doctores ſit dubitatum, an teſtificatio teſtium deponentium, quòd ipſi non fuerunt præſentes quãdo fuit ſcripta dicta appodiſia, ſed ha-
1 bent illam pro ſcripta manu Gabrielis,† quia habent notam manum illius non probet per ea, quæ latè ad not. Mat. de afflict. deciſ. 181. & Hypp. de Marſ. in rub. C. de probat. tamen talis difficultas ceſſat ex diſpoſition. regularum in §. & ſi de aliquo debito, vbi diſponitur, quod ſufficit, quòd teſtes deponant de literatura iudicio ipſorum, meritò dictus Gabriel condemnatus fuit: eademque ratione fuit condemnatus dictus Ioannes cùm per eius epiſtolam approbauerit, & confirmauerit obligationem, ac promiſſionem
2 factam per dictum Gabrielem. Quæ epiſtola † cùm fuerit acceptata per Baptiſtam plenè probat contra ipſum Ioannem, vt d. l. Publia. & Bart. in l. nuda. ff. de donatione, & in dicta. l. admonendi, vbi plenè Iaſ. ff. de iur. iur. Doctores in cap. ſecundo de fide inſtru. ad not. plenè Pariſ. conſil. 47. lib. primo. & ampliat quòd procedit, etiam ſi epiſtola eſſet ſolùm credentialis, quæ pariter probat, & obligatum reddit eam tranſmittentem per not. per Bar. in l. ſi pupilli, §. itẽ ſi procuratori, ff. de neg. geſt. & in l. Lucius, ff. de fideiuſ. Bal. in rub. C. de conſtit. pecu. Pariſ. d. conſ. nume. 28. meritò, cùm in caſu præſenti epiſtola Ioannis ſit obligatoria, plenè probat contra ſcribentem, & validam cõfeſſionem, inducit cõtra ipſum, ex quo ſemper loquitur, l. 1. §. ni mihi, ff. de off. Pariſ. conſi. 112. numer. 44. lib. 1. & conſ. 19. nu. 105. lib. 2. & quod dicta epiſtola ſit ſcripta manu Ioannis plenè fuit probatum per teſtes iux. formam regularum in d. §. & ſi de aliquo debito, & licèt de eius validitate aliqui in controuerſiã poſuerint, vt patet penès Moder. Stracham. in tract. quomo. in cau. merca. proce. in § de probat. num. 12. tamen Rota tenetur iudicare iuxta regulas, & non de regulis, vt habetur 4. diſtinct. c. in iſtis, & poteſt dici de Genuenſibus, quod Roma. conſ. 392. dicit de Florentinis, qui non admittunt diſputationem de validitate iſtorum ſtatutorum, ad not. etiam Dec. conſ. 37. nu. 4. lib. 1. fueruntque pariter condemnati ad inter-
3 eſſe † ratione cambiorũ, prout in liſta exhibita vſque ad realem ſatisfactionem, tum quia ita promiſerunt, vt apparet in appodiſia ibi, *che non pagando al tempo poßi prendere à cambio, & recambio per qual ſi voglia fera. & per vna, & per piu fere ſino all'intero pagamento,* de eius etiam intereſſe promiſit ſtare ſimplici verbo dicti Baptiſtæ, etiam ſine iuramento, quod pactum, & promiſſio valet, & tenet, vt per Bar. & alios in l. fin. ff. de prætor. ſtipul. Alexand. conſ. 36. col. fin. & conſi. 54. lib. 2. Alexand. & Iaſ. in l. iuſiurandum ex conuentione, ff. de iur. iur. Dec. in c. ad hæc il. 2. de appel. tum etiam quia dictus Baptiſta probauit, quod eſt mercator, & ſolitus dare ſuas pecunias cambio, quo caſu debitor de iure ciuili, canonico, & in conſcientia, ſi eſt in mora tenetur ad intereſſe creditoris, non ſolum reſpectu damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis, vt adnot. Dec. in ca. venerabilis de except. Hiero. Cagno. in l. 1. C. de ſententia, quæ pro eo. numero 35. &
4 numero 37. & non ſolum tenetur † de primo intereſſe ſed etiam ad intereſſe cuiuſlibet feriæ, & ad intereſſe etiam alterius intereſſe, idem Cag. in dicta l. prima numero 46. & in l. curabit, C. de act. empt. nume. 69. Alij verò rei conuenti fuerunt abſoluti, quoniam, in proceſſu non conſtat, quòd prædicti Gabriel, & Ioãnes obligati inſolidùm poſſent alios reos conuentos obligare, nec quòd eſſent ſocij. Igitur, &c.

DECISIO CXXXV.

Soluens honore literarum licèt pro inuito, & ignorante eum liberat, & actionem contra eum acquirit.

SVMMARIVM.

1 *Expendens nomen, & dans complementum pro ſocietate ſocios obligat.*
2 *Tota virtus contractuum conſiſtit in concluſione.*
3 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte non probat.*
4 *Verba*, li noſtri, *dicuntur etiam de reſpondentibus.*
5 *Liber non probat pro ſcribente.*
6 *Tranſcriptum parte non citata non valet.*

SOL IVSTITIÆ ILLVMInatio noſtra.

SOLVENDO quiſque pro alio, licèt inuito, & ignorante, eum liberat. l. ſoluendo, ff. de nego. geſt. & vbi tradit Accur. ſoluẽs per actionem negotiorum geſtorum repetit, & ſic pro honore literarum inter mercatores paſſim receptum eſt, licere illas etiam tertio, & non ſibi directas acceptare, & ſoluere quod cum in præſenti rhemate fecerit Ceſar Lomellinus, qui pro Io. Franciſco Spinula ſocero, & Ludouico Spinula genero ſociis Romæ illos ſibi obligauit, vt meritò per Rotam ad reſtituendum ſcutos, N. inſolidum, vnica ſolutione ſufficiente, vnanimiter condemnati fuerint, ob ſupradictam concluſionem veriſſimam. ¶ In primis enim ex parte actoris incumbentia legitimè probata fuerunt, & quòd eſt baſis & fundamentum huius iudicij, fuit demonſtratum literas fuiſſe ſubſcriptas à Bartholomæo Maynerio, qui habebat tunc temporis authoritatem, & facultatem expendendi
1 d. † nomen, & dandi complementum, ac per conſequens obligandi inſolidùm d. reos conuentos ad not. per

not. per Barto. in l.eandem in ſeptima quæſtio. ff. de duo reis, & ſic colligitur tractũ factam per ipſos pertinuiſſe ad illam ſocietatem, quorum nomine ſoluenti remanent Spinulæ obligati d. l. ſoluendo. ¶ His ſic ſtantibus rei conuenti non diffitebantur ſe ad prædicta obligatos remanere, ſed more reorum confugiebant ad exceptiones, quas mox diluemus, vtpote cum nullum negotium fecerint nec faciant, quominus ita pronunciandum ſit: facilè enim tolli poſſint. ¶ Non obſtat igitur in primis, quòd excipiebant rei initam fuiſſe ſocietatem inter ipſos, & Cæſarem, in qua participabat de ſcutis, N. & ad hunc finem, & hoc reſpectu factam fuiſſe illam tractam, de qua agitur in præſenti iudicio, & quæ ſpectabat ad d. Cæſarem. Nam ad hoc reſpondetur, quòd nullo pacto talis ſocietas probata fuit: Primus enim teſtis non deponit, quod Lomellinus participaret in dicta ſocietate, neque quòd ad eũ ſpectaret talis tracta, imò dicit ſe neſcire, ſolùm dicit, quod à principo dictus Cęſar volebat participare, ſed viſo quòd ſuperſedebatur, reuocauit ordinem tractæ ducatorum, N. perfecta igitur non fuit conuentio, &
2 multa tractantur, quæ non perficiuntur. Tota † enim virtus contractuum conſiſtit in concluſione, Bald. l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend. & propterea mandatum potuit reuocari, quia quia res erat integra. l. mãdatum, C. mand. Participatio enim firmata non erat.
3 Secundò reſpondetur, quòd † hæc confeſſio eſſet extra iudicialis abſente parte facta, quæ non probat, vt in l. certum, §. ſi quis abſente, ff. de confeſſ. Gloſſ. in c. vlt. de confeſſ. in l. 1. C. de confeſſ. l. fin. ff. de inter. act. Gabri. libro. 1. com. op. titu. de confeſſ. concluſione prima, quod procedit etiam ad liberandum, quòd fortius eſt, Alexand. conſ. 212. numero 31. volum. 6. in ſuper talis ordo non fuit notificatus Spinulis, & ideo reuocari potuit Caſtr. in l. delegare, numero 4. ff. de noua. qui dicit eſſe menti tenendum. Strach. in tract. de merca. tit. mandati numero 3. animaduertendũ eſt etiã, quod nulla eſt probata ſocietas: quoniam non apparet in quibus rebus, nec pro quibus portionibus ſit contracta, nec de loco, nec de tempore, & ſimilibus neceſſariis conſtat, Bald. conſil. 120. in primo Anchar. conſil. 332. Doct. in l. ſi ſocius, ff. ſi cert. pet. Eſto etiam quod adfuiſſet ſocietas, iam finita eſt, & ideo hæ pecuniæ debentur: quia capitale ſaluum præſumitur, Bald, conſi. 493. in quarto, & quod vltra capitale ſit lucratum, vt per Soci. conſi. 24. col. antepen.
¶ Non obſtat, quod dicebatur, ex illis verbis, *ſi noſtri*,
4 argui ſocietatem † quia imò teſtes dicunt, quod etiam propinqui, & reſpondentes vtuntur hac phraſi loquendi, & ſic probatio redditur dubia, quæ non releuat, capit. in præſentia de probat. l. Nam hoc, C. vnde legi. ¶ Non obſtat exemplum ex-
5 tractum ex libro ſocietatis, † quia non probat pro ſcribente l. exemplo, C. de probat. aliàs poſſet quis facilè non ſolum ſocios ſibi, ſed multos obligare, quod non eſt permittendum. ¶ Non obſtat, quod videatur adeſſe epiſtola patris Cæſaris quia non eſt
6 legitimè probatum de illo tranſumpto † quod debet fieri parte citata, & ſeruatis ſeruandis per not. in Authent. ſi quis in aliquo, C. de edend. & ſic nullum in ea fundamentum fieri poteſt. Verùm quia de hac ſocietate poterunt fortaſſis aliàs docere dicti Spinulæ, quæ requirit altiorem indaginem, reſeruauimus illis iura, quia ex reſeruatione nemo fraudatur l. ex his. ff. quæ in fraud. Ex quibus omnibus ita votatum.

DECISIO CXXXVI.

Literæ tractantes de credito alicuius, licèt directè tertio, probant ad fauorem creditoris.

SVMMARIVM.

1 *Literæ probant contra ſcribentem.*
2 *Emptio ſinè pretio eſſe non poteſt.*
3 *Teſtes de facto proprio probant.*
4 *Producens teſtem non poteſt nec perſonam, nec dicta reprobare.*
5 *Exhibens ſcripturam falſam non poteſt eam improbare.*
6 *Acceptans partem rei venditæ abſque proteſtatione an ſibi præiudicet, quo ad reliquum.*
7 *Minor nõ debet locupletari cum aliena iactura.*
8 *Venditori datur actio ad pretium, & ad intereſſe.*

IN cauſa Antonij Bõuicini agentis cõtra Andream Vſuſmarem reum cõuẽtum ad pretium ſcutorum, N. pro minis N. ſiliginis vẽditæ per dictum Antoniũ Bonuicinũ dicto Andreæ Vſuſmari, dictus Antonius agens ad fundandam eius intentionem exhibuit in primis literas ſcriptas manu propria dicti Andreæ directas Nicolao eius fratri tenoris, vt ſolueret d. ſcutos, N. pro d. minis, N. ſiliginis ſibi venditæ per Antonium Bonuicinum: quæ literæ cùm fuerint recognitæ, vel habitæ pro recognitis ple-
1 nam faciunt † contra ſcribentem probationem, l. Publia. §. fin. ff. depoſ. Bart. in l. nuda. ff. de donat. Doct. omnes in l. admonẽdi, ff. de iur. iur. Ben Strac. in trac. de mercat. in titu. quom in cau. mercat. proced. ſit, in rub. de probat. num. 3. verſi. ſed nunc de literis pauca referamus. Vnde cùm in dictis literis conſtet de re vendita, & pretio conuento, ſatis apparet venditionem eſſe perfectam, cùm re tantum, & pretio conſi-
2 ſtat, nec † emptio ſine pretio eſſe poſſit. l. 1. & .2. ff. de cont. emp. & inſt. de empt. & vend. in princi. & §. pretium, & in §. item pretium, latè Pariſ. in conſ. 64. vol. 1. Præterea conſtat in proceſſu de conſignatione facta d. ſiliginum dicto Andreæ emptori, ſeu Bernardo Saluago de eius ordine per duos teſtes conteſtes, videlicet per Antonium Merianum, & dictum Bernardum Saluagum, qui teſtes probant d. Andream acceptaſſe d. conſignationem dictarum ſiligimum vẽditarum ſibi per d. Antonium Bonuicini, & cùm ſint cõteſtes plenè probant, l. vbi numerus, ff. de teſt. Doc. in l. admonendi, ff. de iur. iur. Accedit, quod dicti duo
3 teſtes ambo † deponunt de facto proprio, quo caſu etiam ſi eſſet vnicus teſtis plenè probat, vt per Bald. in l. ſeruos. C. de teſt. & in l. ſi debitorem, ff. de nouat. Alex. in conſil. 197. in 7. vol. quod maximè procedit concurrentibus aliis coniecturis, & probationibus, vt per Rui. in cõſ. 105. vol. 4. Stringitur & fortius, quod d. Bernardus Saluagus examinatus per actorem fuit etiam examinatus denuò per ipſum Andreã reum, & cum eũ d. Andreas approbauerit, non poteſt amplius nec eius dicta, nec perſonam reprobare, etiã ſi deponeret, de auditu, & per verbum crederet, vel quod non
4 redderet cauſam ſcientiæ, tamen plenè † probat contra pro-

tra producētē,vt per Iaſ.in l.1.§.editiones,ff.de eden.
& in rub ff. de iur.iur.Bald. in l.ſi quis teſtibus,C.de
5 eſt Rom.conſ. 104. facit ad hoc, quod † exhibens
ſcripturam falſam,& minus ſolennem , tamē non po-
teſt eam reprobare, & eſt cōmunis opinio,vt per Pa-
riſ.in conſ.125.l.1.nu.20.Vnde cum conſtet d.Anto-
nium agentem conſignaſſe rem venditam , & adim-
pleuiſſe pro parte ſua , meritò competit ſibi actio ad
pretium, l.Iulianus, §.offerri cum ibi not. per Doct.
ff.de actio emp. ¶ Nec fuit viſum obſtare Rotę dum
per reum dicebatur venditionem eſſe factam in ma-
iori quantitate, & quòd tota quantitas non fuit con-
ſignata:quia hoc non fuit probatum in proceſſu, & ni
hilominus dato quòd fuiſſet probatum,tamen cum d.
6 Andreas acceptauerit d.ſiligines † abſque aliqua pro-
teſtatione,in totum ſibi præiudicauit,l.ſi ab arbitrio,
vbi Gloſſ.ff.qui ſatiſd. cog.l.filiusfamiliàs,ff.ad Ma-
ced Bar.in l.quæ dotis,ff.ſol.matri.Doct. in l.non ſo-
lum, §.morte,ff.de ope.nou.nunciat. Et in omnē ca-
ſum non eſt præcluſa via reo petendi ſuum intereſſe,
cùm in obligationibus facti ſuccedat obligatio ad in-
tereſſe,l ſtipulationes nō diuiduntur,ff.de verb.obli-
gat.cum ibi not.per Doc. Prout nec etiam fuit viſum
obſtare,dum dicebatur per ipſum reum,ſe eſſe mino-
rem , & filiumfamiliàs: Nam quod eſſet minor tem-
pore venditionis non fuit viſum probari per aliquem
ex modis, de quibus per Barto.in l.de ætate,ff.de mi-
nor. Et nihilominus dato quod probaretur,tamē cum
conſtet in proceſſu per teſtes d.Andream eſſe ſolitum
palàm negotiari in emendo ſiligines,frumenta, & ſe-
tas,& tunc licèt eſſet minor.25.tamen ſi eſt maior.16.
obligatur ex contractu , ac ſi eſſet maior , vt diſponi-
tur in ſtatuto de ſocie & acco.§ & quicunque minor.
Præterea ſtatutum illud,quod contractus min.& mu-
7 lie. voluit prouidere ne † minores contrahendo deci-
piantur , non autem quod locupletentur cum aliena
iactura,quod eueniret in præſenti caſu, cū d.Andreas
habuerit ſiligines,& nollet ſoluere pretium iuxta.l.1.
C.de repu.tradit Iaſon.in l.ſi vnus, §.pactus ne pete-
ret,ff.de pact.& in l.Barbarius.num. 7.ff.de off.præt.
Bald.in l. neque tutores per illum text.C.de contr.&
comm.ſtip. Ang. Imol.& Paul. de Caſt.in l.mutuum,
ff. de acqui.hæredit. Quod autē ſit filiusfamiliàs ni-
hil obſtat , cùm non ſit contractus prohibitus a filio-
familiàs , l.filiusfamiliàs , §. is eſt.ff ad Maced. Pariſ.
conſ.94.vol.1.num.1. & 2. Et quia emptori non licet
8 retinere rem, & pretium , quinimò datur † venditori
actio non ſolum ad pretium,ſed etiam ad intereſſe, &
vſuræ in illo caſu licitè peti poſſunt,vt per Glo.com-
muniter approbatam in l.curabit.& ibi Bart.& cęteri.
Doct.C.de act.emp.Ideo Rota condemnauit d.And.
ad ſoluēdū d.Ant.Bonuicino d.ſcutos, N.vnà cum in-
tereſſe à die proteſtationis,de qua in actis.Laus Deo.

DECISIO CXXXVII.

Acceptans negotium geſtum per mandata-
rium nō propterea cenſetur eum liberaſſe.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſuſcipiens , & negotians tenetur ra-
tionem reddere.*
2 *Mandanti an competat actio aduerſus eum,cum
quo mandatarius negotiatus eſt.*
3 *Mandatarius tenetur actiones cedere.*
4 *Approbans rem geſtam non fatetur factum.*

CONDEMNAVIMVS Ioan. Baptiſtam
ad reddendum rationem d. Baptiſtæ tam
de velluris,quam de implicita ſetarū cum
reliquatus ſatisfactione vnà cum intereſ-
ſe liquidando executione reali iuxta petita,ſaluo iure
dic. Ioann. Baptiſtæ circa prętenſam acceptationem,
vt aſſeritur factam per d. Baptiſtam de Stagnario pro
debitore , & circa dependentia in ipſa redditione ra-
tionis ſi quod,& qualecunque ſibi competit,in quam
ſententiam Rota ex inferiorib. præſertim inclinauit:
Nam ex appodiſsa manu rei ſubſcripta.(vt atteſtantur
teſtes examinati)& in actis ab actore exhibitam ſatis
apparebat reum olim mandatū ſuſcepiſſe, l.1.in prin.
ff.man. conſtabat etiam ex trib. epiſtolis rei ad acto-
rem , prout teſtes etiam teſtificati ſunt , in iudicium
ab actore pariter exhibitis,ipſum reum in re ſibi com
miſſa negotiatum fuiſſe,l.Publia.§.ſi depo.cum ſimi.
traditis a Docto.in l.admonendi de iur.iur.cum ergo
1 & † mandatum ſuſceperit,& negotiatus fuerit,ſequi-
tur ipſum ad reddendā rationem teneri , prout etiam
quilibet adminiſtrator , ſeu negotiorum geſtor ſiue
cum mandato , ſiue etiam ſine mandato tenetur , l.ſi
remunerandi,§.1.l.ſi procuratorem , §.1.mand.cū cu-
mulatis per Soc.conſ.2.num.5.vol 2.Nec aliquid fa-
ciebat dum dicebatur,quòd actor ex quibuſdam lite-
ris ſuis videatur ratificaſſe geſta per reum cum tertio,
eumque tertium pro debitore acceptaſſe,iuxta doct.
Bart.in l.ſi fundus , §.1. de pigno.& in l.ſi pecuniam.
C.de neg.geſt. quia facilis ad hoc dabatur reſponſio:
Nam dato,quod procederet(quod tamen falſum eſt,
& ex tenore ipſarum literarum facilè compręhendi
2 poterat,non † tamen mandati competiſſet actio cō-
tra illum tertium,cum quo nihil contraxerat,ita dice-
bat Barto. in contrarium allegatus per l. ſi pupilli.§.
ſed ſi ergo,& § videamus de neg geſt. ſed reus adhuc
3 † remanſiſſet obligatus ad cedendum actiones.l.idē-
que.§.ſi cui mandauero.l.qui mandatum, & l.ſi man-
dato Titij. ff. mand. cum ſimili.& alio modo reſpon-
4 debatur, quod actor per illas literas videtur † appro-
baſſe rem tanquam ita geſtam, non quod fateatur fa-
ctum,& ideo debuit reus aliunde docere rem in facto
ita ſe habuiſſe.l. ſi filiusfam. abſente patre ad Maced.
Corne.conſ 177.ſuppoſitis ſtatutis,refert,& ſequitur
Ripa in l.admonendi,num.139.de iure iur.

DECISIO CXXXVIII.

Partitæ tranſmiſſæ,& acceptatæ per illum: cui
tranſmittuntur,probant.

SVMMARIVM.

1 *Extractum Sancti Georgij habet vim publici in-
ſtrumenti.*
2 *Illud,de quo conſtat inſtrumentum , eſt certum.*
3 *Conſuetudo notoria , & generalis non indiget
probatione.*
4 *Iudex poteſt ſe informare de conſuetudine,etiam
non citata parte.*
5 *Conſuetudo habet vim ſtatuti.*
6 *Conſenſus mutuus fit inter mittentem , & reci-
pientem literas.*

In cauſa

IN cauſa Ioan. Baptiſtæ Furnarij con-
tra Io. Andr. de Roca curatorem da-
tum bonis, & hæreditati iacẽti quon-
dam Deſiderij Campanarij, Rota con
demnauit dictum curatorem ad dan-
dum & ſoluendum ipſi Io.Bapt.ducatos, N.monetæ
Chij, mota rationib.& cauſis inter alias infraſcriptis.
1 Primò quia † conſtitit per extractum Sancti Georgij
quod ipſe Ioan.Baptiſta erat particeps drictus duarũ
2 mediarum pro centenario Chij, quòd † extractum
habet vim publici instrumenti, & publicum inſtru-
mentum eſt probatio probata, ſecundum Bald.in l.
quoties in fi.C.de iudi.& in l.intex.C.de ſolut. & il-
lud dicitur eſſe certum, de quo extat publicum inſtru
mentum, ſecundum Bartol.in l.1.in 3.col.de oper.no.
nuncia.Deci.conſil.36.& 108.colum.1.& alibi ſæpe
per Doct.Secundò per partitas per D.Deſiderium ad
ipſum Ioan.Baptiſtã tranſmiſſas,& manu ipſius Deſi-
derij ſcriptas, in quibus datur ratio d.participationis
receptæ ab ipſo Deſiderio, conſtitit illum eſſe debito
rem d. Ioan.Baptiſtæ de d. ducatis, N.& fuit optimè
probatum d. partitas fuiſſe ſcriptas manu D.Deſide-
rij, per quàm plures teſtes deponentes cognoſcere li-
teraturam ipſius Deſiderij, & illum ſæpius vidiſſe ſcri
bere,& ab eo literas accepiſſe,& ita ex inueterata cõ-
ſuetudine ciuitatis Genuæ probatur ſcripturas eſſe
manu ſcribentis ex teſtibus deponentibus ſe illum vi-
diſſe ſcribere,& habere notam eius literaturam, quæ
3 † conſuetudo cum ſit notoria,& generalis in loco, nõ
indiget probatione, vt notat Bal.in l.3.col.1.C.de ſer
ui.fugi.& in tali conſuetudine iudex ſupplere poteſt,
vt dicit Bald.in l.filiusfamilias.§.veterani.C.de proc.
4 & iudex † parte abſente,& non citata poteſt ſe de con
ſuetudine informare, & ſi reperiret ita eſſe, etiam per
ſolam famam ſufficit ſecundum Cin.in l.2.C.quæ ſit
longa conſuet.& ita conſuluit Dec.conſ.447.& 445.
& 483.vol.3.& conſi.555.volum.4. & ita fecit Rota,
& conſuetudo in loco dicitur ius commune, vt dicit
Bald.in titu.de pace conſt.col.7. in verbo ius Roma-
norum,& in l.conſtitutionis in fin.C.de bon.quæ lib.
5 Deci.in d.conſ.685.col.1.vol.4.& † conſuetudo non
differt à ſtatuto. Bart. in l.de quibus in 4.col.verſ.ſed
iuxta prædicta de legi.Bal.in l.2.col.1.C.quę ſit long.
conſuet imò eſt maioris authoritatis quàm ſtatutum,
vt conſuluit Angel.in conſi.52.incip. in 2.propoſito,
col.1.Deci.in conſ.694 col.2.volu.4.Tertiò, quia ex
quo iſtæ partitę fuerunt ad d.Ioan.Baptiſtam per De-
ſiderium tranſmiſſæ,& per ipſum acceptatæ natus fuit
6 † mutuus conſenſus & mittentis,& recipientis, ſecun
dùm Bald.in l.2.per illum text.de pactis, probatur in
l.qui autem in fi.de conſtit.pecun.& per Gloſ.in ver-
bo conſentire in l.conſenſu.de act.& oblig.per Bald.
in l.multum intereſt.col.pen.verſ.cõſiderato, C.qui
alteri vel ſibi, Bart.& Bald.in l.Titius in fi.de conſtit
pecun.Bartol.in l.quo enim.§.1. in fin.rem ratam ha-
beri, Bald.in l.literas,col.1.C.mandat.& in rubr.col
pen.C.de conſtitut.pecun.& in l.ſi abſentis.C.ſi cert
peta.vbi loquitur de literis mercatorum, quæ hinc in
de mittuntur,& Iaſ.plenè in rep.l.admonendi, nume
142.de iur.iur.& ita conſuluit Alexand. conſilio 74
volum.1.& Iaſ.conſil.47.columna quarta, volum.pri
mo,& Decius conſilio 632.volumine quarto, latè pe
Pariſ.conſilio 91.columna prima & quarta, volum.
Et ſic per eas apparuit, quòd Deſiderius erat ve
rus debitor, ex quo manu propria in illis ſe debito
rem fecit mittendo computa, & rationes de pecu
niis ab eo receptis ex dicta participatione dicti dri
ctus.

DECISIO CXXXIX.

Ad hoc vt intereſſe debeatur poſt moram ſuf-
ficit probare petẽtem eſſe mercatorem, vel
talem, & huiuſmodi mercatores, aut tales
communiter ita ſolitos lucrari.

SVMMARIVM.

1 *Dies interpellat pro homine, atque conſtituit in mora.*
2 *Tempus anni ad ſoluendum non poteſt dici breuis terminus.*
3 *Iuramentum de ſoluendo conſtituit in mora.*
4 *Sine mora non poteſt cauſari intereſſe, neque lucri, neque damni.*
5 *Pactum, quod mora ceſſante debeatur intereſſe, non valet.*
6 *Probare quem mercatorem quomodo fieri debeat.*
7 *Quod intereſſe lucri ceſſantis debeatur à mora eſt opinio canonizata.*
8 *An intereſſe debeat probari in ſpecie quaſi certum, & in potentia propinqua.*
9 *Probationes coniecturales in materia intereſſe ſufficiunt.*
10 *Valet conſequentia eſt Genuenſis, ergo mercator.*
11 *Intereſſe quodam propinquum, quodã remotum.*
12 *Incertum lucrum quid ſit.*
13 *Et quaſi certum quid ſit.*
14 *Quantitas intereſſe debet eſſe illa minor, in qua plures teſtes concurrunt.*

PAVLVS Vſuſmaris moroſus fuit in
reddendis vnciis, N. monetæ Siciliæ
Coſmo Cibo: dies enim certa ad ſol-
uendam pecuniam dicta eum interpel
1 lauit, † atque in mora conſtituit.l.ma-
gna.C.de contrahenda & committenda ſtipulatione.
tradit Alexand.conſil.99 nume.7.lib.4.& conſi.157.
num.3.lib.6.& conſi.132.num.2.lib.7.Soc.iun.conſ.
28.num.2.lib.1.& conſ.15.num.7. & conſ.66.nu.17.
lib.2.Rip.in l.quod te, poſt numero 34.ff ſi certum
petatur. Nat conſilio 226. numero 4. Roland. à Val.
conſilio 98 numero 9.lib.2.Barthol.Romul.in tract.
de mora, numero.10.11.12.& numero 19.Iacob.Phi-
lip.Porto.concluſ.reg.& commun.opin.lib.4.concl.
2 & reg.23.vbi latè, maximè cùm annus † fuerit conſti-
tutus ad ſoluendam pecuniam, & ita dici non poſſit ni
mis breuem, ac præcipitem diem fuiſſe conſtitutum
ad ſoluendum, iuxta declarationem Cor. conſilio 26.
numero primo & octauo, libro primo, pręſertim etiã,
quia ante diem nata erat obligatio, iuxta declaratio-
nem Deci.conſilio 2. poſt nume.5.verſ.cùm ergo di-
3 cta promiſſio, quæ quidem † mora abſque interpella-
tione cauſata etiam fuit ob virtutem iuramenti præ-
ſtiti per ipſum Paulum de ſoluendis dictis pecuniis
ad diem præſcriptam, ſecundum crebriorem Docto-
rum ſententiam, de qua Roland. à Val. conſilio 57.
nume.45.& conſilio 77.num.19.lib.1.Bart Romul.
in dicto tractatu de mora, numero 44.45.46. Iacob.
Philip.Port.conclu.reg.& commun.opin.lib.quarto,

concluſ.14.vbi plurimos congerit. ¶ Inſpecta igitur
mora Paul.ex duplici cauſa proueniente, quarum ſi-
cuti vna, vel altera ſufficeret ad ipſam moram cauſan-
4 dam, ita è contra † ſine mora ipſa nullum cauſari po-
teſt intereſſe. vel damni, vel lucri, vt inquit Cagno.in
l.curabit, nume. 57.C.de actio.empt.Strac. in titu.de
contractib.nume.3.quod adeò verum eſt, vt non va-
5 leat † pactum quod mora ceſſante debeatur, vt inquit
Aretin conſ. 152.col.fin.in 2.dub. Aymo.Crau.conſ.
320.nume.2. ¶ Dubitatum fuit an curator datus bo-
nis, & hæreditati iacenti Pauli iuxta formam ſtatuti
Genuæ, ſub rubr. de curatoribus generalibus in Ge-
nua conſtituen.lib.4.c.20.poſſit condemnari ad ſol-
uendum intereſſe dictarum vnciarum, N. Coſmo ad
rationem cambiorum, & recambiorum, tum ratione
lucri ceſſantis, tum ratione damni emergentis, iuxta
petita per ipſum Coſmum, qui probauit ſe mercato-
6 rem eſſe, † ſolitum dare, & accipere pecunias cambio,
& quidem tempore, quo mora fuit commiſſa, iuxta
doctrinam Aymon Crauet.d.conſil. 320 poſt num.2.
verſi circa ſecundum, & nume.3.quas pecunias ſi ha-
buiſſet idoneis mercatoribus eas cambio dare potuiſ-
ſet, ex quibus lucrum feciſſet 12. pro centenario ſin-
gulo anno, & è contra ſi pecuniæ ipſæ ſtatuto tempo-
re ſibi fuiſſent ſolutæ, non paſſus fuiſſet intereſſe 12.
pro centenario ſingulo anno, quemadmodum paſſi
ſunt omnes, qui dicto tempore debitum ſuper cam-
biis habuerunt, ſicuti ipſe Coſmus hac de cauſa ha-
buit. ¶ Quod pertinet ad primum intereſſe petitum
ratione lucri ceſſantis Rota cenſuit quidem illud om
7 ni iure ciuili, † & canonico à die moræ deberi ſolito
negotiari, & mercari, quemadmodum Coſmus ſe eſſe
talem plenè probauit, & hanc ſententiam adeò eſſe
canonizatam in ſcholis, & palatiis, vt ab ea recedere
neſas eſſe videatur, per ea quæ poſt alios cumulat Ca-
gnol.in l.vnica, nume.35.vſque ad num.40.& ibi latè
Rebuſ.in Gloſ.vlt.C.de ſenten.quæ pro eo, quod int.
& nouiſsimè Pedemont.deciſ.143.nume.4.vbi pluri-
mos receptiſſimam hanc ſententiam firmantes conge
rit: veruntamen an ipſe Coſmus eo modo in reliquis
probauerit intentionem ſuam, quo neceſſe eſt ad hu-
iuſmodi intereſſe conſequendum, non mediocriter
Rota dubitauit. ¶ Duæ etenim hac in re circunferun-
tur Doctorum opiniones. Prima, quòd non ſolùm ne
ceſſe ſit quem probare ſe eſſe mercatorem ſolitum ne
gotiari, ſed etiam ſeipſum præ manibus habuiſſe ta-
les merces, vel talia negotia, ex quibus tantum lucra-
tus fuiſſet, ſed quia pecunias ſuas ſtatuto tempore
non habuit, ideò non potuiſſe illas implicare in ipſis
mercibus, vel negotiis, & propterea omiſiſſe dictum
8 lucrum, & † paſſum fuiſſe intereſſe lucri ceſſantis quaſi
certi, & in potentia propinqua tot ſcutorum, cum
non valeat conſequentia, quis erat, & eſt ſolitus ne-
gotiari, ergo tantùm lucratus fuiſſet: quia omnes ne-
gotiatores non ſemper lucrantur, imò ſæpe iacturam
faciunt, & damnum incurrunt, multaq; occurrunt im-
pedimenta, quæ lucrum è manibus eripiunt, iuxta il-
lud à Catone relatum verſu prouerbium, inter os, &
offam multa interuenire poſſe: de quo, & aliis ſimi-
libus meminit Tiraq. de legib.connub. Gloſ 2.num.
31.vbi etiam à num. 26 vſque ad num. 38. multa con-
gerit in hoc propoſito de ſpe omnium rerum incer-
tiſſima, ſi tamen appellatione rei ſpes comprehendi-
tur, quod minimè verum eſſe poſt Romanum cenſuit
ipſe Tiraquel.eodem loco, num.37.primam ergo opi-
nionem, quam expreſſimus, inter alios tenuit Pau.Ca-
ſtren.in l.3.§.fi.num 3.& ibi Iaſ.num.8.ff.de eo, quod
cer.loc.conſilium Neapol.referente Afflict. deci.20.
Feli.Dec.Pariſ.Alex.Caiet.in locis citatis per Cagn.
in d.l.vnica.nu. 41.Aymon. Crauet.d.conſ 320.nu.6.
Rol.a Val.conſil.35.nu.13.lib.1.Natta.conſ.450.nu.
6.Stra.in tit.de cōtract.num.3. Rebuf.in d.l.vnica.in
Gloſ.vlt.num.29.vbi poſt nonnullos ibi relatos atte-
ſtatur hanc eſſe communem doctorum ſententiam.
¶ Altera verò fuit opinio, quòd ſufficiat petentem in-
tereſſe lucri ceſſantis probare ſe fuiſſe, & eſſe merca-
torem, vel negotiatorem talis conditionis & qualita-
tis, & quòd mercatores, & negotiatores ſimilis con-
ditionis, & qualitatis, qualis eſt ipſe, communiter lu-
crantur, & lucrari cōſueuerunt, deductis expenſis tot
pro centenario ſingulis annis, & tantum etiam ipſe, ſi
pecunias ſuas habuiſſet, de quibus negotiari potuiſ-
ſet, lucratus fuiſſet veriſimiliter: quia veriſimilitudo
tanquam naturæ cognata, cum in quocunque nego-
tio potiorem partem ſibi vendicet, vt plurimi tradūt,
tum in materia intereſſe concludere debet: in qua
9 † probationes coniecturales ſufficiunt ſecundùm Bar.
in d.l.vnica in fin. & Bald.num.48.cuius rei reddit ra-
tionem. Angel.in d.l.3.§.fina.ff.de eo, quod cer.loco.
Quia ſcilicet lucrū ceſſans eſt non ens, & non entium
propriæ non ſunt cauſæ, nec poſſunt per ſenſum pro-
bari, ex quo ſequitur, quòd lucrum ceſſans non poteſt
probari, niſi coniecturaliter, quòd ſequitur Iaſ.in d.l.
3.§.fi.nu.7. hanc igitur ſecundam opinionem firma-
uit Aret.in l.continuus.§.cum ita, poſt num.7.& poſt
Ang.ibidem Paul.Caſtr.ſibi contrarius nume.5.ff.de
verb.oblig & clarius ipſe Paul.Caſtr.in l.cunctos po-
pulos, poſt num.15.verſ.ego dico.C.de ſumma Trin.
& fide Cathol.quòd etiam cenſit idem conſ.115.aliàs
137.in cauſa quæ vertitur coram d. Vicario Epiſcopi
Trident.lib.2.ſeu (vt aiunt) in nouis, hoc ipſum cen-
ſuit Alex.conſi 41.poſt nume.2.& poſt nume.9.lib.5.
voluitq; Bal. Nouel.in tract.de dote in 7.par.in 3. pri
uile. Io.Bapt.Caccial.in d.l cunctos populos, ante n.
84.vbi dicit ſe vidiſſe ita ſemel iudicari, & clariſſimè
Cagn.in d.l.vnica, nu.42.& 43.vbi atteſtatur ita in pra
ctica obſeruari, & ipſe Cagn.in d.l.curabit, nu.66.67.
68.69.C.de act.empt.vbi dicit, ſe ita vidiſſe ſæpe pra-
cticari, & iudicari per excell.Senatum.Illuſtr. Ducis,
& Principis ſui, quod etiam aſſenſerat ipſe Cagn. in l.
quatenus, num.26. 27.ff. de reg. iur. ¶ Quibus hinc in-
de deductis hanc ipſam praxim poſteriore loco rela-
tam Rota cenſuit in iudicando eſſe amplectendam,
præſertim Genuæ, vbi omnes ferè Ciues, ſiue Nobi-
les, ſiue Plebeij, ſiue diuites, ſiue pauperes, ſiue Ma-
giſtratū gerentes, ſiue priuatā vitam agētes, ſiue in di-
gnitate conſtituti, vt Doctores, ſiue alius quiſque, ita
vt ad mulieres vſque res perueniret, adeò negotiis cā
biorū & mercium incumbunt, vt vnuſquiſque pecunias
ſuas quantæcunque, vel quantulæcunque fuerint illæ,
nec momento quidē temporis patiatur otioſas rema-
nere, ſed omnes indifferenter pro viribus, & facultati-
bus negotia vel cābiorū, vel merciū præ manib. ſem-
10 per habeāt frequētiſſima, & valeat conſequentia, † eſt
Genuenſis, ergo mercator, ita quidē, vt eorū negotia
præſertim cambiorū, de quibus agitur, lucrū quaſi cer
tum, & in potentia propinqua afferre ſoleant: quo fit
vt probatis his, quæ ſecundū hanc opinionem, vt dice
mus, ſunt probanda pro lucri ceſſantis intereſſe con-
ſequendo, illud ipſum intereſſe, etiam ſecundum il-
lam opinionem primam, mercatori Genuenſi debea-
tur: is etenim continuè, ac ſedulò negotiatur, ſemper
negotia ipſa præ manibus habet, & lucrum, quaſi cer-
tum, & in potentia propinqua aucupatur, quæ ſecun-
dum ipſam opinionem primam ad intereſſe lucri ceſ-
ſantis obtinendum deſiderantur: omnes namque
illius

illius claſſis Doctores, ſi rectè intueantur, non expo-
ſtulant lucrum certum, & in eſſe deductum, ſed quaſi
certum, & in potentia propinqua, quod etiam voluit
in tract. de contractib. poſt nume. 29. vbi inter cætera
ſcriptum reliquit, ſe dicere ſolere, ſummam eſſe diui-
ſionem circa effectum, & perceptionē eius quod in-
11 tereſt ſiue in lucro, ſiue in damno, vt † quodam ſit in-
tereſſe propinquum, quodam remotum, illius, non hu
ius rationem habēdam eſſe, & ſæpe ſe miratum ait cur
Docto. in dicta l. vnica tam multas deciſiones præter
ius excogitantes, non poſuerint præcipuam hanc, &
magis neceſſariā diuiſionem: tota ergo res, vt ex præ-
dictis liquet, ad hoc reducitur, vt cum lucrum aut ſit
incertum, & remotum, aut quaſi certum, & propin-
quum, primi ratio minimè, alterius maximè habea-
12 tur: incertum † autem lucrum cenſetur, quando ex-
pectatur ab homine, qui non conſueuit negotiari &
mercari: talis enim creditur magis proximus perdi-
tioni, quàm lucro, vt inquit Salic. in l. ſi ſterilis. §. cùm
per venditionem. ff. de actio. empt. vbi ſubnectit pro-
uerbium in his verbis, *chi mette denari in mercantia, &
non la conoſce li ſuoi denari diuentano moſche*, cui ſubſcri-
bit Rebuſ. in dicta l. vnica in Gloſ. vlt. num. 30. 31. per
text. in dicto §. cum per venditorem, qui hoc modo
communiter à Doctoribus intelligitur teſte ipſo Re
13 buſ. in d. Gloſ. vlti. nume. 22 quaſi † verò certum, lu-
crum reputatur cum præſtolatur ab eo, qui ſolitus ſit
negotiari, & mercari: is etenim non perdere, ſed lu-
crari veroſimiliter præſumitur, vt tradit Imol. in l.
Paulus, poſt nume. 2. verſ. ſed potes concordare. ff. de
ſolut. Ioan. Igne. in dicta l quatenus, num 49. ff. de re-
gul. iur. Ioan. Baptiſta Caccialup. in dicta l. cunctos
populos, poſt nume. 84. verſ. ſcias, vbi atteſtatur hoc
communiter placere Doctoribus. Quare cum Ge-
nuenſes ſoliti ſint negotiari, & mercari, & nihil anti-
quiùs habeant ipſis negotiis, & mercatura, iure meri-
to Rota cenſuit lucri ceſſantis rationem habendā eſſe
in prætenſione Coſini mercatoris Genuēſis, cui mul-
tò magis deberi intereſſe petitum à die moræ, de qua
ſuprà, ratione dāni emergentis Rota exiſtimauit, cum
probauerit, ſe ob moram ipſam pecunias ad cābium
ab aliis mercatoribus accepiſſe iuxta receptiſſimam,
& abſolutiſſimam Doctorum omnium theoricam, de
qua Afflict. deciſ. 22. nume. 2. & 3. & Rol. à Val. dicto
conſilio 35. numero 1. 2. 3. & numero 7. 8. 9. 10. lib. 1.
vbi alios allegar. ¶ Cum verò plures teſtes fuiſſent re-
cepti ſuper intereſſe tam lucri ceſſantis, quam damni
emergentis, & alii de intereſſe ad rationem 12. alij
ad rationem 11. alij ad rationem 10. pro centenario
ſingulo anno deponerent, cenſuit Rota eligendum
14 eſſe illud intereſſe, † quòd ad rationem 10. pro cen-
tenario fuit deductum, quia in hac ſumma omnes
conſentirent iuxta normam Iuliani, de qua in l diem
proferre. § ſi plures. ff. de arbitr. vbi Docto. illam ex-
tendunt ad dicta teſtium, & tradit Ioan. Campeg. in
tracta. de teſtib. reg. 318. Socin. Iun. conſilio 146. nu-
mero vigeſimotertio & vigeſimoquarto, lib. primo.
Ex quibus, &c.

DECISIO CXL.

Procuratores conſtituti inſolidùm, tenentur
inſolidùm etiam de his quæ ſeparatim fa-
ciunt, & ſic expendentes nomen.

SVMMARIVM.

1 *Duo procuratores inſolidum conſiderantur, vt duo rei.*
2 *Procuratores dicuntur gerere voluntariè.*
3 *Expendentes nomen adinuicem ſe obligant.*

IN cauſa dominorum de Simonetis,
ſiue Michaelis Pinelli contra Stepha-
num de Nigro Paſquam, cum Stepha
nus, & Baptiſta de Nigro fratres, fuiſ-
ſent conſtituti procuratores inſoli-
dum a Simonetis Mediolanenſibus, ad exigendum
quoſdam eorum prouentus, & redditus, quos habent
ſuper officio Sancti Georgij, & ſupradicti fratres de
Nigro tale mandatum acceptauerint, & in executio-
ne dicti mandati obtinuerint aliud mandatum à Vi-
cario Prætoris Genuæ, directum notariis columna-
rum Sancti Georgij de ſoluendo inſolidùm dictos
prouentus ipſis fratribus vti procuratoribus ſupradi-
ctorum de Simonetis, & ita dictos prouentus inſoli-
dùm exegerint, licèt quaodoque vnus, quandoque a-
lius abſente tamen altero, & hoc per plures annos,
modo dictus Michael porrexit petitionem contra di-
ctum Stephanum petendo ipſum vt proprium, nec-
non vti hæredem dicti Baptiſtæ eius fratris condem-
nari inſolidùm, vnica ſolutione ſufficiente ad ſoluen-
dum omnes & quoſcunque prouentus per dictos fra-
tres exactos pro tempore ſeptem annorum, & ita ip-
ſum condemnauimus duplici ratione. ¶ Et in primis,
quia quilibet dictorum fratrum inſolidùm tenetur, &
conueniri poteſt, etiam pro geſtis per alium in hoc
1 negotio, & † in hoc conſiderantur tanquam duo rei,
vt eſt in l. creditor. §. duobus. ff. manda. per quem tex.
ita in terminis tenuit Bartol. in l. eandem in princip.
in ſexta quæſtione princip ff de duobus reis, & in l.
pluribus, vbi & Bald. ff. de procura. Aret. conſilio 29.
columna 2. & 3. & conſilio 66. columna 3. & 4. Barb.
conſilio 91. illud referam. col. 4. vol. 3. quod procedit
etiam nulla facta excuſſione de altero in eo, quod a-
lius geſſerit, cùm ſint adminiſtratores voluntarij Gl.
in l. 2. C. de diuiden. tutel. & ex text. in l. 2. §. ſi plures,
& § fin. & in l. ſi plures. ff. de curato. bonis dato. vbi &
Bartol. & in l. ſicut certum. §. ſi duobus verſiculum.
ff. commodati, quam opinionem tenuit etiam Ioan-
nes Andreas in addit. Specul. in tit de inſtrumento-
rum edi. §. nunc verò aliqua. verſiculo ſed nunquid in
addit. quæ incipit, eſt etiam ſciendum, quæ refert, &
ſequitur Ronchegallus in d. l. eandem, numero 239.
vbi concludit pro hac opinione in pluribus procura-
toribus conſtitutis inſolidùm ad aliquod negotium
gerendum, quòd tunc vnus teneatur pro altero, etiam
quòd non geſſerit, qui conuenitur, & nulla facta ex-
cuſſione, nec in hoc ſit aliquid innouatum per iura
authenticorum, & hanc eſſe magis receptam opi-
2 nionem ex ſupradictis apparet, & † quòd procura-
tores dicantur voluntarij ex text. in l. filiusfamiliàs.
§. inuitus. ff. de procuratoribus, & in l. ſi mandauero.
§. fin. ff. mand. & in l. ſecunda. § fin. ff. de curatore bo-
nis dato.

¶ Altera ratio illa fuit, quia extitit probatum, pro-
ut plures teſtes deponunt, quòd quilibet iſto-
rum fratrum expenderet nomen commune tam in
mercibus emendis, quàm in bancis, & Cam-
biis, necnon in exigendo pecunias, ſiue reditus car-
tulariorum Sancti Georgij, de quibus in caſu
3 noſtro agitur, & ſic ſeſe † inuicem obligabant,
l. 1.

l.1.§.ſi plures,lib.1.vbi & Caſtr.nume.4.& § fina.per totum ff.de exercit.act.& in l.ſi vnus in ſi.princi.ff.de pact. quia tunc vnus cenſetur præpoſuiſſe alterum in dictis negotiis,Bald.in l.cum te.C.ſi cert.pet.Bartol. in d.l.eandem.q.7.Petrus de Vbaldis,vbi plenè in tractatu de duobus fratribus in nona parte principali, columna 1. & 2. & licèt hoc actor non deduxerit in petitione, ſatis tamen eſt quòd articulauerit & probauerit,cùm petitio declararetur per articulata,Arg. conſilio 140.Ex quibus condemnauimus dictum Stephanum vti proprium,& inſolidùm ad ſoluendum dicto actori omnes reditus exactos per dictos fratres pro tempore ſeptem annorum, prout in extractu, de quo in proceſſu, ſed quia per Stephanum fuit exhibitum quodam inſtrumentum, in quo apparebat ipſum ſoluiſſe ipſis Simonetis plures reditus per eum exactos,& in ſpecie pro anno, N. cōdemnauimus ipſum Michaëlem ad compenſandum,ſiue deducendum dicto nomine dictam quantitatem ſolutam pro dicto anno, N.Et ex his,&c.

DECISIO CXLI.

De quantitate iactus ſtatur calculo facto authoritate publici magiſtratus.

SVMMARIVM.

1 *Calculis authoritate magiſtratus factis de conſuetudine fides datur,*
2 *Confeſſio continens duo capita ſeparata diuidi poteſt, & pro parte tantùm acceptari.*
3 *Probato credito ſtatur de quantitate iuramento partis.*

VISVM fuit Rotæ in cauſa mota per Nicolaum Spinulam contra Vincentium Iuſtinianum iudicare, prout iudicauit:quia cùm dictus Nicolaus ageret tanquam ceſſionatius, & habens iura ceſſa,& acquiſita à Chriſtophoro Iuſtiniano domini Pet. & inter alia ex productis in proceſſu, & probatis conſtaret Chriſtophorum cedentem remanere pro iactu facto debitorem dicti Vincentij,& petita pro eius parte fuerit compenſatio, vtique compenſationi locus fuit liquido etenim ex calculo in publicam,& authenticam formam exhibito, apparebat quantitas per dictum cedentem debita,nec dubitauimus dictum calculum fidem facere, & etiam dicto cedenti præiudicare, tum quia, vt in eo continetur,facta fuit citatio de omnibus intereſſatis authori-
1 tate † publici magiſtratus, & in actis publici notarij, tum etiam quia paſſim ita ſemper ſeruari vidimus in hoc Rotæ auditorio, vt ſimilibus calculis fides daretur: quæ conſuetudo eſt ſeruanda, vt in hac materia habetur in l.deprecatio in textu,& in Gl.ff.ad legem Rhodiā de iactu, tum etiam quia iuxta doctrinam ſingularem Caſtren. in lege ſi cui libertus, ff.de conditione.& demonſtratione, calculatores tales electi à iudicibus, & à conſulibus mercatorum habere poteſtatem ſententiam dicendi,& alterum alteri condemnandi:quo caſu tanquam ſententia,quæ in iudicatum tranſiuiſſet,plenè præiudicaret,maximè autem à conſule approbata,& poſt tantū tempus ad not.per Gramat.deciſio.24. tum etiam quia in omnē caſum ſcripturæ iſtę quatenus plenè non probarent,facerent tamen ſemiplenam probationem,vt per Deciſ. conſilio 42.vltima col. & not.in lege 2.C. de eden. verùm ex ipſius cedentis ad poſitiones reſponſione omnis tollitur difficultas:quia ipſe iactum confitetur, & quamuis addat,ſe ſoluiſſe illud, quod pro eo debebat, po-
2 teſt tamen † confeſſio hæc tanquam duo ſeparata facta continens, ac diuerſis temporibus explicanda diuidi,& pro parte acceptari, iuxta tradita per Bartolū in l Aurelius,§.idem quæſiit,in fin.de libe.leg. Corn. conſilio 305.vol.3.& Deciſ.deciſ.339.numero tertio, & pro parte non acceptari.Vnde conſtito de iactu facto,& quòd pro eo erat debitor, licèt ipſe dicat ſoluiſſe,quod debet,nō ſtabitur in hoc eius dicto,in alio autem ſtabitur: quanta autem eſſet quantitas, quàm pro iactu debebat, hoc probabit calculus tanquam ſcriptura publica, & à perſona ad id ſpecialiter deputata per habentem ad id authoritatem, arg.eorū quæ habentur per Gloſſ. & Doctores in lege quadam, §. nummularios,ff.de eden.& per Alexand. conſil. 179. libro 6.in prin.& faciunt optimè quæ in ſimili dicunt Rebuf.in rep.legis vnicæ in Gloſſ.prima numer. 108. C.de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, per textum in l. finali.§.primo, C.de bon.autho.iud poſſiden. & Aymo conſilio 198. nume.9.in fina.vbi volunt,quòd
3 ſi conſtat de debito,† ſed non de ſumma, aut quantitate debiti,quòd de hac ſtabitur partis iuramento,vel eius libris multò magis ergo ſtandum eſt calculo ſolenniter, & authoritate publica confecto. Qua propter fuit dictum compenſationi locum fuiſſe: ſed ne in totum iura Nicolai dicto ceſſionario nomine agētis ſublata viderentur ex noſtra ſententia, idcircò eidem fuit reſeruata facultas probandi ſolutionem pro iactu factam,qua probata,quia compenſatio admiſſa ceſſaret, fuit eidem Vincentius ex tunc condemnatus,hanc autem reſeruationem fieri potuiſſe, & aliàs, & nouiſſimè in deciſionib. latiſſimè probauimus. Et ex his,&c.

DECISIO CXLII.

Literæ mercatorum habent vim publicorum documentorum.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo poteſt facere authēticam ſcripturam priuatam.*
2 *An literæ probant quoad tertios, & quando.*
3 *Literæ auiſij probant.*
4 *Confeſſio actoris,tutoris,& curatoris præiudicat, cum ſit per viam contentioſa iuriſdictionis.*

CAVSA mota per Stephanum Lercarium, ſeu Nicolaum Bargonum eius procuratorē contra fideicōmiſſarios quondā Nicolai de Auria clara,& indubitabilis reddita fuit ex his, quæ pro eius credito iuſtificando per dictū Bargonū producta fuere. Nempe ex pluribus ſcripturis publicis,proteſtationibus,fide ſolutionis, teſtium depoſitionibus, ac literis cambij, & auiſij

auiſij prædicti Nicolai iuſtificatis iuxta huius ciuita-
tis, actori ſtylum: quæ omnia plenè probate noo eſt
ambigendum, iuxta alias tam circa inſtrumenta pu-
blica, quàm literas plenè facta, & ſcripta in noſtris
deciſionibus. Quibus & illud circa probatiooem ex
literis reſultantem in hac mercatoria materia placet
nunc addere, quod notabiliter ponit Cardin. Zabar
rella, conſilio 153. vbi inquit, quòd literæ, quæ mit
tuntur inter mercatores, habent vim publicorum do-
cumentorum, de conſuetudine locorum, in quibus
1 maximè vigent mercimonia, & poteſt † conſuetudo
etiam priuatam ſcripturam facere authenticam, cap.
cùm dilectus, de fide inſtrumento. Addit, quod illud,
2 qnod dicitur † literas facere fidem, ſolum quo ad il-
los, quibus miſſæ ſunt, procedere in his, quæ ſunt me-
rè priuati, ſed in his qui publicè tenent ſtationes, ſta-
tur eorum libris quo ad omnes, arg. eorum, quæ not.
Sera. in l. 2. §. diuus ff. de iur. fiſci, de excommunica-
tione, & de banno: iſtæ autem epiſtolæ cenſentur lo-
co librorum: Nam & de conſuetudioe mercatorum
regiſtrantur in libris. Ex his ergo probationibus vi-
ſum fuit Rotæ intentionem actoris taliter probatam,
vt iuxta regulam notiſſimam l. negantes. C. de act. &
oblig. rei conuenti eſſent condemnandi. ¶ Sola diffi-
cultas fuit facta, quia & ſi pro iurium ſuorum iuſtifi-
catione produxiſſet actor inſtrumentum proteſtatio-
ois actum Romæ, ex illo tamen non concludebatur
ſummam tractam ad ſoluendum, non fuiſſe ſolutam
ex computis Nicolai, quia vt ex eo apparet Stepha-
nus traxit ſummam ſcutorum, N. & tamen ex tanta
ſumma ſcuti, N. tantùm ſuò proteſtatione, & pro ho-
nore literarum fuêre ſoluti, reliquum verò liberè fuit
ſolutum. Quapropter cùm non conſtaret ſummam
proteſtatam eſſe illam, quæ à Nicolao debebatur, du-
bia remanebat actoris intentio, & non concludenter
probata: neque enim hoc probat eſſe, qnod ab hoc
contingit abeſſe. l. non hoc. C. vnde legi. Bald. l. coo-
uenticulam de epiſcop. & cler. Nec quia ex litera per
Nicolaum ſcripta Ioanni Stephano Lercario depre-
hendi poſſet pecunias ſolutas non fuiſſe, hoc quic-
quam faciebat, tum quia erat litera ſcripta tertiæ per-
ſooæ, & ad alium effectum, tum quia referebat ſe a-
liis literis ſcriptis Stephano, de quibus non conſta-
bat, tum etiam quia videbantur loqui de alio debito,
oon de illo, pro quo præſens motum fuit iudicium, &
circa probationem, ſiue præſumptionem quãdo vna,
& eadem debeat reputari partita, aliqua pulchrè po-
nit Socin. conſilio centeſimo vigeſimo nono in quar
to volumine, verùm difficultas fuit vltimo loco ſubla-
3 ta ex productione † literæ auiſus, in qua expreſſis ver-
bis conſtabat, partitam illam ſub proteſtatione ſolu-
tam ſpectaſſe Nicolao, ac eius cauſa proteſtatum, &
quæ litera ab actore à fideicommiſſariis in hac cauſa
4 conſtituto confeſſa fuit, & non eſt dubium † coofeſ-
ſionem eius præiudicare, prout & procuratoris, tuto-
ris, curatoris, & ſimilium, cum per viam contentio-
ſæ iuriſdictionis fit iuxta not. per Bartolus, & ibi Ale-
xander in l. certum. §. ſed an ipſos, de confeſ. Vnde re-
mota hac difficultate ex ſupradictis iudicatum, fuit
pro actore, deducto tamen ex ſumma petita in-
tereſſe alterius intereſſe, quod non deberi de iure,
aliàs perſæpe iudicauimus, & optimis rationi-
bus demonſtrauimus, quas hic repetere ſu
perfluum exiſtimauimus, cùm in no-
ſtris deciſionibus hac in mate-
ria ſcriptis legi
poſſiot.

***

DECISIO. CXLIII.

Soluens de ordine alicuius, licèt ſibi non pro-
uideat modo ordinato, habet actionem ad-
uerſus ordinantem ad ſolutum, & ad in-
tereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Qui exigere debet cambium poteſt eo non ſoluto pecunias cambio capere proteſtatione facta.*

2 *Soluens pro alio habet actionem negotiorum geſtorum.*

3 *Confeſſio creditoris liberat debitorem.*

4 *Procurator poteſt facere ea, quæ ſunt de conſuetudine.*

5 *Tertius non docens de intereſſe non auditur.*

6 *Tertius citatus, an & quando videatur habilitatus.*

7 *Quæ exceptiones opponi non poſſint à tertio.*

8 *Tertius citatus quando non dicatur defenſor neceſſarius.*

BERNARDVS Spinula, Io. Franci-
ſcus, & Ambroſius de Nigro, ſeu eo-
rum ſocietas in Bezenſono quaſdam,
(vt mercatores dicunt) tractas eis fa-
ctas à Gregorio Centuriono ex Pa-
normo ſoluerunt, prout per literas à
dicto Gregorio eis ordinatum fuerat, & cum Ber. &
ſocij ex Bezenzono eidem Gregorio in vna partita
ſcutos, N. & in alia ſcutos, N. occaſione partitarum
per eos ſolutarum reflexerint, ac traxerint, Grego-
rius eas ſoluere recuſauit, ea prætenſa cauſa, quòd d.
Ber. & ſocij ordinem eis datum, vt de quadam parte
de partitarum à Baptiſta Cattaneo ſe præualerent, nõ
ſeruauerint, quod tamen per ipſos factũ non fuit: quia
d. Baptiſta prius eiſdem ſcripſerat, quod nullo modo
ab eo, ſed à Gregorio prouiderẽt, quia ipſe nihil ſol-
uere intendebat. Vnde cum modo Gregorius abſens
ſit, eius bonis iuxta formã ſtatuti curator datus fuit,
& prædicti actores contra d. curatorem egerunt, &
eum condemnari, & eius perſona mediante bona d.
Gregorij abſentis, & eundem Gregorium ad ſoluen-
dum ipſis d. duas partitas vnà cum omni intereſſe, tã
ratione lucri ceſſantis, quam damni emergentis vſque
ad effectualem ſolutionem petierunt, prout ita factũ
fuit à Rota: quia per plures literas Gregorij, quæ
contra ipſum probant, vt in l. Publia. io fin. ff. depoſ.
Doct. in l. admonendi, ff. de iur. iur. Pariſ. latè con-
ſilio 47. libro primo, apparet de ordine ipſis dato, vt
d. partitas ſoluereot, prout contioetur in literis
cambiorum, adeò quod ſi actores non ſoluiſſent par-
1 titas, illi, † qui habuerunt literas, potuiſſent con-
tra Gregorium proteſtari, & accipere pecuoias cam-
bio, & recambio, vt eſt ſolitum inter mercatores, &
poſtea agere contra Gregorium, qui minimè erat li-
beratus, ſi eius literæ à d. actorib. acceptatæ, ac ſolu-
tæ non fuiſſeot, vt not. per Bald. & Salic. in l. ſi litera-
rum. C. de ſolut. Docto. in l. ſingularia. vbi Cagno. nu.
157. ff ſi cert. pet. Soc. conſil. 64. lib. 3. colum. 2. Vnde
2 cum d. actores ſoluerint debita Centuriooi † meritò,
ſi non actione mandati, ſaltem negotiorum ge-
ſtorum

ſtorũ Centurionus d. actoribus tenebatur, vt per Glo.
& omnes in l ſed an vltrò. §. 1. ff. de negot. geſt. iuncta
l ſoluendo. & l. cum pecunia. ff. eod. & in l. ſi negotiũ.
C. eod. & in l. ſi pro me, & l. ſoluere. ff. de ſolut. Bartol.
in l ſtichum. ff eod. & quòd debita ſoluerint d. Centu
rioni à confeſſionibus illorum, quibus d. tractæ ſolui
3 reſpectiuè debebant colligitur: † propter quas con-
feſſiones Centurionus remanſit liberatus. l. ſolutionis
verbum ff. de ſolu. & in l. ſolutionis verbum, de verb.
ſignifi. Corn. conſ. 1 t r. num. 8. lib. 4. licèt etiam virtu-
te mãdati teneretur, cùm certiſſimi iuris ſit, etiam per
literas, & epiſtolam mandatum dari poſſe. l. 1. §. con-
ſtituitur. ff. de procur l. eum. §. Iulianus. ff. de conſtitu.
pecun. & in l. 1. in 1. ff. mandat. adnot. in noſtris termi-
nis, Bald. conſ. 347. lib. 1. in 1. Pariſ. conſil. 147. nu. 14.
4 lib. 1. & procurator † non ſolum poteſt facere ea, quæ
ei demandata ſunt, ſed etiam ea quæ ſunt de conſuetu
dine, Iaſ. in l. ſi procurator. C. de procurat. & in l. certi
conditio. §. ſi nummos, nu. 5 & licèt non ſeruauerint
commiſſionem, vt de aliquib. partitis non ſe præualue
rint à Baptiſta Cattaneo, vt eis dictum fuerat, id legi-
tima cauſa fuit omiſſum, cum Baptiſta Cattaneus eis
ſcripſiſſet, quòd ipſe non intendebat aliquid ſoluere,
vt plenè per literam Baptiſtæ probatum extitit. Vnde
ne literæ d Centurioni eidem redirent cum proteſta-
tione, quòd ſolet eſſe inter mercatores dedecus, præ-
dicti actores, propter honorem & vtilitatem d. Cen-
turioni omnes prædictas tractas compleuerunt: quo
caſu, quando prædicta ceſſarent, ſaltem ex diſpoſitio-
ne l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. peta. Centurionus obli-
gatus remanet, iure merito igitur à Rota condemna-
tus fuit ad ſoluendum ſortem vnà cum intereſſib. pe-
titis, cum actores probauerit eſſe mercatores, & ſoli-
tos date pecuniam cambio iuxta not. per Scrib. in l. 1.
C. de ſen. quæ pro eo, quod inter. ¶ Nec oppoſita per
Baptiſtam Cattaneum obſtare cenſuimus, quoniam
5 cũ ipſe † vt tertius cõparuerit, nec de aliquo intereſſe
docuerit, exceptiones oppoſitas opponere, nec auditi
6 poterat. ¶ Nec obſtat, quòd fuerit citatus, † quo caſu
videtur habilitatus, vt per Iaſ. & alios in l. de pupillo.
§. 1. ff. de oper. no. nunt. quoniam non fuit ſimpliciter
citatus, ſed ſub conditione, ſi ſua putauerit intereſſe,
iuxta not. per Gl. in l. ea quidem. C. ſi mancip. ita iur.
al. adnot. Iaſ. in d. §. 1. & in l. fi. C. de edict. diui Adria.
tol. nume. 24. quia tunc non cenſetur habilitatus, niſi
doceat de ſuo intereſſe, Paul. Caſtr. in l. libertus. ff. de
in ius vocan. Bald. in l. fina. q. 5. vbi dicit, quòd citatus
cum illa clauſula debet docere de ſuo intereſſe, aliàs
non dicitur contradictor: ſed dictus Baptiſta non ſo-
lum de aliquo ſuo intereſſe non docuit iuxta not. in c.
venient. extra de teſti. ſed expreſsè dixit ſe neſcire ha-
bere aliquod intereſſe. Nec Rota cenſuit actores eſſe
obligatos declarare, quod intereſſe dictus Baptiſta ha
beret propter dictam citationem, forſan ad abundan-
7 tem cautelam factam, † & in omni caſu non potuit op
ponere exceptiones declinatorias, nec dilatorias, vt
not. Bal in l. ſi eo tempore C. de miſ. pigno. & not. An
char. conſil. 333. nu. 2. vbi dicit, quòd qui venit pro ſuo
intereſſe, non poteſt forum declinare, & licèt Matth.
de Afflict decis. 15. videatur ſentire contrarium, atta-
men ipſe loquitur, quando tertius ex perſona ſua vult
iudicem recuſare, quod poteſt, & not. Corſ. in ſing. in
verb. recuſatio, ſi tamen fuit citatus aliter non poſſet,
per not. per Bald. in d. l. & idem not Matth. de Afflict.
deciſ. 235. num. 6. & eſt text. in l. venditor. ff. de iudic.
Vnde cum Baptiſta fuerit citatus cum prædicta clau-
8 ſula. non † dicitur defenſor neceſſarius, nec oppoſue-
rit de incompetentia ex perſona ſua, meritò admiſſus
non fuit ad opponendum exceptionem de incompe-
tentia, quæ non fuit oppoſita per curatorem, nec dila-
tio informatoria erat ei danda, cum non fuerit citatus
in caſibus de quibus loquitur regula, meritò Rota ſo-
lum d. curatorem condemnauit iuxta petita, nulla fa-
cta de Baptiſta mentione.

DECISIO CXLIIII.

Tempus appoſitum in promiſſione conſtituit in mora: & qui tenetur ad rem, quàm non præſtat: obligatus eſt ad intereſſe quantiplurimi.

SVMMARIVM.

1 *Promittens tenetur memoria cõſeruare promiſſa,*
2 *Tempus appoſitum interpellat.*
3 *Debitor magis conſtituitur in mora à tempore, quàm ab interpellatione.*
4 *Debitor tenetur accedere ad domum creditoris pro ſolutione, ſeu conſignatione facienda.*
5 *Iuramentum conſtituit in mora abſque interpellatione.*
6 *Intereſſe quantiplurimi quomodo probandum.*
7 *Pretium quantiplurimi attenditur, etiam ſi res in illo pretio per paucum tempus duraſſet.*
8 *In alternatiuis electio eſt debitoris, qui poteſt variare, & quando.*
9 *Petens vnum in alternatiuis non obtinet, & tenetur ad impenſas.*
10 *Moroſus in eligendo, amittit electionem.*
11 *Debitor in culpa priuatur facultate eligendi.*
12 *Creditore non adimplente debitor non eſt in mora.*
13 *Vna mora extinguit alteram, & qua, & quando num. 17.*
14 *Ordo rerum faciendarum in contractu appoſitus eſt obſeruandus.*
15 *Per depoſitum conditionale non liberatur deponens de debito paro.*
16 *Hinc inde mora exiſtente, quæ ſit attendenda.*
18 *Frumentum poſt triennium præſumitur conſumptum.*

QVOD Spinuli tenerentur Grimaldo
actori ad frumẽtum petitum cum pre-
tio quantiplurimi, prout eos condem-
nauimus, non fuit dubitandum, cum
illud tradere, ſiue conſignare teneren-
tur iam duobus annis elapſis, vel circa,
vt de eorum obligatione conſtabat publico docu-
mento, de quo in actis. Quo caſu fuerunt in mora con
ſtituti per lapſum temporis certi, ſiue termini appo-
ſiti, vt diximus in dicto inſtrumento, & hoc etiam
1 abſque aliqua interpellatione, cùm ipſi ea, † quæ
promiſerant in memoria ſua conſeruare tenerentur,
non ab aliis manifeſtari, vt inquit Imperator, in l.
magnam, C. de contrahenda & committenda ſtipu-
latione, & idem probat textus in l. ſecunda. C. de
iure

iure emphyt.in illis verbis, etiam ſi nõ fuerit inquietatus,cum neminem oportet conuentionem, vel admonitionem expectare,ſed vltrò ſeſe offerre, & debitum ſpontanea voluntate perſoluere,& Gloſ.ibi in verſ.cautum eſt,exponit,vt in d.l.magnam,ac in aliis
2 legibus,de quibus in d. Gloſ. quia tunc † tempus appoſitum in obligatione interpellat pro homine, Gl. & Doct.in d.l.magnam,& in l.traiectitię.ff.de actio. & oblig.& probat tex.ad literam,in c.potuit in fi.extra loca.Doct. in l.vinum. ff. ſi cer. pet. vbi in ſpecie poſt alios Iaſ.num.9.Gl.&.Doc.in l.ſi mora. ff.ſolut. matr.& in l.ſi ex legati cauſa,& in l.quoties in diẽ. ff.
3 de verb.oblig.imò † tempus appoſitum in contractu cenſetur efficaciùs ad conſtituendum in mora, quam expreſſa interpellatio hominis, Iaſ. in d.l. ſi ex legati cauſa num.12. quæ ſanè concluſio declaratur præſertim procedere quando debitor, & creditor ſunt eiuſdem fori,vt in noſtro caſu, aliàs ſecus:quia tunc reus
4 † d.tempore debet accedere pro conſignatione, ſiue ſolutione ad domum creditoris, ne conſtituatur in mora,Gloſ.Bar.in l.item illa in prin.col. 2.& 3.vbi & Alber.Bal.Ang.Sali.& Caſtr.ff. de conſtit. pecu. Iaſ. in d.l. ſi ex legati cauſa,num. 14.in 5.fallentia, & hoc multò magis procedere in noſtro caſu firmãdum eſt, cum Spinuli promiſerint conſignare tale frumentum Grimaldo expreſsè in hac ciuitate,& certo tempore, vt diximus, iam elapſo per multos menſes, & talem promiſſionem fecerint cum iuramento, quod opera-
5 tur,† vt ſine alia interpellatione,ſi promiſſionem non adimpleuerint ſtatuto tempore,conſtituantur in mora,Doct.in l.qui te.ff.ſi cer.pet.Cur.Iun.conſ.74.col. 4.cum aliis,de quibus per Aymo. Crau. conſ. 64. nu. 2.Vnde cum Spinuli fuerint moroſi, eos teneri actori vltra frumentum,de quo in petitione, ad intereſſe quanti plurimi petitum à tempore moræ citra vſque ad ſententiam iure merito credidimus, l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem.ff.de actio.empt. & in l. in hac, ff.de conditione triticaria,vbi Gloſ.& Doct. per illũ tex.Bart.in d.l.vinum,col.3. vbi & cæteri Doct. & in ſpecie poſt alios Cagnol.ſub num.35.verſ.notandum primò,quia tantum interſit Grimaldi, ſi dictum frumentum habuiſſet tempore ſtatuto,vt in terminis, & in ſpecie quæſtionis noſtræ frumẽtariæ inquit Afflic. deciſ.316.in princ.& quæ concluſio maximè procedit in præſenti caſu,cum fuerit optimè probatum per plures teſtes ab ipſo actore productos frumẽtum valuiſſe in hac ciuitate,in qua (vt diximus) conſignan-
6 dum erat, communi pretio publicè, † & in locis, in quibus frumenta venduntur per menſem Aprilis anni proximè præteriti,ac per aliquos dies menſis Maij libras N. vt aliqui ex dictis teſtibus actoris deponunt, & quòd ſi Grimaldus agens dicto tempore frumentum habuiſſet, quod illud ad tale pretium vendere potuiſſet, & ſic probauit eius intereſſe, iuxt.not. per Afflic.in d.deciſ.316.num.5.vſque ad fin.& quod in-
7 tereſſe † vt ſuprà probatum, ſecundùm valorem frumenti, etiamſi modico tempore duraſſet, vel fuiſſet tempore careſtiæ eſſe attendendum contra moroſum dixit Alexand.doctor veritatis in l.pretia rerum, col. fin. ff. ad leg. falcid. & cuius opinio in hoc eſt magis recepta,vt per Cagnol.in d.l.vinum,nu.36. Nec obſtare putauimus illa obiecta, quæ ad fauorem Spinulorum adducebantur.Et primò,dum dicebatur actorem minus rectè eius petitionem formaſſe, petendo ſimpliciter frumentum,cum eorum obligatio non eſſet ſimpliciter facta de conſignando tale frumentum, ſed alternatiuè de eo conſignando, vel de ſoluendo libras,N.pro ſingula mina in electione tamen Spinulorum,vt expreſsè in dicto inſtrumento legitur,quod idem fuiſſet de iure communi regulariter, quamuis de tali eorum electione non fuiſſet adiectum, cùm
8 † in alternatiuis electio ſit debitoris,c.in alternatiuis de reg. iur.in 6.maximè in contractibus,l plerunque in fi. ff.de iur.dot.l.ſi in empt.§.pen.ff.de contrahen. emp. l.quod autẽ.§.ſi maritus.ff.de donat.inter vir.& vxo.Gl.Bar.& alij Doc.in l. Lucio,de leg. 2. adeo vt liceat ei quamcunque variare in eo,quod præſtaturus eſt,l.eum,qui certarum.§.fi.ff. de verb. obl. imò plus quandoque etiam poſt ſententiam, & in eius executione,vt dicit Gloſ.in d.§.fi.vbi & Bart. & in l.ſi quis ſtipulatus, col.1.ff de ſolut. Iaſ.in §.curare, verſ.huic autem, num. 9. inſtit.de actio.quo ſtante alternatiuè libellus eſſet concipiendus non in ſpecie ad frumen-
9 tum: † quia hoc modo petendo electio eſſet actoris, non autem debitoris, & libellus debebat concipi alternatiuè,prout erat obligatio,Bar.in l. vbi autẽ non apparet.§.illud aut illud, de verb.oblig. cuius opinio eſt communis teſte Alex.in d.§.illud in prin. imò tũc dicatur plus petere cauſa eripiendi electionem debitori,& eius conditionem deteriorem faciendi,& ſuã meliorem in eo caſu contra ius. §. huic autem inſtit. de actio. vbi hoc not. Ang. & Iaſ. amplius inferentes per illum tex.iuncto.§.ſequenti,eo caſu actorem petendo vnum tantum non alternatiuè incidere in pœnam ſoluendi triplum expenſarum per ipſum reum in tali iudicio factarum: Quia huic oppoſitioni reſpon-
10 detur, quòd cum Spinuli fuerint † moroſi tam in eligendo,quàm in ſoluendo tempore debito, talem eorum electionem amiſerunt,Glo.in c.inter cæteras de reſcrip.per tex.in l.mancipiorum.ff.de optio.lega cũ aliis iuribus de quibus per Gl.in dic.c. inter cæteras, vbi & Rip.num.72.maximè cum, vt diximus, fuerit appoſitum tempus, nec res ſit amplius integra poſt ius quæſitum actori propter eius intereſſe, Gl. in d. l. mancipiorum, & d.l.eum,qui certarum.§.fi.Vnde cũ
11 fuerit in mora,& ſic in culpa, † priuatur facultate eligendi,& transfertur in creditorem,Bar. in l. ſtichum in prin. col. 2. ff. de ſolutio. tamen etiam ſtante iuramẽto,propter cuius in obſeruantiã ceciderunt rei ab omni commodo cõtractus, & ſic à ſupradicta eorum electione,l.ſi quis maior.C.de tranſac.Præterea conſiderauimus ipſam obligationem factam per Spinulos cum Grimaldo, de qua in dicto inſtrumento minimè fuiſſe,nec eſſe alternatiuam, ſed ſimplicem, vt videri poteſt,de ſoluendo actori libras,N.pro pretio minarum,N.frumenti,&de conſignando eidẽ minas, N. pro complemento totius eorum debiti in hac ciuitate in tribus annis futuris omnibus expenſis reorum excepta gabella pro introitu grani, quam actor promiſit ſoluere: verùm illa obligatio, quæ fuit facta per eoſdem reos cum Illuſtriſſimo Domino Plumbini,de qua in eodem inſtrumento eſt illa,quę eſt alternatiua,non iſta Grimaldi,de qua agitur,& certè ſi tota ſeries dicti inſtrumenti rectè inſpiciatur, legatúrque,& per legatur conſtabit hanc eſſe meram,& puram veritatem. ¶ Minus obſtat, quod fuit dictum actorem non poſſe obtinere frumentum petitum,
12 † cum non adimpleuerit prius pro parte ſua non ſoluendo gabellam, quam vt diximus ex conuentione ſolus tenebatur,nec illam obtulerit,l.Iulianus. §. offerri.ff.de actio.emp.& fruſtra petat debitũ,qui quod debet non impẽdit,c.fruſtra de reg.iur.in ſexto Caſt. in d.§. offerri in pr. & quòd neque rei fuerint in aliqua mora propter dictam conſignationem frumenti

ab eis in tempore debito non factam, cum ipſe actor teneretur prius ſoluere dictam gabellã ex natura rei conſignandæ: quia vt notiſſimum eſt, frumentum non poteſt deduci in hac ciuitate, niſi prius ſoluatur gabella: quo caſu cum illa nunquam fuerit per actorem ſoluta, ex hac ratione ſatis iuſta, vt aſſerebatur, rei eſſent ab eorum mora excuſandi. l. ſciendum. ff. de vſur. & ſucceſſiuè eos non teneri ad intereſſe quanti plurimi, cùm illud, vt diximus, veniat ratione moræ, addebatur etiam alia ratio, quia cũ actor fuiſſet interpellatus in præſenti iudicio à reis, & in depoſito per eos facto huius frumenti petiti pro eo conſignãdo actori, quod deberet ſoluere dictam gabellam, & tamẽ hucuſque non fuit ſoluta, nec frumentũ recipere curauit, & ſic tam ante cõſignationem, ſiue depoſitum, quàm poſt ſemper fuerit in mora ſoluendi dictam gabellam, ac poſt depoſitum recipiendi frumentum mora creditoris debeat compenſari cum mora debitoris, c. impari, vbi Dyn. de reg. iur. in ſexto, vt † neuter eo-
13 rum dicatur in mora, Caſtren. in l. ſi per emptorem, ff. de actio. empt. in prin. & vnà alteram extinguat, ſiue eius effectum, l. arbiter ſi Calendis, ff. de arbitris, & in terminis per Bologni. in eius additionibus ad conſilia Ioann. de Ann. conſil. 5. num. 8. & vltima mora, quæ fuit illa creditoris, attendatur, dicta lege ſi per emptorem. §. primo, & lege illud, ff. de periculo, & commodo rei vend. quia his omnibus reſpondetur, & quo ad id, quòd dicebatur frumentum non potuiſſe peti, quia prius non adimpleuiſſet pro parte ſua ſoluendo gabellam, huiuſmodi exceptionem nũquam fuiſſe oppoſitam, niſi poſtquam proceſſus fuerat completus, & iam emanauerant plura præcepta ad ſententiam, ideo talis exceptio non fuit per nos attendẽda, quin actor potuerit obtinere maximè habendo rationem in ſententia noſtra, prout pronuntiauimus de d. gabella compenſanda cum credito actoris, prout etiam actor obtulerat in ſua reſponſione facta dictæ exceptioni, vel de ea ſoluenda in reali conſignatione dicti frumenti, vt per Caſtren. in dicto §. offerri, numer. 6. Soc. conſil. 208. columna fin. vol. ſecundo cum alijs, quæ plenè cumulat And. ab Exea. in ſuo libro pactorum numer. 432. vbi atteſtatur de communi, & ex qua oblatione quo ad petitionem frumenti huiuſmodi difficultas penitus tollitur. Secundò reſpondetur & melius, quòd dicta gabella non erat ſoluenda per Grimaldum, niſi præcedente prius ipſa conſignatione frumẽti in hac ciuitate, & ad eius domum, vt diximus ipſi facienda per reos, vt ex ordine obligationis, & promiſſionis contrahentium, ex dicto inſtrumento oculata fide inſpici poteſt, & cùm illud tenerentur conducere, & conſignare in ciuitate iuxta eorum promiſſionem, tenebantur etiam ſoluere gabellam pro eo conducendo, & tale onus cenſetur iniunctum eorum obligationi, cùm tale frumentum dicatur eorum vſquequo illud conſignauerint, ſed facta conſignatione poterant repetere ab actore talem expenſam gabellæ, quam tunc actor ſoluere tenebatur, vt per Bald. in l. acceptam. quæſt. 15. C. de vſur. vbi & Salyc. num. 11. Socin. conſil. 247. col. 1. & 2. volum. ſecundo, Iaſ. in l. 2. num. 97. C. de iur. emphyt. & ſicut de vecturali ponit Bald. in l. fi. C. commod. & ſic cum prius tenerentur rei conſignare frumentum, & poſtea
14 immediatè actorẽ ſoluere gabellam, talis ordo † erat per contrahentes ſeruandus vt ſaltem tenerentur rei ſtatuto tempore obligationis facere oblationem cõſignandi frumentum actori, aliàs non excuſatur à mora, ita in ſimili quæſtione per ſupradictas rationes cõſiderat Soc. conſil. vlt. col. fin. verſ. non obſtat, quod ſecundo vol. 3. Ruyn. conſ. 46. num. 8. 9. vol. 5. ex quibus tollitur contrarium d. §. offerri, ac illud quòd non ſint excuſandi ab eorum mora, quia ipſis non fuerit ſoluta prius dicta gabella, vt per Socin & Ruyn. in locis, de quibus ſupra. ¶ Non obſtat vltima ratio, quòd actor interpellatus nõ ſoluerit dictam gabellam poſt depoſitum factum, nec curauerit recipere frumentum: quia reſpondetur, quòd cum rei tenerentur deponere frumentum, ac pretium quanti plurimi propter eorum moram, vel ſaltem facere oblationem de intereſſe quanti plurimi, vt per Gloſ. Bart. Alber. Bal. & Salyc. vbi melius ac Caſtrenſ. num. 9. & 13. in d. l. item illa, in prin. & eſt communis opinio teſte Alex. in l. ſi inſulam, num. 9. de verbo. obligat. vt ſe purgarent ab eorum mora per eos iam commiſſa, tenerenturque ad domum actoris frumentum deferre, etiam ſi fuiſſent in eo caſu diuerſi fori, vt dicunt Bart. Bald. & Salyc. in loco, de quo ſupra: Vnde cùm nec detulerint ad domum creditoris, nec obtulerint intereſſe quanti plurimi, ſed ſemper negauerint eos ad illud teneri, non potuerunt eorum moram purgare, & actor
15 dicitur iuſta de cauſa motus † non recipere tale depoſitum, vltrà quòd fuit conditionale, non autem purũ, nec tunc liberatur deponens, Bal. in d. l. acceptam, nu. 14. vbi & Salyc. & tunc dicitur nullum, Iaſ. cõſ. 9. col. fi. verſ. 5. vol. 1. tum quia non fuit portatũ ad domum actoris, prout deferre tenebantur, Calca. conſ. 14. in fi & ſic eſt ac ſi non fuiſſet factum, l. ſi ſoluturus, vbi Bar. & cæteri ſcrib. ff. de ſolut. nec ipſe depoſitarius teneretur illud conſignare, niſi eo modo, quo apud eũ fuerat depoſitum, l. 1. §. ſi cum veniat, §. eleganter, ff. depoſ. Ex quibus ſine dubio firmandum eſt ipſum actorem de eo, quod non receperit, non fuiſſe conſtitutum in aliqua mora, imò plus cùm appareat ex proceſſu in quadam actoris ſcriptura ipſum ſe obtuliſſe dictum frumentum depoſitum accipere, cum reſeruatione, tamen eius intereſſe quanti plurimi, & nihilominus nũquam fuerit relaxatum, & poſtea etiam in alia eiuſdem ſcriptura ſe obtulerit ſoluturum expenſam dictæ gabellæ in reali, & effectuali conſignatione dicti frumenti ipſi facienda, vel illam compenſare cum dicto intereſſe quanti plurimi, ex quibus
16 etiã tollitur vltima ratio: ſed dato, quòd actor † fuiſſet in aliqua mora, dicitur primam moram reorum attendenda eſſe, non poſt errorem actoris, vt in terminis, per Dec. conſ. 452. colum. 2. ſub num. 10. verſ. præterea, & ſecundò vbi plura adducit, quòd præſertim debet procedere in caſu noſtro, cum mora actoris fuerit circa modicum, & ex ea nullum damnum inferatur reis, ſecus ex eorum mora actori, & quia de iure ex mora actoris non debet inferri damnum reo, non autem lucrum, vt eſſet in caſu noſtro, ſi rei liberarentur à dicto intereſſe quanti plurimi, Bart. in l. 1. §. in hac, colum. fin. num. 15. ff. commoda. & quando mora eſt commiſſa pro re modica, vel modici temporis facilius admittatur eius purgatio, ſecus autem ſi non ſunt æquales, Rip. in d. l. ſi inſulam, nume. 77.
17 & ſub num. 93. Vnde cum in caſu noſtro moræ † non ſint æquales, nec circa idem vna alteram extinguit, nec dicitur mutua compenſatio, ſecus ſi eſſent pares, & circa idem, & ita procedant contraria: vltrà quòd actor reſpectu moræ ſolutionis gabellæ alia ratione eſſet excuſandus, videlicet propter incertitudinem, ſeu eius illiquidationem, cùm à reis nunquam fuerit ipſe actor certificatus, quid deberet ſoluere, & gabellæ multoties temporibus mutantur, Bald. in d. l. accepta,

pta,in 6.oppoſitione, Alex conſil.49.ſub nu.3.vol.2. Afflic.deciſ.205. ¶ Nec etiam obſtat,quod fuit dictũ intereſſe quanti plurimi huius frumenti de hoc anno
8 non poſſe peti,cùm † frumentum poſt triẽnium præſumatur conſumptum, quo caſu intereſſe dicti anni non debeatur,vt per Bolìgni.poſt Io. de Anania in d. conſ.5. & ante eum hoc tenuit Bart. licèt eum nõ adducat in l. diuortio. §. ob donationes in fin. ff. ſolut. mat. Ang.in §.ſi quis à non domino,col.fin. inſtit. de rerum diuiſione, vbi dicit hoc notandum perpetuò in practica pro materia d.l.vinum refert, & ſequitur Curt.ſen.conſ.71.num.9.quod & dixit Soc.conſ.82. num.27.vol.4.Nam reſpondetur, quòd ſi inſtrumẽtum,& obligatio Spinulorum rectè conſideratur, nõ eſſe verum,quod iam tempore petitionis actoris eſſet elapſum triennium huius vltimi triennij, qui petitur, & ſic eius æſtimatio propter moram reorum potuit creſcere.Et ita ceſſant contraria.

DECISIO CXLV.

Actore non probante reus abſoluendus erit, duntaxat ab obſeruatione iudicij, ſi eſt abſens.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ magnæ,vel paruæ quæ dicantur.*
2 *Reus abſoluendus eſt actore non probante,etiam ſi ipſe nihil præſtet.*
3 *Diffinitiuè abſoluendus quando ſit reus actore non probante.*
4 *Non eſſe,& inutiliter eſſe paria ſunt.*

CAVSA vertens inter Chriſtophorũ, & Ioannem Franciſcum Spinulos ex vna, & Iacobum Coſtam curatorem datum Lucę Iuſtiniano abſenti ex altera licèt magna cenſeatur: (agitur enim de ſcutis centum triginta vno millibus ſeptingentis octuaginta vno in vna,& de ſcutis quatuordecim millibus quingentis quinquaginta quinque in
1 alia) quæ ſummæ † non ſolùm inter ciues priuatos, ſed etiam inter diuites Reges magnam cauſam redderent, vel arbitrio cuiuſuis iudicis, cui relinquitur, quæ cauſa magna, vel parua dicatur, ſecundùm crebriorem Doctorum ſententiam,vt tradit Iacob. Menoch.de arbit.iudic.lib.2. centur. 1. caſu 2. breui tamen indiget deciſione,cùm tota pendeat à probationibus,quæ plenè factæ per epiſtolas,& literas cambij ipſius Lucæ,& per contentas diuerſorum mercatorũ, ex parte dictorum actorum reſpectu maioris ſummæ efficiunt,vt locus ſit reg.illi quòd actore plenè,ac legitimè probante id,quod eſt fundamentum ſuæ intẽtionis,reus condemnatur,& iuris remediis ad ſolutionem vrgetur,l.negantes.C.de actio,& oblig.l. vnica. C.de prohib.ſequeſt.l.fin.C.de execut.rei.iud. tradit Soc.Iun.conſ.146.num.5.lib.1.Neuiz.conſ.16.num. 10.& non factæ, nec attentatæ ab ipſis actoribus reſpectu minoris ſummæ perſuadent,vt locus ſit conce-
2 dendus reg.illi primæ contrariæ, † quòd actore non probante plenè,ac legitimè id,quod eſt fundamẽtum ſuæ intentionis,reus etiam ſi nihil præſtiterit,abſolui debet,l.qui accuſare,C.de eden l.actor,quod aſſeuerat.C.de probat.l.ei,qui dicit.ff.eod tit. tradit Riminal.conſ.99.nu.67. Rol.à Val.conſ.60.num.13.lib.5. ¶ Veruntamen hoc loco parum fuit immoratum, co-
3 gitando † vtrum diffinitiuè, an ab obſeruatione præſentis iudicij reus eſſet abſoluendus, & prima quidẽ fronte viſum fuit,reum ipſum diffinitiuè eſſe abſoluẽdum cum regula 2.loco relata intelligatur,de abſolutoria diffinitiuè ferenda,vt inquit Alex.conſ.117.n.1. & conſ.127.nu.1.lib.7.tamen vlterius animaduertentes communi voto cenſuimus reum ipſum abſoluendum eſſe ab obſeruatione præſentis iudicij, ea quippe ratione ducti, quòd reus ipſe tempore huius iudicij fuerit abſens, ob cuius abſentiam minus imputãdum ſit actoribus, ſi non probauerunt in termino ipſis per ſtatutum aſſignato ad probandum: quia ſi reus ipſe fuiſſet præſens, fortè confeſſus fuiſſet petitionẽ actorum in omnibus continere veritatem: Hoc etenim modo per hanc rationem limitat recitatam ſecundo loco regulam Inno.in c.prout nobis, poſt num.3. de dolo & contum. quem ſequitur Bal. in ſua Margarita ad Innocentium in ver.actor verſ.actor ſi dato,&c.& Ioan.Bapt.Cacialup.in l.admonendi,nu.47.ff.de iur. iur.vbi dicit doctrinam Innocentij tanquam ſingularem,ac memoriæ cõmẽdandam, quicquid de illius veritate dubitauerit Hyp.de Mar. ſing.169. nota eſt regula, &c. ¶ Neque refragatur,quòd curator datus Lucæ nõ eſſet abſens, quia cum iure municipali Genuenſium,lib.1.c.2.verſ.& quia multæ fraudes,& lib. 4.capit.23. cautum fuerit curatoris generalis confeſſionem nullum parere poſſe præiudiciũ perſonæ, cui datus fuerit, & factam haberi pro non facta in ipſius curatoris præſentia,qui validè confiteri non poterat,
4 nulla vis eſt facienda quandoquidem † non eſſe,& eſſe,ſed inutiliter eſſe paria in iure cenſeantur,ca. inter corporalia,vbi Abb.de tranſ. l. Epiſc. l. quoties, vbi Iaſ.ff.qui ſatiſd.cogan.tradit Iodoc.Damhond.in enchiridio parium,aut ſimilium iuris in verſ.eſſe inutiliter. Ex quibus, &c.

DECISIO CXLVI.

Literæ cambij ſcriptæ alicui probant contra ſcribentem ad fauorem tertij, cui ſoluendum erat cambium.

SVMMARIVM.

1 *Subſcribens præiudicat ſibi, ac ſi ſcripſiſſet, & num.3.*
2 *Subſcriptio teſtium de ſubſcriptione probat concurrentibus adminiculis.*
4 *Reus in exceptionibus eſt actor.*
5 *Decretum de exigendo cambio, vel proteſtando intra quindecim dies non procedit in eo, qui proprium cambium exigere debet.*
6 *Scripturæ priuatæ non probant contra tertium.*
7 *Acta faciunt contenta notoria.*

IOANNES Auguſtinus Mainetus cùm vendidiſſet ſmerilia, ſeu tormenta ænea Emanueli Gudutio aſperis, N. nouis Othomanicis,& eam pecuniæ quantitatem Antonio Proulio in Pera commorãti ſolui cuperet habuit literas cambij à dicto Emanuele

nuele ad dictum Antooium eidem mandante, vt ſibi-
ipſi dictos aſperos pro pretio ſupraſcriptorum ſme-
riliorum ſolueret, & prout latiùs in literis exhibitis
conſtat, verùm quia dictus Antonius iuxta literas il-
las noluit ſoluere dato hæreditati iacenti dicti quon-
dam Emanuelis curatore, petiit euodem curatorem
dicto nomine, & eius perſona mediante bona dicti
quoodam Emanuelis condemnari ad ſoluendum, &
ſatisfaciendum ſibi agenti dictam ſummam vnà cum
damnis, expenſis, & intereſſe, & quia actor intentionẽ
ſuam probauit, ideo condemnatus fuit dictus curator
ad ſolutionem dictorum aſperorum iuxta petita, l.
quinquaginta. ff. de probat. l. negantes. C. de actio. &
oblig. Nam probauit ſe eſſe creditorem Emanuelis
de dicta quantitate aſperorum ex literis ipſiuſmet
Manuelis, quæ cum fuerint probatæ eſſe manu Ema-
nuelis ſcriptæ, contra ipſum ſcribentem probant, l.
Publia. ff. depoſit. & ibi Bar. Soc. conſ. 162. vol. 2. 5. ſi
quis igitur, auth. de inſtr. cautel. & fid. probauit, & re-
cuſationem dicti Antonij, qui cambium in literis cõ-
1 tentum ſoluere recuſauit ex ſubſcriptione † eiſdem
literis factis ab eodẽ Antonio, quam ſubſcriptionem
à dicto Antonio fuiſſe manu ſua ſcriptã teſtes in pro-
ceſſu examinati depoſuere, pro quo facit text. in c. in
omni ex. de teſtibus, c. licet ex quadam, eod. tit. Alex.
conſ. 72. vol. 1. Afflic. deciſ. Neap. 337. 375. cui ſubſcri-
2 ptioni adſunt tres teſtes ſubſcripti, † qui in eorum
ſubſcriptionibus atteſtantur eam ſubſcriptionem eſſe
manu dicti Antonij, quarum atteſtationum prædicta-
rum licèt nulla ratio habenda videatur, vt probeor,
cum teſtes illi non iurati id affirment, pro quo facit c.
nuper nobis de teſtibus. 5. nulli verò iudicium, Auth.
de ſanctis Epiſcop. Socin in reg. 425. tamẽ veritatem
ita ſeſe habuiſſe indicant, in his maximè atteſtationi-
bus teſtium in præſenti iudicio ſupradictis examina-
torum, facit l. inſtrumenta. C. de probat. Barb. conſil.
27. ſcrip. vol. 1. Caſtr. conſ. 82. viſis his. Et quia literæ
dicti Emanuelis ſcriptæ die, N. dicunt aſperos eſſe
pro valore ſmeriliorum æris habitorum à Perto Iu-
ſtiniano, & Ioãne Auguſtino prędicto exhibuit actor
declarationem factam vſque anno, N. à dicto Petro
declarante commodum, & incommodum dictæ par-
titæ aſperorum, N. ſpectare in rotum ad Ioãnem Au-
guſtinum, cui etiam ceſſit iura ſua, prout in dicta de-
claratione continetur: quæ quidem declaratio proba-
3 ta fuit eſſe ſubſcripta à dicto Petro, & eundem † effe-
ctum facit, ac ſi tota eſſet eiuſdem Petri manu ſcri-
pta, Alex. in conſ. 146. vol. 2. cum multis ab eo alle-
gatis, Dec. in Auth. ſi quis in aliquo documento. C.
de eden. ¶ Neque exceptionum à reo oppoſitarum
ratio habita fuit: quia earum probatio nulla cõclu-
4 dens à reo facta fuit, cum reus in † exceptionibus par-
tes actoris ſubſtineat, l. in exceptionib. ff. de probar. l.
1. & 2. ff. de except. & ſicuti actore non probante io-
tentionem ſuam reus abſoluitur, l. qui accuſare de
eden. Alex. conſ. 83. volum. 6. c. cùm Eccleſia, extra de
cauſ. poſſ. propriet. ita eo non probante exceptiones
ſuas, quæ pro defenſione ſua erant probandæ, earum
nulla habetur ratio: iis addebatur, quia quando ſcri-
bens literas dicto Antonio eidem mandat, vt ſoluat
pro Ioanne Auguſtino ſibiipſi tot aſperos eidem Ioã-
ni Auguſtino debitos ex cauſa, de qua ſuprà, & d. An-
tonius recuſat ſoluere, ſcribẽs tenetur reſtituere Ioã-
ni Auguſtino eorundem aſperorum quantitatem de-
bitam, l. ſi filiusfamilias abſente, & ibi Sali. ff. ad Ma-
ced. Bald in conſ. 190. Sempronius Manfred. col. fin.
vol. 20. ¶ Non obſtat decretum Sereniſ. Dom. factũ
anno, N. à reo exhibitum: quia loquitur in tertia per-
ſona accipiente curam exigendi cambium in literis
contentum, quod ex eo comprobatur: quia talis per-
5 ſona, ſi intra triginta † dies non exegerit, ꝙ teneatur
tam verſus eum, cui cambium deberetur, quàm verſus
eum, qui literas cãbij ſcripſiſſet de ſuo intereſſe: quæ
verba cùm non conueniant perſonæ Ioannis Augu-
ſtini, in eo locum habere non poſſunt, l. ita autem. ff.
de admi tut, Caſt. cõnſ. 4. de iur. communi, Dec. conſ.
6 356. in cauſa. ¶ Nõ obſtant alia exhibita à reo, † quia
ſunt ſcripturæ priuatæ, neque ab ipſo reo verificatæ,
quæ etiam ſi verificatæ fuiſſent, tamen contra Ioan-
nem Auguſtinum vti tertium non probarent, Gloſ. &
Bartol. in l. ſcripturas. C. qui potio. in pig. hab. c. alteri
de reg. iur. in 6. Anch. conſ. 28. rationes inductæ Abb.
in c. 2. de fid. inſtr. Neque ad tranſumptum literarum
exhibitarum faciendum citatus fuit Ioannes Augu-
ſtinus, qui tamẽ citari debuerat, & ideo illi nulla præ-
ſtatur in iudicio fides, c. 1. extra de fid. inſtr. ca. fi. eod.
tit. & ibi not. Iaſ. & alij in Auth. ſi quis in aliquo do-
cumento. C. de eden. Neque conſtat librum, ſeu par-
titas fuiſſe ſcriptas à ſcriba nauis, neque de mandato
dicti Antonij, quæ partitæ nullam etiam fidẽ facerent
contra Ioannem Auguſtioum, quando ſcriba nauis,
ſcripſiſſet, quia ſunt cancellatæ. ¶ Nec obſtat, quod
7 de curatore minus legitimè dato dicitur: quia † ex
actis dictæ curæ, quę notorium, & manifeſtum faciũt,
c. fin. extra de cohabit. cler. Alex. conſ. 76. volum. ſe-
cundo, Abb. cõſ. 44. Alexand. l. ita ſtipulatus de verb.
obligat. Nam contrarium apparet, quia datus fuit cu-
rator iuxta formam ſtatuti de curatoribus generalib.
verſ. ſemper tamen, & verſ. ſin autem talis.

DECISIO CXLVII.

Obſeruans mandatum ſecundum formã conſuetam adimplet, & non obſeruans tenetur ad intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Verba prolata in reconuentione probant contra reconuenientem.*

2 *Mandatum poteſt per æquipollens adimpleri.*

3 *Mandatum adimpleri debet ſecundùm veroſimilem mentem mandantis.*

4 *Recipiens literas abſque contradictione videtur tacitè approbare.*

5 *Paria ſunt verbo vel facto approbare.*

6 *Ratihabitio æquiparatur mandato.*

7 *Argumentum ab obſeruantia ſubſecuta ad mentem præcedentem valet.*

8 *Argumentum à communiter accidentibus valet.*

9 *Factum poſt mandatum cenſetur factum in eius executione.*

10 *Mandatarius non exequens tenetur ad intereſſe.*

INTENTIO Hieronymi Grimaldi hæredis Stephani patrui ſui petentis à Stephano Centuriono ſcutos, N. aliàs per reum receptos à prædicto Stephano Grimaldo, ad effectum acquirendi tantam, vt appellant, plateam in regio portico Lugduni iuſtificari videtur ex eo,

1 ex eo,quòd ex aſſertione facta † in reconuentione per
reum facta,& ex verbis in ea prolatis, quæ contra ip-
ſum probant,l.cum pretium.C.de liber. cau. apparet
agentem eſſe hæredem ſui patrui, & ſucceſſiuè cõpe-
tunt ei omnes actiones,quæ Stephano competebant,
l.nihil eſt hæreditas.ff.de verb.ſig. l. 1. & 2.C. de hę-
red. actio. Vnde cum ex literis ipſius rei recognitis,
& ſucceſſiuè contra eum probantibus ad trad.in l.Pu-
blia.§. fin. ff. depoſ.& in l.admonendi.ff. de iur. iur.
conſtet de receptione pecuniarum cauſa faciendi illã
acquiſitionem, & non doceatur de aliqua acquiſitio-
ne facta pro ipſo mandante,& pecunias dante, (vt ſu-
prà)dicendum eſt cõpetiiſſe ipſi, & nunc hæredi eius
competere conditionem ob cauſam cauſa non ſequu-
ta,l.ſi hæredes,& l.ſi ſeruum.§.item, ſi dederis. ff.de
cond. ob cau. nec non videtur eis competere actio
mandat.l.ad comparandas.C.mand. ¶ Nec videtur
releuare reum conuentum acquiſitio facta ſub nomi-
ne ſuo quaſi non eſſet neceſſaria, ꝙ ñeret ſub nomine
ipſius mandantis,cùm idem reſultaret effectus,&mã-
2 datum † poſſit per æquipollens impleri,l. fin.§.fin.ff.
mand. quia imò forma mandati eſt diligenter ſeruan-
3 da.l. diligenter. ff. mand. & † ſecundum veroſimilem
mentis mandantis,Curt. ſun.conſ.19.Aym.cõſ.147.
& veroſimile ſit,quòd potius quis velit,vt acquiſitio
conſtet ſub nomine ſuo, quam nomine alieno, cum
ordinata charitas incipiat à ſeipſo,l.ſi præſes.ff.de ſer.
& aq.Ex quibus dubitari poterat contra reũ, vt iuxta
petita eſſet condemnandus. ¶ In contrarium fuit cõ-
ſideratum, quòd de mandato Grimaldi non appare-
bat per aliquas eius literas, vnde cognoſci non pote-
rat, an mandatum de acquiſitione facienda haberet
certam formã,ſed colligebatur tantum ex literis prę-
dicti Centurioni, ex quibus videbatur potius fuiſſe
mandatum fieri acquiſitionem ſub forma ab eo ſer-
uata, de qua cùm facta fuiſſet notitia ipſi Grimaldo,
non ſolùm videtur tacitè approbaſſe per receptionẽ
4 † literarum abſque contradictione ad trad.in l.filius-
familiàs.ff.ad Maced.& ad l. cum tabernam, §. idem
quæſiit. ff. de pign. ſed etiam expreſsè ſcribendo in
hæc verba,*il credito mio che hauete, è mi douete ſul Chri-
ſtianiſſimo*, ſi enim intellexiſſet creditum cantare ſub
nomine ipſius ſcribentis, vtique non verificarentur
verba, quòd Centurionus haberet illud, & deberet.
¶ Additur perceptio ipſorum fructuum,& beneficio-
rum per plures ferias, per quam videtur etiam indu-
cta approbatio negotij eo modo, quo fuerat geſtum,
5 & † paria ſunt facto, vel verbis aliquid approbare, l.
Paulus reſpondit,cum ſim.ff.rem rat.hab.vnde ſequi-
tur,quòd aut Centurionus exequutus eſt iuxta formã
mandati,& vlterius non tenetur,aut alio modo,quod
fuerit mandatum, & tunc cum de prædictis dederit
notitiam mandanti,& approbauerit tacitè, & expreſ-
6 sè,& † ratihabitio mandato æquiparetur,l.fi. ad Ma-
ced.cum ſim. non poteſt dici cauſam non eſſe ſecutã,
& eſſe locum reſponſioni. ¶ Accedit vltra prædicta,
quòd præſumendum eſt ita fuiſſe de mente partium,
7 & maximè ipſius mandantis, tum ex † obſeruantia
ſubſequuta, à qua valet argumẽtum,vt latè per Aym.
conſ.103.& conſ.158. tum etiã ex conſuetudine alio-
rum ita facientium,vt eſt in proceſſu probatum,cùm
mandatum recipiat interpretationem à ſolito more
aliorum,Iaſ.in l.caret conditio.§.quod ſi nummis,ff.
ſi cert.pet.Rom.conſ.44.Pariſ.conſ.155.lib.4. tum
ex eo, quod modus ſeruatus à mandatario erat magis
vtilis,& ex prædictis reſpectu exactionis beneficiorũ
in qualibet feria, in qua quolibet menſe opus fuiſſet
mittere nouum mandatum,quod in ſe laborem habe-
bat,faſtidium,ac impẽſam, ex hoc etiam inſurgit alia
præſumptio de mente d. acceptantis acquiſitionem
extare ſub nomine ipſius Centurioni, ex quo nõ trãſ-
mittebat mandatum ad exigenda beneficia: ſi enim
propoſuiſſet cantare ſub nomine ſuo ſine mãdato exi-
8 gere non potuiſſet à † communiter accidentibus, à
quibus valet argumentum,Gl.in l.neque natales, C.
de probat. ¶ Accedit, quòd etiam præſuppoſito mã-
dato,cùm appareat de acquiſitione facta poſt manda-
tum, etiam quòd non fuerit expreſsè factum ſub no-
9 mine mandantis, † tamen pro eo facta præſumitur,
Doct.in l.qui in aliena §.iuſſum.ff. de acquir. hæred.
& in l.poſt dotem.ff.ſolut.matr.Alc.in 22. præſump.
in 2.reg.de præſumpt. vnde ſequitur ꝙ impleto man-
dato procurator eſt liberatus, & omne damnum inde
contingens ſpectat ad mãdantem, non autẽ ad man-
datarium. Et ex his viſum eſt Rotæ pro maiori parte
reum conuentum non teneri ex quo mãdatum fuerat
impletum,vel ſecundum formam mandauit, vel caſu,
quo eſſet immutata,à parte probatam, & ſecundùm
formam conſuetam ab aliis,& vtilem, & expedientem
reſpectu exactionis beneficiorum. ¶ Verùm, quia
anno,&c. prædictus Grimaldus mandauit Centurio-
no, vt de dicto partito caperet aſſignationem ſuper
villa Rhodomagi, prout apparet per literas eiuſdem
Grimaldi acceptatas, & exhibitas in iudicio, & ſuc-
ceſſiuè obligantes ipſum,Bald.l.ſi per literas,C.mãd.
ac contra eum probantes, ca.cùm venerabilis de ex-
cept.cum ſim.& tamen non viſum fuit Rotæ per Cẽ-
turionum probatum eſſe, quod prædicta aſſignatio
10 facta fuerit,& † mandatarius non exequens mandatũ
teneatur ad intereſſe parti, d. l. ad comparandas cum
ſim.Rota illud condemnauit ad reſtituendum prædi-
cto actori valorem ſcutorum,N.ad modum quo dict.
ſcuti aliàs poſiti in magno partito valebant, ex quo
cùm eſſet ceſſatum reſpondere de fructibus, & bene-
ficiis,apparebat valorem eorum decreuiſſe, nec non
cum fructibus,& beneficiis, quæ ab illo tempore ci-
tra ſi aſſignatio facta fuiſſet,reddere potuiſſent, & li-
cèt fuiſſet creditum primum ipſius Grimaldi de ſcu-
tis,N.tamen apparebat,ꝙ de volũtate Grimaldi fue-
rat venditio facta pro ſcutis,N.& pretium habuerat,
vnde æquum non erat, quòd bis idem exigeretur, l.
bona fides.ff.depoſ. ¶ In cauſa verò reconuentionis,
cùm per literas ipſiuſmet Stephani Grimaldi appare-
ret de computo mercium habitarum ab ipſo Centu-
riono Rota condemnauit actorem, habita tamen ra-
tione, quod cùm in dicto computo eſſet poſitum ad
debitum Cẽturioni beneficium d. partiri Regij vnius
feriæ,de hoc nõ haberetur ratio,ex quo in cauſa con-
uentionis fuerat condemnatus ad dictos fructus, &
beneficia ne contingeret,quòd bis eos exigeret: fuit
etiam animaduerſum, quod creditum prædictum de-
ductum in reconuentione ſpectabat etiam ad Elianũ
Caluum: & ideo cùm pro dimidia ſolui ſpectaret ad
prædictum Centurionum; fuit Grimaldus condem-
natus ad dimidiam tantùm.

DECISIO CXLVIII.

Cum ex facti narratione conſtat de intentione
actoris, ſtante clauſula, & in præmiſſis ſibi
ius,& iuſtitiam miniſtrari,&c. ſaluatur peti-
tio,etiam ſi malè agatur.

SVMMARIVM.

1 *Reddita ratione male agitur ad eam reddendã.*
2 *Ratio quid ſit.*
3 *Liber non probat ad fauorem ſcribentis.*

CVM egiſſet Nicolaus Garibaldus
aduerſus Petrum Cattaneum ex cau-
ſa tertiæ partis aluminum vendito-
rum, ſeu proceſſus illorum, quã con-
ſtabat ad eundem Nicolaum vt ſo-
cium ſpectare, & de illius conſenſu in eundem reum
perueniſſe per inſtrumenta publ. exhibita, quæ dicũ-
tur facere probationem probatam, l. intereſt, vbi Bal.
C. de ſolut. Bal. in l. quoties. C. de iud. Duo obiiciebã-
1 tur, quod malè actum † fuerat vt redderetur ratio, quę
ſemel fuerat reddita per Ludouicum Alemanum vẽ-
ditorem, & ſocium in dictis aluminibus, & quòd ipſe
reus nihil adminiſtrauerat, ſed ſimpliciter partem ad
actorem ſpectantem ex dictis proceſſibus receperat,
2 cum † ratio ſit vltrò citroque dandi negotiatio, l. ſi
quis ex argentariis. §. rationem. ff. de eden. & ibi not.
Glo. Bald. Caſtr. & alij: item quòd ex libro ſocietatis
videbatur probari, quòd pretium integrũ aluminum
conſignatorum Ludouico fuerat ſolutum per ipſum,
cui libro videbatur ſtandum per not. in l. quædam. §.
numularios. ff. de eden. vbi Alex. & cæteri. Qua exce-
ptione facta videbatur ipſo iure induci compenſatio
per l. conſtat, cum ibi traditis. C. de compen. ¶ Con-
trarium tamen fuit deciſum: Nam cùm de debito cõ-
3 ſtaret ex inſtrumentis, nihil in fauorem rei † ex libro
producto argui poterat, qui aliam ſocietatem, & alia-
rum perſonarum reſpiciebat, & in ea parte non pote-
rat producentem iuuare, cum manu eiuſdem eſſet
conſcriptus per not. in d. §. numularios per Doct. &
quia ex ſupradictis inſtrumentis poſtmodũ confectis,
quibus ſtandum erat, clarè de credito actoris appare-
bat, & licèt videretur non bene actum ad reddendam
rationem, tamen cùm de intentione actoris in libello
conſtaret, & ex ipſius narratione, & adiecta fuiſſet
clauſula, & in præmiſſis ſibi ius, & iuſtitiam miniſtra-
ri, hoc minimè obſtare viſum eſt, quia reus cogeretur
per ſententiam quòd receperat actori reſtituere per
not. in c. 2. de ord. cog. vbi Abb. poſt Innoc. & Cald.
& per Feli. in c. examinata de iud. Alex. conſ. 38. in 3.
vol. Soc. conſ. 59. in 4. Et ita per Rotam attenta etiam
rei veritate, ad quam tenetur iuxta regulas habere in-
tuitum, fuit iudicatum.

DECISIO CXLIX.

Agens negotium alterius tenetur rationẽ red-
dere, nec dominium in dubium reuocare
poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Dominium, & poſſeſſio non probatur per inſtrumentum.*
2 *Clauſula conſtituti de per ſe non probat translationem dominij.*
3 *Patronus in terra dicitur procurator patroni in mari.*
4 *Liber probat contra ſcribentem.*
5 *Exercitor nauis non agit contra obligatum magiſtro, niſi facta ceſſione.*
6 *Contrahens cum magiſtro nauis habet etiã obligatum inſtitorem.*
7 *Valens participes obligare tenetur eis rationem reddere.*

IN alia cauſa inter eaſdem partes vertẽte,
in qua idem Nicolaus Garibaldus petie-
rat ſibi reddi rationem de naulis, & emo-
lumentis per ipſum Petrum Cattaneum
perceptis de naui, in qua actor particeps erat pro tri-
bus caratis: duo iſta maximã difficultatem facere vi-
debantur: Nam & actor negabatur probaſſe de domi-
1 nio ſuo in dicta naui, † cum per inſtrumenta nec do-
minium, nec poſſeſſio probetur, Ang. in l. officiũ. ff. de
2 rei vend. l. cùm res, vbi Gl. C. de prob. nec † conſtituti
clauſula ſufficiat ad probandam dominij translationẽ,
ſi conſtituens non probetur eſſe dominus, l. ꝙ in eo,
& ibi Doct. in pr. præſertim Alex. nu. 22. ff. de acquir.
poſſ. & dicebatur etiam actori nullã actionem com-
petere contra reum, ex quo eum conuenerat tãquam
3 † patronum in terra, qui aſſerebatur eſſe procurator
patroni in mari, & ideo illi tantum eſſe obligatus, nec
reo ipſi actionem dari ſine ceſſione poſſe per l. 1. & 2.
ff. de inſtit. actio. ¶ Sed tamen iſta non viſa ſunt ob-
ſtare, quin actori condemnaretur ad reddẽdam ratio-
nem pro rata participationis ſuę iuxta petita: cũ enim
de dominio hic principaliter non ageretur, & plura
etiam adminicula pro actore concurrerent, & pręſer-
tim quia idemmet reus in libris ſuis eum creditorem
4 in pluribus partitis fecerat: quibus libris † contra ip-
ſum ſcribentem ſtandum eſt, per not. in l. quædam. §.
numularios. ff. de eden. & latè per Doct. in l. admonẽ-
di, ff. de iur. iur. meritò de dominio eiuſdem actoris
non poterat dubitari, ſatiſque poterat hoc caſu dici
probatum ex traditis tã per Ang. in d. l. officiũ, quàm
per alios Doctores in dicta l. cum res, & in l. proprie-
tatis. C. de probat. nec obſtat illud, quod dictum eſt
de ceſſione: Nã præterquam ꝙ videtur lex facere dif-
5 ferentiam, † vtrum exercitor nauis agat aduerſus con-
trahentem cum magiſtro nauis, cui ſimilis dicitur eſ-
ſe patronus in mari, an autem conueniatur, vt in pri-
mo caſu actio non detur ſine ceſſione, in ſecundo au-
6 tem contrahentes vtrumque, † ideſt & exercitorẽ, &
magiſtrum nauis habeãt obligatum, & vtrum velint
poſſint conuenire, vt dicitur in §. eſt autem electio, l.
1. ff. de exer. act. & iſte actor nec tanquam exercitor,
nec tanquã magiſter nauis videtur in hoc iudicio cõ-
7 ſiderari poſſe, illud etiã dicitur, ꝙ ſi actor † cõparetur
exercitori, tamẽ cùm reus ex officio ſuſcepto potue-
rit tam ipſum, quàm alios participes in eadem naui
obligare, l. nec quicquã, & l. ſi tamẽ plures. ff. de exerc.
act. vtiq; teneri debet ex communi regula ad redden-
dam rationem cæteris ſociis, l. 1. §. officio. ff. de tut. &
rat. diſt. l. quædam. ff. de eden. cũ ibi not. l. 2. ff. de neg.
geſt. ꝙ eò magis viſum eſt procedere in caſu iſto, in
quo nec iſte reus docuerat de vllo mandato patroni
in mari, & manifeſtè arguebatur, ꝙ in animo habuerat
negotium actoris etiam gerere, cui ſe debitorẽ in li-
bris ſuis ſcripſerat, adeo vt de obligatione reddendæ
rationis dubitari non poſſit per not. in dict. l. 2. ff. de
neg. geſt.

DECISIO CL.

Moroſus tenetur ad intereſſe, in quo taxãdo eſt
habenda ratio laborum, & impenſarum.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Tempus certum conſtituit in mora.*
2 *Praxis probandi intereſſe.*
3 *Intereſſe lucri ceſſantis debetur mercatori.*
4 *Iudicium de intereſſe fundatur ſuper veroſimilitudine.*

QVIA Damianus Cibo moroſus fuit
in tranſmittendis mercibus ad Bapti-
ſtam Saluaigum, prout ſe ad certum
tempus tranſmiſſurum promiſerat, ex
1 † quo mora fuit cauſata, l. magnam, C.
de contrahen. & conmit. ſtipu. tradit latè Iacob. Phi-
lip. Port. concl. reg. 2. com. opi. lib. 4. concluſ. & reg.
23. propterea condemnandum eſſe cenſuimus, prout
condemnauimus Bernardum de Caſtellatio curato-
rem datum ipſi Damiano iuxta formam ſtatuti ſub
rubrica de curatoribus generalibus in Genua conſti-
tut. in lib. 4. cap. 20. & eius perſona mediante ipſum
Damianum ad dandum, & ſoluendum Baptiſtæ ſcu-
tos, N. quos ex mercibus Baptiſtæ receptis illum cō-
flaſſe conſtitit, vnà cum intereſſe à die moræ contra-
ctæ, vſque ad realem ſortis ſolutionem ad rationem
ſeptem pro centenario, cùm Baptiſta probauerit ſe
fuiſſe, & eſſe mercatorem, & quòd mercatores ſimilis
conditionis, cuius eſt ipſe, lucrari conſueuerunt de-
2 cem pro centenario: ita † quòd ſi merces, vel pecu-
nias ſibi debitas ſtatuto tempore habuiſſet, de quibus
negotiari potuiſſet, tantundem veroſimiliter lucra-
tus fuiſſet, ſequuti praxim, quàm tradit Cagnol. in l.
vnica, num. 41. & 43. C. de ſen. quæ pro eo, quod int.
& in l. curabit. nume. 66. 67. 68. 69. C. de actio. empt.
& in l. quatenus, nume. 26. & 27. ff. de regul. iur. ſicuti
præſertim Genuæ ſequendum eſſe in alia deciſione
3 probauimus: quod enim † mercatori ſolito negotia-
ri, & mercari intereſſe lucri ceſſantis omni iure ciui-
li, & canonico à die moræ debeatur exploratiſſimum
eſt, atque expeditiſſimum, vt liquet ex traditis per
Cagnol. in dicta l. vnica, nu. 35. vſque ad num. 40. &
latè per Rebuf. eod. loco in Glo. vlt. & Pedemont. de-
ciſ. 143. num. 4. probatum verò intereſſe lucri ceſſan-
tis ad rationem decem pro centenario reduximus,
reſtrinximuſque ad ſeptem habita ratione impenſa-
rum, & laborum, quas deducendas eſſe hoc in iudicio
4 † non quidem ſuper certitudine, ſed ſuper veroſimi-
litudine fundato liquet ex traditis per Cagnol. in lo-
cis iam citatis, quod expreſſim poſt concordan. Ioan-
nem Lupum Ioan. de Ana. Feli. Maria. Socin. Adria.
de traiect. dixit Rebuf. in d. Glo. vlt. num. 13. Ex qui-
bus, &c.

DECISIO CLI.

Recipiens pecunias pro emendis mercibus, & non emens non tenetur ad intereſſe, niſi poſt interpellationem.

S V M M A R I V M.

1 *Subſcribens obligatur, ac ſi totum ſcripſiſſet.*
2 *Mandatarius accipiens mandatum tenetur actione mandati ad reddendam rationem.*
3 *Intereſſe reliquatus debetur mercatori.*
4 *Intereſſe debetur propter moram.*

IOANNES Baptiſta Pinellus dedit in
mandatis Iacobo de Promontorio exi-
ſtenti in Canaria, vt capſias ſaccarorum
ad Dominicum, & Baldaſarem Pallaui-
cinos Cadicis tranſmittendas emeret,
& ab eis de pretio ſe prouideret, qui Iacobus ad di-
ctum Ioannem Baptiſtam ſcripſit ſe incepiſſe ſaccha-
ra emere, & iuxta ordinem eiuſdem Ioannis Baptiſtæ
actoris habuiſſe dublas, N. monetæ Canariæ, quas di-
ctis Pallauicinis traxit ab ipſis ſoluendas, vt ex eiuſ-
dem rei conuenti literis anni &c. conſtat: de quarum
dublarum quātitate debitor creatus eſt dictus actor,
vt ex literis exhibitis legitur, quæ literæ d. Iacobi rei
conuenti contra ipſum probant in his quæ in illis
ſcripta fuerunt iuxta textum & ibi nota. in l. Publia,
ff. depoſi. & quæ licèt à reo ſubſcriptæ ſint tantùm, vt
1 teſtes depoſuerunt, probant tamen atque † ſi eas ipſe
ſcripſiſſet. §. 1. verſ. in his autem inſt. de empt & vend.
l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, & ibi Iaſ. & Doct. ff.
de verb. oblig. & quia Iacobus dicitur fuiſſe in mora
in dictis ſaccharis tranſmittendis vt ſuprà, idcirco
condemnatus fuit illius curator datus iuxta formam
ſtatuti de curatoribus generalibus, & eius perſona in-
termedia ipſe reus ad reddendam bonam, veram, &
legalem rationem d. actori cum reliquatus ſolutione
ac illius intereſſe à die litis motæ citra in executione
ſententiæ liquidandum: Nam cùm ex literis dicti rei
conſtet de ordine, & mandato ſibi dato emendi ſac-
2 chara, & mandatarius, † & quilibet alius, qui res alie-
nas adminiſtrat, & negotia aliena gerit, teneatur actio-
ne mandati, quando mandatum acceptat, prout in ca-
ſu præſenti, l. item, ff. de nego. geſt. l. ex mandato, ff.
mand. ad reddendam rationem adminiſtrationis ſuæ,
l. 1. §. officio, & ibi Bart. & alij, ff. de tutel. & ratio. di-
ſtra. cap. 1. extra de obliga. & ratio. & ibi not. & quia
in redditione rationis reliquatus continetur, l. cum
ſeruus, ff. de cond. & demon. & ibi Bar. l. Labeo, §. 1. ff.
de ſtatu lib. Alex. conſil. 32. volum. 5. Glo. & Doct. in
Clem. 1. de vſur. Ideo & ad reliquatum facta fuit cō-
demnatio, condemnatus quoque fuit reus ad ſoluen-
3 dum actori intereſſe † reliquatus, quia probatum
fuit, actorem eſſe mercatorem, negotiatorem, & ſoli-
tum pecunias ſuas cambio dare, & huiuſmodi mer-
catori intereſſe debetur, Bartol. & Docto. in l. cen-
tum Capuæ. ff. de eo, quod cert. loco, Deci. in capit.
cùm venerabilis, extra de except. & in conſilio 116.
Alex. in conſil. 41. volum. 3. Ruin. conſil. 55. nume. 10.
vol. 2. ſed quia non conſtitit de quantitate intereſſe
petiti reſeruata fuit illius liquidatio in executione
ſententiæ, iuxta not. in l. terminato, C. de fruct. & lit.
expen. & quoniam ex ipſius rei literis conſtabat, ip-
ſum habuiſſe dictas dublas, ad quarum redditionem
rationis condemnari fuerat petitum; & ad intereſſe,
nec conſtitit de aliqua actoris interpellatione ipſi
reo facta, ideo dictum fuit intereſſe liquidandum eſſe
4 à die litis motæ citra, quia † intereſſe propter moram
debetur, vt not. in l. initio, C. de pact. inter empt &
vend. Docto. in d. c. cum venerabilis, Abb. in c. naui-
ganti, extra de vſur. & mora per interpellationem
committitur, l. quod te, & ibi Dec. & alij ff. ſi cert.
pet. dictum quoque fuit in ratione reddenda haben-
dam eſſe rationem capſarum, N. ſaccharorum, ſeu ea-
rum pretij, quia actor obtulit in petitione ſe dedu-
cturum eas, ſeu earum pretium, l. cum precum, & ibi
not. C. de liberal. cauſ.

DECISIO CLII.

Obligans ſe principaliter de reddenda ratione pro alio promittit factum proprium.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*
2 *Exhibita faciunt cantra exhibentem.*
3 *Adminiſtrator tenetur rationem reddere.*
4 *Promittens factum alienum quando obligetur.*
5 *Confeſsio debitoris præiudicat abligata pro eo alijs concurrentibus adminiculis.*
6 *Ex ſubſequentibus declaratur animus.*

FRanciſcus Michonus de anno &c. promiſit
Benedicto Gatto de bona, & legali admini-
ſtratione,& de reddenda bona,vera,& lega-
li ratione eidem Benedicto cum reliquatus ſatisfa-
ctione bonorum , & mercium dicti Benedicti miſſa-
rum in Panormum , & conſignandarum Hieronymo
eius filio,& quæ in diem peruenient in eundem Hie-
ronymum , & ſibi conſignabuntur vſque in quamuis
ſummam,& tam de capitali,quàm de lucris, & prout
latiùs continetur in inſtrumento exhibito: Vnde cùm
quamplures merces à Benedicto ad Hieronymum
prædictum ad Panormi Ciuitatem tranſmiſſæ fuiſ-
ſent,petijt idem Benedictus rationem adminiſtratio-
nis ſibi reddi à prædictis Franciſco, & Hieronymo,
& vtrunque inſolidùm ad dictam rationem redden-
dam cum reliquatus ſatisfactione vnica tamen ſolu-
tione ſufficiente condemnari, & quia de obligatione
Franciſci conſtabat per inſtrumentum prædictum,
1 † quod facit probationem probatam, Bald. in l. quo-
ties in fin. C. de iud. Alex. & Iaſo. in l. à diuo Pio. § ſic
quoque. ff. de re iudi. Dec. conſ. 413. & de tranſmiſ-
ſione mercium ſimiliter conſtabat ex literis dicti Be-
nedicti ſcriptis ad Hieronymum , & ab eodem Hie-
2 ronymo , & Franciſco exhibitis , † quæ contra ipſos
exhibentes probant, l. 1. §. editiones , & ibi Glo. Iaſ.
& alij. ff. de eden. Bald. in c. præſentium , extra de te-
ſtib. Soc. conſil. 92. vol 4. & ex literis dicti Hierony-
mi ad benedictum ſcriptis,& verificatis, quæ contra
ipſum ſcribentem probant. l. Publia. & ibi Bart. ff. de-
poſi. Bald. in rub. de fid. inſtr. Fel. in c. 2. extra eod. tit.
de fid. inſtru. Dec. in c. 1. extra de proba. & in c cùm
3 venerabilis de except. & quia etiam quilibet † admi-
niſtrator , & aliena negotia gerens tenetur reddere
rationem. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio diſtrahen.
c. 1. de obli. ad ratio. Roma. conſil. 441. Soc. conſilio
24. vol. primo, & in conſil. 73. vol. 2. Ideo Rota con-
demnauit reos iuxta petita,& tantò magis cùm etiam
inter Franciſcum, & Benedictum conuentum fuerit
de reddenda ratione. ¶ Nec obſtat promiſſionem fa-
ctam à Franciſco de reddenda ratione Benedicto
non valuiſſe,quia fuerit facti alieni, & promittens fa-
ctum alienum non obligetur, l. decem , & ibi Iaſ. &
alij, ff. de verb. obliga. §. ſi quis alium inſt. de inutilib.
ſtip. Quia dictum fuit, vltra quòd Franciſcus promi-
ſit factum proprium , ſe principaliter obligando de
reddenda ratione, quòd etiam ſi factum alienum pro-
miſiſſet , adhuc tamen ad promiſſa teneretur , quia
4 † promittens factum alienum cum pœna , vel iura-
mento,prout in dicto inſtrumento apparet , efficaci-
ter obligatur, Glo. in d. §. ſi quis alium , & §. verſa vi-
ce, inſt. eod de inutilib. ſtipulatio. l. ſtip. iſta in prin &
ibi Docto. ff. de verbo. obligatio. Iaſon. & alij in d l.
decem Aret. in dicto §. ſi quis aliud, Iaſo. in l. ſtipula-
tio iſta habere. ff. de verbo. obligat. ¶ Non obſtat ꝙ
intentio actoris non videatur probata, cum literæ
Hieronymi,& eius confeſſio patri non præiudicet ad
ſimilitudinem confeſſionis principalis, quæ fideiuſ-
ſori non adfert præiudicium , Bart. & Doct. in l. 1. ff.
iud. ſolu. & in l. cùm filius. ff. de verb. obligat. quia di-
5 ctum fuit † confeſſionem filij in caſu iſto patri præ-
iudicare, cum maximè veritas ipſa à plurimis præ-
ſumptionibus comprobetur, à literis ſcilicet vtriuſ-
que partis hinc inde ſcriptis, à ſcripturis onerationũ
mercium Genua Panormum ad Hieronymum tranſ-
miſſarum, à calculis dictarum mercium pro parte vẽ-
ditarum à Hieronymo ad Benedictum ex Panormo
miſſis, ex inſtrumentis declarationũ factarum à Hie-
ronymo ſuper mercibus Benedicti ſibi conſignãdis,
vt Benedictus à ſolutione gabellarum Genuæ libe-
raretur: quæ omnia cùm in dictis temporibus, & an-
nis fuerint geſta, omnem fraudis,& doli ſuſpicionem
tollunt,& demum recognitiones,& confeſſiones nu-
perrime factæ à Hieronymo carcerato ad inſtantiam
Benedicti in proceſſu criminali exhibito hoc idem
confirmant, pro quibus facit quod not. Gloſ. in l. ſe-
cunda, ſi ex noxa. cauſ. agat. facit cap. ſecundum, de fi-
deiuſ. l. cum probatio. ff. de probatio. & ꝙ per Paul.
de Caſt. in conſi. 443. viſo puncto : vbi confeſſionem
filij patri præiudicare ſcripſit. ¶ Non obſt. ꝙ Franciſ-
cus teneatur reddere rationem de mercibus prædi-
ctis tranſmiſſis ad Hieronymum, & in eum peruentis
vſque ad diem primi receſſus prædicti Hiero. ex Pa-
normo , prout ita conuentum fuiſſe videtur in dicto
inſtrumento promiſſionis: dictum enim fuit Franciſ-
cum liberari à promiſſione quo ad bona, quæ fuerunt
à Hieronymo conſignata tertiæ perſonæ duobus cõ-
currẽtibus. Primum quòd Hieronymus elegerit nol-
le amplius in Panormo reſidentiam facere. Alterum
eſt ꝙ conſignatio mercium Benedicti ſit facta à Hie-
ronymo de ordine Benedicti, cui mandauit cõſigna-
ri, vt in dicto inſtrumento, ſed non conſtitit de ele-
ctione non reſidendi , neque de ordine , & mandato
Benedicti, de quibus ſupra , & licèt Hieronymus re-
ceſſerit ex Panormo , & Venetias ſe contulerit, non
tamen de electione prædicta quicquam fuit proba-
tum concludenter , quia vnus teſtis deponit ante re-
ceſſum Hieronymi ſibi fuiſſe ab eo factum manda-
tum ad reſtringendum pro reſiduo , & ſequi deberet
ordinem Franciſci patris ſui , & alij duo teſtes nihil
concludunt , imò vnus eſt famulus ipſorum reorum,
qui non probat. l. etiam C. de teſtib. cap. in literis eo.
titul. Alexand. in conſil. 5. vol. primo, Dec. in conſil.
163. imò contrarium apparet, quòd non habuerit ani-
6 mum recedendi: Nam † animus per extrinſeca de-
prehenditur , ac ex ſubſequentibus qualis fuerit de-
claratur. l. ſi concubina. §. res amotas, Socin. in conſi.
162. vol. ſecundu, §. Pauonum , inſt. de rer. diuiſ. & li-
cèt receſſerit ex Panormo, vt ſupra, de mẽſe Nouem-
bris, ſeu Decembris anni &c tamen de menſe Martij
ſubſequentis reuerſus eſt Panormum , vbi per annos
habitauit, vſque quo aufugit, vt deponunt teſtes exa-
minati & reuerſus Panormũ recuperauit merces Be-
nedicti , quas Furno vendendas conſignauerat nullo
mandato Benedicti præcedente, quamuis, ſe de dicta
conſignatione deinde cõtentum eſſe ſcripſerit. ¶ Ad-
ſunt prætetea literæ patris ad Hieronymum filium
Panormi degentem ſcriptæ anno ſequenti , in qui-
bus

bus dicit merces ad eum miſſas ſub nomine Franciſ-
ci ſpectare ad Benedictum, & ideo eius ordinem ſe-
qui debere, & prout in dictis literis exhibiris apparer,
prout & ex inſtrumento mandati die, N. anni prædi-
cti facti demonſtratur Hieronymum non elegiſſe ſe
receſſurum à Panormo, & ibi amplius nolle commo-
rari, & Franciſcum non fuiſſe liberatum à promiſſio-
ne, de qua ſupra, vbi Franciſcus conuentus fuit man-
datum illud à Benedicto factum nullum eidem Bene-
dicto præiudicium generare circa promiſſa in d. in-
ſtrumento vltra ꝙ etiam ex calculis Hieronymi ex-
hibitis, & inſtrumento conſignationis factæ bono-
rum, & mercium ab eodem Hier. Bapriſtæ parri ſuo,
& acceptatione eorum facta per Franciſcum in alio
inſtrumento exhibito apparet multa bona, & nomina
ad Benedicti creditum ſpectantia in dic. Franciſcum
perueniſſe, vt in proceſſu latius prædicta conſtant. Ex
quibus omnibus viſum fuit iuris eſſe vt rei ad redden-
dum rationem tenerentur.

DECISIO CLIII.

Dominus recuperans merces à tertio non tenetur ſoluere pro eis pecunias ordinatas ab eo, qui merces miſit.

SVMMARIVM.

1 *Habens ordinem cum qualitate non tenetur ſine illa.*
2 *Confeſſio continens vnicum factum debet tota acceptari.*
3 *An quis poſſit retinere res alienas pro credito tertij.*
4 *Excedenti mandatum iuſſu iudicis non eſt aliquid imputandum.*
5 *An res intelligatur ſpectare ei, cui eſt conſignanda.*
6 *Expendent vtiliter in mercibus poteſt eas retinere pro expenſis.*
7 *Delegans dicitur ſoluere.*
8 *Inter mercatores agitur bona fide.*
9 *Non liquidum in exceptione, liquidum in actione non debet retardare.*

STEPHANVS Fliſcus cùm conueniſſet
Iacobum Spinulam pro conſignatione
Scorti, & Clariſearum quas res Iacobus
cõfeſſus fuit in iudicio habere ordinem
conſignandi agenti à Io. Baptiſta eius
fratre, vt per Stephanum etiam erat deductum, ita ta-
men ſi ſibi ſoluerer ſcutos, N. nomine eius fratris ha-
biros, & libras, N. pro expenſis per ipſum factis in di-
ctis rebus. ¶ Fuit dubitatum an conſignatio petita eſ-
ſet facienda cum deductione dictorum ſcutorum, N.
an verò ſimpliciter de eis cognitione nõ habita. ¶ Et
ꝙ deberent deduci illud erat argumento, quia con-
uentus erat reus ex ordine ſibi dato de conſignando,
1 qui cùm † eſſet cum qualirate iuxta illum dicebatur
teneri, & non vltra. l. diligenter, mand. c. cùm dilecta,
de reſcrip. vbi Doct. & quia actio nõ videretur agen-
ti competere aliunde, quam ex eius confeſſione, cùm
non conſtaret de dominio ipſius in dictis rebus, vnde
2 etiam ex ea non poterat iuuari, † niſi illam acceptaret
cum apposita qualitate, cùm eſſet vnum factum. & in
vnica oratione ad not. per Bar. l. Aurelius. §. idẽ quæ-
ſit. de lib. leg. c. cum venerabilis, de exceptio. ¶ In cõ-
trarium autem ꝙ deductio prędicta non eſſet facien-
da, ſed ſimplex conſignatio arguebatur ex eo, quia ra-
lis qualitas legitimè non cõſtaret, vr requirebatur ex
parte conuenti, qui in ea ſe fundabat, ad not. per Bal.
conſ. 79. num. 3. verſic. item iſta reſponſio vol. ſecun-
do. Item quia de debito dictorum ſcutorum ex parte
agentis non appareret, cùm ad debitum non apparẽs,
non poſſit fieri condemnatio, vt per Alex. conſi. 1. cir-
ca primum, prima col. volum. 2. Afflict. deci. 22. nu. 2.
Item quia quando etiam de debito conſtitiſſet, cum
ex cauſa prædicta non conſtaret ꝙ haberet creditor
3 retentionem de voluntate debitoris, † non poterant
dictæ res retineri, ad not. per Bar. l. ſi non inducta, nu.
2. & 3. C. in quibus cauſ. pign. raci. contra Ang. l. præ-
text. C. commo. Neguz. de pig. 4. mem. §. par. in prin-
cipio. ¶ Et adductis pro parte rei reſpõdebatur, quòd
primùm non obſtaret, quia in facto non conſtabat
qualitas in ordine allegata ex ſupradictis, & vlterius,
quia quando adfuiſſet, nec mandarario aliquid po-
4 tuiſſet imputari, † vbi non voluntariè, ſed coactus à
iudice ritè, & rectè procedente, mandatum exceſſiſ-
ſet, ad not. per Mod. l. non videtur. §. qui iuſſu, de reg.
iur. quò verò ad actionem dicebatur, eam compete-
re, quia attenta cõfeſſione rei, quod haberet ordinem
5 conſignandi dictas res ipſi Stephano, † ſequebatur
quod ad eum ſpectarent, vt per Imo. conſ. 123. in cau-
ſa, colum. tertia, verſiculo: Nam debitor, ideo actio
in factum ex conditione l. ſi me, & Titium, ſi cert. pet.
dabatur, nec alia dominij probatio requirebatur, vt
ibi per text. & Doct. quæ nec etiam fuiſſet neceſſaria
attenta dicta confeſſione, ex qua reus poterar condẽ-
nari. l. prima, vbi Glo. de confeſ. Ex alio etiam, ꝙ di-
ctæ res ad agentem ſpectarent colligebatur, quia ſci-
6 licer volebat reus eas retinere † pro expẽſis in eis fa-
ctis, quod poterar, vbi geſſiſſet negotiũ ipſius, cui de-
bebant conſignari, ad not. per Bart. d. l. ſi non inducta
in fi. & l. ſi non ſortem. §. ſi centum de conditio. inde-
bit. etiam ꝙ mandatum ab alio habuiſſet, l. 3. §. apud
Marcellum. de neg. geſt. l. ſi literas. C. mãdat. vbi Bal.
quinimò cum vellet retinere pro debito, quod aſſere-
bar, agentis multò magis dicebatur res fuiſſe ipſius:
ſed quia eas fatebatur recepiſſe cũ ordine conſignan-
di d. Stephano, ſine dubio orta erat negotiorũ geſto-
rum actio aduerſus eum ad res prędictas d. agenti per
tex. in terminis in l. ſi pupilli. §. ſi quis pecuniam eod.
rit. de neg. geſt. Glo. in l. ſi is, cui in ver. furtum. C. de
furt. ¶ Non obſtabat etiam qualiras appoſita prædi-
ctæ confeſſioni quominus poſſet ab ea ſeparari, quia
aderat præſumptio contra eum, ꝙ d. ordo non habe-
ret d. qualitatem, cùm de ea non conſtaret per allegã-
tem eam, vt requirebatur ex ſupradictis: cùm enim eſ-
ſet facti, facta non præſumuntur, niſi probentur. l. in
bello. §. factæ, de capt. & poſtli. reuer. per literã enim
allegatam nõ apparebat de ea, quia nec litera erat ex-
hibita, nec probata manu mandantis, vt requirebatur
ad docẽdum de prædictis, Bal. conſ. 179. facimus per
totum, vol. 1. Augebatur etiam magis d. præſumptio,
quia debitum aliquod de d. ſumma in agente non cõ-
ſtaret, & quatenus teſtes ſuper hoc attenderẽtur, licèt
nihil concludẽter deponerẽt, attamen vbi aliquid de
d. debito aſſererẽt, dicerẽt etiã de eo factã delegatio-
nem per debitorẽ aſſignatũ, qui pro parre iam ſoluiſ-
ſet, vt vnus deponit: ex confeſſione rei, vel qui noluiſ-
ſet ſoluere, vt dicit alius de auditu ab eodem: quo ca-
ſu ſe-

ſu ſecuta videbatur liberatio Stephani, quando fuiſ-
7 ſet debitor, cùm † delegans dicatur ſoluere, l. quamuis. §. interdum ad Velleia. l. ſi pupilli. §. videamus, de ſolu. l. inter eos, §. abeſſe, manda. ſolutione enim debiti tollitur obligatio inſti. quib. mod. tol. oblig. in principio, cum maximè non eſſet curandum de ſtipulatione, vbi nõ interueniſſet, vt de iure requiritur:
8 quia † inter mercatores agitur bona fide, & tales apices ſunt reiecti, Bald. conſil. 198. ad intelligentiam, numero quinto, verſiculo item in cauſis, volumine primo. Vlterius addebatur prę ſumptio alia, quòd ſcilicet non erat credendum datum ordinem d. retentionis pro debito tali, quæ non eſſet de iure, nec mãdanti competeret, & qui etiam quando datus fuiſſet, nihilominus non operabatur retentionem, ex ſupradictis, propterea licitam dicebatur fuiſſe dictam ſeparationem qualitatis à dicta confeſſione, quia non vna præſumptio iuris, ſed plures eſſent contra ipſam, vt ſuprà per ea, quæ not. But. numero ſexto. 21. 25. & Abb. numero ſeptimo, & Imo. cap. cum veniſſent de inſtrum. Soc. l. 1. colum. 5. de vulg. & pupil. Bald. dict. conſilio 79. Alexand. conſilio 87. in cauſa, volum. primo, & conſil. 39. circa nume. 3. volum. 7. vbi dicit eſſe magis cõmunem opinionem. ¶ Ex his igitur per totam Rotam in ſententia, & per maiorem numerum in melioratione pro actore fuit iudicatum ſeruatis illæſis iuribus partium occaſione dictorum ſcuto-
9 rum, N. cùm non liquidum † in exceptione, liquidum in actione non deberet retardare. l. fin. C. de compen. Bart. l. quarta. §. condemnatum de re iud. Bald. conſil. 261. primo quęritur, num. 2. vol. 1. & quia nullo pacto pro eis dabatur retentio vt ſuprà.

DECISIO CLIIII.

Gerẽs vtiliter negotium alicuius habet actionem aduerſus eum, etiam ſi geſſerit de ordine alterius.

SVMMARIVM.

1 *Mandatario competit actio aduerſus mandantem.*

2 *Negotio exiſtente ſub nomine vnius, & ſpectante ad alium actio negotiorum geſtorum contra quem detur.*

3 *An facienti impenſas ex voluntate competat actio negotiorum geſtorum, & num. 7.*

4 *Gerens aliquid de ordine alterius non videtur gerere, ſed ille, qui mandat.*

5 *Exigens debitum ratificat geſtum.*

6 *Vnicus actus poteſt parere actiones diuerſi generis reſpectu diuerſorum.*

8 *Teſtes ſingulares non probant.*

9 *Solutio ſimpliciter facta cenſetur proprio nomine, & de proprijs pecunijs.*

FRANCVS de Bardis cùm feciſſet aſſecurari ſuper naui patronizata per Andream Creſpum Franciſcum de Auria pro ſcutis, N. de quibus dictus Franciſcus erat creditor dicti Andreæ euenit caſus ſiniſtri, ex quo Franciſcus exegit dictas aſſecuritates, propterea petiit Francus à dicto Franciſco expenſas per eum factas occaſione dictarum aſſecuritatum, quas dicit fuiſſe librarum, N. vt ex publicis ſcripturis conſtabat: cui petitioni cum per partem fuiſſet oppoſitum, de pluribus contigit dubitari. ¶ Dicebatur enim per reum dictas aſſecurationes non fuiſſe factas de eius mandato, ſed de ordine Andreæ Creſpi, & propterea verſus man-
1 dantem † competere agenti actionem non aduerſus ipſum, l. cum mãdato, & l. qui fide, manda. Item quia d. aſſecurationes videbantur factę ad vtilitatem Franci, & Andreæ, cùm nauis per incatenationem nõ poſſet à portu recedere, quod eis erat damnoſum, ideò
2 nec videbatur Franciſcus † teneri actione negotiorum geſtorum, quamuis ſub eius nomine eſſet geſtum negotium, tamen re ipſa ſpectabat ad Andream, & Francum. l. quæ vtiliter. §. Titius, vbi Caſt. in ſum. de neg. geſt. Item quia Francus fecerat dictas expenſas
3 ex voluntate, † non ex neceſſitate, nec etiam dicebatur competere actio negotiorum geſtorum. l. ex duobus vbi Doct. eo. titulo. Poſtremò, quia expenſæ petitæ videbantur factæ de pecunijs Andreæ, & de eius ordine per publicas ſcripturas exhibitas, iunctis dictis teſtium, & minus dicebatur agenti competere actio intentata, ſed Andreæ, cum procurator ex re domini acquirat domino, etiam ſine ceſſione. l.
4 quod procurator ex re, de procur. & † gerens Franciſci negotium de ordine Andreæ non ipſe haberet actionem, ſed mandans, cùm ipſe geſſiſſe videatur. l. mandaſti eodem titulo de neg. geſt. Gloſſ. l. tertiæ §. apud Marcellum eod. tit. ¶ Ex aduerſo autem per d. Frãcum dicebatur, quòd imò iuxta petita erat pronuntiandum, quia contra conuentum competebat negotiorum geſtorum actio agenti ad recuperãdum, ꝙ impenderat in eius negotium, cum per eum negotium eſſet vtiliter geſtum pro Franciſco, quod & ipſe
5 non fuiſſet aliter facturus, & quia † etiã illud exigendo habuiſſet ratum, l. 2. in principio, & l. ſed an vltro. §. his autem, vbi Doct. eod. tit. Soc. conſilio 27. ex his colum. 4. verſ. tertio principaliter, & verſi. & prædicta concluſio vol. primo. Nec adducta in contrarium videbantur obſtare, quia ad prædicta reſpondebatur, verum eſſe quòd competeret actio mandati contra mandantem vbi adeſſet mandatum, non tamen ex hoc dicebatur inferri quo minus contra eum, cuius contemplatione, & in rei veritate negotium eſſet geſtum, non daretur negotiorum geſtorum actio, quæ tali caſu etiam competit dicta l. quæ vtiliter. §. Titius, & l. ſi pupill. §. ſi Titij. & dicta l. quarta. §. apud Marcellum, & ibi Doct. Caſtr. l. 1. & Bald. l. ſi li-
6 teras. C. manda. Nam idem † actus reſpectu diuerſarum perſonarum poteſt parere actionem diuerſi generis, Bald. l. ſi mandatum, C. de nego. geſt. vbi text. dicit quòd licet detur actio mandati contra mandantem datur etiam negotiorum geſtorem contra eum, ad quem negotium ſpectat. Minus dicebatur obſtare quod de incatenatione adducebatur, quia reſpondebatur ceſſare ex ſaluo conductu, ex quo non poterat fieri incatenatio, dicebatur etiam quòd nec quò ad ſecuritates exactas quò minus teneretur in expenſis aliquid facere dict. incatenationem, cùm vnum negotium nihil haberet cum alio commune, ſed ad expenſas teneri dicebatur conuentum per ſupradicta. l. Pomponius, in fin. l. ait prætor eo. tit. Neque. n. apparebat quòd liberatio incatenationis eſſet facta ex cauſa aſſecurationis, neque aſſecurationes vt fieret liberatio. Nec etiam, quòd dicebatur de impẽ-
ſis

ſis voluntariis videbatur obſtare, quia reſpondebatur non voluntarias expenſas fuiſſe, ſed vtiles: quo caſu debebantur, dicta l. ſed an vltro. §. 1. l. pro ea. C. eo. Glo. cap. cum cauſa, de procurato. vbi Abb quinimò
7 non ſolùm vtiles fuiſſe dicebatur, ſed † etiam neceſſarias, cùm ex proceſſu conſtare videretur quòd aliàs non fuiſſet conſultum credito conueniri verſus Andream Creſpum, qui tantum non habebat in bonis: quo caſu indiſtinctè dabatur recuperatio. l. ſiue hæreditaria, & dicta l. ex duobus eodem tit. & ibi Docto. Quod autem vltimo loco opponebatur, dicebatur non obſtare, quia per exhibita, & per teſtes videbatur
8 aſſumptum non probari, cùm teſtes omnes † præterquam quòd in eorum depoſitionibus erant ſuſpecti, eſſent etiam ſingulares, quo caſu non probant, l. iuſiurandi, C. de teſt. & ſcripturæ allegatæ viderentur oſtēdere pecunias tranſmiſſas in S. Georgio per Francum Bardum, & Andream Creſpum in d. Franciſ. ſolo remanſiſſe, ex quo ſequebatur quod aut erant communes, aut totæ Franci, quorum vtroque caſu ſolutio
9 facta per Francum ſimpliciter † præſumitur proprio nomine facta non alieno, Bar. l. prima in fin. de ſolut. & l magis eo. tit. Bartholus l. gerit. 3. q. princ. verſic. 2. modo de acquir. hæred. Socin. conſil. 113. in cauſa, nu. 3. volum. 4 & ideo ſibi acquirebatur ius, & actio. l ſi ego eod. tit de neg. geſt. Bartholus l. ſi patruus, C. cōmunia vtriuſque iud. & de proprijs, quàm de communibus, & alienis, vt per Bart. dicto loco, quia imò quādo de pecunijs etiam And. ſolniſſet, nec ei eſſet ius quæſitum vel actio, licèt ad pecuniarum reſtitutionē Francus teneretur, vt per eundem dicto loco & Dec. conſil. 99. in cauſa, col. 1. verſiculo ſolum ſupereſt. Et ſic cum de mandato non conſtaret, nec quòd pecuniæ eſſent Andreæ in contrarium adducta non obſtant, & ad Glo. in l tertia, §. apud Marcellum eo. tit. reſpondebatur per eandem Glo. vltrà ſuprà deducta. Ex quibus eum eſſet fundata agentis intentio, & oppoſita non obſtarent, per ſupradicta fuit per Rotam iuxta petita pronuntiatum.

DECISIO CLV.

In fine inſtantię fieri poteſt ſententiā, quæ aliàs lata non valeret.

SVMMARIVM.

1 *Etiam in iudicij ſummarijs perſonæ litigantium ſunt legitimandæ.*
2 *Dans complementum, & expendens nomen habet perſonam legitimam in iudicio.*
3 *Publica inſtrumenta faciunt fidem.*
4 *Acta faciunt notorium.*
5 *Sententia lata ſuper filiatione quo ad omnes probare dicitur.*
6 *Iudex recedit à regulis iuris, quando mora eſt allatura periculum.*
7 *Non adimplenti quando non competat actio.*
8 *Oblatio in iudicio ſufficit ad euitandam moram.*

ANNO, N. facta fuit apocha ſcripta, & ſubſcripta manu Rolandi de Pręmontorio, in qua conſtituit ſe debitorem Hieronymi de Viualdis de ſcutis, N. & in eadem apocha idem Hieronymus promiſit conſignare Rolando Margaritas, ſiue Perlas, de quibus omnibus in dicta apocha continetur. Et in iudicio conuentus fuit Rolandus à Ioanne Baptiſta Viualdo vti vno filio, & hærede Hieronymi pro ſua portione ſuo nomine, ac vti vno ex fideicommiſſarijs hæreditatis Hieronymi, ac dante complementum pro dicta hęreditate, & actore fideicommiſſariorum teſtamentariorum, & procuratore Thomæ fratris ſui petente reum conuentum condemnari ad ſibi dictis nominibus ſoluendum dictos ſcutos, offerente non ſolum deducere, ſi quid deducendum verificabitur, verùm etiam conſignare Perlas penes ſe exiſtentes in ſolutione reali per ipſum reum conuentum facienda obiecta fecit reus contra actorem, quod non haberet
1 perſonam legitimam dictis nominibus & † quòd in iudicijs etiam ſummarijs legitimandæ ſint litigantiū perſonæ, vt per Gl. in l. ſecunda, C. de edict. diu. Adr. tollen. & per Iaſ. & alios in rubrica. C. qui admit. ſed reſponſum fuit actorem perſonam legitimam in præſenti iudicio comparendi habuiſſe, & exhibita fuere acta inſtrumenta, & ſcripturæ, ex quibus de legitimatione perſonæ ipſius conſtare dicebatur: Nam dominus Vicarius prætoris Genuæ anno &c. viſo teſtamēto Hieronymi, Baptinam d. teſtatoris olim vxorem, ac Thomam, & Nicolaum eiuſdem teſtatoris filios relictos in teſtamento fideicommiſſarios, curatores, & tutores filiorum eius minorum admiſit ad dictas fideicommiſſariam, tutelam, & curam cum balia, de qua in dicto teſtamentto, promittentes, ac iurantes vtilia facere, &c. & prout in dictis actis apparet, & exinde facta fide coram prępfato domino Vicario per d. Thomam, & alios eius fratres de morte præfati Hieronymi, & ſeſe filios eſſe eiuſdem legitimos, & naturales, factiſque proclamatibus, & requiſitis, & viſo per dictum Vicarium teſtamento prædicto, declarauit idem Vicarius cauſa plenè cognita dictos fratres fuiſſe, & eſſe hęredes ex teſtamento eorum patris cum cautela, & beneficio inuentarij, & eiſdem fratribus conceſſa fuit licentia apprehendendi hæreditatem, factumque fuit inuentarium, & mandatum generale conceſſum Baptinæ, Thomæ, & Nicolao ſupradictis fideicommiſſarijs nominibus exigendi à quibuſcunque dare debentibus dicto Hieronymo, & poſtea Baptina, & Nicolaus ſupradictis nominibus conſtituerunt in præſentia d. Vicarij, qui authoritatem, & decretum interpoſuit Thomam prædictum actorem periculo bonorum ſuorum promittentem, iurantem vtilia facere, & fideiubentem cum authoritate exigendi, ſoluendi, & ad lites, & cauſas, & ad ſubſtituendum, & prout in inſtrumento illo latius apparet: die verò, N. eiuſdem anni cum mortuus fuiſſet Nicolaus ſpectatus magiſtratus extraordinariorum ad inſtantiam Baptinæ, & Thomæ dictis nominibus ſubrogauit in locum demortui Ioannem Baptiſtam alium filium dicti Hieronymi cum authoritate, quàm dictus Nicolaus habebat, & ſucceſſiuè Thomas tam ſuo nomine, quàm fideicōmiſſario conſtituit procuratorem, & actorem, & loco ſui poſuit Ioannem Baptiſtam prædictum ad exigendum, & ad lites, & cauſas, & Octauianus, & Marcus Antonius duo ex hæredibus Hieronymi cum cautela, & beneficio inuentarij ſcientes, & notitiam habentes, Ioannem Baptiſtam eorum fratrem dare complementum pro hæreditate de voluntate ipſorum fratrum, & hæredum, & diebus præteritis obtuliſſe petitionem contra Rolandum de Promontorio vti debitorem Hieronymi pro ſumma, de qua in actis

in actis confeſſi fuerunt quatenus opus ſit, & ad omnem bonum finem, & effectum dictum Ioannem Baptiſtam dare complementum pro dicta hæreditate tam in iudicio, quam extra, & ideo ratificarunt dictā petitionem, & omnia geſta, & ad cautelam eum procuratorem conſtituerunt ad litem prædictam, licèt plenam, & ſufficientem iam habuiſſet, & haberet facultatem: examinati quoque fuere tres teſtes in actis
2 deponentes Ioannem Baptiſtam † dare complementum pro hæreditate, & habere perſonam legitimam pro ea, & pro eius fratribus hæredibus, & eum expendere nomen pro omnibus, & quicquid factum eſt ab ipſo ab omnibus ratum, & firmum haberi, & pro tali publicè haberi. Ex quibus Rota pronuntiauit actorem habere perſonam legitimam interueniendi in præſenti iudicio, citra tamen præiudicium meritorum, & licèt reus pronuntiam iſtam nullum parere effectum allegaret, quominus in meritis cognoſci deberet, an perſona actoris eſſet legitima, iuxta nota. in l. ille, à quo, §. ſi de teſtamento, ff. ad Trebel. & maximè per Bartolum, Imol & Alexand. ibi, Alex. in lege prætor ait. in fin. princ. ff. de damn. infect. adhucque contenderet eum legitimè non comparuiſſe, Rota, quæ cognoſcit, terminat, & diffinit ſummariè, ſimpliciter, & de pleno bona fide intuitu ad Deum & veritatem negotij animaduertens ex inſtrumentis, & actis prædictis de legitimatione perſonæ conſtare, cùm
3 † publica inſtrumenta probationem probatam facere dicantur, & fidem, Bald. l. quoties, C. de iudi. Alex. Iaſ. & alij in l. à Diuo Pio. §. ſic quoque, ff. de re iud. facit tex. in capitulo cauſam, extra de probat. Decius conſilio 413. Socinus conſilio 89. volumine 1. & acta
4 † faciant notorium, & publicum capitulo fi. de coha bi. cleri. Alexand. dict. conſil. 76. vol. 2. capitulo cùm olim, ex. de verb. ſign. l. is apud quem & ibi ſcribentes, C. de eden. facit quod per Roma. conſilio 350. &
5 † ſententia lata ſuper filiatione, vel perſona hæredis, quo ad omnes probare dicatur, Glo. capit. quamuis, extra de re iudi. & ibi etiam Ant. de Butr. l. 1. §. planè cum l. ſeq. ff. lib. agnoſcend. & ibi Bartolus, Decius conſilio 342. num. 7. Alexand. in l. ſæpe, numero 24. & ſeq. ff. de re iudi. ſententiam ſuam tulit, in qua condemnauit Rolandum ad ſoluendum Ioanni Baptiſtæ dictis nominibus ſcutos, N. iuxta tenorem apochæ, reſtitutis in ipſius ſolutionis inſtrumento eidem Rolando à dicto Ioanne Baptiſta Perlis, ſiue Margaritis, de quibus in eadem apocha, & quia nunquam fuerat reſponſum poſitionibus Rolandi à Thoma, & Marco Antonio duobus ex filijs, & hæredibus antedictis Venetijs commorantibus, cùm iam anni duo, & menſes octo à die petitionis oblatæ lapſi fuiſſent, & data fuiſſet Rolando dilatio ad reſponderi faciendum dictis poſitionibus quæ adhuc pendebat, & cuius dilationis finis inſtantiam cauſæ tranſcendebat, cùm pars inſtaret ſententiam ferri, diemque illum vltimum eſſe omnium prorogationum, inſtantiæque allegaret, Rota reuocauit quamcunque dilationem iuxta notata per Caſſiod. deciſ. 9. in tit. de appella. & per Vant. de nullita. ſenten. ex defectu iuriſd. nume. 159. eaque
6 potiſſimum ratione, quia † quando mora eſt allatura periculum receditur à regulis iuris, l. de pupillo, §. ſi quis riuos, ff. de ope. nou. nuntia. & ibi Bart. & alij, vt per Iaſ. in l. quæcunque, numero 71. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. vbi ſub numero 72. ponit exemplum de iudice, qui tulit ſententiam non viſa relatione nuncij, quia licèt nulla dicatur eſſe eo in caſu ſententia, vt per Bartol. in l. multum, ff. de condit. & demonſt. & Ant. de But. in c. cum dilecti, ex. de dolo, & contu. tamen ſi ea die expiraret iuriſdictio, ſententia lata non expectata relatione nuntij valeret, Bald. l. falſus. C. de inſtit. vt per Iaſ. vbi ſuprà numero 72. ſimile videtur in iudice, qui cùm eius iuriſdictio expiraret, vel inſtantia cauſæ periret, poteſt ferre, ſententiam eo die, & tempore, in quibus lata, aliàs non valeret, Bald. prohe. ff. §. itaque, verſ. deinde Bart. Iaſ. & alij in l. more Romano, ſub num. 12. ff. de feri. Roma. l. ſi verò, §. de viro. fallent. 15. ff. ſolut. matrim. Glo. in c. fin. in verb. propter vindemias, extra de iud. Specul. in tit. de feri. §. pen. verſ. qui ſi cauſæ vltra quòd Rota nō poteſt prorogare inſtantiam alicuius cauſæ, vt in regulis Rotæ ſub rubrica de officio, & poteſtate &c. in fi. & in ſtatuto ſub rubrica quanto tempore duret inſtantia propè finem. vbi neceſſitas imponitur magiſtratui quicunque, vt omnino intra tempora inſtantię terminet, & diffiniat cauſam. ¶ Nec obſtat quod
7 † actori non implenti pro parte ſua non competit actio. l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt. quia loquitur in contractu correſpectiuo, veluti emptionis, & venditionis: hic autem non erat contractus correſpectiuus, quia Rolandus vltra apocham tenebatur ſoluere dictos ſcutos Hieronymo, ex quo eos ſoluerat pro Rolando, vt in dicta apocha continetur, l. ſecunda, §. fina. ff. ſi cert. pet. l. ſi pupilli, §. 1. ff. de nego. geſt. l. ſi mandato meo, ff. de fideiuſſ. & ibi not. Item quia ex contractu, de quo in apocha Hieronymo, ſeparatim, & Rolando ſeparatim actio ex obligatione ſtipulationis fuit acquiſita per verbum, promitto, quod ſtipulationem ſignificat. §. ſi ſcriptum inſt. de inutil. ſtipulatio. & ideo dictum fuit vnicuique ſeparatim ad contenta in apocha agi potuiſſe, faciunt notata in c. peruenit il ſecundo, & maximè per Abba. ex. de iure. iuran. Nam cùm ſtipulatio dicatur eſſe cōtractus nominatus, iuxta nota. in rubr. ff. de verb. obl. & ex diuerſis cauſis diuerſæ ſint promiſſiones in apocha contentæ, vnuſquiſque ex promiſſione ſibi facta poteſt agere, & eò magis cum Ioann. Baptiſt. obtulerit ſe perlas conſignaturum Rolando in ipſa ſolutione ſcutorum facienda, Bal. l. ex placito, C. de rer. per-
8 mut. quæ † obligatio in iudicio facta ſufficit ad euitandam moram, iuxta notata in l. ſi inſulam. ff. de verbor. oblig. & cùm Rolandus promiſerit vt ſuprà, & apocham ſcripſerit & ſubſcripſerit, & ſic contra eum probet, l. quædam, §. nūmularios, ff. de eden. l. Publianus, §. ſi. ff. depoſi. Alex. conſ. 147. vol. ſecundo, Dec. c. 1. de probat. Crauet. conſ. 73. nu. 40. fuit condemnatus, vt ſupra, & reſeruata fuere iure Rolando pro ſuis iuribus, ſi quæ competunt contra Ioannem Baptiſtam iuxta notata per Baldum in l. peremptorias, nu. 20. C. ſenten. reſcind. non poſ. faciunt not. per Felin. in c. quo ad conſultationem de re iudi. Alexand. conſil. 75. volum. 7.

DECISIO CLVI.

Cedens iura, & promittens bona facere, tenetur debitorem ſoluendo manu tenere, alias de ſuo ſoluere.

SVMMARIVM.

1 *Cedens nomen ſatisfacit ſi verum præſtat.*

2 Nomen

2 *Nomen bonum de iure eſt ſi verum eſt, ſed de facto ſi eſt ſoluendo*
3 *Nomen non eſſe bonum, & debitorem non eſſe ſoluendo æquiparantur.*
4 *Nullum verbum in contractu eſt otioſum.*
5 *Debitor in diem an ante ſit verus debitor.*
6 *Ille cui debetur pecunia in diem, an dicatur creditor.*
7 *Debitore ceſſo non exiſtente ſoluendo niſi pro parte, an ceßio pro ea parte valeat.*
8 *Bona debitoris intricata habentur, ac ſi nõ eſſent ad hoc vt creditor poßit agere contra alios.*
9 *Fideiuſſor poterit conueniri, ſi pignus non ſit ſufficiens.*
10 *Creditor pecuniæ non cogitur aliud accipere.*
11 *Promittens actiones perſonales bonas facere an præſtet debitore habente ſaluum conductum.*
12 *Obligationes in factum impleri debent in totum.*
13 *Obligatio ad quantitatem an ſit diuidua, vel indiuidua.*

CVM Paulus Cibo de Bene aſſecuraſſet ſuper frumentis Accelinum, & frumenta naufragium paſſa eſſent, ipſeq; Accelinus notificaſſet Paulo caſum occurſum ſuper frumentis, & poſt notificationem iſtud creditum ceſſiſſet Hieronymo Cibo cum iſtis verbis, videlicet iura, rationes vtiles, & directas, reales, & perſonales mixtas, &c. & inferiùs dixiſſet promittens Hieronymo præſenti, & acceptãti dicta iura, & actiones alteri non ceſſiſſe, veraque, ac bona facere, & poſt paucos dies idem Hieronymus hæc eadem iura ceſſiſſet, & quidem per eadem verba Gregorio Borzono, & durante termino triũ menſium conceſſorum aſſecuratoribus poſt notificationem eiſdem factam ad ſoluẽdum, & ſic antequàm veniſſet dies ſolutionis ipſe Paulus Cibo fuiſſet declaratus ruptus, propter quod fuit effectus notoriè non ſoluendo. Gregorius mouit litem contra Hieronymum, à quo habuerat illa iura ceſſa, quam litem Hieronymus intimauit Accelino, inſtetitque Accelinum eadem ſententia condemnari. ¶ Opponebant rei re-
1 ſpectiuè ſe nõ teneri, quoniam ille, † qui cedit nomẽ, ſatisfacit, quando illud nomen eſt verum: vnde ſolum tenetur præſtare Paulum duntaxat fuiſſe debitorem, & hoc præſtiterunt, non autẽ tenentur præſtare Paulum eſſe ſoluendo, l. ſi noxa. ff. de hæredita. vel actio. vend. l. inter cauſas, §. abeſſe, ff. mãdat. l. tertia in fine. ff. de fideiuſſ. & dicit Bal. in dicta l. ſi noxa. quòd ce-
2 dens † tenetur facere bonum nomen de iure, id eſt, obligatum, & non de facto, id eſt eum eſſe ſoluendo, & idem Bald. conſilio 72. vol. tertio. ¶ Hac tamen exceptione non obſtante Rota condemnauit cedentes ex eo, quia cedentes non ſolùm promiſerunt facere nomen, & iura ceſſa vera, ſed etiam bona, & cùm repertum fuerit Paulum non eſſe ſoluendo, cognitũ fuit ſuum nomen non fuiſſe bonum, nec iura ceſſa bo-
3 na: Nam nomen † non eſſe bonum, vel Paulum non eſſe ſoluendo, idem reputatur, & iſta duo æquiparat Bald. in dicta l. ſi nomen, & videtur probari in l. inter cauſas, §. abeſſe. ff. mandati, vbi licèt is ſoluendo non fuerit, quia bonum nomen fecit, facere quidem nomen, vel debitorem bonum, vel eum eſſe ſoluendo idem eſſe Doctores dicunt, & ſi aliter diceremus illa verba bona facere eſſent ſuperflua, cùm iam dixiſſet cedens, & promiſiſſet vera facere, & alteri nõ
4 ceſſiſſe: nullum enim verbum † in cõtractu ſtare otioſum dicere debemus cùm Bal. in Rub. de contrahen. emptio. quæſtione 9. per c. ſi Papa de priuile. libro 6. & l. ſi quando de lega. 1. cum igitur iſta iura, & Paulus ceſſus reperta ſint non ſufficientia ad extinctionẽ debiti, & non ſoluendo, fore commiſſam ſtipulationem credidimus. ¶ Cognouit etiam Rota, quòd nomen ceſſum tempore ceſſionis non erat etiam verum, quia verè, & propriè tunc temporis Paulus nõ erat verus debitor Accelini, quia tunc temporis durabat trium menſium dilatio conceſſa aſſecuratoribus ex diſpoſitione regularum, ideo ea durante conueniri non potuiſſet ab ipſo Accelino l. cedere diem de verb. ſig. §. plus petitur, inſt. de actio. cùm igitur Accelinus cedens non poſſet exigere illos ſcutos, N.
5 pro quib. ceſſionem fecit, ſequitur † quòd tunc ipſe Paulus nõ erat verus debitor, cùm ille propriè ſit debitor, à quo inuito exigi poteſt, l. debitor de verbo. ſign. & eſt text. in l. ſi ita ſcripſiſſet de lega. ſecundo, vbi in legato hoc quidquid Titius mihi debet, non comprehenditur obligatio in diem, Bald. ſequitur Alex. conſi. 101. nu. 7. vol. 5. & licèt poſſet dici ortas eſſe actiones, quia dies ceſſit, licèt non venerit, vt per Afflict. deciſ. 359. num. 9. non tamen venit dies, ideo obſtabat exceptio agenti Accelino, d. l. cedere diem, de ver. ſign. & ibi omnes, & in l. ita ſtipulatus de verb. obl. Qua exceptione attenta iuris cenſura creditor non cenſetur habere actiones, l. nihil intereſt, de reg. iur. l. eleganter, §. ſeruus pactiones, verſ. niſi fortè, ff.
6 de dolo. & eſt communis ſententia, quòd ille, † cui in diem pecunia debetur, non dicitur creditor, vt per Deci. poſt alios in l. 1. numero 29. ſi cert. petat. vnde cùm Accelinus non poſſit præſtare, quòd tempore ceſſionis Paulus eſſet eius verus debitor commiſſam ſtipulationem dicendum eſt. ¶ Hoc timentes rei conuolarunt ad aliud remedium, dicentes ſe probaſſe quòd Paulus ceſſus poſſidet duas domos, & ſupellectilia domus, & ſi diceretur bona eſſe creditorum effecta ex diſpoſitione decreti, replicant, ipſe ergo Gregorius vltimus ceſſionarius partem illorum bonorum conſequi poteſt ad extinctionẽ crediti ceſſi, hinc ſuccedit doct. Alex. in l. ſi cùm dotẽ. §. ſi mulier in finalibus verbis, ff. ſolu. matr. dum concordando opiniones dicit, quòd pro illa parte, pro qua debitor
7 † ceſſus non reperitur eſſe ſoluendo, quòd non valet ceſſio, ſed pro illa parte, pro qua reperitur ſoluendo valet: ergo Gregorius ceſſionarius debet accipere illud, quod poteſt in bonis Pauli, & reſiduum petere ab Accelino: fuit tamen ad hoc reſponſum quòd cùm bona, quæ habebat Paulus ceſſus, effecta ſint creditorum illa bona ſunt etiam effecta intricata: quia in eis, & qualibet parte eorum omnes creditores habent ius, quod de facili diſbligari non poteſt, nec cito, nec abſque longa mora, & non leui impenſa. Vn-
8 de illa bona habentur, † ac ſi non adeſſent, ideo illa diſcutere non tenetur Gregorius, prout dixit Paul. de Caſtr. in l. inter eos, §. creditor. ff. de fideiuſſ. quòd ſi creditor habet pignus ſufficiens non poteſt conuenire fideiuſſorem, tamen ſi pignus non poteſt commodè vendi, tunc fideiuſſor poterit conueniri, & dicit etiam ibi Paul. de Caſtr. quòd ſi facta excuſſione reperiantur bona immobilia ipſius principalis ſufficientia, ſi tamen non poſſunt commodè vendi, & cre-
9 ditori debeatur pecunia, † fideiuſſor poterit conueniri, perinde ac ſi non reperirentur bona: hæc eſt quidem caſus noſtri deciſio, quam ſequitur Hyppolitus

de Marſil. in Rubr. de fideiuſ. nu. 18. cum igitur bona
Pauli eſſent intricata, quæ commodè nec haberi, &
minus commodè vendi poſſent, Accelinus cedens
conueniri, & cõdemnari potuit, ac ſi nulla bona Pau-
li reperta fuiſſent, & maximè cùm ipſe Gregorius eſ-
ſet creditor pecuniæ, vnde non tenetur bona accipe-
re inſolutum, cum aliud pro alio inuito creditore
ſolui non poſſit, l. ſecunda. §. mutui datio, ff. ſi cer. pet.
& ibi tradunt omnes. l. eum, C. de ſolutio. Nec etiã
10 Gregorius creditor † poteſt cogi accipere partem ſo
lutionis in bonis Pauli, & pro reſiduo remanere cre-
ditor, l. creditor. §. Lucius. ff. de vſur. Dec. in l. age, n.
6. C. de tranſac. ¶ Vltimò conſideratum fuit, quòd
Accelinus ceſſit etiam actiones perſonales, & iſtas fa
cere bonas promiſit, & tamen non fecit bonas, quia
cum Gregorius ceſſionarius obtinuiſſet licentiam
contra perſonam Pauli, reperit ipſum viuere tutum
ſub ſaluo conductu, vt dicunt etiam teſtes: vnde quò
ad hoc commiſſa eſt ſtipulatio: quia nullo modo
11 † actiones perſonales contra Paulum exercere poteſt
tum ob ſaluum conductum, tum quia omnes illius
actiones & paſſiuè, & actiuè, & illarum etiam exerci-
tium tranſlatæ ſunt in curatorem illi datum ex diſpo-
ſitione ſtatuti de modo dandi magiſtratum ruptis in
fine, fol. 31. ¶ Nec etiam Accelinus adimpleuit quò
ad reales actiones, quas promiſit facere bonas, &
ſic ſoluendo. Vnde dato quòd Paulus haberet bona,
ea quibus in parte ſatisfieri ſibi poſſet Gregorius cre
ditor ceſſionarius, notiſſimum eſt quòd pro integro
credito ſatisfieri ſibi non poſſet: quia ſi bona Pauli
eſſent ſufficientia omnibus creditoribus, non poſſet
dici ruptus, & non ſoluendo, prout declaratum fuit,
vnde cum Accelinus promiſerit iura facere bona, de-
bet in totum facere bona, nec ſufficit quòd præſtet il-
la pro parte eſſe bona: quia obligatio iſta ſonat in
12 factum, & † in obligationibus facti non ſufficit imple
re pro parte, ſed eſt neceſſe quod in totum præſtetur,
aliàs committitur ſtipulatio. l. ſecunda. §. Item ſi in
facto cum tribus ſeq. ff. de verb. obliga. & licèt aliqua
ſint facta, quæ ſunt diuidua, vt in l. quarta §. Cato de
verbo. oblig. & ibi tradunt Doct. propter quod vide-
batur quòd iſtud factum eſſet diuiduum, quia credi-
13 tum Gregorij conſiſtit in quantitate, † quæ diuidua
eſt, & ideo tantam vtilitatem afferre videtur in parte
reſpectu partis, quantam in toto reſpectu totius: nihi
lominus contrarium viſum fuit, ſcilicet quòd hoc fa-
ctum ſit indiuiduum ea quidem ratione, quia ſi fieret
ſolutio partim in re, & partim in pecunia in diuerſis
rebus fieret ſolutio, quod fieri non debet: ideo occa-
ſione hac dicitur indiuiduum, vt dicit Martinus San-
tius in ſuo arbore diuidui, & indiuidui, ſub numero
18 in fine per l. in executione, §. pro parte, ff. de verb.
obligat. quod etiam clariùs confirmauit ex ſententia
aliorum idem Martinus Santius loco adducto ſub
numero 19. verſiculo quarto prædicta regula fallit,
Et ex iſtis Rota cognouit Accelinum non præſtaſſe,
ideo condemnauit, vt ſuprà dictum fuit. Ad laudem
Dei Opt. Max.

DECISIO CLVII.

Habitum ratione mercium deperditarum ſuc
cedit loco earum.

SVMMARIVM.

*1 Interitus, & amiſſio mercium ſpectat domino
earum.*

*2 Sententia declaratoriæ operatur quò ad om-
nes.*

3 Subrogatum ſapit naturam principalis.

STephanus Pinellus cum dediſſet bal-
las, N. telarum Ioſepho Bordono in
accommendam pro illi deferendis ad
locum Algerij, & vendendis, & retra-
ctu earum remittendo in aliis merci-
bus deferendis Genuam cum promiſſione reddendæ
rationis, & reliquatus ſolutionis, & pro eo interceſſiſ-
ſet Francus Bordonus, & Bartholomæus de Valeta-
ri principaliter, & inſolidum: euenit, quòd in itinere
fuit capta nauis, & merces diſtractæ, ac homines
facti captiui, nihilominus quia dictus Ioſeph habe-
bat ſaluum conductum à Rege Algerij, operatus fuit
medio amicorum, & pecuniarum quòd duceretur Al-
gerium, vbi coram Rege conqueſtus de fide non ſer-
uata, Rex fecit per piratam ei ſolui ſcutos, N. occa-
ſione d. capturæ: modò Pinellus petit promiſſam
rationis redditionem tam ſuo nomine, quam aſſecu-
ratorum, qui cũ videretur ex ſua perſona habere fun-
datam eius intentionem in inſtrumento, & ſtatuto, &
eſſet in diſpoſitione iuris, qua eſt cautum, quemlibet
negotiorum geſtorem, adminiſtratorem, & ſocium
teneri ad reddendam rationem, Soc. conſilio 24. vi-
ſis, columna ſecunda verſiculo ſecundo quia volum.
primo, & conſilio 73. circa primam in princip. eo.
volum. nihilominus contra ipſum faciebat dubium,
quia cum merces periiſſent ex confeſſione partis,
1 † videbantur periiſſe domino. l. ex legati cauſa, cum
ibi not. de verborum obligationibus quod etiam vi-
debatur conuentum inter partes, vnde dicebatur cõ-
uentum ad redditionem rationis petitam non tene-
ri per interitum rerum, cùm non entium nullæ ſint
qualitates, l. ſi ſeruum, de actio. emp. l. eius, §. fina. ſi
cer. pet. Quod tamen tenereetur: nec obſtarent op-
poſita reſpondebatur pro captura dictæ nauis, & mer
cium dictum Ioſeph habuiſſe recompenſationem
dictarum pecuniarum, vt apparebat tam per teſtes,
quàm per ſententiam, vbi hoc fuit declaratum, & ip-
ſe condemnatus occaſione merciũ in dicta naui exi-
ſtentium, licèt tertio, & non agenti, cùm hæc ſenten-
2 tia † contra ipſum vti declaratoria faceret, etiã quò
ad omnes, Dec. conſilio 445. in caſu, numero 39. &
ſeq propterea ex hac cauſa dicebatur reddendam eſ-
ſe rationem, cùm dictæ pecuniæ eſſent vti retractus
dictarum mercium, vel ſubrogatæ loco earum: vndè
3 † deberent ſapere earum naturam, l. ſi cum, §. qui
iniuriam, ſi quis cautio, vbi Doct. Socl. conſilio 141.
conſiderata columna quarta verſiculo, ſed dicet, vo-
lumine primo, maximè cum à lege, non ab ho-
mine fiat ſubrogatio, quando etiam non veniret ex
pacto per retractum, vt ſuprà. Ex his igitur cum
res ſatis remaneret, ſine dubio pro actore fuit iu-
dicatum, deductis ſummis expreſſis in ſententia,
quia ſolutę eſſent ex compenſatione neceſſaria, &
quia geſtum erat negotium vtile per conuentum,
argumento in primo caſu à ratione, l. ſi di-
ctum, §. ſi compromiſero de euict. & in
ſecundo per l. ſi pupilli, § ſi Titij,
& l. quæ vtiliter, & l. ait prætor
cum ibi not. de neg. geſt.
Soc. conſi. 26. Ex his,
col. 4. ver. 3. vol. 1.

DECISIO CLVIII.

Legitimè impeditus quò minus obſeruet conuentionem, alio pro ſui parte non obſeruante, habetur ac ſi obſeruaſſet.

SVMMARIVM.

1 Non obſeruans conuentionem non poteſt de ea ſe valere.

2 Impedimentum excuſat à pœna, vel mora, ſed nõ probat actionem.

3 Ille, cui debentur impenſæ in itinere, an debeat deducere, quod impendiſſet domi, & num 6.

4 Infirmitas præſtat legitimum impedimentum.

5 Conductus non valens ſtare loco propter defectum pecuniarum habet actionem, etiam quod non obſeruet.

FActa fuit coouentio inter Baptiſtam
de Bremeotorio, & Lazarum de Leuã-
ro, in quaactum eſt inter eos, quòd
Lazarus iret Meſſanam ad operandum
in ſocietate, quam ibi habebat d. Ba-
ptiſta taxata ſibi mercede certa per annos duos in-
cipiendos à die, quo receſſiſſet Genua pro dicto lo-
co, & vlterius promiſſa fuit d. Lazaro omnis im-
pẽſa, quæ occurreret neceſſaria in d. itinere, & victus,
ac medicinarum, ita quod nihil de ſuo poneret: &
ex aduerſo quatenus ſtaret per dictum Lazarum,
quò minus iter faceret, & adimpleret cõuenta, quod
ipſe Baptiſta poſſet alium conducere damno, & pe-
riculo Lazari: euenit caſus quòd dum Lazarus perge-
ret Meſſanam ſecundum ordinem, in itinere fuit in-
firmatus, & deſcendit Neapoli, vbi cùm per plures
meoſes ſtetiſſet infirmus, & feciſſet expenſas, nec ha-
beret modum ſatisfacieodi, cum ſcripſiſſet tam Ge-
nuam quàm Meſſanã, quod ſibi prouideretur de pe-
cuniis vt poſſet Meſſanam pergere, & cum de eis
non fuiſſet facta prouiſio, imò intellexiſſet quod pro
uiſum erat de alio loco ipſius, & quòd poterat ve-
nire Genuam, deſtitit ab itinere, & reuerſus eſt vnde
receſſerat, vbi propoſuit iudicium contra dic. Bapti-
ſtam ad expenſas factas propter victum, & infirmita-
tem iuxta promiſſa. ¶ His in facto ſic ſtantib. contra
Lazarum fiebat dubitatio de inobſeruantia contra-
ctus ex parte ipſius, vt qui nõ compleuiſſet viagium,
& alia non eſſet executus, quæ erant conuenta: &
dicebatur cùm ex parte eius eſſet huiuſmodi defe-
1 ctus, † quòd non poterat ſe valere conucotiooe al-
legata. l. cùm proponas la ſecunda. C. de pact. &
quod ei ex aduerſo noo erat obſeruandum, cùm fi-
dem frãgenti, non ſit ſeruanda fides. c. fruſtra fidem
de reg. iur. in 6. nec impedimentum, vel infirmitas al
legata dicebatur operari aliquem effectum tali ca-
2 ſu, quia licèt † excuſaret impedimentum à pœna, vel
mora, noo propterea præbebat actionem, ex quo
pro parte ſua non erat impletum, vt per Abb. poſt
But. capitulo ſicut el ſecundo, columna ſecunda, nu-
mero ſexto de iureiur. & Deci. d. l. cum proponas,
numero quarto & ad not. l. ſi inſulam, vbi Docto.
de verborum obligatioobus dicebatur etiam quòd
quando expenſæ aliquæ deberentur pro medicinis,
quod veniebant paruæ tantum ad not. per Bartolus
l. legatis de alim. leg. Alcia. l. verba victus de verbo-
3 rum ſignific. & quòd in expenſis † victus erat dedu-
cendum, quod domi impendiſſet, vt per Bald. l. inter
fratres. §. ſi quis ex ſociis pro ſoc. ¶ Ex parte autem
agentis contra prædicta deducebatur conuentio ini-
ta, quæ dicebatur eſſe lex inter partes, l. ibi. §. ſi con-
uenerit depo. ex qua cum omnes impenſæ neceſſa-
riæ eſſent faciendæ per dic. Baptiſt. non videbatur
habere aliquam defenſionem quò minus eas ſolue-
ret, nec oppoſita videbantur obſtare, cùm nulla cul
pa Lazari interceſſiſſet, ſi non perfecerat iter conuẽ-
4 tum, ſed fuiſſet impeditus ex infirmitate, † quæ legi-
timum præſtat impedimeotum, l. ſecunda. §. ſi quis
in dicta & ſeq. ſi quis cautio, vbi Docto. multò minus
ex hoc aliquid ſibi poterit imputari, cùm per eum
non ſtetiſſet poſt reconualeſcentiam, vt ex eius li-
teris ſcriptis ſuper hoc cooſtat per teſtes, cum tali
caſu, ad hoc vt non dicatur ſtare per impeditum,
ſufficit quòd conſtet de animo, vt per Alexand. di-
cta l. ſecunda. §. quod diximus in fina. dicebatur
etiam ad hoc, quòd nec per eum videbatur ſtetiſ-
ſe, attento quòd Ioan. Baptiſta de Auria requiſitus
per literas ex loco Neapolis, vt alloqueretur dictum
Baptiſtam conuentum ſuper infirmitate dicti La-
zari, & prouiſione facienda de pecuniis pro im-
penſis factis, vt poſſet peragere eius iter, cum re-
ſcripſiſſet alloquutum fuiſſe d. Baptiſtam, & intelle-
xiſſe quod ſibi prouideret de alio, & quòd ipſe po-
terat redire Genuam, quòd ſi non perfecit d. iter,
quod habuit iuſtam cauſam credendi rem ita ſe ha-
bere, vt per d. Ioannem Baptiſtam erat ſcriptum,
cùm dicto nobilis viri ſit credendum, Gloſſ. in l. Ti-
tio fundus verſiculo actiones de condi. & dem. Bal.
l. iudicia, C. de rei vendi. vbi loquitur in mouenda
actione, quod multò magis videbatur credendum,
cùm verè de ſermone ſuper hoc habito inter eum,
& Baptiſtam conſtet ex eius cooſeſſione ad poſi-
tiones in proceſſu: ſed vlterius dicebatur, quod
quaodo voluiſſet perficere dictum iter nec potuiſſet,
cùm deficerent pecuniæ debitæ, quas cùm Baptiſta
non remiſerit ſciens eas fuiſſe cauſatas ex infirmi-
tate, de qua habuit notitiam ex eius confeſſione
ad poſitiones in proceſſu: meritò dicebatur defe-
ctum nullum fuiſſe ex parte dicti Lazari, ſed totum
ex parte Baptiſtæ, & propterea cum fides primo
loco eſſet defecta per eum, quòd adducta in con-
trarium faciebant contra ipſum, & quòd Lazarus
ad conuenta non tenebatur, nec obſtabant quę di-
cto caſu contra eum erant allegata, cum eis reſpon-
deretur illa poſſe procedere vbi potuiſſet ſeruari cõ-
tractus per d. Lazarum, ſed quia tam per prouiſionẽ
per alium eius loco, quàm per defectum pecunia-
rum non poterat complere dictum viagium, propte-
rea videbatur fidem, & conuenta defeciſſe per Ba-
ptiſtam, quo caſu in terminis propter pecuniæ de-
5 fectum quando † quis conductus non potuit ſtare
loco, quod videtur eſſe idem cum itinere, facien-
do ad locum cum ſit eadem ratio, quòd habeat actio-
nem, etiam quòd non ſeruet ex ſua parte, eſt do-
ctrina Abb. capitulo peruenit il ſecundo, columna
tertia numero quarto eo titulo, quem ſequitur Fe-
6 li. dicto loco. Minus etiam dicebatur obſtare, † quòd
de impenſis patuis dicebatur, & deductione impen-
ſarum, quæ fiereot domi, quia ex conuentione
omnes deberentur, non patiebatur limitationem,
Gloſſ. ordi. in l. à procuratore. C. de procur. l. quod

nomine de conditione indeb. Et ex his quò ad dictas impenſas, & medicinas fuit per Rotam d. Baptiſta condemnatus reſeruatis iuribus circa alia petita per actorem, qualia ſibi competunt contra alios.

DECISIO CLIX.

Vno ponente in ſocietate pecunias, & alio operam, cùm diſſoluitur, pecuniç reſtituuntur ei, qui poſuit.

SVMMARIVM.

1 Opera vnius an æquiparetur pecuniæ alterius poſitæ in ſocietate.

2 An vero interuſorio pecuniarum.

Contracta ſocietate per Bartholomçũ de Bene cum Baptiſta Neaterio, in qua Bartholomæus poſuerat barrilix, N. ſardiniarum deferendarum in partes Sardiniæ & Baptiſta operam in earum venditione, & facta earum æſtimatiooe in libris. N. cum pacto deducto capitali de diuidendo lucro pro dimidia: fuit per d. Bartholomæum ad dictum capitale actum vnà cum eius lucro, attento quòd conſtaret ceſſiſſe diem d. ſolutionis faciendæ, vbi fuit dubitatum quod d. capitale non eſſet deducendum integrum ad beneficium Bartholomæi, quia videretur æqualiter diuidendum, cum à principio in contracta ſocietate, quod erat proprium, effectum diceretur commune, l. ſecunda pro ſoc. item quia ponens operam intelligeretur
1 † poſuiſſe pretium operæ, quod lex aſſimilat, & æquiparat pecuniæ poſitæ ex altera parte, l. ſi non fuerint §. primo eodem titulo, & vlterius, quia cõtractus cùm loqueretur, quod capitale deduceretur, ſaperet vſuram ad not, per Bald. l. prima queſt. nono. C. eo. ¶ Attamen his non obſtantibus fuit pronunciatum iuxta petita, cùm ex pacto conuentus ad ea teneretur, & pacta ſint leges inter partes, l. prima, §. ſi conuenerit de pact. Nec quæ oppoſita erant dicebãtur obſtare, quia ad primum reſpondebatur, quòd illud in dubio poterat procedere, ſecus autem vbi actum eſſet quod capitale veniret deducendum, vt hic ad not. per Gloſſ. dicta l. prima. C. eo. quod licèt dicat eſſe de conſuetudine non de iure, nihilominus Docto. ibi omnes de iure illud concludunt, vt atteſtatur Soc. conſilio 24. viſis, ac diligenter, columna decima verſiculo & ex prædictis volumine primo.
2 Secundùm autem dicebatur non obſtare, † quia pretium operæ intelligitur eſſe correſpondens interuſurio pecuniæ, non ipſi ſorti, & præſertim in caſu noſtro, in quo vnus poſuit ſpem, alius operam, vt per Bald. dicta l. prima, ſecunda. quæſt. & ibidem Saly. Tertium verò ceſſabat, cùm non eſſemus in mutuo, & quia non erat pactum, quòd ſaluum eſſet capitale, ſed quòd in lucro tantum participaret d. Baptiſta non in capitali, quod ex prędictis erat etiam de iure, nec arguebat vſuram ad not. etiam per Bald. d. l. t. 2. quæſtione.

DECISIO CLX.

Acceptans mandatum exigendi tenetur omnẽ diligentiam adhibere, etiam erga ſuos agentes deputatos, aut ſubſtitutos, pro ex actione, aliàs tenetur.

SVMMARIVM.

1 Suſcipiens mandatum tenetur adimplere.

2 Negligentia mandatarij habetur pro culpa.

3 Agens negotia alterius videtur inſtitor.

4 Teſtibus familiaribus non creditur, cùm res aliter probari poteſt.

5 Non adhibens in re mandata diligentiam, quam in propria, eſt in culpa.

6 Nominatus tanquam talis cenſetur electus cum illa qualitate.

Rota condemnauit Antonium Pallauiciuum ad reſtituendum Hierony. de Marinis ſcripturas crediti, quod idem Hieronymus habebat cum Epiſcopo Pampalon. & eidem Antonio tranſmiſerat Syracuſas Hiſpaniarum, vt medio agentis, quem Pampalonc Anto. habebat, illud creditum exigeret, vel ad ſoluendum prædicto Hieronymo illam pecuniarum ſummam: quia appare-
1 bat Antonium ſuſcepiſſe mandatum, † & ſucceſſiuè teneri, mandat. ſi non implebat. l. ſicuti in commodato. §. ſicut. ff. commod. quia ſuſcipiẽs mandatum pecuniæ exigendæ non ſulum tenetur de exactis, ſed etiam de non exactis, tex. in l. à procuratore. C. mãd.
2 Nam aliena negotia exacto officio geri debent, † & quælibet negligentia habetur pro culpa. l. in re mandata. C. eodem, & mandatarius tenetur de omni culpa. l. à procuratore. C. mãda. Vnde ſecundùm aliquos per illum text. tenetur etiam de leuiſſima, Alex. conſ. 147. in prin. maximè quando ex adminiſtratione pretium recipit: vt in hoc caſu Bar. in l. cum. §. ſi epiſtola. ff. de furt. negligentia autem, & culpa non leuis poterat conſiderari, ſi ſcripturas illas iuxta ordinem Hieronymi, per eum acceptarum ad agentem non tranſmiſiſſet, vel in tanto tempore, videlicet decem menſium in circa, quot interceſſiſſe apparet à receptione mandati vſque ad mortem illius agentis pecuniam ab agente exactam non recuperaſſet: vt enim ex mandatis, & literis hinc inde miſſis apparet, quæ contra ſcribentem recognitæ probant, vulg. l. Publi. §. fi. ff. depoſ. Doct. in l. admonendi. ff. de iure iur. vt ſunt recognitæ hę, de quibus agimus, Anto. nõ ſolùm tenebatur tranſmittere illas ſcripturas, ſed etiam curare exactionem, & ſolicitare, & ab agente illo recuperare, quia cum ipſe præſupponat verè fuiſſe exactam per agentem ab illo Epiſcopo pecuniam debitam Hieronymo. & ipſe per geminatas literas expreſſè ſe obligauerit in euentum exactionis factæ per agentem ſe eam ſoluturum, vel remiſſurũ, ac de ea daturum creditum Hieronymo, etiam quòd prius non fuiſſet obligatus, potuit ſe conſtituere debitorem, tot. tit. ff. de conſt. pecu. etiã per epiſtolã. l. Titius. ff. eo. vltra quòd cũ probetur per teſtes ipſius Anto. quòd ille agens gerebat negotia eiuſdẽ Anto-

nijPampalone , & exigendo pecunias,& contrahē-
3 do†videtur eius inſtitor fuiſſe,& cōſequenter ex eius
facto teneri,tot.tit.ff.de inſtit.¶Accedat,quòd tem-
pore mortis ipſius agentis , ipſe exegit ab eo,& re-
cuperauit magnam pecuniæ quantitatem, & ſic vi-
detur ad eum perueniſſe pecunia debita ipſi Hiero-
nymo. ¶ Nec obſtat , quòd dicatur ipſe creditor in
maiori ſumma,quia de hoc non conſtat , & teſtibus
4 id dicentibus,†cùm ſint de familia producentis, non
creditur,l.2.C.de teſtibus.c.in literis extra eodem,
maximè in hoc,quod aliter probari poteſt,& ſolet de
uenire in notitiam aliorum,quam de familia,& ſolēt
fieri ſcripturæ,& cautiones,quo caſu maximè dome-
ſtico teſtimonio non creditur.ad trad.per Doct.in d.
c.in literis,ſed ex hoc præſuppoſito apparet eius cul-
5 pa,†cum diligēs fuerit in exigendo pro ſe , & facien-
do negotia ſua maiorem diligētiam adhibuerit , quā
in re mandata,contra tex.l.in re mandata.C.eod. quo
caſu culpa conſideratur,l.ſocius ſocio.ff.pro ſoc.l.hę-
redes.§.non tantum.ff.fam.herciſc. Vnde tam ratio-
ne negligentiæ,& culpæ,quàm expreſſę obligationis
vt ſuprà,vel tacitæ à lege inductæ,vt quis pro agente,
& inſtitore ſuo teneatur.quam etiam ex eo,quòd pe-
cuniæ agentis ad ipſum Antonium peruenerant Ro-
tæ viſum eſt Antonium teneri Hieronymo. ¶ Nec
obſtabat,quòd ſubſtitutus eſſet ille agens ad exigen-
dum de mandato Hieronymi,& cùm mortuus ſit , &
factus non ſoluendo quod omne periculum ſpectet
ad mandantem ſubſtitui , non ad ſubſtituentem , ex
his,quæ tradit Franch.in c.primo de procura. in ſex-
to,& ibi Gemin.& Oldr.conſi.134.quia videtur no-
6 minatus tanquam agens Antonij,†& habens qualita-
tes agētis,videlicet quod Antonius pro eo eſſet obli-
gatus,cùm nō nominauerit nomine proprio,ſed agē-
tis,vt in ſimili habetur per Pariſ.conſi.107.num. 39.
in tertio:ſed & difficultas ceſſat,quia expreſſè ſe obli-
gauit,& quia pecunia agentis in eū peruenit,& quia
etiam tenebatur adhibere diligentiam in recuperan-
do ab agente,quod non fecit.¶ Neque etiam obſtat
allegatio peſtis,quia Pampalonæ non fuit peſtis,ſed
in loco Tordæ,quæ eſt in itinere a Syracuſis ad Pam-
palonam,& ſic non ſolùm fuit impedimentum , ſed
ei fuit facilius recuperare , & exequi mandatum,ſed
& impedimenti probatio non ſufficit , non probatur
enim,ſi impedimentum non adfuiſſet , quid feciſſet,
quod dicere tenebantur. Bar.in l.quod commeatus.
ff.de re milit. Adde quòd cum ceſſaſſet peſtis , adhuc
agens ſuperuixit circa quatuor menſes,quod tempus
videtur ſufficiens ad faciendam huiuſmodi recupera-
tionem ſtante modico interuallo itineris duorum,vel
trium dierum de vno loco ad alium,& frequenti cō-
mercio hominum vnius loci in altero , & tamē dicto
tempore non apparet aliquam diligentiam adhibitā,
& ſucceſſiuè eum eſſe obligatum iurib.ſupra allega-
tis ¶ Nec obſtat , quòd tempore mortis tranſmiſerit
alios agentes,vt exigerent ab ipſo agente : quia non
apparet , quòd fecerint aliquam diligentiam cauſa
prædicti Hieronymi , ſed ſolum exegerint pro ipſo
Ant. Vnde ſequitur quòd aut ipſe non tranſmiſit ſcri-
pturas ad agentem,cùm id probetur ſolum per duos
de familia ſua,quorum teſtimonium integrū non eſt,
dicta l. ſecunda. C. de teſt. maximè cum non red-
dant concludentem cauſam ſcientiæ , & ſic tenetur
eas reſtituere , vel caſu quo tranſmiſerit videtur
teneri ad.reſtituendum pecuniam exactam ex ſu-
prà deductis. Et ex his Rota illum condemna-
uit.

3

DECISIO CLXI.

Computa cum literis tranſmiſſa probant cō-
tra tranſmittentem.

SVMMARIVM.

1 Negotiorum geſtor conueniendus eſt in loco geſti negotij.
2 Plures obligati intelligantur pro virili.
3 Vno petito,& alio probato an ſequitur condemnatio,& num.9.
4 In mandato attenditur locus,in quem tranſmittitur conſenſus.
5 Quò ad ſortiendum forum inſpicitur locus collatæ ſolutionis,& nu.7.
6 Debitor an poßit conueniri in loco, in quo reperitur.
8 Socij tenentur inſolidùm de collatis in burſam communem.
10 Requiſita ad hoc vt poſitiones habeantur pro confeßis.
11 Interlocutoria in aßignatione termini quando habeat vim ſimplicis comminationis.
12 Abſens contumax mulctari non poteſt.
13 Conditio ad intereſſe fit etiam non probata quātitate.

PEtiit Gaiatius Sanſeuerinus condem-
nari Dominicum Caſſolinū ad ſoluen-
dū ſibi ſcutos,N.exactos per dictū Do
minicum, & Auguſtinū eius ſocium de
quibuſdam redditibus dicti Gaiatij in
ſtatu Mediolani exiſtentibus,contra quem tamē plu-
ra videbantur obſtare quò minus poſſet obtinere.
¶Et primò,quod dictus Dominicus nō potuerit hîç
Genuæ cōueniri,tū quia eſſet Albinganenſis,qui vir-
tute conuentionum,quia habent cū Sereniſſima Do-
minatione , non poſſunt trahi extra ſuam ciuitatem,
1 †tum quia cùm huiuſmodi negotium exactionis ge-
ſtum fuerit in ciuitate Mediolani,ibi erat conueniē-
dus,l.1.C.vbi de ratioci.agi opor.l.hæres abſens. §.1.
ff.de iudi.¶Secundò,quia exactio iſta non fuit facta
per ipſum Dominicum ſolùm,ſed per Auguſtinum,
& Dominicū,vt narratur in petitione actoris : quare
Dominicus non erat inſolidùm conueniendus , cùm
2 † pro virili tantùm videretur obligatus per text.in l.
reos. §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis. ¶ Tertiò,
quia actor petiit ſcutos,N.cum ſuo intereſſe,& tamē
non probauit,niſi de minori ſumma,nihil autem pe-
3 nitus de intereſſe,& ſic cùm† aliud ſit petitū, & aliud
probatum,non poteſt ſequi condemnatio.l.habebat,
& ibi Doct.ff.de inſtit.act.Bar.in l.qui ſolidum. ff.de
lega.2.in prin.Doct.in l.Diuus.ff.de re iudi. ¶ Atta-
men his non obſtantibus condemnauimus Domini-
cum ad ſoluendum Gaiatio dictam minorem ſum-
mam vnà cum intereſſe debito in executione liqui-
dando , abſoluentes dictum reum à reliquis petitis,
moti , quia per literas , & computa dictorum de Ca-
ſolinis ipſi Gaiatio tranſmiſſa , & in actis exhibita,
quibus creditur in iudicio contra ſcribentem. Bal.

in tub.C.de fideinſt.Cano.in c.ſecundo,extra,eod.
tit. Doct.in l.admonendi, ff.de iute iura.nobis con-
ſtitit, exactam fuiſſe ab eis dictam ſummam de ted-
ditibus eiuſdem actoris,cui nimirum tenentur illam
conſignare,vel tanquam mandatatij,vel tanquam ne-
gotiorum geſtores ſint cēſendi,cùm negotiorum ge-
ſtor debeat reſtituere domino quicquid de re ipſius
ad eum peruenit,seddendo bonam,& legalem ratio-
nem geſtorum.l.ſecunda.& l.ſi autē is,§. item ſi fun-
dum ff.de neg.geſt.quod ſimiliter de mandatario di-
citur,penès quem de re mandantis nihil debet rema-
nere.l.ex mandato, & l.idemque.§.ſi procurator.ff.
mand.¶Contraria verò ceſſare viſa ſunt ex infraſcri-
ptis: Nam quò ad primum de incompetentia Rotæ,
quòd reus eſſet Albinganenſis, nullibi vidimus pro-
batum in proceſſu:quinimò in ſtatutis, ſeu conuen-
tionibus Albinganenſium cum Sereniſſima Domina-
tione,per ipſum reū exhibitis apparet, quod qui ſunt
de illo diſtrictu,duobus caſibus poſſunt hic Genuæ
conueniri,vel.i.ex contractu hîc celebrato,vel ſi fue-
rint hic reperti.ſed reus hic fuit perſonaliter appre-
henſus,& in iudicium vocatus,ergo extra caſum pro-
hibitum:nec refert negotium fuiſſe geſtum Mediola
4 ni,†quia in mandato,quod quidem contrahitur con-
ſenſu etiam per literas declarato, l.1.ff.mand.atten-
ditur locus,in quem per literas tranſmittitur conſen-
ſus,vt not.Bal.in l.multùm intereſt,C.ſi quis alte.vel
ſibi.Et cum ex literis illorum de Caſſiolinis Genuā
dicto Gaiatio tranſmiſſis tacitè colligatur nedū con-
ſenſus ipſorum ad mandatum præcedēs Gaiatij exe-
quendum,ſed etiam manifeſta eorundē voluntas de-
prehendatur faciendi ſolutionem hîc Genuę de exa-
ctis Mediolani nomine ipſius,ſuccedit, quod etiam
5 ſi alibi ſit geſtum negotium,tamen †quò ad ſortien-
dum forum debeat inſpici locus contractæ obliga-
tionis,& collatæ ſolutionis, in quo dicitur contra-
ctus ſuum implementum,& perfectionem recepiſſe.
l contraxiſſe.ff.de act.& obligat. l. ſi vt propuniſ.ff.
de fideiuſſ.l.quæro.ff.de ſolutio. Verùm ſiue ex man
dato, ſiue ex negotiorum geſtione actum fuiſſe di-
camus, ſatis eſt, debitorem hîc fuiſſe repertum,vt
potuerit in præſenti ciuitate conueniri, non ſolum
virtute dictarum conuentionum,ſed etiam ex diſpo-
6 ſitione iuris communis, quo permittitur† debitorem
poſſe conueniri vbilibet reperiatur,dummodo in lo
co idoneo,quando certo loco obligatus fuit in mora
ſoluendi.l.eum,qui,& ibi Bar.ff.de iudi.&in l.prima,
vbi omnes,ff.quod certo loco, Cano.in c.dilecti de
for.compet.imò fortius etiam ſi debitor in vno loco
7 ſe obligaſſet,& in alio ſolutionem deſtinaſſet, † non
ad locum contractus,ſed ad locum deſtinatę ſolutio-
nis fieret remiſſio,Bal.in l.Archimedorā,col.2.verſ.
potrò. C.vt in poſſeſ. leg l.3.vbi Glo.& Doct.ff.de
bon.aut.iudi poſſi.Bar.in d.l.quæro, Bal.in l. hæres
abiens.§.proinde,& ibi Paul.de Caſt.in §. ſi quis tu-
tor,iam,col 2.ff.de iudi.Cano.in c.Romana §.contra-
hentes,& §.præced.vbi Glo.fi.de for. compet. in 6.
quod ſi debitor in loco contractus haberet domici-
lium adhuc eſſet in electione creditoris,in quo loco
vellet debitorem conuenire,d.l.hæres abiens.§.fi.vbi
Doct.Cy.in l.prima,C.vbi de crimin. agi opor.Gl.
& Doct.in d.§.contrahētes, ex quib.firmatur præce-
dēs concluſio.¶ Quò vero ad ſecundū,cognouimus ex
eadē litera exhibita illos de Caſſiolinis tēpore, quo
facta ſint exactio, fuiſſe ſocios, vt demonſtrant illa
verba, *[illegible] fuſſe a queſta ragione.* Vnde optimo
iure potuit agi contra dict. de Caſſiolinis pro tota
ſumma exacta:quando enim plures tenentur inſoli-
dùm,eſt in facultate creditoris,quem ſolum vellit in-
ſolidùm conuenire.l.3.§.vbi duo.ff.de duo.reis. §. ſi
8 plures inſt.it.de fideiuſ.ſed ſocij tenentur † inſolidum
de collatis in burſam communem durante ſocietate.
l iure ſocietatis.ff.pro ſocio, ergo, &c. Æquum eſt
enim,vt ſocius pro ſocio poſſit inſolidùm conueniri,
ne contrahens cum multis litigare cogatur. l. ne in
plures.ff.de exer. l.iuſtiſſimè.§.proponit,& ibi Bald.
poſt Glo.ff.de ædil.edicto, quod tantò magis dicen-
dum eſt in caſu noſtro, cum ex dictis teſtium appa-
reat literam exhibitam vnà cum computo eſſe de
manu,& literatura ipſius Dominici,quo caſu tanquā
ad hūc actum præpoſitus cenſetur fortiùs inſolidùm
obligatus,iux.diſtinctionem Bar.in l.eandem,q. vlt.
ff.de duob.reis,& in l.1.§.ſi plures,& in l.ſi tamē plu-
res,ff.de exerci.& Bal.in Rub.C.eo.tit. ¶ Ad vltimū
dictum fuit,imò eſſe verius, quòd licèt actor proba-
uerit de minori ſumma, quàm fuerit petita, tamen
9 facienda ſit condemnatio in ſumma probata,†& ab-
ſolutio in alia non probata, vt ſententia valeat, ita
not.Cin.in l.1.q.vltima,& ibi Saly.col.fi. nu. 7.C.de
lit.conteſtat.per Glo.in l.apud Celſum in prin. verſi.
item quæritur,in verbo fuerit,ff.de doli excep.Alex.
in l.1.§.ſi ſtipulanti.nu.6.ff.de verb.obl.& licèt vide-
retur poſſe reum condemnari ad totam ſummā pe-
titam, cùm illa contineretur in poſitionibus actoris,
quas Rota pronuntiauit habendas eſſe pro confeſſis,
niſi intra dies 15.reus reſpondiſſet, qui deinde mini-
10 mè reſpondit, tamen viſum fuit id non ſufficere,†vt
poſitiones verè habeātur pro confeſſis,cum ad id plu
ra requirantur. Primò quòd principali comperto in
iudicio,poſitiones ſibi fuerint lectæ, & datæ intelli-
gi. Secundò, quòd in faciem fuerit monitus à iudice
reſpondere,quia non ſufficeret per nuntium moneri.
Tertiò,quòd abſque rationabili cauſa recuſet reſpō-
dere Quartò,ꝙ accuſata fuerit ex parte actoris con-
tumacia rei in termino non reſpondentis. Quintò,&
vltimò,quòd ſubſecuta fuerit interlocutoria iudicia-
lis facti declaratoria:quę omnia colliguntur ex nota.
per Burri.& alios in c.pen extra de cōfeſſ.& per Glo.
& Doct.in c.ſi poſt præſtitum. eo.tit.in 6.Bart. in l.
eius.qui delatorem,nu.2.& 3.ff.de iure Fiſci.Angel.
conſ.136.incip in quæſtione vertente,col.pen.verſi.
& ſi dicis. Aret in rub.inſt.de excep.nu.23.verſi.quia
ſi in termino,Curt.in tract.de poſitio.in princ. nu.8.
11 vul.1.& ſicut comminatio poſita in termino†effectū
interlocutoriè non habet,l.1.& toto tit.C.comm.vel
epiſtolas,ita nec interlocutoria,quæ fertur in ipſa aſ-
ſignatione termini,vt in caſu noſtro, cum habeat vim
ſimplicis comminationis,vt not.Bal.in l.2.C.qui ad-
mitti.Sed dato, quòd declaratoria fuiſſet ſubſecuta,
adhuc non ſufficeret ex quo non fuit citatus princi-
palis ad reſpondendum poſitionibus,ſed eius procu-
rator ad præſentandum principalem, quia vt dictum
12 eſt,abſens † perſonaliter non citatus non poteſt à
iudice haberi pro confeſſo : non enim poteſt quis à
iudice mulctari,niſi vera,& non ficta contumacia in-
teruenerit, vt nota.Iaſ. poſt Gloſ.Bald.& alios per
eum allegat.in l.fina colum. 3.verſicu.1. habes nota-
biliter.& col.ſequen.verſiculo 4.ſubtiliter.ff.ſi quis
iudic.non obtempe.¶ Poſtremò quod attinet ad in-
13 tereſſe, † quamuis in proceſſu non fuerit proba-
ta certa quantitas illius, ex quo tamen fuit peti-
tum, & in articulis deductum, viſum fuit Rotæ in
ſententia reum condemnare ad intereſſe debi-
tum in executione liquidandum, iuxta doctrinam
Bart.

Bar.in l.ſi quod ex Pāphila,ff.de lega.2.& in l. 2. vbi Bal.& alij.C.de ſenten.quæ ſine cert.quant. ad nota. per Bar.in l.creditores,nu.14.C.de pign.Iaſ.in § curare inſti.de actio.num.54.& nouiſſimè per Cagnol. in l.quatenus,nu.22.ff.de reg.iur.ne alioqui moroſus debitor cum aliena iactura locupletetur, l.idemque, §.1.& §.ſi mandauero,ff.mand.ad nota.in l.quod te. ff.ſi cert.petat.& in l.mora.ff.de vſur. Laus Deo.

DECISIO CLXII.

Creditum in libris mercatorum non extinguitur per contraſcriptiones ſine iuſta, & legitima cauſa factas.

SVMMARIVM.

1 *Socius conueniri poteſt inſolidùm.*

2 *Recipiens literas, & non reclamās intelligitur acquieuiſſe.*

3 *Directio ſcripturæ non comprehendit compenſationem.*

4 *Continuò quid facere, eſt ſtatim facere.*

IN cauſa fratrum de Grimaldis cum Iacobo Nigrono condemnauimus eum inſolidùm ad ſolutionem pecuniarū, de quibus in petitione: quoniam vidimus eum, reſpondentem poſitionibus partis aduerſæ confeſſum fuiſſe, quòd viguit ſocietas inter ipſum, & Benedictum Nigronum ab anno, N.& durauit vſque ad annum, N. quo tempore datum fuit creditum Anſaldo per dictam ſocietatem
1 in libro,de quo in cauſa.Igitur ipſe Iacobus † potuit conueniri inſolidùm,iuxta l.prim.§.ſi plures de exercit.Bar.l.eandem.ff.de duob.reis,& alibi ſæpe Doct. exhibitus etiam fuit proceſſus, per quē conſtat,quòd Iacobus reſpondendo petitioni iam aliàs contra eū oblatæ, ſatis explicatè confeſſus fuit ad debitum ipſius,& ſocij,& in quo proceſſu reſpondendo poſitionibus retulit ſe ad dictum librum ſocietatis,& cōfeſſus fuit dictum Anſaldum creditorem eſſe, vt in libro,quem etiam librum ad ordinationem Rotæ exhibuit dictus Iacobus in præſenti iudicio, per quem cōſtat de dicto credito. Verùm cùm in eo appareret factas fuiſſe contraſcriptiones quarundam partitarū, duximus earum non eſſe habendam rationem,ſi quidem omiſſis aliis rationibus,quæ ſparſim ex dictis teſtium pro vtraque parte examinatorum colligi poſſunt: illa certè viſa fuit concludens,& optima ratio, quamobrem contraſcribi nō potuerit, quia ſine cauſa iuſta,& legitima facta fuit contraſcriptio, & poſt aliam litem cœptam, ſic vt ſtantibus atteſtationibus tot ciuium,mercatorum, & legalium deponentiū dictam contraſcriptionem fuiſſe nullam,& inualidam, duxerimus eam non eſſe attendendam,tanquam non adfuerit iuſta cauſa eam faciendi. Minuſquam admittendam eſſe diximus compenſationem per ipſum Iacobum oppoſitam, cùm iam de dicta partita datum fuiſſet creditum Benedicto. Nec refert,quod actores quandoque ſcripſerint dicto Iacobo,quod ipſi etant diſpoſituri de dicta partita, prout ipſe eis ordinaret, & interim ſine præiudicio de ea dederint creditum Benedicto, quia cùm exinde ad paucos dies dictus Iacobus aliquas dictis fratribus literas ſcripſerit,quibus nullum eis ordinem dedit, nec de dicta partita aliquid dixit, acceptando literas dictorum agentiū,
2 †nec eis reclamando, vtique videtur acquieuiſſe cōtentis in dictis literis,arg.l.ſi filiusfamilias.ff.ad S.C. Macedon. Nec mouit, quod ex aduerſo dicebatur, acceptaſſe quidem eum contenta in literis, ſed contenta fuiſſe, vt ipſe deberet ordinare qualiter dirigenda eſſet ſcriptura, quæ ordinatio, & declaratio nunc demum ſecuta eſt, nempe quòd dictas marchas vult, & intendit compenſare cum ſuo debito. Reſpondemus per hanc oppoſitionem compēſationis non denotari quomodo, & qualiter dirigenda ſit ſcriptura: diuerſa enim ſunt hæc inter ſe videlicet,exceptio cō-
3 penſationis, † & denuntiatio,quonam pacto ſit dirigēda ſcriptura, & profectò valde abſurdū eſſet,quod circa directionem ſcripturæ expectandi eſſent triginta anni,præſertim cùm iam eſſet datum creditum alicui de aliqua partita,& ſignificatum illi, qui dictam partitam tranſmiſiſſet,vt denotare deberet, quomodo ſcriptura eſſet dirigenda, ita negotia remanerent diu impedita, & materia daretur intricandi ea, quæ quantum fieri poteſt opera danda eſt,vt explicentur, & cùm habeamus text.in d.l.ſi filiusfamilias, in quo habetur,quòd ſi pater factum filij ſui improbauit,cōtinuò debuit contrariæ voluntatis conteſtationem
4 interponere,continuò,id eſt † ſtatim noluimus facilè à verbis dictæ l.diſcedere:debuit enim Iacobus cùm primum potuit denuntiare,argumēto,l.ſi quis alicui. §.qui ſuſcepit.ff.mandat. Nec concludens ratio aſſignatur, quare dictus Iacobus magis voluerit acceptare, & approbare literas Grimaldorum circa dationem ordinis, quàm circa dationem crediti; & præſupponitur in facto,quod iamdiu de negotiis aſſūctus fuerit ſolidatum, & res nō eſſet amplius integra, quando oppoſita fuit huiuſmodi compenſatio. Quapropter condemnationem iſtam exiſtimauimus vndique eſſe iuſtam, & æquitati conſonam nemine reclamante.

DECISIO CLXIII.

Obligatus ad rationem reddendam tenetur conſignare reliquatum & intereſſe illius à mora ſoluere.

SVMMARIVM.

1 *Aliena negotia gerens tenetur reddere rationem.*

2 *Subſcriptio tantū operatur, quantū totius ſcriptio.*

3 *Recipiens literas ſuſcipit mandatum in eis contentum.*

4 *Interpellatus non reddens rationem tenetur ad intereſſe.*

5 *Quantitas intereſſe nō verificata reſeruatur probanda in executione.*

6 *Intereſſe reſidui redditionis rationis non debetur abſque interpellatione.*

AMbroſius Tarufus mandauit Iacobo de Promontorio in Canaria exiſtenti, vt caſſas ſaccharorū emeret, quas deinde ad Dominicum, & Baldeſarē Pallauicinos in Gadice cōmorantes tranſmitteret,& de prętio ab eiſdē

in rub.C.de fide inſtr.Cano.in c.ſecundo,extra,eod.
tit. Doct.in l.admonendi, ff.de iure iura.nobis con-
ſtitit, exactam fuiſſe ab eis dictam ſummam de red-
ditibus eiuſdem actoris,cui nimirum tenentur illam
conſignare,vel tanquam mandatarij,vel tanquam ne-
gotiorum geſtores ſint cēſendi,cùm negotiorum ge-
ſtor debeat reſtituere domino quicquid de re ipſius
ad eum peruenit,reddendo bonam,& legalem ratio-
nem geſtorum.l.ſecunda.& l.ſi autē is,§. item ſi fun-
dum.ff.de neg.geſt.quod ſimiliter de mandatario di-
citur,penès quem de re mandantis nihil debet rema-
nere.l.ex mandato , & l.idemque.§.ſi procurator.ff.
mand.¶Contraria verò ceſſare viſa ſunt ex infraſcri-
ptis : Nam quò ad primum de incompetentia Rotæ,
quòd reus eſſet Albinganenſis, nullibi vidimus pro-
batum in proceſſu:quinimò in ſtatutis, ſeu conuen-
tionibus Albinganenſium cum Sereniſſima Domina-
tione,per ipſum reū exhibitis apparet, quod qui ſunt
de illo diſtrictu,duobus caſibus poſſunt hic Genuæ
conueniri,vel.ſ.ex contractu hìc celebrato,vel ſi fue-
rint hic reperti.ſed reus hic fuit perſonaliter appre-
henſus,& in iudicium vocatus,ergo extra caſum pro-
hibitum:nec refert negotium fuiſſe geſtum Mediola
4 ni,†quia in mandato,quod quidem contrahitur con-
ſenſu etiam per literas declarato, l.1.ff.mand.atten-
ditur locus,in quem per literas tranſmittitur conſen-
ſus,vt not.Bal.in l.multùm intereſt,C.ſi quis alte.vel
ſibi.Et cùm ex literis illorum de Caſſiolinis Genuā
dicto Gaiatio tranſmiſſis tacitè colligatur nedū con-
ſenſus ipſorum ad mandatum præcedēs Gaiatij exe-
quendum,ſed etiam manifeſta eorundē voluntas de-
prehendatur faciendi ſolutionem hìc Genuę de exa-
ctis Mediolani nomine ipſius,ſuccedit , quod etiam
5 ſi alibi ſit geſtum negotium,tamen †quò ad ſortien-
dum forum debeat inſpici locus contractæ obliga-
tionis,& collatæ ſolutionis, in quo dicitur contra-
ctus ſuum implementum,& perfectionem recepiſſe.
l contraxiſſe.ff.de act.& obligat. l. ſi vt proponis.ff.
de fideiuſſ.l.quæro.ff.de ſolutio. Verùm ſiue ex man
dato , ſiue ex negotiorum geſtione actum fuiſſe di-
camus , ſatis eſt, debitorem hìc fuiſſe repertum,vt
potuerit in præſenti ciuitate conueniri , non ſolùm
virtute dictarum conuentionum,ſed etiam ex diſpo-
6 ſitione iuris communis, quo permittitur† debitorem
poſſe conueniri vbilibet reperiatur,dummodo in lo
co idoneo,quando certo loco obligatus fuit in mora
ſoluendi.l.cum,qui,& ibi Bar.ff.de iudi.&in l.prima,
vbi omnes,ff.quod certo loco, Cano.in c.dilecti de
for.compet.imò fortius etiam ſi debitor in vno loco
7 ſe obligaſſet,& in alio ſolutionem deſtinaſſet, † non
ad locum contractus,ſed ad locum deſtinatę ſolutio-
nis fieret remiſſio,Bal.in l.Archimedorā,col.2.verſ.
porrò. C.vt in poſſeſ. leg.l.3.vbi Glo.& Doct.ff.de
bon.aut.iudi.poſſi.Bar.in d.l.quæro, Bal.in l. hæres
abſens.§.proinde,& ibi Paul.de Caſt.in §. ſi quis tu-
telam,col.2.ff.de iudi.Cano.in c.Romana.§.contra-
hentes,& §.præced.vbi Glo.fi.de for. compet. in 6.
quod ſi debitor in loco contractus haberet domici-
lium adhuc eſſet in electione creditoris,in quo loco
velit debitorem conuenire,d.l.hæres abſens.§.fi.vbi
Doct.Cyn.in l.prima,C.vbi de crimin.agi opor.Gl.
& Doct.in d.§.contrahētes, ex quib.firmatur præce-
dēs cōcluſio.¶ Quò verò ad ſecundū,cognouimus ex
eadē litera exhibita illos de Caſſiolinis tēpore, quo
facta fuit exactio , fuiſſe ſocios , vt demonſtrant illa
verba , *eſſendo dato ſou a queſta ragione.* Vnde optimo
iure potuit agi contra dict. de Caſſiolinis pro tota
ſumma exacta:quando enim plures tenentur inſoli-
dùm,eſt in facultate creditoris,quem ſolum velit in-
ſolidùm conuenire.l.3.§.vbi duo.ff.de duo.reis. §. ſi
8 plures inſtit.de fideiuſ.ſed ſocij tenentur † inſolidum
de collatis in burſam communem durante ſocietate.
l iure ſocietatis.ff.pro ſocio , ergo , &c. Æquum eſt
enim,vt ſocius pro ſocio poſſit inſolidùm conueniri,
ne contrahens cum multis litigare cogatur. l. ne in
plures.ff.de exer.l.iuſtiſſimè.§.proponit,& ibi Bald.
poſt Glo.ff.de ædil.edicto, quod tantò magis dicen-
dum eſt in caſu noſtro , cum ex dictis teſtium appa-
reat literam exhibitam vnà cum computo eſſe de
manu,& literatura ipſius Dominici,quo caſu tanquā
ad hūc actum præpoſitus cenſetur fortiùs inſolidùm
obligatus,iux.diſtinctionem Bar.in l.eandem,q. vlt.
ff.de duob.reis,& in l.1.§.ſi plures,& in l.ſi tamē plu-
res,ff.de exerci.& Bal.in Rub.C.eo.tit. ¶ Ad vltimū
dictum fuit,imò eſſe verius, quòd licèt actor proba-
uerit de minori ſumma , quàm fuerit petita , tamen
9 facienda ſit condemnatio in ſumma probata,†& ab-
ſolutio in alia non probata , vt ſententia valeat , ita
not.Cin.in l.1.q.vltima,& ibi Saly.col.fi. nu. 7.C.de
lit.conteſtat.per Glo.in l.apud Celſum in prin. verſi.
item quæritur,in verbo fuerit,ff.de doli excep.Alex.
in l.1.§.ſi ſtipulanti.nu.6.ff.de verb.obl.& licèt vide-
retur poſſe reum condemnari ad totam ſummā pe-
titam, cùm illa contineretur in poſitionibus actoris,
quas Rota pronuntiauit habendas eſſe pro confeſſis,
niſi intra dies 15.reus reſpondiſſet, qui deinde mini-
10 mè reſpondit , tamen viſum fuit id non ſufficere,†vt
poſitiones verè habeātur pro confeſſis,cum ad id plu
ra requirantur.Primò quòd principali comperto in
iudicio,poſitiones ſibi fuerint lectæ, & datæ intelli-
gi.Secundò , quòd in faciem fuerit monitus à iudice
reſpondere,quia non ſufficeret per nuntium moneri.
Tertiò,quòd abſque rationabili cauſa recuſet reſpō-
dere Quartò,ꝙ accuſata fuerit ex parte actoris con-
tumacia rei in termino non reſpondentis., Quintò,&
vltimò,quòd ſubſecuta fuerit interlocutoria iudicia-
lis facti declaratoria:quę omnia colliguntur ex nota.
per Burri.& alios in c.pen.extra de cōfeſſ.& per Glo.
& Doct.in c.ſi poſt præſtitum. eo.tit.in 6.Bart. in l.
eius.qui delatorem,nu.2.& 3.ff.de iure Fiſci.Angel.
conſ.136.incip in quæſtione vertente,col.pen.verſi.
& ſi dicis. Aret in rub.inſt.de excep.nu.23.verſi.quia
ſi in termino,Curt.in tract.de poſitio.in princ. nu.8.
11 vol.1.& ſicut comminatio poſita in termino † effectū
interlocutoriè non habet,l.1.& toto tit.C.comm.vel
epiſtolas,ita nec interlocutoria,quæ fertur in ipſa aſ-
ſignatione termini,vt in caſu noſtro, cum habeat vim
ſimplicis comminationis,vt not.Bal.in l.2.C.qui ad-
mitti.Sed dato , quòd declaratoria fuiſſet ſubſecuta,
adhuc non ſufficeret ex quo non fuit citatus princi-
palis ad reſpondendum poſitionibus,ſed eius procu-
rator ad præſentandum principalem , quia vt dictum
12 eſt,abſens † perſonaliter non citatus non poteſt à
iudice haberi pro confeſſo : non enim poteſt quis à
iudice mulctari,niſi vera,& non ficta contumacia in-
teruenerit , vt nota.Iaſ. poſt Gloſ.Bald.& alios per
eum allegat.in l.fina.colum.3.verſicu.1.habes nota-
biliter.& col.ſequen.verſiculo 4.ſubtiliter.ff.ſi quis
iudic.non obtempe.¶ Poſtremò quod attinet ad in-
13 tereſſe , † quamuis in proceſſu non fuerit proba-
ta certa quantitas illius , ex quo tamen fuit peti-
tum , & in articulis deductum , viſum fuit Rotæ in
ſententia reum condemnare ad intereſſe debi-
tum in executione liquidandum , iuxta doctrinam
Bart.

Bar.in l.ſi quod ex Pãphila,ff.de lega.2.& in l. 2. vbi Bal.& alij.C.de ſenten.quæ ſine cert.quant. ad nota. per Bar.in l.creditores,nu.14.C.de pign.Iaſ.in § curare inſti.de actio.num.54.& nouiſſimè per Cagnol. in l.quatenus,nu.22.ff.de reg.iur.ne alioqui moroſus debitor cum aliena iactura locupletetur, l.idemque, §.1.& §.ſi mandauero,ff.mand.ad nota.in l.quod re. ff.ſi cert.petat.& in l.mora,ff.de vſur. Laus Deo.

DECISIO CLXII.

Creditum in libris mercatorum non extinguitur per contraſcriptiones ſine iuſta, & legitima cauſa factas.

SVMMARIVM.

1 *Socius conueniri poteſt inſolidùm.*
2 *Recipiens literas,& non reclamãs intelligitur acquieuiſſe.*
3 *Directio ſcripturæ non comprehendit compenſationem.*
4 *Continuò quid facere,eſt ſtatim facere.*

IN cauſa fratrum de Grimaldis cum Iacobo Nigrono condemnauimus eum inſolidùm ad ſolutionem pecuniarũ, de quibus in petitione: quoniam vidimus eum, reſpondentem poſitionibus partis aduerſæ confeſſum fuiſſe, quòd viguit ſocietas inter ipſum, & Benedictum Nigronum ab anno, N.& durauit vſque ad annum, N. quo tempore datum fuit creditum Anſaldo per dictam ſocietatem in libro,de quo in cauſa.
1 Igitur ipſe Iacobus † potuit conueniri inſolidùm,iuxta l.prim.§.ſi plures de exercit.Bar.l.eandem.ff.de duob.reis,& alibi ſæpe Doct. exhibitus etiam fuit proceſſus, per quẽ conſtat,quòd Iacobus reſpondendo petitioni iam aliàs contra eũ oblatæ, ſatis explicatè confeſſus fuit ad debitum ipſius,& ſocij,& in quo proceſſu reſpondendo poſitionibus retulit ſe ad dictum librum ſocietatis,& cõfeſſus fuit dictum Anſaldum creditorem eſſe, vt in libro,quem etiam librum ad ordinationem Rotæ exhibuit dictus Iacobus in præſenti iudicio, per quem cõſtat de dicto credito. Verùm cùm in eo appareret factas fuiſſe contraſcriptiones quarundam partitarũ, duximus earum non eſſe habendam rationem,ſi quidem omiſſis aliis rationibus,quæ ſparſim ex dictis teſtium pro vtraque parte examinatorum colligi poſſunt: illa certè viſa fuit concludens,& optima ratio, quamobrem contraſcribi nõ potuerit, quia ſine cauſa iuſta,& legitima facta fuit contraſcriptio, & poſt aliam litem cœptam, ſic vt ſtantibus atteſtationibus tot ciuium,mercatorum, & legalium deponentiũ dictam contraſcriptionem fuiſſe nullam,& inualidam, duximus eam non eſſe attendendam,tanquam non adfuerit iuſta cauſa eam faciendi. Minuſquam admittendam eſſe diximus compenſationem per ipſum Iacobum oppoſitam, cùm iam de dicta partita datum fuiſſet creditum Benedicto. Nec refert,quod actores quandoque ſcripſerint dicto Iacobo,quod ipſi erant diſpoſituri de dicta partita, prout ipſe eis ordinaret, & interim ſine præiudicio de ea dederint creditum Benedicto, quia cùm exinde ad paucos dies dictus Iacobus aliquas dictis fratribus literas ſcripſerit,quibus nullum eis ordinem dedit, nec de dicta partita aliquid dixit, acceptando literas dictorum agentiũ,
2 † nec eis reclamando, vtrique videtur acquieuiſſe cõtentis in dictis literis,arg.l.ſi filiusfamilias.ff.ad S.C. Macedon. Nec mouit, quod ex aduerſo dicebatur, acceptaſſe quidem eum contenta in literis, ſed contenta fuiſſe, vt ipſe deberet ordinare qualiter dirigenda eſſet ſcriptura, quæ ordinatio, & declaratio nunc demum ſecuta eſt, nempe quòd dictas marchas vult, & intendit compenſare cum ſuo debito. Reſpondemus per hanc oppoſitionem compẽſationis non denotari quomodo, & qualiter dirigenda ſit ſcriptura: diuerſa enim ſunt hæc inter ſe videlicet,exceptio cõ-
3 penſationis, † & denuntiatio,quonam pacto ſit dirigẽda ſcriptura, & profectò valde abſurdũ eſſet,quod circa directionem ſcripturæ expectandi eſſent triginta anni,præſertim cùm iam eſſet datum creditum alicui de aliqua partita,& ſignificatum illi, qui dictam partitam tranſmiſiſſet,vt denotare deberet, quomodo ſcriptura eſſet dirigenda, ita negotia remanerent diu impedita, & materia daretur intricandi ea, quæ quantum fieri poteſt opera danda eſt,vt explicentur, & cùm habeamus text.in d.l.ſi filiusfamilias, in quo habetur,quòd ſi pater factum filij ſui improbauit,cõtinuò debuit contrariæ voluntatis conteſtationem
4 interponere,continuò,id eſt † ſtatim noluimus facilè à verbis dictæ l.diſcedere:debuit enim Iacobus cùm primum potuit denuntiare,argumẽto,l.ſi quis alicui. §.qui ſuſcepit.ff.mandat. Nec concludens ratio aſſignatur, quare dictus Iacobus magis voluerit acceptare, & approbare literas Grimaldorum circa dationem ordinis, quàm circa dationem crediti; & præſupponitur in facto,quod iamdiu de negotiis aſſictus fuerit ſolidatum, & res nõ eſſet amplius integra, quando oppoſita fuit huiuſmodi compenſatio. Quapropter condemnationem iſtam exiſtimauimus vndique eſſe iuri, & æquitati conſonam nemine reclamante.

DECISIO CCXIII.

Obligatus ad rationem reddendam tenetur conſignare reliquatum & intereſſe illius à mora ſoluere.

SVMMARIVM.

1 *Aliena negotia gerens tenetur reddere rationem.*
2 *Subſcriptio tantũ operatur,quantũ totius ſcriptio.*
3 *Recipiens literas ſuſcipit mandatum in eis contentum.*
4 *Interpellatus non reddens rationem tenetur ad intereſſe.*
5 *Quantitas intereſſe nõ verificata reſeruatur probanda in executione.*
6 *Intereſſe reſidui redditionis rationis non debetur abſque interpellatione.*

AMbroſius Tarufus mandauit Iacobo de Promontorio in Canaria exiſtenti, vt capſas ſaccharorũ emeret, quas deinde ad Dominicum, & Baldeſarẽ Pallauicinos in Cadice cõmorantes tranſmitteret,& de pretio ab eiſdẽ

Pallauicinis ſe prouideret, & quia ex literis ipſius
Iacobi anni, &c. proceſſu in exhibitis conſtitit,
Iacobum iuxta ordinem ſibi datum pro Ambroſio
ſaccbara emiſſe, quæ cum primum habuerat pro Ca-
dice onerari ſe curaturum ſcripſit, ac etiam ſe à dictis
Pallauicinis de Dublis quingentis Canarię proui-
diſſe, de quibus rationem redditurum dixit, & quia
etiam ex literis ipſorum Pallauicinorum Cadicis ad
Ambroſium, Genuam datis conſtitit ipſos Pallauici-
nos creaſſe debitorem Ambroſium de dicta quātita-
te pro totidem Dublis per Iacobum ex cauſa ſaccba-
rorum habitis, Rota condemnauit curatorem datum
ipſi reo conuento abſenti, iuxta formam ſtatutorum
ſub rubrica de curatoribus generalibus, & eius perſo
na mediante dictum reum ad reddendum dicto Am-
broſio bonam, veram, & legalem rationem de dictis
Dublis quingentis cum reliquatus ſolutione, & illius
1 intereſſe à die litis motæ citra: Nam † qui aliena ne-
goria gerit, tenetur reddere rationem de geſtis. l. 1. §.
officio. ff. de tut. & rat. diſtrah. & ibi not. Doct. l. ideóq;
§. primo. ff. mand. Rom. conſi. 148. & Dec. in conſil.
310. num. 7. Soc. conſil. 46. vol. 1. Boër. quæſt. 15. & eò
magis cùm idem Iacobus in literis ſuis ad Ambro-
ſium ſcriptis dixerit, ſe rationem redditurum, facit. l.
1. ff. de conſtitut. pecu. & quę quidem literæ rei con-
tra ipſum in omnibus contentis in illis probare dice
bantur. l. Publia. ff. depoſi. & ibi Bart. §. ſi quis igitur.
Auth. de inſtru. cautel. & fid. nota. Docto. in l. admo-
nendi. ff. de iure iu. & licèt manu Iacobi ſubſcriptę tā-
2 tùm eſſe dicerentur, † nihilominus contra eum pro-
bare dicebantur, ac ſi eius manu fuiſſent ſcriptæ. §.
1. verſ. in his autem, inſtit. de empt. & vendi. l. ſi ego. §.
dotis. ff. de iure dot. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſo-
gonus, & ibi Iaſ. & alij. ff. de verbor. oblig. Alexand.
in conſi. 146. vol. 2. ¶ Secundò, quia qui tenetur red-
dere rationem, tenetur reliquatum conſignare, l. cùm
ſeruos. ff. de cond. & demonſt. l. qui libertatis. §. ſer-
uus. ff. de euic. l. qui ſub conditione ff. de cond. & de-
3 monſt. Alex. conſi. 32. volum. 5. & ideo † cùm literas
mandati ſuſceperit, & ob id mandatum ſuſcepiſſe di-
catur. l. ſi literas, & ibi Bald. C. mandat. clemeo. 1. de
procurat. Alex. in conſi. 78. volu. 1. teneaturque man-
datum perficere, & adimplere. l. diligenter, & ibi Al-
ber. ff manda. l. in commodato. §. ſicut ff. commodat.
l. ſi mandauero. §. ſicuti autem. ff. mandat. & interpel-
4 latus † rationem non reddiderit, idcircò ad reliquatus
intereſſe condemnatus fuit, prout de iure tenetur. l.
idemque. §. ſi procurator. ff. mandat. l. ſi procurato-
rem. §. mandati. ff. eodem mandat. l. at qui natura. §.
non tantùm. ff. de negot. geſt. & eò magis cùm actor
ſe mercatorem eſſe, ac ſolitum negotiari, & pecu-
nias cambio darę, & accipere probauerit, & huiuſ-
modi intereſſe tali mercatori debeatur, capitu. con-
queſtus, & ibi Abb. extra de vſur. c. conſtitutus de fi-
deiuſ. Deci. conſi. 322. numero quinto, Afflic. deciſ.
Neap. 20. Ruin. conſil. 103. volum. quarto, reſeruata-
5 que fuit actori, † liquidatio intereſſe in executione
ſententiæ, quia de aliqua intereſſe quantitate in pro-
ceſſu non cōſtabat, ad not. in l. terminato. C. de fruct.
ex lit. expenſ. & in l. prima. C. de ſenten. quę ſine cert.
quantitate profer. & dictum fuit rationem haben-
dam eſſe capſarum, N. ſaccharorum, ſeu illorum pre-
tij, quia actor in petitionne eas deducere ſe obtu-
lerat, pro quo facit text. & ibi nota. in l. cum pre-
6 tium. C. de libera. cauſ. dictumque etiam fuit † in-
tereſſe liquidandum eſſe à die litis motæ citra, quia
non conſtitit de aliqua interpellatione reo conuen-
to facta, niſi in præſenti iudicio, quæ cum in mo-
ra conſtituiſſe videtur. l. ſemel mora, & ibi Docto.
ff. ſolu. matrimon. Glo. in l. vinum. ff. ſi cert. peta. Bar.
in l. ſi quis. §. moram. ff. de vſur. & in l. quis Romæ. §.
Seia. ff. de verb. oblig.

DECISIO CLXIIII.

Obligatus ad reddendam rationē debet ſaltē ſummam, quam penès ſe habet certam, ſoluere, aliàs tenetur ad intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Mora non committitur ante liquidationem.*
2 *Oblatio verbalis ſufficit quando creditum eſt intricatum.*
3 *Res iudicata quæ dicatur, & num. 9.*
4 *Sententia lata in iudicio executiuo an ſit diffinitiua, vel interlocutoria. & nu. 14.*
5 *Condemnatio, vel abſolutio poteſt fieri per verbum æquipollens.*
6 *Ante liquidationem peti non poteſt intereſſe.*
7 *Sententia etiam iniuſta facit ius.*
8 *Sententia eſt ſtrictè interpretanda.*
10 *Sententia propriè intelligitur de diffinitiua, & ſic in dubio.*
11 *Interlocutoria poteſt quandocunque per iudicem reuocari, & nunquam quò ad iudicem trāſit in iudicatum, & nu. 15.*
12 *Negatiua probatur per inſpectionem actorum.*
13 *Omnis declaratio poſt ſententiā eſt interlocutoria.*
16 *Suſcipiens mandatum tenetur reddere rationem, & ſoluere vſuras.*
17 *Qui tenetur reddere rationem certo tempore eſt in mora non reddendo.*
18 *Sententia eſt interpretāda vt valeat, & iuſta ſit.*
19 *Sententia recipit declarationē à libello, & actis.*
20 *Verba ſententiæ debent aliquid operari, & non ſeruire de vento.*
21 *Obligatus ad reddendam rationem tenetur quatuor adimplere.*
22 *Libri rationum quid continere debeant.*
23 *An obligatus reddere rationem debeat fideiuſſorem offerre.*
24 *Pronuntiatio quòd ſententia ſit exequenda eſt interlocutoria.*
25 *Quando ſententia in executiuis non eſt merè interlocutoria, ſed quod habet vim diffinitiuæ.*

CHRISTI NOMINIS PIE
Implorato præſidio.

CVm inter Baptiſtam Cattaneum, & Bartholomeum Saluaigum controueſia eſſet ſuper quibuſdā pecuniis datis per Baptiſtam d. Bartholomęo, vt in frumentis, aliiſque mercibus implicaret, ac de eis vt de
ſuis

ſuis propriis diſponeret, cúmque poſtea ſuper eis inter dictas partes eſſet lis, d. Bartholomæus ad reddendam rationem cum reliquatus ſatisfactione condemnatus fuit, quæ ſententia in rem iudicatam tranſiuit, & ipſius executionem Baptiſta petiit, & Bartholomæus dixit, ſe eſſe paratum rationem reddere, verbaliter obtulit reliquatum ſoluere, & quendam calculum produxit, qui minimè à Baptiſta acceptatus fuit, dicendo merces maioris fuiſſe valoris, & propterea in dicta executione nonnulli teſtes examinati fuerunt ſuper valore mercium, ac pariter calculatores electi, & tandem Rota eidem Baptiſtæ licentiam, ac executionem pro quadam certa ſumma conceſſit, quæ licentia poſtea bis ad inſtantiã dicti Bartholomęi meliorata fuit, & reducta ad minorem ſummam, quam Bartholomæus vigore dictæ executionis infra quatuor dies ſoluit, & quia in primo iudicio in petitione per actorem producta nil dictum de intereſſe fuit: egit poſtea Baptiſta, & petiit intereſſe à die moræ: at noſtri anteceſſores dictum Bartholomæum ad ſoluendum intereſſe à die rei iudicatæ, & citra ad rationem, prout in liſta exhibita condemnarunt, à reliquis verò abſoluerunt.

¶Et cùm huiuſce ſententiæ executio coram nobis petita fuiſſet, dubitatum fuit quemadmodum intelligenda eſſent illa verba, à die rei iudicatæ, & citra, & aliqui ex noſtris dicebant, & intelligebant à die liquidationis factæ. ſ. à die vltimæ executionis, ac licentiæ conceſſæ, cùm ante liquidationem dictus reus conuentus non potuerit conſtitui in mora, & per
1 conſequens non tenebatur ad intereſſe, cùm † mora ante liquidationem non committatur, vt nota. Bal. in l. acceptam, in 6. opp. C. de vſur. Alexand. conſilio 49. lib. 2. Soc. conſi. 107. col. fina. Affl. deciſ. 205. vbi dicit, quòd ita fuit iudicatum: & quando debitum
2 non eſt liquidum, † ſed intricatum ſatis eſt offerre verbo ſe ſoluturum cùm liquebit per not. per Bart. in l. penulti. ff. de diſtract. pignor. nec tenetur fideiuſſorem præſtare, vt declarat Alex. in l. ſi mora. ff. ſolut. matrimon. & in l. quarta. §. ait prætor, vbi & Ripa. ff. de re iudicat. & dicta vltima liquidatio, &
3 licentia conceſſa † res iudicata dicitur, cùm res iudicata dicatur, quæ finem controuerſiarum pronuntiatione iudicis accipit. ff. de re iudic. l. prima, & in caſu præſenti tunc demum finis controuerſiæ impoſitus fuit, quando iudices declarauerunt pretium, ac liquidationem fecerunt, nec illa vltima ſententia poteſt dici interlocutoria, ſed diffinitiua: quia totum diffiniuit negotium, licet facta ſit in iudicio executi-
4 uo † cum etiam ſententia lata in iudicio executiuo, dicatur diffinitiua, vel interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, vt per Roman. conſi. 174. col. prima, Saly. in l. ab executione. C. quorum appell. nõ recip. Alex. in l. ſtipulationum in princi. ff. de verb. obl. not. Fel. in c. quo ad extra de ſen. & re iudi. & licèt iudi-
5 ces nõ fuerint vſi verbo condemnamus, † attamẽ ſufficit æquipollentia d. l. 1. tex. in l. in ſumma. ff. de re iudic. & cum vltima ſententia liquidationis fuerit illa, quæ finem cauſæ, & quæſtioni vertenti inter ipſas partes poſuerit, de illa intellexerunt, non autem de prima, quæ lata fuit in iudicio vniuerſali, & finẽ liti minimè impoſuit, maximè quia Bartholomæus nunquàm negauit velle reddere rationem, poſtquàm condemnatus fuit, imò produxit calculum, & obtulit velle reddere. & ſoluere reliquatum, & cum actor
6 noluerit calculum acceptare, non videtur † quòd potuerit petere aliquod intereſſe ante liquidationẽ, per ea, quæ not. Bartolus in l. pen. ff. de diſtract. pignо. facit tex. in l. qui ſolidum in prin. de leg. 1. & in l. non poteſt videri. ff. de reg. iur. vbi Cagn. eò maximè quia dicti iudices in eorum deciſione declarauerunt, & dixerunt Bartholomæum non fuiſſe conſtitutum in mora ratione ſummæ illiquidæ, Bald. in dicta l. acceptam, Anch. conſil. 235. Alexand. conſil. 49. nume. 3. lib. 2. Soc. conſilio 107. numero 2. Vnde aliqui ex noſtris licentiam à die liquidationis factę, & citra ad rationẽ, prout in liſta, ſolum conceſſerunt.

¶ At nos maiores numero licentiam, & executionem à die ſententiæ, in qua Bartholomæus fuit condẽnatus ad reddendam rationem, & citra, prout in liſta, conceſſimus, moti ex infraſcriptis rationib. & cauſis: cum n. dic. ſententia lata ſuper intereſſib. in rem tranſiuerit iudicatam partes noſtras ſolum eſſe duximus verba ipſius ſententiæ, non autem an be-
7 nè, vel malè iudicatum fuerit reſpicere, † cum ſententia, & ſi iniuſta fuiſſet, ius inter partes fecerit, l. 1. vbi Doct. ff. de re iudic. l. ingenuum. ff. de ſtat. homi. l. res iudicata. ff. de reg. iur. not. Curt. Iun. conſil. 177. num. 13. Mat. de Afflict. deciſ. 13. nume. 28. & cùm ſenten-
8 tia propriè, † & ſtrictè in ſuis verbis interpretãda ſit, & prout iacet, vt habetur in l. 1. C. ſi plur. vna ſenten. adnot. Bartol. in l. ſi expreſſim. ff. de appel. Alex. conſi. 48. lib. 6. & Dec. conſil. 348. Vnde ſolum, quãdo propriè res iudicata dicatur inſpeximus, & Doct. omnes in l. 1. ff. de re iud. dicunt quòd res iudicata
9 † propriè eſt cauſa per ſententiam iudicis determinata condemnatione, vel abſolutione, eò maximè quando non eſt appellatione ſuſpenſa, vt in dicta l. Ingenuum, & ita communiter declarant ſcribent. in rub. ff. & cod. dè re iudic. Cano. in rub. extra de ſent. & re iudi. Bart. in l. litigatorib. C. de appellationib. & omnes in l. res iudicata. ff. de reg. iur. Iaſ. in dicta l. 1. numero 8. Dum igitur Doct. conueniunt, quòd res iudicata ſit cauſa per ſententiam determinata, vtique de ſententia diffinitiua intelligunt, quę de ſui propria natura eſt negotium, & cauſam diffinire, vt in dicta l. 1. not. Ange. conſi. 114. in prin. vbi
10 etiam dicit, † quòd illud nomen ſententiæ non verificatur, niſi in diffinitiua, & propriè ad diffinitiuam refertur, d. l. 1. Glo. in l. generaliter in princip. C. de reli. credit. Fel. & omnes in rub. extra de re iudic. vbi dicunt, quòd appellatione ſentẽtiæ in dubio intelligitur de diffinitiua, non de interlocutoria. Vnde cũ in ſententia dicatur à die rei iudicatæ intelleximus à die latæ ſentẽtiæ diffinitiuæ, quę propriè dicitur res iudicata, Ripa in rub. de re iudi. non interlocutoria,
11 † quæ propriè non dicitur res iudicata, cum poſſit per ipſummet iudicem reuocari l. quod iuſſit. ff. de re iudi. nec in ea requiritur cõdemnatio, vel abſolutio, & ideo ſaltẽ nõ dicitur propriè res iudicata, Iaſ. in d. l. 1. nu. 2. & cũ in toto proceſſu nulla adſit alia ſententia, quæ cõtineat cõdẽnationẽ, vel abſolutionẽ, niſi illa, in qua Bartholomæus cõdẽnatus fuit ad reddendam rationẽ, meritò de illa intelleximus, quòd nulla alia adſit ſententia cõdemnatoria, vel abſolutoria ex proceſſu colligitur, & hoc modo voluerunt ſcribentes poſſe probare negatiuam per tex. in l. fi. C. de ob. credit. & ibi Doct. & in l. lege. ff. de contra. empt. ſatis. n.
12 negatiua dicit Bart. † probatur per inſpectionẽ actorũ in l. 2. C. de error. aduocat. Dec. conſ. 424. col. fin.

¶ Nec quaſdam pronuntiationes, ſeu licentias conceſſas in executione dictæ rei iudicatæ contra Bartholo. attendendas eſſe exiſtimauimus, quoniam illæ non ſunt diffinitiuæ ſententiæ, nec dicuntur res iudicatæ, ſed quædam interlocutoriæ factæ in ſequela rei iudicatæ, vt tot. tit. C. de execut. rei indicatę,

catæ,& propterea tales conceſſiones, ac licentiæ appellantur,& ſunt ſententiæ interlocutoriæ,vt in l. à Diuo Pio.§.in venditione ibi interloqui ſolent.ff. de re iudic.& ibi Iaſ.nu.5.not.quòd omnis declaratio
13 iudicis† facta poſt ſententiam diffinitiuam ſuper eius executione dicitur ſententia interlocutoria, quamuis poſt ſe aliam non expectet, idem etiam ſentit in d.
14 §.ſuper rebus nume 4.5.& 6.vbi dicit, † quòd ſententia lata in iudicio executiuo eſt interlocutoria, & maximè quando eſt lata in executione rei iudicatæ,quia tunc dicitur ſecundùm ferè omnes interlocutoria,vt not.Anch.conſ.341.& 344.Boë.deciſ.68. nu.7.Corn.conſil.221.lib.4.Franc.Aret.in l ſtipulationum.ff.de verb.obligat.Zabarel.conſi.72.Fel. in rub.de re iudicat.Marant.in tract.de ordin.iudic. vbi dicit,quòd ſententia,qua pronuntiatur ſentẽtiam eſſe exequendam,eſt interlocutoria, ex quo tendit ad executionem ſententiæ diffinitiuę prius latæ, quod eſt not.Ant.de Cana.in tract.de execut.inſtr.q. 46.& dicit Cagn.in d.l.res iudicata, quòd executio ſententiæ non eſt res iudicata,ſed potius rei iudicatæ ſequela,eſt text in l. vt præponis. C.de execut. rei iudicat. vbi Imperator dicit, quòd ſententia lata ab executore vim rei iudicatæ obtinere non poteſt:ponitur enim tanquam diuerſa res iudicata, & executio rei iudicatæ,cũ Imperator fecerit diuerſos titulos, aliàs ſi ſecus diceremus ſuper eodem ferretur duplex ſententia contra not.in l.1.C.quando pro.non eſt neceſ. not.Ang.d.conſi.114. vbi per plura aſſerit pronuntiã de exequendo eſſe interlocutoriam, & factam in virtute primæ ſententiæ.Quinimo ſi prima executio,& licentia conceſſa contra Bartholomeum fuiſſet ſententia diffinitiua, vtique niſi ſemel ſecundùm diſpoſitionem regularum meliorari potuiſſet, attamen bis
15 Rota,& pluries meliorauit,quòd† cùm ſit mera interlocutoria facere potuit,cum nunquàm tranſeat in rẽ iudicatam reſpectu iudicis,Doct.in d.l.1.idq; etiam iuri,ac æquitati conſonum eſſe exiſtimauimus cùm Bartholo.ſuſceperit mandatum de implicandis pecuniis receptis à Baptiſta in frumentis, & aliis mercib vtique actione mandati tenebatur, toto tit. ff.& C. manda.& tenebatur reddere rationem de geſtis, &
16 † adminiſtratis per ipſum virtute d.mandati,& ſoluere vſuras.l.ſi verò non remunerandi.§.ſi mihi.ff.mandat.l.& in contraria.ff.de vſur.& l.& qui.§. non tantùm.ff.de neg.geſt.maximè cùm inter mercatores ex bono,& æquo agendum ſit, Bart.in l.ſi fideiuſſor. §. quædam,ff.mand. Vnde actor potuit petere reũ con-
17 demnari ad intereſſe à die moræ,† in qua mora fuit poſtquàm fuit interpellatus ad reddẽdam rationem, & non reddidit,quo caſu tenebatur ad intereſſe.l. 1. vbi Doct.C.de ſenten.quæ pro eo, q inter adnot. Bald.conſi.62.prout eum refert,& ſequitur Mat. de Affl.deciſ.150.nume. 3.vbi dicit quòd ille,qui tenetur reddere rationem,& reliqua reſtituere, non reddendo rationem ſtatuto tempore eſt in mora,& quãdo tempus nõ eſt appoſitum,interpellatio facit obligatum moroſum, Docto.commu.in l.ſi mora.ff. ſoluto matrimonio,& in l.mora.ff.de.vſur.& in l.quòd te. ff. ſi cert.petr.vel ſaltem fuit conſtitutus in mora per litis conteſtationem, vt per Alexand. & alios in l vinum ff.ſi cert.pet.Vnde quamuis d.ſententia, in qua Bartholomæus fuit condemnatus ad intereſ-
18 ſe à die rei iudicatæ non eſſet clara, † tamen eam interpretandam eſſe iudicauimus, vt valeat, & iuſta ſit,Bald.conſilio 116.lib.1.& in l.peto, vbi & Gloſ. ff.fam.herciſ. Soc. conſilio 52. libro ſecundo Corn. conſilio 135.libro tertio,eò maximè quia pro parte actoris petitum fuit reum conuentum condemnari ad intereſſe à die morę, quòd actor intellexit à die, quo interpellatus fuit ad reddendam rationem ſuæ partis frumentorum,& aliarum mercium, cum poſtea dicat in executione rei iudicatæ obtinuiſſe licentiam iuxta not.per Matth.de Afflict. deciſ. 157. attamen iudices non à die moræ ſecundum actoris intentionem,ſed à die rei iudicatæ,& citra ad in-
19 tereſſe reum conuentum condemnarunt,† & ſententia recipit à libello,& actis declarationem,Bald.in l. fina.C.de ſuſpec.tut.Gloſſ.in l.ſi quòd ad exhibendum.ff.de excep.rei iudi. Bartolus in l.Iulianus,verum debitorem.ff.de condi.indebit.Vnde vt d.ſentẽtia valeat, ac contineat iuſtitiam, & ſit conformis libello,eam interpretandam eſſe duximus à die, quo Bartholomæus fuit condemnatus ad reddendam rationem, quia etiam à d die in intereſſe à lege cenſetur condemnatus, & eſt de conſequutiuis ſententię,vt in l.prima & ſecunda.vbi Bal.& Sali.C.de vſur. rei iudicat. & ex cauſa iudicati debetur.l.in bonæ fidei.in fina. C. de vſur ex quo non paruit ſententiæ, Matth de Afflict.dicta deciſ.150.numero tertio. Vnde fuit conſtitutus in mora,& actione in factum ex re iudicata intereſſe peti poterat, Spec.in tit. de execut.ſent.§.breuiter dicen.numero.3. ¶ Nec vllo modo d. ſententiam intelligendam eſſe à die rei iudicatæ,id eſt à die vltimæ liquidationis,ac executionis factæ exiſtimauimus:quia vltra quòd repugnaret verbis ſententiæ, iuri ac æquitati, eſſet ſi ita intelligeretur inanis,& nil operaretur, cum poſt dictam factã liquidationem infra quatuor dies Bartholo. ſoluit veram ſortem, adeo quòd nullum intereſſe de eis, de quib.in liſta exhibita decurſit,vt per Alexand. in l.qui tibi.§ qui Sticelium,de ſolut.Iaſo.& alij in l.fi. C.de eo, quòd cert.loco, eſt text.in l.quæ per colluſionem. § pretij ſorte.ff.de act. empt. vnde talis ſententia fuiſſet vana,& ſine virtute aliquid operandi cõtra not.per Bald.in rub.C. de contra.empt.& in l. ſi ſtipulatus,de verb.obli.per quam Bar.in l.omnes po-
20 puli,dicit † quòd etiam in materia ſtricti iuris ſit extẽtio,vbi ſi nõ fiat eſſet ſine effectu,& verba ſentẽtię debent intelligi vt ſententia teneat etiam impropriãdo verba, quod in caſu noſtro non occurrit, Corn. conſ.43.nu.9.li.1.& dicit Pariſ.conſi.44.num.6. li. 1.quod verba ſententiæ nõ debent interpretari, vt de vento ſeruiãt,ſed debẽt adaptari ad formam petitionis, vt not. Azo.in ſumma.C.de aut.tut. ¶ Nec ea, quæ adducta fuere in contrarium obſtare iudicauimus, quoniam condemnatus ad reddendam rationem eam reddere tenetur, tum quia quilibet adminiſtrator eam reddere obligatus eſt, l.prima.§.officio. ff. de tut & rat. diſtra. quam legem Docto.extendunt in quolibet adminiſtratore, vt adno.Rom. conſilio 414.Deciſ.conſilio 178.in princ.tum quia qui ad id condemnatus fuit, in mora extitit, vt
21 nota. Bald. dicto conſilio 62. & † obligatus ad reddendam rationem quatuor adimplere tenetur, Libros rationum, ſeu codicem legitimè confectum edere, calculum ponere, reliqua reddere, purgare moram ſolutione eius, quòd debetur, vt not. Corne. conſilio 319.libro tertio.Iaſ.conſilio quarto & conſilio 14.libro tertio & conſilio 100.numero quarto libro quarto.Vnde cùm Bartholomæus non ediderit librum legaliter confectum, in quo contineretur data, & recepta in perſonam dicti Baptiſtæ, vt in l. cum ſeruus circa medium. ff. de cond.& demonſt.adnot.Anch. conſilio 117. libri e-
22 nim rationum debent omnia ſingulariter,† & explicitè

citè exprimere,& non continere ſummam in genere,
vel in concreto,Bal.conſ.150.Auge conſi.275.tutor
alimentauit, & ad not.Bald.conſi.152.lib.3.& Iaſ.d.
conſi 4.Et cum ipſe eſſet certus ſe eſſe debirorē, nec
obtulerit aliquam partem.meritò tenebatur ad inte-
reſſe totius ſummæ: debebat enim ſi moram euitare
volebat offerre aliquam partem ſaltem illam, quæ
erat penès ipſum certa, & dicere ſe eſſe paratum plus
ſoluere quatenus ad plus teneretur, vt ad not.Doct.
in l.ſi ſe obtulit.§.ait prætor.ff. de re iud. & in l. ſi
mora.ff.ſolut.matrim. vbi Ang.& Imo. dicunt,quòd
23 †obligatus reddere rationem tenetur partem liqui-
dam realiter offerre,& pro reſiduo dare fideiuſſorē,
vt eos ſequitur Alex.conſ.102.lib.1.adnot.Bar.Cep.
caut.27.Alex.conſ.24.lib.4.Iaſ.& Soc.in l.1. ff. qui
ſat.cogant.Corn.conſ.262.nu.14.lib.4.in add. Bart.
in l.pen.§.fi.ff.de diſtract.pigno.Soc.conſil. 80.coll.
3.lib.3.Iaſ.conſ.100.coll.2.lib.4. Bal.in d.l.reſiduū,
Rui.conſ.26.lib.2.nu.14.Modern. de Fano. in tract.
de pign.& Hipp.in 5.parte tert.mem.nu.102.Alciat.
in l.quòd te.ff.ſi cer.pet.& licet Alex.Ripa.& nonnul
li alii teneant quòd non requiratur fideiuſſio, niſi in
debitore inope.attamen magis communiter Doct.
tenent indiſtinctè in obligato ad reddendam ratio-
nem teneri ad dictam fideiuſſionem præſtandam,ſed
tamen in hoc omnes conueniunt,quod pars certa, &
liquida debebat realiter deponi.vt patet ex not. per
Moder.de Fano in loco citato,& Tiraquel.in trac.li-
gnag.§.1.Glo. 19. At Bartholo. reus conuentus in
calculo producto habebat d. Baptiſtam creditorem
in certa ſumma,meritò illam vti certam penes ſe of-
ferre tenebatur,& cum non fecerit, meritò ad inte-
reſſe tenebatur.inconueniens.n.fuiſſet, quòd Bartho
lomæus à die,quo condemnatus ſaltem fuit ad red-
dendam rationem, lucratus fuiſſet cum pecuniis di-
cti Baptiſtæ, cum mercatores hîc non ſoleant pecu-
nias tenere otioſas. Nec obſtant not.per Bar.in d.l.
pen.quoniam ibi creditor habebat pignus,& meritò
debitor non tenebatur præſtare fideiuſſorem, & ibi
totum debitum erat incertum,quòd ſecus erat in ca-
ſu noſtro.¶ Nec obſtat dum dicebatur, quòd illa vl-
tima licentia conceſſa pro certa ſumma eſt res iudi-
cata,quia per illam fuit impoſitus finis controuer-
ſiæ,vt in d.l.1.quoniam in caſu præſenti principalis
controuerſia erat,an d.Bartholomæus reus conuetus
teneretur reddere rationem de pecuniis ſibi datis, &
hoc erat principale negotium quòd fuit finitum per
ſententiam,in qua reus fuit condemnatus ad redden-
dam rationem: meritò illa ſententia dicitur res iudi-
cata ex quo impoſuit finē principali negotio, & con-
trouerſiæ,vt not.com.Doct.in locis ſupra citatis, &
quicquid poſtea ſequutum fuit, id fuit in executione
rei iudicatæ,& meritò d.licentia,ſeu executio nō po-
teſt dici res iudicata,Cag.in d.l.res iudicata, eò ma-
ximè, quia in ea non adeſt verbum condemno, vel
abſoluo,nec aliquòd verbum æquipollens, vt requi-
ritur iuxta not.per Doct in d rub. Vnde Ripa in rub.
24 ff.de re iudicata dicebat,†quòd ſententia,in qua pro-
nuntiatur inſtrumentum eſſe exequendū, eſt interlo-
cutoria,quia non continet abſolutionem,vel condē-
nationem,& tamen Rip.ibi in l.1.latè ponit, quænā
ſint verba æquipollentia,poſt Alexand.ibi, & neuter
ipſorum dicit,quòd quando conceditur executio ſit
ac ſi condemnaſſet,vel abſoluiſſet.¶ Nec pariter ob-
ſtat,quòd aliqui dicant quòd ſentētia lata in iudicio
executiuo ſit interlocutoria, quæ habeat vim diffini-
tiuè,quoniā vt declarat Fran.Aret.in d.l.4.ff.de ver-
bo.obliga. procedit quando executio non eſt acceſ-
ſoria ad principale negotium deductum in iudicio,
ſed principaliter eſt petita, ſecus ſi venit acceſſoriè,
vel in conſequentiam,vt ſi petita ſit executio ſenten-
tiæ,vt in caſu noſtro: quia tunc ſententia lata ſuper
25 dicta executione non dicetur diffinitiua, † ſed inter-
locutoria mera,vt ibi plenè declarat, & cum ſequun-
tur Fely.in rub.extra de ſenten.& re iudic. & Ripa in
d.rub.nume.15.meritò quoniam pronuntiatur inſtru
mentum eſſe exequendum,ex quo tale negotium eſt
principaliter deductum, nec venit in conſequētiam
alterius, talis ſententia dicitur interlocutoria, quæ
habet vim diffinitiuè, & in his terminis loquuntur
Docto.allegati in contrarium:ſecus eſt in ſententia,
qua pronuntiatur ſententiam eſſe exequendam, quæ
dicitur interlocutoria,quia eſt acceſſoria, & venit in
conſequentiam alterius ſententiæ, quæ poſtquam
tranſiuit in iudicatum exequi debet,& ita adnor. &
declarat Franc.Aret.in loco citato, & adnot.etiam
Ange.conſi.75.Fely.in d.rub.Imo.in l.ab executore.
ff.de appel.Bal.in l.ab executore,C.quæ app.non re-
cip.Bal.in l.actori.C.de reb.cred.Corn. conſil.221.
lib.4.Rober.Venu.in trac.de ordin.iud.in 3.parte.6.
partis,nu.25.Vnde non obſtant not.per Roma. in d.
conſi.174.& Alex.in l.ſtipulantium, quia loquuntur
quando pronunciatur inſtrumētum eſſe exequendū.
Nec obſtat quòd dicit Sal.in d.l.ab executione,quo-
niam loquitur ſecundùm opinionem Glo.ibi poſitā,
quæ communiter eſt reprobata,vt not.Alex.conſilio
95.lib.2.nu.4.& conſ.181.lib.6. Corn. conſi.71.lib.
1.Fely.in d.c.quò ad conſultationem,maximè quan-
do pronuntiatur ſententiam eſſe exequendam vt ha-
betur per Alexand.in d.conſ.& Fely.in d.c.num.15.
ne res protrahatur in infinitum, & licèt aliqui di-
cant,& limitent,niſi fuerit commiſſus exceſſus, quia
tunc datur appellatio, id tamen procedit in illo ex-
ceſſu, non autem in eo, in quo non fuiſſet exceſſus.
Vnde cum in caſu noſtro ſaltem in ſumma vltimo
loco executa non fuerit.factus exceſſus ſequitur, ꝙ
ab ea non datur appellatio, & quòd talis ſententia
ex quo fuit facta in conſequentiam rei iudicatæ,e-
tiam quòd non expectet aliam poſt ſe,eſt,& appella-
tur mera interlocutoria,vt ſuprà diximus.¶ Nec pari-
ter viſum fuit obſtare not.in l.qui ſolidum,& in l.nō
poteſt videri,quoniam actor poſt ſententiam,in qua
Bartholomæus fuit condemnatus,non petit aliquam
ſummam certam,ſed ſolùm exequi ſententiam, quo
caſu condemnatus tenebatur offerre ſaltem illud, ꝙ
penès ſe certum erat,vt moram euitaret, quòd cum
minimè fecerit ſequitur quòd ab illo die cœpit eſſe
in mora,nec aliquo modo ſe excuſare poterat pro-
pter incertitudinem, quia in facto proprio non eſt
tolerabilis ignorantia. l. plurimum.ff.de iur. & fact.
igno.l. cum falſum. ff. de acquir. hæred.eò maximè
quia ipſe ſciebat ſe eſſe debitorem in aliqua ſumma,
quam offerre tenebatur,vt ad not.Alci.in §.ſi ſtipu-
lāti in fi.& Abb.in c.1.extra de plus per. Nec aliquid
imputandum fuit actori ſi calculo ſtare recuſauit,
quia habuit iuſtam cauſam opponendi, ex quo reus
non confecit librum cum datis, & receptis prout
facere tenebatur, vt per Rom. conſilio 413. Soc.
conſilio 92. libro quarto Corn. conſilio 196. libro
tertio.

¶ Nec attendendam eſſe deciſionem factam iu-
dicauimus.quoniā per eā verba ſententiæ alterari nō
potuerunt,vt habetur in regulis Rotę,vbi diſponitur
ꝙ expreſſa in motiuis nō nocent,nec nocere poſſunt
ſentētiis,ſed ſolū exiſtimauimus verba ſententiæ eſſe
attendēda,maximè quia d.deciſio non eſt clara, imò
intricata,

intricata,& cōtraria. Vnde ex his omnib.& quia reus conuentus tractat de lucro captādo,& actor de damno euitando, quia non eſt aliquis, qui teneat pecunias otioſas,meritò licentiam conceſſimus pro dicta ſumma ſcilicet à die,quo Bartholomæus fuit condemnatus ad reddendam rationem iuxta liſtam exhibitam ad formam ſententiæ.

DECISIO CLXV.

De vſu mercatorio ob publicā vtilitatem introducto negotiorum geſtores, & ſocij tenentur rationem reddere.

SVMMARIVM.

1 *Publicum inſtrumentum probat inter partes.*
2 *Ad factum obligatus non obſeruat verbis.*
3 *Pacta ſunt ſeruanda.*
4 *Redditio rationis eſt de iure diuino.*
5 *Aliena negotia tractans quicunque ſit, tenetur reddere rationem.*
6 *Socius tenetur ad rationem reddendam.*
7 *Quæ requirantur in redditione rationis.*
8 *Reddere rationem eſt quid indiuiduum.*
9 *Bis reddere rationem nemo tenetur.*

SOL IVSTITIÆ ILLVMINATIO NOSTRA.

REddendam eſſe geſtorum rationem nedum iuris authoritas tam diuini, quàm humani præcepit, ſed etiam frequens,& longeuus inter mercatores ob publicam commoditatem, & commercia hominum conſeruanda vſus recepit, & comprobauit,\{qua è medio ſublata,mercium hinc inde tranſmittendarum antiquus, & vtilis mos pariter è medio tolleretur,cùm pauci ſint, qui per ſe omnia tractare poſſint. Sed vel negotiorum geſtores, vel ſocios habere neceſſe ſit. Hinc cū Thomas Fliſcus contraxiſſet ſocietatem cum Cæſare Lomellino per annos quinq; in inſula Maioricarum duraturam, pacto etiam expreſſè adiecto, quod ſingulis annis teneretur Lomellinus computa huc tranſmittere, vt publi-
1 co inſtrumento continetur,†quod probat inter partes,& rem indubitatam facit Bar.l.1.vbi alij Doct. ff. de oper.no.nūc.Bal.l.quoties.C.de iud.Marſ.in rub. C.de probat. Cagn. in l. librarius.ff.de regu. iur.nec Lomellinus promiſſa obſeruauerit,egit Fliſcus in iudicio ad redditionem rationum,ad quam per Rotam fuit vnanimiter condemnatus: plenè enim actor incumbentia probauit, nec reus quicquam excepit, quod agentis intentionem elideret, imò ſemper verbis ſe paratum obtulit,ac quædam computa non ſub-
2 ſcripta exhibuit. Verùm quia vbi factis opus eſt,†verba non ſufficiunt.l.non omnes in fin.ff.de re mil. vbi Glo.notandum dicit argumētum contra Doct. promittentes maria,& montes,vt eis credendum non ſit, facit ad idem.l.peculium in fin.princ.ff.de pecu. Re enim inquit Pomponius, non verbis peculium augendum eſt:meritò aduerſus Lomellinum ore tenus pollicentem fuit pronunciatum : ex pacto enim ad
3 id adſtringitur,†quod eſt ſeruandum.l.1. §. ſi conuenerit. ff.depoſ.l.1. ff.de pactis, l.1.ff.de conſt.pecu. quia & ſi id minimè pactus fuiſſet,nihilominus cum à Fliſco libras, N.acceperit,ad redditionem rationū
4 †iuris Diuini authoritate compellitur : iuſſit.n.hoo villico Saluator noſter,Luc.cap.16.& Matth.18. 20. 25.& habetur in c.qualiter,& quando ſecundo de accuſ.iure pariter humano conſtitutum eſt: Nam nedū tutor ad id tenetur per l.1.§.officio.ff.de tuto. & rat. diſt.& curator per l.rationes,l.aduerſus. C.de admi.
5 tut.ſed generaliter,& in vniuerſum†quicunque aliorum negotia tractāt, ad hoc teneri,ſcriptum reliquerunt noſtri iuris interpretes per l.ſecūdam,ff.de neg. geſt.cap.1.de oblig.ad rat. Dec. conſilio 110.Rol.à Valle conſi.49 volum.primo, Menoch.lib.2.de arbitr.iud.cent.3.caſu 209.qui ad ſatietatem plures adducunt,quos cōſultò omittimus,cùm ſimus in claris, & vt dicebat Neuiz.conſil.67.num.1. multa allegare non eſt laudabile, & ſatis eſt illum Doctorem citare,qui alios refert.Aſin.in §. 24. cap. 3.nume.5. in praxi.iud.& citat.Andr.ab Exe. in titu. de conſt. nu. 107.ſed hunc morem malè ſeruari videmus: legum. n.imperitus cenſetur,qui ad rem quantumuis manifeſtam authoritatū Chiliadas non adducit. Sed quoniam ſermones circa vniuerſalia quidem ſunt faciliores,ſed circa particularia ſunt veriores, refert ex Ariſtotele Soc.conſi.150.in princi.vol.1. an idem ſit
6 in ſocio diſpiciamus,& ſanè in indiuiduo†ſocium ad hoc teneri quamplures reſponderunt.Iaſ.conſ.4.nu. 1.& 3.volum. primo,Soc.ſen.conſi.24.nume.37.vol. 1.Rui.conſi.101.nu.13.& conſi.54.num.8.li.1. Pariſ. conſi.82.nu.21.& conſi.84.num.24.& conſi.88.lib. 1.refert Menoch.loco præcitato,num. 3.Nec ſufficit Lomellinum exhibuiſſe quædam folia,quæ nihil certi continent, nec ſunt manu eius ſubſcripta,&firmata:hactenus.n.non ſubſcripſit, & planè non ignora-
7 mus†multa in redditione rationū requiri, de quibus in l.cum ſeruus. ff. de cond. & demonſtra. quæ latè proſequitur Soc.conſi.159.lib.ſecundo, & Alciatus conſi.427.Corn.conſ.196.lib.3. in hoc tamen rectè ſcriptum reliquit Bal.in l.voluntatis, nu.2.C.de fidei iudicis arbitrio remitti, à quo non diſſentit Barba. conſi.45.lib.1.& probatur in l.Thais.§.à ſorore.ff.de fidei.lib. ſpectandum eſt.n. quid viro bono placere poſſit,non partibus,qui æquum arbitrabitur, nec patietur pro parte.& non integrè reddi, Bal.l.ſi plures, num.17.C.de cond.inter.per l.cui fundus.ff.de cond.
8 & demonſtr.eſt.n.†rationes reddere quid indiuiduū, quod pro parte præſtari non poteſt,imò quandoque eorum, quæ adminiſtrata non ſunt, reddenda erit ratio.l.prima in prin.& ibi Glo.ff.de tut.& rat.diſt.l. 1.& 2.C.de hæred.tut.tenetur que ſi quidpiam in adminiſtratione omiſit,l.2.C. ſi tut. vel cura.non geſſ. Soci.conſi.92.num.7.ver.5.lib.4. Vnde cùm ex productis non conſtet iudici legitimè redditas rationes, ad id poteſt,& debet condemnari: Nam ſi ſecus vide-
9 retur,fuiſſet liberatus. Etenim † ad redditionem bis vrgeri non debet.l.ſemel.C.de apo.lib.decimo, cap. 1.vbi Doct.de cler.ægr. Nat.conſilio 40.Soc.conſil. 92.num.1.lib.4. Dec.conſi.94.nume. 4.Menoch.loco præcitato,num.37. Exhibuit inſuper actor proteſtationem, per quam reus in mora fuit conſtitutus, cùm nunquam adimpleuerit. Cæterùm quoniam pro Cæſare filio Panthaleo pater ſe obſtrinxerat, in eodem inſtrumento,fuit pariter condemnatus vnica tamen rationum redditione ſufficiente,nec fuit principalis excutiendus,quoniam pater principaliter teneri voluit,& renunciauit iuri de principali, de quo per Docto.in Auth.preſente.C.de fideiuſ.& ibi per Doc. Ex quibus omnibus ita votatum fuit.

DECIS.

DECISIO CLXVI.

Expendens nomen obligat ſocios inſolidùm, & Genuæ aſſecuratores non tenentur de dolo, aut baiattaria patroni.

SVMMARIVM.

1 *Complementum dans eſt inſtitor.*
2 *Socij tenentur inſolidùm de geſtis per inſtitorem.*
3 *Teſtes examinati, an inter alios faciant ſemiplenam probationem, an præſumptionem ſolùm.*
4 *Culpa gubernatoris nauis, an excuſet aſſecuratorem.*
5 *Sententia non facit ius, niſi inter partes.*
6 *Contumacialis ſententia non nocet alteri, etiam in caſibus, in quibus aliàs noceret.*
7 *Sententia lata contra abſentem præſumitur ex contumacia.*
8 *Negotiatori debetur intereſſe lucri ceſſantis.*

CVM viderimus in hac cauſa probatum
fuiſſe caſum ſiniſtri cootigiſſe naue in in-
ſula Ebuſi conflagrata, probarumque erã
rificum Antonij de Franchis actoris in nõ
modica pecuniarum quantitate conſiſtens ſuper di-
cta naue capitaneata per Iacobum Ferretum, & pa
tronizata per Thomam Murturam, pro quo recepta
fuit ſecuritas per Franciſcum, & Antonium de Fur-
natiis à Veſcoote, Ioanne Iacobo, & Auguſtino Car-
taneis, vt conſtat appodiſia ſecuritatis manu dicti
Veſcontis ſubſcripta, qui probatur dicto tempore
expendiſſe nomeo, & dediſſe complementum pro
dict. ſocietate ſub illo nomine caotante: æquum, &
rationi conſentaneũm exiſtimauimus, vt Ioannem
Iacobum vnum ex dictis ſocits coouentum à d. An-
tonio condemnaremus ad ſoluendum ſummam in
petitione, & dic. appodiſia contentam, pro qua con-
ſtat emptum fuiſſe per d. Cattaneos periculum etiam
inſolidum, cùm non ſit dubium, quin ex facto vnius
ſocij alij inſolidum teneantur, ne is, qui cum vno con
traxit, cum multis litigare cogatur. l. ne in plures. ff.
de eaercit. l. iuſtiſſimè. §. proponitur, vbi Bald. poſt
Glo. ff. de ædi. edi. quòd præſertim in caſu noſtro di-
ceodum eſt, in quo conſtare videtur dictum Veſcon-
1 tem electum fuiſſe pro inſtitore à dicta ſocietate, † vt
pro ea complementum daret, ac eam obligare poſ-
ſet, quo ſtante in dubium venire non debet, quin om-
2 nes ſocij illum præponentes inſolidùm † teneantur
de geſtis per inſtitorem, vt per Barto. in l. eandem. 7.
quæſt. ff. de duob. reb. Doct. l. eius. §. fin. ff. ſi cert. per.
Quinimò cùm dicatur in tertio tit. actoris, quòd ipſe
Veſcontes omnes ſocios, & quemlibet inſolidùm
obligabat: teſtes depoſuerunt ſuper eo examinati ve-
ra eſſe cootenta in dict. titul. adeo vt per banc depo-
ſitionem indubitabilis omnino reddi videatur præ-
ſens articulus. Nec mouere atteſtationes teſtium exa-
minatorum in actis Auguſtini Cibo notarij ad in-
ſtantiam Octauiani Sauli, & Coſmæ Garibaldi in
hoc iudicio exhibitæ: quoniam res inter alios acta
cæteris non præiudicat. c. res inter alios acta per to-
tum. l. ſæpe, ff. de re iud. c. quamuis extra eod. titul.
Neoopinio Bart. in l. admonendi, num 45. ff. de iure
3 iur. volentis dicta teſtium recepta, & exsminata † in-
ter alias perſonas contra alios ſemiplenam fidem fa-
cere, nos mouit, quoniam prætetquam quod Aretin.
conſil. 163. colum. 2. optimis rationibus motus te-
nuit contra Bartol. dici etiam poteſt, nou conſtare,
quòd dicti teſtes non potuerint amplius examinari,
cum tamen ſecundum Bartol. dictæ atteſtationes in-
ter alias perſonas receptæ fidem faciant contra ter-
tium quando amplius examinari non poſſunt, quo-
niam cùm potuerunt de nouo examinati, imputan-
dum eſt parti, quare eos examinari non fecerit, l. fin.
C. de teſti. & intelligit Bart. eos potuiſſe examinari, ſi
adhuc viuunt, dum allegat d. l. fin. quæ diſtinguit an
teſtes ſint ab bac luce ſubtracti, an non. Præterea vi-
dimus Curt. ſen. conſ. 72. colum. 3. & Rip. d. l. admo-
nendi num. 202. ſcriptum reliquiſſe communem ſen-
tentiam eſſe contra Bart. quòd imò teſtes contra per-
ſonas non citatas, & quæ non fuerunt in iudicio, non
faciunt ſemiplenam probationem., ſed qualemqua-
lem præſumptiooem duntaxat, quæ ſecũdùm Ripam
ibi operatur, vt data paritate in cæteris, is debeat ob-
tinere, qui habet hanc præſumptionem pro ſe. Item
quòd iudex debeat potius deferre iuramentum in
ſupplementum habenti hanc leuem eum vno teſte,
quam aduerſario vnicum tantum teſtem habenti.
Quicquid diaetit Pomat. in apoſti. ad Bart. in dict. l.
admoneodi, vbi aſſeruit deciſ. Bart. magis communi-
ter ab omnibus recipi. Sanè ſententiam in boc indi-
cio exhibitam, qua fuere capitaliter condemnati Ca-
pitaneus, & patronus à Prætore, non duximus debere
4 nocere Antonio, ex eo † quòd culpa commiſſa per
gubernatorem nauis receptius eſſe videtur non ex-
cuſari aſſecuratorem, qui agere non prohibetur con-
tra eum, cuius occaſione damnum contigit, ſed inte-
rim ipſe aſſecurator tenetur, niſi aut particeps frau-
dis fuerit, aut expreſsè fraus nauarchi in appodiſia
fuerit eacepta, prout concludi videtur, licèt obſcutè
per Santernam Luſitanum de ſpon. merce. 4. parte,
ſed quando non videtur illud dictum vſu receptum
eſſe, quia communiter in hac ciuitate admittitur aſ-
ſecuratores non teneri de dolo, & barattaria patroni,
idcirco alijs etiam rationibus moti exiſtimauimus
dictam ſententiam nullatenus obeſſe dicto Antonio,
tum quia res inter alios acta, & ſententia regulariter
5 † non facit ius generale, ſed ſolùm inter partes, ioter
quas eſt lata: perſona enim, quæ non includitur in iu-
dicio, non includitur in ſentẽtia, cùm ad eam niſi per
iudicium perueniri non poſſit, ſecundum Bald. in l.
Ingenuum, col. fin. ff. de ſtatu homioum, tum etiam
quia lata fuit in contumaciam contra abſentes, & in-
deſeoſos, quique nullo modo potuiſſent, niſi perſo-
naliter auditi. Meritò talis ſententia non potuit præ-
6 iudicare alteri, † etiam in caſibus, in quibus aliàs præ-
iudicaret, l. qui repudiantis ad fin. l. Papinianus. § me-
miniſſe, ff. de inoff. teſta. l. præſes. C. de pig. l. ſi ideo
de euict. Glo. §. fin. inſt. de noxal. Alex. conſil. 84. co-
lum. 1. num. 4. in 3. & in l. ſæpe, num. 80. Matthe. ſing.
25. Marſ. ſing. 4. & in l inſans, numer. 23. ff. ad legem
Corn. de ficar. Alci. reg. 3. præſumpt. 22. Couarruuias
practicarum quæſtiooum, cap. 13. cuius rei illam ad-
7. ducunt ratioocm prædicti Doct. quia † ſententia la-
ta contra abſentem præſumitur potius lata ratione
contumaciæ, quàm quòd malam cauſam haberet, vt
per eos in dictis locis, & per Felin. in cap. fraternita-
tis, numer. 9. extra de hæreti. & in cap. cum Berthol-
dus, num. 20. extra de re iudi. per Socin conſi. 18. col.
11. & alibi ſæpe Doctor. Cùm verò probatum fuerit
nedum dictum Antonium de Franchis, ſed etiam ad

cautelam Io. Franc. & Anto. de Furnariis aſſecuratos
eius nomine fuiſſe, & eſſe mercatores, qui ſolent ne-
8 gotiari, † & non tenere ſuas pecunias otioſas, ſed ſo-
litos lucrari in negotijs mercium, & alijs ad ratio-
nem centenarij, prout in depoſitionibus teſtium ſu-
per titulis dicti actoris examinatorum, meritò con-
demnauimus reum conuentum ad ſoluendum dicto
Antonio intereſſe lucri ceſſantis à die moræ, quæ per
interpellationem, de qua in actis, fuit contracta, ad
tradita per Doct. in l. quod te. ff. ſi certum peta. & ali-
bi ſæpe. Et ex his, & alijs pleriſque condemnatoriam
ſententiam protulimus ad Laudem Dei. Opt. Max.

DECISIO CLXVII.

Proceſſus extra inſtantiam factus eſt nullus, & ideo ſuper eo non debet ferri ſententia,

SVMMARIVM.

1 *Exceptio inducit ſenſum contrarium præcedenti.*
2 *Quod vno tempore permittitur alijs prohibitum cenſetur.*
3 *Paria ſunt facere actum ante, & poſt inſtantiam.*
4 *Inductum ad fauorem non debet operare odium.*
5 *Relatio eſt facienda ad proximiora.*
6 *Verbum poteſt non importat neceſſitatem.*
7 *In ſtatutis aſſumitur propria ſignificatio.*
8 *Cùm intellectus extrinſecus non admittitur, litera, & vis verborum eſt reſpiciendæ.*

NICOLAVS Rubeus petiit coram no-
bis, vt Raphaël Lomellinus ſuo, &
procuratorio nomine eius fratrum
condemnaretur ad ſibi reddendum
bonam, veram, & legalem rationem
cum reliquatus ſolutione de viagijs, bonis, & pecu-
nijs nauis olim patronizatæ in mari per Ioãnem Spi-
nulam de Turri, & in terra per olim Bartholomæum
de Paſſano, reorum patrem, & prout latius in petitio-
ne per dictum actorem exhibita. Raphaël ſuo, & di-
ctorum ſuorum fratrum nomine, in prima ſcriptura
contra competentiam Rotæ oppoſuit, & quoniam
etiam alieno nomine conueniebatur, & eius fratres
aberant Panormi, & Neapoli reſpectiuè commoran-
tes, requiſiuit ſibi concedi dilationem deforis infor-
matoriam pro dictis locis cum iuramento ad for-
mam regularum, quæ contradicente actore à Dom.
de maue conceſſa fuit per tres menſes pro locis re-
quiſitis, qua dilatione tranſacta comparuit dict. Ni-
colaus, qui plures exhibitiones fecit, quas cum pro-
ceſſu nobis traditas ſigillatim vidimus, ac examina-
uimus. Verum ſtante controuerſia circa proceſſum
ex eo, quòd facta oppoſitione contra competentiam
Rotæ non fuit ſuper ea pronunciatum, ex qua pro-
nuntiatione regulatur & terminus probatorius, & in-
ſtantia, non fuit quamobrem merita hoc loco attin-
geremus. ¶ Pro parte actoris, pro validitate proceſ-
ſus illud adducebatur, ante tempus oppoſitum fuiſſe
per reum de incompetentia, cum in regulis expreſsè
dicatur, oppoſitionem hanc debere fieri in prima
ſcriptura, niſi vbi petita fuiſſet dilatio deforis infor-
matoria in prima ſcriptura: quia tunc opponi poſſit
in prima ſcriptura facienda poſt finitam dilationem
conceſſam, vel poſt denegatam dilationem informa
toriam. Sanè cum dictio (niſi) hoc caſu exceptione
negationem inducat, quia clauſula præcedens eſt af-
firmatiua quemadmodum ſi præcedens negaret, ipſa
1 excipiendo affirmaret, † quoniam contrarium præ-
cedenti ſenſum ſemper inducit, vt per Bart. & Doct.
in l. actione. C. de tranſact. ſequitur, vt non debuerit
opponi contra Rotam in caſu noſtro in prima ſcri-
ptura, & ſic ea oppoſitio haberi debet pro non facta,
& nullius momenti, quippè quæ fieri debuit poſt fi-
nitam dilationem deforis informatoriam, prout in
dictis regulis dicitur, cum etiam, quòd vno tempore
2 permittitur, † aliis prohibitum cenſeatur, argumen-
to. l. cum prætor. ff. de iud. Nec verbum illud poſſit,
de quo in dict. regulis, in contrariam ſententiam nos
trahere debuit, quoniam ſæpe verbum poteſt, poni-
tur pro debet, quemadmodum è conuerſo verbum,
debet, exponitur, id eſt poteſt. l. creditores, vbi Glo.
& Bart. C. de pig. ¶ Sed his non obſtantibus placuit
Rotæ concorditer pronuntiare abſolutoriè ab ob-
ſeruatione iudicij, quoniam fuit per dictum Raphaë-
lem in prima ſcriptura oppoſitum, Rotam non eſſe
competentem, ſuper quo articulo nulla vnquam fa-
cta fuit pronuntiatio, & ita nulliter formatus proceſ-
ſus, & ſine inſtantia, cùm ea incipiat à die pronuntia-
tionis ſuper competentia. vt diſponitur à regulis Ro-
3 tæ: Paria enim ſunt † facere actum poſt inſtantiam
finitam, vel ante eam inchoatam, ſecundùm Bald. in
l. fin. colum. fin. vbi etiam Iaſ. ad fin. C. qui admitti. &
cùm ea tenore regularum Rota debeat iudicare in-
tra tempus inſtantiæ, quæ vt diximus, incipit à die
pronuntiationis ſuper competentia, manifeſtè ſequi-
tur quòd ſententia, quæ lata fuiſſet ſuper meritis cau-
ſæ, non fuiſſet lata intra tempus inſtantiæ, & ſic con-
tra tenorem dictarum regularum ¶ Nec obſtat, quòd
non fuerit facta huiuſmodi oppoſitio poſt finitam,
vel denegatam dilationem informatoriam, prout ea
aduerſo præſupponitur fieri debuiſſe, quoniam ſu-
praſcripta interpretatio regularum videtur pugnare
tam cum verbis, quàm cum mẽte earum, quæ ſi rectè
accipiantur, idem diſponunt eſſe, ſi fuerit facta huiuſ-
modi oppoſitio in prima ſcriptura facienda poſt fi-
nitam dilationem, vel denegatam, atque ſi fuiſſet fa-
cta in prima omnino ſcriptura, quoniam illud indu-
ctum fuit ad fauorem volentis opponere, vt poſſit vel
illo, vel hoc tempore opponere: Vnde quod ad eius
4 fauorẽ inductum fuit, † & ad augendum, non debet
redũdare in odium, & operari diminutionem. l. quòd
fauore. C. de legib. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega.
ſanè dubium erat ſolùm, vtrum d. oppoſitio fieri poſ-
ſet poſt finitam dilationem, tanquam non omninò
eſſet facta in prima ſcriptura, cui rei cùm prouidere
vellent regulæ, diſpoſuerunt, vt illa etiam poſt fini-
tam, vel denegatam dilationem fieri poſſit ad vtilita-
tem, & commodum, vt diximus volentium propone-
re huiuſmodi oppoſitionem, dummodo ea inde fieret
in prima ſcriptura. Nec verum eſt, quod in caſu pro-
poſito clauſula affirmatiua præceſſerit: præceſſit enim
negatiua ibi, & poſtea, ad quam referri debent ſe-
5 quentia, † vt ad proximiora potius referantur, quam
ad remotiora, Bald. l. prima ad fin. C. de leg hæred.
Ruin. conſilio 133. ad fin. in tertiò, ac ſi dictum fuiſ-
ſet, non poſſit poſt primam ſcripturam opponi con-
tra Rotam, ſequitur exceptio, niſi vbi &c. quàm con-
ſtat ſub priore termino non comprehendi, meritò
exceptiua non actum, ſed potentiam, & habilitatem

poſuit,

ponit, vt dicunt Doct. in dicta l. actione, vbi Alcia. numero 33. & vt omnem penitus difficultatem tollerent regulæ prædictæ ſubiicerunt illa verba, tunc enim opponi poſſit, &c. non fuit dictum opponi debeat, non fuit adhibita taxatiua, videlicet tunc enim opponi tantùm poſſit, ſed ſimpliciter dictum fuit, tunc enim opponi poſſit in prima ſcriptura, ſcilicet ad ampliandam priorem diſpoſitionem, & ad augendum fauorem volentium opponere contra Rotam, & proculdubio verba illa, tunc enim &c. denotant potentiam, non neceſſitatem præciſam ad not. per Bartol. & Iaſ. in l. Gallus in princip. ff. de lib. & po-
6 ſthum. & regula eſt, quòd verbum poteſt † non importat neceſſitatem ſecundùm Bartol. in dict. l. creditores, colum. 2. verſi. tertio contra hæc oppono. Nec nos debemus temerè à regula recedere, imò ſecundum eam pronuntiandum eſt, niſi contrarium probetur, ad not. per Dec. in l. prima, ff. de regul. iur. & proculdubio exponere, poſſit, id eſt debeat, eſſet exponere contra ſuam propriam naturam, vt ſenſit Bartol. in dict. l. creditores colum. 2. verſic. cùm ergo aſſumitur: meritò non debuit hoc loco talis expoſitio ad-
7 mitti, quoniam in ſtatutis regula eſt, † vt aſſumi debeat propria, & omitti impropria ſignificatio verborum, l. non aliter, ff. de leg. 3. Bartol. l. omnes populi, nume. 55. ff. de iuſt. & iur. & præſertim in hac ciuitate reiiciendæ ſunt impropriæ expoſitiones, ſtante ſtatuto de extrinſeco intellectu, quo cauetur, vt verba in capitulis, decretis, & ordinationibus debeant intelligi, & accipi ſimpliciter, prout litera iacet: quo ſtatuto ſtante dicunt Doct. verba ſtatutorum fideliter exponi debere ad literam abſque alia expoſitione, & omnem interpretationem reiici, niſi ſit literalis de veri-
8 tate ſermonis. † Et in primis vim verborum reſpiciendam eſſe, & nihil extrinſecus aſſumendum, Alex. conſilio 50. colum. 1. ad fin. in 1. Alciat. l. tranſactionem, cap. de tranſa. Animaduertimus etiam quòd ad inſtantiam actoris factum quandoque fuit præceptum dict. Raphaëli, vt comparere deberet ad audiendum ordinationem ſuper competentia, vel incompetentia, ſuper qua non fuit vnquam pronunciatum. Enimuerò illud etiam affirmari poteſt, oppoſitum fuiſſe contra Rotam, etiam poſt finitam dilationem in prima ſcriptura, cum in ea fuerit dictum, inhærendo per eum deductis, atque oppoſitis &c. per quæ verba videtur fuiſſe repetita oppoſitio facta cõtra competentiam Rotæ in prima ſcriptura, ex eo quia relatum eſt in referente, l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. cum ſimil. Amplius etiam cognitum fuit in prima ſcriptura producta per reum poſt finitam dilationem, oppoſitum fuiſſe contra perſonam actoris, contra quam opponere licuit ex forma regularum in d. prima ſcriptura poſt finitam dilationem, & tamen ſuper ea nunquam fuit pronuntiatum, quare ſequitur, vt cum nunquam cœperit inſtantia, quæ incipit à die pronuntiationis ſuper legitimatione perſonarum, vt in ipſis regulis diſponitur, totus iſte proceſſus formatus fuerit ſine inſtantia, & ſic nulliter. Meritò, tam propter oppoſitionem contra competentiam Rotæ, de qua ſupra, quam propter oppoſitionem contra perſonam actoris factam in prima ſcriptura rei producta poſt finitam dilationem deforis informatoriam, ſuper quibus nunquam fuit pronunciatum, exiſtimauimus attenta diſpoſitione regularum reum eſſe in caſu abſolutionis, & ita eum nominibus, quibus in cauſa abſoluimus ab obſeruatione præſentis iudicij. Ad laudem Dei omnipotentis, qui eſt laudandus, & benedicendus in ſecula ſeculorum.

DECISIO CLXVIII.

Soluens cambium non habet obligatum illum, cui ſoluit, ſed eum, de cuius mandato ſoluit, & recipiens obligatur erga mandantem, & non erga ſoluentem.

SVMMARIVM.

1 *Nemo ſine actione experitur.*
2 *Acceptans literas efficitur debitor eius, cui eſt ſoluendum cambium, de quo in literis.*
3 *Scribens literas cambij eis acceptatis non poteſt ordinem reuocare.*
4 *Ignorantia excuſat a dolo.*
5 *Fraus, & dolus non conſiderantur ab euentu.*
6 *Proſpiciens ſibi ſine alieno præiudicio non dicitur fraudem committere.*
7 *Quod agitur principaliter eſt conſiderandum, & non quod poſtea euenit.*
8 *Dolus re, & conſilio æquiparantur.*
9 *Probatio, quæ nititur tempore, requirit verificationem temporis.*
10 *Scienti, & intelligenti non fit fraus.*
11 *Doli actio quando dari ſoleat.*
12 *Literæ non ſunt ſimulatæ, licet ſtatim non numerentur pecuniæ.*
13 *Coniecturæ inducentes dolum quales eſſe debeant.*
14 *In dubio eſt inclinandum in partem, quæ dolum excludit.*
15 *Debitor non ſoluendo, & latitans an idem ſit.*
16 *Vno ex ſocijs latitante an ſocietas dicatur latitaſſe.*
17 *Appellatione bonorum non veniunt nomina debitorum.*
18 *Nomina loco non continentur.*
19 *Statuti præſuppoſito ceſſante, ceſſat diſpoſitio.*
20 *Statutum non habens generalem rationem debet intelligi ſpecialiter.*
21 *Duobus obligari ex vna receptione eſt iniquum.*
22 *Caſus aduentitij non trahuntur ad contractus conſummatos.*

IN præſenti cauſa abſoluimus Paulum Serram à petitis pluribus rationibus. Et primò, quia nullo iure videbatur teneri dictis Donatis, agentibus nominibus, de quibus in actis, neque illis actio aliqua competebat. Quapropter cùm † nemo ſine
1 actione experiri poſſit, l. ſi pupilli. §. videamus, vbi Gloſſ. de nego. geſt. Bald. in ſimili caſu in conſilio 298. in Authen. quoties. §. ſi in temporalibus de adminiſt. tut. l. ſi quid. §. illud de petit. hæred. obtinere non potuerunt, quòd autem ſine actione experirentur, & eis Paulus Serra iure aliquo non teneretur patet: Nam licèt propter literas Francorum de Valẽtia

fuerint ſoluti Caſtellani, de quibus in petitione, ipſi
Paulo, & in illum peruenerint à Donatis Villaloni,
non tamen Paulus Donatis tenebatur, cùm neque
cum illis contraxerit, neque negotium aliquod cum
illis geſſerit, nec enim donati ſoluendo dictos Ca-
ſtellanos reis conuentis illos ſibi obligarunt, ſed tan-
tum Francos, quorum mandato ſoluerunt, & Lerca-
rii Francis remanſerunt obligati, non autem Dona-
tis, ad text. in l. ſi pupilli. §. primo. de ſolutio. ibi cum
quo alterius iuſſu contraxit, & facit text. ratione du-
bitandi in l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet. ibi ſi qui-
dem nullum negotium, & ibi Docto. dum dicunt il-
lam actionem eſſe datiuam, & non natiuam, & quòd
dictas pecunias non potuerint repetere à Lercariis,
vltra prædicta facit, quod cùm ipſi Donati accepta-
2 uerint Francorum literas, † ex ea acceptatione effe-
cti ſunt debitores Lercariorum, & creditores Fran-
corum, & ſoluendo ſunt liberati ab eo debito, quo fit
vt cum iuſtè ſoluerint, repetere non poſſint, Salic. in
terminis in l. ſi filiusfamilias ad Macedon. per illum
text. not. Bartol. in l. ſingularia ſi cert. cert. pet. Ant.
pen. colum. ver. ego dico, & ibi Docto. vbi conclu-
dunt quòd ſtatim quòd ille, cui literæ diriguntur, ac-
ceptauit efficitur meus debitor, & ille, qui dedit, re-
manet liberatus, & multò magis poſt ſolutionem, vt
3 in caſu noſtro, & hoc ita verum eſt, † vt poſt accepta-
tionem non potuiſſent Franci dict. literas, ſiue man-
datum in eis contentum de ſoluendo reuocare, vt
per Iaſ. ibi not. 24. vſque ad 28. & per Alexand. con-
ſilio 94. volumine tertio, numero quinto. At cum
Donati ſecuti fidem Francorum ſoluerint, ipſos ha-
bent obligatos, & contra eos agere debent, non au-
tem contra Lercarios, ad l. ſi pupilli, ex quo ſequitur,
quòd nunc agendo contra Lercarios, vt ſuprà dixi-
mus, agunt, & experiuntur ſine actione, & ideo audiri
non debent, vt in ſimili tradit Bald. conſilio 298. vo-
lumine tertio. in antiquis. ¶ Nec obſtant multa in
contrarium allegata. Et primò, non obſtat, quòd
actores agerent de dolo, per l. ſeruus tuus. ff. de do-
lo: quia in proceſſu non conſtat illos aliquid dolo fe-
ciſſe, quibus licuit ſibi proſpicere retinendo dictas
pecunias, argumento legis, at qui natura. §. ſi cùm eſ-
ſem. ff. de nego. geſt. & de dolo nullo modo conſtat,
4 † vt ex probatis hinc inde apparet, & ad text. in l. ſer-
uus tuus reſpondebatur, quòd in eo multa præſuppo-
nuntur, quæ non ſunt in caſu noſtro.: Nam non vide-
tur probatum, quod dicti Lercarij ſcirent eo tempo-
re, quo confectæ fuerunt literæ cambij, dictos de
Francis decoxiſſe, imò ex deductis per ipſos Lerca-
rios fuit probatum totum oppoſitum, vt in partitis
librorum, & teſtibus per eos productis clarè conſtat
& cùm non fuerit probatum hoc præſuppoſitum,
quòd Lercarij ſciuerint dictos de Francis eſſe non
ſoluendo, videtur ceſſare diſpoſitio dictæ l. ſi ſeruus
tuus, vbi præſupponitur dominum ſciuiſſe ſeruum
non eſſe ſoluendo, & cùm ſumus in dubio, an Paulus
ſciuerit, ſtandum eſt eius iuramento calumniæ, Glo.
in l. at qui natura. §. ſi cum me abſente. de nego. geſt.
cum ſimil & quod magis eſt non fuit concludenter
probatum dictos Francos tempore dictarum litera-
rum fuiſſe ruptos, tantum abeſt vt Lercariorum
ſcientia probata videatur, & tamen vtrunque neceſ-
ſarium fuit probari, ad hoc vt illius text. haberet lo-
cum diſpoſitio, quod ex illius verbis clarè colligitur,
ibi nec ſoluendo eſſet. Cùm igitur non appareat dict.
Francos de Valentia fuiſſe tempore dicti cambij ru-
ptos, immo contrarium appareat ex deductis, clariſ-
ſimè conſtat illius l. caſum ad rem noſtram non per-
tinere. ¶ Nec mouet quòd effectus declarauerit, vi-
delicet quòd breui tempore conturbauerint, quia
5 reſpondetur, † fraudem, & dolum non ab euentu, ſed
ex conſilio conſiderari debere, l. fraudis, ff. de regul.
iur, & ibi Docto. cum igitur literæ confectæ fuerint
antequam ſciretur, dictos Francos decoxiſſe, imò
verius antequam decoxerint euentum hoc caſu in-
terpretari non potuiſſe, nec dicendum fuit omnino
veriſimile illos decocturos ob rupturam dictorum
de Bezenſono, cum mali euentus in conſideratione
habendi non ſint, l. inter ſtipulantes, §. Sacram. de ver-
bor. obliga. & hoc tantò minus erat conſiderandum,
cum eo tempore, (vt diximus) publicè, & palam ne-
gotiabantur, & ſoluebant multò poſt, & ſatisfecerunt,
vt in proceſſu probatum fuit, nec per actores proba-
ta fuit ſcientia Lercariorum, quam ipſi dicunt: nec
fuerunt probata multa alia in proceſſu per eos dedu-
cta, quæ omnino probanda fuerant, & quæ breuitatis
cauſa omittimus, cùm ſuperius adducta ſufficiant,
nec probarunt Francos perſuaſos fuiſſe à Lercariis,
vt literas illas ad eum effectum, quem ipſi dicunt, fa-
cerent, quod neceſſarium fuit probare, ad hoc vt illa
lex locum haberet, vt ibi hortatu tuo ſequendo com-
munem intellectum, & multò minus facit l. illa ad
caſum noſtrum ſi ſequamur intellectum Odofredi,
qui voluit ſoluentem ſoluiſſe hortatu Domini il-
lius ſerui, vt per eum ibi, quod id fuerit in caſu no-
ſtro, in quo non apparet Lercarios quicquam prohi-
buiſſe, nec Francis, nec Donatis tempore, quo con-
ficerentur literæ, & quamuis conſtaret Paulum Ser-
ram noluiſſe poſt confectas literas, & ſolutas pre-
tium illarum ſoluere, & quod vellet ſibi caueri de li-
teris cambij Neapolim tranſmiſſis, quæ ſibi ſolutæ
non fuerant, & pro quibus cambio pecuniam videli-
6 cet ducatos, N. illis de Francis dederat, † non vide-
tur fraudem feciſſe, cum vt diximus, licuerit ſibi ſi-
ne alieno præiudicio & fraude proſpicere, dict. §. ſi
enim me abſente, nec ob id factum fuit præiudicium
aliquod Donatis, qui iam dictas literas ſoluerunt fi-
dem Francorum ſecuti, & qui Francos non Lerca-
rios habebant obligatos per ſupradicta, nec ad Do-
natos dictæ pecuniæ, ſi Francis ſolutæ fuiſſent per
Lercarios omnino erant peruenturæ, & contra Ler-
carios Donatis nulla ſupererat actio per ſupradicta:
ergo in eorum fraudem per Lercarios factum fuiſſe
dici non poteſt, quod nihil fecerunt, quàm proſpice-
re ſibi ne damnum à Francis paterentur, & hoc maxi-
mè cum appareat, literas factas fuiſſe eo tempore,
quo Franci non erant rupti, nec eorum ruptura ſtare
poterat: ergo dolus abeſſe videbatur, qui abeſſe præ-
ſumi debet, l. meritò, ff. pro ſoci. Nec obſtat, quod
dicebatur de reſponſione facta poſitionibus per Pau-
lum Serram, videlicet 15. & 16. poſitioni, ex qua ſe-
cundum actores mendacium, & conſequenter dolus
colligi poterat: Nam ex illis reſponſionibus menda-
cium, vel dolus aliquis colligi non potuit, & quo ad
primam, in qua ponitur, quòd literæ cambij fuerunt
factæ, & nullæ pecuniæ datæ fuerunt cambio per di-
ctos Paulum, & Iofredum pro feria Vilaloni ipſis de
Francis, & per Paulum reſpondetur non credit, vt
ponit, imò quod non erant fictæ, quia ex hac ratione
inferri non poteſt, quòd Paulus vellet dicere effe-
ctualiter numeratas pecunias, ſed potius quòd quam-
uis non fuerit numerata pecunia, tamen ſunt reales,
& non fictæ, nec minus dicuntur reales huiuſmodi li-
teræ, eò quòd quando conficerentur non ſit numera-
ta pecunia, quia probatum fuit per teſtes deponen-
tes quandoque literas fieri, & tamen ſtatim pecuniæ
non

non numerãtur, nec poteſt dici factas in fraudẽ, prout
aduocatus dicit in reſponſionibus ad dubia, quia &
ex ſupradictis patet reſponſio, maximè cum confectę
fuerint eo tempore, quo adhuc non erat notitia ru-
pturæ illorum de Bezenſonò, videlicet die, N. vt ap-
paret ex deductis in proceſſu: ex quo ſequitur, quod
literæ non fuerunt factæ in fraudem propter cautio-
nem literarum Neapolis, ſed ſolùm retentio pretij,
ſeu ſolutionis illarum, quod fieri potuit per ſupradi-
cta, maximè per text. in dict. §. ſi cùm me abſente, nec
mouent ducta per aduocatum de conuentione, de
qua per teſtes, & quòd probatum non fuerit quia non
fuerit articulatum, nec probatum quòd tales con-
uentiones ſcribantur, ſed poſſunt tacitè fieri ex pa-
tientia, ex qua faciunt literas, & patiuntur ſtatim ſibi
non exburſari pecunias, & dictæ literæ fictæ dici non
poterant, cùm tantùm confeſſionem, non autem ve-
ram numerationem non probent, Bald. coſilio 53.
volumine primo in antiq & facit deciſio. Afflict. in
primo libro conſtit. Regni Neapolis, conſtitutione
cauſarum, numero 6. Minus potuit nos mouere re-
ſponſio ad 16. poſitionem. Vbi reſpõdet, fuiſſe com-
penſatas, quia vt diximus, ex his non inducitur aliqua
falſitas, cùm poſſent hæc ſimul ſtare, videlicet quod
literæ nõ ſint fictæ, & compenſatio facta, quia à prin-
cipio animus eſſet vtriuſque partis, vt pecunia nume-
raretur, & ſic literæ non poſſunt dici fictæ, quamuis
poſtea fuerint compenſatæ, quia debet conſiderari,
7 quòd principaliter agitur, † non autem quòd præter
ſpem, & naturam rei euenit. l. ſi quis nec eam. ff. ſi
cert. pet. & quod ibi Iaſ. numero 23. vbi voluit conſi-
derari debere id, quod principaliter fit, non autem
id, quod conſecutiuè, cum igitur intentio vtriuſque
eſſet, vt breui tempore pecunia numeraretur, quod
inter mercatores fiari conſueuit, vt eſt probatum,
quamuis poſtea ex alia cauſa nouiter emergenti aliud
deuenerit, non debet illa litera dici ſimulata per ſu-
pradicta, & hoc maximè ſtantibus illis verbis de cam-
biatis, quæ poſſunt ſignificare pecuniam iam nume-
ratam fuiſſe, & poſſunt etiam alium ſenſum accipere,
vt probatum fuit: ergo quamuis non fuerit pecunia
numerata, non ſequitur quòd litera ſtatim ſimulata
dici debeat, vt in ſimili videmus in eo, qui habet fi-
dem de pretio, Gloſſ. in ver. fide in § venditis, inſt. de
ret. diuiſio. ¶ Nec obſtat, quod ex qualitate facti do-
8 lus poſſit apparere, & quòd dolus re, † & conſilio
æquiparentur, Gloſſ. 1. de dol. except cum alijs alle-
gatis per aduocatum, quia reſpondetur, quòd ex qua-
litate huius facti non poteſt dolus aliquis apparere,
vt per ſuprà deducta, & maximè cùm non fuerit ple-
nè probatum Adurnos rupiſſe in feria Beſenaoni,
imò contrarium videtur probatum per teſtes dicto-
rum actorum, qui dicunt quòd Dominicus Iuſtinia-
nus ſoluebat, & accipiebat, quamuis permiſiſſet ſibi
ſuper aliquibus literis proteſtari, nec probatum fuit
ſciuiſſe Paulum Francos creditores illorum de Be-
ſenaono, & propterea potuiſſe ſuſpicari rupturam il-
lorum de Francis, quod probari debuit, cum in facto
alieno ſcientia non præſumatur iuribus vulgaribus
& quamuis actores in eorum quinto articulo conen-
tur probare intentionem ſuam, nihil tamen proba-
runt, imò totum oppoſitum probatum videtur: quia
tam teſtes reorum, quàm actorum videntur probare
quòd apud omnes erat nota ruptura dictorum de Be-
ſenzono, etiam Vilaloni ante finitam feriam Vilalo-
nis, & eius ſolutionis, quæ ſunt in fine feriæ, & nihilo-
minus Donati, & alij ſoluebant pro Francis, & quòd
non ruperunt Franci, niſi poſtquam fuit intimatum
illis, quod Donati nolebant amplius ſoluere pro il-
lis. Ex ſuprà deductis concluſimus, quòd ex qualitate
facti non poſſit aliquo modo conſtare de fraude, tum
quia non ruptis Francis, vel nulla habita ſcientia per
iſtos de Lercarijs de ruptura eorum, quæ aliquo mo-
do non probatur, non poteſt conſiderari fraus ali-
qua in caſu noſtro, cùm lex ſeruus tuus præſupponat
vtrumque, videlicet, & quòd ſeruus iam non eſſet
ſoluendo, & quòd Dominus hoc ſciret. Nec bona eſt
reſponſio, quòd non erant ſoluendo, quia vt diximus
hoc non conſtat in proceſſu, quòd tempore dictæ li-
teræ non poſſent creditoribus ſuis ſatiſfacere, & poſ-
ſunt hæc ſimul ſtare, vt hodie ſim ſoluendo, cras au-
9 tem non ſim, & probatio, † quæ nititur ex tempore,
requirit probationem illius temporis. l. matrem, &
ibi Sali. C. de proba. & Docto. in cap. cum tutia ex.
eod. tit. & vtcumque ſit, erat probandum illum non
ſolùm non ſoluendo, ſed alia præſuppoſita, de quibus
ſuprà, tum quia ſi illi de Donatis ſciebant rupturam
illorum de Beſenzono, & nihilominus ſoluebant pro
Francis, non poteſt fraus conſiderari illis aliquo mo-
10 do facta: quia ſcienti, † ac volenti, & intelligenti
fraus fieri non poteſt. l. cùm donationis, C. de tranſa-
ctio. & eo modo poterant, & debebant ſuſpicari Do-
nati quomodo dicunt ſuſpicatum fuiſſe, Paulum
reum conuentum, qua propter ſi fuerunt parum pru-
dentes id ſibi imputetur, & propterea dici non po-
teſt ſtantibus ſupradictis Paulum Serram aliquid do-
lo feciſſe, cùm de aliqua machinatione non appareat,
nec actores ſibi incumbentia probauerint, & doli
11 actio, † niſi ex magna calliditate dari non ſolet, l. &
eleganter. §. fin. ff. de dolo, & ibi Gloſſ. & Docto. in
l. dolum. C. de dolo, vbi concludunt coniecturas de-
bere eſſe euidentes, & hoc caſu nulla nobis euidens
calliditas viſa fuit ineſſe, & cùm non appareat Lerca-
rios dolo verſatos fuiſſe, non poſſunt obſtare dicta
per Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pignor. actio. & in
l. prima de dolo per aduocatum allegata, nec literæ
ille poſſunt dici ſimulatæ per ſupradicta, & quia te-
ſteſmet actoris dicunt ſimiles literas non dici ſimu-
12 latas, † quamuis ſtatim non numeretur pecunia, vt
per tertium, & per quartum teſtem: & propterea vi-
dentur ceſſare, quæ dixit aduocatus, videlicet quod
dolus re ipſa æquiparetur dolo ex propoſito: quia
13 nullus dolus fuit probatus, & coniecturæ, † quæ in-
ducuntur ad arguendum dolum, debent eſſe valdè
euidentes, & in nullam aliam partem trahi poſſe, vt
tradit Paul. de Caſtr poſt alios in allegata. l. dolum.
C. de dolo, & cum in dolo certa doctrina dari non
poſſit ad probandum dolum, & id totum iudicis ar-
bitrio verſetur, vt per Ange. in l. apud Celſum de ex-
cepti. doli. per aduocatum allegatum, non fuit viſum
Rotæ aliquam eſſe coniecturam, quæ dolum arguere
potuerit, & quamuis aliquæ coniecturæ adeſſent,
quæ fortè poſſent in illam partem trahi, vt puta quia
poſtea de proximo latitarunt Franci, quia tamen po-
terunt etiam trahi ad hoc, quod ſuſpicio orta poſt le-
gitimè confectas literas effecerit, vt voluerit ſibi
proſpicere retinendo ſolutionem literarum Vilalo-
14 ni, inclinauimus in benigniorem, † & ſalubriorem
partem, quæ dolum excludit, iux. doct. Paul. de
Caſtr. in dicta l. dolum. C. de dolo. ¶ Adducebatur
capi. ſub rubric. de abſentibus vel latitantibus credi-
torum mole, per quod dicebatur caueri, quòd om-
nes contractus facti intra quindecim dies ante ruptu-
ram non tenebant, & hic erat contractus cambij

non numerātur,nec poteſt dici factas in fraudē,prout aduocatus dicit in reſponſionibus ad dubia, quia & ex ſupradictis patet reſponſio,maximè cum confectę fuerint eo tempore, quo adhuc non erat notitia rupturæ illorum de Bezenſonò, videlicet die, N.vt apparet ex deductis in proceſſu: ex quo ſequitur,quòd literæ non fuerunt factæ in fraudem propter cautionem literarum Neapolis, ſed ſolùm retentio pretij, ſeu ſolutionis illarum, quod fieri potuit per ſupradicta,maximè per text.in dict.§.ſi cùm me abſente,nec mouent ducta per aduocatum de conuentione, de qua per teſtes,&quòd probatum non fuerit quia non fuerit articulatum, nec probatum quòd tales conuentiones ſcribantur, ſed poſſunt tacitè fieri ex patientia,ex qua faciunt literas, & patiuntur ſtatim ſibi non exburſari pecunias,& dictæ literæ fictæ dici non poterant,cùm tantùm confeſſionem, non autem veram numerationem non probent, Bald. coſilio 53. volumine primo in antiq & facit deciſio. Afflict. in primo libro conſtit. Regni Neapolis, conſtitutione cauſarum, numero 6. Minus potuit nos mouere reſponſio ad 16.poſitionem. Vbi reſpōdet, fuiſſe compenſatas,quia vt diximus,ex his non inducitur aliqua falſitas, cùm poſſent hæc ſimul ſtare, videlicet quòd literæ nō ſint fictæ,& compenſatio facta,quia à principio animus eſſet vtriuſque partis,vt pecunia numeraretur, & ſic literæ non poſſunt dici fictæ, quamuis poſtea fuerint compenſatæ, quia debet conſiderari,
7 quòd principaliter agitur, † non autem quòd præter ſpem, & naturam rei euenit.l. ſi quis nec eam. ff. ſi cert.pet.& quod ibi Iaſ.numero 23. vbi voluit conſiderari debere id, quod principaliter fit, non autem id, quod conſecutiuè, cum igitur intentio vtriuſque eſſet, vt breui tempore pecunia numeraretur, quod inter mercatores fieri conſueuit, vt eſt probatum, quamuis poſtea ex alia cauſa nouiter emergenti aliud deuenerit, non debet illa litera dici ſimulata per ſupradicta,&hoc maximè ſtantibus illis verbis de cambiatis, quæ poſſunt ſignificare pecuniam iam numeratam fuiſſe,& poſſunt etiam alium ſenſum accipere, vt probatum fuit; ergo quamuis non fuerit pecunia numerata, non ſequitur quòd litera ſtatim ſimulata dici debeat, vt in ſimili videmus in eo, qui habet fidem de pretio,Gloſſ.in ver.fide in §.venditis, inſt.de rer.diuiſio. ¶ Nec obſtat, quod ex qualitate facti do-
8 lus poſſit apparere, & quòd dolus re, † & conſilio æquiparentur, Gloſſ.1.de dol.except cum aliis allegatis per aduocatum,quia reſpondetur,quòd ex qualitate huius facti non poteſt dolus aliquis apparere, vt per ſuprà deducta, & maximè cùm non fuerit plenè probatum Adurnos rupiſſe in feria Beſenzoni, imò contrarium videtur probatum per teſtes dictorum actorum, qui dicunt quòd Dominicus Iuſtinianus ſoluebat,& accipiebat, quamuis permiſiſſet ſibi ſuper aliquibus literis proteſtari, nec probatum fuit ſciuiſſe Paulum Francos creditores illorum de Beſenzono,& propterea potuiſſe ſuſpicari rupturam illorum de Francis,quod probari debuit,cum in facto alieno ſcientia non præſumatur iuribus vulgaribus & quamuis actores in eorum quinto articulo conentur probare intentionem ſuam, nihil tamen probarunt,imò totum oppoſitum probatum videtur: quia tam teſtes reorum, quàm actorum videntur probare quòd apud omnes erat nota ruptura dictorum de Beſenzono, etiam Vilaloni ante finitam feriam Vilalonis,& eius ſolutionis,quæ fuit in fine feriæ,& nihilominus Donati,&alij ſoluebant pro Francis, & quòd non ruperunt Franci, niſi poſtquam fuit intimatum illis, quod Donati nolebant amplius ſoluere pro illis. Ex ſuprà deductis concluſimus, quòd ex qualitate facti non poſſit aliquo modo conſtare de fraude,tum quia non ruptis Francis, vel nulla habita ſcientia per iſtos de Lercariis de ruptura eorum,quæ aliquo modo non probatur, non poteſt conſiderari fraus aliqua in caſu noſtro, cùm lex ſeruus tuus præſupponat vtrumque, videlicet, & quòd ſeruus iam non eſſet ſoluendo,& quòd Dominus hoc ſciret. Nec bona eſt reſponſio.quòd non erant ſoluendo, quia vt diximus hoc non conſtat in proceſſu, quòd tempore dictæ literæ non poſſent creditoribus ſuis ſatisfacere,& poſſunt hæc ſimul ſtare, vt hodie ſim ſoluendo, cras au-
9 tem non ſim,& probatio, † quæ nititur ex tempore, requirit probationem illius temporis.l.matrem, & ibi Sali. C. de proba. & Docto. in cap. cum tutia ex. eod.tit. & vtcumque ſit, erat probandum illum non ſolùm non ſoluendo,ſed alia præſuppoſita,de quibus ſuprà, tum quia ſi illi de Donatis ſciebant rupturam illorum de Beſenzono,& nihilominus ſoluebant pro Francis,non poteſt fraus conſiderari illis aliquo mo-
10 do facta: quia ſcienti, † ac volenti, & intelligenti fraus fieri non poteſt,l.cùm donationis, C. de transactio.& eo modo poterant, & debebant ſuſpicari Donati quomodo dicunt ſuſpicatum fuiſſe, Paulum reum conuentum, qua propter ſi fuerunt parum prudentes id ſibi imputetur, & propterea dici non poteſt ſtantibus ſupradictis Paulum Serram aliquid dolo feciſſe,cùm de aliqua machinatione non appareat, nec actores ſibi incumbentia probauerint, & doli
11 actio, † niſi ex magna calliditate dari non ſolet, l. & eleganter.§.fin.ff.de dolo, & ibi Gloſſ. & Docto.in l.dolum.C.de dolo, vbi concludunt coniecturas debere eſſe euidentes, & hoc caſu nulla nobis euidens calliditas viſa fuit ineſſe, & cùm non apparet Lercarios dolo verſatos fuiſſe, non poſſunt obſtare dicta per Bald. in l quæ fortuitis.C de pignor.actio. & in l. prima de dolo per aduocatum allegata, nec literæ illę poſſunt dici ſimulatæ per ſupradicta, & quia teſtes met actoris dicunt ſimiles literas non dici ſimu-
12 laras, † quamuis ſtatim non numeretur pecunia, vt per tertium, & per quartum teſtem: & propterea videntur ceſſare, quæ dixit aduocatus, videlicet quod dolus re ipſa æquipararetur dolo ex propoſito: quia
13 nullus dolus fuit probatus, & coniecturæ, † quæ inducuntur ad arguendum dolum, debent eſſe valdè euidentes, & in nullam aliam partem trahi poſſe, vt tradit Paul. de Caſtr. poſt alios in allegata.l. dolum. C.de dolo, & cum in dolo certa doctrina dari non poſſit ad probandum dolum, & id totum iudicis arbitrio verſetur, vt per Ange.in l.apud Celſum de excepti.doli.per aduocatum allegatum, non fuit viſum Rotæ aliquam eſſe coniecturam,quæ dolum arguere potuerit, & quamuis aliquæ coniecturæ adeſſent, quæ fortè poſſent in illam partem trahi, vt puta quia poſtea de proximo latitarunt Franci, quia tamen poterunt etiam trahi ad hoc, quod ſuſpicio orta poſt legitimè confectas literas effecerit, vt voluerit ſibi proſpicere retinendo ſolutionem literarum Vilalo-
14 ni, inclinauimus in benigniorem, † & ſalubriorem partem, quæ dolum excludit, iux. doctr. Paul. de Caſtr. in dicta l. dolum.C. de dolo. ¶ Adducebatur capi.ſub rubric. de abſentibus vel latitantibus creditorum mole, per quod dicebatur caueri, quòd omnes contractus facti intra quindecim dies ante rupturam non tenebant, & hic erat contractus cambij

Bald.in præallegato conſilio, facti fuerunt, qui cùm eſſet celebratus infra quindecim dies, de quibus in ſtatuto, remanebat nullus, ſed ad hoc fuit multipliciter reſponſum. Et primò, quod non fuerat probatum Francos ſe abſentaſſe, & latitaſſe, & quamuis fuerint
15 rupti, non tamen eſt idem eſſe ruptum, † & latitare, & ſe abſentare, quod ex diuerſitate titulorum, videlicet de debitore vergente ad inopiam, & hoc titul. de abſentibus & latitantibus ad l.ſi idem C. de cond. facit text.in l.Fulcinius.§.quid ſit latitare, ad hoc allegata per aduocatum partis aduerſæ, nec nos mouere potuit quòd aliqui ex teſtibus Pauli rei conuenti hoc deponere videantur in reſponſionibus ad interrogatoria, quia hoc non probant plenè, & idoneè, & cùm loquitur primus de abſentia ſimpliciter, & perfunctoriè loquitur, & tamen erat probanda abſentia doloſa, & animo fraudandi creditores, vt ex ſtatuto manifeſtè colligitur, ibi doloſè, & fraudulenter, & facit text.in dicta l. Fulcinius.§.quid ſit latitare: ex quibus cauſ.in po.ea. Præterea teſtis ille dubiè deponit, & dicit, quod videtur ſibi recordari, & de die 4. vel.5. ex quo apparet illum non reſpondiſſe præciſè, ſed dubiè, & dies quinta eſſet extra terminum quindecim dierum: quare cùm talis probatio ſit dubia, probantem non releuat, Docto.in cap.in præſentia, cum ibi adductis per eos de proba. alius teſtis etiam non probat, quia quamuis dicat de Gregorio, qui latitauit in Monaſterio, tamen non dicit quod doloſè latitauerit, & cauſa fraudandi creditores, quòd fuiſſet neceſſarium iuribus ſupra allegatis, & dicit de Gregorio tantum, non autem de aliis Francis, & erat
16 neceſſarium omnes ſocios latitaſſe, † cum omnes inſolidùm tenerentur, deponit etiam de quinta die, quo caſu deponit extra terminum dictorum quindecim dierum. ¶ Præterea dicebatur, quòd dato etiam quod latitatio fuiſſet concludenter probata, quod illud ſtatutum ad caſum noſtrum non pertinebat, & ita fuit concluſum inter nos ex infrà dicendis. Et primò, quia mens ſtatuentium fuit obuiare tantum occultationem rerum ipſius latitantis, & vult illas reduci in poteſtatem curatoris, ſed penes Paulum non erat aliquid de bonis Francorum, ſed erant pecuniæ Donatorum mandato illorum de Francis, & cùm pecunia vſu conſumatur inſtitut. quibus mod. re contraha. oblig. in principio. l. ſecunda. §. primo. ff. ſi cert. peta. & ſi ex mutuo, ſiue ex cambio illam Paulus acceperit, eius effecta fuerit; dicta l. ſecunda, §. primo, & præſupponit Bald. in dicto conſil. facti fuerũt, ſuprà allegato: ex quo ſequitur, quòd penes Paulum nihil eſt de rebus ipſorum Francorum ſtatutum non poteſt ſibi locum vendicare, verum tamen eſt, & hoc negari non poteſt, quòd cum mandato Francorum fuerit ſolutæ d. pecuniæ ipſi Paulo, qui non ſoluit illis valutam, Paulus remanet debitor ipſorum de Francis iuribus, & rationibus ſuperius allegatis, & ad id, quod videtur eſſe nomen, ſeu creditum ipſorum
17 penes ipſum Paulum, fuit reſponſum, † quòd appellatione bonorum non veniunt nomina debitorum, & ſtatutum loquens de bonis non comprehendit nomina, l. quidam Tuberonis, §. peculio. ff. de pecu. vbi Bartol. & idem Bart. in l. mouentium de verb. ſignifi. & in l. Princeps bona, & in l. nominis, & rei vbi aderat, de verbor. ſignific. & per Car. conſilio 66. & 72. & per Guido. Papæ deciſio. 485. Deci. conſilio 487. & in conſilio 461. columna fina. Iaſo. conſilio 194. volumine ſecundo, & conſilio 5. volumine tertio, Socinus conſilio 175. & maximè in caſu ſtatuti noſtri propter verba in eo poſita, ibi penes dictum debi-
18 torem. Quo caſu † cum nomina loco aliquo non contineantur, Alcia. in l. nam ius, & rei, de verb. ſignific. per l. Lucius de lega. 2. ſtatutum non conuenit caſui noſtro, cum verba illa adaptari non poſſint, l. 4. §. toties de damn. infect. ex alio etiam patet ſtatutum, huic caſui non conuenire, dum dicit bona, ſeu eorum pretium, & cùm hic non poſſit conſiderari
19 pretium, ceſſat præſuppoſitum ſtatuti, † ergo & illius depoſitio, l. ſi mancipia, C. de ſer. fug. Roma ſing. 484. ſtatutum puniens, Dec. conſilio 90. numero ſecundo, & per Docto. in dicto §. toties, & in dicta l. ſi mancipia, C. de ſer. fug. & ibi Bald. numero 3. & 4. Alciat. in tract. de verb. ſignific. car. 28. litera R. dum allegat dicta l. ſi mancipia, Felin. in c. licèt cauſam, num. vndecimo, de proba. cùm igitur in caſu noſtro ceſſet præſuppoſitum ſtatuti, non poteſt eius diſpoſitio ad caſum facere, & ex eo verbo pretium apparet ſtatuentes ita ſenſiſſe, & quamuis poſtea ſtatutum dicat non obſtantibus &c. non cenſetur velle irritare omnes contractus factos cum tali latitante, ſed tantum factos in terminis ſtatuti, & de rebus, de quibus in ſtatuto: cùm igitur huiuſmodi ſtatutum ſit ſpecia-
20 le, nec habeat generalem rationem, † debemus illud ſpecialiter intelligere in terminis, in quibus loquitur Bartol. in l. regula, §. ſi quis de iur. & fact. igno. quod autem ſit ſpecialis ratio, & non generalis, & non poſſit trahi ad caſum noſtrum patet: quia ex hoc deſtrueretur omne remedium, & ſequeretur abſurdum maximum, ſi illud ſtatutum omnesque contractus irritaret, & irritaret etiam cambium: quia ſequeretur, quòd ſi nos ignorantes, quòd tu eſſes decoctus tibi ad cambium pecuniam dediſſemus, & tu literas nobis feciſſes, quæ ſolutæ fuiſſent, nos cogeremur dictas pecunias deponere penes curatorem, quòd eſſet abſurdum, & tolleret quodammodo commercium, ſi tales literas irritaret, & fictitias præſumeret. quæ ratio multùm conſideratur à ſtatuto de vergente ad inopiam: iniquum enim eſſet huiuſmodi ſtatutum per ſupradicta, ergo non debet recipere talem ſenſum, ſed tantum in rebus ipſius decoctoris, quæ deponi debeant non obſtãtibus, &c. Quare cum iſtud ſtatutum non competat aliquo modo, Paulum abſoluimus, & reſeruationem verbo petitam in melioratione denegauimus, allegabatur etiam æquitas, l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. peta. ſed fuit reſponſum, quòd illa lex habet locum quando talis pecunia, ſiue res peruenit in me ex titulo lucratiuo, & ibi reperitur ſine cauſa, & dominus pecuniæ non habeat actionem contra alium, vt per Docto. maximè Paul. de Caſtr. in dicta l. me, & Titium ſi cert. petat. cùm igitur haberent Donati obligatos Francos, non poſſunt agere contra Lercarios, cum quibus nihil egerunt, & iniquum eſſet
21 quod Lercarij, pro vna receptione, † & vna obligatione tantùm duobus obligarentur, & dupliciter, vt in ſimili tradit Bald. in dicto conſilio 298. incipiente, fuerunt factæ, colum. tertia, verſiculo item, pro vno debito, & magis æquum eſt, vt ſi Donati ſunt ſecuti fidem Francorum, qui erant non ſoluendo, ſuccumbant, ne Paulus duabus actionibus pro vno debito teneatur, & ſibi imputent, qui ſunt ſecuti fidem decoctoris, cùm debuiſſent cautius negotiari, l. ſecunda, C. de furtis, & cùm contractus iam plenè conſummatus fuerit inter dictos Donatos Lercarios, & Francos, ſi caſus euenit in Francis, euenit in præiudi-
22 cium Donatorum, non ad Lercarios, † cum caſus aduentitij non trahantur ad contractus iam conſummatos,

matos, l. incendium. C. ſi cer. pet. & ita declarat Bal. in
præallegato conſ. incipiente, fuerunt factæ, in 2. col.
verſ. conſider non obſtat. tex. in l. ſi extraneus, de cōdi-
ca. data cauſa non ſec. quia quamuis præſupponamus
Lercarios non ſoluiſſe Francis d. pecunias, tamē non
poteſt dici contractum prædictum caſſum, cùm Frāci
habeant obligatos ipſos Lercarios, & Donati Fran-
cos: ergo cum Donati nullam actionem habeāt con-
tra Lercarios, non poſſunt dicere contra eos aliquid,
Et per ſupradicta, & multa alia quæ breuitatis cauſa
obmiſſa ſunt, Rota abſoluit reum conuentū à petitis.

DECISIO CLXIX.

Socius tenetur ſocio rationem reddere, nec
excuſatur, quia ipſi ab eo reddita non ſit, cū
tamen habeat actionem ad eam ſibi reddi
petendum.

SVMMARIVM.

1 *Pacta inter ſocios ſunt ſeruanda.*
2 *Quod non obſeruans agere non poßit, non proce-
dit in ſocietate.*
3 *Nec in his, quæ ſunt ſeparata, & non pendent
vnum ab alio.*

INITA fuit ſocietas inter
Alex. Dorinum, & alios qua-
tuor ſocios, in qua ſocietate
poſtea receptus fuit, ſiue ad-
miſſus Io. Bapt. Gandulfus, &
inter alia pacta inita inter ſo-
cios fuit conuentum, quòd qui
fabricabit tormēta ærea bel-
lica, teneatur dare aliis ſociis ſolidos ſex pro ſingulo
cantario, & pro ſingulo carato: erat enim diuiſa ſocie-
tas in caratis duodecim. Item fuit pactitatum, quòd ille
ſocius, qui emeret æs, ſeu metallum, conferret illud
etiam aliis ſociis volentibus: & cōuentum fuit, quod
quilibet ſocius de conflatis tormentis, ac æris empti
per eum cæteris reddere teneretur rationem cum ſo-
lutione dicti lucri: Alexander, & cæteri ſocij excepto
Iacobo petierunt reddi ſibi rationem conflatorū tor-
mentorum, ac æris empti per eum, & cum fuiſſet per
plures teſtes probatum eundem Ioannem Baptiſtam
quamplurima tormenta conflaſſe, ac metalla emiſſe,
Rota eundem Ioannem Baptiſtam condemnauit ad
reddendam rationem dictis ſociis cum reliquatus ſo-
lutione, mota ex dicto pacto, iux. l. iuriſiurandi. §. præ-
1 tor ait pacta ſeruabo, † quod eſt præcipuum inter
ſocios, l. ſi conuenerit. ff. pro ſoc. mota quoque diſpo-
ſitione iuris communis, qua ſancitum eſt ſociū ſocio
rationem reddere teneri, de quo nullus dubitat, vt aſ-
ſerit Soc. conſ. 24. num. 36. & conſ. 73. vol. 1. & cōſ. 159.
vol. 2. & attenta exceptione ipſius Ioannis Baptiſtæ,
& obligatione dictorum ſociorum, iuriſque diſpoſi-
tione, & pacto, vt ſuprà, dixit Rota reddita ratione cū
reliquatus ſolutione per alios ſupradictos ſocios dic.
Ioannis Baptiſtæ, nec habuit rationem alterius exce-
ptionis oppoſitæ per ipſum Ioan. Baptiſtam, qua di-
cebat illos ſocios actores non eſſe audiēdos, cum ali-
qui eorum & tormenta conflaſſent, & ærea emiſſent,
2 nec ſibi rationem, † nec partem lucri ad ſe ſpectārem
dediſſent quia ſocietas eſt cōtractus nominatus, ideo
Io. Baptiſtæ non licuit ab eo diſcedere aliis ſociis, l.
ſicut, de actio. & obl. & lex cùm proponas, la ſecūda,
C. de pactis, non habet locum in contractib. nomina-
tis, ſed ipſe Io. Bapt. debet agere ad damna, & inter-
eſſe, vel quòd etiam ſibi adimpleatur, vt dicit Deciſ. ibi,
col. 2. verſ. 3. fallit, poſt Alex. ibi & Bar. tex. in l. ea cō-
ditione. C. de reſcind. vend. Præterea cum conflatio
vnius ſocij poſſit, & ſtet abſque eo, quòd alius ſocius cō-
3 ſtet, & † vna non depēdeat ab alia, & vnus ſocius poſ-
ſit conflare, & alius non, ſequitur quòd diſpoſitio d. l. cū
proponas, non procedit, vt per Goz. in l. 2. nu. 215. C.
de pactis inter emptorem, & vēditorem, & per Alex.
conſ. 228. nu. 4. vol. 6. Opponebat etiam Io. Baptiſt. ſe
reuocaſſe ſuam promiſſionem, dicendo, quòd cùm ſocie-
tas eo modo inita ſaperet Monopolium in illa perſe-
uerare non intendebat: ad hoc dictum fuit & iuridicè
Ioan. Baptiſtam non potuiſſe pœnitere, nec reuocare,
ſeu diſcedere à contractu inito, & perfecto. d. l. ſicut;
& minus cum illum contractum iure iurando firma-
uerit & cùm reuocauerit abſque eo quòd habilitatus fuiſ-
ſet à iuramento, incidit in periurium, meritò hæc ſua
exceptio attendenda nō eſt, l. ſi quis maior. C. de trāſ.
cum materia, allegabat Ioan. Baptiſta ſe filium fami-
lias, hoc etiam fuit ſublatum per diſpoſitionem ſtatu-
ti ſub rubrica de ſocietate; ac accommodatione fol.
60. Et ideo Rota vt ſupra, & iuridicè iudicauit. Laus
Deo Opt. Max.

DECISIO CLXX.

Liber patroni nauis in terra bene compoſitus
facit fidem contra participes, etiam ad be-
neficium patroni.

SVMMARIVM.

1 *Soluens pro alio vtile negotium gerit.*
2 *Patronus in terra poteſt facere expenſas pro re-
ficienda, fulcienda, & expedienda naui.*
3 *Expenſæ factæ per inſtitorem debent refici per
ſocios.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.

PETITÆ fuere in hoc iudicio per Io. Bapt.
Granariam ab Antonio Natarello curato-
re bonorum, & hæreditatis olim Franciſci
Plumæ duæ partitæ, vna librarum, N. altera
librarum, N. Prima tanquam ſoluta per eum procura-
tori Michaëlis Petrocochini pro dicto Franciſco ad
bonum cōputum ſuæ participationis nauis, de qua in
cauſa, altera tanquam tertia pars pecuniarum ſoluta-
rum per ipſum vti patronum in terra d. nauis pro eius
vſu, & expedimento, quarū tertia pars ad d. Franciſcū
vti pro tertia parte dictæ nauis participem ſpectabat;
hac petione contra d. curatorem porrecta, comparuit
Gregorius Pluma frater d. olim Franciſci, & tāquam
hæres eius cum cautela, & beneficio inuentarij allegā-
do notariū ſuſpectum, propoſuit ceſſare debere offi-
ciū curatoris, exiſtente hærede: à qua ſuſpicione no-
tarij, cum exinde deſtitutum fuiſſet tā per ipſum Gre-
gorium, quàm per curatorem, ambos legalitate, ac
probitate notarij fidentes, petiit d. Gregorius dila-
tionem deforis informatoriam pro locis, in quibus
nauis naufragium paſſa fuerat, ac illam in contradi-
ctorio obtinuit: qua dilatione tranſacta, cùm d. Gre-
gorius facto ſibi præcepto, vt meritis cauſæ reſpon-
deret, nunquam reſponderit, quinimo nec vnquam
amplius in iudicio comparuerit, videndum erit
tantummodo nunquid actor intentionem ſuam pro-

bauerit:quoniam aliàs actore non probante eã, reus
etiam ſi nihil præſtitiſſet, abſoluendus fuiſſet, l. negã-
tes. C. de actio. & oblig. l. fin. C. de rei vendic. cum ſi-
mili. Et quò ad primam partitam poſtquam exhibitũ
fuit inſtrumentum publicum, quod eſt probatio pro-
bata, & rem manifeſtam facit ſecundum Bald. in l. in-
tereſt. C. de ſolut. & alibi ſæpe Doctor. in quo conſtat
dictum Granatiam pro d. Franciſco ad bonum com-
1 purum eius, † quod ipſe ſoluere debebat pro eius par-
ticipatione conſiſtente in caratis octo, ſoluiſſe dictas
libras, N. Petro Ioſepho Iuſtiniano nomine dicti Pe-
trocochini præſentis, & conſentientis, non fuit ali-
quid conſideratum, quamobrem non eſſet condem-
nandus d. Gregorius dicto hæreditario nomine, præ-
ſertim cum vltra, ꝙ d. Granaria vtiliter geſſit negotiũ
dicti Plumæ, quo ſtante ſibi danda fuit actio. l. ſoluẽ-
do. ff. de neg. geſt. l. fin. C. eod. habuit etiam iura ceſſa
à d. Petrocochino, ſeu à dicto Petro Ioſepho d. ſolu-
tionem recipiente in præſentia dicti Plumæ appro-
bantis, ac ratificantis contra dictum Franciſ. & quoſ-
dam alios participes in dicto inſtrumẽto nominatos,
& hæc quoad prædictam partitam. ¶ Quò verò ad ſe-
cundum conſtat ex inſtrumentis exhibitis d. Plumam
diſtincta prius naue in caratos viginti quatuor, ac de-
clarata ſingulorum participum rata conceſſiſſe dict.
Granariæ patronatum d. nauis in terra cum poteſta-
te ipſum exercendi tam in iudicio, quàm extra, naula
exigendi, & omnes actus, & contractus faciendi ſecũ-
dum ꝙ huiuſmodi patroni in terra facere poſſunt de
conſuetudine, ſeu de iure, & qui Granatia promiſit d.
patronatũ in terra exercere bene, & fideliter librum
rationis ipſius nauis cõſcribere, & alia facere, ad quæ
tenetur, & vt latius in inſtrumento exhibito contine-
tur, conſtat etiam ex depoſitione teſtium examina-
torum ad inſtantiam d. Granariæ, eum poſt emptio-
nem d. nauis ſemper ſe exercuiſſe pro eius patrono in
terra ſcientibus ac conſentientibus participibus. Ad-
didit Io. Baptiſta Coſta vnus ex d. teſtib. vidiſſe eum
ſoluentem mercedem nautis. & pro tali fuiſſe ab ipſis
conuentum coram conſeruatoribus maris, vt eorum
ſalaria conſequerentur, dum etiam teſtes depoſuerunt
facto calculo ſuper contentis in libro dic. Granariæ,
(qui & recognitus fuerãt, & probatus bene legaliter,
& mercantiliter fuiſſe compoſitos, & prout ſolent te-
neri, & ſcribi libri patronorum in terra nauium) in-
uenerunt lib. N. deberi d. Granariæ per d. Plumã vti
participem pro tertia parte d. nauis, & ita partita, de
qua in libello, reducitur ad dict. partitam, de qua in
libro, adeo vt cum probatum fuerit ex diſpoſitione
plurium teſtium ad inſtantiam d. Granariæ examina-
torum, communiter obſeruari in præſenti ciuitate, vt
2 eo ipſo quod quis eſt patronus in terra, † habeat fa-
coltatem expendendi pro fulcienda, reficienda, & ex-
pedienda naui, ac pro aliis ad eius vſum opportunis,
ſic vt vnuſquiſque participum teneatur expenſas à pa-
trono factas ei reſarcire pro rata eorum participatio-
nis, pariterque ſtare eius libro tam pro, quam contra,
cauſa iſta nullam prorſus difficultatem habuerit, quin
ad fauorem dicti Granariæ ſententia ferri debuerit,
præſertim cùm etiam de iure eſſe videatur, vt expẽſæ
3 factæ per inſtitorem † debeant refici per ſocios, &
participes, vt eſt doct. Bart. in l. filiusfamil. num. 7. ff.
de don. qui etiam loquitur in fortioribus terminis, vi-
delicet quando expenſæ ſunt tantum honorificæ: igi-
tur multo magis, ſi fuerint neceſſariæ, vel vtiles: am-
plius dicit Benuenutus Stracca in tract. de nauibus,
ſecunda parte, ſi quis ex duobus exercitoribus, ſeu
eiuſdem nauis dominis altero ceſſante, & negligen-
te reficere, communi nomine reficiat, ſi ceſſans intra
quatuor menſes non reſtituit partem expẽſarum cum
vſuris, eum perdere dominium ſuæ partis, & illud re-
ficienti acquiri per iura, & authoritates, quas allegat.
faciunt not. per Iaſ. in inſtit. in tit. de actio. §. ſequens,
num. 48. & alibi. Et ex his.

DECISIO CLXXI.

Ille, cui ſpectant merces licet directæ ad alium,
poteſt agere contra tertium, in quem per-
ueniſſent.

SVMMARIVM.

1 *Res ſine cauſa in aliquo remanere non debet.*
2 *Pretium ſuccedit in locum rei.*
3 *Sciens rem ad ſe non ſpectare debet ſcire ad alios
pertinere.*
4 *Dicto vnius teſtis cum alijs adminiculis ſtandum
eſt inter mercatores.*
5 *In cauſis mercatorum proceditur vt in curia Ec-
cleſiaſtica.*
6 *Confeſſio extraiudicialis vbi probet.*
7 *In cauſis ſummarijs, & de æquitate omittuntur
ſolennitates, & iuris apices.*

ANTONIVS Maria Bonectus in inſula
Cadicis onerauit capſias ſaccharorum
candidorum de Canaria ſuper galeono S.
Coſmo & Damiano nuncupato, & patro-
nizato per Hortenſium Biſcainum conſignandas in
ciuitate Genuæ Buonhomo de Aquilina, & quia Ro-
tæ conſtitit dictum galeonum applicuiſſe Genuam
ad bonum ſaluamentum cum dictis capſiis, dictaſque
capſias in dugana repoſitas fuiſſe, vt moris eſt, & pari-
ter ex dugana expeditas nomine d. Buonhominis per
Abeleius filium, & etiam conſtitit, prædicta ſacchara
perueniſſe ad manus Thomæ de Viualdis ſine aliqua
cauſa, & ſpectare dicto Antonio Mariæ per atteſta-
tionem, & cõfeſſionem d. Hortenſij patroni d. nauis,
& per literas aduiſij directas d. Buonhomo deputato
ſolùm ad recipiẽdum conſignationem dictorum ſac-
charorum, viſum fuit Rotæ ex infradicendis dictum
Thomam condemnare: prout condemnauit ad conſi-
gnandum Aloiſio Bonecto nomine, vt in actis, dict.
capſias ſaccharorum, quatenus extent, vel eorum pre-
tium, & valorem. ¶ Primò, quia nulla ſuadet ratio,
1 quare dict. ſacchara remanere debeant penes, eũ, † in
cuius peruenerunt manus ſine cauſa, per text. cum
Gloſ. in l. ſi me, & Titium. ff. ſi certum pet. & per tex.
cum ſua Gloſ. in l. perpetuò. ff. de cond. ob turp. cauſ.
2 & † pretium hac in re ſuccedit loco rei non exiſtentis
per tex. & ibi Gl. & Doct. in l. ſi eum ſeruum. ff. ſi cer.
petat. ¶ Secundò, quia ſi huiuſmodi merces, ſiue earũ
pretium remanerent penes dictum Thomam nulla
exiſtente cauſa legitima, ſequeretur inconueniens,
quòd ſcilicet dictus Thomas vellet locupletari cum
damno alterius contra l. nam hoc natura. ff. de cõdit.
indebit. quod contingeret in caſu iſto, in quo nulli-
bi cõſtat in proceſſu dicta ſacchara ad dictũ conuen-
tum

3 tum ſpectare, & ſi ad eum non ſpectant, † profectò
debebat ſcire ad alios pertinere, per text. in l. fin. verſ.
omnes autem. C. vnde vi, Bart. in d. l. ſi eum ſeruũ, verſ.
in eo vero, & per tex. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum.
ff. ſi cert. peta. & Bartol. in dicta l. ſi me, & Titium.
¶ Et hæc tanto fortius in caſu occurrenti videtur pro-
cedere, cùm in proceſſu, vt dictum eſt, ſatis conſtat d.
ſacchara ad dictum agentem ſpectare, vt deponit etiã
Abel filius Buonhominis, cui veniebant conſignanda
dicta ſacchara, qui totam ſeriem huius negotij narrat,
4 & eius dicto cũ multis aliis adminiculis, † & cõiectu-
ris ſtandum eſt, ita etiam aperit litera aduiſij, ita ap-
podiſia carricamenti, ita fides duganæ, quæ habet
marcham conſimilem carricamenti, ita & baiuli in
hac cauſa examinati, quæ omnia ſimul iuncta probãt
intentionem agentis, præſertim quando hic agatur
5 inter mercatores, † in quorum cauſis proceditur, vt in
cauſis curiarum Eccleſiaſticarum, & adeo aſſimilãtur
huiuſmodi cauſæ, quod dicebat Speculator in titulo
de compet. iud. adit. §. 1. verſic. 28. quod mercatores
dicũtur de foro Eccleſiæ, ſicut ergo de æquitate Ca-
6 nonica in curia Eccleſiaſtica confeſſio † extraiudicia-
lis facta abſente parte facit plenam probationẽ, vt in-
quit Franciſcus de Aret. conſil. 40. Excellentiſſimè,
& conſil. 64. col. 1. & Doct. in cap. ſi cautio de fide in-
ſtrumenti, quod tamen de iure ciuili non permittitur,
ita in curia mercatoria vnicus teſtis, cui regulariter
ſtandum eſt, tanquam ſemiplenè probans, æquitate
tamen Canonica plenè probat: quod in caſu propoſi-
to multò fortiùs dicendum eſt, cùm dicto dicti Abel
adhæreant tot alia adminicula, & coniecturæ, & dicta
dictorum baiulorum. Ex quibus Rota inclinauit ad
fauorem actoris, vti procedens ſecundum veritatem
7 ſummariè, & de mera æquitate, † qua omittunt ſolen-
nitates, & iuris apices, Bart. in l. ſi fideiuſſor, §. quen-
dam, & in l. quintus. ff. mand. Bald. in l. ſi pro ea, col.
penult. eod. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. ff.
de pact. Bald. conſ. 400. vol. 5. Laus Deo.

DECISIO CLXXII.

Habens curam bonorum ſocietatis non poteſt ea vni ſociorum tradere, ſed ſolùm illis, qui poſſunt ſocietatem gubernare.

SVMMARIVM.

1 *Præpoſitus negotiationi tenetur de negligentia, & leuiſſima culpa.*
2 *Quando plures ſunt præpoſiti contrahens cum vno nihil agit.*
3 *Suſcipiens mandatum eius fines excedere non debet.*
4 *Cautelæ quanto plus eſt in actu, tanto plus fraudis.*
5 *Argumentum à veroſimili valet.*
6 *Soluens non creditori non liberatur.*
7 *Contrahens cum aliquo tenetur eius conditiones ſcire.*
8 *Confeſſio iurata præiudicat confitenti quò ad omnes.*
9 *Gerens negotium tenetur illi, cui ſcit ſpectare, etiam ſi ab alio ſit præpoſitus.*
10 *Indicia, & coniecturæ ſufficiunt ad probandam ſcientiam.*
11 *Propria confeſſione nulla maior eſt probatio.*
12 *Exercitor an teneatur ſequi mandatum cuiuſlibet ſocij.*
13 *Præſumptio eſt ſumẽda, per quam excluditur dolus, & delictum.*
14 *Adſtringens ſe in petitione ad certum tempus debet id probare.*
15 *Conſequens præſupponit neceſſarium antecedens.*

SOL IVSTITIÆ MENTEM NOSTRAM ILLVMINET.

PARTICIPES appaltus aluminum
ſcalæ Genuæ præpoſuerunt guberna-
tores d. implicitæ Benedictum Impe-
rialem, Baptiſtam Cattaneum, & Petrũ
Caluum, ita tamen vt duo ex ipſis tri-
bus poſſent omnia expedire: deinde loco Benedicti
fuit ſubrogatus Simon Cattaneus, horum aluminum
magazenerius erat Matthæus Porta, qui tradidit, &
cõſignauit Petro Caluo ſoli, ſiue de eius ordine can-
taria, N. dictorum aluminum, contra Portam fuit per
dictos Cattaneos motum iudicium ad reſtituendum
ſibi dicta cantaria ſi extant, ſin minus eorum pretium
cum intereſſe, & ſingulis diligenter diſcuſſis per Ro-
tam vnanimi ſententia fuit Porta condemnatus. ¶ In
primis quoniam quando aliquis eſt præpoſitus alicui
1 negotiationi, † tenetur de negligentia, & leuiſſima
culpa, Bart. in l. 1. §. & quia plerunque. ff. de offi. præf.
vig. Bartol. in l. quod Nerua, in quarta. q ff. depo. præ-
ſertim cum ſalarium pro ſua cuſtodia lucraretur, Pau.
& Doct. in l. qui mercedem. ff. loca. ſed nedum Mat-
thæus fuit negligens, ſed diſpoſuit ſine cõſenſu dicto-
rum gubernatorum, & culpoſus iure dici poteſt, Bart.
dicta l. quod Nerua. in 1. q. & extat ſtatutum in crimi-
nalib. de iis, qui de re, *ereue ali. &c.* ¶ Secundo, quãdo
plures ſunt præpoſiti ad negotiũ, vt hic in noſtro ca-
2 ſu, contrahens † cũ vno ſolo nihil agit, l. 1. §. ſi plures,
ver. ſed ſi ſic. ff. de exerc. col. 2. n. 3. ratio eſt, quoniam
illi duo habentur pro vno tantum, & vnus ex eis habe-
tur pro nullo, & facit l. ſed ſi pupillus. §. conditio, cum
§. ſeq. ff. de inſt. vnde quicquid geſſit Matthęus cũ vno
tantum ex dictis gubernatorib. eſt omnino nullum,
quaſi cum nullo geſtum, quatenus. ſ. concernit ius d.
negotij, cui vt fiat pręiudicium, neceſſarius eſt cõſen-
ſus duorum, & vnus ſolum non habet poteſtatẽ, quan-
do duob. coniunctim eſt demãdata. c. ſi duo, de proc.
3 in ſexto. ¶ Tertiò qui ſuſcipit † mandatũ illius fines
excedere non debet. l. diligenter. ff. mand. Marſ. ſing.
265. aliàs tenetur ad intereſſe. l. ſi procuratorẽ §. man-
dati. l. ſi quis alicui. §. qui ſuſcipit. ff. mand. Matthæus
exceſſit, ergo tenetur, Nec enim præpoſitus fuerat, vt
ex capite ſuo, vel ad vnius tantum nutũ alumina con-
ſignaret, ſed cum duorum ſaltem conſenſu. ¶ Quartò,
4 quantum plus eſt cautelæ in aliquo actu, † tanto plus
fraudis, & ſimulationis ineſſe pręſumitur, Bal. in conſ.
487. incip. apparet poſt medium lib. 1. refert, & ſequi-
tur Tiraq. de retrac. cõuent. in pręfat. nu. 18. qui more
ſuo plures citat, ſed ꝙ Matthęus ſibi caueri voluerit
per inſtrumentũ de conſeruando indemnẽ à Petro, vt
ex actis cõſtat, manifeſtè indicat nõ abeſſe fraudẽ, &
talem conſignationẽ in pręiudicium ſociorum factã:
5 Nam † arguendo à veriſimili per l. non eſt veriſimile.
ff. quod met. cau. cap. quia veriſimile de præſumptio-
ne.

ne.Dec.conſ.644. num. 6.nulla alia coniectura capi
poteſt: Nam ſi iure poterat illi cõſignare, vtique nulla
opus erat cautione, vel ſcriptura pub. nec illam requi-
ſiuiſſet Matthæus, ſi perſuaſum habuiſſet, poſſe illi ſo-
li fieri conſignationem, & credidiſſet, vt finxit, quem-
libet adminiſtratorum potuiſſet inſolidum diſponere
6 de aluminibus. ¶ Quintò, qui † ſoluit alij quã debeat,
non liberatur, l. ſolutam. ff. de ſolut. l. qui hominem. §.
ſi nullo. ff. eo. tit. c. ea te de iure iur. ſed Matthæus cõ-
ſignauit Petro, cùm teneretur conſignare de ordine
gubernatorum, ergo non rectè dedit, & per conſe-
quens remanet obligatus, nec ſolus Petrus, qui non
habebat authoritatem ſolus, eum potuit liberare.
¶ Sextò, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis
auelli non poteſt. l. id, quod noſtrum, ff. de reg. iur. l.
cùm mandati. C. mand. ergo hæc alumina, quæ erant
gubernatorum, ſine eorum conſenſu, & facto adimi
non potuere, Nec fuit in poteſtate d. Petri alienã rem
ſibi aſſumendo reclamantib. iurib. Matthæo prodeſ-
ſe, nec liberare. ¶ Septimo contrahentes cum aliis te-
nentur eorum conditionem ſcire. l. qui cum alio, vbi
Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. Paul. Caſtr. in l. 1. §. nõ au-
tem. ff. de exec. Vnde cùm quotidie Matthæus tracta-
ret cum dictis gubernatorib. qui adminiſtrabant hãc
7 implicitam, † debuit perquirere eorum cõditionem,
& præterquam quòd tam craſſa, & ſupina ignorantia
præſumi non poteſt, probatum eſt alumina ſpectaſſe
ad d. Cattaneos, ergo eis rationem reddere debebat,
vel perquirere, an ſoli Petro poſſet alumina dare.
¶ Octauò, cum per cõfeſſionem iuratam à Matthæo
in alio iudicio factam, conſtet habuiſſe claues maga-
zeni nomine dictorum Bapt. & Simonis, & quæ ſtare
debebant penes eoſdem, certè talis confeſſio iurata
8 † ſibi præiudicat quò ad omnes, Alex. conſ. 85. nu. 5.
vol. 7. Ruyn. conſ. 180. num. 13. libr. 1. Marſ. in pract.
crim. §. 2. num. 63. qui allegat Caſt. in conſ. 241. inci-
pi. primo videndum, circa prin. ¶ Nonò, faciunt ad
hoc ea, quæ ponit Ang. in conſ. 322. vbi gerens nego-
9 tia tenetur etiam illi, † ad quem ſciuit ſpectare tale
negotium, etiam ſi fortè ab alio fuiſſet præpoſitus, in
l. qui hominem. §. ſi nullo. ff. de ſolut. l. verũ. §. ſi cum
tres. ff. pro ſoc. l. liberto. §. penul. ff. de neg. geſt. Vnde
cum Matthæus ſciret (quod negare minimè poteſt)
negotium ad Cattaneos pertinere, non debuit ita ſe
gerere, & ſibi imputet, ſi lineas rectè tranſgreſſus eſt:
10 in ſcientia probanda † non exigitur tam exacta pro-
batio, quinimò ex indiciis, & coniecturis colligitur,
Crauet. conſ. 193. num. 7. deciſ. Pedemont. 31. & alle-
gantur multa concordantia. ¶ Nec obſtat vnicum
defenſionis Matthæi fundamentum dicentis, ſe igno-
raſſe tale pactum inter gubernatores factum, & neſci-
uiſſe Cattaneos præpoſitos fuiſſe regimini d. implici-
tæ: quia reſpondetur, ꝙ ille, qui contrahit cum aliis,
non debet eſſe eorum conditionis ignarus. d. l. qui cũ
alio. Secundo, manifeſtè probatum eſt dictum Mat-
thæum iſtud ſciuiſſe per teſtes actorum, per teſtes ip-
ſius Matthæi, & demum per propriam confeſſionem
iuratam in alio iudicio factam, & depoſitione, ac cõ-
11 feſſione nulla maior, † aut validior probatio inueniri
poteſt, l. cum te. C. de tranſact. & ſtante ſcientia non
debuit, nec potuit irrequiſitis gubernatoribus alumi-
na alienare in præiudicium dominorũ. ¶ Nec obſtat
12 ſi diceretur † vnum exercitorem plurium ſociorum
teneri cuiuſlibet eorum ſequi mandatum, quia id pro-
cedit, ſi quilibet haberet adminiſtrationem inſolidũ,
vt inquit Bar. in l. creditor. §. duob. ff. mand. cæterum
ſi plures ſocij non haberent facultatem inſolidũ, ſed
coniunctim, quicquid cum vno ex eis geritur, nõ affi-
cit ſocietatem, & eſt ratio, quia alia eſt perſona Petri,
alia eſt perſona gubernatorum ſcalæ prædictæ, Mat-
thæus attamen erat magazenerius gubernatorum, nõ
d. Petri. ¶ Nec obſtat ſi opponatur Matthæum ſcien-
tibus, & patientibus Cattaneis reddidiſſe rationem
Caluo, pecuniam attuliſſe, & ab eo claues accepiſſe, &
ſic videtur rata habuiſſe per eum geſta: Nam reſpon-
detur, ꝙ teſtes, qui ſuper hoc deponunt, non aperiunt
tempus, quo id ſecutum ſit, & dubia probatio non re-
leuat probantem, ſed contra eum interpretatur. ca. in
præſentia de probat. vnde dicemus Matthæũ reddi-
diſſe rationes Petro eo tempore, quo dictus Petrus
poterat adminiſtrare ſolus ſine ipſis Cattaneis, & in
primo appaltu, non verò poſtquã Cattanei participes
facti fuerũt, ſine quibus vel vno eorum nullam habe-
13 bat baliam, maximè quia ea ſumẽda eſt † præſumptio,
per quam excluditur dolus, & delictum, & ſic præſu-
memus Matthæum ea egiſſe, de quibus teſtes depo-
nunt, tempore, quo id ſibi permittebatur, & facere
poterat, non autem quãdo ſi illud feciſſet, dolũ com-
miſiſſet, vel dato, ꝙ fuerit, non ob hæc rata habuerũt
Cattanei, quia potuerũt ignorare, & quod geritur ali-
quo inſcio, non poteſt dici ratum haberi, Alb. Paul.
Ang. & alij in l. Paulus. ff. rem rat. hab. Bal. conſ. 176.
præmittendum, ver. item quia lib. 2. Crau. conſ. 197.
num. 14. ¶ Nec obſtat ſi dicatur actores in eorum li-
14 bello ſe reſtrinxiſſe ad certum tẽpus, † & de illo tem-
pore probare debuiſſe, l. cum actum. ff. de neg. geſt.
vbi Bald. & Caſtr. in l. matrem tuam, & ibi Bart. C. de
probat. Aug. in terminis in conſil. 155. col. 3. Felin. in
cap. ex parte primo, nu. 25. extra de reſcript. ſed quod
Matthæus aliquã alumina vendiderit à menſe Maij
vſque ad menſem Auguſti, hoc non eſt probatũ, ergo
actores ſuccumbere debent. Nam reſpondetur in fa-
cto contrarium apparere: Nam tempus eſt præciſè
probatum, per apocham dicti Petri erga ipſum Mat-
thæum factam, & per eiuſdem inſtrumentum, in qui-
bus euidenter conſtat, quòd à menſe Martij vſque ad
menſem Auguſti diſpoſuit de ea quantitate aluminũ,
& petitio actorum de eodemmet tempore præciſè
loquitur, & ſpecificè, quæ adamuſſim inſtrumẽto cor-
reſpondent, & ſic ceſſat obiectum. ¶ Nec obſtat ꝙ
dicebatur nõ eſſe probatum, Matthæum habuiſſe ali-
quam quantitatem aluminum à Cattaneis, ꝙ probari
debuerat, quia pariter iſtud tollitur in facto, cùm ſit
probatum nedum per teſtes, ſed etiam per ipſius Mat-
thæi confeſſionem, quin & ex ipſa apocha, & inſtru-
mento: ſi enim Matthæus diſpoſuit de dicta quanti-
tate, ergo eam habuerat ante, quia nemo dat, quod nõ
habet, l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. & niſi prius ha-
buiſſet, non potuiſſet diſponere, quia qui vult conſe-
15 quens, † vult omne neceſſarium antecedens, l. ſecun-
da ff. de iuriſd. omn. iudic. ¶ Nec obſtat quod conuẽ-
tio inter gubernatores facta debuit Matthæo notifi-
cari, quia dicitur illam ſatis ſuperq; ſciuiſſe, quod ex
eius confeſſione, & per teſtes, & certus nõ debet am-
plius certificari, cap. eum, qui de reg. iur. in ſexto, ſed
Matthæi munus erat perquirere cõditionem eorum,
quibus cum agebat, d. l. qui cum alio. Et ex his ita vo-
tatum fuit.

DECISIO CLXXIII.

Habens actionem aduerſus aliquem ſi ſocietas lucrum,vel damnum ſentiet, nō poteſt agere contra eum, quin prius ille, qui adminiſtrauit,rationem reddat, etiam ſi librum rationis præſentet.

SVMMARIVM.

1 *Extractum Sancti Georgij plenam probationem facit.*
2 *Liber rationis fidem facit.*
3 *Conditione purificata ſententia eſt pura.*
4 *Particeps dicitur ſocius.*
5 *Liber ſocietatis ſcriptus à ſocijs alijs ſcientibus, & patientibus plenè probat.*
6 *Giornale eſt protocolum,ex quo formatur liber.*
7 *Fundamentum intentionis quilibet tenetur probare,etiam negatiuè.*
8 *Probatio debet concludere neceſſariò, & non per poſſibile.*
9 *Hæres volens detrahere falcidiam debet inuentarium præſentare.*
10 *Producens ſtatutum debet probare integrum.*
11 *Societatem lucrum facere, & capitale ſaluum eſſe præſumitur.*
12 *Libro non habenti omnes partitas, de quibus in giornali,non creditur.*
13 *Rationes an edi debeant cum die, anno, & conſule.*
14 *Argumentum à ſolitis valet.*
15 *Vbi conſtat aliquid omiſſum, & non ſcripta eſſe omnia præſumitur contra adminiſtratorem.*
16 *Societas quod lucrum, damnúmve ſenſerit non cognoſcitur, niſi ea finita, & factis computis.*
17 *Adminiſtrans tenetur ſocijs rationem reddere.*

CONDEMNATI fuerant Stephanus
Cicada,& Ioannes Baptiſta Grimal-
dus ſocij inſolidum ad ſoluēdum Io.
Grimaldo eiuſdem ſocietatis parti-
cipi ducatos, N. præſtita prius per
Ioannem fideiuſſione, quod ſi dicta ratio damnum
habuerit reſtituet omne id, ꝙ ad dictam participa-
tionem ducatorum ſpectaſſet:quos ducatos cū ſoluiſ-
ſet Stephanus d. Ioanni, vt conſtat per publicum ex-
1 tractum Magnifici Officij S. Geor. † ꝙ plenam facit
probationem,l.illa re,C.de fid.inſtr.per Rip.in l. ad-
monendi,nnm.133.ff.de iure iuran.petiit eundem, &
Ioannem Baptiſtam Spinulam eius fideiuſſorem con-
demnari ad ſibi ſoluendum dictos ducatos cùm inter-
eſſe,aſſerendo rationem prædictam graue adeo dam-
num ſenſiſſe, vt nihil ex ſua participatione percepe-
rit, & ad ſuam intentionem probandam produxit li-
brum magiſtrale cum giornali,quos per plures teſtes
probauit,eſſe libros rationis prædictæ, vt requiritur
2 ad hoc,† vt fidem faciant per Pur poſt alios in d.l.ad-
monendi,num.210.& magiſtralem eſſe ſcriptum ma-
nu dicti Ioannis Baptiſtæ Grimaldi adminiſtratoris,
& expendentis nomen iam dict. rationis cantantis,
Stephanus Cicada,& Ioann. Baptiſta Grimaldus,vir-
tute mandati eidem per dictum Stephanum facti, vt
publico patet inſtrumento,quod eſt probatio proba-
ta,Alexand.conſil.37.colum.quinta,verſicul.attento
maximè,vol.ſecundo,Dec.conſil.36.num.2.Giorna-
le verò partim manu eiuſdem, partim aliarum perſo-
narum, nec non partitas ad debitum ipſius Ioannis
Baptiſtæ poſitas eiuſdem manu conſcriptas,eundém-
que in computo currenti debitorem remanere ſuper
libro magiſtrali de ſumma ducatorum,N.eſſeq́; nunc
non ſoluendo per plures teſtes probauit, ca.in omni,
extra de teſtib.l.vbi num.ff.eo.tit. adeo vt dicendum
omnino videretur, rationem prædictam dannū ſen-
ſiſſe ob amiſſum capitale.l.tertia.ff.de damn.inf. cum
ſimilibus,& conſequenter ſtante dicta ſententia,quæ
ius inter pares facit,l.ingenuum,ff.de ſtatut.hom. l.
res iudicata.ff.de regul.iur.quæ remanet pura,& exe-
3 quenda,cum eius conditio ſit putificata,† & verifica-
ta,l.cedere diem.ff.de verbo.ſignif.iuncta etiam pro-
miſſione facta per reos conuentos de reſtituendis di-
ctis ducatis ad formam ſententiæ, quæ vti factæ apud
acta facit notorium.l.geſta.C.de re iud. habetq́; exe-
cutionem paratam,l.cum pro quo,vbi Paul.de Caſtr.
ff.de in ius voc.& in l.ſecunda.§.fin.& in l. ſi deceſſe-
rit ff.quis ſatiſd.cogantur, reos conuentos condem-
nandos eſſe ad petita.l.neganti.C.de actio.& oblig.l.
qui ſententia.C.de pen.& l. quinquaginta. ff. de pro-
bat.Nam dictus Ioānes Grimaldus, qui participabat
4 in dicta ſocietate, † dicebatur ſocius pro ſua partici-
patione,vt per Iaſ.conſ.33.lib.3.& Pariſ.conſ.82.nu.
4.libr.1.Bald.in l.qui admiſiſti.ff.pro ſoc.liber autem
prædictus magiſtralis ſcriptus per vnum ex ſociis ne-
dum ſi ab aliis negotiationi præpoſitus ſit, ſeu ei id
5 mandatum,† ſed etiam illis ſcientibus, & patientibus
plenè probat inter eos,vt tradit Alexand.conſil.186.
lib.ſecundo,Ruyn.conſil.101.num.13.cum ſeq.lib.1.
Ripa in dict.l.admonendi, numero 129. copioſè per
Crauet.in trac. antiq.temp par.prima ſectione,nono
limitatur,num.55.cum ſequentib. Nec obſtare vide-
batur librum magiſtralem videri imperfectum,ex eo
quod plures partitæ repeřiantur ſcriptæ in giornali,
6 quæ deficiunt in dicto libro:quoniam † cùm giorna-
le dicatur protocolum, ex quo formatur liber magi-
ſtralis,vt per Alciat.reſponſo.64.tomo 2.lib.6.nu.6.
poterat perfici ſcribendo in eo partitas deficientes,
videbaturq́ue ideo concludēter probatum totam ra-
tionem in dictis libris contineri, ex eo quòd contra-
rium non probetur eſſe ſcilicet imperfectum & alia
adeſſe credita,ſeu bona, l. ſeruus, cum Gloſ. C. qui
milit.non poſſunt,l.prima.C.qui teſt.facere poſſunt.
¶ Quibus tamen non obſtantibus & ſi vrgere admo-
dum primo intuitu viderentur, Rota tam iuris rigorē,
quàm etiam æquitatem amplectens vtrique parti cō-
ſulendo, ex quo facti veritas ſibi viſa fuit in ambiguo
eſſe,quæ facilè haberi poſſit,ſi ratio per illum,qui ad-
miniſtrauit,reddatur, abſoluit reos conuentos a peti-
tis,reſeruando actori iura ſibi competentia ex antedi-
cta ſentētia integra,& illæſa:vbi ex rationis redditio-
ne, quæ legitimè, & iuridicè fieri contingeret ap-
pareret ſocietatem damnum ſenſiſſe, mota ratio-
nibus infraſcriptis: Nam intentionis ſuæ fundamen-
tum ſine in affirmatiua, ſiue in negatiua conſiſtat,
7 † probare quilibet tenetur, vt inquit Innocen. in
capitul.ſuperius, extra de accuſat. tradit Bartol. in
l. in illa, column. ſecunda. ff. de verbo. obligat. &
quidem clarè, alias ſuccumbit vt idem dicit in l. non
ſolum.

ſolum.§. ſed vt probari. ff. de oper. nou. nunc. & per
8 probationem,† quæ de neceſſitate concludat, l. non
hoc.C.vnde legit.capit.in præſentia extra de probat.
aliàs enim non dicitur probatio,vt per Bald. in l. ma-
trem.C.de probat. Nec ſufficit quòd concludat per
poſſibile,vt per eundem in l. ad probationem , C. de
probat.quinimo cum præſumptio iuris ſit ſocietatem
lucrum ſenſiſſe.l. ſemper.§.negotiario. ff. de iur. re-
quirit efficaciores,& fortiores probationes, Abb. &
Felinus in capit.quia veriſimile,extra de præſumptio.
Crauet.conſil.129.in fin.Dec. conſ. 195. colum. 3.
verſ.& iſta concluſio , cui accedit & illa alia præſum-
ptio,quòd in primo iudicio petente,& inſtante dicto
Ioanne noluerunt Stephanus,& Ioannes Baptiſta di-
ctum librum exhibere,quod vtique feciſſent,ſi ex eo,
hoc , quo vtitur nunc Stephanus fundamento dictum
Ioannem excludere potuiſſe otiar per ſolam dictorum
librorum exhibitionem aſſerendo nil aliud in ſocie-
tate eſſe , quam quæ in eis continentur , non dicitur
concludenter probata actoris intētio,cùm facilè eſſe
poſſit,quod alia ſint credita , & ſocietatis bona , quæ
in libris deſcripta non ſint, quodque plures in eis de-
ſcripti ſint creditores , quibus tamen ſolutum fuerit,
apparereque id poſſit per alias diuerſas ſcripturas pe-
nes ſocietatis adminiſtratorem exiſtentes, quas ſi per
eum reddatur ratio , exhibere poterit , & tenetur , l.
cùm ſeruus.ff.de condit. & demonſt.atque ideo cum
dubia probatio ſit,non releuat probantem dicto cap.
in præſentia: Nam & hæres cupiens falcidiam detra-
9 here,† ſi aſſerat extare tot bona,& tot legata, non ha-
bet fundatam intentionem,niſi pro eo cōcurrat præ-
ſumptio , vt quia ſolenniter inuentarium confecerit
vt declarat Iaſ.in l.ſi conſtante,num.130.ff.ſolut ma-
trim. & Ripa ibi , num. 58 ſubiiciens rationem eſſe,
quia ſcriptura inuentarij ſolet authenticè ſcribi, aliàs
non ſtatur aſſertioni ipſius hæredis , comprobat co-
piosè Natta. conſ.169.num. 11.lib.1. quam opinio-
nem maximè veram dicit Ruyn.conſil.49. nu. 4. lib.
5.quando producitur,vel allegatur ad actionem con-
10 ſequendam,prout etiam in producēte ſtatutū,† quod
debet probari eſſe integrum , firmat idem Ruyn. in
rubr. ff.de oper.nou.nunc.nu. 48. licèt ſecus ſi ad de-
fenſionem producatur,& ita dicit procedere Gl.in l.
cùm de lege.ff.de probat.hinc ideo Marſ. in rubr. C.
de probat.nu.327.dicit regulam prædictam , quæ ha-
bet quod probatur aliquid ex eo , quod contrarium
non probatur procedere in actore,quando habet pro
ſe iuris præſumptionem,aliàs non,licèt in reo negāte
ſemper locum habeat,vt ibi per eum,num.326.idem
tenet Iaſ in l.is poteſt,col.fin.num.88.ff.de acqu.hæ-
red.ſed in caſu noſtro nedum non eſt præſumptio pro
actore id aſſerente, ſed contra eum , cum vt ſupra di-
11 ctum fuit præſumatur † ſocietatem lucrum facere, d.
l.ſemper.§.negotiatio, & capitale ſaluum eſſe , vt in-
quit Soc.conſ.24.col.12.verſ.item,& huc,quod cor-
roborari videtur ex eo quòd ſocietas ſoluerit omni-
bus creditoribus ad libram pro libra , vt probatum
extitit,quod minimè feciſſet ſi decoxiſſet , vt in dies
fieri videmus in compoſitionibus , quas capiunt de-
coctores cum ſuis creditoribus in multo minori ſum-
ma, quàm ſit eorum creditum , & eò magis prædicta
procedunt quòd libro prædicto magiſtrali non ſit fi-
des adhibenda , cùm ex giornali appareat rationem
12 in eo contentam non eſſe perfectam, † ſed perficien-
dam . ex quo plures partitæ in giornali deſcriptæ in
eo deficiunt,vt tradidit Alciatus dict.reſponſo 64.&
ſicut liber magiſtralis imperfectus eſt,ita & etiā poſ-
ſit eſſe giornalis,qui ambo, ſi ratio per adminiſtrato-
rem reddenda erit,perfici poterunt , nec non quia di-
ctæ partitæ, quæ ſunt in magno numero , die carent,
quo fit vt etiā ſi in libro magiſtrali ponerentur , nō ta-
men probaret liber ipſe , cum rationes edi debeantur
13 † cum die,anno & conſule,l.prima.§. rationes. ff. de
edendo,Bald conſil. 151.lib.3.colum. ſecunda. Iaſ. in
l.ei,qui beneficia,in fin.C.de diuerſ.reſcr.Ripa in d.l.
admonendi,num.115. Neque obſtare viſum fuit par-
titas prædictas ſcriptas præſumi ſub die immediatè
præcedēte, quoniam id fortè procedere poſſet ſi om-
nes ſcriptæ eſſent ſuper vno folio , non etiam ſi ſuper
foliis vltra duodecim,vt in caſu noſtro,alias nūquam
dici poſſet partitas aliquas eſſe ſine die , modò prima
partita diem contineret,quod vti abſurdum haud dicen-
dum.l.Nam abſurdum.ff.de oper.liber. addito etiam
ſtylo ſcribentium in dic.giornali,ex quo ſuper omni-
bus foliis præcedentibus ſaltem in principio cuiuſq;
14 ſcripta eſt dies partitarum,qui attendi debet : † valet
enim argum.à ſolitis, vt copiosè diſſerit Nico. Euar-
dus in eius centuria loco 63. ¶ Accedit, quòd ex alio
prædicto magiſtrali libro fides minimè dāda eſt,cum
non contineat clarè omnia data,& recepta integrali-
ter,vt dicit Ripa in dict.l.admonendi, num.156. tum
quod in eo deficiant partitæ prædictæ,tum etiam de-
ſcriptæ plures reperiantur,quæ non ſunt ſolidatæ,ſed
adhuc vigēt,vt in partita vellutorum pro ſumma ſcu-
torum,N cui nihil contra ſcriptum fuit , & ſic veritas
haberi non poſſit ex ipſius libri inſpectione , quæ ha-
bebitur ſi per adminiſtratorem ratio reddetur, appa-
reant quoque rationes impoſitæ , quibus opponente
parte non eſſe credendum tradit Alc.d.reſponſo. 64.
conſiſtatque hoc in iudicis arbitrio cognoſcere , an
perfectæ rationes ſint , vel ne , vt idem ibi dicit.Alc.
quinimò talis liber præſumitur dolo confectus ſecū-
dum Petrum de Anch.conſil.316.& Ang.conſil. 277.
vbi.n.ex ratione librorum reperitur non omnia fuiſſe
15 ſcripta , † ſed aliqua fuiſſe omiſſa præſumitur contra
adminiſtratorem quòd rationem non legitimè red-
diderit.Soc.conſ.190.colum.2.verſ.confirmatur,lib.
primo,nec tali libro fides datur,Pariſ. conſil.90. nu.
29.lib.primo. ¶ Poſtremò in omnem caſum clarum
eſt cognoſci non poſſe,an ſocietas damnum,lucrúm-
16 ve ſenſerit,† niſi ea finita fiant computa,& calculi , l.
mutuis.ff.pro Soc.per quem ita dicit Pariſ.cōſ.9. nu.
43.lib 1.Petrus de Vbald.in tract. de duob. fratribus
parte 12.col.prima,facit Salic.in l.tam diu,C.pro ſo-
cio At calculi faciendi ſunt ſuper rationibus edendis,
& offerendis per eū,qui adminiſtrauit,d.l.cui ſeruus,
copiosè per Iaſ.conſ.4.lib.3.tenetur enim ſocius, qui
17 adminiſtrauit aliis,qui nō geſſerunt, † adminiſtratio-
nis rationem reddere,l.quædam in princ.ff. de eden-
do,l 1.§.officio.ff.de tut.& ration.diſtr.Pet.de Vbal.
loco præcitato,Soc.d.cōſ.24.col.11.verſ.hic ſi vnus,
vbi in verſ.& ideo ſubdit rationem eſſe, quia ille , qui
geſſit, eſt ille , qui ſcit & ſcire debet quemadmodum
adminiſtrauit,quàm alij,qui non geſſerunt ſcire nequeūt,
quod cum in caſu noſtro factum non ſit , viſum fuit
Rotæ cognoſci verè,& firmiter non poſſe an ſocietas
paſſa,ſit,nec ne damnum:longè enim plures rationes
eſſe poſſunt penes adminiſtratorem per ipſum edēdæ
in reddenda ratione,quam quæ per actorē editę ſunt,
pręter id,quod ab adminiſtratore vti magis inſtructo
melius haberi poterit veritas in iam editis contento-
rum , præſertim circa partitas apertas , & non ſolida-
tas quo fiet , vt neutri partium iniuſtè damnum in-
ferre , ſed vnaquæque quòd ſuum eſt conſequetur,
vt æquum , & iuſtum eſt. Deo Laus , Honor &
Gloria.

DECIS

DECISIO CLXXIIII.

Mandatario mittente merces alio modo quã ſit ordinatum, mercium amiſſio eius damno ſequitur, quia mandatum non impleuit.

SVMMARIVM.

1 *Appodiſiæ ſcribæ nauis an ſit præſtanda fides, & numero 16.*
2 *Mandatarius debet conſeruari de damno ex cauſa mandati contingente.*
3 *Mandatum poteſt ſeruari per æquipollens ei.*
4 *Mandatum adimpleri poteſt modo poſſibili, & quando non, & nu. 9. & 11.*
5 *Mandatarius poteſt ſequi veriſimilem mentem mandantis.*
6 *Factum contra, vel præter fines mandati nullum eſt.*
7 *Ex mandato agere non poteſt, qui non ſeruauit eius qualitates.*
8 *Mandatarius ſcribens ſe aliquid facturum tenetur illud obſeruare, etiam ſi mandatum liberum haberet.*
10 *Exoneratione decreta in altero locorum, eſt facienda vbi maior pars habentium in eo merces voluerit.*
12 *Verba in omnibus, per omnia, vel omnino, ſignificant præciſè.*
13 *Impedimentum quomodo probari debet, cum non exequitur mandatum.*
14 *Mandatum recipit interpretationem à ſolito modo.*
15 *Clauſula in medio poſita refertur ad antecedentia, & ſequentia.*

MERCATORES Panormi emerunt pro Hieronymo de Marinis, & de eius mandato ſalmas N. frumenti in oneratorio Sachæ regni Siciliæ, circa quarum tranſmiſſionem Hieronymus ſcripſit eiſdem, vt quam primum eas trãſmittere procurarent, & pro eis tranſmittendis habere nauigium, vel nauigia, etiam ſi oporteret oneratorium mutare, ſubdens quod in omnibus de prædictis frumentis facerent, vt de frumentis Nicolai volendo omnino, *andare de conſerua*, cum eo, præter quàm reſpectu aſſecurationis, in quo ab eo differre volebat, ſubiungens, in reliquo, facite pro me in omnibus; & per omnia ſicuti facietis pro ipſo, vel ſicuti ab ipſo vobis ordinabitur, vt faciatis: Nicolaus autem eiſdem ſcripſit, quòd ad ſe ipſum Genuam frumenta tranſmitterent, nec non ſcripſit quia eſſe poſſe, quòd reſpectu claſſis eis eſſet magis commodum onerationem facere in oneratoriis à parte interiori, quod tali caſu id remittebat eis præſentibus: inde prædicti mercatores cum eſſet facta conuentio, vel naulizatio de quodam nauigo quatuor millium, & quingentarum ſalmarum Alegretti in oneratorio Sachæ, ſcripſerunt prædicto Hieronymo, ſe non facturos immutationem oneratorij, ſed frumentum ſuum oneraturos in dicto nauigio, & loco Sachæ, inde in oneratorio, & loco prædictis impoſuerunt frumenta prædicti Nicolai, & ſalmas. N. Hieronymi: aliàs verò aſſeruerunt, ſe oneraſſe in alio oneratorio Caſtri Maris in nauigio Ioannis Pauli, prout ita eas oneratas fuiſſe atteſtatur ſcriba nauis per appodiſiam tempore onerationis ab eo confectam, & in proceſſu recognitam. Nauigium Ioannis Pauli, & frumentum vi tempeſtatis periit, mercatores petunt pretium frumenti prædicti, Hieronymus ſe non teneri contendit, quia frumentum quod periit ad ſe non pertineat, ſed ad ipſos mercatores, cùm frumentum ſuum eſſet in oneratorio Sachæ, tum quia circa eius tranſmiſſionem non ſeruauerint fines mãdati, ex quo trãſmiſſum fuit diuerſo nauigio, diuerſo loco, tũ quia diuiſim & ſeparatim, tum cum pactis illud exonerandi Liburni, vel Genuæ, & contrarium factum fuit in frumentis Nicolai, quæ in proprio oneratorio in vno ſolo nauigio, & eo maiore capacitatis, ac cum pacto ſimplici deferendi illud Genuam. Vnde non videtur circa prædicta frumenta in omnibus, & per omnia factum idem, prout ipſe Hieronymus mandauerat.

¶ In hac quæſtione pro actorib. dicitur, quod de mãdato, & eius acceptatione per literas in pceſſu recognitas apparet, quæ fidem faciunt, l. Publia. §. fi. ff. de poſ. Barto. in l. nuda, ad fin. cum ſim. ff. de dona. & de executione mandati reſpectu tranſmiſſionis per ap-
1 podiſiam ſcribæ nauis, † cui ratione officij videtur fides præſtanda, ad trad. per Bar. in l. quędã. ff. de eden. in §. nummularios. Vnde æquum eſt quòd pretium eis reſtituatur, l. ſi verò non remunerandi. §. ſi mihi mandaueris. ff. mand. cum officium ſuum nemini debeat
2 eſſe damnoſum, & mandatarius † debeat ex quocunque damno ſibi ex cauſa mandati cõtingente indemnis conſeruari. l. inter cauſas, §. quod ſeruus. ff. mand. Iaſ. in l. ſeruiam. ff. de leg. primo, nec ad ipſos dãnum ſequutum ſpectat, ſed ad mandantem, vt ex multis rationibus firmat Aym. conſilio 147. & videtur eſſe de mente Pariſ. conſ. 47. volum. primo. ¶ Nec eis videtur obſtare, quod mandatum non fuerit ad vnguem
3 obſeruatum, † cùm ſatis ſit per æquipollens illud ſeruari, l. ſi. §. fi. ff. mand cum ſim vnde cum ius mandati videatur ſolum requirere celeritatem, ſatis videtur quod celeriter fuerit tranſmiſſum, nec eſt curandum de diuerſitate oneratorij, & nauigij, vel pluralitate, nec de diuerſitate pactorum, nec de aliis, in quibus ex aduerſo prætenditur non fuiſſe mandatum ſeruatum, vltra quod cum ipſi impediti fuerint illas frumenti ſalmas tranſmittere eo modo, quo fuit tranſmiſſum frumentũ Nicolai, videtur, quòd ſatis ſit mã-
4 datum impleuiſſe eo modo, † quo fuit poſſibile, Abb. conſilio 65. lib. ſecundo, Aymo. conſilio 12. cum regulariter ſufficiat quid fieri eo modo, quo poteſt, Iaſ. in l pater. C. de colla. & cum veriſimilis mens ipſius mandantis fuerit, vt caſu impedimenti alio mo-
5 do tranſmitterem, † bene feciſſe videntur ſequuti eius veriſimilem mentem, à qua valet argumentum, Gloſſ. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. cum conſiderari etiam poſſit, quod mandatum non ſe reſtringit ad modum, quò trãſmitterẽtur frumenta Nicolai, quia in eo eſt additum, vel prout ipſe ordinaret, ſed ipſe ordinauit quod ſi ipſis erat commodum immurare oneratoriũ, hoc illis remittebat, vndè ex quo ipſis commodum fuerat dictam immutationem facere poterant. ¶ In contrarium conſideratum fuit, quod fines

mandati ſunt diligenter cuſtodiendi, l.diligenter, ff. mandat.& eius forma ad vnguem ſeruanda,cap.cum
6 dilectis de reſcript.& quod fit vel præter,† vel contra formam mandati eſt nullum, Bartol.in l.illud.§.ſed ſi ita, ff. quod cuiuſ. vniu.nom.& tunc nulla obligatio oritur contra mandantem,l.1.§.igitur.ff.de exer.Bal. in l.ſi creditor,C.de fideiuſſ. & ex mandato agere nō
7 poteſt,† qui non ſeruauit illud,& eius qualitates,etiā quòd in modico conſiſterent, Ant.in, c.Piſanis in 7. not. de reſtitu.ſpolia Bald. in c. cum veniſſent de eo, qui mittit.in poſ.latè Pariſ.d.conſilio 47.vol.primo. Vnde cū prędicti mercatores in pluribus ſuprà deductis defecerint, ſequitur quod mandans non eſt obligatus,Nec videtur verū quòd mandans voluerit idem fieri de ſuis frumentis, quòd fieret de frumentis Nicolai reſpectu celeritatis tantùm quia illa verba mandati in omnibus, & per omnia ſignificant identitatē, & æquiparationē tam reſpectu temporis quàm modi, Bald.in l. omnia. C. de Epiſc. & cler. & idem ſignificant,quod indiſtinctè,& quod inter caſum, & caſum nulla ſit differentia,Ang.in l.furioſus.ff.de iur.codic. cum aliis relatis per Iaſo.in l.1. ff. de leg.primo. ſed dicere intelligitur reſpectu celeritatis,non autem reſpectu qualitatis,& pluralitatis nauigij, nec reſpectu diuerſi oneratorij,nec reſpectu diuerſitatis pactorum eſt facere diſtinctionem,& differentiam contra ſuprà deducta, nec etiam apparet quòd cauſa celeritatis fuerit facta prædicta immutatio,imò cōtrarium præſumi poſſet, cum ex inſtrumentis vtriuſque naulizationis appareat per dies 13. prius fuiſſe conductum nauigium Alegreti, quàm illud ſubmerſum: Item ex alio quod & ſi vtrunque nauigium habebat,tamen ſcripſit ſe oneraturum in nauigio Alegreti, nec vnquam, quod appareat, aliquid ſcripſit de oneratione facienda in nauigio Ioannis Pauli, & licèt aliquod
8 mandatum,† vt mercatores prætendunt, liberū præceſſiſſet, tamen non videntur illud acceptaſſe, cum ſcribēdo ſe oneraturos in loco Sacchę in naui Ioānis Alegreti,ad illud ſe obligauerint ad trad. per Doc. in l.ſi literas, C. manda. nec eos iuuat quod mandatum poſſit ſeruari per æquipollens, quia vbi eſt tradita certa forma,& modus præſcriptus, quo quid agi de-
9 beat, † tunc non admittitur executio per æquipollens vt per Iaſ.in l. prima. ff. de lib. & poſthum. cùm enim mandans voluerit frumenta ſua tranſmitti eo modo,quo tranſmittebantur frumenta Nicolai, qui erat pater,& patruus reſpectiuè dictorū mercatorū, & quos mercatores in re patris, & patrui omnia cū fide,& diligentia geſturos confidebat,non ſine cauſa ſe reſtrinxit ad eum modum tranſmiſſionis, quo non ſeruato videtur expreſſè eius menti contrauentum fuiſſe. Nec etiam eſt verum,quod ſit facta tranſmiſſio per æquipollēs: quia imo eſt facta in modo multum differenti:melius eſt enim habere ſuas merces in nauigio magno quatuor millium quingentarum ſalmarum,quod eſt fortius ad euitāda pericula maris,quàm nauigium duarum millium ſalmarum, quod eſt debilius:melius erat habere propria frumenta de loco Sacchæ, quæ vt apparet ex literis mercatorum ſunt melioris conditionis,quam alia, quàm habentur frumēta alterius loci:melius erat, quod ſua frumenta fuiſſent recta via directa ad ciuitatem Genuæ, quam quod fuiſſent exonerata Liburni, prout contingere poterat ſtante conuentione naulizationis alternatiuè, & conſuetudine probata, quod in eo caſu Liburni
10 exoneratio eſſet facienda, † ſi maior pars habentium in eo nauigio frumenta, ita diſpoſuiſſet. Quo caſu Hieronymus pro eis conducendis Genuam nouam impenſam, & nouos labores facere coactus fuiſſet, ac etiam reſpectu temporis non tam celeriter ea ha-
11 bere potuiſſet: tunc enim † per æquipollens poteſt impleri mandatum, quando ſequitur idem in pacto, vel pleniori effectu ad vnguem ad beneficium mandantis, quod non eſt in hoc caſu ex ſuprà deductis, Soc. Iun. latè conſilio 57. lib. ſecundo Iaſo. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. ff.de acquir. hæredi.& per æquipollens dicitur, quando eſt idem in effectu, licet diuerſum in verbis.Rum. conſi. 111. lib. 5. poſt Docto. in l. qui liberis. ff. de vulg.& pupil.ſed in hoc caſu videtur diuerſum & verbis,& effectu, cum tranſmiſſio facta fuerit in priori nauigio,qualitate frumenti peiori, cum pactis minus vtilibus, & cum in omnibus, & per omnia factum fuerit contrarium circa frumenta mandantis eius, quod factum fuit per mercatores circa frumenta Nicolai patris, & patrui ipſo-
12 rum,& cùm hæc verba in omnibus, † & per omnia, vel omnino idem ſignificent,quod præciſè, l. ſemper. §. demonſtrata, ff. de iure fiſc. Barto. in l. ſi cum exceptione. §. quatenus. ff.de eo, quod met. cauſa, Pariſ. conſilio 38. numero 8. volum. primo.non licuit eis adimplere per æquipollens, quia præciſum ſecūdum vocabuli ſignificationem eſt quaſi prædicat, ſeu recidat omnia alia, quæ aliter diſponerent, Bald. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & eo caſu tenetur præciſè, & tenaciter ſeruare, & ab eo nullo modo recedere, Bald.in l. ſecunda, C. de exec. re. iud. & in Auth. hodie. C. de iudic. Nec aliquod impedimentum eſt allegatum, vel probatum, vnde ipſis licuerit adimplere prout poterant, & ſecundum verſimilem mentem mandantis, vt per actoribus diceba-
13 tur:quia ſi probatum fuiſſet, nō ſufficeret,† niſi etiam probaretur, quod niſi illud impedimentum fuiſſet, pſi feciſſent iuxta mand.arg. trad.per Bart. in l quod communicatus. ff. de re milit. & in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis caut. quia impedimentum allegare, & eo ſe iuuare non poteſt, qui illud tollere poterat, latè Soc. Iun. conſilio 27. volum.primo, prout videtur, quod mercatores tollere potuiſſent, cùm iam haberent patronum nauis ſibi obligatum ad onerationem dictorum frumentorum, quem virtute dictæ conuentionis via iuris compellere poterant, minus
14 videtur iuuare actores, quod mandatum † recipiat interpretationem à ſolito more aliorum, Bal. in l.certi conditio.§.ſi nummos. ff. ſi cet. pet. Rom. conſilio 44. Pariſ. conſilio 155. lib. 4. quia in claris non eſt locus coniecturis, & interpretationibus, l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. oblig. cum ſimi.& mandatum Nicolai erat clarum quod frumenta deueherentur, & dirigerentur Genuam ad ſeipſum, prout circa eius frumenta fuit executum: quia licèt conuentio naulizationis eſſet alternatiua, tamen ante receſſum fuit declaratum, quòd non Liburni, ſed Genuæ fieret exoneratio: ſed declaratio non fuit facta circa ſalmas Hieronymi, ergo in eis non fuit in omnibus, & per omnia factum prout de frumentis Nicolai, & ſic in re patris, & patrui fuerunt magis diligentes, quàm in re Hieronimi. ¶ Quatenus prætendunt ſe adimpleuiſſe ſaltem ex ſecundo capite mandati, in quo dicitur quòd faciant prout ordinaret Nicolaus, qui ordinauit, vt ſi magis eis eſſet commodum, facerent immutationem oneratorij, reſpondetur pluribus modis. Primò, quod non fecerunt prout Nicolaus ordinauit, cui non tranſmiſerunt illas ſalmas Genuam recta via, ſed cum conditione alternatiua, vt ſuprà dictum fuit. ¶ Secundò, quòd Nicolaus non ſimpliciter ordinat, vt ſi eis ſit commodum,

faciant

faciant immurationem, ſed quatenus eis eſſet magis commodum reſpectu claſſis, ſed non probatur quod reſpectu claſſis fuerit eis magis commodum facere prædictam immutatiouem, imò cùm ex dinumeratione temporum, & prout colligitur ex eorum literis apparcat quod claſſis iam receſſerat, & quod nullum impedimentum ipſis præſtabat, cum non obſtante aliqua claſſe ipſi paratum haberent nauigium Alegreti tantæ capacitatis, ex quo ceſſabat cauſa faciendæ immutationis. ¶ Tertiò, vbi ex prouiſio ſpecialis, ceſſat generalis, Bartho. l. Stychus nutricis, ff. de aliment. & cibat. ſed circa immutationem oneratorij Hieronymus iam ſpecialiter mandauerat, quod fieret, ſi eſſet neceſſe, ergo in caſu neceſſitatis tantum erat facienda, quæ non eſt probata, & eius ſpecialis expreſſio circa hoc erat attendenda, non generalis, quatenus ſe referebat ad ordinationem Nicolai: quia illa intelligi debebat in bis, circa quæ ipſe voluntatem ſuam non declarauerat. ¶ Quartò, illa verba prout ordinaret Nicolaus, intelliguntur, & quòd ipſi iuxta eius ordinem facerent per illa verba, *volendo in tutto, e per tutto ſeco andare in conſerua*, quæ non poſſunt verificari in ſola oratione, ſed in ordina-
15 tione, & executione, & † clauſula in medio poſita refertur ad præcedētia, & ſequētia, l. talis ſcriptura, & ibi Bart. ff. de leg. 1. Vltimò, immutatio ſecundùm ordinem Nicolai erat facienda quatenus ipſis mercatoribus eſſet magis commodum ea facere de frumentis Nicolai, ſed eis non fuit commodum facere immutationem, ergo non ſumus in caſu conceſſæ immutationis. ¶ Non videtur etiam probatum quòd in nauigio Ioannis Pauli, quod eſt ſubmerſum, eſſet aliquod frumentum, quod ſpectaret ad Hieronymum,
16 cum † ſcripturæ priuatæ illius ſcribæ ſine teſtibus contra tertium non ſit fides præſtanda, iuxta trad. per Doct. in l. admonendi. ff. de iure iur. & in l. nuda ratio. ff. de donat. & trad. per Barto. in §. numularios, quod detur fides ratione officij procedit in habente officium de publico, & ſcriba prædictus non habet illud officium de publico, Neque obſtat decretum, quòd ſimilibus ſcribis non præſtetur fides vbi ſunt participes rerum exiſtentium in naui, aliàs fiat prout eſt ſolitum, quia cùm aliquod ſolitum circa hoc non probetur, & in decreto non enuncietur, non videtur recedendum à communibus regulis iuris, vt per Docto. habetur in ſimili in l. edita, C. de edend. Ex quibus in vtramque partem per omnes de Rota maturè conſideratis, maiori parti viſum fuit mandati fines non eſſe ſeruatos, & locum eſſe abſolutionis rei conuenti, prout illum abſoluit à petitis per mercatores.

DECISIO CLXXV.

Receptio mercium probata per literas directas alicui probat miſſionem earum ab illo.

SVMMARIVM.

1 *Probatio literaturæ quomodo de iure facienda.*
2 *Habens literas originales debet condemnari ad eas præſentandum, aliter creditur exemplo.*
3 *Bono viro eſt danda fides.*
4 *Contra ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum, partes non poſſunt venire.*
5 *Literæ probant contra ſcribentem.*
6 *Conſequens præſupponit neceſſarium antecedens.*
7 *Acta facta pendente tempore quod à futuro euentu poteſt eſſe incongruum, an valeant, & nume. 10.*
8 *Condemnatus ad aliquid præſentandum, & iurans non inueniſſe, an excuſetur, & nu. 11.*
9 *Verbum impersonaliter prolatū non obligat ſcribentem, & quando obliget, ſeu reducatur ad perſonale, & nu. 12.*
13 *Interpellatio conſtituit in mora, etiam extraiudicialis, & num. 14.*
15 *Mercatori debetur intereſſe.*
16 *Literis fit etiam interpellatio.*
17 *Creditore non comparente in loco vbi facienda eſt ſolutio, an debitor ſit in mora.*
18 *In dubio ſolutio cenſetur deſtinata in loco petitionis.*
19 *Non ſoluens an teneatur ad intereſſe, ſi in loco domicilij non poteſt tutè pecunias mittere ad locum deſtinatæ ſolutionis.*

IVSTIS profectò, ac rationabilibus cauſis mota fuit Rota ad condemnandum, prout ſua ſententia condemnauit Philippum de Alegro curatorem datū bonis Chriſtophori de Vento, & dicti curatoris miniſterio dictum Chriſtophorum, & eius bona ad dandum, & ſoluendum Auguſtino de Fliſco libras, N. vnà cùm intereſſe ad rationem, N. pro centenario ſingulo anno, & vt latius in ſententia ſuper hoc lata continetur, non obſtantibus quibuſdam, quæ in contrarium adduci poſſe videbantur.

¶ Ad probandum etenim dictus Auguſtinus quòd miſerit vellura, & camocata, ſiue damaſcos, de quibus in proceſſu, & de quorum pretio agitur, d. Chriſtophoro in ciuitate Venetiarum commoranti exhibuit quendam ſuum librum, in quo regiſtratæ eſſe reperiuntur manu, & literatura ipſius Auguſtini, quamplures literæ, quas ipſe ſcripſerat, & miſerat eidem Chriſtophoro, & in quo libro etiam adſunt regiſtrata, & inſcripta quædam computa de habitis, & receptis hinc inde inter ipſos Auguſtinum, & Chriſtophorum. ¶ Probauit inſuper per teſtes. l. vbi numerus de teſt. c. in omni, extra eodem titul. qualiter d. literæ in dicto ſuo libro regiſtratæ, ac dicta computa ſcripta fuerunt manu, & literatura dictimet Auguſtini, qui teſtes, licèt non aſſerant ſe vidiſſe dictum
1 Auguſtinum dictas literas † & computa ſcribere, vt de iure cõmuni requiritur, vt per Alc. conſ. 150. col. 6. nu. 16. vol. quinto, & conſilio 80. vol. quarto, & per Afflict. deciſ. 181. quo caſu non videntur probare: attamen attenta regularum Rotæ diſpoſitione, de qua in §. & ſi de aliquo debito, &c, in titulo de cauſis executiuis plenè probarunt. ¶ Probauit præterea, vt ſuprà, per teſtes, qualiter ipſe Auguſtinus tempore, quo dictas literas, & computa in dicto libro regiſtrauit ante, & poſt fuit, & eſt homo bonæ vocis, conditionis, famæ, mercator legalis, & fide di-

 gnus,

gnus, non ſolitus ſcribere in ſuis libris, & computis niſi realiter, & fideliter, ac pro tali ab omnibus eum cognoſcentibus habitus fuit, tentus, & reputatus.

¶ Quibus ſicut ſuprà probatis exhibuit in iudicio dictum librum, ſiue dictas literas vnà cum antedicto computo in eo regiſtratas: ex quibus literis apparet qualiter ipſe Auguſtinus dicta velluta, & camoc. ta miſit ad dictum Chriſtophorum, ex dicto vero computo apparet de quantitate pecuniarum debitarum, inſtetitque terminum aſſignari dicto Philippo curatori ad præſentandum dictas originales literas, ac dicta originalia computa per ipſum Auguſtinum eidem Chriſtophoro vnà cum mercib. tranſmiſſa, aliàs pronuntiari dictis literis, & computis in dicto libro regiſtratis fidem adhibendam. ¶ Conſtat etiam in proceſſu qualiter elapſo termino dierum quadraginta dicto Chriſtophoro ad inſtantiam dicti Auguſtini aſſignato ad dictas literas, & computa exhibenda, Rota
2 pronuntiauit dictis literis, † & computis vt ſuprà regiſtratis fidem eſſe adhibendam, niſi termino dierum quindecim idem Chriſtophorus vel exhibuerit, vel cauſam iuſtam allegauerit, eamque probauerit, quare exhibere non teneatur dictas literas & computa: quas literas, & computa cum non produxerit, neque cauſam vllam probauerit dictus Chriſtophorus quare dictas literas, & computa non exhibuerit, meritò dicẽdum eſt plenam fidem regiſtratis iuxta Rotæ ſententiam adhibendam eſſe per quas literas clarè conſtat dictum Auguſtinum dicta velluta, & camocata dicto Chriſtoforo miſiſſe: quibus quidem literis, & computis nulli dubium eſſe debet, quin ſit credendum, duabus de cauſis: Quarum prima eſt, quòd cùm Auguſtinus, vt ſuprà, probauerit dictas literas, & computa in dic. libro regiſtrata, ſcripta fuiſſe manu, & literatura ipſius, quodque ipſe eſt homo bonæ vocis, conditionis & famæ, ſequitur quod dictis eius literis, & computis fuerit & ſit fides adhibenda: bono etenim viro
3 † credendum eſſe affirmat Gloſ. notabilis in l. Titio fundum, ff. de condi. & demon. Bal. in c. ſanctorum de præſcrip. & in cap. cùm contingat, de reſcrip. & per Alex. conſil. 31. viſis, & accuratè, colum. 5. vol. 2. cum aliis per Marſ. allegatis in practi. Crimi. §. principium ſub nu. 80. ¶ Secunda eſt, quod cum pronuntiatum fuerit, fidem dictis computis, & literis ſic regiſtratis eſſe adhibendam, & ſubſequenter illis eſſe ſtandum,
4 dicendum eſt quod partes ipſæ † contra dictam ſententiam venire, aut facere nequeãt, cùm ius inter partes ipſas faciat, maximè cùm tranſierit in rem iudicatam, l. ingenium. ff. de ſtat. homi. l. res iudicata. ff. de reg. iur. & per Dec. conſi. 107. in principio. Et ſic ex his apparet dictas merces fuiſſe per dictum Auguſtinum dicto Chriſtoforo tranſmiſſas, & fuit iuridica iſta pronuntia, quia qui habet originale, & non vult exhibere, contra eum creditur, & probat exemplum. Bal. in l. publicatæ. quæſt. 8. C. de teſtam. ſequitur Deci. in l. ſi quis in aliquo documento, numer. 22. C. de eden. ¶ Ad probandum verò quod dictus Chriſtoforus ipſas merces receperit, produxit idem Auguſtinus nonnullas reſponſiuas literas antedictis ipſius literis per ipſum Chriſtophorum dicto Auguſtino ſcriptas: quas cùm probatum fuerit fuiſſe ſcriptas manu, & literatura dicti Chriſtophori, iudicandum eſt con-
5 tra ipſum, † qui eas ſcripſit dubio procul fidem facere, l. Publia, in fin. vbi Doct. ff. depoſ. Dyn. conſilio 14. numero 1. cum aliis, per Crauet. adductis in conſilio 37. ſub numero 15. Et ſic ex his apparet non ſolum de miſſione mercium per Auguſtinum facta, ſed etiam de earum receptione, nec non & de expenſis occaſione dictarum mercium factis. ¶ Vlterius datò quòd miſſio dictarum mercium per literas dicti Auguſtini nullatenus appareret, neque eis fides foret adhibenda, cum tamen de earum receptione per literas Chriſtophori appareat, ex eiſdem ſolis literis concludendum eſſe de dicta miſſione ſatis conſtare, cum receptio ſine miſſione eſſe non poſſit, eò quòd conſe-
6 quens † præſupponit antecedens neceſſarium, l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procura. l. illud. ff. de acquir. hæred. cum ſimil. vt Chriſtophorus ſcripſiſſet ſe merces habuiſſe, ſi Auguſtinus eas non miſiſſet, hoc certè naturali ratione ſuadetur, l. cùm ratio. ff. de bon. damna. cum ſimi. ¶ Sed prædictis obſtare videbantur nonnulla infrà dicenda, & primò, quòd cum Auguſtinus antedictas literas cum computis exhibuerit, feceritque titulos, ſiue capitula ad probdum literaturam dicti Chriſtophori pendente adhuc tempore meliorationis ſententiæ per Rotam latæ ſuper ipſius Rotæ competentia, quo tempore nulla probatio fieri poſſe videbatur, cùm ex regularum forma terminus probatorius currere non incipiat, niſi à die pronuntiationis factæ ſuper competentia, ſuper qua nondum dici poterat eſſe pronuntiatum pendente
7 tempore dictæ meliorationis, † & ſic dictæ probationes viderentur factæ lite non conteſtata, ſeu habita pro conteſtata, & ſic tempore incongruo, & inhabili, vt in c. 1. & cap. quoniam frequenter, & in toto titulo extra, vt lit. non conteſt. dicendum videbatur ipſas probationes ita nulliter geſtas dicto Auguſtino prodeſſe non poſſe. ¶ Secundò, cùm per Rotã fuerit pronuntiatum literis, & computis vt ſuprà regiſtratis, fidem adhibendam fore, niſi Chriſtophorus termino dierum quindecim ipſas originales literas per dictũ Auguſtinum dicto Chriſtophoro tranſmiſſas, & computa exhibuerit, vel cauſam legitimam allegauerit, ob quam dictas literas, & computa exhibere non teneatur, eamque in dicto termino probauerit, atque cùm idem Chriſtophorus intra dictũ terminum ſuo
8 iuramento affirmauerit, ſe literas, † & computa omni cum diligentia perquiſiuiſſe, eaſque, & ea non inueniſſe, & ſic cùm ſibi incumbentia feciſſe videbatur, vt per text. in l. fin. C. de fid. inſtrument. videbatur dicendum, quod ipſi ſententiæ ſatisfieret, ſubſequenterque literis, & computis antedictis vti priuatis ſcripturis, dandam non eſſe fidem, l. exemplo, C. de probat. ¶ Tertiò, quòd licèt Chriſtophorus in aliquibus literis ſcripſerit Auguſtino dicendo, *ſi ſatiſferà*, imperſonaliter loquendo, per hæc tamen verba ſic im-
9 perſonaliter prolata, † dicendum videbatur, dictum Chriſtophorum non obligari, nec teneri ad ſolutionem aliquam dicto Auguſtino: quoniam vt inquit text. in Authen. ſi quando, vbi Bart. & alij, C. de conſti. pecu. ſi dictũ fuerit ſatisfiet à me tibi, tunc teneor, ſin autem ſimpliciter, & generaliter, ſeu imperſonaliter tunc non teneor. ¶ Quibus tamen non obſtantibus Rota, vt ſuprà dictum fuit, condemnauit dictum Chriſtophorum ad ſoluendum dictas pecunias dicto Auguſtino, & hoc rationibus ſuperius adductis, ¶ Non obſtat primum obiectum de probationibus factis tempore incongruo, & inhabili: quia poteſt reſponderi, quòd cum actuum validitas dependeat à futura ſententiæ melioratione, dici non
10 poteſt, † quod iterum proceſſus pendente dicta melioratione retardetur, & cùm confirmata fuerit prima pronuntia, ex quo Rota perſtitit in iam ordinatis, actitata iſto interim valida remanſerunt, & ex hoc concludendum eſt, quod tempus probatorium inceperit à die, qua Rota dixerat ſe competentem, vt ha-

vt habetur in ſtatuto de melioratione ſententiæ fol.
16. ex quo ſequitur quòd productiones factæ per Au-
guſtinum fuerunt factæ tempore habili, & congruo.
¶ Non obſtat ſecundum, quòd ſcilicèt Chriſtopho-
rus intra terminum ſibi aſſignatum iuramento affir-
mauerit, & dictas literas, & computa omni cum dili-
gentia perquiſiuiſſe, eáſque, & ea non inueniſſe, quia
ad hoc reſpondetur, quòd cum dictus Chriſtophorus
non allegauerit, neque probauerit caſum aliquem,
propter quem potuerit dictas literas, & computa
amiſiſſe, eius ſimplici iuramento ſtandum non eſt,
11 † quod eas amiſerit, ac eas perquiſierit, & non repe-
rierit, vt per Bart. in l. ſi quis ex argentariis, §. an vero
hæredi. ff. de eden. per Craue. qui alios citat. in conſi.
112. numero 17. Affl. deciſ. 13. numero 10. qui dicunt,
quod amiſſionis probatio requiritur. ¶ Non obſtat
tertium, videlicet quòd licèt Chriſtophorus in ali-
quibus literis Auguſtino ſcripſerit dicendo, *ſe ſatiſfe-*
12 *rà*, imperſonaliter loquendo, † &c. huic namque ob-
iecto reſponderi poteſt, quod ſcilicèt imperſonalis
ad perſonalem reddatur per iuris intellectum, & ideo
tex. in l. in vendendo. ff. de contrahen. empt. ibi præ-
ſtitum iri, quod eſt imperſonale, illa verba optimè re-
ferri poſſunt ad emptorem ſecundum Dec. in l. eum
cui iuridictio, ſub numero 33. in fina. ff. de iuriſd. om-
ni. iud. ideo cum Chriſtophorus velluta, & camocata
ſiue damaſcos habuerit, teneaturque dicta de cauſa
Auguſtino ſatiſfacere, meritò conſtituendum eſt,
quod illud imperſonale condemnauerit Chriſtopho-
rum ad dictas libras, N. vt ſuprà dictum eſt, & etiam
ad intereſſe, N. pro centenario ſequuto à die moræ
citra incipiendo quantum ſit pro libris, N. debitis
occaſione camocatorum, ſiue damaſcorum, & pro
expenſis duganæ, & aliis à die &c. quantum verò ſit
pro libris, N. debitis occaſione velutorum incipien-
do à die, N. cuius intereſſe ſummam actor per teſtes
ſuper hoc in proceſſu examinatos tantùm fuiſſe pro-
13 bauit, & hoc quia talibus temporibus † per interpel-
lationem fuit in mora conſtitutus, l. ſocium, qui in
eo, in principio. ff. pro ſoc. l. mora in principio, ff. de
vſu. l. ſi ex legati cauſa, ff. de verbor. obligati. & à die
moræ intereſſe currere incipit, l. videamus, ff. de vſur.
Docto. in l. quod re, ff. ſi cert. peta. ¶ Nec refert an
interpellatio fuerit iudicialis, vel extraiudicialis, nam
14 ad cõſtituendum debitorem in mora, † ſufficit etiam
extraiudicialis interpellatio, vt notat gl. in l. qui Ro-
mæ, §. cohæredes in verbo teſtam. ff. de verb. obligat.
& in l. fideiuſſor obligari. §. fin. in verbo reus. ff. de fi-
deiuſſo. & in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. per
quas ita tenet Barto. in dicta l. ſi ex legati cauſa. ff. de
verb. obliga. & in l. qui vxori in principio, ff. de adul-
ter. quinimo ſi creditor tantùmmodo debitori dixe-
rit, egeo illa pecunia, quam mihi debes, debitorem
in mora conſtitutum eſſe atteſtatur Alexandr. in l. ſe-
cunda, §. voluntatem numero 13. ff. ſolu. matrimo. &
hoc rationabile viſum fuit, attento quod Auguſtinus
etiam probauit ſe eſſe mercatorem ſolitum & con-
ſuetum negotiari, & pecunias dare cambio, nec eas
15 tenere otioſas, † & ſe talem eſſe, cui de iure intereſſe
præſtari debeat, vt per Alexand. conſi. 41. numero 4.
volum. 3. & conſi. 141. vol. 5. Deciſ. conſi. 39. colum.
ſecunda verſic. 4. etiam nullitas laudi & conſi. 116. in
principio, & ſi. d. conſilij, glo. Abb. & Cano. in c. con-
queſtus, & in cap. ſalubriter de vſur. & per Strac. in
tract. de mercat. in titu. de contractibus mercatorum
& ꝙ talibus temporibus fuerit in mora conſtitutus
quantum ſit reſpectu eius quod debetur cauſa, & oc
caſione camocatorum, & aliarum expenſarum, ap-
paret ex literis aliquibus dicti Auguſtini ad dictum
Chriſtophorum ſcriptis, & etiam ex literis dicti Chri
ſtophori reſponſiuis, & maximè ex ſcriptis per Augu-
ſtinum ſub diebus, N. in quibus apparet de dicta in-
terpellatione, quas negare non poteſt Chriſtophorus
habuiſſe, cum eis reſponſum præbeat per ſuas ſub die,
N. & per alias ſuas ſub die, N. Quantum verò ſit re-
ſpectu eius, quod debetur cauſa & occaſione reſti de-
biti pro vellutis apparet ex literis Chriſtophori ſub
die, N. in additione ſcilicet poſtea facta ſub die, N.
16 in quibus hæc verba inſerta ſunt, † videlicet, *ſono re-*
ſoluto pagarui li veluti piani à ſoldi, N. il palmo, & li proſi-
lati à ſoldi, N. & li ſcauezzi di camocato come li altri & ac-
comodandoui in queſta manera darete auiſo, che giuſto il
voſtro conto vi ſi farà la ragione à detto pretio, & ſi darà
ordine che vi ſia coſſi pagato il voſtro reſto, Quibus literis
acquieſcens Auguſtinus per ſuas literas ſub die, N.
reſpondendo dicit ſuum reſiduũ eſſe de libris, N. nec
negare poteſt Chriſtophorus, quin eas habuerit, cum
eis reſponſum dederit per ſuas ſub die, N. ex quibus
clare, & manifeſte apparet de interpellatione per
Auguſt. facta per prædictas eius litteras, & quod con-
ſcius de dicta interpellatione fuerit dictus Chriſto-
phorus, apparet ex litteris eiuſdem ſuperiùs memora-
tis. ¶ Nec viſum fuit fuit Chriſtophorum à mora ex-
cuſari poſſe ex eo, quod Auguſtinus non probauerit
ſe neque alium loco ſui tempore fiendæ ſolutionis
17 † comparuiſſe in ciuitate Venetiarum ad acceptan-
dum dictam ſolutionem vt de iure fieri debere, vide-
batur, per doctrinã Bart. in l. item illa, verſiculo quæ-
ro, pone, ff. de conſti. pecu. Alex. conſi. 172. viſis, co-
lumna prima, numero 4. vol. 2. late per Deci. conſilio
566. promiſit Antonius per totum. Afflict. deciſ. 316.
Galionis: quia poteſt reſpõderi, quod dicta iura pro-
cederent quotieſcunque ſolutio fieri debuiſſet in Ci-
uitate Venetiarum, ſed in præſenti caſu dicti Chriſto-
phorus, & Auguſtinus ſe conuenerãt, vt ſolutio debe-
ret fieri in hac ciuitate Genuæ, vt apparet literis Au-
guſtini ſub die, N. ſuperius memoratis, in quibus re-
periuntur infraſcripta verba videlicet, *per tanto vi pia-*
cerà farmeli prouigione qui inſieme col il reſto de deti ve-
luti & pecie di damaſco diſopra al più preſto ſarà poſſibile.
Quibus litteris reſpondendo Chriſtophorus per eius
litteras etiam ſuperiùs allegatas ſub die, N. in addi-
tione in eadem contenta ſub die, N. dicit, *ſono reſolu-*
to di pagarui li veluti piani à ſoldi, N. *il palmo*, & paulò
inferiùs dicit, *che giuſto il voſtro conto vi ſi farà la ragio-*
ne à detto pretio, & ſi dara ordine vi ſia coſi pagato il voſtro
reſto, & ſic ex literis vtriuſque apparet, quod ſolutio
debebat fieri in Ciuitate Genuæ, & non in Ciuitate
Venetiarum, & ſubſequenter quod iura prædicta lo-
18 cum ſibi vendicare non poſſunt, præter id, † quod in
dubio ſolutio cenſetur deſtinata in loco petitionis, l.
fina. ff. de tritica, l. quod legatur. ff. de iudiciis, cõmu-
nem dicit Curtius in l. hæres abſens, §. proinde ff. eo.
titulo: vnde cùm petitio poſſet hic fieri, vt conſtat ex
proceſſu maxime ex pronuntia ſuper cõpetentia, quæ
tranſiuit in iudicatum, ſequitur quod ſolutio erat hic
fienda, ergo à die moræ tenetur ad intereſſe, vt ſuprà
dictum eſt. ¶ Minus viſum fuit dictum Chriſtopho-
19 rum à mora excuſari poſſe ex eo, † quod quamuis te-
nerentur ſolutionem facere in præſenti ciuitate, non
probauit Auguſtinus quod tempore fiendæ ſolutio-
nis in Ciuitate Venetiarũ affuiſſent perſonæ idoneæ,
quibus defferẽdæ tute committi potuiſſent pecuniæ,
ne alias ſibi opponi potuiſſet electio nuntij minus
idonei, iuxta textum in l. eum qui. §. ſed ſi dum & ibi
Barto. & alij. ff. commoda. aut quod reperti fuiſſent

 idonei

idonei mercatores,qui in dicta Ciuitate Venetiarum cambio accepiſſent ab ipſo Chriſtophoro pecuniam pro ea ſoluenda in præſenti Ciuitate dicto Auguſtino, iuxta notam doctrinam Bartho. in l tutor qui repertorium,§.ſi poſt.ff.de adminiſtra.tut.& conſi.102. Clariſſime domine, Alexand.conſilio 74. viſo titulo in fin.volum.ſexto,& plura exempla congerit ad propoſitum Deci. conſilio 430. in prima columna,quia iſta omnia ceſſant, conſtat enim per literas dicti Auguſtini dicto Chriſtophoro ſcriptas ſub die, N. eum ordinaſſe eidem Chriſtophoro,quod dictam ſolutionem deberet facere Baptiſtæ Iuſtiniano, & Baptiſtæ Nigrono in hæc verba videlicet, *tutto il mio credito ſera in voi lo pagarete à mio nome.& ordine à meſſer Battiſta Giuſtiniano, & Battiſta Negrone dalli quali pigharete contenta de quanto gli pagarete,& mi darete auiſo*, Quibus litteris cum reſpoodiderit dictus Chriſtophorus per ſuas ſub die, N.negare non poteſt quin eas habuerit,conſtat inſuper eundem Auguſtinum eadem die prædictis Iuſtiniano,& Nigrono ſcripſiſſe in hæc verba, *vi piacera requerire Meſſer Chriſtophoro Vento vi pagbi tutto quello che ſarà peruenuto in lui del mio & quanto mi doibe dare,& de quanto ve paghera per me gli ne ſarete cõtenta*, Quibus litteris Iuſtinianus & Nigronus reſpõdẽtes dixerũt Chriſtophorũ,eis reſpondendo,dixiſſe, *che al preſente nõ gli torna cõmodo pagar per voi coſa alcuna*, Vnde clarè apparet Auguſtinum probaſſe affuiſſe perſonas idoneas in Ciuitate Venetiarum,quibus tẽpore fiendæ ſolutionis tutè potuiſſet dictam ſolutionem facere,vt iura ſuperius allegata requirunt,præter id quod pluſquam notorium eſt reperiri in Ciuitate Venetiarum quamplures mercatores tam Genuenſes quam alios,medio quorum dando eis pecunias feciſſent eas Genuæ reſpondere . & ſolui actori , ita vt eidem nulla ex hac cauſa competat à mora excuſatio, ex quibus concluditur Chriſtophorum per interpellationem in mora fuiſſe conſtitutum, & ſubſequenter, quod optimo iure ad prædictum intereſſe fuerit condemnatus. Ad laudem & gloriam Dei Omnipotentis.

DECISIO CLXXVI.

Pluribus ſociis habentibus facultatem adminiſtrandi, quilibet tenetur inſolidùm de adminiſtratis per vnum ipſorum, & facienda eſt diuiſio nominum debitorum, vt portio lucri & damni æqualiter inter eos fiat.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio non valet in præiudicium proteſtantis poſt proteſtationem.*
2 *Au per compartitionem principalis in iudicio cẽſeatur procurator reuocatus.*
3 *Iuramentum correi prodeſt alio.*
4 *Ratio an ſit reddita per tranſmiſsionem Bilancij.*
5 *Calculus licet non ſubſcriptus an probet contra ſcribentem,& nu.18,*
6 *Plures obligati intelliguntur pro virili.*
7 *Socius ſolus adminiſtrans.eſt ſolus conuenendus.*
8 *Particeps an agere debeat contra ſocios pro rata pecuniarum penès eos exiſtentium.*
9 *Diſponente lege denegandam eſſe audientiam, acta facta abſque denegatione valeant.*
10 *Procedens contra procuratorem videtur conſentire in eius perſonam.*
11 *Quæ dicuntur de reuocatione procuratoris non procedunt in tacita.*
12 *Iuramentum partis extra tempus probatorium non valet.*
13 *Iuramentum præſtari debet ad præſentiam, vel de mandato iudicis.*
14 *Verba ſtatuti vbi non congruunt, non congruit diſpoſitio.*
15 *Diſpoſitio ſingularis quando trahi poſsit ad pluralem.*
16 *Confeſsio partis tollit præſumptionem iuris.*
17 *Ratio non plene reddita iterum reddi debet.*
19 *Actus agentium non operantur vltra intentionem.*
20 *Obligatione à principio facta inſolidùm promiſſiones ſubſequentes cenſentur eodem modo factæ.*
21 *Exceptio . quod exactio fiat à ſocijs proportione eſt dilatoria.*
22 *Bilancium ſeruandum eſt in redditione rationis cùm libri haberi non poſſunt.*
23 *Mercatori debetur intereſſe.*

AGENTIBVS Luca Spinula,& Stephano Pinello cum Andrea Centuriono vno ex tribus ſociis Cadicis tanquam obligato inſolidùm,ex quo adminiſtratio omnibus, & cuilibet ex dictis ſociis fuerat conceſſa,difficultatem hęc pręcipuè faciebant. ¶ Primò enim dicebatur proceſſum eſſe nullum,eo quia procurator,qui interuenerat pro agentibus ab illis fuerat conſtitutus cum facultate limitata,& cum proteſtatione, quod ipſi principales ſemper citarentur, non autem procurator, vnde cum iidem agentes fuiſſent in eodem iudicio reconuenti,mandatum,quod erat neceſſarium non videbatur fuiſſe idoneum ad defendendum, & idcirco nec momenti alicuius,per no.per Doct.in l.ſeruum quoque,§ ait prætor,ff.de procurat.in l.vnica, C.de ſatiſdam. Nec ratificatio geſtorum per eundem procura-
1 torem vltimo loco facta videbatur prodeſſe,† ex quo proteſtatio præceſſerat pro ea impedienda,quæ prodeſſe debebat eam facienti, vt per Docto. in l.licèt, C.de procurat.vbi Iaſ.in fin. Cæpola caut. 15, Item quia videbatur procuratorem iſtum iam fuiſſe reuo-
2 catum † ob compartitionem in iudicio ipſorum principalium nulla proteſtatione facta,& ſine clauſula citra reuocationem, per no in cap.ſi quem, de procur. in ſexto: vnde geſta per procuratorem reuocatum nõ potuerunt ratificari. Fel.c.cauſam de iudic. in quarta fallentia col.fi. ¶ Secundò, quia cũ Iacobus vnus ex dictis ſociis in iudicio conuentus poſt ſextum annum à tempore redditus ſui iuraſſet rationem redditam,& eiſdem agentibus ſatiſfactum iuxta formã ſtatuti ſub Rubrica,de eo qui facta ſocietate, hoc iuramentum
3 etiam huic conuento,† tanquam correo prodeſſe debebat,iuxta tex in l.duobus,ff.de iure iu.Bartho. in l. ex duobus.nu.19.verſ.5.ergo,ff.de duobus reis: cum

ſtatutum

ſtatutum velit præſumi ſolutionem,& ſatisfactionem,
& audientiam agenti denegari, quia iudices non po-
tuerant contrafaciendo derogare. Alexand conſil.81.
4 volu.2. ¶ Tertiò dicebatur, † quod ratio ſatis ſemel
fuerat reddita,& iterum reddi non debebat,iuxta no-
ta in cap.1.de cler.ægrot.in ſexto, & per Nata.conſi-
lio 40.quia Bilantium fuerat ad agentes tranſmiſſum,
quod ſatis videbatur acceptatum:quia non apparebat
contradictum per not.in l.ſi filiusfamilias. vbi Salic.
ff.ad Maced.Alexand.in l.non ſolum.§.morte,nume-
ro 27.ff.de noui oper.nuntia.& ipſi agentes iam con-
feſſi erant ſe recepiſſe tres ex quatuor partibus ſui ca-
pitalis, & extabat in actis calculus manu Lucæ con-
5 ſcriptus,† qui licèt non eſſet ſubſcriptus, tamen con-
tra ipſum probare videbatur, ita vt ſufficeret ad con-
demnationem, allegabatur conſil.Paul. Caſtr.312.in
ſecundo volum.Alexand.conſilio 147.in ſecundo.
¶ Quartò aſſerebatur non potuiſſe agi contra An-
dream inſolidùm,præſertim reliquatus,ex quo per ap
6 podiam exhibitam probatur conueniſſe, † quod dicti
Iacobus,Stephanus, & Andreas tenerentur ad redden
dam rationem,vnà cum reliquatus ſolutione,quæ ver
ba accipienda erant vt vnuſquiſque teneretur pro ſua
portione,per ea quæ habentur in l.1. C.ſi plur.vna ſen
ten.in l.3.§.ſi in tabulis.ff.de duobus reis, & diceba-
tur Stephanum ſolum habuiſſe curam reſtringendi
bona ſocietatis,idque colligi ex literis in actis exhibi
7 tis, vnde † ſolus erat conueniendus l.ſi tamen plures.
§.planè,vbi Bartol.& Caſtr.ff.de exerc.actio.Alexan.
conſilio 14.in ſecundo volum. in princi. & quod imo
in receſſu Genua Iacobi ſpecialiter conuentum fue-
rat, vt cura adminiſtrationis remaneret penes ipſos
Stephanum,& Andream,non adito vlterius,& quem-
libet eorum, vnde à tempore receſſus dicti Iacobi ci-
tra nec inſolidum ſuſcepit facultatem adminiſtrandi
ipſe Andreas,& propterea dicebatur,licèt vltimo lo-
8 co, & lata iam ſententia, † quòd agendum erat con-
tra alios ſocios pro rata pecuniæ apud eos exiſtentis
per l.actione.§.ſi communis.ff.pro ſoc.& l.verum.§.
ſi tres.ff.eod.Alexand.conſil.24.in 2.volum.excipie-
batur,quod remedio.l.vnde quæritur, cum ibi tradi-
tis per Docto.ff.commod.vt periculo ipſius conuen-
ti,contra alios ſocios ageretur,facto etiam depoſito,
pro expenſis iudicij,iuxta conſilium Paul. Caſtr.in d.
l.vnum quæritur, cuius etiam conſilium 242. viden-
dum eſt an fratres, in medium adducebatur, vbi limi-
tatur reg.Bartol.in dicta l.eandem quo ad ſocios, qui
inſolidùm obligantur, vt procedat quo ad extraneos,
ſecus quo ad inuicem, quando ſocius agit erga alium
ſocium, quia tunc vnuſquiſque pro portione ſua tan-
tum tenetur. Vltimo loco nec rectè agi contra con-
uentum ipſum affirmabatur,ex ea ratione,quia de mã
dato ſeu conſenſu ipſorum agentium conſtabat pecu-
nias ferè omnes tranſmiſſas fuiſſe per eoſdem ſocios
Cadicis in Conſtantinum & Paulum ſocios Sibiliæ, à
quibus etiam dicti agentes quartas partes ſuæ parti-
cipationis receperant,itaque cùm illi facti eſſent non
ſoluendo, id ipſorum agentium damno cedere debe-
re,argumento l.ſi verò remunerandi.§.ſi quis manda-
uerit.ff.mandat. ¶ His tamen non obſtantibus viſum
eſt Andream condemnandum eſſe,prout petitum fue
rat ad rationem reddendam,vnà cum reliquatus ſolu-
tione, quo ad ea, quæ exacta fuerant per ipſos ſocios,
deductis tribus quartis partibus capitalis iam ſolutis
ipſis agentibus,ita tamen quod debitum illorum Sibi
liæ ad omnes pro rata, ſcilicet, vniuſcuiuſque ſpecta-
ret,ex quo de omnium conſenſu pecuniæ ad eos trãſ-
miſſæ fuerant, in reliquis autem diuiſionem facienda
nominum debitorum, ita vt lucri & damni portio æ-
qualiter inter eoſdem fieret,iuxta tradita per Soc.cõ-
ſil 24.volu.2.col.5.& 6. certa enim eſt in iure, & ab
omnibus approbata regula,quod quando plures con-
ſtituti ſunt ſocij, vel inſtitores, ita vt vnuſquiſque fa-
cultatem habeat adminiſtrãdi inſolidùm, prout in his
omnibus etiam ſingulis ſociis data fuerat in appodi-
ſia, tunc quilibet eorum inſolidum tenetur, & ita in-
ſolidùm conueniri poteſt l.1.§.ſi plures.ff.de exercir.
act.vbi gloſ.Barto.Angel.& ipſi in l.ſi pupillus.ff.de
adminiſtr.tut. Bart.in l.eandem quæſt 6. & ibi Imola
& Mode.Ferrar.ff.de duob.reis.l.ſi plures.ff.de curat.
bon.dato.vbi Bart.& idem Bart.in l creditor. §.duo-
bus.ff.mand.quem ſequitur Bal.ibi, Alber.&c. quam
regulam in omnibus qui ſuſcipiũt adminiſtrationem
voluntariam veram eſſe generaliter comprobat Aret.
plenius conſil.29. ¶ Non obſtant ea quæ difficultatẽ
facere videbantur, & primo quo ad procuratorem fa-
ctum cum illa conditione,dicitur quod non propter-
ea inferri poteſt, quod proceſſus ſit nullus:quia man-
datũ non fuerit ſufficiens,cùm lex tantùm in caſu hu-
9 iuſmodi † audientiam denegare à Iudice dicat, nec
vlteriùs pœnam extendat.l.actionem.C.de procurat.
Bartol.in dicta l.ſeruum quoque.§.ait prætor.ff.eod.
quod opponi debeat in quo procuratorium ſit inſuffi
ciens,non autem opponi debeat illud non tenere de-
clarat in terminis Abba.in cap. accedens, nume.5.de
procurat. ¶ Nec doctrinæ ſuprà allegatæ loquuntur
in caſu noſtro, & in terminis in quibus loquuntur,
etiam ab aliis impugnantur, vt per Iaſ.in l.actionem.
C.de procurat.contrariumq́; ſenſit ipſemet Bart.in l.
mutuis.§ pœna.ff.de procurator. Sed & ſi grauamen
aliquod ea conditio adiecta continebat,ipſi reo vide-
batur imputandum, qui conſenſiſſe videtur citando
ſemper ipſos principales, & qui abundè ſatisfactum
cenſeri poterat, cùm ſimul ac oppoſitum fuerat cum
proteſtatione illa qua allegatur,renouatum fuerit idẽ
mandatum remota illa clauſula & conditione, licèt,
nec id videretur neceſſarium ex quo tamdiu proceſ-
10 ſum fuerat in cauſa † cum tali procuratore reſponden
do poſitionibus,& plures alios actus faciendo,ex qui
bus manifeſtè conſenſus partis arguebatur, per reg.
quod ſemel,de regul.iur.in 6.l.Pomponius.ff.de neg.
geſt.quæ verò allegabantur de procur.reuocato, non
procedunt in caſu noſtro, cum iura per Feli.adducta,
videlicet.l.diſpenſatorem.ff.de ſolut.cap.ex parte de-
cani,in fin.extra de reſcrip. loquantur in reuocatione
11 expreſſa,illa autem reuocatio,† quæ fit per compari-
tionem domini ſit tacita, & præſumpta. Vnde nec
procedit quoties conſtat dominum non animo re-
uocandi comparuiſſe, vt habetur in dicto capitulo,
ſi quem, de procurat.in ſexto, & propterea illa do-
ctrina Felin.procedit, quando mandans tractaret de
actione acquirenda, ſecus cùm de exceptione agi-
tur, vt declarat Bald. in dicta l.diſpenſatore, in fin.
per Gloſſ. ibi, in verſi. non puto, quam etiam ſequi-
tur Specu.in titulo de defenſo.§.cum verſic. ſed pone
egiſti.Felyn.in dicto capitulo ex parte decani,colum
na antepenult. numero 50. vbi etiam limitat, regu-
lam non procedere in actu tali, quia quandocunque
fuiſſet factus, potuiſſet tamen ratificari, prout in ca-
ſu noſtro, & hæc difficultas tollebatur per aduo-
catum actorum ex decreto huius ciuitatis,quo pro-
uiſum eſt, vt de nullitate dici non poſſit poſt lapſum
trium menſium. ¶ Ad oppoſitionem autem de iu-
ramento multa conſiderata fuerunt, propter quæ

difficultas tolli videbatur. Nam pręterquam quòd di-
cebatur nõ videri legitimè præſtitum, cum ante litem
12 conteſtatam, & ſic ante terminum probatoriũ, † imò
in prima ſtatim reſponſione iuratum eſſet, contra id,
quod tradit Bald. in addit. ad Spec. in titulo de primo
& ſecundo decreto. §. reſtat videre, verſicu. nota hic
quod iuramentum, & Doctores in l. admonendi. ff. de
iureiurand. Aymon. conſilio 196. in princip. Bald. in
l. ait prætor, in princip. ff. de iureiurand. columna pri-
ma, verſicu. cauſa ſecundum, & verſiculo nota, quod
iuramẽtum, & coram notario tantùm, prout multum
exteri actus ex conſuetudine fieri ſolent in iſta curia
13 ſine præſentia iudicis, † quæ reprobantur, & abſque
eius ſpeciali commiſſione, quorum tamẽ alterum fue-
rat neceſſarium, vt nota. Bald. in dicta l. ait prætor, in
principio ff. de iureiurand. vbi Iaſon. dicit hoc notan-
dum, quia aliqui erant in practica: Nec prodeſſe vi-
debatur, quia regula illa. l. duobus. §. ex duobus, quod
iuramentum proſit etiam correo, loquitur quando iu
ramentum fuit delatum iuranti, vt expreſsè glo. ibi di
cit, & Barto. in alleg. l. ex duob. ff. de duobus reis, non
extendit ad tale iuramentum, quod erat ſponte obla-
tum, & ideo minus fauorabile, cùm etiam nullo mo-
do iuranti prodeſſe ſoleat, vt habetur in l. tertia, in
principio. ff. de iureiutan. in l. videamus §. deferre. ff.
14 de in lit. iur. illud etiam fuit conſideratum, † quòd
verba ſtatuti minime caſui noſtro congruere videban
tur, vnde nec eius diſpoſitio locum habere poterat. l.
quarta. §. toties. ff. de damn. infect. Gloſ. in l. manci-
pia. C. de ſeru fugit. id autem à parte colligebantur,
non ſolùm ex eo, quia illa diſpoſitio loquitur in ſocio
tantùm, & accomodatario, & ideo tanquam rigo-
roſa extendi non debet ad agentes, qui nec accommo
datores erant, nec ſocij eſſe, aut haberi voluerunt, pa-
cto expreſſe adhibito, vt ſuprà dictum eſt, ſed etiam
quia cum verba ſtatuti loquantur de ſocio, qui redie-
rit, & permanſerit in ciuitate per ſex annos, & deinde
iurauerit, vtique ſi plures ſint ſocij non videbatur ſa-
tisfactum verbis ſtatuti, niſi omnes redierint in ciui-
15 tate, permanſerint ac iurauerint, † licèt enim diſpoſi-
tio facta in ſingulari trahi poſſit ad plurales, illud ta-
men intelligi debet, ſi modo ſit eadem, & æquè con-
grua in pluribus ſicut in vno conuenire poſſit, idque
ſtatuto ipſo ita dictante in cap. de extrinſeco intelle-
ctu, eandem autem rationem non adeſſe in caſu no-
ſtro quis negare poteſt? cùm iuramentum præſtitum
fuerit per Iacobum, id eſt per eum ſocium, quem nec
conſtat aliquid adminiſtraſſe, nec veriſimiliter pote-
rat eſſe informatus, vt qui rediſſet per annos duos an
tequam ſocietas finita fuerit, ſemperq́; poſtea Genuę
remanſerit. & ideo nec libros ſocietatis videre aut ex-
hibere, aut omnino calculum vllum ponere potuerit,
cùm dicti libri ex illis locis Hiſpaniarum extrahi non
poſſent ſtantibus pragmaticis, vt de his omnibus con
ſtat in proceſſu ex eiuſdemmet Iacobi depoſitione
cum iuramento facta: quibus attentis probatio per
huiuſmodi iuramentum etiam aliis circumſcriptis
minime de iure ſubſiſtere videri poteſt, vt in eiſdem
ferè terminis in ſtatuto Lucenſi conſuluit Roman.
conſilio 105. idemq́ue ſenſit Fulgoſ. conſilio 90. co-
lumna fina. Socin. Iunior, conſilio tertio, nume. 31.
volum. ſecundo, ſenſitq́ue alibi Alexan. tale ſtatutum
nullo pacto intelligendum, vt procedat in non ha-
bente bonam fidem, vt habetur in conſilio eius 99.
volum. quarto. His accedat, quòd cùm ſtatutum re-
quirat, vt poſt reditum ſocij pars tacuerit per ſex an-
nos, ea conditio in caſu noſtro non videbatur adeſſe:
conſtabat enim quod reus cum altero ſocio, penès
quos erant libri rationis, & penès quos remanſerat
adminiſtratio, fuerant continuè per literas interpella-
ti per totum annum, N. quod promittebãt ſe interim
curaturos exactionem à creditoribus ſocietatis, vt
vnicuique iuxta participationem ſatisfieri poſſet, vt
ex literis vltro citroque ſcriptis, & miſſis, quæ in actis
extant ſatis apparet: itaque cùm iuramentum à Iaco-
bo fuerit præſtitum per annos quatuor ante non po-
terant dici actores tacuiſſe per ſex annos, nec eorum
negligentiæ videbatur imputandum, quòd ſociorum
literis fidem adhibuiſſent. Sed & in caſu noſtro viſum
eſt, quòd præſumptio inducta à ſtatuto ceſſaret, quia
per confeſſionem partis conſtare videbatur, quod ve-
ritas erat in contrarium, vt per literas exhibitas quem
admodum ſupradictum eſt ſcriptas de anno, N. poſt
iuramentum, & ſic multo poſt finitam ſocietatem ap-
paret: ex quibus ſatis colligitur, ac demonſtratur,
nullam fuiſſe redditam rationem cum ſolutione, & ſa
16 tisfactione, prout ſtatutum requirit: confeſſio † autem
partis tollit præſumptionem iuris, Gloſ. in l. in con-
tractibus. C. domino nom. pec. quam Doctores com-
muniter ſeq. Innocen in capitulo plerique, de immu-
nitate Eccleſię, & probationes in actis receptę etiam
faciunt notorium, Rom. conſil. 350. numero 19. præ-
ſertim cùm pars permiſerit illas probationes fieri in
iudicio, Innocent. in capitulo fraternitatis, de frigid.
& maleſic. Alexand. conſilio 77. volum. ſecundo in fi.
Felin. in capitulo 4. de præſump. Nec ſupradictis ob-
ſtat, quòd tradit Alexand. in alleg. conſilio 81. in ſe-
cundo volu. de ſtatuto prohibente audientiam, cum
iſtud licuiſſet in dicto loco non habere locum quan-
do iudex non habuiſſet exceptionem illam per pro-
bata, argum. l. fin. C. de fide inſtrumentorum. l. prima.
§. primo. ff. de compenſ. ¶ Rationem autem non fuiſ-
ſe redditam cùm reliquatus ſolutione, prout fieri de-
bet iuxta ea, quæ habentur in l. cùm ſeruus. ff. de con-
dit. & demonſtrat. clarè dicebant colligi ex literis ex-
hibitis, in quibus dicti ſocij Cadicis promittunt ſe
exactionem faciendam curaturos, & reſtituturos bo-
na, vt participibus ratam poſſent ſoluere, & cùm non
17 eſt plenè reddita, † iterum debet reddi, vt Ioan. Aud.
& Domin. de S. Gemin. in cap. primo, de cler. ægrot.
lib. 6. Lap. Card. & Ioan. de Imo. in clem quia contin-
git, de relig. domi. latè per Bartho. Socin. in conſi. 92.
libro quarto, colum. 5. numero 89. & cùm rationum
computatio fiat propter ſolutionem & reſtitutionem
reliquatus, quod cenſetur eſſe principale, vt habetur
in dicta l. cùm ſeruus, meritò non poteſt dici reddita
ratio, etiam ſi Bilancium fuiſſet tranſmiſſum, & vbi
opus eſt facto, verba non ſufficiunt. capit. 1. de eo, qui
mitti. in poſ. l. ait prætor. §. ſi quis. ff. de oper. no. nunc.
& licèt agentes habuerint tres quartas partes capita-
lis, in reſiduo adhoc remanebant creditores. Nec cal-
18 culos factus † per Lucam releuare videbatur reum à
redditione rationis, & reliquatus ſatisfactione, cum
imò ex lectura ipſius appareret integram portionem
non fuiſſe ſolutam, & in omnem caſum non videba-
tur ex illo calculo facto tãtum ob inſtitutionem pro-
priam ad cognoſcendum quæ partes ad vnumquem-
que ſpectarent ſtante illo Bilancio tranſmiſſo colligi
aliquid contra ipſos agentes, aut ipſummet Lucam,
cum ille calculus non contineat vllam confeſſionem
de receptatione reliquatus, ſicut in caſu allegato Pau.
Caſtr. conſilio 312. in ſecundo volum. vbi aderat con-
feſſio de partitis quibuſdam receptis per Scriben-
19 tem, & ideo non obſtat: Nam & † actus agentium
non

non operaotur vltra eorum intentionem, vt not. in l. non omnis, ff. ſi eert.petat. & eò magis, quia ille calculus nullam habet inſcriptionem, vel ſubſcriptionem nominis ipſius Lucæ, nec totus manu ipſius fuit ſeriptus, & prætetquam quod non apparebat quod aut ad ipſos ſocios fuiſſet tranſmiſſus, aur ad eorum manus de eius conſenſu perueniſſet, verba illa, quæ io eo leguntur, *quando ſia verificato*, ſatis oſtendum quòd non fuit vnquam omnimoda fides adhibita partitis tranſmiſſis, ae contentis in dicto Bilancio. ¶ Ad quartum dicebatur, quòd imò cùm Andreas ſe inſolidum obligaſſet ex forma appodiſię eò, quia facultatem administrandi inſolidùm vnà cum alijs ſocijs ſuſceperat per ea quæ ſuprà deducta fuerant, non erat dubitandum, quia verba appodiſiæ, quæ obligant ſocios ad reddendum rationē deberent intelligi, quòd obligarent inſolidùm, cùm ea interpretatio eſſet iuxta iuris diſpoſitionem per ea, quæ habentur in l. ſicum dotem, in principio. ff. ſolut. matrimo. l. curatores. §. fina. ff. de adminiſtra. ret. aduent. & quando à princi-
20 pio obligatio facta eſt inſolidum, † promiſſiones ſubſequentes etiam cenſentur factæ inſolidum, vt tradit Aymon. conſilio 208. poſt Calder. in conſilio ſexto, l. vltimo de elect. & Coroe. conſilio 12. libro quarto. Quæ facultas etiam minimè videri poterat immutata, & reſtricta exprimendo, quòd in receſſu Genuam Iacobi cura dictæ rationis adminiſtrandæ apud alios duos ſocios remaneret, cum adiectum eſſet, vt remaneret ſub eiſdem oomine, & complemēto, quod eomplementum à prineipio expreſſum fuerat, vt deberet dari per omnes, vel per quemlibet ipſorum attenta dicta relatione, iuxta not. per Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus, ff. de verbo. obliga. numero ſeeundo in l. talis ſcriptura, §. fina. ff. de lega. primo. Quòd autem Andreas etiam re vera adminiſtraſſet, etiam ſi obligatio ſuſcepta de adminiſtrando, vt ſuprà, ſufficiebat per ea quæ tradit Barto. in dicta l. eandem, quæſti. ſeptima, ff. de duob. reis, cum alijs ſuprà allegatis, tum ſatis adhue conſtabat ex literis ipſorum ſociorum exhibitis. Vnde ratiooem adminiſtrationis reddere tenebatur, etiam ex hoc ipſo, l. prima, §. officio. ff. de iure. & rat. diſtr. l. ſecunda, ff. de nego. geſt. l. quandam, ff. de edend. latè Barr. Soe. eonſilio 213. volum. ſecundo, præſertim cum eis ipſe ex conuentione facta habuiſſet gauditam, ſiue beneficium aureorum, N. in dicta ſocietate, ſicut dictus Stephanus, ad quem principaliter eura reſtringendi ſpectaſſe aſſerebat, eonſtaretque in actis, & ipſum ſolitum ſubſcribere literas nomine ſocietatis, prout aliquas reeognouerat cùm ad poſitiones reſponderet. ¶ Nec obſtare viſa ſunt pleniore numero ea, quæ poſt ſententiam latam in medium addueebantur, ex l. actiones, §. ſi communis. ff. pro ſoe. eum alijs ſup. adductis: ſi quidem eonbat ex opiniooe omnium ſcribentium, illam diſpoſitionem tanquam exorbitaneam reſtringendam potius ad limites ſuos, quàm ampliandam. Itaque cum diſpoſitio illa loquatur reſpectu ſociorum inter ſe, quales erant Andreas, Stephanus, & Iacobus non reſpectu aliorum, qui pecunias ſociis adminiſtrandas mādaſſent, quique pacto expreſſo cōuenerant, vt participes tantum, non autem ſocij eſſent, potius loeum habere voluerunt ea, quæ de plurib. ſuſcipientibus adminiſtrationem dicitur, & de mandatariis: Nec iura illa adducta, nec conſilium Paul. Gaſtr. & Soei. loquuntur expreſſè in terminis noſtris, quando pacto, & conuentione ſocij ſe obligaſſeot, quilibet inſolidùm, & partes ſibi prouidiſſent, quo caſu certum eſt, non ita facilè tolli remedium acquiſitum, Gloſ. & Docto. in l. in rebus. C. qui pot. iopign. cùm imò in caſu illo quilibet ipſorum ſociorum tāquam inſtitor debeat inſolidum poſſe conueniri, per ea quæ habentur in d. l. 1 §. ſi plures. ff. de exerci. act. cum alijs ſupra adductis: & quòd ille text. §. ſi eommunis, non procedat quando ſocij expreſsè ſe obligaſſent inſolidùm, tradunt Mod. Ferr. in l. 5. §. vbi duo. ff. de duobus reis, nume. 176 ſed & illud etiam de iure verius eſſe viſum
21 eſt, exceptionē iſtam, vt ab alijs ſociis exactio † prius pro eorum partibus fieret, non poſſe opponi tam ſero, & lata iam ſententia cùm iſta exceptio tanquam dilatoria ante litem conteſtatam opponi debuerit, iuxta l. exceptionem. C. de probat. l. penult. C. de except. & ita tradunt Salice. in auth. præſente. C. de fideiuſ. in ſeptima quæſtione. & in authent. ſi debitor. C. de pigno. Bartol. in l. ſecunda. ff. de except. Imol. in l. ſi decem, in princip. §. de verbor. obligat. atque ita videtur regulam illam, ſeu remedium. l. vnde quęritur ff. com mod. interitatum apertè iotelligere communiter Docto. omnes, ſecundum quam regulam videtur etiam Doctor. intelligere. dicto §. ſi communis, præſertim Bald. & Caſtr. qui d. l. vnde quærit, vt concordantem ad illud text. allegant, & Andr. Barbat. in addit. ſuis ſuper dicto §. & couſil. 12. eolum. 6. verſ. capio ſecuodam dubitationem, vbi latiùs diſputat de intellectu dicto. §. ſi communis, idq; æquitas ipſa in qua potiſſimum nititur diſpoſitio. dicto. §. vti ibi per Fulgoſ. dicitur etiam ſuadere, videtur ſiquidem periniquū eſſe, vt finito vno iudicio actor fruſtraretur intentione ſua, ruſuſq; nouum iudicium ſuſcipere cogeretur, quòd tamen à legum, & iuris diſpoſitione abhorret, argu. l. penult. & ibi Bartol. ff. de petit. hæred. l. is à quo fundus. ff. de rei vend. ¶ His itaque diligenter, ac maturè diſcuſſis condemnatus fuit tam Andreas ad reddendum rationem cum reliquatus ſolutione de pecunijs adminiſtratis, prout conueotum fuerat, hoc tamē ad-
22 iecto, † quod tenor Bilancij tranſmiſſi ſeruari deberet, in quo vtraque pars etiam non differebat ſtante impedimento extractionis librorum ex Hiſpanijs, quàm etiam Lucas & Stephanus actores de ſaccharis, & coreis receptis iuxta reconuentionem, in qua nulla verſabatur difficultas, hoc etiam adiecto, quò ad eaput iſtud, vt eæ partitæ, quas conſtaret aliàs fuiſſe ab ipſis ſocijs Cadicis aceeptatas, etiam in dicta ratione reddenda nunc acceptarentur, idque ob faciliorem exitum, & expeditionem huius negotij, ex quo conſtabat per literas exhibitas nonnullas partitas iam
23 fuiſſe aceeptatas, reſeruataq; fuit liquidario † intereſſe ab vtraque parte petiti, nec dum etiam tamen liquidati, cum vtraque pars mercaturam exerceat. Et ideo de iure debeatur, vt per Doct. in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quòd inter. Dec. in cap. venerabilis de except. Cano. in cap. conqueſtus, de vſur. cum alijs locis vulgatis.

DECISIO CLXXVII.

Participi in implicita mercium debetur portio in qualibet parte, ſeu balla mercium, & non conſignans tenetur ad intereſſe quanti plurimi.

SVMMARIVM.

1 *Subſcribens in dubio cenſetur omnia approbaſſe.*

2 *In*

2 *In certis non eſt opus coniecturis.*
3 *Mandatum ſuſcipiens tenetur obſeruare.*
4 *Aeſtimatio quantiplurimi, etiam ſi momento duraſſet, ſuccedit loco rei, & num. 8.*
5 *Debitor ſummæ non liquidæ adimplet promittendo, & fideiubendo.*
6 *Depoſitum cum conditione indebita non releuat deponentem.*
7 *Negotiatori debetur intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis.*
9 *Particeps implicite debet pro rata concurrere ad impenſas.*

VISO, ac diligenter conſiderato proceſſu tacto in cauſa vertente inter Antonium de Auria actorem ex vna, & Antonium Frãciſcum, & Theramum fratres de Cicadis ſocios Antuerpiæ ſe defendentes ex altera occaſione ballarum, N.ſetarum, in quibus pro tertia parte admiſſus fuerat particeps dictus Antonius de Auria, vt ex literis hæredum Hieronymi Viualdi ſcriptis ex Venetiis ad dictos fratres ſocios ad oppidum Antuerpiæ, & ſubſcriptis particulariter per antedictum Antoniũ Cicadam, in hæc verba, *Io Antonio Cigala prometto che noſtri Antonio Franciſco, & Theramo Cigali di Anuerſa ſeruaranno il ſudetto ordine di mia man propria*, clariſſimè apparet, ac conſideratis maturè hincinde conſiderandis, Rota ſuam protulit ſententiam, in qua in effectu condemnauit Antonium Cicadam ad dandum tertiam partem ballarum, N. dictarum ſetarum Antonio de Auria cum æſtimatione quantiplurimi valoris dictarum ſetarum à die litis conteſtatæ citra cum damnis & intereſſe paſſis & patiendis per dictum Antonium de Auria à die dictæ æſtimationis citra, & hoc caſu quo dictæ ballæ extẽt, & his mota fuit Rota rationibus: Nam cum dictus An
1 tonius Cicada ſeſe ſubſcripſerit, dictis literis † in dubio cenſetur approbaſſe omnia in ipſis literis contenta, non minus, ac ſi totas dictas literas ſcripſiſſet, vt notatur in l. ſi quis ex argentariis. §. cogentur, io fi. ibi aut vnius editioni ſubſcribere. ff. de edend. & habetur per Strac. in vltima parte principalis tract. de mercatura, in tit. de probat. numero 13. adeò quòd dictas literas dictus Cicada impugnare non poteſt, nec eis contrauenire, vt per Crau. in conſilio 73. numero 40. qui multa allegat, eò etiã magis cum in ſubſcriptione expreſsè promiſerit ſeruare ordinem, de quo in dictis
2 literis: in incertis enim, † non in certis opus eſt coniecturis. l. continuus. §. cum ita ff. de verb. oblig. l. ille, aut ille. ff. de legat. 1. adeo quòd omnia in dictis literis contenta ad vnguem obſeruare tenetur, vt l. 1. ff. de pact. l. 1. §. ſi conuenitur. ff. depoſiti. atque ideo cùm mandatum ſuſceperit dict. Antonius Cicada admittẽdi dictum Antonium de Auria participem in dicta
3 implicita, vt ſuprà dictũ eſt, facere nequit † quin mandatum iam ſuſceptum adimpleat, & illi obtemperet, per text. in l. ſi mandauero. §. ſicut autem, & in l. ſi quis alicui. §. qui mandatum. ff manda. Nec viſum fuit conueniens ſimpliciter condemnare dictum de Cicadis ad dandum prædicto de Auria ballas, N. ex dictis, N. quia cùm dict. de Auria admiſſus fuerit particeps in tertia parte implicitæ dictarum ballarum, ſubſequenter viſum fuit, quod ius haberet in qualibet ex dictis ballis, vt per text. in l. Mæuius. §. duorum teſtamentis, vbi Gloſ. in verbo, hanc eandem de legat. ſecundo. Vnde cùm per litis conteſtationem fuerit dictus de Cicadis in mora conſtitutus, iure merito condem-
4 natus fuit ad æſtimationem quãtiplurimi, † quæ propter moram loco rei ſuccedit. l. vinum, & quæ ibi per Doct. ff. ſi cert. pet. fingitur enim res, cuius æſtimatio decreuit amplius non reperiri, ideo deuenitur ad æſtimationem. l. ſi ſeruum. §. fin. cum ibi not. per Gloſ. ff. de verbo. obliga. etiam ſi momento tantum temporis duraſſet æſtimatio, vt per Cagnol. in d. l. vinum, n. 36. ¶ Nec iuuat Cicadam oblatio de conſignandis ſetis ſolutis ſibi expenſis pro eis factis: quoniam licèt tali caſu Cicada licitè poſſet ſetas prædictas retinere. l. in rebus. §. præſenti. ff. commo. vbi Doctores, & copioſè per Neguzan in quarto memb. quintæ partis, num. 8.
5 de pign. attamen cùm liquidæ non eſſent, † fecerit que actor depoſitum, & fideiuſſerit de ipſis ſoluendis, conſtituit dictum Cicadam in mora, vt conſuluit Aret. conſil. 163. quem referendo ſequitur Ripa in l. ſi ad inſulam, num. 67. ff. de verb. oblig. & in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. atque ideo tenetur ad intereſſe, & ſic ad dictam æſtimationem quanti plurimi. ¶ Minus eidem Cicadæ opitulatur interpellatio facta pendente hoc iudicio in loco Antuerpiæ cum depoſito dictarum ſetarum contra agentes actoris, quoniam nõ fuit
6 ſimplex interpellatio, † nec depoſitum, ſed cum conditione, quòd ſibi ſoluerentur dictæ expenſæ illi quidem, & pro quibus iam erat factum depoſitum, & data fideiuſſio per actorem vt ſuprà. Vnde talis interpellatio, & depoſitum ſub dicta conditione, ad quam nõ tenebatur dictus actor, vt ſuprà, non releuat ipſum Cicadam, nec à mora excuſat, vt per Neguzan. in ſecunda parte tertij membri, quintæ partis principalis, nu. 11. de pigno. ¶ Ad damna verò & intereſſe, tam paſſa, quàm patienda à die æſtimationis quantiplurimi citra condemnauit Rota dictum Antonium Cicadam, eò quia in proceſſu apparet dictum Antonium de Auria fuiſſe, & eſſe mercatorem ſolitum, & conſuetum negotiari, cui de iure præſtari debet intereſſe tam lu-
7 cri ceſſantis, † quàm damni emergentis, vt per Alex. conſi. 41. numero quarto, vol. tertio, & 141. vol. quinto, per Dec. conſilio 39. columna ſecunda, verſi. etiam nullitas laudi, & conſilio 116. in princip. & fin. dicti conſilij, per Gloſ. Abb. & Canon. in capit. conqueſtus de vſur. & Docto. in cap. ſalubriter, eod. tit. Ruin. conſilio 55. numero 10. libro ſecundo, & per Afflict. deciſ. 20. per totam, & tandem per Strac. in tract. de mercatura, in tit. de contractibus mercatorum, nume. ſecundo, & ſequenti. ¶ Caſu verò, quo dictæ ballæ, N. non extarent, ſimiliter & reſpectu ballæ venditæ Rota condemnauit dictum Antonium Cicadam ad illarum pretium dicto Antonio de Auria perſoluendum: quia eo caſu, quo res præſtari non poteſt in ſubſidium
8 etiam in ſingularibus iudiciis † pretium loco rei ſuccedit, vt eſt tex. in l. ſi ſeruum. §. ſi eum, ibi notatis per Gloſ. ff. de verborum obligationibus, in l. ſi eum ſeruum, vbi Iaſ. numero quarto. ff. ſi certum petatur, per Afflict. deciſ. 369. ſub num. 4. per Neguz. de pigno. in 4. memb. ſecundæ partis, num. 57. & ſeq. hoc etiam in caſu Rota dictum Antonium de Cicadis condemnauit ad pretium quantiplurimi valuerunt dictæ ſetæ, & hoc propter moram, in quam propter interpellationem conſtituti fuerunt ſocij prædicti per iura ſuperiùs adducta, necnon etiam ad intereſſe, cùm dictus de Auria ſit mercator, vt ſuprà fuit dictum. ¶ At quia æquitas non patitur vt alienis expenſis, quis locupletior euadat, & locupletari, de regulis iuris in ſexto, &
9 l. fin. naturæ. ff. eodem, hoc Rota conſiderans † verſa vice condemnauit Antonium de Auria ad ſoluendum

uendum Antonio Cicadæ expenſas per eum, ſeu eius ſocios factas cauſa, & occaſione dictæ tertiæ partis in vecturis à ciuitate Venetiarum vſque Antuerpiam ad rationem ſoldorum, N. Groſſorũ Flandriæ pro quolibet centenario librarum dictarum ſetarum ad pondus Antuerpiæ, ſaluo iure dicto Cicadæ conſequendi alias expenſas, ſi quas ipſe, ſiue prædicti eius ſocij fecerunt, & hoc quia ipſi ſocij per teſtes probauerunt tantam pecuniarum quantitatẽ dicta de cauſa expendiſſe, cap. in omni, extra de teſtib. l. vbi numerus. ff. eo. tit. Et pro hac deciſione hæc ſatis. Laus Deo.

DECISIO CLXXVIII.

Promittens, aut ſoluens de ordine mandatarij pro mandante habet actionẽ mandati contrariam aduerſus mandantem.

SVMMARIVM.

1 *Actio cõtraria mandati regulariter datur mandatario aduerſus mandantem.*
2 *Mandans tenetur mandatario ad impenſas, dãna, & intereſſe.*
3 *Mandatarij factum dicitur factum mandantis.*
4 *Mandatum probatur per literas.*
5 *Literæ probant contra ſcribentem, etiam ad fauorem tertij.*

AVGVSTINVS de Laſtrego exiſtẽs in loco Argerij, de commiſſione & mãdato facto per Andream Coſtam, Nicolao Gaducio remanſit loco pignoris in dicto loco, apud quoſdam mercatores Africanos, occaſione mercium emptarũ, & captiuorum redemptorum per dictum Nicolaum vigore mandati dicti Andreæ Coſtæ, vſque in ſummã ſcutorum, N. auri, & propterea dictus Auguſtinus adhuc exiſtens detentus in loco Argerij, mediante eius procuratore egit contra curatorem bonorum, & hæreditatis iacentis d. olim Andreæ, & inſtando pro eius liberatione petiit dictos curatores, & ipſis mediantibus bona, & hæreditatem dicti Andreæ ſibi condemnari ad ipſum liberandum, & indemnem conſeruandum, tam pro dicta ſumma ſcutorum, N. auri, vt ſuprà, quàm reſpectu intereſſe decurſi, & decurrendi vſque ad effectualem ipſius liberationem, & relaxationem ad rationem ſcutorum, N. auri pro quolibet centenario ſingulo menſe vnà cùm intereſſe per ipſum Auguſtinum paſſo occaſione prædicta, in qua quidẽ cauſa Rota diſcuſſis vtriuſque partis iuribus pronuntiauit iuxta petita, his præcipuè mota rationibus.

¶ Nam nulli dubium, quòd inter mandantem, & mandatarium naſcitur actio directa, ſcilicet, & contraria,
1 vt declarat Bald. in rubr. ff. manda. † quæ actio mandati contraria datur mandatario contra mandantem iuxta text. in l. ſi mandato, & l. ſi verò non remunerandi. §. contrario, verſic. ſi mihi mandaueris. ff. mandati. Vnde cùm dictus Auguſtinus remanſerit loco pignoris in ciuitate Argerij ad vtilitatem dicti Andreæ Coſtæ, ex quo dictus Nicolaus ſub pignore dicti Auguſtini habuit pecunias, ſiue merces, quas emit, & captiuos redimit, vt per plures teſtes vltra duos hoc probatum fuit, & plenè iuxta textum in vulgata. l. vbi numerus. ff. de teſtib. meritò dictus Andreas dictum Auguſtinum indemnem conſeruare tenebatur, & hoc non ſolùm ex diſpoſitione iuris communis, ſed etiam virtute mãdati, & promiſſionis, de quibus in literis dicti Andreæ in iudicio exhibitis: Nã certi iuris eſt, quòd
2 quilibet mandans † tenetur mandatario omnes expẽſas per ipſum, & in mandantis vtilitatẽ factas ac damna, & intereſſe paſſa reficere, vt per Pariſ. in conſ. 90. num. 38. & 39. vol. 1. & traditur per Docto. in l. ſi verò non remunerandi. §. ſi mihi mandaueris, & in l. ſi quis alicui. §. impedire, & in l. qui mutuati. §. fin. ff. manda. & per Alexand. latiſſimè in conſil. 52. nume. 3. volu. 6. Vnde cùm dictus Auguſtinus huiuſmodi de cauſa prędicta omnia paſſus fuiſſet, vt infrà dicetur, meritò d. Andreas, ſeu eius hæreditas ad prædicta tenetur, ſicut etiam vigore mandati tenebatur, ex quo per literas ipſius Andreæ ſub die, N. in iudicio productas in ciuitate Argerij dicto Nicolao directas cõſtat, dictum Andream expreſſe mandaſſe dicto Nicolao, quòd ſi pro emendis mercibus, & redimẽdis quibuſdam captiuis indiguiſſet pecuniis, quòd caperet illas ſub intereſſe, & loco pignoris relinqueret Auguſtinum, quem indemnem conſeruaret, & hoc vſque in ſummam dictorum ſcutorum, N. quæ literæ fuerunt per plures teſtes recognitæ & approbatæ, ex quo dicunt ſe earum literaturam cognoſcere: quia eorum literaturam notam habent, & plenè probant ſecundum capitula Rotæ in §. ſi de aliquo debito, ſub rubrica de cauſis executiuis. ¶ Nec obſtat ſi diceretur non cõſtare de aliquo mandato immediatè facto per dictum Andream ipſi Auguſtino, ſed Nico. tantùm, & propterea videri actionem ſolùm intentandam fuiſſe contra Nicolaum, nõ
3 autem contra dictum Andream: † quia ad hoc reſpondetur, quod mandatum ſupraſcriptum, de quo in prædictis literis factum fuit per dictum Andream dicto Nicolao, vt Auguſtinum ibi pro pignore dimitteret, quo caſu factum dicti Nicolai dicitur factum dicti Andreæ mandantis. l. ſi conſentiente. ff. de manumiſſio. l. 1. ex pronuntia. ff. de manumiſſio. vendicta, & ex quo dictus Auguſtinus dictum mandatum acceptauit, & perfecit vt ex proceſſu conſtat, agere potuit contra dictum Andream mandantem, ſiue eius hæreditatem actione mandati contraria, quia ſtatim quòd ipſe Nicolaus mandatum acceptauit, effectus fuit procurator Andreæ, ſecundum Decium in conſilio 77. & mandatum Nicolai ſtatim extinctum fuit, ſecundum Decium, ibi, numero quarto. Nec ipſe Nicolaus in aliquo remanſit dicto Auguſtino obligatus, ſecundùm Baldum in l. ei qui ſeruo. C. quod cum eo, qui in alio poteſt, & per Boerium in deciſione
4 273. quòd autem † mandatum per literas probatur conſuluit Pariſ. conſilio 47. volumine primo, numero decimoquarto, & eſt text. in l. ſi procurator iuncta Gloſ. ff. de procuratoribus, & latiſſimè per Ripam in ſuo reſponſo 103. in fine, & Clementina prima de procurat. ¶ Ad intereſſe etiam per dictum Auguſtinum paſſum Rota dictum Andream, ſiue eius curatorem condemnauit, tum quia dictus Andreas per eius literas dictum Auguſtinum indemnem conſeruare promiſerat, tum quia etiam de iure ipſum indemnem conſeruare tenebatur, vt ſuprà demonſtratũ fuit, ex quo per tot menſes penès illos Affricanos loco pignoris detentus fuit. Vnde cùm dictus Auguſtinus probauerit ſeipſum negotiari ſolitum, vt ex depoſitionibus quàmplurium teſtium conſtat, ipſe Andreas tenetur non ſolùm ad intereſſe lucri ceſſantis, verum etiam damni emergentis, ſecundum Alexandrum in conſilio 52. volum. 6. & licèt promiſſio indemnitatis huiuſmodi contineatur in epiſtola, & litera tranſmiſſa

miſſa

5 miſſa dicto Nicolao, † tamen probat contra ſcribentem in fauorem etiam tertij, & ſic dicti Auguſtini, ſecundùm Crauettam in §. vidimus in 1. parte, num. 42. de antiquitate temporis, vt per Rotam in antiquis deciſio. 429 & per Boerium in conſil. 25. in quinta opinione, facit text. in l. miles ad ſororem ff. de legat. ſecundo, vbi habetur, quod non refert cui quis loquatur, cùm verba diſpoſitiua proferuntur, & cùm dictæ literæ ad manus dicti Auguſtini peruenerint, & eas acceptauerit, & illis vſus ſit, videtur facta confeſſio ipſo præſente ſecundum Crauettã vbi ſuprà, de intereſſe autem dicti Auguſtini eo ipſo conſtare & conſtitiſſe dicitur ex quo per plures teſtes probatum fuit ipſum eſſe negotiari ſolitum, ſecundum Ruyn. in conſi. 104. num. 8. vol. 4. & quia incidenter petitum fuit ſuper eo ſententia incerta ferri in eius per excommunicatione liquidanda, vt latè per omnes Doct. in l. vnica. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. & per Iaſ. in §. curare. inſtitu. de actio. Et ex his mota rationibus Rota pronuntiauit vt ſuprà. Laus Deo Opt. Max.

DECISIO CLXXIX.

Lis ſuper vnà re pendens non impedit ingreſſum alterius litis inter alias perſonas ſuper eadem re, vel dependentibus.

SVMMARIVM.

1 *Apocha probat contra ſcribentem.*
2 *Et etiam contra ſubſcribentem.*
3 *Quilibet adminiſtrator tenetur rationem reddere.*
4 *An in auditorio Principis currat inſtantia.*
5 *Sententia poteſt quandocunque ferri à Principe.*
6 *Ceſſio litis facta per partem, non debet operari plus quàm ſententia.*
7 *Actor renuntiare poteſt inuito reo quando iudicium eſt nullum.*
8 *Sententia ferri non poteſt contra ſententiam per eundem iudicem.*
9 *Lis non dicitur eadem quando ſententia in vna non faceret rem iudicatam in alia.*
10 *Tradens ſcripturam crediti ſoluit, ac ſi pecunias crediti ſoluiſſet.*
11 *Excipiens deducens cauſam vnam in tempore non poteſt exinde aliam allegare.*
12 *Appellationes ab interlocutorijs non iuſtificantur, niſi ex deductis ante.*
13 *Ratificatio conualidat acta.*
14 *An dominus poſſit habere ratam ſententiam latam ad inſtantiam falſi procuratoris.*
15 *Pluribus conſtitutis cum clauſula quod aliqui poſſint, an vno mortuo valeant exequi.*
16 *Iudex debet prouidere ex officio ne quis lucretur cum aliena iactura.*
17 *Quæ ſunt in actis, ſunt notoria.*
18 *Sciens, & non opponens, an ſibi præiudicet.*
19 *Approbans non poteſt exinde impugnare.*
20 *Vbi conſenſus non eſt neceſſarius, non eſt conſiderandum de nullitate præſtiti.*
21 *Expreſſa proteſtatio requiritur ad impediendũ, ne dominus poſſit ratificare.*

CONSTANTINVS Spinula, & Antonius Fliſcus vti creditores in domo contractationis Sibiliæ de ſumma Marabotenorum, N. tradiderunt apocham ſui crediti, quam vocant declaratoriam Ioan. Lercario, & Stephano Pinello acceptãtibus nomine, & vti procuratoribus Lucæ Spinulæ & ſociorum deputatorum pro exigendis, & reſtringendis debitoribus, & bonis ipſorum Nicolai, Antonij, & Auguſtini, qui iam decoxerant, quorum deputatorum ipſi Ioannes, & Stephanus fatentur eſſe procuratores, prout hæc omnia conſtant ex apocha
1 exhibita, † quam ſcriptam ſua manu fatetur, & recognouit ipſe Ioannes: Vnde contra eum fidem facere nemo eſt qui dubitet: per l. Publ. in fin. ff. depoſ. l. fin. ff. de fide inſtrumentorum. l. cùm de indebito de probat. latè Pariſ. conſil. 83. nume. 2. quòd etiam procedit
2 quando fuiſſet ſcripta per tertium, † & per partem ſubſcripta, Feli. in cap. ſcripta, nume. 6. 7. & 8. extra de fide inſtrumentorum: cùm igitur ipſe Lucas, & ſocij deputati agant cõtra Ioan. vt ſibi reddat rationem de exactis, virtute dictæ declarationis, Ioannes oppoſuit
3 multa, & quia ſcit quod quilibet adminiſtrator † tenetur rationem reddere. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen. qui text. licet loquatur in tutore, procedit etiam in quolibet adminiſtratore, vt dicit ibi Bartol. & ſequuntur paſſim Doct. Roma. conſil. 413. & 414. Socin. conſil. 73. vol. 1. Deci. conſil. 178. in princip. & conſil. 60. num. 7. Berous quæſt. familiari 15 & in negotiorum geſtore eſt text. in §. 1. inſtitut. de obligat. quę ex quaſi contractu, ipſe Ioannes ſe vergit ad duas exceptiones, quæ merita non tangunt. Altera fuit, Rotam non eſſe competentem, & altera Lazarum Cagnatium procuratorem conſtitutum à Luca, & ſociis deputatis non habuiſſe legitimam perſonam: placuit Rotæ pronuntiare ſe competentem, & dictum Lazarum habere perſonam legitimam abſque præiudicio meritorum. Vnde operepretium fuit nobis diſcutere ſuper vtraque exceptione. ¶ Vnde quo ad primam dicebat Ioannes, iudicium pendere in Hiſpaniis: fuerat enim Ioannes conuentus à præfato Conſtantino Spinula ſuo, & vti ceſſionario nomine Antonij Fliſci, & petiit ab ipſo Ioanne illam declaratoriam ſiue apocham reſtitui: in quo iudicio Ioannes fuerat condemnatus ad reſtituendum dictam apocham, ſeu declaratoriam, à qua ſententia Ioan prouocauerat, & ap-
4 pellatio erat introducta in auditorio principis, † in qua nunquam currit inſtantia, ſecundum mores illius curiæ, vt per multos teſtes probare nixus eſt, quod etiam de iure procedere videtur, ſecundum Bal. conſ. 217. colum. fin. lib. 3. relato à Maranta in quinta parte principali, in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, nu. 15. ¶ Ad hoc fuit data duplex reſponſio, quarum prima eſt, illam ſententiam non eſſe tutam per ea, quę in contrarium dicit Afflict. in deciſ. 283. vbi apertè dicit. l. properandum, procedere etiam in conſiſtorio Principis, & facta fuit reſponſio quòd opinio Bald. & probationes ſuper hoc factæ per Ioannem poſſunt procedere eo effectu, quod etiam poſt lapſam inſtan-
5 tiam, & ſemper ſententiam ferre poteſt, † & iuridice validè, & vtiliter à Principe, vt declarat Maranta loco adducto, ſed quod lis introducta in conſiſtorio Principis

cipis fiat adeo immortalis, ꝙ ſemper duret, & ꝙ aliud iudicium coram iudice ordinario non poſſit moueri, hoc non dicit Bald. nec aliquis, nec etiam teſtes examinati: ſequeretur enim maximum abſurdum, quod vbi appellans non curaret, prout non curat Ioannes facere cauſam expedire, quod lis eſſet immortalis, adeo quod ille, qui habet ſententiam ad eius fauorem impotens fortè ad proſequendum litem impediretur conſequi ſuum. Vnde melius fuiſſet nunquam iudiciũ mouiſſe, poſtquam ſententia, quam ad fauorem obtinuit, ſibi nullum affert beneficium, ideo illam appellationem non curauimus, quia appellatio curãda non eſt, quam appellans non proſequitur, vt dicit Decius. ¶ Secundo, actores exhibuerant acta ex Hiſpaniis tranſmiſſa, ex quibus apparet dictum Conſtantinum
6 liti ceſſiſſe, † & in illa curia fuit pronunciatum in illa non eſſe procedendum, & partes ille iudex remiſit, quæ ſententia, ſeu pronuntia, & litis ceſſio fuerunt factæ præſente procuratore Ioannis non contradicẽte, ſed etiam conſentiente. Vnde erit concludendum, quod non poteſt dici, litem illam pendere, cui renuntiatum fuit. ¶ Ad replicata à Ioanne quod procurator Conſtantini renuntiauit etiam cauſæ & liti, & aliud iudicium inchoari non poteſt, ergo hoc non valet, fatemur nos aliud iudicium non poſſe inchoari per Conſtantinum, ſed quod alter, prout iſti deputati qui prætendunt ius in illis marabotenis nõ poſſet agere, & illas petere, negamus, alias ſequeretur, quod fuiſſet in facultate Conſtantini facere conditionem alterius deteriorem, contra regulam l. non debet, de reg. iur. non poteſt enim plus operare renuntiatio Conſtantini quam operaretur ſententia, ſi lata eſſet contra eũ, & tranſiuiſſet in iudicatum, at exceptio rei iudicatæ nõ haberet locum iſto caſu tum ob diuerſitatem perſonarum, tum ob diuerſitatem rei petitæ, ac diuerſæ actionis, Conſtantinus enim petit apocham ſibi reſtitui vti traditam Ioanni ſine cauſa: Lucas verò & ſocij petunt reddi rationem de marabotenis vti à procuratore ſuo exactis, & ſic actione mandati iux. l. cùm contrarium cum ſeq. ff. de exceptio. rei iudic. ¶ Item Ioannes dicebat, quod fuit renuntiatum liti tantùm, & hoc non poterat fieri ipſo Ioãne reo inuito. l. poſt quam liti. C. de pactis, & ideo iure merito iudices illi Hiſpani reſtaurarunt inſtantiam & ſententiam, & pronunciauerunt fore procedẽdum non obſtante prima ordinatione, & deſiſtentia: propter quod lis adhuc pendet in Hiſpaniis, ad quod reſpondebatur, ꝙ cùm Conſtantinus iam declaratus fuiſſet ruptus, amiſerat bona & actiones & omnia effecta ſunt creditorum, & legitimam perſonam non habet ſtandi in iudicio ex diſpoſitione ſtatuti ſub Rub. de modo dandi magiſtratum ruptis in fine, ſed ius agendi competebat ipſis deputatis, vt deciditur per idem ſtatutum, propter quòd iudicium motum per Conſtantinum erat nullius momenti, cùm ei non competeret actio, l. ſi pupilli. § videamus. ff. de neg. geſt. & ex hoc ſequitur cõ-
7 cluſio, † quòd quando iudicium eſt nullum, actor poteſt renunciare liti etiam reo inuito. Alex. conſ. 112. vol. 5. vnde cùm Conſtantinus renuntiauerit liti, ceſſauit ſuum iudicium, ex cuius ceſſatione ceſſat etiam exceptio litis pendentis, propter quod iudicium hic intentatum vires ſumpſit, & agitatum fuit ius actoribus, & iuriſdictio ſeu illius exercitium quò ad hanc litem iudici Genuenſi quod ius non potuit ab eis auferre iudex ille Hiſpanus cum ſua reſtauratione cauſæ, & maximè iſtis non citatis, l. de vno quoque de re iud. item quia per iudicem inſtantia reſtaurari nec prorogari poteſt. l. properandum cum ibi traditis. C. de iudiciis, & huiuſmodi reſtauratio ſeu reintegratio fuit facta contra dictam primam ſententiam iudicis, at lis non ſolum renuntiatione Conſtantini, ſed etiam
8 pronuntia ipſius iudicis fuit finita: † vnde ſecũda ſententia ſeu pronuntia per quam dicit cauſam reintroductam fuiſſe, fuit ſententia contra primam ſententiam, ergo nulla l. prima. C. quando prouoca. non eſt neceſ. Item fuit nulla, quia lata per iudices eiuſdem tribunalis: iudex enim nõ poteſt ſuam ſententiam vel anteceſſoris ſui reſcindere, vel annullare l. prima. C. ſententiam reſcindi non poſſe, vnde curandum non fuit quod per illum iudicem Hiſpanum cauſa iterum 10
fuerit reintegrata, ſeu reaſſumpta, quia nulliter factũ fuit, cum licet prima renuntiatio litis: vnde ſequitur exceptionem litis pendentis non procedere. ¶ Præ-
9 terea habita fuit conſideratio † quod lis hic mota non eſt eadem, nec ſimilis cum lite mota in Hiſpaniis, ideo pendentia litis non habet locum ſecundum Bal. conſ. 187. vol. 1. Soc. conſ. 94. col. 3. verſic. poſtremo, vol. 3. Iaſ in d. l. nulli, colum. prima verſic. adde etiam, C. de iudiciis, & in hoc iudicio dato, prout etiam dictum fuit, quod lata fuiſſet ad fauorem Ioannis, ipſe Ioannes nun poſſet ſe defendere opponendo exceptionem rei iudic. quia eſſet iudicatum ad fauorem non ſolum Ioannis, ſed deputatorum, petebat enim Conſtantinus quod reſcinderetur contractus initus cum dicto Ioanne, & ꝙ Ioannes teneretur reſtituere illam appodiſiam, quã habuerat vti procurator illorũ 11
deputatorum, & ſi Ioannes abſolueretur, tunc cum appodiſia remaneret penes ſe nomine tamen Lucę, & ſociorum deputatorum, illis rationem reddere teneretur, & ſic hoc iudicium ſubſiſteret, & ſi Ioannes timet cõdemnari in Hiſpaniis, debet habere ratam renuntiationem illius litis factam ad ſui fauorẽ: & propterea in omnem caſum diuerſa ſunt hæc iudicia, namque hic Genuæ agunt Lucas & ſocij creditores ab aliis creditoribus deputati, & in Hiſpaniis Conſtantinus, & Antonius debitores, & ſic eſt diuerſitas perſonarum, hic petuntur maraboteni exacti à cõtractatione per ipſum Ioannem vti procuratorem, & ſic actione mandati ex cõtractu geſto, cum eo in Hiſpaniis agitur, vt reſcindatur contractus initus inter Ioãnem proprium, & Conſtantinum & Antoniũ. & quidem conditione indebiti: hic petuntur maraboteni, in Hiſpaniis appodiſia, & ex his cognoſcitur exceptionem rei iudicatæ non poſſe habere locum, cùm deficiant omnia tria requiſita copulatiuè, & ſatis ſuperq́ue ſufficeret ſi vnum tantum deficeret, l. cum cõtrahatur cum tribus ſeq. de except. rei iud. ¶ Sublato hoc fundamento Ioannes dicebat iterum, Rotam eſſe incompetentem, ea ratione, quia Sereniſſima Dominatio dederat magiſtratum in omnibus cauſis prędictorum Conſtantini, & Antonij ruptorum, & ſuper emergentibus annexis, & dependẽtibus, & cum clauſula priuatiua iuriſdictionis, quòd nullus alius magiſtratus poſſet ſe intromittere: vnde negari non poſſe dicebat ipſe, quod hæc lis non ſit ſaltem de dependentibus à falimento, ſeu decoctione præfatorum Cõnſtantini, & ſociorum: ad quòd data fuerunt plura reſponſa, vnum eſt quod licèt deputati petierint ſibi dari magiſtratum ſuper negotiis illis, & ſuper emergentibus annexis, & dependentibus, tamen Sereniſſima Dominatio non dedit, prout petitum fuit, ſed preces reſtrinxit, & magiſtratum petitum conſtituit inter partes, & quamlibet earum reſpectiuè, tam coniunctim, quam diuiſim in eodem inſtrumento nomina-

nec vocato, vel exiſtente, quia dignoſcitur, quòd mẽs
conſtituentium fuit quod tres poſſint & faciant, ideo
diſputaudum non eſt quibus verbis vſi ſint, quia in
propoſito dixit Gemioi. in cap. ſi duo, ſub numero 6.
verſicul quarto, an procedat quod quando dãtur duo
procuratores & non apponitur verbum inſolidum,
ſed ſimile, quod habebit locum diſpoſitio illius capi-
tuli, & non eſt differentia ſiue ponatur hæc dictio in-
ſolidum, ſiue alia æquipollens, allegat cap. cùm plu-
res de offic. delegat. libro ſexto: ex quo cognoſcitur,
quod ſi eſſent conſtituti duo procuratores cum clau-
ſula quod vnus poſſit, vnus poſſet facere ac ſi fuiſſent
conſtituti cum verbo inſolidum, pari ratione dicen-
dum eſt quod iſti tres potuerunt, cum ſiot conſtituti
quatuor cum clauſula quod tres poſſint: vnde fuit le-
gitimus procurator Cagnatius. ¶ Et ſublatis illis
exceptionibus Rota condemnauit Ioannem ad red-
dendam rationem petitam, à qua poſſit ſe eximere
reſtituendo apocham ſeu declaratoriam, & ne poſſit
timere in fucurum damnum pati ob litem in Hiſpa-
niis motam per Conſtantinum, dictum fuit in ſen-
tentia, præſtita prius fideiuſſione per actores de ſer-
uando indemnem Ioanoem à dicta lite: vnde cum
indemnitati Ioannis ſit prouiſum, nulla poreſt eſſe
iuſtior ſententia, quia non eſt ferendum quod admi-
niſtrator non reddat rationem de his, quæ ad manus
ſuas peruenerunt, ne cum aliena iactura lucretur,
16 † oam lucrari cum aliena iactura, eſt magis contra
naturam, quàm ſit ipſa mors, ſecundum Ciceronem
relatum a Neuizano conſilio 22. numero 48. & etiam
conſilio 96. dixit quòd iudex ex officio debet proui-
dere ne hoc eueniat, propter quòd noo fuit per nos
admiſſa illa exceptio, qua vtebatur ipſe Ioannes io
tempore meliorationis, dum dicebat noſtram ſenten-
tiam latam fuiſſe extra inſtantiam, ex quo commiſſo
calculo relatum fuit inſtantiam durare, computatis
prorogationibus factis de voluntate Stephani de Ho-
neto, qui defuncto Cagnatio fuerat etiam conſtitu
tus procurator ad hanc litem proſequendam à tribus
duntaxat ex quatuor deputatis, & quamuis diceret
Ioannes, Honetum non habuiſſe legitimum manda-
tum, & ideo conſenſum præbere non potuiſſe, vt fie-
rent protogationes inſtantiæ licet ſufficerent ſupra-
dicta ad defenſionem mandati facti in perſonam La-
zari Cagnatij, nihilominus Rota aduertit quod Ste-
phanus non adiuit Sereniſſimam Dominationem pro
obtinendo prorogationem vti procurator ageotium,
propter quod aliquem deceperit, falsè aſſerendo ſe
procuratorem, cum non eſſet, ſed Sereniſſima Do-
minatio prorogauit tempus inſtantiæ de voluotate
Stephani de Honeto nominibus de quibus in actis
ex vna, & Ioannis Lercarij ex altera, quæ voluntas
fuit vera, & nullus vnquam contradixit, imo expreſ-
sè approbauerunt omnes quatuor deputati geſta per
Honetum tam in iudicio, quàm extra, propter quod
non habet Ioannes vnde conqueri valeat, imo ani-
maduertit Rota quòd Stephanus in ſua prima com-
paritione produxit inſtrumentum ſuç procuræ, quam
habebat à tribus duntaxat deputatis ex quatuor, &
poſtea ipſe Stephanus dicto nomine procuratorio fe-
cit multa acta, & præcepta contra ipſum Ioannem
fieri obtinuit, eidemque tranſmiſſa fuerunt ad ſui in-
ſtantiam, & nunquam Ioannes oppoſuit contra per-
ſonam Honeti, nec contra mandatum procuraro-
rium, licet contra contenta in ſuis ſcripturis factis
ſæpius oppoſuerit, & hæc actitata fuerunt per annos
duos antequam Ioannes ſcripturam aliquam produ-
xerit, ex qua proteſtatus ſit nõn approbare perſo-
nam ipſius Stephaoi vti procuratoris, nam ſolum
produxit ſcripturam, in qua dixit & poſuit clauſulam
abſque approbatione ſuæ perſonæ, & ſic tantum fuit
appoſita hæc clauſula, & cum per multa acta (vt di-
ctum eſt) actitata per duos annos continuos appro-
bauerit Stephanum Honetum, oon licuit ipſi Ioan-
ni eum poſtea reprobare, vt dicit Iaſ. poſt alios in l.
licet in tertia limitatione. C. de procura. propter quæ
dictum eſt Ioanoem conſenſiſſe io Stephanum Ho-
netum vti in legitimum procuratorem, quia ſicut ho-
die opponit, ita etiam potuit opponere ab initio; &
oppoſuiſſet ſi noluiſſet conſentire. quia prima die
qua Stephanus exibuit in actis mandatum, qualitas
17 illius mandati fuit ipſi Ioanoi nota, † cùm ea quç ſunt
in actis dicantur notoria. l. geſta. C. de re iudic. l. is
apud quem. C. de edendo, & ibi tradunt Doctor. cap.
cum olim de verbo ſignific. Alexand. & Imol. in l. ita
ſtipulatus, de verbo. obligat. imputet igitur Ioannes
ſibi, ſi ab initio non oppoſuit, quia ſibi ſua culpa præ-
iudicium hoc intulit, prout ſenſit gloſſ. & Bartol. qui
clarius loquitur in l. licet, in ſecunda lectura, colum.
ſecunda & verſiculo aduerten. tameo C. de procurat.
18 Bald. ibi ſub numero quarto: aut enim quis ſcit, † &
ſibi præiudicium intulit non opponendo contra per-
ſonas, & verbis expreſſis, non auditur poſtea volens
opponere ex diſpoſitione regularum, & ideo non eſt
attendendum, quod Ioannes io ſuis ſcripturis dixerie
aſſertis oominibus, quia illa non ſunt verba expreſſa,
quæ tendant ad opponendum cõtra legitimationem
perſonæ Stephani procuratoris, ſed potius tendunt
aduerſus perſonas conſtituentium. Item illud ver-
bum aſſertis, nõ deootat expreſſam impugnationem,
ſed duntaxat denotat ita dicentem non approbare,
vel non aſſerere, vel confirmare Dec. conſ. 20a col. 3.
verſicul. concurrit etiam, ſed nedum tacendo, ſed
quaſi expreſſè Ioannes videtur approbaſſe in procu-
ratorem agentium ipſum Stephanum, & illius coo-
ſenſum in iſtis probationibus præcipuè. Nam Ioan-
nes cum ipſo Srephano ſæpius adierũt Sereniſſimam
Dominationem ad obtinendum prorogationes, de
quibus nunc controuertitur, nec non ſimul verba de-
derunt ad effectum prorogandi ioſtantiam, propter
quod videtur quod hodie non poſſit poſt calculum
relatum & poſt ipſam ſententiam Ioannes improba-
19 re, † quod toties & quampluribus vicibus approba-
uit ad deſtruendum ſententiam, quia ſecundum mul-
tos non poteſt opponi quem noo eſſe legitimum
procuratorem, vt impediat ſententiæ prolationem,
ſecundum Iacob. à Sancto Georgio iud. l. licet, num.
quinto. Alexand. ibi oumero octauo, & Iaſ. in primis
verbis. C. de procurat. maximè cùm Stephanus nõ ſo-
lum à Ioanne ſed ſæpius à Rota & ſic à iudice vti
procurator fuerit admiſſus, prout pooderat Iaſ. in d. l.
licet colum. 2. verſicul. tertio fallit, C. de procurator.
item animaduertit Rota, quòd inſtantia nec per par-
tes ipſas, nec expreſſa earum voluntate per iudicem
prorogari poteſt, hoc probibente ſtatuto, propter
20 quòd voluntas † vel conſenſus partium non eſt in hoc
habeoda in conſideratione ſiue legitimè ſiue non
fuerit adhibitus, ex quo id totum ſcilicet protogatio
inſtaotiæ pendet à mera facultate principis argumen-
to, l. vnicæ. §. 1. verſ. ſicut enim. C. de rei vxor. actio.
& ſæpe videmus Sereniſſimam Dominationem pro-
rogaſſe inſtantiam etiam vna partium contradicente,
& inuita: ergo conſenſus non eſt habendus in conſi-
deratione, & hæc obiecta omnia tolluntur ex eo,

quod creditores confirmauerunt illam electionem, vt ſuprà dictum eſt, ſeu ſurrogationem, prout in decreto requirebatur, in quo decreto non eſt appoſitum tempus, intra quòd talis conſenſus eſſet præſtandus, ideo quandocunque potuit præſtari & omnes quatuor deputati ratificarunt geſta per Stephanum de Honeto tam in iudicio quam extra. & licuit eis ratificare ſaltem ante ſententiam vt ſuprà concluſum eſt. ¶ Nec obſtat ratio quæ in contrarium allegabatur per Ioannem, quod poſtquam ius ſibi acquiſitum fuit, in ſui præiudicium non valet huiuſmodi ratificatio: quia non vidimus aliquod ius fuiſſe quæſitum ipſi Ioanni contra geſta per ipſum Stephanum vti procuratorem deputatorum quod impedire valeat ne fieret ratificatio, nam ipſe Ioannes non allegauit dictum Stephanum falſum procuratorem quoquomodo: ideo non ſumus in Doctor. Iaſ. in dict. l. licet, colum. 3. verſicul. primo niſi quæ tamen allegatio debebat fieri ſeu opponi claris verbis, aliàs non eſt attendenda, vt etiam ſuprà dictum fuit ex diſpoſitione regularum, imo Ioannes litigauit per duos annos cum ipſo Stephano abſque eo quòd proteſtatus fuerit ſe non approbare perſonam dicti Stephani, vt etiam ſupradictum fuit, vnde nihil operatur illa exceptio Ioannis dum in calculo ferendæ ſententiæ ad impediendum ne ferretur dixit lapſam eſſe inſtãtiam, tum quia huiuſmodi exceptio non concludit Stephanum non eſſe legitimum procuratorem, nec ipſe quicquam habet, quia etiam data validitate procuræ, & omnium actitatorum per Stephanum & etiam ſuſpenſionum potuit labi inſtantia, ideo hæc exceptio lapſa eſt, inſtantia non poteſt intelligi maximè de neceſſitate quod Stephanus nõ habeat legitimum mandatum. Nec hæc exceptio, quod lapſa eſt inſtantia, afficit dominos & principales Stephani, quin poſſint geſta per Stephanum etiam quod eſſet falſus procu-
11 rator ratificare, † quia ad impediendum dominum ne ratificet geſta per falſum procuratorem ſuo nomine requiritur expreſſa proteſtatio: vnde Ioannes expreſsè, & ab initio, & in primo actu antequam approbaret eum in procuratorem debebat proteſtari quod non intendebat litigare cum dicto Stephano, niſi ſi & in quantum haberet legitimum, & ſufficiens mandatum: iſto enim caſu deputati non potuiſſent rata habere geſta & actitata per Stephanum, vt docet Cepola cautela 15. licèt regulariter, quam ſequitur Iaſ. licèt illam falſo numero alleget in dict. l. licèt, propè finem, in vndecima limitatione. C. de procurat. alleg. etiam Rom. qui etiam hoc dicit ſingulari 686. in tertia fal. & omnes ſe fundant in doct. Bartol. in l. inter quos, §. alieno. ff. de damno infect. vbi dicit etiam Paulus de Caſtrenſ. & Felyn. in capit. cauſam *il primo*, fall. 10. extra de iudic. cùm igitur Ioannes non fuerit proteſtatus, quinimo nec oppoſuerit contra perſonam Stephani, & cum eo litigauerit per multum tempus, & multa acta fuerint facta nedum potuit ſequi ratihabitio, ſed etiam ſuperflua fuit, quia actitata per eum ſunt valida, cùm ab initio ſit contra perſonam opponendum, vt docet Bartol. in dict. l. inter quos. §. alieno ff. de damno infecto, & multò magis actitata per Stephanum procuratorio nomine valuerunt, cùm nunquam contra eum nec contra mandatum fuerit oppoſitum ante ſententiam, ſed poſt tantùm, ergo actitata tam ex iſta cauſa quam virtute ratihabitionis valuerunt, & ſententia valuit, ideo in ordinatis perſtitimus. Laus Deo Optimo Maximo.

DECISIO CLXXX.

Verba exhortatiua ſeu deprecatiua poſita in mandato, non inducunt formam præciſam.

SVMMARIVM.

1 *Literæ probant contra ſcribentem.*
2 *Acceptans litteras dicitur acceptaſſe mãdatum in eis.*
3 *Non ſolùm mandatum, ſed forma, & qualitates ſeruandæ ſunt.*
4 *Sequentia declarant præcedentia & è contra.*
5 *Mandatarius nõ tenetur plus facere, quam in re ſua fecit.*
6 *Littera poteſt exhiberi, & acceptari in parte.*

IN cauſa Barnabæ Centurioni cum Luca de Nigrono dictus Barnabas ſe eſſe creditorem dicti Lucæ de vnciis, N. monetæ Siciliæ prætẽdebat, quia totidem eidem per literas cambij remiſerat, & promiſſionem dictus Lucas ab eo qui ſoluere debebat receperat, vt per litteras Lucę
1 conſtat, † quæ plene contra ipſum probant, vt in l. publia. ff. depoſit. gloſſ. in l. non epiſtolis. C. de probatio. Specul. in titul. de probat. §. ſecundo, ver. illud quoque & in titul. de inſtrum. edit. §. 7. verſicul. illud quoque, ob quam promiſſionem fuit ac ſi habuiſſet ſolutionem ex diſpoſitione ſtatuti in cauſa producti: Lucas verò reus conuentus reconueniendo dictum actorem, ſe eſſe creditorem de pluribus partitis occaſione rerum mercium ac frumentorum eidem Barnabæ iuxta eius ordinem tranſmiſſorum prætẽdebat, quæ omnes partitæ faciebant ſummam vnciatum, N. & ad verificandum dictas partitas produxit plures litteras ipſius Barnabæ eidem ſcriptas, in quibus apparet, quod dictus Barnabas habuit dictas res & merces ſeu maiorem partem, quæ literæ vt diximus pariter probant contra ipſum ſcribentem, dict. l. publia. com. ſcribentes in l. admonendi. ff. de iure iuran. Pariſ. conſil. 47. libro primo, & conſil. 19. libr. ſecundo, numer. 115. etiam quod à dicto actore ſolum ſubſcriptæ eſſent, quia perinde eſt ac ſi ab ipſo ſcriptæ fuiſſent, l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. vbi Bartol. Hypp. in rub. de prob. ſolùm igitur fuit difficultas quia in dictis litteris, vt ſuprà ſcriptis per Barnabam licet dicto Lucæ ordinem, & commiſſionem dederit, vt eius pecunias in frumentis implicaret, tamen mandatum ſeu cõmiſſio fuit limitata, & reſtricta, vt in caſu onerationis frumenti ei notitiam dare deberet, quia volebat omni modo ſe aſſecurari facere, aut ibi aut hic
2 Genuæ, quas litteras cum Lucas acceptauerit † mandatum dicitur acceptaſſe, arg. l. ſi filius. ff. ad S. C. Maced. clemen. 1. de procurat. l. qui in aliena, & ibi Bartol. de acquir. hæred. Bald. in l. ſi litteras, C. mand. Bartol. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. eod. quòd mandatum diligenter cuſtodiendum ac ſeruandum erat, l. diligenter, ff. mandat. mandatarius enim non
3 ſolum tenetur ſeruare mandatum, † & commiſſionem,

ſed

ſed eius formam, & qualitates contentas in mandato
etiam quòd in modico conſiſterent. Pariſ. conſil. 47.
numero 38. & 41. lib. 1. vnde non videtur Lucas man-
datum adimpleuiſſe per ſimplicem onerationem niſi
etiam oſtendat de dicta notitia data, vel ſaltem ſe aſ-
ſecurari feciſſe, prout erat in mandato: duo enim ſibi
fuerunt demandata vt pecunias in frumentis implica-
ret, & quòd in caſu onerationis ei daret notitiam, vt
ſe aſſecurari facere poſſet, iuxt. not. per Angel. & Lu-
cam de Penna, in l. 4. C. de naui. ¶ His tamen non ob-
ſtantibus, per omnes contrarium declaratum fuit,
quando mandatum datum dicto Lucæ, vt emeret fru-
menta fuit liberum, & poſitum in libera voluntate
eius, vt colligitur ex multis verbis poſitis in ſuis litte-
ris, ibi, *come fareſte, ò farete per voi proprio*, & ibi, *remet-
tendomi d'ogni coſa, à quel che hauerete fatto, ò fareſte*,
& multa alia, quæ important liberam voluntatem
dummodo dolus abſit per not. per Alexand. in l. ſi ſit
de leg. 1. & cum aliis adductis per Mat. de Afflic. de-
ciſ. 91. numer. 5. & illa verba, *me ſarà caro eſſer auuiſato*,
non obligant dictum Lucam, nec per ea fuit inductũ
mandatum, ſed potius fuerunt verba exhortatiua, &
præcatiua, quæ non obligant, nec inducunt formam
præciſam, imò in omnibus ſe remiſit dicto Lucæ, vt
colligitur poſtea ex verbis ſequentibus, & etiam ex
4 præcedentibus, † & ſequentia declarant præceden-
tia, & è contra, l. ſi ſeruus plurium, §. fin. & l. qui filia-
bus. ff. de leg. 1. & illa verba, *che voglio eſſere aſſecurato
coſti, ò qui*, non obligant Lucam, nec per illa fuit da-
tum mandatum de aſſecurari faciendo: illa enim ver-
ba, *dandoui coſi queſta come ogni altra balia*, non referun-
tur ad baliam de aſſecurando, ſed ad baliam impli-
candi pecunias in quolibet genere negotij tam naui-
gationis quam alterius, ac etiam reuendẽdi poſt one-
rationem factam, vt facilè agnoſcitur rectè legendo
dictas litteras, ſed dato quòd importarent baliam aſ-
ſecurandi, tamen ipſum non obligant, licèt fortè fa-
cere potuiſſet, cum totum negotium erat in eius libe-
ra voluntate, & arbitrio, & facere poſſet prout de ſuis
propriis: vnde cum conſtet quod dicta frumenta
onerauit in naui, in qua & ipſe Lucas multa eius fru-
menta onerauit abſque eo quod aliter ſe aſſecurari
fecerit, meritò non ſolum non fuit in dolo, ſed nec
etiam in aliqua culpa, l. creditor. §. Lucius. ff. mandar.
quod ſolum vigore dicti mandati tenetur facere il-
5 lud, † quod in re ſua faciet etiamſi minus diligenter
feciſſet, vt adnot. Bartol. in l. 1. ff. de ſolut. Iaſ. in l. 3. in
princ. numer. 6. ff. de ope. no. nunci. Deciſ. in cap. pru-
dentiam colum. penult. extra de off. deleg. vnde non
eſt quid ei poſſit imputari, nec tenetur de caſu poſtea
ſecuto, & maximè ex vltima litera producta apparet
quod Bernabas habuit notitiam de dicta oneratione,
quæ notitia fortè prius dari non potuit. ¶ Non ob-
ſtat quòd in dictis literis Bernabas dicat quòd ei de-
derat ordinem, & commiſſionem de aſſecurando,
6 quia hoc repugnat prioribus literis † & dicta littera
fuit ſolum producta in partibus pro dicto Luca, ſci-
licet in ea parte, in qua apparet quòd dictus Bernabas
habuit notitiam, & ſic ſolum in ea parte dictam lite-
ram acceptauit iuxt. not. per Bartol. in l. publia. §. fin.
in fin. ff. depoſit. & in l. Aurelius. §. idem quæſiui de
lib. legat. Alexand. conſil. 136. numero 23. lib. 2. Paul.
Caſtrenſ. conſilio 342. in fin. libr. 2. Socin. conſilio
36. colum. fin. num. 23. libr. 4. domini de Rota deciſ.
282. in not. Ruyn. conſilio 76. numero 3. & 4. libr. 4.
Meritò condemnauimus dictum Bernabam ad ſol-
uendum dicto Lucæ ſolum vncias de quibus in ſen-
tentia, quia dictus Lucas de partitis per ipſum peti-
tis duas ex eis minimè probauit, & ita per omnes
ſententiatum fuit.

DECISIO CLXXXI.

Apocha priuata probat.

SVMMARIVM.

1 *Probationes litteraturæ dicuntur ſemiplenæ, quia ſimilitudo poteſt decipere.*
2 *Priuata ſcriptura quando non probet.*
3 *Ex literis reſultat plena probatio.*
4 *Diſponens vnum comprehendit aliud ex identitate rationis.*
5 *Appodiſiæ vocabulo comprehenduntur litteræ.*
6 *Obſeruantiæ, & conſuetudini ſtandum eſt.*

VIDEBATVR quòd Frãciſcus de Au-
ria petens ſibi cedi per curatores filio-
rum Philippi Saluagi tertiam partem
redditus marabotenorũ, N. iuris em-
pti cum pacto redimendi à Regia, &
catholica Maieſtate non haberet obtinere, quia ad
probandum dictos reditus ad ſe ſpectare produxerat
appodiſiam ipſius Saluagi, qua confitebatur ipſum
redditum ad eum pertinere, & quòd de eo pro eius
voluntate diſpoſuiſſet, cui tamen appodiſiæ nulla vi-
debatur adhibenda fides, l. inſtrumenta domeſtica. C.
de fid. inſtr. ca. 2. extra de probat. ibi non videtur ali-
cuius firmitatis robur obtinere, nec ipſum Auriam
iuuare videbatur, quod probaretur, eam fuiſſe ſcri-
ptam, & ſubſcriptam manu, & de litteratura dicti Sal-
uagi, quia etiã quòd teſtes depoſuiſſent eam ſic ſcribi
1 vidiſſe, † nihilominus ſemiplena tantum ex hoc habi-
ta fuiſſet probatio, vt concludunt communiter Doc.
poſt Bartol. in l. admonendi. ff. de iure iur. quia ſimi-
litudo litterarum facilè potuiſſet teſtes decipere, ſed
plus eſt quòd teſtes in caſu iſto duntaxat depoſuere,
fuiſſe dictam apocham ſcriptam manu, & de littera-
tura dicti Saluagi, quia eius manum notam habent, &
ſæpe viderunt eum ſcribere, vnde multò magis mili-
tat obiectio, vt concludunt Curt. ſen. & Repet. om-
nes in dict. l. admonendi, & Socin. conſilio 274. vol.
2. & Afflict. deciſ. 181. in quodam numero 9. ¶ Qui-
bus tamen minimè refragantibus, in contrariam ſen-
tentiam venit Rota, quòd per ipſam apocham reco-
gnitam per teſtes, qui ſic, vt ſuprà depoſuerunt, cen-
ſeretur probatum tertiam partem dicti reditus ad ip-
ſum Auriam ſpectare, per diſpoſitionem regularum
ſub. tit. de cau. execut. cap. & ſi de aliquo debito con-
ſtiterit, &c. quibus cauetur appodiſiam alicuius ſcri-
ptam, vel ſubſcriptam habere executionem paratam
ante lapſum decem annorum, & quòd poſſit fieri re-
cognitio eiuſdem appodiſiæ per teſtes, qui deponãt,
quod notam habent manum, & litteraturam, & quòd
ideo eorum iudicio fuit ſcripta, vel ſubſcripta per
eum, contra quam eſt producta, quæ diſpoſitio tan-
quam ius commune venit, & eſt in hac ciuitate ſer-
uanda, l. omnes populi. vbi Bart. & alij de iuſt. & iur.
Curt. Iun. conſil. 39. habita diligenti, numero primo,
cui viſum eſt non repugnare, quod nec etiam Prin-

2 ceps videtur poſſe ſtatuere, † quod priuata ſcriptura
plenè probet, cap. primo. in ver. non poſſumus de fide
inſtrum. quia Panormit. & cæteri Cano. ibi dicunt,
iſtud procedere quando ſine cauſa fieret, ſed cum hic
pluſquam vrgens, & neceſſaria cauſa interuenerit, ob
infinitum numerum mercatorum, qui inter ſe per ap-
podiſias ſolùm contrahunt, dicitur ceſſaſſe penitus
difficultas, viſumque pariter fuit Rotæ eam fore am-
plectendam ſententiam, quòd Coſmas de Marinis
cuius nomine ſimiliter aſſeuerarum extitit, alias duas
partes dicti reditus marabotenorum ad eum ſpecta-
re, ſummum ius foueret, pro quo probatum extitit à
dicto Saluagio per eius litteras eidem Coſmæ ſcri-
ptas, redditum ipſum fuiſſe emptum, & ad dictum
Coſmam pertinere, ex quibus literis habentibus om-
3 nia requiſita, † habita dicitur plena probatio contra
filios dicti Saluagi, vt probat text. in l. publia. §. fin. ff.
depo. & in l. ſi aliquid per Epiſtolam, & l. nec ambigi,
C. de donat. not. Bald. conſil. 190. Sempronius Man-
fredi in 2. vol. tradunt Repe. in dict. l. admonendi, qui-
bus dictum eſt non obſtare, quod non videretur pro-
batum dictas literas eſſe ſcriptas manu, & de littera-
tura dicti Saluagi per teſtes, qui depoſuerunt prout
ſuprà de appodiſia dictum eſt, quia Regulæ Rotæ in
loco præallegato loquuntur tantùm de appodiſiis, &
nō Epiſtolis, & ideo cùm caſus exorbitet à iure com-
muni, non debet cenſeri, vt ad alium ſimilem caſum
extendatur, l. ius ſingulare, & l. quod verò contra. ff.
de legat. nam ex identitate rationia, diſpoſitio ipſa-
4 rum regularum † comprehendit etiam recognitio-
nem literarum eo modo faciendam quo ſancitum eſt
poſſe fieri de apochis, quia ſi de hoc fuiſſent diſpo-
nentes interrogati, idem nempe dixiſſent, vt eſt gloſſ.
communiter approbata, & ibi Iaſ. numero 16. in tale
pactum. §. fin. ff. de pact. quam ſingularem aſſerit So-
cin. conſilio primo, præſentis conſultationis, numero
127. volum. 1. quòd eo magis videtur procedere, cùm
5 latè ſumpto appodiſiæ vocabulo, † videantur etiam
venire litteræ, vt eſt gloſſ. & ibi Doctor. not. in auth.
vbi qui oblig. ſe hab. per hi. in princip. in ver. ad cu-
ratorem, declarat Socin. Iun. conſilio 30. inſpectis his
numero 32. volum. 1. quod plurimum confirmatur ex
eo quod ſemper hic obſeruatum extitit, quæ obſer-
uantia communis, & conſuetudo dicitur optima le-
gum, & ſtatutorum interpres, l. ſi de interpretatione,
ff. de leg. cap. cum dilecti, vbi Card. Abbas, & alij ex-
tra de conſuetudine, not. Angel. conſ. 99. viſo themate,
colum. 3. numero 5. & dicit But. in dict. capit. cum
6 dilecto ſtandum eſſe † conſuetudini, etiam quòd op-
porteret verba impropriare, & Bald in cap. 1. in prin.
de feud. ſine culp. non amit. quòd vera interpretatio
à practica, & communi obſeruantia ſumitur, ſequitur
Decii. conſilio 11. & pro tenui colum. octaua, num.
12. at omnem vtique iudicatum eſt ceſſaſſe difficulta-
tem ex regulis ipſis iuuet, dum in §. ibi, & facta oppo-
ſitione loquuntur de appodiſiis, & aliis ſcripturis pri-
uatis quibuſcunque, & volunt expreſsè, quòd reco-
gnoſcantur, & probentur prout ſuprà de appodiſiis
ſtatuerant, & vt etiam æqualitas in iudiciis ſeruetur,
prout ſeruanda eſt, l. fin. C. de fruct. & lit. expen. Cur.
Iunius conſilio 60. circa primam, numero decimo-
quinto, ver. nec obſtat, his itaque ſic ſtantibus Rota
ad fauorem Auriæ, & Marini pronuntiauit, ip-
ſis ſcilicet fore cedendum in debita, ac
valida iuris forma reditum dicto-
rum marabotenorum.

Laus Deo.

DECISIO CLXXXII.

Liber ſeu cartularium nauis probat contra pa-
tronum.

SVMMARIVM.

1 *Patronus in mari tenetur pro expenditis pro vſu nauis.*
2 *Teſtis habens adminicula non eſt ſingularis.*
3 *Teſtis deponens, de facto proprio probat.*
4 *Vnicus teſtis habens adminicula probat.*
5 *Affinitas quæ teſtem repellit non eſt tranſuerſalis.*

IOANNES Spinula quōdam
Ludouici egit coram Rota
contra Vincentium de Ber-
nardis, & ab eo petiit pretiū
minarum, N. frumentorum,
cùm illas habuerit dictus
Vincentius à dicto Spinula
in maiori ſumma, & quod vt
patronus in mari dictus Vincētius de eis ſe præualue-
rit in dando carenam naui, vt latius in proceſſu, Rota
iudicauit in fauorem agentis apparet enim dictum
Vincentium dicta frumenta habuiſſe, & pro vſu nauia
1 in dando carena expendiſſe, † quo caſu vt magiſter
nauis tenetur, l. fin. ff. de exercito. l. 1. §. eſt autem no-
bis. ff. eod. & qui in cibariis credidit nautarum priui-
legiatam habet actionem, l. interdum. ff. qui pot. in
pig. habea. Quod autem dictus Vincentius habuerit
dicta frumenta petita, conſtat primò per partitas ex-
hibitas per dictum actorem de cartulario dictę nauis,
quæ partitæ fuerunt recognitæ per teſtes actoris exa-
minatos ſuper titulis tertio loco exhibitis, apparet
etiam de dictis frumentis datum fuiſſe creditum di-
cto Vincentio in dictis partitia, & probatur per te-
ſtes actoris ſuper tertio titulo primorum titulorum
ſcilicet per primum, & decimū teſtem, conſtat etiam
creditum dicti agētis ex libro exhibito per actorem,
qui liber nauis recognitua fuit per Matthæum Por-
tam ſcribam dictę nauis, & per teſtes ſuper titulis ter-
tio loco exhibitis, apparet etiam dictum Vincentium
fuiſſe tunc temporis patronum in mari in dicta naui
ex pluribus, & primo per inſtrumentum exhibitum,
actum anno, &c. vbi dictus Vincentius nominatur
patronus in mari dictæ nauis. Itē per extractum Ma-
gnificorum Patrum communis anni, &c. vbi dictus
Vincētius apparet deſcriptus patronus in mari. Item
per extractum gabellæ vini anni, N. Item ex partitis
annotatis in liberculo de expenſis factis in dando ca-
renam dictæ naui, quæ fuerunt recognitæ per teſtes
ſuper primo, & ſecundo titulo primorum titulorum.
Item per apocham ſubſcriptam per dictum Mat-
thæū de Porta ſcribam dictæ nauis anno, N. apparet
etiam quod dictus Vincentius vt patronus dedit ca-
renam dictæ naui in Portufino, probant hoc teſtes
ſuper quarto titulo titulorum primo loco factorum,
ſcilicet primus, & decimus teſtia, hoc etiam
probant primus, ſecundus, tertius, quartus, &
ſextus teſtis ſuper primo, & ſecundo titulo in ti-
tulis ſecundo loco datis, qui omnes deponunt de
conſignatione facta dicto Vincentio patrono in mari
de

de pluribus rebus pro carena dictæ nauis, ex quibus
ſuccedit illa doctorum clara concluſio, quod ſi
actor eſt in probatis debet obtinere per text. in l.
quinquaginta, ff. de probati. Doct. io l. qui accuſare,
C. de edendo, l. qui ſententiam, C. de pœnis, cap. cum
Ioannes extra de fide inſtrum. Alexand. conſil. 189.
numer. 1. lib. 2. ¶ Nec obſtat quod dictus Matthæus
2 de Porta ſit ſingularis, † quia negatur eſſe ſingularem
teſtem, cùm habeat tot adminicula, quo caſu teſtis
etiam quod eſſet ſingularis probat † cùm deponat
3 de facto proprio, Paul. & Salic. in l. ſi quis decurio,
& in l. quicunque, C. de ſerui. fugiti. Alexand. conſil.
197. lib. 7. Crauetta conſil. 2. lib. 1. & licèt aliqui di-
xerint contrarium, tamen cùm dictus teſtis habet
4 † alia adminicula, probat, vt concludit Iaſ. in repeti.
l. admonendi, ff. de iureiuran. nec obſtat etiam, quod
dictus Matthæus dicat ſe propinquum dicti actoris,
& ſic non ei credendum, quia dicitur, quod ad hoc,
5 vt affinitas reprobet teſtem, † requiritur quod ſit in
gradu aſcendentis, vel deſcendentis, & non ex tranſ-
uerſali, Iaſo. in repeti. dict. l. admonendi, num. 180.
vt refert, & ſequitur Aymo. conſil. 2. num. 9. ver. non
obſtat quod ſit affinis. lib. 1. & quia dictus conuentus
fuit in mora à die litis conteſtatæ citra, ideo Rota
condemnauit ad intereſſe à dicto tempore citra per
ea quæ tradunt Doctor. in l. curabit. C. de actio, em-
pti. & iol. cùm te. ff. ſi cert. pet. Laus Deo.

DECISIO CLXXXIII.

Pactum quod vnus ex ſociis ſupponatur ſolus periculo rei valet.

SVMMARIVM.

1 *Contentum in inſtrumento dicitur manifeſtum.*
2 *Res perit domino.*
3 *Res ſocialis perit ſocijs.*
4 *Societas Leonina quæ ſit.*
5 *Socius adminiſtrans tenetur reddere rationem ſocijs.*

CVM Ioannes Angel. Iordanus dediſſet camocatum rubrum, & libras, N. auri, & argenti filati falſi Anto. de Iuga per eum ferendas Algerium, & ibi vendendas, & pretium ibi implicandum in aliis mercibus deferendis Genoam, quarum lucrum detracto capitali, quod in conuentione fuit taxatum, & rationatum in ſumma, N. eſſet commune, & periculum, ſeu damnum, quod euenerit in vendendis mercibus eſſet etiam commone, & ipſe merces tam in eundo, quàm in redeundo ſtarent riſico, & periculo ipſius Ioan. Angeli, & hæc plene probata ſunt ex inſtrumento publico exhibito:
instrumentum enim dicitur probatio probata, † &
1 illud dicitur manifeſtum, de quo extat inſtrumentum
publicum, Alex. conſil. 37. col. 5. verb. attento maxi-
mè vol. 2. Dec. conſil. 36. num. 2. Cagnolus multa al-
legans in l. ſi librarius, num. 81. ff. de reg. iur. & alia ad-
ducit Aymo. conſil. 31. cum multis aliis, quæ adduci
poſſent. ¶ Euenit, quod dictus Ant. vendidit aurum,
& argentum, & pretium implicuit in frumento, & cũ
illud veheret Genuam verſus, nauis caſum paſſa eſt,
& ſubmerſa. Vnde Rota abſoluit prædictum Ant. ea
2 ratione, quia res † periit domino. l. quæ fortui-
tis. l. pignus. ff. de pigno. actio. & quia pacto expreſ-
ſo conuentum inter partes fuerat, quod merces
tam eundo, quæ redeundo, eſſent periculo, & riſi-
co ipſius Ioan. Angeli: vnde tale pactum ſeruandum
eſt, l. iuris gentium. §. prætor ait, ff. de pactis. l. 1. §. ſi
conuenerit. ff. depoſiti. l. legem. C. de legibus. l. 1. ff.
de conſti. pec. & licet quando merces perierunt caſu
3 ſortuito, † damnum ſpectet omnibus ſociis æquali-
ter. l. cum duobus, §. quidam Sagatiani. ff. pro ſocio,
attamen quando vnus ſociorum ex pacto expreſſo
ſuſcepit in ſe caſus fortuitos, vt in caſu noſtro tale pa-
ctum ſeruandum eſt, l. 1. C. de pact. cum ſuprà allega-
tis, valet enim tale pactum, quo vnus caſibus fortuitis
ſe ſupponit, & de illis teneri vult, vt per Bart. in l. ſed
& ſi quis, §. quæſitum, col. 1. verſ. quærit glo. ff. ſi quis
cautio. Imo. in c. propter ſterilitatem col. 11. & ſeq. ex-
tra locati, Gozad. conſ. 27. nu. 24. Fel. in c. ſedes, nu.
10. de reſcrip. & eſt text. clarus in l. quæ fortuitis in fi-
ne, C. de pign. actio. & ideo prædictum Antonium à
petitione ipſius Io. Angeli liberauimus eum abſol-
uendo. ¶ Nec dicatur tale pactum videri prohibitum,
quia videtur ſapere Leoninam ſocietatem, cum vnus
ex ſociis ſolus patiatur damnum, & non alius, l. ſi non
fuerit. §. Ariſto. ff. pro ſocio, quia ad hoc fuit inter
4 nos dictum, hanc non eſſe Leoninã ſocietatem, † quia
illa eſt ſocietas Leonina, in qua vnus ex ſociis nullum
ſuccum ſentit, & damnum ſentit, vt dicitur in d. §. A-
riſto. & ita intelligit glo. ibi, & ęquum fuit tale pactũ,
quia cum Io. Angelus ſibi ſeruauerit pretium rerum,
quod taxatum, & rationatum fuit in conuentione, &
in illo Ant. non participabat, æquum eſt, quòd non
participet in illius amiſſione, cùm iura & æquitas ſua-
deant rem perire domino d. l. quæ fortuitis cum ſimi-
libus. ¶ Quo autem ad pretium camocati, quia nobis
conſtitit non periiſſe, ſed ſaluum fuiſſe, quia Ant. ven-
didit camocatum ſeruo Turcarum, qui ex pretio ca-
mocati, quod & ipſe ſeruus vendidit, cum aliis pecu-
niis ſibi libertatem acquiſiuit, & à captiuitate liberũ
ſe fecit, condemnauimus Ant. ad reddendum ratio-
5 nem illius ipſi Io. Angelo, † hoc enim ſocietati con-
uenit, quod ſocius adminiſtrans reddat legalem ra-
tionem conſocio. l. 1. §. officio, ff. de tutel. & rationi.
diſtrahen. quæ lex licèt loquatur in tutore, extendi-
tur tamen ad omnes adminiſtratores, vt ibi per Bart.
Socin. conſil. 73. colum. 1. volum. 1. Dec. conſil. 110.
nume. 7. & conſil. 178. in princ. & in ſpecie, quod ſo-
cius teneatur reddere rationem cum reliquatus con-
ſignatione decidit, Gra. conſilio 15. numero 24. &
Pariſ. conſilio 83. numero 6. & 8. & conſilio 84. nu-
mero 17. volumine 1. & ideo condemnauimus dict.
Ant. ad reddendam rationem camocati iuxta pacta,
& conuentiones inter partes initas per inſtrumen-
tum.

DECISIO CLXXXIIII.

Simulatio contractus probatur ex præſumptionibus, & contractus facti intra dies quindecim ante rupturam dicuntur ſimulati.

SVMMARIVM.

1 *Sententia inter alios regulariter tertio non præiudicat.*
2 *Ad validitatem ſententiæ ſufficit citatio eius, de cuius intereſſe principaliter agitur.*
3 *Sententia lata contra principalem nocet ſingulari ſucceſſori.*
4 *Et lata inter alios facit ſemiplenam probationem, & num.7.*
5 *Literæ ſcriptæ tertio probant ſcientiam ſcribentis etiam quò ad tertios.*
6 *Et quod præiudicent quo ad tertium, eſt arbitrium iudicis.*
8 *Simulatio probatur ex præſumptionibus.*
9 *Et in eius materia admittuntur probationes, quæ alias non admitterentur.*
10 *Allegans ſimulationem vt ſibi proſit, debet allegare ſpeciem.*
11 *Simulatio probari poteſt per teſtes.*
12 *Si pretium reſtituitur, contractus dicitur ſimulatus.*
13 *Vnicus teſtis facit ſemiplenam probationem, & num.15.*
14 *Et in materia ſimulationis plenam.*
16 *Singularitas teſtium in materia ſimulationis non reijcitur.*
17 *Continuata poſſeſſio inducit ſimulationem.*
18 *Per conſtitutum non transfertur poſſeſſio in contractu ſimulato.*
19 *In materia ſimulationis præſumitur ſcientia ex coniunctione.*
20 *Ex coniecturis legis reſultat plena probatio.*
21 *Ad reprobandum inſtrumentum vt non factum requiruntur duo teſtes.*
22 *Duæ coniecturæ an ſufficiant, an vero tres requirantur ad probandum ſimulationem.*
23 *Contrahens in aliena iuriſdictione non ligatur legibus ſui domini, & quando ligatur, nu.24.*
25 *Creditores an habeant actionem contra alienata per debitorem in fraudem.*

CVM alias inſimul in ciuitate Bari haberent rationem Octauianus, & Nicolaus Lomellini dicta ratio effecta eſt non ſoluendo, quia dicti Octauianus, & Nicolaus decoxerunt, qua decoctione ſtante, idem Octauianus tentauit accipere accordium cum creditoribus, ſed quia captus à Turcis & morte præuentus non compleuit accipere accordium cum omnib. ſed tantum cum aliquibus, poſtmodum idem Nicolaus accepit accordium cum omnibus creditoribus dictæ rationis, & ab eis habuit ceſſionem cõtra bona d. Octauiani, vt conſtat per publica inſtrumenta in actis exhibita: vnde d. Nicolaus prætendens ſe creditorem in bonis d. Octauiani, egit contra curatorem hereditatis dicti Octauiani, & tandem per ſententiam fuit declaratus creditor d. quondam Octauiani, & eiuſdem hæreditatis pro ſumma ſcutorum, N. vt in ſententia, & exinde habens notitiam Octauianum exiſtentem Bari antequam decoxiſſet ſuæ habitationis domum, exiſtentem hic Genuæ alienaſſe Demetrio Pinello ſimulatè, quia poſt venditionem dictus Octauianus pretium reſtituit dicto Demetrio, in executione dictæ ſententiæ fecit excuſſionem bonorum dicti Octauiani citato dicto Demetrio, & ſuper ea pronuntiatum fuit, vt de his omnibus conſtat per proceſſum exhibitum per dictum Nicolaum. ¶ His autem ſic ſtantibus dictus Nicolaus dedit petitionem coram Rota contra dictum Demetrium, dicens dictam alienationem domus factam in fraudem creditorum, & inſtrumentum ſimulatum, cum fuerit factum intra quindecim dies latitationis dicti Octauiani, & ſic nullum, & ſimulatum attenta forma ſtatuti de abſentibus, & latitantibus, completo proceſſu & auditis aduocatis hinc inde, & eorum allegationibus viſis, Rotæ viſum fuit iudicare in fauorem actoris, vt in ſentẽtia. ¶ Docuit enim primo dictus Nicolaus agens ſe creditorem in bonis, & in hæreditate dicti quondam Octauiani, exhibendo proceſſum per ipſum factum cõtra curatorem datum bonis dicti Octauiani, & ſententiam inde latam contra dictum curatorem dicto nomine, in qua declaratur ipſe agẽs creditor in bonis dicti Octauiani de dicta ſumma ſcutorum. ¶ Et licet dicta ſententia tan-
1 quam lata inter alios † nõ videatur præiudicare dicto Demetrio. l. 2. C. quibus res iud. nõ nocet, notatur in l. 1. C. res inter alios acta. Alex. in l. de vno quoque n. 17. & in l. ſæpè, nu. 26. ff. de re iud. tamen dicitur quòd iſto caſu ſatis præiudicat dicto Demetrio, quia in iſto iudicio agitur contra Demetrium poſſidentem domum alienatam in fraudem creditorum, & quia etiam contractus inde factus, nam intra quindecim dies latitationis dicti Octauiani, reſtat nullus vigore alle-
2 gati ſtatuti. ¶ Nam ad validitatem ſententiæ † requiritur ſolùm citatio eius de cuius præiudicio principaliter agitur d. l. de vno quoque, iuncta glo. in verb. quos, vbi dicit glo. præſentibus eis quos cauſa tangit, ſcilicet principaliter, & in gl. ibi tranſeunt Ang. Imo. Pau. & Alex. & communiter Doct. vt atteſtatur Rui.
3 conſ. 202. nu. 15. ver. quia ſufficit lib. 2. ¶ Et † ſententia lata contra principalem, & ſic cõtra dictum Octauianum nocet etiam eius ſingulari ſucceſſori, vt eſt idem Demetrius qui habet cauſam ab ipſo Octauiano, ita dixit Inno. in c. quamuis de re iud. ſequitur Alex. d. l. ſæpe, num. 69. ff. de re iud. vt refert, & ſequitur Pariſ. conſ. 28. nu. 16. lib. 1. per tex. in l. ſi à te, §. fi. & l. exceptio, ff. de exceptio. quam opinionem aliis mediis approbat Pariſ. d. cõſ. 28. nu. 17. & 18. lib. 1. ¶ Pre-
4 terea iſta ſententia † inter alios facit ſemiplenã probationem contra conuentum, l. à ſententia, ff. de appel. doctrina Bart. expreſſa in l. admonendi, nu. 45. ff. de iure iur. ſequitur Soc. conſ. conſ. 49. nu. 7. ver. confirmatur lib. 1. Alex. d. l. ſæpè, vbi ad hoc addunt Ant. de Butr. c. fi. col. 3. de iure iur. & in c. quãuis extra de re iud. Ang. in l. 2. ff. de edend. Abb. in d. c. fin. nu. 14. ver. vnum notabile dictum de iure iur. Fel. in d. cap. quamuis, num. 8. de re iudi. vbi allegat prædictos, & dicit hoc de pane lucrando de mente Alexan. in d. l. ſæpè, & hoc maximè procedit, ſi ille tertius habet cauſam à condemnato, vt eſt iſte Demetrius, qui cùm ſit ſingularis ſucceſſor, non dicitur omnino diuerſus ab eo, à quo habet cauſam, vt dicitur in apoſtillis ad Fel. in c. quamuis in verbo in l. duo patroni, & hanc opinionem ſenſit Capitius de mente ſacri conſilij deciſ. 107. in finalibus verbis dictæ deciſionis. Ad ꝙ facit quia acta facta cũ defuncto nocẽt hæredi, & idẽ dicitur in ſingulari ſucceſſore, vt tradit Abb. in c. cauſam de reſti.

de reſtit. quem refert & ſequitur Alexand.dict.l.ſæpè
num.71. ver. tene menti Dec.in d.c.cauſam numer.5.
¶ Ex alio demonſtratur quod dictus Nicolaus eſt cre-
ditor in bonis dicti quondam Octauiani:nam vt cõ-
ſtat per inſtrumentum manu Ioannis Iacobi Peirani
in actis exhibitum, idem Octauianus decoctus acce-
pit compoſitionem cum diuerſis creditoribus dictæ
ſocietatis, vt latiùs in dicto inſtrumento continetur,
cum quibuſmet creditoribus mortuo dicto Octa-
uiano dictus Nicolaus ſe compoſuit,& ab eis habuit
iura ceſſa contra bona & hereditatem dicti Octauia-
ni, quibus creditoribus dictus Nicolaus poſtmodum
ſoluit iuxta compoſitionem acceptam,vt cõſtat aliud
inſtrumentum in actis exhibitum. ¶ Accedat ad præ-
dicta quod tempore quo idem Nicolaus agebat con
tra curatorẽ hæreditatis dicti Octauiani, per Rotam
fuit ordinatum, quod eligerentur duo calculatores,
qui viderent libros dicti Octauiani ſuper dicta ratio-
ne tentos, qui calculatores viſis dictis libris retule-
runt creditores dictæ ſocietatis eſſe quamplures,qui
faciunt dictam ſummam ſcutorum,vt patet per litteram
relationis de qua in principio proceſſus dicti Nico-
lai, vna cum proceſſu & ſententia exhibita, & credi-
tores de quibus in dicta relatione ſunt illi iidem, qui
fuerunt ſatisfacti iuxta eorum accordium per dictum
Nicolaum, & eidem eorum iura ceſſerunt, vt clarè
conſtat ex prædictis inſtrumentis, contra quam re-
lationem idem Demetrius poſt eius exhibitionem
nihil oppoſuit. ¶ Et quod prædicti creditores dictæ
ſocietatis qui ceſſerunt iura dicto Nicolao, eſſent
creditores in bona ſumma ſcutorum: demonſtratur
etiam ex litteris dicti Demetrij datis die N.in Bari,
vbi ſcribit de dicta decoctione Octauiani, & nomi-
nat nonnullos creditores dictæ ſocietatis, & Octa-
uiani, exprimendo etiam ſummam in qua erant cre-
ditores, quæ literæ cùm ſint quidam tertio ſcriptæ,
licèt non videantur plenè probare in hoc iudicio per
ea quæ tradit Ripa in d.l.admonẽdi, tamen cùm ſcri-
bat ea quæ idem Demetrius ſciebat ſibi præiudicant,
5 † cùm eius ſcientiam probent, vt diffuſè tradit Pariſ.
conſil.19.num.104. cum ſequentibus, &.num.114.
lib.1. ¶ Accedat etiam quod tempore dictæ deco-
ctionis, & per plures menſes antè, idem Demetrius
commorabatur domi in ciuitate Bari, cum dicto
Octauiano eius cognato, & videbat continuò libros
dictæ ſocietatis, vt probant teſtes in actis cauſæ exa-
minati,& domini de Rota deciſ.22. in vltimis in fin.
dicunt,quòd iudex poteſt aſſumere,quam partem ve-
6 lit,an dictæ literæ probent, † & præiudicent ſcriben-
ti, vnde coniunctis omnibus prædictis poteſt iudex
intrepidè concurrere in hanc partem, vt dictæ literæ
præiudicent dicto Demetrio. ¶ Nec dicatur, quod
dicta opinio ſuprà relata, quòd ſententia quò ad ter-
7 tium† faciat ſemiplenam probationem,non ſit in to-
tum vera, ex eo quod contrarium dixerit Ripa in d.
l.admonendi,Curtius Iunior conſil.72.in 2.motiuo,
quia replicatur quod dato,quod dicta opinio non eſ-
ſet vera, quæ tamen viſa fuit vera Rotæ propter au-
thoritatem Barto.Abba. & aliorum in ea relatorum,
qui omnes,vt putat,principatum obtinent inter iuri-
ſtas, tamen omnes indifferenter concludunt quod
facit aliquale præiudicium, propter quod poteſt iu-
dex ſtantibus probationibus paribus deferre iuramẽ-
tùm parti habenti ſententiam per ſe:vnde cùm in hac
cauſa concurrant omnia ſupradicta & maximè dicta
inſtrumenta publica, ſatis dicitur liquido conſtare
dictum Nicolaum creditorem exiſtere in bonis dicti
Octauiani. ¶ Corroborantur prædicta per iudicium
factum per dictum Nicolaum citato dicto Deme-
trio ſuper excuſſione hæreditatis, dicti Octauiani,in
quo idem Nicolaus vt creditor dicti Octauiani petit
fieri excuſſionẽ de bonis eiuſdem Octauiani, vt aper-
ta ſibi ſit via contra detinentes bona dicti Octauia-
ni,citato dicto Demetrio, & contradicente fuit pro-
nuntiatum viam eſſe apertam dicto Nicolao credi-
tori dicti Octauiani agendi contra tertios poſſeſſo-
res bonorum dicti Octauiani, quæ ſententia fuit no-
tificata dicto Demetrio, vt patet in proceſſu,& fecit
tranſitum in iudicatum, cùm non appareat ab ea ap-
pellatum,ex qua ſententia apertè apparet dictum Ni-
colaum creditorem dicti quondam Octauiani : ex
quibus omnibus concluditur dictum Nicolaum eſſe
creditorem in bonis dicti quõdam Octauiani.¶ Alie-
nationem autem petitæ domus fuiſſe factam in frau-
dem creditorum, ſiue ſimulatam, & non veram ex
pluribus demonſtratur. Et primò præmittendum eſt
8 quod ſimulatio, cùm fiat in occulto, † probatur ex
præſumptionibus Bald. per illum text. in l. & quæ in
fin.C.de diſt.pigno. & in l.emptione, ver.quomodo
probetur ſimulatio. C. plus valere quod agitur Paul.
conſil.81.viſis his in fin.& conſilio 327.in cauſa mo-
ta.Dec.conſilio 14.verb.ſimulatio, & conſilio 123.
numero 1.verb.quod autem lib.1.Alexand.conſil.92.
numero 5.verb.in iſta materia fraudulentæ ſimulatio-
nis lib.2. Deci.conſil. 692.in princ. verb. nam talis
ſimulatio.Socin.conſil.83.numer.3.verb. igitur pro-
banda lib.3. & conſil. 18. numer.24.lib.1. tradit Pa-
riſ.conſil.53.numer.7.8.lib.1.& conſil.54.nume.19.
& 21.lib.1.vbi dixit,quod quæ ſint iſta relinquitur ar-
bitrio iudicis cap. de cauſis in fin. de officio delega.
capitulo 2.de renuntia.lib.6.Bald.in l.illud.quæſt.2.
C.de ſacro. Eccleſ.Aymon. conſilio 156.numero 7.
lib.1. vbi dixit quod etiam leues præſumptiones ad-
mittuntur, allegat Paul.conſil.337.incip. ſi duo pri-
ma ſtatuta, & in materia ſimulationis admittuntur
9 probationes,† quæ forſitam aliàs non admitterentur
Bart.in l.ſi quis ex argentariis.§.an vero hæredi.ff.de
eden.Corn.conſil. 31.lib.1.Pariſ. qui hæc & alia ad-
ducit conſil.55.numer.31.lib.1.& etiam quod non eſ-
ſent,ita perfectæ coniunguntur Pariſ.dict.conſil.55.
numer.32.33.& conſil.57.numer.36.& 54 lib.1.¶ Et
10 licet quando quis allegat ſimulationẽ ad hoc,† vt ſi-
bi proſit debeat allegare ſpeciem ſimulationis, vt di-
xit Bartol. conſilio 65. incip. factum tale eſt Petrus
Nicole,Bald.in l.ab Anaſtaſio, numero 6.verſi.vlti-
mis, C.manda.Alexand.conſilio 28.numero 9.lib.5:
tamen in hac cauſa ſatis fuit deducta cauſa ſimula-
tionis,quia fuit dictum quod venditio non fuit vera,
ſed vt dicta domus defraudaretur à creditoribus, &
iſta dicitur vera ſpecies ſimulationis, vt per Bartol.
dicto conſilio 55. numero 3.verſiculo tertio modo
& in l.poſt contractum in prima præſumptione,ff.de
donat. ¶ Et inter alios modos traditos per Doctores
11 ad probandam ſimulationem, † dicitur illa probari
poſſe per teſtes.glo.prima, in l.illicitas,ff de officio,
ponit de hoc doctrinam Bald. & cum eo alij tran-
ſeunt in l.1.numero 6.ver. decimo quæro, C.plus va-
lor. quod agitur, Afflict.in capitulo primo de feudo
dato numer.125.verſic.& primo, Veronenſis in tra-
ctat.de ſimula. in tertio caſu principa.num.14.¶ Ad
probandum autem in præſenti cauſa dictam ven-
ditionem ſimulatam, & factam in fraudem credito-
12 rum plures adducuntur præſumptiones,& primò† di-
citur ſimulatus contractus ſi pretium reſtituatur em-
ptori.

ptori.Bart.in l.per diuerſas,nume.17.vbi etiam Bald.
num.24 verſic. 20.quæritur,& in l.ab Anaſtaſio, cir-
ca fin.verſic.extra quæritur, C.manda.Bald.in l.cùm
oportet, in princ.num.14.verſic.& ſi probaretur,C.
de bon.quæ liber. & in l.fin.C.de vſur. Ruin.conſilio
144.numer. 12.lib.4.per text.in l.qui, ff.de ſolutio.
Veronenſ.in d.tracta.ſimulat.in ſecundo caſu princi.
num.10. & num.11.Tiraquel. de retractu conſangui.
§.5.glo.14.num.37.ver.ſed quibus, & quando dica-
tur pretium incontinenti reſtitutum hoc relinquitur
arbitrio iudicis Veronenſis,d.loco,num.12.Aymon.
conſil.156.num.14.lib.1.¶Pecuniam,& pretium di-
ctæ domus fuiſſe incontinenti poſt celebratum con-
tractum reſtitutum per dictum Octauianum dicto
Demetrio, deponit Saluator Saluatoris teſtis inſtru-
mentarius dictæ venditionis, vt patet ex ſua depoſi-
tione ſuper ſexto titulo, vbi apertè deponit, quòd
quamuis in venditione apparuerit pretium, tamen
fuit incontinenti reſtitutum dicto Demetrio,qui etiã
poſt abſentationem d.Octauiani dixit ipſi teſti,quod
ipſe fecerat dictum inſtrumẽtum ad complacentiam
dicti Octauiani, & quod nolebat ſe iuuare de dicto
inſtrumento, *per non grauare la ſua conſcientia contra li creditori del detto Ottauiano*, qui teſtis cùm ſit inſtru-
mentarius nec contra eum probetur aliud, propter
13 quòd diminuatur eius dictum, licèt † vnicus,facit ta-
men ſemiplenam probationem, Iacob.Butrig.in l.2.
ff.de cuſto.reorum,tradit Bart. in dict.l. admonendi,
num.36. cum quo ibi tranſeunt alij, vt ibi per Iaſ.&
Ripa.& quod in caſu ſimulationis vnus teſtis inducat
ſemiplenam,& faciat probationem dixit Pariſ.conſi.
55.nume.37.lib.1. vbi atteſtatur omnes ita tenere,
quod eſt maximè notandum, propter authoritatem
Pariſ.& licèt Afflict. in d.titul.de feud.dato, numer.
129.& 130.dictum vnius non probat ſimulationem,
14 † ſubdit tamen, ſi cum dicto vnius teſtis concurrat
fama vel alia dictum vnius teſtis probaret, ſed in hoc
caſu aliæ concurrunt præſumptiones, & ita concludi
poteſt quod dictus Saluator teſtis inſtrumentarius
licet ſingularis probet dictam ſimulationem: ſecun-
do dicitur,quod contra Afflictum eſt communis opi-
nio, vt atteſtatur Pariſ.d.conſil.55.nume.37.lib.1.&
dixit Pariſ.conſil.57.num.22.lib.1. quod veriſſima &
15 communis eſt opinio, quòd vnus teſtis de viſu, † &
de veritate ſolus faciat ſemiplenam probationem al-
legat notata in c.fin.de ſucceſſi.ab inteſt.vbi dixit ita
omnes tenere, & Iaſ.in d.l.admonen.nu.177.& alios
de quibus ibi per eum, & cum idem Saluator depo-
nat etiã de confeſſione dicti Demetrij,ſequitur quòd
dixit idem Pariſ.dict.conſil.57. nume.23.iuxta illud
dictum Bald.in l. Gallus par.ille caſus, in 3.notabili
verſic.& eſt argumentum, vbi dixit quod ſi vnus te-
ſtis probet veritatem ipſe idem vel alius teſtis pro-
bet famam, quod coniunctis iſtis probationibus fit
efficax probatio in cauſa ſimulationis ſecundum glo.
quæ eſt in l.3.par.idem diuus.ff.de teſti.quod dictum
licèt reſpectu eiuſdem teſtis, Alex.ibi impugnet, ta-
men Iaſo.in dict.l. admonendi, numero 257.ver.di-
cit.tum alibi notabiliter Bald. vbi refert dictum Bal.
& Alexand.ſubdit quod in practica magna eſt autho-
ritas Baldi.& illud ſequitur in dicto §.ille caſus,num.
8.& Soc.num.4. qui reſpondet ad obiecta per Alex.
& hanc opinionem approbat idem Pariſ.dict.conſil.
57.num.25. & conſil.75. numero 13. & 16.cum plu-
ribus ſequentibus lib.1. vbi concludit adducendo au-
thoritates,& iura,quod in his quæ ſunt difficilis pro-
16 bationis † ſingularitas teſtium non reiicitur,ſed ne-
mo negat ſimulationem eſſe difficilis probationis,vt
ſupra fuit deductum,ergo ſingularitas teſtium non
obſtabit.¶Secunda accedit præſumptio cùm aliena-
tio fit conſanguineo, vt dixit Bartol.dict.l.poſt con-
tractum,numero 30.verſic.quid de venditione, ff.de
donat. & dictum Demetrium cognatum dicti Octa-
uiani non negatur, & probant teſtes ſuper hoc exa-
minati ſuper 4. titulo. ¶ Tertia accedat præſumptio
proueniens ex continuata poſſeſſione poſt contra-
ctum per dictum Octauianum in dicta domo toto
tempore quo commoratus eſt Genuæ, vt dicunt te-
ſtes ſuper primo,& ſecundo titulo,ex continuata poſ-
17 ſeſſione † induci præſumptio ſimulationis contra-
ctus, dixit Bart.dicta l.poſt contractum, numero 4.
verſic.3.præſumitur, & cum eo tranſeunt alij vt latè
deduxit Veronenſis in dict.tractatu ſimulationis, in
24.præſumptione numero 76.Pariſ.conſilio 54.nu-
mero 71.& conſilio 55. numero 53.lib.1. Boër.deciſ.
102. colum.pen.ver. vbi dicit Aymon. conſilio 156.
numero 10. lib.1. & maximè ita præſumptio habet
locum,quando allegatur à tertio, vt in præſenti cau-
ſa Socin.conſil.264.numero 2.verſic.ſed ad præmiſ-
ſa lib.2.allegat Bald.& Salice.in l.emptio.C.plus va-
le.quod agitur. ¶ Nec obſtat ſi dicatur,quod conſti-
tutum de quo in inſtrumento tollit hanc præſum-
18 ptionem,quia replicatur, † quod per conſtitutum in
contractu ſimulato nulla transfertur poſſeſſio nec
dominium, vt per Calca. conſilio 36.numero 4.latè
Pariſ.conſilio 54.nu.29.& 30.& 87. lib.1.& Afflict.
dicto cap.1.de feudo dato in no.l. commiſſo.numer.
30. verſic. quod precarium. ¶ Quarta accedat præ-
ſumptio, confeſſio dicti Octauiani poſt dictum con-
tractum,quod dicta venditio non erat vera, ſed eam
fecerat,vt liberaret dictum dominum à creditoribus,
dum accommodaret facta ſua, vt deponunt tertius
teſtis ſuper 7.titulo,& Magnificus Paris Lomellinus
ſuper dicto titulo, & hoc idem confeſſus eſt dictus
Demetrius,vt deponit dictus Saluator,& dictus Lo-
mellinus, & quod iudicio ſuo erat etiam præſens di-
ctus Nicolaus agens,& ex confeſſione prædicta præ-
ſumitur ſimulatio,vt tradit Afflict.dict.titulo de feu-
do dato, numero 132. & 140. Barba. inter conſilio
Calca. conſilio 28.numero 19.verſic. quia per hanc
confeſſionem Socin.in ſpecie dicto conſilio 264.
numero 1.iur.ſæpius, & numero 2.verſic.6.opponi-
tur Afflict.dicto capitulo primo,numero 32. ¶ Sed vt
ſimulatio noceat ementi requiritur eius ſcientia, &
participatio ipſius ſimulationis.l. ait prætor. la pri-
ma, §.quod ait ff.de his quæ in fraud.cred. Cap.de-
ciſ.128.numero 9. & dicitur quod ex quo dictus De-
metrius per plures menſes ante decoctionem dicti
Octauiani ſtetit inſimul cum eo in eadem domo, &
ad eius menſam, & vidit eiuſdem libros rationis, &
continuo ſimul aderant de ſecreto loquẽdo, quia af-
finis,vt ſupra dictum fuit,ſequitur iuris præſumptio,
quod ipſe Demetrius habuerit notitiam per menſes
dictum Octauianum efficiendum eſſe non ſoluendo.
l.Octaui.ff.vnde cogna.l.ſi vicinus.C.de nuptiis, c.
quanto, de præſum.& tantò magis ex ſecreta allocu-
tione habita cum dicto Octauiano, & ex inſimul vi-
ctu,& habitatione,& ex proximo ſecuta decoctione,
ex quibus omnibus inducitur ſcientia actorum, vt
dixit Crauetta conſ.123. nu.1.& ſequenti lib.1. & in
19 ſpecie in materia ſimulationis, †.quod præſumatur
ſcientia ratione cõiunctionis dixit Soc.d. conſ.264.
nu.9.& ſequenti allegat Anch.conſ.160.incipientem
contra iſtos legatarios Aymon.conſ. 249.nu.4. verſ.
inter

inter ſimul. lib. ſecundo, Ruin. conſil. 101. numer. 12.
verſic. etiam quia ſimul lib. 1. Pariſ. conſil. 108. num.
8. & ſequenti, lib. 1. ¶ Coniecturæ autem legum di-
cuntur liquidiſſimæ probationes, l. licet Imperator.
ff. de leg. primo, l. ſi rutor cum ibi noratis per Bartol.
C. de perie. tuto. Bart. dict. l. poſt contractum. ff. de
20 donatio. Soc. dict. conſil. x64. nume. 3. & † ex cooie-
cturis plena fit probatio. Soc. Iun. conſi. 32. num. 24.
lib. 2. vbi habentur aliæ authoritates. ¶ Nec obſtat ſi
dicatur, quod ad reprobandum inſtrumentum requi-
runtur duo teſtes per notata in l. exercendis, C. de fi-
de inſtr. & in l. optimam, C. de contra. & commit. ſti-
pul. quia replicatur, quod his non renditur ad repro-
baodum inſtrumentum, & dicitur illud factum, ſed
ſimulatum, & pretium, quod interuenit in illius con-
fectione, fuiſſe reſtitutum, & ſic non ſumus in caſu d.
l. optimam, ita Alex. conſil. 122. num. 9. verſ. nec ob-
ſtat, lib. 2. Felin. c. cum Ioannes, num. 35. & ſequenti-
bus de fide inſtu. ¶ Duas autem coniecturas ſuffice-
re ad probandum ſimularionem contractus videtur
eſſe magis communem opinionem, Aymo. conſilio
21 156. nu. 16. lib. 1. & † licet aliqui dixerint, quod ter-
tia requiratur, & ita ſe hàbere communem opinio-
nem atteſtantur, quos citat Iaſo. conſil. 150. & 151.
lib. 4. & Pariſ. conſil. 54. num. 8. & num. 61. lib. 1. ta-
meo idem Pariſ. ibidem, num. 62. dicit allegando in-
finitos, & concludit quod magis communis opinio
eſt, quod duo ſufficiant, & in conſil. 55. numer. 29. &
30. lib. 1. & ab iſta tanquam magis communi non eſt
recedendum, cùm maximè hic non ſolùm duæ, ſed
quatuor concurrant præſumptiones, vt ſuprà fuit de-
ductum ¶ Vlterius dicitur, quod dicta alienatio, &
contractus venditionis dictæ domus, cùm fuerit
factus intra dies quindecim rupturæ dicti quondam
Octauiani dicitur, & eſt ſimulatus, & nullus, & bona
alienata effecta creditorum, vigore ſtatuti ita diſpo-
nentis in c. de abſen. & laritan. quòd autem dictus
contractus fuerit factus intra dies quindecim ruptu-
ræ dicti Octauiani, apette demonſtratur, nam dictus
contractus fuit factus prima die Septembris, & di-
ctus Octauianus decoxit intra diem 15. eiuſdem mē-
ſis. ¶ Nec dicatur, quòd cum dictus contractus fuerit
22 factus in ciuitate Bari, † non ligari poſſint ſtatuto per
doctrinam Bart. loquentis de ſtatuto Florentino di-
ſponente de filiis rumpentium, quòd non habet lo-
cum in rumpentibus extra ciuitatem, quia replicatur,
quòd cùm dictum ſtatutum, & eius verba reſpiciant
rem alienatam, & loquatur in perſonam & ſit pro-
hibitum ratione alterius vtilitatis, quo caſu compre-
henditur ſubditus vbique contrahens Bart. in l. cun-
ctos populos, nu. 32. ver. aut ſtatutum eſt prohibiti-
uum in te, & hoc magis procedit in hac cauſa cùm
alienatio fuerit facta per Genuenſem Genuenſi, de
re ſita in loco ſtatuentium, iuxta ea quæ ibi in addi-
tionibus ad Bar. in verbo vbicunque, allegatur Petr.
de Anch. in c. 1. de conſtit. in antiquis quæſt. 22. vbi
23 dixit, † quòd ſi actus reſpicit rem de qua litigatur
ſeruanda ſunt iura loci vbi res eſt ſita, & atteſtatur ita
ſe habere communem opinionem Bald. d. l. 1. C. de
ſumma Trinitat. num. 13. verſ. nunc & contra, vbi di-
xit quod iſta eſt veritas, ſequitur ibidem Salic. nume.
81. verſ. ſi vero, Roma. conſil. 39. incipiente præpoſi-
ta quæſtione, Alexander coo ſil. 41. num. 1. 5. & 6. lib.
quinto, vbi etiam reſpondet ad quædam quæ in con-
trarium allegantur & hæc eſt communis opinio, vt
atteſtatur Corn. conſi. 232. in prima quæſt. lib. 4. De-
ci. in l. fin. nume. 13. ff. de iuriſ. omn. iud. & cùm ita ſe
habeat communis opinio in iodicando ab ea nooeſt
recedendum: non obſtat dictum Bart. in tractatu de
repreſa. quia loquitur in odioſis, vt ex ſe patet & tunc
non comprehendit contrahentem extra territorium
vt dixit Bart. in dict. l. cunctos populos in 6. q. ¶ Non
obſtat etiam illud quod dicebarut, quòd non pote-
rat dictus Nicolaus agere contra dicta bona, quia
oon habet hypothecam, ſed quod debebat curare, vt
daretur curator hæreditati dicti Octauiani, & ille
poſtea ageret per ea, quæ dixit Salic. in l. 2. poſt prin-
cipium, C. quando fiſc. vel priua. quia replicatur,
quod dicta doctrina non habet locum io præſenti
cauſa, quia tam de iure communi quam ſtatutario
24 † contra alienara in fraudem creditorum datur actio
creditoribus indiſtinctè, & generaliter, vt patet de
iure communi in l. 1. & ferè per omnes leges illius ti-
tuli. ff. de his quæ in fraud. cred. & ita etiam in iuribus
eiuſdem tituli in C. ita etiam loquitur ſuprà dictum
ſtatutum de abſen. & latitan & vbi lex non diſtinguit
nec nos diſtinguere debemus, l. 1. & generaliter, ff. de
lega præſtan. Secundò dicitur, quod dicta obiectio
tollitur per doctrinam in terminis Aretin. §. item ſi
quis in fraudem, num. 5. verſic. aduertas ne erres, inſt.
de actio. vbi dixit, quod iſta materia reuocandi alie-
nara in fraudem loquitur quando creditores habent
ſimplicem perſonalem actionem, vt ex libris merca-
torum non autem hypothecariam, quia ſi haberent
hypothecariam alienatæ indiſtinctè etiam ſine aliqua
fraude tam ex parte alienantis quā ex parte recipien-
tis per hypothecariā alienata reuocarentur. l. ſi tamen
creditor, in princ. ff. de euict. vbi docto. ¶ Sed quia
ex proceſſu non conſtabat valor impræſentiarum di-
ctæ domus. nec etiam ſi aliquid idem Nicolaus exe-
giſſet vigore dicti crediti, Rota fecit reſeruationem
de qua in ſententia. ¶ Abſoluit poſtremò Mariam
conuentam à petitis per dictum Nicolaum dando
eidem Mariæ legitimam Bartholomæi eius filij in
dicta domo, vt io ſenteotia. Primò quia pars in hoc
non cōtradixit. Secuodò, quia apparet dictā Mariam
matrem dicti Bartholomæi, & Bartholomæum fra-
trem dicti Octauiani. & ſic pro parte dominum dictę
domos & mortuum ſuperſtite matre, & clariſſimum
eſt in iure deberi parentibus legitimam in bonis fi-
liorum, textus eſt expreſſus in auth. vt cùm de appell.
cogno. in §. aliud quoque capitulum vbi hoc omnes
fatentur & ex his & aliis quæ ex proceſſu colliguntur
Rotæ viſum fuit iudicare vt in ſententia. Laus Deo.

D E C I S I O C L X X X V.

Socius expendens nomen tenetur inſolidùm
de geſtis à ſocio.

S V M M A R I V M.

1 *Gerens aliena negotia tenetur ad rationes.*
2 *Dans complementum pro ratione tenetur inſo-*
lidùm de his quæ fiunt ab alio dante comple-
mentum & idem in ſubſcribente.
3 *Mercatori debetur intereſſe etiam pro pecunijs*
pro quibus non deberentur vſuræ.

FACILEM

volum. 5 & conſ. 80. vol. 4. & in aliis mille locis, & per Afflict. deciſ. 181. fidem tamen faciunt, & plene probant attenta regularũ Rotæ diſpoſitione, de qua in §. & ſi de aliquo debito, & in tit. de cauſis executiuis, quibus vt ſupra probatis, condemnauimus reos conuentos iuxta petita, ad dandum & ſoluendum actoribus ſcuta tricentum quadraginta ſex millia ſexaginta vnũ ſoldos ſeptem & dena octo auri de marchis, nec non condemnauimus Auguſtinũ Sauli proprium ad dandum præfatis actoribus ſcuta tria millia ſexcentũ ſimiliter de marchis, nec præſatos Reos ad totam petitam ſummam condemnandos eſſe diximus, quia de dicta ſumma deduximus ſcuta octingenta, quę non fuerunt probata habita & recepta fuiſſe per Vitum de Ceis, necnõ quędam ſalaria quę præfati ſocij actores prætendebant ſibi deberi per dictos Reos, de dicta ſumma deleuimus, quæ licet probatum fuit ſibi deberi, & deducta fuerint in ſumma,
5 ex quo tamen non fuerunt in libello petita, † ea relinquimus deducenda in alio iudicio, alias ſententia noſtra libello conformis non fuiſſet contra tex. in l. vt fundus, ff. communi diuidun. Ceauet. conſil. 110. nume. 8. & relinquimus indeciſum ob breuitatem tẽporis, & de voluntate actorum, an ſibi debeantur damna, & intereſſe poſt decoctionem præfati Auguſtini Sauli.

DECISIO CLXXXVII.

Ratio non bene reddita non excuſat à ratione iterum reddenda.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator tenetur rationem reddere de eo, quod ad ipſum peruenit.*

2 *Qui tenetur rationem reddere, tenetur oſtendere librum, & partitas.*

3 *Computum ſeu liſta trãſmiſſa non ſufficit ad redditionem rationis.*

QVum Baptiſta Saluaigus tranſmiſiſſet plures merces Hieronymo, & Baptiſtę de Paraſcoſis de Alaſſio, necnon Nicolao filio dicti Baptiſtæ vt eas venderent ſeu vendi facerẽt in Inſula Sardiniæ, & ita vendidiſſent, ægit præfatus Baptiſta Saluaigus contra ipſos Paraſcoſos coram Rota petẽdo de per ipſos adminiſtratis, & receptis ſibi rationem reddi, in qua quidem cauſa licet rei opponendo dixiſſent ſe rationem reddidiſſe, Rota tamen condẽnauit ipſos reos ad petita his potiſſimum mota rationibus, Nam primo clariſſ. iuris eſt, quemlibet negotiorum geſtorem de per ipſum adminiſtratis, & de omni eo & toto quomodocunque, & qualitercun-
1 que ad ipſum peruenito† rationem reddere oportere, ſecundum Pariſium in conſilio 11. numero 14. volumine primo, quod procedit etiam in quolibet alio adminiſtratore ſecundum Alexand. in conſilio 110. numero 12. volumine quarto & per Soc. conſ. 159. & conſi. 114. volumine ſecundo, & per Decium in conſilio 110. volum. primo, vnde quum ex pluribus litteris ipſorum reorum in iudicio productis manifeſtiſſimè conſtet eos quamplurimas petias Frixetarum, ac ſericearum, ac aliarum mercium recepiſſe cauſa illas vendendi, & vendiderint ac pretium exinde perceperint, iuri congruit eos rationem reddere obligatos eſſe, de veritate autem huiuſmodi literarum manifeſte conſtat per quamplures teſtes in iudicio examinatos, qui paſſim deponunt de contrahentium literatura, ex quo notas habent eorum manus, qui plene probant, iuxta diſpoſitionem capitulorum Rotæ in §. & ſi de aliquo de cauſis exequutiuis, nec Rotæ viſum fuit obſtare exceptionem oppoſitam de ratione iam ſemel reddita, quia minime vere reddita fuit, prout de iure reddere tenebantur, nam qui tene-
a tur rationem reddere, †tenetur oſtendere librum, & partitas hinc inde datorum & receptorum, & oſtendere ſingulos actus adminiſtrationis, & reliqua reſtituere, ſecundum Soc. in conſil. 24. vol. primo, nume. 38. quod non fuit in caſu noſtro, quum dicto Baptiſtę tantum tranſmiſſa fuerit liſta quædam quarundam
3 venditarum mercium, †ob quam non dicitur perfecte reddita ratio, & propterea non obſtat, quod ſupra dicebatur per reos rationem fuiſſe redditam, & quod ratio ſemel reddenda ſit, ſecundum Ioan. Andream, Geminianum & Archidiaconum in c. primo de clerico ægrot. l. ſemel. vbi Bar. C. de appodi priuatis, Soc. conſil. 92. volum. 4. per Iaſ. conſi. 219. vol. ſecundo, tamen illud procedit quando rationes fuerũt perfecte, & plene redditæ fideliter & bona fide, & ſine fraude, ſecus ſi minus plene & deceptiue, prout in caſu noſtro, quum ſolum quandam liſtam ipſi trãſmiſſerint, in qua ipſi conſtituerant ſe debitores de minori numero cannarum pannorum, quàm recepiſſent, & fecerãt ſe creditores de quadam gabella, quã ipſi per eorum literas ſcripſerant non eſſe ſoluendã, & circa pretium non recte ſe habuerunt, ex quo de quadam frixia, quam per eorum literas ſignificauerunt fuiſſe tenuem valde ac debilem, & eam vendidiſſe pro ſcutis. N. alias autem in omni perfectione habitas & receptas ponunt per ſatis minori quantitate & ſumma vendidiſſe, vti ex proceſſu conſtat, ex quibus ſane iuribus, & rationibus mota Rota iudicauit reos conuentos, ad rationem reddendam teneri.

DECISIO CLXXXVIII.

Solutiones factæ non retrotrahuntur ad tempus præcedentis inſtrumẽti promiſſionis in præiudicium tertij in conditione poteſtatiua.

SVMMARIVM.

1 *Appodiſia priuata quæ non ſit trino teſte ſubſcripta non habet hypothecam.*

2 *Si plures teſtes deponunt de ſubſtantia actus non eſt neceſſe, quod teſtes appodiſiæ ſint tres.*

3 *Paria ſunt non poſſe, & commode non poſſe.*

4 *Fundãs ſe in tempore debet de eo præciſe probare.*

5 *Duo teſtes deponentes de veritate negotij probãt hypothecam etiam ſi non ſit apocha ſubſcripta à teſtibus.*

6 *Teſtis deponens de facto facit numerum vnà cum ſubſcriptis ſub apocha ad dandam hypothecã.*

7 *Quando ſenſarius eſt idoneus teſtis volentibus, vel non volentibus partibus.*

8 *Qui non eſt prohibitus teſtificari cenſetur admiſſus.*

9 *Quomodo & quando cogi poßit ſenſarius ad teſtificandum.*

10 *Senſarius eſt idoneus teſtis ſi non tractat de perfectione ſeu impugnatione actus.*

11 *Acta quando retrotrahantur.*

DVo creditores eiuſdem debitoris prætendentes ambo eſſe potiores in bonis dicti debitoris inuicem in conſequutione eſtimi elleuarunt canellam, ex parte Stephanum Chiegarij alterius creditoris exhibita fuit appodiſia confecta anno. N. ſubſcripta ab eo qui habebat facultatem ſubſcribendi, dabatq́ue complementum pro dicta ſocietate vt per teſtes fuit probatum, item ſubſcripta per alios duos teſtes quorum omnium litteratura fuit recognita, & probata, in qua appodiſia conſtituerunt ſe debitores pro ſumma velutorum receptorum, ex qua conſtabat optime de eius credito: ex parte vero Saulorum qui erãt alij creditores productum fuit inſtrumentum factum ante appodiſiam, in quo promiſerunt ſoluere & complere omnes tractas pecuniarum faciendas per Aurias in feriis apparitionis, & Paſchæ. Item exhibuerunt litteras in quibus apparebat eos ſoluiſſe & compleuiſſe multas tractas per dictos de Auria, quæ omnia fuerunt verificata, ex quibus conſtat optime de credito ipſorũ. ¶ Vnde dicebant eos præferendos, quia creditum ſuum eſt per inſtrumentum, illud vero Chiegarij per appodiſiam priuatam non habentem requiſita, ſecundum,
1 l. ſcripturas, C. qui pot. in pig. hab. † quia trino teſte nõ erat ſubſcripta, imò vnus ex illis duobus fuit ſenſarius cui non creditur niſi vtraq; parte volente, Soc. Iun. conſi. 12. volum. ſecundo, ex mente quam pluriũ, qui dicunt iſtam eſſe veriorem & communem, ſequitur quod non poteſt concurrere cum inſtrumento, & per conſequens ipſos eſſe præferendo, d. l. ſcripturas, & per Doc in l. admonendi de iureiur. ¶ Secundo dicebant dato, & nõ conceſſo, quod appodiſia poſſet concurrere cum inſtrumento adhuc eſſe præferendos, quia qui prior eſt in tempore potior eſt in iure reg qui prior de reg. iur. in 6. at inſtrumentum eſt factum ante appodiſiam, ergo inſtrumentum præferendum. Reſponſum fuit per Chiegarium non eſſe verum, creditum ipſorum probari per inſtrumentum, quia in ipſo nulla facta fuit ſolutio, ſed tantum ex ſcripturis priuatis factis poſt tempus appodiſiæ, quatenus probent, quò caſu regula qui prior, eſt pro Chiegario, ſed dicebat illas appodiſias non probare niſi confeſſionem tantum receptionis, quæ confeſſio non probat veram numerationem. Afflic. deciſi. 150. Rex Alphonſus, nume. 35. Caſt. conſil. 290. columna 4. Aret. conſi. 13. columna quarta vnde creditum non probatur, ſed dato quod probaretur creditum, adhuc non obſtaret, quia illud Chiegarij eſt cum hypotheca, illud Saulorum ſine hypotheca, nec eſt verum quod ſolum adſit appodiſia duobus teſtibus ſubſcri-
2 pta, quia imo adſunt plures teſtes, † qui deponunt de veritate negotij, & de ſubſtantia actus, quo caſu non eſt neceſſe, vt tres teſtes ſint ſubſcripti, vt dicunt Docto. in l. admonendi de iureiurandi. Replicabatur per Saulos conſtare de numeratione pecuniarum ſaltim reſpectu literarum ſolutarum à tertiis, quæ excedunt ſummam totius crediti Chiegarij, & quæ ſufficiunt ad ipſum excludendum, & quod eſt verum creditum probari per inſtrumentum, quia ſolutiones factæ attenta promiſſione, de qua in inſtrumento retrotrahuntur ad tempus inſtrumenti, eo maxime quia fieri per eos non poterat, quin ſoluerẽt
3 dictas partitas: nam paria ſunt non poſſe, † vel commodè non poſſe, l. nepos proculo, ff. de verb. ſigni. ſed ſine dedecore fieri non poterat, quin facerent ſolutionem iuxta eorum promiſſionem argu. l. prima, ff. qui pot. in pig. hab. & ibi Barto. ergo nec eſt verum per teſtes probari ſubſtantiam obligationis nec hypothecam, & in omnem caſum teſtes nõ probant de tempore præciſo ſubſcriptionis, & poteſt eſſe quod
4 illa fuerit poſt ſolutiones ipſorum reorum: † vnde qui ſe fundat in tempore debet de eo præciſe probare, l. cum actum, ff. de neg. geſt. l. mattem, C. de prob. Alexand. conſil. 172. volumine ſecundo: nam probatio debet eſſe per neceſſe, non per per poſſibile, capitulo in præſentia de teſtib. l. neque. C. de prob. l. non hoc, & ibi Docto. C. vnd. legit. ¶ His ita deductis de duobus Rota dubitauit, Primum an creditum Chiegarij ita fuiſſet probatum, vt cum inſtrumento concurrere poſſet. Secundo dato quod poſſet concurrere, an inſpiciendum ſit tempus ſolutionis factæ per Saulos, an tempus inſtrumenti, ita quod ſolutiones retrotrahantur ad tempus inſtrumenti. ¶ Circa primum fuit concluſum probari per teſtes ſubſtantiam obligationis cum hypotheca, quo caſu poteſt concurrere, & ſi priorem tempore præualet etiam hypothecæ inſtrumentali, ita Soc. conſilio 274. volum. 3 Rebuff. de chirog. articulo ſecundo, numero 8. Calca. conſ. 29. numero 15. probatamq́ue eſſe veritatem negotij videlicet rem ita fuiſſe prout appo-
5 diſia, pro comperto habitum fuit, † quo caſu duo teſtes ſufficiunt etiam quod ſe non ſubſcripſerint. Bald conſilio 198. alias 453. volumine primo. Bartolus in l. ſcripturas in prin. C. qui pot. in pig. hab. Cacialup. in l. admonendi, numero 65. ff. de iureiur. Soc. conſilio 274. Cor. conſilio 58. Alexand. in addi. ad Bartol. in d. l. ſcripturas, & conſilio 181. volumine ſecundo, Rebuf. in titu. de chirog. & ſeed. articulo ſecundo, numero ſeptimo & ratio eſſe poteſt, quia tũc factum dicitur probari per teſtes non autẽ per ſcripturam: vnde duo ſufficiunt, l. vbi numerus, ff. de teſt. imo quantis deſſicerent iſtæ probationes adhuc ſtante depoſitione Ioãnis Piccalugæ, qui deponit ſe fuiſſe præſentem dicto negotio atque ſubſcriptioni appodiſiæ, & concordat de ſubſtantia, de tempore & loco fuit votatũ poſſe concurrere, nam ſi ipſe fuiſſet ſubſcriptus in appodiſia cũ aliis duobus, vtique tes eſſet ſine difficultate, ſed ſi ſubſcriptio nõ eſt de forma,
6 † quia per teſtes poteſt probari, vt ſuprà dictum eſt, perinde eſt ac ſi ſubſcripſiſſet: quia non minus creditur eius viuæ voci quàm mortuo, imò maior eſt eius depoſitio cum iuramento. Cin. in l. tertia numero ſexto C. de reb. cred. Bald. in l. admonendi, numero 28. Iaſ. numero 110. Anch. conſilio 28. numero 5. Rom. conſi. 204. Alexand. conſilio tertio volumine ſecundo, numero quinto, ergo ex omnibus fuit determinatum poſſe creditum Chiegarij concurrere cum credito Saulorum. ¶ Quibus ſic ſtantibus, non obſtat id quod dicebatur de ſenſario, quia animaduertendum eſt, quod multi ſunt Doct. qui dicunt contrariam opinionem eſſe veriorem, & magis communem, cum diſtinctione tamen, de qua per gloſſ,

in l.

7 in l.omnibus,C.de teſt.videlicet † quòd aut vtraque pars vult,& cogitur teſtificari,aut neutra vult, & non poteſt ſi vellet, aut altera pars tantùm vult, & tunc ſi ipſe non vult,cogi non poteſt,ſi vult,poteſt,quæ diſtinctio probatur in text.in §.quoniam auth. de teſt. quem tex.ita intelligit gloſ.in verb.legem, & Iac. de Beluſio,& Ange.quòd habet maximam rationem in ſe,nam videmus quòd qui inuiti non cogũtur, volentes admittuntur,l.inuiti, la 1.& 2.ff.de teſt.& in terminis gloſſ.in verb.ne inuito,in c.ſi teſtes,4.q. 2. exemplificat de ſocero,qui inuitus non cogitur, volens admittitur, & ratio poteſt eſſe quia edictum de teſtibus non eſt prohibitorium, vnde qui non eſt ex-
8 preſſe prohibitus,†cenſetur admiſſus: vnde cum habeamus text.gloſ.& Docto.& rationes,apparet quę ſit verior opinio, nam opinio contrà fundatur principaliter in glo.in auth.de inſtrum caut.& fid.in §.in his in verb.adnumeratorem,& in gloſ.1.q.1.c.ſi Epiſcopus in verb.mediator,quam gloſ.allegãt pro fundamento ſuo,alia gloſ. in dicto §. quoniam, in verb. legem, quæ dicit contrarium, vnde vt reducamus iſtas opiniones ad cõcordiam debemus dicere quod quando Doct.dicunt cenſarium non poſſe teſtificari,niſi vtraque pars velit, intelligi debet non poſſe cogi ad teſtificandum, ſicut dicit text. & gloſ. quia
9 ſi vtraque pars velit,†cogi poteſt ad teſtificandum,ſi vero altera pars tantũ, cogi non poteſt,ſi autem velit,admittitur, & vltimo iſto caſu poterit procedere alia opinio,quod cenſarius admittatur, etiam altera parte inuita,id eſt,ſi vellet.¶ Secũdo,dato quòd eſſet vera illa opinio, limitatur quando agitur de probanda aliqua qualitate ipſius actus, per quam actus nec
10 perfectionem nec improbationem reciperet, † vt quando ageretur de qualitate actus iam perfecti, nõ autem de eius retractatione.Alex.conſi.127. volum. 7.Sal.in l.nullus,ff.de teſt. quæ limitatio iuri conſona eſt, nam ceſſante cauſa vel ratione ceſſat effectus, c.cum ceſſante extra de appell. at ratio quare proxeneta teſtificari non poſſit,illa eſt ſecundùm glo.in §.quoniam auth.de teſt.in verb prohibitione, quia ſi res perficitur,habet exinde commodum, quare videtur proprium commodum ſentire, & quaſi in re propria teſtificari,at perfecto negotio ceſſat ratio, ergo & iuris diſpoſitio,hæc autem militat in caſu noſtro, quia negotium eſt perfectum, nec dubitatur de retractatione, ſed tantùm an appodiſia ſit ab iis teſtibus ſubſcripta.Item eo tempore, & an vera ſint quæ dicuntur in appodiſia. ¶ Tertio reſpondetur & tollitur omnis difficultas,quod hic non ſumus inter eaſdem partes,inter quas fuit cenſarius, videlicet inter Aurias, & Stephanum Chiegarium, ſed inter Chiegarium & Saulos, vnde non militant quæ dicuntur de cenſario inter eaſdem partes, cum ex diuerſis non fiat illatio l.Papinianus exul.ff.de mino.Imo cùm tales melius & facilius nouerint veritatem contractus, quam alij facilius debent admiti.Nec obſtat, quòd dicitur de tempore præciſo,teſtes nõ deponere,quia contrarium eſt verum, nam teſtes interrogati an vera ſint contenta in interrogatorio, concludunt etiã de illo tẽpore,ita Bald.in l.omnes populi. ff. de iuſt.
1 & iur.ſed hoc eſt in teſtibus iſtis,ergo concludunt de tempore præciſo,quare cùm ſint idonei, deponunt de tempore præciſo,& de ſubſtantia obligationis,& ſequitur quod poteſt concurrere cum alio credito. ¶ Circa ſecundum fuit concluſum tempus ſolutionis non poſſe retrotrahi ad tempus inſtrumenti,
11 †nam quamuis per fictionem tranſlatiuam ſiue extenſiuam ſuper tempore,perſona,re & loco retrotrahãtur acta, vt in l.Cornelia,l.lex Cornelia,& ibi Doct. ff. de vulga.& pupill.§. ſi ab hoſtibus inſtit. quibus mod.ius pat. poteſt.ſol.& in multis aliis vt per Barto. in l.ſi is qui pro emptore, ff.de vſucap. tamen illa habent locum in conditione caſuali, non autem poteſtatiua, vt ibidem declarat Bartol. numero 46.text. eſt in l.qui balneum, & l.qui potior,ff. qui pot.in pign.hab.Docto.in l. ſi filiusfamiliàs in princip.ff.de verborum obligationibus, Socin.conſilio 41. volumine quarto, Ancharan.conſilio 28. ſed hic ſumus in conditione poteſtatiua, non autem cauſali, quia erat in poteſtate illorum de Auria non facere aliquam tractam, & ſic in poteſtate creditoris non accipere,vt dicit text.in dicta l. qui balneum, & dicta l.qui potior, ergo non retrotrahitur, & per conſequens tempus ſolutionis non inſtrumenti attenditur, quibus ſtantibus cùm creditum Chiegarij ſit cum hypotheca, illud verò Saulorum ſine hypotheca appodiſiam priorem in tempore eſſe ſolutionum Saulorum,ſequitur quod illud Chiegarij eſt præferendum, nec obſtat quod in rei veritate pecuniæ fuerint ſolutæ, ſaltim reſpectu tertiarum perſonarum, quia iſtud admittitur,ſed negatur quod retrotrahantur ad tempus inſtrumenti vt ſuprà dictum eſt: minus obſtat, quòd paria ſunt fieri non poſſe, vel commodè fieri non poſſe,& quòd ſine dedecore fieri non poterat, quia reſpondetur iur. conſi. conſideraſſe in creditoris poteſtate eſſe nõ recipere,prout in caſu noſtro, quia erat in poteſtate illorum de Auria non facere aliquam tractam, nec pecunias accipere, non autem debitoris, quia omnes promiſſiones eſſent neceſſariæ,& retrotraherentur:quia eſſet ſemper dedecus non obſeruare promiſſa, & ita patet reſponſio ad l.1.ff.qui pot.in pig.hab.vnde ſtãtibus ſuprà adductis,ſequitur quod rectè nemine diſcrepante fuit pronuntiatum ad fauorem Stephani Chiegarij.

DECISIO CLXXXIX.

Acceptans mandatum & non adimplens tenetur ad reſtitutionem & ad damna impenſas,& intereſſe.

SVMMARIVM.

1 Inſtrumentum facit probationem probatam.
2 Non facere & minus ſufficienter facere paria ſunt.
3 Ceſsio non ſufficit niſi ſimul tradantur ſcripturæ.
4 Factum non dicitur, quando aliquid minimum agendum reſtat.
5 Pluralitas partitarum non præſumitur.
6 Dubia probatio interpretatur contra producentem.
7 Diſtinguentibus, & in ſpecie deponentibus magis eſt credendum.

PRocurator qui ſuſcepit mandatum il-
lud ad vnguem debet obſeruare,l.di-
ligenter, ff.mandat.aliàs ad intereſſe
tenetur, l. ſi procuratore, § mand.l.ſi
quis alicui, §.qui ſuſcepit,ff.eod. vn-
de cùm ſocietas quæ cantabat ſub nomine Stephani
Centurioni, & Eliani Calui ſuſceperit mandatum
ab Octauiano Sauli de cedendo Baptiſtæ Imperiali
creditum, quod habebat in magno partito Regis
Francorum, quod erat ſub capite ipſorum Stepha-
ni,& Eliani, vt conſtat per litteram, quæ fuit reco-
gnita,quo caſu probat contra ſcribentem, l.publia,
ff.depoſ.Bal.rubr.de fid.inſtrum.Soc.conſi.162. itẽ
1 conſtat per inſtrumẽtum ceſſionis, † quod facit pro-
bationem probatam,maxime vt in caſu noſtro,quã-
do nihil fuit oppoſitum l.cùm olim, ff.de verborum
ſignificat. Barto. & Iaſo in l.prima, de nou.oper.
nunciat.Dec.conſi.423.Ruin.conſ.128.& tunc dici
tur producentem habere intentionem fundatã. Bal.
d.l.cùm precibus,C.de probat.Dec.conſil.36. Cra-
uet.conſi.10.appareat etiam per epiſtolam & per in-
ſtrumenta proteſtationis ex parte reorum conuen
torum mandatum ad vnguem non fuiſſe obſeruatũ:
quia retinuerunt ſummam ſcutorum, N. & ſcriptu-
ras & obligationes neceſſarias pro cõſequendo ſuo
credito, merito ergo ad reſtitutionem dictarum ſcri
pturarum, & ſcutorum vna cum damnis & intereſ-
ſe fuerunt condemnati, nec obſtat dicere, quod
fuit facta ceſſio vt apparet inſtrumento à parte ex-
hibito,quod contra ipſum probat,l.prima, §. edi-
tiones,ff.de edend. Bald.capitulo præſentiant de te-
ſti.Soc.conſil.97.volum 4. quia reſpondetur ceſſio-
2 nem quidem eſſe factam,ſed non ſufficienter.&†pa-
ria ſunt non facere,aut minus ſufficienter facere, c.
ſi quis iuſto,verſ.ſi autem nullus,iuncta gloſ. in ver-
bo admitti de electíon.lib.6.Lapus alle.22.quia nõ
fuit facta cum recognitione ſcripturarum debitarũ,
& earum traditione,& in terminis ceſſionis,quod nõ
3 ſufficiat niſi ſimul † tradantur ſcripturæ ceſſionario,
ex quibus nomen ceſſum conueniatu r.tradit Bal. in
l.ſi nomen,ff.de hæred.vel act.vendi. Alex in l. ſcien-
dum,nu.10.ff.de verb.obl.Rom.conſ.163.num. 5. &
4 factum non dicitur † quãdo aliquid etiam minimum
remanet agendum.Doct.com.in l.ſtipulationes non
diuiduntur,ff.de verb.oblig. Minus obſtat quæ dice
bantur de cõpenſatione reſpectu aſſerti crediti ſcu-
torum, N.nam primò dicitur quòd nullibi conſtat
de credito iſto,quia ſi vnquã fuit creditum,fuit dein-
de extinctum, & ſolutione eius quòd debetur tol-
litur omnis obligatio.inſt quomo.toll.oblig in prin.
Dec.in l.bona fides,numero ſecundo,ff.de reg. iur.
ſolutio autem probatur ex literis, & per poſitionem
8.a.loco per actorem factam,& pro confeſſa decla-
ratam,nec ſubſiſtit, quod non probet eſſe eandem
5 partitam, † quia reſpondetur pluralitatem non præ-
ſumi niſi probetur,l.2.C. de error.aduoc. Alex.con-
ſilio quarto volumine 1. Ceph. conſilio 171.numero
45 per l. 2. vbi Doct comm. C.de bo.poſs.vltimò
etiam quod opponebatur de prouiſionibus nõ ſub-
ſiſtit: nam quamuis multi teſtes dicant quod debe-
bantur prouiſiones,tamen non exprimunt quo tem-
pore, ſcilicet, an quando exigebatur pecunia an
6 poſt, † quo caſu dubia probatio interpretari debet
contra probantem capitulo in præſentia de prob. &
ſic de primo tempore, ſunt deinde alij teſtes acto-
ris ad interrogatoria rei qui dicunt, quòd eo tem-
pore, tantum quo exigebatur à Rege Chriſtianiſſi-
mo, & tenebatur ſcriptura debebantur prouiſiones,
7 † quibus ita diſtinguẽtibus,& in ſpeciẽ deponẽtibus
magis credi debet. Alexan.conſ.146.numero 3. lib.
2.conſil.88.libro 5.Marſ.in pract §.diligenter,num.
199.ſecundo dato quòd prouiſiones deberentur, nõ
licuiſſet de iure retinere, & impedire ceſſionem do-
norum pro dictis prouiſionibus,vt dicit Bal.in l.fin.
C.commo. Bartol.in l.ſi non ſorte, §.ſi centum, de
cond.indeb.Item alia ratione non potuiſſent retine-
ri,dato quòd deberentur,quia ſimpliciter ſuſceperũt
mandatum de cedendo abſque alia conditione dedu
cendi prouiſiones: vnde ſuſceptum mandatum non
poſſunt alterare, quia nihil habet commune ceſſio
cum prouiſionibus, ideo ad vnguem erat obſeruan-
dum:nec teſtes qui dicunt, quòd pro prouiſionibus
aliqui retinuerunt credita aliena, hoc dicunt ſimpli-
citer,ſed dicunt cum temperamento,quippe quando
diffidebant de debitoribus, quæ diffidentia nunquã
cecidit in reis,vt conſtat ipſorum litteris, inſuper ex
eo quòd aliqui retinuerunt non fit, quòd eſſet lici-
tum retinere, & ſi illi fuiſſent conuenti pro eorum
intereſſe eſſent condemnandi.¶ Accedat pro tollẽda
omni difficultate, quòd non ſumus in dubio qua
de cauſa fuerit facta retentio,ſed in claris, vt mani-
feſtè apparet ex litera vbi dicitur,*l'haurei fatto di tut-
ta la ſomma che vi è douuta. ma ſapendo che con eſſi vi è
quella differenza, mi e parſo conuemente à fine che non ſi
habbino li detti Antonio & Bernardo à doler di me, ritenere
quel reſto, ſino che reſti vltimata detta differenza*, ex qui-
bus verbis clarè cognoſcitur quòd habuerunt man-
datum de cedendo, quòd tota ſumma non fuit ceſſa,
nec retentio fuit pro compenſatione ſcutorum, N.
neque pro prouiſionibus, ſed pro illa differentia vn-
de in claris non eſt opus coniecturis, l.continuus de
verb.obli. & per conſequens rectè communi voto
fuerunt condemnati.

DECISIO CXC.

Qui ſciens rem obligatam emit, non poteſt obligationem excipere aduerſus petitionẽ pretij.

SVMMARIVM.

1 *Ordo mandandi ſententiam executioni.*
2 *Ea ad quæ quis habet actionem, dicuntur in eius bonis.*
3 *Emptor non tenetur ad pretium re non tradita.*
4 *Neque etiam non libere tradita.*
5 *Venditor non tenetur ad rem tradendam non ſoluto pretio.*
6 *Etiam in executione ſententiæ poteſt opponi exceptio rei non traditæ.*
7 *Petens adiudicationem nominis non habet plus iuris quam creditor.*
8 *Exceptio denegandæ audientiæ ſemper poteſt opponi.*
9 *Prouiſio facta non ſeruata forma legis eſt nulla.*
10 *Vno exiſtente creditore & debitore extinguitur actio per compenſationem.*

11 Se-

11 *Sequeſtrum affert impedimentum rei.*
12 *Eminente euictione rei præſtanda eſt fideiuſſio emptori.*
13 *Per conſenſum venditioni renuntiatur hypothecæ in re.*
14 *Probanda in adiudicatione quæ.*
15 *Actiones vtiles competunt creditori aduerſus debitorem debitoris.*
16 *Non exiſtentia in proceſſu attendi poſſunt cum poteſt procedi, ſola facti veritate inſpecta.*
17 *Vendens rem alienam ſcienti non tenetur de euictione.*
18 *Interueniens venditioni, remittit ius pignoris in re vendita.*
19 *Non liquidato credito non fit compenſatio.*
20 *Sequeſtra tolluntur ſatiſdatione.*
21 *Præſens & tacens in iure reali an & quando ſibi præiudicat.*

NOMEN debitoris in cauſa iudicati capi poſſe, ignotum nõ eſt. l. etiam C. de execu. rei iud. l. à diuo Pio, §. ſic quoque vbi Doct. ff. de re iud. l. 2. C. 1 quando fiſ. vel priua. † & ſi verò hoc ordine ſententia mandanda eſt executioni, vt primo mobilia, quorum pretium ſi non ſufficiat, vel non inueniatur, ad immobilia peruenitur, demum ad iura, & nomina debitorum. d. l. à diuo Pio, §. in venditione, gloſ. in d. l. etiam l. 1. C. de præter. pign. tamen quia ſtatutum, lib. 2. c. 2. de ſententiis inſtrumentis, §. & fiat ſolutio in bonis debitoris, quæ fuerint penes eum, vel alium ſuo nomine, & cap. in hoc primo ca- 2 pite continẽtur nomina debitorum, & ita paſſim obſeruatur, vt ſtatim petatur adiudicatio nominis, † quoniam in bonis dicuntur ea, ad quæ habemus actionẽ l. rem in bonis, ff. de acqui. re. do. l. qui actionem habet. & Docto. præſertim Cagno. ff. de reg. iur. Crau. conſ. 215. nume. 5. cùm per ſententiam Cæcilia Rhodi eſſet creditrix dotium ſuarum de libris, N. Benedicti Rhodi eius viri, qui vendidit ſuam partem cuiuſdam nauis Nicolao Lomellino pro maiori ſumma, petiit ſibi adiudicari nomen dicti Lomellini pro concurrenti quantitate, fuit diſceptatum, an talis adiudicatio foret concedenda nec ne, & prima facie videbatur dicendum talem adiudicationem non poſſe ſibi locum vendicare. ¶ Primò quoniam emptor non 3 tenetur ſoluere pretium, † niſi ſibi res vendita tradatur, l. qui pendentem. ff. de act. emp. l. ex his prędiis in 4 fi. C. de euict. vel † ſi res libera nõ tradatur, l. qui rem, & Bald. C. de euic. & facit quod no. idẽ Bald. in rub. C. de contrahen. empt. 22. quæſtio. & l. quoniam, l. de compenſ. & parificantur rem nõ tradi liberam, Alex. conſilio 119. numero ſecundo volumine primo verſiculo ad idem, quod no. Baldus ſicut & è conuer- 5 ſo venditor ad rem tradendam † compelli non poteſt pretio nõ ſoluto, l. Iulianus, §. offerri. ff. de actio. emp. & vend. Dec. conſ. 119. nu. 1. & hoc venit ex natura ipſius contractus, d. l. ex prædiis, l. nõ dubitatum. in totum, vel non tradi. C. eo, & hæc exceptio rei non tra- 6 ditæ † poreſt opponi etiam in executione ſententiæ, nec excluſa intelligitur à ſtatuto Bald. l. peremptoria, C. ſen. reſcind. non poſſ. verb. quæro condemnatus eſt venditor, qui pluribus rationibus arguit cõtra Bartolus in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, ff de iureiurandi, & refert, & ſequitur Dec. in dicto conſilio 119. qui allegat quam plures idem tenentes, & Alexand. in dicto §. ſi quis iurauerit, qui dicit eſſe communem, hinc dicebat idem Bald. in dicta l. qui rem in primo no. cautelam eſſe, vt emptor opponat aduerſus venditorem rem eſſe alteri obligatam, & conſequenter non traditam liberam: ne cogatur ſoluere pretium, cum ergo in caſu noſtro nauis hæc non fuerit tradita, vel ſaltem non libera, vtpotè quia eſt obligata, & hypothecata nonnullis creditoribus dicti Benedicti Rhodi, & in ſpecie Lazaro Grimaldo, & Ioan. Bap. Spinulæ, vt conſtat publico inſtrumento exhibito, non debet Nicolaus compelli ad ſoluendum aliquam partem pretij, & 7 quòd non poſſet venditor ipſe aduerſus emptorem, non poterit eius creditor, † quia non poteſt habere plus iuris, quam ipſe creditor habeat, vt in terminis adiudicationis in ſpecie dicit Ang. in dicto §. ſic quoque numero 2. & conuenit regulæ, l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. & l. traditio, de acqui. re. do. ſed Rhodo obſtaret hæc exceptio, rem liberam non tradis, ergo obſtabit, & Cæciliæ in eius locum ſuccedenti, l. eum qui §. iniuriarum. ff. ſi quis caut. ¶ Secundo obſtat ſtatutum de abſentibus, & latitantibus lib. 4. cap. 8. Pag. 132. & vxor latitantis mole creditorum intelligitur ipſo iure foreſtata: vnde cum appareat Benedictum Rhodum Cæciliæ maritum debere diuerſis perſonis, & latitare, ipſa efficitur ipſo iure foreſtata, & ſtante alio ſtatuto, quòd foreſtatis ius non reddatur, ſed audientia denegetur, Rota non eſt com- 8 petens, † & audientia debet denegari, & hæc exceptio poteſt ſemper opponi, imo etiam ſi non opponatur, proceſſus eſt ipſo iure nullus per ea, quæ tradit Alexand. in l. 1. §. ſublata in prin. ff. ad Treb. & licèt Bartol. in l. eleganter, §. ſi quis poſt, ff. de cond. indebi. tenuerit valere proceſſum antequam opponatur exceptio, per cap. pia de excep. in 6. l. reũ cum gloſ. C. de procu. l. filiusfam. §. veterani, cum §. ſeque. ff. de procu. tamen atteſtatur magis communem eſſe cum Ioan. And. in add. ad Spec. in tit. de prol. ſent. §. iuxta ſuper ver. itẽ eſt nulla, & ita determinauit Iac. de Aret. diſputando, & hanc opinionem ſecutus eſt Bald. & alij, quos refert Alexand. in d. §. ſi ſublata, & affert multas rationes pro hac opinione refert, & ſequitur Dec. conſi. 275. numero 2. cum all. & ratio eſt, quia cum fiat contra prohibitionem legis, vel ſtatuti, eſt nullus. l. non dubium, C. de legi. & cum Rota ſit incompetens per prædicta etiamſi pronuntiaret ſe competentem nihil ageret per ea quæ dicit Dec. conſilio 18. nu. 5. ¶ Tertio probationes nõ ſunt legitimè factę, quia non fuit prouiſum de notario ad 9 formam regularum, † prouiſio enim facta contra legis diſpoſitionem, & eius forma non ſeruata eſt nulla, cap. cum dilecta, extr. de reſcrip. l. non dubium, C. de legi. certũ autem eſt notarium tam ex diſpoſitione regularum, quam de iure communi per ſolum iuramentum poſſe allegari ſuſpectum, Alexand. conſilio 104. volumine 1. qua ſuſpicione pendente terminus probatorius nõ incipit, ſed poſt factam ſubrogationem notarij, vt habetur in regulis tit. de electio. notarij ergo omnia corruunt. ¶ Quarto cõpenſatio oppoſita per Nicolaum ante motam litem debet admitti, & tollit adiudicationem, prout apparet per publicum documentum, & ſummam ſibi per Rhodum debitam vult compenſare cum ea, quam ipſe debet, quòd nedũ facere poteſt per l. 1. & 2. ff. de cõ- 10 penſ. ſed imo fit ipſo iure, l. ſi conſtat, C. eo. nã † quã-

do vnus eſt debitor, & creditor extinguitur actio, quia impoſſibile eſt debitum, & creditum eſſe in eodem ſubiecto, l. hæres à debitore, §. quod ſi ſtipulator, & ibi glo. in ver. perinde, ff. de fideiuſſ. Alexand. conſi. 149. num. ſecundo, vol. ſecundo per l. Vranius. ff. de fideiuſſ. l. Stichum, §. actio, de ſolutio. ¶ Quintò cùm plura ſequeſtra facta fuerint ſuper hac naui, clarè demonſtratur illam non eſſe liberam, nec expeditam, merito emptor ex hoc capite pretium iuſtè
11 retinere poteſt, † ſequeſtratio enim impedimentum affert rei Doct. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. ff. quis ſatiſda. cogan. ¶ Sextò cùm immineat euictio in
12 limine iudicij, † debet præſtari fideiuſſio. l. ſi poſt perfectam, C. de euict. nec debet tantùm pro parte pretij quam prætendit Cæcilia dari ſed etiam pro tota re, ita dicit Rub. Alexandrinus in l. de pupillo, §. morte, num. 467. ff. de ope. nou. nuncia. & aliqui etiam dixerunt fragilitati fideiuſſionum emptorem ſtare nõ debere, ſed pretium poſſe retinere, ne fortaſſis cogatur idem bis ſoluere contra, l. bona fides, ff. de regu. iur. fuit itaque indemnitati emptoris proſpiciẽdum ne moleſtia afficiatur, quod bona fides non patitur. ¶ Septimò ſi diceretur hypothecæ ſuper dicta naui conſtitutæ, videri renunciatum per eos, qui illam ha-
13 bebant, † ob conſenſum vẽditioni præſtitum per tex. in l. ſi probaueris, C. de remiſſ. pign. per tradita per Bar. in l. quæ dotis, ff. ſolut. Reſpondetur requiri expreſſum conſenſum, vt per Fulg. in d. l. ſi probaueris, qui ita illã, l. interpretatur, & per Neguſ. in tract. de pig. ſexta par. tertio memb. nu. 23. eſt neceſſe enim quod venditioni expreſſè conſentiat, ad hoc vt ſibi præiudicet, alias ſibi non nocebit. ¶ His tamen minimè obſtantibus in contrariam ſententiam vnanimiter iuit Rota, cum nonnullis tamen modificationibus adiudicationem petitam concedendo, vt in ſententia continetur: in primis enim ſemper admit-
14 titur nominis adiudicatio, † quando ille, qui petit probat ſe creditorem, & illum cuius nomen poſtulat adiudicari, debitorem ſui debitoris per publicum inſtrumentum Bal. Sali. & alij in d. l. ſecunda, C. quãdo fiſ. vel priua. Alexand. & Iaſ. & alij in d. §. ſic quoque, & alibi alij Docto. ſed vtrunque in noſtro caſu eſt abundè probatum, nam Cæcilia virtute ſententiæ, quæ tranſiuit in iudicatum, & habetur pro veritate, l. 1. ff. de re iud. l. ingenuum, ff. de ſtat homi. l. res iudicata, ff. de reg. iur. eſt creditrix liquida ſummæ petitæ, & pariter conſtat Nicolaum reum conuentum eſſe debitorem liquidum ex inſtrumẽto emptionis partis nauis dicti Rhodi & quemadmodum ipſe Rhodus poſſet petere executionem dicti inſtrumenti ad formam ſtatuti, quia vendidit nauem, eiuſque poſſeſſionem tradidit, & ſic ex ſui parte adimpleuit, profectò cogeretur emptor pretium ſoluere, l. ex empt. l. Iulia. §. offerri, ff. de actio. empt. l. ſciendum. §. fi. l. illud. ff. de ædil. edi. ita poteſt Cæcilia creditrix Rhodi quoniam actiones vtiles competunt credito-
15 ri † aduerſus debitorem ſui debitoris, quæ directę cõpeterent ipſi creditori Bal. & Sali. in l. 2. C. de actio. & obligatio Caſt. & alij in l. ſolutum, §. ſolutum, ff. de pigno. actio. ſequitur ergo ex prædictis adiudicationem petitam fuiſſe iuſtè conceſſam. ¶ Accedit quod adiectum fuit, quod præſtetur idonea cautio de reſtituendo habenti potiora, & de contribuendo habentibus ęqualia, per quam proſpectum eſt emptori, qui reſpectu pretij, quod ſoluit (ad aliud enim mulier non tenetur) tutus eſt, ſi forte aliquam moleſtiam patietur. ¶ Nec obſtat, quod dicebatur hanc cautionem eſſe triennalem ſecundum formam ſtatuti: nam animaduertendum eſt ſtatutum loqui in diuerſis terminis, & ſtãte alio ſtatuto de extrinſeco intellectu, non permittitur extenſio, Franc. Cur. conſ. 13. Secundò reſpondetur, quòd illud fortè procederet, quando dictum fuiſſet per Rotam cautionem præſtandam eſſe ad formam ſtatuti prout communiter fieri conſueuit, quia tunc videretur haberi relatio ad illud ſtatutum, ſed ex quo ſimpliciter nullo adiecto tempore, neque addita clauſula ad formam ſtatutorum, dandam eſſe fideiuſſionem pronuntiatum eſt, non expirabit elapſo triennio. inſuper additum eſt, quòd Cæcilia cedere debeat iura dotalia Lomelino, vt ex illis ſe valere poſſit, & demonſtrare anterioritatem: necnon quia aſſerebat reus iam prius fuiſſe ceſſa aliqua iura officio ſalis ab eadem Cæcilia, fuit etiam prouiſum, quod hoc reſpectu fideiuberet: releuanda quoque prius eſſe ſequeſtra fuit dictum, & demum quòd dotes collocentur in toto vt deſeruiãt oneribus matrimonij; adeo vt ex tot modificationibus ſententiæ appoſitis Nicolao vnaquaque cautum ſit, prout in ſimili caſu prouideri, & caueri leges permittunt. ¶ Et licet ex prædictis oppoſita proſternantur, nihilominus ad ſingula poteſt ſpecialiter reſpondere.

¶ Ad primum dicitur in facto rem traditam fuiſſe liberam, quia conſtat Lomellinum habuiſſe poſſeſſionem dictæ nauis, eamque hodie detinere, quod eſt notorium permanens, vltra inſtrumentum confeſſionis ipſiuſmet Nicolai, quod licet exhibitum nõ
16 eſſet, tamen cùm ſimus in executiuis, † in quibus Rota ex regulis iudicat ſola facti veritate inſpecta, attendi potuit, & in ſcriptura in proceſſu facta eius fit mentio, licet in depoſitione non adſit exhibitio, in quo inſtrumento fatetur Lomellinus ſe poſſeſſionem habuiſſe, quæ vacua fuit, cum à nullo detineretur, nec detineatur hoc tempore, niſi ab eo ſolo arg. l. 2. §. vacua. vbi Bart. & l. 3. in princi. ff. de actio. empt. l. cùm res, C. de probat. glo. in l. fin. C. vnde vi, in ver. nau. cau. in l. improba. §. ſi vacuam, C. de acqui. poſ. gloſ. in §. cùm autem in ver. vacãtem inſti. de vſucap. cum ſimili. & præſertim quia vnaquæque res libera præſumitur, niſi contrarium demonſtretur l. altius, C. de ſer. nec demonſtratur nauem alicui obnoxiam eſſe. Secundo reſpondetur argumentum poſſe fortè procedere quando promiſſum eſſet, liberam rem eſſe, hinc enim poſſet retineri pretium, cæterum hoc non fuit promiſſum, ideo ſatis eſt, quod rem vacuam tradiderit, vt diximus. ¶ Nec officit, quod dicatur rem eſſe hypothecatam Grimaldo, & Spinulæ, quoniam cum ipſe Nicolaus ſciuerit dictam nauim fuiſſe eo modo obligatam, & hypothecatam (nã inſtrumento obligationis, & hypothecæ interuenerat, & ipſemet etiam habebat obligatã) ſibi imputet, quod rem cum tali onere ſcienter emerit, l. 1. §. venditor, ff. de act. empt. & dicitur emiſſe omne ius, quod haberet Rhodus, & cum illa qualitate oneris iam prius appoſiti, & emptor ſcienter deceptus non habet actionem ex eo contractu, nec tenetur venditor argum. l. cùm lex, & Bal. in ſecunda q. ff. de fideiu. refert & ſequitur Gozad. conſi. 24. nu. 7. & ſubdit quod vendẽs
17 rem alienam emptori ſcienti † nõ tenetur de euictione, facit l. ſi fundum, & Doct. C. de euic. gloſ. & Docto. in l. non dubitatur, C. eo. nam licet ex natura contractus veniat hoc, quod obligetur vendens de euictione, tamen ſi ſciens eſt emptor, ſecus eſt, per d. l. ſi fundum, facit quod nota Alexand. in l. ſi domus,

mus,§.vlti.num.quarto.poſt alios, ff.de lega.primo, & ita interpretatur,l.qui tabernas,ff.de contrah.emptio.procederent igitur contraria, quando Lomellinus ignoraſſet nauem fuiſſe hypothecatam,& obligatam,ſecus ſi ſciuiſſet prout ſciuit, quia venditor non tenetur nec de euictione, nec de pretio,ita concludit Gozad.d.conſi.24.numero ſeptimo, & hanc communem opinio.teſtatur Villalo.in lib. 19. communium opi.in ver.venditor non tenetur, & ex hoc tolluntur contraria, vel etiam alio modo reſpondetur, quod cum in inſtrumento venditionis interuenerint Lazarus,& Spinula,qui prætendunt hypothe-
18 cam,†cenſentur ius pignoris remiſiſſe,l.ſi fideiuſſor, §.pater,ff.de pign.& hypothe. l. ſi conſenſit,l. ſicut, §.ſi voluntate,& §.videamus,& Bart.ff. quibus mod. pigno, vel hypoth. ſol.l.ſi probaueris, C.de remiſſ. pigno.Neguſ.dic.tract. de pigno. ſexta par. memb. tertio,numero 12.nec alicui eſt obligata,quod conſtiterit Rotæ, niſi prædictis,& ſic retorquetur argumentum in contrarium, quod ſicut ex rationibus ſuperius allegatis poſſet Rhodus petere pretium, ita & Cæcilia ſublata hac exceptione,rem non tradit liberam,quæ non obſtat.

¶ Ad ſecundum reſpondetur breuiter, Rhodum non eſſe abſentem, nec latitare argu.l.Fulcinius,§.latitare, ff. quibus ex cauſ.in poſſ.ea. nec hoc probatum eſt,quia cum ſit facti non præſumitur niſi probetur,l.prima,C.de mand.prin.cum ſimil.& reuera non poteſt vllo pacto dici foreſtatus, quia ſi omnes qui nō ſatisfaciunt ſuis creditoribus eſſent foreſtati,profecto eſſent quamplurimi etiam ex his, qui ditiores, & potentiores exiſtimantur, & qui quotidie in foro verſantur.Secundò dicitur ſtatutum de foreſtatis hodie eſſe ſublatum per decretum,quod ferunt eſſe notorium,nec quiſquam hoc tempore foreſtatur: præterea requireretur declaratio, & ſic corruit fundamentum.

¶ Ad tertium tollitur in facto quoniam nullæ aliæ probationes factæ ſunt, quam per exhibitionem inſtrumentorum,& ſcripturarum publicarum,& ſumus in executione executionis,vt dicunt Doct. in d. §. ſic quoque in qua ceſſant ſubtilitates,quæ in ordinariis cauſis requiruntur, ſed Rota ſola facti veritate inſpecta iudicat ad formam regularum. Secundò dicitur quod prouiſio notarij facta fuit ſeruatis ſeruandis, & partes ipſæ cōtentatæ ſunt,quòd notarius eſſet ſcriba in cauſa. Tertio ordinatio iam tranſiuit in rem iudicatam, quia intra octo dies ab interlocutoriis datur melioratio, quibus elapſis non auditur, ſed proceditur ad vlteriora, & ab interlocutoria tranſit in iudicatum, nec poteſt amplius opponi,& ſic ceſſat obiectum.

¶ Ad quartum dicimus,quòd qui vult compenſare debet oſtendere, ſe creditorem liquidum, alias
19 †non liquidato credito non procedit compenſatio, l.vlt.C.de compenſ.cum ſimil.Sebaſt. Medi.in tract. de compenſ. 24.q.in ſecunda par. ſed Nicolaus nec ſe creditorem,nec liquidum demonſtrat, ergo non compenſat.Secundò reſpondetur, quòd etiā ſi eſſet creditor,& liquidus,& compenſare poſſet, tamen id fieri nequit in præiudicium mulieris anteriora iura habentis,& compenſatio procederet reſpectu ipſius Rhodi debitoris, ſecus in damnum tertij creditoris potioris. Tertio *ipſo* iure hoc caſu non poteſt fieri compenſatio, quia imo debet opponi per not.in d. l.ſi conſtat,C.de compenſat.Sebaſt.Med.dic.tracta. quæſtio.31.ſecundæ par. numero 15. & licet verum ſit,quem non poſſe eſſe creditorem,& debitorem, vt inquit, Alexand.d.conſi.149. tamen non recte applicatur caſui noſtro, & iura allegata procedunt quando in eadem perſona concurrunt debitum, & creditum, quod hic non eſt quia Nicolaus non debet ſibi ipſi,ſed Rhodo,& caſus eſſet,ſi vel Lomelinus Rhodo,vel Rhodus Lomellino ſuccederet,& ita loquuntur leges allegatæ, at quando compenſatio ipſo iure fiat,docet Sebaſt.Medi.d.tracta.quæſtio.21. ſecunda par.ad quem breuitatis cauſa nos remittimus, & d. quæſtio 31.nume.15.

¶ Dicitur etiam quod ſolutis libris, N. Cæciliæ, nihilominus tāta adhuc ſumma ſupereſt,vt ſibi poſſit ſatisfieri, & ſufficere ad compenſationem petitam, quia penes Lomelinum remanent adhuc libræ, N.& ſic hoc quartum minimè obſtat.

¶ Ad quintum vnico verbo reſpondetur, quod
20 prouiſum fuit,† vt ſequeſtra prius releuentur, nam tolluntur ſatiſdatione ſecundum communem omniū opinionem,quam refert Villalob.poſt Bal. deciſio. 240.& Curt.in tract. de ſequeſtr.quæſtio.14.& Soarez & Viuius comprobant.

¶ Ad ſextum reſpondetur, nullam imminere euictionem,nam nulla lis eſt mota,& tamē l. ſi poſt perfectam loquitur, quando iam erat mota quæſtio, vt clara ſunt verba Imperatoris,Nec nodum in ſcirpo quærere debemus, ſufficit enim emptori licere ſibi rem habere,l.habere licere.ff.de euic. Caſt.in l. ſi in emptione in fina. ff. de contrah. empt. ideo locus erit regulæ poſitæ in l.illud, ff.de euic. quod niſi quis nominatim promiſerit de euictione, non tenebitur fideiuſſionem præſtare. Secundò tollitur hoc per ea, quæ diximus in reſponſione ad primum argumentum,quòd etiam ſi immineret verè euictio, cum emptor hoc ſciuerit, liberatus remanet venditor.

¶ Ad ſeptimum pariter poteſt reſponderi, quòd licet expreſſus conſenſus requiratur, tamen commu-
21 nis opinio videtur eſſe,quòd † præſens & tacens ſibi præiudicet in iure reali,vt ex mente Ioan.Andr.Petr. & aliorum dicit Alex.in l.quæ dotis, numero 28. ff. ſoluto matrimonio,& videtur text. in terminis fere in l.ſi probaueris,C ſi alie.res pign.da.ſit,tamen concludunt omnes Doct.quòd quando vltra ſcientiam, & patientiam interuenit alius actus facti poſitiuus, quòd tunc præſens, & tacens ſibi præiudicat Iaſ. in d.l.quæ dotis,verum in iſto caſu nedum inſtrumento venditionis præſentes fuerunt,ſed ipſimet vendiderunt partes ſuas, & venditioni expreſſè conſenſerūt, adeo vt legi ſit ſatisfactum,quia ſatis expreſſus dicitur hoc caſu adfuiſſe conſenſus, & qui interuenit in venditione rei ſibi hypothecatæ dicitur remittere hypothecam,l.Titius Sempronio.ff.quib.mod.pig. vel hypoth.ſol.vel etiam reſpondemus, quòd dato quòd non conſenſiſſent, ſatis eſt Lomellinum ſciuiſſe rem hypothecatam per communem concluſionem ſuperiùs adductam, de qua Villalob.lib. 19. quæ ducit nos extra omnem difficultatem. Ex quibus omnibus ita pronunciatum fuit.

DECI-

DECISIO CXCI.

Procurator exigens pecunias principalis, poteſt compenſare pretium rerum emptarũ de ordine dicti principalis.

SVMMARIVM.

1 *Debitum tutoris probatur per inuentarium.*
2 *Procurator debet reddere rationem.*
3 *Literæ probant contra ſcribentem.*
4 *Reddere rationem quid ſit.*
5 *Adminiſtrator poteſt compenſare impenſas vel pro eis agere principaliter.*
6 *Executio certi crediti non impeditur ex debito incerto.*
7 *Computum ſeu ratio numerati dicitur à mercatoribus computum currens.*
8 *Omnes probationes ſunt arbitrariæ iudici.*
9 *Arbitrium boni viri eſt arbitrium iudicis.*
10 *Solutio æquipollentibus ſit.*

GALEATIO Iuſtiniano Iuniori mediãte perſona Baptiſtæ Pinelli, actione negotiorum geſtorum agentes contra Ioann. Franciſcum Iuſtinianum filium & hæredem quondam Bernardi Iuſtiniani, & ab eodem petente redditionem rationis de libris. N. peruentis ad manus dicti Bernardi eius patris Rota iudicauit ad fauorem dicti Ioan. Franc. eum abſoluendo à petitis ex ſequẽtibus fundamentis. ¶ Et primo omiſſis his quæ pro fundanda intentione agentis circa pecunias perueuras ad manus dicti Bernardi tanquam ſuperfluis, cõfeſſus enim fuerat publico inſtrumento habuiſſe vti procurator quondam Galeatij ſenioris patris dicti agentis in diuerſis vicibus, & bancis dictas libras. N. qua in re dicitur optime probatum debitum di-
1 cti procuratoris ſicuti per inſtrumentum † inuentarij dicitur probatum debitum tutoris de contentis in inuentario, l. fi. C. arbit. tut. videndum eſt duntaxat quo nam pacto debitum illud ex geſtis per Bernardum, ſicut dictus conuentus aſſerit, diſſolutum cenſeatur, quia allegans debiti extinctionem debet illud probare, vt l. cum de indebitis, §. ſi autem. ff. de procura & quomodo de geſtis ſeu adminiſtraris per dictum Bernardum eius patrem, reddat rationem,
2 † cum procurator gerens negotia alterius teneatur reddere rationem adminiſtrationis, l. idemque, §. 1. & l. ex mandato. ff. mandat. & l. quædam. ff. de procur. & iſta actio tranſit ad heredem. Dicimus de vtroque. ſ. tam de redditione rationis, quam de diſſolutione, ac omnimoda extinctione dicti debiti liquido conſtare, ex ſeptem literis ſcriptis manu dicti Galeatij,
3 † quæ recognitæ pleuè probanr, & fidem faciunt contra ſubſcribeutem, vt per Bartol. & alios in l. admonendi, num. 30. ff. de iureiur. Barr. in l. nuda. ff. de donar. & per Bald. loquentem de literis reſponſiuis, in conſi. 235. lib. 4. & conſ. 50. lib. 2. Imo. in c. ſcripta vero, nu. 15. de fide inſtr. & hæc de primo hoc eſt de
4 redditione rationis, † quæ præcipuè in ſe continet oſtendere ſingulos actus adminiſtrationis, Soc. conſilio 24. columna 11. volumine primo, nec non & computa dare & reſtituere reliquatum, vt per Afflict. deciſ. 157. late fuit ſententia, nume. 2. Aymo. conſi. 231. num. 2. volum. ſecundo, Bal. conſi. 152. ad euidentiã, nu. 1. vol. 3. Soc. conſi. 149. nu. 3. vol. 1. & in dictis litteris præſertim in illa Epiſtola ſub die. N. ibi (*alquale farete intendere come vi ſcriuo che facciate prouiſione di pezze, N. di cottonne*) ſatis aperte conſtat de commiſſione eidem Bernardo tradita per Galeatium pro emendis tam de numerato quam ad tempus tot mercibus, & armamentis quæ inſeruirent triremibus dicti Galeatij. ¶ Nec non ex eiſdem litteris apparet de receptione dictarum mercium habitarũ per Galeatium, ibi, *per vn'altra mia vi ſcriſſi li giorni paſſati come haueuamo receptte le robe mandate con li bergantini e'ancho reuiſti li conti che tutto ſta bene*, & hæc quo ad actus adminiſtratorios, quo ad merces emptas, & armamenta & receptionem earundem. ¶ De ſecundo, ſcilicet, de extinctione debiti ſatis liquere dicitur, poſtquam in proceſſu nullibi conſtat, quod de prædictis mercibus, & armamentis per dictum Bernardum emptis, & poſtea Galeatio tranſmiſſis potuerit in alio ipſe Bernardus ſatisfieri quam de dictis libris. N. ad huiuſmodi effectum per Galeatium deſtinatis, vt ex lectura dictarum literarum conſtare videtur, præſertim in Epiſtola ſub die. N. ibi, *parendomi ancho che habbiate fatto buona deliberatione in compiacerlo à pigliare le lire, N. di contanti con farli altro tanto tempo delle reſtante che veneria ad vn'anno & ſeruiranno alla compera di dette robe*, qua in re non ignarus dictus Bernardus mentis Galeatij, quæ erat quod dicta ſumma deberet inſeruire pro ſatisfactione, & ſolutione dictarum mercium tam de numerato emptarum, quam ad tempus, prout ſupra oſtenſum eſt, nimirum ſi illis exactis tanquã creditor effectus Galeatij propter emptionem illarum mercium, & armamentorum voluerit compenſare cum debito, quod habebat de dictis libris cũ Galeatio. ¶ Nec videatur nouum quod hoc caſu ſit locus compenſationi, quia inquit Soc. in d. conſi. 24. colum. 11. verſi. & ideo iura, quod quando adminiſtrator dicit ſe impendiſſe aliquid pro eo, pro quo adminiſtrauit, probatis im-
5 penſis poteſt obiicere compenſationem, † vel agere principaliter ad impenſas, l. 1. §. præterea. ff. de contr. act. tut. vbi habetur, quod ſi tutelæ iudicio quis conueniretur repetere poteſt id, quod in rem pupilli impeudit, & ſic erit arbitrij eius, vtrum compenſare, an petere velit ſumptus, & eſt text. in l. 2. in fin. & in l. at qui nam, §. non tantum, & in l. ſi hæreditaria, & in l. qui in aliena in princi. ff. de neg. geſt. in quibus legibus patet, quòd ſicut domino datur actio aduerſus gerentem pro his, quæ adminiſtrauit, ita & gerenti datur contraria actio pro his impenſis ratione adminiſtrationis, at via hæc compenſationis maluit vti conuentus, quam via contraria actionis nec fortaſſe inconſulto, cum ſemper melius ſit non ſoluere, quam ſolutum repetere, l. ſecunda, de compenſat. C. cũ ſimul. ¶ Et ſi diceretur, non debere ratione
6 incerti crediti executionẽ eius, † quod eſt certũ impediri, ſed incertũ relinqui in alio iudicio examinandum, certum vero ſolui, per l. ſtatu liber rationẽ. ff. de ſtar. liber. & l. reſiduũ, & ibi not. C. de diſt. pign. & ſic obſtare etiã regulã l. fi. C. de cõpen. quæ vult quòd non poſſit obiici exceptio cõpẽſationis de credito nõ liquido ad creditũ liquidũ, reſpõderur ſatis liquido cõſtare de credito dicti conuẽti tũ ex prædictis litteris, tum ex teſtibus pro eius parte examinatis ſuper valore dictarum mercium per Bernardum emptarum,

ex

ex literis præſertim illis duabus ſcriptis ſub die. N.
ibi(*dire reſtare creditore de lire. N. & tanti per li conti*
mandati ſaldati à conto corrente tra uoi,& in altera ibi,
per vn' altra mia ſcriſsi li giorni paſſati come habbiamo re-
ceputo le robe mandate con li brigantini,& ancho veuſti li
conti per voi mandati che tutto ſta bene , da poi del conto
corrente tra voi e me,il quale mi dicete hauere ſaldato,e mi
tirate debitore di lire. N. quæ verba nihil aliud inferre
volunt,niſi quod inter Galearium,& Bernardum ex-
tabant duo computa, alterum de numerato in quo
dictus Bernar.erat creditor Galearij de illis enuntia-
tis libris.N. alterum vero ad tempus io quo fateri
neceſſe eſt Galeatium reſtare debitorem dicti Ber-
nardi de tanra ſumma,quæ poſſet aſcendere ad com-
plementum mercium prædictarum ad tempus em-
ptarum,& tempore dictarum litterarum nondum ſo-
lutarum , quæ quidem ſumma poſtea ſolura fuit ex
illis libris. N. vltimo loco per Bernardum exactis,
adeo quod ex lectura dictarum literarum clarè de-
7 ducitur tum ex computo de oumerato, † quod mer-
catores appellant,*conto corrente* , tum ex alio compu-
to ad tempus,quod dictus Betnardus reſtabat credi-
tor de pretio & valore dictarum mercium per eum
ad inſtantiam Galeatij emptarum,& hæc quo ad cre
ditum. Quo vero ad eius liquidationem , & certitu
dinem dicimus huiuſmodi creditum ſatis liquidum,
& clarum apparere ex lectura teſtium productorum
ac pro conuento examioatorum , & præſertim ex di-
cto Gaſparis de Signorio,qui deponit ſe dicto tem-
pore veodidiſſe dicto Bernardo petias. N. cottoni-
narum ad rationem librarum.N.ſingula petia , quæ
tunc temporis ſecundum depoſitionem ipſius valu-
tabanrur communiter ad dictam rationem, quæ qui-
dem petiæ ſic valutaræ faciunt ſummam in torum
librarum. N. ſed quia vltra prædictas petias coto-
ninarum emptarum à dicto Gaſpare , ab aliis
& diuerſis mercatoribus fuerunt de eodem tem-
pore per dictum Bernardum emptæ aliæ petiæ. N.
cotoninarum , quæ ſimul iunctæ cum illis faciunt in
torum petias.N. quas Rota valurauit ad eandemmet
rationem , qua Gaſpar vẽdiderat illas petias,propter
quod non potuit videre Rota qua ratione dictæ pe-
tiæ poſtea emptæ deberent minori pretio valutari,
quo priores ille emptæ à dicto Gaſpare, & tanto ma
gis cum omnes alij teſtes pro parte conuenti exami-
oari depoſuerint de valuta temporis præſentis ,quo
huiuſmodi merces longe maiori pretio valent,quam
tuoc valerent tempore earum emptionis , & valuta-
tioois dicti Gaſparis, cuius dicta pars fuit proteſta-
ta omnino ſtandum eſſe quo ad valutationem mer-
cium , vt in proceſſu , & licet nulla cauſa ſit , quæ v-
nius teſtimonio quamuis legitimo terminetur, vt
extra de teſti.cap.licet vniuerſis in fi.etiam ſi præſi-
dali fulgeret dignitate , c.licèt ea quadam eodem
tit. quia vox vnius vox nullius argum.l. aorepenul.
ff.de quæſt.fallit tamen vbi conſenſus partis in hoc
interuenit,cum etiam tali caſu teſtimonio aduerſa-
rij ſtati poſſit , ita limitat illud dictum , quod dictũ
vnius teſtis non probat Specu.in titul.de teſt.§ re-
ſtat 24. limita. & Abb. in cap.cum cauſa , numero
20. de teſt. dicit quod atteſtationes , quæ noo va-
lent ratificantur per conſenſum partis , vbi etiam
idem tenet Iono.ouoiero quarto & Bartol. in l.fina.
ff.de teſti.cum igitur pars oon ſolum comprobaue-
rit calculum , & valutam dicti Gaſparis tanquam
veritatem dicentis ,verum & citauerit aduerſarium
ad comprobationem eiuſdem , merito Rota illas
petias vltimo loco emptas ad eandemmet valutam
reduxit ad quam redactæ fuerunt venditæ per di-
ctum Gaſparem , quæ ſimul iunctæ omnes ita appre
ciatæ faciunt ſummam librarum. N. ſed quoniam
dictuſmet Gaſpar tempore quo ſupra eidem Ber-
nardo vendidit petias. N.canabaciorum pro libris.
N.viſum fuit Rotæ rationibus quibus ſupra appre-
ciare ballas canabaciorum tunc temporis per dictũ
Bernardum ab aliis mercatoribus emptas, & Galea-
tio tranſmiſſas,ad rationem librarum.N.ſingula bal-
la[l], quod eſt ad valutam pretij quo venditæ fuerunt
petiæ à dicto Gaſpare,quæ quidem ballæ ad dictam
rationem valutaræ faciunt ſummam librarum. N.&
ſic iſtæ duæ partitæ canabaciorum,& cottoninarum
faciunt ſummam librarum. N. verum quia dictus
Bernardus vltra prædicta etiam emerat cannas. N.
atbaſiorum ballas.N tellarũ canepetæ , ancharas.N.
ferreas de quibus in titulis , & teſtibus ſuper his
examinatis deponentibus tantum de valuta ſeu pre-
tio earum mercium ad rationem præſentis tempo-
ris,quando quidem fere omnes merces pretio auctę
8 fuerunt,poſtquam à iure introductum eſt,† quod om
nes probationes ſunt iudici arbitrariæ , ad not. per
Paul.de Caſtr.in l admonendi , col.pen.ff.de iureiu-
ran.& per Deci.conſi.647.in fi.vol.5. & quod inſtũ
9 pretiũ reguletur † arbitrio boni viri,hoc eſt iudicis,
vt voluit Bart in l.creditores,nũm. 13 C. de pignor.
& per teat.in l.cõtinuus,§.cum ita.ff. de verb oblig.
proprerea Rota neque hoc neque illud tempus am-
plectens , ſed mediam viam eligendo in caſu dubio
in quo ſemper,quod minimum ſequi debet , vulga-
ta.l.inuitis.ff.de legar.3.l.ſi ita ſtipulatus fuero decẽ.
& l.inter ſtipulanrem,§.ſi ſtipulãti, ff.de verb.oblig.
arbitrata fuit valorem mercium , & præſertim tranſ-
miſſarum aſcendere ad multo maiorem ſummam,
quâ poſſet importare reliquum crediti dicti agentis,
& per conſequens torum creditum dictarum libra-
rum.N. ex ſupradicto æquiualenti prorſus extinctũ:
nec prædictis obſtabant vltimo illa producta extra-
cta,cum nihil habeant commune cum præſenti cau-
ſa in qua duntaxat petita fuit ratio de dictis libris.N.
non autem de contentis in dictis extractis , nec etiã
videbatur obſtare illud quod aſſerebatur , quod,ſci-
licet , quædam ex prædictis mercibus nempe non-
nullæ anchoræ non perueniſſent ad manus Galeatij,
quia ad hoc reſponderur , quod in proceſſu conſtat,
& præſertim ex illiſmet literis omnes prædictas mer
ces,& armamenta tranſmiſſa eſſe per dictum Bernar-
dum iuxta ordinem ſibi datum , & ſi quidem poſtea
caſu euenerit , quod ex eis aliquæ remanſerint in
itinere , puta in Leuanto ſeo alibi , iſtud non de-
bet imputari Bernardo procuratori , qui iuxta or-
dinem ſibi traditum dictas res , & merces tranſ-
miſerat , & in omnem caſum dicitur id hodie non
potuiſſe deduci , cum in proceſſu nullum vnquam
verbum factum fuerit, de hoc tanquam ad cau-
ſam parum aut nihil faciente , io qua ſolum fuit
petita ratio de dictis libris. N. de quibus in di-
ctis mercibus , & rebus cum Rotæ conſtiterit di-
cto agenti fuiſſe ſatisfactum , quia nihil refert
10 † æquipollentibus ſolutionem fieri. gloſſ. not.
in lege tertia. C. de inſtit. & ſubſtit. Bartolus in
auth. hoc locum C. ſi ſecundas nuptias mul.nume-
ro decimoquarto,& Bartolus in l. fina.C. de donat.
& ſic merito Rota dictum Ioan. Franciſcum à peti-
tis abſoluit , citra tamen præiudicium iurium vtri-
que parti competentiumtam, reſpectu extractuum,
vltimo

vltimo loco exhibitorum , & aſſertarum mercium
non tranſmiſſarum , quam teſpectu allegatæ maio-
ritatis pretij dictarum mercium pet dictum con-
uentum.

DECISIO CXCII.

Appodiſia ſubſcrpta per alios de ordine debitoris probat contra debitorem per recognitionem eorum qui ſubſcripſerunt.

SVMMARIVM.

1 Incarcerati promiſſio an valeat, & num. 7.
2 Pactum appoſitum in conditione, ea non purificata non inducit diſpoſitionem.
3 Quod eſt de forma actus debet præcedere & non ſubſequi.
4 Teſtis deponenti de facto proprio concurrentibus alijs adminiculis eſt credendum, & num. 9.
5 Inſtrumento ſtandum eſt donec contrarium probetur.
6 Ordinans non poteſt pœnitere re non integra.
8 Expendens in redemptionem alterius poteſt expenſam repetere.
10 Argumentum ab eo quod fieri conſueuit eſt validum.
11 Argumẽtum ab eo quod non eſt veriſimile valet.
12 Fundans ſe in aliquo debet illud probare.

NOn fuit mediocriter hęſitatum, quod
Ioannes Baptiſta Spinula non habet
obtinẽra contra Ioannem Thomam
de Francis pro quo ſoluerat ſcuta. N.
Capitaneo Petro de Orſea in Inſula
Corſicæ per quem carceratus detinebatur, quanquã
ipſi Spinulæ dictus Francus promiſiſſet dictas pe-
1 cunias ſoluere per tex. in l. † qui in carcerem. cum ibi
trad. per Bartol. & alios. ff. quod met. cau. & in l. qui
in bello. ff. de capt. quod iuuabatur , quia promiſ-
ſio facta de reſtituendis pecuniis per Spinulam ſolu-
tis videbatur, conditionalis (*coſtandoſi che eſſo Spinula
haueſſe pagato à eſſo Capitanio detti ſcuti* ,) qua condi-
tione nou verificata, quia minime probatum appare-
bat eidem Capitaneo fuiſſe pecunias ſolutas, non vi-
debatur poſſe agi ad reſtitutionem earum , nam pa-
2 ctum appoſitum in conditione, † non purificata con-
ditione noo inducit diſpoſitionem , l. cedere diẽ,
ff. de verb. ſign. l. ſi quis ſub cõditione, ff. ſi quis omiſ.
cauſ. teſtam. accedant not. per Bal. in auth. matr. &
auiæ, C quand. mul. tut. offi. fungi. dum dicit , quod
quando in aliqua diſpoſitione aliquid ponitur con-
ditionaliter, illud dicitur eſſe de forma. cuius formæ
peruerſio vitiat actum not. in capitulo exhibita extra
de iudi. & ideo quando aliquid eſt de forma actus
3 ſemper † illud debet præcedere & non ſubſequi ſe-
cundum Bal. in rub. extra de off. iud. col. 5. ad quod
etiam faciunt trad. pet eund. Bal. in l. t. columna ſe-
cunda, verſiculo extra quæritur, C. qui admi. & Paul.
de Caſtr. in l. ſi cum dotem. §. eo autem, ff. ſolu. matr.
& Alexand. in l. prima , §. fuit quæſitum, ff ad Treb.
corroboratur ex eodem fundamento præcedens
concluſio, quia promiſſio de reſtituẽdis ſcutis ex alio
videbatur conditionalis , ſi ipſe Francus ab ipſo Spi-
nula fuiſſet redemptus , qua redemptione per eum
non probata vti fundamẽto intentionis ſuæ, l. ei qui,
ff. de probat. cuius omni vtique etiam videbatur ca-
rere præſumptione, l. in bello , ff. de capt. non de-
buit poſſe dici pactum de reſtituendis pecuniis ipſis
diſpoſitionem induxiſſe, nec videbatur obſtare quod
in appodiſia promiſſionis factæ de ſoluendis dictis
pecuniis non contineretur huiuſmodi conditio , ſeu
pactum de quidquam non ſoluendo , niſi ſequuta re-
demptione , quia videbatur id fuiſſe probatum per
Dominicum de Caſſano vnum ex teſtibus , qui ſe
dictæ appodiſiæ ſubſcripſerunt , dum aperte deponit
tale pactum fuiſſe factum, cui tanquam de facto eius
proprio, ex quo appodiſiæ ſe ſubſcripſerat deponen-
4 ti † plenè erat credendum concurrentibus aliis ma-
ximè adminiculis , quod ipſe Francus & ante & poſt
dictam appodiſiam proteſtatus fuerat , quod non
ſoluerentur dictæ pecuniæ niſi eius redemptione ſe-
quuta , & quia io inſtrumento ſolutionis earum fuit
tantum facta promiſſio de relaxando Baptinam vxo-
rem dicti Spinulæ, & in caſu quod nõ relaxaretur de
reſtituendis pecuniis ſolutis, per ea, quæ tradũtur per
Paul. de Caſt. in l. quicunque prope fi. C. de ſer. fug
& Salic. in l. ſi quis decurio. in quarta opp. C. de fals.
& Alex. conſilio 197. num. 3. volumine ſecundo , &
Dec. conſi. 54. nu. 4. ¶ Iſtis tameo minime obſtanti-
bus viſum fuit dictum Ftancum teneri ad reſtitu-
tionem dictorum ſcutorum per ipſum Spioulam ſo-
lutorum ex promiſſione facta per dictum Francum,
de qua ſatis dicitur conſtitiſſe ex appodiſia de vo-
luntate dicti Franci ſcripta, & per Melchionem Ba-
zurrum, & dictum Dominicum ſubſcripta , quæ per
eos recogoita plenam dicitur fidem feciſſe , vt per
Butr. & Felyn. in c. ſecundo, extra de fide inſtr. not.
repet. in l. admonẽdi, ff. de iure iu. & Crauet. in tract.
de antiquit. tem. in prima part. ſed quæritur , nume.
79. conſtititque pariter pecunias ipſas fuiſſe ſolutas
per dictum Spinulam dicto Capitaneo nomine ip-
ſius Franchi ex inſtrumento publico in actis exhi-
5 bito, in quo ſic legitur, † cui ſtandum fuit donec cõ-
trarium probaretur, l. cum præcibus, C. de fid. inſtr.
quod & probationem probatam dicitur feciſſe, Bal.
in l. quoties in fi. C. de iudi. & in l. ſecunda, columna
ſecunda, C. quando fiſc. Alexand. in l. à diuo pio, § ſic
quoque, col. prima, ff. de re iudic. ex quibus proba-
tionibus promiſſionis , ſcilicet actæ de pecuniis re-
ſtituendis , & adimplemento ſequuto ſolutionis ea-
rum ex latere dicti Spinulæ , oon niſi viſum eſt dici
poſſe reſtitutionem dictarum pecuniarum fieri de-
bere, l. t ſi conuenerit. ff. de poſſ. l. legem, C. de pact.
nec poſt iſtam promiſſionem factam de reſtituendis
dictis pecuniis cum iã ſeſe obligaſſet Spinula dicto
6 Capitaneo † potuit Francus pœnitere , l. ſi cõmodo,
§. ſicut , ff. cõmod. & l. ſicut, C. de actio. & oblig. quẽ
ſimiliter non habuerunt iuuare proteſtationes & an-
te, & poſt ipſam promiſſionem factæ ex no. in capi-
tulo cum M. Ferrarienſis extra de conſtitu. & l. qui in
aliena , §. Celſus. ff. de acqui. hæred. & eo maxime cũ
iam ipſi Capitaneo ſe Spinula pto Fraoco obligaſ-
ſet , à qua obligatione non poterat ſe eximere niſi
mediante ſolutione pecuoiarum , cui oppoſitio-
ni viſum eſt non reſtagari , quod contractus eſſet
nullus , ex quo cum carcerato factus , dicta l. qui
in carcerem : quia illud non procedit in contra-
ctu facto cum eo , qui non habebat eum carcera-
tum

Digitized by Google

7 tum † pro quo & ad cuius vtilitatem facta eſt promiſſio per text. in l. metum, § ſed licet. ff. quod met. cau. per quem ita determinat Bal. in rub. de reſcin. vendi. quinimo ſi Franchus mediante pecunia ſoluta per
8 Spinulam redemptus fuiſſet, † eam repetere potuiſſet etiam quod nulla interueniſſet promiſſio de ipſam pecuniam reſtituendo, vt ex tex. in l. liber captus, & ibi Baldus not. C. de cap. faciunt quæ in fortioribus terminis traduntur per Bald. Salic. & Paul. de Caſtr. in l. fina. C. de negotiis geſtis & Afflic. deciſ. 149 ſuit dubitatum, ad quod multa congeruntur per Deci. conſilio 691. in facto proponitur, minúſque officit quod promiſſio eſſet conditionalis quatenus appareret pecunias fuiſſe ſolutas dicto Capitaneo, qua conditione non purificata dicitur conditio inefficax remanſiſſe, nam diluitur obiectio ex alio pacto inter partes inito, quod poſſet Spinula mittere dictas pecunias dicto Capitaneo riſico, & periculo ipſius Franchi: vnde cum fuerint ſolutæ pro dicto Francho Ioãni Philippo Loreto defferendæ dicto Capitaneo ſatis dicitur conſtitiſſe de implemento ſequuto ex latere dicti Spinulæ, & ſic ceſſat difficultas, nec releuat ſi forſan obiiceretur quod non fuerint adhuc ſolutæ dicto Capitaneo, nam aut ſunt ſolutæ, & tunc ceſſat difficultas, aut non ſunt ſolutæ, quo caſu neceſſario dicendum eſt ipſas eſſe deperditas, & tũc verificatur illud quod in appodiſia dicitur, quod periculum ſpectat ad Thomam, & ſic vtroque modo apparet Spinulam promiſſa obſeruaſſe: neque etiam repugnat alia allegata conditio appoſita in dicta promiſſione, quod non ſoluerentur pecuniæ niſi redemptione ſequuta, quia iſtud probatur per vnicum teſtem tantum, l. iuriſiurandi, C. de teſti. nec ſuffraga-
9 tur, † quod deponat de facto ſuo proprio, quia quatenus deponit extra contenta in appodiſia non dicitur de facto ſuo proprio deponere, ſed bene de facto ſuo proprio vna cum alio teſte Bazurro dicitur deponere quatenus aſſerunt ſe ſubſcripſiſſe appodiſiam de mandato partium, & contenta in appodiſia fuiſſe vera, vltra quod habetur depoſitio ipſius Bazurri deponentis de facto proprio, in qua non dicitur dictam promiſſionem fuiſſe factam, per cuius dictum tolleretur illa maior fides illi teſti adhibenda glo. in l. diuus in verb. ęſtimari, ff. de mino. & hoc pacto non facit, quod dicunt Paul. de Caſt. in d. l. quicunque, & Salic. in d. l. ſi quis decurin. eſto præterea quod fuiſſet ita inter partes conuentum, non tamen adhuc poterat Franchus ex hoc niti, ex quo enim tenebatur captiuus penes dictum capitaneum, cui iam fuerat facta talea, non eſt præſumendũ niſi quod dictus Franchus mediante ſolutione dictæ taleæ fuerit redemptus ac liberatus, & quod non aliter fugam
10 arripuerit per argumentum ab eo, † quòd fieri conſueuit, quod in iure validum eſt ad no. in l. neque natales, C. de prob. Afflict. deciſ. 345. in quadam, num. 14. ſed communiter contingit homines captiuos nõ liberari niſi talea ſoluta ergo ceſſat præſumptio, quod aufugerit, ſed bene adeſt contraria, quod fuerit redemptus: quod alia fortificatur præſumptione, quia nunquam ab hoſtibus reuerſus eſt niſi poſt ſolutionem taleæ factam, & eo magis cum illud quod fuiſſet relaxatus ſponte, vel quia aufugiſſet erat difficilis probationis, quod facile potuit per coniecturas probari, l. non omnis, §. à Barbaris, ff. de re milit. & ideo præſumptio ſpontaneæ relaxationis facta maior videbatur adeſſe ex promiſſione per Spinulam facta dicto Capitaneo & ſucceſſiue ipſi Spinulæ per dictum Franchum, & ex ſolutione dictarum pecuniarum antequam Francus in hanc ciuitatem re-
11 uerſus eſt, † quod etiam comprobatur per argumentum ab eo quod non eſt veriſimile, quod in iure valet. l. non eſt veriſimile, ff. quod met. cau. l. Iulianus, §. præterea, ff. de actio. emp. Alexand. conſil. 27. in cauſa in fi. vol. 2. veriſimile autem non eſt quòd dictus Capitaneus ſaltim poſt taleam factam ante eius ſolutionem eum relaxaret, & ideo dictus Franchus ni-
12 tens ex allegata fuga, & redemptione non facta † debuiſſet eam probare, d. l. ei qui, & l. in exceptionibus, ff. de prob. cum concord. neq; facere viſum eſt, quod in inſtrumento dictum eſt, quod Baptina relaxaretur, alioquin pecuniæ omnes reſtituerentur, nam ex hoc propterea non fit, quo minus ſcuta fuerint ſoluta pro ipſo Franco, nec in cauſa eſt quare ſic conueniri non potuerit cauſa recipiendi dictas pecunias, ex his igitur mota eſt Rota ad pronuntiandũ ad fauorem dicti Spinulæ condemnato Francho ad reſtitutionem ſcutorum, & ad ſoluendum intereſſe probatum à die moræ citra iuxta trad. per. Dec. conſ. 2. & per Doct. in l. mora, ff. de vſu. & in l. ſemel mora, ff. ſoluto matrimonio in meliotatione tamen dictæ ſententia: quia poſſibile erat, quod non ex pecunia ſoluta fuiſſet Franchus redemptus, ſed quod fugam arripuiſſet, quo caſu forſan non fuiſſet obligatus ad dictas pecunias, ne ſibi in iure ſi quod competebat præiudicaretur, eam amplexa eſt ſententiam, quod adderetur, vt ſi probatum fuiſſet ipſum Franchum fugam arripuiſſe, omne ius quod ſibi dicta de cauſam competiiſſet, ex eo quod non eſſet liberatus ob pecuniam ſolutam, ſaluum ſibi & integrum remaneret, & eò magis id factum eſt, quia nõ erat parti conceſſum, quòd poſſet appellare non excedente cauſa ſummam appellabilem. Laus ſit ſemper Deo.

DECISIO CXCIII.

Cum rationes & computa ſunt incerta, & intricata non poteſt debitor conſtitui in mora, & intereſſe non debetur niſi facta liquidatione.

SVMMARIVM.

1 Iudex laicus poteſt quandoque cognoſcere de ſubreptione reſcripti Apoſtolici.

2 Periuro an ſeruiat abſolutio à iuramento, & numero 12.

3 An in abſolutione à iuramento citanda ſit pars, & nume. 13.

4 Relatum eſt in referente.

5 Teſtis omni exceptione maior cum alio cui poſsit detrahi probat.

6 Taxatio intereſſe futuri eſt vſuraria.

7 Non ſolùm qui exegit vſuras, ſed hæredes tenentur ad reſtitutionem.

8 Locupletari cum aliena iactura eſt contra naturam.

9 Acquirens ex maleficio non tenetur conferre.

10 Ta-

ſtrato inter Marchionem, & Ioannem Baptiſtam appareat de expreſſa,& determinata quantitate, videlicet de ſoluendo duodecim pro centenario ,pro dicto intereſſe proculdubio continet dictus contractus
6 † vſurariam prauitatem, vt per Alexand.conſilio 49. per totum volum. 4. & per Deciſ. conſilio 39. col. ſecunda verſi. quia reſpondetur:vnde quod pro intereſſe certa quantitate ſtatuta conſecutus fuiſſet dictus Grimaldus vti vſurarium reſtituere teneretur, & in foro fori,& foro poli,vt per Alexand. conſilio 80. in fina. volum.3.& eſt text. in cap. quanquam de vſuris in 6. multos ad hoc citat Roland. de Vale. conſilio
7 55.volum. ſecundo, † ad quod etiam obligati ſunt eius hæredes, quia tenentur exonerare conſcientiam defuncti,c.fina.de ſepult.Alexandr.conſilio 4.numero 21.volum. ſecundo, & conſilio 97.numero 8. volum.7. cum aliis per Decium adductis in conſi.272. numero 6.& ex his colligitur,quod ſi Grimaldus ſolueret dictas vſuras ſeu intereſſe dicto Ioanni, dato quod eas à Marchione accepiſſet, & ſic cogeretur, prout de iure cogi poſſet eas reſtituere, quod ex hoc læſus remaneret, & Ioannes locupletaretur cum ipſius damno, & iactura contra regulam, locupletari non debet de reg.iur.in 6.l.nam hoc natura, ff.de cōdi.indebi.locupletari enim cum aliena iactura eſt magis contra naturam, quam ſit mors ſecundum Ciceronem,quem refert Neuiza.conſilio 22.numero 48. & iudex, ne hoc eueniat, ex officio prouidet ſecundum eundem Neuiza.conſilio 66.numero 14.quinimo ex parte Grimaldi dici poſſet, quod dato quod ipſe dictas vſuras habuiſſet à dicto Marchione, eas
9 tamen conferre cum Spinula nō teneretur † tanquam ex maleficio quæſitas,per tex.in l.quod autem ex furto, ff. pro ſoc.Alexand.conſilio 77. in fina. volum.5. & ſic tam ex facto, quam ex iuris diſpoſitione apparet Grimaldum lucrum non feciſſe, & ſi ſolueret,dicta intereſſe, enorme damnum pateretur. ¶ Neque obſtare potuiſſe nobis viſum fuit, quod imo dicta cōuentio inter Marchionem, & Grimaldum de duo-
10 decim pro intereſſe ſoluendo,† & ſic de certa quantitate facta valuerit,liquidato poſtmodum intereſſe ad tantum aſcendere ſecundum Decium in conſi. cum venerabilis, numero 14. verſic. taxatio de except. & Di.eius conſilio 39.& conſilio 3.in fine Rube. Alexand. conſilio 88.in fina.poſt ſcribentes in l. rogaſti, §.ſi tibi, ff.ſi cert. pet.præſertim cum notorium eſſet dictum Grimaldum ſolitum negotiari eius pecunias ad cambium, quod ignorare minime poterat dictus Marchio eius gener,argumento l.Octaui.ff.vnde cogna.& C.de reſti.in integ.l.de tutela:nec nō etiā eius intereſſe ad tantam quantitatem aſcendere,vt probatum in proceſſu extitit per Ioannem Spinulam, quoniam licet prædicta vera ſint, non tamen procedunt
11 ante moram, quæ requiritur ad hoc,† vt intereſſe lucri ceſſantis currat ſecundum glo.in d.cap.cum venerabilis vbi Deciſ. d. numero 14. & probat text.cum glo.in l.ſocium,qui in eo.ff.pro ſocio, Corne.conſilio 141.lib.2.Ruin.conſilio 55.lib.ſecundo, numero 10.& 11.quos refert, & ſequitur Cagnol.in l.curabit, numero 53. C. de actio. empt. de mora autem dicti Marchionis,quæ non committitur, nisi per interpellationem tacitam,vel expreſſam iuxta glo.in l. mora, ff.de vſuris,& in l.quod te,ff.ſi cer.petat.nullibi conſtat,niſi à die, N.quo tempore dictus Grimaldus coram Regio conſilio Neapolis interpellauit dictum Marchionem ad ſoluendum producendo computa dictorum herbagiorum, ideoque pro anteriori tempore non poterat intereſſe aliquod deberi, tametſi nos aliis moti rationibus condemnauimus dictum Grimaldum ad ſoluendum intereſſe incipiendo ante, vt inferius dicetur. ¶ Ad ſecundum obiectum ſic reſpōderi poſſe fuimus arbitrati, quod ſcilicet cum abſolutio obtenta fuerit à Summo Pōtifice, ſeu ab eius ſpeciali ad hoc delegato, qui eum repreſentat, c.ſane el ſecundo, de offi. de lega. dici non poteſt, quod
12 talis abſolutio ſit ineſſicax, † cum dubium non ſit quin Papa à tali iuramento, & etiam à periurio iam incurſo poſſit abſoluere, vt per Afflict.deciſ.220.ſub numero 12. & quod iura in contrarium allegata loquuntur in abſolutione obtenta ab inferiore, puta ab Epiſcopo. ¶ Ad tertium obiectum reſponſionem hanc accomodari poſſe iudicauimus, quod ad obtinendum abſolutionem à iuramento ad effectum tantummodo agendi, & excipiendi, prout in caſu iſto,
13 † non erat neceſſaria partis aduerſæ citatio,ſecundum communem ſententiam, quam refert Afflict. deciſ. 220.numero 10.vbi multos citat,& idem deciſum reliquerunt domini de Rota in deciſ. 767. in antiquis in titulo de iureiurando, & poſt iſtos Ripa in Rubrica extra de iud. numero 29.Cagnol. in l. 2. numero 101.C. de reſcinden. vendit. & ad iura in contrarium allegata reſpondetur, quod illa loquuntur, & locum ſibi vendicant, quando petitur abſolutio non ſimpliciter ad effectum agendi, & excipiendi, ſed ad effectum deſtruendi contractum,& ſimilia,& hoc ita declarant Canoniſtæ in cap.debitores de iureiuran.

¶ Quibus bene, & diligenter conſideratis iuri conſonum nobis viſum fuit non obſtante iuramēto,quod Ioannes Baptiſta potuerit agere, & excipere: vnde cum admiſimus ad exceptionem, quod quidem iuridicum nobis viſum eſt per ſupradicta, & tanto magis cum omnia iura,& æquitas exigant lites finiri, l. properandum in principio de iudi.ſi enim amplexi fuiſſemus rigorem dicti cap.debitores,non fuiſſet finis impoſitus liti inter eos:namque illico, quod Grimaldi ſoluiſſent, eis ſtatim illud repetere licuiſſet, & ſic aliud iudicium inchoaſſent,vt dicunt Docto.in d. ca. debitores & ſæpe repetit Imol.in cap.cum contingat de iureiuran.& ſic ſententiam noſtram protulimus,in qua condemnauimus Franciſcum de Sancto Chriſtophoro interuenientem pro filiis,& hæredibus Ioānis Baptiſtæ Grimaldi, & illius miniſterio ipſos filios,& hæredes ad dandum, & ſoluendum damna, & intereſſe paſſa ob retardatam ſolutionem per Ioannem Spinulam à die, N.vſque ad realem capitalis ſolutionem per præfatum Ioannem Baptiſtam Grimaldum factam ipſi Ioanni in executione ſententiæ Ioānis Baptiſtæ Rugerij,ab aliis intereſſibus Grimaldos abſoluentes his rationibus, & cauſis moti. Clara etenim eſt iuris concluſio, quod intereſſe non incipit deberi, niſi à die contractæ moræ, l.videamus, ff.de vſur.Docto.in l.quod te, ff.ſi cert.pet.quæ intercedere non potuit.cum rationes, & computa incerta, inuoluta,& intricata eſſent,neſciretque Ioannes Baptiſta quid quantumuè deberet ex cauſis prætenſis per Spinulam,prout ambæ partes dixerunt in inſtrumento, & in ſpecie herbagia non eſſe adhuc liquida, Bal. in l.acceptam, colum. 3. verſic. ſexto oppono, C.de vſur. Iaſo. d.l. quod te, numero 9. præſertim quod in dicta tranſactione verbo ſaltē ſe obtulerit ſoluere
14 facta declaratione, † quod in diuite ſufficit ſine fideiuſſione ad moram euitandam, vt declarat Ripa in l. 4. §. prætor ait, ff. de re iudi.& Neguzan. in tracta. de pign. in 3. membro quintæ partis principalis, numero

mero 4.verſic. 3. limitatur regula,& ſic cum hac legitima exceptione ſe tueretur iuxta textum in ca.non eſt in mora, de reg.iur.in 6.rationi congruum viſum fuit Ioannem Baptiſtam nullam moram incurriſſe,& ſubſequenter ad intereſſe per Spinulam petitum non teneri, ſed poſtquam nobis innotuit per præces per Ioannem Baptiſtam in Sacro Regio Conſilio Neapolis porrectas, & per quædam computa in dictis præcibus annotata,quod idem Ioannes Baptiſta ſciuerit, & explicauerit dicti debiti quantitatem, tali de cauſa à die porrectæ dictæ ſupplicationis citra condemnauimus ad intereſſe ſoluendum, argumento l.cum præcum.C.de liberali. cauſa, l.ſecunda, C. de inſti.ſuſti, l.præcib.C.de impuber. & aliis ſubſtit. & licet inter dictas partes extiterit conuentum,quod vna pars alteri,& altera alteri intereſſe ſoluere teneretur ad rationē cambiorum incipiendo à die quo cępiſſent deberi, & ſic ante liquidationem, vt apparet in inſtrumento conuentionis inter dictos Ioannem Baptiſtam; & Ioannem celebrato in octauo capite,
15 nihilominus illud pactum tāquam iuri abſonum, † & contra charitatem duximus reiiciendum prout reiiciendum conſuluit, Alexand.in conſilio 31.nume 11. & ſequenti in ſexto volum.idem tenet Aretin. conſilio 151. circa finem verſicu. ad ſecundum dubium: clara enim eſt iuris concluſio lucri ceſſantis intereſſe ante moram non deberi, vt per.Cagnol.in d.l.curabit, numero 53. quæ in caſu noſtro intercedere non potuit, niſi à die dictarum precum, cùm prius debitum eſſet illiquidum, & incertum, nec ab re etiam forſan dici poſſet, quod ex conuentione ipſa non deberetur intereſſe niſi liquidatione facta, ſi bene perpēdantur verba ipſius conuentionis; quæ liquidatio non conſtat, quòd fuerit facta niſi vt ſuprà, quo ſubſiſtente omnis vtique ceſſat dubitatio, & conuenta inter partes eſſent ſeruata mediante ſententia ipſa, iuxta, l. 1.§. ſi conuenerit, ff.depoſi.& l. legem, C. de pact. huiuſmodique interpretationem ſic fieri de-
16 bere ſuadet, quod † non eſt veriſimile quòd partes voluerint facere pactum illicitum, & vſurarium, per quod anima ſua, & honor grauaretur,vt not.Gozad. conſilio 65. in caſu; numero 7. ex tradit.per Alexan. in l. inter ſtipulantem in prin. ff. de ver. obligat. & Abb. in cap. in noſtra extra de teſti. Nec viſum fuit obſtare, quòd ex liquidatione etiam ipſa deberentur non præcedente mora, quia ſatis apparet ipſam præceſſiſſe ob ipſam conuentionem, quæ licita tali caſu fuiſſe videtur facta liquidatione,& non deducto intereſſe in pactum, quod certum eſſet taxatum, vel per dinumerationem temporum, quod omnino cenſuit prohibitum Roland. de Valle d. conſilio 55. numero 30. & pluribus ſequentibus, & Aretin. dicto conſilio 151. & Alexand. d. conſilio 31. loquuntur de intereſſe,quod tunc non poterat deberi. Ideo non mirum ſi in pacto etiam non potuit deduci,& ita etiā loquitur Cyn. quem Alexand.allegat in auth.ad hęc, C. de vſur. Minuſque obſtitit, quòd conuentio ſuſtulerit moram, quæ conuentio habuit vim verbalis ſaltem oblationis, Alexan.in l. 4.§.ait Prætor,vbi etiam egregiè Ripa, ff.de re iudi. & ideo fuiſſet neceſſaria alia interpellatio, quæ conuentio ad alium effectum fuit facta, Quia ex hoc non tollitur, quin ſciretur, quòd facta liquidatione volebant partes conſequi ſuum intereſſe, & hoc pacto tollitur obiectio, liquidatione etiam non facta culpa Ioannis, de eo, quod debebatur ex ſentētia Prætoris Turriani pro tempore, quo ſtetit in ciuitate Neapolis, quod non fuit debitum intereſſe ſcutorum, N. Debebat enim inſtare vt liquidaretur debitum per Melchiorem, vt culpa ab eo abfuiſſe diceretur non ſolum ſemel, ſed pluries, l. pen. §. illud, ibi ſumma ope niti, C. de temp. appel. Cur. Senio. conſilio 24. colum. fin. Et hæc ſunt, quæ ad ſic, vt ſuprà dictum fuit, iudicandum nos induxerunt, ad Dei Omnipotentis laudem, & gloriam.

DECISIO CXCIIII.

Intereſſe debetur ſecundum morem regionis, ſed ratione lucri ceſſantis ſecundum lucrum quod creditor feciſſet.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non debet gaudere re empta,& pretio.*
2 *Emptor non ſoluens tenetur ad vſuras, etiam ſi non accepit fructus, ſi capere potuit.*
3 *Intereſſe debetur pro pretio non ſoluto rei venditæ etiam ſterilis.*
4 *Ad quantam ſummam reditus poſſint fieri cenſus.*
5 *Intereſſe poteſt taxari à iudice.*
6 *Intereſſe lucri ceſſantis dēbetur etiam de iure canonico.*

AGITATO iudicio inter Bartholomæū, & fratrem Cattaneos ex vna agentes, & Nicolaum, & fratres Gentiles ex altera conuentos,& reconuenientes, Rota protulit ſuam ſententiam,vt in ea. & quia tam quoad ſortem petitam per agentes, quam quoad loca cum ſuis prouentibus petita per conuentos, res de plano procedit, quum quilibet ipſorum habeat intentionem fundatam, in publicis ſcripturis, de quibus in proceſſu, tota vis in eo ſtetit, quod ex quo dicti Conuenti ab anno, N. citra habuerunt rem emptam, & pretium, ad quod intereſſe teneantur, & Rota iudicauit ad intereſſe ad rationem pagarum S. Georgij ſine multiplico, vſque ad diem aditæ hæreditatis per dictos agentes, & ab illo die citra, ad rationem decem pro centum ſingulo anno, & quoad primum intereſſe, illud clarè debetur, quia omnino conſideratur mora in qua quis conſtituitur per interpellationem, & illa quæ cauſatur ex iuris diſpoſitione, quod
1 emptor non debet vno, † & eodem tempore gaudere re, & pretio l. curabit, & l. fructus, C. de actio. emp. & eſt bonus tex. in l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de actio.emp.vbi dicitur. Nam cum emptor fruatur, æquiſſimum eſt vſuras pretij dependere. & bene facit text. in l. 2. C. de vſur. & ibi gloſſ. in fina. dicit quod iſto caſu etiam de iure Canonico tale intereſſe debetur, & non dicitur vſura, quod dictum ſequuntur ibi Bart. & Paul. & etiam illa gl. eſt communiter approbata per Canoniſtas in cap. conqueſtus de vſuris, vt atteſtatur in additionibus ad dictam Gloſ. & Abb.in dic. capit. conqueſtus: & dixit Paul. de Caſtr.in d.§. ex vendito quod iſta mora committitur ex ſola perceptione fructuum per æquitatem, d.l.curabit, & debetur ex mora regulari contracta re ipſa per ſupple-

mentum

mentum traditionis rei per venditorem factę, ita glo. quam communiter ita intelligunt Doctores in l. diuiſione, ff. ſolu. matrimo. ita atteſtatur Soc. conſi. 176. in prin. lib. 2. & in tantum eſt vera æquitas, d. l. curabit,
2 † quod ad hoc vt emptor teneatur ad tale intereſſe, ſufficit quod habuerit facultatem habendi fructus, licet forſan non habuerit, ita Paul. in d. l. 2. C. de vſuris, & tradit Sal. in d. §. ex vendito. Et ſimiliter in tantùm eſt vera æquitas dictæ, l. curabit, quod quis non
3 debet eodem tempore gaudere re, & pretio, † quod ſi venderetur fundus ſterilis, & fuiſſet traditus non ſoluto pretio per emptorem, quod debetur intereſſe, & hoc caſu non debetur ratione fructuum, ſed ratione impletæ fidei. Bal. in l. 2. C. de vſur. quem ſequitur ibi Paul. de Caſtro. colum. 1. ver. in text. ibi æquitatis, & idem Paul. in d. l. curabit, ver. in text. ibi fructus, & ita tenet Ioannes de Anania in d. c. conqueſtus, de vſur. Petrus de Anchara. in regula peccati de reg. iur. Soc. conſi. 88. numer. 8. lib. 4. & conſi. 103. numer. 2. lib. 4. Corn. conſi. 145. nume. 7. lib. 2. & conſi. 59. nume. 5. & ſeq. lib. 3. & tradit Dec. in c. cùm venerabilis, num. 14. extra de exceptio. & dicunt Doctores quod talis taxatio intereſſe poteſt fieri ad ſex pro centenario, cùm talis taxatio nō ſit exceſſiua, & lex permittat annuum reditum poſſe capi ad quinque pro centenario, vt eſt text. de nō alienando, §. quia vero, & in authen. perpetua, & ibi gloſ. C. de Sacro. Eccle. Bar. in l. 2. C. de iure emphyt. vbi latè tradit Iaſ. & Laurētius de Reduſis in ſuo tractatu de vſuris quæſtione duodecima, ex-
4 preſſè tenet † annuum reditum poſſe taxari ad ſex pro centenario, & Paul. de Caſtro in d. l. ſecunda, C. de vſuris tenet in terminis, d. l. curabit, taxationem intereſſe poſſe fieri ad rationem decem, vel octo pro centenario, ſecundum quod frequentatur in regione, licèt fructus, vel vſus minus valeant, allegat Bal. in d. l. ſecunda tradit Imola in l. inſulam, §. vſuras, ff. ſolu. matrimon. & tradit Soc. d. conſi. 88. num. 4 & d. conſi. 103. num. 6. & ſequentibus. Et dixit Corn. conſi. 221. num. 23. verſ. dictus Vgolinus lib. 2. quando intereſſe
5 debetur, licet non fuerit in ſpecie probatum † poterit taxari per iudicem l. ſi quod ex Pamphila vbi Bar. ff. de leg. 2. Bald. in l. vnica, C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, & in l. ſemper, §. interdicto, ff. de iti. actuque priua. & non ſolum iudex hoc poteſt facere, ſed debet Corn. d. conſi. 221. d. num. 23. verſic. dictus Vgolinus, qui ad hoc allegat Nico. Abb. in capi. cùm cauſam quæ, *il ſecundo*, de teſtibus. Ex quibus omnibus concluditur, quod iſtud intereſſe debetur, & quod debetur ſecundum morem regionis, & quum Sanctus Georgius ſit locus, vbi deponuntur pecuniæ in tuto cum reditu ibi taxato, Rota iuridicè taxauit dictum intereſſe ad rationem pagarum Sancti Georgij, vſque quò hæreditas dicti Iacobi fuit per dictos agentes adita & à die aditæ hæreditatis citra ad rationem decem. Quia quum dicti agentes probauerint ſe mercatores, & ſolitos dare cambio, ſuccedit alia regula d. l. curabit, quod in ſolito negotiari debetur intereſſe ad rationē lucri ceſſantis, & debetur iſtud in
6 tereſſe ad rationem prædictam etiam † de iure canonico, vt tradunt Canoniſtæ in d. cap. conqueſtus, & in capitu. ſalubriter de vſuris, eſt bonus tex. in capi. dilecti de foro competenti, & in Clement. 1. de vſuris. Dec. conſi. 39. nu. 4. ver. Nec obſtat ſi dicatur lib. 1. Soci. conſi. 20. num. 18. lib. 4. Alexand. conſi. 19. num. 4. lib. 2. Fely. in cap. P. & G. de offi. de leg. Rui. conſ. 103. col. 3. ver. ſed quia fuerat. & col. 5. verſi aliud eſt lib. 1. Alex. conſil. 77. col. fi. lib. 6. Afflict. decif. 20. in prin. Soc. Iunior conſi. 85. nu. 13. lib. 2. & hæc quoad petita per agentes. Quò verò ad petita per conuentos de locis N. cum prouentibus, quia actores obtulerunt in iudicio illa ſoluere, & de intentione dictorum conuentorum conſtat per publicas ſcripturas, quæ faciunt probationem probatam iuxta text. vbi & Docto. in l. precibus. C. de probatio. Bart. in l. 1. ff. de noui oper. nunti. Rota iudicauit in fauorem conuentorum. Et ex his & aliis quæ ex proceſſu colliguntur, Rota iudicauit vt ſuprà.

DECISIO CXCV.

Fantelli apothecarum ſeu vendentium merces admittuntur pro teſtibus ad fauorem ipſorum vendentium.

SVMMARIVM.

1 Probatio per duos teſtes concludit.
2 Liber probat contra ſcribentem.
3 Domeſtici & familiares quando admittantur ad teſtificandum.
4 Numerus teſtium ſupplet fidei.
5 Præſumptiones & indicia corroborant dicta teſtium non idoneorum.
6 Teſtis deponens ad ſui exonerationem non admittitur.
7 Confeſſio extraiudicialis abſente parte facit indicium & præſumptionem.
8 Variationes teſtium circa circunſtantias non attenduntur.
9 Teſtis ſe referens ad aliam teſtificationem an valeat.
10 Conſenſus partis in iudicio an ſufficiat filio ante ſententiam.
11 Publicus negotiator qui dicatur.
12 Apices & ſubtilitates iuris non ſunt habenda in conſideratione in foro mercatorio.
13 Verba non debent intelligi vt nihil operentur.

AGENTE Bartholomæo Zena, contra Panthaleonem Pentum pro ſatiſfactione pretij rerum eidem reo, vt venderentur conſignatarum, ſeu ad earum reſtitutionem, viſum ſuit Rotæ de iure eſſe, vt reus actori ad rerum petitarum reſtitutionem condemnaretur, quas vendidiſſe non cōſtitit, cōpenſato pretio eidem reo rerum venditarum. Nam actor cùm intentionem ſuam probauerit, & ea quæ ad victoriam fuerint neceſſaria, iuxta tradita per Dec. in conſi. 421. Barto. & Ang. in l. 2. §. fin dubitetur, ff. quemad. teſta. aper. cum nota. in l. matrem. C. de probat. obtinere debet iuxta petita, l. negantes, C. de actio. & obligat. l. quingenta de probat. Probauit enim cōſignationum rerum ab eo factam Panthaleoni, quæ cōſignatio probanda erat, vt per Alex. in cōſ. 46. vol. 5. & nedū per duos teſtes facta fuit probatio,
1 † quæ de iure concludit, c. cùm dilectus, de elec. c. in omni de teſtib. Alex. conſ. 72. vol. 1. verum etiam per plures, qui in cauſa examinati fuerunt, & qui dictæ conſigna-

2 conſignationi præſentes fuerunt, & † quia ex libro
ipſius Bartholomæi exhibito, qui contra ipſum exhi-
bentem probat.l.quædam,§.numularios,ff.de eden.
l.nuda ratio & ibi Barto. ff. de donat. Caſt.conſ.312.
vol.2.Alexand.conſ.147.vol.2. apparebat Bartholo-
mæum ad computum rerum prædictarum quantita-
tem pecuniæ hahuiſſe:ideo facta deductione cōdem-
natus fuit reus ad reſtitutionem reſidui tantum re-
rum vt ſuprà conſignatarum,& prout in ſententia la-
tius continetur. Neque obſtat quod teſtes pro acto-
re examinati ſint fantelli, ſeu famuli apothecæ patris
3 dicti Bartholomei,qui tanquam domeſtici,† & fami-
liares non dicuntur probare pro ipſo actore,l.etiam,
l. ſeruos,C.de teſtib.l.pe.ff.eodem.c.in litteris, & ibi
Abb.extra eo.titu.Quia licèt domeſticorum,& fami-
liarium atteſtationes non probent regulariter,tamen
admittuntur ad probandum ea, quæ domi, & in apo-
thecis fiunt,l.non omnis, §. à Barbaris,ff. de teſt. mi-
lit.Marſ.in Rub.de proba.nume. 16.Cor.conſi.217.
vol.1. Et Fantellus apothecarum admitti ad ferēdum
teſtimonium in huiuſmodi caſu tradidere. Baldus cō-
ſi.50.aliàs 216.vol.1.Deci.conſi.94.Rom.conſil.20.
nume.5. nam domeſtici admittuntur quando produ-
cens non poteſt eis imperare, prout eis agens impe-
rare non poterat.Abb.in d.c.in literis,Dec.conſ.105.
Soc.Iun conſi.135.in 2.nume.7. & probaſſe diceba-
tur,cùm vltra ipſos adſint alij teſtes, qui idem depo-
nant. Quibus accedebat,quod licet ex qualitate per-
ſonarum Fantellorum, fides non integra eorum di-
4 ctis præſtanda videretur, † tamen cùm numerus te-
ſtium ſuppleat defectum,l.teſtium,de teſtibus,l.præ-
tor,§ cogentur,& ibi Iaſ.& in l.ſi quis ex argentariis.
§.1.ff.de edend.Crauet.conſi.73.nume. 27.Cur.Iun.
conſ.168.& nedum duo teſtes,verùm & quatuor fue-
rint examinati ſuper conſignatione rerum,& merciū
deponentes, viſum fuit eam famulatus qualitatem
non eſſe in conſideratione habendam,& tantò magis
5 eum vltra prædicta adeſſent præſumptiones,† & indi-
cia cōtra Panthaleonem,ex quibus dicta teſtium mi-
nus idoneorum corroborantur, Bart. in l. admonen-
di de iure iur. Barba. conſil. 27.volum.primo, Caſtr.
conſi.82.viſis his Alexand.in l.ſæpe nume. 20. verſic.
plus dixit,de re iudica. Nam Panthaleo vltra promiſ-
ſionem factam Bartholomæo in cōſignatione rerum
prædictarum, dixit alibi dicto Bartholomæo ſe par-
tem dictorum bonorum vēdidiſſe, & cum Panthaleo
perquiſiuiſſet à teſte nunquid merces venales habue-
rit à Bartholomæo,dixit & ipſe ſe ab eodem quoque
habuiſſe, & alibi dixit Fantello, qui merces non ven-
ditas accepturus ad eum ſe contulerat, ſe poſt pran-
dium eidem conſignaturum, vt & ipſe Fantellus, &
ancilla ſocrus Panthaleonis deponunt. Nec obſtat ex
teſtibus prædictis duos eſſe, qui vltra quod ſunt fan-
telli deponunt etiam de facto proprio ad eorum exo-
6 nerationem, † & ideo eorum atteſtationes non vide-
rentur admittendę,l.deferre.ff.de iure fiſci,& ibi Bar.
not.Caſt conſi.301. ad bene examinandum,Alexan.
in conſil.72.vol.1. quia quando eorum dicta ex indi-
ciis,& præſumptionibus ad idem cōcurrētibus coad-
iuuantur.plena fides adhibetur, Alex.d.l.ſæpè,col.20.
de re iud.Cæpo.caut.38.col.4.Crauet.conſ.6.nu.66.
hic autem vltra atteſtationes dictorum fantellorum,
adeſt atteſtatio ſupradictæ ancillæ nomine Angelle-
tæ quæ ſe præſentē fuiſſe, & audiuiſſe deponit Pan-
thaleonem vni ex dictis Fantellis petēti vt ſuprà re-
ſiduum mercium non venditarum, dixiſſe ſe poſt
prandium conſignaturum, & atteſtatio alterius te-
ſtis, qui ipſe à Bartholomæo habuit merces venales,
vt ſuprà pro quo facit,quod per Roma.in conſ.420.
& licèt hæc confeſſio in vtroque caſu ſit facta extra
iudicium,& parte abſente, & ideo non probet, Ale-
7 xand.conſi.4.& 13.vol.1.† tamen facit indicium, &
præſumptionem conſignationis, & receptionis di-
ctarum mercium,& tales confeſſiones extra iudicium
factæ etiam parte abſente coadiuuantur ab aliis præ-
ſumptionibus, & iudex ex huiuſmodi atteſtationibus
poteſt induci ad credulitatem,Caſtr.in l. admonendi
de iure iur. Soc. conſi. 262. in cauſa magnifici,vt per
Dec.in conſi. 163.num.2. Non obſtat quod teſtes de
verbis formalibus interrogati videantur eſſe diſcor-
des,& ideo non probent, Alexand.l.1.§.fi.ff.de verb.
obliga.Iaſ.l.quæ extrinſecus eod.ti.quia dictum fuit,
8 † variationem in teſtibus circa circunſtantias facti
non attendi, dummodo in ipſa ſubſtantia, & facto
principali ſint concordes, & forma verborum non
eſt de ſubſtantia rei, vt per Abb. & Cano.in cap.nihil
obſtat,de verb.ſig.& per Dec.in d. conſi.163.num.9.
Alexand.conſil. 109. volum.4.& conſi.5.vol.primo,
& dicta in contrariū procedunt quando inter partes
erat differentia ſuper verbis, & vis negotij conſiſte-
bat in verbis.Corne.conſi.173.in 2.Deci.conſi. 163.
Ruin.in c.cum eccleſia de cauſa propri. & ideo cùm
teſtes ſint omnes concordes circa conſignationem
mercium,vt venderentur ad vtile Bartholomæi, pro
quo facit conſilium Baldi, 351. quidam Gaſparinus,
volum.primo,verborum ratio habenda non viſa fuit,
maximè cùm ſimus in foro mercatorio, & procedat
9 Rota attenta veritate. Non obſtat,† teſtes,ſe referen-
tes ad aliàs ab eis depoſita ſe ſuſpectos reddere, quia
illud procedit in reis examinatis in cauſis criminali-
bus,non autem in teſtibus, & maximè in cauſa ciuili,
in qua conſilium datum reperitur teſtibus, vt ſe refe-
rant ad depoſita aliàs ab ipſis Marſ. in l.eos, C. ad l.
Corn. de falſ.Sal.in l.iureiur.C.de teſtib.Aym.conſi.
115.nu.8. Non obſtat quod cum Barth.ſit filiusf.fue-
rit in iudicio abſque patris conſenſu,qui pro integrā-
da illius perſona requiri videtur in principio iudicij,
l.cùm non ſolum,§.neceſſitate,C.de bon.quæ lib.Ia-
ſo.l.ſi emancipati,num.3.C.de collat.& maximè cum
ſtatutum ſub Rubr. quod contractus minorum &c.
auctoritatem patris pro ſolennitate requirat, & ideo
omnia ab eo facta ſint nulla,quia dictum fuit conſen-
ſum patris in iudicio interceſſiſſe, vt in actis conſtat
ante ſententiam latam, quò ſit ſatis adhibitum dici
10 conſenſum patris in iudicio,† ſiue in principio, ſiue in
aliqua alia iudicij parte interueniat, dummodo acce-
dat ante ſententiam,l.fi.ff.ad Macedo, l.1.§.prodeſt,
ff.quæ lega.cap. cum nos, & ibi Abb. de his quæ fi.à
prælat.Ang.conſ.87.Alexand.conſi. 116.vol. primo,
quam opinionem de iure veriorem eſſe Sali. ſcripſit,
vt per Afflic.deciſ.Neap. 180. Barto. in l.ſi quis mihi
bona, §.viſum, de acquir.hæredit. quem etiam Do-
ctores communiter ſequi retulit Iaſo. in d. l. ſi quis
mihi bona,d.§.viſum, nume. 47.ſed ante ſententiam
conſtat de conſenſu patris in actis conſenſum præſtā-
tis denuò,& dicentis filium ſuum palam, & publicè
negotiari,atque etiam donantis dicto eius filio quic-
quid iuris ſibi in rebus, de quibus agebatur ratione
vſusfructus competere poſſet,& vt latiùs in dicta eius
ſcriptura in actis deſcripta conſtat. Secundò dictum
fuit, ſufficere filio agenti in iudicio habuiſſe à patre
antea conſenſum generalem, qui pro omnibus iudi-
ciis ab eo inſtituendis ſufficit,vt per Alexand.in con-
ſilio 59. volumi. ſecundo, Bald. in conſilio 154. ca-
ſus co-

ſus coram Epiſcopo, volum. primo, & alios relatus
ab Afflict. in d. deciſ. 280. vbi etiam ita in magna cu-
ria deciſum fuiſſe ſcripſit, & exhibitum fuit inſtrumē-
tum conſenſus à patre dicto eius filio præſtiti, factum
vſque anno, N. & ſic ante cœptum iudicium, exhibi-
taque fuere alia inſtrumenta ab eo facta abſque vllo
alio patris conſenſu, & acta in iudicio facta contra di-
uerſos eius debitores, & contra hunc eundem Pan-
thaleonem, contra quem à Vicario licentiam eum de-
tineri faciendi obtinuit, & ſententiarum executiones
contra diuerſas perſonas fuiſſe conſecutum ex eiſdem
actis apparebat: ex quibus omnibus cognoſcebatur
11 Bartholomæum publicè & palam negotiari, † cum
publicus negotiator dicatur qui non vnum actum,
vel duos, ſed plures facit. Bart. l. mariti, §. 1. ff. ad l. Iul.
de adul. in l. legatis ſeruis, ff. de leg. 2. Bald. in rub. C.
de conſtitu. pecu. in fi. & ideo cùm ex tot inſtrumen-
tis diuerſos contractus, & ex tot actis diuerſa iudicia
facta fuiſſe à Bartholomęo conſtet, eum etiam vti pa-
lam & publicè negotiantē habendum eſſe viſum fuit,
& quia contentio inter Doctores eſt, an conſenſus
patris in principio litis filio agenti præſtandus ſit, an
vero quandocunque præſtitus ante ſententiam ſuffi-
ciat, iſtius quæſtionis rationem nullam habendam eſ-
12 ſe dictum fuit, quia apices iuris, † & ſubtilitates hu-
iuſmodi non ſunt in conſideratione habendæ, vbi in
foro mercatorio inter mercatores agitur. Bart. l. ſi fi-
deiuſſor, §. quædam, ff. manda. Bald. conſi. 198. ad in-
telligentiam, vol. 1. & quia etiam Rota procedit ſum-
mariè ſimpliciter, de plano, bona fide, habendo intui-
tum ad Deum, & veritatem vt in regulis, quo etiam
caſu huiuſmodi ſubtilitates & iuris apices non curā-
tur, vt per Bart. in d. §. quædam. Neque obſtare viſum
fuit, quod inſtrumentum, in quo pater filio conſen-
ſum præſtitit, erat procuratoriū ab ipſo patre factum
filio pro ipſo, quia dictum fuit quod cum verba ſint
generalia in dicto inſtrumento circa conſenſum iux-
ta formam ſtatuti, quod contractus minorum, &c. ne-
que ex forma præfati ſtatuti requiratur conſenſus
patris filio in iudicio comparenti vti procuratori pa-
13 tris, vel alterius, ſed vti filio pro ſe ipſo, † debent ver-
ba illa intelligi in eo ſenſu in quo verificari poſſunt,
vt aliquid operentur, l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. capitu.
ſi Papa de priuileg. in ſexto, Alexand. conſi. 225. vol.
6. & ſic vt in iudicio etiam pro ſeipſo cōparere poſ-
ſit. Comprobantur prædicta quia ſi verba in dicto in-
ſtrumento intelligerentur de filio procuratore Petri
eius patris tantū, ſuperflua, & nulla eſſent verba illa, in
quibus pater cōſenſum filio præſtat, vt poſſit fideiu-
bere pro ipſo & pro aliis, quia vti patris procurator
pro ipſo patre fideiubere nō poteſt, id enim fieret, vt
quis pro ſeipſo fideiuberet, quod minime admitti-
tur. l. 1. & per tot. ti. ff. de fideiuſſ. faciūt nota. per Azo.
in ſumma, C. eodē, facit, l. Vranius, ff. de fideiuſſor. ca.
ſi. extra de reſtitut. l. de die, §. 1. ff. qui ſatiſd. cogan.

DECISIO CXCVI.

Sicut pluralitas actuum non præſumitur, ita circa rerum pluralitatem multa ſunt conſideranda: adeo quod non ſimpliciter rerum pluralitas præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *Appodiſia probat contra ſcribentem.*

2 *Si iudices in diuerſis ſummis condemnent minima eſt ſpectanda.*

3 *In maiori ſumma affirmatiuè probata ineſt minor.*

4 *Peritorum iudicio in arte ſua eſt credendum.*

5 *Pluralis locutio ſaltem duorum numerum requirit.*

6 *Argumentum à communiter accidentibus eſt validum.*

7 *Duæ demonſtrationes ſufficiunt ad demonſtrandam rei identitatem.*

DVM Theodorina vxor olim Antonij
de Facio alias tradidiſſet duos adamā-
tes adaptatos in duobus annulis, vt illos
venderet Ambroſio Cattaneo eius fra-
tri, procurauit vt dictus Ambroſius ſibi facere ap-
podiſiam, per quam promiſit, & ſe obligauit recogni-
turum dictam eius ſororem, ſeu fideicommiſſarios
hæreditatis dicti olim Antonij de dictis adamanti-
bus ſeu de pretio, quo venderentur. Is neutro adim-
pleto deceſſit, quare ſucceſſit, vt Io. Baptiſta Vigane-
gus tam vti procurator dictæ Theodorinæ, quam
etiam vti actor eiuſdem tutricis, & pro tempore cu-
ratricis filiorum, & hæredum dicti olim Antonij, vt
de dicto mandato tutela, & actoria conſtat publicis
inſtromētis in actis exhibitis, quę faciunt probationē
probatā, tā diuiſim, quam coniunctim, in hoc iudicio
conuenerit Nicolaum Ctoariam curatorem bono-
rum, & hæreditatis dicti olim Ambroſij Cattanei, eū-
que ſeu eius perſona mediante bona, & hæreditatem
dicti Ambroſij condemnari petierit ad ſibi dictis no-
minibus reſtituendum dictas duas gemmas, ſeu ada-
mantes, & ſeu eorum pretium in proceſſu aut ſaltem
in executione liquidandum. Porro nos viſa appodiſia
1 in actis producta, quae † certum eſt contra ſcriben-
tem, probare, l. publia, §. fi. ff depo. not. in l. admonen
di, ff. iureiur. cum ſimil. præſertim, cum vltra teſtifica-
tionem Annibalis Cambij probatum fuerit teſtimo-
nio trium teſtium fide dignorum dictam appodiſiam
fuiſſe ſcriptam manu, & literatura dicti olim Ambro-
ſij, quippe qui teſtes eum ſæpius ſcribere, & ſubſcri-
bere viderunt, idcirco eius literaturæ cognitionem
habent, & de ea plene informati ſunt, qui modus pro-
bandi literaturam alicuius cùm à regulis Rotæ, tum
ab ipſo vſu recipitur in hac ciuitate, & paſſim appro-
batur, vt eſt notius, quam vt referre oporteat, viſis
etiam literis ſcriptis per dictum Ambroſium tunc
Vercellis exiſtentem dictæ Theodorinæ anno, men-
ſe, & die in eis contentis, pariter teſtimonio dictorum
trium teſtium recognitis, & verificatis, vt in proceſſu,
ſententiam condemnatoriam tulimus continentem
reſtitutionem dictorum adamantium, ſeu eorum pre-
tij aſcendentis ad ſcuta auri, N. reputantes eum fuiſſe
iuſtum valorem dictorum adamantium tam ex depo-
ſitione Ambroſij, & Ioannis aurificum, quam etiam
ex dictis literis dicti Ambroſij etiam maioris æſtima-
tionis mentionem facientibus, prout in eis legitur.
Verùm nobis placuit minorē ſummam eligere, tum
quia minor ſumma ineſt maiori, l. inter pares, §. 1. ff.
2 de re iudicat. & † admonet iureconſultus ſi in diuerſis
ſummis condemnent iudices, minimam ſummam
ſpectandam eſſe, ſimilis eſt text. in l. diem proferre,
§. ſi plures, ibi quia in hanc ſummam omnes conſen-
ſerunt, ff. de recep. arb. & quod plus eſt ſemper con-
tinet illud, quod eſt minus, capit. plus ſemper de re-
gu. iur.

gu. iur. in ſexto, in obſcuris quoque quod minimum eſt ſequimur, cap. in obſcuris, eodem titulo, & omni-
3 no regulare eſt, vt † in maiori ſumma affirmatiue probata minor contineatur, ſiue loquamur in quantitate continua, ſiue in quantitate diſcreta, & ſic ſiue qualitatiuè, ſiue quantitatiuè loquamur, vt per ſcribentes in l. prima, §. ſtipulanti, ff. de verb. obligat. tum etiam quia non infertur ex eo, quod dicat Ambroſius in eius literis, *il pretio intertengo in ſcuti*, N. quod ille fuerit verus valor adamantium, apparet enim potius ex illis verbis dictum Ambroſium habuiſſe animum vendendi dictos adamantes quanto pluris potuiſſet.
4 Vnde magis † credendum fuit peritis, quorum iudicio ſtãdum eſt in arte ſua, l. prima. ff. de ver. inſp. Corne. conſi. 148. nume. 31. in ſecundo, & conſi. 194. eo. volum. vbi num. 13. pulchrè infert, ſi plures periti adhiberi non poſſunt, ſtandum eſſe vni per iura & authoritates quas adducit; quæ poterunt caſui noſtro deſeruire, quamuis in eo duo fuerint adhibiti periti, licet vnus de vno tantum adamante deponat, ſed literæ dicti Ambroſij coadiuuant intentionem actricis, quæ
5 de gemmis loquuntur, † quæ pluralis locutio ſaltem duorum numerum requirit, l. vbi numerus, ff. de teſti. cum ſimil. nec obſtat, quod dictæ literæ per aliquot menſes ante appodiſiam fuerint ſcriptæ, adeo vt appareat gemmas, de quibus in ipſis non eſſe illas, de quibus in dicta appodiſia, quoniam ex ipſa appodiſia, ſi rectè inſpiciatur, manifeſtè colligitur, quod facta fuit poſtquam dicti adamantes iam cœperant eſſe in poſſe dicti Ambroſij, & ſic de receptis ante dictam appodiſiam, vt oſtendere videntur illa verba, *hauer riceuuto*, & illa, *& eſſer in mio poter*, & ex multis aliis apparet, tempore quo fuit facta appodiſia, traditionem non interueniſſe, ſed eam præceſſiſſe, minus etiam mouit aliud, quod prima facie viſum fuit aliquam difficultatem in præſenti cauſa facere, videlicet quod pluralitas rerum præſumatur, ſecundum Alexan. conſ. 119 colum. penul. lib. 1. vbi infert ad deciſionem Ioã. Andreæ de equo conducto in c. auditis, extra de præſcripti, vt ibi per eũ. Nam ſi præſupponeremus gemmas, de quibus in dictis literis, non eſſe illasmet, de quibus in dicta appodiſia Ambroſij, ſequeretur quòd pluralitas conſignationum, & ſic factorum præſumeretur, vna ſcilicet illarum gemmarum, de quibus in dictis literis, alia vero adamantium, de quibus in dicta appodiſia: Atqui pluralitas actuum nequaquam præſumi debet, niſi probetur Barto. l. conuenticulam, columna quarta, circa med. C. de Epiſcop. & cler. & habetur per eundem Alexand. conſ. 119. colum tertia, ad fin. qui propriè loquitur, vt pluralitas conſignationum nõ præſumatur, qui noſter eſt caſus, ratio eſt ſecundum canoniſtas in capit. 10 præſentia, extra de prob. quoniam facta non præſumuntur; l. in bello, §. factæ, ff. de cap. & poſtl. reu. cum ſimilibus, & dicit Bald. in l. neque natales, colum. ſecunda, C. de proba. quod nec in actibus hominum, nec in perſonis præſumitur pluralitas, niſi probetur. veriſimile etiam viſum fuit, vt adamantes, de quibus in dicta appodiſia, & literis exhibitis, ſint illi ipſi, qui alias aurificibus dati fuerẽ ad accommodandum, & ſi enim Docto. videantur communiter ſequi illam opinionem, vt pluralitas rerum præſumatur, vt per Alexand. dicto conſilio 119. colum. 3. Dec. d. capitu. in præſentia, numero 10. tamen iſta differentia inter actus, & res non videtur iure probari, vt animaduertit Dec. dicto numero. 10. qui etiam ſubiicit, quod ratio illa, vt non præſumatur pluralitas, quia facta non præſumuntur, ita pariter militat in rebus, ſicuti in perſonis, vel actibus; vnde infert potius conſiderandum eſſe rerum perſonarum, vel actuum quali-
6 tatem, an ſint tales, qui ſoleant multiplicari, ac id minus, † quoniam ſi à communiter accidentibus multiplicari non ſoleant, non eſt præſumenda pluralitas æque in omnibus, ſane nos conſiderauimus qualitatem horum adamantium, de quibus agitur, videlicet magnitudinem, bonitatem, & valorem, de quibus tam in dicta appodiſia, & literis exhibitis, quam in dictis atteſtationibus, quibus inſpectis, & optimè conſideratis præſumpſimus identitatem, quoniam à communiter accidentibus, quod argumentum in iure eſt validum, Alexand. l. 1. numero 18. & l. certi condictio, ff. ſi cert. petat. non ſoleat in familia ciuium qualitatis, cuius erat dictus olim Antonius maritus Theodorinæ, eſſe multiplicatio gemmarum, maxime adamantium, qui ſunt lapides maximi inter omnes gemmas pretij, vt eſt notiſſimum, verùm pro-
7 bari viſa fuit identitas ex qualitate, adamantes, ex numero, duo, ex bonitate, *grano groſſo*, & † adeo vt cum duæ demonſtrationes ſufficiant ad demonſtrandam rei identitatem, l. formam, ff. de cenſ. Bart. l. demonſtratio, ff. de condi. & dem. Cor. conſil. 266. numero 13. in 1. volum in hac cauſa, in qua tot concurrunt demonſtrationes, dubitari non potuerit, quin identitas plene probata ſit, præſertim accedente præſumptione, de qua ſuprà. Et hæc fuere, quæ nos ſuperioribus diebus mouerunt, vt condemnatoriam ſententiam proferremus ad laudem Dei Omnipotentis.

DECISIO CXCVII.

Soluens pro honore literarum habet actionem aduerſus ſcribentem etiam pro intereſſe, & creditor vnius recipiens ab alio literas non acceptatas non liberauit debitorem.

SVMMARIVM.

1 *Soluenti pro alio competit actio negotiorum geſtorum.*
2 *Ad committendam moram quæ requirantur, & nume. 5.*
3 *Literæ probant ad beneficium tertij.*
4 *Nouatio non fit interueniente noua perſona, niſi expreſſe agatur.*

VESCONTEM Cattaneum Iuſtitiam fouere cenſuimus, quo ad dimidiam dublarum ſeu earum valorem, nec non quo ad intereſſe tantùm à die litis conteſtatæ citra, contra Antonium de Francis. moti fuimus quia literis cambij ſcriptis ab Antonio, quæ plenè probant contra ſcribentem, l. publia in fin. depoſ. mandauit Antonius Cattaneis & Spinulæ Sibiliæ, vt ſoluerent Michaëli Antumines Portugalẽ. creditori ſuo, & ipſi literas non acceptarunt, & ſic ſoluere recuſarunt, & Veſcontes ſoluit pro honore literarum, vt in literis cambij à tergo conſtat dicto Michaëli animo conſequendi

quendi ab Antonio, vt inſtrumentum proteſtationis
1 demonſtrat, & ſic egit vtile negotium pro eo, & † ideo
merito competit actio negotiorum geſtorum, l. ſol-
uendo de neg. geſt. & l. cum pecuniam, eo. titu. & ne-
dum ad ſortem ſed etiam ad intereſſe, l. at qui natura.
§. non tantum eo. titul. cum ſe mercatorem, & cam-
biare ſolitum, & mercari docuerit, & lucrari potuiſſe
iuxta quantitatem liquidandam in executione, non
enim de intereſſe loci Sibiliæ agendum erat, vt infrà,
ſed de intereſſe loci vbi mora commiſſa fuit, quæ eſt
2 à die interpellationis citra, † & ſic à litis conteſtatio-
ne, interpellatio enim tacita legis, vel expreſſa homi-
nis requiritur, iuxta Doct. in l. quod te ſi cert. pet. &
quia fuit dictum deberi Veſconti intereſſe, at non
quantitas probata, licuit iure dicere liquidandum in
executione ſecundum practicam Soci. ſenio. in c. ſi-
gnificantibus de lib. obl. col. 16. hanc ſententiã adiu-
uant vnæ literæ Antonij Franci ſcriptæ Antonio Spi-
nulæ quondam Thomæ, vbi actorem ſoluiſſe fatetur
dictam ſummam ſupra ſe Antonium Franchum nam
ſoluere Cattanei, & Spinulæ recuſarũt ob eorum de-
coctionem, & rogat eum vt velit ſoluere, ne ipſi ali-
quando hac de cauſa moleſtiam pati contingeret, &
hæ literæ nedum probant contra ſcribentem, iuxta
3 latè tradita in l. admo. de iure iur. at etiam † ad bene-
ficium tertij ſecundum Rotam in nou. in titu. de pro-
ba. num. 430. in c. nota ego miſi, & Iaſ. in rep. d. l. ad-
monendi, nec allegata conſuetudo circa intereſſe lo-
ci, vbi reflectio fieri debuiſſet, quicquam operatur,
tum quia non probata fuit Dec. conſilio 215. 275. &
402. col. pe. tum quia procederet vbi fuiſſet facta re-
quiſitio & interpellatio à Veſconte dicto Antonio,
vt ſolueret, quæ hic non fuit, nec illæ literæ Antonij
ſcriptæ Spinulæ eam continent: diuerſa enim ſunt
quòd quis ſciat alicui debere, & quòd ille cui debe-
tur petat, & vtrumque requiritur, ad hoc vt in mora
conſtituatur aliquis, vt not. ſcrib. d. l. quod te, nec iure
4 dici poteſt, † quod ſit facta ſolutio propter nouatio-
nem, quæ dicitur facta eo quod poſt factam ſolutio-
nem dicatur Veſcontem cõueniſſe cum Cattaneis, &
Spinula, vt ſibi darent literas de ſolutione habenda
pro loco Valentiæ, & ſic quaſi in debitores accepe-
rint vel Cattaneos Sibiliæ, vel illos Valentiæ, & ſic
contra ipſum Antonium non potuerit habere regreſ-
5 ſum agens, † tum quia nouatio non fit interuentu no-
uæ perſonæ etiam ope exceptionis, niſi expreſſè aga-
tur, ſecundum commu. ſententiam per l. fin C. de no-
uat. latè Decius tradit in conſ. 400. poſt Alexan. conſ.
10. vol. 2. vbi tamen ex præſumptionibus & coniectu-
ris euidentiſſimis & efficacibus aliter non conſtaret
ſecundum Decium, & dixere Paul. de Caſt. in l. de le-
gare de noua. & Soci. in l. quæ vſumfructum de verb.
oblig. & Doct. in l. ſingula. ff. ſi cert. pe. quod ſi man-
do campſori meo, vt tibi meam pecuniam, quam mi-
hi debet, numeret, & ille ſcribat ad tuam partitam vel
rationem, vel tibi promittat citra ſtipulationem, non
inducitur nouatio, & periculum rupturæ ſeu fallimẽ-
ti ad te non ſpectat, ſed meum eſt, nec ille libera-
tur à me, nec ego à te liberor, hic Cattanei, & Spi-
nula quicquam non promiſerunt ſoluere, item nul-
lam habebant pecuniam Antonij de Franchis, & ſic
in nullo debitores erant, quod conſiderat Soc. d. l.
qui vſumfructum, colum. fin. in 8. & 9. conclu. præ-
terea iam recuſauerant ſoluere literas Francij, & ſic
mandatum, quod literis probatur, l. prima, ff. man-
dati, accipere noluerant, quod mandatum hæ lite-
ræ cambij important, ſecundum Iaſo. in repet. l. ad-
monendi de iureiurand. columna 56. numero 152. &
153. & cùm mandatum accipere noluerint, vtique or-
dinatio facta ab illis in Ciuitate Valentiæ per literas
non refert quicquam, argum. l. diligenter. ff. mandat.
& cùm propter decoctionem ipſorum Cattaneorum
teſtetur Antonius Francus ſuis literis ipſos Catta-
neos, & Spinulam non ſoluiſſe ſuam tractam, hinc
eſt quòd non obſtat quòd dicti Cattanei Sibiliæ de-
derint literas cambij Gaſpari & Auguſtino Spinulis
Valentiæ, vt ſoluerent Alexandro, & Ioann. Bapti-
ſtæ Saulis ſcuta, N. *conti cum Nicolao Cattaneo*, cuius
Veſcontes agens erat, & ponerent dimidiam ad com-
putum Antonij Spinulæ quondam Thomæ, & dimi-
diam pro illis de Nigro Paſquis, & præſertim cùm
in literis admonitionis etiam dicant, *le quali ſono per
tratte fattene di Canaria d'Antonio de Franchi à conto d'v-
no credito fatogli in noi per il detto Antonio Spinula*. &
cùm literas noluerint, non eſt verum creditum in ip-
ſis factum, & maximè ſtante decoctione, & nulla fuit
facta ſolutio Sibiliæ nec Valentiæ, & propterea di-
ctus Veſcontes, ſeu Nicolaus nullum ſibi fecit præ-
iudicium ex huiuſmodi literarum acceptatione, quas
fieri procurauit pro conſequenda ſolutione, credens
literis Antonij, qui monuerat Cattaneos, & Spinu-
lam vt ſoluerent, & ſibi prouiderent in Valentia, vbi
dicebant ordinem datum ab Antonio Spinula, qui
tamen non fuit: vnde neceſſe fuit proteſtari etiam ab
Alexandro, & Ioanne Baptiſta Saulis, & ſic ſalua re-
manſit actio ſua dicto Agenti, & non iniuria tulit
Rota ſententiam vt ſuprà contra dictum Antonium,
quæ iura, ſi quæ habet, contra Antonium Spinulam
ſtante implicita narrata à Franco in medium afferre
poteſt, & marte ſuo experiri.

DECISIO CXCVIII.

Exigens procuratorio nomine non poteſt re-
fricare quæſtionem ſuper exactis.

SVMMARIVM.

1 *Tractans negotia aliena tenetur reddere ratio-
nem cum reliquatus ſolutione.*
2 *Procurator conſtitutus ſimpliciter intelligitur om
ni tempore.*
3 *Exigens poſt mandatum, licèt exigat ſimplici-
ter, exigit in vim mandati.*
4 *Ceſſio ex cauſa de præterito intelligitur compre-
henſa in iudicio cœpto.*
5 *Quando reſpectu iuris ſuperuenientis conualida-
tur iudicium.*

CVM Lucas Pallauicinus eſſet credi-
tor longè maioris ſummæ Nigroni
de Nigro, infra ſolutionem ſui credi-
ti Bartholomæus de Cuneo iuſſu præ
fati Nigroni ceſſit credita, quæ habe
bat ipſe Nigronus erga diuerſos, quibus vẽdita fuerãt

frumēta ipſius Nigroni, virtute cuius ceſſionis Lucas cōſtituit ſuum procuratorē ad exigendum dicta credita præfatum Bartholomæum Cunçum, qui quamplures pecuniarum ſummas exegit: vnde Lucas modo egit contra eum, vt redderet ſibi rationem cum reliquatus ſolutione, ad quod faciendum ſe obtulit ipſe Cunçus, ſe tamen reſtringens ad exacta tantum ante menſem Iunij, aſſerens ſe non teneri ad reddendum rationem ipſi Pallauicino de exactis poſt menſem Iunij, ſed Nigrono, virtute clauſulæ ſeu proteſtationis poſitæ in inſtrumento ceſſionis, qua Franciſcus filius præfati Lucæ dixit hæc verba, videlicet cum tali onere & declaratione, quòd ſummæ, quas exigere non poterit à dictis debitoribus vt ſuprà ceſſis à die ceſſionis vſque per totum menſem Iunij proxime venturi, remaneant, & ſint nomine præfati Nigroni, prout nunc eſſe dicitur: verum Nigronus ad tollendum hanc exceptionem declarauit dicta verba de conſenſu ſuo non eſſe appoſita, & velle quòd omnia illa credita ſint Lucæ, & de illis nouam ceſſionem facit, verum eſt quòd hæc noua ceſſio fuit facta pendente hoc iudicio. Viſum eſt Rotæ condemnare Cunçum ad reddendam rationem etiam de exactis poſt mēſem Iunij, tum quia ipſe id obtulit, tum quia cer-
1 tiſſimi iuris eſt tractantem negotia aliena † teneri reddere rationem cum reliquatus ſolutione, §.1.inſt. de obliga. quæ ex quaſi contract.l.1.§.officio, ff. de tute.& ratio.diſtrah. Roma.conſil.413.& 414.Dec. conſil.110.& 178.Pariſ.conſil.83.num.6.& 8.& conſil.88.num.17.volum.1.Berous quæſtio.familiari 15. Nec illam exceptionem iuridicam iudicauit, quia Franciſcus non negauit velle exigere, & habere ceſſionem omnium creditorum, ſed voluit exacta ante menſem Iunij eſſe ad extinctionem ſui crediti, & exacta poſt menſem Iunij eſſe Nigroni, & ſic vult Franciſcus omnia exigere, cum igitur Lucas fecerit ſimpliciter procuratorem dictum Cunçum, fecit pro-
2 curatorem ad ea omnia † omni tempore exigenda: ideo de omnibus tenetur reddere rationem per ſupradicta, & ipſe Cunçus qui exegit, quocunque tempore exegerit, tanquam procurator Lucæ, non poteſt refricare quæſtionem ſuper exactis, cum exacta ad eum peruenerint vti procuratorem Lucæ, arg.l.ſi quis conductionis titulo c. locati, quæ lex procedit contra quemlibet, qui rem alienam habuit nomine alieno ſecundum Dec.conſil.56.num.4.& conſil.28. nu.3.Cagnol.in l. neque pignus ſub num.6.ff.de reg. iur. nec iuridicè opponere poteſt Cunçus ſe illas pe-
3 cunias non exegiſſe nomine Lucæ, † quia cùm illas exegerit poſt mandatum ſibi factum per Lucam, virtute illius mandati exegiſſe credendum eſt, argumento l.ſecunda, C.de acquir.poſſeſſ.l. quædam mulier. ff.de rei vendi. cum ibi traditis per Bartol. & eſt regulare quod quando aliquis habet mandatum ad aliquid faciendum, ſi ſimpliciter facit, dicitur procuratorio nomine feciſſe, Bartol. per illum text.in l.qui aliena, §.ſi is qui.ff. de acquir. hæredi. per l. qui ſeruum, ff. de interro.actio. cum ſimilibus, de quibus per Pariſ. conſilio 117.in fine volumine primo, Alexand.in l.poſt dotem in ſexta lectura, ff.ſolut.matrimo. Cunçus exegit à multis debitoribus ceſſis vt ſuprà: vnde quoad illas partitas, quas exegit ante menſem Iunij, res caret hæſitatione, & quoad illas quas exegit poſt menſem Iunij, conſtat illas exegiſſe vti procuratorem Lucę, cum illas, etiam dederit in computis Lucæ exhibitis, propter quod cognoſcit illas etiam exegiſſe nomine Lucæ, aliâs fruſtra inter computa Lucæ ſcripſiſſet, ideo Lucæ reddere rationem tenetur, argumento dict.l. ſi quis conductionis titulo, & in ſpecie Dec.dict.conſilio 56. vbi ex illa l.arguit contra procuratorem, qui exegit & dicit teneri reſtituere. Pręterea dato quòd Cunçus exegiſſet poſt menſem Iunij nomine Nigroni, quod negatur, cum ipſe Nigronus voluerit illas etiam ſpectare Lucæ, & illas quatenus opus ſit ceſſerit Lucæ, quare de illis etiam non teneatur reddere rationem, non vidit Rota: nec exceptio illa obſtat, quod in hoc iudicio non videantur comprehenſæ pecuniæ exactæ poſt menſem Iunij, per ceſſionem factam poſt illud cœptum, l.non poteſt videri ff. de iud. quia reſponſum fuit illas non fuiſſe exactas nomine Nigroni, ſed nomine Lucæ per ſupradicta, & ſi etiam attendimus illam ceſſionem nouiter factam, cum Nigronus eſſet debitor de longe maiori ſumma præfati Lucæ, & cum omnia credita iam fuiſſent ceſſa, iſtud ius nouiter
4 ceſſum fuit ex cauſa † de præterito ante iudicium cœptum exiſtenti, & ſuper omnibus eſſet mota lis: ergo iudicium fuit conualitum ad tradita per Boërium conſilio 16.numero 29.& 30.Bell.conſilio 25. numero 2.& 3. Iaſ. qui materiam declarat inſtit. de actio.§.actionum autem, numero 65. cum pluribus ſeq. & cum ante concluſum in cauſa ius iſtud perue-
5 nit Lucæ, etiam ſi ex noua cauſa,† conualidatur iudicium Alex.conſilio 177. numero 13. volum.2.Bald. Nouel.de dote in ſexta parte priuilegio 81.quem ſequitur Neguſ. de pignor. parte ſeptima membro ſecundo, numero 24. quinimo voluit Aretin. in l. his quoque.ff. de acquir. hæredita.quod ſufficiat, quod ius ſuperueniat in cauſa appellationis.Bald. in l. per hanc, numero 9.ff.de temp.appellar. ¶ Vltimò cum Rotæ ſit iudicare ſecundum veritatem habendo intuitum ad Deum ſufficit, quòd Lucas egerit vti ceſſionatius Negroni, licet poſtea pendente iudicio ſuperuenerit ceſſio, nam iudicium conualidatur. Alex. conſil.64.num.6.volum.6.& ex iſtis vt ſupra iudicatum fuit. Laus Deo.

DECISIO CXCIX.

Sciens poſt traditionem merces ſuas traditas in pignore licet non contradicat ſibi non præiudicat.

SVMMARIVM.

1 *Pignus rei alienæ valet domino ſciente id agi, & diſſimulante.*
2 *Ceſſante legis ratione ceſſat legis diſpoſitio.*
3 *Iuris renuntiatio non præſumitur.*
4 *Iuuenis ſeu agētis depoſitioni detrahitur de fide.*
5 *Extraiudicialis confeſſio abſente parte facit ſemiplenam probationem.*

CVM Simon de Sigeſtro communia haberet cum Ioanne Baptiſta Blancho in quodam magazeno corea, vt ex plurimis teſtium depoſitionibus probatur, c. in omni extra de teſtibus, l.vbi numerus, ff.eod.titul.præfatus Ioannes Baptiſta Antonio Auriæ creditori ſuo pro eiuſdem cautione claues dicti magazeni tradidit, vti duo probant teſtes iuribus prædictis re ita ſe habente ad petitionem dicti Simonis condemnauit Rota dictum

dictum Antonium ad eidem tradendum medietatem
dictorum coreorum, nec obſtare nobis viſum eſt id,
quod per Antonium obiiciebatur, corea, ſcilicet, prę-
dicta tradita fuiſſe in pignus ipſi Antonio ignoranti
1 Simonem in eis habere partem aliquam, † ſciente Si-
mone id agi, & diſſimulante in fraudem ipſius, atque
ideo pignus valere. l. 2. C. ſi aliena res pign. data. Bart.
in l. quæ dotis, num. 23. ff. ſolu. matrim & ibi Iaſ. num.
80. quoniam prædicta procedunt, & ita loquitur Bar.
& alij, quando, ſcilicet, præſenſerat ille, de cuius præ-
iudicio agitur, non autem ſi aberat, vel ſi ſciuit poſt
contractum factum: quia non poteſt dici in fraudem
2 tacuiſſe, ſi ignorabat contractum, † & ceſſante ratio-
ne ceſſat lex. l. adigere §. quanuis. ff. de iure patron. &
ita in terminis firmat Barto. in l. quo enim. ff. rem rat.
habe. dum dicit, quòd ſi geritur actus me abſente, de
quo mihi ſuperueniſſet ſcientia, non approbando vi-
deor improbare, vbi reſpicit præiudiciũ meum. Nec
refragatur, quod ſcientia non fuit ſimplex in caſu no-
ſtro, ſed cum aliquo actu, ex quo Simon acceſſit ad
purgandum corea cum agente Antonij, ideo videatur
conſenſiſſe, & approbaſſe: quoniam reſpõdetur, quod
talis actus potuit fieri citra conſenſum, & approbatio
nem pignoris prædicti, ne, ſcilicet, corea deuaſtaren-
3 tur, quia ſua intererat, cum in eis partem haberet, † re
nunciatio enim iuris ſui non præſumitur, cap. ſuper
hoc de renunciatione etiam ex aliquo actu proximo
niſi agatur expreſſe, Dec conſilio 496. nume. 19. quo-
ties namque capi poteſt alia coniectura nũquam præ-
ſumitur renuntiatio ſui iuris, ad copioſè tradita per
Tiraquellum in præfatione Repet. l. ſi vnquam. C. de
reuocat. donat. numero 129. & Bartol. in dicta l. quæ
enim exemplificat in caſu longe diuerſo, vt ibi videre
licet. minus quoque obſtare viſum fuit id quod teſti-
ficatus eſt Carolus Imperialis, Simonem, ſcilicet, ſibi
confeſſum fuiſſe corea in totum ſpectare Ioan. Bapti-
ſtæ, quoniam præter id, quod vnicus & ſingularis ſit
teſtis, ideo non probet. l iuriſiurandi. C. de teſt. eſt etiã
4 † iuuenis voltæ dicti Antonij, cuius ideo depoſitioni
de fide detrahitur, vt per Angel. in l. qui liberi. C. de
teſtibus, & deponit de confeſſione extraiudiciali ab-
ſente, parte, quæ etiam ſi per duos teſtes idoneos
5 probaretur, † ſemiplenam tantum faceret proba-
tionem, vt per Marant. in eius Speculo parte, 6. tra.
de confeſſis, numero 2. per vnicum vero teſtem pro-
bata nullum fecit præiudicium, vt ibi per eundem,
nume. 13. ex quibus iure merito Rota mota eſt ad ita
iudicandum. Laus Deo honor & Gloria.

DECISIO CC.

Recipiens ſortem abſque proteſtatione etiam medio procuratoris, remittit intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe eſt acceſſorium ad ſortem.*
2 *Actus ſimpliciter geſtus à procuratore præſumitur procuratorio nomine.*
3 *Mercatori debetur vtrunque intereſſe à debitore moroſo.*
4 *Procurator non poteſt remittere debitum ſine ſpeciali mandato.*
5 *Acceſſorium non poteſt ſtare ſine principali.*

CONDEMNATVS fuerat
per ſententiam arbitralẽ Syl-
ueſter Interianus ad ſoluen-
dũ Dominico Imperiali ſcu-
ta, N. de marchis ad pretiũ, &
terminum cambiorum feriæ
Paſchæ Bezenſoni, & cum di
ctus Syluester præfixa die nõ
ſoluiſſet, vt conſtitueretur in mora, fuit interpellatus
cum proteſtatione ſuper intereſſe per Vincẽtium fra-
trem, & procuratorem dicti Dominici, qui etiã non
multo poſt petiit executionem dicti laudi, tam pro
ſorte, quàm pro intereſſe coram Vicario iuxta for-
mam ſtatuti cuius reſpectu ſortis illam relaxauit, reſpe-
ctu verò intereſſe iura partibus reſeruauit, quocirca
Vincentius renouauit iudicium coram Rota ſuper
eodem intereſſe, exponens dictum Syluestrum adhuc
integraliter non ſoluiſſe dictam partitam, & ideo pe-
tebat eum ſibi condemnari ad intereſſe paſſum à die
præfatæ ſentẽtiæ arbitralis ob retardatam ſolutionem
ad rationem eorundem cambiorum vſque ad realem
ſatisfactionem. Contrareus excipiebat Vincentium
ab eo recepiſſe ſolutionem ſortis ſine aliqua reſerua-
tione intereſſe, vnde ceſſare illius petitionem, tum
quia per receptionem ſortis ſimpliciter factam cenſe
tur remiſſum intereſſe, iuxta not. in l. fin. ff. quod cer-
to loco, tum etiam quia ſicut ſublato principali ceſſat
acceſſorium, ita etiam ſoluta ſorte non remanet am-
1 plius petitio intereſſe, † quod eſt acceſſorium ad ſor-
tem, cum debeatur officio iudicis mercenario, quod
per ſe ſtare non poteſt ad not. in l. centum capuæ. ff.
eod. per text. in l. quarta. C. depoſit. Et ad docendum
de ſolutione ſortis facta per ipſum Syluestrum, & de
receptione eiuſdem Vincentij produxerat quandam
partitam per eum miſſam in Sancto Georgio in ip-
ſum Vincentium, ad complementum crediti dicti
Dominici eius principalis. Item aliam partitam ſimi-
lem ſummam continentem per eundem Vincentium
expenſam, & coniungendo confeſſionem ipſius Vin-
centij de recepta ſorte in actis facta cum identitate
ſummæ ambarum partitarum, ex quo probatur iden-
titas vtriuſque, vt per Afflict. deciſ. 198. dicebat ex
hoc conſtare quidem de receptione ſortis facta per
ipſum Vincentium, nihil autem de reſeruatione in-
tereſſe ipſi receptioni adhibita, meritò ergo ceſſare
illius petitionem, dicta. l. fina. & licet actor conten-
deret dictam partitam, dato quod eſſet eadem, non
poſſe dici acceptatam à Dominico principale credi-
tore, ex quo non repetiebatur eius nomine expenſa,
ſed tantum per ipſum Vincentium ſimpliciter, & ſic
proprio nomine ipſius Vincentij, tamen replicabat
reus, quod ſatis dicebatur acceptata à Dominico, ex
2 quo factum procuratoris dicitur factum domini, † &
actus ſimpliciter geſtus à procuratore præſumitur
procuratorio nomine geſtus in vim præcedentis man
dati, Bartolus in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus,
ff. de verborum obligationibus, & in l. qui ſeruum ff.
de interrogat. action. & in l. qui in aliena. §. ſi is, qui.
ff. de acquirenda hæreditate. Ex parte verò acto-
ris adducebatur, quod cum in ſententia arbitra-
li fuiſſet adiecta certa dies ſolutioni faciendæ, nec
tamen ea adueniente reus ſoluiſſet, idcirco pro-
pter moram commiſſam veniat condemnandus ad
intereſſe paſſum per actorem abinde citra ob ca-
3 rentiam dictarum, † ex quo vtrunque intereſ-
ſe à debitore moroſo omni iure debetur mer-
catori, ſolito ſuas pecunias ponere ad iuſtum
lucrum,

lucrum, qualē ſe eſſe probauerat dictus actor ad not.
in l. 3. §. nunc de officio. ff. quod certo loco, in l. vni.
C. de ſenten. quæ pro eo, quod inter. Afflict. deciſ. 20.
Cano. in cap. cum venerabilis, de except. Nec obſtat,
quod Vincentius expenderit illam partitam nomine
Dominici ſui principalis, quia dato quod eſſet ve-
rum, non propter hoc dicto ſuo principali præiudi-
care potuiſſet, tacendo ſuper intereſſe, ſi enim procu-
4 rator † non poteſt expreſſe remittere debitum ſuo
principali ſine eius ſpeciali mandato. l. non abſtulit.
C. de nouat. multo minus debet poſſe tacite id face-
re, argu. cap. cui licet, de regulis iuris in ſexto, prout
etiam doctrina, dicta. l. ſin. ff. quod certo loco, cum ſit
odioſa reſtringitur, vt non habeat locum niſi in caſu
ibi expreſſo, videlicet ita demum ſi ſolutio ſortis fa-
cta ſit immediatè ipſi creditori, non autem eius procu
ratori, aut tertiæ perſonæ pro eo, nam vt ibi decla-
rant Docto. ad inducendum præiudicium creditori
ſuper intereſſe, requiritur immediate conſenſus eiuſ-
dem, vt, ſcilicet, vel ſcienter ſortem recipiat, vel ex-
preſsè liberet ſoluentem à ſorte, quorum neutrum in
caſu noſtro interuenit meritò ceſſare debet illa diſpo
ſitio. Verum ſupradictis omnibus exactè perpenſis,
ac animaduerſo quod intereſſe huiuſmodi, quod de-
betur officio iudicis mercenario ſine ſorte per ſe ſub-
5 ſiſtere non poteſt, cùm † acceſſorium non poſſit ſta-
re ſine ſuo principali ad not. in l. 3. §. item Iulianus, &
in dicta l. centum capuæ. ff. quod cer. lo. & quod Vin-
centius vere receperat ſortem, nulla facta mentione
intereſſe, & id procuratorio nomine Dominici ſui fra
tris per directionem illius partitæ in Sancto Georgio
in dictum Vincentium vti procuratorem Dominici
factam: qui deinde Vincentius eodem inſtanti in ſe-
ipſum illam ſcribi fecerat, vt liberius de ea poſſet di-
ſponere. Propterea viſum fuit Rotæ actionem inten-
tatam per dictum Vincentium parum ſibi compete-
re, & conſequenter etiam ex aliis placuit reum con-
uentum abſoluere ab obſeruatione iudicij, cum ceſſa-
rent omnia ſupradicta, iuxta not. in l. libellorum. §.
quod ſi libelli, & in l. Titia. ff. de accuſa. & in cap. exa-
minata, extra de iudic.

DECISIO CCI.

Marca, ſeu ſignum facit præſumi rem eſſe il-
lius cuius eſt marca.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus contra producentem ſtandum eſt.*
2 *Ex ſigno cognoſcitur ſignatum.*
3 *Marchum præſumptiuè probat dominium.*
4 *Executio non præiudicat abſenti, & non citato.*
5 *Non obſeruanti non eſt obſeruandum.*

VISVM fuit Rotæ iuris eſſe condem-
nare Ambroſium Donam reum con-
uentum ad reſtitutionē coreorum per
executionem conſecutorum, vel eo-
rum valorem ſi non extant Iacobo Ri
cetto actori iuxta petita, quoniam actor plene proba
uit intentionem ſuam, & identitatem coreorum per
teſtes, & quod corea erant dicti Iacobi, & eius mar-
cho ſignata, quæ faciunt ad victoriam per not. in l.
quinquaginta. ff. de probat. teſtes enim actoris id de-
1 ponunt, & † duo ex teſtibus rei, quibus ſtandum eſt
contra producentem ad vulgatum illud Rom. conſil.
104. & probatio quę fit per teſtes optima eſſe dicitur,
Marſ. in Rub. C. de probat. identitas vero probari de-
bet, quia pluralitas præſumitur Bald. l. 2. C. de aduoc.
Alexand. conſil. 134. volu. 2. fieri attamen debet pro-
batio ſpecialiter, vt dicebat Bald. in l. interpoſitas. C.
de tranſact. & etiam concludenter argu. l. non hac. C.
vnde legi. accedit etiam vltra teſtes quòd corea erant
ſignata marcho ipſius Iacobi, & clarum eſt quod hæc
ſigna, vulgo marcha faciunt rem eorū præſumi, quo-
2 rum ſunt ſignacula, † quia ex ſigno cognoſcitur ſigna
tum Felin. in cap. nonnulli, nume. 1. de iudi. Bald. in c.
cauſam, colum. 2. de probat. Rip. in l. 1. nume. 74. ff. ſi
cer. per. Guil. Bened. in cap. 22. dum ibi dicitur, oſten
dite numiſma Cæſaris, & facit. l. ſi neque. §. ſi. de peri.
& commod. rei vendi & l. ſtigmata. C. de fab. lib. 11.
vbi Bartol. & Luc. de Pena. Iaſ. in conſil. 170. colum.
3. 5. 7. volu. 2. & in l. ſi mora, numero 12. ff. ſolut. ma-
trim. cap. ſi iudex, de ſentent. excommun. Afflict. de-
ciſ. nume. 3. Caſſan. in catalogo gloriæ mundi, prima
parte concluſ. 35. Cacher. dec. Palemon. 40. Baldus in
authen. dos data, colum 1. 5 ſignaculo. C. de donat. an
te nupt. & ibi Andr. Barb. in addit. & in l. diſtrahente.
C. de reb. alie. non alien. Alber. in l. 5. ff. de iure patro.
num. 2. vbi diſputat an liceat alicui artifici, vel merca
tori alterius ſignum ſibi aſſumere, quod non reſoluit
3 † marchum inſuper præſumptiuè probat dominium,
Bal. conſ. 416. num. 2. Barb. in rub. de fide inſtru. eſtq;
emanatum vulgare illud prouerbium, quod ad ſignū
cognoſcuntur ballæ, vt dicit Boer. deciſ. 105. num. 9.
Pręp. in c. vt noſtrum, col. 2. de appel. cum ſimil. hinc
tollitur obiectum quod ſufficere dicebat reus in hoc
iudicio non eſſe probatum coramina eſſe Iacobi. l. in
rem. ff. de rei vend. l. qui petitorio. ff. eod. Rom. conſ.
347. quia plene probatum fuit, & per teſtes, & per mar
chum fuiſſe dicti Iacobi, vt ſupra deductum eſt, & res
videtur carere difficultate, ex quibus fit vt in dictis co
reis tanquam eſſent bona Georgij Pontæ, fieri nec po
tuerit, nec debuerit executio: iniquum eſt enim alte-
rum pro altero grauari. l. ſancimus. C. de pen. cum ſi-
mili. & licentia conceſſa intelligebatur eſſe contra
Georgium & eius bona, non autem contra bona Ia-
cobi, imo nec nominatim, & ſpecifice fuit conceſſa
contra corea, ſed generaliter, & cùm præſens non eſ-
4 ſet dictus Iacobus, † vel citatus quando executio fie-
bat non potuit illi præiudicari, argu. l. de vnoquoque,
& l. ſępe. ff. de iud. vbi Alexand. & alij, inſuper vnus te-
ſtis dicti Ambroſij deponit contra ipſum producen-
tem, qui dicit corea fuiſſe conſignata mortuo Geor-
gio, & ſic probat per actorem. Iaſ. in Rubr. ff. de iure-
iur. nume. 7. poſt d. conſil. 104. Roma. nec obſtat ſi di-
catur Georgium dediſſe lanioni pecunias pro coreis,
& recepiſſe corea, quia teſtes ipſius Ambroſij depo-
nunt contra illum, vt ſupra, & quod pro pecuniis datis
à Georgio, lanij iam antea conſignauerant corea æ-
quiualentia, deinde vnus eorum dixit dicto Chriſto-
phoro, quod nolebat amplius tractare cū ipſo Geor-
gio, quia latitabat, quinimo pelles ſuas dare volebat
alicui, qui ſe obligaret gabellotis, & ſolueret gabel-
lam, prout fecit d. Iacobus, qui ſe obligauit, & re vera
ſoluit, vt patet per extractū gabellę, quod probat Bar.
l. quandam §. numularios, nu. 3. & ibi Ang. ff. de edito.
Dec. conſi. 556. nec obſtat ſi dicatur contractum ini-
tum fuiſſe inter Georgium & laniones, & illum ob-
ſeruandum eſſe. l. in commodato. §. ſicut. ff. commod.
per reg.

per reg.quod ſemel placuit: nam dicitur, quòd iam impleuerant ſolutionem, & Georgius amplius non
5 dabat pecunias, vnde ſequitur, † quòd frāgenti fidem fides frangatur eidem, l.cùm proponas.C.de tranſac. præterea dico emptorem illum eſſe preferendum, cui res fuit tradita.l.quoties.C.de rei vend. competit tamen actio Georgio contra venditores, vt obſeruent conuentionem, ſed nō poteſt facere quin corea facta fuerint Iacobi ſecundi emptoris. Ex quibus vt ſupra notatum fuit.

DECISIO CCII.

Obligatus ad reddendam rationem poteſt conueniri pro certa quantitate ſoluenda ratione dictæ reditionis.

SVMMARIVM.

1 *Actio duplex contra eum qui tenetur rationem reddere.*
2 *Nota dati & recepti facta inter aliquos inducit fidem & probationem quo ad alios.*
3 *Habens mandatum de vendendo non poteſt vendere habita fide de pretio.*
4 *Mercatori debetur intereſſe quantum veroſimiliter lucratus eſſet.*
5 *Intereſſe non debetur niſi ex mora.*

ANTONIVM Saluagum, & Francum Centurionum, & quemlibet eorum inſolidum vnica tamē ſolutione ſufficiente Rota condemnauit ad ſoluendum Hieronymo Lauezio libras, N. monetę groſſorum Flandriæ, vna cum intereſſe à die litis conteſtatæ vſque ad realem ſolutionem, namque Hieronymus ipſe tranſmiſerat ſua veluta Ioanni Iacobo Saluaigo, & Antonio Centuriono filiis ſupradictorum Antonij, & Franci, qui principaliter ſe obligando promiſerunt de eorum bona adminiſtratione, & rationum redditione, & pro tali promiſſione iſti Antonius, & Franc. fuerunt conueniti, & prout conſtat ex petitione dicti Hieronymi, quæ in caſu iſto optime procedit, etiam quod non fuerit petitum quod redderetur ratio cum reliquorum præſtatione, ſed petita ſit quantitas certa per ea, quæ not. tradit Barto. in l. 1. C. ſi aduerſ. rem iud. dum ibi conclu-
1 dit, quod contra illum, † qui tenetur reddere rationē poteſt agi dupliciter, hoc eſt, vt reddat rationem, & reliqua reſtituat, & vt condemnetur ad certam quantitatem, ad quam dicatur reum conuentum teneri occaſione adminiſtrationis, vt probatur ibi cum gloſ. & tunc debitum petitum venit in proceſſu liquidandum per libros rationum, & computa, & iſtud quidem fuit in caſu iſto probatum ex ſcripturis exhibitis, & verificatis per not. per Bartol. in l. nuda. ff. de donat. & l. admonendi. ff. de iureiur. & ex eiſdem maxime ex inſtrumento inter partes celebrato conſtat veluta ſpectantia ipſi Hieronymo fuiſſe vendita, quod inſtrumentum dicitur probare, & fidem facere contra confitentes. l. optimarum. C. de contrahend. & committen. ſtipul. & ita etiam eſt text. ad hoc. no. in l. deſiderium. C. de poſ. quem text. ibi exclarat Bald. & Paul. de Caſtr. in conſil. 84. incip. quod præfata ſententia, & Bartol. in dicta l. admonendi, Franc. de Crema in no. ſuo 104. apparet inſtrumentum, & faciunt not verba Paul. de
2 Caſtr. in d. conſil. 84 dum ibi dicit quòd † nota dati, & recepti facta inter aliquos includit fidem, & probationem quo ad alios licet fuerit facta in abſentia partis, nullibi vero apparebat quod iſti vendentes veluta
3 habuiſſent mandatum ab ipſo Lauezio, † vt poſſent vendere habita fide de pretio, Propterea non potuerunt hoc facere niſi eorum periculo iuxta not. in l. à diuo pio. §. ſi emptor. ff. de re iud. in l. ſi procurator. §. 1. & ibi gloſ. ff. de iure fiſci: eoque magis cum venditores prędicti non eſſent procuratores generales ad omnia negotia ipſius Hieronymi, ſed particulares, ad illa duntaxat veluta vendendum, quinimo nullos offerebant debitores occaſione dictorum velutorum, meritò ergo ex prædictis fuit per Rotam ſententiatum, vt ſuprà fuit, & in ſententia dictum inſolidum, ita tamen quod vna ſolutio ſufficiat iuxta gloſ. in l. ſi mandato Titij. §. Paulus reſpon vnum. ff. mandat. & in authent. hoc ita. C. de duobus reis, Bartolus in l. ſi pluribus. ff. de legat. ſecundo, & vlterius fuerunt condemnati ad intereſſe ad rationem, N. quia in actis probatum apparet, quod dictus Hieronymus, qui petiit, eſt per-
4 ſona ſolitata negotiari & mercari cum pecuniis, † & quod veriſimiliter tantumdem ſuperlucratus fuiſſet. l. tertia. §. fin. cum ibi not ff. de eo, quod certo loco, iuncta. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empti, vt habetur in l. minus. ff. de in litem iuran. plene per Docto. in l. vnica. C. de ſentent. quæ. pro eo quòd intereſt, fuit quoque dictum ad intereſſe à die litis conteſtatæ vſque ad realem ſolutionem, quoniam in-
5 tereſſe † non niſi ex mora debetur, vt in l. mora. ff. de iure cum ſimilib. in qua fuerunt conſtituti ipſi rei conuenti ex eo quod voluerunt litigare litem iniuſtè conteſtando, vt per Doctor. in l. vinum. ff. ſi certum petatur, non fuit autem deciſum neque ſententiatum inter ipſos Antonium & Franciſcum, quia ſic viſum fuit Rotæ illud iudicium differre, quod quidem potuit iuſtè facere per not. in l. non idcirco. ff. de iud. cum ſimil.

DECISIO CCIII.

Gerens negotia tenetur rationem reddere non obſtante præſcriptione triginta annorum conceſſa primo reſtitutione in integrum petenti rationem.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet adminiſtrator tenetur rationem reddere.*
2 *Hæres adminiſtratoris tenetur etiam rationem reddere.*
3 *Stans in mala fide nunquam præſcribit.*
4 *An idem procedat in actionibus perſonalibus in quibus non requiritur poſſeſſio.*
5 *Succeſſor poſſeſſori malæ fidei non præſcribit ex perſona ſua.*

6 *Ignorantia*

natus pariter fuerat dictus Stephanus ad cedendum
eidem Baptiſtę tot obligationes,& ſeu declarationes
franchorum. N.de nomine ſupradicti Florioti, adeo
quod poſſit dictus Baptiſta de dictis obligationibus
ſe valere,& agere cõtra dictum Floriotum,hæc enim
ſunt verba ipſius ſententiæ, & ſic tenebatur Stepha-
1 nus tradere inſtrumenta, † & ſcripturas, ſeu proba-
tiones,quibus mediantibus poſſet Baptiſta in iudicio
agere, & conuenire eundem Floriotum, & eum co-
gere ad ſolutionem eorundem franchorum, tam ex
tenore ſententiæ,quàm ex iuris diſpoſitione, l.ſi no-
men, & ibi Docto.ff.de hæred.vel act.vend. Roman.
conſil.163.num.8.Alex.in l.ſciendum,num.10.ff.de
verb.oblig. & tamen condemnatus non adimpleuit,
imo, petita executione ſententiæ, paſſus eſt eam ex-
pediri,& licentiam concedi,nec quicquam fecit,Vn-
de Baptiſta petiit coram Rota declarari ſe remanſiſ-
ſe,& remanere creditorem liquidum pro ſumma prę-
dicta,& compenſationem fuiſſe factam,& admitten-
dam contra dictum Stephanum, prout ita fuit vota-
tum. ¶ Primo quoniam quando quis tenetur ad fa-
ctum,& interpellatus non adimplet, imo recuſat fa-
2 cere, & patitur litem conteſtari, † tenetur ad pecu-
niam numeratam,l.ſi quis ab alio, §.fin.ff.de re iud.l.
ſtipulationes non diuiduntur, & Bart.num. 30.& ibi
Doct.ff.de verb.oblig.in tantum quod non ſolùm ſit
incurſus moram, & paſſus ſit litem conteſtari,verum
3 etiam expediri executionem,†non admitteretur am-
plius ad moram purgandam,& faciendum talem ceſ-
ſionem,l.ſi inſulam,ff.de verb.oblig.& ibi per Doct.
l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille, ff.de ſolut.
Bart.in l.ſi maior,C.de tranſ.Iaſ.conſil.9.num.8.vo-
lum.1.Afflict.deciſ.174. in fi.maximè in mora gemi-
4 nata,& triplicata,Cap.deciſ.19.num.4.purgare †at-
tamen moram licet de æquitate canonica, offerendo
ſeparatum realiter ſatisfacere in omni, & toto eo,in
quo tenetur vigore laudi iurati, non obſtante iura-
mento,Bald.in l.qui crimen 11.q.C.qui non poſ.no.
in c.apud miſericordem,22.q.& eſt tex.in cap.ſuam
extra de pen.ſecundum vnum intellectum,quem po-
nit Hoſt.in ſum.in tit.de arbitr.§.ſed qualiter, verb.
ſed nunquid religioſi. Ant. de But.in cap. dilecti ex-
tra de arbitr. licet multi teneant contrarium in dict.
l.ſi inſulam,in cap.potuit, extra loca.quod procedit
quando aduerſarius non eſt paſſus aliquod damnum
propter moram, quia nec de æquitate canonica licet
purgare, Doct.in dict.cap.dilecti Bal.in l.pacto quo,
C.de pact.refert,& ſequitur Iaſ.dict.conſil.9.nume.
8.volum.1.Nec obſtat ſi dicatur curatorem obtuliſſe
coram Vicario ſe paratum eſſe facere quæ de iure te-
5 netur,quia reſpondetur†verbalem hanc oblationem
minimè ſufficere,vbi facto opus eſt, l.fin.ad fin.ff.ad
Syl.glo.in verb. denegatur in c.quamquam, de vſur.
in 6.Soc.conſil.159.num 2.lib.2.aliud eſſe cedere,&
tradere declarationes, aliud dicere ſe paratum. Nec
6 obſtat † quod ſententia ſit ſtricti iuris, & non poſſit
ex ea inferri, niſi in quantum ex verbis legitur,l.1.C.
ſi plur. vn.ſent. Alexand.conſil.123. vol.1. conſil.84.
num.2.volum.3. Dec.conſil.43. in fin. Iaſon.conſil.
7 166.in 4. & † deberet in fauorem rei interpretari, vt
minus lædat,&vt minus cenſeatur condemnatus.Ro-
man.conſil.236.col.2.verſic.2.quia Curt.Iun.conſi.
179.num.1.& 3. Crauet.conſil. 74.num.10.quia re-
ſpondetur nos admittere, ſed locum non habere in
caſu noſtro, quia non tenetur Stephanus ex ſenten-
tia,quæ re vera ipſum ad plus non arctat,ſed ex mora
contracta poſt litis conteſtationem, cuius effectus
eſt,vt ad intereſſe teneatur, & ad pecuniam, dict.l.ſi
quis cum alio. Nec obſtat quod compenſatio non
procedat de facto an quantitatem.l. vlt. C. de com-
penſa.quia fatemur, ſed in propoſita quæſtione non
compenſatur factum, ſed illa quantitas, quæ reſultat
ex non adimpletione facti,& ſic ſumma cum ſumma
compenſatur, quia factum ob moram redigitur in
8 quantitatem,& ſic ceſſat contrarium.Nec obſtat † q;
compenſatio ſit exceptio.glo.in Rub.C.de compen-
ſat.& toto tit.ff.& C.eod.& ſic quod per viam actio-
nis proponi non potuit, quia reſpondetur quam plu-
9 res eſſe exceptiones, † quæ hoc pacto proponi poſ-
ſunt,vt ſuper eis ſequatur ſententia,nec abſurdum eſt
declarari ſuper exceptione, vt puta competere illi,
qui eam proponit, vt in exceptione nõ numeratæ pe-
cuniæ, quæ proponi poteſt per modum agendi. Mi-
ſing.inſt. de literarum oblig. & exceptione compen-
ſationis in ſpecie Bart. in l. cum pactum, C.de exce-
ptio.& l.2.num.3.ff.eod.& ibi in addi.& in l.verbum
oportebit, §.actionis, ff.de verb.ſignifi.ſed in ſpecie
in terminis noſtris dicitur,quòd opponens exceptio-
nem compenſationis nõ dicitur eam excipere, quam
petere,l.amplius, ff.rem rat.hab.Alex.conſ.12.num.
13.volum.2.Ex quibus ita votatum fuit.

DECISIO CCV.

Patronus nauis non tenetur de deuaſtatione mercium ſecuta ex tempeſtate & vi ventorum.

SVMMARIVM.

1 *Euidentia facti eſt optima probatio.*
2 *Quis dicitur in culpa tribus modis.*

CORAM Rota Gregorius Cibo patronus
cuiuſdam ſui Galeoni expoſuit in eo one-
raſſe in loco Cadicis pro Liburno & Ge-
nua inter alias merces plura barilia toni-
narum, quæ ob tempeſtatem maris remanſerunt de-
uaſtata,idcirco petijt declarari dictam deuaſtationẽ
eueniſſe culpa ſua,nec defectu Galeoni,ſed culpa vel
occaſione dictæ tempeſtatis, & propterea damnum
eſſe mercatorum,iuxta petitionem pronuntiatum,&
declaratum fuit:quia actor pro fundanda intentione
ſua probauit, quod eius Galeonus tam ante quam
poſt onerationem toninarum erat bene ſtagnus, &
bene conditionatus, & fulcitus omnibus neceſſariis
ad nauigandum, probauit etiam dictum Galeonum
paſſum fuiſſe maximam vim ventorum, adeo quod
verſabatur in magno periculo, & ita damnum dicta-
rum toninarum eueniſſe culpa tempeſtatis ex vi ven-
torum mota, & denique probauit quòd toninæ fue-
runt ſtipatæ,& bene conditionatæ, & repoſitæ in lo-
co tuto: hæc enim omnia ſunt plene probata, l. vbi
numerus,ff.de teſt.nam ad probandum actum ad mi-
nus duo teſtes conteſtes requiruntur Afflict. in dec.
72. in hoc iudicio plures teſtes conteſtes depoſuerũt
1 vt ſupra, ergo &c.deinde nulla † maior probatio eſt,
quam euidentia rei not. Inn. in c.propoſuiſti de pro-
ba.text.in l. emptorem in princ.ff. de actio. empt.&
teſtes qui depoſuerunt vt ſupra ſunt teſtes, qui vide-
runt Galeonum & tempeſtatem, ac toninas ſtipatas
in loco tuto, nam erant præſentes,quia erant in dicto
Galeono, & propterea ita teſtificati ſunt ob euiden-
tiam rei,& facti occurſi, tam ante inceptum iter quã

de contingentibus in itinere, poſt claras probationes
2 fuit etiam conſideratum quod † quis dicitur in culpa tribus modis, primo ſi non fecit quod diligens faceret, ſecundo ſi contra pactionem, tertio ſi fuit in mora, vt nota. in glo. in l. videamus, ff. loc. & condu. pars in hoc nihil probauit, quæ tamen culpa debet præciſe probari Bart. in conſil. 93. ſed in aliquo caſu culpa non fuit probata: quia ipſe patronus fuit diligens in ſtipando in loco tuto toninas, & cum appareat caſum deuaſtationis eueniſſe propter tempeſtatem & vim ventorum, quorum culpa nauis agitabatur, merito non eſſe locum culpæ patroni declarauimus.

DECISIO CCVI.

Dies interpellat pro homine ad cauſandam moram, pro qua intereſſe lucri ceſſantis debetur, ad quod probandum ſufficit probare quod ita communiter mercatores lucrati fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio fideicommiſſariorum per modum contentioſæ iuriſdictionis parit præiudicium hæreditati.*
2 *Iudex informare ſe poteſt de ſtylo à practitantibus.*
3 *Stylus curiæ vim legis habet.*
4 *Duo teſtes plenam fidem faciunt regulariter.*
5 *Tertius teſtis quando addi debeat.*

QVAMVIS ad deciſionem præſentis cauſæ vertentis inter Ioannem Paulum Pinellum actorem ex vna, & curatorem generalem ac fideicommiſſarios teſtamentarios quondam Bernardi Centurioni de Mortaria reos conuentos ex altera, ſatis eſſet in medium deducere confeſſionem ipſorum fideicommiſſariorum, qui citati ad reſpondendum petitioni, in qua actor narrat ſe creditorem remanere in bonis & hæreditate dicti Bernardi de libris. N. virtute appodiſiæ per dictum Bernardum ſubſcriptæ confeſſi fuerunt omnia in petitione contenta eſſe vera & ipſorum fideicommiſſariorum confeſſio facta per modum contentioſæ iuriſdictionis
1 † plenum pariat præiudicium hæreditati ipſius Bernardi: vt tradit Bart. in l. certum. §. ſed an ipſos, num. 2. vbi & Paul. de Caſt. ff. de confeſſ. Alber. in l. 1. num. 22. 23. vbi & ipſe Paul. de Caſtr. poſt nume. 11. C. eo. tit. Felin. in cap. 1. numer. 29. vt lite non conteſt. quæ eſt Doctorum concluſio, vt plures citans inquit Rol. à Val. conſil. 70. numer. 3. & 4. lib. 1. nihilominus ad hoc vt ipſa deciſio cauſæ de qua tractatur magis magiſque fundata remaneat poſtquam in confeſſione curatoris nulla vis fieri poteſt ex forma ſtatuti Gen. lib. 1. cap. 2. verb. & quia multæ fraudes, & lib. 4. cap. 23. placet addere appodiſiam ipſam recognitam fuiſſe per tres teſtes, quorum licet vnus tantum dicat ſe fuiſſe præſentem illius confeſſioni, alij vero duo rationem illam reddant, quia notam habent manum dicti Bernardi, quæ ratio de iure communi non concludit, vt inquit Aret. conſ. 64. Afflict. deciſ. 181. Deci. conſil. 615. col. 2. vbi plures allegat Bertrand. conſil. 140. nume. 1. 2. vol. 2. tamen ex vetuſtiſ. receptiſſimoque ciuitatis huius ſtylo ob negotiorum frequentiam introducto, prout ex iuris conſultorum procuratorum,
2 † & practicantium teſtimonio informati fuimus, vt inſtruit Bart. in l. 4. num. 3. ff. de teſtib. Bald. in l. 1. in fin. C. vt quæ deſunt Aduoc. part. & c. Aret. in §. ex non ſcripto, numer. 13. inſtit. de iure nat. Gen. & Ciu. Natt. conſil. 254. nume. 7. Afflict. deciſ. 78. in fin. manum ſeu literaturam Pedemont. deciſ. 22. nu. 17. ratio illa quia notam habent manum ſeu literaturam tam coram Rota quam aliis magiſtratibus paſſim admittitur, & ſatis, ſuperque concludens cenſetur. Adeò
3 potens, & efficax eſt curiæ ſtylus, † qui legis vim habere creditur, vt tradit Bart. in l. iuris peritos, in prin. num. 4. ff. de execu. tut. Afflict. deciſ. 135. nu. 3. Guid. Papæ deciſ. 198. num. 2. Pedemont. deciſ. 22. nu. 6. 7. & num. 15. 16. Neuiza. conſil. 61. nume. 14. 15. 16. 17. Rol. à Val. conſil. 70. num. 13. 14. 15. lib. 1. Cel. Nug. Diffuſus, conſil. 13. poſt nu. 3. & conſi. 20. num. 30. intereſſe vero lucri ceſſantis petiti per Ioannem Paulum rationem habendam eſſe duximus, quia dies certa dicto Bernardo ad ſoluendum pecunias petitas præſcripta eum interpellauit, atque in mora conſtituit, l. magnam, C. de contrah. & commit. ſtip. tradit Alexan. conſil. 99. nu. 7. lib. 4. & conſil. 157. nu. 3. lib. 6. & conſil. 132. nu. 2. lib. 7. Soc. Iun. conſil. 28. num. 2. lib. 1. & conſ. 15. nume. 7. & conſil. 66. nu. 17. lib. 2. Boer. conſil. 6. nu. 16. Natt. conſ. 226. nu. 4. Rol. à Val. conſil. 98. nu. 9. lib. 2. ratione cuius moræ deberi intereſſe lucri ceſſantis Ioanni Paulo Pinello ſolito negotiari & mercari à die moræ contractæ Rota cenſuit ſecuta communem illam Doctorum ſententiam adeo canonizatam in ſcolis & Palatiis, vt ab ea recedere nefas eſſe videatur, quam poſt alios late deducit Cagnol. in l. vnica, num. 35. vſque ad nu. 40. atque etiam ibi Rebuf. in glo. vlt. C. de ſenten. quæ pro eo quod int. Pedemont. deciſ. 43. num. 4 cum præſertim Ioannes Paulus probauerit ſe fuiſſe & eſſe mercatorem, & negociatorem ſolitum dare pecunias cambio, & quod mercatores, & negotiatores cambiorum cōmuniter lucrati fuerunt ſingulis annis prout in dicta exhibita, ita quòd ſi ipſe habuiſſet ſtatuta die pecunias à Bernardo, tantum etiam lucratus fuiſſet ex ipſis pecunijs, prout in ipſa liſta continetur, quæ probatio ſufficit ad petendum intereſſe lucri ceſſantis, ſecundùm magis veram, magiſque receptam Doctorum ſententiam, quam tenuit Aretin. in l continuus, §. cùm ita poſt nume. 7. & poſt Ang. ibidem Paul. de Caſt. num. 5. ff. de verb. oblig. & clarius ipſe Paul. de Caſtr. in l. cunctos populos poſt nume. 15. verſic. ego dico, C. de ſumma. Trinit. & fide Cathol. quod etiam ſenſit idem conſil. 115. alias 137. in cauſa quæ vertitur coram Vicario Epiſcopi Tridentini lib. 2. & hoc ipſum ſenſit Alexand. conſil 141. poſt num. 2. & poſt nume. 9. lib. 5. voluitque Bald. Nouel. in tract. de dote in 7. part. in 7. priuileg. Ioann. Baptiſta Caccialup. in dict. l. cunctos populos ante numer. 84. vbi dixit ſe vidiſſe ita ſemel iudicari, & clariſſimè Cagnol. in dicta l. vnica, numero 42. & 43. vbi atteſtatur ita in practica obſeruari & ipſe Cagnol. in l. curabit, num. 66. 67. 68. 69. C. de actio. empt. vbi dicit ſe ita vidiſſe ſæpè practicari & iudicari per Excellen. Senatū Illuſtriſſimi Ducis, & Principis ſui. Quod etiam aſſeuerat ipſe Cagnol. in l. quatenus, n. 26. 27. ff. de reg. iur. & quam opinionem præſertim Genuæ, vbi omnes ferè ciues ſunt mercatores, Rota amplectendam eſſe cenſuit rationibus iam ſæpe deductis, & quamuis quod

quod cambia redierint iuxta tenorem liſtæ in actis productæ per duos tantum teſtes proaenetas, ſeu cēſarios cambiorum fuerit probatum, ſufficere tamen putanit ad perfectam rei ſic geſtæ probationem: cum
4 in quocunque negotio regulariter † duo teſtes plenam faciant probationem, niſi per legem maior numerus expreſsè requiratur, l. vbi numerus, ff. de teſtibus, tradit Nepos de Monte Albano in tract. de teſtib. numero 94. Nellus. de Sancto Gemi. in ſimili tract. in prima par. numer. 83. Lanfranc. de Oriano in ſimili tracta. numero 28. Ioann. Crotus in ſimili tracta. in tertia parte in princip. Alexand. conſilio 186. in princip. libro ſeptimo. Dec. conſil. 272. numero 1. ſcribentes omnes in l. admonendi, ff. de iure iuran. Docto. in mille locis: vt inquit Neuizan. conſilio 54. numero 15. Quia hæc eſt communis Doctorum ſententia, vt dicit Roland. à Val. conſil. 33. nume. 1. libro ſecundo. Quod quidem procedit quando duo teſtes ſunt integri & omni exceptione maiores, tam reſpectu perſonæ quam dicti, ſin autem patiantur aliquem
5 defectum in perſona, vel dicto, † tunc addi debet tertius pro ſupplemento probationis, c. cùm eſſes de teſtamen. c. ap. in omni negotio, & c. licet vniuerſis de teſtibus, cùm enim in ſacris canonibus dicatur in ore duorum vel trium ſtare omne verbum, niſi hanc admittamus interpretationem, illa verba, *vel trium*, ſuperfluo ac ludibrio appoſita cenſerentur, quod non eſt dicendum, vt pulchrè poſt Corneum declarat M. Anto. Natta. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, q. 29. num. 157. & 158. C. de teſtament.

DECISIO CCVII.

Qui pecunias in mercibus implicādas habuit tenetur de pecuniis, vel implicita facta de mercibus rationem reddere.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata probat contra ſcribentem.*
2 *Et etiam contra ſubſcribentem.*
3 *Nulla maior eſt iuſtitia quam pacta ſeruare.*
4 *Omnes alienarum rerum adminiſtratores tenentur rationem reddere.*

DOMINICVS Imperialis habuit à fratre Philippo de Via libras N. cauſa implicandi in ſetis, & promiſit eidem fratri Philippo ſi caſus eueniret quòd ipſe moreretur, de dictis pecuniis legalem rationem reddere Thomaſinæ vxori quondam Andreæ de Nigro Paſquæ, prout hæc omnia probantur per apocham manu ipſius Dominici ſcriptam, cuius literatura plenè probata fuit iuxta diſpoſitionem regularum Rotæ: & ideo obligatio præfati Dominici plenè probata fuit, cum receptum ſit
1 huiuſmodi ſcripturam, † vel recognitam per ſcribentem, vel teſtibus probatam contra ſcribentem plenè probare. per l. publia ff. depoſi. l. cum de indebito, de prob. l. fin. ff. de fide inſtrumentorum, Bald. in l. fin. C. ſi cert. pet. Pariſ. conſilio 83. numero 2. volumine 1. quòd etiam eſſet verum quando ſcripta eſſet apo-
2 cha per tertium, & ſubſcripta per alium, † quia contra ſubſcribentem etiam probaret Felin. in cap. ſcripta, num. 6. & 7. de fide inſtrumentorum, alia adducunt pariter loco adducto, & Stra c. de merca. titulo quomodo in cauſis mercat. proced. ſit. num. 10 & vltra eum Caccialup. in l. admonendi, num 46. de iureiuran. & cum tres teſtes ſint examinati ſuper morte dicti fratris Philippi, qui dicunt eum iam annis duobus mortuum fuiſſe, quorum duo vidiſſe eum mortuum atteſtantur, mors illius plenè fuit probata, iuxta l. vbi numerus cum materia, ff. de teſt & ſic venit & ceſſit tempus, quo licuit Thomaſinæ petere quod ſibi redderetur ratio, vnde mortuo iam præfato Dominico, & ſuæ hęreditati iacenti dato curatorio Antonio Tealdo, Rota condemnauit dictum curatorem, & illius miniſterio hæreditatem dicti Dominici ad reddendam rationem dictarum pecuniarum, & quatenus pecuniæ fuiſſent in ſeris implicatæ ad reddendam rationem de ipſis ſetis ipſi Thomaſinæ, mota quia vltra quod Dominicus promiſit huiuſmodi rationem reddere, & ſua promiſſio eum obligat. l. ſicut, ff. de act. in. & oblig & ſeruare pacta tenetur l. iuriſgentium, §. prætor ait, ff. de pactis, l. 1. §. ſi conuenitur, ff. de poſ. per quem rea. Bald. in conſ. 434. vol.
3 1. dicit † nullam iuſtitiam maiorem fieri poſſe quam pacta ſeruari facere, tenetur etiam Dominicus cum pecuniam habuerit implicandam in mercibus de illa
4 rationem reddere, prout † omnes alienarum rerum adminiſtratores tenentur, l. 1. §. officio, ff. de tutel. s, & rationibus diſtrahen. cujus diſpoſitio licèt loquatur de tutore, procedit etiam in adminiſtratore rerum alienarum Bart. ibi. num. 2. Socin. conſil. 73. volum 1. Dec. conſil. 174. poſt Rom. conſil. 413. Pariſ conſil. 83. nume. 6. & 8. volum. 1. & cum hae ſententia paſſim tranſeunt Doct. nullo quem videremus diſcrepante vel diſſentiente, & ex iſtis apparet Rotam iuridicè iudicaſſe. Laus Deo Opt. Max.

DECISIO CCVIII.

Debito probato, ſtatur de quantitate iuramento creditoris, vel imperfectis, aut non plenis probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata eſt habenda pro recognita ſi iuſſus recognoſcere non paret.*
2 *Deponentibus ad ſui exonerationem non creditur.*
3 *Imperfecta probationes ſemiplenam faciunt.*

OBTINVIT Raphaël Spinula, quod condemnaretur Iacobus Saluagus Michonus ad ipſi ſoluendum vncias, N. monetę Siciliæ, nec non libras N monetæ Genuæ: probauit enim ſe eſſe creditorem de dicta vnciarum ac librarū ſumma per computa tranſmiſſa, & literas ſcriptas ac ſubſcriptas per ipſum Saluagum, quarum recognitione habita ex declaratione per Rotam facta in eius contumacia,
1 † qui iuſſus eas recognoſcere recuſauit, iuxta l. ingenuum, ff. de ſta. homi. & in l. res iudica. ff. de regul. iur. no. per Alea. & alios in l. quòd iuſſit ff. de re iud. literis ipſis fuit plena fides adhibenda ea trad per Doct. in l. publia in fin. ff. depoſ. & in l. admonen ff. de iure iur. videbatur adeſſe difficultas reſpectu dictarum li-

brarum N. de quibus in literis non fiebat expreſſa mentio, nam duntaxat in eis dicebatur, poſtquam dixerat ſe debitorem Saluagus de vnciis N. quòd pro eis & alijs de quibus erat debitor obligabat &c. adeò vt clarè probatio non colligeretur ex literis de debito dictarum librarum, quæ tamen difficultas tolli facilè viſum eſt depoſitionibus duorum teſtium pro Spinula examinatorum, qui aſſeruerunt Saluago pecunias ipſas nomine Spinulæ tradidiſſe, contra quem viſum eſt non facere quòd dicti teſtes non probarēt,
2 † quia ita deponentes tractabant de ſe exooerando, vt trad. Can. vbi latè Aret. in c. inſuper extra de teſti. & Boſi. ſub titulo opp. contr. teſt. nu. 57. quia dictum eſt quòd cum appareret de ſubſtantia debiti, & ſic q Saluagua erat debitor, licet eius quantitas ignoraretur, fuiſſet ſuper quantitate ſtandum iuramento Spinulæ, contra ipſum Saluagum, qui ſat debitum coofeſſus videbatur dicendo in reſponſione petitioni ſacta, quòd conſtito de debito prætenſo, & eo liquidato offerebat ſe ſoluturum &c. vt voluit Ray. de Forli. in l. 1. ff. de in lit. iur. quem ſequitur Cæpol. caut. 210. & Dec. io l. certi condictio, §. qooniam col. 3. ff. ſi cert. pet. & io l. io actionibus colum. 4. ff. de in lit. iur. & conſil. 146. colum. 6. nume. 14. & ideo multo magis videbatur, quòd conſtito de ſubſtantia debiti, declaratio quantitatis eiuſdem haberetur per depoſitiones dictorum teſtium, qui licet non plenam fa-
3 cerent probationem, † tamen ex eis ſemiplena habebatur vt oo. Pract. Pap. in tit. de form. oppon. contra teſt. in verb. in facto proprio in fi. ex his igitur mota eſt Rota ad condemnaodum dictum Saluagum prout ſuprà.

DECISIO CCIX.

Obligans ad reddendam rationem de negotio ſibi commiſſo non dicitur reddere per præſentationem calculi ſeu computi alieni, cum in his intelligatur electa induſtria perſonæ.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum facit probationem probatam & rem notoriam.*

2 *Reddere rationem duo continet, ſcilicet computum dare, & reliquatum ſoluere.*

3 *Mandati fines non ſunt tranſgrediendi.*

IN cauſa Ioannis Baptiſtæ Mercantis cum Panthaleone Bellomo reo conuento ſuper ſolutione pretij librarum N. cocooſliæ per dictum Io Baptiſtam dicto Panthaleoni venditarom, nec non ſuper redditione rationis aliarum librarum N. eiuſdem coconiliç, actor ad probaodum eius intentionem exhibuit publicum inſtrumentum, vbi conſtat de dicta venditione, cum conſenſu, re, & pretio contrahatur, l. prima, & 2. ff. de contrahend. empt. & inſtit. eod. in princip. & in §. Item pretium, nec non in eodem inſtrumento conſtat de promiſſione redditionis rationis aliarum librarum N. coconi-
1 liæ cum reliquatus ſolutione: & clarum eſt † quod inſtrumētum facit probationem probatam, & rem notoriam, Bart. in l. 1. in ſq. ff. de oper. no. nun. Doct. in l. cum precibus, C. de prob Ruin. conſ. 128. lib. 4. Paril. conſ. 10. vol. 1. nu. 10 Reus circa venditionem allegauit ſolutionem pretij ſed non probauit ſoluiſſe niſi libras N. ex confeſſione ipſiuſmet agentis facta poſitionibus rei, qua nulla melior probatio reperitur, l. generaliter, C. de non num pecu. ſed de redditione rationis nullibi conſtat dictum Panthaleonem eam reddidiſſe. Nam cum reddere rationem duo cō-
2 tineat, † & computum dare & ſoluere reliquatum, l. cum ſeruus, ff de cond. & demonſt. l. non ſolum, §. is qui rationes, ff. de liber. leg. l. bonæ, §. ſi ff. de ver. ſig. Afflict. deciſ. 157. & dictus Panthaleo calculum non dederit licet exhibuerit calculum alienum, per quod noo liberatur, cum fuerit electa induſtria perſonæ, l.
3 inter artifices, ff. de ſol. nec † mandati fines tranſgrediendi ſint, l diligenter, ff. mand. & nouatio non fiat, niſi expreſsè dicatur, l. ſi. C. de noua. Nec etiā dictus Panthaleo ſoluerit reliquatum, vt tenebatur, Rota condemnauit dictum Panthaleonem ad ſoluendum dicto Ioan. Baptiſtæ reſiduum pretij dictæ coconiliæ venditæ deductis dictis libris, N. Et ad reddēdum rationem de aliis libris N. cum reliquatus ſolutione iuxta formam dicti inſtrumeoti.

DECISIO CCX.

Pactum de ſtando iuramēto partis ſuper damno emergenti vel lucro ceſſante valet.

SVMMARIVM.

1 *Qualitates requiſita à ſtatuto ſunt attendende formaliter.*

2 *Scribere vel ſubſcribere paria ſunt.*

3 *Forma dicitur obſeruata quando effectualiter eſt executum requiſitum.*

4 *Forma ſtatuti poteſt quandoque adimpleri per æquipollens.*

5 *Iuxta & ſecundùm pro eodem pouuntur.*

6 *Certum ex ſe vel per relationem idem eſt.*

7 *Relatio nuntij ſimpliciter facta intelligitur ſecundum commiſſionem.*

8 *Cum intereſſe non eſt certum nec taxatum non dicitur vſura.*

CHRISTOPHORVS & Petrus Calui petierunt executionem ſeu licentiam cuiuſdam appodiſiæ contra Petrum Spinulam, pro ſumma librarum N. ac pro intereſſibus de quibus actores dixerunt reum promiſiſſe ſtare eorum iuramento, vt continetur in appodiſia producta, qui iurarunt eſſe de ſumma librarum N. & propterea pro dictis ſummis petierunt executionem & licentiam contra dictum Petrum iuxta formam regularū Rotæ, cum promiſerint ac fideiuſſerint vt in dicta regula continetur, pro parte rei cōuenti opponebatur dictam executionem minime concedendam eſſe, cū fuerit petita iuxta formam regularum, quæ tamē forma formaliter non fuerit ſeruata, cum agētes ſpecialiter non promiſerint de reſtituendo quicquid indebitè exegerint, vna cum damno & intereſſe, & pœna triginta trium pro centenario, vt in dicta regula
1 continetur, quæ qualitates † à regula requiſitæ erant diligenter, obſeruandæ adeo quod non videtur ſatiſfactum regulæ per æquipollentia, vt traditur in l. prima ff. de condit. ex leg. ſed formaliter verbis ſtatu-

ti vti

ti vti debebant,vt adnot.Soc.conſ.55.colum.t.libr.t.
& conſil.24.eod.libr.t.forma enim ſtatuti debet ex-
primi in dicendo & ſeruari in faciendo,vt plenè not.
Marſ.conſil. 117. nom. 18. & quòd reſpectu intereſſe
aliter probare debebant, attento decreto exhibito,
Rota tamen cenſuit contrarium,ac executionem, &
licentiam dictis actoribus contra reum cõceſſit, cum
de dicto debito petito ac intereſſe conſtet per appo-
diſiam productam ſubſcriptam à dicto Petro, & ab
ipſo recognitam, quo caſu pleoè contra ipſum pro-
bat,ac ſi tota appodiſia eſſet ſcripta manu ipſius,quia
2 † paria ſunt ſcribere vel ſubſcribere. Alexand. in l. ſi
ita ſtipulatus.§ Chriſogonus,num.3. de verbo. oblig.
not.Caſtr.conſil.332.quantum ad contã per text. in l.
emptor. §. Lucius vbi Bartol. numero ſecundo. ff. de
pact. Et ſatis exiſtimauit Rota actores adimpleuiſſe,
ac ſeruaſſe contenta in regulis Rotæ, ea quo promi-
ſeruot, ac fideiuſſerunt in omnibus iuxta formam re-
gularum Rotæ. quoniam forma à ſtatuto introducta
3 ſatis dicitur obſeruata, † quando virtualiter & effe-
ctualiter fuit executum requiſitum à ſtatuto,licet ſu-
perficialiter non appareat ſeruatum, vt per Bald. &
Alexand.in l.fin.C.de procurat.not.Pariſ.conſil 99.
4 num.15.libr.3. Et forma ſtatuti † poteſt quandoque
adimpleri in æquipollenti,idem Pariſ.numero 17.&
conſil.20.numer.14.eod.libr. vbi dicit quòd forma à
ſtatuto requiſita ſufficit, quòd ſit tacitè in actu qui
geritur per not.per Socin.conſil.10.numer.3.lib.4.ſi
enim ſit actus habens eandem vim, quam deſiderat
ſolennitas ex forma valet & tenet,licet ad vnguem il-
la ſolennitas & forma non ſit ſeruata, Bald. in l. ob-
ſeruare.C.de decurio. libr.10. meritò, ergo non ob-
ſtant allegata per Socin.in dictis conſil.allegatis, ac-
cedit:quia dicti actores promiſerunt, ac fideiuſſerunt
iuxta formam regularum, i.ſecundum formam regu-
5 larum, † cùm pro eodem ponatur iuxta, & ſecũdum,
l.quidam Hiberus de ſeruit.vrb.prædio.not.Albet.in
ſuo dictionario in verbo iuxta, ideo pro expreſſo ha-
betur in ipſa promiſſione, ac fideiuſſione ad quod in
ipſa regula Rotæ expreſſum eſt. l. ait prætor. §. 1. vbi
Bart.ff.de re iudicat. paria enim ſunt aliquid eſſe cer-
6 tum ex ſe, † vel per relationem ad aliud, cùm relatuio
ſit in referente,vt plenè not. Ripa,in dict. §. primo, in
principio, Alexand. conſil.80. libr. 1. facit quod not.
Bald.conſil. 212.lib.5. vbi dicit quod illud, quod in-
telligitur per relationẽ ad aliud dicitur verè, & pro-
priè intelligi, & ſubdit id quoque in ſtatutis proce-
dere, & propterea dicunt Doct. quòd ſi in commiſ
ſione iudicis de citando ſit dictum vt perſonaliter ci-
7 tetur,ſi reperiri poſſit,ſin minus ad domum, † ſi nun-
tius ſimpliciter referat citaſſe iuxta formam ſuę com-
miſſionis,videtur feciſſe, vt habuit in mandatis not.
Tiraq.de retract.lign.§.8.glo 9.num.27.pariter Ro-
ta cenſuit reum eſſe condemnandum ad intereſſe
iuxta formam petitionis: Nam certiſ. iuris eſt valere
pactum de ſtando iuramento partis, tam ſuper dam-
no emergenti, quàm ſuper lucro ceſſante intereſſe
& expenſis, vt per Iaſ.in l.iuſiurandum,quod ex con-
uentione vbi Alb.& Bald ff. de iureiur. Fel. in capit.
ſicut de conſuet.Cagnol.in l. prima, C. de ſent. quæ
pro eo quod intereſt, numero 108. Nec reus potuit
opponere de vſuraria prauitate, vt habetur in ſta-
tuto, nec decretum allegatum aliquid facit, prout
in eo videri poteſt, nec poteſt dici quòd ſit vſura
8 cùm † intereſſe non fuerit certum, nec taxatum,
Cagno.in dict.l.prima,numero 117 & maximè in ſo-
lito negotiari, vnde ex his & aliis Rota dictis actori-
bus conceſſit executionem ſiue licentiam tam pro
ſorte quàm pro intereſſe,vt ſuprà dictum fuit.

DECISIO CCXI.

Venditio fructuum,non recollecta an nata,in-
telligitur de recollectis.

SVMMARIVM.

1 *Venditor non conſignans rem venditam tenetur ad intereſſe quantiplurimi.*
2 *Contractus de fructibus immaturis an valeat.*
3 *Impeditus à principe non tenetur ad intereſſe quantiplurimi.*
4 *Contractus careſtiæ inductiuus eſt prohibitus.*
5 *Decreta non operantur extra iuriſdictionem decernentis.*
6 *Quod emptor poſſit emere, venditorem non tradentem non liberat à quantiplurimo.*

1 QVI † rem vendidit ad illius conſigna-
tionem,& ad intereſſe quanti plurimi
ob illam debito tempore non factam
tenetur Bart. & omnes alij in l. vinũ,
ff.ſi cer.pet.l.datio,§ ſi per venditorẽ
vbi Bar.& alij.ff.de actio.empt. Et qui
rem ſibi non conſignatam dicit fundatam habet in-
tentionem.l.fin.C.de ſolutio. Iaſ.in l. ſecunda, num.
132.C.de iur.emphiteutico. Hæc adeo plana ſunt, vt
nulla egeant diſcuſſione, ſolummodo dubium vide-
2 batur, † quòd de fructibus immaturis contractum fa-
ctum allegabatur, per not. in cap. in ciuitate ex. de
vſur. Item quod per decreta Sereniſſimę Dominatio-
nis fuit venditor impeditus,quo caſu nec ad olei cõ-
3 ſignationem, † nec ad intereſſe quanti plurimi tene-
4 tur,vt not.in dict.l.vinum. Item † quòd hic contra-
ctus erat careſtiæ inductiuus, emendo rem, vt cariùs
ea venderetur,vt not.in cap.nulla.ex.ne.cler. vel mo-
na ſed hæc ceſſare Rota exiſtimauit, quia fructus
immaturos fuiſſe venditos nec inſtrumenta venditio-
num explicant,nec lex præſumit, quòd rem, quæ li-
citè vendi potuit,venditam exiſtimat,vt not.in l. non
ſolùm,§ ſed vt probari.ff.de oo.ope.nunt.Crau.conſ.
205.numero nono,& paſſim, & ideo quatenus oliuæ
tunc temporis collectæ non fuiſſent, nec Baptiſta
olea habuiſſet(cuius tamen contrarium extraiudicia-
liter eum confeſſum fuiſſe aliqui teſtes in cauſa depo-
ſuerunt)veterum oleorum, non nouorum venditio-
nem factam lex interpretaretur. Quod ſecundo loco
de decretis, & impedimento dicebatur, non ſatis ad
rem noſtram facere exiſtimauimus, quia maiorem
oleorum quantitatem, quàm petitum fuiſſet fieri in
locis de quibus in titulis, quæ decretis Sereniſſimæ
Dominationis non ligantur, & quæ noſtralia dicun-
tur,multi teſtes concludenter probant,& decreta Se-
5 reniſſimæ Dominationis † extra iuriſdictionem ſuam
non operari certum eſt,nota.in l.cũctos populos, C.
de ſum.trinit.& fide catho.& paſſim. Pariter contra-
ctum hunc reprobatum non credidimus,quia ea,quæ
contractum illicitum faciunt, probata non vidimus,

olea.ſ.empta, vt chatiùs venderentur, cùm ementis intentio probata non fuerit, & proceſſuit adhærere regulæ noſtræ diſponant: Nec quia pactum eſſet io inſtrumẽtis, quòd Baptiſta debito tempore olea non conſignantr, licerer emproti dicta olea emere ad vtilius venditoris per totum menſem Maij, & ideo per pactum hoc à natura contractus receſſum, & factam
6 nouationem diceretur, nec poſſet actor agere, † ſed emere à ſe ipſo olea, cogeretut damno vrnditoris, ſi quod emergere contigiſſet, viſum fuit ceſſare actoris fundamentum, quia nullam emptori impoſitam neceſſitatem cognouimus, per ea quæ dicit Dec. cóſ. t 2. Ruyn. conſil. 88. num. 5. in 1. volum. & conſil. 42. num. 4. in 5. volum. & Mar. Soc. Iun. conſil. 147. in 1. vol. & conſ. 41. in 3. vol. ex quibus Baptiſtam Maſſonum & eius fideiuſſores reos conuentos ad olei conſiguationem iuxta formam inſtrumentorum exhibitorum cum intereſſe quanti plurimi olea valueriot, à die qua conſignatio fieri debebat, vſque ad effectualem conſignationem faciendam condemuauimus.

DECISIO CCXII.

Confeſſio extraiudicialis præſente parte valet quo ad obligandum confitentem, etiã parte non acceptante.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte non probat.*

2 *Ad hoc, vt confeſſio extraiudicialis probet, an ſufficiat præſentia partis, an requiratur acceptatio.*

3 *Ad quem effectum ſufficiat præſentia.*

4 *Et ad quem requiratur acceptatio.*

5 *Teſtes deponentes ſuper ſubſtãtia per varia verba magis probant his qui per eadem.*

1 Confeſſionem extraiudicialẽ factam abſente parte † non probare iure ciuili receptum eſt, l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. l. fi. ff. de interd. ait Alex. conſ. 21 a. nu. 31. vol. 6. Marſ. in tract. crimin. §. 2. num. 63. licet ſecus ſit de iure canonico, vt tradit gl. not. in cap. quoties cordis oculus in q. 7. Fel. in cap. ſi cautio. de fid. inſtr. refert
2 Alcia. in Rub. de verb. oblig. num. 8. At nunquid, † ſi parte præſente ſacta fuerit, acceptari debeat, ad hoc vt præiudicet & probet, inter noſtros interpretes diſputatum fuit. Nam ſatis eſſe præſentiam partis, & tacitè cenſeri acceptare multi tenuerunt, Abb. in ca. 3. cùm dilectus. 4. not. de ſucceſ. ab inteſt. Alex. in l. 3. C. de repud. hære. Soc. conſ. 12. vol. 3. Alc. præſumpt. in 3. reg. præſumpt. 21. cum multis, quos conſulto omitto. At expreſsè requiri partis acceptationẽ aſſeruerunt Cyn. l. 1. q. 6. C. de confeſ. vbi Salic. num. 24. oppo. 15. idem in l. iubenius, num. 2. C. de lib. cau. in l. generaliter, numero 9. C. de non ou. pec. dicit hanc communem eſſe Fel. in dict. cap. ſi cautio, numer. 23. Alexand. conſil. 274. & 21 a. volum. 6. Iaſ. in l. poſtquam liti. C. de pac. l. error, num. 3. C. de iur. & fac. & alij quamplures. Fœdere diſtinctionis opinioues iſtas ad concordiam reduci poſſe tradit Ant. Gab. libr. 2. concluſ. commu. in concluſ. 2. num. 2. aut enim quæ-
3 ritur quoad reuocationem confeſſionis, † & tunc niſi ſit à parre acceptata, poterit reuocari, & ita procedat opin. Cyn. & Sali. & ſequacium, Soc. reg. 69. in 1. fall. Iaſo. in dict. l. error. Doctor. & nouiſſimè Purpur. in dicta l. poſtquam, & alij, aut quæritur, quo ad iſtum
4 effectum, vt dicatur quæſitum ius parti, † & tunc ſufficit confeſſionem eſſe ſactam parte præſente, maximè ſi ſit fauorabilis. Alex. dict. l. tertia, Soc. conſ. a 28. volum. tertio, Deciſ. io dict. capit. at ſi clerici. Vnde cum in caſu propoſito Hieronymus de Nouis coram rribus teſtibus confeſſus fuerir in præſentia Antonij Aragoni eſſe eius debitorem librarum, N. ſi rozellarum, vt dicunt, & librarum. N. monetæ Genuæ, ſiue acceptauerit, vr vnus deponir, ſiue non, per ſupradicta meritò per Rotam fuit condemnatus ad ſoluendum prædictas ſummas confeſſus, prout vnanimiter votatum fuit. Nec obſtat quòd opponebatur teſtibus fidem minimè adhibendam tanquam ſingularibus, quia ſuccedit, quod minus probent, quàm vnus. Dec. conſil. 189. num. 8. qui allegat Bald. in l. iuriſiurandi. C. de teſt. & in l. de quibus, de leg. Fulg. conſi. 136. in fin. Alexand. conſil. 74. numer. 9. volum. primo, idem Deciſ cooſil. a 15. numero tertio, quia videtur quod
5 imo teſtrs optimè ſuper facti ſubſtantia † & rectè deponant, & concludeoter probeor, vt ex actis apparet, & rectiùs, quàm ſi eandem canerent cantilenam, & præmeditatum ſermonem afferrent, l. tertia. §. ideóque tu magis ſcire potes, & l. ob carmen. §. fin. ff. de teſt. cum multis ſimilibus, Crau. conſ. 267. Ex quibus ita proountiatum fuit.

DECISIO CCXIII.

Partitæ, ſeu ſummæ de qua conſtat per inſtrumentum, non impeditur executio per alias partitas dati & accepti, de quibus non conſter.

SVMMARIVM.

1 *Illiquidum non poteſt opponi per compenſationem.*

2 *Opponens compenſationem videtur confiteri.*

3 *Inſtrumenta faciunt rem certam & manifeſtam.*

4 *Tres præſumptiones oriuntur ex inſtrumentis.*

Cum Petrus, & Chriſtophorus fratres Calui Bellochij fuiſſent declarati participes à Luca Grillo de Vultabio arrẽdarore omnium comprehenſotum in generali appaltu terrianarum ferri, & quarteriorum Alzarij regni Neapolis pro charactis octo in viginti quatuor, cum pacto quod tenerentur ſoluere ipſi Lucæ, vbi per ipſum ordinatum fuiſſet, ducaros, N. monetæ illius regni ſingulo characto, & deficientibos à ſolutione poſſet illos capere cambio & recambio pro quouis loco intereſſe ipſorum, prout latius in inſtrumento. Præfati fratres declarauerunr duos ex dictis cara-

caractis octo ſpectare Bernardo Spinulæ, modis, & formis præfatis transferendo in eundem omne ius, omnemque actionem ſibi competentem pro dictis duobus caractis.& cùm dictus Bernardus ſe obligaſſet ſoluere prædictis fratribus ea omnia, ad quæ ipſi tenebantur vigore præfati inſtrumenti,eoſque & bona ipſorum indemnes conſeruare, vt in inſtrumento etiam apparet,ſoluerintque ducatos, N.ipſi Lucę pro dictis octo caractis iuxta formam obligationis,& ſic ducatos,N.pro duobus ſpectantibus dicto Bernardo, nec ipſe illos vnquam ſoluerit,vt tenebatur,petierunt coram Rota ipſum Bernardum condemnari ad ſibi ipſis dandum,& ſoluendum dictos ducatos vna cum omni acceſſione, & intereſſe vſque ad effectualem ſatisfactionem. Produxerunt inſtrumentum appaltus, & declarationis vtriuſq; participationis, partitas extractas ex libris dictæ Lucæ de ſolutione dictorum ducatorum, N. & inſtrumentum etiam receptionis eorundem, ac probauerunt ſe eſſe mercatores ſolitos dare,& accipere cambio:pro parte verò cōuenti fuerunt oppoſita ordinaria in proceſſu.Cumque in libro dicti Lucæ eſſent deſcriptæ partitæ dati, & accepti, & per ipſum conuentum exhibitæ, quæ debebant & ipſi ſeruire pro concurrenti quantitate,dicebatur eligendos eſſe calculatores,agentes ex aduerſo cùm creditum ipſorum eſſet inſtrumentale,& liquidum, pro-
1 pterea quod † non poteſt illiquida compenſatio opponi,l.compenſationes,C.de compenſ. & partitæ eſſent pro computo currenti, quæ nihil commune habebant cum participatione appaltus, locus non eſſe calculo. Tandem legitimè compilato proceſſu, auditis hincinde multoties partibus iuriſque reſolutionibus dubiorum ſtantibus oppoſitionibus, & exhibitionibus partis conuentæ de compenſatione fienda
2 pro rata, † ex quibus videbatur confeſſionem oriri c. cùm olim de cen.Inn.& Doct.in cap. cùm venerabilis de except.l.cùm precum,C.de lib.cau. Bartol.in l. poſt legatum.ff.de his,quibus, vt ind. Bald. in l. ſcripturæ,C.de fide inſtrumen.& Alexand.conſil.30.vol.
3 7.& ſtantibus inſtrumentis, † quæ faciunt rem certā, & manifeſtam ac probationem probatam,& nō probandam,vt per Bartol.conſil.227.num.2.parte 11.& conſil.161.num.2.parte ſexta,& 192. num. 11. parte
4 quarta, & non indigentem diſceptatione, † eo quia in eis tres oriuntur præſumptiones, quod ſit verum, l.cum precibus, C. de prob. cum ſuis ſimil. quod ſit ſolenne,l.ſciendū,cum ſua materia.ff.de verb. oblig. & quod ſit ſcriptum de mandato contrahentium per not.in authen.de tabell.§.nos verò, aliàs nos autem, ad quod faciunt ſcripta per Bart.in l.prima, in prima quæſt. ff. de nou. oper. nuncia. dum concludit quod notorium faciunt ſententia,inſtrumentum, & euidētia facti, & per alios ibi & ſignanter per Iaſ. colum. ſecunda, ver. iuxta iſtam gloſſ.idem voluit Bald.in l. generali,C.de ſen.& in l.Imperator,colum.ſecunda, ff. de ſtat.ho.& in conſil.179.in fin.volum.ſecundo, & conſil.39.& 41.volum. tertio, Paul. de Caſtrenſ. conſil.168.in fin.volum primo, Abb. in cap. dilecti, in primo not.de donat.Decif. conſil. 36. penult. col. ver.ſed tamen præfatis non obſtantibus,Curtius Iun. conſil.64.in tertia colum. & plures allegādo affirmat Hypp. in rub. de probat.2. colum. Socin.conſ. 189. numero 15.quem ſequitur Bald.in dic.conſil.dicens, quod propter triplices præſumptiones in illis apparentes veritatis,ſolennitatis,& quod notarius fuerit à partibus rogatus, tanquam veritati apparenti illis ſtandum eſſe. Viſum idcirco fuit Rotæ vnanimiter condemnare Bernardum ipſis agentibus iuxta petita quo ad ſortem, reſeruata liquidatione intereſſe in executione,& ſic condemnauit.

DECISIO CCXIIII.

Emptor poteſt opponere compenſationē eius quòd priùs habere debebat, & per eam ſoluere pretium,& rem emptam cōſequi.

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur rem tradere ſi poteſt,nec liberatur ſoluendo intereſſe.*
2 *Non tenetur tradere niſi pretio ſoluto.*
3 *Emptor poteſt agere etiam pretio non ſoluto, ſi non opponatur.*
4 *Sed iudex poteſt mandare emptori agenti quod ſoluat etiam venditore non petente.*
5 *Compenſans ſoluit.*
6 *Venditor non tradens tenetur ad intereſſe mercatori.*

POſtquam in cauſa Iacobi Leuti cum Baptiſta Ferrerio tam per ſcripturas in cauſa productas,quam per teſtes qui audiuerunt,à partibus, & qui præſentes fuerunt venditioni factæ per dictum Baptiſtam dicto Iacobo, cōſtat per dictum Baptiſtam coralia petita, fuiſſe vendita dicto Iacobo,meritò Rota condemnauit dictū reum conuentum ad tradendum dicta coralia dicto actori
1 emptori, cum clariſſimi iuris ſit, † quod venditor ſi habet facultatem rei tradendæ præciſè tradere tenetur, adeo quod ſoluendo etiam intereſſe non liberatur,vt not. Doc.in l.1.ff. de act.emp.gloſſ.& Doct. in § pretium inſt.de contra.emp.& in l.ſtipulationes nō diuiduntur.ff.de verb.obligat.& in l. exempto.ff. de act.emp.latè Iaſo.in §.actionum inſt.de act. numero
2 144.cum ſequent.& † licèt venditor non teneatur tradere niſi ſoluto pretio, vel oblato vt in l. Iulianus. §. offerri,& ibi gloſſ.& Bart.ff.de act.empt.& in d. l. ex empto not.Fel.in ca.cùm Ioannes extra de fide inſtr.
3 num.34. in tantùm quòd licet emptor † poſſit agere ex empto etiam pretio non ſoluto, ſi de pretio non opponatur,vt not.Bal.in l.1.C.de collat.tamen iudex ex officio quando videt pretium non eſſe ſolutum, etiam reo non opponente, poteſt mandare emptori
4 agenti, † quòd ſoluat pretium quamuis ad illud non ſit actum in iudicio, vt in l. ſi pater in fin. C. de act. emp.& ibi adnot. Bal.& ſequitur Iaſ. in d. §. actionū, numer.137. in caſu præſenti ſatis conſtat emptorem pretium ſoluiſſe, ex quo erat creditor venditoris de diuerſis ſummis pecuniarum, vt apparet ex licentiis, & executionibus obtentis contra dictum venditorem,& productis in cauſa,quæ aſcendūt ad maiorem quantitatem dicti pretij, & ideo ipſe emptor potuit opponere,ac obiicere de compenſatione, vt eſt text.& ibi not. Doct.in l. ex venditione, C. de compenſat.Vnde ſtante dicta compenſatione aliàs oppoſita, & admiſſa per Iudicem non poteſt dici, ꝙ em-
5 ptor non ſoluerit pretium,† qui enim compenſat ſoluit,

uit,maximè quando compēſatio eſt oppoſita ab homine,& admiſſa per Iudicem,vt in l.ſi conſtat, C. de compenſat.& in l. verum.ff. eod. cùm nil interſit an quis ſoluat,vel compenſet,l.ſi debitor. ff. qui pot. in pig.hab.not.Afflic.deciſ.121.num.4.Iaſ.in §.in tunc fideic.inſt.de act.numer.62. & ex his fuit dictus reus
6 conuentus † condemnatus ad tradendum dicta coralia vna cùm intereſſe à die venditionis & citra vſque ad realem traditionem,& aſſignationem cùm probauerit actor eſſe mercatorem, & ſolitum negotiari in his mercibus, ſed quia non liquidauit dictum intereſſe, fuit reſeruatum in executione ſententiæ. Et ita per omnes dictum fuit.

DECISIO CCXV.

Procuratore mortuo actiones etiam directæ intelliguntur ceſſæ domino abſque aliqua ceſſione.

SVMMARIVM.

1 *Ementi etiam de pecunia alterius acquiritur actio.*

2 *Abſque ceſſione procuratoris nō acquiritur actio domino.*

3 *Is,cuius nomine & de cuius pecunia acquiritur, habet actionem ſaltem vtilem.*

4 *Remedium datum ne quis iacturam patiatur vt alius locupletior fiat.*

Licet Ioan. Antonius Malaſpina de pecuniis, & mercibus Bartholomæi Chiegrarij redemiſſet Laurentium Schiafinum exiſtentem captum Algerij,non propterea videtur quòd dictus Bartholomæus agere potuiſſet contra dictum Laurentium,ſiue eius curatorem, ex quo inter ipſum Bartholomæum,& dictum Laurentium nil actū erat, & propterea nulla obligatio, nec actio nata videba-
1 tur, & licèt † redemptus fuiſſet ex pecunia dicti Bartholomæi, tamen acquiſita fuerat actio ipſi Io. Ant. redimenti per textum in l.ſi ex ea.C. de rei vendicat. iunctis ibi notatis per Doct. & per Paul. de Caſtr. in conſ.319.vol.2.& caſu quo etiam vt eius procurator
2 id feciſſet,† nulla ſibi actio abſque ceſſione acquiſita videretur,l.prima,vbi Doct.C.per quas perſonas nobis acq.cum ſimilibus.Iſtis tamen in contrarium non obſtantibus,quæ verè non obſtant,Rota condemnauit præfatum curatorem ad petita, his potiſſimum mota rationibus. Nam licet res empta ex pecuniis meis mihi non acquiratur ſine ceſſione, ſed tantùm ementi,tamen illud non procedit, quando quis emit
3 de pecunia Domini,& nomine ipſius Domini,† quia tunc actio ſaltem vtilis ſine etiā aliqua ceſſione Domino quæritur,vt voluit Bartol. quem ſequitur Iaſo. in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler,n.19.ff.ve verb.oblig. & eſt gloſſ.notabilis in l.poſſeſſio.§.& ſi poſſeſſio. ff. de acquir.poſſ. & in caſu noſtro nō ſolum vtilis actio abſque ceſſione videtur competiiſſe dicto Bartholomæo,ſed etiam directa, & hoc in defectum propter mortem dicti Ioan.Antonij,qui cum non poſſet amplius actionem ſuam dicto Bartholomæo cedere, tūc etiam directa ſine ceſſione in dictū Bartholomæum obueniſſe videtur.prout notatur per Doct. in l. quod ſi procurator.ff.de procuratoribus,vbi Paul. de Caſt. inter alios,& ſequitur Alex.poſt alios in l.poſſeſſio.§. & ſi poſſeſſio.ff.de acquir.poſſ.Accedit etiam ad hoc (& hæc ſint ex abundanti)æquitas legis,ſi me, & Titium.ff. ſi cer. pet. per quam dicunt ibi Doctores,& maximè Decius, quod quando res mea peruenit ad
4 te,† vel ex re mea factus es locupletior,quod tunc ne cum iactura mea locupletaris, ex dicta æquitate, de qua in l.iure naturæ.ff. de regulis iuris:datur mihi officium iudicis, vt à te meum conſequi valeam, & iudex tūc ex officio ſupplere poteſt,vt notatur per Bar. in l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pactis,& per Iaſ.in dict.l. ſi me,& Titium, vbi dicit, quod quando pecunia mea mihi debita ad te peruenit abſque eo, quod à me habueris,& non habes cauſam eam retinendi, ꝙ quamuis non præceſſerit aliquis contractus,propter quem ſis mihi obligatus, tamen æquum eſt, vt mihi reſtituas. Ideo propter dictam æquitatem competit mihi certi condictio generalis contra te, & ita Rota pronuntiauit.

Laus Deo Optimo Maximo.

FINIS.

TRACTATVS DE MERCATVRA, SEV MERCATORE,

BENVENVTI STRACCHÆ, Iure conſulti Clariſsimi.

PARS PRIMA.

ARGVMENTVM.

Mercator quid, quídve Mercatura.

SVMMARIVM.

1 *Diſputatio vbi de aliqua re futura eſt, neceſſariũ eſt ante definire, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur.*
2 *Definitio à deſcriptione quomodo differat.*
3 *Definitio expreſſæ picturæ cõparatur: Deſcriptio verò adumbrationi ſeu deſignationi.*
4 *Mercatoris definitio ſeu deſcriptio.*
5 *Mercari & negotiari, an idem ſint: Mercatorq́, & negotiator an ſint ſynonima.*
6 *Mercator an propriè dicatur is, qui ſemel merces emit, vt venderet.*
7 *Nomina verbalia alicuius officij ſignificatiua quod quis ſua authoritate ſeu opinione ſumit, vnico actu non verificantur.*
8 *Verbum* Solere, & Solitus, *quomodo intelligantur, & interpretatio ad l. Mela. in §. ſed & ſi alimenta. ff. de alimen. & cib. leg.*
9 *Mercator ex vnico actu non dicitur, niſi præcedat profeſſio vel deſcriptio in matricula, & declaratur in ſeq num.*
10 *Nomina à profeſſione dicta, profitendo acquiruntur, nomina verò dicta à conſuetudine ſeu ab actuum generalitate, vſu & exercitio acquiruntur, non autem ex vnico actu.*
11 *Matriculandus mercator iuramentum præſtare debet, & de virtute iuramenti.*
12 *Mercator etiam is dicitur, qui vulgi opinione pro mercatore habetur.*
13 *Statutum ſi de mercatore meminit, intelligitur de eo mercatore, qui ſecundum vſum communem loquendi pro mercatore habetur.*
14 *Omnis diſpoſitio à communi vſu loquendi interpretationem recipit.*
15 *Communis vſus loquendi probari debet tempore diſpoſitionis, & legis fuiſſe: aliàs probatio non concludit.*
16 *Mercatorum appellatione, ementes & vendentes ſeruos non continentur, ſed hi mangones, ſeu venalitiarij dicuntur.*
17 *Mercatura hominum & quæſtus ex ea prohibetur.*
18 *Venalitium, vita venalitiaria, & venalitiæ merces declarantur,*
19 *Venalitiarij an contineantur appellatione mercatorum, & qui dicantur, & quæ ſint res venalitiæ.*
20 *Epiſcopi præſunt venalibus rebus, vt iuſto pretio vendantur.*
21 *Venalitiarij tabernam, ſeu pergulam publicè habentes, non poſſunt expellere accedentes emendi cauſa.*
22 *Merces venales per ciuitatem afferentes, negotiatores dicuntur.*
23 *Merces ementes, vt eas in aliam formam redigant & vendant, non mercatores, ſed artifices dicuntur.*
24 *Mercator dicitur officium gerere.*
25 *Exercitium, commune verbum eſt officij, & artificij.*
26 *Mercatores merces ementes, & eaſdem non ſua opera, ſed aliena elaborari curantes, tranſmittendi aliquò quæſtus cauſa, non ideo minus mercatores dicantur.*
27 *Mercatoris appellatione, an contineatur vſurarius.*
28 *Mercatura alia licita, & alia illicita.*
29 *Interpretatio ad cap. eijciens. 88. diſt.*
30 *Fœneratores quòd contineantur ſub vocabulo,* negotiator.
31 *Mercatores minùs legitimè mercaturam exercentes, ſed turpis quæſtus gratia, vſurarij etiam dici poſſunt.*
32 *Mercator illicitè & iniuſtè mercaturam exercens, & ſic, malus mercator, non eſt mercator propriè, ſed abuſiuè.*
33 *Mercator ſimilis eſt fœneratori.*
34 *Mercatores qui merces præſenti pecunia emunt, vt eaſdem nõ mutata forma cariori pretio ad*

diem vendant, quàm præſenti pecunia vendi ſoleant, vſurarij cenſendi ſunt, & an in his locum habeat. cap quanquam. de vſur. lib.6.

35 *Reijciendi procul à patria, relegādiq́; ſunt hi, qui præſenti pecunia viliùs emunt res, vt dilata ſolutione cariùs vendant, & an poßint excuſari à pœna propter conſuetudinem. & ſeq. nu meris.*

36 *Mercator abominandus, qui vſuras exercet, & contra vſurarios multa.*

37 *Vſurarius an puniendus ſit ex crimine vſurarũ pœna extraordinaria.*

38 *Mercatorum appellatione, an cõtineantur equorum locatores.*

39 *Interpretatio ad l legatis. ff. de legat.3. & nume: ſeq. & 46.*

40 *Mutuum dantes, num mercatores appellari poſſint.*

41 *Mercari aut negotiari dici non poſſunt mutuas pecunias recipientes.*

42 *Mercatores aut negotiatores dici nõ poſſunt ſimpliciter mutuum dantes.*

43 *Mutuas dantes fænebres pecunias, dici poſſunt negotiatores, non autem mercatores.*

44 *Interpretatio, ad l. principalibus. ff ſi certum petatur.*

45 *Superflua non debent eſſe in legibus. quod declaratur multis modis.*

46 *Mercator propriè dicitur, cùm obligationis actus vltrò citroq́; interuenit.*

47 *Obſonatores, & obſonium, quid.*

48 *Mercator ſeu negotiator, an dicatur, qui tantùm prædia propria locat, & aliorum conducit.*

49 *Mercatores ... antur, qui trans mare negotiantur, emuntq́; & vendunt merces, & etiam domi pharmaca conficiunt. & ſeq.*

50 *Actus mixtus & compoſitus ex duobus ſimplicibus, ab altero ex illis ſimplicibus denominandus eſt, quem facere intẽdit ille, qui mixtum actum agit.*

51 *Officium artificio mutatur, non autem contra.*

52 *Potentius attrahit ad ſe naturam minùs potentis, vbi duo permiſcentur.*

53 *Clericis licet emere rudem aliquam materiam, vt inde aliquod artificium faciant, ſi eis ſua non ſufficiunt: & tunc lucrum non acquiritur ex negotiatione, ſed ex artificio.*

54 *Compromiſſum ſi eſt factũ in duos arbitros, quorum alter eſt clericus, alter laicus, reductio ad arbitrium boni viri petenda eſt coram iudice eccleſiaſtico.*

55 *Si aliquis tanquam mercator vocatur ad aliquod munus tabellionum, & peritus eſt in vtraque arte, cui magis debet obedire & antecedent.*

56 *Exercentes ſe in varijs & diuerſis mercium generibus, à qua merce magis denominandi ſunt.*

57 *Permutatio quomodo diſcernatur à contractu venditionis.*

58 *Interpretatio ad l. quæritur. ff. de ſtatu homin. & l legatis. §. ſi vnus. ff. de legat.3.*

59 *Matriculatus in duobus exercitijs, oneribus vtriuſque artis aſtringitur.*

60 *Mercator vt quis dicatur, an ſit neceſſe, quòd maiorem partem ſacultatum in mercibus contulerit, vt potiatur priuilegijs à iure communi ſeu ſtatuto conceßis. vſque ad num.64.*

61 *Interpretatio ad l. ſemper. §. negotiatores. & §. negotiatio ff de iure immun.*

62 *Nauicularij & negotiatores publici qui fuerint.*

63 *Interpretatio ad l. ceſſante. C. de commerc. & merc.*

64 *Negotiatores quando à muneribus propter negotiationem, quam gerunt, excuſentur.*

65 *Mercator, qui mercaturæ officium exercuit, & in albo mercatorũ deſcriptus, ſi deſtitit, num mercator dicendus ſit, vt priuilegijs mercatoribus conceßis vti poßit. Et quando ſeu quomodo cognoſcatur deſtitiſſe.*

66 *Mercator an ſit dicięq; poßit ille, qui mercaturæ officium per ſe non exercet, ſed inſtitorum opera ac ſeruorum vtitur.*

67 *Campſores an contineantur mercatoris appellatione.*

68 *Collybus quid ſignificet.*

69 *Mercatorum appellatione an contineantur iuuenes, qui cum ipſis morantur ad miniſterium & mercaturæ exercitium.*

70 *Artificium omne incrementum recipit, & omnes natura ſcire deſideramus.*

71 *Interpretatio ad l. legatis. §. ornatricibus. ff. de legat.3.*

72 *Lex municipalis, quæ de mercatore meminit, ſeu artifice, intelligitur in eo, qui proprio nomine mercaturam exerceat, non alieno.*

73 *Mercator vnde dicatur.*

74 *Mercatura quid ſit.*

75 *Mercis appellatione, an pecunia contineatur.*

76 *Mobilium appellatione, quòd veniant pecuniæ, & in legato mobilium conſiderantur tres facti ſpecies.*

77 *Mercis appellatione, num gemmæ, margaritæ, & annuli contineantur.*

78 *Mercatores ſi in mercantijs florenos certa ſumma recipere ſunt obſtricti, num in dote procedat, & an dos mercantia dicatur.*

79 *Mercaturæ ſeu negotiationis appellatione, an legatum contineatur.*

80 *Lex municipalis ſi mandat ex qualibet negotiatione, ſeu mercantia vectigal ſolui, num in legatis locum habeat.*

81 *Dictio,*

81 *Dictio,* qualibet, *declaratur.*
82 *Partis nomen declaratur, & numero ſequenti.*
83 *Verbum, quouis modo, omnes modos, qui excogitari poſſunt, ſignificat.*
84 *Statutum ſi dicit, ex quolibet contractu vectigal ſolui, an ex recognitione ſolui debeat.*
85 *Statutum ſi dicit, maleficia qualibet ſyndicum communis denuntiare oportere, quod teneatur denuntiare, etiam maleficia, quæ impunè admitti poſſunt, & quæ non ſunt proprie maleficia.*
86 *Dictio,* aliquis, *declaratur.*
87 *Mercis appellatione, an contineantur veſtimenta & cætera, quæ habemus ad vſum & penus quotidianum pertinentia.*
88 *Graßiæ, frugum, vanaliumq́ appellatione, quid contineatur relatiuè.*
89 *Merx, & mercatura differunt.*
90 *Mercatus nomine, quid contineatur, & vnde deducatur, an à merce, vel mercor.*
91 *Lex municipalis ſi mandat mercatum à ſocio initum ratum habendum, num intelligatur de re mobili vel immobili.*
92 *Promercal quid ſignificet, declaratur.*
93 *Mercimonium, mercium contractionem ſignificat, & de nomine mercatio.*
94 *Commercium, quid ſignificet.*
95 *Mercis ſeu mercantiæ nomini, num plura corpora ſubijciantur, id eſt, vniuerſale corpus ſit.*
96 *Mercator mercaturam ſuam legans, & debita & credita legato cedunt.*
97 *Frater pecunia fratris proprio nomine negotia gerens, ſibi acquirit, & non fratri: ſi verò negotiationem ſeu mercaturam communem incepiſſet nomine proprio adminiſtrare, menſa & negotiatio non poteſt ex parte vnius augeri, quinetiam ex parte alterius augeatur.*
98 *Corporum tria ſunt genera.*
99 *Mercatura duplex, ſecundum Platonem.*

1 NON eſt nouum † Ciceronis præceptum, quoniam diſputatio de mercatore futura eſt, neceſſarium eſſe antè definire quid ſit mercator, vt intelligatur, quid ſit id, de quo diſputatur. Fuitq; ſentẽtia Platonis in Phædro, in hæc verba: In omnibus rebus, ô puer, vnicũ principium his, qui bene conſulere volunt, eſt intelligere, quid illud ſit, de quo conſultatur. Vel omnino aberrare neceſſe eſt. Pleroſq; verò latet, quòd neſciãt rei ſubſtãtiam: ergo inquit, ne nobis accidat quod in alijs damnamus. Quid amor ipſe ſit, & quam vim habeat, definitione ex conſenſu partium poſita cognoſcamus, quorum ſententiæ Iuriſc. Vlpia. facturus verba de dolo malo, ſubſcripſiſſe patet in l. 1. ff. de dolo. & idem Iuriſconſ. in l. 1. ff. de iuſtit. & iur. in hæc verba inquit: Iuri operam daturum prius noſcere oportet, vnde nomen iuris deſcendat, & de Ciceronis ſententia Bald. noſter meminit in prælud. feud. col. 3. Sed quoniam omnis definitio in iure periculoſa eſt, parũ eſt enim vt non ſubuerti poſſit. l. omnis definitio. ff. de regu. iur. & ex infra dicendis vix congruam definitionem aptari poſſe conſtabit, ſi non vera definitione, ſaltem plena deſcriptione, quid ſit mercator euidentiſſi-
2 mè demonſtrabimus. † Differt autem definitio à deſcriptione, vt eleganter ait Hierony. Cagno. in repet. l. ſi emancipati. num. 48. C. de colla. quod & Bald. noſter Boër. referendo, priùs notauerat in l. maximum vitium, numero 6. C. de liber. præter. Altera enim conſtat ex genere & differentiis, vt appareat, quod res definita ab alijs formis ſeu ſpeciebus ſub illo genere contentis differat, & conuerti debet cum ſuo definito: quidditatemque & eſſentiam rei (vt ita dixerim) explicare debet. Quod apertè Iuriſconſ. demonſtrat in citata. l. prima. ff. de dolo. & latiſſimè Iuris interpretes ſcribunt in l. prima. ff. de acquirenda poſſeſſione, & in rubrica extrà de probat. præcipuè Dec. numero 2. & ſeq & idem Dec. in regul omnis definitio ſup. relata. Altera verò ex accidentibus, & ex his, quæ adueniunt, quid ſit id, de quo quæritur, oſtendit: Nec ſemper ſubſtantialia inſunt, nec ex toto concludit aut corruit, ſi non conuertatur cum definito. Dicique
3 quodam modo † poteſt, definitionem expreſſæ picturæ comparandam, Deſcriptionem vero adumbratili ſeu deſignationi. Pictura enim quid imago repræſentet, perfectè demonſtrat: Deſignatio verò non ita, & legimus plerunque in demonſtranda re, veteres Iuriſconſul deſcriptione vſos fuiſſe: vt patet ex l. 1. ff. de legi. vbi Accurſ. animaduertit, & ex relatis locis ſatis liquet.

4 † Deſcribitur autem mercator in cap. eiiciens. 88. diſt. in. vt is dicatur, qui rem comparat, vt integram & immutatam vendendo, lucretur. & huic deſcriptioni & Archid. & Philip. Franc. in cap. quanquam. in fin. de cenſit lib. 6. aſſenſere, & referendo Archid. non improbat Alb. in l. vniuerſi. C. de vectig. & commiſ. Signor. verò in conſilio. 95. numero 2. deſcribendo mercatorem, inquit, illum propriè eſſe, qui emit & vendit. At Andr. Alc. vetuſtatum legum non leuis interpres, in l. mercis. ff. de verborum ſignificat. definiendo, ſeu deſcribendo, ait: MERCATORIS EST, QVI NEGOTIATIONIS EXERCENDÆ QVÆSTVSQVE FACIENDI CAVSA, MERCES EMIT, VT VENDAT. Quibus prætermiſſis placet ita plenius deſcribere, ſeu definire: MERCATOR EST, QVI NEGOTIATIONIS SEV NEGOTIATIONVM EXERCENDARVM, QVÆSTVSQVE LICITI FACIENDI CAVSA, FREQVENTER MERCES PERMVTAT, SEV EMIT, VT EASDEM NON MINVTATIM, NEC MVTATA PER SE FORMA DISTRAHAT. Et minima quæque in definitione poſita, quoad eius fieri poterit, quæſtionibus explicabimus.

Dixi enim negotiationis, ſeu negotiationum: quoniam nihil prohibet aliquem mercatorem ſe in diuerſis negotiationibus exercere. l. procuratoris. §. ſi plures. ff. de trib. l. cuicunque. §. Labeo. ff. de inſtit. arg. eſt text. in l. moris § interdici. ff. de pœnis. & ad rem ſcribit Anch. in conſil. 332. col. pen. pro clariori.

5 † Quæro igitur primò, an negotiari & mercari idẽ ſit: & mercator & negotiator ſint ſynonyma. Barto. in l legatis. ff. de legat. 1. tanquam ſynonyma ponit, & in l. cætera. in §. ſed & ſi quis. ff. de legat. 1. vbi etiam alij iuris interpretes etiam promiſcuè vtuntur. Idq; probari videbatur in l. 1. & in l. nobiliores. iuncta rub. C.

Ii 2 de

de commerc.& merca.& his addo.Angel.in l.in eum.
ff.de inſt.vbi Paul.Caſtr.etiam ſenſit,& Feder. de Se-
nis conſilio 207. nos Griſolus. Verùm Signo. ſingu-
laris memoriæ vir, ſic enim Bal.eum appellat in cap.
clerici. extrà de iud. vt refert Iaſ.in conſilio 130. pri-
ma conſideratione.colum.2.vol.1. in conſilio 115.ſu-
prà citato ſub numero 25.pleniùs hoc attingens ver-
bum negotiari, & negotiatoris generaliùs eſſe verbo
mercari, ſeu mercatoris, ſenſit: & quòd nomen mer-
catoris ſit anguſtius, non inſubtiliter probat, atque
deducit, cuius ſententia meo iudicio clariùs proba-
tur in cap.foras.in §.negotium. extrà de verb.ſignifi.
& in cap.quoniam 88.diſtinct.Sunt & plures text.qui
innuunt l.fin.C.de eunuc.l.fin.C.de pign.l.1.§.licet.
ff.de trib.act.& eod.titu.l.procuratoris.§. mercis no-
mine. in princip.& fin.§.quibus adde.l.athletas.§.ait
prætor.ff.de his,qui not.infam.& quod Accurſ. notat
in §.introduxit.Inſtitut. quod cum eo. vbi Ang.Aret.
ſub num. 2.ait, Nota text.cum gloſ.habes enim quòd
plenior appellatio eſt negotiationis, quàm mercis.
Concludendum igitur puto, verbum negotiationis,
& negotiari,generalius eſſe, & quòd in conſuetudine
(vt diximus) mercatores negotiatores, & contrà ap-
pellantur,illud nõ propriè, ſed per abuſionem potius
accidat, meritò ergo generale verbum elegimus, vt
definitio ſuum genus habeat.
6 † Item quæro, an qui ſemel merces emit vt vende-
ret,mercator propriè dicendus ſit? In quo iuris articu-
lo,licet Paul.Caſt.in conſil.161.non eſt dubium.par.
2.in fin.ſubdubitauerit,& mouerit, quod ſcripſit Bar.
in l.Mela.in §.ſed & ſi alimenta.ff.de aliment.& cib.
leg.& in l.1.nu.7.C.quomodo & quando iud.in qui-
bus locis ſolitum quempiam quid agere reſpondit, ſi
vnicum actum geſſerit ex verbi ſignificatione: rece-
ptum tamen eſt, eum qui ſemel emit, & vendit, mer-
catorem non eſſe, & ex vnico contractu in merce fa-
ctum mercatorem non cenſeri. Idq́; Accurſ.& alij in
l.1.in §.mercis.ff.de trib.reſponderunt,& placet Bar.
in procem. Digeſt.nu.10.& aſſentiuntur ibidem alij.
Idem Bartol.reſpondit in l.legaris.ff.de legat.3.& in
7 l.mariti.in §.qui quęſtum.ff.de adulte.vbi inquit † no-
mina verbalia alicuius officij ſignificatiua, quod quis
ſua autoritate, ſeu optione ſumit, veluti mercator, &
hoſpes,vnico actu non conuinci.& vt recentiores no-
ſtri dicunt,non verificari: deficit enim aſſiduitas. Idẽ
probauit Bal.in rubr.C.de conſtit.pecun.ver. vltimò
quæro.& in tract de conſtitu.num.8.& in conſi.495.
ex nullo capite.num.2.volu.1. ait ex vnico actu mer-
caturam non dici, & in hanc ſententiam ferè omnes
iuris interpretes fuerunt, quorum loca referemus. Si-
gnor.de Homod.in quæſtione ſatis eleganti. lib. eius
reſpon.conſil.246.Paul.conſil.285. viſis & pondera-
tis.colum.fin.in 1.par.& in notabili ſpecie.Petr.Cor.
in conſi.33.quoniam per famoſiſſimum.vol.3.cui pro-
ximè accedit,quod ſcripſit Ange.de Aret.in §.intro-
duxit.num.1.inſtit.quod cum eo.ſi municipalis lex in
modo agendi mercatoribus fauet, hunc non compre
hendere.Quibus adde Alexand.in l.Imperator.num.
10.ff.ad Trebel.Aret.conſil.29.nume.14. diligenter
& maturè.Felin.in cap.clerici.nume.5.de iudic.& la-
tiùs in procem.Gregor.col.penul.Dec.in cap.1.num.
29.extrà.de iud.Alc.in l.mercis.in princ.ff.de verbo.
ſignifi.Bartol.in tract.de teſt.in ver. cerdonem. Petr.
de Vbal.in tract.de duob.fratr.in 5.par.num.34.tom.
8.Bonif.de cart.in tract.de nobilitate. in 3. part.num.
85.& ſeq.Nec videtur huic ſententiæ aduerſari,quod
8 Paul.Caſtr.in relato loco inquit, † nihil enim habet
commune verbum (ſolere) & verbum, mercator,ſed
fac eſſe, placet mihi quod de hoc verbo (ſolitus) non
inſubtiliter ſcribit Dec.in rub.de conſue.nume.11.&
probandam puto interpretationem Hier. Cagn.ad §.
ſed & ſi alimenta. ſcribit enim in repe.l.diem functo.
ſub nu.135.ſenſum eſſe,ſi teſtator alimẽta, quæ viuus
præſtabat,alicui reliquerit,ea demum præſtanda,quæ
mortis tempore nouiſſimè præſtare ſolebat:& ſi variè
præſtiterit,nouiſſimam præſtationẽ ſequendam, quia
vltimus actus ſequẽdus eſt,vt à Fel.ſcribitur in c. eam
te.col.fi.de reſcrip.Vnde ſi teſtator in d.§.ſed & ſi ali
menta.reliquiſſet alimenta, quæ ſolitus erat præſtare,
non eſſet vltima ſequenda præſtatio, vt Barto.& ple-
riſque aliis placet,ſed quod frequentiùs facere ſolitus
fuiſſet teſtator,ſpectandum eſſet, & id Dec. etiam ſen
ſit,licet hanc interpretationem nõ attigerit,quam ex
mente Iuriſcõſulti eſſe puto. Proponitur enim in illo
§.teſtatorem,alimẽta reliquiſſe, quæ viuus præſtabat,
non quæ viuus præſtare ſolitus erat. Sed vt redeã vnde
diuerteram, quod diximus illũ eſſe mercatorem, qui
aſſiduitate quadã & frequenti negotiatione ad huiuſ-
modi mercatoris artem, ſeu veriùs officiũ ſe dederit,
& propterea ex vnico actu mercatorem non cenſeri,
9 temperandum eſt,† niſi vnicũ actum præcederet pro-
feſſio ſeu deſcriptio in albo, & vt vulgò dicimus, in
10 matricula mercatorum. † Nam nomina à profeſſione
dicta profitendo acquiruntur. Nomina verò dicta à
conſuetudine,ſeu ab actuum generalitate nõ ex vnico
actu,ſed vſu & exercitio acquiruntur. Idq́; ex ſentẽtia
Bal.in d rub.de conſtit.pec.ver.vltimò quæro.& aſſen
titur Bal.Aret.in l.cætera.in §.ſed & ſi quis ff.de leg.
1.& Fel.in relato procem.ſub nu.44 & Bertach.in tra
cta.de gab.ſeu vectig.in 7.par.nu.48.to.6.Sed & hęc
Bal.ſententia intelligenda eſt,vt is, qui in albo merca
torum deſcriptus eſt nudum mercatoris nomen cõſe-
quatur,eo enim ſolo immunitatib⁹, & priuilegiis mer
catoribus conceſſis non fruitur:neceſſe eſt enim mer-
caturæ officium exerceat,vt immunitatibus gaudeat,
idq́ue ſenſit Bar.in l.qui ſub prætextu.C.de ſacroſan.
eccl.& l.1.C.de colle.lib.11.l.ſemper.§. quibuſdam.
ff.de iure immu.l.medicos.in fi.C.de profeſſ.& med.
lib.10.& probat Bon.de Curt.in d.tract.de nobil.in
3.par.nu.87.& Fel.in d.c.clerici.nu.5.& confirmatur
ex his,quæ Bart.Bal.& cæteri iuris interpretes ſcribũt
in l.ſcriniarios.C.de teſtam. Artem nõ exercentes pri
11 uilegiis arti conceſſis non frui. † Sed quoniam in ſer-
mones incidimus de albo, ſeu mercatorũ matricula,
cùm in mercatorũ numerũ quis recipitur,& in matri-
cula deſcribẽdus eſt,iuramentũ præſtare debet, ſecun
dum Bal.in l.quædã.in §.numularios.ff.de eden. citat
de pręſcrip.c.ad audientiã.& in eod.loco notauit Iaſ.
in fi.§.ſub nu.9. Quod iuramentum, quanti momenti
ſit indicant Iaſ.eiuſdem cõmentarij in l. admonendi.
nu.108.de iure.& Abb.in c.2.nu.11.de fide inſtrum.&
Alcia.in tract.de præſumpt.in reg.3.ver.6.in fi.
12 † Item & illud ſciendum eſt,quòd ad declarationẽ
prædictorũ valde pertinet,eũ etiã mercatorẽ dici, qui
vulgi opinione ꝓ mercatore habetur,ex ſentẽtia eiuſ-
dẽ Bar.& addit in procem.Digeſt.ſub nu.10.& ipſius
Bar.in rub.C,de nauic.li.11.citat.l.ſciendũ.ff.de ędil.
edict.in illis verbis,quales vulgò artifices dicuntur,&
probat Abb.in c.1.n.38.& ſeq.extrà de iud.In quo eui
dẽtioris intellectus gratia,animaduertendũ etiã puto,
ꝙ aut cõmunis vſus loquẽdi, & vulgi opinio eſt ſecun
dũ propriã ſignificationẽ vocabuli,hoc eſt,ille habe-
tur pro mercatore vulgi opinione,qui ſecundum iura
mercator eſt,& nihil adderet, quod ꝓximè diximus:
Aut vulgi opinio & loquẽdi cõmunis vſus alienus eſt
à proprietate vocabuli à iure tradita:& quoniã com-
munis

munis vſus loquendi non eſt propria ſignificatio vo-
cabuli,ſed figuratiua,ex quo ꝓpriæ ſignificationi vo-
cabuli repugnat,vt elegāter inquit Bar.in l.Labeo.ff.
de ſupel.lega.pro qua ſententia meo iudicio eſt opti-
mus tex.in l.item prætor.ff.de ſuis & legit.vbi Iuriſ.in
hęc verba:Item prætor edicto ſuo proximitatis nomi
ne bonorū poſſeſſionem pollicetur his, qui defuncto
mortis tempore cognati fuerunt. Nam quod in con-
ſuetudine cognati appellātur etiam eorum,poſt quo-
rum mortem concepti ſunt,non propriè, ſed per abu
13 ſionem potiùs accidit.† Si lex municipalis de merca-
tore mentionem faceret, cōmuni vſui loquendi ſtan-
dum eſſet,& ſtatutum ſecundum illum interpretādū,
poſtpoſita verbi propria ſignificatione.l.librorum.§.
quod tamen Caſſius.ff.de leg.3.ſumpto arg. à verbis
teſtatoris ad verba legis, & ſcribit Bart.in d.l.Labeo.
& idē Bar.& plerique alij probant, & præcipuè Ioan.
Crot.in rub.de no.ope.nun.n.57. Doctores in procę.
Decret.Dec.qui inter mercatores loquitur.conſ.7.n.
3.& pro tenui, & in conſ.472.teſtator legauit.n.10. &
ſeq.& Bal.vol.2.conſ.139.factū tale.aiunt enim vulgi
appellationem pro iure haberi.& conſi.314.quædam
ſunt locutiones ante fin.lib.3.Raph.& Paul.Caſtr.ex-
preſſim de ſtatutis loquētes in l.cùm quidam.§.quod
14 dicitur.ff.de acquir.hæred.† & generaliter omnes di-
ſpoſitiones à communi vſu loquendi interpretationē
recipiunt,vt ſæpiſſimè Alexander noſter reſpondit,vt
latè & Alex.& ſexcenta aliorum ſcribentium loca re-
ferendo ſcribit Andr.Tiraq.in com.de vtroque retr.
§.2.gl.1.nu.5.& ſeq.pa.387.ad quem leuandi laboris
15 gratia in hac materia confugito. † Ponendum tamē,
& probandum eſſet in quæſtionibus forenſibus, & in
iudiciis pertractandis huiuſmodi loquendi vſum tem
pore diſpoſitionis & legis municipalis cōditæ fuiſſe,
aliàs probatio non concluderet: & ſi ab eo tempore
probaretur,cuius initij memoria nō exiſtit,fortè ſuffi
ceret,vt elegāter ex facto conſultus reſpōdit Raph.in
conſ.165.in quæſtione propoſita.col.pen.quē ad cœ-
lum ferēs ad verbum refert Soc. in l.Gallus.in §.eius.
ff.de lib.& poſth.& probat Dec.in c.præſentia.nu.25.
extra de prob.quæ quoniam quotidiana ſunt, placuit
attigiſſe non negligēda,& in materia propoſita, & ad
ea quę ſcripſit Bar.in d.l.Labeo.ex quibus facilè per-
ſpicies quare in definitione adieceerim verbum exer-
cendarum,& verbum frequenter.

16 † Illud etiam quæri poteſt,an appellatione merca-
torum, ſeruos frequenter ementes & vendentes conti
neantur,mouet.l.2.C.de commer.& mer.in illis ver-
bis.Sed vlteriùs aurum pro mancipiis,vel quibuſcun-
que ſpeciebus ad barbaricum fuerit tranſlatū à mer-
catoribus.& reliqua.Veriùs tamen eſt non contineri.
l.mercis.ff.de verb.ſig.vbi Iuriſc.ait.Mercis appella
tione homines non contineri,Melam reſpondiſſe, &
not.in alia.l.mercis.eo.tit.& in l.1. in prin.ff. de tri-
bu.Pro qua ſententia eſt, quod ait Bald.in l.1. C.de
17 epiſ.aud. † hominum mercaturam & quæſtum ex eâ
prohiberi. Hi enim mangones ſeu venalitiarij, non
mercatores appellantur,vt ſubiicit Iuriſ.in ea.l.mer-
cis.& legitur & not.in l.mandatum diſtrahendorum.
ff.man.& de his elegantem legem vide in l.præcipiūt
ædiles.ff.de ædil.edic.& adde ꝙ Iuriſ.inquit de man-
gonibus & venalitiariis, in l. iuſtiſſimè. eod.titul. Id
ſcilicet genus hominum ad lucrum potius vel turpi-
18 ter faciendum pronius eſſe.† Vnde venalitiū,de quo
in l.fi.ff.de ædil.edic.locus in quo mancipia vēdebā-
tur,vel ipſum corpus,& vitam venalitiariam appellat
Iuriſconſultus in l. ſeruos. §. eum qui venalitiariam.
ff.de de leg.3.& venalitiæ merces dicuntur in l.ſi ſer-
uus ſeruum.in §.ſi mulier.ff.ad leg. Aquil. Nec vide-
tur huic ſententiæ aduerſari.l.2 C.de com.& merca.
quoniā neceſſariò hominū emptores eſſe mercatores
ex illa lege non infertur. Illud etiā dici poteſt ex in-
terpretatione lato ſumpto vocabulo, id poſſe eueni-
re,non autē ex propria ſignificatione,vt eſt tex.iūcta
glo.in l.ſeruos autē ſuos.in §. eum,qui.ff. de legat.3.
in illis verbis: Nā quos quis ideo cōparauit vt illico
diſtraheret magis mercis loco,& reliqua,& Accurſius
in verbo,mercis,inquit,ex interpretatione nō ſeruata
ſignificatione vocabuli citat l.1.in §.1.ff.de tribu.& l.
mercis.ſuprà relata,vbi idem Accurſius ait,aliud eſſe
aliquid loco mercis haberi, aliud verò mercem eſſe.
Non temerè igitur additum eſt in definitione ver-
bum mercis,ſed conſtituendæ differentiæ gratia.

19 † Tractare non eſt etiam ab re,nū venalitiarij mer
catorum appellatione contineantur. Venalitiarij enim
non ſolùm hi ſunt (vt diximus) quos mangones appel-
lamur,verùm & qui quæſtus gratia venalitiarum re-
rum negotiationem exercent. Sunt autem, venalitiæ
res,quæ in vſum indigentium venales propoſitę ſunt,
vt Alc.placet in d. l. mercis. & denique hi ſunt, qui
vtenſilia emunt,vt rurſus minutatim vendant, & vul-
gò reuenditores appellātur,& puto venalitiarios ne-
que iuris diſpoſitione, neque vulgi opinione merca-
tores appellari.& ſenſit Alciat,vbi ſuprà.Pro qua ſen
tentia eſt.l. 1. ff.de tribu. De quibus venalitiariis Iu-
riſconſ.in l.2.ff.de nund.belliſſimè inquit,in hæc ver-
ba. Denique ſummæ prudentiæ, & autoritatis apud
Græcos Plato,cum inſtitueret quemadmodum ciui-
tas bene atque beatè habitari poſſet, in primis iſtos
negotiatores neceſſarios dixit, & qui Plato eo in lo-
co idem ſenſiſſe videtur,vt legitur in dialogo 2.de re-
pub.vel de iuſto,& Cicero offi.lib.1.ſub rub.de quæ-
ſtibus,artibuſq; ait,Sordidi etiam putantur,qui mer-
cantur à mercatoribus, quod ſtatim vendunt, nihil
enim proficiunt,niſi admodum mentiantur. Nec ve-
rò quicquam eſt turpius vanitatē. qui Ciceronis lo-
cus ſatis innuit hoc genus hominum, ſub mercatoris
vocabulo non contineri. Incidi etiam inter legendū
20 in conſ.Pet.de Anch.conſ.157.ſummæ.qui ait.† Ve-
nalibus rebus vt iuſto pretio vendantur epiſcopos
præeſſe.l. munerum. §. item epiſcopi. ff.de mune.&
hon.l.1.C.de epi.aud.c.1.& 2.de.empt.& vend.& re-
21 fert verba.d.l.2. & ſubiicit † huiuſmodi negotiatori-
bus tabernam ſeu pergulam habentibus publicè, non
licere expellere accedentes emendi cauſa, quemad-
modum in caupone ſtatutum eſt.Succurrit etiā quod
Bal.noſter de huiuſmodi venalitiariis ſcribit in conſ.
495.ex nullo capite, vbi etiam quid verbum minuta-
tim ſignificet,declarat,quod ego,vt vides, non teme
rè in definitione addēdū putaui. Sed & his adde Ang.
in l.cùm interdū, quam interpretatur cum præcedēti
22 l.cuius initium eſt inſtitor,qui inquit, † merces vena-
les per ciuitatem afferentes negotiatores eſſe, quod
& verum eſt.

Rurſus quæritur, ſunt qui merces emāt,vt eaſdem
ſua opera in aliam formam redactas vendant,an mer-
23 catores dicantur, † & hos nō mercatores,ſed artifices
nominādos puto.c.eiiciēs.88.diſt.in illis verbis.Qui-
cunque rem cōparat, nō vt integrā ita & immutatam
vendat,ſed vt materia ſibi ſit aliquid operandi,ille nō
eſt negotiator. Qui verò cōparat rem vt integrā & im
mutatam vendendo lucretur, ille eſt mercator,qui de
tēplo Dei eiicitur,& reliqua,& probāt Alex. & Iaſ.in
l.cætera.in §.ſed & ſi quis.ff.de leg.1.& idē Alex.in l.
legatis.ff.de leg.3.in addi.ad Bar.& proximè relatam
differētiā cōſtitutā eſſe inter mercatorē, ſeu negotia-

torem, & artificem: eleganter explicat Fed. de Sen. in
conſ. 207. uos Griſolus. & Abb. in cõl. 6. caſus, ſuper
quo in fin. part. 1. quibus adde Cardin. in Clemẽ. fi. in
3. not. de vita & hone. cle. Alciat. in citata l. Mercis.
Fel. in proœm. Grego. in fi. & addit. ibidẽ: & hæc ſen-
24 tentia illam habet rationem. † Nam mercator dicitur
officiũ gerere, vt tradit Barto. in tract. de teſti. in ver-
bo, mercatorem & non iniubeliliter probat Signor. in
citato conſ. 95. nu. 25. quibus adde Alciat. in l. Mercis
appellatio ff. de verbor. ſignifi. qui ſubdit exercitium,
25 cõmune † verbum eſſe officij & artificij, officium au-
tem artificio extinguitur l. legatis. §. ſi ex officio ff. de
leg. 3. in illis verbis, quia officium artificio mutatur,
26 non idẽ econtrario. † Euenit tamen plerunque, vt
mercatores merces emant, eaſdemq́ue non ſua opera,
ſed aliena elaborandas, curent animo forſan quæſtus
& cauſa tranſmittendi ad extraneas ciuitates, idque
non ſemel vidi in patria mea, & hos mercatores cęle-
ri: puto quoniam huiuſmodi mercatoris officium in
artificium non tranſit. Ex quibus intelliges, qua de
cauſa in definitione dixerim, nõ mutata per ſe forma.

Suboritur alia quęſtio fortaſſis neque friuola adeò
27 nec omnino indigna, quæ hoc loco proponatur: † An
appellatione mercatoris, cõtineatur vſurarius, in qua
prima fronte, vt inquit Iuriſconſul. in l. hæredes mei.
in §. cum ita ff. ad Trebel. & in l. quinquaginta. ff. de
prob. reſpondendum videbatur contineri, idque pro-
pter text. in c. eiiciens. 88. diſtinct. in illis verbis. Vn-
de ſuper omnes mercatores maledict⁹ plus eſt vſura-
rius, & notarunt Domi. & Archi. ibidẽ, ſcribũt enim,
Nota vſurarium appellari mercatorẽ, ſicut qui pro-
ſtituendam ancillam tentauerit. C. de lati. liber. tol. §.
ſimiliq́ue modo & hãc ſententiam caput illud pro-
bare videbatur, quoniam comparatiuũ ſupponit po-
ſitiuũ, & ꝙ cui comparatur eiuſdem accidentis parti-
ceps ſit. l. vbi autẽ nõ apparet. ff. de verb. obli. licet ve-
rè illud plus, ſit aduerbium comparandi, vt Gramma-
tici norũt & ſcribit Alb. in tracta. de præpo. n. 83. & in
hac opinione fuit Angel. in l. in eũ. ff. de inſtit. inquiẽs
ex mẽte gl. not. ſecundũ gl. quòd mutuã pecuniã acci-
pere non eſt mercari, nec negotiari, ſed fœnori dare
ſic. ſed & Pauli Caſt. clariſſ. viri ſcio hanc ſententiam
fuiſſe, qui ibidem ſcripſit ex illo text. cum gl. probari
fœneratores mercatores dici, quia negotiari & mer-
cari idem ſunt, ſubdens diuerſum verius ſecundũ cõ-
munem loquendi vſum, in quo legendos inquit Bart.
commentarios in l. legatis. ff. de legatis. 3.

Contra verò, quòd vſurarius non ſit mercator, ſed
fœneratori ſimilis, Rom. ſcripſit in conſ. 92. io dubi-
tatiſſimam. n. 4. citat tex. (vt ait) ſingularem in l. quę-
ſitũ. §. idem reſpondit domo. ver. ſed ipſe Papiniaous.
ff. de fun. inſt. de quo non meminiſſe inquit Bart. in l.
legatis. in §. ſi ex officio. ff. de leg. 3. & ſenſit Rom. Iu-
riſconſultum innuiſſe in illis verbis, mercatorem, ac
fœneratorem cùm ponat tanquã diuerſa. Verùm meo
iuditio eſt lex clarior in l. quicunque. in §. Labeo. ff.
de inſtit. vbi Iuriſconſultus in hæc verba: Si quis pe-
cuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis redem-
pturiſque faciendis propoſuerit. vbi Angel. notauit
differre fœnerari & mercari, & ſtaturũ de fœnerato-
re loquens, in mercatore locum non habere. Ego ve-
rò in propoſita quæſtione. Romani ſententiam verio-
rem puto, quam Angel. ſibi in hoc parùm cõſtãs, pro-
bauit in proximè citato loco. Et inter legendum, vt
fit, incidi in commentarios Iaſ. in l. principalibus. ff ſi
ce. pet. qui in fi. ait ex illo tex. probari, appellatione
mercatorum fœneratores non venire, cum Iuriſcon-
ſultus tanquam diuerſa adiecerit, & citat l. quæſitum
in §. idem reſpondit, ſuprà relatam, ſubditq́ue licet
Accur. in l. in eum. ff. de inſtit. contra. Et ex hac ſenten
tia infertur legem municipalem de mercatore loquẽ-
tem in vſurario, ſeu fœneratore, locum non habere: in
quo vide Albet. de Roſ. ſuper ſtatutis. q. 213. in 2. par.
Bald. in conſil. 382. in quæſtio. militari. nume. 17. in 5.
volum. Nec moueat cap. eiiciens. primo loco citatũ.
28 † Illud enim ſciendum eſt mercaturam aliam licitam,
& aliam illicitam, ſeu iniuſtam eſſe, vt plenius attigit
Abb. Siculus extra, ne cleric. vel monac. Dum ergo D.
29 Chryſoſtomus ait † inter omnes mercatores plus eſt
maledictus vſurarius, ſenſit de mercatura prohibita
& illicita. Cuius rei fortiſſimum illud occurrit argu-
mentum: eueniret enim mercaturam licitè exerceri
non poſſe, quod eſt cõtra text. in cap. fornicari. 88. di-
ſtinct. & cap. quoniam ea diſt. & cap. qualitas. de pœ-
nit. diſtin. 5. & quæ latè ſcripſit Abb. relatus, & Salic.
in authent. ad hæc. quæſt. 21. numero 18. C. de vſur. Ad
quos in hac materia confugito, repugnarer etiam his,
quæ ſcripſit Alexaod. de Alen. in 3. par. ſummæ tracta.
de iudic. & Scot. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. artic. 2. Ar-
chid. Flor. in 2. parte ſummæ tit. 1. cap. 16. Confirmari
hæc poſſunt ex his, quæ ſcripſit D. Thom. 2. 2. q. 7. art.
4. in ſolutione ad primum argumentum: inquit enim
verba Chryſoſtomi, de quibus in dicto capite, intelli-
gẽda eſſe in illo negotiatore, qui ſibi finem vltimum
in lucro cõſtituit. Secus autem ait, vbi quis ad lucrum
intendit in mercando, non quidem vt finem vltimum
ſui laboris, ſed tanquam finem neceſſarium ad ſui, &
ſuæ familiæ ſuſtentationem, aut ſaltem tanquam ho-
neſtum, & ſi non ſemper ſimpliciter neceſſarium. ha-
ctenus D. Thom. ex cuius verbis acquieſcendum vi-
detur, & diſtinctioni, ac declarationi traditę. Quæ rur
ſus confirmatur ex his, quæ ſcripſit Ioan. Cald. in cap.
fin. de vſu. quem refert & probat Abb. in relato loco,
ſub nume. 10. & ex capite, quid eſt aliud. 88. diſtinct.
Verba autem capitis ſunt hæc, Negotiatores verò illi
abominabiles exiſtimãtur, qui iuſtitiam Dei minimè
conſiderantes, per immoderatum pecuniæ ambitum,
polluunt merces ſuas plus periuriis onerando, quàm
pretiis. Tales eiecit Dominus de templo, dicens, &
reliqua, & his adde Sali. in dicta authen. ad hæc. q. 21.
nu. 18. C. de vſu qui eandem interpretationem ſenſit,
& ſubiicit conſuli in d. cap. ne quis mercaturam exer-
ceat propter mendacia, ac quæſtus cupiditates, néve
conſequenter anima de templo Veieiiciatur. Et con-
ſilium D. Chryſoſtomi eſſe ſenſit Laur. de Rodulph.
in tract. de vſu. in 2. part. q. 43. num. 10. Thom. 9. & re-
pet. in cap. ſalubriter. num. 152. de vſu. Nec etiam mo
ueat gloſ. in l. in eum. Quoniam eius ſententiam non
eſſe veram ex præmiſſis liquet, & meritò à Iaſ. in cita-
30 to loco Accurſ. notatus eſt. † Vel verius dici poteſt
Accurſ. in negotiatore loqui. & concedendum eſt fœ
neratorem cõtineri poſſe *ſub* vocabulo negotiatoris,
eſt enim generale verbum, vt diximus. Sed huic reſpõ
ſo aduerſari valde videtur text. in l. principalibus. ff. ſi
cert. petat. Aſſumens igitur, quæ dicecmus infrà verſic.
item mutuas, quæ ad hunc locum attinent, diximus
etiam ſuprà improbandum, & rectè Paul. & Angel. in
citata l. in eum, qui ſenſere negotiari, & mercari idem
eſſe, cùm alterum altero ſit verbũ generalius. Ad eui-
dentiorem omnium, quæ diximus, intellectum, quaſ-
dam facti ſpecies proponendas duxi.

Prima aliud eſſe vſuras exercere, aliud mercatu-
ram, aliuſq; fœnerator, ſeu vſurarius, alius mercator:
idque iuribus & autoritatibus demonſtrauimus, &
vulgi opinione adiuuatur, vt ſcripſit Paul. in citata l.
in eum.

31 † Secun

31 † Secunda ſpecies eſt, mercatores minus legitimè mercaturã exercẽtes, ſed turpis quæſtus cauſa, vſurarios etiam dici poſſe, & ita procedat c.eiiciens.

32 † Tertia ſpecies facti eſt, illicitè & iniuſtè mercaturam exercens, id eſt malus mercator, nõ eſt propriè mercator, ſed abuſiuè, & æquiuocè, ſicut mala conſequentia, non eſt conſequentia apud Dialecticos. Nã non ſeruatis, regulis traditis à Dd. relatis mercatura redditur iniuſta & iniuſtitia præcipua eſt vſura, vt inquit Scot. in 4. ſentẽ. dec. 15. q. 2. & Bal. noſter inquit in conſi. 382. num. 17. vol. 5. mercatorem vſuras exercentem, priuilegium perdere, citat tex. de priuil cred. l. vẽtri. §. in bonis. & Alcia. in l mercis. ſcripſit, vſurarios mercatores non eſſe, quomo ſi quis ſit mercator, & fœnus exerceat mercatorum priuilegiis non fruetur, quoniam non eſt veriſimile Legiſlatorẽ tam improbo hominum quicquam voluiſſe indulgere. Et quoniam mercatorem legitimum definire voluimus, in definitione diximus, quæſtus liciti.

33 † Quarta ſpecies eſt, ſecundum Ro in citato. cõſ. 92. mercatorẽ ſimilem eſſe fœneratori. De quo Ro. reſponſo in tract. de decoctoribus in ea parte, in qua de ſtatutis diſſeremus, plenius verba faciemus.

34 † Ex prædictis ſingulariter infero ad cõplures, qui in patria mea ſe mercatores profitentur, & ſolum in huiuſmodi negotiatione verſantur, vt merces præſenti, ac numerata pecunia emant, & eaſdem, vt plurimũ non mutata forma cariori pretio ad diem vendant, quàm præſenti pecunia vendi ſoleant. Hos enim cõtractus illicitos eſſe, & vſurariam prauitatem redolere nemo eſt, qui neſciat. c. in ciuitate. c. conſuluit. ex trà. de vſu & ſcribit. Paul. Pariſ. conſ 54 nu. 54. & ſeq. vol. 1. in præſenti. & horum turpe lucrum etiam probatur in c. quicunque. 14. q. 4. quod caput ad verbum referre non ab re eſſe putaui, Quicunque tẽpore meſſium, vel vindemiarum, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinũ, verbi gratia de duobus numis comparat modium vnum, & ſeruat vſque dum vẽdatur denariis quatuor, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus. Quem tex. ſingularem inquit Ro ſin. a 17. fui heri. Ad cuius capitis interpretationem vide Io. Cal in c. fin. de vſu. Abb. in c. 1. nu. 10. & ſeq. ne cleri. vel. mona. Et ex quo cariori pretio vẽdunt dilata ſolutione ad diem, quam ſi pretium venditionum tempore reciperent, vſurarij cenſendi ſunt, & ita ex facto conſultus reſpondit Abb. in conſil. 22. quanquam. libr. 1. & refert, ac probat Ioan. Dilect. in tracta. de arte teſta. cau. 7. vſurarius. & eſt ſub rubric. de his, qui non habent, teſt. fact. inquiens ex ſententia Abb. vbi ſuprà, multos re vſurarios eſſe, licet nomine non vocentur, vt ſunt qui cariùs vendunt dilata ſolutione ad diem, in quibus locum habet ca. quanquam. de vſu. lib. 6. Non tamen me latet Paul. Caſt. in conſilio 160. ad primum quæſitum. verſi. ad tertium. in prima parte non inſubtiliter defendere, in his pœnas dictis capitis locum non habere, cuius ſententiam probauit Iaſ. in conſil. 78. viſis depoſitionibus teſtium. col. 3. volum. 3. Sed in propoſito iuris articulo ad Deci. confugiendum eſt, qui ex facto interrogatus quando liceat cariori pretio ad diem vẽdere, in conſi. 111. & pro tenui, belliſſimè differendo quinque facti ſpecies conſiderauit. Nos etiam eum & admonere, & obiurgare complures mercatores, vt ab huiuſmodi illicitis contractibus ſe abſtineant, non defuerimus, reprimendæ improbitatis hoc genus hominum his addimus, quæ Scot. inquit in 4. diſtinct. 15. q. 1. artic. 2.

35 † huiuſmodi homines reiiciendos. & vt ipſe dicit, exterminandos à Republica, & procul à patria, relegandos: quoniam prohibent, vt vtar ipſius verbis, immediatam commutationem volentium emere & commutare, & per conſequens faciunt quolibet venale, vel vſuale carius ementi, quàm deberet eſſe, & vilius vẽdenti, & ſic vtrique parti damnum inferunt. Quem refert Io. Nider. in tracta. De contract. mer. in 2. par. num. 11. & inquit Balan citato conſi. 382. vol. 5. num.
36 17. in fin. † Porro abominabilis eſt mercator qui vſuras exercet: quia vſurarum prauitas non cadit in bonũ virum, cum ſit turpis quæſtus, vt ait Auctor. & tota ſchola Theologorũ; & contra vſurarios vide multa relata per Alexan. in conſi. 49. paucis vtar. vol 4. & in eos inuehitur Bal. conſil. 449. ius naturale. vol. 3. qui vermiculo Termeti, Scorpioni, ac Legni vſurarium comparat Aſten. in tract. de conſt. & Deci. in verbo alienare. Accedat M. Catonis elegans illud verbum relatum apud Ioan. Bap. de S. Seuer. in repet. l. cunctos populos. num. 61. de ſum. trin. C. Maiores noſtri, ita in legibus poſuere furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli, quanto peiorem ciuem exiſtimauerint fœneratorem quàm furem, hinc licet exiſtimare, & idem Cato interrogatus aliquando a quodam, quid maximè in re familiari expediret? reſpondit, Bene paſcere. Quid ſecundum? ſatis bene paſcere. Quid tertium? bene veſtire. Quid quartum? arare. Et cum ille, qui quæſierat, dixiſſet, Quid fœnerari? Tum Cato. Quid hominem inquit, occidere? De quo meminit Cicero libro de officiis 2. nec me latet Cicer. locum, quoſdam probos, & doctos viros emendatum eſſe ſenſiſſe, in ea parte, Bene veſtire, vt legendum ſit,
37 Bene viuere. Sed † vt eò vnde diuerteram redeam, ſi huiuſmodi mercatores imo veriùs vſurarios de induſtria ad diem merces cariùs vẽdentes optares defendere, (quod non ſuadeo) a pœna extraordinaria ex vſurarum crimine irroganda, recepta illorum ſententia, quod in vſurarios criminali pœna animaduerti poſſit de qua Iaco. But. Bal. & Sal. in l. imperibũ fœnus. C. ex quib. cauſ. inf. irro. conſi. 19. & conſi. 158. col. 2. libr 1. Iaſ. in cõſ. 153. circa. in vlti. dub. vol. 4. Ioan. Bap. de S. Seue. in l. cunctos populos. col. 36. nu. 61. C. de ſum. trin. Dec. in conſil. 170. ex quo huiuſmodi contractus paſſim fiunt, & ex conſuetudine ipſa, licèt contra iura iq prõptu eſſet defenſio, vt ſcribit idem Dec. in proximè relato loco, qui citat Bar. in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonẽ ff de ædil. edi. & latiſſimè plures referendo ſcribit Annon Crau. conſ. 6 plura videnda. n. 103. & ſeq. & ad rem Iaſ. in citato conſ. 78. col. 3. vol. 3. Ruc. Curt. in repet. c. fi. de conſue. nu. 128. & ſeq. & his adde Mar. conſ. 90. nu. 8. & ſeq. vbi de iniuſta conſuetudine excuſationem præbente multa cumulat. & Dec. conſ. 115. Et pro tenui. num. 2.

38 † Comperimus aliquando à peritioribus dubitatum, an appellatione mercatoris equorum, locatores contineantur? & Bar. in l. legatis. ff. de leg. 3. ex ſententia Iac. de Are. ibidem inquit, huiuſmodi equorũ locatores, mercatores, ſeu negotiatores dici poſſe arg. eſſe illam legem. Quod ſubdit ad ſtatuta illa pertinere, quibus cauetur libris mercatorum in certa ſumma fidem habendam eſſe, quæ ſententia ex eo confirmari videbatur, quoniam hi quæſtuariam negotiationem exercere videntur: ex qua aliquid quæratur, ſecundũ ea, quæ ibidem notauit Bar. & in opin. Bar. fuit Alex. in addi. ad eum. Fuit & Alb. Bru. in tract. de conſti. & decre. in ver. mercator. & probat Berta. in tract. de gab. in 7. par. n. 48. to. 6. Verùm Ab. Sic. in c. 1. de iudi. in fi. vtrumque reprobat: & hos, ſcilicet mercatores eſſe, & ad eos ſtatutũ referri. Tũ quia hæc eſt quædã immunitas, ſeu priuilegiũ à ſtatuto conceſſum. Tum etiam,

quia talis locator equorum mercator dici non poteſt. l. mercis appel. iuncta gloſ. ff. de ver. ſig. & immunitas mercatoribus conceſſa, in illo ſeruanda eſt qui maiorem partem fortunarum in mercibus habet. l. ſemper. §. negotiatores. ff. de iure immu. de quo tamen quid
39 nos ſentiamus vide, ſi libet. inf. ver. Sed † in propoſito iuris articulo, licet authoritas Bar. & aliorũ me valde mouerit: non tamen ab Abb. diſſentio. Nam l. legatis. quæ Bar. & cæteros mouit, & cui idem Abb. non reſpondit, loquitur in negotiatoribus: Labeo enim, inquit, legatis ſeruis, exceptis negotiatoribus, eos legato exceptos videri, qui præpoſiti erant negotij exercendi cauſa: veluti qui ad emendũ locandũ, conducẽdũ præpoſiti eſſent. Nec admittendũ eſſe, ſuprà probauimus, mercator, & negotiator, ſynonyma eſſe, quinimò negotiator nomẽ eſt generalius, licèt vt ſynonymis plerunque recentiores vtantur. Qua forſan de cauſa Alb. noſter in citata l. legatis. in hæc verba ſcripſit: Nota quòd locatores equorum dicuntur negotiari, & ſunt negotiatores, non dixit mercatores.

40 † Occurrit hic alia quæſtio, quæ à pleriſque tractari ſolet, nũ mutuũ dantes, & (vt recentiores dicũt) mutuatores mercatores appellari poſſint? Bar. in l. legatis. ſub nu. 2. negauit, citat l. in eum ff. de inſt. & ad l. legatis reſpondit intelligendam, cùm vltrò citroq; obligatio ineſt, tunc enim ſecundũ eum propriè negotiatio, ſeu mercatura dicit, quæ Bar. ſententia cõprobari poſſe videbatur ex l. principalis. ff. ſi cer. pet. vbi Iuriſc. apertè indicat aliud eſſe negotiari, & aliud pecuniã mutuam dare, in illis ver. Principalibus conſtitutionibus cautum eſt, ne hi, qui prouincias regũt, quiue circa eos ſunt, negotientur, mutuámue pecuniã dent, fœnúsue exerceãt. Cùm enim in iure nil ſuperuacuum eſſe debeat. §. quibus in 1. conſtit. C. ſi mutuã pecuniam dantes ſub verbo negotiatori cõprehẽderẽtur, Iuriſconſultus quippe amplius non addidiſſet, Mutuámue pecuniam dent. Atqui lex in eum, vbi Bar. dicit eſſe caſum, contrà probare videbatur, iũcta glo. Eſt enim ibi caſus vtilem actionem ad exemplũ inſtitoriæ dari, in eũ qui mutuis accipiendis pecuniis procuratorẽ propoſuit, vt Accuſ. inquit, & huius rei rationem eſſe, quia verè nõ eſt negotiatio, ſed fœnori dare, eſt negotiatio. Vnde tunc datur directa. citat l. quicunque in §. Labeo. & vbi eſt caſus, quod Angel. & Pau. in ea l. in eum. probarunt. Dicet aliquis Bart. defendi poſſe, vt loquatur in mutuante pecunias ſimpliciter nõ fœnebres, ſicut enim mutuã pecuniam accipiens, negotiationẽ exercere non dicitur, vt in l. in eum. ita pari ratione, qui mutuã pecuniam dat. Verũ puto Bar. ſenſiſſe pecunias ſub fœnore mutuãtes, non poſſe negotiatores dici, mouet me, quod retulimus ſuprà proximè, dum inquit idem Bar. negotiationẽ, & mercaturam propriè dici, cùm vltrò citroque in contractu eſt obligatio. Vnde propoſitæ quæſtionis euidentioris intellectus gratia ſpecialiter quaſdam facti ſpecies conſiderandas putaui.

41 † Primùm illud notandum duxi, pecuniã mutuam accipientes negotiari dici non poſſe, ſeu mercari negotiatoreſque ſeu mercatores: probatur in l. in eum. vbi gl. Ange. & Pau. Caſtr. probãt, cuius rei illa ratio præcipuè à Baldo noſtro redditur in l. 1. C. de inſti. & exer. quoniam mutuum accipere ſponte ſua, & ex ſe, non eſt negotiari: ad quæſtum enim ſeu ad acquirẽdũ non eſt, coniunctũ autẽ cum alio actu, poteſt appellari negotiatio: & tũc meritò inducit inſtitoriã, vt illud quod nõ facit ſimplex natura mutui, faciat materia coniuncta cũ alia. Si igitur mutuũ ſtat in ſuis finibus, non pertinet ad inſtitoriã: quia non eſt negotiatio, vbi quis non eſt expreſſe præpoſitus recipiendis mutuis pecuniis. Sed ſæpe illud quod non venit ex forma, venit ex conſequentibus formam: ſi mutuũ conſtitutum eſt ad rem mandatam naturaliter, & verè tũc parit inſtitoriã. Si verò ad id non cõſtituitur propter aliqua quæ adueniunt ſeu accidẽtia (vt ipſe dicit) quę non conſonant ordini, tunc ſecus. l. vltim. ff. de exer. hactenus Bald. in verba ſupraſcrip. quæ notanda arbitror ad interpretationem l. in eum.

42 † Deinde putabam mutuũ dantes, ſimpliciter mercatores dici non poſſe, & hoc ſenſit Bar. vbi ſuprà, quod & verum eſt. Hoc amplius puto, & hos negotiatores appellari non poſſe, & quantum ad inſtitoriam attinet, propter l. in eum. ſup inductam. datur enim vtilis, cum expreſſe ad id quis præponitur: & propter rationem Bal. quia alij actui non coniungitur, & ad quæſtum ſeu ad acquirendum non pertinet.

43 † Item dantes mutuas fœnebres pecunias, negotiatores poſſe dici reor, & rectè, non autem mercatores, & ſic negotiari, non autẽ mercaturam exercere. Vtrũque probat. l. quicunque. in §. Labeo. ff. de inſtit. & plenius ſupr. attigimus, ver. ſuboritur alia quæſtio, quod que negotiatores nuncupari poſſint, Accur. Angel. & Paul. (vt diximus in ea l. in eum) ſenſere, & hæc ſententia rationabilis eſt, quoniam quæſtũ reſpicit, mutuum non ſtat in ſuis finibus, & cõiunctum eſt, vt eleganter relatus, Bald. dicebat, in l. 1. C. de inſti. ex quibus lumen habes ad l. in eum. & l. quicunque, & prædictorum illa eſt ratio (vt ſæpe diximus) quoniam negotiatio eſt verbum generalius mercatura.

44 † Nec huic noſtræ ſententiæ, meo quidem iudicio obſtat l. principalibus. dum conſiderabam, ſi verbum negotiari, fœnebris pecuniæ dationem comprehenderet, ad quid Iuriſconſult. ſpecialiter ſubiecit: in legibus enim nil ſuperuacaneum eſt, hæc enim argumentatio elidi multis modis poteſt.

45 † Primum, verbum negotiari, mercaturam tantùm eo loci ſignificare, quod plerunque fieri aſſolet, vt diximus, & probatur in l. nobiliores. C. de com. & mercatoribus, & aliis interpretum locis relatis. Deinde reſponderi poteſt in iure tolerandum & admittendum poſt generalem locutionẽ ſingulariter & nominatim exprimi, id quod ſub genere continebatur: ea enim, quæ notabiliter prohibentur, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta: l. apud Labeonẽ. in §. ait Prætor. ff. de iniur. vbi Accur. alia iura citat: videmus etiã poſt genus & ſpeciẽ adiici, vt in rub. C. de ſer. & aqua. Ruríus, eiuſdem rei repetitio, tollendæ dubitationis cauſa, non eſt improbata: idque elegãter Vlpia. inquit in l. 1. in §. ſed ſciendum. ff. de ædil. edic. In hæc verba ego puto ædiles tollendæ dubitationis gratia bis κατὰ τὸ αὐτὸ idẽ dixiſſe, ne qua ſcilicet dubitatio ſupereſſet, & ſcribit Acc. in l. certi condictio. in gloſ. 2. ff. ſi cer. pe. Superuacuũ enim dici non poteſt, cùm id, quod antè dictũ eſt clarius, apertius & dilucidius enarratur: ex ſentẽtia glo. in c. 1. in ver. & filio. vbi Dom. & Phil. Frã. de ſum. tri. lib. 6. & ſcribit Dec. in regula, quę dubitationis ff. de reg. iur. Deniq; alios modos euitãdæ propoſitę argumẽtationis cauſa ac tolerãdæ eiuſdẽ rei repetitionis ſeu ſuperfluitatis, collige ex cõmentariis Abb. & Fel. in c. ſolitæ. de ma. & obe. Fran. Aret. in l. Gallus. in § nũc de lege. ff. de lib. & poſt. Ant. But. in c. cũ cauſa. de emp. & ven. Frã. Cur. Sẽ. cõſ. 77. Domina Frãciſchina. col. pe. ver. & ſi diceretur, quib' addes Frã. Are. in l. liber homo. in §. decem. col. 1. ff. de ver. obl. inquit enim tolerandũ, cũ id quod tacitè inerat, exprimitur, & repetit Carol. Ruin. cõſ. 168. Ieſu Chriſti. col. vlt. n. 15. lib. 1. & Andr. Tiraq. in com. de vtro. ret. §.

ret.§.21.glo.vnica.pag.571.& ſeq.

46 † Nouiſſimè ex ſententia Bar.& iam dictis notandum pataui illam propriè mercaturam dici, cũ obligationis actus vltrò citroque interuenit. Quæ ſententia Bart.in l.legatis placuit Iaſ.in l.cætera. in §.ſed & ſi quis.nu.11. ff.de leg. 1. & ſubdit probari in l.ſi quis ex arg.in §.rationem ff.de eden.& in eadem opin.eſt Bertran.in tract.de gab. in 7.par.nu.48.to.6.& Dec. in conſ.493.Viſo tenore.enim 12.Et ex his,quæ propoſuimus ad l.legatis.nouam, & forſan veram interpretationem habes.Legatis enim ſeruis, exceptis negotiatoribus,ſi ſerui aliqui pecuniis fœnerandis præpoſiti eſſent, & illi excepti intelligerentur,quoniam ſunt negotiatores,vt latè ſuprà oſtendimus:licèt Bartolus contrà ſenſerit,dum inquit legem illam intelligi,quando contractus vltrò citroque obligationis interuenit, ne te Iuriſc.exempla moueant,quæ obligationes huiuſmodi reſpiciunt: Eſt enim iuris non ambigui exẽpla,neque regulam. neque vim vocabuli reſtringere, ſed & illud obiter notandum eſt Accur. toto (vt aiunt) cœlo errare in exponẽdo verbũ obſonatores,de quo in d.l.legatis.ſunt enim obſonatores,ſeu
47 opſonatores †(vtrunque enim dicimus)qui emũt obſonia,& coquo ad coquẽdũ tradũt.Senec.ad Luc.Adiice obſonatores,quib' dominici palati notitia ſubtilis eſt,qui ſciũt, cuius illũ ſa por exciter, Græcè ὀψώνιον.Dicitur autẽ obſoniũ, quicquid in comedẽdo additur pani & vino,erãt enim ſerui à dominis præpoſiti ad emẽdũ obſonia,vnde obſonio,verbũ.de quo Teren.in Adelph.obſonat, potat,olet vnguenta de meo.

48 † Quæritur apud Bar.in ea l.legatis.an qui tantum prædia propria locat,& aliorum conducit, mercator ſeu negotiator ſit?& quoniam inquit, vt quis ſit mercator vel negotiator quæſtuariam negotiationem faciat, opus eſt, negat hunc mercatorem eſſe, citat l ſi cum villico,vbi caſum eius de quo quæritur, eſſe dicit.ff.de inſti.& in ſuprà dicta verba ſcripſit Bar.& alij plerique conſentiunt. Probat enim Alex. in l.diuortio.n.26.ff ſolu.matri.& Aymo.Crau.in conſ.6.n.111. &.n.115.citat.complures alios,& Ber.in tract.de gab. in 7.par.nu.48.tom. 6.& pro hac ſententia citari poteſt tex.in ca.eiiciens,ver.Dicet aliquis. 88.diſtinc.& ꝙ ſcrepſit Abb.in conſil.6.caſus 2.in 1.par. Ait enim negotiatorem appellandum non eſſe illum, qui vinũ ſeu frumentum in fundis propriis recollectum vẽdidit. Quem refert ac probat Dec.in conſ.472.teſtator legauit.in fin.Sed & his illud ego addẽdũ puto, eum qui agris colendis quæſtus cauſa operã dat, negotiatorem,non autem mercatorem dici poſſe, vt rectè.l. quicunque.in §.Labeo.ff.de inſtit.vnde negotiatores, non autem mercatores dixi poſſe reor, qui agros cõducunt,ipſoſque colunt,& eorum opera queſtus cauſa huic negotio ſe dedunt,& in hoc ſe exercẽt, vt pleroſque facere videmus. Mouet etiam, quia generale verbum,quod non ſemel oſtendimus.

49 † Scio & illud in dubium veniſſe,ſunt qui trans mare negotiantur,emuntque ac vendunt merces, & etiã domi pharmaca conficiunt, officiniſque aſſident, nũ hi mercatores cenſendi ſint? & relatum eſt apud Alciatum, in l.mercis. pag.3. hos mercatores dicendos eſſe, ſi id principaliter agant, id eſt, principaliter ſe vẽdendis emendiſque mercibus exerceant.Citat elegantẽ tex.in l.legatis.in §.ſi vnus.ff.de lega.3.vbi Iuriſconſultus inquit ſeruũ cedere legato eius artificij, in quo magis verſatur.Quæ ſentẽtia confirmari poſſe videbatur ex his, quæ Gemin.inquit in c. cùm expe-
50 diat.de electionibus.libro ſexto.in † hæc verba, ſi actus eſt miſtus,& compoſitus ex duobus ſimplicibus, ab altero ex illis ſimplicibus denominãdus eſt, quem facere intendit ille,qui miſtum actum agit,idque notauit ex gloſ.eſtque vulgaris regula in his.quæ miſturam habent,quod præualet,inſpiciendum eſſe.l.quæritur.ff. de ſtatu hominũ.l.ſed & quæſitum.ff.de libe.& poſtum.Accedat vulgaris l.ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum petatur,cum his,quæ ibidem Dd.ſcripſere,& vt propiùs ad rẽ accedamus Alciati ſententia, authoritate Barto.confirmari videbatur:qui in citata l.quæritur,inquit in verba infraſcripta, Si aliquis tanquàm mercator vocatur ad aliquod munus,tabellionum finge,& peritus eſt in vtraque arte,cui magis debet obedire?& putat arti,ſeu officio cui magis adhæret.& citat d.l.legatis.§.ſi vnus. Verùm licet prędictorum authoritas, & rationes adductæ me valdè mouerint:cõtrarium tamen puto verius, hos, ſcilicet, mercatores non eſſe.Mouet me ead.l.legatis.in §.ſi ex officio cõſiderando. hoc modo mercator dicitur gerere officium,vt probat Signo.in conſi. 95.nume. 25. & probauimus ſuprà verſic.rurſus quæritur.At qui pharmaca conficit,& officinis aſſidet,dicitur artifex,& in ar-
51 tificio eſſe. † officium autem artificio mutatur, non idem econtrariò, vt probat Iuriſconſultus vbi ſuprà. & in l.ſeruis.in §.ſeruis.eo.titu. Et prædictorum differẽtiam reddit gl.in §.ſi ex officio. quam approbat ibi Bart.officium artificio ideò mutari,non autem econtrariò,artificium officio,quoniam artificia potentiora ſunt,& quædam animi aſſiduitate dicũtur,eò quòd inde vberior,& honeſtior quæſtus percipitur, officia verò ad tempus, & propter vrgentes neceſſitates ſumuntur, & officium eſt, quod habetur à natura ſine doctrina. Artificiũ verò ſine doctrina haberi nequit, vt notauit ibi Bart. & in l.ſi non ſortem aliàs incipir, indebitum.in §.ſi libertus.num.8. ff. de cond.inde.& Luc.de pen.in l.1.in prin. & in l.ſi nu.7.de excu.arti. C.vbi inquit artificium mutare hominis conditionẽ, & potentius eſſe officio,refertque verba Accurſ.proximè relata.Sequitur ergo id genus hominum denominandum potius eſſe ab artificio,tanquàm potẽtiori,cùm artificium extinguat nomen officij, ex conſequenti non eſſe mercatores. Et hæc ſententia comprobari poteſt ex his,quæ ſcribit Archid.in ca. ſi duo de offi deleg.Ait enim,ſi duo permiſceantur, quorum
52 alterum ſit potentius altero,† potentius quod eſt,attrahit ad ſe naturã minus potẽtis:& ſi debilius in numero,excedat illud ꝙ eſt potẽtius.citat c.aqua.de cõſe.eccle.vel alta.Rurſus cõfirmatur ex his,quę ſcripſit
53 gl.14.q. 3. in ſumma in fi. † licitũ eſſe clericis emere rudẽ aliquã materiã, & inde aliquod artificiũ facere, ſi eis ſua non ſufficiũt.91.diſtinct.ca.clericus victũ.& tũc ſubdit nõ acquiri lucrũ ex negotiatione,ſed ex ar-
54 tificio,ꝙ & Apoſtolis licebat.21.q.1.c.1. † Accedat, quòd Dd. noſtri dicũt, ſi cõpromiſſum factum eſt in duos arbitros,quorum alter eſt clericus, alter laicus, reductio ad arbitriũ boni viri petẽda eſt corã iudice eccleſiaſtico,epiſcopo,ſeu vicario:ſecundũ Bald.in l. præcipimus.C.de appel.Iaſ.in l.imperiũ.col.2.n.3.ff. de iuriſ.om.iud.Rom.conſ.265. addit. ad Abb,in ca. quintauallis.n. 38.de iure.Matth.de Affl.dec. 51.itẽ fuit.Staphi.in trac.de literis gratię,& iuſti.pag.mihi. 158.hoc tamẽ vltimũ nõ ex omni parte cõcludit.Sed ex iã dictis reſpõdẽdũ puto in ꝓpoſita quæſtione, vt ſuprà.Nec obſtat text.in §.ſi vnus. quoniã ſeruus ille plura artificia habebat,nimirũ ſi cedit legato eius artificij,in quo plerũq; verſabatur.At in caſu noſtro ꝓponitur quępiã ex officio ad artificiũ ſe dediſſe, vnde præualet artificiũ,vt probatur in §. ſi ex officio. & ad interpretationẽ ſi libet,quę ſtatim dicemus,legito,Minus &

nus & moueat, quod ex ſententia Gemi. retulimus, quoniam dico non admittendum vbi alterum altero mutatur, prout in propoſita facti ſpecie, officium artificio mutatur, & lex nominat ab artificio, tanquam potentiori. Poſtremò ſententia Bartol. quæ noſtram
55 interturbare videbatur, non moueat. † diuerſa enim eſt quæſtio à noſtra, & commune nihil habeat. Apud eum enim quęritur, cui magis debeat obedire: Noſtra autem diſputatio eſt, an dicatur mercator, vel artifex, vel veriùs (quod mihi liceat dicere pace tanti viri) errauit Bart. in eo iudicio, vbi miſtura eſt officij & artificij. Nam tabellio dicitur artem exercere, vt ſcripſit Ang. in conſi. 33. ſupradicta reformatio citat l. 1. & l. medicos. C. de prof. & me. lib. 11. vnde ſententia Bar. informari videbatur excitato per nos. §. ſi ex officio & his, quæ dixit Bart. in l. quæritur. adde. Bald. in l. pe. C. de conſt. pec. cir. fi. & Aſten. in. 3. vol. de cō. & Dec. in verbo, mercator. hi enim & additi ad ea, quæ ſcripſit Bar. nonnihil ſcripſere: non tamē quæ nos diſſeruimus attigere.
56 † Proximè accedit his, quæ nuper diximus, quæ nunc ſe offert hæſitatio. Videmus quotidie in variis & diuerſis mercium generibus complures ſe exercere. Nihilque prohibet id fieri. l. procuratoris. §. ſi plures. ff. de trib. l. cuicunque. in §. Labeo. ff. de inſt. & vnuſquiſq; mercator à merce, in qua verſatur nominati ſolet. l. cum duobus. §. quædam ſagariã. ff pro ſocio. Verbi gratia, mercator lanæ, mercator coriorum. A qua ergo negotiatione ſeu merce id genus hominum appellari debeat, quæri poteſt? & reſpondendum de iure videtur, mercatorem huiuſmodi nominandum ab illa negotiatione, in qua plerunque verſatur. d. l. legatis. in §. ſi vnus. l. eius. qui §. 1. ff. ad muni. & probari hæc ſententia poteſt ex pluribus ſimilibus locis, quæ copioſè & eleganter retulit Iaſ. conſi. 74. in caſu, volum. 3. & ex his, quæ ad rem noſtram non in ſubtiliter ſcripſit Signo. in conſi ſemel atque iterum relato. nu. 95. & huc ſpectaret, quæ ſcripſit relatus Barto. in l. cùm quæritur. ff. de ſta. homi. Rurſus ad rem facit. quod idem Bar. ait in l. Ariſto. ff. de dona. num. 2. dum docet ad diſcernendum contra-
57 ctum permutationis, † à contractu venditionis in re dubia inſpiciendum eſſe, ſi maioris valoris ſit res, quę datur pro re, quàm pecunia permutatio iudicetur potius, quam emptio & venditio, & ſcribunt Iuris interpretes, & præcipuè Iaſon in l. 2. in ſi. prin. ff. ſi cer. pet. & in c. ſi quæſtiones. extra de rerum permut. & ſexcēta Dd. loca refert Andr. Tiraquel. in com. de vtro. ret. §. 30. gloſ. 1. nu. 9. & numeris ante pag. 542. ad quem in hac materia ſemper confugito. Ego tamen ſemper putaui prædicta in re dubia admittenda, vel vbi mercatura minus potens ſtare nequit cum principali. Secus, ſi alia mercatura, in qua minus verſatur, nil prohibet, quin cū alia cōcurrat, in qua plerūque verſatur, & quæ principalis eſt, quoniā ea mercatura, quæ non æquè principalis eſt, tūc etiā cōſiderāda eſt, quemadmodū dicimus de miſto ſeparabili. Nā tūc prout de quolibet ſimplici iudicatur, vt ſcribit Ang. in l. 2. ff. de verbor. obligat. & hāc interpretationē veram eſſe puto, & probari ex cōmētariis. Deci. in l. rogaſti. ff. ſi
58 cer. pet. n. 7 † qui putat l. quęritur. ff. de ſta. hom. & §. ſi vnus hāc interpretationē recipere ac etiam ſimilia, quando ꝙ principaliter agitur ſe (vt eius vtar verbo) nō cōpatitur cū eo, ꝙ in cōſequētiā venit, tūc ꝙ principale eſt inſpiciamus. Secus verò, ſi id ꝙ in cōſequētiā venit ſe cōpatiatur, hoc enim caſu illa qualitas etiā minus potēs ſpectari ac cōſiderari debet, hāc noſtrā interpretationē ſenſit Sign. in relato loco, dū cōtraria ſoluit Dec. vbi ſupra poſſe aliquē in albo deſcri-
59 bi in diuerſis ſeu duobus exercitiis, & † vt ipſe dicit, matriculari, & oneribus vtriuſque artis aſtringetur: vt not. Ro. conſi. 422. iſte Franciſcus. Hæc enim delatio ſeu in albū aut matriculam deſcriptio aliquē ad onera ſubeūdum arctat, quamuis parum in illo exercitio ſe exerceat, citat Bald. in rub. de conſti. pecu. in fin. & eundē Bald. in l. pe. C. eo. tit. quibus proximè ſcriptis addes ipſe, quæ nos in vltima parte dicemus, cum de conſtitutionibus mercatorum diſſeremus. ver. ſubiūgit idem Bald. & ſuperioribus, quæ ſtatim dicemus.
60 † Agitata eſt illa quæſtio, nec ab re proponenda, num vt quis mercator dicatur, neceſſarium ſit, vt ampliorum ſubſtantiæ partem in mercibus conculent. In quo iuris articulo, Dec. in c. 1. nu. 29. extrà de iudiciis, inquit neceſſariò id requiri: Abb. ibidem ſenſiſſe, qui citat. l. ſemper. in §. negotiatores. ff. de iure immu. & addit. Bart. in ead. l. in §. negotiatio. in eadē opinione fuiſſe. & in rub. de naui. lib. 11. & Alex. ex facto cōſultū idē reſpōdiſſe, vt patet cōſ. 108. viſo themate. libr. 4. Subiicit idem Deci. hanc ſentētiam ſimpliciter intellectam, abſurdū cōtinere eueniret enim, vt qui ſæpiùs & longo tempore ſe in mercatura exercuiſſet, priuilegiis mercatoribus conceſſis non frueretur. ſi bona immobilia, quæ mercator habet, merces ipſas in valore ſuperarent. Vnde hanc ſententiam intelligendā putat in eo in quo plures qualitates cōcurrerent, in quibus inter ſe eſſet repugnantia. Tunc inſpicienda illa eſt qualitas, in qua magis verſatur, & quæ præualet l. legatis. §. ſi vnus. ff. de leg. 3. & l. quæritur. ff. de ſta. hom. Vel. hæc ſententia accipienda eſt, quādo fraudis eſſet ſuſpicio, vt quia ſe quis mercatorem fingeret cum non eſſet, citat Barto. in relata rub. de naui. Pro qua vltima declaratione addo ego tex. in l. 3. in §. diuus quoque Pius. ff. de iure immu. Hactenus Deci. in ſupra ſcripta, ſeu verba ſimilia, qui addit, quod primo loco dixit maximè procedere, ſi is in mercatorum albo deſcriptus eſſet. & adde eundē Deci. in l. rogaſti. in princ. num. 7. & ſequ. ff. ſi cer. pet.

Ego autem in hoc iuris articulo admodum neceſſario, fremant qui velint, dicam audaciùs quid ſentiā, puto enim de duobus ſeparatim quęrendum eſſe. Alterum eſt, an vt mercator quis cenſeri poſſit, neceſſe ſit maiorem facultatum ſuarum partem in mercibus, ſeu mercatura habere? Alterū, num mercator ampliorem ſubſtantiæ partem in negotiationem non habēs, potiatur immunitatibus mercatoribus conceſſis, ſiue à iure communi, ſiue municipali lege? In prima igitur quæſtione illum ego puto mercatorem rectè dici poſſe, quem ſuprà primo loco deſcripſimus, ſeu definiuimus: & nō puto oportere ampliorem ſubſtantiæ partē in mercibus habere, quod etiā cōprobare poteris ex pluribus, quæ ſcripſimus ſuprà ver. itē quęro, an qui ſemel. & quæ ad hunc locū pertinent illinc aſſumens, nec legi tex. dicentem id eſſe neceſſarium, nec Bar. expreſſe dicit in citata rub. de naui. vt refert Dec. & minus Alex. in citato conſ. & Abb. ſimiliter. id non exprimit, licet id innuat cum relatis dum citat text. in l. ſemper. in §. negotiatores. ff. de iure immun. Verum
61 † quia huic ſententiæ noſtræ valde aduerſari videtur citata l. ſemper. in §. negotiatores. verſicul. diuus Adrianus. & §. negotiatio. ea l. reſpondemus hos text. loqui in quibuſdam negotiatoribus, & quidem publicis. ſeu ad publicam vtilitatem deſtinatis, & cauſa immunitatis principalibus cōſtitutionibus certa forma conceſſæ. Et quoniam præfationes, & libentiùs nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducunt, & cùm ibi venerimus, euidentiorem præſtant intellectum, vt inquit Iuriſconſultus in l. 1. ff. de orig. iur. præfari

fari libet, fuiſſe negotiatores, qui annonam vrbis adiuuabant. Item nauicularios, & quidem publicos, qui annonæ vrbis ſeruiebãt, vt in rubr. C. de naui. ſeu nau.
62 public. † & hi immunitatẽ à muneribus publicis conſequebantur, vt dicit Iuriſconſultus ad verbum in l. 5. in §. negotiatores. & forſan alij erãt nauicularij, & alij negotiatores, vt probari videtur apertè, meo quidem iudicio, ex verbis Iuriſconſulti, vbi ſupra & in aliis locis. d. l. & in l. nauicularij. ff. de mun. & hon. or. eſt enim copula inter hos, quæ inter diuerſa plerunque adijci ſolet, licet Barto. in d. rubr. ea ſententia Accurſ. ſcripſerit, nauicularios dici tribus modis. Primo, illos qui naues faciunt: deinde, qui in mercaturam nauium ampliorem ſubſtantiæ partẽ contulerint. & illos tertio, & poſtremo, qui naues ducunt, & idem Accurſ. ſenſit in citato §. negotiatores in ver. annonæ vrbis in verſi. ſunt & alij, qui maiorem partem facultatum habent in negotiatione, & in illis omnia ſunt neceſſaria, quæ in nauiculis, vno excepto, quòd non ſeruiebant annonæ vrbis. hactenus Accur. Sciẽdum eſt etiã nauicularis quadam forma, & lege immunitatẽ fuiſſe conceſſam, vt dicit Iuriſconſultus in ea. l. 5. in §. immunitati. in illis verbis immunitati, quæ nauiculariis præſtatur certa forma data eſt. Et ſi non omnia, quæ principalibus conſtitutionibus cauta erant eis congruebant, non poterant vti priuilegio ſibi indulto, vt Iuriſconſultus ſubſequitur. Idem arbitror negotiatoribus huiuſmodi immunitatem fuiſſe cõceſſam principalibus conſtitutionibus certa lege; quemadmodũ nauiculariis, vt tales negotiatores, qui annonam vrbis adiuuabãt, frui priuilegio immunitatis poſſent. Cautum enim erat, vt maiorem partem facultatum in negotiationibus contuliſſent. Idque probatur etiam in l. nauicularij. & in d. §. diuus Adrianus. Adeò quòd ſi aliquis negotiator talis locuples factus eſſet, propter legem, & formam datam immunitati, erat exercenda negotiatio per incremẽta facultatum, vt dicitur in §. negotiatio. ea. l. & prædicta lex, & forma immunitati data erat, ne quis negotiator, ſeu nauiculator, negotiatoris, ſeu nauicularij ante dicti imaginem ſe indueret, vt ſubſequitur Iureconſultus. vbi ſuprà. Ex quibus præfationibus euidenter patet. §. diuus. & §. negotiatio mouere non poſſe. Et nõ eſſe neceſſarium. vt quis dicatur mercator, maiorem partem ſubſtãtiæ in mercibus contulerit. Loquuntur enim in publicis negotiatoribus, & quibus certa lege & forma immunitas conceſſa erat, & ſpecialiter, vt maiorem partem ſubſtantiæ in mercibus habeant. Quod & fortius procedit, ſi ſecundum Bartol. & Accurſ. nauicularios, & negotiatores eoſdem fuiſſe admittamus: hi enim publici negotiatores erant, vt conſtat ex rubr. citata, de nauicu. & nau. publ. Nil mirum ergo, ſi immunitatibus, ſeu priuilegiis vti non poterant, quoniam (vt oſtendimus) certa forma immunitatis data erat d. §. immunitati. Et illud etiam tento dicere negotiatores, qui annonam vrbis adiuuabant, quiue immunitatem habebant, vt ſuprà, illos fuiſſe, de quibus meminit Impe-
63 rator in l. ceſſante. C. de commer. & merca. † qui erãt n. 563. Idque cõprobatur, quoniã lex illa inſcripta eſt præfecto prætorio, & intelligo vrbis Romæ κατ' ἐξοχὴν ἀντονομασίαν. §. ſed ius quidẽ ciuile, Inſtit. de iur. nat. Non autem præfecti Orientis, ſeu præfect. præt. Aphr. & quia in titulis ſitis in C. additur, licet gloſſ. & Dd. in l. ceſſante. intelligant de illis mercatoribus, qui ad domum principis pertinebant, quibus obſtant duo. Alterum eſt, quia num. 563. videtur nimis magnus ad domũ principis: arg. etiam l. 1. C. eo. de com. & merc. conſiderando illa verba negotiatores (ſi qui ad domũ noſtram pertinent.) & reliqua. Alterum eſt inſcriptio facta præfecto prætorio, de qua diximus, & his addes §. negotiatores. in publicis negotiatoribus locum habere. Pet. Ant. ſenſiſſe in tract. de mun. ſtatim referendus & legitur in l. 1. in §. Item collegium. ff. quod cuiuſque vni. Nauiculariorum corpus ſeu collegiũ, qui & in pronunciis ſunt Senatuſconſul. & principalibus conſtitutionibus fuiſſe confirmatum, & de negotiatoribus, qui imperiali deuotioni deſeruiebant, vide l. negotiantes. C. de excuſa. mu. lib. 10.

Conſequenter & mouent nos, quæ adduximus & conſiderauimus, immunitatibus & priuilegiis à lege municipali cõceſſis, mercatores qui non ampliorem ſubſtantiæ partem in mercibus habent, frui atque potiri poſſe, & à Decio non diſſentimus, licèt difficile à tot legum prudentum verticibus diſceſſerimus, præcipuè quia Alex. in citato conſi. ſecundum illam ſententiam, & Papienſe & Mediolanenſe conſilium pronuntiaſſe referat, & quibus addimus Iaſ. idem ſentientẽ in l. ſcriniario n. 8. C. de teſta. mili. Sed poteſt forſan vnius & deterioris ſententia, & multos & maiores in aliqua parte ſuperare: vt inquit Imperator in l. 2. in §. ſed neque ea multitudine. C. de vete. iur. enu. & hãc noſtram ſententiam intelligimus, dummodo quæ in definitione diximus concurrant, & ſecundum eã, quæ ex ſententia Decij ſupra retulimus, & non ab re eſſe hic putauimus, quæ Pet. Ant. in tract. de mune. ſub n. 50. in 3. parte princ. plenè quidem circa immunitatẽ à iure communi negotiatoribus conceſſam ſcripſit,
64 ad verbum referre. Ait enim, interdum † excuſatur quis à muneribus propter negotiationẽ, quam gerit in quo ſic diſtingue ſecundũ Vg. Ro. & Bert. de Deut. Aut enim gerit priuatam negotiationem, & ad priuatum commodum, & non excuſatur. ff. ad muni. l. filij. §. fi. ff. de mun. & hon. l. fi. §. ab huius. Aut gerit publicam, & ad publicum commodum, & tunc excuſatur à perſonalib. & à mixtis, & hoc quandiu negotium gerit: concurrentibus tamen, quæ debẽt cõcurrere. Quæ omnia dic, vt ff. de iure. immu. l. ſemper. §. negotiatores. in gloſſ. ſed an à patrimonialibus excuſetur, gloſſ. mouet. C. de nauicu. l. nauicula. forſan voluit citare gloſ. in l. negotiantes. C. de excu. mun. lib. 10. & videtur negare. Pro qua facit, quia licet ſint abſentes cauſa Reipub. vt in d. § negotiatores. tamen ob id à patrimoniali non excuſantur, vt in milite diximus. l. ſunt munera. ff. de vaca. mu. iuncta l. pe. ff. ex quib. cau. maio. Et ad id facit, quod notatur. ff. de mune. & ho. l. & qui origine. §. fi. contrarium notatur in d. §. negotiatores, & hoc videtur verius: vt 10 §. licet. in l. ſemper. in gl. ſumẽdo à cõtrario ſenſu, & poteſt eſſe ratio, vt gaudeãt in bonis, qui de bonis ſeruiunt, & ita non obſtat, quod de milite eſt argumẽtum, quia tales perſonæ ſeruiũt. arg. l. milites. qui à Rep. C. de re mili. Aut gerit negotiationem priuatã ſed ad publicum cõmodum, & idem priuilegium habet iiſdem iuribus, ſed vſque ad quinquenniũ tantùm d. l. nauiculare. iũcto §. negotiatores, ſuprà citatis: & dic vt ibi, aut gerit publicã, ſed ad priuatum commodum, & tũc nullum habet priuilegium, vt ff. de iu. immu. l. 1. hactenus Pet. Ant.

65 Offert ſe † nunc alia controuerſia, quæ ad hãc partem attinet, mercator mercaturæ officium exercuit, & in albo mercatorum deſcriptus eſt, ſed nũc mercaturã exercere deſtitit: num is mercator dicẽdus ſit. adeò vt priuilegiis mercatoribus conceſſis vti poſſit? Bart. tractat in l. 3. in §. quibuſdam. ff. de iur. immu. & ſe nõ exercẽtes priuilegiis frui poſſe negat, motus Iuriſcõſulti verbis, ea l. in § negotiatores. qui ait, negotiatores à muneribus publicis immunitatem conſequũtur,

quamdiu

quamdiu in huiuſmodi actu ſunt. Citat etiam elegan-
tem tex. in l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſanct. eccleſ.
& hanc ſententiam probauit Abb. in c. 1. in fi. de iud.
& Iaſon. in citata l. ſcriniarios. & cõfirmari videbatur
ea l. 3. in §. diuus in illis verbis, licèt in corpore naui-
culariorum ſit, & reliqua.

Nec huic ſententiæ aduerſari videtur quod ſcripſit
Ang. conſi. 53. ſuprà dicta prima, vbi in ſimili quędam
iura referendo ait, ſufficere quempiam deſcriptum
in matricula, licet tempore, quo immunitate & priui-
legiis vult vti, non exerceat. Quoniam conſtitutio, de
qua meminit, ſolùm reſpiciebat exercitium tempore
deſcriptionis, in matricula ſeu albo, ac quo in nume-
ro aliorum referebatur, & in ſacculo ſeu pyxide im-
mittebatur. Sed illa incurrit inſpectio in ambiguo,
quid conſtituendum ſit. vnde Alex. in addit. ad Bar. in
d. l. ſemper. in §. negotiatio, ex ſententia Iac. Butr. in
proœ. ff. inquit, aut ſumus in claris, quòd is mercatu-
ræ officium deſeruerit, & non exerceat, & non eſt
mercator modo, & ideò diſpoſitio, quæ de mercatore
loquitur hunc non comprehendit, quod confirmat
prædicta, & cõprobare poteris, ex his, quæ Sign. ſcri-
bit in conſ. 95. ſæpius relato, ſub nume. 21. & in conſ.
245. numero 1. in quæſt. qui inquit non ſufficere de-
ſcribi quempiam in matricula ſeu albo mercatorum,
niſi re exerceat, & ſubdit dixiſſe poſt Iac. Butr. vbi ſu-
prà. Aut ſumus in dubio, & tunc ſi ſolitus eſt mercari
præſumitur durare, & animum non habuiſſe, nec ha-
bere deſerendi exercitium §. pauonum. Inſti. de re. di-
ui. Proximamque conſuetudinem reſpiciendã inquit,
non remotam. ff. de aliment. & ciba. lega. l. Mella. §. 1.
Addes etiam prædictis, quæ ſcripſit Bartolus in tra-
cta. teſti. numero 65. verſicul. aliquam ex prædictis,
quem videas: pertinet enim ad prædicta is locus, & in
præcedenti nu. ad inſtituendum, atque articulum ſu-
per mercatore concipiendum. Item addes addi. ad
Feli. in proœ. Greg. & denique, & hæc his, quæ dixi-
mus ſuprà verſi. item quæro, & illa iſtis adiicies.

66 † Scio & illud apud Alc. tractatum eſſe in l. mercis.
ff. de ver. ſig. pag. 3. quod hunc admodum ſpectat, an
mercator ſit dicique poſſit ille, qui mercaturę officiũ,
per ſe non exercet, ſed inſtitorum opera, ac ſeruorum
vtitur: & putat ſi nullo modo ipſe negotium tractet,
verius eſſe mercatorem non eſſe, ſed ſi & ipſe aliquan-
do rationes excutiat, emitque & vendit mercatorem
eſſe non negat, quæ ſententia vera eſt, & placuit Lud.
Ro. Franc. de Are. & Iaſ. in l. ſcriniarios, nume. 8. C. de
teſta. mil. & ſubdit ſenſiſſe Bart. in l. fi. ff. de exc. tut.
motus illa lege, quicquid Alex. ſcripſerit in l. diẽ fun-
cto. numer. 23. de offic. aſſeſ. & quotidianum eſſe, ad
noſtræ ætatis mercatores, & hanc ſententiam ex defi-
nitione ſeu deſcriptione primo loco per nos tradita
confirmabis, his etiam addes, quæ infrà ſubiiciemus,
in ver & illud eleganter. in fin. num. 72.

67 † Belliſſimè etiam dubitare poſſet aliquis. nũ mer-
catoris appellatione, campſores contineantur, & Pau.
Caſt. in l. in eum ff. de inſti. cõtineri putet, citat l. vni.
C. nego. ne mili. lib. 11. Ego autem mecum ipſe cogi-
tabam vulgare hoc verbum eſſe, & non tam barba-
rum, quam quibuſdam videtur. Nam & Priſcianus lib.
10. cap. 2. eoque vltimo, ait: Cambio, ἀμείβομαι, ponit
Chariſius, quod eſt permuto, & eius præteritum cam-
pſi, quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω, ἔκαμψα, Græco eſſe videtur,
vnde cãpſo quoque apud Enniũ lib. 10. leucaren cã-
piant, id eſt permutant, vnde item cãpſores collyby-
ſtas, atque trapezitas, ſiue menſarios, aut etiam numu-
larios vocamus. de quibus apud Alciatum libr. 1. Pa-
rerg. ca. 46. & apud Andr. Tiraq. in com. de vtroque
retr. §. 30. gloſ. 1. pag. 640. & Luc. de Pen. in l. ſi cohor-
talis in fin. C. de cohorta. libr. 12. Quibus addes apud
68 Ciceronẽ, Act. in Verrem 4. talibus collybum, appella-
ri pecuniæ permutationem, & detrimentum pecunię,
quod in permutandis nummis aſſolet fieri, vulgo, cam-
bio, & perdita de cagg nuncupatur, de quo Alciatus etiã
meminit, vbi ſuprà. Igitur his prętatis, quũ cãpſoribus
ea, quę in noſtra definitione ſeu deſcriptione diximus
nõ conueniũt, mercatores dici non poſſe puto, idque ex
diuerſo nomine etiam defendi poteſt l. ſi idem. C. de
iure codi. Nec moueat l. vni. C. nego. ne mil. loqui-
tur enim in argenti diſtractoribus, & hos negotiato-
res eſſe innuit. Quod & nos concedimus, & ſuprà o-
ſtendimus longam eſſe differentiam inter mercato-
rem & negotiatorem, ſed hoc vltimum verbum gene-
ralius eſſe, & illud non negauerim vulgi opinionem
ſpectandam eſſe, de qua diximus ſuprà verſicul. item
69 & illud eleganter quæritur. † An appellatione mer-
catoris contineantur iuuenes, qui cum ipſis merca-
toribus immorantur ad miniſterium, & mercaturæ
exercitium diſcendi gratia? In qua quæſtione diſtin-
guendum videbatur, ſecundum ea, quæ Barto. noſter
ſcripſit in l. legatis in §. ornatricibus. ff. de leg. 3. Pu-
tat enim diſpoſitionem ſeu rem de qua agitur, conſi-
derandam. Nam ſcilicet contineat beneficium vel
priuilegium, ſi beneficium addiſcentes contineri: ſi
verò priuilegium, ſecus. In illo enim §. legatis orna-
tricibus. eas cedere probatur, quæ per duos menſes
apud magiſtrum fuere, quę ſententia comprobari po-
teſt, ex his, quidem Bartol. Alexand. & Iaſ. ſcripſere in
l. 1. circa fin. ff. ſolu. matrim. & ſubiicit idem Bartol.
ſuperiori loco, fauore legati ornatrices addiſcentes,
cedere legato ornatricum & fauore legati eſſe. Imol.
in d. l. 1. etiam ſenſit. & vt ſuprà diſtinguendum in hæ-
ſitatione propoſita ſenſit Alexand. in addi. ad Barto.
in ea. l. legatis. in princip. ſub litera G. Scripſit enim
in hæc verba. An autem appellatione mercatoris vel
artificis veniat diſcipulus. vide Barto. in § ornatrici-
bus. infrà eod. Cogitanti autem mihi, propoſitam di-
ſtinctionem in quæſtione, de qua agitur, placuit ad-
mittendam non eſſe: quoniam mercator dicitur offi-
cium exercere, & officium habetur à natura ſine do-
ctrina vt ſcripſit idem Bartol. in §. ſi ex officio. Iure
enim gentium vnuſquiſque nouit emere, & vendere,
licet vnus alio cautius emat, ſecundum eundem Bart.
in rub. de naui. lib. 11. verum § ornatricibus, loquitur
in artificibus, vt ſenſit ibidem Bart. artificium autem
in doctrina haberi nequit. vt latè hæc oſtendimus ſu-
prà, verſi & cùm omnes in aliquo artificio adhuc di-
70 ſcere poſſint, † nimirũ ſi addiſcẽtes legato illius artifi-
cij cedũt, alioquin nullũ cedere legato neceſſe ſit, cũ
omnes adhuc diſcere poſſint, & omne artificiũ incre-
mẽtũ recipiat, idq; humanę naturę cõgruũ eſt: omnes
enim natura ſcire deſideramus auctore Ariſto. in prin
cip. 1. lib. Metaph. Vnde Iuriſcõſultiſſimi Iuliani ſen-
tẽtia, Etſi alterũ pedẽ in ſepulchro haberẽ, adhuc ad-
diſcere quidẽ vellẽ. & hãc diſcẽdi cupiditatẽ, ſolã vi-
uẽdi rationẽ optimam, in extremũ vitę diẽ ducere de-
bemus. l. apud Iulianũ. ff. de fide liber. Cùm igitur ſi-
mus in diuerſis, & ratio prædicta Iuriſcõſulti in mer-
catura (quæ eſt officiũ) ceſſet, conſequenter relata di-
ſtinctio quæſtioni noſtræ non congruit. Puto itaque
illud ſpectãdũ eſſe, in huiuſmodi iuuenibus, nũ ea, quę
in definitione diximus conueniant: ſolent enim & ibi
plerunque mercaturam exercere, & ſi conueniãt mer-
catores eſſe, ſi verò non conueniant, non eſſe.

71 † Et his addes, quod inquit Bart. in §. ornatricibus,
in legatis fieri latiorem interpretationem, & illam le-
gem pro-

gem procedere in caſu ſuo fauore legati, quod etiam probauit Ino. in d.l.1.ff.ſol.mat. expeditum non eſſe, lex enim in teſtamentis. ff. de reg. iur. in legatis non procedit, quoniam in his diſtrictè procedimus. l. numis. ff. de leg. 3. l. apud Iul. §. Seio. ff. de leg. 1. & declarat Dec. in d. reg. in teſtam. & in conſil. 289. nõ eſt patui. Vnde conſequenter tento dicere, in §. prædicto, in legato ornatricũ, & cedere illas, quæ per duos menſes apud magiſtrum fuère non fauore legati, vt dicebat Bart. aduerſatur enim l. numis, ſed illa ratione, & quidem eleganti ipſius Iuriſconſulti, quam ſuprà retulimus, qua ratione Iuriſcõſulti diſtinctio Bartoli etiã peruerti videbatur, & licèt prædicta ex mẽte legum eſſe putem. Tanta tamen eſt Bart. authoritas. vt ab eius reſponſis nefas quodammodo ſit recedere, ſemel igitur atque iterũ cogitabis. Addes etiam prædictis, quod eleganter inquit Angel. in l. quamuis. ff.

72 de acq. poſſeſ. † ſi lex municipalis de mercatore, ſeu artifice ſimpliciter meminit intelligendam eſſe in eo, qui proprio nomine mercaturam exercet, non autem alieno. Cuius ſententiam probat Dec. in conſil. 268. concluſio. in princ. citat text. in l. quæſitum. ff. de in ius voc. l. tutorẽ. ff. de his quib. vt ind. gl. in l. lis nulla. ff. de iud. & placet Aym. Crau. vt patet eius reſponſorum lib. 1. conſ. 100. in princip. ſed hæc magis forſan cõgruerẽt his, quæ proximè diximus ver. ſcio & illud.

73 † Denique illud quæſitum eſt, vnde dicatur mercator, & Sign. in citato conſ. 95. num. 25. inquit, mercator à merce dicitur, ſiue à mercando. Ego autem puto nõ à mercãdo, ſed à merce dici. Nec idem ſunt, quandoquidem verbum mercor, ſimpliciter emere plerunque ſignificat, vt dicam infrà verſ. Mercatus ſub nu. 91. & à merce mercatorem dici ſenſit Alex. in l. legatis. ff. de leg. 3. citat l. mercis appellatione. ff. de verbo. ſign. quæ l. hoc innuit. Et generaliter vnà cum Alex. dixerim, vbi ſuprà, ementes & vendẽtes res, quę mercium appellatione non continentur, mercatores

74 non eſſe. † His igitur cognitis, quæ ad propoſitam definitionem, & mercatoris nomen pertinent, incurrit hic alia inſpectio, vt quid ipſa mercatura ſit, videamus: & eſt relatum apud Signo. in eius reſponſis reſp. 95. num. 26. mercaturam officium eſſe, quod ratione quæſtus exercetur in rebus mobilibus comparandis, illis quoque diſtrahendis, & omnes definitionis propoſitæ partes defendere conatur. Quæ definitio, meo quidem iudicio, corruit, cum non conuertatur cum ſuo definito: iuxta l. 1. §. 1. ff. de dolo. & ea, quæ in initio diximus. Eueniret enim quod venalitiarij, de quibus diximus ſuprà verſic. tractare nõ eſt etiam ab re, mercaturam exercere dici poſſent, quod & verũ non eſſe eodem loco oſtendimus. Item verbum, quæſtus, accipimus in iure pro lucro honeſto, & inhoneſto. Pro honeſto, vt in l. coiri. iuncta. l. ſeq. Cuius initium eſt quæſtus. ff. pro ſoc. Pro inhoneſto, vt in l. palam. ff. de rit. nupt. Vnde & illos, qui dilata ſolutione cariori pretio merces vendunt, & de quibus meminimus ſuprà verſic. ex prædictis ſingulariter infero, & quos vſurarios potius nominãdos probauimus, mercaturam exercere diceremus. Rurſus verbum, rebus, nimis generale eſt. l. 1. §. rei autem verbum. ff. ſi certũ peta. ſeruos enim, & mancipia rei verbum continet. l. omnia. §. cùm ita. ff. de leg. 2. & ſcribit Decius in l. citata. l. 1. ſub num. 7. citat l. Paulus. ff. de pign. in §. fin. quibus ad. de Gulg. Bal. & Ange.. in l. 1. ff. de ſtat. ho. qui rerum appellatione perſonas quoque contineri ſcripſerunt, & licèt mercis appellatio ad res mobiles pertineat, non tamen ad ſeruos: vt in l. mercis appell. iuncta gl. & in alia l. mercis. ff. de verb. ſignif. Hi enim qui ſeruos emunt, & vendunt, venalitiarij, ſeu mangones, non mercatores nuncupantur, quod latiùs explicauimus ſuprà verſ. illud etiã quæri poteſt, ſub nu. 16. Vnde ita pleniùs & veriùs definiri, ſeu ſaltem deſcribi poſſe nobis videtur: Mercatura eſt officium, quod ratione quæſtus liciti exercetur in permutandis emẽdiſque frequenter mercibus, illis quoque non mutata per ſe forma, nec minutatim diſtrahendis, & quoniam quæ ſuprà diximus in definitione mercatoris, huc quoque ſpectant, ſingula repetere ſuperuacuum eſſe duximus. Bene eſt etiam, priuſquam ad ſecundã propoſitæ materiæ partem perueniamus, de ſignificatione quorundam verborum ad hanc rem attinenti breuiter differere. † Et illud primum quęritur, an mercis 75
appellatione, pecunia contineatur, & Bal. noſter in l. cùm proponas. C. de naut. fœ. ſub nu. 3. ſcribit in infra ſcripta ſeu ſimilia verba. Nota, quod hic ex quo nauis proſcribitur ratione illicitarum mercium, proſcribitur etiam pecunia, quæ erat in naui: hic enim erat mutuata pecunia, & illa fuit cum mercibus proſcripta. Item merces comparantur ex ea, & quæcunque alia. Non tamen dicas, ſi lex municipalis de mercibus loquatur ad pecuniam referatur, vt ff. de rer. permuta. l. 1. & ff. de leg. 3. l. ſi chorus. §. 1. hæc Bald. quem refert Aſten. in 3. vol. de conſtit. & decret. in verſic. merces, inquiens ſtatutum de mercibus loquens ad pecunias non trahi, ſecus verò de iure communi. Ego verò hãc diſtinctionem ſine ratione eſſe puto. Cur enim diuerſum in iure municipali, quàm in iure communi ſit ſtatuendum nõ video, & generaliter crediderim mercis appellatione pecuniam cõtineri, idq́ue fortiſſimo (ni fallor) argumento deducitur. Nam Iuriſconſ. inquit mercis appellationem ad res mobiles pertinere,
76 vt in l. mercis. ff. de verb. ſignif. † Sed mobilium appellatione, venit pecunia, ergo & mercis appellatione. Quòd autem mobilium appellatione, pecunia cõtineatur, probat l. mouentiũ. ff. de verb ſignif. & quia mobile omne id dicitur, quod ſui natura ad motum, ſeu mouendum eſt habile. Contra verò immobile dicitur, quod è loco ad locũ moueri nequit, vt ſcripſit Old. conſ. 219. factum tale eſt, dominus rex. idq́; verum eſſe puto ex in. & propria ſignificatione vocabuli, vnde aurum, argentum, pecuniæ, pecudes, libri, mobilium appellatione cõtinentur, vt probat Decius in conſ. 472. & ſeq. citat tex. in aut. de nupt. § & quia parum, & ibidem Ang. hoc dicentem, & reſpondet omnibus, quæ Corn. qui in diuerſa fuit ſententia, adduxit in conſ. 49. in præſenti conſultatione, col. penult. ver. circa pecuniam, lib. 3. Addo quod idem Dec. pleniùs attingens in conſ. 381. viſis his, quæ accuratè, ex verbis Iuriſcõſ. in l. ſi chorus. in §. 1. ff. de leg. 3. tres facti ſpecies non ineleganter conſiderauit.

Prima eſt in legato mobilium numos repoſitos, ſeu deſtinatos, vt mutuò dentur, non venire, & cùm Iuriſc. excipiat numos repoſitos, & qui mutuo dandi erant, omnes alios numos qualeſcunque eſſent, includi ſenſit. Exceptio enim facta in vno caſu, in aliis non exceptis regulam confirmat. l quęſitum. in §. denique ff. de fundo inſtr. & ſcribit latè idem Dec. in reg. 1. ff. de regul. iuris.

Secunda eſt, in legato mobilium includi numos repoſitos cauſa præſidij, & cõſequenter in ſpecie numos repoſitos.

Et illa tertia in legato mobilium pecunias venire citat pleroſq́; in hac ſententia fuiſſe, & probar, ſuperuacuumq́ue eſt referre, cùm Decij volumina præ manibus habeãtur, & ex his ſequitur l. ſi chorus, noſtram ſententiam potius probare. Nec moueat etiam l. 1. ff.

de rer.per.quoniam illud verbum, merx. ibidem pro
re vendita accipitur,vt Iuriſc.innuit, & interpretatur
Acc. Nec ex ea. l.inferri poteſt appellatione mercis,
pecuniam non contineri, ex natura enim contractus
emptionis & véditionis euenit,vt aliud ſit merx,aliud
pretiũ:ſicut enim aliud eſt emere,aliud vendere, alius
emptor, alius venditor:ita & aliud pretium, aliud res
vendita. Verùm & huic noſtræ ſententiæ aduerſari
videtur,quod Accurſ.ſcripſit in l.2.ver.quidenim, in
77 verb.ſi ſint.ff.ad leg.Rhod.de iac. † putauit enim gē-
mas, margaritas, & aonulos, merces dici non poſſe,
quod tamen te non moueat. Accur. meritò hoc loco
reprehendendus eſt autoritate Iuriſ.ea.l.§.cũ eadem,
vbi Iuriſ.in,hæc verba. Et ſiquidem tales merces im-
poſuiſſet,quibus nauis non oneraretur,veluti gēmas,
margaritas. Et hæc cum ſcripſiſſem, legi commenta-
rios Paul Caſtr.qui hoc ibidem notauit,& Acc. cita-
uit in ſuperiori, & relato loco,ſubditque ex facto agi-
tatam quæſt.cùm quidam mercator in quadam lanæ
ſarcioula gemmas,& margaritas immiſiſſet, & id pu-
blicano non denuntiaſſet, legeque municipali caue-
retur mercium aduectarum cauſa quiddam ſolui,alias
in commiſſum incidat ſarcinula, quæſitum fuit, num
mercium nomine margaritæ & gemmæ continerentur,
tur,& ait,ſe iudicem factum,& ſecundum mercatorē,
qui ſe certis conſuetudinibus mercatorũ defendebat
pronuntiaſſe,& rectiſſimè quidem putauit Paul. eùm
conſuetudines mercatorũ præcipuè inter ipſos mer-
catores ſpectandæ ſint. Planè & illud non negauerim
vocabula ſecundum communem loquendi vſum in-
tell:genda eſſe,qui præcipuus eſt,& propriç ſignifica-
tioni vocabuli præualet. Vnde & in hoc, & aliis vo-
cabulis acquieſcendum eſſet communi loquēdi vſui.
l.librorum §.quod tamē Caſſius.ff. de legat.3.de quo
78 ſuprà diximus verſ. item & illud. † Relatum eſt apud
Bart.in l.legatis.ff.de leg.3.ex facto propoſitã quæſt.
Huiuſcemodi lege municipali cautum erat, mercato-
res in mercantiis(vt Bart.vtat verbo) florenos certa
ſumma recipere obſtrictos eſſe: num & id in dote
procederet,& dos mercantia diceretur,hæſitatum eſ-
ſe,& reſpondit idem Bart.licet dotis contractus vltrò
citroque obligationem contineat, non tamen quæ-
ſtuarium actum eſſe,nec actum frequentiam,ſeu aſſi-
duitatem recipere, ſeu admittere, quæ in huiuſmodi
requiritur.l.1.ff de trib. & nos ſuprà plenius proba-
uimus,dotem igitur diuerſam à merce,ſeu mercantia
cenſeri,quæ ſententia Bart.vera eſt, & ſolicitam tan-
tùm dubitationem recipit.

79 † Vulgaris eſt etiam illa quæſtio, num (vt recētio-
res Iuriſc.dicunt)mercãtiæ, ſeu negotiationis appel-
latione legatum contineatur,& veriùs eſt non conti-
neri:ſecundum Bart.in l.cætera.in §. ſed & ſi quis. ff.
de leg. 1. citat l.legatis, vbi ſe ſcripſiſſe inquit. ff. de
leg.3.& licet nuncupatim non dixerit: id tamen ſen-
ſiſſe colligitur,quoniam in legato non eſt vltro citró-
que obligatio,quæ admodum neceſſaria eſt in nego-
tiatione,vt ex verbis,& mente Bar.in ſuperiori quæſt.
80 diximus † Vnde idem Bart. ait,ſi lege municipali ca-
uetur ex qualibet negotiatione, ſeu mercantia vecti-
gal ſolui,in legatis locum non habere, quæ Bart. ſen-
tentia recepta eſt, & omnes iuris interpretes conue-
niunt,vt Alexand.& Iaſ.in eodem loco retulere,ſolus
Iaſ. de illo non rectè dubitat. Tentat enim dicere ad-
mittendam hanc ſententiam,vbi ſimpliciter munici-
pali lege ex negotiatione,ſeu mercatura vectigal ſol-
ui caueretur. At vbi (prout in propoſita quæſtione)
81 † adderetur verbum, qualibet, ſub dubitat Monet
eum gloſſ ibidem,quę ſenſit legatum lata ſumpta vo-
cabuli ſignificatione,negotiationem dici poſſe, & in
82 l.Marcellus ff.de do.int.vir.& vxo. † Vnde propter
dictionem,qualibet, ſtatuentes etiam de legato ſen-
ſiſſe videntur,& probatur. Nam partis nomen, licet
ſimpliciter prolatum dimidiam ſignificet. l. nomen
filiarum.§.portionis.ff.de verb. ſign. vbi tamen adii-
citur dictio,aliqua,vt puta aliqua parte,propter adiũ-
ctam dictionem,aliqua,in minima interpretamur,ci-
tat gloſſ.in c.le.1.in verſic.aut earũ parte iuncto text.
de ſo.comp.quæ Iaſ. ſententia ex generali verborum
conceptione defendi poſſe videbatur,mercantia qua-
libet,iuxta ea,quæ iuris interpretes ſcripſere, & præ-
cipuè Bartolus in l.1. ff. de eo quod cert. lo. Rurſus
occurrit, quod ex facto conſulto placuit Veronenſi
in conſil.14.pro declaratione,nuper.11.refert enim
83 Angel.Peru.in conſil.283.viſo themate,† reſpõdiſſe
verba, quouis modo, omnes modos qui excogitari
poſſunt,ſignificare,& probat Mar.in conſil.80. num.
37. & propiùs ad rem accedens, defendi videbatur
opin. Iaſ ex his,quæ Geminia.ſcribit in cap.2.§.1.in
princip argum.illius text.de reb.eccle.non alie.in 6.
84 Inquit enim:† ſi municipali lege cauetur,ex quolibet
contractu vectigal ſolui propter generalia verba, re-
cognitiones (vt eius vtar verbo) de quibus in dicto
capite includentur, quæ tamen contractus nomine,
propriè non continentur,& probat ibidē Phil. Frãc.
& refert,ac valde laudat Mar.in l.vnius,in §.cognitu-
tum.ff.de quæſt.nu.28.& ſeq. Pari ergo ratione cùm
legatum lata ſumpta vocabuli ſignificatione negotia-
tio, ſeu mercantia dici poſſit propter illud vniuerſale
verbum credendum eſt,ſtatuentes,in legato quoque
locum habere ſenſiſſe.Accedant & quæ ſcripſit Bald.
in l ita nobis. C. de adult. & multa ſimilia relata per
85 Mar.vbi ſuprà.† Et illud præcipuè, lege municipali
ſancitum erat,maleficia quælibet à ſyndico commu-
nis denuntiari oportere, reſpondit propter verbum
quælibet,ad maleficia, quæ impunè admitti poſſunt,
& propriè maleficia dici non poſſunt, trahendum eſ-
ſe.Item & Ale.in l.mouentium.ff.de verb.ſign.gene-
ralem locutionem factam verbo, quibuſcunque, ad
improprium caſum trahi,quem Alc.ac ſexcenta alio-
rum Doctorum loca, quæ ad hanc rem pertinent, ci-
tauit And. Tiraq.in com.de vtroque ret.§.1. gloſſ.7.
num.20 & ſeq.pag.78.& ſeq.

Verùm hæc,& ſimilia mouere quenquam non de-
berent,vt à Bart & pleriſque aliis diſſentiant. In prõ-
ptu enim ſunt reſponſa,& primum, quod Iaſ.dicebat
ea ratione remouetur quoniam verbum qualibet, nõ
ita propriam verbi ſignificationem extendit, quem-
admodum dictio aliquis, adiecta, & adiuncta verbo
partis,propriam ſignificationem verbi partis reſtrin-
git. In verbo enim aliqua ineſt quodammodo limita-
86 tio verbi partis,ſi ipſe adiiciatur. † Præterea, & illud
verbum aliquis, ſecundum ſubiectam materiam in-
telligimus,idque notat Aret in l.Gallus. in §. in om-
nibus.ff.de libe.& poſth.quod belliſſimè demonſtra-
tur ex l.ſi vnquam.C.de reuo. donat. Non enim do-
natio modicæ partis facultatum reuertitur in arbi-
trium patroni:qui poſteà liberos ſuſceperit,vt ſcribit
latè Decius in l.1.num.10. C. de pact. & præceptor
meus Gnz.in conſ.80.num.18.in hac cauſa,& recen-
tiores iuris interpretes in eadem l.ſi vnquam, retule-
re.Quibus adde, quæ leguntur in tract. Ale. de præ-
ſumpt.in 3.parte.Reg 1.verſic.13.Illud eſt etiam hic
adnotandum,ſi ſtatutum diceret,in qualibet mercan-
tia vectigal ſolui,quod ſuprà ex mente Doctorum re-
tulimus, proculdubio eſſe, & ſi verbo negotiationis
ſtatuentes vſi eſſent,adiecto verbo qualibet, idem vt
ſuprà

ſuprà reſpondendum, licet id verbum mercatura (vt diximus) generalius ſit. Nam quatenus in legato negotiatio quodammodo conſiderari poſſit, nō eſt porrigendum ſtatutum vigore verbi qualibet, ad minimè propriam (vt ita dixerim) negotiationem, arg. eorum, quæ ſcripſit Bar. in l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. circa pecuniæ verbum.

Nec etiam moueat, quod inquit relatus Bart. ff. de eo. quod cer. loco: retorſione enim vti poſſem authoritate gl. ibid. vt loci generalitas ad idoneum reſtringatur. In quo tamen articulo quando verba generalia temperanda ſunt, vide verboſos commentarios Dd. in l. 1. in §. nuntiatio. ff. de no. opet. nunt. & præcipuè Io. Crot. nec etiam aduerſatur cōſilium Angeli ſuprà relatum: nil enim commune habet cum quæſt. noſtra. Non moueat etiam, quod Gemin. ſenſit in citato c. 2. de reb. ecc. non alie. quoniam licèt propriè cōtractus vltrò citroque obligationem requirat: illa tamē confeſſio & recognitio (ſic enim appellat) propiùs accedit ad veram ſignificationem verbi contractus, quàm legatum ad negotiationem. Præterea (vt puto) Geminiani ſententia admittenda non eſt. Nam & Bart. & alij ſuprà relati fortioribus rationibus contrarium ſenſere, & confirmari hæc poſſunt, ex ſcriptis à Dd. in citata l. 1. & in §. nuntiatio. And. Tir. vbi ſuprà Salic. in l. 2. C. de noxa. & Cornel. in conſ. 88. ſtante ſtatuto. & illud omittendum non eſt, verbum illud qualibet, diſtributiuum eſſe, & adiectum dici poſſe à ſtatuentibus demonſtrandi gratia, ex vnoquoque contractu vectigal ſolui oportere: rem enim cuilibet tribuit in ſolidum, ſecundum Bart. in l. hoc articulo. ff. de hęr. inſt. & And. Tiraq. in com. de vtroque ret. §. 31. glo. 1. & vnica, num. 11. pag. 559. & ſeq. qui de hac dictione ſexcenta Dd. loca refert. Denique communi ſentētiæ non aduerſatur illud arg. à ſimili Marſilij in citato §. cogniturum, alia enim ratio reformat pactum: Syndicus enim ſtante dicto ſtatuto maleficium, quod impunè admittitur, denuntiare debet, quia qualecunque ſit maleficium, in cognitione iudicis eſt, an puniendum ſit néc ne, non autem ſyndici: vt elegāter ſcripſit Bart. in l. 1. in §. accuſatoris. ff. ad Turp. & in aliis locis ab eo relatis, & probat An. in practica ſua, in verſ. nec non ad denuntiationem, num. 7. addit idem Marſilius ſimilia quædam defendendi gratia, quod ex facto conſulto eidem placuit: quæ referre & ſuperuacuum duxi, & conſequenter reſpondere, cùm ad hanc noſtram controuerſiam non attineant, & quædā diſſimilia pro ſimilibus adduxerit, vt plerunque aſſolet, ex quibus euidenter patet à Bart. & communi ſententia recedendum non eſſe, & his addes (quod nō ſemel diximus,) negotiationis, & mercantiæ verbum non vnico actu conuinci, ſed frequentationem & aſſiduitatem actuum requirere, vt ex facto cōſultus reſpondit Aret. conſ. 29. diligenter, numer. 14. qui iuribus probat.

87 † Illud in dubium reuocari etiam poteſt, an mercis appellatione, veſtimenta contineantur, & cætera, quę habemus ad vſum quotidianum pertinentia, ſeu quotidianum penus, reſpondendum tamen eſt, vt in l. 1. §. ait prætor. & in gloſ. in verbo, accedunt, & in l. ſed & ipſi. ff. nau. cau. ſtab. & vide etiam Paul. Caſt. in l. 2. §. cum in eadem. ff. ad l. Rhod. de iac. & vide etiam quid idem Paulus Caſt. de eadem dictione mercis ſcripſerit, in conſil. 40. † Illud nomen *graſſia*, in prima part.
88 vbi etiam quid appellatione huius verbi vulgaris *graſſia*, quid frugum, quid annonæ, & quid venalium contineatur, non inſubtiliter diſputat. & denique ſciendum eſt mercaturam, & mercē inter ſe differre.

89 † Merx enim eſt ſpecies ipſa, quæ emitur, venditúrve. Mercatura verò, actus mercandi: & Bad. refert relatū à Iac. Spierg. authoritate Cic. defendere, mercem pro penſione, & annuo reditu etiam accipi. Sed & ipſe à ſignificatione à lege data, quam retulimus, ne tranſuerſum (vt aiunt) vnguem recedas.

90 † Fuit etiam quæſtionis, quid mercatus nomine contineretur, & Alex. noſter in conſ. 36. viſo themate,
91 vol. 2. † Sub dubitans tentat dicere legem municipalem, quæ à ſocio initum mercatum ratum haberi mādat, de re mobili tantùm intelligi, quando quidem mercatus à merce deducitur, per locum ergo, qui à coniugatis dicitur, vbi merx non eſt, ibi nec mercatus, citat l. mercis. ff. de vet. ſig & Accurſ. in l. vni. C. de nundi. in verbo, mercantibus. Alcia. verò in ea. l. mercis, & Alex. refert, & id nomen potius trahi credit à verbo mercari, quod verbū ſimpliciter emere plerunque ſignificat, ſubdit atque ita vulgaris loquendi vſus ſeruat. Quæ ſententia Alc. comprobari poſſe, videbatur ex rubr. C. quæ res vendi non poſſunt, & qui vendere vel mercari vetantur, & eod. tit. l. fi. & l. conſ. §. quæſitum. ff. de cura. fu. In illis verbis, eum quoque, qui ab altero ex curatoribus fundum furioſi legitimè mercaretur, & Ter. Agrum in proximum hinc mercatus eſt, & idem in Eunuchum, quem mercatus fuerat frater Thaidi. rurſus Alex. ſententia hæſitari hic videbatur, quando Dd. noſtri vtuntur hoc verbo, & in bonis immobilibus, vt patet ex ſcriptis Paul. Caſt. in l. contractus, num. 9. capit. de fin. inſtit. Inquit enim in hæc verba. Partes concluſerūt mercatum de vna poſſeſſione, & reliqua. Nec mouet, quòd relatus ait Acc. in d. l. vni. C. de nund. is enim in codice meo verbum mercibus, non mercatibus expoſuit: quinimo retorqueri poſſe videbatur ea lex, ſi quis initium legis conſideraret in illis verbis, qui exercendorum mercatuū, aut nundinarum licentiam obtinuerit. Dicitur enim ex his quæ antea geſta ſunt accedētes ad locum, conueniri non poſſe. Quæ ſecuritas etiam intelligitur conceſſa in venalitiis quod eſt ex vi verbi mercatus, vt colligitur ex initio d. l. & relatis verbis, vnde cùm nomen mercis non referatur ad ſeruos (vt non ſemel diximus) ſubtiliter cogitanti innuit lex, verbum mercatus, potius à verbo mercor, quàm à merce deduci, & confirmari poteſt, quia ipſe locus in quo huiuſmodi fiunt, etiam ſeruorum dicitur. Indicat Teren. locus in Adelph. emptæ mulieres cōplures, niſi eo ad mercatum venio, damnum eſt maximum, de quo etiā nomine ſcribitur in c. primo, de emptio. & venditio. in hæc verba. Presbyteri plebes ſuas admoneant vt non cariùs vendant tranſeuntibus, quàm mercato vendere poſſunt, & inquit Imp. in auth. vt non fiant pignorationes. Nullam in mercatis præualere pignorationē, hoc quod maximè ibi præſumptum inuenimus, & ſecuritatem non pręſtare, & ſine permiſſu, ſeu principis priuilegio fieri poſſe, Bal. & Saly. referendo in ea. l. 1. C. de nund. ſcripſit Veron. in tract. de gabel. in 2. par. octauæ partis principalis, num. 19. Sed vt vnde diuerteram ad propoſitam 53. quæſtionem redeam, an ad immobilia, hoc verbum porrigendum ſit, ſubſiſto, vt inquit Iuriſc. in l. ſi me & Titium. ff. ſi cer. peta. & in l. ſeruum quoque. ff. de proc. & verba legis municipalis diligenter inſpicienda, rationemque eius conſiderādam, & ex his diſcerni facilè poſſe, an de mobilibus tantùm, vel etiam immobilibus ſtatuentes ſenſerint, & in dubio puto debere dici, mobilia & immobilia comprehendere.

92 † Et poſtquam in ſermones nominum incidimus, nec quidem tacebimus promercalis nominis expoſitionem.

tionem. Promercalia enim,(vt Budæus ait,)dicuntur
quæ paterſamiliàs venalia habet, præter ſeu extra ea,
quæ vſui ſui ſeruat,quidam etiam dicunt promercalia
propriè dici merces,quæ primò minoris emuntur, vt
poſtea,cariùs diſtrahantur,quarum rerum negotiato-
res Græco vocabulo, πρέπωλαι nuncupantur, de hoc
nomine meminit Iuriſc.in l. quòd ſi hæres. ff. de im-
pen.in reb.dot.fac. In hęc verba,quòd ſi hęres,in qui-
bus impẽſæ factæ ſunt, promercales fuerint,tales im-
penſæ non voluptariæ,ſed vtiles ſunt: & de ſignifica-
tione verbi,vide Io. Bapt. Pium anno.poſte.ca.94. &
Alciat.in lib. 1.prætermiſſorum, in verbo promerca-
lis,& Andræ. Tiraq in com.de vtro.ret.§.1.gl. 7. nu.
93 10.pag.107.vbi de auro promercali. † Sed & his ad
des mercimonium:quod oomçomercimonium con-
tractionem ſigoificat.indicat l.nobiliores.C.de com-
mer.& mer.& ſicut à patre patrimonium, ita à merce
mercimoniũ dicimus, de quo verbo meminit Imper.
in l.2.C.de epiſc.& cle. & ſummus Pontifex in c. fin.
extrà.de iud.& in l.1.C.de natu.lib. In illis verbis Vt
quæ mercimoniis publicis prępuerit,quemadmodum
de mercatione Imp.inquit in l. vni.in §. ſimiliq́; mo
do. C.de latin.lib.tollen. impiam. f. mercationẽ eſſe,
ſi dominus ancillam tentauerit proſtituere. De quo
meminit Geminia.in c.eiiciens.88.diſtinct.& nos ſu-
prà tetulimus, ſed & ipſum mercimonium pro mer-
cibus aliquando accipimus : indicat Plau. locus in
amph. vt vos in voſtris voltis mercimoniis emundis
94 vendundiſq́; me lætum lucris afficere,& alibi:† com-
mercium,etiam commutationem merci iudici. Albe.
inquit in dictionario ſuo, & ad omnes contractus re-
ferri,& Alex.in l.cætera.in §.ſed & ſi quis.ff.de leg.1.
Commercium propriè eſſe ſcripſit, vbi aliquid ſimul
cum alio geritur, & certè generalius hoc verbum eſſe
receptum eſt. Vnde legimus Iuriſconſultos ipſos di-
cere conſueuiſſe,etiam in rebus immobilibus rem ali-
quam eſſe in commercio,vel non eſſe,patet ex l.apud
Iulianum , in §. conſtat.ff de leg.1 & in l.multum in-
tereſt. ff.de verb.oblig.& notauit Bald.in l.& ſi dotis.
col.pen & fi.C.de iu. dot. & generale verbum eſſe ad
omnem cõtractũ probatur, in c. Lotharius, de prohi.
feu.alie.per Lot.& authoritate Acc.in §. 1. Inſtit de
inutil.ſtipul.& in l.ex hoc iure ff.de iuſt & iu & com-
merciorum duo eſſe genera. notauit Bud. in ann. ad
Pan pag.19 alterum voluntarium, vt emptio , vendi-
tio,mutuum,ob id voluntarium dictum,quòd eorum
principium in arbitrio noſtro ſitum eſt, alterum non
voluntarium, & huius generis partim clãdeſtina eſſe,
vt furtum, adulterium : Partim violenta, vt verbera,
vincula,raptus, vt ſcribit etiam Io.Cor.in l. multùm
intereſt,ſupra citata,commercium propriè tractatum
frequentem mercaturæ ſignificare , & facultatẽ mer-
cium emendi,& vendendi,& in iure noſtro deſignaro
liberam cuiuſuis poteſtatem res dominio , & vſibus
propriis aliquo modo ſubiiciẽdi,vnde iura dicunt res
quaſdam eſſe,quarum commercium habere non poſ-
ſumus.i.eas res tales eſſe,vt comparari,& in dominiũ,
vſúſve noſtros redigi non poſſint. Et denique de hoc
nomine crebra eſt mentio in iure noſtro,vt in l.ſed &
Celſus,in pr.& l.qui offici].§.1.de emp.& vend l.vſu-
capionem.ff.de vſu l.ſi in emptionem.§. omnium ff,
de contrahen.empt.l.inter ſtipulantem. in §.ſacram.
ff.de verb.oblig l.3.C.quæ res vend non poſ. & in l.
1.C quæ res expe & pleriſque aliis locis.
95 Sed nominibus † relictis illud in ambiguo eſt , nũ
nomini merx, ſeu mercantia plura corpora ſubiician-
tur.i. vniuerſale corpus ſit,in quo vna res loco alte-
rius ſubrogetur,adeò,quòd ſi corpora renouẽtur, ſeu
res muteotur renouata priorum loco ſuccedant, ſicut
de grege,& peculio dicimus,l.grege,ff.de pig.l. pro-
ponebatur. ff. de iud. & veriùs eſt eſſe. Id enim ſenſit
Bald.in l.vbi adhuc,ſub nu.18.C.de iu.dot. vnã enim
rem loco alterius ſubiici,expreſſim notauit. Et idem
opinatur Bart in l.cùm pater,in §.menſæ.ff.de leg.2.
inquiens,vniuerſale verbum eſſe.
96 † Vnde ſi mercator mercantiam ſuam legauerit,&
debita,& credita huic legato cedere reſpondit,& hęc
ſententia probatur in l.Procuratoris.in §. mercis , &
in §.ſi propter.& §.ſi plures.ff de trib. & comprobat
aliis authoritatibus Neg.in tract.de pign.in 2. mem.
2.partis princ.nu.17.& ſeq qui Soc.in l.qui Romæ in
§ Callimachus.in 2. notabili. contra ſententiam ele-
ganter nõ immeritò notauit,& ne inutiliter hâc quæ-
97 ſtionem à nobis tractatã putes,ipſum legito,† & quæ
nos cùm de contractibus mercatorũ diſſeremus, ver.
ſciendum eſt etiam,dicemus.

Verùm non me latet eundem Bartol.Soc.ex facto
conſultum reſpondiſſe vniuerſale corpus eſſe,vt patet
a.reſp lib.conſ 254 viſa & conſiderata contingentia
facti,col.fin.inquit enim. Licèt frater proprio nomi-
ne pecunia fratris negotia gerens ſibi acquirat,& non
fratri,vt notat Bart.in l. Titium aut Mæuium.§.alte-
ro.ff de admit.tut & in l.ſi patruus.C commu. vtr.il-
lud tamen admittendum eſt quando frater pecuniam
fratris ſimpliciter accepiſſet , contra verò vbi cõmu-
nem negotiationem,ſeu mercaturã, vnus ex fratribus
incepiſſet nomine proprio adminiſtrare , tunc enim
menſa & negotiatio non poteſt ex parte vnius augeri:
quinetiam ex alterius parte augeatur : agitur enim de
iure vniuerſali,ſicut diceremus in peculio grege, vel
hæreditate:& refertur, & plurib. modis probat Dec.
in conſil.255 caſus,de quo quæritur,& his authorita-
tibus,quas Neg. non retulit , eius ſententiam confir-
mabis, & Socini authoritatem ſuamet infirmabis : &
addes etiam Pet. de Anch. in conſ. 332. Pro clariori
deciſione,col.2.

98 † Sed & illud huic rei adiiciendum eſt , quod bel-
liſſimè Iuriſc. ait in l.rerum myſtura ff d vſucap. Tria
eſſe corporum genera, vnum quod cõtinetur vno ſpi-
ritu,vt homo,ſignum,lapis & ſimilia. Alterum, quod
ex continentibus , hoc eſt ex pluribus inter ſe cohæ-
rentibus conſtat,vt ædificium,nauis,armarium. Ter-
tium,quod ex diſtantibus conſtat , vt corpora , plura
non ſoluta , ſed vni nomini ſubiecta , veluti populus,
legio,grex.

99 † Nouiſſimè illud adnotandum eſt , quod ſummæ
prudentiæ & authoritatis inquit Plato in dialogo,
qui inſcribitur , Sophiſta , ſeu de ente , Mercatu-
ram duplicem eſſe : ſcripſit enim in hæc verba: Mer-
catura præterea duplex eſt. Altera ad victum corpo-
ris ſpectat,altera ad animi diſciplinam, commutatq́;
numis eruditionem. THE. quemadmodum dicis?
HOSP. Quod ad animum attinet , forſitan ignora-
mus. Nam quod ad corpus,agnoſcimus THE. Nem-
pe. HOSP. Tum profectò,qui muſicam alibi quidem
diſcendo emit,alibi docendo vendit, literaturamq́ue
ſimiliter , & præſtigia , cæteraſque animi diſciplinas
tam ſerias,quàm iocoſas , mercatorem nihilominus,
quàm corporis alimenta vendentem dicimus , & re-
liqua.

¶ *FINIS PRIMAE PARTIS.*

PARS SECVNDA.

ARGVMENTVM.

De ſtatu mercatorum: & his, quæ ad eorum ſtatum pertinent.

SVMMARIVM.

1 *Mercatorum vſus antiquitus in inſula Rhodo fuit, & ab eadem inſula naualium commerciorum leges dictæ ſunt.*
2 *Solon iuuenis ad mercaturam ſe contulit.*
3 *Sapientiſſimi viri mercaturam exercuere: & de mercaturæ commodis.*
4 *Mercatorum, & campſorum maſſa, ſummũ bonum, & quintum elementum, ſecundum Bald. licet tempeſtate noſtra atrocia admittant.*
5 *Mercatorum ſtatus eſt in magno diſcrimine ſalutis æternæ.*
6 *Deceptio, an permittatur in emendis, vendẽdisq́; mercimonijs.*
7 *Religio non læditur ab eo, qui ſcienti valorem rei pluris vẽdiderit: ſi tamen is neceſsitate ductus non emit, & an bono viro congruat decipere.*
8 *Mercatores, an quæ dixerint in vendendis mercibus, præſtare teneantur.*
9 *Mendacium omne in rebus contrahendis tollendum eſt, quia mendacium ſine peccato eſſe non poteſt, & in mendaces mercatores quædam.*
10 *Fides recta, ac bona in mercatoribus præcipuè eſſe debet, & ſeruare debent, quæ eis placuerunt ſemel.*
11 *Mercator callidus laudatur, qui ſine dolo malo deſeruiat per diſſimulationẽ, & ſua, vel aliena tueatur.*
12 *Mercator experiens laudatur, & plurimum in mercatura valet experientia.*
13 *Mercator literarum non ignarus eſſe debet, & qui ſua prudentia inſtructus ſit.*
14 *Mercatores Florentini ſunt diligentes, & pecunias dormire non ſinunt.*
15 *Mercatores probè ſe agant circa omne officium ſuum, & temperent ſe ab his, quæ ſunt prohibita: rationes diligenter conficiant, & calamo non parcant.*
16 *Mercatores an ſint vtiles, & neceſſarij vrbibus, & commoda, atque incommoda, quæ à mercatoribus proueniunt, enumerantur.*
17 *Mercatores, an ſint habendi inter honoratas perſonas.*
18 *Officium, ſeu ars dicitur nobile ex loci conſuetudine, atque, atque opinione.*
19 *Mercatura refert, an tenuis, vel magna, vel copioſa ſit.*
20 *Magnus, & diues mercator pecuniam in promptu habere præſumitur, contra verò ſi tenuis ſit.*
21 *Melior conditio dicitur oblata, vbi boni campſores ad emptionem accedunt.*
22 *Mercatori vili, ſeu pauperi aſſerenti gemmas, ſeu pretioſas margaritas habuiſſe non creditur.*
23 *Præſumptio excluſiua doli mali ex conditione mercatoris accipitur.*
24 *Mercator diues ſi viſus eſt exire è domo Sempronij, cui magna pecuniarum ſumma ſubtracta fuit furto, ſolum quæſtioni ſubijci poteſt.*
25 *Mercator, qui multas merces habet, quæ difficilè amoueri poſſunt, ſi conueniatur, non tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti.*
26 *Mercator, qui in periculoſo loco merces habet iuxta flumen, vel mare, vbi numerus piratarum eſſet, vel in montibus, veriſimile eſt non ſoluendo effici.*
27 *Mercator fœnebres pecunias recipiens, præſumitur citò pauper, & non ſoluendo effici. Quod declara, vt in ſeq.*
28 *Mercator, qui ad diem merces emit, & eaſdemmet viliori pretio, quàm emerit, præſenti pecunia vendit, breui ad inopiam redigi præſumitur.*
29 *Argumentum à ſolitis, in iure fortiſsimum.*
30 *Certare cum vſuris cum fructibus prædiorum ſtultiſſimum eſt, & declaratur Ciceronis locus, & admonentur ciues Anconitani ne faciant.*
31 *De ſtatu illius mercatoris maximè dubitandum, qui ære alieno grauatus iam cœperit ſarcinulas componere.*
32 *Lex, in omnibus. ff. de iudic. locum habet tam in contractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris: & exempla ſubijciuntur.*
33 *Mercatores extranei, an ſine cauſa à dominis locorum expelli poſſint.*
34 *Mundus, eſt omnibus communis patria.*
35 *Popularium appellatione, an aduenæ incolatum habentes contineantur, & num. ſeq.*
36 *Mercatores inclytas nominatim vetuſtis legibus probi-*

prohibitas ciuitates tranſgredi prohibentur ſub pœnis.
37 Marani peſſimum genus hominum,& multa aduerſus eos, relatiue.
38 Mercatores dum vagantur, inter miſerabiles perſonas connumerantur.
39 Mercator abſens mercaturæ cauſa,an ex voluntaria ſeu probabili cauſa abeſſe cenſeatur.
40 Mercatoribus Chriſtianis prohibitum eſt cõmercium cum Saracenis & hoſtibus populi Romani tempore belli, & in mercibus non prohibitis, & etiam prohibitis.
41 Merces prohibitas etiam redimendorum captiuorum gratia ad hoſtes belli tempore deferre non licet.
42 Saraceni dicuntur,qui nec vetus, nec nouum teſtamentum recipiunt,ſed deos plures colunt.
43 Mercatores Chriſtiani cum hoſtibus & Saracenis inita pace vel pactis inducijs poſſunt habere commercium.
44 Perſæ ſemper graues populo Romano fuerunt.
45 Argumentum à contrario ſenſu nõ ſumitur, vbi legum correctio ſequitur.
46 Saracenorum ſecta minus mala, quàm ſecta Hebræorum.
47 Iudæi amiſerunt regnum, & ſubijciuntur Chriſtianis.
48 Mercatoribus Chriſtianis exceptis Saracenis & hoſtibus cum alijs,cum quibus nec pax, nec fœdus,nec bellum exiſtit,poſſunt omnes merces ad eos exportare.
49 Rex Francorum ſi Regi Angliæ bellum indixerit,merces ſiue licitæ,ſiue illicitæ exportari è loco ad locum non poſſunt.
50 Commercium eſt regulariter inter Chriſtianos, & Iudæos, fallit in quibuſdam caſibus enumeratio.
51 Aduerſaria quæ ſint,& quid codex,& quare appellatur codex.
52 Codex rationum mercatorum,vt more proborum mercatorum inſtitutus, & conſcriptus dicatur, quæ requirantur.
53 Codex rationum debet habere inſcriptionem, & ex ea ſumitur argumentum,mercaturam communi nomine factam.
54 Societas proſecuta, ſeu renouata ex præfatione codicis,oſtenditur.
55 Inſcriptio codicis rationum ſi reperiatur deleta, in caſu notabili defenditur.
56 Liber rationum, vt legitimè confectus dicatur, neceſſarium eſt, vt ex eo explorari poſſit computationes probè,an improbè ſint relatæ.
57 Officiales, quem modum in conficiendis rationibus ſeruare debeant.
58 Liber rationum omnia ſingulariter, & explicitè continere debet, & non contemnere ſummas in genere, vel in concreto.
59 Librum rationis de more factum oportet, in quo loci conſuetudo ſpectanda eſt.
60 Rationes in codice deſcriptæ cauſam cõtinere debent,& incerta,vel obſcura cauſa non ſufficit, coniecturalis verò ſufficit.
61 Rationes in codice mercatorum, & diẽ, & Conſulem an debeant continere.
62 Liber rationum, & rationes ipſæ bonam fidem continere debent non repugnantia, aut non veriſimilia.
63 Liber rationis mercatorum carere debet inductionibus,ſuperinductionibus,cãcellationibus, & omni ſuſpicione.
64 Scripturæ mercatorum ſtabiles,& firmæ eſſe debent, ad quarum fidem frequentiſſimè decurritur.
65 Liber mercatorum non refert, an ab ipſo mercatore,vel alio ſcriptus ſit: & non eſt neceſſe teſtes in eo adnotari.
66 Mercator,qui tenetur reddere rationem,quatuor implere debet,edere librũ legitimè confectum, calculum ponere,reliqua reddere, & morã ſolutione eius,quod debetur purgare.
67 Calculatores, qui inter partes dantur: notionem habent, & ex ſimplici datione videndi rationes,& calculandi poteſtas iudicandi data cenſetur.
68 Mercatori credendum non eſt, qui in reddenda ratione ſe librum non confeciſſe aſſerit,vnde ſi non edit,occultare præſumitur, & quòd iuretur in litem, & quid, ſi dicit ſe perdidiſſe, vel in longinquo habere.
69 Mercatorum libris,an ſit habẽda fides. Et quid, ſi teſtator mandat in re quapiã credi,ac multa alia relatiuè.
70 Mercatores, an teneantur edere codicem rationum.
71 Merces,ſeu ſarcinulæ præſumuntur illorum eſſe, quorum ſignis ſunt ſignatæ.
72 Nauis præſumitur illorum eſſe, quorum vexillis nauigat.
73 Equus illius eſſe præſumitur, cuius ſigno eſt ſignatus.
74 Stigmata militem,habitus clericum,ſtola ſacerdotem,& cuculla monachum,oſtendunt.
75 Nomina inuenta ſunt, vt homines agnoſcantur: & ſigna,vt res indicentur.
76 Pileati ſerui qui eſſent, & quæ mancipia, quæ coronis induta venibant.
77 Pileus ſignum ſacerdotalis dignitatis.
78 Mercator ſi egit aduerſus alium conſequendi gratia ſarcinulas quaſdam, & probauit tantùm ſarcinulas, de quibus agitur ſuo ſigno ſignatas,non poteſt obtinere.
79 Equum,vel bouem quærens vendicare, vel poſſeſsionem obtinere, an ſufficiat probare mercatum merco ſui gregis.

80 Signum

80 *Signum alienum, an liceat imprimere rebus proprijs, & ſeq. numeris.*

81 *Ratio naturalis, ac rationabile dictum inſtar legis mouere debet, & rationem, vel legem quærere, vbi naturaliter ſentimus, eſt infirmitas intellectus, & multa notabilia de ratione.*

82 *Iuramentum in ſupplementum ceſſat, vbi præſumptio eſt contra iurantem.*

83 *Merces, de quibus eſt controuerſia, ſi reperiantur ſignatæ ſigno actoris, & rei, quid iuris.*

84 *Actio Publiciana contra eum, qui titulo poſſidet, non datur, & quare.*

85 *Actor ſi probat merces ſuo proprio ſigno ſignatas, item & ſe ſignaſſe: Reus verò titulum, quod ſit locus abſolutioni.*

86 *Actor ſi probat merces ſuo ſigno ſignatas, & ſe ſubſignaſſe, quod plenè non dicatur probaſſe: & an iuramentum in ſupplementum deferri poſſit, necne.*

87 *Res publicæ ex ſigno publico euidentiſſimè demonſtrantur.*

88 *Conſuetudini, quòd res ex ſignis demonſtretur, ac probetur, an ſtari debeat.*

89 *Mercatores numero tres ſi emerunt ſinguli duas ſarcinulas, & vnus Venetias nauigauit cum eis, & direptæ fuerint à piratis duæ aſportantis, num ex communi ſigno ſarcinulis adiecto communicatio, & inuicem poſſeſſionis traditio facta cenſeatur, & ſeq. num.*

90 *Interpretatio ad l. 1. in §. ſi dolium, & l. quòd ſi neque. ff. de peri. & com. rei vend.*

91 *Mercatores ne diuerſarum negotiationum fiat confuſio & ne oriatur incertitudo, vbi forſan ſocietatem coiuerunt ſigno ex communi conſenſu facto vtuntur, & in libris notant.*

92 *Mercator, an ſigno alterius mercatoris vti poſſit.*

93 *Signa publica authoritate conſtituta, ſignificandæ, atque demonſtrandæ alicuius ſingularitatis gratia propria authoritate ſumere non licet, vel eis vti ſub pœna.*

94 *Priuatis priuatorum ſignis vti regulariter eſt permiſſum, ceſſante fraude.*

95 *Mercator non poteſt vti ſigno alterius, qui primo vſus eſt, vbi fieret iniuria, vel ignominioſè vteretur. Et exemplum additur in decoctore.*

96 *Mercator non poteſt vti ſigno alterius mercatoris qui primùm vſus eſt vbi primus lædi poſſet. & intereſſet ſua vel publicæ: non licet tamen quæri, niſi ex magna cauſa.*

97 *Signum finita ſocietate, ſeu diuiſa apud quem remaneat. & num. ſeq.*

98 *Societate inita, ſi vnius ex ſocijs ſignum acceptum eſt propter ſuam forſan fidem, ſeu famam, ea finita apud eum remanet, cuius erat.*

99 *Societate inita ſi nouum ſignum eſt electum, ea finita, vel diuiſa, apud quē remanere debeat.*

100 *Mercatores ſi de ſigno contendunt, ille qui agit, lite pendente, ſigno vti non poteſt.*

101 *Mercatores ſi præbuerint teſtimonium contra ſignum proprium, & quidem falſum, pœnam falſi non euitant.*

POSTQVAM (ni fallor) & definitionibus, & quæſtionibus quid ſit mercator, quidue mercatura, copioſè oſtendimus, neceſſariū eſſe itaque videtur nobis ſtatum ipſorum mercatorum demonſtrare, ac poſt de cæteris ad mercatores, ac mercaturam ipſam ſpectantibus proximos atque coniunctos applicantes titulos (vt res patietur) dicemus.

1 † In inſula Rhodo antiquitus mercatorum vſus fuit, & ab eadem inſula hodie naualium commerciorum leges dictæ ſunt. c. Rhodiæ. 2. diſt. quam inſulam claram fuiſſe, nemo eſt, qui neſciat, vnde Horat. opinor, *Laudabunt alij claram Rhodum, aut Mytilenem.* Et ſapientes viros, & quidem primarios mercaturam aliquando feciſſe legimus, Refert enim Plutarchus in

2 vita Solonis, † eundē Solonem adhuc admodum iuuenem ad mercaturam ſe contuliſſe, vt profuſior, & ſumptuoſior, & mollior eſſet in victu, vtque libèriùs, ac licentius in ſuis Poëmatis de voluptatibus loqueretur, quàm Philoſophum deceret, & illa mercatoria vitæ rationem accepiſſe dicitur, & eodem loco ſcri-

3 pſit in verba infraſcripta. † Mercatura autem ad barbarorum neceſſitudines, regumque amicitias comparandas plurimum valere putabatur, ex eadem quoque homines multarum, & maximarum rerum vſum, experientiamque percipere, ex quibus nonnullos cōditores maximarum vrbiū extitiſſe, vt Maſſilias primus, qui à Celtis iuxta Eridanum maximè obſeruatur, Thaletem quoque & mathematicum Hippocratem exercuiſſe mercaturam ferunt, Platoni etiā olei in Ægypto exportationem peregrinationis viaticum ſuppetiſſe. Hæc ille Bald. etiam noſter in conſi. 348.

4 factæ fuerunt. nu. 4. vol. 1. † Mercatorum & campſorum maſſam ſummum bonum eſſe, inquit, & quintum elementum, licet tempeſtate noſtra atrocia admittāt. Idem etiam Bald. in c. cùm cauſam, de teſt. exclamās ait, O quò vadit anima mercatoris? quem refert Io. Cor. miſcel. iuris lib. 3. c. 24. n. 9. & in tit. de fer. offi. lum. nu. 16. qua Baldi ſententia motus, & egomet mecum cogitans animam, & corpori, & cunctis rebus præponēdam. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl. c. ſedulò. 38. diſt. Accurſ. in l. 1. ff. de pact. & in Spec. de in inte.

5 reſti. verſi. ſed quid de mercatore. † & ſtatum mercatorum in magno diſcrimine ſalutis æternæ verſari. Difficile enim eſt inter ementis vendentiſque commercium non interuenire peccatum cap. qualitas. de pœn. diſtinct. 5. glo. in ſumm. 14. q. 3. & Pſalmographus inquit, Pſalm. 70. *Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias domini.* cap. conſequens. & c. quoniam. 88. diſt. volui mercatores admonuiſſe, vt ſaluti eorum conſulant. Et in quibus caſibus mercatura licitè cōtrahatur, diligenter perquirant. De quo nos nonnihil in prima parte ſcripſimus.

6 † Nouerint & illud vulgare, mercatores in emendis, vendendiſque mercimoniis naturaliter conceſſum eſſe, quod pluris ſit, minoris emere, quod minoris ſit, pluris vendere, & licere contrahentibus, ſe circumuenire, l. in cauſæ. §. idem Pomponius. ff. de mino. l. item ſi pretio. §. fin. ff. loc. Idque iure etiam Pontificio intra dimidiam concedi. c. cùm dilecti. c. pen. extra de empt. & vend. id intelligendum eſſe in

deceptione re ipſa. Secus verò ſi hoc ipſo, vt venderet
circumſcriptus quis eſſet, &(vt noſtri dicũt) ſi dolus
contractui cauſam daret, vel ex propoſito interueni-
ret, vt eleganter notauit Abb. in c. in ciuitate de vſur.
nu.6. poſt Ioan. Cal. in c. nauigãti. eo. tit. & ſenſit Bar.
in d. §. idẽ Pōponius. Licet enim quæſtus cauſa mer-
catura exerceatur, & naturalis ſit deceptio, non tamẽ
dolo malo pluris res vendendæ ſunt. Deceptio enim
ad pretium non ad animi fallaciam referenda eſt, cō-
fugiant ergo mercatores, qui religionem colunt, ad
loca, quæ nos aliquando citauimus, legantq́ue Salic.
qui belliſſimè articulũ diſſeruit in auth. ad hæc. C. de
7 vſu. q. 22. n. 17. † Scribit enim inter alia ſe putare reli-
gionem non lædi ab eo, qui ſciẽti valorem rei, pluris
vendiderit, ſi tamen is neceſſitate ductus non emerit,
ꝙ & Imol. notauit in c. 1. de empt. & vend. contrà ve-
rò ſecus. Et certè inhoneſtum eſt, & bono viro deci-
pere non congruit, vt notauit Accurſ. in l. ſemper in
contractibus. ff. de regul. iur. quem improbat Bald. in
auth. ad hęc. in penult. col. de vſurp. & in c. quanto. de
iure ex quo ſumpſit cautelam Ioan. de Ana. in c. in ci-
uitate. col. 8. de vſu. quã tamen improbat Deci. in ci-
tata reg. ſemper in contractibus. & latiùs in pe. nu. 7.
& ſeq. C. de pact. & ad relatam regulam addes Ludo.
8 Goa. in conſ. 14. nu. 14. † Illud etiam, quod ad rẽ val-
de pertinet, prætereundum non eſt, mercatores quæ-
dam ſi dixerint in vendendis mercibus, præſtare eos
non debere, ſed ea, quæ ad nudam laudem mercium
pertinent. Nam (vt Vlpianus ait) referendo Pedium
in l. ſciendum, ff. de ædil. edict. Multum intereſt com
mendandarum mercium quid dixerint, an verò præ-
ſtaturos ſe promiſerint & vide elegantem text. in l. ꝙ
vẽditor. ff. de do. ma. & quæ ſcripſit And. Tir. in com.
de vtro. ret. pag. 771. nu. 49. Planè commẽdatio mer-
cium ſit cum aliquo temperamento, non enim men-
daciis vtantur, ſed honeſta commendatione. Tollen-
dum enim eſt (vt ait Cic. Offi. lib. 3.) in rebus contra-
hendis omne mendacium.

9 † Idq́ue maximè Chriſtianum decet, quoniã men-
daciũ ſine peccato eſſe nō poteſt. c. ſuper eo. de vſur.
c. beatus. 22. q. 2. c primũ. ea cau. & q. vbi diuus Aug.
in hæc verba, Quiſquis autẽ eſſe aliquod genus men-
dacij, ꝙ peccatum non ſit, putauerit, decipiet ſemet-
ipſum turpiter, cùm honeſtum ſe deceptorẽ arbitre-
tur aliorum. c. mihi autem. & c. omne. ea. cau. & q. 88.
diſtin. c. quoniam non cognoui. Verùm licèt vna cum
Saly. in d. auth. ad hæc exclamare: O magnam notam
temporum noſtrorum? & quis eſt hodie mercator,
qui in vendendis mercibus non dicat mendacia? &
plerunque vt ementes alliciat, etiam deieret? Forſan
inquit Salyc. hodie nullus, ſed antiquitus horum pe-
culiare vitium fuiſſe Satyricus oſtendit, dum ait:

Cùm plenus aquo
Laudat venales, qui vult extrudere merces.

Et alius Poëta cecinit:

Periurata ſuo poſtponit numina lucro
Mercator, ſtygijs non niſi dignus aquis.

Caueant igitur mercatores à mendaciis. Inquit enim
tex. in c. quid eſt aliud. 88. diſt. Negotiatores, qui per
immoderatũ pecunię ambitum polluunt merces ſuas
plus periuriis onerando, quàm pretiis, tales eiecit do-
minus de templo. Vnde Bertrand. dicere cōſueuerat,
mercatoris domum, & veritatis, & æquitatis plenã eſ-
ſe oportere, vt patet conſ. 253. vol. 2. col. fi. nō poteſt.
Accedat & illud in pluribus iuris articulis ſtatutum
eſſe mendacem mendacij pœnas luere, quorũ aliquos
attingemus, cùm de decoctoribus diſputabimus.

10 † Sanè & illud in ore omni populo eſt, nil eſſe, quod
lumine clariore in mercatore prę fulgeat, quàm recta
fides, & obſeruantia: & licet grauiſſimum ſit fidẽ fal-
lere. l. 1. ff de conſti. pecu. Cùm nil tam congruum ſit
humanæ, quam ea, quæ placuerũt, ſeruari. l. 1. ff. de pa-
ctis. & copioſè ſcribunt recentiores Bononienſes in
ſing. 198. graue. Multò tamẽ grauiùs id eſſe in merca-
tore, propter bonã fidem, quæ inter eos ſeruanda eſt,
nemo eſt, qui neſciat Inquit enim Bal. in c. ſi pro de-
bilitate. de offi. deleg. bonam fidẽ in his valde requi-
ri, qui plurimùm negotiãtur, & bene cenſuiſſe ſcribit
Iaſ in l. iuriſgẽtium. §. ſed cùm nulla. nu. 11 ff. de pact.
& his addes gl. in l à procuratore. C. man. quæ inquit,
nil melius bona fide. & notandum Bald. ait pro bonis
mercatoribus, & contra falſos mercatores, qui arri-
piunt fugam cum pecuniis alienis. & vide Nic. Boer.
deci. 215. & antequàm veniam. Quæ igitur placuerũt,
ſeruent mercatores, & à cauillationibus ſint alieni,
néue Thraces imitentur, qui pactis cum hoſtibus ali-
quot dierum induciis, nihilò ſeciùs noctu populaban-
tur agros hoſtium. Et cùm quererẽtur aduerſarij tan-
quã inducias illi violaſſent: Reſponderunt, nihil præ-
ter pacta feciſſe. Dies autẽ pegiſſe, noctu tantùm in-
curiaſſe dixerũt. Vnde vetus illud Adagium: Thracium
commentum, aduerſus eos, qui pacta eludunt callidò
commẽto. Hæc enim pactio induciarum per aliquot
dies, & ad noctes proculdubio referebatur, de quo
meminit Cicero Offi. lib. 1. Andr. Tiraq. in com. de v-
troque ret. §. 1. glo. 11 nu. 9. pag. 262. & ſcribit Bertr.
conſil. 298. vol. 2. nu. 8. dedecori magno tribuendum
mercatori, qui pactionem ſeruare recuſat, cui addes
11 Ang. conſ. 77 ſuper primo pũcto. col. 1. † Planè calli-
dum mercatorẽ laudamus, & qui ſine dolo malo per
diſſimulationem deſeruiat, & ſua, vel aliena tuëatur,
vt inquit Iuriſc. in l. 1. in §. dolum. ff. de dolo. Vbi Ac-
cur. in verbo, deſeruiunt. finge, inquit, in mercatori-
bus. qui mercium dominium in alium transferunt, ne
depredentur. in qua glo. ſententia vide Ang. ibidem,
& quæ latè Nicol. Boër. ſcripſit deciſ. 300. nu. 4. fin-
ge aliud exemplum in l. 2. C. de commer. & mer. au-
rum ſubtili ingenio barbaris auferre, vbi Accurſ. ait
hunc bonum eſſe dolum.

12 † Experientem etiam maluerim mercatorem: plu-
rimùm enim in mercatura valet experientia. Vnde
plerunque vidi mercatores valde ſuperlucratos eſſe,
qui aliorum priùs inſtitores fuerunt: ex alienis enim
negotiis (vt Comicus ait) ſibi exemplum ſumpſere:
contra verò nouitios quoſdam, qui cùm ſe mercaturę
vix dederunt, in magnis mercimoniis ſe implicantes,
13 rem ſuam malè geſſiſſe. † Placet etiam mercatorẽ li-
terarum non ignarum, & qui ſua prudentia inſtructus
ſit. Nam (vt Comicus ait) *dij immortales, homo homini
quid præſtat, ſtulto intelligens quid intereſt?* & profectò
imperitos mercatores multis captionibus ſuppoſi-
tos, multorumq́; inſidiis expoſitos experientia vide-
mus Non enim laudo, nō inquam, ô mercatores vos
imperitos laudo, in quibus finxit exemplum Bart. in
auth. ſed nouo iure. C. ſi cert. pet. & Saly. itidem. quo-
modo enim illam æquitatis formulam cuſtodietis?
de qua in vltima parte diſſeremus. Ait enim idẽ Co-
micus, *homine imperito nihil quicquam iniuſtius, qui nihil
niſi quod ipſe facit, rectum eſſe iudicat.*

14 † Socinus etiam noſter mercatores Florẽtinos pe-
cunias & merces dormire ait non ſinere, in conſ. 87.
col. penultim. vol. 1. in præſenti conſultatione. ſcribit
etiam diligentes eſſe, & mercatorem noſtrum huiuſ-
modi eſſe deſideramus, & fidelem, & diligentem
amamus §. fin. Inſtitut. de ſuſpect. tut.

15 † In ſumme mercatores probè ſe agant circa om-

ne

ne officium ſuum,& temperent ab his, quæ ſunt prohibita,vt elegãter Iuriſc.ait in l.1.in § præterea.ff.de offic.præfect.vrb.& actus ſui rationẽ diligentei conficiant.l. argentarius. in princ ff. de eden. & calamo nõ parcant,omnium enim habere memoriã,mortalitatis non eſt, ſed diuinitatis potiùs §.omnium.in l.2. C. de ver. iure enucl. infirmitas enim memoriæ(quæ labilis eſt)damnũ pleruque mercatoribus ſolet afferre.Seruent igitur, quæ de rationibus ſtatim dicemus.

16 †Quæritur,an mercatores ſint vrbibus vtiles&neceſſarii,nec puto deeſſe qui negarent.Ipſi enim alieni regni(quod non conuenit) ſcrutantur arcana ac detegunt.l.mercatores.C. de com.& mer. vnde legimus Carthaginienſes diſtincta diuerſoria mercatoribus ſtatuiſſe, nec ea illis cum ciuibus communia eſſe voluerunt,cæterùm mercatoribus in forum via patebat,ad naualia autem & ſecretiora vrbis loca ne aſpectus quidem concedebatur,& Græci intra vrbes minimè recipiebant, ſed quo ciues à ſuſpicione periculorum eſſent alieni, à Pomeriis non longe forum venaliũ ſtatuebant, legimusque varias gentes mercatores ad ſe accedere prohibuiſſe,quod mores deprauarẽt,ab ipſis enim monopolia legibus prohibita:vt C. de mono.l vni.ab ipſis plerunque vſuras vtraq; pagina deteſtatas.ab ipſis noua quæſtus cauſa commenta, quibus locorum ciues pecuniis,&facultatibus exinaniunt,ab ipſis denique(vt experientia docet)diuerſa incommoda atque mala proficiſcuntur,& hæc ſentẽtia lege ipſa probari videbatur.Innuit enim Imperator in l.nobiliores.C.de commer.&merc. in illis verbis, perniciosum vrbibus mercimoniũ.Contra autẽ, vrbibus neceſſarios & vtiles eſſe videbatur,idq; probari ex his quæ ſcripſit Bart.in l.ambitioſa.nu. 23. ff. de decre.ab or.fa.Item ex his, quæ notauit Accur.in l.vni.C de nund.in ver locorum,dum ait habent magnum commodum,eo ꝙ propter forum terra eorum impinguatur. Et cùm mercatores neceſſaria ad victũ quotidianum transferant, atq; aſportari curẽt remuneranda eorum pericula,quin etiam cohortanda prẽmiis meritò placuit,vt qui muneribus publicis cũ periculo & labore fungerentur,à domeſticis vexationibus & ſumptibus liberarentur, vt inquit Iuriſconſ.in l.ſemper in §. negotiatores.ff de iure immu. ex qua Iuriſconſulti authoritate hæc ſententia ſatis probari videbatur. Et populũ Romanũ id ſenſiſſe, locus Ciceronis indicat in Oratione pro lege Manilia. Ait enim populum Romanum ſæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſiùs tractatis bella geſſiſſe. Rurſus nulla regio,non prouincia,ne dum ciuitas ſibi ſola ad omnia ſufficit, ſed altera alterius ope & auxilio indiget. Hæc enim frugibus,illa auro & argento,cæteriſque metallis aliiſque rebus abundat, contra alia prædictis, vel horum aliquibus vacat, idque belliſſime Poëta innuit Georg.lib. 1.

India mittit ebur,molles ſua thura Sabei.
Aut Chalybes nudi ferrum.viroſaq; Pontus
Caſtoria,Eliadum palmas Epyros equarum.

Vnde & Plinius victus cauſa mercaturam inuentam dictitabat, & ſummæ prudentiæ atque authoritatis apud Græcos Plato in dialogo 2. qui inſcribitur de Rep.vel de iuſto,inquit, conſtituere ciuitatem in eo loco in quo aduectionibus non indigeat, fermè impoſſibile eſt,& certè mercatoribus nos indigere probat. Item expedit Reip ſubditos habere locupletes. §.fi.Inſt.de his qui ſunt ſui vel ali.iuris.& in auth.ſine quoquo ſuffr.§.cogitatio.& mercatores quæſtus cauſa laborãt, & omnis eorũ vita eſt ad quæſtũ.Legimus etiam in ambiguis iura mercatoribus in ipſis mercimoniis ſeu mercatura fauere, vt ſenſit Alex.in conſil. 130.in fi.vol.7.nec deſunt iuris interpretes,qui in hac ſententia fuerint Nam Albericus in rub.C. de com. & mer. vrbibus neceſſarios & vtiles mercatores eſſe putauit:citat l. 3.ff.de nund.Quæ tamẽ lex in caſu ſuo locũ habet,videlicet, vel in triconibus vel in officialibus publicè ad id ſpeciatim deſtinatis:vt Accur. in glo.fi.eius l.ſcripſit Bal.in l.Macedoniani in fi. C.ad Mac.inquit mercatores eſſe, publicè eſt vtile.Prætereo multa & quidẽ cõſultò,ac de induſtria,quæ hinc-inde dici poſſunt. Verùm breui quid ipſe ſentiam habeto,in hac quæſtione(vt noſtri loquuntur) brocardicari poſſe pro & contrà, brocardica vocantes,quæ rectiùs perplexa dici poſſunt, & his addes,quæ Cornel Agr. ſcripſit in lib. quem de incer.& vani. ſcientiarum inſcripſit in rub.de mercatore,c.72.& ſeq.

17 † Item quæritur,an mercatores inter inhonoratas perſonas habẽdi ſint, & mercatura ſit ſordida,necne? Io.Strap in tract.de grat.& expect.in 5.pa.verſ.circa tertiã partem.nu.6.& ſeq to.4.notans quendam,qui inter ignobiles cenſeri putauit,nobiles & honoratas perſonas ait, vbi mercatura magna & copioſa eſt, & maiorem partem facultatum in ea contulerint.l.ſemper.§ negotiatio ff. de iur.immun. vbi hos immunes eſſe probauit:defendit etiam, quoniam his definitio nobilitatis conuenit:de qua apud Bar.in l.3.C.de digni.lib 12.Quæ ſentẽtia defendi poteſt ex Ciceronis loco à pleriſque relato offi.lib.1.in tit. de quæſt.artibuſque. ſcripſit enim in hæc verba: Mercatura autẽ ſi tenuis eſt,ſordida putanda eſt:ſin magna,& copioſa, multa vndique apportãs,multiſque ſine vanitate impartiens,non eſt admodum vituperanda,atque etiam ſatiata quæſtu,& contenta potius, vt ſæpe ex alto in portũ ex ipſo portu ſe in agros,poſſeſſioneſq; contulerit,videtur,iure optimo poſſe laudari,at Bon.in tracta.de nobilitate in 7.parte ſub nu.7.to.5. refert Io. Bard.10 Eth.q.1. interq; perſonas inhonoratas connumerat.citat gl.in auth.de teſt.in §. ſancimus in verbo,artifices, & idem ſenſit Alc.in l.mercis.ff.de ver. ſig.citat l.ſi cohortalis.C.de cohorta.li.12.vbi Luc. de Pen & idem Alc.reſpondit in tract.de præſumpt. inter.par.reg.1.verſ.48. citat l.1.C. de Præfect.dig. & pleniùs iuris hunc articulum attigit Vero.in tract. de impe.mil.deli.in verbo,nobilitatis nu.12.& ante, & ſeq.to.5.vbi temperandum putat,niſi loci qualitas ad id quodammodo cogeret, in quo fructus & reditus haberi aliunde non poſſent, niſi ex mercatura,& ipſa mercatura magna & copioſa eſſet. Ego verò puto incoloratè in propoſita quæſtione dubitari: cum lex ipſa inter ignobiles expreſſim connumeret.l. nobiliores.C. de com. & mer. quam ad verbum placet referre. Nobiliores natalibus & honorum luce conſpicuos & patrimonio ditiores pernitioſum vrbibus mercimonium exercere prohibemus, vt inter plebeios, & negociatores facilius ſit emendi vendendique commercium,vbi Bal.inquit, qui facit artes mechanicas non poteſt eſſe nobilis: quinimo credo in iure noſtro verum eſſe, quod Bald. ibidem ſcripſit, ex quo nobiles mercaturam exercere prohibentur, ſi exercerent, inter nobiles cenſeri,atque connumerari non poſſe:licet in hoc Ant. ſibi parum conſtiterit, relatus à Veronenſe, vbi ſuprà:ſi tamen per alios mercaturam exercerent,& ipſi non aſſiſterent,defendi poteſt nobilitatem non perdere, ſecundum Alb. in l.humilem.C. de ſec. nupt.& probat Alc. in tract. de præſumpt.in loco dudum citato, quod & ipſe non improbo, quandoquidem in ſuperiori parte verſic.eos,qui per ſe mercaturã non exercẽt,nec quouis

modo

modo negotium tractant, mercatores dici non poſſe
plenius probauimus.
18 † Planè ex loci conſuetudine, & hominum opinio-
ne nobile officium ſeu artem eſſe non negamus, & lo-
cũ ipſum inſpici oportere, num.ſ. in ciuitate inter ho-
nores habeatur, quod & Io. Stap. & Alc. in relatis lo-
cis placuit, qui citat Io. de Plat. in l. maximarum. C.
de exc. mu. & Bar. noſter in l. 1. C. de digni. ſub nume.
97. lib. 12. elegãter inquit. Regulariter illud officiũ
ſeu illũ actum annexum dignitatem ſeu nobilitatem
habere, quod in vniuerſitate illa, vbi de hoc agitur ho
mines opinantur, citat l. fi. ff. de mun. & honorib. in
illis verbis, & quæſtura in aliqua ciuitate inter hono-
res non habetur, probat etiam authoritate Inno. in c.
de multa de præbend. & profectò vbi tenuis non eſt
mercatura, ſed magna & copioſa, vt Venetiis & Flo-
rentiæ, & Anconæ in pretio eſt, & nobiliores in iiſdẽ
locis exercere & vidi & audiui, nec quicquam nobili-
tati detrahi, quinimò hoc genus hominum ad ſupre-
mos admitti magiſtratus & propter diuitias inter pri
marios ciuitatum haberi.
19 † Refert igitur ex ſententia Ciceronis num merca-
tura tenuis ſit vel magna, & copioſa, & mercatoris ſta-
tus ex ipſa mercatura iudicatur: & ſanè ad hunc tra-
ctatum non pertinet, quæ commoda, quæúe incom-
moda tenuiores vel maiores facultates afferant, diffe-
rete, & in quibus iuris articulis deteriores vel melio-
res diuites quam pauperes inueniantur. Conſultò igi-
tur prætereo, & pauca de mercatore noſtro refere-
mus, & illud primum.
20 † Et magnus, & diues mercator in promptu pecu-
niam habere præſumitur, contrà verò, ſi tenuis ſit &
magna ſit ſumma: quod notauit Bar. in l. ſingularia. in
fi. ff. ſi cer. pet. vbi Iaſ. & plerique alij probant. & ſcri-
bit Nic. Boẽ. q. 209. & illam col. 3. licet regulariter
aliquem pecuniam repoſitam habere non præſuma-
tur vt non inſubtiliter probauit Bal. in conſ. 318. Pra-
ctica ciuitatis. col. 2. vol. 1. & ſecundùm ea quæ gloſſ.
Bart & alij notarunt in l. cùm oportet. C. de bon. quæ
lib. & Aymon. Crau in conſi. 19. nume. 8. vol. 1. & his
adiicies tex in l. ſi ſeruus. ff. de nox. quem videbis huic
rei & illud adnotandum eſt, quod eleganter inquit Iu-
riſconſultus in l. eũ, qui emit. in §. melior. ff de in diẽ
adiec. Meliorem conditionem afferri videri, ſi pretio
21 ſit auctum. † Sed ſi nihil pretio addatur, ſolutio tamen
offeratur, facilior pretij vel maturior, melior cõditio
videtur. Idẽ ait, & ſi perſona idoneor accedat ad em-
ptionem Accurſius enim in verbo, facilior, ait vt per
bonos campſores. quod ſingulariter notandũ puto. &
his addes, quod eleganter notauit Abb. Sic. in c. fi. in
22 fi. de his quæ vi metúve cau. † inquit enim non eſſe ha
bendã fidẽ vili ſeu pauperi mercatori affirmanti gem-
mas ſeu pretioſas margaritas habuiſſe, contrà ergo in
diuite mercatore. Vides ergo conditionem mercato
ris explorãdã eſſe, ea propter Franc. Cur. cõſi. 44. nu.
23 83. † complures referendo ex conditione mercatoris
præſumptionem excluſiuam doli mali accipiendam
eſſe reſpõdit. Vnde Angelus Peruſi. in l. milites. C. de
quæſ. eleganter quærit, ſi pecuniarũ magnam ſummã
24 Sempronio furto ſubtractam conſtat, † & Titium di-
uitem quidem & magnum mercatorẽ, è domo Sem-
pronij exiiſſe, ſint qui affirment, & quidem admiſſi
furti tempore, num mercatorem Titium queſtioni
ſubiicere iudex debeat? & negat quæſtioni locum eſ-
ſe. Non enim eſt veriſimile tantum facinus virum ta-
lem admiſiſſe. Sed ſi aliæ cõiecturę concurrerẽt. verbi
gratia, quia ſtatim quòd mercator exiit eiuſdẽ formę,
& ſigni, cuius erat ſubtracta pecunia, bonam & ma-
gnam partem ab eo erogatã probaretur, putauit An-
gel. quia iudici liquet furtum factum, & ſolum mer-
catorem exiiſſe, quæſtioni ſubiiciendum, & refert: nõ
tamen modo, quo nos facimus, & ſcripſit Ang. Franc.
Brun. in tract. de indic. & to. in 3. q. nu. 3. to. 15. deni-
que regulam illam reum conuentum, ſi immobilia
non poſſidet, ſatiſdare de iudicio ſiſti oportere. l. ſciẽ
dum ff. qui ſatiſ. cog. temperauerunt. Bar. Ang. & ple-
25 rique alij ibidem, vt refert Iaſ. ſub num. 1. † In merca-
tore, qui multas merces haberet, quæ difficilè amo-
ueri, ſeu exportari poſſent: argu. l. 3. in §. 1. ff. de vino
leg. vel intricata debitorum nomina in magnis pecu-
niarũ ſummis, adeò ꝙ ceſſet ſuſpicio fugæ, cùm non
facilis ſit eorum exactio, & refert Alex. in l. facere. ff.
ſolut matri. & Ioan. Bapt. Seue. in tract. de debitore
ſuſp. num. 10. to. 16.
Nec illud prætereũdum, mercatorum ſtatum qui-
buſdã legitimis coniecturis iudicari, finge enim mer-
catorẽ mari vel terra in periculoſo loco habere mer-
26 ces, † vel iuxta flumen forſan, quod ſic abundaſſet, vt
impleſſet omnem vicinum locum, vel mare, vbi nu-
merus pyratarum eſſet magnus, vel in montibus ha-
bere, vbi aquarum eſſent impetus, & madefieri poſ-
ſent, hunc enim non ſoluendo effici veriſimile eſt ex
ſententia glo. in l. 2. in verbo ſuſpectum. ff. ſol. matri.
quam probant ibidem iuris interpretes, & præſertim
Bart. ſub nu. 9. Alex. ſub num. 20. qui refert Bar. idem
ſenſiſſe in pleriſque locis, & præſertim in l. 3. in §. fin.
ff. de libe. leg. & Iaſ. ſub nu. 26. adde eundem Alex. in
l. ſciendum. in prin. ff. qui ſatiſda. cog. & Iaſ. eo. loco,
col. 2. Et licet caſum, aduerſamque fortunam ſpecta-
ri, ciuile non ſit, vt inquit Iuriſc. in l. inter ſtipulãtem,
in §. ſacram. ff. de verb. oblig. Vbi tamen præſens ſta-
tus in futurũ id indicat, inſpici debet, vt ſcripſit Bart.
eo. §. & in l. ſi idem cum eodem. §. fi. ff. de iuriſd. om.
iud. Quod tamen ſingulariter temperarem, niſi mer-
catores, vt plerũque aſſolent, ſibi fideiuſſoribus præ-
cauiſſent, & vt vulgo dicimus, aſſecuratoribus. Tunc
enim ratione ceſſante, ceſſaret etiam præſumptio. l.
adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. l. eum, qui. ff. de iu-
re. l. 1. de cond. ob cauſ. c. cum ceſſante. de appel.
27 † Simili modo ſtatus, & conditio mercatoris di-
gnoſcitur. Si enim ponamus mercatorem fœnebres
pecunias recipere, & vſuris ſubiacere, præſumimus
pauperem, & non ſoluendo effici, authoritate eiuſdẽ
glo. ſuperiori loco relatæ, quam probãt ibidem iuris
interpretes, & Alex. citat in c. quanto. & eo. loco. An-
cha. de vſu. quibus addes glo. in l. qui habebat. in ver.
redacta. ff. de leg. 3. & Iaſ. in l. ſi cõſtante. ſub. n. 138. ff.
ſol. mat. Vſuræ enim facultates hominum exhauriũt.
28 † Nec diſſimili modo mercatoris ſtatus iudicari,
atque cẽſeri poteſt. Vbi enim videris mercatorẽ ver-
ſuram facere, ſeu dilata ſolutione ad diẽ merces eme-
re, & eaſdem viliori pretio, quàm emerit, præſenti pe-
cunia vendere, hunc quodammodo vſuris ſubiacere,
malè ſubſtantia ſua vti, & breui ad inopiam reductum
iri rectè quidem præſumes: idque ſenſit Iaſ. in l. ſi
conſtante. ſub numero 138. ff. ſolut. matrimo. dicitur
enim is (vt eius vtar vulgari verbo) *ſtocches*, facere,
quod ex his, quæ priori loco diximus in verſicul. ex
prædictis ſingulariter. numero 34. confirmabis, &
29 illinc aſſumes, quæ ad hunc locum pertinent. † Pro-
bari etiam poteſt, & ſi lege deficeremur, argumen-
to à ſolitis, & ab eo, quod plerunque contingit,
quod eſt in iure fortiſſimum. l. certi condictio. §. ſi
numos. ff. ſi certum petat. in l. fideicommiſſi. poſt
princip. ff. de vſur. gloſſ. in l. neque natales. C. de pro-
bat & latè ſcribit Decius in conſilio 596. ad dubia.
iu fin.

In fin. inquiens ex mente Bal. vtiliſſimum eſſe ad ma-
teriam probationum. & ſcribit Marſ. ſingu. 495. videmus enim quotidie ditiſſimos quoſque mercatores
huiuſmodi emptionibus, & venditionibus (vulgò in
patria mea *ciuanze*, nuncupatis) ad paupertatem, imò
veriùs inopiam deduci, & facultates maximas quaſ-
que extenuari. Et his, quæ ſuperiori loco diximus, ad-
des Bud. in adnot. ad Pande. in l. fin. §. fin. ff. de pigno.
act. ſtultiſſimum eſt & illud certare cum vſuris fructi-
bus prædiorum, vt eleganter inquit Cicero in oratio-
ne ſecunda Catilinaria, pag. 5. hoc eſt ſi mercatores
cum fœneratoribus conueniunt, vt eorum prædio-
30 rum, quæ † pignori pro ſorte, & vſuris acceperant
fructus pro vſuris colligant, quia fructus vſuris pares
eſſe non poſſunt, ſtultiſſimum ideò eſt, ad extremum
enim omnes ſequentium annorum fructus prioribus
annis debentur: itaque proprietas ipſa ære alieno
31 onuſta, creditoribus adiicit. Potes † igitur hoc caſu
coniectura propiùs accedere, mercatores qui huiuſ-
cemodi faciunt, citiùs rationes conturbaturos. Ven-
dere præterea latiùs eſt, quàm modo prædicto obli-
gare. Quòd ſi Anconitani ciues, qui nimium amore
poſſeſſionum tenentur, & id facere conſueuerunt, me
non ſemel clamantem audiuiſſent, locupletioribus &
melioribus ciuibus vteremur. Nec illud tacebimus
relatum Ciceronis locum, vt ſuprà explicandum ſen-
ſiſſe Franciſcum Notto de vſuris libro primo. cap. ſe-
cundo in fin.

*Et maximè de ſtatu illius mercatoris dubitandum arbi-
tror, qui ære alieno grauatus, iam inceperit ſarcinulas, com-
ponere*, vt in ſimili Iuriſconſultus inquit in l. ab hoſti-
bus §. fin. ff. ex quibus cau. ma. vel alia receſſus indi-
cia apparuerint ad quæ l. quæſitum. cum glo. ff. de pi-
gno. & quæ notauit Bald. in rubr. de reuo. his, quæ in
frau. cre. & Bar. in l. ait prætor. in § ſi debitorem. ff. de
his, quæ in frau. cred. quibus addes Ioan. Bap. Sene in
Tract. de debitore ſuſp. & Dd. & præſertim Iaſ. in l. ab
arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. qui indicia, & fugæ conie-
cturas differendi notant, & notabis l. ſi ab arbitro in
illis verbis, ſi calamitas inſignis interuenerit, vt idem
ſtatuendum ſit in eo, qui mari vel terra magnam ia-
cturam fecerit.

Bonus tamen vir variè in prædictis omnibus con-
ſtituet, vt in ſimili Iuriſconſultus inquit in l. in fun-
do. ff. de rei vend. & in l. fin. ff. de actio. & oblig. habē-
da enim in prædictis omnibus & ſingulis eſt ratio tē-
porum, locorum, periculorum, ſuſpicionum, ſumma-
rum, debitorum, cauſarum, mercium, pretiorum, &
qualitatum perſonarum, iuxta gloſ. in l. in omnibus. ff.
de iudic. & Sene. vbi ſuprà, & quæ diximus in cogni-
tione eſſe iudicandi gratia mercatorum ſtatum refer-
re poteris prædictis omnibus, & ſingulis, prout con-
gruunt. Quæ omnia multis iuris articulis aptari poſ-
ſunt. Verùm ad duo tantùm referre contentus ero. Al-
terum eſt, vt mercatores diſcant cautiùs negotiari, vt
dicit Imperator in l. inciuilem. C. de fur. Alterum eſt
32 valde quidem quotidianum, † ea quo enim l. in omni-
bus. ff. de iudi. frequenti Dd. ſententia receptum eſt,
locum habere, tam in contractibus bonæ fidei, quàm
ſtricti iuris, quod probatur in l. creditores. ff. de priu.
credit. & ſcribit Alex. in citata l. 2. num. 14. ff. ſol. ma-
tr. & latè Mar. de Affl. dec. 108. procur. ſi poſt debitū
ad diem, vel ſub conditione contractum in prædictis
implicitum mercatorem cōſtiterit, quoniam ſtatum
immutaturum breui præſumitur, ſeu veriùs immutaſ-
ſe, & non ſoluendo ſtatim effici, pendente die, vel cō-
ditione ad idoneè cauendum cogi poſſet. Quod ſem-
per intellige ſecundùm ea, quæ in cognitione cauſæ
verſari nuper diximus, quæ præcipuè is, apud quem
notio eſt in mercatoribus, exiſtimabit.

Contra autem de ſtatu illius mercatoris bene opi-
nari poteris, quem in prædictis implicitum non eſſe,
& frequēter, ac ſine vanitate in magnis negotiis per-
tractandis, itidemque peragendis videris, & his ad-
des, quæ in tractatu de decoctoribus dicemus.
33 † Commodiſſimè hic tractari poteſt, num merca-
tores extranei, quos forenſes vocant, à dominis loco-
rū ſine cauſa expelli poſſint, interdiciq; ne intra mu-
ros territoriumq; morentur, & his recedere recuſan-
tibus, bona auferri, Bal. noſter in c. 1. in §. fi. de forma
34 fideli, ſcripſit in hæc ſeu ſimilia verba. † Mundus eſt
omnibus cōmunis patria, & ideo expelli nō poſſunt,
niſi ex cauſa, qua poſſent relegari. Nam expellere, in-
terdicere eſt, quæ pœna abſque cauſa imponi nequit.
ff. de interdi. & releg. l. relegatorum. Venturis autē ad
patriam alienam ingreſſus denegari poteſt, & territo-
rium interdici. ff. de ſerui. ruſti. præd. l. diuus. ff. de vſu.
l. hæres. ff. ſi ſer. vend. l. Ariſt. Poſtquā autem ingreſſi
ſunt, inter populares habentur, & tam contra natura-
lem æquitatem, quàm bonum publicum eſt eos ex-
pellere. facit in authen. de quæſt. col. 6. poſt princ. in
illis verbis, Ciuitas noſtra populoſa eſt. vbi eſt tex. ſin
35 gularis, † appellatione popularium, aduenas, ſeu alie-
nigenas incolatum habētes contineri, idque nec vn-
quam alibi lectum, nec relatum, & compluribus legi-
bus municipalibus aptari poſſe. Hæc Bal. Cui quædā
adiicienda ſunt: dum enim inquit, Mundus eſt omni-
36 bus communis patria, † ſciāt mercatores inclytas no-
minatim vetuſtis legibus prohibitas ciuitates tranſ-
gredi, non niſi periculo proſcriptionis bonorum, &
perennis exilij poſſe. l. mercatores. l. fin. C. de com. &
merca. Item quod ait Bal. popularium appellatione, alie-
nigenas incolatum habētes, contineri: Idem Bal. pro-
bauit in l. 3. in § hæc verba. in fin. ff. de neg. geſt. Ve-
rùm idem Bal. parum ſibi (vt plerunque ſolet) in hoc
cōſtans. in rubr. C. qui accu. nō poſ. in noua vrbe text.
loqui putauit, & non generaliter locum habere, quod ſi-
ne diſtinctione prius dixerat. Sed & ipſe legito Alex.
in additi. ad Bart. in l. in prouinciali. in §. fi. ff. de nou.
37 oper. nun. Denique & illud adnotabimus. † etſi *Mara-
ni*, quos vocant, permiſſu principis per aliquos annos
ſint immorati in ciuitate Anconæ, cùm tamē religio-
nem nunquam coluerit iſta natio, & deprauari mores
ciuitatis horū conſuetudine videamus, Chriſtianam
pietatem lædi, religionē cōtemni, ritus alienos à fide
inter plebeios ignaros induci poſſe, nonne expellēdi
cauſa eſt iuſtiſſima? ſed hæc ad curā ſanctiſſimi epiſco
pi pertinent, ciuiumq; Anconitanorum, quibus cùm
optimus maximuſq; Pōtifex Iulius III. reditus reſti-
tuerit ciuitatis, & ſingulari gratia ciues ſcripturæ An-
conæ præeſſe iuſſerit, nō dubito huic tantæ rei nō eſſe
aliquādo conſultū, & cōtra huiuſmodi peſſimū genus
hominū multa retulit Bund. in tract. de hær. q. 5. to. 15.
38 † Sciendum eſt etiam mercatores dum mercium
cauſa vagantur, inter miſerabiles perſonas connume-
rari, placuit enim eorum labores, & pericula remune-
rari, vnde ſi pedagiis iniuſtè grauarentur, ſeu vexa-
rentur, coram iudice eccleſiaſtico poſſunt conqueri,
idque ex ſententia Innoc. in c. ſignificantibus de of-
fic. deleg. cuius ſententiam ibidem probauit Fel. ſub
nu. 5. addēs Io. de Ana. & Pet. de Anch. ſenſiſſe in c. fi.
de iud. Mercatores in nundinis exiſtentes, poſſe corā
eccleſiaſtico iudice experiri. Sed & ipſe addes Fel. in
c. cum ſit. n. 41. de foro cōp. qui citat Abb. in c. excō-
municationi, in fi. de rap. & legito Spec. in ti. de cōp.
iud. adi. §. 1. ver. 28. Et his addes etiam Alex. in conſil.

130.

130.in fin.volum.7. & in ſylua nupt.lib.6.nume. 29.
& in pleriſque iura mercatoribus plurimùm fauent,
vt in cap.fin. de treuga & pace.& in cap. fin. vbi glo.
& Ioan. And.extra.de Iudæ.& ſcripſit Corn.in conſi.
319.circaprimum.&c.col.penult.volum.3.
39 † Refert etiam Bertac. in ſuo reperto. in verſic.
mercator.Specul.in tit.de reſtit.in integr §.1.verſic.
ſed quid de mercatore, differentem, num merrator
abſens,mercaturæ cauſa, ea voluntaria,ſeu probabili
cauſa abeſſe cenſeatur? quem locum in libro meo
non ioueni.

Oportet etiam mercatorem noſtrum, num cum
omnibus gentibus commercium eſſe impunè poſſit,
non ignorare, in quo euidentioris & facilioris intel-
lectus gratia quaſdam facti ſpecies conſiderauimus.
40 † Et illud primum mercatoribus Chriſtianis pro-
hibitum eſſe commercium cum Saracenis & hoſti-
bus populi & imperij Romani tempore belli,& non
ſolum in mercibus prohibitis,quas in 4. parte ſpecia-
tim enumerabimus, verùm in omnibus mercimo-
nijs. Non enim licet deferre, & exportare,ſeu expor-
tari facere ad huiuſmodi gentes belli tempore mer-
ces aliquas, idq́ue frequenti Dd.ſententia receptum
eſſe,copioſè Alex.ſcripſit & probauit in conſil. 130.
omnipotentis, vol.7.& Dd.præcipuè Abb. & Fel.in
c. quod olim extra de Iud. & in c.ſignificauit,eo.tit.
41 † Quinimò belli tempore merces prohibitas etiã
redimendorum captiuorum gratia deferre non licet.
d.c. ſignificauit.vbi Abb. Hoc amplius, cum genti-
bus huiuſmodi belli tempore commercium habere,
& ſibi ſubſidium ſeu conſilium impendere prohibe-
mur, & pœna contrafacientibus imminet, præterea
excõmunicationis, idq́ue probatur eodem c.quod olim.
42 † Saraceni autem dicuntur, qui nec nouum teſta-
mentum nec vetus recipiunt ſed deos plures colunt,
vt notat Hoſt. in ſumma in tit. de iud. & Sara §. qui
ſunt Saraceni.& §.ſeq. & Spec. in titul. de iudic. in-
quit quoſdam Saracenos recepiſſe libros quinque
Moſaycos, Prophetarum verò abieciſſe,& refert A-
lex.in eod. conſil.ſub nume. 11. Hoſtes verò qui ſint,
declarauit Iuriſcon.in l. hoſtes.ff. de verbo ſignifi &
Bart.in l.hoſtes.ff.de capt.& his addes Nico. Boër.q.
178.num.10. & primò præſuppono, qui ſententiam
43 noſtrã & Alex.receptam cõmuniter teſtatur. † Dein-
de & illud adnotandum, ceſſante bello, ſeu inita pa-
ce,vel pactis induciis, permiſſum eſſe & quidem in-
diſtinctè Chriſtianis mercatoribus,cum dictis hoſti-
bus & Saracenis habere commercium,ſecum habita-
re, ad eos quaſcunque merces exportare ſeu expor-
tari facere,quibus Saracenis & hoſtibus commodum
etiam & ſubſidium afferatur: dummodo nõ ſint mer-
ces prohibitæ: de quibus,ſuo loco dicemus,& ita in-
ter omnes conueniſſe idem Alex. ſcripſit in relato
conſil. 130.vol.7. qui ait probari in c. ſignificauit.&
in c. quod olim.de Iudæ & in eadẽ opinione eſt Ni-
co.Boër.q.178. & primo num.18. qui in iure noſtro
receptum id eſſe confirmat: licet autem relata capita
hãc interpretationem habuerint, & minimè ſint mu-
tanda, quæ certam interpretationem ſemper habue-
runt.l. minimè.ff.de leg.& me authoritates tot inter-
pretum iuris valde mouerint: id tamen quod diximus
apud me non eſt expeditum. Aduerſatur enim huic
ſententiæ.l. 2. C.de com. & mer. vbi Saly. ſic ait in
ſumma, Cum hoſtibus populi Romani vel ſacri Im-
perij non licet mercari. dicet forſan aliquis Salyc.ni-
mis generaliter cum gloſ. locutum eſſe, vel legem il-
lam ſpeciatim in auro loqui, quod inter res prohibi-
tas connumeratur: vt ait Alexand.in princip. dicti cõ-
ſilij, nam & Ange.in ea.l.2. idem in argento probat,
quod & verum eſt. Obſtat etiam valde relatæ ſenten-
tiæ.l. mercatores. C.de com. & mer. vbi Imperator
prohibet, ne vllus Imperio Romano ſubiectus vltra
Nisibin, Calinicum, & Artaxatem emendi ſeu ven-
dẽdi ſpecies cauſa audeat proficiſci. Nec præter me-
moratas ciuitates cum Perſa merces exiſtimet com-
mutandas, ſciente vtroque qui contrahit, & ſpecies,
quæ præter hæc loca fuerint venundatæ vel compa-
ratæ ſacro ærario Imperij vendicandas, & præter ea-
rum rerum ac pretij amiſſionem, quod fuerit nume-
ratum, vel commutatum, exilij ſeu pœnæ ſempiter-
næ ſubdendum, & idem dicitur in l. fin.eod. titul.&
(ni fallor) hic eſt textus contra communem ſenten-
tiam. Loquitur enim in Perſis, qui erant hoſtes Po-
44 puli Romani patet ex verbis eiuſdem l. † Fœderis
tempore, & qui Perſæ ſemper fuerunt Populo Ro-
mano: vt Horatius in pleriſque locis teſtatur,& præ-
cipuè eo in loco. *Quò graues Perſæ melius perirent*: &
alibi, *adiectis Imperio Britannis, grauibusq́, Perſis*, & licet
loquatur in Perſis tantùm, & limitata loca adiician-
tur, generaliter tamen intelligendum puto in omni-
bus Romani Imperij hoſtibus: eſt enim hæc genera-
lis ratio in l.expreſſa, ne alieni regni (quod non con-
uenit) ſcrutentur arcana, quæ ratio cum generalis ſit
& expreſſa, facit, vt alij hoſtes comprehendantur: nec
legem ad alios extendendam dicimus, ſed illos ratio-
ne comprehendi ſecundum ea, quæ copioſè recen-
tiores iuris interpretes ſcripſere, in Auth.quas actio-
nes.C.de ſacr.eccl. Vnde meritò Bald.noſter hoc in-
nuens in ſumma legis, inquit, non eſt licitum merca-
tionis cauſa conuerſari cum gentibus non gratis po-
pulo Romano, ne credantur Romani exploratores
arcanorum regni alieni. Putabam etiam tandem ſen-
tentiam infirmari & alio text. claro in c. multa men-
tis amaritudine, ſito in titul.de iud.extra.commu.id-
q́ue tum ex proœmio, tum ex illis verbis generali-
bus. Nos igitur qui ad liberandam terram ſanctam
ſtatuimus, vt nullus arma,equos, ferrum, lignamina,
victualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexan-
driam, vel alia loca Saracenorum terræ Ægypti de-
ferre, mittere, vel portare, ſeu de portibus eorum &
eiſdem deferantur extrahere, vel extrahi permittere,
aut eis aliâs auxilium vel fauorem præſtare quoquo
modo præſumat. Planè illud non negamus, aliam eſſe
pœnam in mercibus prohibitis, & aliam in non pro-
hibitis: in prohibitis enim pœna publicationis om-
nium bonorum, & capitis ſtatuta eſt, in l. 2. C. quæ
res expor. ſecundum ea, quæ latiùs in 4. parte diffe-
rendo dicemus: at in non prohibitis ſpeciatim dici-
mus perpetui exilij eſſe, amiſſioniſq́ue rerum & pre-
tij, iuxta l. mercatores. Præterea aliæ adduntur pœnæ
in relato c.multa mentis, quas pœnas, & in ſingulari-
ter prohibitis, & quibuſcunque mercimoniis locum
habere putamus, mouent nos verba text. relata. Et ſi,
Lector candide, vnius Benuenuti ſententiam in hac
controuerſia multorum, & maiorum ſuperaſſe cre-
dideris, accipe reſponſa, quæ occurrunt his, quæ Ale-
xand. & cæteros aliter ſentientes mouerunt, text.
enim in cap. quod olim.& in capit. ſignificauit, non
obſtat. quoniam vbi prauus intellectus, ſeu iuris an-
45 tiqui correctio ſequitur, argumentum † à ſenſu con-
trario ſumi non poteſt. l. 2.C. de condi.inſert.l. con-
uenticulam.C. de epiſc. & cler. l. nemo.C. de iuriſd.
omn.iudic.& copioſè ſcripſerunt Dd.in l. 1. ff.de of-
fic.eius. Vel verius ex lectione dictorum capitulorum li-
quet neceſſariò à ſenſu contrario non diſponi in di-
ctis capitibus ꝙ Dd. inquiunt, ſed à ſenſu contrario
prohi-

prohibitionẽ ceſſare at prohibitio aliis iuribus pro-
batur,& facta eſt,ſcilicet l.mercatores. & l fin. C.de
com.& merc.& ſuprà citatis:& in c. multa mentis. vt
belliſſimè circa huiuſmodi argumẽtum ſcripſit Dec.
in d.l.1.in not. & num. 53.ff.de offic.cius. Dicebat
etiam Alexan. ſi iuuet Chriſtianos, & Iudæos inter
quos ceſſat bellum,eſt permiſſum mercari, & nego-
tiari.l.nemo exterus.C de Iudæis c. poſtulaſti. & c.
46 cùm ſit.& c.pe.de Iudæ. † Et ſecta Saracenorum eſt
minùs mala,quam ſecta Hebræorum, quod probat:
ergo fortius dicendũ eſt ceſſante bello, vel inito fœ-
dere,cum Saracenis, commercium debere concedi,
in rebus tantum non prohibitis.Sed non improbè di
ci poſſe videtur hanc rationem non concludere, di-
uerſa enim eſt ratio,nec par in Iudæis, & Saracenis,
idq́ue ex eo, quoniam Hebræi amiſerunt regnum.
47 † Et id colliges verum eſſe ex relatis per eundem
Alexand.& text. in l.mercatores. ſubiicit rationem,
Ne alieni regni ſcrutentur arcana. Item Iudæi ſubii-
ciuntur Chriſtianis, & imperio Romano, tanquam
ſerui ſubiecti eſſe debent c.Iudæi.de teſt.vbi Abb.&
debent re, & factis illorum ſe ſeruos eſſe aſſeuerare,
quos Chriſti mors liberos, & illos ſeruos effecit.
Cùm ergo & dicta ratio,& rationes,quæ colliguntur
ex c.multa mentis non conueniant Iudæis, prout Sa-
racenis, argumentatio Alexand.corruit,conſideran
dæ ſunt enim perſonarum qualitates, deteriori, ſeu
meliori loco habeantur, in caſu de quo quæritur,
deteriores ſunt Saraceni hoc in loco, tum propter
potentiam,quam habent,tum etiam ex cauſis in plu-
ribus relatis capitibus expreſſis, & præcipuè in cap.
multa mentis.& in l. 2.verſi.perniciosum.C.quæ res
expor. & hæc in iure vera eſſe videbantur: licet ſen-
tentiam Alexan.& communem vſu receptam videa-
mus,& conſuetudine ipſa approbatam.

48 † Rurſus ex eodem eleganti Alex. reſponſo aliam
facti ſpeciem elicimus, num Chriſtianis mercatori-
bus, exceptis Saracenis,& hoſtibus, cum aliis genti-
bus ſit commercium?& vna cum Alex.dicimus, cum
huiuſmodi gentibus, cum quibus nec bellum, nec
pax, nec fœdus exiſtit eſſe commercium & ad eas
quaſcunque merces etiam prohibitas exportari, at-
que deferri licere, exempli loco ad indianos, cum
quibus nihil nobis negotij eſt probat Alexan. quo-
niam,& leges,& canones ad Saracenos, & hoſtes ex-
portari tantùm vetant. Nec huic ſententiæ aduerſa-
tur l.mercatores ſuprà relata, loquitur enim in ho-
ſtibus:idq́ue indicant verba legis fœderis tempore.
Minus etiam moueat ratio eiuſdem legis. Ne alieni
regni ſcrutentur arcana. Ceſſat enim exploratorum
ratio in gentibus,cum quibus nihil nobis negotij eſt.
Verùm nõ me latet Nic. Boë q.178.id notare: putat
enim Alexand.malè ſenſiſſe,& ſentit merces, ſiue li-
citas,ſiue illicitas,vbi bellum indictũ eſt inter Chri-
ſtianos principes,prohibitum eſſe deferri.

49 † Vnde in dicto bello à rege Francorum regi An-
gliæ propter rationem l.mercatores.Ne alieni regni
ſcrutentur arcana,& ea, quæ ſcripſit Bald.in l. 2. C.
quæ res expor.& quædam alia,omnes merces deferri
legibus vetari.Verum enim eſt bellum, quod indici-
tur,non enim & Galliæ, & Angliæ reges imperato-
riæ ditioni ſubiiciũtur, & propterea hoſtes regni,vel
regis,vbi bellum indictum eſt,dicuntur, & ita inter
eoſdem reges ſeruari ſubdit.Ego autem, & Nicolao
Boër.aſſentior,& Alexand.ſententiam probo, iuxta
exemplum ex mente Alexand. propoſitum, & li-
cèt enim generaliter Alex.locutus ſit,ſi tamen de fa
cto Nico.Boërij conſultus Alex. fuiſſet, idem fortè
reſpondiſſet,propter ea, quæ paulò ſuperiùs ſub nu.
40.ex mente eiuſdem retulimus.

50 † Denique ex mente,& verbis eiuſdem Alex.in lo
co non ſemel citato,in hac materia notãdum eſt, in-
ter Chriſtianos, & Iudæos mercatores licitum eſſe
commercium.c. poſtulaſti. c. cùm ſit de Iudæ.l. ne-
mo.C.de Iudę Io.Cal.in cõſi.3 ſub tit.de loc.Quin-
que enim ſingulares ſunt caſus, in quibus communi-
catio prohibetur.c.nullus.28.q.1.Et quoniam merca
torem noſtrum,Chriſti fidelem deſideramus,& eiuſ-
dem fidei,& æqui obſeruantiſſimum,& propter aſſi-
duam conuerſationem facilè in excommunicatio-
nem poſſet incidere placuit citatum caput ad ver-
bum referre:

*Nullus eorũ, qui in ſacro ſunt ordine, aut laicus azyma
eorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum
in infirmitatibus ſuis vocet, aut medicinam ab eis perci-
piat, aut cum eis in balneo lauet. Si verò quiſquam hoc fe-
cerit. ſi clericus eſt, deponatur: ſi laicus, excommunicetur.*
Adde caſum aliũ in c.ſi quis Iudaicæ prauitatis.eadẽ
cau & q.& adde c.poſtulaſti.& c.cùm olim ſuprà ci-
tata,quæ capita legito,& cap.poſt miſerabilem & c.
quanto.de vſu.& Bert.in tract.de gab.in 3.par.num.
51 12.vſque in fi.† Solent, & debent mercatores ratio-
num libros conficere,id enim ad ſtatum eorum prę-
cipuè pertinet:ſolent inquam (vt Ciceronis vocabu-
lo vtar) aduerſaria habere, itẽ & codicem:ſunt enim
aduerſaria libelli, in quibus mercatores primùm ra-
tiones accepti, & expenſi negligenter ſine ordine
conſcribunt,& memoriæ gratia. Codex verò liber
eſt, in quem rationes diligentiſſimè perſcriptæ re-
feruntur. Idq́ue liquet ex fragmento Orationis pro
Roſ.Comœ.vbi quod aduerſariis fides nõ habeatur,
quia breuiter, & ſine ordine, ac negligenter in eis
ſcribimus.At in codice cõtrà,& de duobuſmet libris
meminit Bald in rubr.de conſtit.pecun.nu. 4. licèt
eiſdem vocabulis non vtatur, quos libros in patria
mea,vulgò *Giornale*, & *Libro maeſtro* appellant. Vnde
ego credo codicem ab Imperatore appellatum, &
propter authoritatem,& quia omnes ferè Digeſt.ti-
tuli,& materiæ in librum illum referuntur.

52 † Illud igitur non ineleganter quæritur, quæ re-
quirantur,vt codex rationum more experientium, &
proborum mercatorum inſtiturus,& conſcriptus di-
catur,& meo quidem iudicio ſunt hæc,quæ breuiter
enumerabimus neceſſaria.

53 † Et illud primum ex conſuetudine non vulgariũ
mercatorum codex inſcriptionem,ſeu præfationem
continere debet,verbi gratia: Hic eſt liber Bartholo
mæi Tomaſij quæ inſcriptio quàm ſit neceſſaria, &
quanti momenti ſit in ipſa mercatura, indicant ſcri-
pta à Bartol.& Bald.in l. ſi patruus C. commu. vtriuſ.
iudic.ſub num.6.argum.l.Neſennius.ff de neg. geſt.
ſumunt enim argumentum ex ea, mercaturam com-
muni nomine factam,ſi in initio codicis inſcriptum
ſit, Hic eſt liber G.& B fratris: vt ſcribit Decius in
conſil. 21.Viſo puncto.nume.1.& nu.6.Accutiſſimi
etiam ingenij vir Socin.in conſil.87 col.3. & 4. ver-
ſicu. circa ſecundam quæſtio. ex ipſa inſcriptione
54 argumentum ſumit.† Cùm enim proponeretur mor-
tuum ſocium, & conſequenter vnius ſocij morte ex-
tinctam ſocietatem.§.ſoluitur.Inſtit.pro ſocio. & ff.
eod.l.adeo l.nemo.l.actione. §. nemo. ex quo ſocie-
tas non ſolùm expreſſè, ſed tacitè etiam contrahitur:
Inſtit.pro ſoc.in prin.l.cõſenſu.ff.de actio.& obliga.
Societatem proſecutam,ſeu renouatam ex titulo,ſeu
prefatione codicis probauit.Addit Bart.in l. Titiũ &
Mæuium.in §. altero.ff.de adminiſtra. tutor.& alias

coniecturas. Et his adiicies, quod eleganter ex facto conſulto placuit Pau.Caſtr.in conſi.313. Omiſſo primo in 2.parte. cùm quidam mercator in codice inſcripſiſſet:Hic eſt liber Titij,& ſociorum,& deletum, cancellatumque illud verbum,& ſociorum,reperiretur,dubitareturque, num fides libro habenda eſſet.ſeu diminueretur,liberque vitiaretur, & quia ex rationibus ipſis id colligebatur,† & mercator idē
55 verbum eſſe,& addi non recuſabat,& aliis rationibus codicem non vitiari, & eiuſdem fidem imminutam non eſſe defendit. Denique initium codicis, ad ea, quæ ſequuntur,referri placuit.Communis enim omnis rationis eſt propoſitio diei, & Conſulis : iuxta ſingularem textum in l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium.ff de edendo.& quæ eleganter, & copioſè ſcripſit Bal.in conſi.382.nu.14.vol.5.In quæſtione Milani.

†Deinde illud eſt neceſſarium,vt liber rationis le-
56 gitimè confectus dicatur,ex eo computationes probæ,an improbæ ſint relatæ, explorari poſſit, acceptaq́; & relata rectè,an non rectè, tunc enim computationes rectè explorantur,cùm acceptum bene latū eſt,& expenſum ſimiliter probè latum, &(vt vulgò dicimus)accepta,& data rectè poſita eſſe debent, vt rationes confici, atque conſolidari facilè, ac probè poſſint,vt colligitur ex eleganti text.in l.cùm ſeruus. ff.de condi.& demon.circa medium.Facit,quod ſcripſit Ange.conſi.287.tuto. & quæ eleganter ſcripſit Bal.referendo Nico.Mat.in l.rationes.nume.1.C.de probat.& Iaſ.in repet.l.admonendi.nu.96.ff.de iure. & his addes quæ belliſſimè ſcripſit Bart.in l.2.C. de naui.lib 11.& quoniam confirmat prædicta,& infraſcripta placet referre.Inquit enim in hæc,ſeu ſimilia verba:Nota ex hac lege conficiendarum rationū modum ab officialibus ſeruandum, qui multa recipiunt, & multa ad alios transferunt.†Debent enim quæ re-
57 ceperunt ſcribere,& quidem nominatim à quo receperint, & ex qua cauſa:ſuprà de exact tribut.l.apparitores.Item,cui dederint,nominatim debent ſcribere,ſuprà de ſuſcept.& arc.l.neminem.Itē & diem receptarum rerum ſpeciatim inſerere. Si enim prædicta ſpeciatim,& ſingulatim non ſcripſerint, non videtur reddita ratio. Nō enim poteſt ille,cui ratio reddēda eſt,intelligere,nec dignoſcere ſi quid machinationis in ipſis rationibus ſit admiſſum,vt dicit tex.in d l.neminem.Ratio enim, quæ non poteſt intelligi, non videtur reddi.l.argentarius §.edi.ff.de edend.& hæc vera exceptis minimis expenſis, in quibus adminiſtratoris iuramento ſtandum eſt. l. ſcimus.§.in computationem. C. de iure deliber.de donatio.l. ſi quid pro redemptione.& ff.ſi cui,plus quàm per leg. Falcid.l diuus.Hæc Bart.

†Et illud tertiò requiritur propter rationē proxi-
58 mè relatā,in codice omnia ſingulariter, & explicitè ſcribi,& exprimi,implicitæ enim rationes eſſe nō debēt,& ſummas,in genere,vel in cōcreto cōtinere : vt ſcribit Bar.in conſ.150.in fine.cùm prædicta examinarem.

†Rurſus & quartò codicem ipſum de more factū
59 oportet,nec enim perfunctoriis ſcripturis.foliis, ſeu ex chartabulis eſt habēda fides,ſed ipſis codicibus ſolēniter,& proborū mercatorū more cōfectis, in quo loci conſuetudinem ſpectādam puto. quod & verum eſſe indicant ſcripta a Bald.in conſ.152.ad euidētiam præmittendū.vol.3.qui eleganter,& copioſè ſcripſit, & probat Iaſ in conſ.4.vol.3.do.Io.Bap.vbi Dd.cōplura loca ad confirmationem omnium prædictorū quibus addes Petr.de Vb.in tract.de duo.fra.par.12. num.7.to.8.& tex.in l.ſi ita fuerit.in §.quæſtio.ff. de manu.teſt & l.ſi ſtatu libera pœnæ.in §.ſi.de ſtatu. in quibus iuribus de volumine rationum fit mentio, & de codice fit mētio in l.quædā.in §.ſi.ff.de eden.

†Item & quintò requiritur, vt rationes in codice
60 deſcriptæ cauſam contineant, ex qua ſ.cauſa acceptū latum ſit,& ex qua expenſum latum.Non enim nudæ à cauſa rationes eſſe debent.l nuda ratio.ff.de dona. Bart in d.l.2.C.de naui.li.11.Abb.in c.2.nu.12. de fide inſtr.vbi refert Ioan. And. in addi.ad Spec.in tit. de inſtr.edi.§.nunc dicēdū.in additione magna. quia de argentariis ſcribit in additio.ad Abba. vbi ſuprà, qui aliorum loca refert.& Iaſon in repetitio.l.admonendi.ſub nu.96.ff.de iure. Sic enim actus ſui fides & diligentia demonſtratur.l.1.§.officio. ff. de tutel. & rat.diſtra.Idque vſque adeò placuit,rationes.ſcilicet,cauſam continere oportere,vt incerta,vel obſcura cauſa non ſufficiat.

Comparantur enim hæc,vel cauſam non adiicere vel talem adiicere,quæ intelligi rectè nequit. Ita ex facto conſultus reſpondit Alexand.in conſil.172. lectis.vol.2.num.6.citat Bart. in l.quicquid aſtringendæ.col.1 ff.de verb.obl.glo.in l.2.in §.circa.ff. de doli excep.& Bal.in l.generaliter.in 4.q.C.de non nu. pec.dicentem,cauſam aptam,potentem,& cohærentem eſſe oportere. quibus addes,quæ ſcripſit Ioan. de Ana.conſi..129 oritur.planè Bald.noſter in rubr. C.de fide inſtruum.ſub num.23.argutè inquit coniecturalem cauſam probare,ad confirmationemq́; ſcripturæ ſufficerè,vt contra probet. Vbi aliàs verā cauſam probare oporteret, ſi ſcriptura non eſſet, refert, & probat additioni.ad Abbat.vbi ſuprà,in c.2.de fide inſtrumentorum, & Iaſon in repetitio.l.admonendi.ſub num.96.nō ſemel relatus, & Felin.quē videas in c. 2.nu.29.de fide inſtrumento.

†Item & ſextò neceſſarium eſt in codice merc.ra-
61 tiones ſub certo die eſſe conſcriptas,& plerique conſulem adiiciunt,& hodie Pontificis,ſeu Imperatoris nomen,vt ſcribit Bal.in rub.de fid.inſtr.nu.30.& ſeq. numeris.& ratio huius rei illa redditur:quia ſine certo die rationes implicitæ redduntur, & explorari nō poſſunt ex mēte Iuriſconſulti in citata l. cùm ſeruus. Et quòd continere deberet diem, & cōſulem expreſſim notauit Ioan.in loco vbi ſuprà. Idq́ue exemplo rationum argentarij, cùm ſit eadem ratio, licet parem effectum non habeant. l. 1. in §.rationes. ff. de eden. vbi Ang.idem probat, & latè ſcribit Mar.ſin. 429.ſubdens ex mente Ioan.And.& aliorum, vt pro mercatore probet.Nam ſine die, & conſule contra ſcribentem probat, quod ad cœlum id vltimum ferens,alios referendo,notauit prius Iaſ.in d.repetitione.l.admonendi.ſub relato nu.96.& vide Alexand.in conſ.182.lectis.lib.2.& conſidera.

†Denique codex,ipſæque rationes bonam fidem
62 contineant, non repugnantia, aut non veriſimilia:ſolertiam,ac diligentiam indicent, quam natura actus requirit,vt eleganter citatus Iaſ.ſcripſit in conſil. 4. vol.3. Quod autem diximus veriſimilia continere debere,magni refert,tunc enim accedente iuramento, & difficultate probationis, pro ipſo mercatore probaret:vt Guig.Bal.Alex.ſenſere in l.1.in fi. C.de eden & probat Iaſ.in repet.l.admonendi. ſub nume. 102.prope ſequentem numerum.& Dec.qui aliorum loca refert in conſ.596.ſub nu.9.& adde quæ elegāter ſcripſit Gui.Pap.in deci.part.q.441.docet enim practicam,quóue modo,& qui articuli ſint inſtituendi. Quæ comprobari poſſunt ex his,quæ paſſim de re veriſimili,vel non veriſimili leguntur,de quibus ſcripſit

pſit Iaſ.in conſ.160.volum.4.& Mar.latè in pleriſq; locis repetiit(vt aſſolet)& præcipuè in conſi.83.nu. 9.& ſeq.& conſ.109.nu.20.& ſequen.& ſing. 343.&
63 in aliis pleriſque locis ab eo ibidem relatis † careat & codex noſtri mercatoris cancellationibus, inductionibus,ac ſuperinductionibus, & omni deniq; ſuſpicione,ſecundum ea,quæ eleganter ſcripſit Bal. in conſil.382.in q.Milani.num.14.& ſeq.vol.5. & facit l.1.de his, quæ in teſt.delen.l.ſi vnus.C.de teſt.l.fin. de edic.diui Adri.toll.l.1.in §. qui rationibus.ff. de fal.& quę leguntur,& notantur in c.inter dilectos.de fid. inſtru. quod caput legito ad detegendas malorũ mercatorum falſitates,& his addes Paul.Caſt.conſil. 314.omiſſo primo.in 2.parte vbi defendit inductionem in inſcriptione factam. & de retractatione quarundam rationum meminit. de quo nos ſuprà mentionem fecimus.Scripſit etiam Bald.noſter in conſil.
64 348.factæ fuerũt,nu.4.vol.1. † in verba infraſcripta, ſtabiles,& firmæ debent eſſe ſcripturæ mercatorũ, ad quorum fidem frequentiſſimè decurritur:vt.ff. de eden.l.quædam.§.numularios.iuxta illud vulgare dictum.Quod ſcripſi,ſcripſi. Quia ſcriptura mercatorum,& campſorum habetur pro ſententia, & (vt ita dixerim)ſua fide tranſit in rem iudicatam.i.in ſoliditatem firmitatis,& irreuocabilitatis,& in authen. de fideiuſſo.§.argentariorum. Licèt modernis temporibus aliqui mercatores, & aliqui campſores committant enormia,ſed maſſa eorum eſt ſummum bonum, & quintum elementum.Hactenus Bald. quem libuit admonẽdi mercatoris noſtri gratia ad verbũ referre.

65 † Nihil autem refert, codicem mercatoris ab ipſo mercatore,vel alio ſcriptum eſſe,ſecundum Abb. in c.2.nu.12.de fi.inſt.qui refert Ioan.And. in citata additione,idem ſenſiſſe,& moribus introductum eſſe,vt ab aliis codices ſcribantur,idem Abb. teſtatur. Ille enim videtur ſcribere, cuius nomine ſcribitur.ff. de reg.iur.l.qui per alium,& inquit Bal.in rub. de fi. inſtr.ſub n.33.verſ. ſed hic quæro. Quicquid in libro mercatoris penes ſe exiſtentem ſcriptum legitur, id omne eius conſenſu,& voluntate conſcriptum præſumi, niſi contrariũ probetur.citat l.cenſus.ff. de proba.& in argu.aut.ad hęc.C.de fi.inſti.l.fin.C.de arbi. tut.l.ne in arbitris.cuius ſententiam probat Deci.in c.tertio loco.nu.2.extrà de proba.& idẽ ſentit Alex. in conſ.245.ponderatis his.vol. 6. nu.2.qui elegãter tractat.& idem probat Pau.Par.in conſ.47.n. 4. vol. 1.adde Bert.in tract.de Gabb.in verſ.quartò principaliter.nu.6.teſtes etiam notári in codice,& rationibus ſimiliter non eſt neceſſariũ,vt Ioan.Andr.Abb. ac alij relati ſcripſere.

66 †Et quoniam plerũque mercatores rationẽ reddere tenentur,placet adnotare,quod eleganter Bal.in l. cum teſtamento.C.de teſta.manu.

67 †Eum,qui rationes reddere tenetur, quatuor implerè oportere, libros rationum ſeu codicem legitimè,& de more confectum edere, calculum ponere, reliqua reddere,& purgare moram, ſolutione eius, quod debetur,& probat Iaſ.in conſi.4.& in conſ.14. col.3.vol.3.& conſi.100.nu.4.vol.4.ff.de condict. & demon.l.cùm ſeruus.ff.de fide.lib.l.ſi purè.§.fi. & l. ſi pater.§.ſi Sticho.quæ iura citauit Bal.vbi ſuprà: & his addes,quod belliſſimè ſcripſit Cor.Pet. in conſil.319.circa primum conſultationis quæſitum. vol. 3.qui & Bal.refert,& non improbat,& ad ipſum defendendi gratia mercatorem,qui rationes reddere tenentur ſemper confugito,& vide Bal.elegans conſilium 152.vol.3.

Solent etiam iudices, ſeu mercatorum Conſules curare, vt partes ipſæ calculatores eligãt ad diſpungendas,atque excutiendas rationes,qui iurare debẽt, & partes intereſſe debent,vel citari, vt ſcripſit Bald. in l.hæc edictali.nu.4.C.de ſecun.nup.in §. his illud. citatque Bar.in l.Theopompus.ff.de dote præleg vnde non eſt prætereundum, quod ſingulariter inquit Pau.Caſt.in l.ſi cui libertas.ff.de cond.& demon.Pu-
68 tauit enim(motus d.l.)huiuſmodi calculatores†qui inter partes dantur,notionem habere, & ex ſimplici datione videndi ratione,& calculandi, poteſtatẽ datam cenſeri dicendi ſententiam,& alterum alteri cõdemnandi.idq; notandum,& memoria tenendũ ſubdit. Prima enim fronte contrà reſpondendum videbatur,ſolum videndi,& referendi facultatem datam. Ita enim obſeruari videmus,calculatores relationes in ſcriptis iudici dare,& iudicem pronunciare,& cautiùs eſſet communem ſeruare ſtylum : ſed ſi calculatores ſententiam dicerent, defendi poſſet. d.l. hęc. Pau.in verba ſuprà dicta ſeu ſimilia.Et his addes quę Alex.ſcripſit in conſ. 21. cõſideratis his,nu.8.vſq; in fi.vol.7.Ait enim calculatores ad conficiendas,& diſpungendas rationes conſenſu partium electos arbitratores dici,ſeu cẽſeri,quemadmodũ in mẽſore, & ſimilibus dicimus.l.ſi. vbi Bar.ff.ſi mẽſor fal.mo.dix. & citat Bar.in l.inſtar.C.de iure fiſc.lib.10. & quędã alia,non tamen nec l.ſi cui libertas,nec relatum ibidem Paul.

Denique in reddenda ratione illud adnotandum
69 eſt,cùm ex conſuetudine mercatores codicẽ rationũ ſoleant conficere,vt ſcribunt iuris interpretes tã antiqui,quàm recentiores in l.1.C.de eden.† Si in reddenda ratione negarent librum confeciſſe, credendum non eſſet.Id enim propter conſuetudinem mãdatum cenſetur,arg.l.vel vniuerſorum.ff.de pig.act. l.ſi.in fin.iuncta gloſ.C.de fideiuſ.Vnde ſi non edunt codices,rationes occultare pręſumuntur,quapropter in actionibus bonæ fidei iuratur in litem,arg.de admi.tut.l.qui repertorium.ſecundum Iac. de Are.in l. 1.in §.officio.in verbo,edere.ff.de tut.& rat.diſtr. Inquit enim à quolibet adminiſtratore librum edendum.ff.de manu.teſt.l.ſi ita fuerit, aliàs tenebitur ad id,quod intereſt:& declarandum eſſe iuramẽto in litem refert,& probat Pet.de Vbal.in tract.de duobus frat.part.12.num.7.& probatur ex eo,quia dolus eſt omittere id quod ex officio facere aſtringuntur.l.dolus.ff.mand.c. cùm æterni. de re iud.& adde Bal. in conſi.non ſemel relato 152.volu.3.& Dec. in conſil. 110.nu.7.& ſeq.& vide quod ſcripſit Iaſ.in conſi.111. circa vol. 1. Planè ſi mercator non negaret ſe librum confeciſſe,ſed naufragio,vel ruina,vel incendio, vel alia ſimili cauſa perdidiſſe, aut in longinquo habere allegaret,dicendum eſt ſecundum ea, quæ leguntur,
70 & notãtur à Dd.in l.quoties.C.de nauf.& in l.ſi quis ex argentariis.§.Prætor ait.ff.de eden.

†Tractare hic ab re non eſſet,num mercatorũ codicibus ſit habenda fides.verùm quia vulgaris eſt materia(vt Alex. inquit in l.1.in fi.C.de eden.)& à veteribus,& recentioribus in ſexcentis locis tractata,cõſultò prætereo.Decreui enim,in hoc tractatu nõ vulgaria,ſed abdita atque in paucis locis tradita differere:tantùm igitur loca ipſa referre contentus ero.Bal. in rub. de fide inſt. Bart.in l.nuda.ff. de dona. Abb. Fel.& Dec.copioſè in c.2.extra de fide inſtrumen.& omniũ latiſſimè Iaſ in rep.l. admonẽdi qui meo iudicio,& clariùs,& meliori diſpoſitione tractauit,quàm alius,quem legerim,& ibidem vide Frãc.Curt.& Io. Bap.Seue.qui nonnullas quæſtiones à Iaſone prætermiſſas tractauit.Lanfran.in c.quoniã contrà in verb.

inſtrumētorū productiones. Alex.in conſi.186. vol.
2.vbi inter ipſos ſocios diſputat, an credatur Ioan.
Fer.in eius pract. in tit.;forma apponendi contra in-
ſtrumēta in gl quod negatur. Bert.in tract.de Gabb.
in verſi.quartò principaliter vidēdum eſt,quomodo
agant.nu.5.& ſeq. Alb. Bru in 3.vol de conſti.& De-
ci.in verbo, probatio.in verſi.liber.& in verbo, ſcri-
ptura.Dd.in l.quædam in §.numularios.ff.de edend.
& in l.Prætor ait.in §.cogētur.eo.tit. Iaſ.in conſ.105.
vol.1.& conſ 4.vol.3 & Mar.ſing. 429. & ſing.459.
liber. & ſi teſtator de re quapiam libris rationū fidē
haberi diſpoſuerit,vide And. Tiraq.10 conſ.de vtroq;
ret.§.4.gloſſ.1.nu.9.& ſeq.numeris.& in materia vi
debis Dec.in conſ.40.nu. 3. vbi de lege municipali,
quæ iubet libris mercatorum fidem haberi,& conſi.
496.nu.9.vbi de codice veriſimilia continente Grā.
in conſi.35.nu.27.vbi limitat legem municipalem,de
qua proximè, & Alciatus pauca,in tractatu de præ-
ſump.in reg.3.præſump.9.num.29.& legem prædi-
ctam municipalem temperat idem Dec.in c.1.num.
34.& ſeq.de prob.& in c.ſicut.eo tit.nu.10. Roc. de
Cur.in rep.c.fi.de conſu. nu 106.& de libro rationū
veriſimilia continente Aym.Crau.conſ.73.nu.41.&
idem Aymon.quando ſunt veriſimilia: & probantur
aliquæ ex rationibus veræ.elegāter ſcribit conſ.158.
num.7.8 & ſeq.& conſi.198.nu.6.& ſcribit Pau.Par.
conſi.91.nu.6.& ſeq.vol.1 & cōſi.47.eo.vol. vbi de
cōnexis & ſeparatis rationibus, & num in parte pro-
bari,& in parte reprobari poſſint de conſuetudine,vt
libris mercatorum credatur, adde Cor.in conſi.319.
num.11.& ſeq.vol.3.& vide etiam Gui.Pap.dec.par.
q.441.Pro declaratione & Nicol.Boēt.deciſ.105.

70 † An autem mercatores codicem rationum edere
teneantur? magis frequenti Dd.ſententia teneri, re-
ceptum eſt: ſecundum tamen ea, quæ latiſſimè Dd.
ſcribunt in l.1.C.de edend.vbi etiam vide Purpu.ſub
nu.14.& ſequen & Felin in c. 1.de proba. vbi latiſſi-
mè omnium Deci. Adde Dd. in l ſi quis ex argenta-
riis.in §.rationes.ff.de edend vbi Bald.elegantē quę-
ſtionem ſcribit, & ex relatis locis liquet num argen-
tariorum,vel numulariorum loco mercatores noſtri
habeantur,ad quorum fidem frequentiſſimè decurre
batur:& ſpeciatim tractat Bald. in rub.de fid.inſt.nu.
31.& ſeq.numeris:& in rub.de conſti.pec.nu.14.

Conſueuerunt mercatores habere ſigna quibus in
ſubſignandis mercibus, ſarcinulis,& literis vtuntur,
idq; ad eorum ſtatum valde pertinet vnde cōplures
quæſtiones quotidianas.& vtiles nec quidem vulga-
71 res hic inſeremus.† ſciendū eſt igitur primum, mer-
ces ſeu ſarcinulas illorum mercatorum eſſe præſumi,
quorum ſignis ſunt ſubſignatæ.vt inquit Bal. in au-
then.dos data C.de dona.ante nup.quē refert,& pro
bat Dec.in c.cauſam matrimonij.n.3.extra de prob.
dicens ſarcinulas ex ſignis iudicari, quibus addes
Petr de Vbal.in tract.de duobus frat.pat.11.num.72.
tom.8.Matt.de Affl dec.23.capellani.nu.3. qui plu-
ribus id comprobat Nic.Boē.dec.105.& videtur nu.
9.& Iaſ.in conſi.170.col.4.vol.2.Nomine Magnifi-
ci elegantet inquit ex vexillis ſeu inſignibus illuſtris
72 domus medicorum ſeu Reip.† Florētinæ in quadam
naui appoſitis ſeu erectis nauim illorum eſſe præſu-
mi,argumento eius,quod de ſubſignatis ſarcinulis di
ximus,& eſt in ore omni populo ex ſignis ſarcinulas
cognoſci:vt ait Phil.Franc.in c.ſi iudex.§. idē extrà,
de ſenten.excomm.li.2.Signum enim oſtendit ſigna
tum.l.ſtigmata.de Fabr.vbi Bar.ſcripſit vſu introdu-
ctum eſſe,vt equi & quædam alia animalia certis ſi-
73 gnis ſignentur,quibus agnoſcantur.† Et equus illius

eſſe præſumitur,cuius eſt ſignum, & his addes Reſt.
Caſt.in trac de Imperatrice q.89.co.5. & quod Aug.
ait in li. 2.de doctrina Chriſtiana, ſcribit enim in hęc
verba:Signum eſt res præter ſpeciem, quam ingerit
ſenſibus,aliud aliquid faciens ex ſe in cognitionem
venire:& eſt relatum in c.ſignum,de conſec.diſt. 2.&
ex ſignis veſtimentis perſonæ qualitas dignoſcitur.l.
ſpecioſas. ff. de verb.ſignif.l. apud Labeonem.§. ſi
quis virginem.ff.de iniu.C.de aquæ.duc.l.pen.§ pē.
lib.11.& c ſi iudex.ſuprà relato.& ſcribit Dec. conſi.
125.nu.6.& Mar.conſi.97.nu.9.vnde Bal.in l.in di-
rectis.C.de teſt.milit & in pleriſque locis dicere cō-
ſueuerat ſtigmata militem, habitum clericum, ſtolā
74 ſacerdotē,† & cucullam monachum oſtendere,& re-
75 fert Dec.in cir.c.cum cauſam.† Quemadmodū enim
nomina vt homines ac res demonſtrentur, & agno-
ſcantur,inuenta ſunt.l.ad recognoſcēdos. C. de inge.
& manu. Et elegāter Iuriſcōſultus inquit in l.Labeo.
ff.de ſuppel leg.in illis verbis,quorſum ſunt nomina,
inquit,niſi vt demonſtrentur? ita & ſigna ad iudican-
dum res ſunt inuēta.vt in d.legib.& facit c.in nōnul-
76 lis extrà de iud.& l Sanctū.de rerū diui.† Vnde Gell.
Noc.Atti.lib.7.c.4.de pileatis ſeruis ſcripſit in hæc
verba:*Pileatos ſeruos venum ſolitos ire,quorum nomine vē
ditor nihil præſtaret,Calius Sabinus Iuriſperitus ſcriptum
reliquit,cuius rei cauſam eſſe ait,quòd eiuſmodi cōditionis
mancipia inſignia eſſe in vendundo deberent,vt emptores er
rare & capi non poſſent,neque lex vendundi opperienda eſſet,
ſed oculis iam perciperēt, quodnam eſſet mancipiorū genus,
ſicuti inquit antiquitus mancipia iure belli capta coronis in
duta veniebant, & idcirco dicebantur ſub coronis venire.
Nam vt ea corona ſignum erat captiuorum venalium,ita pe
leus impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos venundari,
quorum nomine emptori venditor nihil præſtaret*,hactenus
Gell.quem refert & probat Bud. in annotationibus
in Pandectas,pag. 35.verùm & Gellij & Budęi ſentē-
tiæ valde aduertatur l.vni.§.ſed & qui domini. C. de
lati.li.tol.vbi expreſſim colligitur pileum indultæ li-
bertatis ſignum fuiſſe. Et eſt relatum apud Quinti-
lianum in gladiatore de Terentio in hæc verba:*Te-
rentium quem inter cæteros captiuus ſecundo bello Punico
Scipio Africanus vinculis exoluerat, memoria tradidere
maiores,inſigni recepta libertatis pileo teſtante in triūpho
ducis eſſe conſpectum*, & apud Oroſium 4.ad Auguſtinū
ſcriptum eſt: *Scipio triumphans ingreſſus: quem Teren-
tius,qui poſteà Comicus ex nobilium Carthaginenſiū cap-
tiuis pileatus,quod ſignum indultæ libertatis fuit,triūphan
tem poſt currum ſecutus eſt*,& his addes Luc.de Pen. in
l.mutileguli.nu.5.de mutileg.li.11.& Pat. Put.in tra-
ctat.de ſindy.in verbo nūtius.co.14. quibus authorita
tibus & Gellij & Budæi ſententia peruerti videbatur.
77 † Non me latet etiam pileum ſacerdotalis dignita-
tis ſignū fuiſſe c.cleros.verſi.Sacerdotes 21. diſtinct.
capitis verba ſunt hæc: Sacerdotes autem gentilium,
flamines dicebantur,hi in capite habebant pileum,in
quo erat breuis virga deſuper habens lanæ aliquid,
quod cùm propter æſtū ferre nō poſſent, filū tantùm
in capite religare cœperūt,nam nudis eos penitùs ca-
pitibus incedere nefas erat.vnde & à filo quo vteban
tur,flamines dicti ſunt,quaſi filamines verùm in feſtis
diebus filo depoſito pileum imponebant pro ſacer-
dotij eminentia.
78 † Incurrit hic illa inſpectio,finge mercatorē aduer
ſus alium conſequendi gratia ſarcinulas quaſdā egiſ-
ſe,& tātum probaſſe ſarcinulas,de quibus erat cōtro-
uerſia,ſuo ſigno ſignatas,num ſecundùm actorē dicē
da ſit ſententia, dicet aliquis controuerſiā hanc ex rela
tis authoritatibus, & locis ſolutā,quod verū non eſt.

Nam

Nam Bal.& alii ſuprà citati vtuntur illo dicendi genere, *præſumi merces illius eſſe, cuius eſt ſignũ, mercesq; ex ſignis indicari,ſeu agnoſci.* Non tamen inquiunt ex his ſignis plenam probationē induci. Verùm relata eſt

79 à Luca Pē. ſimilis quæſtio in l.ſtigmata.C. de fabricē.ſub n.8.Scribit eñ in hæc verba:†*Nota hic argumētum ſi quis agit pro boue, vel equo mercato merco gregis ſui,ſeu armenti, licet non probet dominium eiuſdem bouis, vel equi ſuum eſſe:ſufficit tamen probare.quòd illo ſuo merco mercatus ſit reperitur:*argum.C. de aquæduc.l.pen. §.pe.ff.de ſer.fug.l.1 in fin.& arg.ff.de peri.& commo.rei vend.l quòd ſi neque,& videtur expreſſum ſecundum Luc.de Pen.de ſenten.excom.c. ſi iudex. li. 6.&omiſſis aliis iuribus,ſubdit prędicta vera,ſi probetur impoſitio merchi.C.de bonis vac.lib 10.& d. l.quòd ſi neq;.& C.de reb.alie.non alie.l. diſtrahēre. Item vera ſubiicit,quo ad poſſeſſionem,& dominiū.

80 †Comprobat,quia dicta de cauſa prohibetur quis rebus propriis alienum ſignum imprimere:& ſi quis impreſſerit,rem ipſam perdit. citat nonnulla iura ad coofirmationem prædictorum,& addes Pari. Pur. in tract.de ſyndic.in verbo,nuntius to.14. Ego verò in hac quæſtione fateor me Iuriſconſultiſſimi Celſi verbo vſum,ſubſiſto, de quo in l.ſi me & Titium ff. ſi cer. pet. & in l.ſeruum quoque de procur. Me enim Lucæ Pen.authoritas mouit, puto tamen diuerſam, ac contrariam ſententiam probabiliorem. Primùm, quia relatæ authoritates paulò antè, eius ſententiæ, meo quidem iudicio aduerſantur:tātùm enim ex ſigno præſumptionem induci probant. Et tex. itidem in c.ſi iudex.de ſen.excom.lo 6 vbi dixit eſſe caſum, patet ex illis verbis.*Iuſtum eſt enim, vt ipſe talis quem geſtat ex habitu(quouſq; appareat aliud)præſumatur,qualis is eſſe cuius fert habitum,comprobatur.* Rurſus, quia ſi vera eſſet ſententia Lucæ Pen alienas res vendendi magna datur occaſio. Multi enim ſunt mercatores, qui ſarcinulas mercium,& ipſas merces ſuo ſigno diſtrahunt,quæ merces,& ſarcinulæ ad manus diuerſorum perueniont eodem ſigno ſignatæ, vnde in longinquo forſan loco poſſet aliquis probare merces illas ſuo ſigno ſignatas & ſe ſignaſſe,& his probationibus vendicare,& fortiùs in equo mercato (vt aiunt) conſiderari poteſt. Fraudibus autem eſt obuiandum, & malitiis hominum minimè indulgendum.l.in fundo.ff.de rei vend.c.ſedes Apoſtolica de reſ.Mar. latè ſing.177.& ſing.388.& ſcripſit Dec.in conſi 301.nu. 7.cōſtitutionem ſeu diſpoſitionem fraudibus occurrentem extendendam. Poſtremò, vidi ego in patria mea, & audiui nonnuoquàm mercatores diuerſis de cauſis merces proprias alienis ſignis ſignati procurare, & rogare nunc hos, nunc illos mercatores,vt ex gratia ſignis ſuis non ſuas merces ſignent;ex qua cōſuetudine dubia reddetur probatio, quam legitimā, & plenā ſcripſit Lucas Pen. & iuris eſt explorati dubiam probationem, non eſſe probationem legitimā. l.non hoc. C. vnde cog. Bar.& alij in l.non ſolum.in §.ſed vt probari.ff.de noui ope. nun. & latiſſimè ſcribunt Dd.in c.in præſentia extrà de prob.

81 †Quæ rationes naturales vnumquēque valde mouere debēt,& ſi lex deficeret,iuxta l.in ſumma.§. itē Varus.ff.de aqua plu.arc.& ſcripſit Bald.in l ſcire oportet.in §.ſufficit.ff.de excu.tu. & rationabile dictū inſtar legis mouere debere inquit.And.Iſer.in proœ. feu.col.vlt.refert Iaſ.in conſil.90.vol.1.Non minus. col.1.& latiùs conſi.93.col.9.eo.vol. circa primum. Lex enim eſt,omne quod ratione conſiſtit.c.conſuetudo 1.diſt.Vnde inquit Philoſophus rationē, vel legē quærere,vbi naturaliter ſentimus,nil aliud, quàm intellectus infirmitatem eſſe quæ Philoſophi ſententia à pleriſque refertur,ſed & Cicero de ratione belliſſimè inquit *Quid eſt autem non dicam in homine,ſed in omni cœlo atque terra ratione diuinius? quæ cùm adoleuit atque perfecta eſt nominatur rite ſapientia.* Eſt igitur (quoniam nihil eſt ratione melius)ea,quę & in Deo, & in homine prima homini cū Deo rationis ſocietas. Inter quos antē ratio inter eoſdē etiā recta ratio cōmunis eſt,quæ cùm ſit lex, lege quoque conciliati homines cū diis putandi ſumus. Inter quos porrò eſt cōmunio legis,inter eos cōmunio iuris eſt. & idem Cicero de igiculis loquens, ait:*Quibus enim ratio à natura data eſt,iiſdem etiā recta ratio data eſt, ergo & lex quæ eſt recta ratio in iubendo & vetando,ſi lex ius quoq; at omnibus ratio data eſt.ius igitur datum eſt omnibus.* Accedit quòd Lucæ Pen.ſententia non probatur lege. Nō enim obſtant l. ſtigmata, de fabri. & l.penult.C. de aquæduc.quia loquūtur in ſignis publicis:ex quibus magis res,de qua dubitatur, dignoſcitur & demonſtratur. Nec publica ſigna priuatis ſunt comparanda, vt infrà dicemus. Nec moueat etiam l.quod ſi neque. Congruam enim ex verbis legis & Dd. mente dabimus interpretationem in verſ. Quæritur &c. qui ſequitur. Accedit quod contractus emptionis præcedebat & diſputabatur,num ex ſigno tranſlata poſſeſſio intelligeretur. Non aduerſatur etiā l.1.cū ll. ſeq. ff.de ſer.fug. Quinimò contra ſententiā Lucæ Pē. induci poſſunt,quoniā Iuriſconſ.vt faciliùs agnoſci, & percipi fugitiui poſſint,non ſolùm notas requirit,verùm & alia,vt iiſdem legibus probatur: & cùm notę verbo,etiam cicatrices continentur,ex cicatrice in homine maius indicium veritatis habere quàm ex ſigno in rebus,ſani capitis negabit nemo. Nec infirmare noſtrā ſententiā videbitur, quod adiecit Luc. Pen.ſuam ſententiam admittēdā, ſi merchi immiſſio probaretur.arg.l.3.C.de bon.vacan.nā illa l.ex pluribus non probat: & præcipuè,quia in ſignis ſeu publicis titulis loquitur ſolennitatibus impoſitis. Similiter l. diſtrahente. C. de rebus alien.non alien non probat,vt paret ex lectione legis, & cōmētatiis Dd. ibidē. Denique non moueat,quod ait propterea ſancitum eſſe, ſignum vel merchium alienum imponentes,à re cadere. Id enim non eſſe perpetuo verum demonſtrabimus, quinimò alieno ſigno vti fraude ceſſante,& prout in verſ. eſt & illud,ſtatim dicemus, nō eſt prohibitum ex quibus infirmari & refelli etiam poſſunt. quæ Paris de Puteo in relato loco ſcripta reliquit. Vnde ego euidentioris intellectus gratia & quæſtionis & propoſitę materiæ complures facti ſpecies mecum ipſe conſideraui,& ſunt hæ.

Si proponatur ſarcinulas,ſeu merces penes aliquē mercatorem eiuſdē ſigno ſignatas eſſe, verum eſt ſecundum Bal.& cæteros,eiuſdem mercatoris eſſe prę ſumi: & ita inter omnes conuenit. Et ne incaſſum id conſtitutum putes,finge alium mercatorem merces quas diximus vendicare,& ſe earundem dominū vnico teſte probare, nū ſi cætera quæ à iure requiruntur, concurrant, iuramento quod vocant in ſupplemētū, locus erit? & verius eſt hoc caſu deferri non poſſe:

82 †quoniam vbi præſumptio eſt contra probantē, ceſſat iuramentum prædictum: ſecundum Bald.in l ſi. ff. quod met. cau. in primà lec. & ſcribit Iaſ. copiosè alios referendo in repet.l.admonēdi.nu.252.ff.de iure.vbi huius præſumptionis alia percipies cōmoda, & adde Mar.ſing 451. decret. 6. cuius rei illa ratio redditur, quoniam præſumptio ſemiplenam probationem elidit: Probationes igitur contra mercatorē poſſeſſorem mercium ſuo ſigno ſignatarum euiden-

tiores,& validiores,requirũtur propter præſumptionem prædictã,& idem ſenſit Abb.motus illo capite in c.quia veriſimile. de præſump.& addit Alciat. in tract.de præſump.in 3.parte.nu.3.& hæc , quæ diximus vera eſſe puto, vbi mercator poſſeſſor ex cõpoſita fraude nõ ſignaſſet.Et quid ſi decoctor eſſet?imeò de fide huiuſmodi hominis dubitare iudex poſſet, argum.text.notabilis in l. ſi quis ex argentariis.in §. cogentur.ff.de edendo , & ſuo loco de fraudibus decoctorum diſſeremus.

83 †Itẽ in materia propoſita aliam facti ſpeciẽ cõſiderabã:Pone,merces penes aliquem mercatorẽ cõuẽtum extare,& eum qui agit,probare ſignatas ſigno proprio,& reum itidem , idque poteſt eſſe , vel quia actor,& reus eodem ſigno vterentur:vel quòd ſarcinulæ ſeu merces duobus ſignis ſignatæ eſſent(vt plerunq; videmus)actoris.ſ.& rei,in quo caſu proculdubio reſpondendum eſt poſſeſſionis meliorẽ eſſe conditionem.§.commodum.Inſt.de interd. Altera enim præſumptio alteram elidit.l.diuus.ff.de reſt.in integ. l.non ſolùm.ff.de ritu nuptia.c.trãſmiſſa,qui filij ſint legi.& ſcribit Aymon Cra.conſi.8.nu.9.in 1. parte. confirmat ex regula,nihil tam naturale.de reg.iur.Et omnis res per quaſcũque cauſas neſcitur, per eaſdem diſſoluitur.l.prout quiſque.C.de ſolut.& facit quod

84 ſcripſit Iaſ.in §.ſed iſte.nu.19.Inſt.de act.† Publicianã actionẽ contra eũ,qui titulo poſſidet, non compe tere,ſecundũ ea quæ legũtur in l.cùm & ſi duobus.ff. de publ.& notatũt ibidẽ Accurſius,Bart.& alij,cuius rei illã reddit rationem:nam quando aliquis poſſidet titulo,duo habet,titulum & poſſeſſionem.Non ergo mirum eſt , ſi excludit agentem Publiciana actione, qui ſolùm titulum habet:vel ſi titulum & poſſeſſionẽ habeat,vtriuſque cauſa par eſt,quam rationem ſe collegiſſe ſubdit ex verbis Bart.in l.hæreditatis.C.de petitio.hæred.& in l.pro hærede.in princip.ff.de petit. hæred.:planè in elidenda penitus ab altera parte præſumptione tali,rationem perſonarum habendam eſſe non negamus,prout exempli loco de decoctore proximè diximus.

85 †Rurſus & aliã, finge actorẽ probare merces proprio ſeu ſuo ſigno ſignatas:itẽ & ſe ſignaſſe,nec quid aliud docuiſſe,reum verò titulum probaſſe,vel emptione,vel permutatione , aut alio modo ſimili ad ſe perueniſſe,& hoc caſu abſoluendũ reũ exiſtimo. Bona enim fides ex titulo præſumitur.l.intra a.§.vendentibus.ff.de min.vbi Bal.notauit,& notatur in §. aliæ Inſt.de actio.& à Baldo in l.fi.C.de edic.diui Adria. tol.nu.34.& Bart.in l.Celſus.nu.17.ff.de vſucapio.& his addes Nicol. Boë.decifio. 42. dico quòd gloſſ. num.36..

Finge & quartũ caſum,actoris merces , de quibus

86 eſt controuerſia,ſigno ſignatas.& actorẽ ipſum ſubſignaſſe, & nil aliud : † Reum verò nihil probaſſe,adhuc merces ex his vendicari nõ poſſe à poſſeſſore puto:nõ enim plenè actorem probaſſe puto. Licet Luc. Pen.contrà ſenſerit,mouent me rationes primo loco relatæ. Cùm autem cauſæ mercatorum ex bono , & æquo tractandæ ſint(vt ſuo loco dicemus)& iudex, vbi æquitas moueriit interrogare poſſit.l.vbicunque. ff.de interroga.actio.c.cùm Ioãnes.de fide inſtr.vbi latè Abb.Sicu.ſub nu.8.gloſſ.in cle. ſæpè in verbo, interrogabit.vbi Lanfr.de verb.ſign.& ſcripſit Marſil.ſing.155.doctrina.& nos in vltima parte tractabimus,poterit diligens iudex,& rei,& actoris conſiderato ſtatu,& qualitate,& mercium valore, diligenter interrogando veritatem rimari. Ex ſubtili enim iudicis inueſtigatione plerũq; veritas inuenitur.l.1.ff.

de quæſtio.Iuramentum autem deferri in ſupplementum ex his poſſe,vel non poſſe,an cauſa patiatur.ſ.vel alia obſtent,vel nõ obſtẽt,percipies ex his , quæ latè ſcripſit Iaſ.in l.admonendi.ff.de iureiu.& in cõſi.43. circa primum.vol.1.& conſi. 129. in cauſa præſenti. eo.vol.Marſil.ſing.273.notiſſimum.& Goz.in conſ. 11.Aymon conſ.198.& conſ.73.vbi diſputat,num Iudæo contra Chriſtianum deferri poſſit?Illud credo, probationem hanc ſemiplenam potiùs excedere , vel ſaltem ex his ſemiplenam probationẽ fieri.Sed quoniam quæ argumenta ad quem modũ probandæ cuiuſque rei ſufficiant , nullo certo modo ſatis definiri poteſt,vt inquit Iuriſconſ.in l.3.in §. eiuſdẽ quoque. ff. de teſtib.iudex ipſe ex negotij , teſtium , & perſo-

87 narum qualitate deſpiciet.

Et in eadem materia † quintam facti ſpeciem ſubiicio , vbi res nota publica reperiuntur , illas ex ipſa publica nota, ſeu ſigno agnoſci:& euidentiſſimè demonſtrari.l.pe.C.de aquæduc. lib. 10.& l. ſtigmata. de fabric.& probant alia iure relata ab eodem Luc. Pen.& confirmare poteris ex his,quæ ſcripſit Bal.in l. 1.C.quæ res ven.non poſ.ſigna publica propria au-thoritate ſumere , & eis vti prohibitum eſſe,quod &

88 latiùs infrà demonſtrabimus.

† Nouiſſimè cõſiderabam , ſi ex conſuetudine loci ſignis res demonſtraretur , & plena induceretur probatio conſuetudini ſtãdum eſſe,idq; probatur eo non de ſimili,ſoli ſigillo fidem haberi ex conſuetudine poſſe. Inquit enim Dominic.in c.quauis col.3.n. de procu.in 6.Senis homines ruſticos caſtrorum ſeu vniuerſitatum ſigilla afferre , & ex ſigillis credi vniuerſitatũ ſeu cõmunitatum procuratores eſſe. Et probat Dec.in c.poſt ceſſionem,ſub num.14.de probat. Item alio ſimili demonſtratur,libris rationum ad fauorem ſcribentis nõ creditur.l.exemplo.C.de prob. niſi in loco conſuetudine introductum eſſet, vt fides haberetur. Hæc enim conſuetudo pro lege ſeruanda eſt:vt inquit Iaſ.in repet.l.admonendi.ſub n.100.cõſuetudinem tamen temperãdam pluribus modis putarem,iuxta ea,quæ ſcripſerunt & Iaſ.& Deci. in relatis locis,& alij complures per nos citati ſuperiori loco dum diſſeruimus, num mercatorum codicibus eſſet habenda fides,& illud tantùm referam,conſuetudinem prædictam intelligi accedente iudicis conſenſu,hoc eſt,ſi iudici videbitur:qui ex perſonis cauſiſq; variè conſtituet,& in cognitione cauſæ multa ex his, quæ proximè diximus,venient,idque referẽdo Abb. in c.bonæ col.vlt.de poſtul.prælato probauit Iaſ.vbi ſuprà ſub nu.102.Marſil.ſing.458.Liber mercatoris. Quæritur eleganter quidem,apud Bal.in conſi. 416. Proponitur.vol.3.tres mercatores conuenẽte,vt quilibet quam poſſet croci quantitatem emeret, exportandi gratia Venetias verſus, ſinguli duas ſarcinulas

89 emere : † vnus ex eis lege ab initio inita , quòd lucrum damnũnue,vt par eſt,commune eſſet, ſarcinulis ſex nauim onerauit,& cùm Venetias nauigaret, à pyratis direptus eſt,reſtitutæ deinde fuerunt quatuor ſociorũ ſarcinulæ,reliquę duæ aduehẽtis amiſſæ ſunt: num amiſſarũ ſarcinularũ periculum ſeu damnũ commune ſit?& ait ceſſante culpa aſportantis, eiuſdemq; amiſſarũ ſarcinularũ domini,referre an ſarcinulę cõmunicatæ ſint , an.ſ.ſocietas in ipſis croci ſarcinulis coita ſit,vel in cõmodo,ſeu vtilitate ex eis redigẽdo: & ad rẽ noſtrã ſubdit in ambiguo ex ſigno communi omnibus ſarcinulis oppoſito, crocum communitatũ videri : ex adiectione enim ſigni omnibus cõmunis mutua poſſeſſio tradita cẽſetur.arg.ff.de petic.& cõ. rei vẽd.l.1.§.ſi dolium.Hęc Bal.qui meliùs citaſſet l.

quod

90 quod ſi neque in ſi eo.ti.de peri.& cõ.rei vẽd.nam §. ſi dolium.contra†probare videtur. Verba Iuriſcõſulti ſunt hæc. Si dolium ſignatũ ſit ab emptore Trebatius ait traditũ id videri. Labeo contrà, quod & verũ eſt: magis em̃ ne ſummitteretur, ſignari ſolere, quàm vt traditum videatur: & in d.l.quod ſi neq; in fin. ait. Videri autem trabes traditas, quas author ſignaſſet. vbi Accur.inquit ſecus eſſe in vino & aliis ſimilibus vino.l.1.§.ſi dolium, quæ eſt contrà, & animaduertit Bal.ibidẽ. Verùm euidentioris interpretationis gratia iurium prædictorũ, placet referre. quod Saly.ſcripſit in l.fi.in fi.C.de peri.& com.rei vẽ.ſcripſit enim poſt Bal.in rub.eiuſdẽ tituli, ſub nu. 11.in hæc ſeu ſimilia verba. Aut ſignũ eſt appoſitum ante perfectam emptionẽ, & res clara eſt ex ſigno nõ trãſferri poſſeſſionẽ: emptione verò perfecta, ſi emptor ſignauit, diſtinguit. Aut poteſt præſumi alia cauſa ſigni appoſiti, quàm animus tradẽdi, & pro tradita res ex ſigno non habetur.l.1.§.ſi doliũ.ſupr.citata. Conſideratur enim alia ratio in illo §. Iuriſcõſultus innuit, ne in vegere aliquid immittatur, quod notauit etiã Iaſ.in l.quoties in verſ.6, principaliter limita.nu.18.C. de rei ven. & probat Nico.Boẽ.dec.105.n.10. Aut alia prẽſumptio, quàm animus tradẽdi, ſumi nõ poteſt: & hoc caſu ex ſigno inducitur traditio, & in primo caſu exẽplũ habes ab ipſo Iuriſcõſulto in vegete vini cũ ratione, & idẽ iuris in ſimilibus vino, vt Accurſius & pleriq; alij probarũt. In ſecũdo verò finge in arboribus, trabibus, & ſuibus. In quibus ratio Iuriſcõſulti, ꝙ ſignati fuerint, ne ſummitteretur, nõ æquè cõſiderari poteſt ex ſententia Baldi & aliorũ. Vnde ſi tibi decẽ arbores in nemore meo vẽdidi, & tu ſecuri ſignaſti eas, ſignum huiuſmodi vim traditionis habet. Et idẽ, ſi vendidi ſues, ſeu porcos de grege meo, & ſignaſti, vt videar tradidiſſe, ſubdit Salyc.id intelligẽdũ, ſi corã me, vel procuratore meo feceris, nõ aliter, argumẽto l.hæc ſi res.ff.de rei vẽdi.cuius rei illã rationem reddit, quoniam traditio ſignificationẽ recipit ab eo, qui debet tradere, nõ autẽ ab eo, qui recipit. Et quãdo vẽditor non eſt præſens, potiùs emptor videtur ſignare, vt res agnoſcatur, & ne circũueniatur, quàm alia cauſa. Ex quibus verbis Saly.habes elegãtem declarationẽ ad dicta iura: & infero meritò ad q.Bal.propoſitam, vt mutua traditio ex cõmuni ſigno facta videatur omnibus ſarcinulis adiecto, ſi corã ipſis appoſitũ eſſet, ſeu procuratoribus eorundẽ. Addes etiã prædictis tex.in l.1.§ ſed ſi nõ ſint.ff.de peric.& cõ.rei vend. vbi Accur.in verbo, ſignata, ait, vt aliud vinũ non ſummittatur ad modũ.ſ ſigilli, vt infr.eod.§.ſi dolium. Confirmare etiã prædicta poſſes ex his, quæ ſcripſit Soci.in conſ.55.Viſo inſtrumento lib.4. Probat enim nauis vẽditæ poſſeſſionẽ traditã cenſeri ex eo, quod ſciẽte, & patiente venditore emptor inſignia ſua in naui appoſuerit, ſeu appẽdi fecerit. Citat tãtùm l.quòd ſi neque. nec aliter de prædictis meminit. Deniq; & illud placet adnotare in facto propoſito à Bal.Pactũ illud in conuentione adiectũ, quod omne lucrum, & dãnum, quod in croco contingeret, cõmune eſſet, propoſitas à Baldo hæſitationes forſan remouere.

91 † Conſueuerunt etiam mercatores ne diuerſarum negotiationum fiat confuſio, & miſtura, & vt ex diuerſis adminiſtrationibus non oriatur incertitudo, vbi fortè ſocietatem coiuerunt, formam contrahendi inſcribere, ſeu titulum ſocietatis adiicere, verbi gratia. Societas Bartholomæi, Thomaſij, Ioannis Franc.Tudini, & ſociorum, certoq́ue ſigno ex cõſenſu omnium facto vti, & in libris notare, quod ſignum ad diſcernẽdum, ac indicandum, incertitudinẽ remouendum, & inſpiciendum, an nomine ſocietatis ſit cõtractum, valde prodeſt vt ſcripſit Petrus de Anchar.in conſ.332.Pro clariore deciſione.col.3. Eſt & illud in materia ſigni inquiſitione dignum, variè quidem homines ſignant, & variis vtuntur ſignis.l.ad teſtium.§.ſigna.ff. de teſta.
92 † An autem mercator alterius mercatoris ſigno vti poſſit? & Bald.in l.1. C. quæ res ven.non poſſunt. In propoſito iuris articulo ſcripſit in verba fere infra ſcripta: Quidam mercatores, qui ſunt integræ famæ, inculpatæ vitæ, & ſummæ authoritatis, ſeu magni nominis, habẽt ſigna ſua, quibus in negotiationibus vtuntur, vt fabri in ſuis operibus, vel notarij in ſuis inſtrumentis, ſeu Principes, & Comites in ſuis monetis, vel vexillis, ſunt & alij, qui ſimilibus ſignis vti incipiunt, quæritur num licitè, & iure
93 permittẽte poſſint? † & ait, quædam eſſe ſigna, publica authoritate conſtituta, ſignificandæ ſeu demonſtrandæ alicuius ſingularitatis gratia, veluti inſignia, procõſularia, vt in l.1.ff.de officio proconſu. Item ſigna militũ, de quibus in l.milites.C. locat. & habitus religioſorum, & Epiſcoporum, & hæc propria anthoritate ſumere, & his vti non licere idq́ue probatur in d.l. 1. ſecundum eundem Baldum. Et varia exempla ipſe colliges ex legibus à nobis paulò antè relatis. Hoc amplius cautum eſt, non licere priuatis ſub titulis, & nomine diuerſorũ, res à publica neceſſitate ſubtrahere.l.1.C.de naui.non excu. pœnaq́ue amiſſionis rei in admittentes talia imminet, quam legẽ, licet loquatur in his, qui excuſant naues, ſub titulis diuerſorũ nauigantes: Bart.tamen ibidem generaliter interpretatur, Subdit Bald.ſi verò ſunt ſigna, quæ aliquis ſibi ex ſui animi ſentẽtia ſumit, & putat ea eſſe ſimilia no-
94 minibus, & prẽnominibꝰ nominũ, & rerũ: † ſicut enim in initio nominis, cognominis, prænominis, recognoſcendi ſingulos impoſitio libera eſt priuatis: ita eorum mutatio fraude ceſſante: & ſi quis in fraudem fecerit, incidit in falſum, & pari modo ſigna huiuſmodi accipere, & mutare vnuſquiſque ſine fraude poteſt, & vbi fraus admiſſa eſt, falſum cõmittitur.C.de mutat.nomi.l.vni.& C.de fal.l.falſi.in prin.hactenus Bal. ex cuius verbis, Priuatis priuatorũ vti ſignis regulariter permiſſum eſſe colligimus, & addes cũdem Bal. in q.ſua accuſatus de vi turbatiua.& Bar. qui eleganter diſputauit in tract.de inſig.& arm.n.5.& ſeq.& ad regulã à nobis propoſitã legito Abb. qui poſt Ant.copioſè ſcripſit in c.dilecta.nu.3.& ſeq.de exceſ. præla. Alex.in l.ſi vnus.C.de teſta.nu.4.& ſeq.& in l. 1. C.vt nemo priua.vbi licet, inquit, nemini liceat ſine iudicis authoritate ſigna rebus imponere, quas alius tenet, vt in tit.vt nemini liceat. Poteſt tamen quis rebus ſuis, vel à ſe poſſeſſis ſigna imprimere: non tamen vexillum vel vela, ſecundum Accurſium in l.2. C. vt nemini liceat. cuius ſententia recepta eſt.

Temperanda tamẽ eſt regula à nobis tradita multis modis, vbi fraude, ſeu dolo malo alienũ quis ſignũ imprimeret, ſeu eo vteretur. Idq́ue ex eiuſdẽ Bal.ſententia. l. vni C.de muta. nomi.l. eos.in fi.ff.de falſ. Is enim falſum cõmitteret, ſecũdũ Bal.lex tamẽ, eos, loquitur in eo, qui cùm in dignitate conſtitutus non ſit, dignitatis inſignibus vtitur, & legito Fely.in c. tertio loco ſub n. 5.extrà, de proba.vbi ꝓbatur ſignũ in fraudem appoſitũ non nocere.l.2.C.de reb.alien.nõ alie.

95 † Item moderanda eſt, vbi primò mercatori fieret iniuria, quia fortè is, qui vti eodem ſigno cœpit, ignominioſè vtitur: arg.C.de epiſ.aud.l.minimè.de exceſ. præla.c.dilecta.& C. de Iudæ. l.Iudæos quoſdam.& ſcribit Pau.Par.conſ.29.bonum ius.nu.8.Finge enim mercatorem qui amiſſa fide decoxerit, magni & in-

culpatæ vitæ alterius ſigno vti velle, hunc credo iudicis officio poſſe prohiberi, ex ſigno namq; fiducia,&perſonæ qualitas demonſtratur. Vnde facilè quis poſſet in hoc decipi,vt animaduertit Pet.Vbal. in tract.de duobus fratrib.q.11.num 7.Poſſet etiam lædi,maximè ex hoc authoritatis, & fidei mercator, & ſua intereſt: idque tum diſtrahendarum mercium gratia,tum fraudum,quæ à decoctoribus excogitari ſolent,contra quos omnis coniectura creſcit: vnde decoctor,ergo fraudator,edictumque fraudatorium contra eos factum eſt: vt inquit Bald.in conſi. 382. vol.5.& conſi.400.ead.par. & refert Seue. in tract. de reb.ſuſp.& ſuo loco nos latiùs dicemus,& prædictis adiicies,quæ ſtatim dicemus.

96 † Rurſus reſtringẽda eſt d.regula, vbi mercatoris, qui prius ſigno vſus eſſet,intereſſet & lædi poſſet, vt proximè diximus,& hos ex mente Bar.in eo. tracta. C.de his,qui poten.l.vni. & §.pe.in authen. de man. princip.& probat Abb.in d.c.dilecta.ſub num.4. inquiens Si experiẽs artifex, vel probus mercator vtitur quibuſdam ſignis, & alius vult illiſmet vti, vt homines emẽdi cauſa cõcurrant:cùm & populus hic decipiatur,per iudicem prohiberi poterit, & additionarius ad Abb.refert aliorum loca,& præcipuè Anton.But.in c.ad noſtram.circa fin.de appella. dicentem aliquem non poſſe vti ſigno in alterius præiudicium. Addes etiã Pet.Vbal.in d.tract.& loco proximè relato,& Albe.in l.quæro.ff.de iur. patr. qui quæſtionem diſputatam ait:& relatis hinc inde argumentationibus,& iuribus idem ſenſiſſe videtur,cum vltimo loco,ſecundum ea, quæ ſcripſimus, retulerit argu.l.ſi idem cum eodem in §.fin.iuncta gloſſ. ff.de iuriſd.om.iudic.& in l.qui filium.in §.Sabinus.ff. ad Senatuſconſ.Trebel.Adiecit etiam Bart.in eo.tract. ſi publicè intereſſet, prohibendum à iudice eſſe, & idem exemplum de fabro ſubiungit,ac charrarum fabricatoribus: nec enim permittendum eſt populum lædi,ac decipi.Nam cùm inter artifices longa ſit differentia,an operis vnius, vel alterius opus confectũ ſit,experientis viri,ac magiſtri opus ſe emiſſe credẽs deterioris emeret l.inter artifices. ff.de ſolu. & Bar. citat l.1.C.de lat.lib.tol.& c.in nonnullis. de iud. Et ad rem noſtram finge in pannis, quos vulgò appellant *Cariſee de Vincetone*, ſeu *Maſſ:tre*. Sunt enim quidam mercatores, qui ſub quodam ſigno pannos prædictos confici curant,qui panni in pretio ſunt,vnde ſolent mercatores in permutationibus adiicere, vt contrahentes præſtent ex dicto genere pannos permutatos eſſe.

Denique huic rei illud adiiciendũ eſt,quod Bart. etiam in relato loco animaduertit, non licere quæri, niſi ex magna cauſa.l.vni.§.ſunt autem, qui putant. ff.ne quid in flu.pub. & iudicem remouendi gratia populares diſſenſiones, ac ſcãdalum ex officio poſſe prohibere.& in materia vide etiam Pau.Par.in citato conſi.29.

97 † Incurrit hic illa ſuſpectio, finita ſocietate, ſeu diuiſa apud quẽ ſocietatis ſignum remaneat, & ſcio Bar.tractaſſe in tract.de inſig.& arm.ſub num.12.& multa de huiuſmodi reſcripſiſſe Pet.Vbald.in relato tract.q.11.num.68. Verùm ſine diſpoſitione,& confuſè loquitur. Vnde ego, vt propoſitæ materiæ, ſeu quæſtionis euidentior habeatur intellectus,complures facti ſpecies proponendas duxi,& ſunt tales.

98 † Si in cõeunda ſocietate vnius ex ſociis ſignũ acceptum eſt propter ſuam forſan fidem,dignitatem, ſeu famam,ea finita, ſeu diuiſa apud illum ſignum remanet,cuius erat,antequam ſocietas coita eſſet. l. ſi fratres.§.item ſi in communem riuum.& §. ſi quis ex ſociis.ff.pro ſoc. æquitas enim ſuadet, quod in ſocietatem ſocius poſuit,deducat.demum emolumẽta diuidantur.l. ſi vnus.§. ſi quid.ff. pro ſo. & ſenſit Petr.Vbald.in loco non ſemel relato ſub nu.72.facit l.ſocietatẽ mecũ,cũ ll.ſeq.vſq; ad l.quid enim.eo.ti.

99 † Item ſi in cõeunda ſocietate communi ſociorũ conſenſu nouum ſignum electum eſt, ea finita, vel diuiſa,ſi vnus ex ſociis in ſocietate primarius erat,& quaſi magiſter,maiorisque fidei, adeò quòd per eũ quodam modo demonſtraretur ſocietas, vt in ſimili dicitur in l.peculium.§.1.ff. de legat.2.& apud eum tanquam amplioris honoris virum remanebit.ff.de fide inſtrumen.l fin.Si verò amplioris honoris, & fidei non ſit ſocius,apud eum remanebit, qui maiori ex parte ſocius ſit.l.ſi quæ ſunt cautiones. ff. fam. erciſc.Cæteris verò partibus,hoc eſt, ſi omnes iiſdẽ ex partibus ſocij ſint,ſortiri eos oportere,& ſorte dirimere. Idque ex ſententia Bart.in d.tracta. ſub num. 12.quæ Bart.ſententia confirmari poſſet ex his, quæ idem Bar.ſcripſit in l.ſi ſeruus communis ita num.4. verſ.& iſta faciunt ad quæſtionem.ff.de ſtipu.ſer. Inquit enim,mercatores conſueuerunt paſſim in literis & libris ſcribere,Titius,& ſocij ſocietatis, &c. Ille certè Titius nominatus non cenſetur in ſcriptura,ex qua obligatio quæritur, vt ſibi magis, quàm alij acquiratur,ſed vt oſtendatur, ac demonſtretur primarium,& quodã modo caput ſocietatis eſſe, omnibus igitur proportionibus ſocietatis acquireretur. Hæc Bar.Cuius ſententiam ibidem probauit Imo.& aſſentitur Dec.in conſ.122.col.2.& pro tenui. Et ex his magna affertur cognitio intelligendi primarium, & amplioris honoris ſocium, & valde notandum arbitror.Sed vt ad propoſitam quæſtionem redeam, Pet. Vbal.Bar.ſententiam improbat,& ſubdubitãs primo loco tentat dicere ſignum diſſolui finita, ſeu diuiſa ſocietate, tanquam acceſſorium, & deinde fortè inquit, ex quo ſignum commodum continet, æquis portionibus diuidendum:& quoniam eſt indiuiſibile æſtimationem fieri valoris dicti ſigni habita ratione commodi,lucri,fidei,cęterarumq; vtilitatum,quę ex dicto ſigno percipi poſſunt:idque totum arbitrio boni viri, & vni ſignum tribui,aliis verò ipſius æſtimationem. Hæc Petr.latiùs ſatis, ſatiſque vaganda, qui & iuribus à Bart. citatis reſpondet. Mihi autem cogitanti nec Bar.nec Pet.ſententiæ aſſentiendum videbatur, & Bald.opinionem probabiliorem, qui in l.1.nu.3.C.pro ſocio.finita ſocietate, ſeu diuiſa ſignũ diſſolui ſenſit, vbi captio eſſe alterius poſſit, dum, quod & fortius eſt,inquit, Societate non integra, vtputa, quia quidam ex ſociis à ſocietate receſſerint, diſſolui ſignum, niſi omnium ſit conſenſus. Mouet eum,ne falsò antiqua ſocietas agatur,ſeu repræſentetur.l.eos.§ fi.ff.de fal.Cumque renouatio,ſeu immutatio facta ſit in pactis, & ſubſtantia,fiet etiam in accidentibus,& ſequentibus ſubſtantiam: argu. ff. loca.l. cùm in plures.§.lege dicta.Mouet etiã me,quoniam ſignum ſocietati accedit, ergo ea finita ſignum etiam diſſoluitur tanquam acceſſorium:reg. acceſſorium.de reg.iur.in 6.& ff.de reg.iu.l.cùm principalis. quæ enim acceſſionum locum obtinent, extingũtur, cùm principales res peremptæ fuerint.l.2.ff. de pec. leg.& ad regulam vide Marſi.ſingu.17.acceſſorium. Deinde quia(vt idẽ Pet.animaduertit)commoda ex ſigno varia proficiſcũtur ex eo nãque & perſonarũ,& merciũ qualitates aguntur:vnde & rerũ,& perſonarũ bonitate emptores fræti,libẽtiùs emũt,& frequẽtiùs, & ad emendum plures alliciuntur,& inuitantur, nec conuenit

conuenit, vt populus decipiatur, ſecūdum ea, quæ diximus ſuprà, verſ. eſt & aliud. Quare concludendum arbitror, vbi captio alterius eſſe poſſit, & commodum ex ſigno quæritur, & Bart. & Petr. ſententiam improbandam, & ſignum diuiſa, ſeu finita ſocietate extingui. Bar. enim opinio relatis rationibus ſubuertitur, & propter naturam ſocietatis, in qua æquitas præcipuè ſpectatur, ſimiliter & Petr. aliis rationibus, & ne, vt Bal. dicebat, falſa fiat repræſentatio vbi verò nulla eſſet captio, nullumque magnum præiudicium conſiderari poſſet, & ceſſarent ea, quæ diximus in ver. eſt & aliud. puto de iure laborandum non eſſe, apud quem remaneat, cùm vbi non intereſt, vbi non eſt læſio, vbi non fit iniuria, vbi populus non decipitur, vbi denique ceſſat ſcandalum, eodem ver. vnūquemq; alieno ſigno vti poſſe probauerimus. Si tamen ſocietas firma remaneret, quia forſan vnus renunciauerit, ſecūdùm ea, quæ Iuriſconſultus ait in l. actione. in §. diximus. ff pro ſoc. & ſignum in ſocietate, quoad durat, tanquam acceſſorium remanſurum puto, idque idem Pet. eodem loco etiam attigit.

Tertiam & illam facti ſpeciē habeto, ſi ponamus in coeūda ſocietate ſignum à ſociis electum eſſe, idque ex pluribus partibus compoſitum, verbi gratia, Titius literam, Mæuius circulum poſuit, Sempronius crucem, & in hoc ſigno, vt præmittitur, ab ipſis ſociis compoſito. Petrus non ſemel relatus, idem quod in ſimplici electo à ſociis reſpondit, & hanc Petri ſententiam fuiſſe opinor, cùm vltimo loco dixerit, Nos autem idem iuris eſſe, & in hac facti ſpecie, quod in præcedenti iiſdem rationibus opinamur.

100 †Nouiſſimè in materia propoſita hæc adiicienda ſunt. Si inter duos mercatores de ſigno contendatur, illum, qui agit, lite pendente ſigno vti non poſſe, ex ſententia Bald. in l. 1. C. vt nemi. liceat ſine iudi. auth. vbi etiam Alex. ſcripſit, & placet Petro Vbald. in relato loco part. 11. ſub num. 77. quod & ipſe non im-
101 probo: & admoneo mercatores, † ne contra ſignum ſuum falſum præbeant teſtimonium, tales enim pœna falſi teneri pronuntiatum eſt. l. eos. ff. de falſis. Et in expreſſis caſibus mercatorum conſuetudinem ſpectari oportere non improbamus, & iudicio ipſorum propoſitas controuerſias dirimi laudamus, quæ non ſemel in variis iuris articulis in tractatu noſtro admiſimus.

Sciendum eſt etiam quoſdam mercatores eſſe (vt plerique iuris interpretes ſenſere) ad domum principis pertinentes, de quibus meminit Imperator in l. 1. & in l. penul. C. de commer. & merca. quas leges, ſi liber, legito: ex illis enim eorum ſtatum facilè percipies, & quid circa interpretationem earundem legū nos ſentiamus, cognoſces, ſi ea, quæ in 1. parte ſub nu. 63. notauimus, legeris. Et hæc de ſtatu mercatorū, & his, quę ad eorū ſtatū attinent, attigiſſe ſufficiāt.

FINIS SECVNDAE PARTIS

PARS TERTIA.

ARGVMENTVM.

De his, qui mercaturam exercere non poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Cognitis his, qui mercaturam facere nō poſſunt, cognoſcuntur qui poſſunt.*

2 *Omnes qui merces emere & vendere ſeu permutare non poſſunt, & contrahere prohibentur mercaturam facere non poſſunt.*

3 *Sermones circa vniuerſalia faciliores, circa verò particularia & clariores, & veriores exiſtunt.*

4 *Clerici mercaturam facere non poſſunt, & declaratur, vt in ſequentibus numeris.*

5 *Clericis ex iuſta cauſa licet rem emere, vt inde aliquid operentur, & rem mutata forma diſtrahant.*

6 *Clericus emens tigna ſeu camenta vt in domo ſacerdotij ædificet, ſi mutato conſilio cariùs venderet, non improbatur.*

7 *Clerici quod ex mercatura ſuperlucrati ſunt, pauperibus erogare tenentur, & ſi non fecerint, an in ſtatu damnationis eſſe cenſeantur.*

8 *Clerici in his, quæ negotiationis cauſa deferunt, immunitate non potiuntur.*

9 *Clerici negotiatores, fori priuilegium perdunt. Quod quomodo procedat declaratur.*

10 *Leges & Canones in vnam conſonantiam legitima interpretatione redigendi ſunt.*

11 *Milites armatæ militia ab exercitio mercaturæ remouentur.*

12 *Milites negotiatores, fori priuilegium perdunt, & quomodo.*

13 *Milites inermis militiæ & qui honoris cauſa militant, non prohibentur facere mercaturam.*

14 *Nobiles mercaturam facere non poſſunt.*

15 *Nobiles mercaturam exercentes, amittunt nobilitatem.*

16 *Palatini, proceres palatij & conſiliarij mercaturam facere non poſſunt.*

17 *Officiales temporales cum ſubditis mercaturam facere prohibentur: idque declaratur.*

18 *Furioſi mercaturam facere non poſſunt.*

19 *Dementes, & minores curatorem habentes, itidem.*

20 *Prodigi qui ſententia ſunt declarati, tantundem.*

21 *Mente capti ſimiliter.*

22 Fatui

clericos negotiatores quantum ad eam negotiatio-
nem pertinet, communi iure laicorum vti debere ci-
tat l. 2. C. de epiſ. & cle. C. de ſacroſ. eccl. l. cui ſub
prætextu. & de vita & hone. cle. c. fin & l. fi. C de iu-
riſd om. iud. & idem Ber. probauit in tract. de epiſco-
pis in 4. lib. par. 1. nu. 26. & ſeq. ro. 2. qui adiicit eun-
dem Bal. in tit. de cle. coniuga. dicentem clericum hu
iuſmodi immunitatibus aliis clericis conceſſis frui
non poſſe, cuius rei illa ratio redditur à Paulo Caſtr.
Cy. & aliis in citata l. fi. C. de iuriſd om. iud. quoniam
nõ cõuenitur, vt clericus, ſed vt laicus mercator, ideo
ſe ad epiſcopum remitti non rectè petit quod tamẽ
diximus temperandum putarem; vbi trina monitio
præcederet, iuxta tex. in c. fi. de vita & honeſt. cle. &
quæ ſcripſit Fel in c cæterùm num. 3 de iud. & ibidẽ
Dec. ſub num. 6. prope 7. & idem Fel. in cap eccleſia
ſanctæ Mariæ, ſub nu. 7 t & ſeq. de conſtit. & Pet. An-
to. in relato loco, & idem Bald. innuiſſe videtur, dum
citauit dictum caput. Dicet tamen aliquis, quod di-
ximus clericos mercaturam facere non poſſe, expe-
ditum non eſſe. Cõtra enim eſt text. in l. 2. C. de epiſ.
& cleri. in illis verbis: ſiquid enim vel parſimonia,
vel prouiſione, vel mercatura honeſtati tamen con-
ſcia, congeſſerint, id in vſum pauperum atque egen-
tium miniſtrari oporteat. & reliqua. Spec. in tit. de
cler. coniugat. num. 9. inter honeſtam, & inhoneſtam
negotiationem diſtinguit, vt honeſtam poſſint. d. c.
clericus. 9 t. diſtin. inhoneſtam non poſſint exercere.
Huic diſtinctioni acquieſcere videtur Antib. vbi ſu-
prà ſub nume. 20. vſque ad numer. 25. & hæc diſtin-
ctio ex verbis legis comprobatur, vel mercatura ho-
neſtati tamen conſcia, & ſenſiſſe videtur gloſ. in c. ne-
gotiatorem. 80. diſt. dum vltimo loco dixit. Alb. ve-
rò in d. l. 2. ait, aliud iure ciuili, aliud pontificio cau-
tum, quod & glo. in proximè relato capite attigit, in-
quit enim primo loco, licet lex concedat, canon ta-
men non permittit.

10 †Sed quamuis in vnam conſonantiam & leges, &
canones cum legitima interpretatione poſſumus, re-
digere ſoleamus: ſi tamen verum amamus, quod vlti-
mo loco diximus, admittendum eſt, quoniam Impe-
rator non negotiationis verbo (quod latiſſimum eſſe
in prima parte diximus) ſed mercaturæ, quod verbũ,
vt eo loco retulimus, nec quidem vix vi ad artificiũ
porrigendum eſt, vtitur. Denique & illud prædictis
adnotandum eſt. licet clericis negotiari interdictum
ſit lucri cauſa: Deci. tamen noſter in conſ. 115. & pro
tenui. Sponſionem inter clericum, & mercatorem fa-
ctam non inelegantet defendit, de qua in tractatu no
ſtro de ſponſionibus nonnihil dicemus.

11 †Remouent etiam leges ab exercitio mercaturæ
armatæ militiæ milites. l. vni. C. nego. ne mil. lib. 12.
l. milites, qui à republica C. de re mil. eo. libr. vbi ait
Imperator, Milites, qui à Repub. armantur, & alũtur,
ſolis debent publicis vtilitatibus occupari. Nec agro
rum cultui, & cuſtodiæ animalium, vel mercimonio-
rum quæſtui, &c. & inquit text. & in l milites. C. loca.
Armis non priuatis negotiis milites occupentur, &
hoc Acc. ſenſiſſe videtur in l. nobiliores. C. de com.
& mer. dũ citauit d. l. milites & facit l vni. C. in quib.
cau. mil. & l. officium. §. patruus. ff. de re mili. quæ re-
cepta ſunt, in tantum, vt Bald. & Saly. in citata l. vni.
12 C. in quib. cau. mil. dixerint † milites negotiatores,
qui negotiationem fecerint, & ex illa negotiatione
conuentos fori priuilegium non habere: poterunt
ergo coram ordinario conueniri, cum aliàs coram
magiſtro militum conueniendi ſint. l. magiſteriæ. C.
de iuriſdi. omn. iud. & placet hæc ſententia Pau. Caſt.
co. loco. & idem Pau. in l. fin. C. de iuriſd. omn. iudi. l.
fin. ſub 4. ſcripſit militem inter mercatores annume-
ratam iuriſdictionem Conſulum mercaturæ declina-
re non poſſe: quoniam (vt iam diximus) non vt mi-
les, ſed vt mercator conuenitur, quæ latius in vltima
parte explicabimus. Nec ad rẽ pertinet, quòd ead l.
fi. innuere videtur Imperator, milites mercaturam fa-
cere poſſe. Nam Accur. Bart & plerique alij in quadã
inermi militia legẽ illã intelligendã putant: quorum
13 ſententia vera eſt. Non enim (vt inquit Bar. † iurabãt
ſe pro Repub. mortẽ nõ euitaturos, ſed aliam militiã
conſequebantur, vt Florentini milites ſolent, qui ho-
noris cauſa militant, mercaturamque non ideo mi-
nus exercent, & dicuntur populares. Hæc Bar. quibus
addes, quæ prudẽtiſſimus vir Lælius Fanenſis ſcripſit
in libello, quem edidit de militiis de caſu, præſertim
pag. 5.

14 †Vetãtur nobiliores, & patrimonio ditiores mer-
cimoniũ exercere, vt inter plebeios, & negotiatores
facilius ſit emendi, vendendique commercium. l. no-
biliores C. de com. & mer. & ſcripſit Mar. Laud. in
tracta de digni. q. 66. & ait Bald. in ea. l. nobiliores ex
15 quo † nobiles mercaturã facere prohibẽtur: ſi exerce-
rẽt, inter nobiles haberi nõ poſſent, nec deberẽt, qui-
bus addes, quæ ſuprà in 2. parte diximus, vbi item
quæritur, an mercatores, & quæ ad hunc locum atti-
nent illinc aſſumes.

16 † Et Palatini, proceres Palatij, ſeu conſiliarij mer-
caturam facere non poſſunt. l fina. cum gloſſ. 1. C. de
reſcin. vend. Facit text. in l. nullũ C. de offic. rec. pro-
uinc cuius rei citatus Accur. illam rationem reddit,
quia minacem feruorem poſſunt oſtendere, addidit
etiam Salyc. vbi ſuprà, Imperatorem id ſtatuiſſe, ne
prouinciales ſe gratificari cupientes, vilius vendant,
& probat prædicta Iaſon in l. principalibus ff. ſi cer.
per. in prin & citat Bal in ea. l. fi. qui declarando, ſeu
temperando in hæc, ſeu ſimilia verba, inquit, poſſe &
hos ex certa principis ſcientia emere: tunc enim ve-
riſimile non eſt compulſum fuiſſe, vel gratię datũ. l.
fin. in princip. ff. quod met. cau. & hanc legem in ma-
gnis conſiliariis magnorum dominorum intelligo,
qui principis locum tenent. Exempli loco, Regis,
Legati, Cardinalis, & domini magnarum ciuitatum
Nec enim referenda eſt ad conſiliarios epiſcoporũ
vel magiſtratuum minorum eccleſiaſticorum perpe-
tuorum. Hactenus Baldus.

17 † Principalibus conſtitutionibus cauetur etiã ne
hi, qui prouincias regunt, quiue circa eos ſunt, nego-
tientur, &, vt noſtratiũ vtar verbis, officiales tẽpora-
les cũ ſubditis mercaturã facere, regulariter prohi-
bentur. l. principalibus. ff. ſi cer. pet. l. vni. C. de cond.
indeb. l. non licet. l. qui officij. ff. de contrah. emp. l.
quiſquis. vbi Dd. tractant. C. ſi cer. pẽtat. & Bart. in l.
aufertur. §. quod à præſide. ff. de iure fiſci. & latiùs
Par. de Put. in tract. de ſyndic. in ver. cont. & latiſſimè
explicãt iuris interpretes, præſertim Iaſon, & Deci. in
citata l. principalibus. qui differendo (quod diximus)
extendũt, & tẽperant multis modis, & nos aliis omiſ-
ſis duò tãtùm referre cõtẽti erimus. Alterũ eſt, vt ꝓ-
hibitio locũ habeat, in his etiã, qui circa iudices ſunt,
idq; ꝓbatur etiã in l. vnica. ſeu rub. C. de cõtrac. iud.
& eorũ, qui circa eos ſunt. Alterũ eſt, vt ad eos officia
les, qui in patria ſunt, prohibitio non referatur: hi em
cõtrahere poſſũt, vnde priores, & alium ciuitatũ cõ-
trahere nõ prohibẽtur, idq; à frequẽtioribus receptũ
eſt. Sũt enim qui diſſẽtiãt, vt ſcribit Dec. in d. l. princi
palibus. alios referẽdo, & diſputãdo, ſub nu. 7.

Sunt & perſonæ, quæ cùm rerum ſuarum admi-
niſtrationem

niſtrationem non habeant, mercaturam facere non
18 poſſe, iuris eſt explorati.† Furioſum enim non poſſe, natura manifeſtum eſt l.1.§.furioſum.ff. de actio. &
19 obl.l.qui ad certum.ff.locati.† Proximi ſunt furioſo, quinimò in hoc non abſimiles dementes, & minores
20 curatorem habentes,†ac hi,quibus bonis eſt interdictū.l.Fulcinius.§.adeò.in fin.ff.quibus ex cau. in poſ. ea.Inſtit.quib.alie.licet, vel non.§.nunc admonendi & tractant Dd.in l.ſi curatorem.C.de reſtitu.in integrum.& in l.is cui bonis.ff.de verb.obli.Azo in ſumma in titu.C.de pact.nume.6.& Deci.in reg. furioſi.
21 ff.de reg.iu.†& quæ diximus de furioſo, & in mente captis procedūt.Inſti.qui teſt.face.poſſ.§.furioſi.vbi glo.l.3.C.de cur.fur.l.conſil.in §. cum dementis. & l.obſeruare.ff.eod.facit l.ſi furioſi.C.de nupt.l. tam dementis.C.de epiſ.aud.& quid ſit mente captus,explicat Bald.in l.humanitatis.numer.15.C.de impu.&
22 in d.l.ſi furioſi.num. 2.†& idem de fatuo reſpondendum videtur:is enim eſt,qui per vicos inſanorū more deridenda loquitur.l.ob quæ vitia.ff. de ædi. edi. quibus addes Deci.in conſi.86.num.7.& in conſil. 448.Gram.conſi.16.incomprehenſibilis num.8.Iaſ. in conſi.2.nume.7.vol.1.& in conſi.141.vol.4. num. 6.Nico.Boë.dec.23. motus fuit. Alciat.in tracta. de præſump.in 3.par.reg.1.verſ.38.& lib.2.Parerg.iuris. c.16.ex quibus locis intelliges,qui ſint hi, de quibus verba fecimus,probandiq; modum percipies, quæ
23 loca non ab re adiecimus.† Item & lunaticos his cōparandos crediderim, quandiu mens propter lunam ſuum officium non facit.l.bouem.§.aliquando.ff. de ædi.edi.& omnes,quos enumerauimus in materia,de qua agitur.diſſimiles non eſſe. Probari videtur in l. fatuo.ff.de poſtu.& ff.de pri.cred.l.Sabinus.§.fi.cum l.ſeq.& in l.ſi prædia.ff.de re.eo. In illis verbis.Idem ſeruari oportet & ſi furioſi, vel prodigi, vel cuiuſque alterius prædia curatores vellent diſtrahere. & Nicol.Boë.vbi ſuprà qui de prodigo etiā meminit,ſi tamen iudicis ſententia prodigus declaratus ſit, quā ſententiam neceſſariā frequentioribus placuiſſe probat. Et inter prædictos annumerabis etiam, vt Bal-
24 di vtar verbis.† phreneticum,dum in phreneſi eſt,ſic enim Bald.loquitur in l.2.verſic.decimoquęro,num. 13.C.de reſc.vendi.

25 †Et quoniam de minore curatorem habente meminimus,Sciendum eſt minorem 5.& 20.an.curatorem non habentem in rebus mobilibus, quæ ſeruādo tamen ſeruari poſſunt ſine iudice adminiſtrationem liberam non habere, res verò,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & tempore perituras, & ſine decreto alienare,& adminiſtrare poſſe.Quod notauit Accur. in d.§.admonendi.l.lex,quæ tutores. C.de admi. tut. & tractat Bart.in l.ſi ex legati.ff.de verbo.obliga & Saly.& Alex.copioſè ſcripſere in d.l.ſi curatorem.&
26 his addes Iaſ.in conſil. 48.vt veritas volum.1. † Et huic rei illud adiiciendum erit,nec quidem ab re,minores 5.& 20 ann.mercatores approbatos, & in albo mercatorum deſcriptos in illo actu, & mercaturæ negotio reſtitutionem in integrum non habere,vt eleganter & Cyn. & Bart.in l. 1. C.qui & aduer.quos tradidere,argum.l.1.C.de his, qui ven.ætat. impetr. id enim ſenſit Cy.etſi non expreſſerit. Vbi verò ex ſolis actibus ſunt induſtrij,non tamē ex publico ſunt approbati,in integrū reſtitutionē petere nō prohibētur:grauiori tamē onere probandi aſtringuntur,quia propter induſtriæ præſumptionē plenè læſionē probare coguntur,adeò,vt ſacramentum in ſupplementum(quod vocant)probationis,non defertur. Vnde Io.de Anan.ex mente & verbis prædictorum in rub. extrà de delic.puer. in fin.putauit,& rectè, iuuenes, qui ſe Florentiam mercaturam, ſeu negotiationem aliquam exercendi cauſa conferunt, & publici ſunt mercatores,& in eorum matricula deſcripti,ſi in ipſa mercatura, ſeu mercaturæ officio, vel actu lædantur,reſtitutionem petere non poſſe: ſunt enim tanquam idonei approbati,& malitia ſupplet ætatem.l. ſi alterius.C.ſi min.ſe ma.dixe.& in induſtria,prudentia ac ſapientia,idem ait,& refert, ac probat Mar. in l.infans.ff.de ſicca.nume.1.& ſequen. Ex quibus colliges minores 5.vel.20.ann. approbatos mercatores, & in matricula mercatorum deſcriptos,mercaturam exercere poſſe, & læſos in ipſa mercatura nō reſtitui. Scio etiam Iac.But.relatum à Bald. in prædicta l.1, dixiſſe præſumptionem induſtriæ ſiue ex publico,ſiue ex minoris conſuetudine proficiſcatur, in integ. reſtitutionem nunquam excludere,ſi plenè probetur læſio:ex hoc enim probatur facilitas, & conceditur reſtitutio. Si verò plenè non probatur,facilitas non præſumitur,& ideo reſtitutio denegatur,Pręſumptio enim induſtriæ ex clara probatione excluditur, & huic ſententiæ aſſentitur Raph.& Pau.Caſt.& Bald. in præſcripta l.1.non improbant. Pro qua ſententia induci poteſt text.in l.1.in fin.ff.de minor.in illis verbis,nec ante rei ſuæ adminiſtrationem, quamuis bene rem ſuam gerentibus.Licèt autem Iac.Bu. Bald. & Pauli authoritas,& ſuprà relata me non parum mouerint:nō tamen à Cyn.Bar.Pet.& aliis relatis diſſentiendum puto.vt minor mercator approbatus, & in matricula deſcriptus læſus, reſtitutionem in illo approbationis actu non habeat. † eoq; non diſſimili
27 caſu probari poteſt,ſi legum doctor minor etiam 5. & 20.annor,exceptionem, ſeu aliquid in cauſa propria probare omiſerit, quia publicè approbatus fuit, & examine præcedente, reſtitutio non eſt ei concedenda.Obiici enim poteſt,profeſſio,& deſideriū tuū inter ſe diſcrepant.Cùm enim te doctorem eſſe proponas,turpe eſt ius,in quo verſaris,ignorare, l. profeſſio.C.de muner.patr.lib.10.facit l.2.verſ.Seruius autem Sulpitius.ff.de origi.iur.huc pertinet, quod belliſſimè inquit Cicero Tuſcu.q. lib. 2.(vt enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbarè loquatur,aut ſi abſurdè canat is,qui ſe haberi velit muſicū, hoc turpior ſit, quod in eo ipſo peccet,cuius profitetur ſcientiam. Sic Philoſophus in ratione vitæ peccans hoc turpior eſt,quod in officio, cuius magiſter eſſe vult, labitur,artemq; vitæ profeſſus,delinquit in vita) & in hac opi.fuit Accur. in d. l.profeſſio. & Bartol.in l.ſed & reprobari.num.3.ff.de excu. tut. & eandem ſententiam diſtinguendo probauit Salyc.in citata l. 1. qui & aduer. quos & eandem ſententiam defendit & probat Maur. de reſtit. in integr. c.223. pag.177.& apertiſſimè probari ait in d.l.1.C. qui & aduer. quos & hanc ſententiam puto veram,eueniret enim, vt hi, qui cum ipſis mercatoribus minoribus contraherent,ex publica approbatione circumſcripti viderentur:arg.text.citati per Bart.in l.1.C. de his qui ve.æta.imp.Si tamen Iaco. But.& aliorum ſententiam rationabilem putares,ſecundùm quam,meo quidem iudicio, † iudices ſententiam non dicerent,
28 vt in forenſi diſceptatione, quæ ponenda, quæue probanda ſint, ex mente iuris faciliùs intelligas, ad hæc doctorum loca confugito.Ang.in l. certum. in §.pupillo. de con. Iaſ.in conſ.103.prima conſideratione vol.1.col.2.Goz.conſ.44.nu.8.Alciat.in tract. de præſumpt.in 3.par.reg.1.verſi.42.& apud eū notauit pleniùs Io. Nico.Gram.in voto 13.& conſi.16. incomprehenſibilis,& conſi 60.nume. 10.redempt.

Mar.

incomprehenſibilis.& conſil.60. num. 10.redempt. Mar.ſingu.445.minor & his adde Mauri.de reſtit.in integ.c.150.vſque ad c.154.& c.278. in quibus locis colliges circa reſtitutionem etiam in delictis,& illud hoc caſu clarum eſt, ſecundum Iacob. Butr. & alios læſionem plenè docendam eſſe propter induſtriæ præſumptionem, quæ ex publica approbatione proficiſcitur.

Et ex prædictis quæſtionem ſubiicio fortè nuſquã
29 tractatam, nec vſquam relatam.† Minor 5 & 10.an. mercator approbatus extitit, & in mercatorum albo deſcriptus, & (vt moris eſt) in ipſa mercatura ſeu mercaturæ actu contraxit, bonaque ſua immobilia inſtrumento obligauit,abſque tamen prętoris decreto:queri poteſt,num teneat hypotheca. Dicet aliquis hypothecam nullam,idque ex pauló ante relatis probari. Nam Bart. & alij citantes.l.1. C. de his qui ven. ætat.impe.minores ex publico approbatos,& in albo mercatorum deſcriptos,his,qui veniam ætatis impetrauerunt,comparare videntur. At hi qui veniam ætatis impetrauerunt,neque alienationem rerum immobilium, neque hypothecam facere ſine decreto poſſunt.l.omnes.& l.eos.C. de his qui ven.æta.impe. Ergo eodem modo minores mercatores in mercatura
30 approbati.† Quod & eo confirmari poteſt. Nam venia ætatis cauſa cognita conceditur, tunc enim quis veniam ætatis conſequitur, & vires habet conceſſio, cùm morum inſtituta,probitatem animi, & teſtimonium vitæ honeſtioris edocet.l. 2.C.de his,qui vend. ætat. impetra. Rurſus mouet. Nam Barto.& pleriqne alii in citata l. 1. C. qui & aduer. quos. vt retulimus, ſcripſere minores approbatos mercatores, & in albo deſcriptos,in ipſo mercaturæ actu ſine ſpe reſtitutionis in integrum cõtrahere, & negotiari. Verùm mercatura non eſt in immobilibus,vt in prima parte oſtẽdimus, & probatur in l.mercis.ff.de verbor. ſignific. ergo ceſſante approbatione in immobilibus remanent minores, & conſequenter hypotheca nulla. Ex contrario occurrit,mercatores hodie ex conſuetudine plerunque inſtrumentis negotiantur,in quibus de more hypothecam, & omnium bonorum obligationẽ adiici nemo eſt qui neſciat. Vnde ſecundùm mercaturæ conſuetudinem approbati cenſentur: actus enim agentium ex conſuetudine interpretationem accipiunt.l. Mella.§.1.ff.de ali.& cib.leg.& actuũ denique omnium eſt conſuetudo interpres optima, ſecundum Innoc.in c. olim.de verb.ſign. & id quod vſitatum eſt inſpicere debemus.l.ſi quis donaturus.ff. de vſufr.accedat text.in l.certi condictio in §. ſi nummos.ff.ſi cert.pet.& l.quòd ſi nolit.in §.quia aſſidua. ff.de ædi.edict.& plura ſimilia, quæ ad id pertinent, tanquam vulgaria conſultò prætereo, & huic ſententiæ tanquam rationabili aſſentiẽdum puto. Nec moueant quæ contra dicta ſunt. Non enim videtur per
31 omnia ſimilis is,qui veniam ætatis impetrauerit,†ei, qui à publico mercator eſt approbatus, quinimo in propoſita quæſtione diſſimilis. Nam is,qui contrahit cum eo, qui veniam ætatis impetrauit,ſcit, ſeu ſcire debet,veniam ætatis illo modo concedi,vt immobilia nec alienare, nec hypothecis ſubiicere poſſit.l.regula.ff.de iuris & fac igno.iuncta l qui cum alio.ff.de regul.iur. At qui cum mercatore minore.5.& 20.an. contrahit,approbato, & in mercatorum albo deſcripto,& in ipſa mercatura,inſtrumentis, & hypothecis in eo adiectis ex conſuetudine negotiatur,& contrahit,ſi hypotheca nulla eſſet,quodam modo,ex publica approbatione circũſcriptus videretur. Vnde cùm hic ratio interueniat.l.1.C. de his, qui ve.æta. impe. ſequitur,vt ſecundùm relatam ſententiam reſpondẽdum videatur. Vnde ad propoſitas forſan hæſitationes remouẽdum paſſim lege municipali caueri ſolet, minores 5.& 20.anno.publicè mercaturam exercentes,tanquam maiores, ſe ſuaque obligare: quæ lex in patria mea viget,& de qua non ſemel in hoc tractatu meminimus,& præſertim in vltima parte,cùm de cõſtitutionibus ſeu ſtatutis diſſerimus.verſic. declarat etiam Iaſ.Sed quoniam de contractibus minorum,& præſertim venditionibus verba fecimus,adnotãdum prædictis & illud duximus, ſupraſcripta procedere, & admittenda eſſe,vbi ſine iuramento minor contra-
32 xerit. Si verò iureiurando in contractu fidem aſtrinxerit cum curatore,† vel ſine(nihil enim hoc caſu intereſt)contractum virtute iuramẽti tenere, plerique ſenſere,ſecundum Iaſ.gloſſ in verſic.contractibus,in auth.ſacramenta puberum ſub nu.33.C.ſi aduer.vẽd. & eodem loco plenè ſcripſit Curt.ſub num.30.& ſeq. quem videbis, & hanc ſententiam crebriorem ait Aym.Crau.conſil.7.Enymondus in fine.

33 † Euenit etiam,vt iudicis decreto mercaturam facere aliquando mercator prohibeatur,quod ex cauſa contingit. Verbi gratia, propter fugæ ſuſpicionem, idque optimo text.probari videtur in l. de pollicitationibus ff. de pollic. & eleganter Rom. declarat in l.15,qui bonis ff.de verbor.oblig.

Et pœnæ cauſa interdici negotiatione, vel nego-
34 tiationibus per iudices ſolet, † vt belliſſimè iuriſcõſ. ait in l.moris, in verſ.interdici.ff.de pœ. Finge enim aliquem mercatorem in negotiatione, vel negotiationibus ad ipſam mercaturã ſpectantibus,malè verſatum & delinquere,iuſta cauſa eſt vt pro admiſſi modo vel negotiatione, vel negotiationibus abſtinere iubeatur,quibus addes elegantem legem, annonam. ff.de extra.crim.& l.1.in fin.ff. de off præf.vrb quod notandum arbitror, ad compeſcendas in fraudando mercatorum excogitatas artes,& vt malis hominibus ciuitates expurgentur.l.congruit.ff.de off.præſid.

Illud etiam tento dicere, ſi mercator amiſſa fide
35 decoqueret, † & aliquid fraudis in ipſa decoctione admitteret (vt decoctores plerunque aſſolent) mercaturam vlterius facere non poſſe, mouet me ſingularis text.in l. ſi aliquid.C. de ſuſce præpo. & ar.nec referre puto legem illam in ſuſceptore, & tabellario loqui: Bart enim in ſumma eiuſdem l ait non poteſt quis exercere officium,in quo deliquit,mercatorem autem officium gerere ſcribit,& probat idem Barto. in tract.de teſt.in verſic.mercatorem, & plenius Sig. conſ.195.nu.25. & Alc.in l.mercis.ff.de verb ſignifi. & nos latiſſimè probauimus in 1.part. Accedat,quod ead parte oſtendimus eum,qui ſemel decoxerit,ſemper decoctorem dici poſſe, quoniam nomina delicti ſignificatiua vno actu conuinci plerique probarunt, & ſcribit Ro.conſil 403.in caſu propoſitæ. Et his illud adiiciendum eſt, quod ex facto conſulto placuit Bal.in conſ.74.cuius initium eſt, quandoque agitur. vol.5. Cùm quidam Stephanus mercator Florentinus in ciuitate Peruſij menſam, cum quibuſdam ſociis, qui Florentiæ commorabantur, haberet à quodam Peruſino mille & trecẽtos florenos recepiſſet,& proprio,& ſociorum Florẽtinorum nomine promiſiſſet, quòd iidem ſocij mercatores in eorum libris creditorem in dicta ſumma conſtituerent,quódque literis manu ſociorum ſcriptis id factum eſſe cõſtaret, quibus peractis chirographum factum eidem Stephano
36 reſtitueret.† Reſpõdit Bal.ſi mercatores Florentini, iidemq; ſocij decoxiſſent,literas à mercatoribus non emanatas cenſeri, quoniam ſtatum immutaſſent, ac

conditionem ſuam deteriorem feciſſent. Et cùm ante decoctionem literæ traditæ nõ fuiſſent, moram purgari non poſſe à moratore. Idemque reſpondit, quia adiectio perſonarum fauore creditoris facta cẽſetur, & aliis rationibus nouationem factam non eſſe, ſupraſcripta tamen intelligenda puto, iuxta verba l. ſi aliquid, quando quis ſuo vitio decoxit, rationeque conturbauit, & in ipſa decoctione fraudem admiſit. Nam ſi fortunæ vitio propter inſignem calamitatem conturbaret, nihil prohibet, quin mercaturam exercere poſſit: arg. tex. in §. ſoluitur. verſic. item ſi quis, Inſti. pro ſocio. ff. de ceſſio. bono. l. 5.

Nec illud tacebimus, quod eleganter Archid. ſcripſit in c. animaduertendum. 22. q. 2. ſcripſit enim in
37 verba infrà ſcripta. † Si quis iurauerit, quòd nunquàm erit negotiator vel miles, quòd non tenebit feudum ab ipſo domino, aut quòd non ſeruiet illi, vel locabit operas ſuas, accipiet donum aut mutuum, non tenebitur illud ſeruare, ſi aliter viuere non poſſit, niſi cõtra id faciat: quia iam res redit ſeu venit ad eum caſum, de quo ſi cogitaſſet ab initio, & iuraſſet ſuper illo, illicitum eſſet iuramentum. Hactenus Arch. quem probat, & commendat Pan. in c. ſi verò. nu. 3. de iure, refert etiam & pleniùs ac confirmat Ioan. à Selua. in tract. de iure in 3. part. nu. 18. ro. 9.

38 † Illud quæri poteſt, num fœminæ mercaturam facere vetentur? dicet aliquis vetari, nam & fœminæ remotæ videntur ab officio argentarii. l. fœminæ. ff. de eden. puto tamen non prohiberi, mouet me l. 1. C. de eden. ſecundùm interpretationem Petr. Cyn. & iuxta exemplum Iacob. Butr. de quo meminit ibidem Bar. ſub nu. 5. Iaſ. ſub nu. 16. & Deci. ſub nu. 17. & hæc ſententia probari videtur in l. pediculis. in §. item cùm quæreretur. ff. de auro. & arg. l. in illis verbis, cum teſtatrix negotiatrix fuerit. Item ex l. ſed & ſi quis. ff. de inſt. in illis verbis: parui refert quis ſit inſtitor maſculus, vel fœmina, & paulò infrà. Item quis, quæuè præpoſuit, & reliqua. Pro qua ſententia eſt quod aiũt in his, quæ ſunt de genere permiſſorum, omne cenſeri permiſſum, quod expreſsè non reperitur prohibitum. l. 1. ff. de procur. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quibus cau. maior. c. 2. verſ. præſertim de tranſla. Epiſc. c. 1. de procurato. in 6. Nec moueat d. l. fœminæ, tum quia Iuriſconſultus ſubiicit quia virile officium eſt. Tum etiam, quia argentariorum officium, atque miniſterium publicam habebat cauſam. l. argẽtarius. ff. de eden. nec propterea per omnia mercatores his ſimiles cenſentur, quòd non ſemel diximus.

39 † Item quæritur, num ſeruus mercaturam facere poſſit, & poſſe videbatur, quoniã argentariam poteſt. l. Prætor. §. ſed & ſi ſeruus. ff. de edend. & gloſ. in l. argentarius. in ver. publicam. eod. tit. Verùm id ſecundùm iuris noſtri regulam intelligendum puto, ſi dominus ſerui poſſit. aiunt enim ſeruum capacem eius eſſe, cuius dominus eſt capax. l. ſi mihi & tibi. §. regu. ff. de legat. 1. & in hacmet ſpecie reſpondit Deci. in l. 1. num. 11. C. de eden. & videbis tex. in l. ſeruus. ff. de vſu & habi.

Filium autem familiâs ex omnibus cauſis tanquàm
40 patremfamiliâs obligari: † ob id agi cum eo, tãquàm cum patrefamiliâs poſſe, certi iuris eſt. l. filiusfamiliâs. ff. de actio. & oblig. l. filiusfamiliâs. ff. quod cum eod. l. nulla res. C. eodem titul. vſque adeò, vt mutui facti gratia mercatori ratione mercaturæ S. C. Macedoniani exceptio non competat, ſecundum Nico. & Cyn. in l. Macedoniani. C. ad ſenatuſcon. Macedo. ſub nu. 3. hoc amplius referendo Bart. ibidem Sal. inquir, Mercatorem mutuam pecuniam recipiens, in ambiguo in ipſam mercaturam vertiſſe præſumitur, quæ placuerunt Ang. Arc. Inſti. de excep. §. item ſi. nu. 18. verſic. quærit Bald. quod & nos in vltima par. cùm de legibus municipalibus diſſereremus, aliorum authoritatibus probabimus, & circa id quod ſuperiori loco diximus de filiofamiliâs mercatore, legito l. prætor. §. ſed & filiusfamiliâs. ff. de edend. & videbis, quæ ex facto conſulto Paulo Par. præceptori meo placuerit, is enim in conſilio 94. ſpectabiles. vol. 1. latè in filiofamiliâs complura ad mercaturam pertinentia copioſè diſſeruit, præſertim, an capi poſſit, an inſolidùm conueniatur: & quid ſi decoxerit: & pleraque ſimilia, & idem præceptor meus in conſilio antecedenti. 93. cuius initium eſt, Dicendum videtur, an pater pro filio teneatur, ad propoſitum pertinentia diſputat, quod & nos non ſemel in hoc tractatu attigimus, & de filiofamiliâs mercatore, quiúe in ipſa mercatura lucratus eſt, num lucrum aliis fratribus communicari oporteat, eleganter tractat Angel. in conſ. 85. & themate, Deci. in l. illud. C. de colla. & plenè quidem Aym. Cra. conſ. 165. ſuper puncto. Andr. Tiraq. in com. de vtroque ret. §. 1. gl. 9. nu. 60. & ſeq.

FINIS TERTIAE PARTIS

PARS QVARTA.

ARGVMENTVM.

Mercatura in quibus cauſis poſſit exerceri.

SVMMARIVM.

1 *Mercatura regulariter ſuper rebus omnibus mobilibus tantùm poteſt fieri.*

2 *Mercatura in hominibus non eſt, & multò magis in liberis hominibus.*

3 *Eunuchi Romanæ gentis homines facti non ſunt in commercio: ſecus verò barbara gentis extra Romanum ſolum facti.*

4 *Mercatura non eſt in rebus ſacris.*

5 *Ementes ſcienter res effectas religionis, incidunt in crimen læſæ religionis.*

6 *Purpuræ, quibus princeps vtitur, dum in maieſtate ſedet, diſtrahi & vendi prohibentur.*

7 *Encauſtum Imperatoris nulli permittitur habere aut quærere conſequenter mercatura, vetatur, & eodem in loco dicitur de priuilegio ſcripto ſacro encauſto.*

8 *Sericum*

8 *Sericum à Barbaris emere prohibemur.*
9 *Mercatura in frumento publici canonis non eſt, & idem iuris eſt in frumento exercitui miſſo.*
10 *Arma an liceat facere vel vendere priuatis.*
11 *Mercator tranſiens per prouinciam negotiandi cauſa, gladium quod poſsit ferre & quomodo.*
12 *Vinum & oleum, & alia liquamina ad barbaros deferre vetamur.*
13 *Loricas, arcus, ſagittas, ſpatas & quædam alia ad barbaros exportare non licet.*
14 *Puluis, quo vtimur in bombardis, deferri ad hoſtes non poteſt: quemadmodum cotes ad acuendum ferrum: & idem in ſulphure.*
15 *Aurum pro mancipijs aut quibuſcunque ſpeciebus ad barbaros tranſferre non poſſumus. Idem in argento.*
16 *Animalia ad barbaricum ſolum transferre vetamur. Et ibidem, de prohibitione equorum militarium in regno Siciliæ, & Aſturcorum in regno Hiſpaniæ.*
17 *Pœna aduerſus exportantes res prohibitas ad hoſtes, quæ ſit de iure pontificio, & quæ de iure ciuili.*
18 *Capitalis pœna, quæ imponitur deferentibus prohibita ad hoſtes quæ ſit.*
19 *Capitalis pœna vbi declaratur à lege ſtandum eſt declarationi: & quomodo conſtare dicatur de mente legis.*
20 *Capitalis pœna in ſeruo intelligitur de morte, vt perſonæ conueniat.*
21 *Capitali pœnæ vbi à lege adijcitur bonorum proſcriptio, intelligitur de morte.*
22 *Capitalis pœna in dubio intelligitur de exilio. Epiſcopalis conſtitutio, quæ clericum capitali pœna puniendum decernit, intelligitur de excommunicatione.*
24 *Interpretatio ad l. mercatores. C de com. & mer.*
25 *Vinum & alia liquamina ad barbaros exportari non poſſunt: nec quidem guſtus cauſa, & quid in lorica vna, vel enſe vno ſpeciminis cauſa aſportatis.*
26 *Statutum prohibens vinum exportari extra territorium, an habeat locum in exportante metretam guſtus cauſa.*
27 *Durante bello inter reges Chriſtianos, merces quaſcunque exportare vetamur.*
28 *Merces licitæ an publicentur propter illicitas.*
29 *Aedificia demoliri, & marmora diſtrahi, negotiandi cauſa non licet.*
30 *Salinarum reditus eſt de regalibus: & ſal vendere ac emere, fiſco excepto non licet, & conſequenter in ſale paſsim non eſt mercatura.*
31 *In ſale prohibitiones quædam, & de materia relatiuè.*
32 *Quæſtio, an intromittens in ciuitatem vegetem muriæ ſeparatam à ſalſamentis incidat in prohibitiones de ſale factas.*
33 *Simplicis appellatione, in pœnalibus non continetur mixtum.*
34 *Potentia actui proxima, in actu habetur.*
35 *Lex municipalis vetans quemcunque frumentum in foro emere, niſi victus cauſa, non includit, ſcholarem: qui victus cauſa pro toto anno emeret, deinde demutato propoſito volens recedere frumentúmmet vendiderit.*
36 *Primum propoſitum honeſtum, & licitum inſpiciendum.*
37 *Pecunia publica mercatura fieri non poteſt. Et in materia tres facti ſpecies, ſecundùm Decium proponuntur.*
38 *Depoſitarij communis Anconæ, pecuniam publicam ad vſus certos deſtinatam in alios tranſferre non poſſunt.*
39 *Magiſtratus, qui publicas pecunias in vſus ſuos conuertit, maximas vſuras præſtare vice cuiuſdam pœnæ debet.*
40 *Mercatura publicis ſpeciebus fieri nequit.*
41 *Recipientes pecunias publicas tempore penuriæ, emendi gratia frumentum in aliquibus regionibus, & dictis pecunijs negotiantes acriter puniuntur.*
42 *Arbores ex luco Daphnes, ſycomorum, vel cupreſſos ex luco Perſeidos emere vetamur.*
43 *Veneni mali emptio non contrahitur: conſequenter in eo non eſt negotiatio ſine permiſſu principis.*
44 *Mercatura quandoque conſtitutionibus locorum iuſta de cauſa arctatur. Et exempla ſubijcit.*
45 *Decretum tempore penuriæ, ne quis frumentum vendendi negotiandíve cauſa emat, valet.*
46 *Ex mala adminiſtratione frumenti penuria creſcit.*
47 *Præfecti annonæ ordinem dare poſſunt, qualiter, quo ordine, quantúmve frumenti vendi poſsit quolibet die vel menſe.*
48 *Statutum Anconitanum, quo prohibetur vinum afferri poſt feſtum omnium Sanctorum, quòd valeat quàm interpretationem habeat.*
49 *Statutum, quòd extraneorum panni non intromittantur in locum valet, & quòd non referatur ad illos, qui per tranſitum intromittuntur.*
50 *Statuta varia ac multa ſunt in diuerſis locis, quibus mercatura arctatur, & de his relatiuè.*
51 *Mercatoribus, qui res venales ad quotidianum hominum victum neceſſarias expoſuere, pretium moderari poteſt. Et exempla in pannis, & vide quid de penſionibus domorum ſubijciatur.*
52 *Negotiatione licita nemo eſt prohibendus, & nemo in prohibita exerceat ſe.*

1 SVPERIORI † loco de perſonis, quæ
mercaturam facere non poſſunt, ex-
poſuimus: modo videamus de rebus,
in quibus mercatura poteſt exerceri,
& ex Iuriſconſulti Pauli mente, ſuper
rebus omnibus mobilibus tantùm mercaturam re-
gulariter poſſe fieri, permiſſumque eſſe, putamus. Is
enim in l. ſi in emptione. §. omnem. ff. de contrahen.
emptio. inquit in hæc verba: Omnium rerum, quas
quis habere, vel poſſidere, vel perſequi poteſt, ven-
ditio rectè fit. Quas verò natura, vel gentium ius, vel
mores ciuitatis commercio exuerunt, rerum nulla
venditio eſt. Verbis igitur Pauli relatis & ex his, &
aliorum authoritatibus, & locis referendis, res quaſ-
dam prohibitas declarando, & excipiendo enumera-
bimus.

Diximus in prima part. verſic. illud etiam quæri
2 poteſt. † In hominibus non eſſe mercaturam, mercia
enim appellatione, non continentur, addes ergo his,
quæ diximus declarationis cauſa, In libero homine
multò magis procedere: natura enim in commercio
non eſt, vt ſcripſit Accurſ. in eod. §. omnium. Facit
quod Iur. ibidem ſubiicit l. liberi hominis. eod. tit. &
quia in libero homine nulla corporis æſtimatio fieri
poteſt, vt inquit Iuriſconſultus in l. 1. in §. ſed cùm li-
ber homo. ff. de his, qui deie. vel effud. & in l. fin. eod.
tit. gloſſ. in l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam. l. ex
3 hac. ff. ſi quadr. pau. fe. di. † Item Eunuchos Romanæ
gentis, homines ſiue in Barbaro, ſiue in Romano ſo-
lo factos, ad dominium alicuius ſub pœnis grauiſſi-
mis transferri eſt prohibitum. Barbaræ autem gentis
Eunuchos extra loca Romano imperio ſubiecta fa-
ctos cunctis negotiatoribus, & aliis emendi in com-
merciis, & vendendi facultas conceditur: vt dicitur
in l. 1. C. de Eunuc.

4 † Sacræ quoque res, vt Accur inquit in d. § omniũ
non ſunt in commercio, & ideò in his mercaturam
exerceri non poſſe, nemo eſt qui neſciat. l. inter ſtipu-
lantem. §. ſacram. ff. de verbo. oblig. §. nullius. Inſt. de
rerum diui. l. vſucapione. ff. de vſucap. Bald. in l. 3. nu.
6. C. de iur. dot vbi regulas cognoſcendi, quando res
in commercio ſint, vel non ſint, eleganter ſcripſit.
5 Hoc amplius receptum eſt, † eos, qui ſcientes res re-
ligionis effectas emerunt & diſtraxerunt, in crimen
læſæ religionis incidere. l. 1. C. de ſepul. viol.

Moribus etiam & iure ciuili cõplures res in mer-
caturam, & negotiationem deducere vetamur, vt re-
6 latus non ſemel inquit Accur. † & purpuræ, quibus
princeps vtitur, dum in maieſtate ſedet, vel in ſerico,
vel in lana, ſiue vellus muricis, ſub diſcrimen fortu-
narum & capitis vendi, & diſtrahi prohibentur. l. 1. C.
quæ res ven. non poſſ. & ſcripſit Bald. in rub. eiuſdem
tituli, & conſequenter ſine permiſſu principis mer-
catura prohibetur facit l. ſi quis nauiculam. cum glo.
C. de muril. lib. 11. & l. temperer. C. de veſtibus oleo.
eo. tit. glo. in l. cùm proponas. C. de nau. fœn l. cotem
ferro. §. dominus & §. illicitarum. ff. de pub.

7 † Idem iuris eſt de ſacro encauſto Imperatoris:
nulli enim permittitur habere, aut quærere, aut à
quoquam ſperare, & qui tyrannico ſpiritu aggreſſus
fuerit contrà, poſt præſcriptionẽ bonorum omnium,
capitali non immeritò pœna plectitur. l. ſacri affatus.
C. de diuer. reſ. & licet. & Iaſ. ibidem poſt glo. & Sal.
& Ang. in citata l. 1. C. quæ res ven. non poſ. encau-
ſtum in vſu non eſſe ſcripſerint: memini tamen me
legiſſe apud Bal. in rub. proximè relata, qui inquit ſe
vidiſſe priuilegiũ imperiale dicto encauſto ſcriptum,
quod quandoque ſecũdum aëris aſpectum nigrum,
aliquando rubrum, & nonnunquam aureum appare-
bat, & adde glo. in l. ſi quis nauiculam. ſupra relatam,
& elegantiorem glo. in l. pen. in §. nauem. in verbo,
tolleretur. ff. loc. & in l. cùm proponas. C. de nau. fœ.

8 † Ablata eſt omnibus etiam facultas comparandi
ſerici à Barbaris, excepto comite commerciorum. l.
comparandi C. quæ res ven. nõ poſ. quam legem nec
Piſanos, nec Venetos, nec Genuenſes ſeruare. & Sa-
lyc. & Bal. ibidem ſcripſere: & quam legem ſi intelli-
geres, prout ſecundo loco interpretatus eſt Accur.
non erit prohibitio diuerſa à prima, ſeu illa, de qua in
l. 1. C. quæ res vend. non poſ.

9 † Frumentum etiam publici canonia in littoribus
diſtrahi & emi capitali pœna prohibitum eſt. Idem
iuris eſt in frumento exercitui tranſmiſſo. l. pe. & fi. C.
quæ res ven. non poſ. & inquit Ang in ea. l. pen. publi-
carum mercium contracta commercia in littoribus
damnari: & illos in littoribus mercari, qui contem-
pta recta nauigatione littora deuia ſectati, ſpecies
publicas auertẽdo diſtraxẽrũt. l. pe. C. de naui. lib. 11.

10 † Arma quoque priuatis non licet facere, vendere,
vel emere, vel transferre, ſolum enim fieri & vendi à
priuatis cultellos minores permiſſum eſt: quibus nul-
lus in prælijs vtitur, vt in auth. de ar. & in glo. rub. de
fabri. lib. 11 inquit tamen Bart. in l. 1. ff. ad legẽ Iuliam
de vi pub. conſtitutionem prędictam à conſuetudine
receptam non fuiſſe, & ſ. iure arma vendi licuiſſe, la-
tè probat. cuius ſcripta legito, & vera eſt eius ſenten-
tia. Non enim hodie fabricenſes, ſeu fabricẽtios, aut
armificatores eligi videmus, & illud obiter nota, ꝙ
inquit Imperator in §. mercator. de pace tenẽ. & eius
vio. mercator negotiandi cauſa, per prouinciam per-
tranſiens, gladium ſuæ ſellæ alliget, vel ſuper vehicu-
11 lum ſuum apponat, † non vt quem lædat innocẽtem,
ſed vt à prædone ſe defendat, & quod ſcripſit Marſ.
conſil. 107. num. 32. & Par. de Put. in tract. de ſyndi. in
verſic. tortura. in verſi. an in cauſa pecuniaria. tom. 14.

Admonendi etiam ſumus ad barbaros, Saracenos,
hoſteſque Rom. Imperij quaſdam res, nec quidem
12 mercaturæ cauſa transferre prohibitum eſſe: † vt ecce
vinum, oleum, & alia liquamina ad huiuſmodi gentes
negotiationis, ſeu comercij etiam cauſa deferre veta-
mur. l. 1. C. quæ res exp. Idem iuris eſſe in aridis, ibi-
dem ſenſit Accur. facit. l. cotem ferro. ff. de pub. vbi
expreſſum eſt in frumento, & vide glo. in l. vni. C. de
lit. & iti. cuſt. Alex. conſil. 130. omnipotentis, vol. 7.
& probat Nic. Boẽr. q. 178. nu. 11. & 1.

13 † Item Romani Imperij hoſtibus ſub quouis colo-
re, loricas arcus, ſagittas, ſpatas, gladios, tela, ferrum
factum, vel infectum, vel alterius generis arma venũ-
dari. & diſtrahi prohibitum eſt. Perniciosũ namque
Romano Imperio, & proditioni proximum eſt, bar-
baros, quos indigere conuenit telis, eos, vt validiores
reddantur inſtruere l. 2. quæ res expor.

Cotem ſimiliter ferro ſubigendam, neceſſariã ho-
ſtibus venundari, & ferrum, & frumentum, & ſalẽ non
ſine capitis periculo, licet. l. cotem ferro. ff. de publ.
Cuius legis argumento in ea parte, qua de cote caue-
14 tur † prohibitionem ad puluerem trahendam puto,
quo ad tormenta bellica, vulgo bombardas nũcupa-
tas, vtimur, & idem in ſulphure reſpondendum, ſine
quo puluis fieri nequit, & hæc ſententia confirmatur
ex ratione legum ſimilia exportari prohibentium, &
præſertim ratio Imperatoris in l. 2. C. quæ res expor.
hoc ſuadet in verſi. perniciosum proximè relato. Nec
moueat, ꝙ nec Imperatores, nec Iuriſconſulti cogi-
tauerint, dum citatas leges condidere. Id enim ex
prædictis remouetur, ac ex his, quæ ſcripſit Deci. in l.
1. num.

1.nu.12.C.de eden.Accedat,ꝙ Iuriſconſultus inquit in l.hoc modo.ff.de cond.& demõſt.legem Reipub. vtilem,lata adiuuandam eſſe interpretatione.Ad quã legem videbis,ſi liber Marſ.conſ.85.nu.16.Dec.conſil.55.Alc lib.5.para.c.9.in fi.& his,quæ primo loco diximus,addes Nic.Boẽr.dec.178.ſuprà relata.

15 † Inquit & Imperator in l.2. C. de com. & mer.ſi vlterius aurum pro mancipiis,vel quibuſcunque ſpeciebus ad barbaricum fuerit tranſlatum à mercatoribus,non iam damnis, ſed ſuppliciis ſubiungentur, vbi Ang.idem iuris eſſe in argento reſpondit.

16 † Animalia quoq; in barbaricum ſolum trãſferre prohibemur, vt notatur in l.vſurpatione.C. de vect. & com. & videbis Luc. Pen.in l.vni.C. de lit.& iti. cuſt.libr. 11. qui de prohibitione in regno Siciliæ equorum militarium meminit,& videbis ſingu.text. in l.officium.§.paternus.ff. de re milit.in illis verbis, equum militarem extra prouinciã ſuam duci nõ permittere:& his addes,quæ ſcripſit Nic.Boẽ.dec.178. non ſemel relata.Is enim de prohibitione Aſturconũ in regno Hiſpaniæ meminit,& refert And.de Iſer.in rubr.quæ ſint reg.col.vltim.dixiſſe, ſi quis equos, & arma alio loco habita per Siciliæ regnum transferet, poterit abſque venia, & ſine permiſſu principis ad domicilij locum impunè deducere.Nec enim prohibitio regalis,quòd arma, & equi non extrahantur ad propoſitam facti ſpeciem refertur,citat.l.ſi quis poſt hanc.C. de ædific.priua. & denique in materia videbis text.in l.vni.C.de grege domi.lib.11.

17 † Et eiuſmodi impios Chriſtianos, qui Saracenis & hoſtibus Ro.Imperij illicitas res exportant,ſeu per nuntios deſtinant,excommunicatos eſſe capientium ſeruos effici, bonisque priuari.l.pontificia ſancitum eſt.c.ita quorundam.c.ſignificauit.c.ꝙ olim.& ad liberandam:extra de iud.In quibus capitibus lignamina atriremium,& ipſas triremes, vel naues Saracenis vendi etiam prohibentur.Adducuntur & aliæ pœnæ in c.multa mentis,amaritudine ſito,in tit.de iudi.extrauag.commu.vbi in omnibus mercibus ad Saracenos deferendis eſt generalis prohibitio:Iure autem ciuili aduerſus huiuſmodi ſceleratos homines, prohibitas res exportantes ad hoſtes pœna eſt bonorum omniũ proſcriptio,& capitis periculum:vt legitur in citata.l.2.C.quæ res expor.& in l.coté ferro.ff.de pub.

18 † Sed & illud elegãter quæri poteſt,quæ ſit hæc capitalis pœna.Dicet aliquis,expeditum id eſſe,dicitur enim in l.rei capitalis.ff. de pœnis.rei capitalis damnatum:ſic accipere debemus, ex qua cauſa dãnatos, vel mors,vel etiam ciuitatis amiſſio,vt ſeruitus contingit.l.2.ff.de pub.iud.l.qui cùm maior.§. is demũ. ff.de bon.lib.ff.de verb.ſig.l.licèt capitales.& interpretationes legũ pœnæ moliendæ ſunt potius, quàm exaſperandæ.l.ſi præſes.l.interpretatióne.ff. de pœn. & regula in pœnis.de reg.iur.in 6. Vnde pleriq; prudentiſſimi iuris interpretes reſponderunt, vbi de capitali pœna in l.municipali ſit mẽtio,in exulio interpretandam eſſe. Idque ſcripſit Accur.in l.vni.in verbo,capitali.C.ne Chriſtia.man. ꝙ notauit Im.in l.2. ff.de pub.iud. & ſcripſit poſt alios Abb. Sicu.in cap. quanto.verſi.tertiò quæro.nu.7.de iure.ſubdens id à frequẽtioribus receptum.Iaſ.in l.diuortio,nu.15,ff. ſol.mat.Dec.in l. magiſtratibus.n.2.ff. de iuriſd.om. iud.& in l.imperium.nu.14.& ſeq.ff.eo.vbi quędam contra hanc ſententiam adducit,meminit & Alcia.in d.l.licet capitalis.de ver.ſig. Alex.conſi.104.ſtatutũ loquens lib.1.col.1.Ang.Are.in pract.in verbo,& ibi caput.nu.32.& Aug.apud eundem notat Abb.in c.ſi clerici.n.38.de iud.Afſl.dec.vltim.ver.4.difficultas. nu. 14. & latiſſimè omnium ſcripſit Nic. Boẽr. dec. 254.& preſuppono.Et pro hac ſententia facit tex.in l.mercatores.C.de com.& mer.in illis verbis,& præter earũ rerum,ac pretij amiſſionem, ꝙ fuerit numeratum, vel cõmutatũ exulij ſe pœnæ ſempiternæ ſubdendum.Item hæc eadẽ ſententia confirmatur ex his, quæ ſcripſit Bal.poſt gl.in l.ſi.C.quæ res ven.nõ poſ.

Contra verò in huiuſmodi ſceleratos homines pœna vltimi ſupplicij animaduertendum eſſe,ſenſiſſe videtur gl.in c.ita quorũdam in verbo ferrum.extrà de iud. & apertiùs ibidem Fel. referendo Bal.in citata l. 2.C.quæ res expor.tanquàm proditores vita priuãdo ſcripſit.Et hæc ſententia,meo quidem iudicio,& vera & ex mente legũm eſt.Congruit enim illa ratio,ꝙ pro tam magno ſcelere,ꝙ proditioni proximum eſt, & ciuilia,& pontificia iura armãtur,& vniuerſa Chriſtiana Reſpub.lęditur,vt ex lectione citatorum capitum, & legum euidenter patet.Quæ ſententia cõfirmari poteſt ex text.& ſingulari cum gl.in auth.de armis.in §.oportet.in verbo pecuniis.Sentit enim Accur.eo.in loco, vbi lex pœnæ capitali proſcriptionẽ bonorum adijcit,eo caſu de morte naturali interpretandam,& hoc innuit,dum inquit,in ære,& perſona. Relegatio enim,quæ perſonam non tangit,non dicitur perſonalis pœna,& text.prædictum cum gl.ad id citauit Alb.Bru.in lib.de conſtitut.& Deci.in verbo pœna,verſ.pœna capitalis,& notauit addi.apud Abb. in c.at ſi clerici,n.38.de iudic.ſed in l.2.C.quæ res expor.protinus omnia bona fiſco adijci mãdatur,conſequẽter dicemus,talia admittẽtes vltimi ſupplicij pœna dãnandos,ex quibus remouetur,ꝙ contra hãc ſententiam dicebatur,legem de capitali pœna in mitiorem partem interpretandam. Verùm, vt euidentior propoſitæ materiæ habeatur intellectus, huic rei quaſdam facti ſpecies adijciendas putaui.

Et illud primum, vbi lex ciuilis vel municipalis pœnam ipſam capitalẽ declarat, vel alia lege exprimitur, ſeu aliter de mente legiſlatoris conſtat, eo,
19 † ſeu his caſibus declarationi legis ſtandum eſſe nemo dubitat.Finge in l. ſaccularij.in §. ſunt quædam. ff.de extra.cri.vbi Iuriſcon. in hæc verba:Hanc rem præſides exequi ſolent grauiter,vſque ad pœnam capitis,quia & ipſa res mortem comminatur.item in l.Iulia.in §.ſi.ff.ad leg.Iuliam rep.quẽ tex.citat Dec. in d.l.imperium.nõ caret etiam, ꝙ diximus,authoritate,nam Ang.& Alb.Bru.in relatis locis ſcripſere,& omnes auctores de hoc conſenſerunt,& videbis Fel. in c.qualiter.§. ad corrigendos in fi.de accuſat. Nec profectò dubitandum de his videtur, quoniam cùm manifeſtus legis eſt ſenſus, nuſquam interpretatio tantum valet,vt melior ſenſu exiſtat,vt inquit Imperator in l.3.C.de lib.præte.Iaſ.in conſil.98. col.pen. vol.1.accedo.& in conſ.3.vol.3. In cauſa ſocietatis,& conſ.5.col.pen.eo.vol.& latiùs in conſ.43.col.3.eod. vol.& conſ. 143.vol.4. Conſtare autem de mente legis,ſeu ſtatuti dicimus,vel ſi in iiſdem, vel aliis legibus exprimatur, vel ſi lege municipali aliquem capitali pœna plectendum ſimpliciter caueretur, in articulo, in quo ius commune capitalẽ pœnam expreſsè declaraſſet.c.cùm dilectus.de conſuetudin.idque Angel.Imol.& pleriſque aliis relatis placuit, & præſertim Alciat.in l.licet capitalis.ff.de verb.ſign.

20 † Deinde conſiderabam aliquando capitalem pœnam,vt perſonæ conueniat in morte naturali,intelligendam,verbi gratia, in ſeruo, vt notauit Aug.apud Ang.in relato loco, & inſpice tex.cum gloſſ.in l.hos accuſare.in §.omnibus de accuſat.

21 † Tum & illam facti ſpeciem cogitabam, vbi in l.

pœnæ capitali bonorum proſcriptio adiicitur in vl-
timi ſupplicij, vt diximus, pœnam interpretandam eſ-
ſe. §. oportet. cum gl. in auth. de armis, & aliorum au-
thoritatibus cóprobauimus, quæ authoritates inter-
pretationi d. legis 2. C. quæ res expor. valde cógruát.
22 † Item & illam facti ſpeciem ſubiicio, vbi legi cō-
muni, vel municipali de capitali pœna fit mentio, in
exulio intelligendum eſſe, & hanc ſententiam, & ve-
ram, & ſanè crebriorem eſſe oſtendimus. Quæ ſentē-
tia non incoloratè temperari forſan poſſet in delicto
atrociſſimo. Finge enim legem ciuilem, vel munici-
palem in delicto atrociſſimo pœnam capitalem irro-
gare, non puto veriſimile eſſe legis conditorem de
exulio ſenſiſſe, quinimò de naturali morte: & cū hoc
temperamento communem ſententiam intelligen-
dam eſſe innuit Fel. in d. §. ad corrigēdos, in extrema
parte, & conſequēter tento dicere, ſi in l. 2. C. quæ res
export. non eſſet adiecta bonorum proſcriptio, pro-
pter ſceleris immunitatem in naturali morte intelli-
gi debuiſſe. Quia tamen temperamentum eiuſmodi
periculoſum eſt, iterum atque iterum cogitabis, nam
nulla vnquam de morte hominis cunctatio lōga eſt,
& relata loca inſpicies, & præſertim Ang. & Alciat.
23 † Poſtremò, ſi epiſcopalis conſtitutio clericū capi-
tali pœna puniendum decerneret, excommunicatio-
nis intelligendam plerique ſenſere, vt inquit Alciat.
vbi ſuprà, plus admittit in relato loco Augu. & ſi epi-
ſcopalis conſtitutio contra clericos eſſet in hęc ver-
ba, morte moriatur, idem iuris tamen eſſe.
24 Sed, vt aliquando vnde diuerteram redeam † non
obſtat. l. mercatores. C. de com. & mer. loquitur enim
in mercibus non prohibitis, alioquin abſurdum eſſet
pari pœna exportantes prohibitas merces, & nō pro-
hibitas puniri. Pro admiſſi enim ſceleris qualitate
pœnas imponi, non eſt iuris ambigui. l. reſcriptum. ff.
de his quib. vt indign. c. quæſiuit. de his, quæ fiunt à
maiori parte capitu. c. nō afferamus ſtateras in fi. 14.
q. 2. Dec. in c. at ſi clerici. n. 11. extrà. de iud. & ad præ-
dictam interpretationem. l. 2. videbis, quæ ſcripſimus
ſuprà in ea parte, quam inſcripſimus de ſtatu mercat.
verſiculo, deinde & illud. Et quædam, quæ ad hunc
locum valde pertinēt, illinc aſſumes. Ea etiam ſi ad
hunc locum & propoſitā quæſtionem nō valde per-
tinet, & id, quod de capitali pœna, ibidē ſcripſit Bal.
25 ex prædictis remouetur. † Animaduertendum eſt etiā
ad Barbaricum ſolum vinum, vel oleum, ſeu aliud li-
quamen exportari, nec quidem guſtus cauſa licere. l.
1. C. quæ res exp. quam prohibitionē in aliis rebus,
in d. l. 2. eiuſdem tit. enumeratis cenſeri arbitror, & ſi
non guſtus ſenſus, ſed alius ſenſus interueniat. finge
enim aliquē ad Romani imperij hoſtes enſem vnum,
vel loricam vnam exempli ſeu ſpeciminis cauſa, &
(vt vulgò dicere ſolemus) per mōſtra exportaſſe, pa-
ctumq́; eſſe de exportando plures, ſi placuerit eiuſdē
generis ſeu ſpeciminis, hunc in prohibitionē incide-
re, & contra legem venire putarem. Cùm enim & ea-
dē ratio ſimiliter interueniat, ſequitur, vt idē debeat
exiſtimari, q forſan ead. l. 2. Accur. ſenſit, dum legem
illam in liquaminibus loquentem, & in aridis locum
habere ait. Nec mouere quenquam debet. l. 2. C. quæ
res expor. in illis verbis, Barbaros, quós indigere cō-
uenit telis, & reliqua. Validiores enim Barbari fieri
nō poſſunt ex lorica vna vel enſe vno: quoniā ex ſpe-
cimine ſeu exēplo inſtruūtur Barbari idq́; argumēto
eiuſdē legis, in verbo, inſtruere. & l. fi. C. de pœ. Di
26 uerſum tamen reſpondendum ſentio, † ſi municipali
lege vinum extra territoriū ſub pœna exportari pro-
hibetur, vt ſcilicēt in pœnā nō incidat is, qui metre-
tam vini guſtus cauſa exportauerit: licēt Bal. in cita-
ta l. 1. contra ſenſerit, & probetur eius ſententia à Ia-
ſo. in l. nō dubiū. C. de leg. nu. 46. & Alex. apud Bart.
in l. quæſitum. in §. illud. ff. de leg. 3. & defendatur ab
Alcia. diſput. lib. 4. c. 11. & placuerit Nicol. Boēr. de-
ciſ. 277 & videtur n. 9. qui citat Ioan. de Ana. in c. ita
quorundam. de iud. & And. Barb. conſ. 57. nu. 9. vol. 1.
huic ſententiæ aſſ[...]nſiſſe, ſententia enim Bal. notatur
à Salyc. in d. l. 1. notatur à Iaſ. qui in articulo ſibi pa-
rū conſtiterit. in l. 2. ff de iuriſdict omn. iudi. & l. quidē
rationibus. & videbis ſub nu. 25. reprobatur etiam à
Fel. in c. ita quorūdā, ſub n. 2. de iud. & quidē optima
ratione. Sancitum eſt enim ad hoſtes exportari nō li-
cere, nec quidem guſtus cauſa, ne hoſtibus cauſa pre-
beatur in Chriſtianorum terras irruendi. Quæ ſentē-
tia confirmari eo poteſt, quia parem rationē in rebus
prohibitis exportari municipali lege, & prohibitis
exportari ad hoſtes nemo dixerit. Altero enim caſu
vniuerſa Chriſtiana religio atque Reſpublica defen-
ditur, atq; cōſeruatur: vt patet ex citatis iuribus & ca-
pitibus. Altero verò, vt annona in loco vberior ſit;
néue locus egeat re prohibita, extrahi prohibetur,
atq; cōſulitur, & hāc rationē legis municipalis fuiſſe
ſcripſit Bal. in l. cætera in §. ſed & ſi quis ff. de leg. 1. &
probat alios referēdo Alb. Bru. in lib. de cōſ. & decr.
in verbo, deuentū. ver. ſtatuta, quę prohibēt trāsferri.
Illud etiā mercatores nō ignorare expedit, plures
Chriſtianos eſſe principes, & Reges, qui imperatoriæ
27 ditioni non ſubiiciuntur, † & bellum vtique poſſe in-
dicere, & illi quibus bellum indictum eſt, hoſtes Re-
gis, & regni illius dicūtur. Ponamus in regibus Gal-
liæ & Anglorum, inter quos durante bello merces
tam prohibitas, quam alias quaſcunque tanquam ho-
ſtes exportare non licet, ne alieni regni, (quod non
conuenit) ſcrutentur arcana, vt dixit Imperator in l.
mercatores. C. de com. & mer. & ſenſit Bald. in l. 2. C.
quæ res expor. & diffuſè tractauit Nicolaus Boer. q.
188. cuius ſcripta, cùm inter manus verſentur mea, &
authoritates, quæ citat, conſulto prætereo, & his ad-
des, quæ in ſecunda parte attigi, verſ. rurſus.
Reliquum eſt, vt in illicitis mercibus vtiliſſimū il-
lud, & quotidianū referā Pauli Iuriſconſulti in l. co-
tem ferro. in § dominus. ff. de pub. cuius verba ſunt
28 hæc: Dominus nauis † ſi illicitè aliquid in naue vel ip-
ſe, vel rectores, vel conductores impoſuerint, nauis
quoque fiſco vendicatur, q ſi abſente domino, id à
magiſtro, vel gubernatore, vel conductore, aut pro-
rheta, nautáue aliquid factū ſit, ipſi quidē capite pu-
niūtur commiſſis mercibus, nauis autem domino re-
ſtituitur. Illicitarum merciū perſecutio hæredē quo-
que afficit. Vt enim dominus nauis naui priuetur, eī
ſcientia requiritur, q notauit ibidem gl. Et ad mate-
riam videbis Cy. Bar. & cæteros iuris interpretes in l.
cùm proponas. C. de naut. fœn. & plenius ad interpre
tationē d. §. videbis Nicol. Boēr. quæſtione 178. nu-
per relata, vbi an propter illicitas merces licitæ quo-
que amiſſæ cenſeantur, diſputat, & tractat, quid ſi nō
exportantis, ſed alterius ſint, & ait receptum eſſe, ſi-
quidem is ſciuerit amiſſas etiam non prohibitas ra-
tione prohibitarum eſſe, contra verò, ſi ignorauerit.
29 † Negotiādi quoq; cauſa ædificia demoliri, & mar-
mora diſtrahi edicto diui Veſpaſiani, & Senat. Conſ.
vetitū eſt. l. negotiādi. C. de ędifi. priua & pœna in eū,
qui aduerſus. S. C. faceret, conſtituta eſt. l. Senat. ff. de
cōtrah. empt l. cętera ff. de leg. 1. l. fi. ff. de dam. infec.
l. Marcellus. ff. de donationibus inter virum & vxor.
30 † Nec eſt ſilentio prætereundum, ſalinarū reditus
& ſalinaria, ſeu ſalinarum vectigal inter regalia con-
numo-

numerari,vt in tit.quæ ſint reg.in vſibus feudo. l. in-
ter publicas.ff.de verb.ſign.&c. ſuper quibuſdã. ver.
prætereà; extrà eod. Vnde mulieres in opus ſalinarũ
ob maleficium damnari ſolebant.l.mulier in opus.ff.
de capti.l.aut damnum.§.in miniſterium.ff. de pœn.
Adeò vt ſal vẽdere his tãtùm permiſſum intelligatur,
qui à fiſco hoc ius emerunt, vt ſcripſit Ale. in citata
l.inter publicas. Et ſi quis ſine venia ſeu licentia eo-
rum,qui à fiſco emerunt,ſeu ſalinarum conductorum
ſal emere,venderéve tẽtauerit,& ſi munitus eſſet Cę-
ſareo, ſeu Apoſtolico oraculo: ſales tamen ipſi cum
pretio in commiſſum cadunt,& emptoribus,ſeu ſali-
narum conductoribus debetur.l.ſi quis.C.de vectig.
& com.vbi iuris interpretes,& ſcripſit Bertac. in tra-
ctatu de gabel.in 7.q.princ.num. 33.tomo 6. Conſe-
quenter igitur intelligis mercatoribus in ſale paſſim
mercaturã exercere ius non eſſe,poſſunt enim emere
à fiſco,vt his,qui largitate Imperatoris,ſeu Pontificis
ius regale huiuſmodi habent: Vt municipibus, hoc
eſt,his, qui à fiſco ius eiuſmodi habent, vendant, &
quotidie videmus ſale oneratas naues portui Anco-
nitano applicare,& Reipub. Anconitanæ,quæ ius ta-
le regale ea Pontificia largitate habet, à mercatori-
bus vendi.

31 † Sunt & aliæ pœnales prohibitiones, & quidem
Pontificiæ,circa ſal. Vnde in materia videbis, quæ
Alex.ſcripſit in conſ.86. Viſa inquiſitione.vol.4.tra-
ctat etiam ad id pertinentia complura Aymon Crau.
conſ.6.plura videnda.ver.quintum ſcelus, num.110.
quæ ipſe diſpicies,& adeò in delinquẽtes circa ſal di-
ſtrictè procedi, atque ſeueriſſimè animaduerti ſolet,
vt vix mercatorem,ni fallor,prorſus innocentẽ in pa-
32 tria mea defenderim.† Is enim cùm ſalſamentorum,
ſeu ſalgamorum,& (vt vulgari verbo in poſterũ vtar)
ſaluminum copiam magnam mari in vegetibus An-
conam exportaſſet,cum magna vegete muriæ, vulgò
ſalamoræ nuncupatæ,expoluit, intromiſitque nullo
verbo publicanis facto de vegete muriæ,crediderant
enim dolia omnia ſaluminibus plena. Re igitur com-
perta contra mercatorẽ inſtituta fuit inquiſitio,quòd
clanculum contra conſtitutiones tam pontificias,
quàm loci, ſal intromiſiſſet, & ſale à municipibus,
ſeu officialibus non vendito vſus eſſet. Quem ego ex
pluribus defendi. Primùm, quia conſtitutionibus ſal,
& ſaluca prohibebantur, muria autem, ſeu ſalamora
erat res diuerſa,idq́; ea nomine demonſtratur.l.ſi idẽ.
C. de eod. Deinde, quia propter additionem aquæ
mutabatur forma ſalis,quæ forma in aliud corpus res
transfert.& prope rei ſubſtantia interit.l.Iulianus.§.
33 ſi quis rem.ff.ad exhib.† Item dicebam, negari non
poſſe,muriam rem miſtam eſſe.ſ.aqua, & ſale:& ſim-
plicis appellatione,in pœnalibus miſtum nõ contine-
ri.l.vim paſſam.§.præſcriptione.ff.de adul. & ſcribũt
diffusè iuris interpretes.in l.2.ff.de verb.obl. & pro-
piùs ad rem accedens,ſi muria ad ſui redigeretur ini-
tia,ſimplicis,ſcilicet,id eſt,ſalis,maxima fieret dimi-
nutio,adeò quòd ſi ſæpius fieret propter materiæ de-
bilitatem,vires eiuſdem effugerent.l.quæſitum.§. il-
lud fortaſſe.ff.de legat. 3. quæ ratio fraudis ſuſpicio-
nem remouet,adeò, vt ſani capitis dicere nemo poſ-
ſet,legi fraudem factam eſſe,cùm non expediret mer-
catori conficere muriam gratia habendi ſal. Rurſus
defendebam arg.ab abſurdo,Omnes enim,qui ſalga-
ma,ſeu ſalumina exportarent, ſi muria includeretur,
in prohibitionibus inciderent,cùm eiuſmodi ſalumi-
na abſq; muria eſſe non poſſint,corrũperentur enim.
Et idem cenſeri in vegete muriæ ſeparata à ſalumini-
bus,quod in muria adiecta ſaluminibus & ipſis immi-
34 ſta.† Potentia enim actui proxima,in actu habetur.l.
pen.vbi gloſ.& Bart.ff.de milit.teſta.Iaſ.in l.cętera.§.
fi.n.17.& in fi.ff.de leg.1.& tractat Mat.ſing.325.dixi
tibi,vbi ſe latiùs tractaſſe refert in l.penul.ff.de quęſt.
Tum & illud mouebat me mercatoris primũ propo-
ſitum bonum,& referebam Bar.in d.l.cętera §.fi.ſub
35 num.3.poſt Quing.dixiſſe, † ſi lex municipalis vetat
quenquam frumentum in foro emere, niſi victus cau-
ſa,non includi in prohibitione ſcholarem, qui victus
cauſa pro toto anno frumentum emerit, deinde mu-
tato propoſito volens recedere,frumentũ mercè ven-
36 diderit. † honeſtum enim, & licitum primum propo-
ſitum inſpiciendum ait,cuius ſententiam pleriq; pro-
barunt,facit.l.1.§.vnde quærit Offilius.ff. de exercit.
Pari ergò ratione bonum conſiliũ mercatoris à prin-
cipio damnandum non eſſe, qui timens ne ſalumina
penuria muriæ corrumperentur,ſi forſan iter longius
eſſet,muria ſibi præuidit loco. Addebam & illud, cõ-
ſtitutionem de ſale,in illis locum habere, qui contra
conſtitutionem quid dolo facerẽt: In mercatore au-
tem noſtro dolum abfuiſſe ex prædictis conſtare, &
prætermiſſis his, quæ habentur in l. in lege Cornelia,
ff.de ſicc.& ſexcentis aliis locis vulgaribus referebã,
quæ ſcripſit Aym.in conſ.6.nu.111 & ſeq. Poſtremò,
quòd veges muriæ ſalgamorum cauſa eſſet acceden-
tibus præcipuè tot,tantiſque coniecturis,mercatoris
iuramento ſtandum eſſe dicebam:iuxta gl.in cle.ſi.in
verbo,non negotiandi,de cenſi quam citat Bald. in l.
cum proponas.col.pen.C.de nau.fœno.& plenè ſcri-
pſit Alex.in l.cætera.in §.ſed & ſi quis.ff. de leg. 1. &
ibidem Iaſ.ſub nu.8.qui etiam refert Bal. in l. ſi quis
non dicam rapere.in 3.oppoſitione.C.de epiſ.& cle.
citantem.l.vni.C.de lit.& itine.cuſt.lib.12.

37 † Eſt & illud notãdum,publica pecuniã mercaturã
fieri prohibitum eſſe.Idq́; notauit Bar. in l.diu mini-
mè.C.de ſuſcep.præ.& arc.lib.10. motus eadem l. &
citauit l.1 & 2.C.de his, qui ex pub.rat.& l.1.C. de
his,quæ ex publ.col.li.10.& facit l.vni.C.de au. pub.
perſecut. Perſecutorũ enim (ſi Budæo credimus) mu-
nus erat,iudicio capeſſiri contra eos, qui aurum, vel
pecuniam,vel argentum Reipubl.debebant. In qual.
Bart.ſcripſit in hęc verba: Exactores publici ſi exi-
gunt pecuniam,nõ poſſunt eam redigere in florenos,
vel florenos in pecuniam abſque venia, ſeu licentia,
& omne lucrum,quod hi perciperent, ad remp. per-
tinet, meritò repeti poteſt, & qui eiuſmodi lucrum
retinent,non ſine peccato retinent,hactenus Bart. in
prædicta,ſeu ſimilia verba. Quem refert Dec. in cõſ.
6.& non inſubtiliter differendo, in materia tres facti
ſpecies conſtituit.

Prima eſt in eo, qui pecuniam publicã pro domi-
no,vel rep.recipit,quam ſtatim debet reſtituere, vt is
negotiari publica pecunia,& lucrari non poſſit. Cùm
enim ſtatim non reſtituat,in mora eſſe cenſetur, vt in
citatis iuribus.

Secundam facti ſpeciem in eo conſtituit, qui pecu-
niam pro repub.recipit,quam licèt incontinẽti reſti-
tuere non debeat, illam tamen in opportunis, & ne-
ceſſariis rebus reip.erogare tenetur,& hunc ſimiliter
poſſe dicta pecunia negotiari, aut ea vti vetat. hæc
enim pecunia ad reip.vſum parata, & in prõptu ſem-
per eſſe debet,idq́; probatur ex his, quæ ſcripſit Bar.
in l.2.C.de his,quæ ex pub.col. Inquit enim. Nota
hanc legem contra conſeruatores monetæ,& qui pe-
cuniam publicam ad ſolutionem ſalariorũ doctorum
deſtinatam,in alios vſus transferunt,& pone ſecũdum
Dec.in Camerlingus Florentiæ.

38 † Ergo aliquando retuli contra quoſdã depoſita-

rios communis Ancoœ,& nota, ſunt enim qui in id crimen nonnunquaoi incidant. Et hanc ſententiam confirmabam,ex l. 2.ff.ad leg.Iul.peeu.& l.4. §.lege Iulia.eo.tit.vbi Mar.& Pau. Iurecooſulti in hęc verba inquiunt: Lege Iulia de reſiduis tenetur qui publicam pecuniã delegatã in vſum aliquem retinuit, neque in eũ vſum conſumpſit. Itẽ,is apud quem ex locatione, emptione,alimentaria ratione ex pecunia, quã accepit,aliáve,qua ex cauſa pecunia publica reſedit,ſed & qui pecuniam publicam in vſu aliquo acceptam retinuerit,nec erogauerit , hac lege tenetur, qua lege damnatus amplius tertia parte, quàm debet punitur. Hæc illi.

Tertiam ſpeciem relatus Dec.in eo cooſtituit,qui paulatim exigit pecunias pro domino,vel repub.quas omnes tenetur poſtea iofra certum tempus reſtituere, in qua ſpecie reſpondit hunc propria pecunia lucratum cenſeri , & ſibi lucrum ex negotiatione quærere:is enim in genere ad reſtitutionem receptarũ pecuniarum obligatus cenſetur , idque magis Reipub. expedit. Citat Cy.& Bal.in l.inceodium.ff. ſi cer. pet. Ang.& alios in l.cum quid.ff.ſi cer.peta. & l. in naui Saupheli.ver.nam ſi.ff.loc.

Quibus & illud adiiciendum eſt , quod Iuriſcõſul-
39 tus ait in l.qui ſine viuris.ff. de oegotiis geſt. † magiſtratus qui publicam pecuniam in vſus ſuos cõuertit, maximas vſuras præſtare vice cuiuſdam pœnę debere à diuis principibus conſtitutum eſt.

40 † Publicis etiam rebus mercaturã facere vetamur: ſpecies enim publicæ in negotiationis emolumeota conuerti non debeot.l.2.C.de naui.lib. 11.vbi Luc.
41 Pen.inquit,† tempore horrendæ famis quoſdam publicis pecuniis emendi frumenti gratia miſſos fuiſſe diuq; moram traxiſſe,& exquiſitis excuſationib. moram velare quæſiuiſſe. Cùm tameo publicis pecuniis negotiati eſſent,horum inquit fraudem,negligẽtiam, & immanitatem vendẽdam,& io eos ſeueriſſimè animaduertendum,non enim hoc homo ſolus, ſed totus populus trucidatur:ſecundum Greg.in reg.ca.2. Hactenus ille in verba ſupraſcripta,quæ adicies bis,quę de publicis pecuniis proximè diximus.

42 † Item arbores ex luco Daphnes vel cupreſſos ex luco Perſeidos emẽtes,& vendẽtes,nouerint ſe quinque libris auri eſſe multandos.l.1. & 2. C. de cupreſ. quemadmodum in Ægypto Sycomorum arbores excidentes extra ordinem nõ leui pœna coërcentur,idcirco,quòd hæ arbores colligant aggeres Niloticos, per quos incrementa nil diſpenſaotur, & curentur. l. ſaccularij.§.ſi quis arborem.ff.de extrah. crimioi quibus addes l.in fraudem in §.conductor.ff.de iure fiſc.
43 † Item veneni mali emptio non contrahitur , ſecundum ea,quæ ſcripſit Iuriſconſultus in l. quod ſæpe.§. veneni mali. ff. de contrahen. emptio & in l. 3. ff. de ſiccar. Conſequenter intelligis in his ſine permiſſu principis negotiationem fieri non poſſe.

44 † Notandum eſt & illud, locorum cõſtitutionibus negotiandi facultatem iuſta de cauſa plerunq; arctari , vt ecce io patria mea nonnunquam decreta fiunt, ne frumentum vendendi , negotiandique cauſa , quis
45 emere præſumat. † Quod decretum(vt penuriæ occurratur,)de iure valet , idque probari videtur ex his, quæ ſcripſit Bar.in l.cætera.in §.fi. & ibidem plenius Iaſ.ſub nu. 14.ff.de leg. 1. Accedat,quod ſcripſit Bar.
46 in l.1.C.de fruct.vi.couſt.† inquit enim , ex mala ad-
47 miniſtratione frumenti penuriam creſcere. † Vnde præfecti annonæ ordinem dare , ſeu ponere poſſunt, qualiter quo ordine,quantúmve frumeota vẽdi poſſit quolibet d e,vel menſe.Quem refert,& probat Corſ. in ſing.ſuis in verbo,frumentum,& addes Abb.in c.1. de emp.& vẽd.n.6.& quę notauit Ant.Fran. apud eũ.

48 † Similiter in patria mea viget aliud decretum , & quidem pœnale , quo omnibus probibetur mari , vel terra ad ciuitatem poſt feſtum omnium Sanctorũ vinum importare:quod ſtatutum & in ciuitate Tergeſti eſſe,& obſeruari debere,ſcripſit Bal. reſponſorũ li.2. reſp.192.ſtatutum ciuitatis Tergeſti. & obſeruãdum eſſe dictum ſtatutum colliges ex his,quę ſcripſit Nic. Boë.deciſ.277.& videtur,nu.9.Accedat, quod Paul. & Iaſ.tractant in l.cætera. io §.ſed & ſi quis.ff. de le-
49 gatis 1. † Innuunt enim legem municipalem valere, quòd extraneorum panni noo intromittãtur, & temperando, ſeu declarando ſubdunt legem prædictã intelligendam in his,qui pannos intromittunt,vt in locovſus hominum eiuſdem loci remaneant , ad illos autem oon referatur:qui itineris cauſa aduehũt,& (vt ipſi dicunt)per tranſitum. Quam ſententiam probat Alex,in conſ.86.viſa.vol.4.num.4. Pro qua ſententia eſt text.iuncta gloſ.in l.ſi quis poſt hanc. C. de ædif. priuat.& cõfirmabis ex his,quæ ſcripſit And. de Iſer. io rub.quæ ſint reg.& Nico.Boë.dec.178.num.12. & quæ eadem parte nos diximus,ver. animalia quoque. Vnde ſi nauis onuſta vino , itineris cauſa portui Anconæ poſt feſtum omnium Sanctorum applicaret , in prohibitiooem magiſter nauis non incideret, cùm vinum alio ſit imporraturus. Idem iuris eſſet , ſi ventorum,& aduerſa tempeſtate in portum deferatur , vel quia nauis vitium faciebat, vioum fuit expoſitum, nõ vt in vſus habitantium conuerteretur:argu.l. Cæſar.l. interdum.§.ſi propter neceſſitatem. ff. de publ.& l. fin.§.idem iuris.ff.ad leg.Rho.de iac. Et denique dictum conſilium Bald.ad declarationem eiuſdem decreti Anconitani valde notabis,& vide bis Ber.in tractat.de Gab.in 8.par.pr.in prin.tomi 6.

50 † Sũt & ſexcẽtæ leges municipales in diuerſis mũdi partibus,quibus mercatura in quibuſdam rebus arctatur:quas referre nõ expedit,nec ad rem valde pertinet. Sufficit ergo prædicta attigiſſe , & hæc loca ad materiam ſubiicere. Guid.Pap.q.373. vtrum vetitum & q.572.ſi fuerit.Gand. in tract. malef.in rub. de rebus non por. con. de Aſten.in vol. de conſt. & decr. in verbo, *deuetum.*, vbi diffusè Nic.Boë.q.178.

Sciendum eſt etiam, licèt grauior videatur iniuria, quę inani honeſtatis colore velatur, vt homines de rebus ſuis aliquid facere cogãtur inuiti, vt inquit Imperator in l.dudum.C.de cõtrah.emp. Vnuſquiſq; enim rei ſuæ moderator eſt , & arbiter l. in re mandata. C. maod.& periniquũ eſt , non eſſe ingeouis hominibus rerum ſuarum liberam alienationem, l. 2. ſi à parente quis fuerit manu.& ſcribit alios referẽdo Aym. Cra.
51 conſ.6.nu.121. † Mercatoribus tamen, qui res venales ; & neceſſarias ad quotidianum hominum victum expoſuere, pretium moderari poſſe & moderationem in vendendis mercibus adhiberi:ſecundum Bart. in l. nemo.C.de iud.& in l.Imperatores.ff. ad legem Iul. de anno.& in l.1.in §.cura carnis.ff. de off. præf. vrb. & Iaſ.in l. 1.2.col. ff. de legat. & propiùs ad rem tractant Bar.Bal.& Salv.in l.1.C.de epiſ.audi.& Abb. in c.1.nu.6.de emptio.& venditio.Vnde relati iuris interpretes inquiunt. Cùm verbo victus, veſtitus contineatur : nam ſine eo duci vita non poteſt. l. verbo victus.ff.de verb.ſignif. Mercatoribus pãnos vendẽtib. certam adici taxatiooem in pretio poſſe. Item cùm ſimiliter habitatio verbo victus cootineatur, vt ead.l. probatur pẽſiones domorum moderari poſſe,& moderatas penſiones domorum dominos recipere cogendos eſſe,quod in patria mea valde notandum eſt,

propter

propter aſſiduam,& frequentem aduenarum conuerſationem,& his addes Aſten. in vol. de cōſtit. & Dec. in verbo vendere. verſ. ſtante ſtatuto. cap. Thol. deciſ. 446. item fuit quæſitum,& apud eam Stephanus plenius notauit.

52 † Denique huic tractatui illud eſt adiiciendum, quod eleganter Vlpianus ait in l. 3. in §. ne potentiores. ff. de offic. præſid. vt licita negotiatione nemo prohibendus eſt, ita & prohibita exercere quiſquam non debet.

FINIS QVARTAE PARTIS.

DE CONTRACTIBVS MERCATORVM.

SVMMARIVM.

1 *Nuda pactio obligationem non parit, exceptionem parit.*

2 *Mercator ſi paciſcatur in nundinis Ricinenſium centum ſolui, & ſi debitor præſtituto die non ſoluerit pro intereſſe decem dari, an valeat pactio.*

3 *Mercator vt lucrum ceſſans conſequi poſſit, quæ debeat probare.*

4 *Lucrum ceſſans in infinitum non eſt producendū, ſed primum lucrum tantùm peti poteſt.*

5 *Piſcator, venator, & auceps lucrum ceſſans petere non poſſunt, & quare.*

6 *Pactum, quòd de damnis ſtetur ſimplici verbo ſeu iuramento, quòd valeat, & declarationes ad conuentionem eo in loco.*

7 *Pactum, in pecunia mutata, quòd ſalua ſorte, ita quod de ea in dubium non eatur, lucrum diuidatur, an valeat.*

8 *Mercatori tradens pecuniam, vt lucrū & damnum ſentiat, num poſſit petere vbi voluerit, vt ſibi à mercatore rationes reddātur, diſtinguitur, & diſtinctionis fœdere diſſentiētes doctores ad concordiam redegit.*

9 *Mercator ſi ad lucrum & damnum pecunias mutuas recipit, & ſe damnum deinde paſſum affirmat, vtputa naufragij, num ſit ſtatutum tempus à iure eidem ad faciendum fidem de prædictis, & quod teſtes ſuper naufragio in loco, in quo caſu euenit, minus legitime recepti, probent.*

10 *Pater, & filius ſi in eodem inſtrumēto ſe pretium aut aliud quippiam recepiſſe fateātur, an alter tantùm vel potius vterque recepiſſe præſumatur.*

11 *Mercatores, qui merces per tranſennam ſeu foramina in vendendo ſeu permutando oſtendunt, reprehenduntur.*

12 *Adagia ſeu prouerbia illa, in folle offerre, & in folle merces non emendas, declarantur.*

13 *Socius in caſibus in quibus conſocium obligat, intelligitur durante ſocietate.*

14 *Interpretatio ad l. ſed & ſi pupillus. in §. de quo palàm. ff. de inſtit.*

15 *Socius conſocium obligat pro ea ſumma tantùm, quam in ſocietate habere compertum eſt. Item, quando ſocietatis nomine contrahit.*

16 *Societas ſi eſt coita intra plures ad certum tēpus, quemadmodum ſors ipſa, niſi finita ſocietate inuitis ſocijs diminui non poteſt, ita & lucrum.*

17 *Mercatores ſcribunt Titius & ſocij, de qua formula multa.*

18 *Lex, ſi quis maior. C. de tranſact. an habeat locum in curia mercatorum, vt ſcilicet non liceat purgare moram, vel liceat prout de æquitate canonica.*

19 *Lex, ſi quis maior. C. de tranſac. an ſit reſtringēda vel extendenda.*

20 *Similitudo an bona ſit de foro canonico ad curiam mercatorum.*

21 *Actio ad pœnam competit, etiamſi nihil ſtipulatoris interſit ſi contrauentum fuerit, quid in curia Mercatorum diſputatur.*

22 *Pœna, quæ ex partium conuentione proficiſcitur, an cenſeatur contra æquitatem, & quòd titulus de conſtituta pecunia, ſit factus propter mercatores.*

23 *Pœnæ legales non debentur in foro conſcientiæ: conuentionales debentur, etiamſi nihil interſit.*

24 *Interpretatio ad c. ſuam de pœnis relatiuè.*

BENE eſt priuſquam ad alias partes huius tractatus tranſeamus, quædam ad mercatores, ipſamque mercaturam pertinētia ſub ſingularibus titulis hic inſerere, & modò pauca de contractibus mercatorum referemus, prætermiſſis his, quæ Franc. Nic. in tractat. ſuo de contractibus mercatorum ſcripſit, ea enim magis ad animam, & poli forum, quàm iudiciales diſceptationes pertinent, & cum materia à nobis tractanda nihil commu-

nehabēt:& miſſa etiam faciemus ea, quæ Baldus ſcri-
pſit in tractat.de conſtit.poſito ſub rubr. C. de conſt.
pecu.

Illud in primis vulgare eſt, nudam pactionem obli-
1 gationem non parere,† ſed exceptionem parere l.iu-
riſgentium.§.ſed cùm nulla.verſ.igitur nuda ff.de pa-
ctis. At in curia mercatorum, in qua quæſtiones ſunt
de bono, & æquo, huiuſmodi exceptio, ꝙ ex pacto
nudo actio non oriatur, reiicitur. Quinimò ex ea agi
poſſe, receptum eſt: idq́ue eleganter ſcripſit Bart.in l.
Quintus Mutius.ff.mandat. & probat Bal. in l. ſi pro
ca.C.mād.& in l.2.C.de conſt.pec. Saly.in l.placuit.
C.de iud.Iaſ.etiam nō improbat in citato.§. ſed cùm
nulla.num.11.& Feli.in c 1.nu.1. extrà. de pact. & in
pulchra facti ſpecie ſcripſit Alex.in conſ.52.nu. 3. &
4.vol 6.Deciſ.etiam huic ſententiæ aſſentirur in ple-
riſque locis, & præſertim in conſ.7.n.2. & pro tenui,
& conſ.107.in cauſa, col.2.& conſil.421.nu.17.plenè
& ſubtiliter, quibus addes Ioan.Bapt.Seue.in trac.de
pact.quæſt.13.num.2.Pau.Par.conſ.82.aduertēdum,
num.18.volum.1.Blan.in tract. de comp. in 1. quæſt.
num.13.tot.12.Matth.de Affl.deciſ.399.num.3. fuit
latum, & videbis, quæ ſcripſit Soc.in rub. de verbor.
obligat.colum.2. & ſeq. quam ſententiam tot legum
prudentum authoritate confirmatam, ego etiā pro-
bo, licèt Rom.in l.filiusfamiliàs ff.de donat eam no-
tauerit: me enim & authoritas prudentiſſimorum vi-
rorum & rationes mouent, vt longè à bona fide abſit
in curia mercatorum obiicere, nudo pacto promiſi.
æſtimatio enim valde læditur (vt belliſſimè in pulchra
q. Quintus Mutius Iuriſconſultus conſiderauit) &
æquitati naturali conuenit inter eos, qui plurimum
negotiantur, pacta ſeruari: vt ſcripſit Bald. in c. ſi pro
debilitate, extrà de off. deleg & confirmabis ex his
quæ diximus in pr.2.par.& in vltima par.dicemus, &
addes etiam his, quæ ſcripſit Mat.Man. in conſil. 12.
intellecta, nu.14.

2 † Solent mercatores quotidie paciſci ſtipulatione
interueniente, in nundinis finge Ricinenſium, cētum
ſolui, & addere ſi centum debitor præſtituto die non
ſoluerit, pro intereſſe decem etiam dinumeret: in qua
facti ſpecie videndum eſt, num conuentioni ſtandum
ſit, & ſtare videbatur quoniam in his, qui merces cō-
parare ſolent, non ſolius damni, ſed & ceſſantis lucri
eſt habenda ratio.l.3.§.ſi ff. de eo.ꝙ cer.lo.vbi Bart.
& idem ait Barto.in l.vni.C.de ſen quæ pro eo, quod
int.nu.25.& probat Alex.in conſ.190.viſa ſcriptura.
nu 4.vol.2.& in conſi.141. viſo themate.in prin.vol.
5.idq́ue receptum eſſe ſcripſit Dec.poſt Fel.in c.cùm
venerabilis, col.6.de except.licèt eo in loco ſubdu-
bitauerit, & idem Dec.in conſ.441.in fi.præſens cō-
ſultatio, & complures refert And.Tiraq.in comm.de
vtroque ret.§ 1.glo.18.nu 71.pag.363. Contrà verò
conuentioni ſtandum non eſſe probatur authoritate
Bald.in l.tog atti.§.ſi tibi.col.2.ff. ſi cert.pet. Inquit
enim in fraudem vſurarum pactum ſeu confeſſionem
adiectam cenſeri.l.qui teſtamentum.ff.de probat.&
tanti ſua intereſſe in præſtituto tempore pecuniā ſo-
lutam non fuiſſe probari oportere.ff.de act.& oblig.
l.traiectitiæ, & conſequenter certa ſumma conuen-
tionem initam non valere. Idem probauit Albe. in l.
1.C.de ſum.tri.& Dec.in conſil.39.iuridicam.num.
5.qui alios idem ſentientes citat. & in conſil.119. &
pro tenui, colum.antepenult.& in conſil.183.in con-
trouerſia, num 3.& in conſ.322.nu.4.& ſeq. ꝙ & ve-
3 rum puto. Vt † enim mercator lucrum ceſſans poſſit
conſequi quædam probare aſtringitur. Et illud pri-
mum debitorem in mora reſtituendi pecuniam fuiſ-
ſe, vt ſcripſit Dec.in conſil.116.in fin. & in conſ.441.
in fi & Alex.noſter probat in conſil.191.num.4. viſa
ſcriptura.vol.2.Deinde probare debet qualitatem il-
lam, ſe ſcilicet mercaturem eſſe, & merces ſolitum
comparare, vt eleganter inſtruit idem Alex. in conſ.
141.viſo themate, in prin.vol.5.quem refert, & probat
Dec. in citato conſ.39. iuridicam, prope numerum
quintum, & conſ.322.nu.5. Poſtremò, lucrum ceſſans
probare debet, modo quo à Pau.Caſtr.is enim in l.3.
§.nunc de officio.nu.3.ff.de eo, ꝙ cer.loco.ſcripſit in
verba infraſcripta: Probare debes ꝙ mercator habuit
præ manibus merces quaſdam quibus fuiſſet lucratus
decem, & quia caruit pecunia non potuit emere, vel
alio modo poteſt conſtare, ꝙ ſi habuiſſet illam pecu-
niam, certè lucratus fuiſſet decem. Nam nō ſequitur,
eſt mercator, & conſuetus eſt lucrari aliquando, ergo
ſi habuiſſet, fuiſſet lucratus, quoniam poſſibile eſt, ꝙ
non eſſet lucratus, cùm multa potuiſſent euenire in
contrarium.l.quemadmodum.§.ſi nauis.in fi.ff.ad le-
gem Aquiliam, & ff.de acqui.rerum domi.l.natura-
lem.§.in fi.hactenus Paul. quem refert ac probat De-
ci.in relato conſil.322.ſub nu.5.& hæc ſententia pla-
cuit Matth.de Affl deciſ.20.quidam nobilis, & cōſi-
derat Bar.idem ſentire in l.1.C.de ſen.quæ pro eo, ꝙ
int.in illis verbis appareat quaſi certè, ꝙ ex ea lucra-
tus fuiſſet: & reliqua, addo eundem Paul.in l.1.C.de
Sum.Tri.& ibidem Ioan. Bap.Seue.num.83. & ſeq.
conſiderantem dicta verba, & qui ſubdit id pleriſque
placuiſſe, & hæc ſententia mihi quoque non inarguta
videtur, ſed & illud adiiciendum eſt, quod belliſſimè
relatus Deci.notauit in c. cùm venerabilis.temperat
enim vt lucrum ceſſans in infinitum nō producatur,
4 † ſed primum lucrum tātùm peti poſſit, verbi gratia,
ſi mercator probat, ſi debitam pecuniam perſoluiſſet
dicto die, certè lucratus eſſet decem, audiatur. Rur-
ſus ſi dicat, ex illis pecuniis merces comparaſſet, lu-
cratusq́ue eſſet, non audiatur: nec etenim mercatorē
ferendum ait, qui pro eo quod intereſt rem traditam
non eſſe decem petit, item quòd ſi rem habuiſſet, vē-
didiſſet, & pecuniis lucratus eſſet, citata l.vni.C.de
ſen.quæ pro eo, quod inte.l.Neratius in §.ſi ſeruo.ff.
de ſer.cor.& l ſi ſterilis.§ cùm per venditorem.ff. de
act.empt. & hæc ſententia ſanè rationabilis eſt, nec
Paulum, & pleróſque alios aliter ſenſiſſe puto, eſt &
aliud huic rei adnotādum, quod Ludo.Rom.ſcripſit
in ſing. 331. tu habuiſti, citans enim dictam legem
quemadmodum in verſi.idemq́ue Labeo, & ad cœlū
ferens inquit licèt ſolitus negotiari lucrū ceſſans poſ-
5 ſit petere, † fallit tamen in piſcatore, venatore, & au-
cupe, ratione enim harum artium lucrum ceſſans pe-
ti nequit, cuius rei meo quidē iudicio illa ratio reddi
poteſt, quoniam incertum fuerit, an caperent, & mul-
ta accidere poſſent, vt non caperent, probariq́ue cer-
tè non poſſe conſtat, quæ ratio ex mente Iuriſcon-
ſulti, & Pauli videtur, at in mercatore probari vtique
poteſt dicto modo, & videbis quod ſenſerit Pet.rela-
tus ab Alber.in dict.§.idem Labeo. Denique & illud
adiiciendum eſt in materia, quod in verba infraſcri-
pta ait Iuriſconſultus in l.fin.ff. de per.& commo. rei
venditæ, venditori ſi emptor in pretio ſoluendo mo-
ram fecerit vſuras, duntaxat præſtabit non omnino,
quod venditor mora non facta conſequi potuit, velu-
ti ſi negotiator fuerit, & pretio ſoluto & mercibus
pluſquam ex vſuris quærere potuit, & quod nimium
ſibi tribuens Franc.Ottho.ſcripſit.lib.1.de vſur.c.7.
6 † Aliud pactum in contractibus mercatorū quoti-
dianum eſt, vt de damnis, & eo, ꝙ intereſt, ſtetur ſim-
plici verbo ſeu iuramento partis, quam conuentionē
valere

valere receptum eſt,& de qua tractat Bart.in l.1.ff.de præto.ſtipul.& in l. iuſiurandum quod ex conuentione.ff. de iure. & ſanè crebriorem ſententiam eſſe & Alb.& Iaſ.ibidem teſtantur,& idem Iaſ. in l. ſi ab arbitro.ff.qui ſat.cog.& plenè quidem & elegâter probat Soc.in conſ.90.viſis quibuſdam, vol. 4. ad quem in propoſita facti ſpecie tâquam aiunt, ad ſacram anchoram confugies,& idem placuit Mat.de Affl.deciſ. 21.& dec.91.iterum,& vbi pleniùs rẽ attigit. Ex quibus locis colliges declarationes ad propoſitam conuentionem,& illam declarationem prætereundã non eſſe cenſui,quòd licet Bart.in d.l.ſi.de prær. ſtip. ſenſerit huiuſmodi conuentionem, antequam creditor iuret poſſe à debitore reuocari, eius tamen ſententiã notari, atque à frequentioribus damnari vt ſcripſit Alexand.in conſ. 130. difficultas huius negotij propè finem,vol.1.& Affl.dec.91.ſuprà relata,nu. 11. verum Bart.ſententia admittenda eſt cum illo temperamento, vbi ſcilicet creditor mercator deteriorem ſuam conditionem feciſſet,culpatæque atque infamię vitæ effectus eſſet. Tunc enim reuocandi iuſta ſubeſt cauſa vt ſcripſit Angel.in citata l fin.citando l.cùm quis, & l.ſi cùm Cornelius ff.de ſolut. cuius ſententiam, & Raph.& Imol.ibidem probarunt,& placet Soc.in relato loco,& Iaſ in citata l ſi ab arbitro.n.4 & in l.iuſiurandum,quibus in locis ſe ex facto cõſultum ſemel atque iterum ſecundum hanc ſententiam reſpõdiſſe: ac nos hoc iure vti ſcripſit, & ſanè id honeſtius eſt:& meritò obtinuit, vt ex cauſa prædicta ius reuocandi concedatur,ſine cauſa denegetur,nec forſan aliter intellexit Bart.

Huic rei eſt & illud adnotandum inter omnes iuris interpretes conueniſſe declarationem à creditore factam ad arbitrium boni viri reduci poſſe. Facta igitur damnorum declaratione, reductionem ad arbitrium boni viri concedunt, & hoc modo fortiſſimum illud argumentum, ea huiuſmodi conuentione ad deierandum homines inuitari,& periuriis viam non eſſe aperiendam iidem iuris interpretes remouent. Vnde ne contingat periurium detegi,ſibi bene conſuleret, atque caueret decretor ſi præcedente iudicis moderatione,ac taxatione ſuper damnis iutaret,iuxta ea,quæ tractantur in authen.hodie,aliàs nouo iure.C. de iud. & in c.pia.de except.in 6.& in c.frequẽs.de reſt ſpol. & ſcribit Alea.in conſ.37.viſo & opportunè diſcuſſo. propè fin.vol. 2.vbi id mirificè commẽdat, & his addes propiùs ad rem Io.Dile.in tract. de arte teſt. cau. 48.in tit.de lega.

7 † Eſt & aliud vſitatum pactum inter mercatores, ſolent enim mercatores, vel alij mercatoribus pecuniam mutuare ſeu tradere ea lege,vt ſalua ſorte,& ita, vt de ea in dubium nõ eatur,& lucrũ diuidatur, quod quidem pactum illicitum, & vſurariam prauitatẽ ſapere eleganter ſcripſit Bal.in l. 1.C.pro ſoc.nu.11. Ex eo enim etiam reprobatur, quòd periculum ad recipientem pecuniam tantùm pertineat,vt voluit glo.in c pleriſque,14.q.3.& videbis Ro.Belliſ.differentem in conſ.520.circa propoſitam, & plenè quidem tractauit Dec.in conſ.116.in cauſa Aloyſij,qui & aliorũ loca refert, & ad materiam noſtram & mercatorũ is locus eſt vbertimus,addes etiam Iaſ.in conſ.33. viſo themate,vol.3.qui & prædicta comprobat, & multis coniecturis euitandi turpis quæſtus cauſa, vt contractus licitus præſumatur ex facto conſultus reſpondit, eum qui pecuniam negotiationis cauſa dedit quibuſdam, qui ſocietatem coiuerant, ſocietatem ſubintraſſe cenſeri,& Baldum etiam noſtrum legito, qui in materiã interrogatus ex facto reſpondit in conſilio 454. committere pecuniam, & libro tertio.

8 † Sed finge Titium hetto modo pecuniã mercatori dediſſe,vt.ſ.& lucrum & damnum ſentiret, iuxta l.1 C.pro ſocio.num poteſt Titius quandocunque,& vbi voluerit petere, vbi ſit à mercatore ratio reddatur?Bart.in l.neminem.C.de ſuſcep præp.& arch lib. 10.argumento illius l.in fine anni, & non ante Titiũ audiendum reſpondit, cuius ſententiam probat Iaſo. Inſtit.de actio.§.ſeq nu.43 vbi Roman.in ſingularib. ſuis idem ſenſiſſe refert,& placuit hæc ſententia Corſet.vt in ſing.ſuis in verſic.mercator. & Capp. Thol. non improbat q.447.quibus addo Petr.Vbal.in tractatu de duob.fratrib.in fin.12.partis,qui ait in propoſita facti ſpecie mercatorum ad exhibendũ rationes ante annum compelli nõ poſſe,& ſingularem eſſe text.in l.neminem,& Pontanũ idem reſpondiſſe. Ego tamen didici à Baldo in rubr.C.pro ſoc.nu.5.ceſſante calumnia,quandocunque calculum peti poſſe,mouẽt eum,quæ notantur in l.tamdiu.C.pro ſoc.& hæc ſententia placuit Iaſ.in l.vni.C.de erro. calcul.ſub nu.2. qui citat Bar.in l Lucius.ff.pro ſoc. Vnde ego nõ incolorata forſan diſtinctione tentabam dicere,& Bar. bene dixiſſe,& Bald.non malè ſenſiſſe,ſi enim quærimus,an ante annum calculus cum pecunia,& lucro(ſi quod eſt)peti poſſit,& id denegandũ eſt, & hoc meo iudicio forſan ſenſit Bar.in l.neminem, is enim argumento illius tcat.vt ſuprà reſpondit,vnde verba Bart. ſecundùm illam legem accipienda ſunt:vt idem Bart. teſtatur in l.non ſolùm,in §. liberationis verba. ff. de libe.leg.ſub n.7.at lex illa loquitur in ſuſceptore,qui integro & completo anno rationes reddit, & dicto tempore eius officium terminatur, & huic reſponſo Bart.lumen veritatis aſſiſtat,& ſi iure ſtricto deficeremus,naturali ratione ſuadetur,vt Iuriſconſultus ait in l.in ſumma.in §.Varus ff.de aqua plu.arc. Periniquũ enim videtur, vt poſtquàm mercator pecunias recepit,& in merces erogauit ſeu deſtinauit, ante anni & rationes ſimul & pecunias reddere, & reſtituere cogẽdus ſit,mercatoris namq; conſilia frangerentur,& nõ ſine magno damno,& incõmodo forſan faceret: cùm merces coactus alieniori tempore diſtraheret. Si vero quæramus,an calculus,& ratio ſine pecunia, & reliquis poſtulati poſſit,& abſque calumnia quandocunque, & ſic ante annum peti poſſe exiſtimo. Nec hoc fortè Bart.denegaſſet:ceſſant enim in hoc caſu rationes relatæ, & ſciẽdus eſt,qui rationes velit ad id pertinentes inſpicere, cùm ſua interſit. Exigitur tamen iuſiurandum non calumnię cauſa poſtulare ede ſibi. Quid enim ſi vexãdi mercatorum cauſa ſuperuacuas, aut quas haberet, aut non ad ſe pertinentes rationes peteret?iuxta l.ſi quis ex argentariis,in §.exigitur, & in §.rationes.ff.de edendo.

9 † Rurſus hic illa incurrit inſpectio,mercator modo proximè relato pecuniã à Titio recepit,ſe dãnum deinde paſſum affirmat,vtputa incẽdij,ruinæ,naufragij, furti,vel ſimilium,num mercatori à iure ſtatutũ tempus ſit ad docendum,& fidem de prædictis faciendũ? Bart.in l. 2.C.de nauf.ait annum ſtatutum,& poſt annum mercatorem audiendum non eſſe,cuius ſentẽtię aſſentitur Iaſ.in citato.§.ſequẽs,n.44.& probat Cap. Thol.q.447.Ang.tamen Vbal.in add.ad d.l.2. Bart. ſententiam notauit optima quidem ratione: eueniret enim ſecundùm eum actionem de naufragio perpetuam eſſe,& exceptionem temporalem. Quod verum non eſt, & contra omnes regulas, omnes enim exceptiones ſunt perpetuæ, etiamſi actiones ſint annales.l.purè.in §.fin.de doli except. quã rationem conſiderando Bar.in relato loco,quod primò dixerat, in

dubium

dubium reuocauit, ſubdens in d.l. 2. ius ſingulare eſſe fauore fiſci, & de more mercatorum in contractum pactum adiici ſolere, quòd mercator caſum infra certum tempus probet, quod præcipuè in fideiuſſoribus vulgò aſſecuramentis nuncupatis in patria mea ſeruatur. Et his addes in dic. l. 2. fauore fiſci ſingulariter id eſſe ſtatutum eadem l. Iac. de Plat. & Iacob. Reb. ſenſiſſe, quos refert Stepha. apud d. q. Thol. & comprobabis authoritate Corſeti in relato ſingulari, in verbo, mercator, nec eſt ſilentio prætereundum, quod idem Bartol. ea. l. 2. ſcripſit teſtes poſſe recipi in loco, vbi caſum aduerſamq; fortunam ſe mercator paſſum eſſe affirmat: & huiuſmodi teſtimonia nõ ritè recepta parte ſcilicet non citata fidem facerent, quod confirmabis quæſt. Tholoſ. relata, & id ad cœlum tulit Mar. ſingul. 24. Clarum eſt in iure & id etiã ipſe tanquam quotidianum memoria tenendum puto, pro quo lex, ſcire oportet in §. ſufficit. ff. de excuſ. tut. in illis verbis, cuius fidem ſufficit firmare ex ipſa naturali iuſtitia.

10 † Solent perſæpe pater & filius in eodem inſtrumento ſe pretium, aut aliud quippiam recepiſſe fateri, vnde quæſtio fuit, an alter tantum, vel potius vterque recepiſſe præſumatur, & in viriles partes diuiſum, ita vt pro dimidia quilibet teneatur: receptũ eſt propter l. reos. in §. cùm tabulis. ff. de duob. reis, idque liquet ex his, quæ & veteres, & recentiores iuris interpretes ſcripſere in l. dotem, in §. tranſgrediamur. ff. ſolut. matrim. & Alex. notauit apud Bart. in l. in duobus. in §. 1. in add. quæ eſt ſub num. 15. ff. de duobus reis, & plura Dd. loca refert And. Tiraq. in comm. de vtroque ret. §. 21. gloſſ. vni. num. 7. pag. 558. & Nico. Boer. deciſ. 23. & quo ad primum, num. 10. vbi pleriſque placuiſſe refert, & videbis Rapha. Cuma. conſil. 40. quidam filio. in ſecundo dub. & Franc. Curt. conſ. 54. ſæpe & frequenter articulus iſte. Dicebat tamen Cy. in additio. ad §. tranſgrediamur. Id totum præſumi ad manus patris perueniſſe, ſi pater filium gubernabat, eratque mercator, & econtrà, ſi pater a filio gubernatur: quia forſan, ſenex, & filius mercator, & induſtrius totum ad filium gubernatorem perueniſſe præſumatur. Quam ſententiam Cyn. ibidem Angel. probauit, & ſecundùm eam Ang. Aret. ex facto cõſultus reſpondit, vt ipſe teſtatur Inſtit. de donat. §. eſt & aliud, & videbis Cor. conſ. 303. in hac conſultatione, num. 10 lib. 4. Et hæc Cyni ſententia non eſt ſine æquitate, quæ tamen in iure non reperitur expreſſa. Vnde puto Cy. ſententiam admittendam, ſi probaretur communiter contingere ad patrem gubernãtem filium, & mercatorem, vel contrà, peruenire, idque ex ſententia Alex. in citato §. tranſgrediamur, colum. 2. Fran. Cur. & Nicol. Boë. in relatis locis, quod probatur eo loco à ſolitis: iuxta gloſ. in l. neque natales. C. de probat. & confirmabis ex relatis authoritatibus, & locis à Marſ. in ſing. ſuis in ſingul. 336. Argumentum à ſolitis, quod vltimũ memoria tenebis, vt ſcias quid in forenſi diſceptatione defendendi gratia Cyn. ſententiam, quæ ſummam habet æquitatem, probãdum ſit, & illud adnotabimus plurimum in his iudicẽ poſſe, religionique eius committi, qui in cauſis mercatorum, & generaliter vbi æquitas ſuggerit, interrogare partes poteſt (vt nõ ſemel dicemus) & ſubtili iudicis inquiſitione veritas plerunque inuenitur.

11 † Solent mercatores Anconæ in vendendis, emẽdis, permutandiſque mercimoniis, merces ipſas per foramina, & quaſi per tranſennam oſtendere. Libet igitur exclamare, ô viri Anconitani, non laudo profectò, non laudo. Vt enim Andabatæ clauſis oculis digladiabantur, ſic Anconię merces permutari vendiq; videmus, & ſunt excogitatæ mercatorum artes ad decipiendum fallendumque contrahẽtes: hinc ſępe iurgia, hinc lites immortales ortas vidi. Vnde Ioan. Cor. Miſcel. lib. 3. cap. 24. num. 9. & in rubr. de ſeruitut. in ſeruitute officiendi luminibus, num. 15. & ſeq. numer. propter ea, quæ habẽtur in l. luminum. ff. de ſer. vrba. præd. & in l. quoties. ff. de ſeruit. in mercatores inuehitur, qui in opacis, tenebroſiſque locis merces appetunt vendere: & declarat leges prædictas, ſed & ipſe legito Veron. in tractat. de ſer. vrba. præd. in tit. de ſerui. lumi. & gloſ. in d. l. luminum, in verbo, excipiat, quæ ait, id eſt, recipiat, ſic, vt ad nos poſſit venire, etiã
12 per foraminá, vel quocunque modo. † Vnde & illud adagium, In folle offerre, de quo in l. cùm ſeruus. ff. de cond. & demonſt. vbi intellexiſſe Calliſtratus Iuriſconſultus videtur, eum, qui ad liquidum rationes non reddit, metaphora ab his ducta, qui pecuniam intra marſupium oſtentant, ita vt nec qualis, quãtáve ſit, cognoſcatur. Vnde vulgari ſermone circunferuntur. In folle merces non emendas, de quo Alciatus meminit in com. de verb. ſignif. pag. 189. Bene igitur facient & præſides, & Anconitani viri, ſi foramina prohibebunt, ædificiaque tabulis compacta amouerī, e mercatorum domibus iubebunt. Sunt enim, vt diximus, excogitatæ artes ad fallendum, circumueniendumque, & Iuriſconſultus admonet malitiis indulgendum non eſſe. l. in fundo de rei vendic.

De ſocietatibus ſcribere ſuperuacuum eſſe duxi: ea enim materia vulgaris eſt, & in ſexcentis locis tractata, & præcipue tractauit Pet. Vbald. Duo tamen adnotabimus, in quibus mercatores rota (vt aiunt) via
13 errare plerumque vidi. † Alterum eſt, quod dicitur, in quibuſdam iuris articulis ſocium conſocium obligare, & pro ſocio teneri, de quibus meminerunt gloſ. & Bart. in l. nemo ex ſociis. ff. pro ſocio. & apud Bart. & Alex. & And. notarunt, Bald. in rub. C. pro ſoc. in fi. Pet. Vbal. in tract. de duob. frat. in 9. pat. & Dd. in l. ſi ſocius. ff. ſi cert. pet. & Alex. in conſil. 139. perſpectis, in princ. volum. 5. moderationes, & temperamenta recipit infra ſcripta. Primum eſt, vt intelligatur durãte ſocietate. Vnde eleganter inquit Paul. Caſt. in l. 1. in §. non autem, num. 3. ff. de exerc. cùm duo mercatores ad quinquennium ſocietatem coiuiſſent, elapſo quinquennio, alterum ex contractibus cum alio initis non teneri, quoniam finita eſſet ſocietas, nec referre contrahentes ſocietatem finitam eſſe ignoraſſe, qui enim cũ alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet conditionis eius non ignarus. Contrà verò ait, ſi ſimpliciter, & abſque temporis præfinitione coita ſocietas
14 fuiſſet, † & ſoluta fuiſſet, & ſubdit ſecundùm hanc ſententiam ſe ex facto conſultum reſpondiſſe, & valentiſſimos viros eius reſponſum probaſſe. Et idem probauit Paul. in l. ſed & ſi pupillus. in §. conditio. ff. de inſtit. & conſil. 104. viſis & ponderatis, parte 1. In quibus locis reſpondit non obſtare l. ſed & ſi pupillus. in §. de quo palam, vt procedat, quando ſimpliciter, & abſque temporis præfinitione mãdatum in initio datum fuerit: quod notandum puto ad interpretationem d. §. ad cuius etiam interpretationem videbis Signo. conſil. 59. ſi quæritur, Paul. Par. in conſil. 93. dicendum videtur, num. 6n. & ſeq. volum. 1. & ſententiam Pauli probauit Dec. in citata regul. qui cũ alio & in l. ſi ſocius, num. 4. ff ſi cert. pet. quemadmodum æs alienum, manente ſocietate, contractum de communi ſoluendum eſt, non id æs alienum, quod vnus ante ſocietatem contraxerit, is enim ſoluet, qui contraxerit. l. ſed nec æs alienum. l. omne æs alienũ. l. pro

ſocio

ſocio arbiter. ff. pro ſocio. & ſcribit Par. in cnnſ. 94. n.
15 15. ſpectabiles. † Secundum temperamentum eſt, vt
ſocius obligari poſſit à conſocio pro ea ſumma tan-
tùm, quam in ſocietate habere compertũ fuerit, vnde
cauti ſint contrahentes, vt id ſedulo perquirant, atque
conuentiones initas in ſocietate contrahenda diligẽ-
ter inſpiciant vt admonet, & eleganter Ancha. prnbat
in conſ. 332. pro cariori deciſione & cõmendat Dec.
in relatis locis, nec Paul. par. vtpote probabile notat
in conſ. 93. nu. 31. & ſeq. & videbis eũdem in ſeq. cõſi.
Et illud tertium eſt temperamentum in iiſdem ar-
ticulis, in quibus ſocius ſociũ obligat, requiritur, ſeu
intelligitur quando nomine ſocietatis contrahit, di-
uerſum ius eſt ſi proprio, ſeipſum enim tunc non ſo-
cium obligat, niſi in communem arcam pecuniæ ver-
ſæ ſunt. l. iure ſocietatis. vbi Bal. notauit. ff. pro ſocio.
& refert, ac probat Alex. in conſ. 139. perſpectis ſcri-
pris. in prin. vol. 5. Dec. in relata l. ſi ſocius. & conſ. 98.
iuridicam Avm. Cra. in conſ. 129. proponitur. in fin.
16 † Alterum eſt, quod in materia ſocietatis adnotã-
dũ puto, Si coita ſit inter plures ſocietas ad certum
tempus quemadmodum ſors ipſa, niſi finita ſocieta-
te, inuitis ſociis diminui non poteſt, ita pecunia, quæ
ſorti accreuit, hoc eſt lucrũ ipſum. Idẽ enim iuris in
eo, ꝙ accreuit, ꝙ & in ſorte eſſe Bat. noſter ſubdubi-
tans tẽtauit dicere in l. auri ſtatuta. C. de frumen. vrb.
cõſt lib. 10. & retulit Cor. in ſing. ſuis in verbo lucrũ
17 † Et illud, quod nunc nuper ſuccurrit, prætermit-
tendũ non eſt, ſcribunt mercatores, vel in literis, vel
in libris ſub illo vulgari modo, Titius, & ſocij ſocieta
tatis &c. ſcribit igitur Bart. in l. ſi ſeruus cõmunis ita.
n. 4. ver. & iſta faciunt ad quæſtionem. ff. de ſtip. ſeru.
in verba infrà ſcripta circa relatam formulam: Vide-
tur quòd ex virtute talium verborum Titius nomina-
tus teneatur, & ſibi acquiratur pro dimidia aliis om-
nibus pro portionibus ſocietatis. tamen puto ſic di-
cendum, quòd & virtute dictorum verborum, quate-
nus continent contractum, ex quo dicti mercat. de-
beant obligari, ſi quidem ageretur inſtitoria, quilibet
teneretur inſolidum, quaſi per illum omnes negotia-
tionem exerceant. vt ſuprà de exer. l. 3. in prin. ibi, ſed
plures rem. ſi verò in dicta ſcriptura continetur totũ,
ex quo eis mercatoribus debet obligatio quæri, tunc
verborum rigor facit ſeu indicat illud quod ſuprà di-
xi in ſeruis ſtipulatoribus: ęquitas tamen & vſus com-
munis ſuggerit contrariũ. Nam Titius, qui nomina-
tur, nõ ad hoc nominatur, vt ſibi magis quæratur, ſed
vt oſtendatur quòd ille ſocietatem obtinet, & ideo
forſan dicendum eſt, ꝙ omnibus quæratur pro por-
tionibus ſocietatis. Hucuſque Bartolus, in relata ver-
ba, cuius ſentẽtiam probauit Dec. in conſ. 122. & pro
tenui col. 2. vbi refert Imo. idem ſentientem, & ſub
relato vulgari modo ait Titium nominatum non cen-
ſeri, vt plus ſibi, quàm aliis quæratur: ſed vt oſtẽdatur
Titinm ſocietatis eſſe caput. In qua verborum conce-
ptione, videndum eſt elegans Bald. reſponſum, 190.
Sempronius, & cæt. lib. 2. vbi in Bar. ſententiam vide-
tur inclinare, & vide quid ſenſerit Raph. Cu. in conſi.
172. Titius &c.
Apud Iaſonem lib. 1. reſponſorum Reſpon. 82. ele-
gans quidẽ & nuſquam (vt ait) relata quæſtio in ma-
18 teria de qua agitur fuit propoſita. & eſt talis. † ex æ-
quitate canonica licet purgare moram euitandi cau-
ſa pœnas legis, ſi quis maior. C. de tranſact. vt inquit
Bal. in l. qui crimen. in 10. q. C. qui accuſa. non poſ. &
probant Alex. Iaſ. & Franc. Cu. alios referendo in ea
l. ſi quis maior. & facit c. ſuam. extra de pœni. num idẽ
iuris ſit in curia mercatorum, vt permittatur purgatio
moræ, ne incidat mereatnr in pœnas eiuſdem legis.
In qua quæſtione Iaſ. ex facto conſultus, eleganter re-
ſpondit, prima frõte admittenda videbatur, quoniam
in curia mercatorum ex bono & æquo procedẽdum
eſt, reiectis iuris apicibus, vt in vltimæ partis principa
19 lis initio plenius differendo oſtendemus † ſed l. ſi quis
maior. rigorem iuris reſpicit & propterea de æquita-
te canonica non procedit. Non eſt ergo diuerſum in
dicta curia ſtatuendũ, inquit. tamen contrariã ſenten-
tiam probabiliorẽ, idque pluribus probat, & ſubiicit
20 comparationem hanc de foro canonico † ad curiam
mercatorũ nuſquã relatam, & nuſquã receptam. Non
eſt ergo noſtrũ, cùm lex deficiat, extẽdere l. ſi verò. §.
de viro. ff. ſolu. matrimonio. & l. ſi quis maior. propter
virtutẽ iuramenti fauorẽ cõtinere. & fauorabilẽ eſſe,
meritoque extendendã, potius quam reſtringendam
eſſe, ꝙ & ipſemet Iaſ. in eadem l. ſub nu. 8. adnotauit.
Et quod dicitur in curia mercatorũ ex bono & æquo
iudicandũ, intelligendũ eſt, vt iuris apices, qui verita-
tem rei atque negotij nõ reſpiciunt, reiecti cẽſeãtur,
non autem vt ius ciuile in mercatorũ foro locũ non
habeat, quoniam aduerſaretur legi bona fides. ff. dep.
Hæc ille, qui pluribus vtitur. Incurrit, & hic alia in-
ſpectio nõ abſimilis. Receptum eſt actionem ad pœ-
21 nam † cõpetere, ſi cõtrauentũ fuerit, etiã ſi nihil ſti-
pulatoris interſit, ꝙ fuerit cõtrauẽtũ l. cum pœna. vbi
glo. & Barto. ff. de arbi. & notarunt Barto & plerique
alij in l. 2. in §. itẽ ſi in facto. ff. de verbor. obligar. nũ
& id in curia mercatorũ ſit admittẽdũ. Ange. in conſ.
219. arbitror dictam pœnã &c. tẽtauit dicere nil præ-
ter id, quod mercatoris interſit, peti poſſe, cuius ſen-
tentiam probauit Fran. Aret. in l. 4. in §. Caio. in 1 co-
lum. ff. de verbor. oblig. quoniã eſſet præter ęquum &
bonũ, & æquitas præcipuè inter mercatores ſpectãda
eſt. l. Quintus. vbi Bart. ff. mand. verùm. Iaſ. in l. 2. in §.
item ſi in facto. ff. de verbor. obligar. contra, & ait, li-
22 cet non legerit aliquẽ qui quæſtionẽ differuerit, cre-
dit tamen minimè admittendũ, † quòd pœna, quæ ex
partiũ conuentione proficiſcitur, iuxta l. ſi. ff. de præt.
ſtip. cenſeatur contra æquitatem. Quinimò, nil eſt, ꝙ
magis humanæ fidei congruat, quã pacta, & conuen-
tiones obſeruare: præcipuè inter mercatores, vt dicit
l. 1. ff. de conſtitution. pecun. & illud conſtitutũ pro-
priè eſt factum propter mercatores. Confirmat etiã
ſuam ſententiam ex l. bona fides. ff. depo. ac his, quæ
proximè diximus, non eſſe ſcilicet à ciuilibus præce-
ptis recedendum, & addit cõtra Ang. & Aret. ſi ex fa-
cto interrogaretur reſponderet, hactenus Iaſ. ſcripſit
etiam in eodẽ articulo Lancel. Gal. in eodem §. item
ſi in facto. & ſub nu. 7. referẽdo Iaſ. ait cõprobari Iaſ.
ſentẽtiã poſſe ex eo, quòd dicitur pœnas legales non
23 deberi in foro cõſcientiæ, iuxta glo. in c. fraternitatis.
12. q. 2. conuentionales tamẽ deberi, † citat Anch. in
regul. poſſeſſor. de regul. iur. in 6. ver. 3. quæro. Felin.
in c. 1. nu. 62. ver. limita tertiò, extra de cõſ. Idque ve-
rum eſſe, etiam ſi nihil interſit, ſecundũ Innoc. in ca.
ſuam de pœn. Pan. in c. dilecti. in 3. col. ver. ſexta & vl-
tima pœna de arbi. ſubiicitur deinde animaduertẽdũ
eſſe. Nam pœnã conſequi vbi non intereſt, eſt contra
æquitatem. Caſus videtur hic, dũ vbi nõ intereſt, vult,
quòd doli mali exceptio competat, quæ nititur æqui-
tate: vt dicit gloſ. & quia Prætor habet æquitatẽ ante
oculos l. quod ſi Epheſi. ff. de eo, quod cer. loc. in ſti-
pulatione prætoria non exigitur pœna, ſi nõ intereſt.
l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. l. 2. in fin. ff. ſi quis in ius
voc. non ie. vbi Bat. & Iaſ. Alex. & Soc. in eod. §. nota-
runt. hæc ille, qui nil. certi ſcriptum reliquit, cõtrà ta-
men Iaſ. inclinare videtur. Non me latet etiã Io. Cro.

in d.§.Cato.ſub nu.8. & ſeq.in primis commentariis, ſcripſiſſe in propoſitis articulis in verba infrà ſcripta: Notanda ſunt aliqua in iſta materia promiſſionis factæ nomine pœnę. Primò, quòd in curia mercatorum pœna promiſſa peti non poteſt vltra intereſſe, & ſi nihil interſit, nihil peti poteſt: quia eſt contra æquitatem, quæ ſeruatur in illo foro.l.Quintus. ff. mand. & ita ſenſerunt Ang. in relato conſi. & Aret. & ſubiicit deinde inferri ex hoc exceptionem, & temperamentum ad l.ſi quis maior.C.de tranſact.quia lex illa imponens pœnam contrauenienti contractui iurato, nõ habebit locum in foro mercatorum. Hæc ille in ſupraſcripta verba, qui de Iaſ. non meminit. His igitur relatis, quæ in propoſitis iuris articulis inuenimus ſcripta, dicam quid & ipſe ſenſerim. Et profectò magnopere me Ang.Frã.Are.& Io.Cro.authoritas mouit, pro qua ſententia eſt quod in vltima particula vltimæ part.princ.tractatus diximus nu.6.non tamen à Iaſ.diſſentio: cuius ſententia in vtroque caſu ſemper probabilis atque rationabilis eſt viſa, & in ſuperiori caſu ꝙ Iaſ.ait æquitatem cum præceptis ciuilibus in foro mercatorum conſiderandã, confirmabis ex multis, ac variis, quæ in prin.vltim.part.prin. tractatus diximus, ac in pleriſque locis eiuſdẽ partis, & quòd moræ purgatio nõ admittatur probari poteſt ex his, quæ Franc.Curt.ſcripſit in ea.l.ſi qui maior ſub num. 44. Dec.in conſ.138.& diligenter.col.penult.& fin.& in conſ.452.viſa inſtructione.Lud.Goz.in cõſ.57.multa fuerunt, nu. 18.& ſeq.ex quibus locis colliges reſpõſa ad id, quod diximus ex æquitate canonica moræ purgationem admitti. Et ad interpretationem d. c.ſuam.extrà de pœnis.vide quę plenè Andr.Alc.ſcri-
24 pſit in citato §.Cato.n.146.& ſeq. † in poſteriori verò caſu, ꝙ Lanc.Gal.ait non mouet, & circa text.in d. §.itẽ ſi in facto.videbis eo in loco Bar.in 3.& 4.opp. & Iaſ.ſub n.14.ver.circa quartam.Item, nec moueat, quòd non incoloratè quidem dicebatur in præto ſtipul.an interſit, ſpectandum eſſe propter æquitatem, quam ante oculos prętores habuerunt. Nam ius ciuile ex Prætorum decretis etiã conſtat. §.conſtat. Inſt. de iu.nat.& in illis cùm non merè cõuentionales exiſtant, viſum eſt Prætori iuris rigorem temperare & ſe in illis intromittere. At in ſtipulationibus, quę ſimpliciter conuentionales dicuntur, iuris regula non reperitur immutata. Non eſt ergo ab ea recedendum: argumen.l.bona.fides.ff.depo. & à regula recedendum non eſſe admonet Bar.in l.quoties.ff.ſi quis cau. Deci in reg.1.de regul.iur. Iaſ.in conſ.16.col.2.vol.3 videretur prima, & meritò hæc ſentẽtia obtinere deberet, cùm hæ ſtipulationes à mera voluntate contrahẽtium proficiſcantur, & æquitati ac fidei humanæ, conueniat, initam conuentionem ſeruari.

FINIS TITVLI DE CONTRACTIBVS MERCATORVM.

TITVLVS MANDATI.

SVMMARIVM.

1 *Mandata ex officio atque amicitia originem trahunt, & in vſu frequenti ſunt.*

2 *Fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt, & refertur memorabile exemplum Publij Craſſi Mutiani.*

3 *Mandans Benedicto debitori ſuo, vt centum quæ ſibi debet, perſoluat Pandulpho, cui tantundem debet, ſi Benedictus nõ ſoluit, ſed promiſit, an mandatum impleuiſſe ſeu exceſſiſſe dicatur, & an cenſeatur facta delegatio, & an mandatum huiuſmodi poſſit reuocari.*

4 *Procurator ad recipiendum mutuas pecunias, ſeu ſolutionem, & quietandum, nũ fines mandati exceſſiſſe dicatur, ſi inſtrumento ſola confeſſio contineatur.*

5 *In re non dubia, ſed aperta ſingulorum argumentationum enumeratio minimè neceſſaria.*

6 *Mandans in mandato poteſt dare formam.*

7 *Dictio, non aliter nec alio modo inducit formam.*

8 *Dictionis, dũmodo, ea eſt natura, vt niſi id quod ea dictione adijcitur, interueniat, actus ruat.*

9 *Formæ omiſſio in parte qualibet, cùm ſit indiuidua, actum vitiat.*

10 *Nil eſt inter homines ſic indubitatum, quin ſolicitam dubitationem recipiat; licet illud ſit iuſtiſſimum.*

11 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinare debet, quæ regula declaratur.*

12 *Verbũ vnum, & idem nõ eſt abſurdũ, ſi diuerſis rationibus, & diuerſis modis interpretemur.*

13 *Relatum cẽſetur eſſe in referente, in tantũ, vt diſpoſitio à relato limitationẽ accipiat, & alia.*

14 *Repugnantia euitanda eſt.*

15 *Clauſula, omni meliori modo, facit vt & in his, quæ tradita ſunt pro forma, actus ſuſtineatur eo modo, quo poteſt.*

16 *Teſtamentum ſuſtinetur, in quo non eſt relictum filio iure inſtitutionis, ſi adeſt clauſula, omni meliori modo:*

17 *Verba ad validum, non autem inualidum intellectum aptanda ſunt: & ille præualet, quo res de qua agitur, in tuto ſit.*

18 *Dominus ſciens procuratorem ſuum fines mandati excedere, & non contradicens, aſſentire videtur.*

19 *In generali mandato an cenſeatur tradita facultas recipiendi pecunias ad cambium.*

20 *Facultas data à debitore creditori accipiendi pecunias ſub cambijs, ne damnum creditor patiatur: an ad prima tantum cambia referatur: ſeu magis ad cambia & recambia.*

21 *Interpretatio ad l. bone. in § hoc ſermone ff. de verb ſignif. relatiuè.*

22 *Collybus, dicitur pecuniæ permutatio, ac detrimētū, quod in permutatis pecunijs aſſolet fieri.*

23 *Mandatum habens ad vendendum, ſeu locandum, num & ad pretium, ſeu mercedem recipiendum mandatum habere cenſeatur.*

24 *Interpretatio ad l quod ſeruus, ff de ſolut.*

25 *Interpretatio ad l. 1. in §. igitur præpoſitio. ff. de exerc.*

26 *Mandatum habens ad vendendum, an poſsit vendere habita fide de pretio.*

27 *Mandatum habens ad recipiendum pecuniam ad certam cauſam, ſufficit, ſi aſſeratur, ex illa cauſa, de qua in mandato pecunia recepta, licet qui recipit, mentiatur.*

28 *Mercator ſi vendidit abbati pannos induendi gratia eius monachos, quòd obliget monaſterium, licet mutata voluntate in alios vſus verterit, & quomodo intelligatur.*

29 *Mandatum habens ad recipiendum ſolutiones, terminum ad ſoluendum prorogare non poteſt.*

30 *Perſona in literis ſeu inſtrumētis nominata præſumitur eſſe, ſi literas, ſeu inſtrumenta penes ſe habeat, nec requiritur, vt iura etiam habeat.*

31 *Mandatarius, an vſuras, quas ſoluit ex mandato ſibi iniuncto de recipiendis pecunijs mutuis ſub vſuris poſsit repetere. Et an teneatur nominare, ſeu probare perſonas, quibus vſuras ſoluit.*

32 *Clauſula illa in mandatis ſolita adijci. Prout viderit expedire, vel ſimilis ad arbitrium boni viri refertur, & an excludat probationē, & quæſtionem inferri, & nu. ſeq.*

33 *Probatione remota, an cenſeatur remota nominatio, & an probationis appellatione, veniat nominatio, & nu ſeq.*

34 *Interpretatio ad l. Thais. in §. ſorore. ff. de fid. lib.*

35 *Vſurarij argumentis, & indicijs conuinci poſſunt: & ex perſpicuis indicijs probatur vſura.*

36 *Mercatores, qui ex mandato iniuncto merces vendunt ad diem, ſi interim emptores merciū decoquūt, nū mādati actione ex eo, quòd minus legitimè mandatum curauerint, teneantur.*

37 *Mercatores, qui alienas merces vendunt ad diē, & ſuſcipiunt nominum periculum in ſe certa mercede conſtituta, vt puta trium aureorum ſolarium pro quolibet centenario, ſi emptores mercium non ſoluendo ſiant, an teneantur.*

38 *Mandatum niſi gratuitū nullum eſt, & interueniente pecunia ad locationem potius reſpicit.*

39 *Mercatores Anconitani mandarunt mercatoribus Neapolitanis, vt merces emerent, & mari eaſdem Anconam tranſmitterent, cum fideiuſsione, ſeu aſſecuratione, & clauſula de non transferendo merces ex onerata naui in aliam; quod credebatur, fieri poſſe ſolutis ſeptem pro centenario quolibet. Num ſi Neapolitani tranſmiſerint cum aſſecuratione, ſine tamen dicta clauſula, quoniam aſſeruerunt, eum clauſula inueniri non potuiſſe, niſi ſolutis quindecim pro centenario, & merces in aliam nauim tranſlatæ perierint, Neapolitani mercatores teneantur.*

40 *Culpam nominatim obijci, & probari oportere, & plura exempla ſubijcit.*

41 *Mandatum iuxta ſolitum interpretatur, & ad ordinaria, non extraordinaria refertur.*

42 *Mandata ſi duo ſint, alterum adimplere non ſufficit.*

43 *Clauſula in aſſecurationibus adijci conſueta de, non transferendo merces ex vna naui in aliā, declaratur.*

44 *Clauſula ſolita adijci in mandatis in negotio, quod nobis expedire videbitur, ſeu vtile viſum fuerit, peragetis, quod verba reduci debeant ad arbitrium boni viri, & conſequenter cenſeatur remiſſa culpa.*

45 *Mandatarius, quòd teneatur de dolo, & leui culpa, & natura mādati negotij inſpicienda ſit.*

46 *Mandatum ad merces emendum datum declaratur, & his emptis ad quem periculum pertineat, relatiuè.*

47 *Conſuetudo mercatorum, quòd aliena gerentes negotia nomine proprio expediant, declaratur relatiuè.*

48 *Mandatum re integræ domini morte finitur, declaratur relatiuè.*

49 *Mandatum poteſt fieri poſt mortem duraturum, & de procuratore ſolito conſtitui in teſtamentis mercatorum, quædam notabilia.*

50 *Mandatum plenum illam interpretationem recipit, quatenus ex fide res agatur.*

51 *Mercatores ſuſcipientes mandatum aliquid gerendi, ſi facere omittunt ad omne damnum, quòd paſsi ſunt, mandantes tenentur.*

52 *Mercatores, qui mercatorum abſentiū ſine mandato negotia gerunt, & culpam, & dolum præſtare debent, & quandoque caſum.*

MANDATA, quæ ex officio atque amicitia originem trahunt,
1 † vt Iuriſconſul. Vlpianus inquit in l. 1. ff. manda. non minus, quàm ſponſiones inter mercatores frequentantur: in vſu enim quotidiano valde ſunt, idcirco prætermiſſis vulgaribus nonnulla quotidiana ac vtiliſſima, & ad mercatores ipſamque mercaturam

 attinen-

attinentia breuiter diſſeremus.

2 † Fines mandati diligenter cuſtodiendos eſſe, nemo eſt qui neſciat. Id enim mercatores dictitant. l. diligenter. ff. man. & per tuas. de arb. in quo non ab re viſum eſt referre memorabile exemplum P. Craſſi Mutiani de quo Gel. meminit noctium Atticarum lib. 1. cap. 13. [Is enim Craſſus qui à ſcriptoribus traditur, quinque habuiſſe rerum bonarum maxima, & præcipua, q; eſſet ditiſſimus, quòd nobiliſſimus, quòd eloquentiſſimus, quòd Iuriſconſultiſſimus, q; Pontifex Maxi. cùm in conſulatu obtineret Aſiam prouinciam & circumſedere, oppugnareq́ue Leucas oppidũ pararet opuſque eſſet firma, ac procera trabe, qua arietem faceret, quo muros eius oppidi quateret, ſcripſit ad Magiſtrum ἀρχιτέκτονα molis Athenienſium ſociorum, amicorumq́ue populi Romani, vt ex malis duobus quos apud eos vidiſſet, vter maior eſſet, eum mittendum curaret, tum Magiſter ἀρχιτέκτων comperto, quam ob rem malum deſideraret, non vti iuſſus erat maiorem, ſed quẽ eſſe magis idoneũ, aptioremq́ue faciendo arieti, faciliorem que portatu exiſtimabat, minorem miſit: Craſſus eum vocari iuſſit, & cùm interrogaſſet cur nõ quem iuſſerat miſiſſet, cauſis rationibuſque quas dictabat ſpretis, veſtimẽta detrahi imperauit, virgiſque multũ cæcidit, corrumpi atque diſſolui officium omne imperantis ratus, ſi quis ad id quod facere iuſſus eſt, non obſequio debito, ſed conſilio non deſiderato reſpondeat,] hæc ille. Verùm in iure noſtro propoſita regula complures exceptiones ac declarationes recipit, quas ſcire mercatoribus maximè omnium expedire puto, vnde ad Iaſonem cõfugiẽdum eſt, qui copioſè ſcripſit in l. ſi procurator. C. de procur. Alber. Brun. in tract. de forma. Paul. Par. in conſ. 47. nu. 41. & ſeq. vol. 1. interio dominorum, &c. ſed præter ea, quæ relati iuris interpretes ſcripſere, il-
3 lud quæritur: † Mandaui Benedicto debitori meo, vt centum quæ mihi debet, Pandulpho cui tãtundẽ debeo, perſoluat, Benedictus non ſoluit, ſed promiſit Pandulpho centum ſoluere, & quidem ſtipulatione, num Benedictus mandatum impleuiſſe ſeu exceſſiſſe dicatur? & magis eſt mandatum non ſeruaſſe, nũ enim mandaui, vt promitteret, ſed vt ſolueret. l. ſi debitorẽ. ff. de noua. & ſcripſit Pau. Caſt. in l. delegare. ff. eod. tit. vnde ſequitur me poſſe Benedicto inhibere, ne ſoluat, mandatum enim re integra reuocari poteſt, & res eſt integra, etſi ſtipulatio promiſſióve interuenerit, cùm id non mandauerim, ſed vt ſoluat. l. ſi cùm Cornelius. ff. de ſolu. & propterea ſi Benedictus cõturbaret, & foro cederet, quoniam non eſt facta delegatio, Pandluphus creditor meus aduerſus me rectè ageret, idem Paul. probat in citata l. ſi debitorem. & Alex. in l. qui vſumfructũ. ff. de verb. obligat. Mar. ſingul. 265. fines. & Dec. in conſ. 107. in cauſa. Quòd autem diximus delegationem factam non eſſe, intelligendũ eſt in præiudiciũ mei mandantis, vt Benedictus qui mãdatum non impleuit, ſe à me liberatum allegare non poſſit. at in mei commodum, & fauorem nouatio facta cenſetur, vbi Pandulphus promiſſionem ſolutionis loco accepiſſet, & probaſſet, ſibi enim aſcribat Pandulphus qui Benedictum mei loco, & vice ſolutionis promiſſione contentus fuerit, idq́ue probauerit; comparatur enim hoc caſu promiſſio ſolutioni. l. fina. C. ad legem Falcidiam. Accedit, quòd creditori ſolutum videtur quocunque modo ſatisfiat. l. ſi rem. in § omnis. & l. ſolutum. § ſolutam. ff. de pigno. act. Sum ergo hoc caſu liberatus, ſecundum Paul. in l. qui vſumfructum in fi. & Dec. in conſ. 107. proximè relatum, & videbis eundem in conſ. 421. in fin & in l. ſingularia. n. 26. ff. ſi cer. pet. quæ declaratio (vt opinor) non eſt ſine ratione, quod etiam ſuperiori loco diximus mandatum quod Benedicto dedi, vt ſolueret, reuocare me poſſe, ſi prouiderit. d. l. fin. cum Cornelius, temperandum eſt, niſi Benedictus, cui mandaui, vt ſolueret Pandulpho, eidem Padulpho creditori meo ſignificauerit, qui eum in debitorem receperit, & ratum habuerit: mandatum enim tunc reuocare nõ poſſum, vt eleganter inquit Ioan. And. apud Spec. in tit. depo. mouet eum l. ſi ego. ff. de nego. geſt. & probat Paul. Caſtr. in l. ſi cùm Cornelius, ſubdens obliuioni tradendum non eſſe: quoniam Mercatores in eorum libris ſcribere conſueuerunt, & ſufficit ſi ex libris appareat ad notitiam Paodulphi perueniſſe, & approbaſſe. Idem placuit Ang. & Alex. in citata l. qui vſumfructum. vbi ad cœlum hanc ſenteotiam tulit. Mar. & probat in ſingu. 58. ſi dedi tibi mandatum, & Dec. in conſ. 107. ſed & his addes quę latè Soc ſcripſit in cõſ. 267. præſens par. 2. & Alex. in conſ. 10. viſis volum. 2. & quæ dicemus in Tract. de Decoctorib. in ea parte, in qua quæſtiones inſeruimus, ver. incurrit & hinc. n. 5. & ad interpretationem l. ſi debitorem. videbis Pau. Par. in conſ. 107 Quæritur primò vtrum præſertim ſub num. 43. vol. 3. quod reſponſum legito, reſpondit enim in mandato ſub vulgari formula mercatorum in mercibus quibuſdam tradendis.

Incurrit, & hic alia inſpectio, nũ procurator ad re-
4 cipiendum mutuas pecunias, † ſeu ſolutionẽ, & quietandum, fines mandati exceſſerit, ſi in inſtrumẽto ſola confeſſio cõtineatur? verbi gratia, ſi fateatur ſe cẽtum mutuo à Titio recepiſſe, vel centum quæ Titius conſtituenti debet, recepiſſe ſimiliter fateatur? & verius eſt, quod plerique placuit, fines mandati nõ ſeruaſſe. l. 1. § ſi mutuam. ff. ſi quid in fraud. patro. aliud enim eſt confeſſio, aliud numeratio. l. 1. & l. fin. C. de dote cau. non nu. l. ſi ex cautione. vbi notatur. C. de non nu. pec. & ſecundum hanc ſententiam non ſemel reſpondit Bar. & præcipuè in l. 2. in § fi. nu. 6. ff. ſi cer. peta. & in l. ſi debitorem. ff. de noua. & differẽdo probat Alex. in l. à diuo Pio § ſed ſi emptor. ff. de re iudi. & frequentiores in hanc ſententiam fuiſſe ſcripſit Iaſo. in citato § fi. quibus addes Mar. in ſing. 265. fines mandati, & Dec. in conſ. 493. viſo tenore, qui idẽ ſenſit, & in caſu in quo ex facto conſultus reſpondit, proponebantur clauſulæ, quæ rem dubiam reddebant, & conſequenter intelligimus ſuperiori caſu, vbi procurator ad mutuas pecunias recipiendum conſtitutus, confeſſus fuerit contra conſtituentem, & confeſſa receptione agi non poſſe, & poſteriori caſu non obſtãte confeſſa pecuniæ conſignatione ſeu numeratione à procuratore facta, debitorem à conſtituente conueniri poſſe. Sit ergo mercator cautus, vt in inſtrumento dicatur, dedit, & numerauit coram teſtibus, me notario, & reliqua. Hoc amplius idem Bartol. in relato loco tentauit dicerere, ſi in inſtrumento mandati in hæc verba ſcriptum eſſes, Conſtituit Titium procuratorem ad accipieodum pecunias mutuas, & confitendum pecunias recepiſſe, idem tamen iuris eſſe, quoniam illa verba, ad confiteodum recepiſſe, intelligenda ſunt, ſcilicet pecuniam receptam: verum, vt in ſuperiori iuris articulo Barto. ſententia recepta eſt, tanquam rationabilis, ita, & poſteriori tanquam ſine ratione à pleriſque damnata, ne in caſſum verba adiecta videantur, idq́ue relati iuris interpretes probarunt.

Ex facto etiam proponebatur Bartholomæũ, Nicolaum procuratorem conſtituiſſe præſentẽ, &c. ſpeciatim, & nominatim ad emendum merces cuiuſcunque ge-

que generis vſque ad quinque milium ducatorũ ſummam,& pro pretio conſtituentem obligandũ. & plenum quidem in his mandatum dediſſe, adieciſſe tamen in eo verba infraſcripta. Et dictum mandatum conſtituens fecit,& dedit robur, ac validum eſſe voluit,& vult,dummodo ſpectabiles viri Hieronymus, Ioannes, & Ange.eundem procuratorem ad cauſam prædictam,& effectum eundem conſtituerint, cum quibus Bartholomæus conſtituẽs voluit pro portione,& rata poſſe conueniri obligationis cauſa,quã dictus procurator feciſſet,atque contraxiſſet cum quibuſcunque perſonis,& non aliter nec alio modo proponebatur etiam dictos Hieronymum, Ioannem,& Angelum ad cauſam,& effectum prędictum eundem Nicolaũ procuratorẽ conſtituiſſe,& hoc amplius adiectũ in mandato fuiſſe ad obligandũ eos inſolidùm, & pro tota ſumma ſcutorũ quinque milium. denique proponebatur eũdem Nicolaum procuratorem omnes,& ſingulos nominatos in hęc verba obligaſſe, Nicolaus procurator Ioannis, Hieronymi, & Angeli, prout de mãdato &c. Item procurator Bartholomæi, vt conſtat inſtrumento cum declaratione in dicto inſtrumento mandati contenta, prædictos conſtituẽtes inſolidum obligauit Titio,& Mæuio cauſa, & occaſione mercium emptarum,& traditarum ad ſummam quinque milium ſcutorũ, C quæſitũ eſt de obligatione ex perſona Bartholomæi,& nullam obligationem eſſe iudex quidam pronuntiauit ex facto, deinde conſultus Benuenutus Iuriſconſultus reſpõdit,vt infrà.& quidam periti iuris,& pręſertim Ange. Androtius prudentiſſimus vir reſponſum eius probarunt.

5 † Licet eloquentiæ pater Cicero in oratione pro Cluentio, admoneat [in re nõ dubia,ſed aperta ſingulorum argumentorum enumerationem minimè neceſſariam] rei enim demonſtratæ demõſtrationẽ addere fruſtra eſt, vt inquit Iuriſconſultus in l. 1. ff. de dote præleg. propter tamẽ cuiuſdã ſentẽtiæ authoritatẽ quędã, quę iudicãtẽ forſan mouerũt, breuiter enumerabo. Et illud primùm ex lectione mãdati,& obli-
6 gationis foro occurrit. † In mãdato formã adiectã eſſe circà obligationẽ,& mãdantẽ adiicere potuiſſe, nemo eſt, qui neſciat. l. diligẽter. ff. mãd. c. cùm dilecta. de reſti.& bon⁹ tex. in c. cui de nõ ſacerdotali. de pręben. in 6. In contractibus enim formam contrahẽtes dant. l. in conuentionalibus. ff. de verb. oblig.& recẽtiores plenè ſcribunt in tract. de for. in quæſtione illa: Quis poſſit dare, vel tollere for. Illa autem verba in mãdato adiecta formam, indicant. Et voluit Bartholomæus pro portione,& rata poſſe cõueniri pro obli-
7 gatione,& reliqua,& non aliter, nec alio modo. † Ex quibus verbis non aliter formam induci iuris interpretes ſcripſere, vt notauit Bart. in l. de his ff. de tranſac. & in l. fin. motus illa lege. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. facit l. mutuò. in §. 1. ff. de tute. Feli. in cap. cum dilecta. num. 32. de reſcript.& ſcribit Deci. in conſil. 528, prope fin.
8 † Conſiderabam etiam forſan iudicem motũ propter dictionem illam, dummodo, ex vi cuius dictionis adiunctæ verbo, non aliter, abfuiſſe conſenſum Bartholomęi videbatur in obligatione aliter facta, quàm in mandato ſit expreſſum: ea enim huius dictionis eſt natura, vt in id, quod ea dictione adiicitur, interueniat, actus ruat: ſecundum Io. And. in cap. ex tuarum. in verbo, dummodo. de aut.& vſ. pal.& in reg. nullus ex quo. de regu. iur. Pro qua ſententia facit l. impuberibus. in princip. ff. de ſuſpe. tut. & ſcribit Alex. idem probans in l. 1. num. 7. ff. ad leg. Falc. & plenius Aſten. tract. de forma. in q. illa quando aliquid cẽſeatur traditum pro forma. ver. quarta conclu.& And. Tiraq. in com. de vtro. rer. §. 8. gloſſ. 8. pa. 456. Et quod illa dictio, dummodo, Bartholomæi conſtituentis voluntatem declarauerit,& ſi aliter factum fuerit, eius voluntas ceſſauerit, probat Dec. in conſil. 326. col. 2.& fin. Cùm ergo proponatur in inſtrumento obligationis Nicolaum procuratorem Bartholomæum cum aliis inſolidùm obligaſſe adiectis renuntiationibus, conſequenter eius reſpectu nulla exiſtere videbatur obligatio. Eſt enim illud iuris explorati, quæ contra formam geſta ſunt, nulla eſſe. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact.& bonus text. in c. cùm dilecta. vbi Felin. ſub nu. 36.& ſeq. de reſt.& ſcribit Alex. in conſ. 1. in 4. vol. & plenè Aſten. in relato tract. de forma. in q. de po-
9 tentia & effectu conclu. vlti. † omiſſio etenim formæ in parte qualibet, cùm ſit indiuidua, actum vitiat, vt probat Dec. in conſ. 532. num. 5.& de forma copioſè Fran. Nicol. etiam ſcripſit in rubr. de noui. ope. nun. Rurſus & id iudicem mouere potuit, quod notauit Bar. in l. item eorum. in §. ſed ſi ita. ff. quod cuiuſque vni nomi. Inquit enim ex illo textu probari, quod ſit præter formam commiſſionis, ipſo iure non valere, quem probat idem Paul. Caſtr.& Iaſ. in l. ſi procurator, n. 5. C. de procur. Poſtremò, licet in mandatis vtile per inutile nõ vitietur. l. prætereà. cum ſeq. ff. mãd. §. is, qui. Inſti. mand. Vnde pro rata,& vſque ad ſummam, de qua in mandato, obligatio conſeruetur. Nihilominus, cùm (vt probauimus) forma tradita ſit, nec quidem in ea parte obligationem contractam videbatur. d. c. cùm dilecta.& c. cui de non ſacerdotali. de præb. ca. Piſanis. de reſt. ſpoliator. Verùm Benuenuto Strachæ iniqua ſententia,& deridenda videbatur,& verũ eſt Imperatoris verbum, in auth. de tabel.
10 verſic.& non fingant. † Nil eſſe inter homines ſic indubitatum, vt ſolicitam quandam dubitationem non ſuſcipiat: licet illud ſit iuſtiſſimum, de quo meminit Dec. in conſ. 227. nu. 9. in cauſa.& in conſ. 315. in fin. ſuperioribus.& eſt pulcher textus in proœ. clem. vtque euidentius appareat, pręfari libet. Et illud primũ ex his, quæ proponuntur, colligi Hieronymum, Ioannem,& Angel. Nicolaum procuratorem conſtituiſſe ad obligandum eos pro tota ſumma,& illud plus inſolidum. Item illud proponi eundem Nicolaum procuratorem in contractu obligationis omnes mandãtes nominaſſe cum mandatis in eius perſonam factis, &, quod caput eſt, in inſtrumẽto obligationis ſe procuratorem Bartholomæi etiã dixiſſe,& adieciſſe nominatim,& ſpeciatim, cum declaratione in inſtrumẽto mandati contenta. Vnde licet nomine omnium conſtituentium contraxerit,& eos inſolidum ad dictam ſummam quinque milium ſimpliciter obligauerit, ex eo tamen, quòd ſe procuratorem Bartholomæi cũ illa declaratione in mandato aſſeruit, ex verbis profectò,& mente ad illam ratam, de qua in mãdato duntaxat, Bartholomæum obligatum patet,& quidem inſolidùm in ipſa rata, iuxta eiuſdem mandati tenorem, cæteros verò conſtituentes iuxta ſimiliter mandati formam ad totam ſummam inſolidùm
11 obligatos. Dicet aliquis, cur tam variè? † eſt enim iuris regula, vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, æqualiter terminare debet. l. quanquam. C. de impu. l. iam hoc iure. ff. de vulga. Verbum ergo inſolidùm, diuerſis modis intelligendum non eſt, ſed dicta regula in ambiguo admittenda eſt. at vbi voluntas diſponentis ex actu colligitur, non pro-
12 cedit: † voluntas autem in caſu propoſito demonſtratur ex illis verbis cum declaratione,& dictam regulam, vt ſuprà & aliis modis eleganter declarauit Decius

cius in conſil 456.conſuluí aliàs.num.12.Nec video,
quod abſurdum conſecutum ſit,ſi diuerſis rationibus
vnum & idem verbum diuerſis modis interpretemur,
vt in l.2.vbi Accur.& Bar.notarunt.ff.de offic.proc.&
ſcripſit Dec.in conſi. 69.col.antepe.viſis. Et hæc in-
terpretatio,quæ (ni fallor)nemini incongrua videri
debet , confirmatur , quia Nicolaus mandatarius ad
13 mandatum,vt ſuprà ſe retulit,† & regula iuris eſt rela-
tum in referente ineſſe cenſeri. l. aſſe toto.ff. de hær.
inſtit.l.ſi ita ſcriptum.ff.de condi.& demon.intãtum,
vt diſpoſitio à relato limitationem,& temperamentũ
recipiat,& conſequenter ab eo,quod in mandato cõ-
tinetur.l.in teſtamento ita quidam.ff.de cõdit. & de-
mon.l.2.ff.de hære.inſtit.& copioſè plura referendo
ſcripſit Dec.in conſ.63.n.6.& pro tenui. Et hoc am-
plius ait,relatum inſpici oportere,& ſi aliter referens
diſponat. Errore enim factum videtur,cùm is,qui re-
fert ſic in relato contineri crediderit,refertque Alex.
in cõſ.9.põderatis his.nn.12.vol.5.qui in pulchra fa-
cti ſpecie ex facto cõſultus ſenſit , quod vltimũ in fa-
14 cto propoſito ſuperabũdat.† Mouet me etiam,quòd
obligatio ſolidi contra Bartholomæum conſtituen-
tem ad ratam,& portionem tantùm referatur, vt ſci-
licet,repugnantia euitentur:eueniret enim vnum,ſci-
licet,procuratorem enũtiaſſe,& aliud diſpoſuiſſe. Eſt
ergo noſtra interpretio accipienda:argu.l.nam ad ea.
ff.de condi. & demon. & argu. eius , quod belliſſimè
ſcripſit Paul.Caſt.in l.peto.in prin.ff. de leg.2. quem
refert & probat Iaſ.in conſ.132.prima.vol.1.in fin.&
in conſ.18.in præſentia.col.2.vſque in fi.vol.3.& ver-
ba inſtrumenti ſunt interpretanda , ne contradicant.
c.inter dilectos.in §.cæterùm.de fide inſtru.Accedit,
ꝙ Imperator inquit in l.fi.C.quæ res pig.In cõtracti-
bus potius volũtas cõtrahẽtiũ,quàm verborũ conce-
ptio inſpiciẽda eſt, facit l.in promittẽdo, in princ.ff.
de iure do.& l.in conuentionibus. ff. de verb. ſign.&
plenè ſcripſit Deci. in conſ.374. vbi compluta ad id
pertinentia refert. Cum ergo voluntas procuratoris
demonſtretur ex illis verbis nõ ſemel relatis,cum de-
claratione illa inſpiciẽda eſt. Præterea, hæc noſtra in-
terpretatio ex eo confirmari poteſt,quia euitatur de-
lictum procuratoris , ſi fines mandati exceſſiſſe dice-
remus,ſecũdùm ea,quæ Aſten.ſcripſit in tract.de for-
ma.in quæſt.de potent.& effec.verſic. ſeptimus effe-
ctus,id tamen me non valde mouet. Sed & illud ma-
ximè conſiderãdum eſt,quod idem Nicolaus procu-
rator obligationem cõtraxit cum clauſula omni me-
15 liori modo. † Quæ clauſula facit , & in his , quæ ſunt
tradita pro forma, vt actus ſuſtineatur eodem modo,
16 quo poteſt,cuius rei illud occurrit argumẽtum, † Fi-
lio non ſufficit relinquere quoquo relicti titulo. Sed
forma inducta eſt,vt iure inſtitutionis relinquatur.§.
aliud in authent.vt cùm de appel.cog.Si tamen in te-
ſtamẽto adiecta ſit clauſula,omni meliori modo,de-
fenditur teſtamẽtum,tanquam ſit facta inſtitutio,ſe-
cundùm Bal in l.quoties.nu.2.C.de hæred. inſtit.Iaſ.
in aut.nouiſſima.C.de inoffi.teſt.& ſcribit Aſten. vbi
ſuprà.ſub ver.cæterum eſt animaduertendum. & ſcri-
pſit Felin.in c.cùm ſuper.nume.11.de offic.deleg. &
Mar.ſing.36 clauſula,omni meliori modo.facit enim
dicta clauſula,vt actus valeat eo modo,quo valere po
teſt,ſecundum loca ſuprà relata , & diſponens diſpo-
ſuerit vt potuit,& probat Dec.in conſ.14.nu.4.& pro
tenui.& in conſ.77.nu.4.viſo puncto. Marſi.in conſ.
18.nu.9.& Io. Dil :c.in tracta. de arte teſt.in titu. de
lib. inſtit. cau. 1. ex quibus authoritatibus complura
17 ad confirmationem colligi poſſunt.† Præterea,vt in-
quit Bald.in citata l. quoties. verba ad validum , non
autem inualidum intellectum aptanda, trahendaque
ſunt,& ille præualet intellectus , quo res, de qua agi-
tur,in tuto ſit.l.quoties in ſtipulationibus.ff.de verb.
oblig.& ſcripſit Dec.in reg.quoties idem ſeruo.ff.de
reg.iuris.in fi.& confirmabis quæ diximus,ex his,quę
ſcripſit in materia idem Dec.in conſ.77.viſo puncto.
Denique illud,licet forſan ſupernacaneum,nõ omit-
to,quod belliſſimè inquit gloſ.in c.cùm olim.in ver.
18 protinus.de offic.deleg.† Si dominus ſciuerit procu-
ratorem ſuum fines mandati excedere , & non con-
tradixerit,aſſentire videtur quam gloſſ & Abb.& Fe-
lin.ibidem probarũt, & idem Domin.& Io. And no-
tarunt in c.cùm,quis,de ſent. excom.libr.6.& placet
Iaſ.qui alios refert in l. ſi procurator. numer.4.C.de
procura.& declarat.Dec.non improbans in cõſ.437.
quæritur , &c. Sed(vt accepi) Bartholomæus literas
creditoribus miſit,quibus nõ ſolum perſpicitur ſciẽ-
tiam contractæ obligationis habuiſſe.verùm ſe debi-
torem confeſſum,dilationem ad ſoluendum petiiſſe,
& in immobilibus ſe ſatisfacere obtuliſſe. Ex quibus
plura reſponſa , his quæ contrà propoſita primo loco
fuerunt , occurrunt. Et illud primum pluribus mo-
dis probauimus , Procuratorem fines mandati non
exceſſiſſe , quod remouet omnia. Item clauſula,om-
ni meliori modo. Item , quod proximè diximus , &
conſequenter obligationem factam virtute dicti
mandati in perſonam Bartholomæi pro rata , de qua
in mandato , vt ſuprà validam eſſe,& ita Benuenutus
Iuriſconſultus reſpondit , ſaluo rectiùs ſentientis
iudicio.

19 † Vſitatum & illud eſt inter mercatores,vt gene-
raliter procuratores conſtituant , & ſcio non ſemel
dubitatum,an in generali mandato facultas pecunias
(vt aiunt) ad cambium recipiendi tradita cenſeatur?
& placet in propoſito iuris articulo , quod elegan-
ter Roma.ex facto conſultus reſpondit in conſi.114.
viſis.in generali mandato venire ea, quæ conſtituen-
tes facere ſolebãt.l.vel vniuerſorũ.ff.de pigno.actio.
Idem ait venire ea,quæ ex conſuetudine loci ſunt, vt
ſcripſit Bar.in l.ſi fraudator.ff.quæ in frau.cred.& in
l.1.C.de paſ.pub.vel pri.lib.11.quę ſententia Roma.
rationabilis eſt,& eam probauit Decius in conſ.441.
nu.9.& ſeq. vnde ſiue ſolitus fuerit conſtituens id fa-
20 cere,† ſiue ex conſuetudine loci id exiſtat,conſtituẽs
vt taciti mandati ad cambia obligatus cenſetur. Sed
& illud in dubium venit,num facultas data à debito-
re creditori accipiẽdi pecunias ſub cambiis, ne dam-
nũ creditor patiatur,ad prima tãtùm cãbia referatur,
ſed magis ad cãbia,& re cãbia,vt aiũt,quoad ſatisfiat,
in qua facti ſpecie interrogatus Dec. de iure reſpon-
dit veriùs eſſe ex conceptione dictorum verborum,
& ex relata vulgari formula mercatorum poteſtatem
tributam cenſeri ad geminata cambia , & quoad ſa-
tisfiat , vt patet ex eleganti reſponſo ſub numer.562.
viſo puncto. Verùm præceptor meus Paul.Par. in
conſilio 91. viſo copioſo. volumi.1.contra ſenſiſſe
videtur. Ego verò mandati verba diligenter inſpi-
cienda eſſe puto , & loci ac conſuetudinem merca-
torum ſpectandam. & in ambiguo ſecundum ſen-
tentiam Decij reſpondendum de iure putarem , vbi
mandati formula in ſuprascripta verba concepta eſ-
ſet , & ad interpretationem l. boue. in §. hoc ſermo-
21 ne. ff. de verb. ſigni. † addes Deci.in conſi.3.nume-
ro 4. & in conſilio 77. in 4. colum. circa princip. &
in conſilio 412. colum. pen. & fin. & Iaſo. in l. duo-
bus reis. in §. ſi ei qui. ff. de iure. qui complura re-
fert ſimilia,& illud adiicimus me non latere,collybũ
apud Ciceronẽ appellari pecunię permutationem,&
detri-

22 detrimentum pecuniæ † quod in permutandis pecuniis aſſolet fieri, de quo verbo meminimus in 1. parte verſi. belliſſimè etiam dubitare, verum euidẽtioris intellectus gratia, hoc vulgari verbo vti placuit.

Vulgatis eſt illa quæſtio, & quotidiana valde, an habens mandatum ad vendendum, ſeu locandum, & ad 23 pretium, † ſeu mercedem recipiendum, mandatum etiam habere dicitur? in quo iuris articulo Gui. relatus à Romano in ſing. 23. quod habens mandatum, in l. 1. in §. igitur præpoſitio. ff. de exer. negauit, & idem Romanus plenius attingens in conſi. 461. in eo, quod quæritur, probauit. & eandem ſententiam Guig. probat Ang. in citata. l. 1. in §. non autem. & Guig. ac Romanum Celſus refert, & nõ improbat apud Lanfran. in cap. quoniam contra. in ver. confeſſiones. ſub num. 38. Bart. verò in l. filiæ. ff. de ſol. contrà, mouet cum l. quod ſeruus. eod. tit. in qua l. idem ait Barto. mandantem alicui rem vendere, & pretium recipere mandaſſe cenſeri, legi etiam Dec. in conſil. 330. num. 3. concluſio, qui ſimpliciter Bart. refert in l. filiæ. inquiens dubitationem Bar. ſententiam non habere, cæterum relatæ authoritates, & mouent, & rem dubiam reddunt. Vnde Bald. in citato. §. igitur ait: eſt argumentum in hoc textu, quòd procuratori cõtractus non poſſit ſolui, quod eſt verum, ex alio contractu, ſed ex eodẽ contractu rectè ſoluitur. Ego verò Bartol. ſententiæ aſſentior, quoniam (ni fallor) eius ſententia probatur in l. 24 quod ſeruus, vbi Iuriſconſ. in hæc verba. † Sed & ſi quis pecuniam dominicam fœneratus eſſet à ſeruo, ſi permiſſu domini ſeruus negotium dominicum geſſiſſet, idem iuris eſt. Videtur enim voluntatem eos, qui cum ſeruo negotium contraherent, & ab eo accipere, & ei ſoluere. Nec moueat reſponſum à Romano traditum illi legi in citato conſ. 461. legẽ illam, ſcilicet, loqui in propoſito negotiationi, ſeu adminiſtrationi alicuius corporis, ſeu vniuerſalis rei veluti peculij, quo caſu mandatum intelligitur, vt ſuper eo cõtrahat, & ex contractu ſolutionem recipiat, at ſecũdum eum propoſita quæſtio vertitur in mãdato ad rem certam, & ſingularem, quoniam meo quidem iudicio Roma. longè errat. Duæ enim ſpecies facti in d. l. quod ſeruus proponuntur. Altera in princ. legis, & illi congrueret Romani reſponſum. Altera in §. ſed & ſi quis, ſecundùm relata verba, ex quibus in ſingulari negotio Iuriſconſ. loqui euidenter apparet; & in ea parte Bar. legem ad q. induxit, indicant id verba Bartol. in l. quod ſeruus. Solutio enim in mandato tali includitur, & ſecundùm voluntatem conſtituentis ſoluere mãdatario videtur, vt ex verbis Iuriſconſ. colligitur, & his addes Bart. in l. cum qui ita §. qui ſibi. ff. de verb. oblig. dicet aliquis Gulielmi, & aliorum ſententiam probari in §. igitur, quod non eſt verum, quoniam in l. mãdati, hæc 25 verba erant, † vt præpoſitus nauis, ſolùm vectutas exigeret, non locaret, vel vt locaret tantum nõ exigeret: Vnde præpoſitio cõtrahentibus certam legem dabat: cæterum propoſita quæſtio eſt in habente ſimpliciter mãdatum, vel ad locandum, vel vendendum, & ſi quis ſubtilius d. §. inueatur retortione in Gulielmum, & ceteros non abſurdè vteretur, vt ſi non eſſet dictum in præpoſitione ad locandum tantùm, & non ad exigendum innuat Iuriſcon. propoſitum ad locandum vecturas exigere poſſe. quod & verum eſſe puto.

26 † Nec abſimilis eſt illa quæſtio, num mandatum habens ad vendendum, habita fide de pretio, poſſit vendere. In quo iuris articulo eleganter ſcripſit Bart. in l. à diuo Pio. in §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic. vbi etiam Alex. & Iaſ. copioſè tractarunt, quibus addes Fab. in tract. de empt. & vendit. in 3. quæſt. princip. nume. 30. tom. 8. Angel. Aret. Inſt. de re. diui. in § venditæ. & videbis Paul. Caſt. in conſ. 305. viſis. in prima parte. vbi culpæ imputari mandatario non poſſe ait, qui habita fide de pretio, vendidit, ſi conſuetum erat.

Nec illud tacebimus, quod eleganter inquit Bart. in authen. hoc ius porrectum. numero 17. C. de ſacro 27 ſanct. eccleſ. † habentem mandatum ad recipiendum pecuniam ad certam cauſam ſufficere, ſi aſſerat ex illa cauſa, de qua in mandato, pecuniam recepiſſe: licet mentiatur, vnde dominus tenetur, qui mãdauit alicui, vt pecunias mutuas ad certam cauſam recipiant, ſi ea lege accepit mandatarius, quaſi in eam cauſam impenſurus, licèt mox mutauerit voluntatem, imputaturus ſibi, cur tali mandauerit, quæ ſententia probatur ex notabili. tex. in l. prima. in §. non autem. ver. vnde quærit Offilius ff. de exerc. Nec enim laborare debet, qui pecuniam credidit in cauſam in mandato expreſſam mandatarius pecuniam creditam eroget, ſed illud ſtudere, vt ex illa cauſa mutuum fiat, & exprimatur, & hanc ſententiam probauit Deci. in conſilio 330. numero 3. concluſio. & referendo Bald. in Auth. 28 hoc ius porrectum, ſubdit, † ſi mercator vendidit Abbati pannum, induendi gratia eius monachos obligat monaſterium, licèt Abbas mutata voluntate in alios vſus verterit. Citat Innoc. in cap. 1 depo. & Rom. in conſil. 440. Verum Paul. Caſtr. in citato §. non autem. Verum intelligit, ſi veſtimentis monachi egerẽt, & ſi ea concurrant, quæ leguntur in l. fina. ff. de exerc. Ad cuius legis interpretationem videbis Alexand. in conſi. 44 volum. 2. & ego Paul. declarationem probo, cum Abbas ad veſtimenta emenda monachis expreſſum mandatum non habeat, ſed tacitum. Taciti enim & expreſſi mandati in materia habetur diſtinctio, vt colligitur ex relatis locis, & ſcripſit Barto. in d. §. non autem. & illud addam recipiendis pecuniis propoſitum, ſeu mandatum habentem ad recipiendum ſolutiones terminum ad ſoluendum prorogare nõ poſſe. 29 l. qui Romæ. in §. Callimachus ff. de verb. oblig. † vbi iuris interpretes, & præſertim Iaſ. ſub num. 13. temperat quibuſdam modis.

Item quærit, cùm quidam mercatores Antuerpiæ finge, vel in aliis longinquis mundi partibus commorantes, literas ſcripſiſſent mercatoribus Anconæ degentibus, & eas per Titium tabellarium direxiſſent, qui literas his quibus aſcriptæ erant reddidit, & quoniam dari, aut fieri quid Titio tabellario 30 in literis continebatur, † Anconitani mercatores illum eſſe Titium, de quo in literis fit mentio, denegarunt, potuit enim euenire, vt in itinere alij literas Titio ſubtraxerint, hæſitatur, cui incumbat onus probandi. Nec abſimilis eſt illa quæſtio. Conſtituerunt quidam procuratorem Titium ad agendum, negatur illum eſſe de quo in mandato, cùm potuerit contingere, vt is qui inſtrumentum attulit, facto ſubtraxerit, in quibus iuris articulis Cyn. Bald. Paul. & Salic. in l. ſi qua per calumniam. Opinantur præſumi illum eſſe, de quo in literis, & mandato, ex quo penes eum ſunt, & onus probandi contrarium negãtibus incumbere. Hæc enim præſumptio onus in negantes transferr, vſque adeò, vt idem præſumatur, donèc contrarium oſtendatur. Sed illum non eſſe, qui cum mandato, ſeu literis ex longinquis partibus venit, & idem ſenſit Guig. in l. poſtquam. C. de pact. & Abb. in cap. coram. nume. 11. de offic. deleg. & no. apud Specul. in tit. de procur. §. vt autem. ſub nume. 8. & apud Lanfr. in cap. quoniam contrà. in ver. inſtrumentorum. ſub num. 13. de prob. & ſcripſit Mar. in l. ſi quis nec quæſtio. 171. ff. de quæſt. & videbis tex. & gloſ. in l. ſi. C. de

pac.con.& illud huic rei adijciendum eſt, me in ea eſſe ſententia, vt ſufficiat vel literas, vel inſtrumentũ mandati penes aſſerẽtem eſſe, ad præſumptionem, de qua diximus. Nec enim puto neceſſarium eſſe, vt etiã iura habeat vt ſenſit Felin. in citato cap. coram, ſub nu. 12. Sed ſi iura etiam haberet, adiumento præſumptioni prædictæ eſſent, vt Bald. poſt Cyn. ſcripſit in cita. l. ſi quis per calumniam. C. de epiſco. & cleri. quæ lex me valde mouet. Et his etiam addes Alc. & Ioã. Nic. apud eum in tract. de præſump. in reg. 1. verſ. 33

Ex facto non minus frequens quam vtilis proponitur quæſtio, cùm quidã mercator apud Galatas degens, Laurentio mercatori Anconitano quadringenta deberet, ſcripſit ad Paulum mercatorẽ literas, iiſdemq́ue mandauit, vt quadringenta mutuò ſub vſuris acciperet, & cum damno, prout melius videretur, & placeret, eademq́; Laurentio creditori ſolueret. Pau-
31 lus † relatam ſummam ſub vſuris recepiſſe affirmat, & ſe Laurentio creditori ſatisfeciſſe oſtẽdit, & quadringenta, & vſuras ſolutás petit. Quæſitum fuit, num Paulus mandatarius vſuras, quas ſoluit cauſa mutui quadringẽtorum poſſit repetere? Item & illud, an Paulus teneatur nominare vel probare perſonas quibus vſuras ſoluit. Nam qui mandauit quærit reperere Matth. ab Afflict. deciſ. 91. iterum in facto conſil. Neap. quæſtiones propoſitas agitatas refert, & ait mãdatarium, qui ex mãdato domini debitoris, & pro eo vſuras ſoluit æquum & iuſtum eſſe indemnem conſeruari, idq́; & ſi iuramentum non interuenerit. eo enim accedente, ceſſat dubitatio, citat Io. And. in regula damnum. in mercurialibus affirmantem ſe Theologos interrogaſſe, & probaſſe, addit Ioan. Rod. in rep. ca. cõſuluit. q. 47. & eſt text. in l. ſi verò non remunerandi. in §. ſi mihi. ff. man. vbi Bald ſe ex facto conſultum, & pontificio iure id amittendum ait, & ſecũdum hanc ſententiam Alex. reſpondit in conſil. 57. num. 10. quoniam in quæſt. vol. 1.

In ſecunda quæſtione idẽ Affli. inquit prima fronte videri non ſolum mandatarium teneri ad nominandum perſonas quibus vſuras ſoluit: Verũ rẽtari poſſe ad probandum vſurarum ſolutionem cogendum eſſe, idque ex ea regula. Qui dicit ſoluiſſe, probare debet. l. 1. C. de proba. cum alijs ſexcentis ſimilibus. Deinde ſubdens, putauit ex verbis mandati colligi mandatarium ad aliquam probationem aſtringi non poſſe, nec quæſtionem aliquam inferri poſſe, & ſi concedamus verba illa mãdati, prout melius videbitur, & placebit ad arbitrium boni viri reducenda eſſe. citat Io. Andr. in cap. 2. de iura. calum. in 7. & cùm ad verbum refert, qui ait ſuper verbo, viderit expedire, cum verbum de maio. & obed. cap. cum in eccleſiis in fi. de præb. cap.
32 † pro illorum. in princ. de teſtib. cap. 2. In tantum autẽ hæc relinquuntur intentioni, & arbitrio iudicis, vt vbi hæc vel ſimilis clauſula apponitur, nulla probationis neceſſitas imponatur, nec quæſtio de hoc poteſt inferri, ſimile quod notatur in cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcrip. hactenus Ioan. Andr. & adiicit Affl. & Petr. Anch. & Domin. in d. cap. 2. ſcripſerunt, quando verbum videbitur, refertur ad patrem, licet intelligatur arbitrium boni viri: tamen nulla probatio in huiuſmodi arbitrio eſt exigenda. Vnde ait, ſi mandatarius non
33 tenetur probare, † nec conſequenter nominare: vt innuit Ioã. And. in illis verbis proximè relatis, nec quæſtio de hoc poteſt inferri. Itẽ, quia appellatione probationis venit etiam nominatio. Vnde qui nõ tenetur probare, nec etiam nominare. l. 1. iuncta gloſ. in verbo, nomina ediderit. ff. de offic. conſ. Rurſus hanc ſententiam probat, ſi mãdatarius teneretur nominare, & non probare, id nihil eſſet, quoniã ſi diceret ſoluiſſe Lucio, & Mæuio vſuras, & illi hoc negarent, & probare non poſſet, vſuræ repeti à mandante non poſſent, quas tamen cogitur ſoluere mandatario, vt dictum eſt, vnde vana hæc eſſet nominatio denique idem Afflict. ait ſi in mandato adiectum eſſet prout in facti ſpecie in ſacro conſilio propoſita, quòd tam pro eo, quod intereſt quàm pro alia re mandans contentus eſſet, quicquid mandatarius feciſſet, perinde eſſe, ac ſi conuentum eſſet de damnis & vſuris dicto mãdatarij ſtari debere. Quo caſu valet conuentio, & non aſtringitur aliquid probare, vt plenius diximus hac eadem parte in prin. verſ. aliud pactum. Quod ipſe temperat, niſi mandatarius eſſet perſona ſolita fœnerari: tunc enim de ſuo mutuaſſe præſumendum eſt, vt lucretur vſuras, adeò quòd mandans vſuras ſoluere, non tenetur, ſecundum Ioan. Andr. apud Spec. in tit. de probat. §. videndum. Concludit igitur ſat eſſe, ſi Paulus mandatarius quantitatem vſurarum ſolutarũ exprimat, quæ deinde per iudicem ad boni viri arbitrium reducetur, idq́ue inter partes tacite actum cenſeri, nec Afflict. quem ego quam breuiſſimè potui retuli, ipſum legito, qui pluribus vtitur, ſed & ego in propoſito iuris articulo cum nonnullis mercatoribus in ſermones incidi, qui Paulum mandatarium ad nominandum perſonas teneri opinabantur, licet Affli. referat in ciuitate Parthenopeiã mercatores in diuerſas ſententias iuiſſe, & mecũ ipſe cogitaui hanc quæſtionem eſſe de bono & æquo, in quo genere, vt belliſſimè Iuriſconſultus inquit in l. ſi ſeruum. in § ſequitur. ff. de verb. oblig. ſub authoritate iuris ſciẽtiæ plerunque erratur. Et hanc quæſtionem huiuſcemodi eſſe negaturum neminem, idq́ue probatur in l. ſi verò non remunerandi. in §. ſi mihi. ff. mand. in illis verbis, & vt eſt conſtitutum totum hoc ex æquo & bono iudex arbitrabitur, qua de re noſtrarium mercatorum ſententiam, & rationabilem, & æquiſſimam putaui. Occurrit enim prauitati vſurariæ, & ipſis vſuris, quibus nil deteſtabilius, & ſanè fraudibus obuiandum eſt, & delinquendi occaſio danda nõ eſt l. in fundo. ff. de rei vẽd. l. conuenire. ff. de pact. dotal. & profectò cum frequentari ſoleat inter mercatores hoc mandatum, ſi mandatarius eum, a quo ſub vſuris accepiſſet, nominare non teneretur ad vſuras vtique mercatores ſubinuitarentur, ad quas quàm procliues hodie ſint mercatores, nemo eſt, qui neſciat. Vnde Ioan. And. dicere conſueuerat in cap. ex literis. de iure. & in cap. 2. eod. tit. lib. 6. ad probandum contractum vſurarium admitti, & recipi probationes, quę in alia cauſa non admitterentur propter excogitatas artes, quę in contractibus fœneratitiis ſolẽt adhiberi. Quem refert & probat Alex. in conſil. 54. nu. 3. vol. 6. circa primum. Accedit, quòd verba hęc. Videbitur, & placebit, ad arbitrium boni viri reducuntur, vt de verbo videbitur. ſcripſit Bar. in l. ſi ſic. in prin. ff. de leg. 1. & citat l. fideicommiſſaria libertas. ff. de fide. libert. & idem Bart. ad reptimen. in verbo, videbitur, & eodem in loco de verbo, placebit, idem ſenſit. citat text. in l. Titius in §. ſorore. ff. de fideicom. lib. & probat Deci. in conſ. 493. nu. 19. & plenè, & eleganter Iaſ. in conſ. 4. in 4. col. vol. 3. dominus Baptiſta, & licèt Mar. Man.
34 in conſ. 7. in fin. † ſubdubius tenet dicere in d. §. ſorore, ius ſingulare eſſe fauore libertatis, & quædã alia ad d. § pertinentia addat: errat tamen lõgè mea quidem ſententia, & eſt receptum vt ſuprà, & pro cõmuni ſententia, faciunt verba illa Iuriſconſulti. Non ſpectandum, quod hæredibus diſplicuiſſet, ſed id, quod bono viro poſſet placere, quæ verba nõ eſſe ius ſingulare in libertate innuunt. Si igitur verba huiuſmodi ad arbi-

trium

trium boni viri reducenda ſunt,quod & Affl. non ne-
gauit,æquitas expoſtulat,quæ præcipuè in mercatorũ
cauſis ſpectanda eſt,vt ſcripſit Bartol.in l.Quintus.ff.
manda.& nos in vltima parte plenius attingemus , ad
nominandum illum , à quo fœnebres pecunias rece-
perit mandatarium aſtringi. Denique hãc ſententiam
veram eſſe putabam, quoniam non eſt auferenda po-
teſtas ſuo iure vtendi. Si enim mandatarius nominare
non teneretur , mandans ius ſuum perſequi nõ poſſet.
Eſt ergo pro hac ſententia & æquitas,& ratio Quinti
Mutij Sceuolæ, de qua in l.Quintus.ff.manda. in illis
verbis , parum enim facit fideliter fideiuſſor in ſupe-
riori caſu,qui poteſtatem eximere reo videtur ſuo iu-
re vti.Nec mouent,quæ non inſubtiliter Afflict.con-
ſiderabat,& illud primum Io.And.in cap.2.non poſſe
mandatario quæſtionem referri , quoniam ex nomi-
natione huiuſmodi nulla mãdatario infertur quæſtio,
quæ eius reſpiciat perſonam & damnum legitimum.
Nec puto verum appellatione probationis taliẽ pro-
priè, nominationem venire:vt patet ex compluribus
definitionibus ipſius probationis. De quibus apud
Dd.& præcipuè Dec.in rubr.extrà de prob.& in rub.
C.eod. & illud clariſſimi iuris eſt ex definitione pro-
priam vocabuli ſignificationem ſumi,vt ſcripſit Bart.
in l.omnes populi.nume.59.ff.de iuſt.nec legi inter
genera probationum iuris interpretes nominationẽ
adiicere,de quibus generibus tractauit copiosè Mar.
complures referendo.in rub.de probat.num. 2.& ſeq.
Nec video etiam in dicta l.vni.ff.de offi.cõſ.probari,
quod dictum eſt,qui non tenetur probare,nõ tenetur
nominare. Sed fac eſſe,illud poſſe recipi, vbi nomina
tio tenderet contra ſe. At in q.propoſita conſtat no-
minationẽ fieri, vt mandans ab eo,qui ſub vſuris cre-
didit,poſſit vſuras repetere,nec poteſtas eximẽda eſt
mandanti ſuo iure vtendi. Nec vana hæc videtur no-
minatio(vt Affl.deducebat) ſi mãdatarius nominaret
vſurarios,& nominati hoc negarent, & nõ poſſet pro-
bari:mandans tamen mandatario ſoluere tenetur,nec
ei propterea ius repetendi competeret. Quoniam no
minatio poteſt eſſe vtilis mandanti. Iudex enim, qui
totum hoc ex æquo,& bono arbitrabitur (vt dictum
eſt)libros,& mandatarij,& mandantis edi iubebit,itẽ
& nominatorum : non tamen vt mandatario quæſtio
referatur,rationesq; diligenter inſpiciet,perſonarum
qualitates ſpectabit , & cum æquitas ſuggerit ex offi-
cio interrogabit.l.vbicunque.ff.de interrog.actio.c.
ex literis.de iureiur.Vſuras etiam an grauiores,leuio-
resq; ſint,intuebitur, iuxta fori, & loci conſuetudinẽ,
35 & habita ratione temporis, facti, mutui, & diei. † Et
quoniam vſurarij argumẽtis,& indiciis conuinci poſ-
ſunt.cap.cum in diœceſi.de vſu. & ex perſpicuis indi-
ciis probatur vſurarius , vt ſcripſit Ioan.Andr.in cap.
ex literis.de iureiur.quẽ ſuprà retulimus,& plenè Iaſ.
in cõſ.141.circa primum.col.3.vol.4.& Mar. in rub.
de probat.C.num.310.& Par.Par.conſ.54.num.64.
vol.1.vbi quædam loca refert, ſubtili iudicis inquiſi-
tione veritas inueniri poteſt , & per conſequentiam
vtilis eſſe poteſt nominatio. Et quoniam ferendus nõ
eſſet mãdatarius, qui ſub vberrimis,& grauiſſimis vſu
ris mutuas pecunias accepiſſe diceret , ſi inutilis eſſet
nominatio & vana,vſuræ ad arbitrium boni viri redu
cerentur per iudicem regionis conſuetudine, & perſo
narum qualitate inſpectis:vt idem Afflict.ſcripſit.So-
lent perſæpe mercatores,qui vel Venetiis,vel Antuer
piæ, ſeu in aliis mundi partibus negotiantur , merces
mari,vel terra tranſmittere alicui tradendas cum man
36 dato , vt ad diem vendantur. † finge modo mandata-
rios vendidiſſe, & mercium emptores aliquos amiſſa
fide decoxiſſe , num mandati aduerſus mandatarios
actio competat?ex eo quòd minus diligenter manda-
tum curauerint? In quo iuris articulo ſuccurrit, quod
eleganter Iuriſconſultus ait in hæc verba in l.qui ſub
conditione.ff.de cond.& demonſt.Cæterùm debito-
res,cum quibus ipſe contraxit,non vtique in diẽ mor
tis domini ſui idoneos fuiſſe præſtare cogẽdus eſt,ſed
eo tẽpore,quo his creditũ eſt,eius conditionis fuiſſe,
vt diligens paterfamilias his crediturus fuiſſet. Et fa-
cit text.in l.litis.in §.ſi pecuniæ.ff de neg.geſt.vbi Iu-
riſc.ait : Si pecuniæ quis negotium gerat, vſuras quo-
que præſtare cogitur,& periculum eorum nominum,
quæ ipſe contraxit,vbi culpa imputari poteſt.At ſi cul
pa vacat , & fortuitis caſibus debitores non ſoluendo
effecti ſint præſtare non cogitur , niſi ſpeciali pacto
conuenerit.l.negotium.C.de negot.geſt.& his addes
text.in l.ſi quid poſſeſſor.§.pen.& l.item videndum.
ff.de pet.hær.& Dec.in cõſ.7.& pro tenui,qui ad rem
tantum.l.negotium.& §.ſi pecuniæ.citauit.Itẽ & Pau.
Caſtr.in conſil.305.viſis & ponderatis.in 1.parte,qui
ait inter alia, vbi culpa vacat, ſufficere nomen cedere
qualecunque eſt.ff.de pigno.act.l.eleganter.§.vendi-
derit.ff.de diſtra.pign.l.quæſitum.in princi.& l.quod
debetur.ff.de pecu.quibus adiicies.l.item videndum.
ff.de pactis hære.ſubiicit Paul. mandatario officium
ſuũ damnoſum eſſe non debere.l.videlicet.ff.ex quib.
cauſ.maio.l.ſed ſi quis.ff.quem.teſta.aper.hæc Paul.
ſed & Bald.noſter in conſi.72.ſi quæritur.vol.3.ſcri-
pſit in hæc verba : Ille , qui tenetur aſſignare nomina
debitorum, tenetur aſſignare veros debitores:non au
tem loquitur aſſignare tales, qui ſint ſoluẽdo,niſi hoc
poſſit facere , vel niſi poſt moram debentis aſſignare
ſint effecti non ſoluendo.l.periculum.ff.ſi cert.peta.l.
ex perſona.C.de probat.ff.de hære.vend l.ſi nomen,
vbi apparet, quòd non tenetur accipere illos,qui poſt
moram facti ſunt non idonei, hactenus Bald in ſupra-
ſcripta verba. Sed & iterum in materia finge Florenti
37 num mercatorem , merces † Anconitano mercatori
tranſmiſiſſe,vt ad diem vendat:conueniſſe tamen cer-
ta mercede,vt puta trium ſcutatorum pro centenario
quolibet, vt nominum ſeu debitorũ periculum ſit An
conitani mercatoris , & ipſum periculum præſtet , &
mercium emptores non ſoluendo deinde factos,hanc
quæſtionem plenè quidem tractauit Dec. in conſil.7.
& pro tenui, qui quoniam non inſubtiliter ſcripſit, &
eius reſponſa talia extant,vt ea omnes appetant,& ver
ſantur inter manus hominum , ſuperuacaneum eſt re-
ferre.Pauca tamen addere contentus ero,& illud pri-
mum certi iuris eſſe in propoſita quæſtione extra no-
tiſſimos terminos mandati nos verſari:mandatũ enim
niſi gratuitũ nullũ eſt:†& interueniẽte pecunia,res ad
38 locationẽ,& cõductionẽ potius reſpicit.l.1.ff.man.&
Inſt.eo.§.fi.itẽ in propoſita quæſt.verba conuẽtionis
præcipuè ſpectãda eſſe duxi,iuxta l.1.§.ſi conuenerit.
ff.depo.l.in conuentionibus primũ locum ff.de verb.
obli.& quoniam hæc conuentio ſolet aliquando fieri
ſub illa formula & verborum conceptione , de qua in
l.decem.ff.de verb.obl.& in l.ſi decem ff.de ſol. & in
l.ſi ego.ff.ſi cert. pet. Idcircò illa iura notabis , & vi-
debis quid ſcripſerit Cor.in conſi. 206.in hac conſul-
tatione. vol.4.

Proponebatur apud Bẽuenutum Stracham Iuriſc.
39 quæſtio huiuſmodi , † Mercatores quidam Anconæ
commorantes, quibuſdam mercatoribus Neapolita-
nis mandarunt, vt quaſdam merces emerent, & eaſdẽ
Anconam verſus mari tranſmitterent,ea adiecta lege,
vt mercium periculum ſuſcipientes inuenirent, quos
vulgò aſſecuratores appellamus,& ea clauſula de non
transferendo

transferendo merces ex onerata naui in aliam nauim,
idque fieri poſſe putabant ſolutis ſcutis ſeptem ratio-
ne periculi pro cẽtenario quolibet. Neapolitani mer-
catores emptis mercibus nauim quandã iiſdem one-
rarunt, receptis fideiuſſoribus periculi mercium abſ-
que clauſula ſuprà dicta: quoniam dicebãt expromiſ-
ſores non inueniſſe, cum ea clauſula, niſi quindecim
pro centenario quolibet ſoluiſſent, merces deinde in
ipſa nauigatione in aliam nauim trãſlatæ fuẽre, & vnà
cum ea periere, dicebat Benuenutus, hanc quæſtionẽ
tractatam apud Dec. in conſ. 340. quod eſt errore ge-
minirum, vt patet conſil. 632. qui ait culpam certam
& limitatam obiici oportere ſiue agendo, ſiue exci-
piẽdo. Vnde ſi Anconitani mercatores aduerſus Nea
politanos egiſſent, & non probaſſent in ciuitate Nea
polis fuiſſe, qui mercium periculum ſuſcepiſſent cum
dicta clauſula, & lucro ſeptem pro centenario abſolu
tioni locum eſſe mouet eum, quod vulgò traditum eſt
obiicientem culpam nominatim obiicere. & probare
40 debere. vnde Bart. in l. idẽ erit. ff. pro ſoc. † ait. Si quis
culpam eius probare voluerit, qui debuit procurato-
rem mittere, probare debet facilè procuratorem ha-
beri potuiſſe, & idem in marito cui culpa obiicitur, ꝙ
medicum in curando vxorem nõ adhibuerit, vt idem
ſcripſit in l. ſi ab hoſtibus ff. ſol. matrim. addit aliud ſi-
mile, de quo apud eũdem Bart. in l. tutor. quia reper-
torium. in §. ſi poſt depoſitionem. in fine. ff. de admi-
niſtrat. tutor. vbi ait tutoris culpam, qui pecunias pu-
pillares in emptiones prędiorum non conuerterit tũc
probari, cùm prædia venalia fuiſſe oſtenditur. Mouet
etiam Dec. quia mandatum generale procuratori da-
41 tum iuxta quod ſolitum. † & conſuetum exiſtit inter
pretamur, & ad ordinaria nõ extraordinaria refertur.
Citat Bart in l. Seio. in §. medico. ff. de annuis lega. &
in l. ſed & ſi quis in §. quæſitum ff. ſi quis cau. Quod
enim in vſu frequenti in loco eſt ac obſeruatum, ſpe-
ctandum eſt. l. an in totum. C. de ædifi. priua. in fin. ex
quibus ſimilibusq; argumentis deducit, cùm in naui-
gatione prędicta ſolitum & conſuetum extiterit, fide-
iuſſores periculi mercium ſub vſuris ſeptem pro cen-
tenario reperiri, non eſſe putandum mandantes cogi-
taſſe ſub tam grauibus fieri, ſcilicet 15. pro centena
rio, cum dicta clauſula, conſideratis mandati verbis.
Hæc Dec. & pleraque alia Conſiderabat autem Ben
uenutus in propoſito articulo Decium effuſo ſermo-
ne vſum, nec forſan rectè locutum. Vnde quæ ad arti-
culum pertinent, & plenius, & forſan veriùs tractabit,
quotidianus ad eum. Reſpondit igitur ex his, quæ
proponuntur, Neapolitanos mercatores mandati fi-
nes exceſſiſſe, & aliud feciſſe videri meritoque tene-
ri. l. diligenter. ff. mand. Anconitani enim mercatores
plura mandarunt, merces emi, & emptas tranſmitti
mari, fideiuſſores recipi, & cum clauſula, ne merces
ex vna naui in aliam transferantur, vnde cùm non re-
ceperint expromiſſores cum dicta clauſula mãdatum
non impleſſe videtur, idq; probatur ex his, quæ Luc.
Pen. poſt Ang. ſcripſit in l. 4. num. 7. C. de nau. quem
locum citat Deci. ad confirmationem ſententiæ ſuæ,
ſed eſt contrà: is enim ſcripſit in hæc verba: Collige
42 hic argumentum, ſecundùm Ang. ſi † Rex mandat ali-
cui ſub pœna in verba infraſcripta: Mandamus tibi vt
ad nos mittas in naui Gellij ſalmas frumenti mille, &
is cum ea naui mittere non potuit, ſi cum alia potuit,
& tranſmiſit, non ideò excuſationem habet à pœna:
duo enim ſunt pręcepta, citat l. Celſus. ff. de arb. & ſe-
metipſum. C. de comme. l. fin. in quęſt. 2. ex hoc igitur
ſolo probatur culpa, ex hoc ſolo mercatores Neapo-
litani tenentur. Nec propterea onus probandi merca
toribus Anconitanis incumbit Neapolitanos in ciui-
tate Neapolis fideiuſſores ſeu expromiſſores cum di-
cta clauſula facilè inuenire potuiſſe. Probabat etiam
Benuenutus ſententiam ſuam ex his, quæ Paul. Par.
ſcripſit in conſ. 47. in pluribus locis eiuſdem reſpõſi,
& præſertim ſub num 38. & ſeq. vol. 1. intentio, idém-
que Benuenutus ſententiam ſuam veram eſſe, & pro-
bari addebat duobus iuribus, & quidem ſingularibus,
43 & ad id nuſquam citatis in l. item quæritur. in §. ſi na-
uicularius. ff. loc. vbi Iuriſc. ait in hæc verba: Si naui-
cularius in aliam nauim merces tranſtulerit, eaque
nauis perierit, prior nauicularius tenetur, Labeo ait,
ſi culpa caret, non teneri. Cæterùm, ſi vel inuito do-
mino fecit, aut minus idoneæ dedit naui, tunc ex lo-
cato agẽdum erit, & Accur. ibidem in verbo, domino
inuito. ſubdit etiam ſi in idoneam nauim impoſuerit.
l. fin. ſup. de vſu & hab. Alius tex. eſt in l. fin. §. ſi ea con-
ditione. ff. ad leg. Rhod. de iac. quæ iura ad dictã clau-
ſulam, vt merces ex vna naui onerata in aliam non im
mittantur, valde notanda ſunt. Hæc enim clauſula in
caſu frequenti eſt, & magni faciunt mercatores in con
tractibus fideiuſſionum huiuſmodi adiici, ex quibus
argumentationes Decij refutabat, & retortione vte-
batur. Nam ex mãdati verbis in culpa Neapolitanos
fuiſſe liquet. Item, quod de mandato generali diceba
tur, vt ad ordinaria referatur, & ſpectandum ſit, quod
in loco obſeruatum eſt fac eſſe. Non enim improba-
bat, tamen quæſtioni non congruere dicebat: licet e-
nim fateamur in illa nauigatione ſolitum fuiſſe ſeptẽ
ſolui ratione mercium, periculi illud tamen abſque di
cta clauſula, ſed ea adiecta grauiores, ac vberiores ſol
ui opus fuiſſe non negat Deci. Vel ergo Neapolitani
mercatores per literas Anconitanis mercatoribus ſi-
gnificare debebant: vberiores vſuras cum dicta clau-
ſula præſtari oportere, quàm ſcripſiſſent, quod opti-
mum factu erat, vel etiam ſub vſuris ſcutorũ 15. trãſ-
mittere, ſi aliter inuenire nequiuiſſent, vt mandati fi-
nes diligenter cuſtodirent. Nec quod in mandato ad-
iectum erat ſe credere expromiſſores inueniri poſſe
ſub vſuris ſeptem, quicquam immutabat. Planè ſi in
calce mandati, vt plerunque aſſolet, illa verba adiecta
44 eſſent, & in negotio, † quod magis nobis expedire vi-
debitur, ſeu vtile viſum fuerit. peragetis: aſſentiebatur
Benuenutus Decio, qui ait ad arbitrium boni viri ver
ba hæc reducẽda. l. fideicommiſſa. in §. quanquam. ff.
de lega. 3. & conſequenter ex arbitrio huiuſmodi cul-
pam remiſſam cenſeri, ſecundum Barto. in l. in vendi-
tione in §. ſi quis fructus. in fi. ff. de bo. auto. iud. poſ.
& Alex. in l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſol. matr. quæ
45 tamen loca an rectè aptari poſſint, conſiderabis. † Itẽ,
quod ait Dec. mandatarium de dolo, & leui culpa te-
neri natura mandati negotij inſpecta, diligenter nota
bis. addes tamẽ, quę plenius Pau. Par. pręceptor meus
ſcripſit in conſ. 123. in præſenti vol. 1. & Alex. in conſ.
52. nu. 8. viſo primo puncto, vol. 6. Et quia Decij ma-
gna eſt authoritas cogitabis.

Proximè accedit his, quæ diximus, agitata olim
quæſtio inter mercatores, in qua ex facto cõſultus re-
ſpondit præceptor meus Paul. Par. in conſ. 47. vol. 1.
46 ſuprà relato. † Diſſeruit enim ſuper mandato ad emẽ
dum merces dato, & his emptis, ad quem periculum
pertineat, & ſi nauis his onerata ſit, quòd mandati for
ma obſeruanda ſit, & præſertim cùm mandatur nomi
ne alicuius merces tranſmitti: tractat etiã illam mer-
catorum conſuetudinem, vt aliena gerentes negotia
47 nomine proprio poſſint expedire. † Ipſum igitur legi
to, qui mãdati materiã plenius explicat, quibus addes
quod ſcripſit Corn. in conſil. 319. vbi inter cætera ſub
num. 12.

num.12.ait mandatum à mercatore mercatori datum ſecundum cõſuetudinem mercatorum intelligendum atque interpretandum eſſe,quod reſpõſum legito, & eſt in 3.vol.reſponſorum eius.

48 †Vulgaris regula eſt mandatum re integra domini morte finiri.l.mandatum.C.manda.quæ regula complures habet exceptiones,& illas non ignorare mercatoribus expedit. Vnde videbis clem.fin.de procu.Felin.& Dec.in cap.relatum.de offic.deleg. Iaſ. & eundem Dec.in l.eius.ff.ſi cert.pet.Rom.in conſ.201.nõ eſt dubium.Mar.ſingu.44.mandatum re integra. Nota autẽ illud, quod ad rem valde pertinet, ſpeciatim ad-

49 notabimus †Mãdatum poſſe fieri poſt mortẽ ducaturum.l.ſi verò non remunerandi.§.ſi.ff.mand.l.mortis cauſa.in §.Titia.ff.de don.cau.mot. & mãdatum poſt mortem conferri poſſe,ſcripſerunt Bar.Paul.& alij in l.ſi.ff.de ſolu.Soc.in conſ.60.in præſenti conſultatione.col.4.& in conſil.87.& conſ.175.in 2.par. multùm abundè.col.5.& ſeq.Nicol.Boër.deci.348.nu 6.quod valde notandum eſt. Solent enim mercatores præſertim Florentini procuratorẽ in teſtamentis poſt mortem ducaturum conſtituere,& mandatum poſt mortẽ in menſa conferre.In qua facti ſpecie conſuluit Dec.in conſi.441.præſens conſultatio:quod vltimum admittendum eſt,ſi is,qui mandauit cum hærede deceſſerit,vt ſcripſit Ange.in q. Aſtenſis miles ſi enim ſine hærede decederet,non eſſet,qui dominum referret,& idem probarunt Dec.& Soc.in relatis conſiliis. & videbis eundem Dec.in citato c.relatum. Scribit etiam Soc.non inſubtiliter in relato conſ.172.col.5.6.& 7. recipiendum eſſe,quod diximus mandatum poſt mortem conferri poſſe,& morte nõ finiri, vbi hæredis ſtatus immutatio non contingeret: ſicut enim ex mutatione ſtatus mandantis mandatum reuocatum cenſetur.l.ſi quis alicui.ff de acquir.hæred.ita & ipſius hæredis. Vnde ſi hæres, vel furioſus, vel pupillus eſſet, mandatum ſecundùm eum non duraret, & reſpondet l.ſi quis mancipiis.§.ſi impubes.ff.de inſtit. & l.ſed & ſi pupillus.eod.titu.ad quorum iurium interpretationem videbis iuris interpretes.in l.eius ff.ſi cert.peta. & notandam valde puto nouam & ſingularem Socin. declarationem,& his addes de reuocatione mandati, quæ diximus in tracta.de decoctoribus,in 3.parte.nu. 51.& ſequentibus numeris.

50 † Bene eſt illud mercatorem noſtrum non ignorare, licèt generaliter, & plenè quidem aliquid mandetur,mandatum tamen illud interpretationem ſemper recipere,quatenus ex fide res agatur,vt eleganter Iuriſconſultus inquit in l.creditor.in §.Lucius.ff.mand. Omne enim arbitriũ quibuſcunque verbis alicui conceſſum iuſtitia accedente datum intelligitur. Æquiſſimum namque viſum eſt, mandatarium ita agere rem mandantis debere, vt ſuam ageret: vt ait Bald.in l.1. ff.de ſolut.& plenè ſcripſit Iaſ.in conſil.4. Dominus Baptiſta.volu.3.col.4. & tractat copiosè Paul.Par.in conſ.91.Viſo copioſo.vol 1.vbi referendo Alexan.in conſil.52.viſo primo puncto.vol.6.belliſſimè ad rem

51 noſtram ait, ſub nume.14.† Mercatores ſuſcipientes mãdatum aliquid gerendi,ſi illud facere omittunt,ad omne damnum, quod paſſi ſunt mandantes, teneri. Peragere enim & perficere mandatum, quod ſuſceperunt,debent, vel ſaltem re integra mandantes certiores facere non poſſe illud exequi. Nam cùm alterum ex his non faciunt, dicuntur eſſe in dolo, & dicuntur diſſipare,quæ ipſis penitus ſunt prohibita, & denegata. Vnde meritò ad id quod intereſt,tenẽtur, & ratione lucri ceſſantis conueniri poſſunt.Hæc ille in verba ſupraſcripta,& placuit mercatores admonuiſſe,vt verbis mandati haud freti,ac poteſtate magna eis tributa

52 negotia ex fide agenda eſſe ſciant. †Admonendi ſunt etiam mercatores,qui plerunque aliorum mercatorũ abſentium ſine mandato negotia gerunt. Si igitur abſentis,& ignorantis negotia gerunt,& culpam, & dolum præſtare debent,& interdum etiam caſum,veluti ſi nouum negotium, quod non ſint ſoliti abſentes facere nomine abſentium geratur:vt puta venales nouitios emendo,vel aliquam negotiationem, quam dominus non conſueuit, vt vaſa vitrea.Nã ſi quod damnum ex ea re ſecutum fuerit,gerẽtes ſequitur, lucrum verò abſentes, quòd ſi in quibuſdam lucrum factum fuerit,in quibuſdam damnum,abſens compenſare lucrum cum damno debet, vt eleganter Iuriſconſultus ait in l.ſi nego.ff.de neg geſt.

SVMMARIVM.

1 *Merces venales in generali bonorum obligatione continentur.*

2 *Merces venales an in legato generali comprehendantur relati.*

3 *Merces venales in obligatione bonorum non continentur, vbi ad certum locum obligatio eſt relata quod declaratur.*

4 *Merces venales an in tacita hypotheca contineantur relatiuè*

5 *Pecunia aliunde habita, quàm à creditore, quòd veniat in generali bonorum obligatione, & quare pecunia quæ mutuò recipitur, non veniat.*

6 *Merces futuræ an veniant in generali mercium obligatione.*

7 *Merces ſi obligentur, quòd non propterea alienatio earundem prohibeatur:*

8 *Merces venales illæ dicuntur obligatæ, quæ reperiuntur apud obligantem tempore quo agitur, ſeu tempore, quo actio oritur, etſi mora poßit imputari creditori, quòd imputetur ſibi.*

1 RELIQVVM eſt, vt in materia contractuum quędam de hypothecis breuiter referamus. † Solent enim mercatores plerũque bona obligare. Fuit igitur quæſtionis, an in generali obligatione bonorũ merces venales contineantur? & pleriſque placuit contineri. Id enim Bald. ſenſit in l.tabernam.ff.de pigno mouit eum non inſubtilis ratio. Cùm enim merces ſpecialiter eſſet obligaturus,dicẽdum eſt venire:arg l.obligatione.ff.de pign. & conſiderat Bart.idem ſenſiſſe in l.generali.in §.vxori.ff.de vſu.lega.dum citat.l.pediculis.in § Labeo.ff.de auro & arg.& l.Iulianus.in princ.ff.de leg.3.& latè probat Alex.in l.ſi conſtante.num 27.ff.ſol.matr.vbi alios refert. & vide eundem Alexand.apud Bartol.in citata l. cùm tabernam. & pleniùs ſcripſit, ac idem probauit Neguſ.in tract.de pign.& Hyp in 2.mem.2.par.num. 14.& notauit apud Bart.And.Pom.in l.ſi conſtante. ſub nu.73.inquiens hanc ſententiam crebriorẽ, & idẽ ait Ioan.Crot.in repet.d.l.ſub num.82. & in ſecundis comment.ſub nume.103.& frequentioribus placuiſſe ſcripſit

ſcripſit Iaſ.in l.qui Romæ.in §.Calimachus.ſub num.
8.idque verius eſſe puto,quicquid Roman. Socin. ac
2 Bald.ſibi parum conſtantes dixerint. † Ex quibus lo-
cis quid in legato generali reſpõdendum ſit,colliges.
in quo adde Ioan.Dilec.in tract. de arte teſt. in titul.
de leg.cau. 19.tritico.& Matth.ab Afflict. deciſ.106.
quidam Petrus Paul.Par.conſ.86.circa, &c.nume.8.
3 volu.3. † Quod autem diximus in generali bonorum
obligatione, merces venales cõtineri, temperandum
eſt, niſi quis ad certum locum obligationẽ retuliſſet.
Verbi gratia, obligaſſet bona quæ in his domibus
ſunt: tunc enim merces venales, quæ non perpetuò,
ſed temporis cauſa accõmodantur, non veniunt.l.de-
bitor.ff.de pign.qui tex.certam hanc habuit interpre
tationem,vt patet ex comment.Bart. in dicto §.vxo-
ri.Bald.in l.cùm tabernam.& Alexan. ac Neguſ.in re-
latis locis.Planè ſi adiectum eſſet,quæ domi quoquo
modo ſunt, & venales merces includerentur ex men-
te Barto.in relato loco.Alexand.in conſi.118.in caſu,
&c.lib.5.nume.5.& Matth.ab Afflict.& Ioan.Dilect.
4 in citatis locis. † & quid iuris ſit in tacita hypotheca,
ſcripſit plenè quidem Ant.Neg.in d.tract.in 4 mem.
2.parti 5.num.216.& ſeq.

5 † Sciendum eſt etiam in generali bonorum obliga
tione pecuniam venire.l.cùm tabernam.in fi.ff.de pi-
gno.quod tamen intelligendum eſt in pecunia aliun-
de habita,quàm à creditore:idque indicat Iuriſcõſ.in
ver.ab alio. Cuius rei illa ratio redditur, quia illa pe-
cunia,quæ mutuo recipitur ab eo,cui bonorũ fit obli
gatio à debitore,accipitur, vt poſſit ſua negotia expe
dire. Abeſt igitur à veriſimili, quòd debitor velit in
generali obligatione includi, non enim poſſet ea vti
ſuorum negotiorum cauſa,ſi per creditorẽ poſſet im-
pediri, ſecundum Bald.vbi ſuprà, poſt Richard.Mal.
eod.tit.l.obligatione,& probat Rom.in ſing.605.ac-
cipio à te pecuniã,& pleniùs Neg.in tract.non ſemel
relato in 2.mem.2.part.num.12.& ſeq. & præceptor
meus Pau.Par.in conſ.50.num.24.& ſeq.vol.1.ex le-
ctura proceſſus,&c.

6 † Scio & illud quæſitum eſſe,an in generali merciũ
obligatione etiam futuræ merces veniant.& Soc.in l.
qui Romæ.in §.Callimachus.in 2.no reſpondiſſe non
venire.Placet autẽ mihi Neg.ſentẽtia in relato tract.
2.mem.par.2.num.17.qui inquit,venire,& ſententiã
ſuam non inſubtiliter defendit, & profectò Socin.ex
facti narratione in eod.§.Callimachus. haud rectè ad
propoſitæ quæſtionis ſolutionem argumentum ſum-
pſit, vt inquit Accur.in l.vni.in 3.interpretatione.C.
quando non pet par.& gloſ.in cap.auditis. in verb. ex
poſt facto.ad fin.de elect. quod & Iaſ. in eod.§.ani-
maduertit. ſubiungit Neg. in relato loco, ſub nu.22.
quod diximus admittendũ eſſe in illis mercibus, quæ
durante vita illius,qui obligauit,acquiſitæ ſunt.Con-
trà verò in illis, quæ poſt mortem obligantis ab eius
hæredibus ſunt acquiſitæ:illæ enim non comprehen-
duntur.Citat.l.cùm tabernam. in fi.prin.& Accur.eo.
in loco,in verb.obligata ac etiam Bart.qui temperat,
niſi hæres illas acquiſiuerit, explicando negotia cœ-
pta per defunctum.citat.l.furti in §.illud planè. & Ac
curſ.in ver.ſuccedit.ff.de his,qui not.infam.

7 † Denique & illud,quod ad declarationem prædi-
ctorum valde pertinet notandum eſt, quòd quando
merces obligantur, non propterea earundem aliena-
tio impeditur: tacitè enim actum videtur, vt poſſint
vendi,& alienari, ſecundùm Bald.in l.cùm tabernam.
ff.de pign.Vbi citat Iacob.de Aret.in l.vbi adhuc.C.
de iure dotium. & videbis Barto.in dicta l.ſi conſtan-
te.ſub num.73.& Neg.vbi ſuprà,nume.23. Sed vt eui-
dentior habeatur intellectus, placet Bald.ad verbum
referre in d.l.vbi adhuc.ſub nu.18.qui doctè quidem,
licet forſan abſque ſermonis elegantia, & diſpoſitio-
ne, in verba infraſcripta inquit: Pone, maritus erat
mercator pannorum,vel artifex artis lanæ, & poſt do-
tem receptam vendidit lanã,vel pannos.Mulier quia
vir ſuus malè fecit mercãtiam, & pro hoc incipit eſſe
de eo ſuſpicio,vult agere hypothecaria contra empto
res pannorum & lanæ,nunquid poterit?videtur,quòd
ſic per hypothecariam, vt hic in text. In contrarium
videtur,nam res venales, quæ quotidie permutantur,
non videntur venire in generali obligatione, ſcilicet
adeò,quòd vendi,& permutari non poſſint,vt.ff.de pi
gno.l.cùm tabernam.Sicut ego video,quòd qui legat
bona ſua.non legat res,quas habebat cauſa vendendi.
ff.de vſur.leg.l.generali.§ ſecuti. Dicit Iaco.de Aret.
8 † quòd illæ merces ſunt obligatæ,quæ reperiuntur a-
pud virum tempore,quo agitur,ſed illæ, quæ non re-
periuntur in ſtatione viri, quia ſunt venditæ, illæ non
ſunt obligatę,per d.l.cùm tabernam.ſecundùm Iaco.
de Aret magis videtur dicendum, quòd non inſpicia-
tur tempus iudicij, ſed tempus, quo actio oritur, vt
poſtquàm vir qui incipit vti malè ſubſtantia ſua, alie-
nat, poſſunt illæ merces per hypothecariam auocari
poſt emptionem ab emptore. Secus,ſi alienat antè,&
ita videtur dicendum in quolibet contractu, in quo
reperitur obligatio bonorum, & tene menti. Si hoc
eſt verum, ergo mercator, qui obligauit alicui bona
ſua puta obligatione, non poterit forum rerum vena-
lium tenere, nec artem ſuam exercere, quod videtur
abſurdũ,& ideò videtur dicendum, ꝙ ſi mora poteſt
imputari creditori,quòd imputetur ſibi tacitè:& hoc
videtur actum ex qualitate perſonarum, per d.l cùm
tabernam,quod eſt valde notandum. Tunc ergo for-
mo tibi quæſtionem, Nunquid in illo momento tem-
poris,quo iſtæ res ſunt apud mercatorem,ſint obliga-
tæ?certum eſt quòd ſic. Quomodo ergo eximũtur ab
obligatione?reſpondeo, quia aliæ res de nouo acqui-
ſitę loco illarum rerum ſubrogantur,eſt enim merca-
tura quoddam corpus vniuerſale,vbi vna res ſubroga
tur loco alterius.ff.de leg.2.l.Imperator.§.fin.cum l.
ſeq. Hactenus Bald.in relata verba cuius ſententiam
confirmabis ex his,quæ Neg.in non ſemel relato ſcri
pſit.ſub nume.23.& ſeq.& circa id quod inquit Bald.
poſtquam vir incipit malè vti ſubſtãtia ſua actionem
vxori competere.His addes, quæ dicemus in tract.de
decoctoribus.in 5.part.num.52. Illinc ergo aſſumes,
quæ ad hunc locum pertinent.

Finis Tituli Mandati.

CLA

CLARISS. IVRISCONSVLTI BENVENVTI STRACCHÆ PATRITII ANCONITANI.

Sponſionum Tractatus.

AMBROSIVS NICANDER TOLET. AD LECTOREM.

Cuncta nitent poſita hîc emblemate vermiculato,
Nulla hîc emenda, locum nec ſibi Momus habet.

BENVENVTVS STRACCHA ASCANIO A CHRONEA, Viro Illuſtri S. P. D.

PERSÆPE *mihi cogitanti, quid potiſſimùm agerem, quo me tui amantiſſimum cognoſceres, illius temporis in mentem venit, quo obitu Paul. III. ſede vacante tumultuario exercitu turbatam Marchiæ prouinciam, & conſilio, & armis pacatam, atque quietam ſiue cuiuſquam iniuria illicò reddidiſti, & vulgi, & non obſcurorum virorum diuerſæ, ac variæ opiniones fuere, quis ad pontificatus apicem tolleretur, compluréſque (vt moris eſt) ſponſiones factæ ſunt. Nobisque ex ſententia ſucceſsit, vt auunculus tuus Iulius III. cunctis ſuffragijs ſummus Pontifex crearetur, qui conſilio, & virtute Reip. Chriſtianæ iamiam lapſuræ conſuleret. Quapropter tractatum hunc de ſponſionibus conſcripſi, quem tibi dedicandum putaui. Accipe igitur qua ſoles humanitate, & comitate munuſculum noſtrum, & legito, intelliges enim ſi quid errati ſit, & corrige. Nam & fortiſſimum Imperatorem te omnes prædicant, & iuſtiſſimum atque doctiſſimum virum innumerabiles gentes, & præſertim Anconitani norunt, vt & illud ſæpius admiratus ſim in forenſibus quæſtionibus, & quidem arduis, quid optimum factum ſit, quidve ſacratiſsimis legibus caueatur, ſtatim naturali æquitate, & ingenij acumine rectè diſpexerit. Diciq́ue de te illud verè poteſt, quod in veteri eſt adagio, In toga, & ſago clariſsimus. Puto etiam tibi lucubrationem noſtram gratam fore, cùm & Romæ, & Anconæ præcipuè inter mercatores ſponſiones huiuſmodi frequententur, quæ ciuitas à te olim Tribuno militum optimo, & iuſtiſſimo, & pace, & ſumma iuſtitia fuit gubernata, vt tam aduenæ, Anconitani viri te non immeritò ament, colant, quam & ad cœlum ferant: noſter tamen tractatus, poſtquam cùm legeris, non tam ex ſe gratus ſit, quàm à cliente tui amantiſſimo proficiſcitur, qui tuendæ & amplificandæ dignitatis tuæ, & rebus, & laribus, & ſepulchris (vt aiunt) auitis carendum habeat, Vale.*

CLARISSIMI IVRISCONSVLTI BENVENVTI STRACCHÆ Patritij Anconitani, Sponſionum Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Sponſio Ancone vernacula lingua dicitur ſcommeſſa, & quid ſit ſponſio varijs authoritatibus probat.*

2 *Sponſio pulchra, & memorabilis inter Cleopatrã & Antonium, ex loco Plinij.*

3 *Sponſio vulgò dicitur Guadia, ſecundùm Azonem.*

4 *Sponſio quid ſit ſecundùm Alcia.*

5 *Sponſiones recentiores Iuriſconſ. ſub generali vocabulo conuentionis appellant.*

6 *Sponſio appellatur alio vocabulo conditio, per Alexandrum.*

7 *Iudices ſponſionum recuperatores appellabantur.*

8 *Sponſionis cauſa ſi res depoſita eſt apud arbitrũ, vt detur ei qui vinceret, vel ſi non pareatur ſententiæ, arbiter cogitur dicere ſententiam.*

9 *Sponſione contendere, & ſacramento vincere, quid eſſet, remiſſiuè.*

10 *Sponſio appellatur, etiam quæ per ſponſi interrogationem fit, & omnis ſtipulatio, & promiſſio.*

11 *Sponſor eſt, qui non rogatus pro alio intercedit.*

DEI OPTIMI MAXIMI inuocato auxilio.

TRACTATVS de ſpõſionibus quàm quotidianus frequenſq; ſit, nemo eſt profectò, qui neſciat. Verùm pauci ſunt qui vim, ac poteſtatem verbi nouerint, quíve ex noſtratib. ſcripſerint. Cum ergo in ſingulos dies circa has ſponſiones mercatores verſari viderim, pleniùs quæ ad has ſpõſiones ſpectant, attingemus, vt admonet Iuriſconſ. in l. legaui. ff. de lib. leg. Primum enim de ſignificatione vocabuli aliquid referemus. Deinde quot ſponſionũ ſint genera, declarabimus, & vbi euidentiſſimè conſtabit quomodo fiant. Tum an in omni cauſa ſpõſiones fieri liceat, oſtendemus. Poſtea quæſtiones complures ſubiiciemus. Ad extremum quomodo agendum ſit, & de actionibus ex ſponſionibus orientibus quàm bre-
1 uiſſimè diſſeremus. † Circa primam ſpeciem de ſignificatione vocabuli, ſponſionis verbum, quod quibuſdam forſan noſtræ tempeſtatis Iuriſconſultis incognitum eſt, Id propriè eſt, quòd vernacula lingua Anconæ, vnde mihi origo eſt, ſcommeſſa nuncupatur, indicant varia, & diuerſa Ciceronis loca, ſed pauca eferre contentus ſum. Locus Ciceronis in oratore pro Cecinna pulcher eſt. Cecinna enim de fundo vi armata deiectus fuit ab Eubutio, P. Dolabella Prætor interdixit, vt eſt conſuetudo, de vi hoſtibus armatis ſine vlla exceptione tantùm, vt vnde deieciſſet, reſtitueret, Cecinna autem ſe planè reſtitutum eſſe negabat, facta eſt ſponſio, ni Cecinna reſtitutus edicto prætoris eſſet. Hinc Cicero negans deiici, niſi qui poſſideat, oſtendo, ex hoc interdicto de armatis hominibus, qui poſſit oſtendere non poſſediſſe eum, qui deiectus ſit, condemnari tamen ſpõſionis neceſſe eſt, ſi fateatur ſe deiectum eſſe. Extat etiam locus apud Ciceronem, in oratione pro Quintio, & eiuſdem in 3. offic. & in Verrem actione 4. complura loca doctiſſ. vit Bud. & qui in iure noſtro multa nobis reſtituit in ann. ſuis in Pandectas, citat pag. mihi 32. & ſequent. &
2 pag. 37. † & ſi alia Cicer. loca malueris, vide in obſeruationibus in eum, in verſ. ſponſio, & ſeq. & illam non ignores, quam ad Trebatium Iuriſconſultũ ſcripſit Cicero epiſtolarum familiarium lib. 7. Pulchram tamen, & memorabilem illam ſponſionẽ inter Cleopatram, & Antonium, de qua Pli. lib. 9. cap. 35. referre non ab re erit, vt verbi ſignificatio clarius eluceſcat. [Duo maximi Vniones fuerunt per omne æuũ, vtrũque poſſedit Cleopatra Ægypti Reginarum nouiſſima, per manus Oriẽtis Regum ſibi traditos, hęc cum exquiſitis Antoniũ quotidie ſaginaret epulis, ſuperbo ſimul, ac procaci faſtu, vt regina meretrix lautitiã eius omnem apparatumq́ue detrectans, quærenti ei quid aſtrui magnificè poſſet: Reſpondit, vna ſe cœna centies ſeſtertium abſumpturam, cupiebat diſcere Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur, ergo ſponſionibus factis poſtero die, quo iudicium agebatur, magnificam alias cœnam, ne dies periret, ſed quotidianã Antonio appoſuit irridenti, computationemq; expoſtulanti. At illa corollarium id eſſe, conſumpturam ſe ea in cœna, taxationem confirmans, ſolamq́ue ſe centies ſextertium cœnaturam, inferri menſam ſecundam iuſſit, ex præcepto miniſtri vnum tantùm vas ante eam poſuêre aceti, cuius aſperitas viſq; in tabem Margaritas reſoluit, gerebatq; auribus tum maximè ſingulare illud. & verè vnicum naturæ opus: itaq; ſpectante Antonio quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit: iniecit alteri manum. Lucius Plancus iudex ſponſionis eius, cum quoque paranti ſimili modo abſumere, victumq́; Antonium pronuntiat,] hactenus Plinius, ſed ne nobis Iuriſconſultorum & noſtratium authoritates deeſſe videantur, ſciendum eſt, & l. Titia, & Publicia, & Cornelia, Sponſiones facere licuiſſe, refero ergo Paul. Iuriſconſ. verba in l. ſolent. in §. ſenatuſconſultum, cum ll. ſequen. ff. de aleato. Senatus conſultum vetuit in pecunia ludere, præterquam ſi quis certet Haſta, vel Pila, iaciendo, vel currendo, ſaliendo, luctando, vel pugnando, quæ virtutis cauſa fiunt, ſequitur Mar. Iuriſconſ. quibus rebus ex l. Titia, Publicia, & Cornelia, etiam ſponſiones facere licet, ſed ex alus, vbi pro virtute

virtote certamen non fit,non licet. Eſt & pulcherri-
mus locus in l. ſi rem,in §.ſi quis ſponſionis.ff.de pr-
ſcript.verb. Meminit & huius vocabuli maximus le-
gum interpres Azo in rub. C. de re. & ſumpt. fun. &
3 aleæ lu.&c.numer.4.ait enim. † Item & approbatur
ſponſio, quæ vulgo dicitur *Gaudia* facta in caſib.per-
miſſis virtutis cauſa,vt ff.de ale.l.ante §. vltimo. & l.
pen & l.vlt.in princ. aliàs autē ſi ludatur in ludo pro-
hibito,non tenet ſponſio.Hæc ille.Quem refert Par.
de Put.in tract.de ludo,num.14.tomo 9.& complu
res ſponſiones licèt hoc vocabolo non vtantur, enu-
merant Dd.noſtri in l a Titio.ff. de verb. oblig. & in
l.cùm ad præſens ff.ſi cer. pet. nec etiam huius verbi
ſignificatio præterit Alc qui in l.ſponſio. ff. de verb.
4 ſignif.ait,† ſanè & alio ſignificatu ſponſio accipitur,
nimirū cùm quis interpoſita ſtipulatione pecuniam
promittebat, ne ita eſſet ſicut affirmabat: quo ſenſu
apud Ciceronem,Quintilianum,Valeriū Maximum,
cæteroſq; veteres vtique capitur,citat tantum l. ſi rē.
ff.de præſc.verb. nec omittendum eſt,quod recētio-
5 res Iuriſconſ.noſtrates huiuſmodi † ſponſiones gene-
rali vocabulo conuentionis appellant,ſeu promiſſio-
nis,vt patet ex commentariis Deciſ.in l.cum ad præ
ſens ff.ſi cert.peta.& Iaſ.in l.a Titio, ſuprà citata, &
ex deciſ. Matth.de Affl.369. ſuper dubio & veritatis,
6 amicus † ac maximi iudicij vir Alex. ibidem condi-
tionem appellat, dum inquit frequentant etiam Flo-
rentini aliam ſimilem conditionem, & forſan nouo,
& non inelegangi vocabulo eſt vſus, pro quo illud
Teren.in Andria:[Accepit conditionē, dehinc quæ-
ſtum,] de quo verbo videbis etiam Andr. Tiraquel.
in comm.de vt.re.pag.896.& ſeq.num.76.ſed & ad-
des quòd ſi quis ſponſionem diuinationem appella-
ret,fortè non erraret:erant autem,& iudices ſponſio-
7 num,qui & recuperatores appellabantur,† vt ex cita-
tis locis per Bud.apparet,& maximè Quintiliani,quia
& coram illis depoſitum recuperabatur, ſed & ſi res
8 apud arbitrum depoſitæ eſſent, † eo pacto, vt ei da-
rentur,qui vinceret,vel ita, res daret ſi non pareatur
ſententiæ,ſententiam dicere arbiter cogebatur.l.liti-
gatores.§.quid ergo.ff. de arbit. gloſſ. in d. §. ſi quia
9 ſponſionis. † Et quid eſſet ſponſione contendere,&
ſacramento vincere, habes ex Budæo in citatis locis,
ea Alciat in l.pecuniæ.§.actionis verbum.ff.de verb.
10 ſignif. † Sponſio etiam appellatur, & quæ per ſponſi
interrogationem fit, & omnis ſtipulatio promiſſió-
que:vt inquit Iuriſconſultus,in l. ſponſio. ff. de verb.
ſignificat,eſt & ſponſor, ſecundum Accurſium in au-
thentica,de fideiuſſoribus,in verb.fideiuſſorem, qui
non rogatus pro alio intercedit. De quo vide Alcia-
11 tum,in citata lege,† & Marſilianum,in repetitione de
fideiuſſoribus, & de ſponſoribus,vide Alciatum, in
parer.lib. 1.c.2.& hæc de ſignificatione vocabuli di-
xiſſe ſufficiat.

SECVNDA PARS.

Quot ſint genera ſponſionum & quomodo fiant.

SVMMARIVM.

1 *Sponſionum tria ſunt genera.*
2 *Sponſio fit depoſitis pignoribus penes tertium.*
3 *Sponſio fit interpoſita ſtipulatione, & reſtipulatione,& ibidem exempla plura.*
4 *Sponſio fit, cùm alter ex contrahentibus, alteri decem tradit interpoſita ſtipulatione, ni ita erit,duo tanta,aut tria tanta reſtituat.*

1 SPONSIONVM † autem ex his, quæ
2 frequentantur,tria ſunt genera. † Al-
terum, quod depoſitis pignoribus fit
penes tertium:de qua in l.ſi rem, in §.
ſi quis ſponſionis. ff. de præſ. ver. &
notat gloſſ.in l.ſi oleum,in ver. præſcriptis verbis. ff.
de dolo.& habes ea citatis authoritatibus de qua etiā
Poëta in Bucolicis ſenſit,*Depone:tu dic mecum, quo pi-*
3 *gnore certes.* † Alterum ſponſionis genus interpoſita
ſtipulatione, cùm quis certam pecuniam promitte-
bat,ni ita eſſet,vtputa,Titius ſtipulatus eſt à Seio, ſi
qua mihi nupſerit, decem dotis nomine dare ſpódes.
Reſtipulatur Seius à Titio,ſi non nupſeris, decē dare
ſpondes. Item aliud exemplum, ſi quis à me decem
petierit,tot dare ſpondes,reſtipulatur vt ſuprà:habes
plura exempla in d.l.à Titio. Item aliud, ſi Rex Par-
thorum viuit, de quo in l.cùm ad præſens. Ex quæ-
ſtionibus etiam,quas infrà ſubiiciam, de hoc genere
ſexcenta habebis exempla,& apud Valer.lib. 2.legi-
tur pertinaciùs progreſſa contentione Valeriū ſpon-
ſione Luctatium prouocaſſe, non ſe petiturū Trium-
phum,ni ſuo ductu pecunia claſſis eſſet oppreſſa, nec
dubitauit reſtipulari Luctatius, itaque iudex cōuenit
4 inter eos Attilius Calatinus. † Tertium verò genus
ſponſionum eſt, cùm alter ex contrahentibus alteri
finge decem tradit,interpoſita ſtipulatione,vel pacto
inito,ni ita erit,duo tanta reſtituat,vel ſi inæquali cō-
ditione fiat,ſponſio tria tanta, aut quatuor tanta, aut
ſexcenta tanta,& ne res exemplis egeat,finge,cōten-
tio erat ſede vacante inter me, & Titiū ſuper electio-
ne Summi Pontificis(vt plerunque aſſolet.) Dicebāt
enim Io. Ma. Car. à Monte Pontificem creatum iri,
negabat Titius, dedit mihi ducenta, & ſtipulatione
conuenimus,vel pacti ſumus,vt mea ducanta eſſent,ſi
crearetur Ioan. Ma. Si verò alium Cardinalem eligi
contingat,ducenta reſtituere, & alterum tantum da-
re promiſi. Finge etiam in proximè relatis exemplis,
& in quæſtionibus proponendis. Sed belliſſimè quæri
poteſt, ſi pacto nudo fieret ſponſio, præmittendum
duxi,vt euidentior propoſitæ quæſtionis,& ſponſio-
num habeatur intellectus,ſi quis ſine cauſa ab aliquo
fuerit ſtipulatus,deinde ex ea ſtipulatione experiatur,
vtique doli mali ei nocebit exceptio.l. 2.in §.circa.ff.
de do.except. Quod etiam de iure Pōtificio in pacto
ſine cauſa procedit,vt effectum non conſequatur, ſe-
cundùm Bald.in l.petens.C.de pact.Io. Bapt. de ſan-
cto Seuerino in tract.de pact.q.13.num.penult. Iaſ.in
l.Iuriſgentium.in §.ſed cùm nulla.ff.eod. quæ regula
variis,& diuerſis modis declaratur.

Quòd ſi ſcire malueris loca infrà deſcripta, leuādi
laboris gratia,cumulatè videre poteris Alex.cōſ. 195.

in 5.parte,& conſil.113.volum.1.Soein latè conſ.96. colum.5.viſo proceſſu,vol.1.Iaſ.in conſ.84.volum.3. conſideratis,&c.col.penult.vbi Ioan. Andr. notabile dictum refert. Dec.conſil.682. num.4. Matſ. ſingul. 482.Ioan.de Ami.conſil.129.oritur. Cuius ſententiam conſidera,& gloſſ.in fin.l.1. de interrog. actio. addo Bald.in l.nec apud de hæred.inſtit.Dec. conſil. 351. libr. 5. & inter mercatores ipſos ſine cauſa promiſſionem factam non ſortiri effectum, conſuluit Mar.Man.conſ.12.intellecta,&c. Declaratur etiam dicta regula ad rem noſtram, vt cōditio ipſa in ſponſione adiecta pro cauſa habeatur, & de alia cauſa curandum nō ſit:ſuccedit enim,cùm extiterit loco cauſæ,vt probatur in l. à Titio. & in multis iuribus ibid. per Dd. citatis,& inter alia Iaſ. citat text. in l. ſi quis cum debitore.ff de iure. quem habuit ab Angel. in l. cùm ad præſens.In illis verbis, eſt enim iuſta conuētio,ſi qualibet cauſa in conditione iuriſiurandi deducta fuerit,& legito Paul.in ea.l.ſi quis cum debitore. Et notandum eſt prædicta vera eſſe, etiamſi conditio propriè dici non poſſit:vt in illa,quæ præſens,vel præteritum tempus reſpicit: licèt enim propriè non ſit conditio:pro cauſa tamen habetur,vt in exemplo Iuriſconſ.ſi rex Parthorum viuit,de quo in citata l.cùm ad præſens. Idque à Doctoribus in iiſdem locis eſt receptum, ſubdens prædicta procedere, non ſolùm quando ex conditione completa aliquid adeſt promiſſori,vel ſtipulatori, vt in l. Labeo ſcribit,ſi mihi bibliothecam.ff.de contrahen.emptio.& l.hoc iure. §.1.ff.de donat.Sed etiam, quando exiſtente conditione,nihil adeſt ſtipulanti,& nihil promittēti, & ſic conditionis euentus nullum affert cōmodum, comprobat Ang. tum in dictis ll. tum etiam in l. ſi intra. circa fin.ff.de pact.aſſentitur Iaſ vtrobique, & maximè in l.à Titio.ſub num.4.quod etiam accuratiſſimi Ingenij vir Fran.Aret.ibidem non improbauit,ſtipulantium enim intereſſe accipimus,quod voluntati ipſorum ſatisfiat ſecundum conditiones in ſponſionib. deductas.His igitur ſic præmiſſis in propoſita q.ſcribit Ang.in citata l.cùm ad præſens, conditionem in ſponſione adiectam,non ſolum pro cauſa,verùm etiā (vt ipſe dicit) pro implemento haberi, vt exiſtente conditione,ſeu manifeſtata veſtiatur,& idem, & Bal. & Ang.in citata l.ſi intra,ſenſère,& vide eundem Bal. in l.quoniam.C.de rerum permut. Iaſ. verò in l. cùm ad præſens.in l.à Titio.ac in l. iuriſgentium.in §. ſed cùm nulla.num.26.contra ſenſit,citat Bald.in l. cùm inter in penul.col.de elec.declarando dicētem,quòd licèt vbi ſtipulatio fit ſub conditione, conditio pro cauſa habeatur(vt diximus) ſecus tamen eſt in pacto nudo.Si enim pactum nudum ſub conditione fit, illa conditio nec habetur pro cauſa,nec pro implemēto. Citat eundem Bald. in c. cùm Ioannes. de fide inſtr. comprobat ipſe,quia duo ſingularia circa idem concurrere iura prohibent l.1.in fin.tum gloſſ.C.de dot. promiſſ.gloſſ.in l.cùm poſt. in §. gener. de iure dot. Sed in pacto nudo duo ſingularia concurrerent. Primum, quòd implementum conditionis habeatur pro cauſa. Secundum, quod veſtiat pactum nudum, quæ ratio ceſſat in ſtipulatione ſine cauſa,facta tamen ſub conditione,quoniam alterum tantùm ineſt, quod.ſ. euentus conditionis habeatur pro cauſa. Hactenus Iaſ.quem videas,oro. Mihi autem in hoc iuris articulo admodum nouo,cogitanti, de iure dicēdum videbatur.l à Titio.& l.cùm ad præſens.in reciproca promiſſione, & ſic in ſponſione, de qua agitur, propriè non loqui,& citatos Dd.ibidem. Vnde ergo in hac q. omnium ſponſionum tractatum inſpicere bene eſſe putaui, & plures facti ſpecies conſtituere, In quibus omnibus quæritur, quæ obligatio, quæúe actio naſcatur.

Aut enim ad ſponſionem venimus,pignoribus datis vt in primo genere ſuprà explicato, & reſponſum in hoc genere habes Iuriſconſ.in l.ſi rem.in §. ſi quis ſponſionis.ff.de præſc.verb.

Aut in tertio ſponſionum genere verſamur,de quo diximus ſuprà, cùm alter ex contrahentibus decem Mæuio dat,ni ita erit, recepturus in facto contrario fortè duo tanta, & interuenit ſtipulatio, & hoc caſu ſtipulatio in contractu innominato,meo quidem iudicio eſt interpoſita, vnde recipit regulam ab innominato contractu.Ex ſtipulatu igitur ſi incertum deductum eſt,vel certi condictione ſi certū ad id, quod intereſt,agendum eſt.l.cum mota.C.de tranſ.quæ lex hanc interpretationem certam,& receptam habet,vt patet ex commen.Dd ibidem, maximè Iaſ. ſub nu.5. & Deciſ.ſub nu.4.iuncta l.naturalis.in §.1.ff.de præſ. verb. Sed ſi ſtipulatio in eodem genere ſubdita conuentioni non eſt,quoniam dixi contractum innominatum iudicandum eſſe, Præſcriptis verbis ſimiliter in id,quod intereſt,datur,vt in l.cum mota.& l.naturalis.§.1.vbi Bar.Paul.& Iaſ.commentarios legito,libellum præcipuè inſtituendi cauſa.

In ſecundo verò ſponſionis genere,vbi finge ſtipulatus eſt Seius à Mæuio decem ſibi dari,ſi nauis intra Calendas Sextilis portui Anconæ ſe applicuerit, & reſtipulatus eſt Mæuius ſub contraria conditione tātundem ſibi à Titio dari,agi quidem certi condictione,vel ex ſtipulatu iuxta traditam à nobis diſtinctionem,nemo dubitat, & ſi nudo pacto ſubiecta ſit ſtipulatio placiti ſeruandi cauſa.l petens.C.de pact.l.ex placito.C.de rerum permut.

In propoſita verò facti ſpecie,vbi nil datum, receptúmve eſt, ſtipulatioque ſubdita non eſt, ſed nudo pacto inita eſt ſpōſio,dicebam in curia mercatorum huiuſmodi exceptionem,quòd nō interuenerit ſtipulatio,obiici non poſſe.Quæſtiones enim ex bono, & æquo tractandæ ſunt,& ex nuda pactione agitur, idq; ſenſit Bart.in l.Quintus Mutius.ff.mandat.Dec.cōſ. 8.num.3.& conſ.107.In cauſa & conſ.421.num.17. Et generaliter in locis eccleſię ſubditis idem eſſe crederem,cùm ex pacto nudo de iure Pōtificio agi poſſit,vt in c.1.de pact. vbi latiſſimè Dd. bonus text. in c.1.de probat. & vide ad prædicta Iaſo in l. iuriſgentium.in §.ſed cùm nulla.ff.de pact.Seue.in tractat.de pact.verſic.decimotertio quæro. Aut ſumus in locis Imperatoris ditioni ſubiectis, & inter laicos, & non mercatores,& quod agi poſſit ex pacto huiuſmodi,ex quo conditio eſt,loco cauſę mouet,quia reciprocum eſt pactum. Reciproca autem promiſſio eſt in cauſa, vt multa,quæ ſimpliciter non tenerēt, de iure valeāt, idque ex ſexcentis Doctorum locis tibi conſtiterit, quos vide relatos per Iaſonem,in l.ſi pater puellę.C. de inofficioſo teſtam.Mar.conſ.106.num. 10. & ſeq. & ſing.231.pactum,idque ex eo comprobatur,quòd in huiuſmodi reciproca conuentione deliberata voluntas deprehenditur.Ego tamen Iaſ.ſententię aſſentior, vt ex huiuſmodi ſponſione in propoſita ſpecie agi non poſſit, quod & ſacrum conſilium Neapolitanum ſenſiſſe crediderim,vt in deciſio Matth.de Aſſl. deciſ.389. ſuper dubio, &c. refert enim ſponſionem quādam factam,cui obiiciebatur inter alia,quòd erat facta nudo pacto, quod non obſtare dicebat, ex eo, quòd fidem ſibi contrahentes aſtrinxerant, & dederant, quæ fides vim iuramenti obtinet, vt notatur in c.penultim.de iure. & ex pacto nudo cum iuramento

oritur actio, vt dicunt Dd. in l. iuriſgentiũ. in §. quinimò. ff. de pact. & Salic in l. legem. C. de pact. Hæc ille. Ex quibus verbis innuit Afflict qui articulum primoribus (vt aiunt) labris attigit, ſi contrahentes ſibi fidem non aſtrinxiſſent, ex ſponſione nudo pacto facta agi non poſſe, non tamen prætereundum duxi, ne te Afflict. decipiat, magis frequenter Doctorum ſententia receptum eſſe, vt ex pacto nudo etiam accedente iuramento agi non poſſit. Non enim (vt ipſi dicũt) pactum nudum iuramento veſtitur, vt actionem pariat. Id enim in liberto tantùm ex cauſa conceditur, vt in l. iuſiuran. ff. de oper. libert. & quòd errauerit Matth. de Afflict. liquet tibi ex his, quæ habentur per gloſſ. Bart. & alios in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. & varia ac diuerſa Dd. loca citat Iaſon in l. ſi quis maior ſub num. 23. C. de tranſact. & ibidem Franc. Cor. ſub numer. 33. & ſeq. & hi tandem crebriorem ſententiam contra Afflict. teſtantur, & adiid etiam, quod cõparat Afflict. iurare, & fidem præſtare, vide eundem Curt. vbi ſuprà, ſub num. 27. Sed vt redeamus, vnde digreſſa eſt oratio. Me enim non ſolùm citatæ authoritates, & adductæ rationes mouent, verum antiquorum loca. veteres enim ſtipulatum Valerium, & Luctatium reſtipulatum, dicebãt. Nec legi regulam, quæ eſt pactum nudum, obligationem nõ parere in huiuſmodi facto limitatam, ergo ab ea non eſt recedendum, vt per Bartol. in l. quoties ff. ſi quis caut. & Decĩſ in reg. 1. ff de regul. iur. & Iaſ. in conſ. 16. col. 2. vol. 3. videretur, quod remouet etiam id, quod de reciproca cõuentione diximus, & tolli videbatur etiam ex l. ex placito. C. de rerum permutat. & quoniam de laicis diximus, in clericis dic, vt per Seue. in loco ſuprà citato, iunctis his quæ ſcripſit Decius conſil. 215. & diſtinctionem prædictam notandam, & probandam puto. Ex quibus habes, quomodo fiant ſponſiones: & euidentiùs liquebit ex quæſtionibus proponendis. Et ſi placet antiquitatis nihil etiam ignorare, quomodo .ſ. veteres facere conſueuerint, legito Budęi relata loca. Illudq́; ſolum placet referre, quod ait in verba infraſcripta: Fiebat autem ſponſio interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is, qui ſponſione vinceretur, & corã recuperatoribus, aut iudice diſceptabatur, erat autem decima pars rei controuerſæ in cauſis priuatis, in publicis autem quinta, apud Græcos, auctore Polluce, & aliis ſcribentibus, pœna .ſ. temerè litigantium.

TERTIA PARS.

An in omni cauſa ſponſiones fieri liceat.

SVMMARIVM.

1 *Sponſiones ſecundùm Azonem & Roſ. fiunt, vbi certamen eſt, pro virtute, vel veſcendi gratia, non aliter.*

2 *Sponſiones ſecundum Iureconſult. generaliter fieri poſſunt in cauſa honeſta: in inhoneſta verò fieri non licet: idq́; probat multis modis.*

3 *Interpretatio ad l. quibus rebus. ff. de alea lu. & alea.*

4 *Ludus alea declaratur quid ſit.*

5 *Mart. Silmanus maximus Iuriſconſultus, dicere conſueuerat illas ſententias tenendas eſſe, quas prudentes commendant.*

6 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*

7 *Inhoneſta cauſa ſeu conditio, quæ in ſponſione adijcitur, quæ ſit, generaliter declaratur.*

CIRCA tertiam ſpeciem, an ſponſiones in omni cauſa fieri liceat? videbatur prima frõte tradita regula per Iuriſconſultum in l. ſolent, in §. ſenatuſcõſultum, iuncta l. ſeq. ff. de aleat. vbi pro virtute certamen non fit, ſponſiones fieri non li-
1 cere. † Si quis igitur haſta certet, vel pila, iaciẽdo, vel currendo, vel ſaliendo, luctando, vel pugnando, virtutis cauſa iure facit permittendo, & pecunia ludere his rebus poteſt, & ſponſiones etiam facere, ſed ex aliis vbi pro virtute certamen nõ fit, de iure nõ licet, quod & Azo. intit. de religio. C. ſub num. 4. ſenſit, dum inquit, approbatur ſponſio, quæ vulgò dicitur *Guadia*, facta in caſibus permiſſis virtutis cauſa: vt ff. de alea. l. 1. ante. §. vltimo. & l pen. & l. vlt. in prin. Roſ. etiam lib. de libellis, in quarta parte, ſub rubr. de Senatuſc. cuius vim non habemus, quod prohibet ludos ſeu pignora ludi. Azo præceptoris ſui ſententiam defendẽdo clariùs idem probat. Ait enim inueniri, & aliud Senatuſconſultum, cuius vim non habemus, eſtq́; vtile; & habet locum frequenter: multi enim ſunt ita faciles, vt aliquando aliquid affirment, & ſit qui neget, deinde progreſſa contentione deponunt pignora, & ſe ad ſponſionem prouocant, vnde fit vt plerunque depoſitum pignus amittant, qua de re Senatuſconſultũ prohibuit pecunia ludere, & ſponſiones facere, id eſt pignora deponere ſiue pecuniam, quod verbum latè ſumitur. l. 1. C. de conſtit. pecu. Vetuit ergo S. C. actionem dari, niſi in dictis caſibus, virtutis, ſcilicet oſtendendæ gratia, & veſcendi, hæc in ſumma Roſ quem ad verbum refert Paris de Put. in tract. de ludo, num. 34. & ſeq. tomo 9. pro quorum ſententia videas Paul.
2 in l. ſi cum debitore. ff. de iur. † Ego tamen puto cum Iuriſconſulto in l. ſi rem in §. fina. ff. de præſcript. verbis, concludendum eſſe, in honeſta cauſa ſponſiones fieri licere: at in inhoneſta non licere. Non obſtat l. quibus rebus, ſuprà citata, quæ omnes ſponſiones hodie vſitatas interturbare videtur, nã iudicio meo lex illa interpretanda eſt ſecundùm titulum, iuxta l. Im-
3 perator. ff. de in diem addict. † vt in ludis ſponſiones tantùm liceat facere, vbi certamen virtutis cauſa fit, & in l. quod in conuiuio. in aliis autem ludis, vbi certamen non fit pro virtute, non liceat indicat verbum, in pecunia ludere, poſitum in §. Senatuſconſultum, & Iuriſconſult. declarando ſubſequitur, quibus rebus, &c. Vnde illud verbum, ſed ex aliis, non generaliter eſt accipiendum, ſed relatiuè ex aliis, ſcilicet ludis, vel ex aliis rebus ſuprà expreſſis, videlicet currendo, luctando, ſaliendo, &c. quod item eſt, licet fortè ali-

 quis,

quis,interpretatio data l.quibus rebus, ex eo peruer-
4 titur,quoniam ludus aleæ, † dicitur omnis ludus,qui
viribus fortunæ innititur, vt inquit Azo,vbi ſuprà. &
refert,ac probat Paris de Put. in prædicto tractat. de
ludo,num. 4. Vnde inferri videtur ſponſiones, quæ
viribus fortunæ innituntur, fieri non poſſe. Ad quod
argumentum ex eo reſponderi poſſe reor, quòd lu-
dus in factis dicitur: idque patet ex diffinitione poſi-
ta per Seue.in d.tractat.in princip.poſt Maria.in cap.
inter dilectos,de exceſſ. prælat. inquit enim: Ludus
eſt per actum facti delectabilis, quandoque virtutis
gratia parati,quandoque lucri,quandoque voluptatis
tantùm ceſſatio à negotiis. Sed in huiuſmodi ſpõſio-
nibus non eſt factum,ergo,&c. Nec mouere quem-
quam debet in ſponſionibus, quæ fiunt pignoribus,
factum interuenire, quoniam illud eſt momentaneũ,
& non iterabile,prout in ludis. Et cùm non fiant ſe-
cundùm ludorum ſtaturam,admittendæ videntur, &
prædictum reſponſum ſenſiſſe videtur Paris de Put.
licèt non explicet,& declaret,vt ſuprà,ait enim in ci-
tato loco.l.quibus.de aleat.non probat. quod inquit
Roſ.ſed Iuriſconſ. voluit in caſibus, quod in quibus
ludere non licet, facere ſponſiones etiam non liceat,
non autem quòd voluerit prohibere pacta ſub condi-
tione caſuali,vel miſta: licet dictæ conuentiones vi-
deantur aliquid ſuperſtitioſum ſapere. Addo, quod
Seue.in tractat. ſæpe dicto ſcripſit in hæc verba, ſub
num.25.Paul.de Caſtr.in l.ſi quis cum debitore, ſpi-
ritum & Roſ.mentem habuiſſe videtur ſponſiones in
his, quæ fortunæ committuntur, facere non licere.
Ego verò ſyncerè dico,& credo l.quibus,noluiſſe ve-
tare ſponſiones,vt Roſ.ait, ſed opinor quòd Iuriſcõſ.
velit in caſibus, in quibus licet ludere virtutis cauſa,
liceat etiam ſponſiones facere, non autem voluerit
pacta,& ſtipulationes ſub conditione caſuali vel mi-
ſta prohibere, & fatetur quid ſuperſtitionis cõtinere.
Subdit pro comperto non habere propter authorita-
tes Azon. Roſ. & Paul. & forſan. à ſapientibus ſpon-
ſiones non laudare, & gratum ſibi fuiſſet ſapientes
laicos conſulere:quoniam,vt dicit Ioan.And. in add.
Specul.in tit.de tut. §.generaliter, in addit. incipien-
5 te,placuit,ver.memor.Marſil.Sillima. † qui fuit ma-
ximus Iuriſconſ. dicere conſueuerat illas opiniones;
vel ſententias eſſe tenendas,quas prudẽtes commen-
darent,hæc ille,concludo igitur iterum vt ſuprà,& ſit
regula, ſponſiones & in ludis non prohibitis, & in l.
quod in conuiuio. & in omnibus caſibus, in quibus
quod in ſponſione pro conditione,& cauſa, id quod
ponitur,eſt honeſtum,fieri licere,& hanc regulam,&
ſententiam quam ex verbis Iuriſconſulti collegi, in
citata l.ſi rem.§. fin. ff. de præſcript. ver. veram eſſe,
non ſolùm ex citatis authoritatibus patet, verùm
etiam ex his, quæ habentur in citatis ll. cùm ad præ-
ſens à Titio,ac per Deciſ.in conſil. 115. Marſil. in ca.
inter dilectos, quæſtione 6. de exceſſ. prælat. & ex
quæſtionibus,quas infrà ſubiiciam, aliorum authori-
tates colliges, adeò vt facilè poſſis dicere ſententiam
hanc & creuiſſe,& in diem inualuiſſe. Et cùm videa-
mus huiuſmodi ſponſiones in vſu quotidiano eſſe,
etiam in factis,quæ & Azo.& Roffr.prohibent, nihil
eſt quin dicas.l.de quibus à conſuetudine interpreta-
6 tionem per me datam accepiſſe. † quam conſuetudi-
nem optimam legum interpretem eſſe Iuriſconſ. in-
quit in l.ſi de interpretatione.ff.de leg.& profectò ſi
quis ſtipulationes huiuſmodi denegaret ac ſpõſiones,
conſideret ſexcẽtas ſtipulationes peruerti, de quibus
in tit.de verb.obl.& quarum aliquas in quæſtionibus
inſeremus.

Tractari tamen poſſet, quæ ſit inhoneſta condi-
7 tio,ſeu cauſa,quæ in ſponſione deducitur. † Et gene-
raliter dicendum eſt,omnes turpes ſtipulationes nul-
lius eſſe momenti.l.generaliter,& l. ſequent. l. ſi pla-
gij.ff.de verborum obligar. in quibus locis latè Dd.
ſcripſẽre.Adde l.iuriſgentium.in §. ſi pacis. verſicul.
& generaliter.ff.de pac.§.quod ex turp. vbi Aret. In-
ſtitut.de inu.ſtipul.vide Bald.in l.is penes.C.depo. &
latè omnino Salyc.in l.7.ex eo.C.de inutil.ſtipul.Bal.
in l.1.C.de condit.ob tur.cau.Bartol.in l.final.in §. ſi
in alea.ff.quarum rerum actio non detur, & conſide-
ra ſemper verba Iuriſconſulti in dict. §. ſi quis ſpon-
ſionis,& hæc citaſſe ſufficiat, ne Dd. loca videar de-
ſcribere:ex his enim locis lumen habet,& ex quæſtio-
nibus,quas infra ſubiiciam, non minorem vtique lu-
cem dabimus.

QVARTA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Sponſio facta,quòd Imperator, vel pontifex hoc anno morietur,an valeat, latè diſputat, & valere ait.*

2 *Conditionis euentus habetur pro cauſa.*

3 *Caſum aduerſamq́; fortunam liberi hominis expectare,neque ciuile neque naturale eſt.*

4 *Sponſio facta ſuper matrimonio contrahendo vel non contrahẽdo inter Titium & Bertam,valet,declaratur tamen duobus modis,*

5 *Matrimonium debet eſſe liberum:ideo promiſſio adiectæ pœnæ principali non tenet.*

6 *Contractus à conſuetudine approbati pro legitimis habendi ſunt, & à conſuetudine fomentum recipiunt.*

7 *Vita hominis propoſita eſt omnibus fortunæ telis, nec eſt dolendum quominus ea, qua natus eſt conditione,viuat,ſecundùm Platonem,& ibidem,quòd mors accidat vniuerſis.*

8 *Sponſio ſuper morte priuati hominis, non valet. fallit,ſi is ſuper cuius mortem fit,voluntatem ſuam accommodet.*

9 *Interpretatio ad l fin.C.de pact.*

NVNC proponendæ ſunt aliquæ quæſtiones, ex quibus ſponſionum tractatus & lucidior, & quidem vberior reddetur.

Quæritur igitur apud Paul. de Caſtr.in l.à Titio. ff.de verb.oblig. Sẽpronius ſtipulatus eſt à Seio decẽ

ſibi

1 ſibi dari.† ſi hoc anno morietur Imperator, vel Pontifex, promiſit Seius, & reſtipulatus eſt à Sempronio centum ſibi dari, ſi non moriatur vel Pontifex, vel Imperator, ſpopondit Sempronius, moritur Imperator ſeu Pontifex, an Sempronius aduerſus Seium ad decem rectè agat? reſpondit idem Paul propter frequẽtem vſum mercatorum Florentiæ, ſecundũ Sempronium, & contra Seium, & conſultum à valentiſſi-
2 mis Doctoribus, & iudicatum fuiſſe,† quoniam conditionis euentus habetur pro cauſa, vt probatur ea.l. à Titio. ipſe tamen Paulus requiſitus noluit conſulere: turpitudinem quandam huiuſmodi conditionem continere ratus, ſicut in ludo taxillorum. Idem Paul. videtur in l. ſi cum debitore.ff. de iureiuran. & Paul. probabiliter hæſitaſſe propter authoritatem Azo.& Roſ. ſuprà relatam, patet, & propter l. quibus, de alea. ad quam ſuprà reſpondi, ex eo, etiam quia inhoneſta conditio videbatur, & ex conſequẽti improbata cauſa, in ſtipulatione deducta, vnde obſtare videbatur. §.
3 ſi quis ſponſionis, ſæpe citatus.† Accedit, quòd ſponſiones huiuſcemodi plenè triſtiſſimi euentus videbãtur. l. fi. ff. de pact. & caſum aduerſamque fortunam liberi hominis expectare neque ciuile neque naturale eſt, vt Iuriſconſultus ait in l. inter ſtipulantem. in §. ſacram. ff. de verb. oblig. & hanc q. tanquàm dubiam penitus Ioan Bapt. Seue. in d. tract. de ludo ſub num. 22. ſoluere non eſt auſus. Cæterùm Alex. optimi iudicij vir, Paul. referendo in ea.l. à Titio. & bene conſultum & iudicatum ait, citat Hoſt. in c. gemma, de
4 ſponſa, qui † de iure reſpondit, ſi duo ſint, quorum alter alteri promiſit decem, ſi fiat matrimonium inter Titium, & Bertam, & alter contrà promittat, ſi non ſequatur matrimonium valere ſtipulatio nem, perinde ac ſi concepta eſſet, ſub quauis alia cõditione. Hoc tamen intelligit, ſi cõtrahentes, aut promittentes ſint extranei dictis Titio, & Bertæ, & ſecus ſi promittant nomine mulieris, vel viri ſponſalia fieri, & ſi nõ contrahantur ſponſalia, pœnæ nomine aliquid dare promittãt, nõ enim valet promiſſio pœnæ adiectæ prin-
5 cipali,† quod debet eſſe liberum d.c. gemma. & l. Titia, in princ. ff. de verb. obli. vbi Imo. col. 2. idem probat, & ſententiæ Alex. aſſentiuntur, & Iaſ. & Aret. in ead. l. à Titio, & idẽ Iaſ. & Dec. in l. cùm ad præſens, ſi certum. petat. & latiùs approbando ſcripſit Dec. in
6 conſil. 215. & † pro tenui, ſubdens, cùm huiuſmodi contractus inter mercatores frequentari ſoleant, pro legitimis habendi ſunt, à conſuetudine enim fomentum recipiunt, proptereà obſeruandi. ex eo quod no. Bart. in l. quid ſi fugitiuus. in §. apud Labeonem. ff. de ædi. edict. ad quam rationem adde, quæ ſcripſi in prima parte principalis tractatus, verſi. ex prædictis ſingulariter infero, &c. Quam ſententiam Alex. ego etiã probo. Pro qua vide l. cùm ad præſens. ff. ſi cert. pet. & Par. de Puteo in tracta. de lud. num. 36. & Matth. de Affl. deci. 389. ſuper dubio. Nec me mouet, quod Paulus ſubdubitauerit propter l. quibus. ad illam enim l. reſpondi, & vide quæ ſcripſi ſuprà, proximè, verſiculo circa tertiam ſpeciem. Minus etiam mouere quenquam debet, ꝙ dicebatur inhoneſtam conditionem, in ſponſione deductam, tum quia non legitur improbata à l. tum etiam, quia homines omnes nati ſumus,
7 † & propoſita eſt omnibus fortunæ telis vita noſtra, nec eſt dolendum quoniàm ea, qua nati ſumus conditione, viuamus, vt diuinus Plato dicere conſueuerat, & mors accidit vniuerſis, vt ait Hor. *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas regumq; turres* & ſunt qui ſe Ariolos eſſe profitentur, nec ratio. l. fin. C. de pactis, vrget in propoſito facto, cùm ratione perſonarum, qui ad ſponſionem venere, & Pontificis, vel Imperatoris, ſuper quorum morte, & vita eſt facta ſponſio, facilè diſcerni poſſit periculum, vt inſidietur vitæ illorum ceſſare, idque etiam conſiderata ſumma
8 in ſponſione deducta.† Cæterum, ſi ſuper morte priuati hominis fieret ſponſio, maximè animaduertendum arbitror, finge enim inimiciſſimum alterius cõtrahentis, rectius igitur fecerint mercatores, ſi ſe à ſponſione proximè relata abſtinuerint, ſed ſi is ſuper cuius morte facta eſt ſponſio voluntatem ſuam accommodauerit ratam ſponſionem exiſtimo, propter l. fi. C. de pact. quam in illa parte, in hac etiam conuentione, & ſtipulatione puto locum habere, & cur
9 diuerſum ſtatuendum ſit, non video.† ad quam l. fin. in parte citata vide quid ſcripſerit non inſubtiliter præceptor meus Lud. Goz. in conſilio 98. in hac cauſa in 1. dubio, & conſidera ſcripta per eum, & ad ſupradicta, ac ad rem facit. l. ſcrupuloſam. & l. fin. C. de cond. & com. ſtip. & Inſtit. de inu. ſtipul. §. poſt mortem.

SVMMARIVM.

1 *Sponſio, quòd Dux Saxoniæ hoc anno principatu excidet, ſeu Argentina capietur, & ſi quæ ſunt ſimiles prædictis, de iure valet.*

SIMILIS eſt illa ſponſio, quòd Dux Saxoniȩ hoc anno principatu excidet, & in deditionem Regis Francorum, vel Imperij veniet, & eius propugnacula quatientur, vel non quatientur, Imperator ceperit vel non ceperit Argentinam, vel Vlmum, quas iiſdem rationibus ratas eſſe cenſeo. & arg. l. à Titio. & l. ſtipulationes non diuiduntur. in §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. & propter ea quæ ſcripſit Dec. in citato conſil. 115.

SVMMARIVM.

1 *Sponſio illa, quòd cras erit pluuia, Imperator veniet in Italiam ante Calend. Maias, & aliæ ſimiles enumeratæ, non ſunt improbatæ.*

2 *Panthera, de quo in l. emptorem, in §. fin. ff. de actio. empt. quid ſignificet, declaratur ſecundùm Budæum.*

1 EX † prædictis etiam infero, validam multò magis dicendam illam ſponſionem, quòd cras erit pluuia vel non erit, de qua per Paul. in l. ſi cum debitore. ff. de iure. licet ipſe conſulere recuſauerit, & hanc ſponſionem probat valere Afflict. dec. 389. item & illam, quòd Imperator ante Calend. Maias in Italiam veniet, vel non veniet, de qua in l. hoc iure. ff. de verbo. obligat. Item quòd Imperator erit Rex Angliæ, coronabitur, vel non, Titius erit Senator Romanorum, necne. l. ſi quis ſi Titius. l. ſi ita quis. ff. de verb. obligat. Habes alia exempla in d. titulo, cùm enim huiuſmodi ſtipulationes non ſint turpes, & conditionem inhoneſtam non contineant, nihil cauſæ eſt, quare non admittantur, idque arg. l. emptorem. in fin. & l. ſeq ff. de action. empt. Vbi recipitur, cùm futurum iactum retis à piſcatore emeris, aut indaginem plagis impoſitis à venatore, vel Panthera ab Aucupe, nam & ſi nihil ceperit, nihilominus emptor pretium præſtare neceſſe habet, & ad interpretationem illorũ verborũ indaginem, iactus, &

 Panthe-

Panthera,legito Bud.in ſuis annotationibus, qui de
Panthera inquit, Paulhera hic pluraliter intelligo.
Pantheron enim retis genus eſt, ex eo nomen habés,
quòd omnes aues concludat eadem ferè ratione, qua
Panagron,quod rete piſcatorium eſt, thera venatum
ſignificat, & aucupium, vnde Panthero dictum, &
2 ὀρνιθοθήρας auceps,† eſt autē huiuſmodi rete quod ſal-
tabulum appellāt,quod cùm humi exporrectum eſt,
& in oblongam tenuitatem cōtractum, regitur quiſ-
quiliis,ne ab auibus prouideri poſſit. Deinde cū opus
eſt,adducto magna vi fune repente expāditur,ineſca-
taſq́; aliquot diebus auiculas vno ictu vniuerſas con-
tegit. Hoc rei noſtri ad paſſeres,& ſturnos vtuntur,&
ad grues.& otidas,quas *ſtardas* vocāt,quaſi tardos an-
ſeres.hic aūt in plurali per metonymiā accipitur pro
captura,eo modo,quo indago, ab eadē tamē etymo-
logia Panthera dici poſſunt, quicquid auceps cepe-
rit. Quid ſi non Panthera,ſed Pantherana legā,id eſt,
quicquid aucupio ceperit.hęc ille,quē ſi libet.legito.

SVMMARIVM.

1 Sponſio facta inter Sempronium, & Mæuium, qui taxillis ludebant quòd alter altero plura puncta faciet, vel quod denarium numerum egredietur eſt improbata.

2 Caſus fortunæ reddit licitum id, quod alias reprobatur.

3 Sponſio in ludis tàntùm,qui virtutis cauſa fiant, permittitur.

QVÆRITVR, an ex ſpōſione huiuſmodi inter
luſores frequentata agi poſſit: ludunt Sempro-
1 nius & Mæuius taxillis,deponunt pignora, † ꝙ alter
altero plura puncta faciet, vel ꝙ denarium numerum
egredietur,vel nō egredietur,ſtipulatur Sempronius
in ſumma, finge decem ſcutorum in eadem, ſumma,
reſtipulatur Mæuius, reſpondendum videbatur agi
poſſe,ex his,quæ ſcripſit Dec.in citata l.cum ad præ-
ſens,& latiùs conſ.175.ait enim ludus fortunæ,vtputa
taxillorum non reprobatur ſimpliciter, ſponte ſua &
(vt ipſe dicit)ex ſe,quia ſicut poſſum promittere de-
cem,ſub conditione,quæ pendet à fortuna, vtputa ſi
nauis venerit ex Aſia.l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit.ff.
de verb.oblig. ita videtur, ꝙ poſſim tibi promittere
decem,ſi plura puncta habueris, quàm ego,vt tradit
Sanctus Thomas 2.ſecundæ q. 22 artic.7. quem re-
ferunt Imper. & Dd.in c.penultim. de vita & honeſta-
2 te cleri. & latè Andr.Sicul.in conſ.65. lib.3. † dubius
enim fortunæ caſus reddit licitum id, ꝙ aliàs repro-
batur.c.in ciuitate.c.naviganti. de vſu.l ſi pater. C.de
inoff.teſt. hactenus Deci. Ego verò contrà ſentio in
ludis,qui virtutis cauſa fiunt,ſpōſiones fieri licere,at
3 vbi pro virtute ludus † non fit, non licere, vt proba-
tur in l.ſolent,in §.ſenatuſconſul.l.ſequenti.ff.de ale.
quod & Azo in ſumma.ff.de relig.probat,& Roffre.
in citato loco, idem ſenſit.& vide Seuer.in d.tracta.
ſub numer.20. & probatur hæc ſententia authorita-
te gloſſ.in dict.§.ſi quis ſponſionis,in verſicul.victo-
ri,in illis verbis,non ad aleam,vel magides, vt Iuriſ-
conſult.ſubiicit planè, ſi inhoneſta, &c.quod nota-
uit ibid.Pau. Nec obſtat l. ſi quis ita ſtipulatus,quo-
niam licèt conditio illa, ſi nauis ex Aſia venerit, à
fortuna pendeat non tamen eſt improbata: eſt enim
honeſta, non inhoneſta, prout in ſponſione propo-
ſita.

SVMMARIVM.

1 Sponſio facta inter eos,qui ludentes inſpiciebant, quòd alter ex luſoribus vincet vel non,eſt improbata,& quod ſolutum eſt ex ſponſione prædicta repetitur.

2 Inſpicientes ludum tanquam ludentes, puniuntur.

FINGE modò,quòd non ludentes Sempronius,&
Mæuius,ſed Anto.& Ioan.qui ludum inſpiciebāt,
1 ad † ſponſionem venerint depoſitis pignoribus, vel
ſtipulationibus. Alter enim quòd Sempronius, alter
quòd Mæuius vinceret, idem credo reſpondendum,
vt ſponſio nulla ſit:quia inhoneſta eſt cauſa ſponſio-
nis, vt in d.§.ſi quis ſpōſionis. Idq́ue probari videtur
ex d.l.quibus quæ generaliter loquitur,vnde genera-
liter eſt intelligenda.l.de pretio.ff.de public.l.t.in §.
generaliter.ff. de leg.præſtan. Suadetur etiam ex eo,
2 quòd inſpicientes † ludum,tanquàm ludentes puniū-
tur authen.interdicimus.C.de epiſ.& cler.& vide Se-
ue.in d.tract.ſub num.32.ſeptimò quæro. vnde etiam
& illud credo repeti poſſe,quod ſolutum fuit ex cau-
ſa dictæ ſpōſionis,tum propter comparationem pro-
ximè relatam, tum etiam propter l.fin. ff.de alear.&
dictum §.ſi quis ſponſionis,idq́ue etiam probatur in
conſtitutione prædicta alearum,dum prohibens Im-
perator,& ludere,& inſpicere ſubdit, ſi contrà factū
fuerit,nulla ſequatur condemnatio,ſed ſolutum red-
datur,& actionibus competentibus repetatur.

SVMMARIVM.

1 Luſor ſi viginti ab aliquo receperit, & promiſerit quinquaginta, ſi in poſterum luſerit, valet conuentio.

2 Et quid,ſi alium ſuo nomine luſerit,idem reſpondit.

HIC etiam tibi ſubiicio quotidianum illud, &
frequens,nonnulli luſores poſteaquam fere to-
tam ſubſtantiam ludis prohibitis amiſere, & cùm ab
1 amicis forſan obiurgentur.† recipiunt viginti ab ali-
quo,& promittunt quinquaginta, ſi in poſterum lu-
ſerint, an huiuſmodi conuentio valeat? & arbitror
valere ex his,quæ habentur per Bar.& alios in l.ex ea
parte.§.mulier.ff. de verb. oblig. Scribunt enim, Si
quis ſtipuletur ab amico qui fortè maximus erat lu-
ſor pœnæ nomine centum ſibi dari ſi vlterius luſerit,
ſtipulationem valere, ex hac enim boni mores non
læduntur.ſed conſeruantur,& referre Iuriſconſultum
ad verbum, ad rem quidem putaui, qui in citato §.
mulier, in hæc verba inquit: Mulier ab eo, in cuius
matrimonium conueniebat,ſtipulata fuerat ducenta
matrimonij, ſi tempore concubinæ conſuetudinem
recepiſſet, nihil cauſæ eſſe reſpondi, cur ex ſtipula-
tione, quæ ex bonis moribus concepta fuerat, mu-
lier impleta conditione pecuniam aſſequi poſſit,
quam l.nota. Quinimò Par.de Put.in tract.prædicto
hæc comprobando ſubdit,& ſi alium ſuo nomine fa-
2 ceret ludere,† in pœnam incideret,citat text.& glo.
in l.iuriſgentium.in §.Prætor ait.ff.de pact.in verſic.
ſenatuſconſult.

SVMMA-

SVMMARVM.

1 *Sponſio facta, quòd alter alterum in bibendo, vel edendo ſuperabit, improbatur tanquam inhoneſtam cauſam continens.*

2 *Interpretatio l. quod in conuiuio ff. de aleæ luſu, & alea.*

1 ITEM † quæro, ſunt, qui crapula, vel ebrietate dele-
ctentur, veniunt propterea ad ſponſionem, ꝙ alter
alterum in bibendo, vel edendo ſuperabit, an rata ſit
ſponſio? Prima fronte non improbandam ſponſionẽ
videbatur, propter l. quòd in conuiuio. ff de ale. quod
tamen verum eſſe, nego, quoniam in ſponſionibus il-
lud præcipuum eſt, vt cauſa in ſponſione deducta in-
ſpiciatur, an ſit honeſta, necne d. §. ſi ſpõſionis. Quod
autem cõditio, de qua agitur, ſit inhoneſta, nemo eſt
qui neget, & probatur in c. crapula. de vita & honeſt.
2 cler. † & l. quòd in conuiuio, loquitur ſecundum Roſ.
quem citaui ſuprà, vbi altercatio eſt inter aliquos.
Ego enim aliquid affirmo, finge, quòd nauis, quæ ex
monte Diui Cyriaci inſpicitur, eſt Gerinorum. Tu
negas, deponimus aliquid conuiuandi gratia, & dele-
ctationis, & veſcendi. ꝙ etiam ſenſit glo. in verb. per-
mittitur: quæ veſcendi gratia, & delectationis in lu-
dis vetitis ſponſiones admittit, ait enim, ſi plura pun-
cta habueris, amittas portionem tuam, & vt vides, li-
cet lex illa in familia loquatur, Dd. veſcendi cauſa, &
vt ſuprà generaliter intelligunt, & vide Abb. ibidem,
& gloſſ. in cap. inter dilectos, in verſic. conuiuij. extra
de exceſ. prælat.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio illa frequens inter mercatores ſuper merciam aſſecuratione, aliquo dato, vel promiſſo, tenet & ibidem de actione.*

1 ITEM † quærit Paulus, de Caſtr. in l. in naui Sau-
phli. ff. loc. promitto tibi decem, ſi nauis mea mer-
cibus onerata ad Portum Anconitanum ſalua perue-
nerit, ſin autem mearum mercium valorem promit-
tis mihi reddere, an conuentio valeat? & reſpõdit va-
lere, idq́ue probari ex ea l. & de iure Pontificio non
reperitur improbata, vt per Lauren. de Rhod. in tract.
de vſu. 3. q. 3. par. quẽ poſuit in c. conſuluit, de vſu. re-
fert, & commendando probat Alex. in d. l. à Titio ci-
tatque Io. de Ana. in c. nauiganti, de vſu idẽ ſentien-
tem. Si enim merce, vel naufragio, impetu vẽtorum,
vel tempeſtate, ſeu alio caſu perierint, ex quo tuo pe-
riculo merces ſuſcepiſti, non interueniente ſtipulatio
ne aduerſus te, qui promiſiſti, actione oneris aduerſi
rectè ago. Adde, ꝙ ſentẽtiam Pauli approbat Par. de
Put. in d. tract. nu. 35. & citat Roſ. in tit. de actio. one.
adue r. & idem Sceuerinus vbi ſuprà, num. 21. & Pau.
ſententiæ aſſentitur. Matth. ab Afflict. deci. 389. Quã
conuentionem non improbandam ego etiam puto,
propter periculum, quod promittentes (vulgò Aſſe-
curatores nuncupati) ſuſcipiunt, ad prædicta, quæ ha-
bentur in l. eos. C. de vſu & in tit. de nau fœno. C. & ff.
& maximè in l. eùm proponas, & in cap. fin. de vſu. Et
quoniam frequens, ac quotidianus eſt contractus hu-
iuſmodi inter mercatores, ſi plus otij aliquãdo nacti
erimus, latiùs ſcribemus, ſolum his addam, quæ de
actione oneris aduerſi ſcripſit Iaſ. in §. actionum. n.
20. & in poſteriori, ac ſuperiori numero. Inſt. de act.

SVMMARIVM.

1 *Sponſione facta, ſi nauis in portam Anconæ peruenerit, an dicatur perueniſſe nauis, quæ ſigna quædam ingreſſa fuerit.*

2 *Portus quid dicatur.*

1 VIDI † etiam in patria mea ſponſionem huiuſ-
modi perſæpe fieri, ſi nauis (finge Gerinorum)
in Portum Anconitanum Calend. Martij peruene-
rit, in præſtituta die nauis prædicta ingreſſa eſt domũ
Veneris, qua nunc diui Clementis ſcopulos appella-
mus, dicebatur ea quo intra ſigna Portus peruenerat,
in portum veniſſe, ſtatim enim quòd ſigna ingredi-
tur nauis, in portu eſſe videtur, quia oneribus datiarũ
2 ſubiicitur. Ego autem cõtra reſpondi, † Portus enim
dicitur concluſus locus, quo importantur merces, &
inde exportãtur, vt inquit Iuriſcon. in l. Portus. ff. de
verb. ſigni. & Vero. in tracta. de ſeru. ruſt. prædio. in
tit. de Por. rub. 28. & ab huiuſmodi propria ſignifica-
tione vocabuli non eſt recedendum. l. non aliter. ff.
de leg. 3. In re enim dubia, melius eſt verbis conuen-
tionis ſeruire. l. 1. in §. is, qui nauem. verb. in re dubia.
ff de exer. Nec enim illa ſigna, quæ quo ad datium,
Portum deſignare videntur, Portum conficiunt, & ꝙ
in datiis tantum ex cauſa, ne fraus aliqua fiat, rece-
ptum eſt, alia contra ſignificationem vocabuli non
eſt trahendum argu. l. quamuis. ff. de in ius vocan.

SVMMARIVM.

1 *Sponſione facta inter duos, quòd nauis veniet in portam Anconæ: vel non veniet, ſi roſtrata nauis venerit, quam vulgò galeonem appellamus, vter vicerit.*

2 *Nauis, verbum eſt generale.*

3 *Nauis nomen vnde deſcendat.*

4 *Qualitates, & accidentia, quæ rebus adduntur, differentiam ſpecificam non conſtituunt, ſubſtantialia verò conſtituunt.*

5 *Roſtrum, quod naui apponitur, magis eſt additamentum, quàm pars nauis.*

6 *Roſtratæ naues cur dicebantur.*

7 *Communi vſui loquendi ſtandum eſt.*

8 *Nauis deſcribitur ſecundum vſum loquendi.*

9 *Argumentatio ex diuerſitate nominum quòd ſit fallax, & non ſemper procedat, idque exemplis declarat,*

1 ITEM † quæritur, Alexãder mercator dicebat, tri-
duo nauim in portum Anconæ ex Aſia venturã, ne-
gabat Antonius, venerunt ad ſpõſionem, huiuſmodi
pecuniarum ſumma hincinde promiſſa, præſtituto
tempore venit roſtrata nauis, vulgò in patria mea ap-
pellatur Galeone, Alexander dicit ſe viciſſe ſponſio-
nẽ, & ad promiſſos ſcutos agit, negat extitiſſe condi-
tionẽ Antonius, quinimò defeciſſe, mutuis itaque fa-
ctis petitionibus Antonius ex diuerſo nomine ſe de-
fendebat. l. ſi idẽ. C. de codicil. & addebat, ſi nauigiũ
paruulum, finge cimba, ſeu, quã vulgò marcilianã ap-
pellamus, in portum Anconæ veniſſet, nemo dixerit
conditionẽ extitiſſe, ſcilicet, nauim veniſſe, idq́; fal-
2 tem ex communi vſu loquendi. † Dicebam verbum
nauis generale eſſe, idq́ue probari ex tit. C. de naui.

non

non excu.lib.11.& ex l.fi.ff.de fun.inſtr.In illis verbis,ſcapha nauis,non eſt inſtrumẽtum nauis,etenim mediocritate,non genere ab ea differt. De quo meminit Iaſ.in l.1.nu.67.ff.de acquir.poſſ.& ad rem facit.l.quemadmodum.§.ſi nauis.& ſequen.§. ff.ad legem Aquil.& l.1.in §.nauim.& §. igitur.ver. quædã autem naues.ff.de exercit. & ꝙ Accurſ.ſcripſit in l.1. in §.qui ſunt igitur.in verſi.de exercitoribus.ff.nau. cau.ſtab. & demonſtrari euidenter poteſt ex alluſione,ſeu vocabuli deriuatione,ex qua propria vocabuli ſignificatio ſumitur.l.pupillus.in §. territorium.ff. de verb.ſign.& not.in l. Tugurij.eod.tit.& Bart.copioſè ſcripſit in l.omnes populi.nu.59.ff.de iuſt.& iur.
3 & legitur in l.2.in §.appellata.ff.ſi cert.pet.† ſiue aſſentiamus his,qui nauim à no verbo, quod eſt nato, deductum aiunt,ſiue frequentioribus, qui Græcum vocabulum eſſe tradidere, ab illis enim ναῦς,ναὸς vel νηὸς quod eſt nauis: & νάω ſiue ναύω,quod eſt, fluo, quæcum de nauibus tractabimus,latiùs attingemus.
4 † Dicebam etiam qualitates,& accidẽtia,quæ rebus adduntur, differentiam ſpecificam non conſtituere: ſubſtantialia verò,conſtituere. Quòd verò diuerſitates & differentiæ,in qualitatibus &accidentibus rem differre ſpecie non faciant, ſubſtantialia verò faciãt, ſenſit Iuriſc.in d.l.fi.de fun. inſtrum.glo.in l.fin.in l. quoties.in ver.anno.ff.de publica.notat Bar.in l.§.1. num.19.ff.de actio.& oblig. & notatur per eundem, & alios in l.ius ciuile.ff.de iuſt.& iur.facit.c.cum matre.& quod habetur ibi,de celebra.miſſa.vbi accidẽ-
5 tia mirum,& non aliter ſubiectum immutant.† Ad rẽ igitur noſtram, Roſtrum, quod nauibus apponitur, magis additamentum,quam partem dicti nauigij eſſe,idque iudicio meo,probatur euidẽter in l.malum. ff.de verb.ſign. Et propterea dicebam nauem nõ im-
6 mutatam ex roſtro,vnde† & roſtratæ naues diceban-
7 tur, & conditionem extitiſſe. † Et ex communi vſu loquendi,cui ſtandum eſt.l.librorum in §.quod tamẽ Caſſius.ff.de leg.3.& per Barto.in l.Labeo.ff.de ſup. legat.&Dd.in proœ.decretalium,& latè diximus ſuprà in par.1.principalis tractatus.verſi. ſecunda proponitur quæſtio. & probat Deci. qui inter mercatores loquitur,conſil.7.nu.3.& pro tenui.Idem vtique
8 conceden.†Aiunt enim mercatores,& nautæ,vbi nauigium habent,hæc,quæ tibi vernacula lingua ſubiicio,nauim appellari,*caſtelli,balladori,gaggie,& vele alla quadra.* Ex quibus apparet,ſiue de iure, ſiue ex cõmuni vſu loquendi,extitiſſe conditionem,cùm nauigium de quo agebatur, prædicta omnia haberet, & roſtri additamentum nihil immutaſſe.Nec refert, ꝙ diuerſis appelletur nominibus, nam actio vtilis, & actio directa,nomine differunt,& tamẽ idem & ſubſtantia, & effectu cenſentur.l.actio negotiorũ geſtorum.ff.de neg.geſt. Et not.Bal.in l.ex leg.in prin.C.
9 de leg.†Item notarius,diuerſis nominibus nuncupatur,ſcilicet,notarius,tabellio, ſeruus publicus,à ſeruiendo,non à ſeruando dictus, vt in l.generaliter.C. de tabu.lib.10.& in §.cùm autem in ſtip. de adopt.& in l.2.ff.rem pup.ſal.fore.& tamen idem ſunt,vt nor. Abb.in c. quoniam contrà.in 3.col.nu.3. de prob.ſimiliter primas,& patriarcha nemo negauerit eſſe diuerſa nomina, idem tamen ſunt, & eadem dignitas. gloſſ.in c.coram.de in integ.reſtit.& in c.1.99.diſt. Eodem ergo modo nauigium prædictum,& nauis,& his adde de huiuſmodi vocabulo *Galeone*, Socin.meminiſſe in conſil.55.viſo inſtrumento.vol.4.

SVMMARIVM.

1 Sponſio facta inter duos ſuper quodam inſtrumento oſtendendo, vel non oſtendendo,valet

HAbes & ſponſionem Mat.ab Afflict.dec.389. quam ſuprà ſæpius citauimus.
1 † conuenerant enim Marinus medicus:& Bactinus quidam,ſi Marinus oſtenderet quoddam inſtrumẽtum factum inter eundem Bactinum,& ſororem eiuſdem, ac nepotes, eidem Marino certum vini, ſeu frumẽti numerũ tradere,&econtrà,ſi Marinus non oſtenderet quandam pecuniarum ſummam Bactino ſoluere, & reſpondit ſacrũ conſilium ſponſionem probaſſe quia conditio habetur pro cauſa, & quoniam contrahentes ſibi fidem aſtrinxerant, & dederant,non obſtare, ꝙ pacto nudo eſſet facta. De quo vide,quòd ſuprà diximus,in 2.part.huius tract.ver.quid autem ſi pacto nudo.

SVMMARIVM.

1 Sponſio facta ſuper maſculo, vel fœmina naſcituro,non eſt improbata.

2 Quid ſi pareret hermophroditum.

1 EX † omnibus autem ſponſionibus maximè omnium illa eſt in vſu, ſuper maſculo, vel fœmina naſcituro, verbi gratia, ſi Minerua maſculũ pepererit,Seius promittit decem Gaio,& ecõtrà ſtipulatur Gaius,quam quidem ſponſionem valere, cùm inhoneſtam cauſam non contineat, iuxta §.ſi quis ſpõſio-
2 nis,ſuprà ſatis latè probauimus.†Vnde quæri poſſet, ſi hermophroditum pareret,cui comparandus?Iuriſ. in l.quæritur.ff. de ſtatu homi. reſpondit eius ſexum æſtimandum,qui in eo præualet.Poſſem & ſuper hac ſponſione q.ſubiicere,& alias proponere,quas conſultò prætereo cum haberi poſſint ex variis.ff.titulis, & maximè ex tit.de verb.oblig.& reb.dub.ſat ſit & regulam,& lumen non modicum tradidiſſe.

SVMMARIVM.

1 Sponſio inæquali conditione facta an poſſit infringi.

2 Remedium.l.2. C.de reſcin. vend. non competit ei,qui ſciens,prudenſq; rem dimidio minus iuſti pretij vendiderit.

3 A ſententia fortunæ an poſſit appellari, vide,& infrà.

4 In contractu tranſactionis an habeat locum remedium.l.2.C.de reſcind.vend.

5 Ambiguæ cauſæ, benigno atque naturalis iuris moderamine temperandæ ſunt.

6 Doctoribus aliquid obiter,ſeu curſim dicentibus, & iuris articulos non diſputando,non eſt admodum habenda fides.

7 Conſuetudo mala vim conſuetudinis perdit, & dicitur vſurpatio,& non eſt admittenda vbi eſt contra naturalem æquitatem.

8 Fratres ſi diuidunt ad breuia, & ſortis infœlicitate emergit intolerabilis deceptio, diuiſio in melius eſt reformanda, & ibidem declaratur.

9 Læſio quomodo probanda ſit in ſponſione ratione dubij euentus.

10 Si id, quod in ſponſione deductum eſt, communi opinione erat indubitabile, data læſione querelanti ſuccurratur.

QVÆRO

QVÆRO igitur, facta eſt ſponſio inæquali con-
ditione: Alter enim ex contrahentibus ſi nauis
Gerina intra Calend. Maias in portum Anconæ ve-
nerit,promittit centum, alter verò ſi nõ venerit,pro-
mittit decem, vel ſi Argentina capietur ab Impera-
1 tore, promittit mille: † alter verò ſi non capietur à
Cæſare,promittit cẽtum,& finge alia ſimilia,an pro-
pter inæqualitatem,doli mali exceptio cõpetat,quia
ipſa res in ſe dolum habeat, cùm enim petatur ex ea
ſtipulatione,quæ in ſe dolum contineat, hoc ipſo do-
lo facere videtur, ꝙ petit, vt dicit Iuriſc.in l.ſi quis
cùm aliter.ff.de verb.obl.Item reſcindi contractum
poſſe videbatur, vt in l.2.C. de reſcin.vend. Contrà
facit, quod legitur Dd.noſtros maximè in l. à Titio.
& in l.cùm ad præſens.& Deci.in conſil.115.ſponſio-
nes inæqualibus conditionibus proponere,& ſentire
exceptione actorem remoueri non poſſe, quæ ſentẽ-
tia ex illa vulgari regula probatur,ſciẽtibus fraudem
fieri non videri. Cùm ergo ita ex certa ſcientia con-
trahentes cõuenerint, rata debet eſſe conuentio,cõ-
tractus enim legem ex conuentione accipiunt.ff. de-
poſi.l.1.§.ſi conuenerit. Vnde Bal.in l.2.C.de reſcin.
ven.nu.7.poſt Bar.ait, ei qui ſciens prudenſque rem
2 † dimidio minus iuſti pretij vendiderit, remedio.l.
prędictæ non eſſe conſultum:quoniam ſciens renun-
tianti comparatur, vt eleganter Iuriſcon.inquit in l.
quæritur.in § ſi venditor.ff.de ædil edicto.Probabi-
lis etiam huiuſmodi ſententia videtur,quoniam pro-
pter incertitudinem rei, de qua agitur, ſeu dubium
euentum, prætextu læſionis reſcindi contractus non
poteſt,iuxta l.Lucius.in §.fi. cum glo.ff.ad Treb.ad-
de l.1.C.de pact.&l.quod debetur.ff.de pecu.l fidei-
commiſſo.C.de tranſact in illis verbis,non poteſt eo
caſu reſcindi,tanquam circumuentus ſis, cùm pacto
tali cõſenſeris.facit.l.ſi ea.C. de vſur.vbi propter in-
certum fructuum euentum reſcindi placita nõ opor-
tet.Accedit ad hanc ſententiam, quod dicendum vi-
debatur de ſe tantùm, ac ſorte quæri poſſe, ſed ſors
ſuperiorem non habet in hoc mundo, multas enim
euoluit mutationes:vt in §.arripiat.in auth.vt omnes
obed.iud.prouinc.vnde illud Satyrici:

Si fortuna volet,fies de Conſule Rhetor,
Si volet hæc eadem,fies de Rhetore Conſul.

3 †Adeò quod Bal.in l.fin.in prin.C.com.de leg di-
xerit à ſententia fortunæ appellari non poſſe. Sequi-
tur ergo,qui perdiderit, ei cõſulendum non eſſe,nec
illud tacendum,huiuſmodi ſententiam à conſuetudi-
ne (quod maximi momenti eſt) fomentum recipere
dici poſſe.Dicet forſan aliquis,& propiùs ad rem ac-
cedens, ſi alter ex contrahentibus eſſet deceptus vl-
tra dimidiam illius dubij euentus, reſcindi ſponſio
poſſit,idque ex his, quæ ſcripſit Bart.in l.2.nu.7.C.
de reſcin. vend. Inquit enim, ſi quis eſt deceptus in
4 contractu tranſactionis vltra dimidiam † valoris rei,
tunc l.2.locum nõ habet.Sed tunc locus eſt.l.2. cùm
deceptio eſt vltra dimidiam illius, quod valebat,ille
dubius litis euentus citat glo. magnam in l. per di-
uerſas.C.de mandat.cuius ſentẽtiam complures Dd.
approbant.ſuntque & alij,qui reprobant: vt latè ha-
bes ex commentario Iaſ. in l. ſi quis cum aliter, ſub
num.15.& ſeq.de verb.oblig.adeò quòd diſcerni,fa-
cilè non poteſt, quid magis frequenti Dd. ſententia
ſit receptum.Vide tamen Matth.ab Afflict.dec.220.
in cauſa Ioan.&c. Dec.conſil.60.viſo themate.num.
4.& Aymon. Crau. conſil.151.neminem exiſtimare
velis.numer.26.Alexand.conſil.71.colum.2.& con-
ſil.147.col.4.ad finem.Ego autem, ſirment quid ve-
lint, dicam quod ſentio, puto enim in omni ſponſio-
num genere, de quibus in ſecunda parte huius tra-
ctatus diſſeruimus,rectè poſſe dici, quemadmodum
in tranſactione,componendo opiniones inquit Phi-
lip.Corn.in conſ.145.lib.1.col.penult.& ante.quem
ſequitur Deci.in conſil.203.& in conſil.216.& idem
Deci.probauit conſil.479. num.11. in controuerſia,
& Alex.in citatis conſiliis,& refert ac non improbat
Pau.Par.conſil.12.nu.102.vol.2.tranſactio iſta cele-
brata, aut eſt deceptio vltra dimidiam iuſtæ æſtima-
tionis dubij euentus litis in modico exceſſu, & con-
tractus tranſactionis reſcindi non poſſit, iuxta glo.in
c.cùm cauſam de emptio.& vendit. Aut eſt deceptio
vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis futuræ litis,& du-
bij euentus in magna quantitate, & accedente enor-
mi læſione, contractus tranſactionis reſcindi poſſit.
Quæ diſtinctio in caſu huiuſmodi in difficili ſequen-
da eſt, argu.l.& hoc Tiberius.ff.de hæred.inſtit.& ꝙ
ſcripſit Anc.in conſil.210.& Deci.conſ.445.in caſu
ad me tranſmiſſo, & hanc ſententiam quotidie cre-
ſcere,& incaleſcere videmus, & ſuadetur ex his,quæ
eleganter Imperator inquit in l. non fine.C. de bo.
quæ lib. in hæc verba: Conſequens eſt in ambiguis
atque legum diuerſis interpretationibus titubantes
5 cauſas benignè atque naturalis † iuris moderamine
temperare: ita etiam in propoſita q.reſpondeo, vt ſi
in ſponſione alter ex contrahentibus habita ratione
ad dubium euentum in ſponſione poſitum enormiſ-
ſimè deceptus eſſet,& reſcindere conuentionẽ, &
fortius vti exceptione doli mali poſſit.Secus autem,
ſi deceptio vltra dimidiam eſſet in modico ſemper
incertitudine euentus conſiderata, facit tex.in l.ſi ia-
ctum.ff.de actio.empt.in illis verbis,Incertum huius
rei æſtimandum eſt, vbi notanda ſunt verba Accur-
ſij,quæ ad rem, de qua agitur, valde congruunt.Ait
enim,æſtimatio fit ex veriſimili quantum capi potue
rit,idque inſpicitur ex eo, quod capi conſuetum eſt.
Quòd ſi quis abſurdè hoc à nobis dici putauerit, co-
gitet longè abſurdius conſtitui huic magnæ inæqua-
litati non eſſe aliquando conſultum, vt inquit Iuriſ-
con.in l.ita vulneratus ff.ad leg. Aquil. Nec mouere
quenquam valde debet,ꝙ Dd. paſſim ſponſiones cõ-
ditionibus inæqualibus proponant,& validas eſſe ta-
6 citè ſentiant. Quoniam † Dd. aliquid curſim dicen-
tibus,& iuris articulos non diſputando, nõ eſt admo-
dum habenda fides, vt inquit Iaſ.in conſil.151.col.3.
vol.4.& Alc.ac Add.ad eum in tract.de præſumpt.in
3.par.regul.1.verſic.quinquageſimo primo.& ex his,
quæ habentur per Dd.in citatis locis,occurrunt tibi
reſpõſa ad ea quæ in oppoſitum adduxi,nec cõſuetu-
do prędicta obſtat.Poteſt enim negari extare cõſue-
7 tudinem. †Accedit ꝙ mala conſuetudo vim conſue-
tudinis perdit,& dicitur vſurpatio.c.cõſuetudinẽ.11.
diſt.&cõſuetudo rationabilis eſſe debet,vbi enim eſt
cõtra rationem,& cõtra æquitatẽ naturalemq́; ratio
nem,nõ eſt admittenda.c.fi.extrà de conſuet.cũ his;
quæ habẽtur per Rochum de Cur.latiſſimè, maximè
ſub nu.242.& in propoſito art.quis eſt, qui neget in
enormiſſima lęſione cõſiderata,vt ſup.maximã ęqui-
tatẽ ineſſe. Reſponderi etiam poteſt his, quæ ſcripſit
Bald.in d.l.fi.C.cõ.de leg.auth.alia eiuſdẽ Bal.&(vt
aiunt)vna manus nobis vulnus opemq́; feret, inquit
8 enim idẽ Bal.in l.maioribus.C.com.vt iud.ſi†fratres
diuidũt ad breuia,& fortis infœlicitate emergit into-
lerabilis deceptio,diuiſio in melius eſt reformãda,vt
in l.prædicta.& l.2.C. quan.& quib.quar.pars debe.
ſubdit verũ eſſe,niſi diuiſio huiuſmodi eſſet facta per
iudicem,&in rẽ iudicatã tranſiiſſet:debuit enim ap-
pellare,qui lædebatur, aliàs ſententia reformari non
poteſt,

poteſt, vt ſuprà ſi ſæpius in integ.reſt.per.l.1. in illis
verbis, appellare debuiſtis, ſi vobis ſententia diſpli-
cebat. Sed quoniam, vt inquit Iaſ.in citata.l ſi quis cũ
aliter.col.antepenult.verſic.quarto tenendo, &c. hu-
iuſmodi dubium euentum probare, eſt perdifficile,
vide modum articulandi & probandi traditum per
Bart.in l. ſi quis cùm aliter. & in l.2.ſuprà citatis, &
clariùs & meliùs per Abb. in conſil.63. verſo ad pri-
9 mum num.3.in 1.part.& quoniam certa regula, † vt
vides, tradi non poteſt, hæc omnia in ſponſione, quæ
ad articulum propoſitum attinent, diligenter & in-
ſpicienda.& in cauſæ cognitione eſſe exiſtimo ſpon-
ſionem, & propoſitam in ea cõditionem ſeu dubium
euentum ſpectãdum, vulgi opinionem communem,
ac cõiecturas incerti euentus, & quod veriſimile eſt,
ac conſuetudinem inueſtigandum, ſtatum perſona-
rum, ac quare ad ſponſionem venerint ac læſionem
inſpiciendum, vt ſuprà iuxta ea, quæ eleganter in ſi-
mili notauit Abb.in citato conſ.& Accurſ.in citata.l.
ſi iactum.& his perſpectis, & arbitrio ſubtilis & do-
cti iudicis perſcrutandis data enormi læſione, prout
in tranſactione diſtinguendo dixi, puto conſulẽdum
eſſe. Sanè & illud videtur concedendum, ꝗ ſi ſpon-
10 ſio, ſeu id, quod † in ſpõſione deductum eſt, communi
opinione erat indubitabile, etiam ſi aliter poſſet con
tingere, data enormi læſione, quæ relanti conſulatur,
idque argu.gl.ſatis notandæ in l.ſi ea lege.C.de vſur.

SVMMARIVM.

1 *Sciens conditionem, qua in ſponſione deducitur, ſi aliquem ad ſponſionem dolo malo traxit quomodo conſulatur circumuento.*

2 *Mercator ſciens biduo aut triduo proclamationem fieri quo frumentum vilius vendi præcipietur, ſi ob id tacens frumentum vendidit, ad id, quod intereſt, emptor contra eum poteſt agere.*

3 *Dolus ſi dat cauſam contractui, decepto conſulitur, etiam ſi deceptio ſit intra dimidiam.*

4 *Crimen ſtellionatus obijci poteſt his, qui ſcientes conditionem in ſponſionem deductam, dolo malo ad ſponſionem aliquem inducunt.*

1 ITEM † quæro, Vincentius ſciens Lucretiam iam
fœminam peperiſſe, diſſimulato partu, Semproniũ
huius rei penitus ignarum ſuper partu naſcituro ex
dicta Lucretia ſponſione prouocauit, & inæquali cõ-
ditione forſan, vt ipſum alliceret, fœminã parituram
dixit, facta eſt ſponſio, vicit Vincentius, qui in certa
erat victoria, & certior factus ſponſionem fecit, Sem-
pronius præſenſit, & dicit ſe per machinationẽ obli-
gatum. Reſpondi, quod in hoc ipſo Sempronius cir-
cumſcriptus eſt, vt ſponſionem faceret, & propterea
ex quo ſtipulatio interuenerat iuris ſubtilitate ob-
ſtrictum, doli tamen exceptione vti poſſe, vt in l. ſi
quis cum aliter ff. de verb. oblig. & in l.dolo. C. de
inuti. ſtipu.&hoc, ne vllis malitia ſua ſit lucroſa, vt ait
2 Iuriſconſ.in l. 1.ff.de dolo. † Putoque vbi ſciens quis
dolo aliquem ad ſponſionem traxerit, etiam pro eo,
quod intereſt, teneri. Idque argu eius, quod ſcripſit
Bar.in l.quæro.ff.de actio.empt.ait enim, Præſes qui-
dam prouinciæ, in vlteriorem familiaritatem merca-
torem magnum admiſerat. Is præſenſit ab eo decre-
tum iam factum, quod biduo, aut triduo præſcribe-
tur, & publicabitur, eoque præcipietur vilius frumẽ
tum venditum iri. Vendidit igitur ſtatim mercator
frumentum, nec emptorem certiorem fecit de ordi-
ne dato, & modo, ſeu decreto iamiam publicato, pu-
tat Bart poſt Guig.ad id, quod intereſt, contra mer-
catorem agi poſſe, cuius ſententiam alios referendo,
probat Lud.Rom ſing.282. Nunquid ſi ſum, addo
Bart.in l.contra legem ff.de leg.& Pau.in l.fin.in fin.
ff.de actio.empt.hic enim legi fraudem fecit.l.fraus.
ff.de legat ſi enim decretum emptor ſciuiſſet, vtique
veriſimile eſt, frumentum, quod vilius breui erat vẽ-
dendum, carius non emiſſet, addo ad q.Deci.in con-
ſil. 115. & quæ recentiores interpretes ſcribunt in l.
ſtatu liber.ff.de quæſt.num.17.
3 † Nec in præmiſſis quærendum videtur, an dece-
ptio ſit vltra dimidiam iuſti pretij, cùm vbi dolus cõ-
tractui cauſam dat, etiamſi intra dimidiam ſit dece-
ptio, & conſulendum, & ſuccurrendum ſit decepto,
vt notabiliter ſcribit Abb.in c.in ciuitate.num. 6.de
vſu.poſt Ioan.Cal.in c.nauiganti.eod.titul. Ego am-
plius arbitror in propoſita q. Vincentio crimen ſtel-
lionatus obiici poſſe, quod obiicitur ijs, qui dolo
4 quid fecerint.l. 3. ff. de crimine ſtel. † Vidique in
quendam, qui diſſimulato partu mulieris, quæ iam
peperat ad ſponſiones complures dolo malo indu-
xerat, ſeuerius animaduerti, & vide d.l.3.circa fi.ff.de
crimi ſtel. & quod dictum eſt in propoſita ſponſio-
ne, idem in alijs ſimilibus dicito.

SVMMARIVM.

1 *Sponſio eſt facta inter duos, vtputa in currendo, ſi alter recuſat, agi poteſt aduerſus recuſantem.*

1 ITEM † quæro, facta eſt ſponſio inter te, & me.
finge in luctando, currendo, ſaliendo, vel haſtam
iaciendo, aut ſimili alio modo: recuſas ad certamen
venire, an agere poſſim, tanquam vicerim? Reſpondi
vtique poſſe, vt dicit Accurſ.in l. ſi rem.in §.fin.ff.de
præſ.ver.vbi Bart. idem probat.& ſubdit, ſi aduerſa-
rius in certamẽ veniret, licèt facere quicquid poteſt,
vt vincat, & alius ſuccumbat, vt in l.in executione.in
§.fin.& ibi notatur.ff.de verb.oblig.& refert, & pro-
bat Pau Par.conſ.31.omiſſa.&c.oum.6.vol.1. Idque
ſcire valde expedit in partibus illis vbi ſingulare cer-
tamen admittitur, & confert ad quæſtiones duelli di-
rimendas, habes de hoc in pluribus tracta.de duello,
ad quos confugias. Sed quoad quæſtio. propoſitam
vide etiã Bart.in l.ſi oleum ff.de dolo. Ex cuius ver-
bis quæſt.deciſam habes, & meo iudicio poſſet indu-
ci tex.in l.ſi iactum retis.ff. de actio.empt. Vbi ſi ia-
ctum retis emero, & iactare rete piſcator, noluit, in-
certum huius æſtimandum eſt. Addo Pau.de Caſt.in
l.illud.in §.ſi cuius.nu.3.ff.de trib.vbi poſt Guig.in-
quit, ſi actum eſt inter Titium, & Mæuium, vt qui aliũ
curſu præterierit, lucretur decem, ſeu vter curſu cur-
rendo ſuperatus fuerit, ſoluat decem, ſi Mæuius recu-
ſaret currere, ad decem tenetur, ex quo enim per il-
lum ſtat, pro impleta habetur conditio: idque argum.
illius.§.facit text.in l.in iure ciuili.ff.de condi.& de-
monſtr.& Reg. in iure ciuili.ff. de reg.iur. vbi Dec.
ſub nu.6.idem probat.& adde Iaſ.in d.l.ſi rem.

SVMMARIVM.

1 *Dolo facere non videtur, qui fraudem excludit.*

2 *Capta-*

2 *Captatio verborum, quod admittatur in ſponſionibus, ſecundum Alciatum, quem improbat ex plurib.*

3 *Captiones æquitati, & bonæ fidei contraria ſunt: & captioſos modos lex improbat*

1 ILLVD † poſtremò, quòd Alciatus ſcripſit in tract de præſump. in 3. reg. verſ. 27. nu. 3. referendum eſt, ait enim, dolo facere non videtur, qui fraudem excluſit. l. cùm pater. in §. Titio. in fin. de leg. 2. fraudem enim fraude repellere conceſſum eſt, is enim dolus bonus & ſolertia, non malus dicitur. l. 1. in §. non fuit. de dolo, & hoc facere ſubdit ad iſtas ſpõſiones, quę 2 fiunt † quotidie ludendo, in quibus ex natura actus videtur licita eſſe captario verborum, & ſunt ſtricti iuris. l. ſi rem. in §. fi. ff. de præſcrip. verb. hæc ille. Cuius ſententiam intelligendam ſentio, in verbis captari licere in huiuſmodi ſponſionibus, dummodo dolus cauſam ſponſioni non dét, & ſecundum ea, quæ proximè ſcripſimus in verſ. quæro igitur, facta eſt ſponſio, &c. & verſic. item quæro. Vincentius ſciens, &c. Addo, quòd Alciat. ſententia etiam, vt ſupra intellecta adhuc dubitabilis redditur, pręcipuè inter mercatores, tum ex his, quæ habētur per Bart. in l. ſi fideiuſſor. in §. quædā. & in l. Quintus. ff. man. & his, quæ in vltima parte dicemus principalis tractatus, tum etiam quia bona fides in his, qui plurimum negotiantur, valde requiritur, ſecundùm Bald. in c. ſi pro debilitate de offic. deleg. quem bene cenſuiſſe ſcripſit Iaſ. in l. Iuriſgentium in §. ſed cum nullo. nu. 11. ff. 3 de pact. &c. facit l. bona fides. ff. depo † huiuſmodi autem captiones æquitati, & bonæ fidei contrarię videntur, cùm nil ſit tam contrarium bonæ fidei, quam fraus. Accedit quod captioſos modos lex improbat. §. ſed quia. Inſtit. de fidei. hæredi. & facit ad rem l. cū Aquilliana. ff. de tranſact. & quod belliſſimè Iuriſconſul. ait in l. penul. ad exhibendum. in illis verbis non oportere ius ciuile calumniari, & verba eius captare, & quoniam quotidianum, & frequens eſt, vt contrahētes ſe in verbis captare in ſpõſionibus quærant, quæ ſcripſimus diligenter notato.

SVMMARIVM.

1 *Qua actione ex ſponſione agendum ſit, diſputat, & decidit.*

2 *Locus Ciceronis in Oratione pro Pub. Quintio in principio, ac fine, declaratur, ſ. an ſponſo ſit actionis nomen.*

3 *Veteres Iuriſconſulti aliquando errarunt, & Imperatores ab Imperatoribus nonnunquam corriguntur:*

RELIQVVM eſt declarare, qua actione ex ſponſione agendum ſit. † dicet aliquis actione ex ſpõ- 1 ſione agēdum eſſe indicat Ciceroni locus in oratione pro P. Quintio, quā orationem habuit apud Caiū Aquilium, nobilem Iuriſconſultum, & ſponſionis iudicem ſponſionem, inquit Quintius facere maluit, fe- 2 cit ſe † iudicem Caii Aquilii, ſumpſit, ex ſponſo egit in hoc ſumma iudicij cauſaque conſiſtit. & ita Budæus ſenſit in annotationibus in Pandectas, pag. 33. Breuiter tam dicendum puto, diſtinguendumq; eſſe inter ſponſionum genera, vt in ſecunda parte huius tractatus diximus. In primo enim ſponſionis genere, ſi pignora fuerunt depoſita penes tertium partibus præſentibus, directa præſcriptis verbis contra tertium actio competit, irritum enim videtur pactum cum ſequeſtro, vt reſtituatur mihi pignus, ſi vicero. Si verò partibus abſentibus pignora ſunt depoſita, vtilis actio præſcriptis verbis, locum habet, depoſitum enim fuit pignus per dominum ea lege, vt ſi vincere, mihi daretur, argumen. l. ſi cùm vēderet. ff. de pigno. actio. iuncta l. publia. ff. depoſi. prædicta eleganter ſcripſit Pau. de Caſt. in cita. l. ſi rem in §. fi. quis ſponſionis ff. de præſcript. ver. ſubdens ad pignus per me depoſitum actione præſcriptis verbis agere me etiā poſſe, tradidi enim, vt mihi reſtitueret ſequeſter ſi vincerem, vnde innominatus contractus eſt. Quod & idem Paul. in princip. d. l. ſi rem. & in l. ſi apud eodem tit. probauit.

In ſecundo vero genere clariſſimi iuris eſt, ex ſtipulatione duas proficiſci actiones, tam conditionem certi, ſi certa eſt ſtipulatio, quàm ex ſtipulatu, ſi incerta, vt dicit Imper. Inſtit. de verbo. obligatio. in principio, & ibidem vide gloſ. & Dd.

In tertio verò ſpõſionum genere, & vbi pacto nudo fit ſpõſio, dic vt in l. cùm nota. C. de tranſact. & l. naturalis. §. 1. ff. de præſcript. verb. & vt latè ſupra diximus in ea parte, in qua quot ſint ſponſionum genera, diſſeruimus verſi. ſed belliſſimè quæri poteſt, &c. & quæ ad hunc locum attinent, illinc aſſumes. Tantùm enim addo Iaſ. in rubr. ff. de præſcrip. verb. nec quenquam Ciceronis locus moueat: intelligo enim, ex ſponſo egit, hoc eſt actione, quæ ex ſpõſione proficiſcitur. Similis eſt expoſitio Accurſij in l. certi cōdictio. ff. ſi cer. pet. & ſolent iuris interpretes plerūque dicere actionis nomen non eſſe: vt in actione oneris aduerſi in l. in naui Saupheli. ff. loc. de quo tamen Pauli commentarios ibidē vide, & quæ ſuprà diximus in quæſtionibus, verſ. itē quærit Paul. de Caſt. & hanc interpretationē ad Cice. locum probare poteris ex his, quæ etiam notantur. Inſt. de act. in §. item ſi quis in fraudem, & pro hac ſententia ac interpretatione locus Seruij Sulpitij eſt relatus à Gellio noc. Att. lib. 4. c. 4. illic enim ita ſcriptum eſt: Sponſalia in ea parte Italię, quę Latium appellatur, hoc more atque iure ſolita fieri ſcripſit Seruius Sulpitius in libro, quem ſcripſit de dotibus. Qui vxorem, inquit, ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri, qui daturus erat, itidem ſpondebat, is contractus ſtipulationum promiſſionumq; dicebatur Sponſalia: tum quæ promiſſa erat ſponſa appellabat qui ſpoponderat ducturum ſponſor, ſed ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſa agebat, iudices cognoſcebant, & reliqua. Hic ergo locus clarè demonſtrat ſponſionem nomen actionis nō eſſe: moris enim fuit veteribus, vt Iuriſconſultus ait in l. 2. ff. de ſpon. ſtipulari, & ſpondere ſibi futuras vxores. vnde ex ſtipulatione agebatur, ſi interuenerat, ſed & ſine ſtipulatione nudo conſenſu ſponſalia poſſunt contrahi, vt in l. 4. in l. ſponſalia. & l. fi. codē tit. ſponſio enim eſt omnis ſtipulatio promiſſioque. Et ex his etiam liquet Acc. forſitan erraſſe, qui in l. 2. ff. de ſponſ. inquit ex hac ſtipulatione non reperio agi. Non enim Seruij Sulpicij relatum locum à Gellio legerat, ſed candide lector, quia Seruij Sulpitij liber non extat, & illo ac aliis veterum Iuriſconſultorum maxima. ſ. legum & Romani cādoris iactura, caremus, in articulo perlege, quæ Bald. ibidem ac Bart. & pleriq; alij in l. Titia. ff. de verb. obl. ſcripſere. Nos vt ad rem redeamus, Cicer. locū exponendum, vt ſuprà, putamus, ex ſpõſo egit,

eg·t,hoc eſt ex ſponſione,& promiſſione. Et illud in eodē loco placet adnotaſſe, vel reſtituendum Ciceronis locum eſſe,vt non ex ſponſo, ſed ſponſu legendum ſit,ſponſus enim, ſponſus, ſponſui,quartæ declinationis, pro ſponſione,& promiſſione veteres vtebantur,vt patet ex Seruij Sulpitij loco. vel dicas declinandum eſſe illud nomen apud Ciceronem, ſponſus,ſponſa,ſponſum.

Hæc de ſponſionibus attigiſſe ſufficiat, in quibus ſi quid boni excogitauimus,quod ad dirimendas lites,
3 publicamq; vtilitatem† pertineat, & publicè expediat, in omne Deo Optimo Maximo referendum. Sed ſi diſſertiſſimus lector in aliquo nos erraſſe perſpiciat, benignè corrigat, & boni quæſo conſulat lucubrationes noſtras: & cogitet etiam veteres Iuriſconſul. nonnunquam erraſſe, & Imperatores ab Imperatoribus aliquando correctos fuiſſe.

Finis Tractatus de Sponſionibus.

BENVENVTVS STRACCHA
REVERENDO AC ILLVSTRIORI
ROBERTO NOBILI S. P. D.

MINIME (ita me Dij ament) miror,ſi omnes literati viri, quibus familiariter vteris,virtutes narrant tuas,ad cælum te ferunt,& maximam expectationem de te conceperunt: Periculum enim in Latinis Græcisque literis & muſicis fecerunt,quæ liberum ſcire æquum eſt adoleſcentem: & meritò te ſolertem dederunt, & quale ingenium habeas, omnibus eſt indicio oratio tua. & cùm egomet mecum iſthæc cogito, tanquam ex alta ſpecula optatam ab illuſtri parente tuo Cardinalatus dignitatem te citiùs aſſecuturum video, & Chriſtianæ Reipublicæ cùm per ætatem licebit,maximo adiumento futurum,& ſi,vt debes,& in animo eſt, ad leges noſtras citiùs te retuleris,Iuriſconſulti Neruam filium facilè ſuperaturus,qui annis decem & ſeptem natus,publicè de iure reſpondit. Habes namque præceptores optimos doctiſſimóſque viros,& famæ haud obſcuræ,Nicandrum Toletanum,Didacum Lucitandum,& Dionyſium,habes ętatem oportuniſſimam,etenim in Græcarum Latinarúmque literarum ſtudio tantum profeciſti, quantum ea ętate nemo vnquam alius. Habes parentem tui cupidum atque amantiſſimum,& qui te ſemper ad bona ſtudia hortatur & monet, vt hoc vnum timendum ſit,ne tibi ipſi deſis. Quòd ſi tibi non defueris,dubitandum non eſt,quin opinioni hominum atque expectationi, quam omnes de tę conceperunt,reſpondeas,& ea,quę prædixit Benuenutus,facilè ſuccedant: & noſti auribus dare non ſolere,qui tibi tractatus quos edidit de Nautis,Nauibus, & Nauigatione,dedicat,quos amiciſſimorum mercatorum iuſſu citius,quam decreuerat, foras dare coactus eſt,ſperátque aliquando à te lucubrationem ſuam probatum iri,cùm materia noua ſit & quotidiana,& à maleuolis defenſum iri: munuſculúmque ſuum & ſi paupertate vileſcat ſua, gratum tamen futurum, tum propter comitatem tuam,tum quia à cliente Benuenuto proficiſcitur,qui te vita propria clariorem habet. Vale.

CLARISSIMI IVRISCONSVLTI BENVENVTI STRACCHÆ Patritij Anconitani, Tractatus.

De Nautis, Nauibus, & Nauigatione.

SVMMARIVM.

1 *Mercatura in nauigatione valde verſatur.*
2 *Tractatus de nautis diuiſio in ſex partes.*
3 *Nauta, verbum generale eſt, & omnes continentur, qui nauis nauigandæ cauſa in naui ſunt.*
4 *Archigubernius claßis, præfectus dicitur.*
5 *Magiſter nauis eſt, cui totius nauis anchora mandata eſt & generaliter qui dicantur magiſtri, ibidem dicitur.*
6 *Nauarchus princeps nauis dicitur.*
7 *Nomina Græca etymologiam Latinam non recipiunt.*
8 *Nauarchi iure militari teſtari poſſunt.*
9 *Trierarchus præfectus trieris, hoc eſt triremis dicitur.*
10 *Proreta dicitur, qui proræ inſiſtit, ſeu proræ præfectus eſt.*
11 *Nauicularij qui ſint.*
12 *Dietarij ſunt, qui nauibus cuſtodiæ gratia præponuntur.*
13 *Lintrarij qui ſint, & lintres.*
14 *Meſonauta, vilis mancipij nomen.*
15 *Remiges hi ſunt, qui remos agunt.*
16 *Exercitor quis ſit.*
17 *Nauigantium tria ſunt genera.*

Dei maximi Optimi implorato auxilio.

NECESSARIVM hunc titulum ad tractatum noſtrum nemo eſt, qui neſciat.
1 † Quippe cùm mercaturam in ipſa nauigatione valde verſari videamus. Vnde Horatius opinor;

Luctantem Icarijs fluctibus Africum
Mercator metuens otium, & oppida
Laudat rura ſui. Mox reficit rates
Quaſſas indocilis pauperiem pati.

Et alibi;

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

Videamus igitur prius de ipſis nautis, quorũ opera nauigationes fiunt, & ſine ipſis naues inutiles eſſent. Cum nauim agere ignarus nauis timeat, vt admonet Imper. Inſti. de iu. na. §. fi. & Iuriſc. in l. 2. ff. de ſta. ho. idque etiam dignitas hominum ſuadet. l. iuſtiſſimè. ff. de ædil. edi. Et hoc ordine eundum eſt.
2 † Vt primum videamus de ſignificatione vocabuli, variiſque nautarum nominibus, ac nauigantiũ generibus.

Deinde num hi locatores, vel conductores dicantur, & culpam tantũ, vel etiã caſum præſtare debeãt.

Poſteà, quibus ex cauſis culpa nautæ naufragium factum merces amiſſæ, ſeu deteriores redditæ à iure præſumantur.

Tum, quomodo deducẽda, probandaq; ſit culpa.

Poſt hæc quæſtiones quaſdam ſubijciamus.

Nouiſſimè, quibus actionibus agendum ſit, breuiter diſſeramus.

3 † Inſcripſimus de nautis, quod verbum, vt generale elegimus, nam, vt Iuriſc. inquit, in l. 1. §. qui ſunt igitur. ff. nau. cau. ſtab. Nautæ appellantur omnes, qui nauis nauigandæ cauſa in naui ſunt. Idem Iuriſconſ. ait in l. vni. ff. furti. aduer. nau. Omnium autem, qui in naui verſantur, officia & vocabula percenſere, nõ eſt noſtrum, nõnulla autem enumerare, de quibus in iure noſtro fit mentio, nõ ab re erit. Habes in l. Seius
4 Saturninus. ff. ad Trebellia. de archigubernio, † & dicitur archigubernius gubernatorum princeps, vel claſſis præfectus, legitur de magiſtro nauis in l. 1. in
5 § magiſtrum. ff de exer. vbi Iuriſconſult. inquit; † Magiſter nauis eſt, cui totius nauis anchora mandata eſt. & vide quid de magiſtris nauium Imperator dixerit in l. quoties. C. de naufr. li. 11. Et generaliter, cui præcipua cura rerum incumbit & qui magis quàm cæteri diligentiam, & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent, hi magiſtri appellantur; vt inquit Iuriſconſult. in l. cui præcipua. ff. de verbor. ſignifica.
6 † Legitur etiam de nauarcho in l. cum nauarchorũ. C. de naute. lib. 11. & id ſignificat, quod princeps nauis. Nec recipio, quòd Luc. Pen ibidem ſcripſit legendum eſſe nauargorum, ſecundum Pap. ab Argo primo nauium ductore, & ſunt nauargi, nauium magiſtri, cùm nauarchi vocabulũ à Græco ſermone de-
7 ducatur. † & abſurdum videtur Græca nominũ etymologiam Latinã recipere, vt elegãter inquit Gelli.
8 Noctium Atti. lib. 6. c. 12 † & nauarchos iure militari teſtari poſſe, non eſſe dubitandum, inquit Iuriſcõſ. in l. vni. ff. de bono. poſ. ex teſta mi. vbi fit etiam mẽ-
9 tio de trierarchis, † eſt enim trierarchus præfectus trieris, hoc eſt, triremis, de quo vocabulo meminit Cicero in Verr. Act. 3. Meminit de gubernatore, ac proreta Iuriſc. in l. eorem ferro. in §. dominus. ff. de
10 publ. † Eſt autem proreta, qui proræ inſiſtit, ſeu proræ præfectus eſt, πρωράτης Græcè, ſeu πρωρεὺς dicitur. De nauicularijs & naucherijs crebra fit mentio in tit. de nauicu. C. lib. 11. & alijs ſexcentis locis, de qui-
11 bus vide Bud. in l. 1. ff. nautæ cau. ſtab. † Inquit enim Nauicularij nauium ſunt domini, qui græcè ναύκληροι dicuntur, meritorias naues habentes, quos patronos appellamus. Tu verò dic vt in tit. citato, & in l. 3. in §. negotiatores, cũ ſeq. ff. de iure immu. & adde, quæ diximus in 1. parte huius tract. in nu. 62. & quæ ſtatim dicemus. Meminit etiã Iuriſc. in ea. l. 1. §. qui ſunt igi-
12 tur. de dietarijs † & ſunt quidã in nauibus, qui cuſtodiæ gratia præponũtur nauibus, ſunt & qui dietarios

vocant, & qui exponunt dietareos miniſtros in dieta deſeruientes. Nec me præterit Alci. dietureos
13 legere, quaſi cuſtodes dietæ. † Ex eodem loco habes lintrarios, & ſunt lintrium exercitores, lintres autem ſunt fluuiatiles naues, quæ remis agebantur. Ibidẽ de
14 remige, & meſonauta fit mẽtio. † Eſt enim meſonauta vilis mancipij nomen, vt mediaſtinus domi, qui viliſſima quæque miniſteria obit, vt Bud. eo loco interpretatur, de quo verbo vide l. fin. eod. tit. & quod Alcia. ſcribit lib. 3. diſpu. c. 21. ac etiam in parerg. c. 43. lib. 1. & omnino vide Nic. Boë. deci. 56. col. 1. & ſimi-
15 liter, &c. † Remiges autem illos eſſe, qui remos agũt, & remigandi miniſterio mancipati ſunt, nemo dubitat.

16 † Exercitorem etiam eum eſſe, ad quem obuentiones, & reditus omnes perueniunt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue a domino nauim per auerſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum. Iuriſc. inquit in l. 1. in §. exercitorem. ff. de exercit. Aliorum qui in naui ſunt nomina, & officia, habes ex relato Budæi loco ſuprà proximè. Et ex his, qui de nauibus ſcripſere, nos miſſa iſthæc vocabula faciemus, & quæ vtiliora ſunt, attingemus. Angel. in conſ. 290. thema tale eſt,
17 &c. non ineleganter ait: † Nauigantium tria eſſe genera. Primum eorum, qui piraticam prauitatem exer
1 cent, peſſimum quidem genus hominum, vt in auth. nauigia. C. de fur. & in l. poſtliminium. §. a piratis. ff. de capt. de quibus quædam infrà ſubiiciemus. Secundum genus nauigantium eſt, ex neceſſaria cauſa nauiculariorum, ſcilicet, qui annonæ Vrbis ſeruiunt, & delegatas ſpecies annonarias trãſferunt. Hi enim immunitatem à muneribus publicis conſequuntur, nec concuſſiones perpeti debent, nec aliquod genus incommodi, ſed venientes, ac remeantes omni ſecuritate potiuntur. vt in l. 1. & toto tit. C. de naucular. lib. 11. & l. 3. §. negotiatores. ff. de iure immu. Tertiũ nauigantium genus eſt, eorum, qui mercaturæ, merciumque, ſeu rerum aduehendarum cauſa nauigant, de quibus prætermiſſis primis duobus generibus verba facturi ſumus.

SECVNDA PARS.

SVMMARIVM.

1 Nauta, qui merces vehendas accipiunt, & ex hoc mercedem, locatores dicuntur.

2 Mercatores, qui pecunias vehendarum mercium cauſa dant conductores appellantur.

3 Locatores ex dolo & culpa tenentur.

4 Nauta, qui certa mercede operas domino nauis locauit in ducenda naui, de leuiſſima culpa tenetur.

5 Locatores de caſu nõ tenentur, niſi aliud actũ ſit.

6 Magiſtris nauium, & nautis caſum probare ſat eſt, & qui eorum culpa caſum eueniſſe aſſerit, probare debet.

7 In examine peragendo naufragij partem citari non eſt neceſſe.

1 NVNC ſciendum eſt, † nautas, qui merces vehendas accipiunt, & ex hoc mercedem, locatores dici, vel quia operas ad exportandas merces locãt, vel quia
2 nauium vſum præſtant. † Mercatores vero, qui pecunias vehendarum mercium cauſa dãt, conductores appellari, vt latius dicemus infrà, cùm de nauibus verba faciemus, in ver. poſtquã de nauibus. nu. 1. & ſequen.

3 † Deinde notandum eſt. locatores ex dolo, & culpa teneri. l. ſi vt certo §. nunc videndum. verſi. ſed vbi. ff. cõmo. l. in iudicio, vbi gloſſ. C. loca. §. qui pro vſu. vbi ſimiliter Accurſi. Inſtit. eo. & in reg. contractus, vbi etiam Deci. ſub num. 28. de reg. iur. facit l. nauta. ff. nau. caupo. ſtab. quod tamen diximus quoad exercitorem. & nautam admittendum puto, vt mercatoribus, iiſdemque conductoribus de dolo lata, & leui
4 culpa teneantur. † At magiſtrum nauis, & ipſum nauitam, qui certa mercede conſtituta, operas domino nauis locauit nauigandi gratia, ſubdubitans tento dicere in ducenda naui, etiam leuiſſimam culpam, quam vocant, præſtare debere. Mouet me. l. ſi merces in §. qui columnam ff. lo. in illis verbis. Idemq; etiam ad cæteras res transferri poteſt. Item text. in citato §. qui pro vſu, vbi Accur. Chriſtoph. & Syluester notarunt, & ſcripſit Deci. vbi ſupra. Quibus addes, quod ex facto conſultus reſpondit Paul. Caſt. in conſ. 471. viſo ſupra ſcripto, & c. in 1. parte. quã tamen articulũ non diſſeruit.

5 † Rurſus illud adiiciendum eſt. locatores de caſu nõ teneri, niſi aliud actum ſit l. opus, quod in auerſione. vbi Bart. & l. item quæritur. §. ſi nauicularius. & §. ſi magiſter, ver. l. abeo ſi culpa caret, non teneri, & in l. martius. & l. ex locato §. vis major ff. loca. faciunt, quæ ſcripſit Bart. in l. ſi vno. in §. item cum quidam. ff. eo. tit & in l. ſed & ſi quis in §. quæſitum. ff. ſi quis cau. & ex facto conſultus etiam reſpondit, vt ſuprà Pau. de Ca. cõſ. 471. viſo ſupra ſcripto in 1. parte. Et generaliter caſus fortuiti nemini imputantur. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. & in c. ſi. extrà de homi. Et vis ventorum, & aquarum magnitudines, inter caſus fortuitos annumerantur. l. cõtractus. ff. de reg. iur.

6 † Et propterea ſciendum eſt, magiſtris nauium, & nautis locatoribus caſum probare ſat eſſe. Qui enim nautarũ culpa caſum eueniſſe aſſerit, illũ probare debet. Nã, vt eleganter Salic. ſcripſit in l. ſi creditor. C. de pign actio. quædã ſunt, quæ facilè, & frequẽter eueniunt ſine culpa poſſeſſionis, vt vis hoſtiũ, impetus aquarũ, vis ventorũ, & tẽpeſtas, & in his ſufficit probare caſum: Qui verò dicit culpa eius factũ probare debet, & ita intelligit gl. ibidem. Quædam verò ſunt, quæ ſine culpa præſumpta facilè nõ eueniunt, vt furtum l. cũm duobus. in §. damna. ff. pro ſocio. Item incẽdiũ, & in his, quia caſus habet culpam annexam, & cõmiſſã, is qui caſum allegat, debet tale quid probare, propter quod culpa excludatur. Hactenus ille. Quã diſtinctionẽ Bart. prius notauerat, in l. ſi quis ex argentariis. in §. prætor. ff. de eden. & frequenti Dd. ſentẽtia eſt recepta, vt ſcribit Aret. Inſtit. quib. mod. re. cõ. ob §. fi. & ſentit Cor. cõſ. 318. in 1. & 2. col. vol. 4. pro vecturali, &c. & idẽ præceptor meus Goa. teſtatur in conſi. 63. quidã locauit. in princip. Sed quid longè vagor: lege ſpeciatim cautũ eſt, nautis naufragiũ probare ſufficere. l. 2. C. de naufr. lib. 11. Cauetur enim ea. l. ſi nauicularius naufragium ſuſtinuiſſe affirmet, prouinciæ iudicem eius, videlicet, in qua res agitur, adire feſtinet, ac probet apud eũ teſtibus euentũ infra annũ, & reliqua. Nec te moueat. l. ſi. eo. tit. quoniam & gloſſ & Bart. vitio, & culpa nautæ numerum frumẽti diſperſum, ſeu naufragium factũ in ea. l. fuiſſe, rectè quidem interpretantur.

Poſtremò

Poſtremò prædictis adde, quod elegantèr inquit
7 Bart. In ea l. 2. C. de naufrag. † In examine peragẽdo
caſus, & naufragij partem citari, quæ in longinquis
forſan partibus commoratur, non eſſe neceſſarium,
idque mirabile eſſe, ſubdens ſic poſſe intelligi. l. ſcire
oportet. in §. ſufficit. ff. de excuſ. tut. in illis verbis, cu-
ius fidẽ ſufficit affirmare ex ipſa naturali iuſtitia. Et
idem probat Ioan. de Ana. in cap. excommunicatio-
ni. col. antepenult. extrà de rapto. & Præpo. in c. Rho
diæ. 2. diſtin. & placet Marſil. in ſingul. ſuis ſingul. 24.
clarum eſt in iure, & non improbat Decius in con-
ſilio 82. viſo proceſſu. &c. columna 1. & fina. quæ
ſcire valde expedit, vt nautis rectè conſulere va-
leamus.

TERTIA PARS

SVMMARIVM.

1 Culpa annumeratur nauta, ſi nauiget vetito tẽpore, quod hodie ex conſuetudine non ſeruetur, & quod ſit tempus vetitum.

2 Culpa reus eſt nauta, ſi aduerſo tempore nauiget.

3 Nauta in culpa eſt, ſi poſt conuentum tempus nauiget.

4 Nauta modum in nauigando ſeruare debet, & culpa vacat ſi agit, quod diligens faceret.

5 Nauta ſi cùm proſperior flatus inuitat ſine cauſa in portu immoratur, dimiſſa nauigatione damnum mercatoribus ſarcire tenetur.

6 Culpa nautæ aſcribitur, qui recta nauigatione cõtempta, littora deuia ſectatur, niſi iuſta de cauſa rectam nauigationem non ſeruaret, & cauſæ enumerantur.

7 Nauis cùm ventis committitur, non quò vult nauta, ſed quò flatus impellit, illuc eſt curſus.

8 Nauta qui propter illicitas exactiones publicanorum, curſum nauigationis aliquantulum immutat, accuſatur.

9 Nauta ſoluit vectigal pro naui, pro mercibus mercium dominus.

10 Nauta tenetur ex locato, ſi merces ex vna naui in aliam deteriorem tranſtulerit.

11 Nautæ imputatur culpa, qui integram nauim non præſtat. Vnde tenetur, ſi merces ex hoc deteriores reddantur.

12 Nautæ culpa vertitur, ſi plus iuſto nauim oneret.

13 Culpa nautæ arguitur, ſi minus idoneis hominibus commiſſa eſt nauis,

14 Naufragium factum in dubio cenſetur propter ſuppoſitum onus.

15 Culpa non caret nauta, ſi per locum notoriè non tuta nauigare voluerit.

16 Lex vult vnumquemque ſapientem, & diligentem eſſe & ideò Natura homini, & rationem, & intellectum dedit, vt ea vtatur.

17 Culparum genera variant ſecundum genera cõtractuum.

18 Nauta notatur culpa, ſi abſque tutela ignotos homines in nauim aſſumpſerit, vnde ſi mercium ſubreptio ſubſequatur, tenetur dominis merciũ.

19 Culpa nautæ tribuendum eſt, qui cùm per lacunas abſque periculo nauigare poteſt, ſpreta tuta nauigatione, mari proficiſcitur.

20 Nautæ qui Venetias vadunt & per lacunas tutò ire poſſunt ſi mari proficiſcuntur, nõ carent culpa.

21 Mare homini potenti, & crudeli comparatur.

22 Nauta mercatoribus tenetur, ſi illicitas merces in nauim immiſerit, & ex hoc omnes publicari contigerit.

23 Nauta annumeratur culpæ ſi illicitis inſignibus in naui ſit vſus: & propterea merces ablatæ ſeu amiſſæ fuerint.

24 Statutũ Anconitanum prouidenter factum, ne magiſtri nauium inſignibus aliarum ciuitatum in nauigijs vtantur.

24 Nauta qui piraticam nauim à vadis liberauit, ſi poſtea à piratarum naui captus fuerit, & merces perdiderit, tanquam cauſam damni dans tenetur.

26 In culpa eſt qui non prouidet, quod à prouidente fuiſſet prouiſum,

27 Perſonæ qualitas ſpectanda eſt.

28 Spectandum eſt, quod quis ſolitus & conſuetus facere exiſtit.

29 Piratæ militant inſtar catulorũ in ſyluis, hoſtéſque publici & infames ſunt, & militiã exercere non poſſunt.

30 Piratæ hoſtibus fidei, & principis comparandi ſunt, poſſúntque impunè deprædari, quia ſunt ipſo iure diſſidati.

31 Piratæ ſunt latrones maritimi, & ter in anno ore Pontificis excommunicantur.

32 Nautæ vitio, ac culpæ vertitur ſi non impetu vẽtorum, aut tempeſtate coactus, ſed imperitia in vada & ſcopulos incidit, & nauim frãgit.

33 Quam quiſque norit artem, in illa ſe exerceat.

34 Nautis culpa non vertitur, ſi piſcatores nocte lumine oſtenſo ipſos fefellerint, vt credẽtes ſe in portum recipere, quaſi portus ſit, vbi lumen cernitur, in ſcopulos incidant.

35 Nauta in vitio eſt, ſi non omnes miniſtros in naui neceſſarios adhibuerit, qua de re ſequatur naufragium.

36 Anconitani ciues non debent ſinere piſcatores polyporum tempore extra diui Clemetis ſcopulos luminibus piſcari, ne nauigantes decipiãtur.

37 Magiſter nauis, qui recuſans ordinariũ vectigal ſoluere portum non petit ſi naufragiam facit, tenetur.

38 Anconæ laudes.

39 Exarmare nauim, eſt armamentis ſuis ſpoliare.

Digitized by Google

factus eſt , nauta tenetur l.qui fiſcales C. de nauic.
lib.11.l.cùm proponas.C.de naut.fœno.vbi latè Dd.
ſcripſere , & ad prædicta vide Angel.in l.penul. C.
quæ res ven.non poſ.& omnino Cot.conſi.273. vol.
1.per totum viſis proceſſu , & ſtatuto. qui diffuſè lo-
quitur more ſuo, & ſuper ſtatuto Anconitano addes
Iaſ.in l.1.nu.3 ff.ſi quis caut.& quod ſcripſit Bar.in l.
præſidibus.ff.de cur.pub.& latiſſimè Nicol.Boër.de
ciſio.178.& primo.nu.32.vbi diuerſorũ authoritates
citat.& his adde Aymon Craue.in conſi.115. nobilis
Gulielmus num.5.Prædicta tamen declara , niſi iu-
ſta cauſa nauta motus rectam nauigationem nõ ſer-
uauerit,vel quia reficiendæ nauis cauſa , quæ vitium
fecerat,& in qua ex tempeſtate vnda penetrauerat,&
merces corrumpebantur,vel impetu ventorum,& tẽ-
peſtatis, vel metu piratarum , cùm fortè inter naui-
gandum piratas vidiſſet,ſecundum Baldum, & Sali.
in citata l.cùm proponas. in fin,idque arg.l.2.§.quid
enim.ff.ſi quis caut. & ff.de lib.cau.l.imo. & ff de pu
blic.l.Cæſar.quæ probat Bertac. in trac. de Gab. in
vlt.par.nu.58.Ait etiã Bal.in conſi.395.vol.2.in prin.
7 † cùm ventis nauis committitur,non quo vult nauta,
ſed quo flatus impellit,illuc eſt curſus.d.l.Cæſar.qui-
bus addes l.fi.§ ſi propter neceſſitatem.ff.de publi.
8 ſubiicit idem Bal.in citata l. cùm proponas. † Idem
iuris eſſe,vt nauta excuſetur,ſi hoc faceret cauſa con-
ſeruandi ius ſuum:quia vectigal erat illicitum,& frau
dare non eſt peccatum.Ceſſat etiam ratio l.cum pro-
ponas. quæ dicit , præcipiti auaritia, &c. Eſt enim
conſilium hoc,non auaritia , quia nemo tenetur ia-
ctare ſuum.ff.de probatio.l. cùm de indebito. Vnde
infert,ſi rex impoſuit vectigal vnius groſſi pro ſingu-
lis ſarcinulis , & publicanus de facto accipit duos,
licitum eſt quocunque ingenio manus eorum au-
fugere,quia prædones ſunt , & omne detrimentum,
quod contingit ea hoc regi , vel fiſco , refici de-
bet per publicanos , quorum vitio hæc eueniunt.ff.
de libe.cau.l.igitur.in § fin.Hæc Bal. quę puto valde
notanda ad excuſandum nautas, qui propter audaciã
atque temeritatem publicanorum,plerunque cogũ-
tur curſum nauigationis aliquantulũ immutare. quę
ſententia Bald. probabilis aliquando reddi poteſt,
quia nauta non ſolùm ſibiipſi , verùm & mercatori-
9 bus conſulere ſtuduit. † Nam pro naui nauta vecti-
gal ſoluit, pro mercibus mercium dominus , vt per
Bart.in d.l.cùm proponas.in fi.& l.cùm in plures in
§.vehiculũ.ff.loca.Bart.& alij in l.1.in §. hic titulus.
ff.de pub.latè Bert.in tract.de Gab.in 7.quęſt.ptine.
nu.3.& ſeq.& ad quæſtionem,ac nautę excuſationem
videbis,quę ſcripſit Rapha.Cuma in conſil.5. nauta
quidam,&c. & contra vbi vectigal licitum eſſet , &
ordinatum videbis , quę ſcripſit Aymon in relato
conſil.115.nobilis.
10 † Agitur ea locato cum nauta,ſi merces ex vna na
ui in aliam deteriorem tranſtulerit,ex quo enim nul-
la neceſſitate coactus , minus idoneæ dedit naui , ſi
merces cum naui perierint,nauta tenetur,ſecundùm
Iuriſconſ.diſtinctionẽ in l.fin.in §.ſi ea.ff.ad l.Rhod.
de iact.& l.item quęritur.§ 1.ff.locat.ad quam l.fin.
vide Deci. in c.ea ratione.nu.19.de appel.Lau. Syl-
ua.tracta.de feud.recog.q.85.nu.2.to.7. & adde quę
ſtatim ſubiiciam.
11 † Culpę imputatur nautę ſi integram nauim non
pręſtet,& propterea ad id,quod cõductorũ intereſt,
tenetur.l.ſed addes §.1.ff.loc.l.tenetur.§.ſed ſi vas.&
l.quidquid.ff.de actiõ.emp.ff.de ędil.edic.l.proinde.
Vnde ſi merces deteriores factę ſint , mercatoribus
tenetur,iuxta d.ll.& not.per Bar.in l.rebus.§.itẽ qui,
ff.comm.facit l.itẽ quęritur.in §. 1.ſuprà adducto in
illis verbis,Aut ſi minus idoneę,&c.& vide l.ſi ſeruus
ſeruũ.in §.ſi mulier.ff.ad legem Aquiliã, cùm autem
ſine dolo,& culpa nautę tẽpeſtate ſuborta, vel aſper-
gine,vel quia merces in aliquo angulo iacebant , &
vnda penetrauerat:& propterea vndatę merces dete-
riores factę ſint,dic vt eleganter Iuriſc. reſpõdit in l.
nauis onuſtę.§.cùm autem iactus.ff.ad leg.Rhod. de
iact. & ibidem Paul.de Caſtr.& adde l.ſi.§.idem iu-
ris.eod tit.in illis verbis,ſi nauis vitium fecerit, ſine
dolo , & culpa nautę.
12 † Culpę ac vitio nautę vertitur , ſi minus idoneis
hominibus nauis commiſſa eſt. Vnde ſi nauis cum
mercibus perierit,ſeu merces amiſſę propter imperi-
tiam miniſtrorum,quia experientes,ac periti in naui
non fuerint,nauta tenetur.l.vtique.in fi.ff.de rei ven-
di.vbi optimum textum vide.l. ſi ſeruum §. ſi forni-
carius.ff.ad l.Aquil.in illis verbis,Si negligens in eli-
gendis miniſtris fuit.& ead l.§. Proculus, & in ſimili.
l.quod ſi nolit.in §.ſi mancipium.ff.de ędi.edic.ad de
gloſ.in l.videamus.ff.loca. & quod eleganter Iuriſc.
inquit in l.item quęritur.§.ſi magiſter.ff. eod. in hęc
verba: Si magiſter nauis ſine gubernatore in flumen
nauim immiſerit.& tempeſtate ſuborta tẽperare non
potuerit,& nauem perdiderit,vectores habebũt ad-
uerſus eum ex locato actionem. Hinc etiam Vlp. in
l.1.in §.magiſtrũ.in fin.& alibi ait,cuius conditionis
ſit magiſter nauis,nihil intereſſe, imputaturum exer-
citori,qui propoſuit.De ſe igitur quęri debet,qui mi
nus idoneis vtitur miniſtris, & negligentia conducto
ribus obeſſe non debet , & his addes elegantem tex.
in l.nam & Seruius.in §.ſi.ff.de neg.geſt. in illis ver-
bis,ſed enĩ quòd imprudenter eum elegeris,vt quie-
quid detrimẽti negligẽtia eius fecit, tu mihi pręſtes.
13 † Culpa etiam nautæ arguitur,ſi plus iuſto nauim
oneret l. vni.C.ne quid oneri publi.l.qua actione §.
ſed & ſi quis eum.gl.in verſi.ſed ſi quis.l ſi ſeruus ſer-
uum.§. ſi mulier.l.ſi ex plagiis.§.in cliuo capitolino.
vbi Acc.in verſi.neque cum hominibus.ff.ad l. Aq. l.
qui inſulam §.qui mulas.ff.loc.ff.ſi quad. pau.fec.di.
l.1.§ ſi propter loci,& vide Bart.in l.pub. C. de cur.
pub.Corſet.in ſingu. ſuis in verſi.onus. Vnde ſi ex
hoc naufragium factum ſit , mercéſue perierint , ſeu
deteriores redditæ nauta tenetur.Fuit enim in ipſius
nautæ arbitrio nauim non ita onerare , & a diligente
ac perito nauta potuit prouideri ea nimio onere nau
fragium fieri.l.qui occidit.§.in hac.l.ſi putator ff. ad
leg.Aq. vide Luc. Pen. in citata l.vni.ne quid one.
pub. eleganter inquit propter ſuppoſitum onus in
14 dubio naufragium factum cenſeri. † quod ſubdit legẽ
illam innuere,& arg.l ſi ſeruus ſeruum.in §.ſi mulier.
ff.ad l.Aqu.& citat gl.in rub.de nauf.C.eo.li. & præ-
dicta quotidiana ſunt. Nautæ enim plerumque lucri
auidiores licet ſarcinulis nauim onuſtã habeãt:cùm ta
mẽ ad aliũ portũ perueniũt excęcati lucro aliorũ merca
torũ ſarcinulas in naui imponũt, & plus iuſto onerãt.
15 † Culpa etiã nõ caret nauta,ſi per loca notoriè nõ tu
ta nauigare voluerit. Finge enĩ notoriũ fuiſſe piratas
eſſe,& in magno nu.& cùm poſſet in portu manere,
maluiſſe cũ maximo periculo nauigare. Si igitur nauis
capta à piratis fuerit,& merces amiſſę,nauta tenetur:
idq; ſẽſiſſe videtur Bal.cõſ.316. proponitur,&c.vol 3.ci
tat l.pẽ.in §.nauẽ.ff.locat ff.pro ſocio.l.cũ duobus ad
fi.ff.de cõd.ob cauſ.l.ſi pecuniã.in fi.ſubditq; ſatis ele
16 gãter,l.ea vult,vnũquẽq; † ſapiẽtẽ & diligẽtẽ eſſe.Id-
eò enim natura homini,& rationẽ & intellectũ dat vt
ea vtatur. Nec enĩ fruſtra natura hominibus hoc ſibi
17 me donũ dedit,ideo ſecũdũ cõtractuũ genera † veniũt

culparum genera.ff.comm.l.ſi vt certo.§.nunc viden
dum.hactenus Bald.& eundem Baldum videas conſ.
415.pro domino Arnaldo,vol.2.nu.6. Ad cuius ſen-
tẽtiæ robur ſuccurrit.l.qui petitorio.in §.qui re.ff.dé
rei veri in illis verbis.Culpæ autem reus poſſeſſor eſt,
qui per inſidioſa loca ſeruum miſit,ſi is perierit,facit
l.4.ff.de dona.cau.mort.ibi,aut per inſidioſa loca itu
rus,& verè piratarũ ſunt inſidiæ , vt in l.in rebus. ff.
commo.& profectò dici poſſet inciuilis nautæ auda-
cia,& accidiſſe caſum inciuilis audacia nautæ , vbi
pernotoriè non tuta loca nauigaret,cum poſſet in tu-
to loco immorari : totum tamen hoc religioni iudi-
cantis tribuendum puto,qui peritis adhibitis , atque
nauigij genere inſpecto,locis ipſis conſideratis , &
nuntiis de piratis inſpectis,ipſorumq́; piratarum na-
uibus & potentia , negotium dirimat , & vide l.cùm
proponas.ſæpe adductam & Bald.in citato conſi.ſub
relato nu.6.& in fin.

18 † Notatur etiã culpa nauta,ſi abſque cautela igno-
tos homines in nauim aſſumpſerit , & ſi ex hoc mer-
cium ſubreptio eſt ſubſecuta , nautam dominis mer-
cium teneri crediderim,ex huiuſmodi enim mala ele
ctione culpa deprehenditur,vt tradit Corn. in citat.
conſi.272.nu.27.argument.l.cum mandato in fi. ff.
de mino.§.fi.Inſt.pro ſoc.§.fin.in fi.Inſt.quib. mod.
re.cõtra.obl.ſed ego ad rem facere magis puto,quod
inquit Iuriſconſ.in l.ſi §.fi.verſi.nam cùm alienos.cũ
antece.verſi.ff.nau caup.ſtab.in hæc verba:exercitor
tenetur culpæ ſuæ.ſ.qui tales adhibuit. nam cùm ali-
quem nos adhibet , explorare eum oportet,cuius fi-
dei,cuiuſue innocentiæ ſint & reliqua,ſuccedat.l.vi-
deamus.ff.loca.vbi Iuriſconſ ait mihi itaque placet,
vt culpam etiam eorum,quos induxit,præſtet ſuo no
mine , etiam ſi nihil conuenit. ſi tamen culpam in in-
ducendis admiſit,quòd tales habuerit vel ſeruos , vel
hoſpites,& ibidem vide gl.& cùm hęc ſcripſiſſem,in-
cidi in conſilium Bal.nu.395. pro domino Arnaldo,
vol.2.proximè relatum.qui ſub nu.3.idem probat, &
citat.ff.nau.cau.l.ſi §.ſeruorum.ff.furti.aduerſus nau.
l.1.in fi.& ff.de pub.l.3.

19 † Eſt & culpæ tribuendum nautæ,qui cum per la-
cunas abſque periculo nauigare poſſit,ſpreta tuta na-
uigatione mari proficiſcatur. vide Sal. in l.2. C. de
naut.fœno.ait carere culpa nautas,qui cùm Venetias
20 proficiſcuntur,† & per lacunas ire tutò poſſint , mari
tamen proficiſcuntur,inducit eadẽ l. cùm proponas.
ad leg.Rhod.de iac.l.ſi vehenda.§.1.citat & pulchrã
gloſ.in l.eos ff.ad l.Corn.de Fal.addo ego Bart. in l.
Imperator.ff de appella. qui inquit per tutiora itine-
ra iter agendum licet longiora. & vide Dd. maximè
Iaſ.in l.1.ff.ſi quis cau.& ſubdit Sal.vbi ſuprà,ratio-
nem eſſe,quia homini potenti,& crudeli comparatur
21 mare.l.1.ff.de donatione cauſa mortis. † & aduerſæ
maris procellæ nemini parcunt , ſuntq́ue inexorabi-
les:precibus enim nõ flectuntur & addes Bal.in conſ.
395.non ſemel relato,qui ait in culpa illum eſſe , qui
iter ab omni impedimento tutum facere potuit , &
non fecit : nil tamen citat. Item, his addes text. in l.
qua actione.in fi.prin.ff.ad leg.Aquil.in illis verbis,
vel negligensius per lubricum tranſierit.

22 † Tenetur etiã nauta mercatoribus,ſi illicitas mer
ces in naui immiſerit,& ex hoc omnes publicari cõ-
tigerit.d.l.cùm proponas. C. de nau. fœno.& dic, vt
per Dd.ibi,& in variis locis huius tractatus hæc atti-
gimus, & addes elegans Raphaë.Cumani conſilium,
ſub num.5.

23 † Annumerari culpæ nautæ puto non eſſe dubitan
dum , ſi illicitis inſignibus nauta in naui ſit vſus , &
propterea merces ablatæ,ſeu amiſſæ fuerint. Pro quo
aſſumes quæ ſcribam infrà , cùm de nauibus verba
faciam,in verſ.ſciendum eſt priuatos,&c. quę ad hũc
locum attinent,& probari,ac ſuaderi poteſt,ex l.eos.
ff.de Fal.in illis verbis,& illicitis inſignibus eſt vſus,
quæ alias in maximi ponderis cauſa contra quendam
magiſtrum nauis inducebam,qui cum inſignibus An
conitanis nauigare ſolitus eſſet , & iiſdem inſignibus
naui onuſta mercibus è portu Anconitano anchorã
ſoluiſſet,profecturus per loca imperij , tempore quo
vigebat bellum inter Cæſaream Maieſtatem,& Gal-
lorum regem , Regis Gallorum inſignibus inter na-
uigandum eſt vſus,captus à Nauarcho , ſeu præfecto
claſſis imperij,propterea non ſine magno damno , &
detrimento,mercatores iidemq́ue domini mercium
eaſdem recuperarunt , quod damnum in ciuili auda-
cia imò veriùs temeritate magiſtri nauis eueniſſe
aſſerebam,& propterea, & ſarcire,ac præſtare merca
toribus debere facit l.cùm proponas.non ſemel cita-
ta. Idq; etiam probatam ex his,quæ præceptor meus
Pau.Pariſieo.ſcripſit in conſi.43.nu.69.& ſeq.vol.1.
intentio &c. Vnde prouidè Anconitani viri decreto
24 † ſanxêre,ne magiſtri nauium inſignibus aliarum ci-
uitatum in nauigiis vtantur.

Dicebam etiam,cùm quidam magiſter nauis inſu-
lam quandam naui mercibus onuſta , pleno velo na-
25 uigaret † piraticamq́ue nauim vidiſſet in vada incidiſ-
ſe,&(vt vernacula lingua dicimus)*nelle ſecche*,quibus
ſe extricare pirata non poterat,& videns nauim prę-
dictam tranſeuntem , ſcapha nauis complures nautas
oratum tranſmiſit,vellet ſibi adiumento eſſe vt nauis
ſua à vadis liberaretur.at magiſter nauis ſciẽs,& agno
ſcens piraticam nauim,miſeratione ductus , dimiſſa
nauigatione,ſcapham nauis ſuę cum hominibus trã-
miſit , itaque exoneratis armamentis piraticę nauis
leuandę eius cauſa,nauis tandem auxilio magiſtri na
uis,& nautarũ eius,fuit à vadis liberata, quod vt pri-
mũ factũ fuit,pirata piratę ſuo ctus eſt officio,ceteris
enim hominibus nauis,qui adiumẽto fuerant,ſub co
lore conueſcendi,retenta nauis ſcapha & naui homi-
nibus exanimata facile capta , merces fere omnes eſt
deprædatus. Dicebam enim magiſtri nauis inciuilẽ
audaciã mercatoribus obeſſe non debere,ſed ſibi ip-
ſi vt damnum mercatoribus præſtare teneretur. Idq;
ſuadebam,ex l.cum proponas.pluries citata , & quia
iuris vulgaris regula eſt,eũ,qui cauſam,ſeu occaſionẽ
dãni præbuit cẽſeri dãnũ dediſſe.l.ante.§. ſi cùm ſer-
uũ.ff.vi bõ.rapt.l.videamus.§.fin.l qui domũ.in fi.ff.
loc.l.qui occidit.in §.in hac.ff.ad l. Aquil. & ex eo
etiã in culpa cenſeri debet magiſter nauis,quod non
26 † præuiderit id quod à diligente fuiſſet prouiſum,vt
Iuriſc.inquit in l.ſi putabor. ff. ad l. Aquil. accedit,
27 quia perſonæ † qualitas ſpectanda eſt.l.plenũ in §. æ-
quitij. ff.de vſu.& hab.cum his,quæ latiſſimè ſcripſit
Marſi.in rub de prob.nu.13. & ſeq. ſpectandúmque
28 eſt † quod quis ſolitus,& cõſuetus facere exiſtit. l.3.in
§.fi.ff.de eo quod cer.loc.l.itẽ Mella.ff. ad l. Aq. &
facit l.ſi pecuniã in §. ſi ſeruũ maximi.in ver.enimue-
ro.ff.de cõ.ob cau.& l.cum duobus §.damnũ.ff. pro
ſo.Accedat,quod inquit Bal.in l.1.C.qui bo.ce.poſſ.
in fi.vbi ait piratas militare inſtar catulorũ in ſyluis,
29 nauigãtiúmque † ſecuritatẽ impedire , hoſtéſque pu-
blicos,& infames eſſe,& militiam exercere nõ poſ-
ſe.& idẽ Bal.inquit in l.nauigia.C.de fur. piratas ho-
ſtib.fidei,& principibus cõparãdos eſſe, & ideo poſ-
30 ſe impune deſpoliari.† Sunt enim ipſo iure diffidati,
quẽ refert,& probat Iaſ.in conſi.170. vol. 2. nomini
Mag col.2.& piratas latrones maritimos appellat
Alua.

Alua.in c.1.§.nauigia,de ſtatu,& conſue.contu. li.ec-
31 cle.& huiuſmodi † piratas ter in anno ſolenniter ore
Pontificis excõmunicari ſcribunt Ioan.And.& Abb.
in c.excommunicationi. de rap. & piratarum peſſi-
mum, & iniquiſſimum genus hominum eſſe, & his
nauigandi licentiam non ſolùm interdictam, verum
diripi impunè poſſe propria quidem authoritate ſcri
bit Ang.in conſ.290.thema eſt tale.citat autem naui-
gia.C.de fur.& l. poſtliminium.§.à piratis.ff. de cap.
& his adde, quæ de piratis ſcripſit Vero.in auth.ſed
nouo iure.C.de ſer.fugi.

32 2 † Non eſſe etiam ambigui iuris puto vitio ac culpę
nautæ vertendum eſſe qui non impetu ventorum aut
tempeſtate coactus,ſed imperitia in vada, ſeu ſcopu-
los inciderit,nauimq; fregerit, & propterea merces
vel amiſſæ vel deteriores redditæ fuerint. Imperitia
enim culpæ annumeratur:regula, culpa.ff. de regulis
iur.reg. non eſt.eod.tit.in 6.l.illicitas in §.ſicuti.ff.de
offi.præſi.§.imperitia.Inſti.ad leg. Aquil.& l.imperi-
tia.ff.de reg. iur. Suadetur ex l.1.in §.quòd ſi propter
coci iniquitatem.ff.ſi quad.pau.feciſ.dica.Item ea §.
Celſus.in l.ſi quis fundum.l.item quæritur.§.ſi naui-
cularius.& §.ſi gemma.ff.locati.addo l.ſi merces in
§.qui columnam.eo.tit. Et generaliter ſi aliter quàm
dictũ eſt ex imperitia,cùm merces perierint, vel de-
teriores redditæ fuerint,iiſdem iuribus idem reſpon-
33 deo. † Vetus eſt enim illud. Quam quiſque norit ar-
tem,in illa ſe exerceat: nec enim quis nauclerum,aut
nautam profiteri debet, ſi nauigandi artem ignoret,
cùm & horum dicatur profeſſio.l.cùm nauarchorum.
C.de nauicula libr.11.vbi Luc.Pen.Accedat & illud,
quod legitur in c.ante omnia.in fin.40.diſt.periculũ
imminere prælato,qui nauem eccleſiæ regit,& remũ
tenere non nouit,& his adiicies,quæ in 3.parte,prin-
cipalis tractatus diximus num.27.& intellige prædi-
cta,& ſi vigilãtibus nautis in vada nauis inciderit. nã
ſi nautis obdormientibus,magis,magiſque culpa ar-
guitur.arg l.ſi ſeruus ſeruũ.§.ſi fornicatius.ff. ad leg.
Aquil. Illud tamen declarationis cauſa in propoſita
34 materia ſingulariter notandum puto,† culpæ nautis
verti non debere,ſi piſcatores nocte lumine oſtenſo,
ipſos feſellerint,qui cùm in portu ſe recipere crede-
rent,quaſi portus ſit,vbi lumen cernitur, in vada in-
ciderent,& naufragium facerent,idq́ue ex eleganti l.
ne piſcatores.ff. de incẽ.rui & nau. Præſides enim ne
in periculum naues,& quæ in eis ſunt, deducantur,
propter dicta lumina,diligenter curare debent,vt di-
cit Iuriſcõſ ead.l.quod notent Anconitani ciues,qui
polyporum,ſeu octipedum tempore,piſcatores lumi
nibus piſcari ſinunt extra domum Veneris,quem lo-
35 cum diui Clementis ſcopulos appellamus. † Facile
enim nautæ duci poſſunt,vt credentes ſolitum lumen
eſſe,quo portus demonſtratur,naufragium faciant.

Item,quemadmodum nauta in vitio eſt, & culpæ
annumeratur,ſi malis miniſtris eſt vſus.l.vtique. ff.de
rei vend.& diximus ſuprà,verſi.culpæne vitio nautæ
36 vertitur. † Ita & ſi non omnes miniſtros in naui ne-
ceſſarios adhibuerit., idq; ſemper nauigij genere in-
ſpecto. Si enim ex hoc naufragium factum ſit, & mer
ces perierint,vel deteriores ſint redditæ,damnũ mer-
catoribus eſt ſarciendum,habes exemplum in l. item
quæritur.in §.ſi magiſter nauis.ff.loca. De magiſtro
nauis, qui ſine gubernatore nauim in flumen immiſe
rit, & orta tempeſtate temperare nauim non potue-
rit,& nauim perdiderit, vt vectores habeát aduerſus
eum ex locato actionem, & vide l. 1. §. non autem,
verſi.quid enim ſi ad armandam.ff.de exer.
37 3 † Ex facto etiam magiſtrum nauis dicebam culpę
damnandum, qui cùm naui magno numero frumenti
onuſta Anconam nauigaret, Antem domum Veneris
conſtitit,& portus ſigna ingredi per aliquos dies di-
ſtulit. Curabat enim cùm publicanis paciſci, ne ordi-
narium vectigal ſolueret tum ratione minimi nume-
ri frumenti, quod ad ſe ſpectabat, tum etiam nauis.
Suborta itaque aduerſa tempeſtate, ruptis, atque ſciſ-
ſis anchorarum funibus,& fluctuum,& ventorum im
petu in opt. Imperatoris Traiani arcum memorabi-
lem impacta nauis,& ipſam & frumentum perdidit.
Hoc enim naufragium, non iuris ſui conſeruãdi cau-
ſa euenisſe reſpondi,iuxta l.16.quod ait prętor.ff. de
incen.rui.& nau. & vt dicebat Bald. in d. l. cum pro-
ponas, & latè diximus ſuprà, ver. culpę etiam nautę
aſcribitur, &c. quia in facto propoſito per Bal. ve-
ctigal erat illicitum,ſed ex pręcipiti auaritia,& culpa
magiſtri nauis, vt in d.l.cùm proponas, & vide eun-
38 dẽ Bal.conſ.295.nu.4. pro domino vol.2.† Eſt enim
Anconę vectigal minimum, ita vt difficile maritimũ
portum inuenias, in quo leuiora vectigalia ſint con-
ſtituta,idq́ue non augeri,quinimò nundinarum tem-
pore imminui Anconitani ciues ſemper ſtuduerunt,
quę ciuitas ob egregiam in S.S.A. ſummosq́ue Pon-
tifices inſignem fidẽ, maximis priuilegiis fuit deco-
rata,iiſdemq; de cauſis ac (quod caput eſt) nunquàm
ſatis laudati portus cauſa innumerabiles gentes mer-
caturę cauſa ciuitatem frequentant, quę ciuitas (ni
patrię me amor fallit) longè maioribus laudibus ex-
tollenda eſt, quàm Iuriſconſulti. Vlpiani patria, quã
ad cœlum ipſe tulit, in l.1.ff. de cen. Sed, vt vnde di-
uerteram, redeam, vt magiſtrum nauis in culpa fuiſſe
crediderim, mouet me, quę ſcripſit Iaſon in l.1. ff. ſi
quis cau.& multa ex prędictis, ac quę de periculo na-
uigationis diximus,& dicemus.

Habent naues, vt ſuo loco dicemus, inſtrumenta,
atque armamenta ſua neceſſaria.l. Marcellus.§.arma-
menta. ff.de rei vend.l.naue.ff.de euict.l.interdum ff.
qui potio.in pigno.habe.l.2.§.1.ff.ad l.Rho. de iac.
39 In illis verbis, aut ſi quid exarmauerit.† Eſt enim exar
mare nauim, armamẽtis ſuis ſpoliare, vt malo, clauo,
anchora,& reliquis. De quo vide notabilem l. expu-
gnatur.ff. de incen.rui. & nau.& habes ex eleganti l.
nauis aduerſa.ff.ad leg. Rhod.de iac. vbi Iuriſc. ait,
40 tumultuariis armamentis comparatis, &c. † in quo
obiter illud nota verbum illud tumultuariis, inſcitè
exponi ab Accurſi. ſignificat enim ſine præmedita-
tione, raptim,& feſtinãter emptis,& facit text.in l. 1.
in §.nõ autẽ ff.de exer.ver.quid enim ſi ad armãdam
41 inſtruẽdãue nauim & l.ſi.ff.de fun inſtr.† Vnde puto,
nõ ſolùm nautæ ſarciendũ nõ eſſe, ſi nauẽ eius culpa
exarmari cõtigerit, vt inquit Accur.in citata l.2. §.1.
in verbo, cõſeruatis. verùm etiã ſi in conductione na-
uis, bene inſtructã nauim eſſe cõuentũ fuerit. de quo
vide Signo.cõſ.195.n.3.in quęſtione &c.& ꝓpter ma
la armamenta nauis perierit, nautã amiſſarum merciũ
dãnũ pręſtare debere. Finge enĩ ortã tempeſtatẽ, cui
mediocribus quidẽ funibus reſiſti potuiſſet,& ruptis
debilibus funibus, ac rudẽtibus naufragiũ factũ vitio
malorũ funiũ, quis neget amiſſarũ merciũ damnũ nau
tã dominis præſtitũ iri? cùm naufragiũ nõ ex mari-
næ tẽpeſtatis diſcrimine, ſed ex pręcipiti auaritia nau
tæ euenerit, qui armamẽtis neceſſariis nauim nõ mu-
niuerit; arg. l.cùm ꝓponas. iã ſępiùs citatę,& in facto
propoſito legi Alex.in l.hoc amplius.§.1.& ver. Nera
ti°.ff.de dã.infec. Ex cuius verbis ac Accur.ibi.in ver.
dãni, quãtũ ad rẽ attinet ex tribus notari poſſe culpã,
nautæ colligi, ſi non ligauerit nauim debuit enim
prouidere vel vim fluminis, vel fluctus maris. Item
† liga-

42 †ligauerit,ſed malis funibus: & vlti. ſi ligauerit bonis funibus, minus tamen diligentet, vt quia bono ligno ligata forſan non fuerit, ſeu firmis locis. Quæ ſingulariter notanda ſunt. Dicet aliquis ad verbũ obſtare.l.quemadmodum.in §.ſi nauis tua.ff.ad l.Aquil. in illis verbis,ſed ſi fune rupto,aut cùm à nullo regeretur, nauis incurriſſet, cum domino agendum non eſſe. Reſpondeo verba Iuriſcon.intelligenda eſſe,vbi tempeſtate aduerſa, & impetu fluctuum funis rũpitur,quod Accur.ſenſiſſe videtur,cum citat l.ſi.in §.ſi propter.ff.de publ & probatur ex eod.§.nam in præcedentibus Iuriſcon.notauit caſum culpa nautarum,
43 deinde ſubdit,ſed†ſi fune rupto. Quę dictio,ſed ſi,aduerſatur in iure,& in facto, vt notatur in l. hoc amplius.§.de his autem.ff.de his autem.ff.de dam.infec. Conſequenter ergo in d.ver.interpretatio accipienda eſt,vt omnis culpa nautarum ceſſet,quæ culpa nõ ceſſaret,ſi vitio debilium funium naufragium ſequeretur,vt probauimus, & hanc interpretationem maximè expetientiæ vir Alb.de Roſa.ibidem inuuit. Et quoniam in ea l.quemadmodum multa notabilia cõtinentur, & quæ valde ad rem (de qua eſt diſputatio) pertinent,idcirco quædam ad verbum referre decreui:nec mihi vitio vertat aliquis.nam ſi noſtrę tempeſtatis Iuriſconſultorum parum Latinè dicta verba referre ſolemus, quis dubitauit antiquorum Iuriſconſultorum (qui legum vertices fuere) elegantia, & ſucci plena verba referre,abſurdum non eſſe? verba igitur Iuriſ.viri Domitij Vlp.hæc ſunt: Si nauis tua impacta in meam ſcapham, damnum mihi dederit, quæſitum eſt,quæ actio mihi competeret.& ait Proculus,ſi in poteſtate nautarum,ne id accideret,& culpa eorum factum ſit, lege Aquilia cum nautis agendum.quia parui refert an nauim immittendo,aut ferraculum ad nauim ducendo, aut tua manu damnum dederis: quia omnibus his modis per te damno afficior. Sed ſi fune rupto aut cum à nullo regeretur,nauis incurriſſet,cum domino agendum non eſſe.

Item Labeo ſcribit, Si cum vi vẽtorum nauis impulſa eſſet in funes anchorarum alterius,& nautę funes præcidiſſent,ſi nullo alio modo,niſi præciſis funibus explicare ſe potuerit,nullam actionẽ dandam.

Si nauis alteram contra ſe venientẽ obruiſſet, aut in Gubernatorem, aut in ductorem actionem competere damni iniuriæ Alphænus ait. Sed ſi tanta vis nauis facta ſit,quæ temperari non potuit, nullam in dominum dandam actionem. Si autem culpa nautarum id factum fuerit,puto Aquiliam ſufficere. Hactenus Vlpi.omiſſo & quidem conſultò §. item Labeo diximus enim ſuprà, in titulo de contract.num.4. & ſeq. nonnulla ad interpretationem d. §. ex quibus verbis Iuriſc.multa ex te colliges,nos pauca notabimus. Primùm vides lapſum fuiſſe Accu.quòd in prima interpretatione ſuper verbo,in pacta dixit. Nouit enim humanioribus literis vel mediocriter eruditus, à verbo impingo,deſcendere impegi, impactum, ex in,& paogo,& ſignificare,impulſa,eliſa.&c. Deinde nota,in quibuſdam codicibus non ferraculum, ſed gubernaculũ legi,non tamen congruit literæ, ſi Iuriſc.verba conſideraueris. Habent etiam complures codices verriculum.quæ etiam lectio videtur extranea,antiqua lectio eſt ferraculum, de quo vocabulo non legi aliquem,qui meminerit,& puto verum eſſe,
44 quod†Accur.inquit inſtrumentum nauis eſſe, non quo nauis rectè ducatur, vt ipſe inquit,& Alb.in dictionario ſuo teſtatur.nã inſtrumentũ quo gubernatur nauis,& recta ducitur,non eſt ferreũ, & appellatur gubernaculum,clauus,ſeu temo, & forſan ſenſit Iuriſc. de quodam inſtrumento nautico,quod Delphin aſſeret appellatur. erat enim ſecundum quoſdam ferreũ contra ventorum impetum ad delphinis imaginem.
45 † Rurſus notandum eſt,Floria.in ver. & nautæ funes præcidiſſent,expoſuiſſe in hæc verba: Nautæ.ſ.alterius nauis,in quam impulſio facta eſt, & propter id petiit ipſa nauis,ita addit Ray. quæ interpretatio eſt contra Iuriſc.verba. Nam nautæ impulſæ nauis, non nautæ nauis,in cuius funes impulſa eſt, funes præciderunt, quæ nauis in cuius funes impulſio eſt facta, præciſis funibus fracta eſt,dubitabatur an eſſet dãda actio in nautas nauis qui præciderunt. quod negat Iuriſc.ſi vi ventorum impulſa nauis nulla alio modo niſi præciſis funibus explicare ſe potuerit. Et ex verbo,explicare,demonſtratur Iuriſc.intelligendum, vt dixi,ac etiam ex verſi.ſeq.idemq; Labeo,vbi de naui piſcatorum,quæ in retia inciderit,idem iuris eſſe dicitur,ſi piſcatores ſe aliter explicare non poſſent,inciderint,præciderunt enim retia piſcatores,qui in retia inciderunt,conſequenter intelligimus funes pręciſos à nautis impulſę nauis,nota tamẽ vtrũq; caſum.

Item nota, ex præcedentibus,& ſequentibus, vbi damnum datur à naui culpa nautarum, nõ ſolum agi poſſe aduerſus nautas, verum & contra dominũ nauis,vt indicant Iuriſc.verba,& Accurſ.& Floria. ibidem notant,& nos latius infra probabimus.

46 †Poſtremò,ad interpretationem verſic.ſed ſi fune rupto, aut cùm à nullo regeretur, nauis incurriſſet. Puto enim intelligendum, non quòd nauis ſine gubernatore ſeu ductore nauigatum miſſa eſſet, quoniã ſi nauis ſine gubernatore in flumẽ ſeu in mare immiſſa eſſet, & propterea incurrendo aliam obruiſſet, in dominum daretur actio,argumento l.item quæritur. in §.ſi magiſter.ff.loca. & hoc ſaltem vbi locus eſſet in quo aliæ naues eſſent, ſeu à nauibus frequentaretur. Debuit enim prouidere argu.l. qui occidit. §. in hac.ad legem Aquil. Vnde neceſſariũ credo (vt proximè dixi) interpretandum verſiculum, & factum in eo ponendum,in quo & nautarum, & domini ceſſat culpa, & propter illam aduerſatiuam ſed ſi,de qua ſuprà diximus. Et ſi quis Palinuri caſum in verſi. prędicto fingeret,ſatis quidem iudicio meo congrueret, de quo præſtantiſſimus Poëtarum ait:

Namque gubernaculum multa vi forte reuulſum,
Cui datus hærebam cuſtos,curſuſq; regebam,
Præcipitans traxi mecum &c.

Orta.ſ.aduerſa tempeſtate,qua ductore,ſeu gubernatore amiſſo,ſi nauis in currẽdo,cum tẽperari nõ potuerit,damnum dederit,cum culpa abſit, neq; in nau-
47 tas,neque in dominum actio danda ſit.†Et,vt euidẽtior prædictorũ habeatur intellectus, & ſenſus dates magis eluceſcat,ſciendum eſt res ipſas,vtputa naues, non delinquere, ſeu culpam admittere, ſed qui res poſſident,vt inquit Imperator in §.oportet autem.in authen.de mand. princip.& Gand.in tit.de reb. non por.contra.de nu. 7. Nec enim propriè dici poteſt deliquiſſe,aut damnum dediſſe,aut feciſſe, quod ſenſu caret.l.1.ff. ſi quadr.paup.fecíſ.dicatur. Si igitur culpa abeſt in domino,& nautis nihil proponitur, vt damnum datum à naui ſarcire teneantur. Quod Accurſi.ſenſiſſe ibidem videtur, dum citat eleganti. l. prætor ait.in §.hoc edictum.ff.de dam. infect. At vbi dominus nauis contra ſolitum nauim dimiſiſſet, ſeu in mare,vel flumen immiſiſſet ſine ductore, vel gubernatore præſtandum damnum eſſe,quod in currẽdo nauis dederit. Vt enim ex imperitia propter malos miniſtros culpæ reus eſt nauta: ita & ſi miniſtros in naui neceſſarios non adhibuit, atque impoſuit,

impoſuiſſe,vt ſuprà probauimus,& hæc quo ad ſſ. prædictos attigiſſe ſufficiat. Hoc ſolū addito, quod Bald. conſil. 443. volumine 4. coram vobis, &c. inquit in hæc verba, Velociter nauigare, non eſt peccatum. ſed ſi proinde altera nauis obruitur, nauta tenetur: niſi tanta vis ea improuiſo facta ſit, vt temperari nō potuerit. ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. ſi nauis alteram.

48 † Euenit etiam plerunq; vt in magnis nauibus mures merces oneratas rodant,& nō leue damnum dominis earundem afferant. Vnde puto, cum nautæ ab hac re præualere poſſint, tanquam culpæ reos, dānum dominis præſtare debere, idque ea l. item quæritur. in §. ſi fullo. ff. loca. vbi Iuriſconſultus in hæc verba: Si fullo polienda veſtimenta accepit, eaque mures roſerint, ex locato tenetur, quia debuit ab hac re cauere,& propterea cauti nautæ domeſticas feles in nauibus tenent, ex quo ſatis à culpa excuſandos puto.

49 † Illud etiam nautæ culpæ annumerandum puto, ſi propter inimicitias eius mercatores iidemque conductos damnum aliquod patiantur. Finge enim magiſtrum nauis aliâs piratam fuiſſe, publiceque ob id retentum, vel cum aliquos deprædatus eſſet, inter nauigandum in illoſmet incidiſſe, quos iam deprædatus fuerat, qui cùm in naui magis inſtructa, melioribúſque armamentis munita eſſent, ſibimet ius dixerint, maxima cōductorum iactura, omne damnum præſtandum atque ſarciendum eſſe puto l. ſi merces. in §. culpæ. ff. locari. l. penult. ff. ſoluto matrimonio. quod intelligēdum eſt, ſiue nauta culpa ſua, ſiue abſque eius culpa in inimicitias inciderit, vt in eodem §. culpæ. & Bar. Sali. & Pau. poſt gloſſ. probant. Satis enim dici poteſt ſua culpa damnū datum, quod propter eius inimicitias euenit, & vide Aretin. in conſilio 139. quia conſultatio, &c. qui idem probando, & remiſſionem vecturæ fieri debere, vbi ad deſtinatum locum merces aduectæ non eſſent: & ad id, quod intereſt, nautam teneri ſcripſit. Adde quæ latiſſimè Go. 22. præceptor meus ſcripſit conſilio 27. in cauſa conductorum. numero 14. cum ſeq. & nu. 20. & ſeq. & in pen. col. & quid ſcripſerit Alex. conſil. 20. requiſitus. in fi. volum. 5. ſi liber legito. Addo etiam l. videamus. in §. qui vina. ff. loc. recipiēdamque ſupradictam declarationem Bartol. in eod. §. culpæ. vt de propriis inimicis nautæ intelligamus. Dicit enim Bart. cùm quidam mercator merces vendidiſſet, & poſtea aduenientе exercitu merces captæ ſunt, ſi quidem merces captæ ſunt ab inimicis propriis venditoris, tunc periculum ſuum eſt, vt in eo. §. probatur. Si verò aliàs fuiſſet mercium facta direptio, tunc venditor de caſu ſortuito non ſua culpa contingente non tenetur. l. ſi res. de actio. empti.

50 † Tractari & illud poteſt, quod frequēs eſt, ſi magiſter nauis inter nauigādum in piraticam nauim inciderit, & pirata naui capta, merces, & cætera conductorum ſuſtulerit, an mercatoribus, iiſdémque conductoribus damnum præſtare teneatur? Et reſpondendum puto, ſi reſiſtere nauta potuerit, & non reſtitit, teneri. Si verò propter vim maiorem, aut potentiam piratæ reſiſtere non poterat excuſari. l. item quæritur. §. exercitu. ff. loca. l. ſi fundus. ff. eo. reſiſtere enim & ſe defendere debet, cùm poteſt, & dolo facere videtur nauta, qui cùm poſſet, non reſtitit. l. dolo. ff. ſi vend. nomine mu. vbi Accurſius. & facit l. 1. in §. occiſorum. ff. ad Syllan. Hæc autem intelligenda ſunt, vbi mercium domini in naui non ſunt, at vbi in naui ſunt, denuntiare debet nauta. Sed ſi denuntiare non potuit, excuſatur, ſecundum diſtinctionem prædictam, vt in d. §. exercitu. verſicu. Labeo. & ideo ſolent magiſtri nauium, cùm piraticam nauim vident, vt notari non poſſint, & ex voluntate dominorū mercium factum appareat, & dominos mercium & conſiliarios, ſelectóſque quoſdam nauis homines conuocare, & his conuocatis quid agendum ſit conſulere, atque decernere, pugnandū, reſiſtēdúmne ſit, & probò quidem faciunt.

51 † Hæc ſubiungi poteſt, num culpæ nautæ tribuendum ſit, ſi pluuiali aqua inundatæ merces hoc ipſo deteriores ſint redditæ? in quo animaduertendū puto quædam nauigia emphracta eſſe, quædam rephracta. l. 1. in §. quædam naues. ff. de exercitator. hoc eſt quædam eſſe nauigia contracta, ſeu tecta, quædam aperta, & ita legendum puto in d. §. vt latius infrà dicemus, cùm de nauibus tractabimus. Aut igitur tectum nauigium conduxit mercator, & ex tabulato vitiato, & non bene ſarto, ſeu conſtrato, pluuialis aqua penetrando damnum dederit, & nautam tanquam culpæ reum teneri puto: integram enim nauim præſtare debet, vt ſuprà diximus, & vitiatum tabulatum reficere debet: arg. l. ſed & addes. in §. illud nobis. ff. locati. Si verò apertum nauigium conduxit, & vbi nauta (vt plerique ſolent) velis, ſeu aliis inſtrumentis, tegerit, ſi aqua penetrauerit, nihil eſt, quod nautæ imputetur. hoc enim euenire poſſe proſpicere debuit mercator, idemque conductor. l. ſi quis domum. §. hic ſubiungi poteſt. ff. loc. & arg. gloſſ. in l. habitatores in fin. ff. eo. & eorum, quæ Aret. ſcribit conſi. 139.
52 quia conſultatio, &c. † Notauit etiam magiſtrum nauis Bal. in conſilio 54. volum. 4. qui contra voluntatē dominorum mercium portui Anconæ ſe applicuerit; & cùm de culpa nauta teneatur. l. colonus. in §. nauē. & notari ait in l. ſi vno §. item. cùm quidam. ff. loca. damnum præſtare debere reſpondit, quod reſpōſum legito, conſuluit enim in q. Anconæ agitata.

In ſumma, ex prædictis liquet verum eſſe, quod eleganter loquit Accur. in l. videamus. in princ. in ver. ſuo nomine. ff. loca. Ait enim ex illa l. & ſeq probari tribus modis ex culpa aliquē notari poſſe. Primùm, ſi non facit, quod diligens faceret. Deinde, ſi contra pactionem. Poſtremò, ſi fuit in mora. Quam gloſſ. nota, & ex enumeratis locis facilè, ni ſallor, omnibus, quæ ex facto proponentur, reſponſa occurrent: ſuppleréque poteris ex duabus regulis, quas cum de nauigatione tractabimus, ſubiungemus, & ex his, quæ habentur in l. pignus. C. de pig act.

QVAR-

QVARTA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Culpa vbi agendo, vel excipiendo obijcitur, vagandum non eſt, ſed certa deſignari debet.*

Culpa quomodo deducenda, & probanda ſit.

3 *Culpa tunc afficit, cùm caſus propter illam euenit, qui aliàs non eueniſſet.*

BENE eſt, vt in propoſita materia clientulis in diſceptationibus forenſibus recta conſilia demus, quomodo deducenda, atque probanda ſit colpa, hic ſubiungere. Sciendum eſt igitur, vbi
1 vel agendo vel excipiendo † alicui culpa obijcitur, vagandum non eſſe, ſed certam culpam deſignari debere, & ſpeciatim dici. l. prætor ait. in princip. ff. de iniu. c. vt circa. de elect. in 6. Bart. conſil. 193. Commune Lucignani, &c. in 3. dubio. Alexan. conſi. 3. Viſo proceſſu col. 2. vol. 3. & in conſi. 136. Viſo proceſſu, &c. vol. 7. Deci. conſi. 430. in prin. quod ſuprà, & in conſ. 562. nu. 2. viſo puncto. & in conſ. 622. nu. 1. & Aymon conſi. 8. Aymon Leyrardi. &c. maximè num. 26.

Item illud ſciendũ eſt (diximus enim, ſi culpa nautarum caſus euenerit, eos teneri) neceſſarium eſſe deducere culpam illam ad caſum, qui euenit, diſpoſitã, ſeu (vt noſtri dicunt) ordinatam fuiſſe: &, ni fuiſſet illius culpa, caſus ille non eueniſſet. l. non omne. ff. de
2 ſtatu libe. l. is, qui ff. de act. & oblig. c. † quia diuerſitatem de conceſ. præb. Bart. in l. 2. in §. fin. ff. ſi quis cau. & in l. ſi vt certo. §. ſed interdum. ff. commo. quę omnino videas. Admonet enim aduocatum in forenſibus diſceptationibus Alexan. in conſil. 74. col. fin. verſi. 4. confirmatur. lib. 6. nam ſi in culpa aliquo ex prædictis modis nautam finxerimus, & tamen caſus eueniſſet, etiã culpa exiſtente, quæ caſui cauſam non dediſſet, nauta non teneretur, vt eleganter notat Paul. de Caſtr. ex l. ſi. in §. ſi ea conditione. ff. ad leg. Rho. inquiẽs, limitat iſt. c §. omnes leges, dicẽtes quẽ teneri de caſu, quando culpa præceſſit, vt. ff. cõmod. l. in rebus. & l ſi vt certò § ſed interdum, quia intelliguntur, quoniam caſus euenit propter culpam, qui
3 aliàs non eueniſſet, † ſubdit verũ eſſe, etiam ſi culpa in faciendo admitteretur, dummodo in delictum nõ cadat. hæc ille, qui citat l. ſi alius. in §. eſt & alia. ff. quod vi aut clã. l. is, qui. ff. de act. & oblig. addo, quod idem inquit Paul. conſil. 136. col. 2. viſis & conſideratis omnibus ſuperiùs enarratis. vol. 1. & idem Paul. in materia de qua agitur, ex facto conſultus idem reſpondit, vt patet in conſilio 471. viſo, &c. eadem par. Alexand. in l. 2. §. quod diximus, num. 6. ff. ſi quis cau. & videbis Dec. in c. ex ratione. num. 19. extrà. de appellatiõ. & Laud. Sylua. in tractatu de feud. recog. quæſtio. 81. nume. 3. Tomo 7. & ſecundùm prędictas authoritates primo loco relatas concludendum puto: quibus addes Deci. in regula, contractus. in fin. ff. de reg. iuris. & Aymon. conſilio paulò ſuprà relato.

QVINTA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Nauta ſi cùm ad nauigandum proſperior flatus inuitaret, vocatis loci publicanis obtulerit vectigal ſolitum ſecundum pondus mercium alibi æſtimatum, & publicani recuſauerint recipere, an ſi è portu diſceſſerit naui onuſta mercibus, merces cecidiſſe in commiſſum dicantur.*

POSTQVAM quomodo deducenda, probandaq; ſit culpa, breuiter diſſeruimus complures quæſtiones, prout in initio polliciti ſumus, proponemus: & primò occurrit quotidiana illa quæſtio, in qua eleganter quidem ex facto conſultus reſpondit Rapha. Cuman. in conſi. 5. non reuocando dubium, &c.
1 Cùm † quidam nauta naui mercibus onuſta Venetias nauigaret, & in ipſa nauigatione portui alicui ſe applicuiſſet, vocatis loci publicanis, obtulit eiſdem vectigal ſolitum, ſecundùm pondus mercium alibi æſtimatum, publicani viſis mercibus recuſarunt accipere iuxta pondera alibi æſtimata, & affirmantes merces maioris eſſe põderis, è naui receſſerũt. Nauta, cùm ad nauigãdũ proſperior flatus inuitaſſet, è portu anchorã ſoluit, cumq; à portu parũ abeſſet, vocatis publicanis acceſſit, qui in cõmiſſum merces incidiſſe aſſerebãt. Defendit idẽ Raph. & ſubtiliter, & eleganter nautam ex pluribus, & maximè, quia profeſſus, & obtulerat ſoluere (vt ſuprà) & ex ſolitis publicanorum factionibus. Pro quo l. quantæ. ff. de publi. & quia parum proceſſerat, & à loco parum diſtabat, & vocatus iuit, ſubditque vbi ex facto nautæ res in commiſſum caduot, verum eſſe, quoad res ipſius, domini enim rerum abſentes, & conſequenter iuris præſumptione ignorantes, dominio rerum ſuarum minimè intelliguntur priuati. l. cotem ferro. in §. dominus. ff. de public. Et ſi ſtatuto vel conſuetudine ciuitatis caueretur, quod cuiuſcunque res ſint, in commiſſum incidant, non noceret forenſibus, & ignorantibus, niſi huiuſmodi ſtatutum vel conſuetudo communiter in alijs locis vigeret, adeò vt ignorantia prętendi non poſſet, & cùm nauta ſoluendo non eſſet, domini mercium ſoluto vectigali reſtituendi ſunt ad merces. ff. de eo, per quem factum erit. l. fina. in princip. & ibi notatur, probaturque optimè. ff. quan. appel. ſit. l. 1. in fi. & glo. & Bart. facit etiam, quod notatur. ff. ſolu. matri. l. 2. §. quòd ſi in patriſ. in gloſſ. ſuper

per verſic.ſui iuris.& de leg.1.l.planè.2.§.1.hactenus ille.Ad quæ vide Bertac.in tract.de Gab.in 7.q.princip.nume.5.& in vltima parte.num.7.& ſeq.num.13.& ſeq.& ad id, quod de reſtitutione in integrum ait, vide quæ apud Barto.notanter citat in l.cotem ferro.in §.dominus.ſuper verſiculo,ſtatuto cauetur.

SVMMARIVM.

1 *Nauta an poſſit eſſe teſtis in cauſa domini.*

1 ITEM † quæritur, an nauta poſſit eſſe teſtis in cauſa domini? Nicol.Boë.deciſ.56.in fin.& ſimiliter,&c.refert.Ant.Baue.in §.pater. num.52.Inſtit.de teſtam.ſenſiſſe teſtimonium dicere non poſſe: & motum authoritate Bald.in conſi.336.punctus infraſcripti conſilij volumi.2.cuius ſententiam improbat, per l. quoties.C.de nau.fra.lib.11.& l.conſenſu.C.de repu.ſubdens Bal.non loqui in nauta, ſed in alio ſubdito. Ego verò conſ. Bal.ſub cita.num.non reperi,& reſpondendum puto ad probandum naufragium nautas admitti, & idoneum corũ teſtimonium eſſe dubitari nõ poſſe, cùm id clarè ea.l.quoties caueatur, & ex ea.l.habes in magiſtris nauium pleniorem eſſe ſcientiam, in qua l. & Dyn.& Bartol.reſpondere generaliter, nautas idoneos teſtes eſſe ad probandum ea quæ in naui geſta ſunt, & vera eſt eorum ſententia, cùm non facile eorum, quæ in naui geruntur, per alios ſcientia haberi poſſit.l.conſenſu.C.de rep.quas leges eleganter declarauit Socin.in conſil.17.ſuprà dicta cauſa, &c.intelligendas, vbi exercitori, & domino nulla poteſt culpa aſcribi, quare alios non adhibuerit, fueritq; caſus, in quo non potuerit alios adhibere, vel communis conſuetudo ſit virorum prudentum, quòd ſuper eo, quo deponitur, alij non adhibeantur. Cum enim verſamur in his, quæ non poſſunt probari, niſi per nautas contra extraneos,teſtimonium eorum eſt legitimum. Adde quæ ſcribit Felin. in cap.in literis.nume.8.extrà de teſti.& vide Alexand.conſi.148.in cauſa appellationis.in fin.colum.2.verſic.nec obſtat,ſi diceretur.volum.5. Addo etiam ad l.quoties.aliquas ex limitationibus cumulatas per Granſ.in cõſi.45.aptari poſſe in illa regula,teſtes inhabiles admitti, vbi aliter veritas haberi non poteſt,de qua in ſexcentis locis Dd.noſtri ſcripſêre.ſufficiat Grammatici citatum conſilium authoritatibus ſatis refertum.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores ſi nautæ ſarcinulas ligatas ſeu ſignatas tradidêre,& vel apertæ vel reſignatæ reſtituuntur, quibus remedijs mercatoribus iiſdem dominis conſulatur, relatiuè.*

1 VVLGARIS eſt illa quæſtio,ſi mercatores nautæ † ſarcinulas ligatas,ſeu ſignatas tradidêre, & vel apertæ vel reſignatæ reſtituuntur, quomodo,quibúſue remediis mercatoribus iiſdemq; dominis conſulatur. De qua vide Bartol.in l.in actionibus,circa fi.ff.de in litem iur. & eundem qui tamen aliter loquitur in l.vni ff.de furt.aduer.nau.& in l.1.in §.ſi ciſta. vbi etiam Bald.ff.depo.& in l.certi iuris.nu.2.C.loc. Iaſ.in l.ſi quando.num.48.& ſeq.C.vnde vi.& eun.in l.in actionibus,nume.39.& ſeq.vbi,& pleniùs, & meliùs ſcripſit, & latiſſimè omniũ præceptor meus Paul. Par. tractat reſponſorum.l.1.ſub nu. 74.inficiari, qui reſpondit in facto mercatoris,& quidem quotidiano, & videbis eun.in conſ.ſeq.ex quibus locis,quid plerique probauerint, quidque receptum ſit, facilè colliges.quibus addes,quod proximè ad materiam de mercatore ſeu numulario Par.de Put.ſcripſit in tracta.de ſind.in vlt.q.tom.14.& quæ Anch.ſcripſit conſ. 286. ex prædicta facti narratione.

SVMMARIVM.

1 *Nauta an cogi poſsit nauigare, veluti hoſpes hoſpitari.*

QVÆRI poſſet,an quemadmodum caupones,& ſtabularij,poſtquam hoſpitium apernere,& hoſpitandi munus ſubiere hoſpites regulariter recipere cogi poſſunt,vt notat Bart in l.1.§.1.ff.nau.cau.ſta & in l.licitatio.ff.de publi.& Bal in auth.omnes peregrini.num.4.C.com.de ſucceſ.& Cyn.in l.1.C.de epiſc.aud.& de quo videbis Ancha.in conſ.157.ſummæ, & tex.in l.vni.in §.ſi.ff.fur.aduer.nau.cau. in illis verbis, caupo.vel ſtab.repellere non poteſt iter agentes, vbi Bartol. idem probat: à cuius ſententia recedendum non eſt,propter relata Iuriſconſ.verba quæ immutanda non ſunt eodem modo nauta nauigare compelli poſſit, in qua facti ſpecie Par.de Put.reſpondit poſſe. in tract.de ſynd.in verſ.aduocati, nu.13.motus.l.cum nauarchorũ. C.de na. lib. 11.ſed iudicio meo propter publicum frumentum publicæ'ue ſpecies in ea l.commendatur.& quod ratione publicæ vtilitatis receptũ eſt,ad priuatos trahendum non eſt.l.vni.in fin.C. de cadu.tol.& quia ad ſummam reipub. nauium exercitium pertinet.l.1.§.ſi is,qui nauem ff de exer. vnde ſi quis naues ſuas aliquot tit.a publ. neceſſitatibus quæſierit excuſare,ſcire debet naues ipſas fiſco ſociãdas. l.1.C. de naui.non excuſa publica rum enim ſpecierũ tranſuectione,priuilegio,aut religionis intuitu naues vltra 2. millium modiorum capaces excuſare nemo poteſt.l iubemus.C.eodem tit.quæ eſt ad verbum in tit.C.de ſacroſanctis eccl. Puto tamẽ ſententiam Par. de Put. defendi poſſe propter comparationem factã per Iuriſconſul.nautarum,cauponum,& ſtabuliorum in titul. ff. nau.cau.ſtab.& ff.fur aduer.naut.& in caupone clarè probatur in ea.l.vni.vt ſupra diximus. Nec quiſquam putet grauius aduerſus eos hoc conſtitutũ. Nam in nautarum erat arbitrio ab initio huiuſmodi exercitio ſe dedere, & hanc ſententiam puto etiam ex mente Dd.Nec tamen quiſquã ſit,qui inuitis nautis laboret nauigare, cùm vix quidem ipſis volentibus nauigantes improbitatem factionéſve eorum ferre queant.Peſſimum enim eſt genus hominum.l.3. §. ex hoc edicto.ff.nau.cau.ſtabula.

SVMMARIVM.

1 *Nauta ſi merces vnius Marani Archigubernio Cæſaris indicauerit, vt cæterorum Maranorum occultaret,an contributioni ſit locus.*

2 *Incendium ſi ſit in vicinia, & arcendi incendij cauſa ne vagetur ignis,vnius vicini ædes interciſæ ſint, quòd damnum ab omnibus vicinis ſit ſarciendum.*

SED nec eſt quotidiana illa quæſtio ſilentio prætereunda. Imperatoria Maieſtas Caroli V. Mara-

nos, quos vocant peſſimum genus hominum, cùm religionem,& fidem nunquam coluit iſta natio,ab omnibus imperij locis iam diu expulit, & oblatis pluries inæſtimabilibus muneribus,& conditionibus non ſolùm reuocare recuſauit,vtrùm merces & res ipſorum omni diligentia per loca imperij perquiri,& inuentas proſcribi edicto publi.mandauit, finge igitur magi-
1 ſtrum nauis onuſta naui † mercium Maranorum impetu ventorum & fluctuum ad portum imperio ſubiectum, aduectum vel inter nauigandum in Archigubernium Cæſaris incidiſſe, quod vel præſes prouinciæ, vel Archigubernius præſentiens omnes merces auferre quæſierit. At callidum magiſtrum nauis, vt perquirendi diligentiùs omnes merces remoueretur cura,cuiuſdam tantùm Marani merces indicaſſe,cæterorum verò merces quodam colore occultaſſe, num Maranus qui merces perdidit,iure petat contributione omnium damnum ſibi ſarciri? quia merces ſuæ pro omnibus datæ ſunt,& quia ſuæ manifeſtatæ ſunt,cæterorum ſaluæ factæ ſunt,in propoſita quæſtione reſpōdi Paul.Caſtr.in l.1.ff.ad l. Rhod.de iact.quæſtionem non abſimilem tractaſſe, in qua ſe ex facto conſultum ait, & talis, cùm quidam plurium mercatorum merces certa mercede conſtituta in Galliam exportaſſet, præſenſit certis de cauſis, regem merces auferre decreuiſſe,qua de re requiſitus vt mercium dominos indicaret, vnius tantùm domini res manifeſtauit, cæterorum verò occultauit, idque cautè fecit,ne diligentiùs perquirendi cauſa præberetur, quo commentores,ex ſententia ſucceſſit,vnius enim ſolum merces amiſſæ fuere, aliorum autem ſaluæ factæ, qui merces perdiderat contribui petebat, obiicitur verò amiſſarum mercium periculum ad ſe tantùm ſpectare,arg.l. pignus.C.de pigno.act.& l.2.in §.ſi nauis. in verſicu. quod verò prædones.ff.ad l.Rhod.de iact.reſpondit Paul.contributioni locum eſſe,propter d.l.1.& idem pleniùs probat in conſi.220.proponitur in facto in 1. par.æquiſſimum namque eſt commune detrimentum fieri eorum qui propter amiſſas res aliorum conſecuti ſunt, vt merces ſuas ſaluas haberent.l.2.§.æquiſſimum.ff.ad l.Rhod.de iac.& vtrobique idem Paul. citat Guig.qui dictis iuribus reſpondit,ſi incendium ſit
2 in vicinia, †& incēdij arcendi cauſa,ne vagetur ignis, vicinorúmque ædes comburat, vnius ædes interciſæ, & diruptæ ſunt, damnum domino ædium diruptarum ab omnib' vicinis ſarciēdū eſſe, cùm ſi interciſæ ædes non fuiſſent,omnibus viciuis ignis nocere potuiſſet: arg.ff.quemad.ſer.amit.l.ſi locus.§.fi.vbi Flo.vide,& C.de om.agro.deſer.l quicūque in fi.ff.ne quid in lo. publi.l.2.§.viarū.& vide l.ſi alius.§.eſt & alia vbi optima lex.& idem Bar.ff.quod vi aut clam. Subdit idem eſſe in oratore alicuius ciuitatis capto, & redempto, vt vniuerſi ciues ad cōtributionem vocentur. De quo eleganter Barto.in l.ſi ſeruus.in §.quod verò mandati.ff.de fur.& apud eum Alexand.tractauit, & ſecundùm Paul.ſententiam in propoſita quæſt.reſpondendum putari, quibus adiicies Bald.conſil.442.quidam nominis in 3.lib.

SVMMARIVM.

1 *Exercitor quando ex his, quæ geſta ſunt cum magiſtro nauis,& recepta, quando nauta reſtituere teneatur, & quando in exercitorem detur iudicium, ex delictis eorum,qui in naui ſunt relatiuè.*

2 *Interpretatio ad l.1.in §.magiſtrum. & l.fin.ff. de exer.relatiuè.*

1 SCIO † alienum non eſſe à propoſita materia, diſputare, quando exercitor ex his, quæ geſta ſunt cum magiſtro, aut præpoſito naui (quem patronum nauis vulgò appellamus)& recepta,quando nauta reſtituere teneatur, & ex delictis eorum qui nauigandi cauſa in naui ſunt in exercitorem, quando iudicium detur: & his ſimilia. Sed quoniam veteres Iuriſcon. hæc adeò eleganter, copioſè, ac appoſitè tractarunt, vt vix quicquam addi poſſe videatur, vt patet ex titu. ff & C.de exer.ff.nau.caupo.ſtabula.ff.fur.aduer.nau. caupo.ſtabul.iuris interpretum loca quædam tantùm addere contentus ero. Bald.in rubr.C.de exer.& Inſtit. qui quando, & quomodo exercitores per magiſtros nauis obligentur, plenè diſputat materiā hanc, & vtilem,& opulentam,inquiens.Et ad inſtitoriæ, ac exercitoriæ materiam videbis Alexand.in conſil.44.
2 viſo,& diſcuſſo,volu.2. † qui l.fin.de exer.ff.non eleganter interpretatur. Paul.Caſtr.conſil.20.in ſecunda part.& in conſil.345.ea par.Dec.in conſil.510.in caſu.Paul.Par.in conſi.93.colum.fin.volum.1. Et an ex delicto magiſtri nauis, ſeu nautarum exercitor teneatur, & præcipuè ad interpretationem.§.magiſtrum poſitorum.in l.1.ff de exerci. Vide quæ copioſè Mat. ab Afflict.notauit deciſ.82.dubitatur, an dominus nauis.Rom.conſil.74.& in materia proximè dicta, confugito ad Spec.in tit.de fur.verſic. alia quoque actio. Innocen.extrà quod met.cauſ.cap.ſuper eod.Iaſ.in l. in actionibus.nu.40.& ſeq. de in lit.iur.Nicol. Boer. deciſ.56.& ſimiliter Alcia.in tract.de præſumpt. reg. 3.verſi.40.

SVMMARIVM.

1 *Nautæ qui operas ſuas in nauis miniſterio præſtitit, an in ipſa naui tacita pro ſeruitio competat hypotheca.*

2 *Interpretatio ad l. interdum. & l ſeq.ff.qui pot. in pign.hab.*

1 ET † illud in dubium aliquando venit,num nautæ, qui operas ſuas in nauis miniſterio præſtitit in naui ipſa tacitè pro ſeruitio cōpetat hypotheca, & competere videbatur. Mouet l.interdum.ff.qui potior.in pig.hab.in illis verbis. Si in rem iſtam conſeruandam impēſum eſt,& reliqua. Rurſus mouent Iuriſcon.verba in l.ſeq.huius enim pecunia ſaluam fecit totius pignoris cauſam. & paulò infrà: Et ſi in cibaria nautarum fuerit creditum, ſine quibus ſalua nauis peruenire non poterat. Si igitur mutuantibus in cibaria nautarum competit hypotheca, fortiùs ergo & nautis, cùm ab ipſis nautis nauis conſeruetur.auth.multò magis,C.de ſacroſan.eccleſ.Contrà verò, quia certi ſunt caſus,in quibus tacita inducitur hypotheca, & qui exprimuntur in tit.ff.& C.in quibus cauſ.pig.taci. contra. Inter quos caſus, de quo quæritur, non eſt enumeratus, nec legi aliquem id dicentem, & præſertim Neg.in tract.de pign.in 4.memb.2.part. non enumerat. Dicendum eſt ergò tacitam eis non cōpetere hypothecam, & hoc arg.videtur vti Iuriſconſ. in l.patre furioſo.ff.de his.qui ſunt ſui,vel alien.iur. & in l obligationum ferè in § placet.ff.de act.& oblig.facit tex. in §.actionum.Inſti.de actio.& hocmet argum.vtitur Aymon.in conſil.6.nume.97.& in materia propoſita idem Neguſ.vbi ſuprà ſub num.211.& cùm leges non dixerint,nec nos dicemus.l.ſi ſeruum.§.non dixit prætor.ff.de acquir.hæred.Si enim voluiſſet, expreſſiſſet. l.vni.

l.vni.§.ſinautem ad deficientis.ff.de caduc.tollen.&
ſcribit Dec.in conſi.442.nume.8 & hæc ſententia ex
his quę ſcripſit Bald.confirmari poteſt in l.certi iuris.
omni.7.C.locat.

2 †Eſt & pro hac ſententia conſiderandum.l.inter-
dum. & ſeq. legem procedere in mutuante ad refe-
ctionem nauis,ædificiive,ſeu rerum,vt ſaluæ fiant, &
probatur in l.1.ff.in quibus cauſis pig.tac côtr.& ſcri
bit Alex.in conſi. 217.nu.2.vol.7. quod eſt vltimum.
& Neg.vbi ſuprà,ſub nu.202.& leges illas locum ha-
bere in mutuantibus ad reficiendum , non autem ad
faciendum,vt ſcribit Accurſi.ibidem & in glo. fin. &
Dec.in l.creditor.ff.ſi cer.pet. Nec mutat,quòd côtra
hanc ſententiam diximus à nautis naues conſeruari,
& ſi nautæ ſaluam nauim faciunt , & mutuantibus in
cibaria ipſorum hypotheca conceditur. Ergo multo
magis nautis , quoniam non ipſorũ cauſa eſt conceſſa
hypotheca, ſed cauſa inſpecta , in quá itur in creditũ,
quòd ſi quis abſurdè à nobis ita conſtitui putet, cogi
tet lôgè abſurdius eſſe,vt fabris,qui domus faciũt, ſeu
reficiũt,denegetur tacita hypotheca, cum ipſorũ ope
ris ædificia côſeruẽturːarg l.3.in ver.niſi fortè.ff.nau.
caup.ſtabu.& hanc ſententiã puto veram,licèt ſecun-
dum priorem ſententiam obſeruatum viderim. Res
autẽ inuectas pro vectura nauis tacitè obligatas eſſe,
certi iuris,vt dicemus in tract.de nauibus.verſic.illud
etiam notum eſt,& nautis alias actiones non denega-
mus,iuxta l.1.in §.non autem.ff.de exercit.

VLTIMA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Nautæ quibus actionibus conueniendum ſit , re-latiuè.*

2 *Electio datur dominis mercium agendi,vel con-tra magiſtrum nauis , vel dominum , iuxta præpoſitionis legem.*

3 *Merces vbi amiſſæ, vel deteriores redditæ culpa nautæ, actio conductoribus datur, vel contra magiſtrum nauis , vel dominum nauis.*

4 *Dominus nauis , ſi culpa nautarum condemna-tus ſoluerit, ab eis poteſt repetere.*

NOuiſsimè,quibus actionibus agẽdum
1 ſit,breuiter videamus , † & ex variis,
& diuerſis figuris factorum, & cauſa-
rum.variè ac diuerſis modis agendum
eſt,ſecundùm ea quæ retulimus in ter
tia parte huius tract.& paulò ſuperiùs in verſ ſcio alie
num,vbi compluta iuris interpretum loca citauimus,
& præſertim Spec.in tit.de fur.ver.alia quoque actio.
in quo loco libellum concepit in actione,quæ ratio-
ne furti datur in nautam,ſi à nauta,vel aliquo homine
libero,cuius opera vtatur,ſeu eius familia, furtum fa
ctum fuerit , & in actione in factũ ex illo edicto, nau.
cau.ſtab.aſſumes etiam,quæ dicemus infra in vlt.par.
tract.de nauibus, ad hunc enim locũ valde pertinent.
In exercitoria autem illud diſpice,an is,qui nauẽ exer
cet,in poteſtate ſit:iuxta l.1.§.ſi is qui nauem.ff.de e-
xerc.& videbis Pau.Par.in conſil.93.vol.1.dicendum
videtur. Et dic, vt eleganter Iuriſc. proſequitur in l.1.
& ſeq.ll.ff.de exerc.qui additione non eget. & ſolùm
2 addam loca quædã,quæ in citato verb.retulimus.† Et
illud dominis mercium electionem dari , vel contra
magiſtrum nauis , vel dominum, iuxta præpoſitionis
legem,& hoc amplius,licet præpoſitio certam legam
det contrahẽtibus.l.1.§.igitur præpoſitio.ff.de exer.
3 † Nihilominus vbi merces ſunt amiſſæ,vel deterio
res redditæ culpa nautæ , actionem dandam puto , &
aduerſus magiſtrum nauis,& dominum nauis,& in po
teſtate, ac manu conductoris eſſe aduerſus quem ve-
lit experiri. Vt enim ex quaſi maleficio tenetur exer-
citor propter dolum,vel furtum. vt in tit.ff.nau.caup.
ſtab & tit.ff.furt.aduer.nau.& in §.itẽ exercitor. Inſt.
de obl.quæ ex quaſi delict.& ſecundùm plenè notata
per Matth.ab Afflict,& Nic.Boer.in citatis deciſ. Ita
& pari modo ex culpa,quoniam,vt illud ſtatutum eſt,
quia culpæ reus eſt exercitor,qui opera malorum ho-
minum vtitur.d.§.item exercitor.& ff.fur.aduer.nau.
l.1.§ pen.& l.1.§.familiæ.ff.de publ.& l.ſi ſeruus ſer-
uum in §.Proculus.ff.ad leg.Aquil.item ſimili , & ea-
dem ratione dominus nauis teneri debet,ſi minus ido
neos miniſtros in naui poſuerit.l.vtique §.culpę.ff.de
rei vend.Pro qua ſententia facit text.in l.1.in §.magi-
ſtrum nauis.ff.de exer.in illis verbis, exercitor curare
debet nautas culpa , & dolo carere : & qui nautas mi-
nus peritos in naui ponit, ſibi imputare debet, vt eo
loco dicitur.& ea.l.§.non autem.adq; admittendum
eſt propter neceſſitatem atque nauigandi vtilitatem,
& ne conductores decipiantur,arg.eiuſdem.l.§.ma-
giſtrum autem. & hæc ſententia comprobatur ex l.
quemadmodum.§.ſi nauis.iuncta gloſ.in verbo , Gu-
bernatorem,& his quę Flor.ibidem ſcripſit.ff.ad leg.
Aquil.& ex l.1.§. Eſt autem nobis electio ff.de exer.
facit.l.licet.in §.poſſumus.ff.nau.cau.ſtabu. Nec quẽ-
quam moueant l.1.ff.de præſcr.verb & l.item quæri-
tur.in §.ſi magiſter ff.loca.vbi Iuriſc.inquit in magi-
ſtrum dari actionem, quoniam non negat Iuriſconſ.
etiam aduerſus dominum actionẽ dari : & minus etiã
moueat.§.igitur præpoſitio in initio citatus . quoniã
hoc eſt ex culpa domini , qui imperitos adhibuit , &
minus idoneis eſt vſus nautis,ex qua pręponẽdo con-
ſequenter tenetur. Planè, ſi ex nautarum culpa domi-
4 nus † condemnatus ſoluerit,ab eis poſſet repetere. Et
ita Ater.poſt Ioan.Fab.reſpondit in §.item exercitor.
num.3.Inſtit.de obl.quæ ex quaſi delict. idq́ue arg.l.
ſi colonus.ff.de aqua pluuia arcend.& l.ſi verò.§.cum
autem.ff.de his,qui deie,quæ ſententia & vera & pro-
babilis eſt,& pro qua.l.licet.in §.poſſumus.ſuprà rela
ta.Exercenti autem nauem aduerſus eos qui cum ma-
giſtro contraxerunt actionem non dari, clari iuris eſt:
ſed aut ex locato cum magiſtro,ſi mercede operam ei
exhibeat , aut ſi gratuitam mãdati agere poteſt.l.1.§.
eſt autem nobis ff.de exerc.

Finis Tractatus de Nautis.

CLARISSIMI IVRISCONSVLTI

BENVENVTI STRACCHÆ Patritij Anconitani, Tractatus,

De Nauibus.

SVMMARIVM.

1 Nauis exercitium vtile, & neceſſarium eſt, & ad ſummam Rempublicæ pertinet.
2 Nauis appellatione, omnia nauigiorum genera continentur.
3 Synedria, genus nauis, ſpatiandi cauſa facta.
4 Naues emphractæ ebipatæ ſeu embatæ quæ ſint, & declaratur l. 1. in §. quædam. ff. de exerc.
5 Statutum in naui, & in nauicula locum habet.
6 Nauis maritima, eſt rates fluuiatilis, ſecundum Accurſium. quod reprobatur.
7 Nauigium generale verbum eſt, quod & pro nauigatione ponitur.

DEI OPTIMI MAXIMI implorato auxilio.

POſtquàm de nautis vidimus, bene eſt, vt noſtra diſputatio iam ad naues referatur (vt in initio polliciti ſumus.) Nõ enim exiſtimes velim me de inuentoribus nauium, ipſarumque generibus, partibus, armamentis, materia conficiendarum nauium, eorum, qui in naui ſunt vocabulis, & aliis huiuſcemodi, verba plenè facturum, ſed quædam, quæ in iure noſtro ſparſim habentur, breuiter tractaturum, & præcipuè quæ ad vtilitatem pertinebunt. Sunt enim, qui iam dicta diligẽter, ac eleganter tractarunt: quos
1 ſi malueris, legito. † Admonet nos, quia nauis exercitium vtile, & neceſſarium eſt, & ad ſummam Reip. pertinet. l. 1. in princi. & §. ſi is, qui nauem. ff. de exerc. ac naues ipſas ad mercaturam exercendam neceſſaria inſtrumenta eſſe, nemo eſt qui neſciat, & hac diſpoſitione, ſeu hoc ordine procedendum duximus.

Primum enim de ſignificatione vocabuli, variiſq; nauium generibus breuiter diſputabimus.

Deinde multa, & varia ad naues pertinentia permiſtè referemus, quæ quoniam breuia, in ſeparatis ſedibus non putauimus eſſe collocanda.

Tum de locationibus, nauiumq; conductionibus ſeparatim diſſeremus.

Nouiſſimè de libellis, actionibuſq; nauium cauſa competentibus quàm breuiſsimè verba faciemus.

2 † Inſcripſimus de nauibus, ſub quo vocabulo omnia nauigiorum genera contineri diximus, & probauimus ſuprà in tracta. de ſponſionib. in illa parte, in qua quæſtiones ſubiecimus. verſi. item quæritur Alexand. Licèt non me lateat nonnullos ex Græcis authoribus inter naues, & nauigia differentiam authoritate Ariſtotelis conſtituiſſe, vt nauigia quidem rotunda, illæ autem remigabiles, & militares. Sed in iure noſtro non eſt receptum, idque liquet tum ex authoritatibus citatis in loco proximè adducto, & l. 1. in § ait prætor. ff. de flumi. tum ex l. 2. ff. de capt. & poſtlim. reuer. vbi Iuriſcon. in hæc verba: Nauibus longis, atque onerariis propter vſum belli poſtliminium eſt, non piſcatoriis, aut ſi quas actuariis voluptatis cauſa parauerunt. Item in tit. de exercit. l. prima. §. magiſter. verſicu. nauem ait accipere debemus, ſiue maritimam ſiue fluuiatilem, ſiue in aliquo ſtagno nauiget,
3 ſiue ſynedria ſit. † Eſt enim genus nauis ſynedria, quæ ſpatiandi cauſa facta ſit, in qua ſint ſedilia, & licèt ibidem Bud. loco ſynedria ſchedia legat, & ait, ſchediam eſſe nauigium temerè factum, & inconditum, vt trabes connexæ, & in fabricam compactæ, quę vicem nauigij præbent. Ego verò Alciato aſſentior, qui verbum legis non immutat. Item in ead. l. in §. quædam Iuriſcon. ait, quædam naues onerariæ, quędam (vt ipſi
4 dicunt) emphatæ ſunt. † Quem locum etiam obiter ſcias à Budæó reſtitutum, vt loco emphatæ, ebipatæ, ſeu embatę legat, quaſi vectoria nauigia, & naues, quę vectoribus traiciendis aptæ ſunt, ſed meliùs legendum puto, emphractæ. Sunt enim naues tectæ, a verbo Græco, ἐμφράττω, obturo. Vide in dictionario nuper reſtituto in verſic. emphractæ. & Nic. Boer. deciſ. 177. num. 16 & videtur. Et addes Alcia. in parerg. lib. 1. cap. 43. vbi quid ſignificet verbum epibates declarat. Ex quibus habes verbum nauis, vt generale, meritò electũ eſſe. Vnde Bal. in l. 1. in § de exercitoribus.
5 ff. naut. cau. ſtab. † ſtatutum in naui, & in nauicula locum habere reſpõdit. Quod & Aſten. probat in tract. de con. decret. ſtat in verſ. nauis. & vide l. ſcaphã. ff. de euic. & l. vulgaris. in § ſed & ſi quis. ff. de fur. vbi Iuriſcõſ. de naui vinaria meminit. Et prædicta ad cõplures iuris articulos aptare poteris. & vide, quæ ſcripſimus in citato loco de ſponſionibus, & quæ ad hunc locum
6 attinent, illinc aſſumes. † Nec me latet Accurſ. in l. ſolent. ff. de feriis. ſenſiſſe nauem maritimam eſſe, ratem verò fluuiatilem. Cuius ſententiam non probo, quoniam verbum nauis generale eſt: tum, quia eſt contra dictas leges, & maximè l. 1. in §. magiſtrum. ff. de exer. in ver. nauem. Tum maximè, quia rates propriè dicuntur connexæ, & rectè compactæ inuicem trabes, quæ per aquam trahuntur. De quo verbo crebra eſt mentio in titu. de incend. rui. & naufr. Ex quibus legibus in tit. prædicto ſatis id verum eſſe liquet, & ratibus in fluminibus nos vti ſolere. vt & verum eſt vnde ratiarius, de quo in l. qui ratiario. ff. de pig. act.

7 † Nauigium etiam generale verbum eſſe nemo ambigit, quod & pro nauigatione aliquando accipitur, vt in l. qui Romæ. in § Callimachus. ff. de verbor. obl. & in l. cum proponas. C. de naut. fœn. & in l. 1. in §. ait prætor. & in prin. ff. de flum. in illis verbis. Nauigium pro nauigatione poſitum eſt, imò nauigium ſolemus dicere, etiam ipſam nauem & nauigij appellatione etiam rates continentur.

SECVNDA PARS.

SVMMARIVM.

1 Nauis partes quæ ſint.

2 Priuati naues habere non prohibentur, exceptis ſenatoribus: & qui prouinciam adminiſtrãt, in ea nauim fabricare non poſſunt.

3 Naues ſub titulis alienis ſeu inſignibus, vt neceſſitates publicas euitent, excuſare non licet, ſub pœna proſcriptionis earum.

4 Anconitani ciues, qui imaginarias emptiones pecudum forenſium faciunt, vt à publicis oneribus ſe ſubtrahant, damnantur, & quòd pecudes ſint publicandæ.

5 Lex plerique. ff. de in ius vocand. quod in naui etiam locum habeat.

6 Nauis paratur, vt nauiget, & naui ſiue alia re ſocius ſocio inuito vti poteſt, ſi vtiliter agit.

7 Nauis ſi ſit plurium, & non conueniant in eligendo magiſtrum præfertur is, qui magis idoneum elegit.

8 Nauis ſeu alterius rei ſi duo ſint domini, & refectione res egeat, alter negligens eſt in reficiẽdo, ſi alius cõmuni nomine reficit, & ceſſans intra quatuor menſes ſumptus erogatos pro portione non reſtituit cum vſuris centeſimis, qui reficit, ius dominij obtinet.

9 Nauis ſi diſſoluta, & refixa, & iiſdem tabulis compacta vel refecta ſit, an eadem vel alia nauis dicatur.

10 Nauis ſi ex alienis tabulis refecta vel facta ſit, an maneat facientis ſeu reficientis. Et quid ex aliena materia.

11 Nauis ſi tempore, quo recedit ex aliquo loco eget refectione, & cum ad deſtinatum locum peruenit, tantundem, & medio tempore, quo nauigauit, refectione indiguiſſe præſumitur.

12 Naui empta cum inſtrumentis, ſcapha non debetur, & publicata naui, ſcapha non cenſetur publicata.

13 Naue tradita, conſequẽter nauis dominium quibus modis tranſlatum dicatur.

14 Naui quadam exercuit Titius artem piraticam, vendidit deinde eandem nauim. num his, qui deprædati fuerunt à Titio, cum dicta naui, aliquo iuris remedio conſuli poſſit aduerſus nauis emptorem.

15 Nauis, ſeu res alia inanimata non delinquit.

16 Piratæ res licet vnicuique occupare, quia hoſtibus comparantur, & ſunt ipſo iure diffidati & quomodo intelligatur.

17 Bona delinquentis ſunt tacitè obligata ad ſatisfactionem de iure pontificio, & quomodo procedat.

18 Emens ſeu redimens nauim à piratis, & latrunculis exteræ gentis, pretium quod ſoluit à domino, recuperare poteſt.

19 Scapha, quæ exonerandæ nauis cauſa fuit onuſta mercibus, ſi ſubmergatur, non eſt locus contributioni. Contrà verò, ſi nauis pereat, & ſcapha ſalua ſit.

20 Naui ſeruitus imponi nequit, vt ſemper merces alicuius deferat. conuentio tamen iure pacti, & perſonalis obligationis circa id defenditur.

21 Nauim venalitiarum mercium perforans, Aquilia actione tenetur.

22 Nauis tua vi fluminis in agrum meum delata tolli non poteſt, niſi de præterito quoque damno caueatur.

23 Naues omnes ſua habent vocabula, & quare.

24 Inſtruentes & docentes hoſtes in fabricandis nauibus, capite plectuntur.

25 Nauium & plauſtrorum præſtationes inter regalia annumerantur.

26 Nauis ſi tempeſtate ad portum relata ſit, ſeu hoſtium vel piratarum timore portui ſe applicuerit, quòd vectigal non debeatur. & circa l. Cæſar. ff. de publ. quædam alia.

27 Nauis diuiſionem non patitur, & locus Caſſelij refertur ad Quintum Fabium Labeonẽ damnatum, qui naues ſecuit diuidendo cum rege Antiocho.

28 Promittens per ſe nauim fabricare, per alium faciens non liberatur.

29 Sylua ſi pignori data ſit, nauis ex ea conſtructa non intelligitur pignori ſubiecta.

30 Prohibitum ſi ſit vendi, & exportari lignum, an ſit prohibitum vendi, & exportari nauim.

31 Laudemium ſi debetur regi ex vẽditione rerum immobilium, quòd non debeatur naui vendita, quoniam inter mobilia, non autem immobilia annumeranda eſt.

32 Extranei ſi lege municipali acquirere immobilia prohibentur, non cenſentur prohibiti naues acquirere.

33 Naues ex portu dimittendæ non ſunt, niſi nauclerì deponant in quam prouinciam ſunt profecturi.

HABENT & naues quaſi membra ſua veluti gubernaculum, malum, antennas: de quibus in l. ſcapham. ff. de euictio. & in l. malum. ff. de verbor. ſignif.
1 & de armamentis † nauis. vide l. Marcellus. in §. armamenta. ff. de rei vendicat. & adde ad prædicta. l. naue. ff. de euict. & Bud. in l. ſecunda, in §. primo. ff. ad legem Rhod. de iact. & l. expugnatur. ff. de incen. ruin. & naufr. quæ ſcire expedit, tum propter

 ea, quæ

ea,quæ in citatis legibus habentur,tum etiam vt intel
ligamus,quæ ſint partes nauis,& in notabili quæſtio-
ne ex his argumentum ſumit Socin. vt poſſeſſio nauis
tradita cenſeatur.conſil.55.num.5.& 8.vol.4. viſo in-
ſtrumento.

Et ſciendũ eſt,priuatos naues habere non eſſe pro-
hibitum,vt in l.1.C.de naui.non excu.lib.11.ſenatori-
bus enim tantum ex l. Iulia repetundarum naues ha-
bere non licebat,vt dicit Iuriſconſ.in l.his,qui naues.
2 ff.de vaca.& excu.mu.†& in eadem prouincia,in qua
quis adminiſtrabat, nauem ædificare prohibebatur.l.
auſertur.in §.quod à præſide.ff.de iure fiſ. Verùm il-
3 lud mercatores †non ignorent,quòd licèt Imperator
priuatos naues habere non prohibuerit: ſi tamen no-
minibus, & titulis alienis, ſeu inſignibus naues pro-
prias excuſare voluerint, vt publicas neceſſitates eui-
tent, naues ipſas fiſco proſcriptas intelligi, vt proba-
tur ea.l.1.C.de naui.non excu. quam l.valde nota, &
vide Mat.Lau.in tractatu de fiſco.quæſt.170.& Fran-
ciſ.Luc.in eo tract.de fiſco par.2.num.9.tom.6. Vidi
enim plerunque naues mercatorum,ſub potentiarum
titulis, & inſignibus falsò nauigare, idq; præcipuè ex
eo mercatores faciunt, vt publicis non ſubſint oneri-
bus.& quam leg.primam in nauibus loquentem ibi-
dem Bartol generaliter intelligit in qualibet re,quæ
ſubtrahitur à publica neceſſitate, & inducit contra
Comitatiſes, qui ſub titulo ciuium rem aliquam eius
procurant, vt oneribus res empta non ſubiiciatur, &
4 tu † poſſes pecudes inducere contra ciues Anconita-
nos, qui pecudum forenſium imaginarias emptiones
contra decreta Anconitana faciunt,vt pecudes ipſas à
publicis oneribus ſubtrahant, ſunt enim pecudes pu-
blicandæ,quæ adeò vera ſunt, vt nec religionis intui-
tu,& ſic naues eccleſiæ à publicis vtilitatibus excuſen
tur.l.iubemus.C.eod.tit.quæ l.eſt ad verbum ſub tit.
C.de ſacroſanct.eccleſ. adde quæ infrà dicemus ver-
ſicul.

5 † Item ſciendum eſt, quod legitur in l.plerique.ff.
de in ius vocan.& in regula, nemo de domo ſua ff.de
regul.iur.inuitum domo ſua extrahi neminem poſſe,
cùm ſit tutiſſimum refugium,& receptaculũ, & in na-
ui locum habere receptũ eſſe,vt ſcripſit Albe.de Roſ.
in l.pen.in §.fin.ff.de his,qui deie.idq́ue ex eo proba
tur,quod Bald.inquit in l.certi iuris.colum.a.num.7.
C.loca.nauim vrbano prædio,& non ruſtico compa-
ratam eſſe, de quo vide latè per Vero.in tract.de ſer-
uiture vrbanorum prædiorum.cap.11.col.1.verſ. quid
de oaui. Neguſ.in tracta.de pign.in quarto memo.a.
par.princ.num.169.& vide Iaſ.in citata l.plerique.&
in l.quominus.num.115.ff.de flumin.in quo loco co-
dex Iaſon.mendoſus habetur,cùm contra Bal.referat.
Adde eun.Iaſ.& Alex.in l.inter ſtipulantem. in §. ſa-
cram.ff.de verb.obli. & licèt aliter ſenſerit Rom.in l.
1.in §.domini appel.ff.ad Silla.motus l.1.in §.ſi quis
de naui.ff.de vi & vi arma.ego tamen Albe. & cæteris
aſſentior, & in eadem opinione eſt Deci.in citata re-
gula. Nemo de domo ſua & reſpondet ad §.ſi quis de
naui.illud eſſe,quoniã interdum illud ad res ſoli perti
nebat,& inſcriptum erat. Cuius reſponſum probabile
eſſe demonſtratur ex ead.l.1.in §.hoc interdictũ.con-
ſiderando principium verſi.& generaliter.& verſi.pla
nè & alias leges.ff.de vi & vi arm. non tamen omitto,
quod Nicol.Boer.quæſt.177.ſub num.7.inquit inter-
dictum illud contra deiicientem de naui, non compe
tere. nam quidam dicũt maritima caſtra eſſe claſſem,
dicuntq́ue alij nauibus ſe vti, quaſi aquatico elephan-
to,quem ſuis frenis moderantur, & vide quæ latè cir-
ca præd.&a ſcripſit Andr. Tiraq.in com.de vtroque
retract.pag.100.num.89.& ſequen. & quæ nos in hac
ipſa parte dicemus in penult.quæſt.

Illud clariſſimi iuris eſt,nauigatum nauim mitten-
6 dam, licèt naufragij periculum ſit. Nauis † etenim ad
hoc paratur,vt nauiget,glo in l.ſi nauis.ff.de rei vend.
& Iuriſc.inquit in l.vtique.in § culpa.ff de rei vendi.
in l.arboribus.in §.nauis.ff.de vſufr.ex quibus verbis
ſumpſit argumentum Accur.ſocium inuito ſocio rem
communem ad vſum,in quem parata eſt, vti poſſe &
ego fingo tibi quæſtionem duos eſſe dominos nauis:
alterum velle congruo tempore ad nauigãdum ipſam
nauim nauigatum mittere, alterum vero malle in por
tu permanere,& præferẽdum illum exiſtimo, qui rem
ad vſum paratam vti velit, & vtiliter agere recuſante
ſocio, vt tradunt Bartol.& Paul.in l.hæc diſtinctio.§.
cùm fuodum ff.loca.& idem Barto.in l.ſerui electio-
ne.§.Labeo.ff.de leg.primo. vbi latiſſimè Iaſ.& Do-
ctores ſcribunt in l duo fratres.ff.de acquir.hæred.&
vide quæ habentur in l Sabinus.ff communi diui.Ad-
de Iaſ qui Bartol.vbi ſuprà. commendat in l.quomi-
nus nu.159.ff.de flumi. & latè & eleganter idem Iaſ.
ſcribit in conſ.98.col.2 accedo.vol.1.& copioſè Soc.
in conſ.58.in cauſa, per totum.vol.4.ex quibus autho
ritatibus habes .vbi negotium eſt tale,vt ex parte ex-
pediri non poſſit ſocium inuito ſocio, ſi vtiliter agit,
re communi vti poſſe ad rem paratam, facit text.in l.
hæredes.in § ſi vnus.ff.famil.erciſc.

Poſſem modò conuenire ſocios, vt nauis nauiget:
diſſentire tamen in magiſtro nauis, & vnum tantum
7 velle) nihil enim prohibet † plures magiſtros nauis
præponi poſſe) ſed ſibi domini, & exercitores præca-
ueant, vt admonet Iuriſconſultus in l.1.in §. ſi plures
ſunt magiſtri.ff.de exer. alter enim imperito, & naui-
gationis prorſus ignaro, & culpatæ forſan vitæ nauim
vult committere. Alter verò valentiſſimo nautæ,& ho
neſtæ famæ,puto hunc prælerẽdum,qui peritiſſimum
nautam elegit,tum ex his,quæ habẽtur in l.non aliter.
ff.de vſu & habit. & Ang.in l.1.C.qui teſtam.fac.poſ.
& ibidem Iaſ.ſub nume.14.& Socin.vbi ſup.conſ.58.
quem videas propter naulum, ſeu vecturam nauis di-
ſcordia durãte:tum maximè.quia æquum eſt eum,qui
magiſtrum nauis præpoſuit teneri . vt dicitur in l.1.in
prin.ff.de exer.& ſibi imputare debet,qui minus ido-
neum præpoſuerit.

Naues plerunque refectione egere, nemo eſt, qui
neſciat: & innuit Iuriſc.in l.fin.ff.de exer. Nec etiam
longo tempore durant, licèt nouis tabulis reficiãtur.
vt ſcribit Ange.in l.foramen.ff.de ſer.vrb.pręd. Vnde
proximè accedit ad propoſitas quæſtiones illa dubi-
8 tatio, † duos fingito exercitores, ſeu eiuſdem nauis
dominos. Alterum ceſſantem, & negligentem refice-
re, Alterum verò nauim,quæ vitium fecerat,commu-
ni nomine refeciſſe. Puto ſi intra quatuor menſes ſo-
cius ceſſans numos pro portione erogatos cum cen-
teſimis vſuris, non reſtituerit conſocio, qui refecerit
ex oratione Diui Marci reficienti ius dominij, pro ſo
lido vẽdicare, vel obtinere decretum eſſe.l.ſi fratres.
§.idem reſpondit.verſ.idem reſpondit ſocius, qui ceſ-
ſantis.ff pro ſocio.l.ſi vt proponis.C.de ædifi.priuat.
quæ iura ſingulariter notãda inquit Areti.Inſt.de act.
§.ſequens nu.13.contra ſocium ceſſantẽ reficere rem
communem. Si enim alter reficit, & ceſſans intra qua
tuor menſes non reſtituit partem impenſarũ cum vſu-
ris,perdit dominium ſuæ partis,& reficientia acquiri-
tur. Probat & cõmendat ibidem Iaſ.ſub nu.48. & idẽ
Iaſ.in repet.l.quominus.ff.de flum.nu.112 & in l.cre-
ditor.nu.7 ff.ſi cert.peta. Hoc idem placuit Veron.in
tract.de ſerui.vrb prædi.in tit.de refect.rubr.59.verſi.
quartò

quarto quæritur.ſubdens id valde notandum .eſſe.&
vide Marſi.ſing 359.mille.

9 † Sed dubitari poſſet, ſi nauis diſſoluta,&refixa,&
iiſdem tabulis compacta,vel refecta ſit , an alia nauis
dicenda ſit,vel eadem:eleganter reſpondit Iuriſcon-
ſultus in l. inter ſtipulantem. in §. ſacram. ff. de verb.
obl & in l.quod in rerum in §. ſi ff.de leg.in l.qui res.
in §.aream.ff.de ſolu.in l.quid tamen.in §.in nauis.ff.
quibus mod.vſuſruc.amit.Ex quibus iuribus habes,ſi
nauis ea mente reſoluta eſt , vt in alium vſum tabulæ
deſtinarentur,ſi mutato conſilio nauis reficiatur,non
prior nauis,ſed alia dicenda ſit.Quod verum ſi carina
nauis diſſoluta , & mutata ſit:item verum ſi nauis pe-
nitus ſeu in totum vno contextu diſſoluta fuerit.ſecus
ſi per partes diſſoluta,& per partes refecta:tunc enim
eadem nauis dicitur,& adde Alex.in d §. ſacram. ſub
ou. 11 quæ nota ad quæſtiones, quæ in legibus habẽ-
tur,& aliis aptare poteris, & adde ad prædicta philo-
ſophicam l.proponebatur.ff.de iud & quæ plenè Fel.
ſcripſit in c.cùm acceſſiſſent.n.56.de conſt.& l. Mu-
tius.& ibidem Bal.ff.de rei vendic.

10 † Item quæſitum eſt , ſi quis nauẽ ſuam ex alienis
tabulis refeciſſet,an nihilominus nauis reficiẽtis ma-
neret? Et manere Iuriſconſ.reſpondit in l.Mutius. ff.
de rei vend.Contrà verò ſe habet,ſi ex alienis tabulis
ad vſum nauis paratis nauem quis ædificaſſet,fit enim
nauis domini materiæ.nã proprietas totius nauis ca-
rinæ cauſam ſequitur,vbi verò quis ex aliena materia,
finge cupreſſo fecit tabulas, & ex tabulis ædificauit
nauẽ,nauis eſt facientis.l.ſed ſi ex meis.ff de acq. rer.
dom. l.ſi conuenerit.§ ſi quis ſit cauerit.ff.de pig.act.
quæ iura à gl. & Dd. hanc interpretationem recepe-
runt:cuius rei ratio redditur,quia altero caſu ad prio-
rem,& rudem materiam res reduci poteſt,altero verò
non poteſt.§.cùm ex aliena. Inſtit.de rer.diuiſio.& no
ta obiter in l.Mutius iuncta glo.verbum , nauis , ali-
quãdo accipi pro tabulis in naui poſitis,quibus etiam
adiicies l.tigni.ff.ad exhiben.

Et in materia refectionis non eſſe ſilentio præter-
eundum duxi,ꝙ belliſſimè Sign.ſcripſit in conſ.195.
in quæſtione,ait enim , ſi nauis tempore , quo aliquo
loco recedit,refectione eget,& cum ad deſtinatũ lo-
cum peruenit,ſimiliter refectione egere patet,& me-
11 dio tempore,† quo nauigauit , refectione indiguiſſe
prçſumi,citat l.penulti.C.de apoc.public.& l.ſicut.in
§. ſuperuacuum. ff. quib. modis pigno. vel hyp. ſol.
Quod nota , quia naues plerunque vitium facere ſo-
lent , & merces oneratæ madefactæ , deteriores red-
duntur, & magiſtri nauium integras in locationibus
promittunt.

Illud etiam clarum eſt,ſi nauim emiſti cum inſtru-
mentis,ſcapham nauis tibi præſtandam non eſſe.Ete-
12 nim † inſtrumentum nauis non eſt.In mediocritate
enim,non genere,ab ea differt,& non videri nauis eſ-
ſe , nec quicquam coniũctum habere Iuriſc.reſpõde-
re.eſt enim per ſe parua nauicula.l.ſina.ff. de fuod.in-
ſtruc.l.ſcapham.ff.de euict.l.Marcellus.in§.armamẽ-
ta ff.de rei vendicatio.& ſcripſit Bal.in rubr.quæ ſint
rega.Vnde idẽ Bal.in l.cùm proponas.C.de nau.fœ-
no.ſub.nu.6. ſenſit publicata ſeu proſcripta naui ſca-
pham, tanquàm ſeparatam proſcriptam nõ intelligi.
Cum etiã in pœnis mitius,& anguſtiùs procedamus,
quod Bertach.etiam probat in tract.de gab.in vltima
parte n.17.his addes, ꝙ inquid Cicero de Inuen.libr.
2,ver.definitio *lex eſt,* inquit, *qui in aduerſa tempeſtate
nauim reliquerint omnia amittunto eorum nauis, & onera
ſunto,qui in naui remanſerint,* & reliqua naſcitur cõtro-
uerſia ex vi oo.minis.nam relinquere nauim, & rema-
nere in naui,& deniq; nauis ipſa,quid ſit, quæritur,&
illud in dubiũ venit de eo , qui in ſcapham cõfugiſſet,
& funiculo regeret,an nauim reliquiſſe cenſetur?

13 † Hic ſubiungi poteſt illa quæſtio , quam de naui
vendita eleganter Soc.tractat conſi.55 libr.4.viſo in-
ſtrumento.de eo enim quæritur apud eum , cum ſolo
emptionis titulo dominium non transferatur,ſed tra-
ditione.l.traditionibus.C.de pact,quibus modis,na-
uis traditio,& conſequenter dominium trãſlatum di-
catur?& ait ex propoſitione cuſtodũ facta ab empto-
re,venditore conſentiente,& animum ad transferen-
dum poſſeſſionẽ habente l.quemadmodum.ff.de ac-
quirend.poſſeſſ.& notant glo.& Dd.in l.3. in prin. ff.
de acqu.poſſeſſ.item ait ex appoſitione ſigni empto-
ris rei ſignatæ dominium transferri.l.quòd neque. in
fi.ff.de peri.& com.rei vendi.quam l.in 2.parte latiùs
declarauimus.Subdit deinde ex traditione partis rei
totam rem traditam cenſeri.l.3.vbi notatur.ff. de ac-
quiren poſſ.ſed vela,& alia gubernacula, ſine quibus
nauis inutilis redditur , dicuntur pars.l.malum.ff. de
verb.ſignif.l. ſcapham. ff. de eui. Ex traditione ergo
huiuſmodi rerum, tanquam partis nauis poſſeſſio di-
citur tradita.Probat etiam arg.ſi trado inſtrumẽtum,
in quo continentur res mihi donatæ illarum rerum
poſſeſſ. videor tradere.l.1. C. de dona & nota,in l.3.
ff.de acquirend. poſſeſſ. eodem ergo modo , ſi trado
inſtrumenta nauis,ſine quibus,eſt inutilis , & ſine his
nauis duci non poteſt,rurſus probat,eò quòd Accurſ.
ait in § interdũ.Inſt.de rer. diui. ex traditione fræni,
& ſellę quibus ducitur,& gubernatur equus,dominiũ
equi tranſlatum cenſeri.Subiicit deinde ſatis elegan-
ter ſi nauis vendita ſit in portu emptoris,& ſic in loco
domini ſine traditione dominium transferri, quia res
dicitur eſſe penes emptorem.§.venditæ. Inſtit.de rer.
diu.comprobat denique in eod. conſi. ex aliis nauim
traditam cenſeri,ſufficit tamen nobis , quæ ad rẽ per-
tinent breuiter retuliſſe,& his addes Iaſ.in conſ. 170.
col.4.vol.2.de quo ſtatim dicemus.

Commodiſſimè etiam hic frequens,& quotidiana
quæſtio tractari poteſt, cùm quidam per aliquos an-
nos quadã naui piraticam artem exercuiſſet complu-
14 rium † mercatorum merces , naues deprædatus exti-
tit,vendidit deinde nauim met,qua deprædationes,&
direptiones fecerat Amerygo.quæſitum fuit,nõ mer-
catoribus,qui direptiones,& damna paſſi ſunt , con-
ſuli aliquo iuris remedio poſſit aduerſus Amerygum
piraticæ nauis emptorem , ac detentorem? dicet ali-
quis q.propoſitam hæſitatione probabili carere,cùm
15 nauim † delinquere nemo ſani capitis diceret. Is enim
delictum,& culpam admittit,qui rem poſſidet,vt in-
quit Imp.in authen.de man prin.§.oportet,& Gan.in
tit.de reb.non por.contra de.nu.7. Nec enim propriè
dici poteſt deliquiſſe,aut damnũ dediſſe ſeu feciſſe,ꝙ
ſenſu caret.l.1.ff.ſi quad.pau.fe.di.Cõtrà verò mouet,
quod Bal.Pao.& Bal. notarunt in autẽ.nauigia.C. de
16 fur.inquiũt enim,res piratæ † vnicuique occupare, &
deprædari licere.nam hoſtibus piratæ comparãtur,&
ſunt ipſo iure diffidati.facit auten.caſſa & irrita. C.de
ſacroſanctis eccleſiis.Et quod notatur in c.1.de mili.
vaſ.qui con.& in ti.hic finitur lex Cor.domino guer-
tã.in vſib.feud.Et propius ad rem,ꝙ idẽ Bald.ait in l.
17 furti.C.de furt.† Iure Pontificio omnia bona delin-
quẽtis ad ſatisfactionẽ tacitè obligata cẽſeri : arg.ex-
trà de ſepul.ca. parrochiano.Vnde mercatores ad na-
uim,tãquàm tacitè obligatã agere poſſe videbatur,id-
q; videtur Neg.in trac.de pig in 4.mẽ.2. par.prin. n.
143.& ſeq.Sed nobis verior ſentẽtia Iaſ.viſa eſt,qui in
conſ.170.nomine magnifici,&c.vol. 2. negat contra

Ameiygum nauis emptorem ag: poſſe. Quod enim dicitur bona piratarum vnicuique impunè apprehēdere,& occupare licere,intelligendum eſt, donec & quouſque ipſorum ſunt piratarum. Qualitas enim adiuncta verbo,intelligi debet ſecundùm tempus verbi cui adiicitur l.in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa.l. ſi Titius.vbi Bar.ff.de teſt.mili. Vnde Angel.in l.ſiue manifeſtus.in §.tam diu.ff.de com fur.ait ſi lege municipali caueɾur bannitum impunè offendi intelligēdum eſſe,ſi offenſionis tempore bannitus eſſet,& ſubiicit,quod diximus arg.c. parrochiano. concedēdum eſſe in hærede piratæ, non autem in ſingulari ſucceſſore,vt innuit c.parrochiano.& ſcribunt Dd.in c.tua nos. de vſu. & maximè Abb. numer.3. & 7. & ſeq. Et videbis Bald. in l.vni.C.ex delict. defunc. numer.13

18 † Sed & his addes, ſi quis nauem,ſeu rem aliam a piratis,& latrunculis exteræ gentis captam emiſſet, ſeu redemiſſet pretium, quod ſoluit à domino recuperare poteſt.l.mulier.ff.de ca & notauit Vero.in tracta. cau.cau.10.ſi quis emit.

In maritimis locis vbi portus natura non ſunt, ſed arte hominum facti exiſtentibus forſan. fluminibus exonerandæ onuſtæ nauis cauſa,quæ intrare cū onere flumen non poteſt, merces in ſcapha exponi ple-

19 runque cōtingit.† Vnde quæritur,quid ſi ſcapha ſubmergatur, an contributioni locus ſit, perinde, ac ſi iactus factus eſſet? Iuriſcon.in l.nauis.ff.ad leg.Rhod. de iac.contributioni locum non eſſe reſpondit, contrà verò ſi nauis pereat, & ſcapha ſalua ſit, quam legem mercatores non ignorent.

20 † Notandum eſt etiam,ſeruitutem naui imponi nō poſſe,vt cum portui ſe applicuerit,merces meas ſemper deferat,& illis oneretur. Quoniam ſeruitutes perpetuas cauſas habere debent: & ideò neque ex lacu neque ex ſtagno cōcedi aquæductus poteſt,'cùm aliquando,maximè æſtiuo tempore, exareſcant, vt inquit Iuriſconſult in l.foramen. ff. de ſerui.vrba.prædi.qua l.motus ibidem ſenſit Ang Nauis enim breui tēpore durat,licet nouis tabulis reficiatur, cuius ſententiam probauit Vero.in tracta. de ſerui. ruſti. prædio.in tit.de naui.rubri.39 ſubdens Angel.ſentētiam intelligēdam,vt ſeruitus naui iure propriæ ſeruitutis imponi non poſſit, iure tamen pacti, & obligationis perſonalis valere conuentionem defendi poſſe: iuxta nota.in l.vt pomum.in princ. ff.de ſerui. Et vide,quæ ſcripſit Accurſ.in l.pecoris.in fi.2.gl.ff.de ſeruit.ruſt. prædio.& in l. Mella.in §.fi. ff. de alim.& ciba. leg.& refert,& probat Andr.Tiraq.in tracta.de vtro.re.§.1.

21 n.91.† Si venalitiarū merciū nauim perforaſſet quis, iure cauetur, Aquiliæ actionem eſſe, quaſi ruperit.l. ſi ſeruus ſeruū.§.ſi mulier.ver. ſi nauim. ff.ad l.Aquil.

22 † Si nauis in agrum meum vi fluminis delata ſit, non aliter tibi tollendi facultatem faciendæ,quàm ſi de præterito quoque damno mihi caueris.l. hoc amplius.§.1.verſi. Neratius.ff. de dam.infect. ff. de incend.rui.& nau.l.ratis.l.Celſus.§ item Celſus.ver.ſed ſi ratis.ff.ad exhib.& vide.l.ſi quis nec cauſam. in fin. ff.ſi certum petatur.

23 † Vſitatiſſimum eſt,naues omnes ſua habere vocabula,idque ſcripſit etiam Bar.in l. quod in rerū in.§. ſi nauim.ff.de leg.1. Et id ex eo inductum eſt, vt certa nauis demonſtretur, & ne erretur in corpore: argum.l. Labeo.ff.de ſup.leg. & l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de lega.1.

24 Nec tacendum eſt,capite plectendos eſſe,qui hoſtes inſtruunt in fabricādis nauibus,illoſque docēt.l. fi.C.de pœn.& probat Ioan.de Ana.in c. ita quorundam.de iudi.in 2,col.& refert Boē.dec.178.nu.17.

25 † Et illud non eſt iuris ambigui,plauſtrorum,& nauium præſtationes inter regalia annumerari,vt in tit. quæ ſint rega.

26 † Et pulchram quæſtionem de naui, quæ cotibus onuſta ex portu Cretæ profecta erat,& vento ac tempeſtate in portum eundem relata fuit. Vide in l.Cęſar. ff de publ.quam l.nota.ex illa enim compluresquæſtiones,quæ in ſingulos dies occurrunt,ſolui poſſunt, ex qua habes quæſtionem per Bar.in l.1.C.de naufra. lib.11.Mar.Laud.in tract.de fiſco.q.171.& Marſi.in l. 1.in §.præterea.ff.de quæſtio nu.32.& ſeq. inquiunt enim,ſi tempeſtate ſeu vi ventorum nauis ad portum relata fuerit, vectigal, ſeu portorium nō deberi:& idē iuris eſſe, ſi hoſtium vel piratarum timore portui alicui nauis ſe applicuerit.facit l.fi. §. ſi propter neceſſitatem.ff.eodem.& aliam quæſtionem habes ex conſi. Bal.198.ſtatutū ciuitatis Tergeſti. libr. 2. de quo dixi in 4 part.verſi.ſimiliter.n.48.& aliam quęſtionem ex ea.l.Cęſar ſoluit. Alex.in conſ.7.viſo themate.vol. 3.quam etiam vti quotidianā no. Huc pertinet quod Cicero libr. 2.de Inuentione ait [lex eſt apud Rhodios, vt ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit, publicetur:cum magna in alio tempeſtas eſſet,vis vētorum inuitis nautis Rhodiorum in portum nauim coēgit. quæſtor nauim populi vocat nauis dominus negat publicari oportere,]& reliqua.& his adde,quæ diximus in tracta de nautis in 3.parte nu.6.& ſequen.

27 † Nec illud ſilentio prætereundum eſt,Floren.in l. ſi familiæ,quæ eſt l.antepe. ff.fam.l erciſc.improbat, quod feciſſe dicitur Q. Fabium Labeonem,qui cum à rege Antiocho,quem bello ſuperauerat ex fœdere inito dimidiam partem nauiū accipere deberet medias omnes ſecuit,vt eū tota claſſe priuaret,vt eſt auctor Valer.lib.6.ca.3.mouit Flor.res ipſa, quæ diuiſionem non patitur.& citat l.nam & ſi fur. §. vltim.ff. ſi certum petatur. Vnde ille Caſſellij Iuriſconſulti locus,qui mercatori cuipiam interroganti, quonā modo nauim cum ſocio diuideret, reſpondit, nauim ſi diuidis, nec tu, nec ſocius habebis. Auctor Macrobius Saturnalium lib.2.cap.6.& refert.And.Tiraq.in tracta.de vtro.re.§.1.pag.372.nu.15.

28 † Item quæro,ſi nauim à ſe fabricandam quis promiſerit,& hoc ſpecialiter actum ſit, vt ſuis expenſis. id perficiat, an per alium faciens liberetur, non conſentiente ſtipulatore?& non liberari inquit Iuriſcon. in l.inter artifices.ff.de ſol.& vide Dy. in reg. qui per alium.de regulis iuris in 6.

29 † Fuit quæſtionis, ſi quis cauerit, vt ſylua ſibi pignori eſſet, num nauis ex materia facta pignori eſſe intelligatur?in qua ſpecie Iuriſconſul.in ſi conuenerit.§.ſi quis ſic cauerit.ff.de pigno. actio non eſſe reſpondit.quia aliud ſit materia,aliud nauis.& ideo nominatim in dando pignore adiiciendum eſſe ait,quęque ex ſylua facta natáve ſint.

Nico. Boër. q. 177. & videtur, duas tractat quæſtiones,quæ ad hunc locum ſpectant. Altera eſt, num ligni appellatione,cōtineatur nauis, ita quod prohibiti vendere, & extrahere lignum extra territorium, naues vendere non poſſint? Altera eſt ſi ex venditione rerum immobilium laudemiū debetur regi,an na-

30 ui vendita debeatur? † Et in q.primo loco propoſita putat prohibitū vēdere,& exportare lignū,cęteri etiā prohibitū vēdere,& exportare naues,atque triremes. Mouet eū c.ita quorundam.de Iudæ & q̄ ait receptū, ſi materia vēdi non poteſt extra territoriū. nec quidē materiatū licebit,vt ſcribit Bar.in l.quęſitū.§.illud.ff. de legat.3.& Gui.Pap.q.373.& Alex.conſi.130.ſuper eodem,col.1.vol.6. Ego verò non eſſe ſine maxima dubita-

dubitatione Nicol. Boer. ſententiam puto. Vide igitur, quæ ſcripſi in 4. parte huius tracta. verſi. tunt. & aliæ. n. 32. & ſeq. & cõſidera. l. ligni. & l. pali. ac l. ſeru⁹, quæ ſubſequitur. ff. de lega. 3. Et cum hoſtibus tam naues vendi, quam ligna ad eas conſtruendas exportari expreſſe prohibeatur, propterea citata quorũdã, & c. ad liberandum. propoſitæ quæſtioni non conueniunt.

31 † In ſecunda quæſtione, laudemium procuidubio nõ deberi puto, licèt ipſe cõtra ſenſerit. Nauim enim non inter res immobiles, vt ait, ſed inter mobiles cõnumerandã puto, & hoc verũ eſſe ſcribit Andr. Tiraq. in tracta. de retro. retr. §. 1. n. 38. & ſeq. & inter mobilia numerari ait ſenſiſſe Bar. & Alex. in l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. ff. de verb. oblig. & Iaſ. ibidẽ col. penul. citat etiã And. de Piſ. Pet. Ray. & Alb. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdare cogan. tractare, an naues, & cæteræ res mobiles, quæ multum molis, ac ponderis habent, excuſationem præbeant à ſatiſdatione veluti res immobiles, & Andr. ſenſiſſe excuſationẽ præſtare, cæteros verò negaſſe, quia nõ ſunt immobiles, Citat etiam & Iaſ. in conſ. 170. col. 2. vol. 2. qui id apertè ſenſit, & in 6. col. ſub n. 4. Mouit etiã me, quoniã nauis mouetur, & ad mouẽdũ eſt apta, ergo mouentiũ, ſeu mobilium appellatione continetur. l. mouentiũ. ff. de verb. ſignific. de quo verbo plenè alibi diximus. nec immutat, ꝙ domus appellatione, etiã domus lignea veniat. l. 1. §. hoc interdictũ. verſi. planè. ff. de vi & vi ar. quoniã cohæret. ſolo, & mobile immobili cohærẽs, cẽſetur immobile, vt in auth. de nõ alie. §. hæc ergo. vbi Accur. & Ang. & probatur in eo. § hoc interdictũ. verſic. hoc generaliter. vbi Iuriſcõſul. ait generaliter illud interdictũ ad omnes res cohærẽtes ſolo pertinere. Et hæc ſentẽtia, quòd nauis mobiliũ non autẽ immobiliũ appellatione contineatur, expreſſè probatur in d. l. 1. §. hoc interdictum. verſ. illud vtique. iuncto verſ. ſi quis. de nau. Legitur enim in verſ. illud in dubium nõ venire, interdictum illud ad res mobiles nõ pertinere, deinde ſubſequitur verſ. ſi quis de naui, vbi Iuriſcõſ. probat ei, qui de naui deiectus eſt, illud interdictum non competere, arg. eius, qui de vehiculo deiectus eſt. Et ſi prout & nos probauimus ſuprà fateamur nauim magis vrbano prædio, quam ruſtico comparandam, non enim ſequitur vrbani prædij appellatione contineri. Nec etiam moueat l. penul. in §. ſi. ff. de his, qui deiẽ. vel effu. nã, vt Barb. ait in rep. rub. de reb. eccle. nõ aliẽ. col. 6. verſi. quinimò appellatione. Ius eſt ſingulare in caſu illius legis, ſed & illud animaduertendum eſt, ſi de naui deiectum ſit, vtilem actionẽ dari, quoniam propriè verba edicti aptari non poterãt, ex æquitate viſum eſt Iuriſconſul. verba prætoris extendere, licèt re ipſa vtraque actio, ſcilicet, vtilis, & directa vtrãque vim habeat. l. actio. ff. de nego geſt.

32 † Vnde ſequitur, ſi lege municipali, extraneis immobilia acquirere prohibeantur, quòd naues acquirere nõ prohibeantur, quod & Barb. & And. Tiraq. in relatis locis ſenſere, & rectè. Illud tamen veriſſimum non nego, ſi aſſentiamus Boer. vt inter immobilia nauis annumeretur (quod nuſquam concedendum eſt) ex contractu cum rege, ſeu fiſco inito laudemium ſoluendum non eſſe. At ſi cum aliis ſoluendum, idque tum propter authoritates per eum relatas, tum propter l. ſi. C. de fide inſtrumen. vbi eſt expreſſum.

33 † Et quòd naues ex portu nõ dimittantur, niſi nauclerii deponant, in quam prouinciam ituri ſint, lege ſancitum eſt. Videbis ergo l. vni. C. de lit. & ti. cuſtod lib. 12. & quæ ibidem adnotauit Luc. Pen.

TERTIA PARS.

SVMMARIVM.

1 Locare, verbum, promiſcuè accipitur.

2 Magiſtri nauium, & Nautæ, qui merces vehendas accipiunt, & ex hoc mercedum locatores dicuntur.

Mercatores verò, qui pecunias vehendarum mercium cauſa dant, conductores appellãtur.

3 Verbo locare, promiſcuè veteres vtebantur: Valla defenditur, & damnatur Budeus.

4 Locationes nauium per quos fieri ſoleant.

5 Interpretatio ad l. ſi. in §. ad l. Rho. de iac.

6 Venditio prædij ſi facta ſit, & dictum eſt eſſe tot iugerum, non propterea dicitur facta iuxta menſuram, ſed tunc cùm pretium pro numero menſuræ ſeu iugerum imponitur. & declaratur Oldr. ſententiam locum non habere in locationibus nauium, & vaſorum.

7 Vecturæ nauium debentur iuxta conuentiones.

8 Nauis aduerſione conducta, non adiecta, certa vectura, tamen ſecundum conſuetudinem, & ita conueniſſe cenſentur.

9 Contractus à conſuetudine contrahentium, & loci, interpretationem recipiunt, & an ſubſtantialia ſuppleantur à conſuetudine.

10 Conducens fundum aut domum penſione certa non cõſtituta, quòd debeatur penſio ſecundum præteritam conſuetudinem.

11 Vectura nauis ſi pro numero impoſitarum amphorarum conſtituta ſit pro tot amphoris merces debetur, quot portauerit.

12 Nauis ſi fuit cõducta pro vectura mille, & dictũ fuit in lege locationis eſſe duo millium amphorarũ locator præſtare tenetur, ſi minus capiat.

13 Locãs nauim ſi dixerit eſſe duo milliũ amphorarũ in circa, quomodo illud verbũ intelligatur.

14 Nauis ſi fuit conducta certa, & expreſſa vectura relata ad nauim, & non adiecto numero amphorarum, integra vectura debetur, nauis capacitate non inſpecta.

15 Nauis ſi fuit conducta, & vectura relata non ad corpus nauis, ſed ad amphoras, & ſarcinulas, vectura debetur pro ſarcinulis, & amphoris impoſitis.

16 Inter-

16 Interpretatio ad l. fina. in prin.ff. ad l. Rhod. de iactu.

17 Vectura nauis ſi conſtituta fuit pro impoſitis mancipijs in naui ſi aliqui deceſſerint, antequam ad deſtinatum locum exponantur, etiam pro mortuis vectura debetur.

18 Locans operas ſi prohibetur eas praſtare ſine ſui culpa & ex caſa contingente ex parte conductoru vel rei conſequitur mercedem, ac ſi praſtitiſſet, idq́; declaratur. nu. 20.

19 Vectura ſi pro deportatis mancipijs ad certũ locum eſt conſtituta, & aliqua deceſſerint, antequam ad locum ſit deportata, pro mortuis non debetur.

20 Caſus, ex qua parte euenerit in promiſſione pura, diſtinguitur, non in conditionali.

21 Vectura, ſi ignoratur, an pro impoſitis mancipijs vel deportatis ſit conſtituta, debetur pro impoſitis, licet animalia vel mancipia ſint demortua, antequam ad locum deſtinatum ſint deportata.

22 Conducens mulierem vehenda naui, quod vectura non debeatur pro infante in naui nato.

23 Nauta certa vectura conuenta promiſit Titium in nauim ſua ponere, & in loco aliquo exponere, nũ ſit neceſſarium nautam probare Titium in naui poſuiſſe, vel ſufficiat in naui fuiſſe, & expoſitum in loco conuento conſequendæ vecture gratia. & quid in rebus inanimatis, quatuor facti ſpecies conſiderantur.

24 Locator nauis ſi propter amiſſam nauim, vel caſum, qui in ea contigit, munere vehendi non ſit functus non ſolum vecturam petere non poteſt, verùm ſoluta repetetur pro parte tamen itineris debetur.

25 Nauis onerata, ſi conductoris culpa detenta ſit, quia forſan illicitas merces impoſuerit, locator nauis vecturam poteſt exigere.

26 Interpretatio ad l. in naui Saupheli. ff. locati. relatiuè.

27 In mandato non ſolum id, quod expreſſum eſt, venit: verùm & id, quod negotij ſequela eſt, & ideo requirens aliquem nam contentus ſit, vt iiſdem conditionibus, quibus proprias pecunias in naui aliqua tranſmiſiſſet, & ſua cenſeantur tranſmiſſa eo aſſentiente, & ad condacendum nauim mandatum datum cenſert.

28 Nauim conducens à pradone, et rectè ſoluit: contra vero ſi à domino, pradoni enim non rectè ſoluit, & ibidem declaratur.

29 Res inuecta, & illata in naui conducta pro vectura nauis tacitè ſunt obligata, etiam cum priuilegio prælationis alterius creditorũ etiam anteriorum.

30 Matuant in cibaria nautarum, vel ad armandum vel reficiendum nauim, vel in merces, vt ſalua fiant, vel inſtruendam, quia priuilegium habeat & quod.

31 Vectura nauium inter acceſsiones ſeu fructus ciuiles annumerantur.

32 Merces ſi dubitetur an ſint magiſtri nauis, vel alterius, ad coniecturas confugiendum eſt.

POSTQVAM de nauibus quędam, vt res patiebatur, perminitè tractauimus, bene eſt de locationibus nauium, quæ in vſu frequẽti ſunt, & quotidiana, & vtilia, nec omnibus iuris interpretibus cognita, pauca referre. Et vt propoſitæ materię euidentior habeatur intellectus, ſciendum eſt verbum, Locare promiſcuè accipi.

1 † Verùm quoad ea, quę dicturi ſumus, magiſtri nauiũ, & nautæ qui merces vehẽdas accipiũt, & ex hoc
2 mercedẽ locatores dici, † vel quia operas ad exportandas merces locant, vel quia nauiũ vſum præſtant. Mercatores verò, qui pecunias vehendarum merciũ cauſa dant, cõductores appellari. l. 1. in §. ſi quis. ff. depo. Bar. in l. ſi vno. in §. item cùm quidam. in princ. & nu. 2. ff. loca. & in l. opus, quod in aduerſione. ff. eodẽ, & ſcribunt Bar & Iaſ. in l. 1. ff. de præſcript. verb. & vide Bald. in l. certi iuris. C. loc. addo Accurſ. in l. 2. in prin. in verſic. ex locato. ff. ad leg. Rhod. de iac. & ibidem Bart. in illis verbis. Domini ſi merces vehendas locauerint, vbi Bud. inquit apud Iuriſconſul. & alios ſcriptores, vſitatam ſignificationem eſſe, vt verſa vice locator ſit, qui pretiũ det, & conductor, qui accipit. Dum tamen idem Bud. quærit textũ emendare in l. fi.
3 in §. idem iuris. ff. eodẽ, † vt pro locaſſe, legatur locaſſes, ſecunda perſona, ait ſe non recipere, quod à Laurentio Valla ſcriptum eſt eleg. lib. 1. c. 39. huius verbi loco promiſcuam ſignificationem eſſe verbi gratia, locare ſepulturã faciendã, tam ſignificare dare alicui faciendam, quam ſe ad faciẽdum cum locare, ſubdẽs ſe nec exemplum nec rationem huius dicti inueniſſe. Pro ſententia Lau. Vallæ refero tibi verba Iuriſcõſultiſſimi Gaij in l. veteres ff. de act. empt. & ſunt hęc, veteres emptionum venditionumq́ue appellationibus promiſcuè vtebantur. ſubdit in l. ſeq. idem eſt in locatione, & conductione.

4 † Et primùm illud notandum eſt, ſolere dominos nauium aliquando pręponere magiſtros nauibus locãdis. l. 1. §. magiſtrum nauis. ff. de exer. aliquando eoſdem homines aduerſione vel ad tempus, vel in perpetuum naues locare conſuetos, & hi, qui per aduerſionem conduxere, exercitores etiam appellari, vt in ea. l. §. exercitorem. Quod tum primo loco diximus in regionibus noſtris magis frequentantur. abſentibus enim dominis magiſtri locant, his vero præſentibus in locando tota annorum cura eſt.

Item illud mercatores, atque magiſtros nauium ſcire valde expedit, quod Iuriſconſ. inquit in l. fi. in §. fin. ff. ad l. Rho. de iac. ſi vectura nauis pro numero impoſitarum amphorarum conſtituta ſit pro tot amphoris naulum deberi, quot portauerit. Si verò nauis ipſa conducta ſit duorum millium amphorarum aduerſione, ita quòd periculum ſit in conducentem nauim tranſlatum, id eſt ſiue minoris, ſiue maioris ſit capacitatis, pro duobus millibus amphoris mercedem deberi, etiam ſi tot amphoræ in nauim impoſitæ non fuerint, & notat ibidem Paul. Caſt. factum propo-

5 proponendo eſſe in §. prædicto. † quòd naues loca-
bantur ſecundùm numerum amphorarum, quarum
erant capaces, quodque naulum conſtituebatur ſecũ-
dùm magnitudinem nauis, aliquis conducat nauim
certa quantitate non expreſſa, & non omnes ampho-
ras, quarum capax erat nauis, impoſuit pro omnibus,
vectura petebatur, quarum erat capax, quia per con-
ductorem ſtetit, quominus eã oneraret, diſtinguitur
ergo vt ſuprà dixi. Si enim fuiſſet expreſſa tota quã-
titas non haberet dubium, quia illa tantum debetur.
Hæc Paul. Quid autem, ſi ſimpliciter nauis conducta
ſit, & dubium eſt, quid contrahentes ſenſerint, putat
Accur. in citata l. fi. in glo. ſi penſionem pro impoſito
tantùm onere deberi, idque arg. eiuſdem l. fi. in princ.
Guig. verò diſtinguẽdo inquit. Si nauis adiecta quã-
titate, vel ſimpliciter ſit conducta, vecturam pro nu-
mero amphorarum ſeu ſarcinularum, quarum eſt ca-
pax deberi. Si verò in locatione dictum eſt ad ratio-
nem tantæ quantitatis pro qualibet ſarcinula, ſeu am-
phora, cenſeri vecturã promiſſam pro his tantùm ſar-
cinulis, & amphoris, quæ imponẽtur, argum. l. qui in-
ſulam. in §. qui ædem. ff. de contr. empt. l. ſi debitor.
§. 1. quæ ſententia Guig. à Paul. Caſt. & Angel. in eo-
dem. §. fina. probatur. Bald. verò ibidem Accurſ. ſen-
tentiæ aſſentitur. Ego verò in huiuſmodi iuris articu-
lo non inſubtili, in quo vt vides, iuris interpretes in-
ter ſe diſſentiunt, & minus clarè loquuntur, præmitto
nos in locatione atque conductione verſari, quę pro-
xima eſt venditioni, & emptioni, iiſdemque regulis
conſiſtit: Vt enim emptio, & venditio contrahitur ſi
de pretio conuenerit, ſic & locatio, & conductio ita
contrahi intelligitur ſi merces, & quidem certa con-
ſtituta ſit l. 2. ff. loca. Inſtit. eo. in prin. Item præmitto,
quod legum pater Old. non minus verè quam elegã-
ter ſcripſit conſ. 197. in conceſſione, ait enim: Multũ
intereſt, an quod mente quis agitauerit, explicare in-
cipiat à nominibus ſignificantibus ſeu demonſtran-
tibus numerum & menſuram, an à nominibus ſignifi-
cantibus certam ſpeciem vel corpus determinatum.
Altero enim & primo loco non plus in actum dedu-
ctum cenſetur, quàm demonſtretur ex præcedẽti nu-
6 mero, † vel menſura. ff. de leg. 1. ſi quis teſtamento, in
prin. Altero & ſecũdo loco, adiectio mẽſuræ eſt loco
demõſtrationis falſæ, quę nec vitiat, nec minuit id, cui
adiicitur. ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinq;.
de leg. 3. l. his verbis. §. pater. ff. de cõdi. & demõſtra. l.
demõſtratio. eod. ti. ſubditque id videri expreſſum. ff.
de act. empt. & vendit. l. ſi venditor. in princip. quod
etiam notauit Barto. in l. Iulianus. in §. ſi Titius. ff de
actio empti. inquit enim, ſi venditum fuerit prædium
millibus, & dictum eſt eſſe tot iugerum, venditionem
iuxta menſuram factam eſſe dici non poſſe, tunc au-
tem eſſe factam iuxta menſuram, cum pretiũ pro nu-
mero menſuræ ſeu iugerum imponitur, ſeu decerni-
tur, quam Oldr. ſententiam cunctis Dd. ſuffragiis eſſe
receptam teſtatur Alexand. conſ. 8. videtur fortaſſe, in
princ. libr. 4. & Iaſon in conſil. 73. aggredior. vol. 1. &
quæ Oldra. opinio declaratur per eundem Iaſo conſ.
79. motiua, eo. vol & Dec. in conſ. 347. prima fronte.
quorum declarationes conſidera. Ex qua ſententia
Oldra. primũ caput diſtinctionis Guilielmi peruerti
videbatur. vt ſi conducta ſit nauis duo milliũ ampho-
rarum millibus ſcutis pro vectura, ſiue fuerit nauis
maioris capacitatis, ſiue minoris, ex quo vectura
eſt relata ad nauim, & non ad amphoras, & contra-
hentes quod mente agitarunt, verbis corpus, & ſpe-
ciem certam deſignantibus exprimere cœperunt:
mille nihilominus peti poſſint, cùm illa falſa demon-
ſtratio non minuat nec vitiet. Ego tamen puto, licet
me prædicta valde mouerint, ſententiæ Guilielmi,
Pauli, & Auguſtini inhærendum. Pro qua occurrit
notabilis textus in l. tenetur. in §. ſi vas. ff. de actio-
ne empti. inquit enim Iuriſconſultus in hæc verba:
Si vas aliquod mihi vendideris, & dixeris mi-
hi certam menſuram capere, vel certum pondus ha-
bere, ex empto tecum agam, ſi minus præſtas. Vnde
ſentio Oldrad. ſententiam declarandam in naui, & va-
ſe locato locum non habere, ſecundum quod infrà
dicam: & cur tam variè, rationem quære. Et declara-
tionis, ac veritatis inueſtigandæ cauſa, referendæ ſunt
à nobis complures ſpecies, quas in propoſito articu-
lo conſideramus.
7 † Prima eſt, ſi nauis duo millium amphorarum ad-
uerſione mille ſcutis conducta ſit, clarum eſſe mille
deberi, etiam ſi nauis capax non fuerit tot amphora-
rum: legem enim conuentionibus contrahentes dant.
l. 1. in §. ſi conuenerint. ff depo. vectura enim nauis
iuxta conuentiones, quibus conductio facta fuit, ſol-
uenda eſt. Vnde Paulus Parmenſis in cõſ. 40. vol. 1. vi
di proceſſum, in fine, ex facto reſpondit pro voto, &
ſtallia (vt vtar verbis ipſius) vecturam deberi, quo-
niam ita conuenerant.
8 † Secunda facti ſpecies eſt, ſi nauis duarum mil-
lium amphorarum aduerſione ſimiliter conducta ſit,
& non eſt adiecta certa vectura, tamen conſuetudo
erat in loco notoria, vt vectura præſtaretur ſecũdùm
magnitudinem nauis, & iuxta eius capacitatẽ. & for-
ſan (vt eſt Anconæ) ex aduectis, ſeu vehendis ſarcinu-
lis ad ciuitatem Conſtantinopolitanam ad rationem
duorum ducatorũ pro qualibet ſarcinula, tunc ſecun-
dum Paul. in citato §. ſi ex quo nauis aduerſione lo-
cata fuit pro duobus millibus merces debetur, ex qua
facti ſpecie, notabilis ſequitur declaratio ad l. 2. ff. lo-
ca. & l. 1. in §. ſi quis ſeruum. ff. depoſi. vt valeat. loca-
tio non adiecta certa mercede, ſi tamen illa à conſue-
9 tudine notoria ſubintelligitur. † Contractus enim à
conſuetudine contrahentium, & loci interpretationẽ
recipiunt. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædi.
edict. l. ſi fundus. ff. de euict. c. cæterũ extrà. de dona.
l. ſemper in ſtipulationibus. vbi latè Deci. ff. de reg.
iur. Et omnis diſpoſitio à cõſuetudine interpretatio-
nem recipit, & ſecundùm illam partes contraxiſſe di-
cendum eſt, vt eleganter inquit Innoc. in ca. olim. de
verbo. ſign. Felin. latè in c. cum M. nu. 8. & ſeq. extrà.
de cõſti. Socin. conſ. 111. abundè & ſubtiliter. verſ. nec
in tali. libr. 1. Obſtat tamen prędictis vnum, quemad-
modum enim pretium eſt de ſubſtantia emptionis, ac
venditionis. §. pretium. Inſtitu. de empt & vendit. Ita
& merces in locatione, & conductione, vt in citatis
iuribus: ſubſtantialia autem à conſuetudine non ſup-
plentur, vt notat Io. Andr. in tit. de inſtru. edi. §. inſtru-
mentum. col. 3. ver. quod ſi à contractibus. & plenè
Dec & Felin. ſcribũt vbi ſuprà. Vnde vides, ſi hoc ſen-
ſit Paul. quod ait, expeditum non eſſe. Verùm ſenten-
tia Paul. defendi poteſt ex l. excepto. C. loca. quæ lex
ſingularis eſt ſecundùm Ange. & Salic. probans, ſi
10 † quis fundum, aut domum conduxerit, mercede ſeu
penſione certa non conſtituta, illam præſtare debere,
quæ pro domo, ſeu fundo præſtar. conſueuit. Penſio
enim debetur ſecundùm præteritam conſuetudinem,
& ſi certa dicta non ſit conductionis tempore. Quam
ſententiam & Felin. probauit in d. cap. cùm M. nu-
me. 10. & in eodem loco Decius ſub n. 6. non impro-
bat. Et ſi Paul in illis verbis, conduxit nauim, non ex-
preſſa certa quantitate, volueris referre ad amphoras,
ſcilicet, non expreſſa quantitate amphorarum, factum
propoſi

propoſitum per ſe in citato §. fi. eſt contra verba legis, quia expreſſus fuit numerus amphorarum in facto propoſito per Iuriſcon. & ſuper facto reſpondit.

11 † Tertia ſpecies eſt, ſi nauis duorum millium amphorarum conducta ſit, & vectura pro numero impoſitarum amphorarum conſtituta ſit, pro tot amphoris merces debetur, quot portauit, vt probatur in § fina. ſuprà citato, quòd pro duobus millibus amphoris, quarum eſt capax nauis, non debeatur vectura, ſed pro impoſitis tantùm.

12 † Quarta facti ſpecies eſt, vbi conducta fuit nauis pro vectura mille, & dictum fuit in lege locationis, nauim eſſe duo millium amphorarum, ex quo certam menſuram dixit locator nauis ipſam capere, propterea præſtare debere, ſi minus capiat. l. tenetur. §. ſi vas. ff. de actio emp. Et in hoc recidit Guig. ſententia: Nec ad locationem vaſis ſeu nauis Oldra. ſententiam paulò ſuperiùs relatam, referendam puto.

13 † Quinta ſpecies eſt ſi nauis conducta fuit, vt ſuprà proximè, & in lege locationis numerus amphorarum adiectus eſt, quarum eſt capax nauis addita dictione in circa. Quid ſignificet illa dictio, vide Alexandrum in conſ. 29. n. 5. vol. 5. & in conſ. 82. eod. vol. & in conſ. vlti. nu. 8. eod. vol. & de hac dictione vide c. ſi de deſpon. imp. & Paul. Par. in conſ. 104. in præſenti, &c. nu. 35. & ſeq. vol. 1.

14 † Sexta ſpecies eſt, vbi conducta fuit nauis certa & expreſſa vectura relata ad ipſam nauim, & nõ adiecto numero amphoratũ, quas capit nauis, puto vecturam integram deberi, neque nauis capacitatem inſpiciendam: idque ex relatis in ſententia Oldradi puto probari. & quia contrahentes ſe ad corpus retulere, & de capacitate nauis non meminere: & ſi aliter innuerit Guig. arbitror malè ſenſiſſe. Quibus adde quod Pau. Caſtrenſis ait in l. 1. ff. de præſcriptis verbis. & quæ in calce huius tractatus dicemus.

Vltima ſpecies eſt, vbi vectura non ad ipſum corpus nauis, ſed ad ipſas amphoras, vel ſarcinulas, quia
15 conducta fuit nauis, † & promiſſa vectura ad rationem duorum finge ſcutorum pro qualibet ſarcinula, nec eſt dictum impoſitarum in naui. tunc etiam credo pro his tantùm amphoris, vel ſarcinulis, quæ imponentur vecturam deberi, & me non ſolùm mouent authoritates, & iura Guig. Paul. & Angeli, verùm etiam Bar. & aliorum, de quibus ſuprà: & vt vides, refert an vectura ſit relata ad ipſam nauim non adiecta capacitate ipſius, vel ad amphoras. & ſecundùm diſtinctiones prædictas Accur. & Bald. ſententia poteſt eſſe vera, & ꝓbari. Et quoniã Accur. citat. l. fi. in prin. ff. eo. ad l. Rho. de iac. in qua l. eius ſententiam pro-
16 bari exiſtimat, † illa lex eſt ſingularis ſecundùm Roman. ſing. 555. conduxi mulionem, &c. & ibidem colligit tres caſus ex verbis Iuriſconſulti, quos elegantius Signo. de Homo. de quo non meminit, priùs notauerat conſ. 195. in quæſtione nu. 7. Si igitur quæritur, cùm nauim conduxi vehendi gratia familiam, ſeu mancipia, aut animalia: & mancipia aliqua, vel animalia in naui conducta mortua ſint, an vectura pro mortuis debeatur? Ex ea. l. conſidera tres caſus, & conuentionem initam.

17 † Primus eſt, quando vectura nauis conſtituta fuit pro impoſitis mancipiis in naui, ſi aliqua deceſſerint, etiam pro mortuis in naui, & non ad deſtinatum locum deportatis, vectura debetur. Cuius rei ratio reddi poteſt, quia lex contractus impleta eſt. l. ſi quis. C. de inſtit. & ſubſtit. & quia qui locat ope-
18 ras, ſi prohibetur eas præſtare, ſine ſui culpa, † & ex caſu contingente ex parte conductoris, vel rei, earundem mercedem conſequitur, ac ſi operas præſtitiſſet. l. qui operas. ff. loc.

Secundus caſus eſt, vbi vectura pro deportatis mãcipiis ad certum locum eſt conſtituta, ſi aliqua deceſ-
19 ſerint, antequam ad deſtinatum locum † ſint deportata, vectura pro mortuis non debetur: quia non impleta eſt conuentio, & ex quo vectura pro deportatis fuit impoſita, pactum videtur adiectum in fauorem domini mancipiorum, pro mortuis ergo, & non deportatis naulum non debetur, argumento l. Seio. ff. de annuis legatis. & l. illis libertis. in fi. ff. de condit. & demonſtr. & quia cenſetur promiſſio vecturæ conditionalis, ſi deportata fuerint mancipia. Cùm ergo deportata non ſint, licèt per nautam non ſteterit, non per caſum contingentem in eius perſo-
20 na, non debetur merces, & in promiſſione † puta diſtinguitur ex qua parte caſus eueniat, vt ſcripſit Paul. in principio d. l. fina. non in conditionali, quæ adde ad infrà dicenda.

21 † Tertius caſus eſt, quando non conſtat quid ſit actum, vtrum, ſcilicet vectura ſit conſtituta pro impoſitis, vel pro deportatis, tunc vectura pro impoſitis in naui debetur, licèt animalia, vel mãcipia, mortua in naui fuerint, antequam ad locum deſtinatum ſint deportata. Ratio autem eſt, quia cùm non conſtet quid ſit actum, & appareat per nautam non ſtetiſſe, inhærẽdum eſt regulæ, vt integra, & tota vectura præſtetur. l. qui operas. l. ſi ædes. §. cùm quidam. & §. ſi ff. locati. ſentitque idem Signorolus, ſi conſtaret vter obſcuram legem dixiſſet, contra illum interpretandam. l. veteribus. ff de pactis. Hic ſubiungi poteſt, quod Iuriſconſultus ait in l. ſed & addes. in §. ſi quis
22 mulierem. ff. loc. vbi in hæc verba. † Si quis mulierem vehendam naui conduxiſſet, deinde in naui infans natus fuiſſet, probandum eſt pro infante nihil, debere, cum neque vectura eius magna ſit, neque his omnibus vtatur, quæ ad nauigantium vſum parantur.

Vetus fuit dubitatio, in qua eadem l. fin. in princi. citari ſolet, & eſt talis, Nauta certa vectura conuenta promiſit Titium in naui ſua ponere, & in loco aliquo
23 exponere † Repertus exitit Titius in naui, & expoſitus fuit in loco conuento. Petit nauta vecturam, nõ tamen probat Titium in nauim poſuiſſe. Aiunt Bart. reſpondiſſe in l. 2. ff. de condit. & demonſtratio. nautam non poſſe petere, quoniam potuit eſſe Titius, fato poſſit, & conſequendæ actionis gratia, non ſufficit fato aliquid fieri, ſed ex propoſito fieri oportet, vt per Dynum & alios in l. cum ſeruus. ff. de condit. & demon. Paul. autem Caſtr. in citata l. 2. miratur Bartol. ita ſenſiſſe in propoſita q. cauillatum eſſe ait. Et verè ſi hoc ſenſit Bartol. ab euidenter veris ſub dola argumentatione receſſit. Nam putat ſufficere Titium in naui fuiſſe ſcienre, & patiente nauta, quoniam contra eius voluntatem ſtare non potuiſſet. Vnde ex hoc ipſo cenſetur ab eo poſitus. Nec enim verba captanda ſunt, vt nautam Titium in humeris portare debuerit, cùm per ſe ire potuiſſet l. pe. ad exhi. vbi Iuriſcon. in hæc verba, non oporrere ius ciuile calumniari, neque verba eius captari, ſed qua mente id diceretur, animaduertere conueniri. Subdit idem Paul. etſi in rebus inanimatis conuentio facta eſſet, vt ſuprà diſtinguendum eſſe: Aut nauta ſciuit res in naui eſſe, & idem iuris eſſe. Aut ignorauit, & præter propoſitum exportauit nauta, & Bartol. ſententia poſſit eſſe vera. Non enim nauta ex pare ſua contractus legem impleuit, vt poſſit promiſſam vecturam petere. Alia tamen via nautæ conſulendum eſt, ne rerum dominus lucrum ſentiat, & nauta

mercede

mercede tareat, Vel enim conſuetudini vel arbitrio boni viri ſtabitur Hæc Paul. qui in d. l. ſi vehenda, idem ſenſit. Soci. auth. in ea. l. 2 quatuor facti ſpecies in propoſita q. cõſiderauit. Prima eſt, ſi nauta promiſit aliquem in naui ponere, ad vecturam conſequendam ſufficit, vt in deſtinato loco exponat, & cum in naui fuerit, ſciẽte nauta fuiſſe, & ab eo poſitum, præſumendum eſt. argu. l. neque natales. C. de probat. & argu. eius quod habetur in l. a. C. de acquir. poſſ. Secunda eſt, ſi nauta promiſit portare res inanimatas in naui, quæ tamen ab alio ſciente, & patiente nauta, delatæ fuerunt. & idem hoc caſu iuris eſt, vt vectura debeatur propter rationem. l. 2. C. de acquir. poſſ. & ſat eſt promiſſionem impleri à promittente, vel eius voluntate ab alio. l. cùm ſeruus. ff. de verb. obli. vbi Accurſi. quod & Dyn. Nico. de Neapo. & Paul. probãt. Tertia facti ſpecies eſt, vbi merces in naui poſitæ fuerunt ignorante nauta: tunc enim virtute contractus, ſeu promiſſionis nulla debeatur vectura, quia non dicitur impleta promiſſio à nauta, vt in d. l. 2. & ſcripſit eo. io loco Nic. de Neapo. vbi addit Paul. quem retulimus, ex æquitate hoc caſu vecturam deberi l. ſi vehenda. §. 1. ad leg Rhod. de iact. & probatur ex his, quæ tractat Bart. in l. ſi in arca. in fin. ff. de condit. indebi. Quarta facti ſpecies eſt. vbi non conſtat, an res fuerint in naui poſitæ à nauiculario, vel eo ſciente, vel eo ignorante, & hoc caſu ex promiſſione ad vecturam agi poteſt, quia ex quo factum reperitur, præſumitur ex præcedenti cauſa factum: argum. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. & eorum, quæ Bart. ſcripſit in l. cùm ſolus. de vſu. & in l. triticum ff de verb. oblig. Et cum nauta portare teneretur ſois expenſis, illud in dubio factum cenſetur ab eo, cuius expenſis fieri debebat, iuxta doctrinam Bart. in d. l. cùm ſeruus. ff. de verb. obl. Hæc ille, qui pluribus vtitur, quibus addes Caro. Ruv. in conſil. 122. num. 7. vol 4. qui Soc. ſententiam probat, & text. in l. 1. in §. magiſtrum autem. ff. de exerci. in illis verbis. Cæterùm ſi ſcit, & paſſus eſt eum in naui magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videtur.

24 † Agitata eſt & illa quæſtio de locatore nauis, qui propter amiſſam nauim, vel caſum, qui in ea contigit munere vehendi non ſit functus, vt non ſolùm vecturam petere non poſſit, verùm ſi ſoluta ſit, ab eodem repetatur, vt in l. ſi vno. in §. cùm quidam, ff. loca. & belliſſimè ſcribit Sign. de Humod. conſil. 195. num. 6. quod intellige, vbi munere vehendi in parte nõ ſit functus, pro parte enim itineris, qua merces aduectæ ſint, vecturam deberi, æquitas ſuggerit, & conſequenter pro rata mercedis exonerationem fieri, vt ſcribit Paul. vbi ſuprà, qui citat eandem l. §. vbicunque. Et videbis in materia relatum Sign. reſponſum quod breuitatis cauſa non refero.

25 † Si conductoris culpa onerata nauis detenta ſit, & impedita, quia forſan illicitas merces impoſuerit, locatorem nauis vecturam nauis poſſe exigere, certi iuris eſt. Æquitas enim ſuadet, vt conductori, qui culpam admiſit, ſua culpa noceat. l. penult. §. nauem. ff. loc. & l. prædictam hanc interpretationem recepiſſe, ex commen. Dd. in eandem ſatis liquet.

26 † Non eſt etiam ſilentio prætereunda ſubtilis illa quæſtio, quæ tractatur per Iuriſc. in l. in naue Saupheli ff. loc. de pluribus mercatoribus qui nauim exercitoris Saupheli frumẽto onerarunt, ſi immiſtũ fuerit, vel in naui tabulis, ſeu erroribus, aut beronibus, ſeparatim poſitum, an in exercitorẽ dominium trãſlatum intelligatur, & facta traditione vni ex mercatoribus in parte, ſi reliquum frumẽti petierit, ſeu amiſſum ſit, & vide ibidem Paul. qui ſubtiliùs, clariùs & elegantius quam alius legem illam eſt interpretatus.

Quæritur etiam apud Paul. Par præceptorem meũ conſil. 90. vol. 1. cùm quidam Triſonius tritici comparandi gratia, vt Biſantium finge nauigaret, nauim conduxiſſet, pactuſque eſſet (prout moris eſt) vt per 20. dies magiſtro nauis eũ naui in portu Biſantij moraretur, quibus elapſis ex mora in ſingulos dies decẽ præſtaret. ac etiam pro non impoſito frumento, & (vt vulgari verbo vtar) pro *voito* vectura deberetur. à Mæuio ducenta recepit nauigationis eiuſdem, & emptionis ſimiliter frumenti gratia, cumq; dubitaret forſan, ne Mæuius pactionib. conditionibuſque quibus nauim conduxerat, pecuniaſque proprias tranſmiſerat, ſtare recuſaret. requiſiuit enim, num cõtentus eſſet, vt iiſdẽ conditionibus, & qualitatibus, quibus proprias pecunias tranſmiſiſſet, etiã ſuæ tranſmiſſæ intelligerentur, quo aſſentiente Par. reſpõdit mandatũ cẽſeri datũ à Mæuio Triſonio, vt nauim cõducat: quoniam
27 in mãdato non ſolum id quod expreſſum eſt, venit, † ſed & id quod negotij ſequela eſt l. quicunq; § ſi ei. ff. de inſtit. & hac ratione, & alijs, & præſertim ex requiſitione facta ſi emendi frumenti cauſa vltra conuentionis dies mora in onerando facta ſit, & minus nullo nauis onerata fuerit, quoniam pecuniæ non ſufficere, cum carius venderetur frumentum in ea ciuitate, quam in opinione eſſet, pro tara contribuere Mæuium debere, ſubditque culpæ annumerari non poſſe Triſonio, ſi nauim dictis conditionibus conduxiſſet, cùm de more, & conſuetudine naues ita conduci ſoleant. l. pignus. & l. ſi creditor. vbi Paul. & Bald. C. de pigno. action. idque alijs authoritatibus probat, & placet præceptoris ſententia, quæ magnam habet æquitatẽ.

28 † Illud certi iuris eſt, ſi prædo nauim locauit vecturam nauis eidẽ prædoni rectè ſolui, nec dominus nauis ſi ab eo, qui ſoluit, petet, audiendus eſt, quoniam ex locatione prædonis domino actio non competit, eſt tamen domino obligatus prædo. Contra verò, ſi vecturas nauis, quã dominus locaſſet prædoni cõductor ſoluerit, non liberabitur, condicet tamẽ a prædone, vt indebitum. text. eſt ſingu. in l. ſi vrbana. ff. de condict. indeb. vbi Pau. Caſt. quod primo loco diximus, vecturam prædoni, qui locauit, rectè ſolui, admittẽdum ait, ſi conductor bona fide ſoluit, ignorãs ipſum eſſe prædonem, & putans verũ dominũ, vel hæredẽ. Si verò prædonem ſciuiſſet, non liberari, citat. l. filiæ in fi. ff. de ſolu. quibus addes, Deci. in conſ. 407. viſis, & diligenter, in prin. & Bald. in conſil. 476. factum tale eſt. num. 4. vol. 1.

29 † Item illud nõ eſt iuris ambiguũ, res inuectas, & illatas in naui conducta pro vectura nauis tacitè obligatas eſſe, etiam cùm priuilegio prælationis aliorum creditorum etiã anteriorum, quaſi merces debita ſit pro neceſſaria conſeruatione dictarũ rerum. De quo vide Bal. in l. certi iuris. in 4. q. in ver. quid ergo, C. loca. & latè deducit, ac probat. Neg. in tract. de pig. in 4. memb. 2. part. prin. nu. 169. & ſeq & ſubdit notandum eſſe, quoniam in locis maritimis frequenter cõtingit, ad quę vide l. interdum. cum l. ſeq. quę incipit, huius. ff. qui pot. in pig. hab. & ex ead. l. nota quam ſit
30 fauorabile † in cibaria nautarum credere, vel ad armandam vel reficiendam nauim, vel in merces, vt ſaluæ fiant. Adde l. qui in nauem, & l. quòd quis. ff. de priui. credi. vbi qui in nauim extruendam vel armandam, vel inſtruendam crediderit, priuilegium habere cauetur, & vide, quæ vtrobique notantur, & Neg. in tract. de pign. in 4. memb. 2. part. princ num. 202. & Alexand. in conſil. 217. viſo quodam num. 2. vol 7 &

eundem Neg. in citato tracta. in 2. mem. 5. par. num.
31 24. † Notandum est etiam, vecturas nauis inter ac-
ceſſiones, ſeu fructus ciuiles annumerari, quia veluti
vſuræ non natura proueniunt, ſed iure propter rem
percipiuntur, vt notat Bart. in l. ea diuerſo in princ. ff.
de rei ven. & eſt optimus tex. in l. ſi nauis. ff. eod. qua
l. cauetur, ſi nauis à malè fidei poſſeſſore petatur, fru-
ctus etiam percipiendos eſſe, quoniam periculum na-
uis poſſeſſor petitori præſtare nõ debet. Et vide ſub-
tilem, & elegantem l. & adde glo. & Bar. in l. vrbana.
ff. de condict. indeb.
32 † Plerunque etiam euenit, vt dubitetur, an merces
ſint magiſtri nauis, vel alterius: Vnde Bald. in l. cum
proponas, nume. 10. C. de nau. fœno. & Saly. ibidem
ſub num. 5. ad coniectutas confugiendum ſcripſere,
inſpicique debere aduectarum rerum, & aduehen-
tium qualitates, argument. ff. loca. l. cum in plures,
§. vehiculum, & l. colonus. in §. nauem ff. loca. inſpi-
ciendas etiã literas, quas afferũt magiſtri nauium, ſeu
afferre conſueuerunt, itẽ & ſcribæ, quẽ vocant, librũ.

VLTIMA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in vendicandis armamentis, & ſcapha nauis, quomodo concipiendus ſit.*
2 *Vecturæ nauium veniunt in rei vendicatione.*
3 *Interdictum poſſeſſorium pro naui non competit, & quæ remedia poſſeſſoria competant, relatiue.*
4 *Actio vtilis in eum, qui naui præpoſitus ſit, competit ſi de naui deiectum quid ſit.*
5 *Lege Iulia de vi publica tenetur, qui hominibus armatis de naui ſua quem deiecerit, concuſſerit, expugnaueritúe.*
6 *Domino mercium ex conducto actio competit, qui nauim conduxit ex locato magiſtro nauis.*
7 *Interpretatio noua ad l. 1 ff. de præſcrip. verb.*
8 *Libellus defendi poteſt, in quo diceretur: Peto ex conducto, cum dici debuiſſet, ex locato, vel contrà: quia veteres his verbis promiſcuè vtebantur & in 3 parte. num. 1.*

NOVISSIME de libellis, actionibuſ-
que nauium cauſa competentibus bre-
uiter tractandum eſt, in rei vendicatione
libellum concipere nos oportet, vt ad-
monet Iuriſc. in l. Marcellus. in §. armamenta. ff. de
1 rei ven. † vbi in hæc verba ſcriptum eſt: Armamen-
ta nauis ſingula erunt vendicanda, ſcapha quoque ſe-
paratim vendicabitur: Non ergo ſufficeret vendicare
armamenta nauis, non enim eſt vniuerſitas quædam
ſicut grex, & libellus non procedit, Peto nauim cum
armamentis, ſed ſpeciatim armamenta ſunt expri-
menda, vt ibidem ſcripſit Bartol. quod in armamen-
tis à naui ſeparatis, non autem in affixis, ſeu iniunctis
admittendum eſt, vt eodem in loco adnotauit Ang.
& ſenſit Accur. quem videbis, ac Dec. in cap. cùm ve-
nerabilis, colum. 2. extra de except. & relata per eum
loca. Huic rei eſt & illud adnotandum vecturas na-
2 uium in rei vendicatione venire, † & ideò ſi nauis à
malè fidei poſſeſſore petatur, etiam fructus æſtiman-
di ſunt, vt eleganter Iuriſc. inquit in l. ſi nauis. ff. de
rei vendi. quæ lex notanda eſt, de qua paulò ſuperiùs
meminimus ſub num. .
Aſſumes etiam, quod paulò ſuperiùs diximus ſub
num. 29 & ad hunc enim locum attinet res inuectas,
& illatas in naui conducta, pro vectura nauis tacitè
obligatas eſſe.

3 † Et illud notãdum poſſeſſorium pro naui non cõ-
petere. l. 1. §. ſi quis de naui. ff. de vi & vi arm. de quo
tex. meminimus in ſecunda parte huius tractatus, in
pen. q. nu. 31. & in principio eiuſdem partis ſub nu. 5.
& hanc ſententiam probat Iaſ. in conſil. 170. nomine
mag. &c. col. 2. & ſub nu. 4. vol. 2. refertque alia reme
dia ad poſſeſſionem nauis recuperandam competere,
quæ latius habes ex locis ab eo relatis, & quæ pleniùs
Soc. retulit in l. cum, quæ nobis. ff. de acq. poſſ.
4 † Item, ſi de naui deiectũ ſit, dabitur actio vtilis in
eum, qui naui præpoſitus ſit. l. pen. §. fin. ff. de his, qui
deie. vel effuder. de quo textu mentionem fecimus in
principio ſecundę partis, verſ. item ſciendum eſt, n. 5.
5 † Item ſciendum eſt lege Iulia de vi publica teneri
eum qui hominibus armatis, de naui ſua quem deie-
cerit, concuſſerit, expugnaueritúe. l. 3. ff. ad legem Iu-
liam de vi publ.
Denique prætermiſſa exercitoria actione, de qua
plenè quidẽ in titulo de exercitoria, Iuriſconſulti tra
6 ctarunt, † & nos nonnihil diximus in calce tractatus
noſtri de nautis: illud explorati iuris eſt ex conducto
actionẽ competere domino mercium, qui nauim cõ-
duxit, ea locato autẽ magiſtro nauis. l. fi. §. fi. ff. ad leg.
Rhod. de iact. l. & ita. in princ. & §. 1. ff. nau. cau. ſtab.
quæ iura ad id citauit Neg in tractat. de pignor. in 4.
membro ſecundæ partis. nu. 169. & ſcripſit Accurſ.
in l. 1. ff. de præſcriptis verbis. Sed huic rei illud adii-
ciendum eſt, quod Iuriſconſult. ait in d. l. 1. ff. de præſcri-
ptis verbis. in verba inocta, Domino mercium in ma-
giſtrũ nauis, ſi ſit incertũ, vtrum nauim conduxerit, an
7 merces vehendas locauerit, ciuilem actionem † in fa-
ctum eſſe dandã, Labeo ſcripſit, quo in loco obiiciẽs
Bartolus contra textum loquit, de iure conductor eſt
ille, qui dat pecuniam, & alius dicitur locator, l. 1. § ſi
quis ſeruum. ff. depoſiti. Eſt ergo certum, quod dominus
nauis eſt locator, & dominus mercium eſt cõductor.
Soluendo ait, fac eſſe, tamẽ incertitudo eſt circa con-
tractũ, ſcilicet an nauim locauerit, an locauerit ope-
ras ſuas, ſeu rem, & operam, & propter hanc incertitu
dinẽ circa factum euenit, vt deſcendatur ad actionẽ,
quæ in factum appellatur ſeu præſcriptis verbis, hæc
ille, Baldus verò eodem interet vtitur argumento cõtra
textum, & reſpondit incertitudinem fuiſſe in facto,
vtputa quia ſeruus meus ponit merces in nauim, &
ignoratur, an ipſe nauim conduxerit, an mercator cõ-
duxerit merces portandas, conſtant tamen merces in
naui eſſe, meritò ad dictam actionem confugiendum
eſt. hucuſque Bald. quod exemplum nota. Paulus au-
tem Caſtrenſis in commentariis ſuis ita ſcriptũ reli-
quit, in textu, ibi, vtrum nauim conduxerit an merces
vehendas

vehendas locauerit dic, tunc dicitur conduxiſſe nauim, quando nauis ad eius inſtantiā proficiſcitur ſed tunc dicitur locaſſe merces, quando ad eius inſtantiā non proficiſcitur, ſed ipſe merces tradit nautæ, vt vnà cum aliis in naui portet, & ſi eſſet certum quid horum eſſet geſtum, nō recurreretur ad hanc actionem præſcriptis verbis, ſed daretur actio ex conducto in primo caſu, ex locato in ſecundo. Cùm verò eſt incertum, non debet actor ſe reſtringere ad aliquod iſtorum, ſi non credit ſe poſſe probare. Sed ſufficit quòd dicat ſe tradidiſſe merces tali, vt cum naui ſua portaret ad talem locum. nam hoc poterat contingere altero de dictis duobus modis, nec poterit aduerſarius excipere, declara per quem modum, vt ſciam, an debeam cedere vel contendere: quia poterit actor reſpondere, non teneor declarare, quia per quemcunque modum proceſſerit, habeo contra te actionem, & in hoc dubio actionem præſcriptis verbis. Sed ſi iſta actio non eſſet prodita, hoc caſu teneretur actor ſpecificare, & ſi ſpecificaret verum modum, & non probaret, ſuccumberet, ideò fuit vtilis hæc prouiſio, non dico, quòd in libello ſit exprimendum nomen actionis, licèt iſte textus prima facie innuat contrarium, ſecundùm communem opinionem in l. edita. C. de edē. ſufficit enim, ꝙ narret factum, taliter quod ex eo reſultet actio, & ex narratione poteſt intelligi, quæ actio. Iſto igitur caſu, quia factum narratur in confuſo, intelligitur quòd intentauerit præſcriptis verbis. Sed ſi dixiſſet ſe conduxiſſe nauim, colligeretur per actionem ex conducto. Si verò quod locauit merces, colligitur per actionem ex locato: ideo ſe aſtringeret ad probandum in illa, & ſi probaret in altera, non in illa ſuccumberet, vt l. habebat in prin. ff. de inſtit. ff. ſi pars hæred. pet. l. non poſſum, & ꝙ notat Innocent. in c. 1. de conſue. hactenus ille in verba ſupraſcripta, quem ad verbum non ab re viſum eſt referre: Addit Iaſon eodem in loco, Bartolum textum non conſideraſſe, & ſolutionem ad argumentum defendi non poſſe. Non enim ſecundùm eum, lex dicit incertum eſſe, an magiſter nauis nauim locaſſet, an operam, non vtrumque, ſed dicit incertum erat, vtrū nauim conduxerit, an merces vehendas locauerit, incertitudo ergo erat an eſſet conductio, vel locatio, vnde ſenſum ac Pauli ſententiā literæ congruere exiſtimat. Subdit deinde, ſe non videre, quomodo in caſu Pauli ex locato actio domino mercium poſſit cōpetere, quoniam obſtat textus relatus à Bartolo. in d. §. ſi quis ſeruum, vtroque enim caſu domino merciū, qui pecuniam dat ex conducto, actio competit. Et licet valdè cogitauerit quid dici, quidue rectè reſponderi poſſit non vidit, mihi autem in caſu iſto indifficili cogitanti, in quo (vt vides) Iuris interpretes in diuerſas ſententias diſtrahuntur, prima fronte Pauli Caſtrenſis ſententia defendi poſſe videbatur ex textu claro in l. 2. ff. ad legem Rhodiam de iactu. vbi Iuriſconſultus iiſdem fere verbis vtitur, ait enim: Si laborante naue iactus factus eſt, domini ſi merces vehendas locauerint, ex locato cum magiſtro nauis agere debēt: Competit ergo ex locato actio domino mercium, ſi merces vehendas locauerit. Idem eadem lege in §. ſi. dicitur, ꝙ ſi iam contributio facta ſit, tunc hi qui ſoluerint, agent ex locato cum magiſtro nauis, vt is ex cōducto experiatur, Veriorem tamen, ac probabiliorem illam ſententiam puto, vt in caſu. l. 1. ff. de præſcript. ver. incertum non eſſet, an ex conducto vel ex locato actio competeret, ſed in facto ipſo eſſet incertitudo, vt ſenſit Bart. non tamen in facto ea eſſet incertitudo, quam Bar. propoſuit, ſed illa, quam Paulus conſiderauit, adeò quòd ex verbis Pauli & Barto. verus ſenſus elicietur. Et declarandæ materiæ gratia præfari libet, quod in principio tertiæ partis huius tractatus diximus: Veteres locationum & conductionum appellationibus promiſcuè vſos fuiſſe. l. veteres cum ſequenti, ff. de actione empti. quod & Accurſius animaduertit in l. 2. ff. ad leg. Rhod. de iactu, & in pleriſque locis ſtatim referendis. Vnde verum eſt, ꝙ dicebat Bartolus, ei, qui pecuniam dat ex conducto actionem competere, & vbi Iuriſconſult. inquit dominum mercium ex locato agere debere, exponendum eſt, ex conducto, vt optimus iuris interpres animaduerit Accurſius, vbi ſuprà, quia veteres his verbis promiſcuè vtebantur, & in pluribus locis idē Accurſius ita expoſuit, præſertim in d. l. 2. & in l ſi eum. ff. de exercitor. Et hæc ſententia probatur in l. 2. in §. cùm in eadem. ff. ad leg. Rhod. de iactu iuncto principio legis, dum Iuriſconſultus ait, ex conducto dominos rerum amiſſarum cum nauta, id eſt, cum magiſtro acturos, & in principio legis dixit dominum ex locato, quod non alia ratione euenit, niſi quia veteres promiſcue his verbis vtebantur, & clarè etiā probatur in l. fin. in § idem iuris. ff. ad leg. Rhod. de iact. Sed vt ad legem primam, de præſcriptis verbis, redeamus, verus ſenſus illius legis eſt (ni fallor) quòd incertum erat in facto ſecundum Paulum, vtrum dominus mercium totam nauim conduxiſſet, quæ profectura erat ſecundùm voluntatem conductoris, vel merces vehendas locaſſet, vt ad certum locum cum aliis mercibus exportaret, ita quòd conductio ad nauim relata non eſſet, ſecundùm ea, quæ in tertia parte huius tractatus diximus: & hanc incertitudinem innuunt Iuriſconſulti verba, & in hoc Paulus rectè. Hæc enim incertitudo magis verbis Iuriſconſulti congruit, quàm illæ, quas Bartolus, & Baldus finxere. Dum verò Paulus dixit altero caſu ex conducto, altero ex locato agendum eſſe, in hoc minus rectè, ſed quod Bartolus, & Baldus aiunt ex conducto domino mercium, qui pecunias dat, ſemper cōpetere, verius eſt d. §. ſi quis ſeruum. Propter ergo illam facti incertitudinem competit actio præſcriptis verbis. Nec moueant, quæ conſiderabantur à Iaſone: quoniam ſi Iuriſconſultus hic expreſſiſſet domino merciū actionem ex locato competere, prout in d. l. 2. ff. ad legem Rhodiam de iactu, expreſſit, exponendum eſſet ex locato, id eſt ex conducto, ſecundùm ea, quæ diximus, ex quibus illud etiam ſequitur contra Paulum Caſtrenſem: & vt puto veriſſimum, ſi in libello actor,
8 † etiam exprimeret: Peto ex conducto, dum dicere debuiſſet, ex locato, vt contrà defendi poſſet libellus authoritatibus ſuprà relatis, & præcipuè ex d. l. veteres. & l. 2. ff. ad leg. Rhod. de iactu.

Finis Tractatus de Nauibus.

EIVSDEM BENVENVTI STRACCHÆ ANCONITANI, TRACTATVS

De Nauigatione.

SVMMARIVM.

1 *Nauigatio neceſſaria, pericloſa ac incerta, & ſeq. numer.*

2 *Nauigantes nec inter viuos nec inter vita functos cenſentur, ſecundùm Biantem philoſophum.*

3 *Cato pro tribus rebus per omnem vitam pœnitentiam egiſſe dicitur, ſi quod arcanum mulieri credidiſſet. Si per aquam traieciſſet, quo poterat terra proficiſci. Si aliquis dies per incuriam ſine ſtudio tranſiſſet.*

4 *Socius in culpa eſt ſi merces mari aduehere voluerit cùm potuit terra, niſi aliter ſit conſuetum.*

5 *Naufragis leges conſulunt, & fauent.*

6 *Nauigare in mari ac in flumine publico vnicuique licet, prohiberi tamen poteſt ab eo, qui iura regalia habet in illo territorio.*

7 *Ciuitas Peruſina poteſt ſtatuere, quod aliquibus liceat nauigare per lacum Peruſinum, & aliquibus non liceat.*

8 *Veneti quod habeant ius prohibendi ne quis in Adriatico ſinu nauiget.*

9 *Diſtrictus ſeu territorium in mari quomodo cognoſcatur.*

10 *Aggeres ſeu alia munitiones in fluminibus an liceat facere, quando curſus aquæ immutatur.*

11 *Præpoſitus recipiendis mercibus, qui vulgo ſopracharico appellatur, non poteſt diem conuentum ad nauigandum inter magiſtrum nauis, & dominum proferre, niſi in mandatis, habeat.*

12 *Mandatum præpoſiti ad recipiendum merces eſt diligenter inſpiciendum.*

13 *Promittens nauigare Raguſium à Portu Anconæ intra duos menſes, quod ſatisfecerit promiſſioni, ſi inceperit nauigare licèt Raguſium non peruenerit. Et idem in conuentione de nauigando, & in eo, qui promiſit Romam proficiſci.*

14 *Interpretatio ad ſtatutum Anconitanum, ſub rubr de fide danda lib. & ſcrip. ſcriba.*

15 *Nauigatio vna, vel plures quando dicantur.*

16 *Commeatum, & remeatum pro vnica nauigatione accipi debere.*

17 *Interpretatio ad quædam ſtatuta Anconitana circa formam eligendi ſcribam nauis, vt contractibus ab eo factis, & teſtamentis habeatur fides.*

18 *Condemnatus ad conficiendum quaſdam literas ſtatim & incontinenti, ita quòd pro primo paſſagio trāſmitti poſſint, aliàs ad centum, an in mora per requiſitionem ſenſeatur conſtitutus, vel ſit neceſſe, vt ſit paſſagium.*

19 *Mandans Cornelio, vt cum naui Biſantium proficiſcatur, & conueniens quòd in loco dabuntur à Titio pecunia onerandi cauſa nauim, ſi Titius pecunias non numerauit, & naui vacua Cornelius reuertatur, ad damna, & id, quod intereſt, tenetur.*

20 *Venditor frumenti promittens illud exportare ad certum locum omni exceptione remota ſub pœna, & iuramento, an excuſetur à periurio, & pœna conuentionali, ſi iuſſu regis frumentum alibi exportauerit, etiam ſi omnes caſus fortuitos duobus tantùm exceptis in ſe ſuſceperit.*

21 *Scholaris promittens cum iuramento non recedere de Bononienſi territorio ſine venia creditoris, ſi receſſerit iuſſu patris, vel ſuperioris, quòd in periurium non inciderit.*

22 *Authoritas ſuperioris liberat à periurio, & à pœna & quomodo.*

23 *Magiſter ſeu dominus nauis non præſumitur à nautis, quibus imperare poteſt inuitus ad aliquid dicendum, vel gerendum compulſus.*

24 *Conſuetudo nautica ſpectanda eſt, dummodo à lege non reprobetur.*

25 *Nautis peritis in negotijs nauticis ſtandum eſt, & quomodo.*

26 *Teſtamentum factum à mercatore Anconitano in portu alicuius ciuitatis Barbarorum, ſeu Saracenorum, vel apud Barbaros, an valeat relatiuè.*

DEI OPTIMI MAXIMI implorato auxilio.

1 RELIQVVM eſt de nauigatione pauca referre,† quæ quàm ſit neceſſaria, nemo eſt profectò, qui neſciat, & meritò Iuriſconſ. in l. 1. ff. de exer. nauigandi neceſſitatem appellat, quamque etiam periculoſa ſit, norunt, qui nauigarunt. Vnde Anacharſis Scytes, nauigātes tātum abeſſe à morte dicere conſueuerat, quātum digitorum nauis eſſet craſſitudo. Cuius ſentētiæ Satyricus aſſentit, dum ait:

Digitis à morte remotis.
Quatuor aut ſeptem ſi ſit latiſſima teda.

2 †Et Bias ille Prienenſis philoſophus, Nauigantes nec inter viuos, nec inter vita functos cēſebat. Et his 3 addo Iaſ. in l. 1. nu. 9. ff. ſi quis cau. † Plutarchum in vita Catonis referentem, eundem Catonem dicere conſueuiſſe, pro tribus rebus, per omnem vitam pœnitentiam egiſſe, ſi quod arcanū mulieri credidiſſet, ſi per aquam traieciſſet, quo poterat terra proficiſci, ſi aliquis dies per incuriam ſine ſtudio tranſiſſet. Et Iuriſc. maris periculum indicans in l. cum duobus. in §. damnum. in fin. ff. pro ſocio. in culpa ſocium eſſe 4 ait, † ſi mari merces aduehere voluerit, cùm terra potuiſſet, ni tamen aliter ſit ſolitum. Verba Iuriſc. ſunt hæc: Proinde ſi naufragio quid perierit, cùm non aliter merces, quàm mari ſolerent aduehi, damnū ambo ſentiant, & propius ad rem legitur in l. 3. ff. de dona. cau. mor. ei qui nauigat propinquę mortis imminere periculum, & periculoſam, & incertam nauigationē appellat Imperator in l. ciuitas. C. de offic. rec. prouin. & Bald. in conſil. 395. pro domino Arnaldo, &c. col. fi. vol. 2. dicitque glo. in c. nouimus. 17. q. 2. in illis verbis tex. Nauigaſti, id eſt, vxorē duxiſti, vt enim nauigans, ſe variis periculis ſubiicit, nec proprio motu regitur, ſed ventis, ſic vxorem habens. Aduerſæ namque maris procellæ ſunt inexorabiles. & nemini parcunt, vt Bal. & Saly. ſcripſerunt in l. 2. C. de naut. fœno. qui homini potenti, & crudeli comparabant 5 mare. † Cùm igitur nauigantibus naufragium immineat, ſitque nauigatio neceſſaria, meritò prudentiſſimi viri, legumq; latores, agreſtem eorum vitam miſerati, quoad eius fieri potuit, naufragiis conſulere ſtuduerūt, vt in tit. ff. de incen. rui. & nauf. in auth. nauigia. C. de fur. extra de rap. c. excommunicationi. c. Rhodiæ. 2. diſt. vbi gloſſ. & Dd. Quod & Phocylides in admonitorio poëmate admonet: Naufragos miſerare, quoniā nauigatio eſt incerta. Spec. etiam noſter nauigātes tanquam miſerabiles perſonas de foro eccleſiæ eſſe ſcribit, in tit. de compe. iud. adi. §. 1. verſi. 28. de quo in 2. parte principalis tract. meminimus, verſi. ſciendum eſt etiam mercatores. &c. nu. 38.

6 †Sciendū illud in primis eſt, in mari nauigare prohiberi poſſe neminem. l. 2. §. ſi quis in mari. ff. ne quid in loco pub. §. & quidem. Inſt. de rerū diui. & in flumine publico nauigare licere. ff. vt in flum. pub. nauigare liceat. l. vni. vbi Bar. in rub. eleganter inquit, Intelligo iſtud interdictum, vt quis a priuato nauigare impediri nō poſſit, ſed ab eo, qui habet iura re-7 galia in illo territorio, poteſt prohiberi. † Vnde vera ciuitas iſta poteſt ſtatuere, q̄ aliquibus liceat nauigare per lacum Peruſinum, & aliquibus non liceat. Ratio, quia curſus aquarum, & flumina, & lacus pertinēt ad eum ad quem regalia pertinent, quæ ſint regal. c. 1. colla. 10. & facit, quod not. in l. 2. in prin. ff. ne quid in loco pub. in glo. in verbo, lege. Hactenus Bart. cuius ſententiam probat Aſten. in 3. vol. de decre. & cōſtit. in ver. nauigare. Quibus addes, quæ plenè & eleganter ſcripſit Angel. in conſil. 290. thema tale eſt. 8 † Apud quem & illud quæritur, num Veneti ius prohibendi habeant, ne quis in Adriatico ſinu nauiget? & reſpondit habere, idque ex tempore cuius origo hominum memoriam exceſſerit, acquiſitū fuiſſe, excipit tamen nauicularios delegatas ſpecies annonarias ad Principem ſeu Rempub. Romanorum transferentes, de quibus in tit. de nauic. lib. 11. & probat ſententiam ſuam ex l. ſanè. & ſeq. ff. de iniu. vbi Rainerij, & aliorum ſcripta videbis, & Veron. in tract. de ſeruit. ruſti. prædio. in rub. de mari. c. 26. verſi. ſed an poſſit, & Franciſ. Bal. in tractatu de pręſcrip. in quarta parte. quintæ par. prin. verſi. 6. quæro. nu. 6. & ſeq. tom. 16. Bertach. in tract. de Gab. in 1. part. nu. 19. & ſeq. tom. 6. & quoniam Angel. in citato conſilio ſuper cōuentione inita Venetos & Ianuēſes, belliſſimè diſputat: notent Anconitani Angeli reſpōſum, qui & ipſi cū illuſtri Senatu Veneto ad pactiones deuenere.

Tractare hic non ab re eſſet multa & varia de Mari, & ad ipſum mare pertinētia, verum quia Veronēſis nō leuis Iuris interpres, & plenè & eleganter diſſeruit, conſultò prætereo, ne aliorum labores videar deſcribere, locus Veronēſis eſt in relato tractatu de ſeruit. ruſtic. præd. in titulo de mari, & ſeq. & in ea parte, in quo diſſeruit, quomodo territorium, (ſeu vt 9 vt ipſi dicūt) diſtrictus † in mari cognoſcatur, iux. gl. in c. vbi periculū. in §. porrò. de elect. in 6. adde Bal. in conſ. 54. quæritur, vol. 4. & Paul. Caſtr. in l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iactu. & nota reſpōſum Bal. fuit enim ex facto conſultus, in quo quid iuris eſſet in ciuitate noſtra dubitabatur, de induſtria etiā prætermittimus, quæ ad flumina, & nauigationem ipſorum pertinent, quoniam Iuriſcōſulti in titulo de flu-10 minibus, † & ſequentibus titulis copioſè, & eleganter tractarunt, ſolum quod ad aggeres, aut quā aliam munitionem, quibus curſus fluminis ad aliquid ſit immutatus, addam præceptoris mei Pau. Parmenſis reſponſum, numero centeſimo quinto, in 1. vol. circa, &c. & quædam ad nauigationem pertinētia, nec paſſim tractata perſequemur.

Notauimus ſuprà in tractatu de nautis, in tertia parte, verſi. item in culpa, &c. nu. 3. nautam poſt tempus conuentum nauigantem in culpa eſſe. l. qui Romę. §. Callimachus. ff. de verb. oblig. nunc ex eodem. §. vnum inter mercatores vſitatum nota. ſolent mercatores, cùm nauim aliquam mercibus onerant, Raguſium aut Baſantium fortè perferendis, mercibus recipiēdis iiſdem in locis aliquem præponere, quem vernacula lingua *ſopracbarcum* appellant.

11 † Finge modò mercatorē cum magiſtro nauis cōueniſſe, q̄ à portu Anconæ Raguſium intra dies quinque & viginti nauiget, & oneratas merces in dicto die, & eodem in loco exponat, & Titio recipiendis mercibus præpoſito tradat, eūdemque Titiū præſtitutum diem ad nauigandū protuliſſe, ſi magiſter poſt diem in conuentione dictum enauigauerit, ſubmerſa naui, & amiſſis mercibus, mercatori eidemque domino tenetur, nec ex eo q̄ Titius recipiēdis mercibus tātum præpoſitus, diem protulit, actio domino adimitur, vt patet ex prorogatione facta per Hærotem ſeruum Stichi, cui nihil amplius, quàm vt pecuniā receptam, Romam perferret, mandatum erat. Quod temperandum eſt ex verbis Iuriſconſulti in eodem. §. niſi Titio præpoſito arbitrium datum eſſet recipiendi merces, in quocunque tempore, & in quocunque loco, ſed & ſi Titio oneri præpoſito plena, & libera poteſtas in adminiſtrandis mercibus tributa eſſet, idem iuris eſſet: vt ibidem Iuris interpres, & præcipuè Iaſon, ſcripſere. Tene igitur memoria dictum. §. ad ma-12 teriam eius, vt dixi, qui oneri præponitur, & † vulgò *ſopracbarco* appellatur. Quid enim is in mandatis habeat, diligenter ſpectandum eſt, & notabilis idem. §. in materia nautici fœnoris, & traiectitiæ pecuniæ, & conſequenter ad cōuentiones inter mercatores conſuetas, quas *aſſecurationes* vulgus appellat.

13 † Eſt & alia quæſtio agitata, quæ ex eodem. §. ſoluitur: Magiſter nauis promiſit nauigare inter duos menſes à portu Anconæ Conſtātinopolim, vel in hęc verba conuentionem initam, finge de nauigando à

portu Anconæ Conſtantinopolim intra dictum diē,
an conuentioni ſatisfecerit magiſter nauis,ſi intra di-
ctum diem nauigare inceperit,licet Conſtantinopo-
lim non peruenerit,& Ang. Alex.& Iaſ.in eo.§ ſatiſ-
feciſſe,probant.Pau.verò eod.in loco ſcribit id verū
eſſe,vbi ad nauigandū ſtatutus dies adeò breuis eſſet,
vt propter loci diſtantiā nauigatio ratione temporis
perfici non poſſet. Vbi verò dies in conuentione ad-
iectus ad complendam nauigationē ſufficeret , con-
uentionē interpretandam, vt nauta in ſtatuto die na-
uigationem perficiat. Verùm & Alex.& Areti.ac Iaſ.
idem iuris eſſe putant, etſi cōuentum tempus ad per-
ficiendam nauigationem ſufficeret, quoniam cōuen-
tio in ſupraſcripta verba facta de nauigando, vel per
infinitum nauigare actum perfectæ nauigationis non
ſignificat,ſed ipſam nauigationem. Probāt etiā Pau.
erraſſe ex Iuriſcōſul.verbis, in ea parte proficiſcatur,
&c.& in verbo, nauigaſſet. Et idem reſponderunt in
eo,qui à ciuitate Anconæ intra Calen. Maias Romā
proficiſci promiſit,vt ſat ſit,ſi præſtituto die iter arri-
piat, quæ & ipſe probo , & cautos velim mercatores
reddere , vt ſi voluerint magiſtrum nauis obligari ad
perficiendā nauigationē in præſtituendo die , verbis
claris vtātur, quibus perfecta nauigatio ſignificetur.
14 † Competimus à peritioribus aliquando dubitatū
circa interpretationē ſtatuti Anconitani ſub.rub.de
fide danda libris & ſcripturis ſcribanorum nauigiorū
in ea parte,Scribanus alicuius nauigij, antequàm in-
cipiat ſuum officium,teneatur,& debeat in principio
cuiuſlibet viagij , & reliqua. Fuit enim quæſtionis,
quando vna,vel plures nauigationes dicantur,& ſcio
ex facto conſultū Marian.Soc.& lib. 1.reſp.reſp. 12.
15 aſſumo primam reſpondiſſe,† vnicam nauigationem
dici , vbi finge à portu Anconæ Conſtantinopolim
magiſter nauis nauigat.& inter nauigādum,ſeu in ip-
ſo itinere portui Raguſino,aut alij ſe applicuerit.Vna
enim eſt nauigatio, licèt aliquo temporis interuallo
fiat,dummodo ad extraneos actus non deueniatur,&
continuus ſit actus nō interuenientibus extraneis in-
teruallis. Probat ex eo , quod dicitur vnicum furtum
eſſe factum ab eo, qui cōtinuato tempore plures res
furto ſubtraxerit, vt iuris interpretes teſtantur,in au-
then.ſed nouo iure.C.de ſer.fug. citat etiam Barto.&
alios in l.nūquam plura.ff.de priua.delict.l cōtinuus.
ff.de ver.obl. & pleraque alia. Vnde ſecundùm eum,
ſi nauigatio eſt,finge inſulam Rhodos vſque,& in ip-
ſa nauigatione (vt vernacula lingua dicimus) *ſi ſaci*
ſcala,in aliquibus locis,vnica dicetur nauigatio,con-
ſuetudini tamen Anconitanorum in hoc ſtandum eſ
ſe ſubiicit, & rectè. Pro qua ſententia ſuccurrit mihi
16 tex.in l.fin.C.de nauicul.lib.11.† Hoc amplius Ben-
uenutus tentat dicere, Commeatum & remeatum pro
vnica nauigatione in lege municipali propoſita acci-
pi debere. Vnde ſequitur,ſi iuxta legis prædictæ mu-
nicipalis formā ſcriba nauis iuraſſet in ciuitate An-
conæ in nauigatione peragenda Raguſium vſque,&
in reditu ſcriba nauis inter nauigantes contractum
ſcripſiſſet,aut teſtamentum,ſecundùm formam dicti
ſtatuti huiuſmodi ſcripturis plena haberetur fides.
Tunc enim , quantùm intelligo , perfectum naui-
gium,ſeu nauigationem , & mercatores , & nauigan-
tes appellant, cùm magiſter nauis iuit , & rediit. Pro
qua ſententia facit text. in l. relegati.ff. de pœn. & l.
vtimur.ff. de ſep.viol. Huic rei eſt & illud adiicien-
dum,cùm quæritur , an vna , vel plures nauigationes
dicantur,præterea, quæ de lege municipali prædicta
retulimus , conuentionum verba diligenter inſpici
debere,& conſuetudinem ſpectari.Et in re dubia,vbi
ex conuentione magiſter nauis littora deuia ſectari
debet,putarem ex hoc debere dici plures nauigatio-
nes celeriter.arg.eorum, quæ Maria.in relato loco ſcri-
pſit,& l.qui fiſcales.C.de naui.lib.11.& l.cùm propo
nas.C..de nau.fœ.& in materia notabilis text.in l.qui
Romæ.in §.Callimachus.ff.de verb.obl.† Idem Ma-
17 ria in citato loco tractat,lege nautica Anconitanorū
cautum eſt , ſi ſcriba nauis extra ciuitatem Anconæ
eligatur,eundem ſcribam officium , & fide geſturum
iurare debere coram Conſule. Item lege municipali
poſtea lata eiuſdem ciuitatis cauetur , de qua paulò
ſuperius meminimus, ſcribam nauis in principio cu-
iuſlibet nauigationis coram prætore, vel iudice ciui-
tatis Anconæ officium ex fide geſturum iuramento
affirmare debere , præſente , & volente maiori parte
mercatorum,qui nauigaturi ſunt cū mercibus,& his
non exiſtentibus præſentibus nauclero,& tribus nau
tis Anconitanis nauigij prædicti. Num iuramentum
præſtitum à ſcriba extra ciuitatem Anconæ corā Cō-
ſule,non interuenientibus mercatoribus , vel nautis
ſufficiat,vt eius ſcripturis fides habeatur?& putat ſuf-
ficere,quoniam ſtatutum ſecūdo loco factum loqui-
tur , cùm eligitur ſcriba nauis in ipſa ciuitate Anco-
næ,& lex nautica prius facta,de mercatoribus & nau-
tis , vt præſentes ſint , dum iuramentum præſtatur à
ſcriba nauis coram Conſule extra ciuitatem nō dixit,
ſed in ea ſimpliciter cauetur ſcribam iurare debere
coram conſule. Subiicit tamen interpretationi à cō-
ſuetudine factæ ſtari debere. Et quid per longū tem-
pus obſeruatum ſit ſpectandum , quæ ſententia pro-
babilis eſt,licèt quædam occurrant,quæ huic ſenten-
tiæ aduerſari videātur.Sed & ipſam cōfirmabis ex his,
quæ ſcripſit Deci.in cōſ.3.& in cōſ.221.viſo & Lud.
Goz in conſ.72.nu.10. in cauſa ex ciuitate Anconæ.
18 † Item quæritur apud eundem in conſil.99.lib.4.
cùm quidam arbitri ſententia,ad cōficiendum quaſ-
dam literas ſtatim & incontinenti condemnatus eſ-
ſet, ita q; pro primo (vt ipſe ait) paſſagio tranſmitti
poſſent aliàs ad ſummam centum, & nō ſemel requi-
ſitus,literas tamen nō conſcripſiſſet,num is verè mo-
rator dici poſſit,&ad centum conueniri,mouet quo-
niam adiectum eſt,ita q; pro primo paſſagio,&c.pu-
tat tamen,in facto propoſito,& ritè , & rectè cōuen-
tum , & captum in moraque legitimè conſtitutum.
Tum propter illa verba geminata,ſtatim & inconti-
nenti,tum etiā quia relata verba.ita q; pro primo,&c.
fauore illius adiecta ſunt,cui literę fieri debēt.Quod
ergo fauore alicuius eſt conſtitutum,ad læſionē eius
dictum videri nō debet.l q; fauore C. de leg.& ſecū-
dum Angel.poſt Guig.in l.nulla.ff. de legi. quæ ſen-
tentia Soc.(ni fallor)rationabilis eſt , & videbis duo
ſequentia reſponſa,quibus hęc ſententia cōfirmatur.
19 †Apud Alex.in conſ.52.vol.6.viſo,&c.ſpecies talis
proponitur,Callimachus,Cornelius,& Lucas ſocie-
tatem coiuerunt, conueneruntque,vt tribus triremi-
bus in Britanniam Lucas,& Cornelius proficiſcerē-
tur,quibus Callimachus (cui triremium tota cura,&
adminiſtratio cōmiſſa erat)mandauit,vt cùm in Bri-
tāniā perueniſſent,ſi integrū onus à mercatoribus di-
cto loco nō inuenirent,emerēt lanas,merceſq; aliàs,
quibus iuſto onere triremes onerarēt,eaq; de re qui-
dam Leonardo mercatori ſe ſcribere,&mandare ait,
vt pecunias ad id neceſſarias perſoluat,& ita ſcriptu-
ra quadā cautum,conuentumque erat. Iidem Corne-
lius & Lucas in Britanniā profecti, cùm merces per-
ferendas non inueniſſent , requiſiuerunt prædictum
Leonardum, vt pecunias iuxta Callimachi literas, &
mādatum ſolueret,quo Leonardo recuſante, niſique
ſibi

ſibi mandatum aſſeuerante,reſpondit Alexander Cal-
limachum damna omnia,& id,quod intereſt,Corne-
lio,& Lucæ præſtare debere,nec de iure Cornelium,
& Lucam obſtrictos eſſe probare Callimachum lite-
ras ſcripſiſſe,tum ex his,quæ proponũtur, tum etiam
ex ſcriptis Bart.in l.in illa ſtipulatione, ſi Calend. ff.
de verb.oblig.Hoc amplius ſubiicit,aſtringendos nõ
eſſe probare in Britannia non inueniſſe mercatores,
qui mercibus vehendis integrè triremes onerarent.
Sed id deducere,& allegare ſat eſſe.ſ.ſarcinulas,vtpu-
ta centum tantum inueniſſe.l.cùm de lege, cum gloſ.
ff.de proba.l.fin.§ licentiam, vbi Bart. C. de iure de-
libe.quæ ſententia Alex.ſanè rationabilis eſt,& quam
ſentẽtiam comprobabis ex his,quæ Paul.Par.ſcripſit
in conſ.91.viſo copioſo,vol. 1. & nos diximus in tit.
mandati,circa finem.

20 † Conſultus ex facto Bald. cùm quidam Arnaldus
Barchinonenſis mercatori Florentino quendam fru-
menti Siculi numerum vendidiſſet, & illum mari ad
certum locum, omni exceptione remota, ſub pœna
exportare iuramento promiſiſſet, cuiuſcunq; generis
fortuitos caſus in ſe ſuſcipiens, duobus tantum exce-
ptis.ſ.ſi diuino caſu,mariſq; tempeſtate nauigium pe-
21 riret,vel à claſſe(vt ipſe ait)*sforzata* caperetur:† Num
Arnaldus à conuentionali pœna excuſandus ſit,ſi Ar-
chionis Regis nomine mandatum eidem fuerit ſub
pœna æris,& perſonæ,vt cum onuſto nauigio frumẽ-
to prædicto Archionem proficiſcatur?& in conſ.395.
pro domino Arnaldo,vol.2.nõ inſubtiliter (vt ſolet)
argumentationibus hincinde propoſitis, putat non
poſſe abſolutè reſponderi. Sed ſi culpa aliqua Arnal-
do aſcribi nõ poſſit, à pœna eum excuſandum innuit.
Hanc tamen rem,his quæ proponeretur, diligenter
inſpectis,boni viri arbitrio dirimendã putauit.l.con-
tinuus.in §.cùm ita.ff.de verb.obligatio.l.Mæuia. in
fin.ff.de annu.legatis.Quo verò ad id,quod mercato-
ris Florentini intereſt propter frumentum non loco
traditum, num pretium frumenti inſpiciendũ ſit eius
loci,quo tradere Arnaldus promiſerit? Reſpondit, ſi
in obligatione genus erat Arnaldum teneri, quia ca-
ſus non liberat cum.l. incendium. l. vnum. C. & ff. ſi
cer.peta.l.ſi. ff.de triti.Si verò ſpecies cõtra ſe habet,
refert, an mercator Florentinus frumentum in gene-
re, vtputa tot corbes frumenti Siculi emerit, an de-
monſtratum corpus,& ſpeciẽ,ſed & ſi ſpecies in obli-
gatione fuerit, & mora vel culpa caſum præceſſiſſet,
idem iuris eſſet,quod in obligatione generis: vt Ar-
naldus liberatus non cenſeatur. Verùm idem Bal. pa-
rum ſibi conſtans, in conſ. 458. eo vol.2. ex eodem
facto conſultus à pœna conuentionali Arnaldum ex-
cuſandum non eſſe probat.Quod,vt vidi,mecum ſto-
machatus ſum, ego autem in caſu hoc indifficili me-
liorem illam ſentẽtiam priori loco relatam puto,vbi
Arnaldus omni prorſus vacaſſet culpa. Nam,& ſi ple-
nè ſibi canit mercator Florentinus, defendi tamen à
pœna Arnaldus poteſt,monet,quod Guil.Pan.Rom.
Alex.& Iaſ.ſcripſere in l.ſi ff.qui ſatiſd.cogan.ſi ſcho-
laris abſque venia,& permiſſu creditoris à Bononiẽſi
territorio non recedere iureiurando promiſerit, do-
nec ſatisfecerit, & iuſſus ab epiſcopo vel alio ſuo iu-
dice, vel patre receſſerit, in periurium non incidit,
dummodo iuſſum non procurauerit,quod, & Feder.
Senen.probat in conſ.191.quæſtio talis eſt, & in hac
ſententia Ioan.Andr.Imol.But.Gemin. & Abb. fue-
re,quos Iaſon in citato loco retulit, quicquid Card.
ſcripſerit in c.cùm quidam,de iureiur.& pro hac ſen-
tentia induci poteſt. l. mercatores. C. de comm. &
merca.rex enim ſibi ſubiecto præcipere poteſt,ne ad
certum locum proficiſcatur,vtq; pareat,quod præce-
ptum in omni promiſſione exceptum intelligitur,di-
cendũ eſt ergo, Arnaldum in periurium non incidiſſe,
in pecuniarum verò pœnam de iure ſtricto incidiſſe,
22 ſuccurrendum,† tamen eſt ei per exceptionem, vel in
integrum reſtitutionem. Cuius rei ratio illa redditur,
quoniam periurium non eſt ſine dolo.l.qui iuraſſe. ff.
de iur.Si ergo Arnaldus omni culpa vacauit,in periu-
rium non incidit. At in pœnam pecuniariam incidere
quis poteſt mero iure ſine dolo,& culpa,vt patet in l.
ad diem.ff.de verbo.obligatio. ſuccurritur tamen hic
per exceptionẽ.l.2.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis caut.
Eſt & alia ratio non inſubtilis, quia licèt pœna pecu-
niaria committatur, non tamẽ executionem ſecũ tra-
hit,ideo ei,qui in culpa non eſt,nõ nocet. Sed ſi inci-
deret in periurium,executionem ſecum traheret,ani-
mamq; ligaret,vt in ca.paſtoralis de appel.ſecundùm
Paul.Caſt.in citata l.ſi.ff.qui ſatiſ.cog. Nec moueãt,
quæ Bal.ait poſteriori loco.ſ.in cõſ.458.Bal.enim(vt
aiunt)erit *haſta pelias*.Ex his enim,quæ idem Bal.ſcri-
pſit in cõſ.395.reſponſa colliges. Item ex relato cõſ.
Feder.ac his,quæ nos addidimus. Et ex eod.cõſ. Bal.
23 458.illud notandum eſt,† magiſtrum, & nauis domi-
num à nautis,quibus imperare poteſt, ad aliquid ge-
rendum,dicendúmve inuitum compulſum nõ præſu-
mi, arg.l. moueor. C. ſi ſeruus export.ven.poſtquam
hæc ſcripſeram, incidi in reſponſ. Angeli 219. arbi-
tror,&c.qui de eodem facto conſultus,reſpondit, le-
ctor perlege, ego autem nihil immutandum putaui,
ſed ſolùm placet admonere,vt videas,quæ in rub. de
contract. diximus.

Denique,duas hic ſubiungo regulas ad tractatũ de
nautis,nauib. & nauigatione,vtiles & neceſſarias. Al-
24 tera eſt,nauticam† conſuetudinem præcipuè ſpectan-
dam eſſe,dummodo legi non aduerſetur,hoc eſt à le-
ge non reprobetur l.deprecario.ff. ad legem Rhodiã
de iactu.§.ſi.in authen.de vſu.naut. vbi Accurſius, &
maris conſuetudinem ſeruandam ſcribit Bal.in l. ob-
ſeruare. in §. antequam. ff. de off. procon. & probat
Veron.in trac.de ſeru.ruſt.præd. in rub. de mari, col.
pen.& Alb.Brun.in tract.de conſtit.in verbo mare, ſi
enim lex ipſam conſuetudinem reprobaret, nõ vale-
ret,vt in auth.nauigia.C. de furt. Sic enim l.depreca-
tio,interpretandam eſſe pleriſque placuit, & videbis
Bart.in l.omnes populi,nu.26.ff.de iuſt.& iur. Altera
eſt regula,vt in his,quæ legibus cauta non ſunt,& cõ-
ſuetudo nautica non viget,& ſic ius ſcriptum, & non
25 ſcriptum ceſſet,bene † ſit in nauticis negotiis ad pe-
ritos,& valentes nautas cõfugere, eſt enim generalis
regula,peritis in arte ſtandum eſſe.l.1.ff.de vent.inſp.
gl.in §.præterea.in verbo,lõgiori.Inſt.de rerum diui.
quam regulam plenè quidem Abb.Fel.& Dec.decla-
rarunt in c.propoſuiſti,de proba.extra.

Reliqua ad nautas,naues,nauigationem ac naufra-
gia pertinentia ſupple ex titulis.C.de naui.libr.11.ff.
naut.cau.ſta.ff.furt.aduer.naut.ff.de incẽ.rui.& nauf.
& ex his,quæ habentur apud Spec.in tit.de rapt. in §.
cæterùm,ex commentariis Dd.in auth.nauigia.C. de
fur.& in c.Rhodiæ.2.diſt. & Veron. complura adno-
tauit in trac.de ſerui.ruſt.præd.in rub.de mari,& mul-
tis titul.ſeq. Videbis etiam Bertac.in reperto.ſuo,in
verbo,nauis,in verbo,nauclerus,in verbo, naufragiũ,
& in verbo,nautæ. Ex quibus locis aliiſque immen-
ſis legum voluminibus diligens lector conſiderabit
me nouam quidem materiam aggreſſum,vtilemq; ac
neceſſariam, & à ſcriptoribus quodammodo negle-
ctam, à nobis autem illuſtratam non dicam, ſed pe-
ritioribus ornandi addendique cauſam datam etiam

ab inuidis, & emulis (ni fallor) concedetur. Nec hoc quidem tacebo, à propoſito me hic declinare, ab initio enim animo meo conceperam, multa ac varia hic ſubiicere ad mercaturam pertinentia, mutato itaque conſilio, conſultò prætereo de nau. fœno. & traiectitia pecunia, in qua materia in forenſibus diſceptationibus me non ſemel elaboraſſe fateor, & aliàs vidi tractatum de fideiuſſoribus ſeu aſſecurationibus, Petro Santerna, Luſitano, Iureconſulto clariſſimo auctore. Prætereo etiam hic de collibo multa ac varia, pecuniiſque permutatis: prætereo de inſtitoribus quædã ac proxenetis, & permutationibus, & ad vltimas voluntates nonnulla pertinentia, veluti id quod de mercatore Anconitano traditur, qui in portu ciuitatis
26 † cuiuſdam Barbarorum ſeu Saracenorum teſtamentum ſine ſolemnitatibus cõdidit, de quo ſcripſit Bal. in rubr. de re. di. num. 9. & in conſ. 265. vol. 4. in Damaſco non ſeruatur ius Romanorum, &c. Veron. in tract. de ſeruitu. ruſtico. prædio. in tit. de port. rub. 28. Aret. in §. littorum. Inſtit. de re. di. Iaſ. in l. ius autẽ ciuile, nu. 33. & ſeq. ff. de iuſtitia & iure. & de teſtamẽto facto apud Barbaros à mercatore, ſcripſit Pau. Caſtr. in l. qui a latronibus. ff. de teſt. & videbis Soc. in cõſ. 33. vol. 1. proſequendo. His igitur de induſtria prætermiſſis, propter aſſiduas occupationes diſceptationum forenſium, in quibus, quotidie verſor, quibus ſi me aliquando exoluero, omni cura, & diligentia quæ ad mercaturam attinent, perficere eſt animus. Videamus, vt in initio polliciti ſumus, quando mercator eſſe deſinat.

FINIS.

SEPTIMA PARS
PRINCIPALIS TRACTATVS.

ARGVMENTVM.

Quando mercator eſſe deſinat.

SVMMARIVM.

1 *Mercator eſſe deſinit vbi officium mercaturæ deſeruerit, item & morte.*

2 *Mercator eſſe deſinit, vbi pœnæ cauſa negotiatione illi iudex interdixit.*

3 *Mercator quòd eſſe deſinat alijs modis, relatiuè.*

4 *Mercatores qui labefactata fide decoxerunt, & in decoctione aliquid fraudis admiſerunt, in tantum mercatores eſſe deſinunt vt vlterius mercaturam exercere non poſſint.*

1 ET quidem † mercator eſſe deſinit, vbi mercaturæ officium deſeruerit, quàm diu enim in hoc actu eſt mercator dicitur, in tantum, vt ſi deſcriptus etiam in matricula mercatorũ quis ſit, mercaturam tamen vlterius non exerceat, mercator dici non poſſit, idque ſenſit Bart. in l. 3. in §. quibuſdam. ff. de iure immuni. citat. §. negotiatores ea. l. de quo pleniùs in prima parte principalis tractatus, verſ. offert ſe nunc alia controuerſia. Morte etiam deſinit quis mercator eſſe: hæreditatem enim nemo dixerit negotiatricem ſeu mercatricem, cùm ſit res incorporalis: res autem incorporales huiuſmodi officia, ſeu factorum exercitia non recipiunt, arg. ff. de acquir. rerum domi. l. ſeruus. §. incorporales, & ſcripſit Fulg. in cõſ. 105 propoſita, &c.

2 † Pœnæ etiam cauſa interdici negotiatione, ſeu negotiationibus per iudices ſolet, conſequenter tunc deſinit mercator eſſe. Quod qualiter, quóve modo contingat, in tertia parte principali demonſtrauimus,
3 verſicul. & pœnæ cauſa, numero 34. † vbi & aliis modis deſinere facilè colliges, & breuitatis cauſã, ne idem repetam, non refero. Illinc igitur aſſumes, quæ ad hunc locum attinent. Sed & illud quod ibidẽ ſcripſimus, & pleniùs demonſtrauimus, non eſt hic præ-
4 terendum, mercatorẽ qui fortunas † rationesq; ſuas cõturbauerit, & labefactata fide decoxerit, & aliquid fraudis in ipſa mercatura ſeu decoctione (vt plerunq; decoctores ſolent) admiſerit, non ſolùm mercatorem eſſe deſinere, verùm mercaturam vlteriùs exercere non poſſe. l. ſi aliquid. C. de ſuſcept. præſ. & arch. & videbis Bald. in conſ. 74. quandoque agitur, &c. lib. 5. & hinc occaſionem nactus, quid de cõturbatoribus atq; decoctoribus ſenſerim, ex variiſq; iuris interpretibus collegerim, ſubiungo.

FINIS.

TRACTATVS DE CONTVRBATORIBVS SIVE DECOCTORIBVS.

PRÆFATIO.

Dei Optimi Maximi implorato auxilio.

BENVENVTVS Straccha Anconitanus, videns mercatores non quidem fortunæ, ſed ſuo vitio quotidie rationes atque fortunas conturbare, maxima quidem creditorum iactura, tractatum hunc quem de conturbatoribus, ſeu decoctoribus inſcripſi, hîc ſubiungere ad rem putaui. Materiam vtiliſsimam atque quotidianam, & nouam, quantum in me erit, certa doctrina enarrans, captionibus, circunuentionibus atque inſidiis eorundem conſulere curam agens, atque reprimendæ improbitatis hoc genus hominum.

Et primùm de ſignificatione vocabuli aliquid referam.

Deinde, decoctorem quam breuiſsimè potero, deſcribam.

Poſtea, quædam contra decoctores, & illorum fraudes ſubiiciam.

Tum municipalia quædam iura contra eos ſtatuta referendo complures quæſtiones ſubiungam.

Quibus explicatis, de pactionibus inter creditores, & decoctores diſputabo.

Nouiſsimè oſtendam, quomodo contra decoctores procedendum, in eos animaduertendúmve ſit, & in illos, qui decoctoribus conſilium, auxilium, opémve dederint, ſeu quouis modo fauerint, quíve potiores in bonis eorum habeantur.

PRIMA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Decoctor, deſcendit à verbo, decoquo.*
2 *Decoquere quid ſignificet, quid decoctores, & quid decoctio, plenè declaratur.*
3 *Cõturbare ſimpliciter, vel pleniori locutione conturbare rationes, vel fortunas, idem eſt, quod decoquere.*

1 DECOCTOR † à decoquo verbo deſcẽdit, quòd paulatim diminuere ſignificat, & coquendo abſumere.
2 † Item ſubſtantiam conſumere, tranſlatione ſumpta ab his rebus, quæ ad ignem diutius commoratæ, ad nihilum redigi ſolent. Vnde decoctores, conturbatores, & bonorum conſumptores dicuntur, quos recentiores Iuriſc. *fallitos, & ceſſantes* vocant. Ex quo vides tota (vt aiunt) via erraſſe Accurſ. in expoſitione huius vocabuli in l. quilibet. C. de decur. libr. 10. & in l. ſi aliquid. C. de ſuſcept. præ. & ar. Sunt & non leues auctores, qui dicunt decoquere idẽ eſſe apud antiquos, quòd bonis cedere, & delinquendo creditoribus imponere, quod non eſt ſine dubitatione, & à me non recipitur. Nam & in eo, qui fortunæ vitio decoxiſſet non ſuo, & ſic abſque delicto fortunas conturbaſſet, hoc verbo veteres vtebantur, indicat Ciceronis locus de lege Roſcia ſtatim referendus. Meminit etiam de hoc verbo Bud. in l. moris. ff. de pœn. & ait, decoquere eſt creditum non reddere, ære credito fraudare. Hinc etiã decoctio ipſum, quòd materna lingua, *fallimentum* vocant, ſignificat, de quo nomine habes in l. iure prouiſum. C. de fabricen. libr. 11. & in l. 2. C. de fund. rei princ. eod. lib. vbi Accurſ. in glo. fin. proximè ad vocabuli ſignificationem accedit.

Adieci de conturbatoribus, dixerit aliquis ſuperuacuum eſſe, non nego, ſunt enim ſynonima, & declarandi,

randi, vocabuli gratia, volui ſubiungere.
3 † Conturbare enim ſimpliciter, vel pleniori locutione cõturbare rationes, vel fortunas interiori ſenſu, idem eſt, quòd decoquere. De quo verbo habes in l. quidam fundum. ff. de in rem ver. & in l. quicunque. §. idem Labeo ait. ff. de inſtit. vbi Bud. inquit, verbũ hoc non eſſe ab Accur. intellectum, mirandum non eſſe, cùm à nullo rectè interpretatum viderit. Non tamen huius vocabuli ſignificatio Luc. Pen. latuit, qui in citata l. ſi aliquid. C. de ſuſcept. ait: Decoquere. i. valde coquere, conturbare, & reliqua. Hinc cõturbator, de quo apud Matt. & Iuuen. fit mentio.

SECVNDA PARS

SVMMARIVM.

1 *Decoctor quid ſit, multis modis deſcribitur.*
2 *Decoctorum tria ſunt genera.*
3 *Fugientes cum pecuniis creditis, & à ſe decoctos fingentes, non ſunt decoctores, & de his plenè.*
4 *Non ſoluendo quis dicatur.*
5 *Decoctores dicebantur cedere foro, item & vertere ſolum.*

DECOCTOREM autem deſcribere poſſem ex mente Angel. in conſ. 61. qui ait: Detrectans ſoluere inopia, & mole debitorum oppreſſus, ceſſans & fugiens, aut latitans eſt.

1 † Dicet etiam aliquis decoctoris deſcriptionem ſumi poſſe ex verbis Imperatoris, & Angel. Aret. ibidem in §. ſoluitur, Inſt. pro ſoc. vt decoctor is ſit, qui mole debitorum, ſiue priuatorum, ſiue publicorum prægrauatus, bonis ſuis ceſſerit. Placet autẽ mihi ita pleniùs definire, ſeu deſcribere: DECOCTOR EST, QVI FORTVNÆ VITIO, VEL SVO, VEL PARTIM FORTVNÆ, PARTIM SVO VITIO, NON SOLVENDO FACTVS FORO CESSIT. Dixit enim fortunæ, vel ſuo vitio, ex eo, quod belliſſimè inquit Cicero Phil. 2. in hæc verba. [Tenéſne memoriæ prætextatũ te decoxiſſe? patris, inquies, iſta culpa eſt, cõcedo, etenim pietatis eſt plena defenſio. Illud tamen audaciæ tuæ, quòd ſediſti in duodecim ordinibus, cùm eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus, quamuis quis fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet.] Hactenus Cicero. Ex noſtratibus etiam vterq; modus decoquendi demonſtratur, vt patet ex commen. Abb. in c. ex parte. in fin. extrà. de conſtit. & ex his, quæ ſcripſit Mar. ſing. 224. filius, quibus addes text. in l. Titio centum. §. Titio genero. ver. Sabinus autem. ff. de condit. & demonſt. Is namque fortunę vitio decoxiſſe dicitur, qui (finge) maris tempeſtate ſuborta merces, & bona perdiderit, vel à piratis direptus fuerit, facit l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. in illis verbis, ſi medio tempore calamitas fideiuſſorib. inſignis, &c. l. cùm proponas. C. de nau. fœno. & in l. rebus. ff. commod. cum ſexcentis ſimilibus. Vitio autem ſuo decoquit, qui bona ſua diſſipando, atque dilacerãdo profundit, vel quia ludo merces perdat, à quo hæc & alia proficiſcuntur mala, vt in authen. alearum vſus ſit, in tit. C. de relig. vel meretricum delinimentis, imò verius venenis corruptus, quibus animi perditorum inficiuntur, & ad inopiam rediguntur. l. 1. C. de natu. libe. vt dicebat Bald. in l. 1. C. qui bonis ced. poſſ. Sũt & alij, qui verè ſua culpa conturbaſſe dici poſſunt, cùm ſumptuoſis epulis bona conſumunt, & fortunas obliguriunt, & ingluuiæ miſeri, ſimul conſilium cum re amittunt. Et ex his colli-
2 ge † tria eſſe decoctorum genera. Primum illorum, qui fortunæ vitio decoquũt, & hoc inter viles homines ſemper eſt habitum, idque ex lege Roſcia tibi conſtitit, & vides quotidie, *facit enim infelix paupertas homines ridiculos, quod duriſſimum eſt*, vt Satyricus ait: *Eſt tamen genus hominum miſerabile.* Secundum genus illorum eſt, qui ſuo vitio: peſſimum quidem genus hominum, & nulla miſeratione dignum. Tertium genus decoctorum, eſt illorum, qui partim fortunæ, partim ſuo vitio decoxere, quos admiſta culpa humiles & deploratos, ac miſeratione indignos reddit. Vidi etiam & audiui quoſdam mercatores, qui maximis pecunia-
3 rum † ſummis à compluribus mutuò receptis, conſultò, atque de induſtria aufugiũt, & ſe decoxiſſe fingũt, vt tandem creditores moleſtiis defatigatos, & litibus atque expenſis vexatos ad pactiones, & iniquiſſimas conditiones trahant, quos inter decoctores non connumero, & ideo in deſcriptione illud adieci verbum, non ſoluendo factus, ſignificatio etiam verbi decoctor, ei qui ſoluendo eſt, & ſe non ſoluendo eſſe dolo malo fingit, repugnat. Sed audi quid ex facto elapſis annis cuidam Genuenſi, qui ſe falsò non ſoluẽdo eſſe aſſeuerauerat, & foro ceſſerat, euenerit. Is enim cùm in bona atque magna pecuniarũ ſumma debitor Cryſogani eſſet, & ſatiſfacere ſemel atque iterum requiſitus recuſaſſet, in receſſu blandis verbis eum deduxit Cryſoganus diſpoſitis prius ibidem clanculum armatis hominibus, tũ in collum inuaſit Cryſoganus, collareque ex nucleo ferri ſeu calybe quibuſdam aculeis mira germanorum arte elaboratum, atque cõfectum immiſit, commonefactumque nulla vi ſeu arte aperiri per alium infringique poſſe, & ei exitium imminere, ſi in dicto loco pecuniam debitam nõ tranſmitteret, eum dereliquit, oſtenſa prius claue miro artificio confecta, at miſer Ligur ſentiens ſe aculeis pungi, & ſtare, cùm ſemper cogeretur, nec remediũ vitæ vllum haberet, debitam pecuniã Cryſogano creditori tranſmiſit, petens clauem, & orans aperiendi collare arcanum detegi, quòd creditor accepta pecunia effecit, in qua facti ſpecie, & ſi Ligur ſua fallacia dignus, vt in eum animaduerteretur, in exemplo ne quis alius poſtea talia facere moliatur: iure tamen cautum eſſe reſpõdi, eum, qui vim adhibet debitori ſuo, vt ei ſoluat, edicto quod met. cau. non teneri propter naturam, quod met. cau. actionis, quæ dãnum exigit: in legem tamen Iuliam de vi incidiſſe, & ius crediti amiſiſſe, vt eleganter Iuriſc. ait in l. ſed & partus. §. quæri poterit, verſ. Iulianus ait. ff. quod met. cau. per iudicem enim Cryſoganus petere debebat. & action. experiri. l. extat. eod. tit. & l. pen. ff. ad l. Iul. de vi priu. & his addes circa eos, qui cũ pecuniis, vel rebus alienis aufugiunt, quæ plenè referendo Bald. dicemus in 2. part. vltimæ

par.

par.verſ.hunc ittum,&c.& ver.ſeq.numer.6.& vide gloſ.quam notauit Bal.iu l.à procuratore.C.man. ait enim notandam pro bonis,& contra falſos mercatores, qui arripiunt fugam cum pecuniis alienis, addes etiam Nic.Boër.dec.225.& antequam veniā. Adieci in deſcriptione verbū illud non ſoluendo factus,quo-
4 niam ſoluendo eſſe nemo intelligitur, † niſi qui ſolidum poteſt ſoluere.l ſoluendo.ff.de verb.ſign. Inſtit. de obl. quæ ex delic. §. fulloni.in fin.aliquem autem non ſoluendo eſſe,in notorium tranſire non poteſt,in manifeſtum poteſt:vt eleganter probat Rom.in conſ. 163.conſtitutio.& addidi prædictum verbū, & quod ſubſequitur foro ceſſit,quoniam nemo dubitat ſoluēdo videri eum,qui defenditur. l. nemo dubitat ff. de reg.iur.vbi non leuis iuris iuterpres Dec.poſt. Accur. io d.l.ſolueodo,inquit, ſoluendo quem videri per ſe vel alium,& illū eſſe ſoluendo,qui fideiuſſores habet, citat Bart.in l.1.ff.de cuſt.reo. & io l. item liberatur. §. qui paratus.ff.quib.mod.pigno.vel hyp. ſol. & l. ſi plures.§.præterea ſi quęratur.ff.de fideiuſ.ſubiicit idē Dec.ſoluendo etiam videri,qui nomina habet, & ait ſenſiſſe Bald.in l.facere.ff.ſol.matr. Sed id admittendū eſt,ſi facilè poſſint exigi,non aliter, quod & Alex. & alij quos refert io ea l.probarunt,& videbis,omnino Alex.in conſ.37.viſo & opportunè diſcuſſo, nu.13. verſ.tertiò pro hoc adduco, volum.2. ſubiūgit poſtea non præſumi illum ſoluendo eſſe, cuius bona poſtulantibus creditoribus venduntur, ex ſententia Bar. in l tres tutores.in fin.ff.de admi.tut. & modum probādi aliquem ſoluendo non eſſe.Bal.notaſſe in auth.ſed hodie.verſ.ſecundò quæro.C.de actio. & obl. addidi etiam in deſcriptione foro ceſſit, propter ea quæ inquit Bart.in l.ſingularia,num. 19.ff.ſi cer. pet. & ibidem Pur.num.93.vt refert Boē.dec.215.proximè relata.Deciſ.in conſ.106.in cauſa.col.1. Pro quo ſcito dun ſingularia iura.l.ſi hominem,in §.quoties.ff. depoſie in illis verbis quotiens foro cedunt numularij, & reliqua,& l.ſi debitor foro ceſſerit.ff.de curat.bon. dand.vnde Iuueoalis opinor:

Cedere namq; foro iam non eſt deterius,quàm
Exquilias à feruenti migrare ſuburra.

Dicebantur etiam decoctores vertere ſolum vt apud eundem.

Qui vertere ſolum Baias,& ad oſtia currunt.

Quod & Bud notauit in annotationibus in Pādectas in l.aut facta.ff.de pœnis.

TERTIA PARS.

SVMMARIVM.

1 Baldi laudes,& num.21.

2 Decoctores an notentur infamia,diſputatur.

3 Decoctores quibus plectantur pœnis,diſting.

4 Plumbata quid ſignificet,& declaratur. l. quilibet. C.de decu.

5 Plumbatura quid ſit, quid ferruminatio, relatiuè.

6 Fugientes cum pecunijs ſeu rebus alienis, an ſint fures.

7 Decoctione vnius ex fabricenſibus omnes tenentur.

8 Decoctores ſeueriſſimè punire, ſalus eſſet mercatura.

9 Decoctores an habeant beneficium ceſſionis diſputatur.

10 Decoctores an gaudeant dilatione quinquennali ſeu annali vide, etiāſi in fi. & infra de pactis inter creditores,& debitores.

11 Filiusfamiliàs ex omnibus contractibus obligatur.

12 Cautela pro filiofamiliàs, qui vult carcerem euitare.

13 Filiusfamiliàs qui decoxit, & fraudem admiſit, indignus eſt beneficio ceſſionis.

14 Decoctor,qui bonis ceſſit, nec agere nec conueniri poteſt.

15 Decoctores mentiri facilè ſolent.

16 Vir bonus præſtare debet, ne mentiatur prudens, néve mendacium dicat.

17 Pœna aduerſus mendaces,relatiuè.

18 Decoctores ſunt faciles ad colludendum.

19 Decoctores,vt plurimùm ſunt fraudatores.

20 Argumentum à ſolitis eſt optimum, & naturali rationi conſonum.

21 Decoctores an excuſentur ob aduerſam fortunam.

22 Decoctor, ergo fraudator,an valeat conſequentia.

23 De edicto fraudatorio,remiſſiuè.

24 Decoctores ſolent rationes intricare in necem creditorum, ex quo dolus malus præſumitur, item intercidere,adulterare,& turbare.

25 Decoctoris dolus demonſtratur ex rationibus librorum,& quomodo.

26 Decoctores ſolent merces ipſas, & bona intricare,item merces auertere, & poſſeſſionē in alios transferre,vnde dolo non carent.

27 Decoctores ſolent merces data opera,vilioris diſtrahere,& quomodo conſulatur creditoribus.

28 Mercatores qui conſilium conturbandi inierūt, ſi ſe in ſoluendo gratioſos reddunt aliquibus, quomodo conſulatur creditoribus.

29 Decoctores ſolent omnia bona vel maiorem partem alienare,vnde dolus præſumitur.

30 Decoctores ſi per biduum triduúmve ante decoctionem vel gerant quid, vel contrahant, an teneat.

31 Mercator ſi cùm conſiliū fugiendi iniuiſſet, merces ab alio emit mercatore,quòd ſecuta traditione dominium non intelligatur translatum.

32 Breu.

32 *Breuitate temporis fraudandi animus dignoſcitur.*

33 *Mercatores cùm ſe iam decocturos ſciant, ſolent eſſe fallaces, & cum dolo malo faciunt, niſi ſit alia, de dolo datur actio.*

34 *Debitor hoc ipſo probatur in fraudem facere, quòd ſcit ſe habere creditores, & ſcientia, quòd habeat creditores probatur eo, quòd ipſe contraxit.*

35 *Quomodo probetur quòd quis ſciat bona ſua creditoribus non ſufficere, relatiuè.*

36 *Fraudes decoctorũ vix dici aut enumerari poſſunt, & fraudum præſumptiones relatiuè.*

37 *Maritus ſi lucrum dotis, quod à ſtatuto refertur, remiſerit vxori, quòd à creditoribus tanquam in fraudem reuocari non poſſit.*

38 *Teſtator ſi fundum vxori legauit, & filium inſtituit, qui matri & hæres extitit, an repudiatio facta à filio hæreditatis maternæ, tanquam damnoſæ, vt legatum retineat, tanquam hæres patris teneatur, vbi, quòd teneat.*

39 *Contra decoctores omnis coniectura creſcit, & coniectura ac præſumptiones habentur pro legitimis probationibus.*

40 *Liber homo pro debito capi non poteſt, & creditori ſeruire non dicitur. Vade ad eccleſias confugiens, inde extrahendus non eſt.*

41 *Liber homo ſi lege municipali capi poteſt propter æs alienum poteſt extrahi ex eccleſia: quia vbi poteſt capi, extrahitur ab eccleſia.*

42 *Decoctores qui beneficium ceſſionis non habent, beneficio immunitatis eccleſiæ non gaudent.*

43 *Creditores in pecunia decoctorum aliud pro alio accipere an ſunt regulariter compellendi.*

44 *Interpretatio ad authen. hoc niſi, relatiuè.*

45 *Creditores, ſi omnium bonorum decoctoris poſſeſſionem apprehendunt, non tamen ex hoc decoctores ſunt liberati, niſi ſequatur datio in ſolutum.*

46 *Creditor, qui elegit viam realem, ad perſonalem poteſt redire, & econtrà.*

47 *Vnus ex ſocijs ſi efficitur non ſoluendo, & bonis cedat, quod finiatur ſocietas, & plenè declaratur.*

48 *Interpretatio ad l. ſocietatem in §. diſſociamur. ff. pro ſocio.*

49 *Vnus ex ſocijs ſi decoxerit, non ideo alij fraudatores dicuntur.*

50 *Mandatum reuocatur ipſo iure, vbi deterioris conditionis mandatarius effectus eſt, & limitatur, & declaratur in ſequentibus.*

51 *Inſtitores qui alicui negotiationi præponũtur, ſeu ſocij, qui ab alijs ſocijs procuratores cõſtituuntur, eo ipſo, quod fugerint ſeu decoxerint, cenſentur reuocati.*

52 *Contrahens vel aliquid gerens per ignorantiam eum procuratore, decoctore ſeu inſtitore, quod teneat, quod geſtum eſt, & dominus obligetur.*

53 *Mandans ſi ſtatutum immutauerit, an mandatum cenſeatur reuocatum, relatiue.*

54 *Creditor habet pignoris perſecutionem in bonis decoctoris ante diem.*

55 *Debitor ſuſpectus poteſt capi ante diem, vt caueat.*

1 CIRCA † tertiam ſpeciem Bald. qui (vt Iaſon dicere conſueuerat) nihil ignorauit, & noſtratium omniũ copioſiſſimus ſimul, & ſubtiliſſimus habetur, quique in omni iuris articulo nominatur, vt Aymon Crauet. alios referendo ſcripſit in conſil. 176. num. 4. io conſil. 382. q. Milani. in fin. conſil. & io conſil. 400. in libris theſaurariæ, num. 3. lib. 5. in decoctores inuehitur in verba infraſcripta: Falliti ſunt infames, & infamiſſimi, & more antiquiſſimæ legis deberent tradi creditoribus laniãdi. Adeò quòd propter dolum ſuum non videntur beneficium ceſſionis habere, quod eſt ſubſidium miſerorum, ſed non præſidium doloſorum, facileſque ſunt ad mentiendum, & colludendum, & à communiter accidentibus falliti ſunt deceptores, & fraudatores, præſumiturque omnibus ineſſe, quod omnibus eſt commune, nec excuſantur ob aduerſam fortunam, & decoctor, ergo fraudator, ſic enim lex vocat eos: vnde edictom fraudatorium. Hactenus Bald. quem refert & probat Io. Bapt. Seuerinus in tract. de ſuſp. & fug. q. 1. nu. 13. & Nicol. Boër. recitando Bald eius ſententiæ acquieſcit, vt patet ex relata deciſ. 215. quibus addes Paul. Par. in conſ. 94. ſpectabiles, num. 10. & ſeq. vol. 1.

Verbis igitur Baldi relatis, qui vſus eſt grauiorib. quam natura forſan tulerit, & leuioribus, quàm cauſa poſtularit, vt inquit Cicero contra Sextum Næuium in oratione pro Quintio, optimum eſſe duxi, non ſolum ipſorum interpretationem facere more Iuriſcõſulti Vlpiani in l. item veniunt, in §. præter hæc multa. ff. de pet. hæred. Verùm & ſuper his diſſerere, & compluta ad propoſitam materiam neceſſaria addere.

2 † Ait Bald. decoctores infamia notatos eſſe. Bald. ſententia ex capite Val. Max. comprobatur. Ait enim in tit. de varietate cauſarum, in hæc verba capitis inſcriptio. De Craſſo dicto diuite. Quid? Craſſo pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? Sed eidem poſtea inopia turpem decoctoris ſuperlationem immiſit, ſiquidem bona eius à creditoribus, quia ſolidũ præſtare non poterat, venierunt. Itaque amara ſigillatione non caruit, cùm egens ambularet, diues ab occurrentibus ſalutabatur. Hæc ille, quæ etiam ſententia ex loco Cic. in 2. Phil. proximè relato, roboratur. Inquit enim Cicero [certum locum lege Roſcia, quã non habemus, decoctoribus conſtitutum fuiſſe, & de inferiori loco credendum eſt: &, vt quodam modo digito monſtrarentur.] Accedit, quia ſi decoctores, vt inquit Bald. fraudatores ſunt, in numero ergo infamium videntur. l. 1. ff. de his qui not. infam. vbi not. qui dolo malo, & fraude ſuo nomine damnatus, pactúſve eſt. Contrà autem ex decoctione infamiam nõ irrogari probari videbatur in l. debitores. C. ex quib. cauſ. infa. irrog. Vbi Imperator ait, Debitores, qui bonis ceſſerunt, licèt ea cauſa bona eorum venierint, infames non ſunt, & ibid. Accur. citat. §. 1. Inſtit quib.

ex

Digitized by Google

ex cau.manu.non li.& l.fi.C qui bon.ced.poſ. Sed li-
cet.Bal Seue.& Boër. ac Paris nō leues iuris authores
inter infames decoctores ſimpliciter connumerauc-
rint. Ego in vtili,atque quotidiano iuris articulo ple-
nius reſpondendum puto, vt admonet Iuriſc. in l. le-
gaui.ff.de lib leg. Si igitur quæramus de decoctore,
qui fortunæ vitio decoxerit, & hunc non eſſe infamē
reſpondeo,idq́; probatur in l.debitores.ſup.citata. Si
verò de eo,qui ſuo vitio,vel eo, qui partim ſuo vitio,
partim fortunæ decoxerit,ſiquidē de dolo malo, vel
fraude,quam in decoctione admiſerit, damnatus ſuo
nomine pactúſve erit,hunc inter infames cōnumero,
idq́; authoritate Iuriſc.in d.l.1.ff.de his qui not. infa.
Vbi verò neque damnatus,neq; pactus fuerit propter
inhoneſtam,& culpatam vitam,prauoſq́; mores facti
infamiam irrogari puto,quoniam turpitudo vitæ de-
coctoris apud graues,& bonos viros eius opinionem
onerat.l.ea,quæ.C.ex quib.cau.infa.irrog.& not. gl.
3.q.7.§.porrò,& Dec.in conſ.530.viſo puncto,nu.3.
Vnde ſi decoctores(vt aſſolent)rem duobus obligaſ-
ſent,facti infamiam non euitant,idq́; ſenſit Acc. in l.
2.C.de dig.lib.12.citat l. ſi quis in pignore. ff. de pig.
act.in §.ſed & ſi quis.Idem iuris eſſe puto,ſi admitte-
rent ea,quæ in l. 3.ff.de cri.ſtel. habentur, quæ nota,
quoniam præcipua decoctorū ſunt, & ſcire valde ex-
pedit,an decoctorib. infamia ſaltem facti irrogetur,
quia à dignitatibus repelluntur,vt in d. l. 2. C. de di-
gnit.& propter ea,quę habētur in l fratres.C.de inof.
teſt.& apud Azo.in ſumma,& gl.& Dd.in l. nullā. C.
ex quib.cauſ.infa.irrog. & ibidem videbis ad prædi-
cta Salicet. Ait etiam Bald. more antiquiſſimæ legis,
dilaniandi creditoribus tradendi ſunt,citat gloſ.in l.
1.C.qui bon.ced.poſ.vbi Accur.Aul.Gel.citat locus
Gellij eſt Noctium Attic.lib.20.c.1.vbi habes verba
legis 12.tabul.de qua ſenſit Bald. refert etiam verba
legis 12.tab.Lud.Cel.lectionum antiquarum lib. 7.
c.20.vbi eleganter quidem plura refert, & qui obæ-
rati,quíve nexi dicebantur,declarat. Adde Liui.lib.8.
1.Decad.& lib.6.eiuſdem Decad.& videbis(ſi libet)
verba legis 12.tabul ſub rubr.de re iud.Circumferun-
tur enim cum ſcholiis Iac.Spieg. Sed quoniam ſeue-
ritas legis 12.tabul.antiquata eſt,vt ſcribunt Dd. in l.
1.C.qui bon.ced.poſ & in conſ.93.num.58.vol.1.idē
inquit Paul.Par.tractemus nos pleniùs,quod alij ne-
3 glexere,quibus pœnis decoctores plectantur.† Dic
igitur diſtinguendo,aut quis decoxit fortunę vitio,&
hunc fortunæ telis vexatum puniri,& iniquum, & in-
iuſtum eſt:arg.l.diuus.ff.de off. præſid. quod & ſuprà
probauimus,& cùm de ſtatutis verba faciemus,latiùs
oſtendemus. Aut quæris de decoctore, qui ſuo vitio,
vel partim ſuo,partim fortunę decoxerit,& ſiquidem
decoctor eſt publicæ pecuniæ, fraudēq́; in decoctio-
ne admiſit,ictibus plumbatarum ſubiici debet.l.qui-
4 libet.C.de decur.lib.10.in qua l.obiter nota,† quòd
Accurſ.exponit illud verbum,ictibus plumbatarū, vt
damnetur plumbo.i.metallum,citas.l.1.C.de his,qui
pot.not.& de eodem verbo,plumbatarum, meminit
Imperator in l.2.C.de excu.tri.vbi Luc.Pen.remittit
ſe ad expoſitionem Acc. in quilibet, proximè relata.
Ego autem huiuſmodi interpretationem non probo:
nam plumbatæ ſunt pilæ plumbeæ,de quib.meminit
Vegeti.de re milit.libr.1. Vnde Imperator ſenſit de
alia pœna,quæ plūbatis inferebatur. Verberādi enim
atq; percutiēdi ſunt decoctores fraudulenti pecuniæ
publicæ plūbatis prædictis, quod innuunt illa verba,
ictibus plumbatarum,& ſimiliter verba l.2. paulò ſu-
periùs relatæ, plumbatarum verba, &c. & clariùs
probatur in citata l.1.C. de his qui pot. in illis verbis
affecti plumbo perpetuis metallorum ſuppliciis de-
putentur,id eſt,percuſſi,& exulcerati plumbo,plum-
bararum ictibus, metallorum ſuppliciis deputentur.
5 † Plūbatura verò quid ſit, quidve ferruminatio ſigni-
ficet, Iuriſc.declarat in l.rem actio.in §. item quæcū-
que.ff.de rei vend. In eo verò,qui non publicæ pecu-
niæ decoctor eſt,ſed priuatorum debitor,& qui frau-
dem in decoctione admiſerit,pœna eſt,meo iudicio,
vt mercaturæ officium vlteriùs exercere non poſſit.l.
ſi aliquid.C.de ſuſcep.præpoſit.& arc.lib.10.quam l.
in princ.huius partis, & in fine 3.part.princ.tractatus
noſtri de mercatore pleniùs interpretati ſumus. Item
puto vbicunque titulus delicti deficit,huiuſmodi de-
coctores, qui fraudem admittunt, in crimen ſtellio-
natus incidere:quod obiicitur his, qui dolo quid fe-
cerint,& his,qui impoſturam faciunt.l.3. ff. de crim.
ſtell.quæ l memoria tenenda eſt, & in decoctionibus
notanda. Sed & his addes, quid de fugientibus cum
pecuniis alienis,notauit Nic.Boër.deciſ.215.in prin.
6 Scripſit enim in hæc verba.† An fugere ſit maleficiū,
quæritur,& Bald.in conſ.220.in q.D.Milani, vol. 3.
quod eſt repetitum in 5. volum. in nouiter expreſſis
conſil.382.ait: Aut fugiens eſt ſeruus, vel ſerui macu-
la aſperſus,& eſt malum.l.1.C.de ſer.fug.l. fin. C. de
oper.lib. Aut eſt ingenuus, & tūc aut aufugit cum re,
& eſt malum ratione rei,quia contrectando,facit fur-
tum,& idem ſi cum re, quæ aliquando fuit aliena, vt
quia cum pecunia ad numerum depoſita, vt faciunt
numularij,ſecundùm Ver.de Caba in tract. clau. 25.
col. 4.ante fin.quod dictum fuit Bald.in l.à procura-
tore,in fin. C. mand. dicens nota vltimam gloſſ. quæ
dicit, quòd nil eſt melius, quàm bona fides, & tene
memoria, & nota pro mercatoribus bonis, & etiam
contra falſos mercatores, qui arripiunt fugam cū pe-
cuniis alienis:licèt propriè non ſit furtum, arg. l. ait
prætor.§. ſi debitorem ff.quæ in fraud.cred.& iſti di-
cuntur in Tuſcia,& tota Italia,*mercatores falliti,* quos
Bartolus vocat,*cedentes foro,* in l.ſingularia,in ſecunda
concluſione,& ibi Fran. Purp num.93.ff. ſi cert. pet.
& nos *Bancha ruptos,* ſeu *Bancham ruptam facientes.* Aut
fugit abſq; rerum alienarum, vel quaſi exportatione,
& iſta fuga non mala eſt,ſed quædam latitatio. l. Ful-
cinius.§.quid ſit latitare ff.qui.cau.in poſſ.cat.hacte-
7 nus ille. † Poſtremò illud addemus in fabricenſibus
ſingulare, vt ex decoctione vnius omnes teneantur:
quia vnum corpus eſſe cēſentur.vt in l.iure prouiſum.
C.de fab.lib.11.in qua l.obiter nota, quòd Budæus in
annotationibus in Pandectas,in l.moris.ff.de pœnis,
ait, vbi legitur: Vniuerſi itaq; veluti in corpore vnius
formę vnius decoctionis(ſi ita res tulerit)reſpondere
cogentur,legendum cenſuit, vnius decoctiones,ſi ita
res tulerit,reſpondere cogētur,& vide l.2.C.de fund.
rei priuat.lib.11.& ne hoc quidem tacebo, cùm quo-
tidie decoctorum numerus increbreſcat, ſeueriſſimè
in fraudulentos decoctores animaduertere,ſalus eſſet
8 † mercaturæ, acerbitas enim plerunque vlciſcendi
maleficij,bene atque cautè viuendi diſciplina eſt, &
nonnunquam conuenit, vt aliquorum maleficiorum
ſupplicia exacerbentur, quoties multis hominibus
craſſantibus exemplo opus eſt.l aut facta in fin. ff.de
pœnis,de quo apud Abb.in c.at ſi clerici,nu. 8. extra
de iud.Gram.in conſ.17.num.15.conditoris,& c.ſolēt
propterea iura municipalia aduerſus decoctores con-
ſtitui,de quibus ſuo loco dicemus,tractat enim Iaſo.
in §.fin.Inſtit.de act.& videbis Alciat.in Parerg. lib.
11.c.47.

Deinde ait Bald. decoctores propter dolum ceſ-
ſionis beneficium non habere, quod eſt miſerorum

ſubſidium,non autem præſidium doloſorum,& probatur eius ſententia ex l.fi.in §.fi.ff.quę in fraud.cred.
9 & argum.l.penult.ff.de iure dotium. † vera quidem Baldi eſt ſententia in eo decoctore, qui bona ita diſperdidit,vt recuperari non poſſint, & propterea addidit propter dolũ. Cùm enim dolo malo bona alienauerit, adeò vt reperiri nõ poſſint,indignus eſt legis beneficio:quia in legem commiſit, l.ſed & ſi ex parte.§.interdum.ff.quod cum eo.& in eadem opinione fuit idem Bald.in l.1.num.8.C.qui bo.ced.poſſ.& in conſ.400.quòd Iacobus,in fin.vol.1.& fuit ſententia Bart.in l.alia.in §.eleganter.in fin.ff.ſolut.matrim. & huic ſententiæ aſſentitur Iaſon.in §.fin.Inſt.de actio. num.8.& ſeq.& num.18.& Paul.Par.in conſ 94.nu.1. vol.1.& latè ſcribit Nic. Boë.dec. 349.quæritur, an ciuiliter,col.7.& ſeq.ſubdens nõ gaudere quinquennali,aut annali dilatione.
10 †Exemplum eſt in eo mercatore,qui cùm non ſoluendo ſe eſſe ſciat,pecunias mutuas recipit.l. pen. ff. de iu.dotium. legi etiam Paul. Caſtr. in conſil. 179. viſo puncto,in 2.par.Baldi ſententiam probantem,& citat l.ſi quis dolo.in princ.ff.de re iud. & videbis reſponſum Paul. elegans enim eſt & quotidianum, loquitur enim in eo decoctore,qui ad pactiones creditores traxerit, & ſecundum pactiones non ſoluendo eſſe repertus fuerit. Placuit etiam relata ſentẽtia Dy. in §.item ſi quis in fraudem.Inſtit.de actio.vbi Iaſo. ſub num.92.inquit ceſſio bonorum liberat à carcere. Sed quid vtilitatis afferat intruſio debitoris in carcerem,ſubdit ſe non videre,quando nudus debitor creditorum expenſis alendus eſt, cùm de ſuo non habet, iuxta gloſſ.in l fin.in verſic.agnoſcere.C.de erro.mil. ann.lib.12.ad quod videbis Matth.ab Affl.deciſ.71. fuit dubitatum,ego verò rationi Iaſonis ex verbis Iuriſconſult.in citato.§.fin.l.fin.ff. quæ in fraud. credit puto reſponſum parare in illis verbis, prætor nõ tantum emolumẽtum actionis,intueri videtur in eo, qui exutus eſt bonis quam pœnam,& hic illud ad confirmationem prædictorum ſubiungi poteſt, clariſſimi
11 iuris eſſe filiumfamiliàs † etiam in poteſtate parentis conſtitutum ex omnibus cauſis,tãquam patremfamiliàs obligari, & ob id cum eo tanquam cum patrefamiliàs inſolidũ agi poſſe.l. filiusfamiliàs. ff. de actio. & obligat.l.tam ex contractibus.ff. de iudiciis, & ſi non habet vnde ſoluat,capi poteſt.l.3.§ ſed vtrum.ff. de minoribus.l.1.C.qui bon.cedere poſſunt, eius tamen rei nomine,quæ contracta cum eo erit,cùm is in poteſtate eſſet,ſi poſtea emancipatione, vel aliter ſui iuris factus erit,in id tãtum quod facere poteſt, datur actio.l.2.ff. quod cum eo, niſi tamen ſit hæres patris, quia inſolidum cõuenitur,l.2.l.ſi ex alio C.eod. eaq́; propter cautela eſt, vt filiusfamiliàs mercator qui
12 vult carcerem† euitare,ſe emãcipari procurat,vt Dd. in citatis legibus ſcripſere,vel mortuo patre paternis bonis renuntiet quod notauit Baldus in d.l.ſi ex alio. & Paul.Caſtrenſis in dicta leg.ſecunda.C. & ff. quod cum eo,& Veron.in can.ſuis cauſ.13.ſcis,quòd filiusfamiliàs,& ſcripſit plenè Paulus Parmenſis,in cõſilio nonageſimo quarto,volum.1.& ſecundum relata loca quod dicimus, intelliges. Si tamen filiusfamiliàs decoxiſſet,& fraudem in decoctione admiſiſſet,indi-
13 gnus eſt † & ceſſionis beneficio, d.l.2.ff. quod cum eo, ceſſant enim huiuſmodi beneficia in his, qui ſua culpa non ſoluendo facti ſunt, propter fraudem, vt ſcripſit Paris in dicto conſilio, qui citat l. ſed interdum.in fin.& l.cùm qui.ff. quod cum eo. & ad materiam dilationis, ceſſionis bonorum addes Matth. ab Afflict.deciſ.277.& in duabus ſequentibus. Deciſ.& Staph.in tractat.de lite.gra.& iuſt. pagin. 170. & illud,quod ad rem pertinet, non ignoro decoctorem,
14 qui bonis ceſſerit,nec agere,† nec conueniri poſſe. l. item ſi vnus.ff.de arbit.& ſecundum ea, quæ leguntur,& notantur in leg.is,qui bonis, & in l. qui bonis. ff de ceſſ.bonorum,ſed quod diximus decoctores dilatione quinquennali gaudere non poſſe,an verùm ſit diſſeremus in ea parte, qua de pactionibus inter debitores,& creditores tractabimus,& vide Par.in conſilio cap.volum.3. Sequuntur verba Baldi, facileſq́ue ſunt, ad mentiẽdum verò verius eſt,quod inquit Baldus,idq́ue,& Seuerinus, & Boët. in citatis locis probant,& ipſa experientia decoctores mentiri facilè ſo-
15 lere quotidie audimus, † ex qua argumentum licet ſumere ca.quàm ſit,de electio.in 6.clementi.diſpondioſam.de iudiciis, quod Baldus ideò adiecit, vt extra gregem bonorum virorum hoc genus hominum eſſe penitùs oſtenderet. Nigidius enim apud Gel-
16 lium † ait, vir bonus præſtare debet, ne mentiatur prudens, ne mendacium dicat. Pœnæ verò aduerſus
17 mendaces,& illos, qui mentiuntur, variæ† ſunt conſtitutæ,& illas percenſere non eſt noſtrum,de quibus in l.ſed ſi ex parte,in §.interdum.ff. quod cum eo, & in leg. finali, & ibidem Bald. C. de fidei. & in leg. ſi quis dicat.ff.de manu.& in leg.finali.ff. de rei vendicatio.& in authentic.contra qui propriam.C.de non numerata pecunia, & facit text.in leg. ſi quis ex argentariis,in §.cogentur.ff. de edendo, in illis verbis, quid enim ſi humilis,& deploratus vnus edidit,vt dubitare,quis meritò de fide editionis poſſit. Item leg. ſi vnus,in fine.ff.pro ſocio.& videbis Felyn. in capit. cæterùm, numero 28.de iudic.& Iaſ. in leg. quod te, numero 30.ff.ſi certum petatur,qui nonnulla beneficia propter mendacium amitti refert. Vnde præceptor meus Paul. Parmenſis reſpond.libr. 1.reſpon.57. numero 41. meritò inquit contra mendaces iura inſurgere.
18 † Subiungit Baldus, & ad colludendum faciles, quod & verum eſſe nemo ambigit, ſi quidam excogitatas artes ſtudent, vt creditores fraudent,de quibus in titulo.ff.de his,quæ in fraud. credit. & in titul. ff.& C.de collu. dete.vbi Azo. & ſcribit Cardinal.in clemen.cõſtitutionem,in §.ſanè,in principio,& apud eũdem notatur de electio.& nos tractabimus, & colluſiones complures detegemus.
19 † Subiicit poſt hæc Baldus noſter à communiter accidentibus, falliti ſunt fraudatores, & præſumitur omnibus ineſſe,quod omnibus eſt commune. Optimum & naturali rationi conſonum Bal. eſt argumen-
20 tum,ex eo, † quod ſolitum eſt, & vt plurimum eiuſdem generis homines facere conſueuerunt,ex perſonis enim facta dictaque penſamus.l.final. ff. de actio. & obligat. Bald.in l.ſecunda,numero 34.C. de ſer. & aqua.& de argumento quo vſus eſt Bald.habetur in l. certi condictio. in §. ſi numos. ff. ſi certum petat. & notat.gloſſ.in leg.neque natales.C.de prob.vbi Bald. in l.cùm dotem.C.de iure dotium.Alexand. in l. non hoc,vnde legi.& Deciſ.in conſil.506.ad dubia, circa fin.conſilij, vbi & mente Baldi ait in materia probationum eſſe vtiliſſimum.De quo videbis, quæ ſcripſit Mar.in ſing.1.336.& 495. Imitatus eſt etiam Baldus noſter veteres Iuriſconſultos,qui inculpatæ vitæ homines aliquando inuehebantur;, vt in leg. quantæ. ff. de Publi. & in leg. 3. §. miratur. ff. nautæ caupo. ſtabul.
21 † Quod autem inquit Baldus ob aduerſam fortunam non excuſari,leg.epiſtolam, in principio. ff. ad Trebel.leg.continuus actus.§.illud;& §.cùm quis.ff.

ad

ad Trebellia non eſt perpetuò verum, nam aduerſam fortunam vbi decoctor eam probauerit, excuſationem præſtare, ſupra probauimus, & etiam dicemus. Nec citata iura Baldi ſententiam probant, defendi tamen poſſet Baldus ſecundum noſtram diſtinctionem non ſemel relatam in eo decoctore, qui partim ſuo vitio, partim aduerſæ fortunæ, decoxiſſet: nec puto Bald. noſtrum aliter ſenſiſſe.

Denique Baldus noſter, qui de iure noſtro propter ingenij acumen, & frequentes diſceptationes forenſes primum locum obtinet, aut certè poſt Bartolū,
22 † ſubijcit fallitus ergo fraudator, ſic enim lex eum
23 vocat, vnde † edictum fraudatorium. Conſequentia Baldi, quo ad præſumptionem ex verbis, & mente legum eſt, vt ex præmiſſis liquet, & liquidius ex infrà dicendis patebit, & meo quidem iudicio Iuriſconſultus innuit in leg. ſi hominem, in §. quoties, iuncta leg. ſequent. ff. depoſit. Ait enim Iuriſconſultus quoties foro cedunt nummularij, primo loco depoſitariorum ratio habenda eſt, deinde in leg. ſequent. ſubdit, quomodo priuilegium exerceatur, & inquit exerceri non tantùm in ea quantitate, quæ in bonis argentarij ex pecunia depoſita reperta eſt, ſed in omni fraudatoris facultatibus. Illum ergo, qui foro ceſſit lex fraudatorem appellat, & de fraudatore crebra fit mentio in compluribus ll. in titul. ff. quæ in fraud. cred. & de hoc verbo plenè ſcripſit Accurſ. in leg. imperatores, in verbo, fraudatori. ff. de curat. bonor. dan. Denique de edicto fraudatorio, de quo Baldus meminit, habes in leg. prim ff. quæ in fraud. cred. vbi Accurſ. ait appellari quandoque interdictum. ff. de ſolut. leg. pupilli in princip. meminit etiam de hoc interdicto Spec. in titul. de rebus eccleſ. non alien. in fin. Tu verò die vt per Bartolum in dicta lege pupilli in principio, & eundem in leg. ſi poſtulante, in princip. ff. ad Trebel. & Iaſ. in §. item ſi quis in fraud num. 5. & ſeq. inſtit. de actio.

Verbis igitur Baldi relatis, & interpretationibus factis, quoniam decoctorum ſingularia fraudum genera nouę inſidiarum rationes, ad fraudandumq; creditores excogitatæ artes ſumma cum ratione ſtomachum Baldo noſtro fecerunt, vt in eos inueheretur, & nos qui quotidie vidimus, valde mouent, ideò quædā ſubiungemus.

24 † Solent decoctores rationes tam in codicibus, quàm in aduerſarijs intricare in necem creditorum, ex quo dolus malus præſumitur. l. ſumma cum ratione, vbi text. notabilis ff. de pecu. leg. quidam. ff. de in rem ver. iuncta expoſitione Accurſ. & vide Iaſo. in §. item ſi quis in fraudem numero 37. inſtitut. de actio. Solent inquam rationes interdicere, adulterare, & turbare iuxta leg. prim. in §. final. ff. de ſer. cor. Vnde
25 de fide † librorum, & rationum meritò quis dubitare poteſt. leg. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de edend. De quo diximus in ſecunda. part. principalis tractatus, vbi ſpeciatim de eo mercatore meminimus, qui ſe librum non conſcripſiſſe dicit. Quod audiui quoſdam decoctores affirmaſſe, ne fraudes detegerentur. Benè igitur fecerint creditores, ſi decoctione debitoris ſecuta, ſtatim libros exhiberi petierint, & rationes diligēter rimati fuerint. Ex his enim fraudes, ex his dolum, & decoctoris, & aliorum ſubtili inquiſitione perſpicient, earum enim, quæ præcedunt, vel quę ſequuntur ſummarum ſcripta ſpectanda ſunt, ex præcedentibus namque ſequentia declarantur l. ſi ſeruus plurium §. final. ff. de legat. 1. & C. de inſtit. & ſubſtitutio. leg. penult. Quidve etiam & quantum in bonis decoctoris ſint, etiam per domeſticos inueſtigari poteſt, leg. 2. C. quando, & quibus quarta pars deb. libro decimo, & ſcribit Bald. conſilio 400. num. 10. lib. 5.

26 † Solent etiam decoctores merces ipſas, & bona intricare, obligando, conſumendo, donando, alijſque paulo ſuperius relatis modis. Vnde (vt in initio diximus) & conturbare fortunas, & rationes dicebantur, & cum ſuſpicantur aliquem ſecum acturum, alio merces auertere, & poſſeſſionem ipſarum in alium transferre, ex quo dolo non carent: dicta lege, ſumma cum ratione, quam legem Bartolus, & Baldus, & plerique alij contra debitores notant: quæ confirmabis ex his, quæ Andr. Tiraquellus ſcripſit in commentarijs de vtroque ret. §. 3. gloſſa prima, pagina 98. & ſequentib. num. 16. & ſequentib. num. & aliud genus fraudis videbis in l. nam & poſtea. §. ſed & ſi quis. ff. de iure.

27 † Item, & illud, quod decoctorum eſt non tacebimus: plerumque enim merces data opera vilioris diſtrahunt. Vnde videbis Andream Tiraquellum in relato loco, & Iaſ. in § item ſi quis in fraudem, nu. 46. & addes elegantem textū, in leg. illud in §. ſi cui dolo. ff. de trib. & quod ſingulariter Iuriſconſultus inquit in leg. ſi debitor, & lege ſequent. ff quę in fraud. cred. ſi in fraudem creditorum res aliquas minori pretio alicui vendiderint, qui fraudem non ignorauerint, alienata per creditores reuocari poſſe, etiam ſi pretiū non reſtituatur, ſi tamen nummi ſoluti in bonis decoctorum extent, iudex eos reddere iubebit: quia ea ratione nemo fraudatur.

28 Conſueuerunt † etiam mercatores, cùm iam conturbandi conſilium inierunt, ſe aliquibus creditoribus gratioſos reddere, vel enim cùm in diem debent præſens ſoluunt, quæ ſolutio reuocari poteſt, quoniā prætor etiam in tempore fraudem fieri intellexit. leg. ait prætor. §. ſi cùm in diem. leg. omnes. §. final. ff. quæ in fraud. cred. iiſdemque locis de pignore dato vel remiſſo notatur, vel etiam aliquibus creditoribus ad ſuum conſequendum vigilantibus, ſoluunt, cum alios magis priuilegiarios habeant, & meritò, ſolutiones retractari poſſunt, vt ſcripſit Paulus in leg. ſumma cū ratione, num. 6. ff. de pecul. citat. leg. ex facto. in §. fin. eodem titul. & leg. 3. ff. quod cum eo, vnde Bald. in l. 1. num. 19. C. qui bonis cedere poſſ inquit poſteriores creditores prioribus anteponendos non eſſe, ſed creditoribus ſolui debere, vel pro rata, vel ſecundum prius, & poſterius, ſi habent hypothecas, niſi debitores lege vel ſtatuto permittente facerent. C. de iure deliberan. l. fin § & ſi præfatam, & l. legis Iuliæ. C. qui bonis cede poſ. ſed de his ſuo loco dicemus.

29 Vulgare etiam † ac vſitatum eſt decoctores omnia bona ſua, vel maiorem partem alienare, ex quo Bald. in loco paulò ſuperiùs relato, dolum & fraudem præſumi ait. l. omnes in §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred. idq́ue ſiue ſimul, & ſemel, ſiue interpollatis viribus fecerit. ff. de legat. 3. l. nomen. §. filio. Ad quorum interpretationem, & declarationem vide Aret. inſtitut. quibus ex cauſis mat. non lib. §. in fraudem, & Iaſ. in dicto. §. item ſi quis in fraudem, num. 34. & ſequentibus. Deciſ. in conſil. 587. numero 9. & Paul. Par. in conſil. 70. volum. 4. vbi de donatione omnium, ſeu bonorum partis meminit, quibus adijcies, quod doctè quidem ſcripſit Angel. de mercatore, qui omnia bona in fraudem futurorum creditorum donauerat, vbi eleganter fraudatoris cōiecturas enumerat, quod Angel. reſponſum eſt ſub numero 48. quidam Franciſcus, & quæſtionem de mercatore, ſeu eo, qui mer-

caturam exercere deſtinauerat. filioque naturali om-
nia bona donauerat, tractat Bal. in rub. de reuoc. his,
quæ in frau. cred. numero 8. & Angel. Aretin. in §. itē
ſi quis in fraudem, numero 11. & propè numero 12.
Pet. Vbal. in tract. de duobus fratribus, in 8. par. num.
31. & quid in materia ex facto conſulto, eidem Baldo
noſtro placuerit, videbis in conſil. 466. volum. 5. ad
intelligentiam numero 9. verſicul. ſed certè, qui ait
ex inſolita, & repentina bonorum omnium alienatio-
ne fraudem præſumi, & ſubdit, in fraudulentis mer-
catoribus fraus eſt præſumenda, vt in regula, ſemel
malus.

30 † Illud decoctorum vſitatiſſimū, & pulcherrimum
genus fraudis eſt, vt per biduum triduúmve ante de-
coctionem, vel generant, quid fraudationis cauſa, vel
contrahant, in quo Baldus elegantem quæſtionem
proponit in conſil. 400. volumine primo, non ſemel
relato, de hoc enim quæritur apud eum, Antonius in
rationibus librorum cuiuſdam quæſtoris creditor in
mille factus erat, eadem ratio in quingentis duntaxat
in Bernardum tranſlata fuit. Deinde idem Bernardus
decoxit amiſſa fide, & duobus diebus antequam de-
coxiſſet, eandem rationem quingentorum in eūdem
Antonium tranſtulit, & nomine Antonij deſcriben-
dam curauit, dicebant creditores tranſlationem in
fraudem factam, negabat Antonius, reſpōdit Baldus,
ex coniecturis, vt in conſ. qood legito.

Hîc ſubiungi poteſt illa hæſitatio de mercature,
31 qui cùm † iam conſilium fugiendi iniuiſſet, merces ab
alio emit mercatore, qui merces habita fide de pretio
tradiderit. Præſumitur enim præcedentem dolum
cauſam dediſſe fidei habendæ de pretio, & perinde
habetur, ac ſi fides non eſſet habita, & conſequenter
mercium dominium non intelligitur tranſlatum, vt
ſcribit Angel. in leg. ſi cùm dotem, in §. ſi mulier. ff.
ſol. matrim. vbi idem Angelus ſubdit huiuſmodi quæ-
ſtionem ex facto propoſitam fuiſſe tempore deco-
ctionis Guardorum, & in ciuitate Boonię, & deinde
ſcripſit in hæc verba: intelligam autem mercatorem
conſilium iniuiſſe fugiendi, ſi hoc dixit coram aliqui-
bus, l. Fulcinius. §. quid ſit autem latitare in gloſſ. in
verbo, animus. ff. quibus ex cauſis in poſſ. ea. vel etiam
ex vicinitate contractus, & fugę, vt puta, quia merca-
tor fugitiuus hodie fugit, & heri merces emit, leg. ſi
ventri §. in bonis ff. de priuil. credi. Nota hoc & tene
memoria, hæc ille, cuius ſententiam ibidem Alexand.
probat. Vnde ſequitur, cùm dominium non ſit tranſ-
latum in mercibus venditis cæteris creditoribus, ip-
ſum venditorem præferendum, & in eadem ſententia
fuit Neg. in tractat. de pigno in ſecundo mem. 5. par-
ticul. numero 8. aliàs numero 13. vbi citat ita etiam
cenſuiſſe Veronen. in canon. ſuis pagin. 16. vulgatis,
colum. 1. & videbis circa fidem habitam de pretio. &
ad materiam Paul. Caſtrenſ. in l. procuratoris. in §. ſi
plures. ff. de tribut. leg. ſi quaſi. ff de pigno. act. Aret.
in §. venditæ, inſtitut. de rerum diuinatum. Sed & ad-
des prædictis quod eleganter ſcribit Iaſ. in conſil. 111.
aduertendum eſt, volumine quarto. Ait enim vbi tra-
ditio mercium non interueniſſet, vel actus legitimus,
quo poſſeſſio transfertur, puta conſtitutum, ſeu in-
ſtrumentorum, & librorum rationum traditio præ-
ſenti facta, leg prim. C. de donat. Ex quo merces in
dominio venditoris remanſere, & propterea hypo-
thecatas ſibi eſſe creditores non iure dicunt. l. rem
alienam. leg. aliena. ff. de pign. actio. certo certius eſſe
aduerſus venditorem & merces venditas decoctoris
creditores experiri non poſſe. Et quod diximus ex

32 breuitate temporis, fugiendi, & † fraudandi animum
dignoſci, & conſilium initum à decoctore præſumi,
comproba ex his, quæ ſcribit Deciſ. in conſil. 182. in
fine conſilij, & ex multis ſimilibus à Mar. congeſtis
in conſilio 48. numero 31. & ſequentib. & in leg ſtatu
liber. numero 5. vſque in finem. ff. de quæſtio. & in
eius Pract. crimin. in §. nunc videndum, numero 33.
vſque ad numerum 44. & Alc. in tractatu de præſum-
ptionibus in 3. reg. verſicul. 9. præſumitur, numero
23. & in verſic. decimò præſumitur, numero octauo,
& vtrubique apud eum notatur. Probabis etiam ex
multis interpretum locis relatis ab Audrea Tiraq.
in commentariis, de vt. ret. §. in gloſſ. 7. nu. 76. & ſeq.
num. pag. 96. & ſeq.

33 † Nec illud tacebimos, ſolere mercatores, cùm
iamiam ſe decocturos ſciunt, fallaces eſſe. Et illud
Plautinum verbum in ore habent: *Pol pudere, cùm pi-
gere conſtat totidem literis.* Et vt promptiùs ſibi pecu-
nia credatur, mentiendo dicunt ſe locupletes, pecu-
niam in rem aliquam collocaturos, fideiuſſores ido-
neos ſtatim daturos, vel confeſtim ſoluturos. Vnde
quia dolo malo faciūt, niſi ſit alia, aduerſus eos actio
de dolo danda eſt, leg. falſus. §. ſi quis. ff. de dolo. ſo-
lent & vti fallacia, de qua in eleganti leg. 3. ff. de pig.
actio. Item ſolent mercatores eorum fidei tuendæ ac
conſeruandæ gratia, quo ad eius fieri poteſt, poſt-
quàm ſciunt ſe ſoluendo non eſſe, & eorum fidem la-
befactatam iri, merces & res diſtrahere. Vnde vt ſcias
horum fraudes detegere, & clientulis tuis bene con-
ſulere, confugito ad Bartolum in l. ſi quis cùm habe-
ret. ff. de his, quæ in fraud. cred. Ait enim debitorem
34 in fraudem feciſſe, hoc ipſo probari, † quòd debitor
ſcit ſe habere creditores, & ſcit ſua bona non ſuffice-
re. Probatur autem creditores aliquem habuiſſe, ſi ip-
ſemet contraxit, quoniam facti proprij non poteſt
ignorantiam prætendere, l. quēquam. ff. ad. S. C. Vel.
35 Modus etiam probandi † quòd quis ſciret bona ſua
creditoribus non ſufficere, habetur ex commentariis
eiuſdem Bartol. in authen. ſed cùm teſtator, numero
5. C. ad l. Falc. & ſcribit Iaſ. in relato. §. item ſi quis in
fraudem, numer. 46. in quo loco alias fraudes notare
poteris, ſed quoniam tot ſunt decoctorum fraudes,
quot vix dici, aut enumerari poſſunt, quædam loca
36 breuitatis † cauſa referemus, ex quibus aſſumes, quæ
ad materiam pertinent. Scribit igitur Bald. in mate-
ria certa, & eleganti doctrina in cit. conſil. 400. in 5.
volum. & in conſil. 149 proponitur, quòd ex cauſa de-
poſiti volum. 1. vbi plenè, & eleganter ſcribit, & idem
Bald. in decoctore ſcripſit in conſilio 431. caſus talis
eſt, eod. volum. 1. & ad præſumpt. doli mali, & fraudes
confugito ad Luc. Pen. in l. quemadmodum. C. de
agri. & cenſ. vbi & plenè, & copioſè tractat Aret. in §.
in fraudem. inſt. quibus ex cau. manu. non lib. Andr.
Tiraquel. in com. de vt. ret. §. 1. gloſſ. 8. numer. 74. &
ſeq. pag. 96. & ſeq. & videbis quæ habentur. ff. quæ in
frau. cred. per totum, & quæ ſcripſit Bald. in rub. C. de
reuoc. his quæ in frau. cred. Bartol. in verſ. fraus, qui-
bus addes, quòd ex facto conſulto placuit Decio in
conſil. 260. Quæritur breuiter. Reſpondit enim re-
miſſionem factam à marito de lucro dotis, quod le-
37 ge municipali † defertur vxore præmortua eidem
vxori, reuocari à creditoribus mariti, tanquā in frau-
dem factam non poſſe. In qua quæſtione adiicies, quæ
ſcripſit Anchar in conſil. 101. & Socin. in conſil. 76.
quia per dominum, numero 6. volum. 4. & videbis,
quæ ſcripſit Andr. Tiraq. in com. de vt. ret. §. 26. gloſſ.
1. num. 10. & ſeq. pagin. 595. idem & illam quæſt. non
abſimi-

abſimilem adnotabimus, quam Alex. Iaſ. & alij tra-
ctarunt in l.ſi mihi & tibi, in fin. principij. ff. de legat.
38 1. quidam teſtator † fundum legauerat vxori ſuę, & fi-
lium inſtituerat, qui filius deinde etiam matri hæres
extitit, cumq́ue mater mole debitorum prægrauata
eſſet, filius matri ſuæ legatum fundi factum repudia-
uit, vt ab eo creditores matris excluderet, idq́ue le-
gatum filius, vt patris hæres retinuit, in qua quæſtio-
ne plerique ſenſere repudiationem tenere, & videbis
Alex. in conſil. 113. pro deciſione vol. 3. nouiſſimè in
materia fraudum illud addendum eſt pręſumptiones,
& coniecturas in huiuſmodi pro legitimis probatio-
nibus haberi, & videbis Iaſ. in conſ. 141. circa primũ,
39 vol. 4. qui eleganter † loquitur & contra decoctores
omnem coniecturam creſcere, quod non ſemel dixi-
mus referendo Nic. Boër. deciſ. 215. & Seue. in tract.
de ſuſ. & ſugit. q. 1. num. 13. & de confeſſione ſacta à
marito de dote cum ſoluendo oon eſſet vel futurus
non ſoluendo, an noceat poſterioribus creditoribus,
mercaturibus ſcripſit plenè Goza. in conſ. 28.

Poſtquàm de fraudibus decoctorum cum Bal. diſ-
ſeruimus, bene eſt contra eos aliqua etiam tractare,
40 & primùm † ſciendum eſt, liberum hominem pro
debito regulariter capi non poſſe, & creditori ſeruire
ob æs alienum, iura non pati. l. ob æs. C. de actio. &
oblig. c. lator. extra de pign. & plenè ſcribit Bartol. in
l. ſi. ff. ad l. Iuliam pec. vnde cùm non poſſit capi ſi ad
Eccleſias confugerit, inde extrahendus non eſt. l. prę-
ſenti. §. 1. C. de his qui ad Eccleſ. confu. ſi enim eſſet
extra Eccleſiam cedendo bonis carcerem euitaret. l.
41 1. C. qui bo. ce. poſ. Sed ſi † lege municipali caueretur
liberum hominem propter æs alienum capi poſſe, ex
Eccleſia extrahi poſſet, vt eleganter legũ pater Oldr.
probat in conſ. 54. An fugieus pro debito. vbi adiicit
in illis iuris articulis, in quibus debitor in carcerem
detrudi poteſt, extrahitur ex Eccleſia. Citat quæ no-
tantur io l. nemo. C. de exact. tribu. & cõſuetudinem
loci ſpectandum eſſe. Qua de re belliſſimè tentat di-
cere Nic. Boër. deciſ. 215 paulò ſuperiùs citata ſub
42 num. 7. † Cùm decoctores beneficium ceſſioois non
habeant, & in carcerem detrudi poſſint, ſecundùm
ea, quæ ſuprà diximus, beneficio immunitatis Eccle-
ſiæ nou debent gaudere: arg. §. ſed neque verò publi-
corum trtbutorum, in Authent. de mandat pr. Idq́ue
in Gallia obſeruatum refert, quod ſingulariter no-
tandum eſt, cùm decoctores ſoleant ad Eccleſias,
tanquam refugium tutiſſimum confugere, & his adii-
cies, quæ ſcripſit Bald. in conſil. 400. quòd Iacobus
volumine primo, in quo loco quædam ad rem colli-
ges, & reſpondit in ſecuritate decoctori à Principe
conceſſa.

Item animaduertendom eſt ſolere mercatores, qui
pecunias mutuas ſumpſere, cum ipſis pecuniis, vel bo-
na earum parte aufugere, ſeq́ue non ſoluendo eſſe aſ-
ſerere, & deiode immobilia bona creditoribus offer-
re freti, vt æſtimatores rerum, qui, ſinge ex lege mu-
nicipali adhibendi ſunt, vel amicitia, vel miſeratione
ducti plus æquo refeṙant. Sciendum eſt igitur regu-
43 lariter † creditores in pecunia ad id compelli non
poſſe, cùm aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non
poſſit. l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pe. vbi iuris interpretes plenè
ſcribunt. Sed & in materia videbis. l. cum à quo iũcta
Auth. hoc niſi, quæ l. prædictam ſubſequitur. C. de
ſolut. & quòd ex facto conſulto Romano placuit in
conſ. 163. conſtitutio curiæ, qui belliſſimè in quęſtio-
44 ne propoſita differunt. † Sed & addes ad interpreta-
tionem d. Auth. Alexand. in conſil. 37. num. 6. & num.
14. vol. 2. Lud. Goz. in conſ. 27. nu. 37. & in conſ. 32.
per totum Iaſ. in conſ. 9. nu. 12 & ſeq. vol. 1.

Illud etiam non eſt prætereundum, quod ſcripſit
Paul. Caſt. in l. hæres à debitore, in §. quòd ſi ſtipu-
45 tor. ff. de fideiuſ. † Ait eoim, nota in perpetuum iſte
verſiculum in cauſis mercatorum ceſſantium: cum
enim aufugiunt, ſi credirores (vt ſolent) omnium bo-
norum decoctoris poſſeſſionem apprehendunt: non
tamen ex hoc decoctores ſunt liberati, & minus fi-
deiuſſores, tũc enim liberantur, cum bona in ſolutum
dantur. Quæ Pau. ſententia vera eſt: & probatur in ci-
tato. § in illis verbis, quod ſi poſſeſſio rerum debito-
ris data ſit creditori æquè dicendum eſt fideiuſſorem
46 manere obligatum. † Suadetur etiam ex eo, quod ſę-
piſſimè eſt conſtitutum, & certo certiùs eſt, non pro-
hiberi creditorem, qui realem viam ſibi elegerit, ad
perſonalem redire, & contra. de quo Bartol. iol con-
ſentaneum. C. quomodo, & quan. iud. col. fin. Bal. in l.
ignorare, in fin. C. de reſt. mil. Alex. apud Bartol. in l.
hæres, in §. quòd ſi hic ſeruus. ff. de fideiuſ. & belliſſi-
mè ſcripſit Dec. in conſ. 12. & pro tenui, col. 2. & ſi &
in conſ. 73. præſtantiſſimè doct. in fi. & conſ. 562. viſo
puncto, num. 8. & ſeq. Marſil. ſingul. 398. & pleoè, ac
eleganter ſcripſit Iaſ. in couſil. 9. reuerende domine,
vol. 1. & in conſ. 28. reuerende domine vicariè, nu. 2.
eod. vol.

47 † Expedit & illud mercatores non latere, qui ſo-
cietates inire ſolent, ſi vnus ex ſociis mole debiti prę-
grauatas bonis ceſſerit, & ſubſtantia eius væncat, ſo-
cietatem ſolui. l. actione. §. 1. ff. pro ſocio. inſtit. de ſo-
ciet. §. ſoluitur, verſ. item ſi quis, vbi Aret. ait: Nota,
quòd eo ipſo, quòd vnus ex ſociis efficitur nõ ſoluen-
do, & bonis ceſſerit, vel propter debita publica, vel
priuata, ſtatim finitur ſocietas, & ideò ſi ſocietatem
coiui cum Titio io arte lanæ, & Titius in aliis ſuis ar-
tificiis ruperit, ſeu decoxerit, & bonis ceſſerit, ſtatim
in arte lanæ ſocietas eſt ſoluta: & ſi ego & Titius ad-
huc in ſocietate cõſenſum accommodamus, noua vi-
detur inchoari ſocietas, & antiqua ſoluta eſt, nouaq́ue
pacta fieri poſſunt, & antiquis non eſt ſtandum. Qui-
bus addes, quod præceptor meus Paulus Par. ſcripſit
io conſ. 82. aduertendum, vol. 1 num. 40. & ſeq. num.
Ait enim ex decoctione ſola ſocietatem nõ ſolui, ſed
ceſſionem ſubſequi neceſſarium eſſe, vt dicitur in §.
48 ſoluitur, † & longam eſſe differentiam inter cedere, &
decoquere. Subditq́ue quòd dicitur in l. ſocietatẽ, in
§. diſſociamur. ff. pro ſoc. Egeſtate ſocietatem ſolui
tribus modis poſſe intelligi, egeſtate, id eſt, publica-
tiune bonorum, vt innuit text. in l. actione. §. publica-
tione, eod. tit. vel egeſtate, hoc eſt, bonis omnibus à
creditoribus venditis. Quod ſenſiſſe videtur Iuriſc. in
d. l. actione, in princ. Vel & tertiò egeſtate. i. ceſſione
bonorum, & hoc verbum ita expoſuiſſe videtut Imp.
in §. ſoluitur, ver. item ſi quis ex ſociis, vt & Accurſ. &
Bald. ibidem notaruot, idq́ue ex eo probat, quooiam
ſocietas ioter eos, qui non ſunt æquis ſacultatibus,
coiri poteſt, & valet. l. ſocietas, eo. tit. quam interpre-
tationem præceptoris mei tanquam congruam & ex
mente legum, non improbo. Decoctorem autẽ illum
verè eſſe credimus, quem in 2. parte deſcripſimus.

Idem etiam præceptor meus in conſil. 94. ſpecta-
49 biles, num. 62. in 1. vol. inquit, † ſi vuus ex ſociis de-
coxerit, non propterea alios ſocios fraudatores dici
poſſe, ſi culpa carent, citat Petr. de Vbal. Petr. Anc. in
conſ. 400. & Cu. in conſ. 172.

50 † Et illud notandum eſt in iure noſtro, receptum
eſſe, mandatum ipſo iure reuocatum intelligi, vbi de-

terioris coodi‍tionis mãdatarius effectus extitit. Cùm
enim cauſa noua ſuperuenit,quam ſi mandans ſciuiſ-
ſet,veriſimiliter reuocaſſet,legis diſpoſitione pro re-
uocato habetur:elegãs text.eſt in l.ſi cùm Coroelius.
ff.de ſol.vbi Din.Bart.& Paul.notant: tacitè enim in
mandato hoc ineſt, ſi in eodem ſtatu màdatarius ma-
neat.l.cùm quis,in princ ff.eod.vbi Paul.idẽ probat,
& Alex.idem ait in l eum qui ita. §. qui ſibi aut filio.
ff.de verb oblig.& Ang.in l. Stichum. in §. vſumfru-
ctum.ff.de ſol.comprobando declarat,& vide Bart.in
l.io confirmando.ff.de confir.tut.& in l.liberto. in §.
largius ff.de annu.leg.& notat Felin.in c.ex parte de-
cani,col.13.verſ.fallit decimò,numer.43.extrà de re-
ſcript.& breuiter, & doctè in materia idem reſpódit
Rapha.Cu.in conſil.146.Simon,Elias,& Petrus,n.5.
& eleganter Bald.& Ang. ad rem noſtram ſcribunt in
51 l.rogaſti.in §.ſi fugitiuus.ff ſi cer. petat. † Inſtitores,
qui alicui negotiationi à mercatoribus præponuntur,
vel ſocios,qui ab aliis procuratores conſtituuntur eo
ipſo,quòd fugerint,ſeu decoxerint,reuocatos intelli-
gi,mandatum enim à lege reuocatur, domino igno-
rante, & ideò non eſt neceſſarium contrahentes cer-
tiores facere,quia non ex facto reuocantis,reuocatio
originẽ trahit,ſed reuocati, cuius facti dominus pro
babilem poteſt ignorantiam prætendere, & videbis
ibidem Iaſ.ſub num. 3. qui declarat alios referendo.
Sed eodem in loco Decius ait hanc ſententiã veram
eſſe,vt mandatum cenſeatur reuocatum,ſi quęramus,
an ex mandato, vel propoſitione dominus, vel præ-
ponens obligetur: verum eſt enim non obligari. Si
verò quæramus,an hi, qui ſoluerint procuratori, vel
inſtitori, ſint liberati, & putat, liberatioois fauore,
propter ignorantiam,qui ſoluerunt,liberari. l. ſi non
ſortem.§ qui filiofam.ff.de condit.indeb. citat Bald.
poſt Cyn.in l.pater hæredi.in §.ſi.ff.de teſta.tut. Ego
verò in huiuſmodi differentia, quam conſtituit Dec.
ſubſiſto. Licet enim Bald. in citata l. pater hæredi. &
Iuriſc.in §.qui filio,dicãt liberari eum, qui per igno-
rantiam ſoluerit,& loquantur in liberatione, & fauo-
rabilior ſit liberationis cauſa, quàm obligationis. l.
Arrianus.ff.de act.& oblig.l.fauorabiliores. ff. de re.
52 iur.† Idem tamen iuris eſſe puto in eo,qui cum inſti-
tore, ſeu procuratore decocto per ignorãtiam tamen
contraxerit, aliquídve geſſerit, vt, qood geſtum eſt,
teneat,& dominus obligetur.Mouet me,quia Accur.
in d.§.qui filiofamiliàs, loquitur etiam in obligatio-
ne,& Feli.in citato cap.ex parte decani. num. 42. re-
ferendo verba Bald.in l.pater hæredi.ſubdit. Propter
quod videtur generaliter dicẽdum, idem in aliis per-
ſoois aliquid gerentibus cum huiuſmodi procurato-
re fugitiuo, & ignorantibus eius conditionem. Hæc
ille. Et hoc admittẽdum videtur vtilitatis cauſa, & ne
ignorantia damnum afferat:arg.l.inter cauſas.ff.man.
& eius quod ibidem notatur.l.actione.§.morte,verſ.
item ſi alicuius.ff.pro ſoc.facit.§.rectè,inſtitut.mand.
Et magis imputãdum videtur ei,qui propoſuerit,ſeu
mandauerit,quàm ei,qui per ignorantiam contraxe-
rit. Dicet aliquis: Ad quid ergo lex mandatũ reuocat,
vbi mandatarius decoquit? Reſpondi, ſi ſciens quis
ſoluerit procuratori decocto non liberatur, idẽ iuris
eſt, ſi contraxerit, ſciens conditiooem procuratoris
immutatam cum eo, vt dominus non obligetur, vbi
verò per ignorantiam ſoluerit,vel cõtraxerit,& igno-
rantia eſt probabilis, & liberetur debitor ſoluens, &
dominus conſtituens obligetur. Idq́ue rationibus ad-
ductis,& arg.l.ſi quis patrem,& l.pen.ad Maced.& l.
53 fin.Titius.ff.de fideiuſſ.† Contrà verò vbi ſtatus im-
mutatio ex parte mandantis contingit, quid iuris ſit?
videbis,l.ſi quis alicui.ff.de acqui.hæred.doc.& pręci-
puè Alex.in l.eius.ff.ſi cert.pet.Socin.in conſ.172.
col.6.in 2.par.

54 † Denique creditoribus pignoris perſecutionem
ante diem dari contra decoctores,notarunt Bartol.&
alij in l.quæſitum.ff.de pig.poſt Accur.Bald.in l.vbi,
num.10.C.de iu.dot.Et contra ſuſpectos,& fugitiuos
complura ſcripſit Seu.in tract.ſuo de ſuſ. quæ cõſultò
prætereo,ne aliorum labores videar deſcribere, illud
55 ſolùm notabis,quòd in 9.q ait.† Debitorem ſuſpectũ
capi poſſe ante diem,vt caueat,quòd & verum eſt, &
ſcriptis ab eo addes Iaſ.in l.ſi ab arbitrio.ff.qui ſatiſd.
cog.nu.4.& ſeq.& Mat.ab Affl.dec.108.procurator.
Et in materia videbis, quæ plenè præceptor meus
Pau.Par.ſcripſit in conſ.99.iſte Ioannes, & ſeq. cõſ.
vol.3. Sunt & alia contra decoctores, quæ in variis
locis huius tractatus colliges: & quæ magis ad alias
partes pertinere nobis viſa ſunt.

QVARTA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ſi contra decoctores pro delicto pœnam imponit, num pœna, quæ de iure ciuili in eodẽ delicto eſt conſtituta, ſublata cenſeatur.*

2 *Statutum in proœmio, de fraudatoribus loquitur, dum verò diſponitur indefinitè: num intelligatur in eo qui propter fortuitam inopiam decoxerit: plenè diſputatur.*

3 *Proœmium legis vel ſtatuti mentem oſtẽdit, & finalem cauſam demonſtrat. vbi ex eo infertur.*

4 *Statutum, quòd decoctores dentur creditoribus lacerandi, non valet in his, qui fortunæ non ſuo vitio decoxerint, in his autem qui dolo, & cum pecuniis, & rebus alienis fugiunt, valet.*

5 *Spoliatus bonis ſuis belli cauſa inſolidum à creditoribus conueniri nequit.*

6 *Statutum generale ad æquitatem reſtringitur, & non trahitur ad ea, in quibus eſt eadem iniquitas.*

7 *Præſumptio quæ eſt contra decoctores, eos ad euidentiorem rerum demonſtrationem arctat, non autem eſt iuris, & de iure.*

8 *Statutum Florentinum quo cauetur, ſi debitor infrà certum diem creditoribus non ſoluerit, pronuntietur ceſſans, quem ſenſum habeat.*

9 *Statutum Peruſinum, quod iubet debitores, qui ad pinguiorem fortunam deueniunt, ſolidum ſoluere, quacunque conuentione non obſtante.*

obſtante, num referatur ad illum decoctorem, qui pactus eſt tempore, quo peruenerat ad pinguiorem fortunam, vt certa parte creditores contenti eſſent, & in 6. parte, num. 1.

10 *Statutum Florentinum, quod mandat creditores omnes in tributum vocari, & æquam omnibus eſſe conditionem, quòd valeat, & de interpretatione ipſius.*

11 *Statutum ſi ampliſſimam poteſtatem cuilibet concedit fugitiuum, & decoctorem accuſandi. quomodo intelligatur.*

12 *Statutum, quod ſyndicis iuriſdictionem tribuit declarandi bona, & iura, creditores & debitores, & nomina debitorum ceſſantium, non trahitur, vt ſyndici ius habeant declarandi domum ceſſantis eſſe ceſſanti hypothecatam.*

13 *Statutum, quod iubet tranſactionem initam à ſyndicis cum decoctore, adhibito conſenſu duarum partium creditorum, ratam eſſe, etiam alijs creditoribus irrequiſitis, & ignorantibus. quam declarationem habeat.*

14 *Statutum, quod officialibus, & ſyndicis poteſtatem dat vendendi quacunque bona ceſſantium, ſeu quæ declarata fuerint per ſyndicos ad ceſſantes pertinere, quem ſenſum habeat.*

15 *Statutum, quod filios, qui ſe ab hæreditate patris ceſſantis abſtinent, ad debita perſoluendum aſtringit, locum habet in filijs vere ceſſantium, non in filijs eorum, qui pro ceſſantibus habentur.*

16 *Item, quòd nõ comprehendat filios clericos, etiam in minoribus conſtitutos.*

17 *Item, quòd filij vigore dicti ſtatuti non teneantur ex contractibus à parentibus extra territorium factis.*

18 *Statutum Florentinum, quod patrem, qui permiſerit filium negotiari, & non contradixerit, pro filio obligatum iubet, non trahitur ad negotia, quæ extra territorium filius geſſerit, & circa dicta ſtatuta an valeant.*

19 *Statutum quod certis conditionibus fratrem decoctoris pro decoctore obligatum iubet, quomodo intelligatur, relatiuè.*

20 *Statutum, quod fratres omneſq; ad vnum panem, & vinum ſtantes pro decoctore obligat, intelligitur de his, qui in eodem loco, & domo morentur.*

21 *Statutum, quod mercatoribus creditoribus contra fugitiuos debitores priuilegium tribuit, intelligitur in his, qui tempore contracti debiti, & fugæ ſunt mercatores.*

22 *Statutum ſeu decretum Florentinum, quod officialibus ſuper bonis ceſſantium inquirendis, & ipſis plenam poteſtatem dedit, quam interpretationem habeat.*

23 *Statutum Florentinum circa modum pronuntiandi ceſſantem, & fugitiuum, quomodo intelligatur.*

24 *Statutum Florentinum, quod facultatem concedit prætori exequendi ſententias conſulum, prout ipſi conſules in omnibus & per omnia, an locum habeat in banno ceſſantis, propter quod & filij, & vxores obligantur: licèt ſi conſules facere poſſent alio ſtatuto id diſponẽte.*

25 *Statutum de pœnis ceſſantium, vt locum habeat, qualitates à ſtatuto dictæ debent concurrere, & eodem in loco, quia ſtatutum prædictum excipit neminem pro debito, in quo fuerit fideiuſſor. fugitiuum pronuntiari poſſe, ait patrem ad pœnas ceſſantium pro filio non teneri.*

26 *Statutum, quod mandat filios pro patribus teneri & iam ſi hæredes non ſint, non habet locum in filijs à patre exhæredatis.*

27 *Statutum, ſi fugitiuo ſeu decoctore ius reddi vetat, ſi vulneratus ſit decoctor, num quia accuſari nõ poteſt qui vulnerauit, inquiſitio etiam contra vulnerantem inſtitui non poſſit, diſputatur.*

PESSIMVM quidem genus hominum, decoctores eſſe, id nobis eſt etiam argumento maximo, quòd in variis mundi partibus municipalia iura ad improbitatem eorum compeſcendam ſunt conſtituta. Et ideò quædam, quæ in iure noſtro relata ſunt, vtilitatis, ac leuandi laboris gratia, breuiter referre decreui. Et ne longè abeamus, quæritur apud Bald. noſtrum in citato conſil. 381. volumine quinto, circa interpretationem municipalis legis, qua cauebatur, ne quis ciuis, vel comitatenſis, aut aliunde audeat fugitiuos patres, fratres, filios, maſculos, inſtitores, aſcendentes, deſcendenteſúe eius, nec hoſpitari, nec receptare in perſona, vel rebus conſilium dare, auxilium, fauoréinve, nec allegare, aduocareque pro eis ſub certa pœna, & eo addito, vt receptatores, & fautores ad reſtitutionem pretij rerum receptarum in duplum teneantur, quodque iudices ſub certa pœna poſſint & debeant inquirere, de qua lege municipali nos aptiori loco, in vltima, ſcilicet parte diſſeremus,
1 ſubiungit eo loco Bald. † ſi contra decoctores municipali lege pro delicto pœna imponeretur, num pœna, quæ de iure ciuili in eodem delicto eſt conſtituta, ſublata cenſeatur, & quoniam Bald. diſtinction. & argumentis reſpondit, breuitatis cauſa non refero, ipſum legito ſub num. 16. dicti conſil. Vtque veritatem in propoſita quæſt. facilè inuenias: addo loca infraſcripta Baldi, in lege fina. C. commun. vtri. iudi. columna quarta, Bartolus in lege ſanctio legum. ff. de pœn. Gram. in conſilio 35. in princip. & fin. Alber. Brun. in tractat. de aug. in 4. concluſ. verſic. ſit ergo & tertia conclu. &c.

2 † Item apud eundem Bald. in eod. loco eleganter quæritur, Lex municipalis in prooemio, de fraudatoribus loquitur, dum verò diſponit indefinitè, ſi mercator decoxerit propter fortuitam inopiam, non autem captatam, an legis municipalis rigor paupertatis ratione ſubleuandus, temperanduſve ſit, idem Bal generaliter ſtatutum intelligendum probat: quia neceſſarium eſſet probare fraudes, quod eſt difficile. Item quia non eſſet plenè conſultum creditoribus.

Item,quia ratio legis plerumque eſt vera in pluribus,
ſed non vt in omnibus, & tamen ſtatutum præciſum
nõ recipit interpretationem.ff.qui & à quibus l.pro-
ſpexit.Item ſi fallitus,ergo fraudator, & præſumitur
omnibus ineſſe,quod omnibus eſt commune,nec ex-
euſantur ob aduerſam fortunam , nec eſt nouum , ꝙ
aliquando plus fit in præſumptione, quàm in verita-
te.Dicit lex,quod hæres,qui nõ fecerit inuentarium,
renetur inſolidùm , quia præſumitur ſubtraxiſſe. Et
contra iſtam præſumptionem,quæ trãſit in ſtatutum
legis non poteſt contrariuoi probari,& probatũ non
reuelar,vt in authen.de hęred.& Fal.§.ſancimus. Ha-
ctenus Bald.in verba ſuprà ſcripta , qui ſubiicit hanc
ſeutentiam tutiorem : cum & ratio legis in ſola præ-
ſumptione firmetur. Ego verò in propoſito iuris arti-
eulo à Bal.diſſentio,licet eius authoritas, & rationes
me valdè mouerint. Puto tamẽ legis municipalis ſe-
ueritatem ad eum,qui fortunæ vitio , non ſuo deco-
xiſſet trahendam non eſſe,nec de eo,qui fortuito ca-
ſu in paupertatem inciderit , ſtatuentes ſenſiſſe. Mo-
uent me, quæ idem Bal.primo loco defendeudo hãc
3 ſentẽtiam ſcripſit.† Item,quia procemium legis mẽ-
tem oſtendit,& finalem cauſam demõſtrat, vbi ex eo
ioſertur,quod & Bal.non negauit.l.fi.ff.de hæred.in-
ſtit.& l.1.ff.ad ſenatuſconſ.Maced. & vtrobique no-
tauit Bar.Bal.in l.vt liberis.C.de colla.Imo.in l.ſi ita
quis.in §.ea lege.ff.de verb.oblig.col.peo.Io.Cro.in
repe.l.omnes populi.num.156.ff.de iuſti.& iure.So-
ci.in conſil.94.in princ.col.7. vol.1.Deci. in conſil.
301.& conſil.333.numer.2.& conſ.502.oum.5.Iaſ.in
conſil.1.col.5.in 3.dubio.& in fi.vol.1.vbi declarat,
& plenè Goz.ſcripſit in conſil.1.nu.14.& ſeq. Mouet
me etiam, quod ſcribir Bald.in l.1.nu.6.C.qui bonis
eedc.poſ.ait enim in hæc verba,dicit glo.olim ſtatu-
4 tum fuiſſe,† quod poſt quadraginta dies debitor cre-
ditoribus cruciandis dabatur,idq́ue tanquam durum
correctum fuiſſe. Sed quid ſi hodie tale ſtatutum fie-
ret , nónne valeret? Reſpondeo non,quia benè valet
ſtatutum,quòd in carcere publico detineatur,ſed nõ
detineatur in carcete priuato. Illud.n.fit pro crimine
capitali , vt infrà de priua. car.idem Bald. in l.fin.C.
eod.tit.qui bon.cede.poſ.ſub uu.4.ait.Quid de falſis
mercatoribus,qui fugiunt non ex fortuna, ſed dolo,
cum pecunia,& rebus alienis? Reſpondeo bene valet
ſtatutum , quòd dentur creditoribus lacerandi.ff. de
po.l.bona fides. Et in his animaduertendũ puto,quo-
niam in Bald.nulla eſt repugnantia. Nam iu his , qui
fortunæ vitio bona perdidere, ſtatutum ſentit nõ va-
lere,& ita intelliges,quod ſcripſit in d.l.1.in his verò,
qui dolo malo,contra ſentit, quam diſtinctionem in
ca.l.fin.probar Salic.ex qua diſtinctione habes argu-
mentum non leue pro noſtra ſententia. Et profecto
æqua,& probabilis eſt hæc ſententia,cum impium,&
inhumanum videatur fortunæ telis vexatum puniri,
& hominum infortunium etiam pœnis prægrauari:
argumen.l.diuus.ff.de offi.præſid.& l. tam dementis.
C.de epi.audi. & nocentium odio innocẽtes prægra-
uati eſt contra naturalem æquitatem.l. ſancimus. C.
de pœ.c.1.de inu.lib.6.& reg. non debet de regulis
iuris.eo.lib.& facit.quod ſcripſit Pet.Ancha.conſil.
164.de viribus , & efficacia. Vnde Ioan.Fab.& Ioan.
5 de Plat.in §. eum quoque inſtit.de actio. † ſcripſere,
ſpoliatum bonis ſuis belli cauſa inſolidum à credito-
ribus conueniri non poſſe,idq́ue pium,& æquum pu-
taot. Et licet ibidem Iaſ.mirabile , & notandum ex-
clamans cogitandum eſſe ſubiungat,Mar.tamẽ ſing.
241. commendat , & probat. Accedit ad prædicta,
quod ſcripſit Abb.in cap. ex parte in fin. de conſuet.

Vbi differeotiam in lege municipali conſtituit inter
decoctores doloſos,& ex propoſito, & illos qui for-
tunæ vitio,quem refert,& probat Marſi.in ſing.224.
filius. Et ex his habes fortuitam paupertatẽ excuſan-
dam:& in pluribus iuris articulis excuſationem præ-
ſtare non eſt nouum , & non parem rationem eſſe in
vtroque decoctore , quod in 2. parte huius tract. ex-
6 plicauimus.† Denique illud receptum eſt , vniuerſa-
lia verba legis municipalis ad æquitatem reducenda,
reſtringendaq́ue,oe quis indebitè damoum patiatur.
l.2.C.de noxa.Acc.& cæteri in l.fina.§. in computa-
tione.C. de iure deliberandi Bart.in leg. omnes po-
puli,in 6.q.prio.C.de iuſtitia & iur.Iaſ.in l.ſi ſeruum
ſtichum.§. ſequitur.in 2.num.ff. de verb.oblig.Soc.
in conſil.44. col.4.ad fin.lib.1. Hoc amplius inquit
Aret.in conſil,57.col.3.verſic.præterea poſito , & ſi
lex municipalis diceret, vnum pro alio obligari : in-
terpretationem tamen illam accipit, quando culpa,
vel negligentia ei poteſt imputari,qui pro alio obli-
gatur. Idem Are.ex facto conſultus reſpondit in con-
ſil.106.col.pen.io 3.dubio,generalia verba legis ad
ea non trahenda , in quibus euidens eſt iniquitas , &
quænam maior iniquitas eſſet, quam ſi innocens dã-
naretur,& qui vexatus fortunæ telis fuiſſet,idq́ue de-
monſtrare poſſet?poteſt & id , quod diximus ſimili-
bus ſexcentis argumentis confirmari , quæ conſultò
prætereo.Sed poterit lector elegans Aymon.reſpon-
ſum videre in 1. eius reſpon.lib. ſub num.3. iudex ha-
bens.Nec te moueat Bal.ratio,ſi hic,qui ad inopiam
vitio fortunæ peruenit,intelligeretur exceptus,ſeu in
l.noo comprehenſus,non eſſet plenè cred.cõſultum,
quia fraudem probare, eſt perdiſſicile. Quooiam de-
coctores tenentur bona creditoribus indieare:iuxta
ea,quæ notaot in l.1.C.qui bon.ced.poſſ.& C.de iu-
re delib.l.fi.§.licentiam,&in l.2.C.quando & quibus
quarta pars debe.& omnes, & ſingulas cauſas expri-
mere debent , quibus ſtrangulati ſunt:argu.l.1.C. de
prædi.decu.& dolus,& fraus præſumitur, & demon-
ſtratur ex pluribus, quæ ſupra retulimus.Accedit , ꝙ
decoctores poſſunt torqueri,vt indicent pecunias,&
merces receptas,quas nunc denegant habere,vt ple-
7 niùs vltimo loco dicemus.† Et præſumptio, quæ eſt
contra decoctores,de qua Bald.meminit,& diximus
ſupra in præcedeo.parte verſ.ſubiicit poſt hæc.& ver.
denique Bald.ad euidentiorem, ac duriorem proba-
tionem,ſeu rerum demõſtrationẽ decoctores aſtrin-
git:iuxta not.à Bal.in fin.ff. quod met.cauſ.cum his,
quæ addit Marſi.in ſing.451. decreui.& adde Alciat.
tracta.de præſumptio. in princip.3. part. numero 3.
Nec enim hanc præſumptionem illius generis eſſe
puto , quam vocant iuris, & de iure , & quæ proba-
tionem in contrarium tollat, vt ſenſiſſe videtur Bald.
adeò , vt ex ea damnari decoctor poſſit. Ex quibus
in qu.generaliter à Bald.propoſita,eum qui fortuito
caſu non ſuo vitio decoxerit , puto io l.municipali
non includi, vbi id conſtiterit , prout ipſemet Bald.
propoſuit.

8 † Conſtitutione curiæ mercatorum Florentiæ
cauetur , ſi debitor infra certum diem creditoribus
non ſoluerit , vel non ſatisfecerit , pronuntietur ceſ-
ſans interrogatus Romanus cùm Thomaſius qui-
dam à Spinellis bona immobilia Thomaſio Iaco-
mini creditori obtuliſſet , & quidem in tempore,
num conſtitutio iuris communis interpretationem
patiatur,hoc eſt, intelligatur , iuxta auth.hoc niſi C.
de ſolu.& in conſ.163.cõſtitutio curiæ,iuxta d.auth.
interpretandam probar. Idem interrogatus,an obla-
tio bonorũ immobilium per Thomaſiũ ſimpliciter
facta,

facta,eidem profuerit?& reſpondit nõ profuiſſe, do-
cetque ſatis eleganter cauſam, quare non profuerit.
Tenebatur enim docere cauſas,quare beneficium il-
lud vt aliud pro alio creditor recipere tenetur,conſe-
qui poſſet.Item palàm facere debebat bona immo-
bilia in dominum creditoris irreuocabiliter tranſla-
tum iri,& fideiuſſorem.offerre: iuxta d.auth. adeò vt
oblationis tempore fideiuſſor adeſſet,ſecũdum Ang.
in l.de pupillo.§.is, cui.& l.prætor ait.§.ſi quis para-
tus.ff.de noui operis.nun. motus ſingulari.l.ſeruus ſi
hæred.in fine.ff.de ſta.libe.

Idem Ro. in conſil.92. in dubitatiſſimam. in caſu
ſtatuti de ceſſantibus, & fugitiuis, & de quo nuper
meminimus, reſpondit, de quo nos meminimus in
princ.tracta.in 1.part.ver.ſuboritur alia quæſt.

9 †Conſultus idẽ Roma.cùm debitores, qui ad pin-
guiorem fortunam deueniſſent, conſtitutione Peru-
ſina ſolidum ſoluere compellantur,atque integrè ſa-
tiſfacere,quacunque conuentione facta non obſtan-
te, & Petrus quidam decoctor cum ad pinguiorem
fortunam deueniſſet, cum creditoribus conueniſſet,
vt certa parte debiti contenti eſſent, num rata ſit cõ-
uentio?& ratam defendit in conſil.403.in caſu.Quo-
niam ratio conſtitutionis illa videtur, nimia,ſcilicet;
debitorum inopia,propter quam mouentur credito-
res ad paciſcendum cum decoctorib.& partem debi-
ti remittendum,vt potiùs aliquid habeant,quàm to-
tum perdant. Quæ ratio ceſſat in eo decoctore, qui
locupletior factus conuentionem fecit, idque tribus
probat etiam argumentationib. & citat.ff.de mo. &
ho.l.cura.§.deficientium.c.ſuggeſtum.extrà de deci.
c.cum tu.iuncta glo. in ver.donec. de vſu. Quæ ſen-
tentia Ro.hæſitationem habet, ꝙ cum de pact.inter
creditores,& decoctores dicemus,oſtendemus,& ad
rationem Peruſinæ cõſtitutionis quam Ro.reddidit,
vide.l.& ſuum hæredem,in §.hodie.ff.de pact.vbi O-
do.relatus à Bald.ibidem inquit, illam eſſe rationem
illius §. quare creditores ſi in vnum conuenerint, &
plures dicant ſe certa parte debiti cõtentos eſſe,præ-
ferantur diſſentientibus: in minori tamen numero,
ratione habita ad cumulum debiti, quoniã ni ita ſta-
tutum eſſet,minor pars obeſſet maiori, & impedire-
tur per minorem partem commodum & vtilitas ma-
ioris partis,melius eſt.n.pauca diuidere,quam totum
perdere:de quo etiam ſuo loco dicemus.

Meminit etiam Paul.Caſt.in conſ.179.viſo pũcto,
par.2.de alia Florentina conſtitutione, qua in mate-
ria decoctorum cauetur creditores omnes in tributũ
10 vocari,ſeu vt ipſe ait, † creditoribus ſatisfieri debere
per ſolidum & libram nõ habita ratione priorum vel
potiorum creditorum priuilegiiſque actionum per-
ſonalium,vel realium poſtpoſitis,& ęquam omnibus
creditoribus conditionem eſſe. Dubitabaturque num
decoctor, qui & Romæ & Florentiæ creditores ha-
bebat,promiſeratque ad rationem decem ſolidorum
pro libra,& ſoluerat creditoribus Florentinus,& eos
conſeruare promiſerat cautione, conditionem Flo-
rentinorum creditorum meliorem facere potuerit.In
damnum creditorum Romanorum,& reſpondit non
potuiſſe:& ſi Romani creditores aſſenſiſſent, cõcor-
diæ factæ, vt eis ſatisfieret ad rationem decem ſoli-
dorum pro libra qualibet, poſſent tamen petere æ-
qualitatem ſeruari,& ſolutione facta pro dimidia re-
uocare, ſi non ſuperfuerit vnde eis ſatisfiat.citat.l. ſi
non expedierit.§.1.verb. quod ſi vtroque.ff. de bon.
auth.iudi.poſ.l.qui autem.§.ſciendum.ver.qui verò.
poſt l. pupillus,cum his,quæ ea,lege notantur.ff.quæ
in fraud.cred. & l.verùm.§. ſi cùm tres.ff. pro ſocio.

Item & regulam,non debet alteri per alterum iniqua
conditio inferri.ff.de reg.iur.Idemque Paul.reſpon-
dit in damnum & præiudicium decoctoris conuen-
tionem de conſeruãdo creditores Florentinos in de-
cem legitimam fuiſſe,& præſtandam,propterea fuiſ-
ſe tam per decoctorem,quàm fideiuſſorem eiuſdem.
Quibus addes, quòd in materia propoſitæ legis mu-
nicipalis ſcripſit.Signo.in conſil.276.in quæſt. Item
& illud legem huiuſmodi municipalem,quæ æqualẽ
conditionem eſſe iubet omnibus creditoribus robur
accipere ex l.procuratoris § ſi.cum l.ſeq.ff. de tribu.
vbi Ang.etiam notauit.

Socinus etiam in conſil. 276. præmiſſa conſulta-
tio.part.2. † circa interpretationem ſtatuti diſſeruit, 11
quo ampliſſima poteſtas cuilibet concedebatur fu-
gitiuum & decoctorem accuſandi ipſum legito:ſcri-
pta enim Socini talia ſunt, vt inter manus omnium
verſentur.

Idem Socin.in conſil.274.in cauſa dominæ Lyſæ
eadem par.2. col. pen.& fin. † legem municipalem, 12
quæ ſyndicis iuriſdictionem tribuit cognoſcendi &
declarãdi bona & iura,creditores & debitores,& no-
mina debitorum ceſſantium interpretatur,vt ſyndici
ius non habeant declarandi domum, finge Titij de-
bitoris ceſſantis,eſſe ceſſanti ſeu decoctori hypothe-
catam. Quoniam hoc eſt declarare huiuſmodi domũ
fuiſſe in bonis debitoris ceſſantis tempore contracti
debiti, cum alias non poſſet eſſe hypothecata, iuxta
notata à Barto.in l.rem alienam.ff. de pignor. act. &
quia licet ſtatutum tribuat iuriſdictionem declaran-
di bona, & iura ceſſantium:non tamen concedit, ſi
tertius haberet potiora iura in bonis debitoris ceſ-
ſantis,quod ſyndici in eorum vtilitatem poſſint pro-
nuntiare, ſe habere potiora iura ex perſona ceſſantis,
& in materia,vt ipſe ait,exorbitanti extenſio fieri nõ
debet,hæc ille, qui citat l.ſi verò.§.de viro.ff. ſolut.
matr.c.cùm dilectus, extrà de conſuet. & ſubdit re-
ſtringenda ſunt verba ſtatuti,ne iudices ſint in cauſſa
propria.l.vnic.C.ne quis in ſua cau gl.in c.cæterum,
extra de iudi.& in c.imperialem.§.præterea.qui ſeu:
da.poſ.& ipſum legito,qui pluribus vtitur.

Idem Soci.in conſil.273. in præſenti conſultatio-
ne ea.par.2.† reſpondit Florentinam cõſtitutionem, 13
quæ iubet tranſactionem initam à ſyndicis cum de-
coctore,adhibito conſenſu duarum partium credito
rum, ratam eſſe, etiam aliis creditoribus irrequiſitis
& ignorantibus intelligendam eſſe,vbi dicti credito-
res in vnum conueniſſent,& conſenſum præſtitiſſent:
non autem vbi ſeparatim & ſeorſum.l.& ſuum hære-
dem.§.fin & l.ſeq.ff.de pact.vbi ait Alb.Bart.& ple-
róſque alios notaſſe. Diſputat etiam non inſubtiliter,
num fideiuſſores qui in tranſactione interuenere, &
qui exactis decoctorum nominibus à ſyndicis, quod
deficeret,ſoluere promiſerunt,teneantur,& ex pluri-
bus fideiuſſores defendit. Diſſeruit etiam ſuper pote-
ſtate ſyndicis attributa, & quidem maiori, quam in
ſtatutis contineretur, & quoniam pluribus vtitur, ſat
ſit locum ipſum retuliſſe,& ad dictum ſtatutum vide-
bis conſilium collegij Peruſini inter conſilia Ang.
21.Simon & Iacobus,&c.

Conſultus idem Socin.ſuper Florentina conſtitu-
tione,qua officialibus † & ſyndicis poteſtas datur vẽ- 14
dendi quæcunque bona ceſſantium,ſeu quæ declara-
ta fuerint per ſyndicos ad ceſſantes pertineri,in cõſi.
57.in cauſa filiorum Caroli par.3.num.9.reſpondit,
quia conſtitutio odioſa eſt,& ob id reſtringenda,of-
ficialibus & ſyndicis poteſtatem tributam non cen-
ſeri vendendi bona debitorum ceſſantium, etiam
ven-di-

venditione ſecuta, quia nulla retractari poſſe, etiam
poſt quadrimeſtre tempus à ſtatuto præfixum, cuius
ſententiam Dec. in eodem facto conſultus probauit,
vt patet in conſ. 38. num. 6. verſic. in tertio dubio, &
videbis Anch. in conſil. 91. Pro ſpecifica. & in conſil.
170. in primo dubio, quæ conſilia refert Deci. vbi ſu-
prà, & in quibus conſiliis ſuper facultate ſyndicis à
dicta conſtitutione conceſſa differuit, & præſertim,
num qui emerint ab officialibus bona decoctorum
poſt quadrimeſtre tempus à conſtitutione præfixum,
ſint tuti? quæ conſilia, ſi libet, legito.

Subiungit idem Socin. in eodem conſil. 57. de ſta-
15 tuto, † quod filios, qui ſe ab hæreditate patris ceſſan-
tis abſtinent, ad debita perſoluẽdum aſtringit, & eo-
dem modo filios creditoribus paternis teneri iubet,
quo pater tenebatur: & relatis verbis legis municipa-
lis, ipſam legem interpretatur in filiis verè ceſſantiũ,
non in filiis eorum, qui pro ceſſantibus habentur. Et
addit ſtatutum huiuſmodi, filios clericos, etiam in
minoribus conſtitutos, non comprehendere, citat
Alex. in conſil. 210. ponderatis his omnibus, & con-
ſil. 211. viſa facti. vol. 2. addes & Deci. in relato con-
ſil. & eundem Deci. in conſilio 359. in cauſa domini
16 Marci. qui ait, † huiuſmodi ſtatutum odioſum, re-
17 ſtringendumque eſſe. † Et eleganter ſubdit, filios,
qui à ſtatuto pro parentibus obligantur, non teneri
ex contractibus, & obligationibus extra territorium
factis: & cõſiderat extraordinarias probationes, quæ
vigore ſtatuti contra parentes admittuntur, contra
filios non admitti, idque ex eo, quòd not. Bart. in l. 1.
ff. quando ex fact. tut. & in l. ne quid. col. pen. ff. de in-
cend. ru. & nauf. Probat etiam ex eo, quod Soci. ſcri-
18 bit in l. Modeſtinus. ff. de except. qui ait, † eius geni-
torem, & Aret. conſuluiſſe ſtatutum Florentinum,
quod patrem, qui permiſerit filium negotiari, & non
contradixerit, pro filio obligatum, iubet non trahi
ad negotia, quę extra territorium filius geſſerit: quo-
niam ſtatutum eſt contra ius diuinum: iuxta illud,
Filius non portabit iniquitatem patris. Et odioſum, vt nõ
ſemel diximus: ergo ad geſta intra territorium re-
ſtringendum eſt, & videbis Deci. in c. cognoſcentes,
de conſtit. in 2. lect. qui parum ſibi conſtitit. ſub nu.
8. dictamque ſententiam margutè damnat, videbis
etiam in materia Aret. in conſil. 29. diligenter num.
24. & ſeq. nu. & circa dicta ſtatuta, an valeant. & ple-
raque alia videbis. Abb. in c. ea parte, in fin. de conſil.
Mar. ſing. 224. filius &c. & ſin. 362. & in l. infans. num.
28. vſque in fin. ff. de ſica. Alex. in conſ. 42. ſuper præ-
miſſo themate. num, 22. & ſeq. volum. 1. Sal. in l. 2. nu.
12. C. de conſt. pec. Seue. in l. omnes populi. num. 13.
ff. de iuſt. & iur.

Apud Ancha. in conſ. 400. de iure communi quæ-
19 ritur de ſtatuto † quòd certis conditionibus fratrem
decoctoris pro decoctore obligatum iubet. & quo-
niam plenè attigit, legique poteſt, ſuperfluum eſt re-
ferre.

.. Proximè accedit, quod Raphaël Cum. ſcripſit in
20 conſil. 146. ſtatutum enim † quòd fratres omneſque
ad vnum panem & vinum (vt ait) ſtantes pro deco-
ctore obligat, non inſubtiliter interpretatur. At enim
verbum ſtare, propriè accipiendum, vt in eodem lo-
co & domo morentur. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. 3. §.
ex contrario. ff. de verbor. oblig. l. ſtipulatio. §. hæc
quoque ff. de cond. & demonſtr. l. ſi quis ita legaue-
rit. Item ſubiicit illos in vnum panem & vnum vinum
ſtare, dicendum eſſe, qui in vna domo ſimul aluntur.
C. diuor. fact. apud quem lib. al. l. 1. nec poſſe intelli-
gi de viuentibus expenſis communibus, ſcilicet ſe-
paratim, vt puta ſi Titius Anconæ, & Seius Floren-
tiæ communibus expenſis viuant, idque pluribus pro
bat. Illamque ſtatuti rationem eſſe ait, vt tanquam
conſocios culpæque participes fratres & reliquos de
familia ſtatuentes obligari pro decoctore voluerint.
Compluraqua etiam adiicit, illodque præcipuè, ſi le-
ge municipali mercatoribus creditoribus contra fu-
gitiuos debitores priuilegium tribuitur, interpretan-
21 dam eſſe, † quod ſint mercatores tempore contracti
debiti & fugæ: quoniam qualitas reſpiciens verbum
intelligitur ſecundum tempus verbi. l. Titius. ff. de te-
ſta. milit.

Quæſitum eſt apud Anch. in conſil. 164. de iuri-
bus cùm a Senatu Florentino quibuſdam officiali-
22 bus ſuper bonis ceſſantium inquirẽdis, † & ipſos ple-
na poteſtas data eſſet, & officiales ſententias, contra-
ctus, & arbitramenta ex præſumpta fraude generali-
ter decreuerint irrita, & nullius valoris, à certo tem-
pore cum ceſſantibus lata, & latas ac initos? Num de-
cretum in præiudicium eorum, qui cum eis contra-
xerunt teneat? & reſpondit decretum nullum, tan-
quàm ſine cauſæ cognitione factũ, & ab his, qui man-
dati fines exceſſerint: ex fraude enim contractus ini-
tos arbitramentaque & ſententias lata & latas tan-
tùm irritari poſſe, non autem legitimè facta ſeu lata,
& ex fide geſta. Et prætorem Florentiæ ex generali
iuriſdictione ſibi à lege municipali tributa de nulli-
tate poſſe cognoſcere. Nec ex eo, quod ſpeciatim à
Repub. Florentina quibuſdam cauſæ contra ceſſan-
tes demandatæ eſſent prætoris poteſtatem ordina-
riamque iuriſdictionem aduocatam cenſeri, quin-
imò iuriſdictionem cumulatam putat. c. per hoc. de
hæreditat. lib. 6. l. 1. C. de offic. præf. vrb.

Et in ſtatuto Florentino circa modum pronuntiã-
23 di aliquem ceſſantem † & fugitiuum Angel. in conſ.
61. copioſè differuit, & inter alia illud præcipuè at-
tigit, Num poteſtas ſeu prætor ſine præſentia & con-
ſenſu conſiliariorum Mercaturæ ceſſantem & fugi-
tiuum aliquem pronuntiare poſſit, & ait non poſſe,
quemadmodum & ſoli officiales ius pronuntiandi
non habent, de quo Angeli conſil. meminit Dec. in
conſi. 268. concluſio numer. 2. & conſidera vtrunque
conſilium, & Ang. & Anch. proximè relatum.

Idem Ang. in conſil. 6. lata eſt ſententia. In ſtatuto
Florentino reſpondit, quo cauebatur prætorem fa-
24 cultatem habere † exequendi ſententias conſulum,
prout ipſi conſules in omnibus, & per omnia. Vtrũ
poſſit prætor exequi bannum ceſſantis & fugitiui,
propter quod etiam filij & vxores obligantur, licet
id conſules facere poſſent, alio ſtatuto Florentino
diſponente: quoniam id valdè iniquum, crudele, &
inhumanum eſt, quod filij & vxores pro debitis fu-
gitiuorum compelli poſſint, ſed hæc Ang. ſententia
non eſt ſine dubitatione. Videbis ergo, quæ Alexan.
& alij ſcripſere, in l. 1. ff. de leg. 1. & præcipuè Iaſ. ſub
num. 20. & Io. Crot. ſub num. 3. & Iac. à Nig. eod. in
loco num. 11.

25 † Ex facto conſultus Deci. vir prudentiſſimus cir-
ca interpretationem ſtatuti de pœnis ceſſantium, ele-
ganter reſpondit: vt ſtatutum locum habeat, neceſſa-
rium eſſe qualitates ipſas concurrere, & benè cenſuit
Dec. & diſſerendo ſubiicit propter ſtatutum, quod
excipit neminem pro debito, in quo fuerit fideiuſſor,
fugitiuum pronuntiari poſſe, patrem ad pœnas ceſ-
ſantium pro filio non teneri, licèt ad debita filij ex
lege dicta municipium teneatur, & quia legi poteſt,
& plenè ſcripſit nobis, ſufficiat locum, vbi eſt hæc
controuerſia, adnotaſſe.

† Illud

Digitized by Google

26 † Illud non eſt prætereundum, vbi lex municipalis mandat filios pro patribus teneri, etiam ſi hæredes non ſint, ne filij pro debitis à parentibus contractis, teneantur conſuli, atque remedium dari patribus, vt filios exhæredent. Nam propter exhæredationem filij à paternis creditoribus conueniri non poterunt: quoniã exhęredati pro mortuis habendi ſunt. l.1.§.ſi pater.ff.de con.cum eman.lib.l.1.§.pen.& l.ſi poſt mortem in §.liberi.ff.de bonor.poſſ. contra tabu.& vt ſuprà ſenſit Bald.in l. dotis.in fin.C. de iure dot.quem probat Iaſ.in l.planè.in §.duobus.ff.de legat.1.& Dec.eiuſdem ſententiæ aſſentitur in cap.cognoſcentes.in 1.lect. numer.4.de conſtit.& Iaſ. in §.actione, (ſi is eſt) num.78.inſtit.de actio.& in ead.opin.eſt Ioan.dilect.in tract. de arte teſta. in titul.de lib.inſt.cau.7.filius.

27 † Fuit quæſtionis, ſi municipali lege decoctori, ſeu fugitiuo ius reddi non debet, & vulneratus decoctor fuerit, num quia accuſari, qui vulnus intulit, non poteſt, iudex ex inquiſitione contra vulnerantem poterit procedere, & Iac.But.q.propoſita, belliſſimè diſſeruit, vt patet ex eius commen.in l quæ adulterium. C.de adul.vbi negat inquiſitionẽ poſſe inſtitui: quoniam lex municipalis propter perſonæ vtilitatem, & qualitatem impunitum iubet eſſe maleficium, & ſi iudex ex officio procederet, ius contra ſtatuti verba decoctori redderet, datiuuſque caſus non reſpicit eum, qui facit, ſed cui effectus attribuitur, & ſeruus domino acquirit, quando contrahit, & dominus contrahere videtur, refertque illud Virgilianum carmen:

Si vos non vobis fertis aratra boues.

& arg.l.1.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur. quam ſententiam Iac.But.& Bal.& Ang.ibidem probarunt, & ſubiicit idem Ang. diuerſum eſſe, ſi lex municipalis honoris perſonæ gratia ius dici denegaret: duraret enim potentia inquirendi, ſublata potentia accuſandi.l.querelam.cum glo.C.de fal.& ita interpretandũ eſſe. Quod iuriſ.ait in l.non ſolùm.in §.quanquàm ff. de iniu. Salic.autem eo in loco diſtinctionis ſuæ acquieſcit, quam fecit in l.falcid.C.de fal.& in l.ea quidem.C.de accu. Eſt & alia diſtinctio Richar.Malum. de qua meminit Ang.in l.ſi vacãtia.C.de bon.vacan. Sed & his addes, quæ Aret. in eius practica notauit in ver.hæc eſt quædam inquiſitio.num.71.vbi Ang. apud eum addidit, & Bart.in l.non ſolùm.in §.quanquàm, de iniur.& quæ apud eum notantur.

QVINTA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor an liberetur ex prorogatione diei facta à creditore reo, ſi reus decoxerit in termino prorogato, plenius diſputatur.*

2 *Fideiuſſores dantes num iterum ſatiſdare teneantur, ſi non ſoluendo efficiantur.*

3 *Vſurarius manifeſtus facto teſtamento fideiuſſores dederat de reſtituendis vſuris, qui non ſoluendo facti ſunt, num ſi deceſſerit alys fideiuſſoribus non præſtitis, teſtamentum valeat? vbi, quòd non.*

4 *Cedens debitorem, ſi is non ſoluendo ſit, vel poſteà efficiatur, ceſſi nominis periculum ad quem pertineat, declaratur.*

5 *Mercatori ſeu campſori dicens, quòd ſoluat Titio illud, quod ſibi debetur, num ſi campſor promiſerit, liberetur.*

6 *Decoctori aſſerenti aliquid à conſuetudine receptum, an ſit credendum.*

7 *Coniunctum facta coniuncti ignorare, non eſt veriſimile.*

8 *In vectigalium licitatione ſi Titius obtulit ſexcenta, Seius verò poſteà ſeptingenta, ſi Seius, qui licitatiũe vicit non ſoluendo ſit, num Titius ſit liberatus.*

9 *Habens multos creditores, ſi prædium, quod ſolum in bonis habet, Titio vendat ea lege, vt ſatis creditoribus faciat, quòd creditores recta via, & abſque ceſſione aduerſus Titium agere non poſſint.*

10 *Habentes ædes communes ſtipulati ſunt inuicem, ne extra eos alienentur, néve in extraneos quouis titulo transferantur, etiam per dationem in ſolutum, adiecta bonorum obligatione ſi vnus ex his mole debiti prægrauatus, partem ædium, quam habet, dare velit, an poſſit, ſitq́; iuris remedium relatiuè.*

11 *Paupertas probatur ex ceſſatione, & fuga.*

12 *Viro vergente ad inopiam, quòd vxor non poſſit creditores, qui poſſeſſionem bonorum viri ceperunt impedire, niſi prius procuret cauſſa cognita iudicem ſuper inopia viri interloqui.*

13 *Societatem inierant in lana Florentiæ, Titius, Mæuius, Gaius, & Sempronius, deinde idem Gaius, & Sempronius ſoli aliam ſocietatem Anconæ coiuerant in coriys, num ſi hi decoxerint Titius, & Mæuius ad debita Gaÿ, & Sempronÿ cauſſa ſocietatis coriorum teneantur? vbi quòd non.*

14 *Quæſtiones variæ, quæ contingunt ex eo, quod non ſoluendo aliquis factus ſit.*

BENE eſt, poſtquam municipalia quędam iura cõtra decoctores retulimus, aliquas quæſtiones (vt in initio polliciti ſumus) ſubiungere, & quidem quotidianas, quia quæ ſemel aut bis (vt ait Theophraſtus) accidunt, contemnunt Legiſlatores, vt legitur in l.nam ad ea.ff.de
1 leg.† Et primùm, vulgaris eſt illa quæſtio, Num ex prorogatione diei facta à creditore reo, liberetur fideiuſſor? In qua illa diſtinctio frequenti doctor, ſententia eſt recepta, vt ſiquidem fideiuſſor ad certum tempus ſe obligauit, finge ad annum ſoluendæ penſionis domus gratia, vel pro cuſtode arcis ad diem dictum, vel iudice, qui anno futurus

eſt in

eſt in officio, & facta prorogatione, ſi conſenſum nõ præſtitit fideiuſſor, & præterito, in quo ſe obligauit, teneri, ex prorogatione verò non teneri, liberatus eſt enim fideiuſſor finito tempore. l. ſi cùm Hermes. C. locati. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. eo. Bar. in l. Lucius. in §. Paulus ff. de admi. tut. Alex. in conſil. 62. num. 5. habita. vol. 6. Deci. in l. lecta. nu. 13. ff. ſi cert. pet. & ſcribit Marian. in conſ. 26. viſis. vol. 1. col. pen. Si verò fideiuſſor ſimpliciter fideiuſſit, & ſolutio dilata eſt ad certũ diem, facta prorogatione diei à creditore reo, & in termino prorogato ignorante etiam fideiuſſore, fideiuſſor obligatus remanet, hoc enim modo intercedendo in omnem cauſam fideiuſſiſſe videtur. Et ratio illa redditur, quia nulla facta temporis prorogatione fideiuſſor veluti reus principalis poſt tempus tenetur, vt ſcribunt iuris interpretes in l. ſi vnus. in §. ſi cum reo. ff. de pact. & plenè Iaſ. in l. 1 C. de iu. nu. 25. & in c. conſtitutus. extrà de fideiuſſoribus. Hoc enim caſu differendæ obligationis cauſa dies adiicitur: at in prima facti ſpecie finiendæ. Finge modò in facto, primo loco propoſito, decoxiſſe reũ debitorẽ in termino prorogato quid iuris ſit ex prædictis, relatiſque locis, clarè patet. Finge & in ſecunda facti ſpecie ſimiliter reum decoctum poſt prorogationem factam, & fideiuſſorem non liberari reſpõdeo. Vnde refero quotidianã illam Rotæ Ro. quæſt. ſub num. 859. penes Titium, in antiquis. De eo enim quæritur, penes Titium numularium florenos mille depoſui, nõ quidem in ſacculo, acceptis fideiuſſorib. de reſtituendo poſt annum, ſeu biennium. Volẽs ego deinde depoſitum recipere, rogatu numularij ignaris fideiuſſoribus per tres quatuórve annos certo lucro conſtituto eoſdem florenos penes eundem numularium remanere cõtentus ſui. Num ex prorogatione, & pacto inito certi lucri nouatio facta ſit, fideiuſſoreſque liberati cenſeantur? & nouationem factã nõ eſſe, & cõſequenter fideiuſſores cõueniri poſſe, reſponderunt facta excuſſione, & ſi non ſoluendo in nouo termino numularius effectus fuerit. De qua quæſtione meminit Soci. in relato conſilio. Et his addes Fel in c. de cauſis. nu. 6. de reſcrip. quem puto declarandum & intelligendum iuxta relatam diſtinct.

2 † Item quæro, dedi Titium in fideiuſſorem, effectus eſt non ſoluendo, num iterum ſatiſdare tenear? & pleriſque placuit, ſiquidem ex conuentione dedi, vtputa in contractu venditionis aſtrinxi me ad fideiuſſorem præſtandum, de euictione periculum ſubſecutæ inopiæ ad emptorem pertinere. l. pupilli. in §. ſoror. ff. de ſol. l. ſi nomen ff. de hær. vel act. ven. Si verò iudicis officio ſatiſdationem præſtiti ex integro me ſatiſdare debere, eadem enim æquitas ſuggerit, iterum caueri in hac facti ſpecie, cum ex inopia ſubſecuta in fideiuſſore, deſiuit eſſe cautum l. prætoriæ. vbi Bart. ff. de præt. ſtip. & ſcribit idem Bart. in l. 4. in fi. ff. de fideiuſ. & alij iuris interpretes in l. quoties, & in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. & ibidem Iaſ. quo-
3 tidianam illam q. ſubiungit, & eſt talis: † Vſurarius manifeſtus teſtamentum fecerat, præſtita idonea cautione de reſtituendis vſuris extortis, qua cautione teſtamentum, quod non valet, ipſoque iure irritum eſt, ſuſtinetur, cap. quanquàm de vſu. lib. 6. Deinde fideiuſſores, quos manifeſtus vſurarius præſtiterat, non ſoluendo facti ſunt, & aliis fideiuſſoribus non præſtitis deceſſit vſurarius, num teſtamentum valeat? Et in propoſito iuris articulo ait, licèt Bald. in cap. ex literis de conſt. teſtamentum non vitiari reſponderit, quoniam ſufficit legi ſemel ſatisfactum eſſe, l. fin. §. fin. C. de indi. vid. tol. Contrà tamen reſpondit Iaſ. mouet eum, quod ſuprà retuli. Vbi ex legis diſpoſitione fideiuſſio præſtanda eſt, ex integro ſatiſdandum eſſe, ſi calamitas in fideiuſſore superuenerit, & probat eius ſententiam aliis argumentationibus. Ego verò, licèt authoritate Bald. ſatis mouear, quæ comprobari poteſt ex multis rationibus & argumentis, quæ lector colliget ex conſ. Dec. 24. Iaſ. tamen ſentẽtiæ aſſentior, ex mente enim. c. quanquam eſt, ſi verba diligenter cõſiderentur. Iubet enim vſuras omninò reſtitui, & cautio loco ſatisfactionis habetur. Patet ex illis verbis, plenariè ſatisfactum, vel illis, quibus, &c. Quæ verba ſatisfactionem neceſſariam demonſtrant, & veræ reſtitutionis gratia ſatiſdationem requiri. Et poſtquam incidimus in ſermones. c. quanquam, ad eius materiam leuandi laboris cauſa loca infraſcripta adnotauimus. Abb. in c. 1. par. 2. & conſi. 22. par. 1. Alex. in conſil. 6. vol. 6. Socin. in conſil. 70. in præſenti, &c. vol. 1. Iaſ. in conſil. 78. vol. 3. viſis Ioan. Dilect. in tract. de arte teſt. cau. 7. ſub tub. de his, qui non hab. teſt. fac.

Proximè ad relatam quæſtionem accedit illa quæ-
4 ſtio, Ceſſi tibi Titium debitorem meum. † Non eſt ſoluendo Titius, an periculum ceſſi nominis ad cedentem vel ceſſionarium pertineat? In quo iuris articulo Bart. in l. pupilli. in §. ſoror. ff. de ſol. reſpondit, ſi Titius poſt ceſſionem decoxit, tuum eſſe periculũ. Cum enim inopia poſt ceſſionem ſuperuenit, ad ceſſionarium damnum pertinet: vt in d. §. ſoror. Vbi verò Titius ceſſionis tempore non ſoluendo fuiſſet, cõtra ſe habet. leg. ſi cùm dotem. in §. ſi mulier. ff. ſolu. mat. vbi Alex. poſt Ang. & Bal. eleganter ſcribit notandum eſſe illum. § contrà mercatores, qui dant aliquos expromiſſores, quos ſciunt iam collectis ſarcinulis ſtatim fugam arrepturos, ſi enim principalis debitor ex cauſa dotis tenebatur, contra eum primatia actione agi poteſt. Sed ſi ex alia actione, tunc licet delegatio non ſit nulla (facit enim vt ab actione prima liberetur) datur tamen cõtra eum actio de dolo ad id, quod intereſt, l. ſub prætextu. C. de tranſact. quod & Paul. & Imola ibidem probant, qui Imol. ſubdit dolum debitoris præſumi, quando breui tempore expromiſſor fugam arripuit: arg. l. ſi ventri. §. fi. ff. de pri. cre. quibus addes, quæ diximus ſupra in tertia par. verſic. hic ſubiungi poteſt. nu. 31. & ſeq. & illinc aſſumes quæ ad hunc locum attinent.

Subiungit idem Alex. in loco paulò ſuperius relato, quòd ſi debitor delegans non fuiſſet in dolo, vt puta quia ignorauit debitorem delegatum non fuiſſe idoneum, vel de fuga ſuſpectum, & huic diſtinctioni cum Bartol. acquieſcit. Aut creditor, cui fit delegatio, ſciebat illum, qui delegatur, idoneum non eſſe, & placere eis debitorem delegantem liberari: ſciens enim recipiendo & admittendo, bonum nomen fecit. leg. inter cauſas. §. abeſſe. ff. mandat. Si verò ignorabat diuerſum ius eſſe. leg. promittendo. §. ſi a debitore. verſiculo quòd ſi iam tunc à ſenſu contrario. ff. de iure dotium. Et addit in ambiguo præſumi creditorem ſciuiſſe debitorem delegatum inopem fuiſſe, & culpæ ei annumerandum, ſi conditionem eius non explorauerit recipiendo enim & admittendo, vt idoneum approbaſſe cenſetur. Regula, qui cum alio. ff. de regulis iuris vbi Dec. Alexandri ſententiam probat, & citat Angel. & Paul. de Caſtro in l. prima ff. ſi quis in ius vocari idem ſentientes. Poſſet tamen creditor iuſtam ignorantiæ cauſam probare, vel quod ſeductus ſcilicet ſuaſionibus principalis delegantis aſſerentis debitorem delegatum, idoneum approbauerit,

ad

ad quas ſuaſiones & præfationes addo ego gl. in l. apud Celſum. ff. de dol. excep. & quoniam plenius Alex. ſcripſit ipſum, ſi libet, legito.

Incurrit & hic alia inſpectio, quæ communionem cum proximè relatis non modicam habet: & quam Bar. & plerique alij tractarunt in l. ſingularia, ff. ſi cer.
5 peta. Dixi mercatori ſeu numulario † quod cauſa mercium venditarum tibi debeo, perſoluat. In qua facti ſpecie reſpondit Bart. ſiquidem mercator promiſit, & poſt promiſſionem decoxit, periculũ decoctionis ad te ſpectare, & me liberatum eſſe: quoniam promiſſio loco ſolutionis habetur, l. ſi pupilli. §. 1. ff. de ſolut. ergo admiſiſti atque recepiſti mercatorem. Si verò mercator ſeu numularius non promiſit, licet ei vt ſolueret mandauerim, contra ſe habere, vt ſaluum tibi ſit ius agendi contra me. Quod Bar. reſponſum receptum eſt, vbi delegatio facta eſt, tribus ſcilicet conuenientibus. Primum, quòd mercator ſeu numularius delegatus ſit meus debitor. Deindę, quòd delegatus mercator per ſtipulationem ex mandato meo promittat, & illud tertium, quòd tanquam debitor promittat. Et licèt Areti. in conſ. 5. In cauſa & puncto ad me transmiſſo ſentiat delegationem factam cenſeri, etiam ſi mercator ſeu numularius non ſit meus debitor, & Matth. ab Affli. in hoc ſubſiſtat, Decius 353. dubia ſuſpendere. Ego tamen frequentioribus, qui in relatam ſententiam iuere, aſſentior: licèt aliter Areti. ſcripſerit: & hanc ſententiam crebriorem eſſe patet ex reſponſo Alex. decimo, vol. 2. & ex commentariis Decij in citata l. ſingularia, nu. 26 & ſeq. Soc. in conſ. 267. in 2. par. quibus adde Dec. in conſi. 107. & quæ diximus ſuprà, in titulo mandati, in princip. & quoniam omnis noſtra diſputatio de mercatoribus, & his, quæ ad mercaturam attinent futura eſt: in propoſito iuris articulo duo ſingularia inter mercatores notanda ſunt. Alterum, inter ipſos mercatores pactũ loco ſtipulationis haberi, vt ſcribit Dec in citato cõſ. 107. & conſ. 421. plenè & ſubtiliter, in fi. Alterum eſt, quod Raph. Cuman. ait, in l. delegare. ff. de noua. à conſuetudine receptum eſſe, poſtquam campſor vel mercator promiſit creditori, & creditor approbauit, ipſo iure debitorem liberatum cenſeri: quem refert Iaſ. in l. ſingularia, num. 29. ff. ſi cer. pet. ſubdens magnum eſſe verbum refert etiam & probat Aſt. in 3. vol dę conſti. & Dec. in verſi. debitor. & Matt. ab Affli. in relata deci. 353. qui ex facto quæſtionem huiuſcemodi propoſuit. Hiſpanus quidem nauim vendiderat Benigno ſpomochiæ quingentis quinquaginta ducatis: Benignus emptor, idemque dictæ ſummæ debitor, curauit literas, quas vocant Cambij, Hiſpano creditori fieri à menſa, ſeu (vt ipſe ait) Bancho de ſpannocchis, quibus peractis, receptiſque literis, Hiſpanus publico documento Benignum liberauit. Fuit igitur quæſtionis ſi menſa ſeu Banchum ipſum decoxerit, antequàm ſatisfecerit Hiſpano: Num Hiſpano ius ſaluum ſit agendi contra Benignum? & reſpondit, quod licèt doctores in contrarias ſententias diſtrahantur, an ſit facta delegatio, cùm noua perſona interuenit, quæ delegãti nihil debeat, nihilominus putat liberatum Benignum authoritate Rapha. Cu. paulò ſuprà relata in l. delegare. ff. de noua. & ex cõſuetudine prædicta. Mouet etiam eũ, quia in libris menſæ prædictæ ipſam menſam debitricem in ſupradicta ſumma relatam conſtabat: ego autem prædictis ac relatæ quæſtionis quædam addenda putaui, & illud primum, doctori aſſeueranti aliquid à conſuetudine re-
6 ceptum credendum eſſe pluribus † placuiſſe, non ad integram & plenam probationẽ, ſed ad præſumptione, cui ſtandum eſt, donec contrarium probetur, vt ſcribit. Dec. in l. 2. §. 1. col. fi. ff. ſi cer. pet. & in conſil. 420. in fi. & cõſ. 559. n. 6. & ſeq. & conſi. 691. nu. 12. & ſeq. & conſ. 694. col. 1. Præceptor meus, in cõſi. 59. 1. facie. n. 8. & Aym. conſ. 166. licèt plurimi, n. 9. Quod intellige verum eſſe, vt credatur doctori, quo ad præſumptionem, de qua ſuprà in curia, in qua verſatus eſt doctor ille, qui ſcriptis ſuis de re aliqua conſuetudinem eſſe atteſtatur, vt ſcripſit Paris Put. in tract. ſyndic. in verſi. doctor. num. 9. & ſeq. Alexan. in conſi. 5. circa primum, col. vlt. nu. 8. lib. 3. Dec. in conſil. 472. reſtator col. 2. num. 16. Et vt ſuprà cum valentiſſimis ac prudentiſſimis Iureconſultis re diſcuſſa ſeruãdum eſſe Io. Dil. ait in tract. de art. teſt. cau. 35. in titul. de ſubſtitutionib. Item adde non poſſe dici delegationem factam, ex eò, quòd in libris rationum de ſpannocchis ipſam menſam deſcriptam debitricem legebatur, vt ex prædictis liquet, & legito Soci. in conſil. 267. in 2. par. Ad confirmationem tamen ſententiæ Mat. ab Affl. vide multa doctorum loca relata apud Bar. in citata. l. ſingularia. in additione magna, in fi. & eſt in verſic. campſori litera. A. Item conſiderandum eſt in facto propoſito Benignum fuiſſe de domo ſpãnocchiæ, & literas cambij cõſcriptas ab illis de ſpannocchis vnde præſumptio fraudis oriebatur contra Benignum, neſciens breui decocturam menſam, ſe liberari procurauerit, Quæ præſumptio ex eo profici-
7 ſcitur, † quia non videtur veriſimile, coniunctum facta coniuncti ignorare. l. Octaui. ff. vnde cog. l. de tutela. C. de integr. reſti. & licet Alex. ex mente doctorum in l. quoniam ſororem. C. de iure delibe. & Iaſ. in conſ. 156. & conſ. 160. vol. 4. huiuſmodi præſumptionem admittat, quo ad ea, quæ reſpiciunt factum naturæ, vel ius ſanguinis, vel ætatem, non autem ad aliud factum coniuncti. Nihilominus (vt in 3. part. diximus huius tractatus) Tot tantęque decoctorum ſunt fraudes, vt nec dici nec numerari poſſint: adeò vel omnis coniectura contra decoctores creſcat, & forſan dictis de cauſis alij conſiliarij ſententiæ Matthæi non aſſenſere (vt idem ad Matth. retulit) & ex his declarationem habes ad quæſtio. antecedentem, & quam nunc retuli. Secundum illam eſt etiam reſtringenda: vt ſcribit Iaſ. in l. ſingularia. nume. 31. ſuprà citata, & addes in articulo, quæ ſcripſit Mar. in rubric. de proba. nu. 285. & ſequenti.

8 † Vulgaris etiam, & valdè agitata eſt illa q. ſi in licitatione vectigalium Titius obtulit ſexcenta, eius verò poſteà ſeptingẽta: Verùm is Seius, qui licitatione vicit, non ſoluẽdo ſit, & ſtatim decoxerit, num Titius ſit liberatus? an potius cogi poſſit vectigal ſuſcipere? Doctores iuris noſtri in varias ſententias diſtrahuntur. Bar. enim in l. licitatio. ff. de publ. ait, non licere Titio reſilire: argument. l. Sabin. ff. de in diem addi. Licet namque fiſco abiicere ſecundam, & ſequi primam quaſi meliorem. Idem ex facto conſulto à repub. noſtra Anconitana, placuit Bald. in mercatorum vectigali. Patet in conſ. 327. modus & forma licitationis dationum in ciuitate Anconæ talis eſt, volum. 2. vbi eleganter loquitur, & præcipuè illa ratione probat. Si enim primus licitator liberatus cenſeretur, ex licitatione ſecundi eueniret, quod ſi quis calore licitationis vltrà modum ſolitæ conductionis inflaſſet, vt dicit Iuriſc. in l. licitatio. ff. de pub. poſſet non idoneum ſupponere, qui meliorem conditionem afferret, & ſe ab obligatione exolueret, quod abſurdum eſt: argu. ff. de tranſ. l. cum hi. §. ſi cum lis. & idem probauit Ioan. à platea in l. ſi tempora. col. 2. ver. intellige. C. de fide inſtr. lib. 10. Verum eundem

Bal.dicitur contra reſpondiſſe,vt liceat primò reſilire, tanquam meliore conditione allata,etiam ſi non admittatur,vt inquit Paul.Caſt.in l.licitatio.ff.de publi. & tãquam vectigatium venditio perfecta nõ fuerit. vbi idem Paul.diuerſa iuris interpretum reſponſa ex facti diuerſa ſpecie putat poſſe procedere. Ait enim, aut vectigal quod in licitationem ponitur,tacitè, vel expreſſe adiudicatum fuit,vt puta, lapſi ſunt dies in proclamate dicti, vel extinctum lumen cùm ſubhaſtatio fit candela,ita quod aliud ad licitandũ vlterius non admittitur, & primus licitator liberetur, quod & Bar.ſenſit in d.l.ſi tempora,& Ro.ſingu.755. tu ſcis.. Aut vectigal ſecundo offerenti adiudicatum nõ fuit,& primo loco relata ſententia Bar.& Bal.procedat, vt fiſco liceat abiicere ſecundam conditionẽ, & ſequi primum. Quæ diſtinctio dicitur fuiſſe Bal. vt patet in conſi.391.factum ſuper quo conſilium petitur vol.1.Cum enim ſecundus admittitur, & non repellitur,præualet, quod nouiſſimè factum eſt. & vide Alber.in l.ſi venditor.ff. de in diem addi. qui ſecundũ hanc ſententiam obtinuiſſe refert, & Ange.in conſil. 324.datium pannorum,& pleniſſimè omnium diſſeruit Nico.Boẽ.deci.248.eccleſia,qui ſexcenta docto. loca citat,& ſpeciatim conſi.Bal.391.ſupra relatum, quod non inueni.nec etiam Ang. Bene tamen cẽſuit Boẽ.licitationis verba inſpicienda eſſe, & diſtinctionem, ac ſolutionem propoſitæ quæſtionis colligi ex l.Sab.in tertio citata ff. de in diem addi.& l.quod autem Sabinus. eodem titu. Nec te Bal. primo loco relata ratio moueat,quoniã hi, qui licitatione præſumpta non idoneũ admittere non debent, vt relati doct. à Boẽ ſcripſere. Pro quo l.licitatio. ff. de publ.Item, in modo licitandi ſibi præcauere poſſunt,vt in d.l.ad moner.& Bal.in d.l.ſi tempora.ſub nu.4.denique idẽ Boẽ. ſcripſit. & rectè loci conſuetudinem, vbi extat obſeruandam eſſe.

9 † Vſu etiam plerũque euenit,vt is,qui multos creditores habet prædiũ, quod fortè ſolum in bonis habeat,ea lege Mæuio vendat, vt ſatis creditoribus faciat. Vnde quæſtionis fuit, num creditores rectà via, & abſque ceſſione aduerſus Mæuium agere poſſint,& placuit non poſſe,l.cùm res C.de dona.l. quoties. C. de dona.ſub modo. vbi Baſ. Ange. & Salic. & ſcribit Soci in conſi.236. placet concluſio in princip. lib.2. Andr.Tiraq. in comment.de vtroque retract.§1. in gloſſ.14.num.116.pagi.331. & in propoſita conuentione. vide etiam l. Stichus. in §. Titius.ff. de conditione inde.

10 † Quæritur apud Ang.in conſi 243. multi conſortes cùm quidam communes ædes haberent, inuicem ſtipulati ſunt,ne extra eos alienentur.néve quouis titulo etiam dationis in ſolutum in extraneos transferantur,adiecta bonorum obligatione hypotheca, & pœna, ſi deinde vnus ex his mole debiti prægrauatus in ſolutam partem,quam in dictis ædibus habet,dare velit, an iuris ſit remedium? & reſpondit eſſe,vt in l. qui Rom in §.cohæredes.ff. de verb.obl. ipſe autem verba conuentionis diſpice, & verboſos quidem cõmen.doct.lege in eodem § vbi Iaſ. Ange.conſil.citat ſub.nu.4. Sed & his addes huiuſmodi pactionem nõ improbari,vt ex facto conſulto placuit Oldr. noſtro, vt in conſ.139.ad habẽdam aliquam notitiam & plenè ſcribit Dec.in conſ.63.& pro tenui.nu.4. & in fin. conſi.vbi habes complura doct.loca.

11 † Idem Ang.ait.in l.in fundo.ff.de rei vendica.motus luriſcu. verbis. Finge. pauperem, qui ſe reddere id cogatur, larib. ſepulchriq́ue auitis carendum habeat,paupertatem alicuius plenè probari ex ceſſatione,& fuga,quas ſubdit,mercatores Florentinos facere ſolere, cum decoquunt, rationesq́ue conturbant. cuius ſententiam Iaſ.probauit in l.ſi cõſtante.ſub nu. 126.ff.ſolut. matrim. & in ead.opin. eſt Paul. Par. in conſi.80.in hac cauſa.nu.48.vol. 1. Et in materia ad-
12 des Ro in conſi.163.conſtitutio. &c.† Nec eſt a materia noſtra alienum,quod Paul.Caſt.inquit in l. 2.ff. ſol.mat.& his.quæ proximè diximus,accõmodari poteſt. Viro vergẽte ad inopiam non poſſe vxorem dotis ſuæ in tutum collocãdæ gratia,creditores,qui poſſeſſionem bonorum viri ceperũt,impedire, niſi prius procuret cauſa cognita,iudicem ſuper inopia viri interloqui. Conſtabit autẽ de inopia modo, quo diximus,& ſententiam Paul.probat Neg.in tract. de pig. in 1.mem.5.par.num.38.citatq́ue Bal.nouel.in tract. dot.in 7.part. in priuil. 18.in fin.& pleniùs in priuil. 24. Addo ego Paul Caſt.in conſi.8. in fina. in cauſa, quæ vertitur.par.2.& certè quotidianum eſt, & notãdum,& ſecundum Paul.ſententiam non ſemel interrogatus reſpondi. Nam ſtatim,quod viri decoquunt, creditores vigore pacti, quod in inſtrumentis in forma cameræ ſolet adijci de ingrediendo poſſeſſionem in bonis debitoris,propria authoritate poſſeſſionem capiunt. Scies igitur ſecundum relata loca,& vxoribus decoctorum,& ipſis creditoribus conſulere.

13 † Quæſitum fuit, Titius, Mæuius, Gaius, & Sempronius, quandam ſocietatem inierunt in ciuitate Florentiæ,in numero quodam frumenti, ſeu certa lana, iidem tamen Gaius, & Sempronius ſoli abſque Titio, & Mæuio aliam ſocietatem Anconæ cõtraxere,in coriis ſinge,vel lignis, & tandem labefactata fide decoxere,num Titius,& Mæuius ad debita Gaij, & Sempronij cauſa ſocietatis lignorum, & coriorum contracta teneantur? Anch. in conſil 400.plenè quidem,& elegãter tractat,& putat Titium, & Mæuium non teneri.idq́ue legibus & authoritatibus probat,& his præcipuè,quia vna ſocietas ad aliam non trahitur, nec ad diuerſum contractum per vnum ex ſociis geſtum. Et non inſubtiliter motus, idem ſenſit Rapha. Cu.in conſ.172.Titius col.2.de quo reſpõſo Rapha. in vlt.parte diſſeremus, & hæc ſententia placet Paul. Par.vt in cõſ.94 Spectabiles. n. 27 & in fi.vol.1.vbi addit, ſi vnus ex ſociis decoctor eſt, non propterea alios ſocios fraudatores dici poſſe. Et quod dicit, ſi plures ſunt ſocij vnius negotiationis, qui in diuerſis locis commorentur, inuicem ſe præpoſuiſſe videri adeò,vt ex vnius cõtractu, quilibet inſolidùm teneatur,de quo tractarunt Bar.in l.1.§ ſi plures col.2.& in l ſi tamen.ff.de exer.& idem Bar & plerique alij.in l. eius,qui in prouincia.ff.ſi cer.pet.& Alex.conſ. 247. ponderatis his in prin.vol.2.& conſ.vlt.num.10.vol. 5.idem Par. vbi ſuprà, ex aliorum iuris interpretum mentem declarat.

14 † Hic ſubiungi poſſent variæ quæſtiones,quæ propterea contingunt,quòd aliquis non ſoluendo factus eſt, quas omnes enumerare laborioſum eſſet magis, quam ſubtile, vt in ſimili Accurſ. noſter ait in l.1.ff. ſol.matr. Vndè pauca referre contentus ero. Eſt igitur ſciẽdũ,prætorẽ actionẽ de dolo ita demũ polliceri, ſi alia actio non ſit:quoniam famoſa actio non temerè,decreta eſt.l.1.in prin.& §.ait prætor.& in pleriſque aliis ll.ſeq.ff.de dolo. Igitur ſi pupillus à Titio tutore auctore colludente circumſcriptus ſit,& tutor decoxerit, de dolo actio aduerſus Titium dabitur. Is enim nullam videtur actionem habere: cui propter inopiã aduerſarij inanis actio eſt.l. ideoq́ue.& l ſeq ff.de dol.& vide ibid.Accurſ. & doct. commen. & ſimilẽ q.in l.& eleganter.in §.ſi quadrupes.ff eod.Item

Iurat.

Iuriſ. elegãtẽ q. tractat in l. cum alicui. ff. de neg. geſt. & aliam in l. ex hoc edicto. ver. planè. ff. de eo, per quẽ fac. erit. Item & aliam non in elegantem q. gl. & doct. tractãt in c. tua nos. extrà de vſu. & Iuriſ. in l. 2. in §. ſi qui ex vectoribus. ff. ad l. Rhod. de iact. ait. Si qui ex vectoribus ſoluendo non ſint, hoc detrimentum magiſtri nauis non erit. & ibid. videbis Accur. eſt etiam alia elegans qu. à Iuriſ. tractata in l. fi. ff. de iuſti. & eſt talis, Lucius Titius menſæ numulariæ, quam exercebat, habuit libertum præpoſitum, qui libertus Caio Seio cauit, habere penes menſam patroni denarios mille, quos denarios ſe numerare debere pridie Calen. Maias, quæſitum fuit Lucio Titio defuncto ſine hærede, bonis eius venditis, an ex cautione præpoſita iure conueniri libertus poſſet? & reſpondit non poſſe, cùm inſtitoris officio ad fidem menſæ proteſtandam cauiſſet, epiſtolamque in verba ſupraſcripta ſcripſiſſet, quam quæſtionem quotidianam quidem placuit adnotaſſe. His annumerabis quæſtionem datam à Scæuola in l. Seia. ff. ad Velle. Tractat etiam Paul. Caſt. notabilem quæſtionem in l. ſi fideiuſſor. ff. de fideiuſſor. & eſt talis, Titius, Mæuius, & Gaius ſocietatem coiuerunt, Mæuiuſque negotiationi fuit præpoſitus, is nomina ſocietatis exigere neglexit, atque ceſſauit, cum id poſſet facere, debitores non ſoluendo facti ſunt, num ceſſans, negligenſque ſocius teneatur? & ait ex negligentia teneri: imputabuntur etenim in partem ceſſantis ſocij, cui adminiſtratio demandata extitit, nomina illorum, qui poſt moram non ſoluendo facti ſunt. Citat Paul. l. tutores, qui poſt. in §. periculo, vbi Accur. ff. de admini. tutò. & l. debitores. C. eod. l. 2. ff. arbit. tuto. l. ſi ſeruus. in §. cùm quid. ff. de legat. 1. & Paul. ſententiam probauit Marſil. ſingul. 280 ſocius tenetur. quibus addes quæ diximus in titul. mandati. præſertim in ver. ſolent perſæpe. numero trigeſimoſexto.

SEXTA PARS.

ARGVMENTVM.

De pactis conuentis inter creditores & decoctores.

SVMMARIVM.

1 *Creditores remittentes partem debiti decoctoribus, vt reſiduum conſequantur, quod remiſerunt condictione ob turpem cauſam poſſunt repetere. & plenè diſputatur.*

2 *Statutum mercantiæ diſponit, quòd decoctores poſtquàm ſoluerunt id de quo in cõcordia non poſsint moleſtari, niſi peruenerint ad pinguiorem fortunam, quam interpretationem habeat.*

3 *Iuramentum facit valere actum omni meliori modo, quo poteſt, & habet vim expreſsi.*

4 *Datum ſeu remiſſum ob turpem cauſam propter vinculum iuramenti, quod eſt maximum, repeti non poteſt.*

5 *Pactum à maiori parte creditorum pro modo debiti, & pro numero perſonarum de partis debiti remiſsione cum decoctore ſeu eius hærede, num noceat minori parti diſſentienti, plenè diſputatur.*

6 *Decoctorum filij viuis parentibus cum creditoribus paternis paciſci poſſunt, vt certa parte debiti ſint contenti, & reſiduum remittant.*

7 *Liberatio facta à filijs debitoribus paternis viuis parentibus, eis nõ obeſt parẽtibus mortuis.*

8 *Regula iuris in his, quæ ad plures pertinent, vt ſingulos, omnium conſenſum adhibendum eſſe declaratur.*

9 *Pactum remiſsiuum partis debiti factum à maiori parte creditorum, vt minori parti diſſentienti officiat, quæ requirantur.*

10 *Minor pars creditorum diſſentientium, ſeu vnus ex eis volens probare creditum vnius vel plurium creditorum aſſentientium remiſsioni partis debiti decoctori fiendæ fictitium eſſe audiri debet.*

11 *Hæredi aliter non adituro ſuadens, vt hæreditatem adeat, aſſerens ſe omnia facturum, dummodo alij conſentiant, annumeratur inter creditores aſſentientes remiſsioni partis debiti.*

12 *Creditores numero plures concurrentibus requiſitis poſſunt partem debiti remittere, ſolidum autem non poſſunt.*

13 *Pactum factum à maiori parte creditorum, cum futuro hærede vel decoctore, an minori parti diſſentienti noceat habenti pignus, vel hypothecam diſputatur.*

14 *Minor pars creditorum diſſentientium poteſt agere ad ſolidum debitum contra fideiuſſores pro debitore obligatum, pactione inita à maiori parte non obſtante idq́; declaratur.*

15 *Regula, Iuris exceptio, quæ reo competit & fideiuſſori competere, in caſu notabili limitatur.*

16 *Pactum factum à maiori parte creditorum cum decoctore vel hærede debitoris, an priuilegiarijs creditoribus obſitur.*

17 *Minor pars creditorum poteſt appellare ſeu prouocare à ſententia maioris partis creditorum iniqua ſuper remiſsione debiti, & de forma ac effectu prouocationis.*

18 *Pactum factum à maiori parte creditorum cum hærede debitoris, ſeu decoctore, non obeſt minori, vbi reperiuntur bona.*

19 *Inclinatione concedenda à maiori parte creditorum, quæ requirantur.*

20 Decoctores an gaudeant dilatione quinquennali, plenè diſputatur.

21 Minor pars creditorum an poſsit aſtringi à maiori parte creditorum, vbi eſt altercatio de bonis debitoris, præter tres enumeratos caſus ab Afflicto, deci. 288. diſputatur.

22 Fideiuſſores ſolent interuenire in pactionibus inter creditores, & decoctores, vnde variæ quæſtiones oriuntur. vide relatiuè.

23 Decoctores ſi conuentiones initas cum creditoribus non obſeruant, nec ipſi creditores conuentionibus ſtare tenentur.

24 Creditores ſi hereditatis Titij debitoris Seium elegerunt, & conuenerunt, quod contra Sempronium qui & creditor erat, & in conuentione interuenerat, nullo modo procedi poſsit ex cauſa cuiuſdam arbitrij lati inter quondam Titium, & Sempronium, ſi deceſſerit Seius curator, num creditores alium curatorem conſtituere compelli poſsint, & num poſsint agere aduerſus Sempronium vigore dicti laudi? plenè diſputatur.

25 Verba generalia reſtringenda ſunt ſalua ratione recti ſermonis, nè quis videatur iactare ſuum.

26 Interpretatio ad textum in l. ſi tibi decem millia in § ſi pactus. ff. de pactis.

27 Verbum, Poſsit, ex ſui natura ad ius futurum trahitur.

28 Dictio, nullo modo, quid ſignificet.

SOLENT etiam duri exactores (vt Alexandr. ait in calce cuiuſdam epiſtolæ in Commentariis de verbor. ſignific.) æquo animo id omne ab his, qui foro ceſſerint tametſi modicum, accipere, & quicquid datur, in lucro reputare, ſolent inquam mercatores modico præſenti debitoribus, qui decoxere, reſiduū remittere ſeu acceptum ferre, ſcribit igitur in hac ſpecie Iaſon. poſt Iacob. de Aret. Rom. & Alexand. in l. fin. ff. de condict. ob turp. cauſ. Si cùm malum habeam debitorem qui ſoluere
1 recuſet, partem debiti remiſerim, † vt reſiduum ſoluat, quod remiſi, condictione ob turpē cauſam me poſſe reperere, idq́ue verum eſſe reſponderunt, moti ea. l. fi. & addit Iaſon. quia remittere, eſt dare. l. ſi mulier. ff. de condit. cauſa dat. & in eadem opinione eſt. Mar. in ſingu. ſuis ſingul. 432. ſæpè contingit, & contra decoctores valdè commendat, quibus creditores plerunque partem debiti remittunt, vt reliquum habeāt. quibus adde Nicol. Boēr. deci. 215. & antequam veniam. nume. 8, qui refert Paul. Riuos, lupum nuncupatum, in Rep. Rubri. de dona. extra in antiquis, pag. 13. num. 15. dixiſſe, pacta facta cum decoctoribus ſuper pecunia ablata, non valere, & pactionibus non obſtantibus poſſe creditores totum exigere, ſi cōſtet eos ſoluendo eſſe. Quibus authoritatibus motus, in quarta parte huius tractatus verſi. conſultus idem Roma. volui dicere, quod idem Roma. ſcripſit in conſilio 404. hæſitationem habere. Ait enim, cùm quidam decoxiſſet, & locupletior factus cum creditoribus conueniſſet, vt modico præſenti contenti creditores, quod reliquum erat pacto remitterent ratam pactionem eſſe, non obſtante Peruſina conſtitutione: qua cautum erat, debitorem ceſſantem & fugitiuum, ſi ad pinguiorem fortunam deueniſſet, ad ſolidum debitum perſoluendum quacunque conuentione non obſtante compellendum, ipſamq́ue pactionem defendit ex eo præcipuè, quoniam illa vnica fuit cōſtitutionis ratio, nè nimia debitorum inopia, propter quam creditores mouentur ad pactum partis debiti remiſſiuum, vt potiùs aliquid habeant, quàm totum perdant, creditoribus noceat, ſi debitores ad pinguiorem fortunam deuenerint. Quæ ratio in eo ceſſat, qui locupletior factus cum creditoribus paciſcitur. Sed ex his vides, quod remiſſum eſt, tanquàm ob turpem cauſam datum condictione ob turpem cauſam, me poſſe repetere. Dicet aliquis, Romani ſententiam veram, & probari. l. ſi intra. ff. de pact. vbi pactus erat creditor, ſi intra diem dictum debiti partem ſoluiſſet debitor, acceptum illi reſiduum ferre, & ex pacto non actionem, ſed debitori exceptionem competere. Iuriſconſultus ait. Nos igitur diſtinguemus, an pactum fiat per gratificationem, an verò per extorſionem, & ſic conſtituimus differentiam inter pactum gratuitum & extortum, vt eleganter ſcribit Bald. in citata l. ſi intra. Id eſt, ſi debitor recuſata aliquid dare vel facere, niſi ſibi aliquid detur vel remittatur: & tunc conditioni ac repetitioni locum eſſe reſpondemus. l. fin. ff. de cond. ob turp. cau. & l. 2. §. 1. ff. eo. & hoc caſu procedit, quod ſuprà diximus, quia decoctores malum genus debitorum eſt, & à creditoribus plerunque pactum liberationis reſidui ſolent extorquere. Si verò debitor non recuſabat gratis ſoluere, quod debebat, & creditor ſponte & ex mera voluntate reſiduum remiſit, rata ſit pactio, vt in l. ſi intra, & in hoc capite, ſeu hac ſpecie Roma. loquitur, cum debitor locupletior factus pactus eſſet, & ſecundùm prædictam diſtinctionem intelligendum etiam puto, quod ait Paul. Caſtr. in conſilio 179. in 2. par. Scribit enim in hæc verba ſeu ſimilia: Statutum mercantiæ diſponit,
2 † quòd decoctores poſtquàm ſoluerunt id, de quo in concordia fuit actum, non poſſint moleſtari, niſi peruenerint ad pinguiorem fortunam. Quod eſt intelligendum, vt non poſſint moleſtari, etiam in bonis, quæ remanſerunt eis poſt concordiā & ſolutionem, & quę tempore concordiæ habebant, quaſi pro his, quæ tunc habebant creditores, remanſerint contenti de ſumma concordata, & reſiduum eis voluerint remittere, & in eo nō moleſtare creditores: ergo qui moleſtare voluerint vltra ſummā concordatam probare debent, quòd aliqua bona peruenerint ad eos poſt concordiam, aliàs non audiuntur propter dictum ſtatutum. Hactenus ille in verba ſupraſcripta: cuius interpretationem probo, vbi decoctores ſoluere non recuſaſſent, pactumq́ue liberationis extortum non fuiſſet, ſed per gratificationem remiſſio facta eſſet. Non enim eſt nouum, municipalia iura à cōmuni iure interpretationem recipere. l. prima. in §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc. l. 1. §. 1. ff. de mu. & hon. Bart. in l. omnes populi. numero 6. ff. de iuſt. & iur. Cauſa igitur pactionis & verba inſpicienda ſunt, l. ſi ita ſtipulatus. in §. Griſogonus, in fin. l. ſi ita ſtipulatus ſit Stichum, ff. de verb. oblig. l. fideiuſſores magiſtratuum. ff. de fideiuſſ. quæ iura ad id poſt Paul. citat Deci. in conſilio 423. numero 2. negari non poteſt, &c. & ſi approbari non poteſt, quod actum ſit, & in obſcuro erit, quod plerunque fit, de facto inſpice, à quibus, & cui ſit facta liberatio, & an iudicis decreto, & ſermones, perſuaſiones, ac præfationes, quæ pactum præceſſere, diligenter rimari oportet,

oportet, vt ſcias num creditores aliter eſſent facturi necne, ad hæc ſingularis gloſſ. iuncta lege in l. apud Celſum. in princip. ff. de dona. exceptio & l. Titia. in §. 1. cum commentariis doctorum ibidem. ff. de verb. obligat, & ſi iudicis decreto pactio firmata ſit, facilè credimus per gratificationem, non autem extortionem liberationis reſidui pactionem initam, iuxta ea, quæ idem Rom ſcripſit in calce dicti conſilij, & propter præſumptiones, quæ ex iudicis decreto oriuntur. de quibus Iaſ. tractat in conſilio 119. in præſenti vol. 1. Mar. ſing. 438. lex multum, & declarat Alexand. in tract. de præſump. in tertia regula verſ. 10. præſumitur, & in aliis ſexcentis locis. Denique & illud diſpice, an liberationis pactio iurata ſit, quod & idem Roma. notauit. Puto enim ſi creditores iurauerint in ambiguo voluntatem iuratam ad ſolidi liberationem porrigi, vt audiri contra decoctores creditores vlterius non poſſint, mouent me tot tantæque præſumptiones, quæ ex ipſo iuramento proficiſcuntur, & illa præcipuè quæ ſumitur ex l. cùm pater, in §. filiis matrem.
3 ff. de leg. 2. † vt propter iuramentum actus omni meliori modo, quo poteſt, valeat, & declarat Paul. Par. in conſi. 12. nu. 79. vol. 1. Addo, quod Bal. in l. 1. in ſecũda quęſtione. C. commo. ait iuramentum vim expreſſi habere, in tantum, vt vbi ſpecialiter conſenſus requireretur, generaliter præſtitus ſufficeret, cuius ſententiam Rõ. probauit in l. 1. in §. ſi quis ita. ff. de ver. oblig. & Alexan. in conſ. 133. vol. 5. ſuper quæſitis. nu. 11. Dec. in conſ. 432. num. 25. cùm ſit, & in conſ. 404. num. 9. viſo eleganti conſi. & cuius verbis facilè poſſes inferre per gratificationem, ſi quid remiſſum eſſet decoctori pręſumendum eſſe, & eadem ſententia placuit Ioan. ab Ami. in conſ. 12. num. 34. & præceptori meo Goz. in conſil. 69. videretur prima facie, nu. 19. & ſeq. Licet non me lateat complures eſſe, qui Bald. ſententiam oppugnent, vt per Iaſ. in l. ſed & ſi quis, in §. quæſitum. in fi. ff. ſi quis cau. & in conſilio 173. col. pen. vol. 4. & Nico. Boë. deci. 3. & videbis etiam, quid in articulo ſcripſerit Paul. Par. referendo Dec. in conſil. 12. nu. 90. volum. 2. Hoc amplius tento dicere, & ſi conſtaret liberationem reſidui debiti à creditore de-
4 bitori, qui ſoluere recuſabat, † iuramento tamen factam, quod remiſſum eſt, tanquam ob turpem cauſam datum ſeu remiſſum propter iuramentum repeti non poſſe. Mouet me c. quemadmodum in fi. de iure. Iure enim diuino, Pontificio, & Cæſareo, iuramentum vinculũ eſt arctiſſimum, vt ſeruari oporteat, vbi in diſpendium ſalutis æternæ non vergit, c quamuis, de pac. li. 6. c. licet mulieres. eod. li. & c. cum contingat. eod. titu. vnde Cicer. off. li. 3. de iureiurando eleganter ſcripſit in verba infraſcripta: Iuſiiurandum eſt affirmatio religioſa, quod ſeruandũ eſt, quaſi Deo teſte promiſeris. Nec maius vinculum ad aſtringendam fidem iureiurando maiores eſſe voluerunt, id indicant leges 12. tabu. indicant fœdera. & narrat de Regulo, quem nec charitas patriæ, nec ſuorum retinuit, quin apertè reuerteretur ad exquiſita ſupplicia, ne tranſgreſſor eſſet iuramenti etiam hoſtibus præſtiti, vt refert Anc. in conſi. 226. legitur in canone. de quo Marcho Attilio Regulo meminit Iuriſc. in l. poſt liminij. ff. de cap.

5 † Quæro, Benedictus decoxit, & aufugit, & cum mole debitorum grauatus eſſet, creditores numero plures & pro modo debiti, & pro numero perſonarum conſiderantes Benedictum debitorem difficilè poſſe conueniri, pacti ſunt, vt minus ſoluat, & certa parte debiti ſe contentos eſſe conuenere, reſiduum acceptum ferentes. Reliqui creditores diſſentiunt, num hi, qui diſſentiunt, exemplum plurium creditorum, qui aſſenſere ſequi oporteat, & huiuſmodi pactio diſſentientib. obſit? Vulgaris quidem, & quotidiana eſt quæſtio, quam docto. copioſè tractarunt in l. iuriſgentium in § fina. in l. & ſuum hæredem in §. hodie & tribus ll. ſeq. ff. de pa. Et in qua Matth. ab Affl. deci. 288. ſæpè & ſæpius tres facti ſpecies conſtituiſſe conſilium Neapolitanum ait, & in his, tribus maiori parti creditorum ſtandum eſſe, & ſunt tales.

Prima eſt, quando debitor deceſſit, & futurus hæres hæreditatem non vult adire, niſi pars cuiuſlibet debiti à creditoribus remittatur. Tunc ſi maior pars creditorum conſentit, ſtatus maiori parti, contradictione minoris partis non obſtante l. & ſuum hæredem, vſque in fin. & l. maiorem ff. de pact. & ratio illa redditur ab Acc. in d. §. quoniam. ſi dicta remiſſio partis debiti non fieret, hæres non adiret hæreditatem. Vnde defunctus non haberet hæredem, & conſequenter creditores non haberent, quem conuenirent, voluit ergo lex, vt ex pacto maioris partis creditorum volentium partem debiti remittere, minor pars aſtringatur, & pactioni ſtare teneatur. Idque fortius ſubdit procedere, vbi hæres non liberationem portionum debitorum, ſed dilationem tantùm peteret, quia in dilatione minus eſt præiudiciũ, leuiuſque damnum eſt, quod creditoribus diſſentientibus infertur. In qua facti ſpecie addes l. 1. gradu. ff. quæ in fraud. cred.

Secunda ſpecies eſt, quando debitor (vt propoſuimus) aufugit, adeò quod facultas non datur creditorib. ipſum conueniendi, nec inueniuntur eius bona. In qua ſpecie ait, ſi debitor vult reuerti, & petit ſibi à creditorib. partem debiti remitti, vel dilationem ad ſoluendum cõcedi, aliter redire recuſans maiori parti creditorum ſtari, reiecta recuſatione minoris partis: intereſt enim creditorum, vt reuertatur, & pari ratione idem hac ſpecie, quod in prima, & Paul. & Alexan. & Iaſ. reſpondere, vt ſcilicet, creditores habeant, quem conueniant, & ex his reſpondetur ad propoſitam quæſt. & vide Alexand. in d. §. hodie. qui diſtinctionis fœdere, aut, ſcilicet, in loco erat, in quo facilè poſſet conueniri, aut cum difficultate in debitore viuo. vt ſuprà reſpondit, æquitatis enim ratio in vtraque ſpecie ſimilia ſuadere videtur. l. fi. C. ad leg. Falc. l. 1. §. hoc interdictũ. ff. de fund. & inſti. quibus mod. ius pat. ſol. §. pari ratione.

Tertia facti ſpecie, ſecundum Affl. in relato loco, quando debitor propter paupertatem paratus eſt cedere bonis, ni creditores dilationem concedant ad ſoluendum, tunc etiam maiori parti creditorum ſtatur, iuxta formam l fin. C. qui bon. cede. poſſ. Et in dilatione concedenda, hypothecæ non habetur ratio: eſt enim conſtitutum pactum maioris partis in dilatione concedẽda etiam minori obeſſe, quæ hypothecam habet d. l. fin. §. nulli. Subdit idem Affl. in his tribus facti ſpeciebus minorem partem creditorum pactioni initæ à maiori parte ſtare aſtringendam eſſe & his exceptis compelli non poſſe. Sed declarãdæ propoſitæ materiæ gratia ex verbis, & mente citatarum legum & interpretum iuris nonnulla neceſſaria quidem addemus.

6 † In prima itaque ſpecie illud adde, decoctorum filios, viuis parentibus, cum creditoribus paternis paciſci poſſe, vt certa parte debiti contenti ſint, reſiduumque remittant: valet enim pactio, & filiis doli acceptio competit. l. iuris gentium. §. fina. ff. de pac. vbi doc. & ibidem, & Paul. Alexand. & Iaſo. idem iuris eſſe probant in extraneo paciſcente, qui

 alicuius

alicuius hæreditatem ſperat,idque liberationis fauore receptum eſt. Nec pactum ex eo oppugnari poteſt,quòd ſuper hæreditate viuentis fit factum abſque eius conſenſu,vtiidem reſpondere,ac in l. fina. C. de
7 pac.& præcipuè Iaſ.ſub nume. 7.† Si verò filij paternos debitores, viuis parentibus, liberarent, receptum eſt, liberationem factam filiis poſt mortem parentum non obeſſe.l.& ſuum hæredem, verſ. idem probari.ff. de pac. & probant Alexand. & alij in citato §. fina. & plene ſcripſit Iaſo. in l. filius paciſcendo,C.de pact.vbi complures idem ſenſiſſe refert, ipſum legito,& nota.Scribit etiam Paul. Caſt.in conſi. 281.ad id part.2.

8 † Regulam illam,quæ eſt in his,quæ ſunt communia plurium, vt ſingulorum, non ſufficere maiorem partem,ſed omnium conſenſum adhibendum,de qua in leg.per fundum.ff.de ſer.ruſtic.præd.& in l. fin. ff. commun. præd.reſtringi, & temperari ex l. iuris gentium,in §.fina.ſuprà non ſemel citata,quoniam (vt & nos expoſuimus,& infrà declarabimus)cõſenſus maioris partis in ſpecie propoſita, aliis diſſentientibus prodeſt,ſubditque d.§.ſingularem rationem continere,quæ in aliis ceſſat.

9 † Adde etiam in prima & ſecunda ſpecie neceſſarium eſſe,vt creditores omnes in vnum conueniant,& communi conſenſu declarent,quota parte debiti ſint contenti:nec enim conſenſus ſeorſum, & ſeparatim præſtitus à maiori parte creditorum minori obeſt. Nam cum pactum aliis nocet,omnes in vnum cõuocari debent, & tunc pactum liberationis partis debiti à maiori parte initum aliis obeſt.l.& ſuum hæredẽ, in §.hodie.vbi doct.notant.ff.de pact.& l.reſcriptum eod.tit.& not.Bald.in l.fi.in prin.C.qui bon.ced.poſ. Vbi idem iuris eſſe patet in 3.ſpecie, & probat Soci. in conſi.273.in præſenti conſultatione,col. 2. parte. 2.Sed ſi omnes creditores ſeorſum aſſentirentur,nec eſſet,qui contradiceret,ſufficeret.l per fundum.ff. de ſer.ruſtic.prædior.Item illud nota receptum eſſe exploſa Ang.Fulgoſ.& Pauli ſentẽtia,abſentes creditores requirendos eſſe. Idque propter l. ſi inter res, cum ſeq. proximè relata,& regula l.de vnoquoque ff.de re iudic.vt ſcribunt doc.in l.reſcriptum.vbi Iaſon communem ſententiam leuibus oppugnat, honeſtius enim eſt, & meritò obtinuit, quod diximus. Pro qua ſententia facit l. ſi præcedente. in §. Lucius ff. manda. in illis verbis, qui potuit præſens idipſum proclamare, nec deſiderare decretum prætoris, & ibidem videbis Accurſ.

Item adde in prima & ſecunda ſpecie pactum à maiori parte creditorum initum,ſiue cum futuro hærede,ſiue cũ decoctore,qui difficilè conueniri poteſt, tunc minori parti diſſentienti obeſſe,cùm prætor decretum interpoſuit, & maioris partis voluntatem ſecutus fuerit,idque probatur in citato §.hodie,cui adde l.ſi præcedente in §.Lucius,& Ang.ſeu veriùs collegium Peruſinum in dilatione quinquennali idem iuris eſſe reſpondiſſe,vt patet inter conſ.Ang.nume. 213.Simon & Iacobus.Et hæc res commiſſa eſt prætori quærenda,non negligenda,qui ſciat maiorẽ partem pro modo debiti,non pro num.perſonarum ſpectandam eſſe,& vbi æquales creditores ſunt in cumulo debiti, plurium creditorum numerum præferendum. Et in pari numero creditorum eius authoritatem ſequatur prætor, qui dignitate inter eos præcellit,& voces etiam creditorum conſanguineorũ præferat, vt frequentiores ſenſere.l.ante.ff.de pact. reiecta Guig.Rayn.& Bal.ſententia.& hanc l.pen.in hoc ſingularem dixit Aret.in leg.pro hæred.in §.ſi ſepulchri.col.5.ff.de acqui.hær. Pro qua ſententia eſt l.r. ff.de priuil.cred.vbi cùm debitoris bona væneunt, & creditores æquale prætium offerunt, præfertur creditor cognatus aliis extraneis. & probat And.Tir.com plura referens in com.de vtroque ret.pag.20.nume. 43.verſ.cõcinit.& vbi omnia vndique in vnam æqualitatem concurrant, prætor humaniorem ſententiam eligat. Illud etiam eſt ſciendum,ſi plures ſint, qui eãdem actionem habeant,vnius loco habendos, & plures tutores vnius pupilli, vnius loco habentur. Idem iuris eſt in vno tutore plurium pupillorum.vt eleganter Iuriſconſult.prædicta tractarunt in leg.maiorem, & legibus ſequẽt.ſuprà citatis. Et ex his habes vnum ſingulare, Tutores poſſe gratis partem debiti remittere,idque ſumma cum ratione eſt conſtitutum,quoniam neceſſitate cogente faciunt, vt habeatur, qui cõueniatur. Iiſdemque legibus habes ſummas plures vnius coadunari,& creditis vſuras applicari, vt ſummam ſeu cumulum debiti augeant, quod valdè notãdum eſt. Hebræorum creditorum gratia, quibus ex venia,ſeu permiſſu Pontificum, licet impunè fœnerari.Dicebat etiã Gul. in citato §. hodie relatus ab An-
10 gel.& Paul.Caſtren.ſub nume.3.† Si aliquis ex creditoribus,qui pactioni aſſentire recuſat, creditẽ vnius vel plurium creditorum conſentiẽtiũ fictitium, & nõ verùm,ſed in fraudem factũ dicat,audiendus eſt,quia ſua intereſt,arg.l.ſi cui. C.de non num. pec. quod & collegium Peruſinum probauit in conſilio paulò ſuperius relato.213.inter conſilia Angeli:& ſi docuerit debitum ſimulatè conceptum,ſeu in fraudem factum in maiori parte creditorum non annumerabitur. Addo ego in illum ſeu illos, qui in fraudem ſe creditores dixerint, grauiter animaduertendum eſſe, vt ſuo loco dicemus.

11 † Item in numero maioris partis creditorum annumeratur is,qui hæredi aliter non adituro, vt hæreditatem adeat, ſuaſerit, aſſerens ſe omnia facturum, dummodo alij in remittendis portionibus debitorum aſſentiantur, ex quo enim ſemel ſuadendo mandauit,vt adeat,ſi poſteà agat,vel pactioni initæ ſe oppugnat, doli exceptione repellendus eſt.l. apud Celſum,cum gloſ.ff.de doli except.& ita reſpondit Gul. cuius ſententiam & Bal. & Paul. probant in relato §. hodie & Ang. ibidem placuit, qui Ray.idem ſenſiſſe refert.& §.ad hæc in auth.vt ſpõſa.largi. Idque eo ipſo etiam probo,quia mandato creditorum hæreditates ſuſpectas adiri,& mãdati iudicio locum eſſe, proculdubio eſt.l. ſi hæreditatem ff. mand. & facit.l.tutor & l.ſi mulier. ff. ad Senatuſ. Velleia. & quæ in ſecunda ſpecie,hoc eſt in eo, qui cum difficultate conueniri poteſt,pari ratione vera ſunt.

His igitur relatis, quæ ad pactiones ineundas neceſſaria ſunt, quaſdam declarationes ad eas neceſſarias ſubiungemus, & quæ ad primas duas ſpecies communes erant, licèt doctores ad primam ſpeciem ſolum referant, ſed cum ſecunda difficilius admittatur, & in ea & mente doctorum idem iuris eſſe proculdubio eſt.

Prima eſt maiorem partem creditorum liberationem portionum debitorum modo prædicto poſſe facere, ſolidum autem & totum remittere non poſſe,
12 † quia totum remittendo conſtat non vtiliter agere: vt Gul.Bal.Alb.& Iaſ.in eod.§.hodie. reſponderunt, & ſenſit Rom.ſin.99.creditores poſſunt,citat.l.apud Celſum. ff. de doli exceptio. ſecundùm vnam interpretationem.

Secunda declaratio eſt, pactũ à maiori parte creditorum initum vel cũ futuro hærede, vel decoctore, qui dif-

13 qui difficilè conueniri poteſt † habentib.hypothecam vel pignus non obeſſe.l.reſcriptum.ff.de pact.l.ſi præcedente.in §.Lucius.ff.mand.cuius rei illa ratio redditur à Bartol.in ead.l.reſcriptum.poſt Gul.& Iacob.Butr. quia huiuſmodi pactio habentib.hypothecam, nihil prodeſt.Si enim non eſſet quem conuenirent, hypothecaria actione agerent contra tenentes bona.Dicebat tamen Matth.ab Afflict.deciſ.288.ſuprà relata, terminatum in conſilio Neapolitano fuiſſe, quòd ſi omnes creditores hypothecam haberent, pactioni maioris partis ſtandum eſſet. Secus verò, ſi eſſent creditores, qui pro maiori parte (vt ipſe ait) non haberent hypothecam: & minor pars creditorum haberet hypothecam: tunc enim non præiudicat maior pars minori, & quæ ſit ratio, vide per Bartol.Alber.& Paul.in d.l.reſcriptum. Hactenus ille in ſuprascripta verba. Verùm, meo iudicio, ſententiæ conſilij Neapolitani aduerſatur. l. reſcriptum. ff. de pactis, in illis verbis: Hæc enim omnia in illis creditoribus, qui hypothecas non habent, conſeruanda ſunt, & finge omnes creditores hypothecas habere, & in minori parte recuſante ſtare pactioni initæ à maiori parte creditorum, eſſe creditores, qui hypothecas habeant. & quidem anteriores hypothecis eorum, qui aſſenſêre, vtique rem ſibi vtilem geſſiſſet maior pars, cùm habentes hypothecas anteriores poſſent agere contra tenentes bona, & res conſequi, abſque dubio ſeu periculo, quòd reuocarentur ab eis. Vnde ceſſante ratione ſæpè dicta, quia, ſcilicet, poſſet agere minor pars, & habet quos conueniat, & bona ipſa conſequi creditores iure hypothecarum poſſunt abſque reuocationis periculo. Puto & conſilium Neapolitanum & ipſum Afflictum nimis generaliter locutum, & forſan notandum. Ego autem aliàs tentabam dicere, ſi creditores in minori numero, qui pactioni initæ à maiori parte ſtare recuſant, haberent hypothecas poſteriores tamen, adeò quòd à maiori parte creditorum habentium hypothecas anteriores excludi poſſent in bonis debitoris, & hos creditores hypothecarios pactioni ſtare cogendos eſſe: non enim hæc pactio atque concordia eis affert incommodum, & inanis eſt pactio, quæ effectum irreuocabilem non eſt paritura, & à meliori atque antiquiori excludi & elidi poteſt, & his motus, cùm ex facto quæſtio ageretur, peritus iudex decreuit ſimiles credito res pactioni initæ à maiori parte ſtare debere, & hoc ideo etiam decreuit iudex, quia non ſemel relata ratio ceſſabat, & anteriores poſterioribus, per omnia æquales eſſe contenti fuêre.

Tertia declaratio eſt, vt minor pars, quæ pactioni non aſſenſit agendo contra hæredem debitoris ſeu decoctorum repellatur, non tamen impediatur age-
14 re ad ſolidum debitum † contra fideiuſſorem pro debitore obligatum.l.ſi præcedente.in §.1.ff.mandati. cuius rei illa ratio redditur, quoniam creditores qui non conſenſerunt, habent, quem conueniant, ſcilicet fideiuſſorem debitoris, quod & Alexand.& Iaſo.probant in dicto §.hodie.& licèt loquantur in prima ſpecie: pari tamen ratione idem iuris eſſe puto, & in ſecunda (vt ſæpè diximus,) & ex his collige exceptionem ad regulam, quæ eſt, exceptionem, quæ reo com-
15 petit, † & fideiuſſori competere.l.exceptiones.ff.de excep.l.ſi.ff.de pact.quod & Matth. notauit not.105. Nota caſum, & commendat Franc. Cre.ſingul. 21. vnus textus. Planè ſi creditores pactioni cõſenſiſſent, & aſſenſiſſe videtur, ſi hæredes iuxta portiones factas cõuenerint, exceptio quæ hæredi vel decoctori datur, & fideiuſſori accommodanda eſt, vt eleganter Iuriſconſultus inquit, in d.§.Lucius.

Sciendum eſt & quartò eſſe creditores priuilegiarios, de quibus in tit.ff.de priuil.cred.& notat gloſ.in l.reſcriptum.in verſicu.priuilegiarios ff.de pact.& in l.eos.C.qui potio.in pigno.habean. Fuit igitur quæſtionis, num pactio huiuſcemodi à maiori parte creditorum facta priuilegiariis creditoribus obſit? Iuriſ-
16 conſult.in l.reſcriptum. † ait cæteros priuilegiarios creditores exemplum maioris partis ſequi oportere. At in l.ſi præcedẽte.in §.Lucius ff.mand.ait iniquum eſſe auferri electionem, ſicut pignus aut priuilegium. vnde Iacob. Butr. cuius ſententia recepta eſt, diſtinguendo dicebat, Si quæratur an pactio à maiori parte facta quo ad portiones debitorum remiſſas priuilegiariis obſit: & reſpondendum eſt obeſſe, vt in l.reſcriptum. Si verò quæratur, an pactio obſit in priuilegio, & non obeſſe dicendum eſt: vt in §. Lucius. præferendi ſunt igitur priuilegiarij creditores in eo, quod ſolui debere conuentum eſt, & huic diſtinctioni quæ iuris præceptoribus placuit, acquieſcendum eſt. Nec te moueat, quod ſcripſit Iaſ.in dicta l.reſcriptum.in fin. dum ſenſit interpretationem factam ad §. Lucius, morderi poſſe, ex eo, quia Iuriſconſ.comparat habentes pignus habentibus priuilegium. In hoc enim (ni fallor) erat Iaſ.ait namque Iuriſc.iniquum eſſe auferri pignus vel priuilegium, & verum eſt quod ait: In eo enim quod ſolui conuentum eſt, priuilegium non aufertur, ſed in eo melior eſt conditio pignus habentium, vt ad illos non referatur pactio, quoniam ſibi pignore præcauerunt, quemadmodum non refertur ad hypothecarios: quoniam habent quem conueniant. Hi igitur in his comparantur, ſi qua tamen extat comparatio, vt horum melior ſit conditio, non autem in omnibus. Et ex his habes quartam declarationem.

Item illud in materia ſingulariter notandum eſt, quod ſcripſit Bart.in l.fin.colum.penult.num.7.ff de
17 appellat.recip. † Ait enim, ſi ſententia maioris partis creditorum euidenter eſſet iniuſta, & minor pars oſtenderet, à ſentẽtia maioris partis appellari ſeu prouocari poſſe. Admonetq; in prouocatione manifeſtæ iniquitatis cauſas inſeri debere, & ſubiungit propter prouocationem maiorem partem prædictorum prohiberi vlterius aliquid attentare. Cuius ſententiam & Paulus Caſtren.in dicto § hodie.probat, ſubdens maioris partis ſententiam ęquam eſſe debere, & ſi minor pars ex maleuolentia conſentire recuſaret, reiicienda eſt. Placuit etiam hæc ſententia Alexand.in loco relato, qui citat cap.1.de his, quæ fiunt à maio.part.cap. & in eadem opinione ibidem eſt Iaſ.ſub nu.2.verſi.7. limita, pro qua ſententia facit text.in l.ſi præcedente. in §.Lucius.ff.mand.in illis verbis, qui potuit præſens idipſum proclamare, nec deſiderare decretum prætoris. Cauſas autem iniquitatis ex prædictis colliges, & illud addes, licet doctores in prima ſpecie loquantur quo ad prouocationem, idem & in ſecunda iuris eſſe puto.

Denique tentabam ego, forſan non ineleganter, primas duas ſpecies propoſitas temperando ac de-
18 clarando dicere, vbi † defunctus bona dereliquiſſet, vel debitor, qui aufugit ſimiliter bona dimiſiſſet, quæ bona reperirentur, & creditoribus nota eſſent, pactum initum à maiori parte creditorum, cum futuro hærede, vel decoctore, qui conueniri non poteſt, minori parti creditorum diſſentienti nõ obeſſe. Mouebat me illa non ſemel relata & recepta ratio, quare pactum maioris partis obeſt minori. Quoniam

expedit creditoribus babere quem conueniant: Bonis autem defuncti conſtitui poteſt curator, vt notauit Accur in l.1.in 2 gloſ.ff.de curat.bon.dan.& iuxta & ſecundùm elegantem diſtinctionem Ang.in conſ. 193.mortuo debitore, quem refert & probat Dec.in conſil. 509.exhibentur. Item in debitore in re, de qua agitur illa eſt diſtinctio, vt bonis viuentis & fraudationis cauſa latitantis non decernatur curator, quoniam bona poſſideri vendique iubet prætor.l Fulcinius.ff.quibus ex cau.in poſſeſſio eatur. Bonis verò viuentis & non latitantis curator detur.d.l Fulcinius §. adeò quoniam abeſt ſine culpa. Vnde eadem ratione datur curator, qua furioſo & prodigo datur, & vt ſuprà reſpondit Bartol.in l.2.ff.de cura.bon.dan.& eleganter ſcripſit Angel.in conſi.103.datus fuit curator, & plenius in relato conſ 193.quod conſilium ſi libet, legito maximè in verſ.reſtat & probat Deci.in dicto conſil.509.& in conſi.575.in caſu, & latius hæc in ſequenti parte attingemus. Cùm ergo poſſit conſuli creditoribus, quando ſunt bona, in prima, ſcilicet ſpecie, bonis defuncti curatorem conſtituendo, & modis & forma quibus legitur in relatis authoritatibus, & curator datus, creditoribus ſatisfacere debeat per venditionem bonorum, vt ſcribit Bartol in l.ſi bona.C.de bon.Authen.iudi.poſſ.& Alexand.in l.ſi conſtante.in §.ſi exhæredato.in princip.ff.ſolut matrim.& Dec.in conſil.401. Licet in cauſis & in ſecunda ſpecie. Vbi debitor fraudationis cauſa latitat poſſideri vendique bona, prætor iubeat, reſtringendam & declarandam doctorum ſententiam meritò, vt ſupra videbatur. Mouebat me etiam lex reſcriptum.ff.de pact. Vt enim hoc ad illos creditores, qui hypothecas habent, non refertur, quoniã hi habent, quem conueniant, ſeu non deeſt his agendi modus, ita vbi eſt curator, qui ſatisfaciat creditotibus ex vanditione bonorum, vel ſunt bona fraudatoris latitantis. quæ poſſideri & vendi poſſunt Poſtremò conſiderabam verba Matt. ab Afflict. in citata deciſ 288 quæ ſuprà retuli. Tunc enim admittit ſecundam ſpeciem, cum bona decoctoris non inueniuntur, quod non memini legiſſe in alios iuris interpretes expreſſiſſe, nec huic ſententiæ refragari puto: quę ſcripſit Angel.in l.1.ff.de priuileg.cred.& quæ dicemus infrà ſub num.21.intelligenda, vbi non agitur de remittendo partem debiti, ſecundùm gloſ. in dicta l.prima. Et ex his colliges cauſam, quare minor pars legitimè reclamaret: bonus igitur vir an hæc pactio creditoribus expediat, inſpicies, & quæ diximus in cauſæ cognitione verſati, nec ſe iudex in interponendo decretum, facilem præbear. Scio enim eueniſſe decoctores clanculum, vt dediſſe vel promiſiſſe quibuſdam creditoribus, vt pactioni conſentiant, & ſunt tot, rãtæque decoctorum fraudes, vt nec dici, nec excogitari poſſint, & præſertim in occultandis rebua eorum.

19 † In tertia verò facti ſpecie. quam ſuprà Matth.ab Afflict.referendo propoſuimus, diximus, in dilatione concedenda hypothecæ rationem non haberi, & addimus iudicis decretum neceſſarium eſſe, & oportere creditores in vnum conuenire. l.fina.C.qui bon. ced poſſ.in illis verbis, vt omnibus in vnum coadunatis, &c. & hoc probauit Bald ibidem in princip. & Alexand.in conſilio 205. viſis his, volum.2.& collegium Peruſinum inter conſi.Ange.num.213. Simon, & Iacobus, in quo conſil.quæ requirantur in dilatione concedenda, qui ſve modus ſeruandus ſit, & doctè & copioſè declaratur, & ex his vides verum non eſſe, quod ſubdubitans præceptor meus Paulus Par.ſcripſit in conſilio 100.certiſſimum eſt.volum.3 inquit enim ſub num.3.in dilatione concedenda non requiri creditores in vnum conuenire.

20 † Sed & hîc illud in dubium reuoco, num decoctores gaudeant dilatione quinquennali? in quo iuris articulo diſtinguendum puto, inter dilationem quinquennalem à Principe conceſſam, & illam, quæ a maiori parte creditorum conceditur. In prima itaque ſpecie, cùm à Principe decoctori quinquennali conceditur dilatio à creditoribus vexetur, fruetur quidẽ ea decoctor, qui propter aduerſam fortunam, malamque temporum cõditionem ad inopiam redactus eſt, iuxta formam l.vniuerſa.C.de precib.Imper.offer. & ſcripſit Alexan.in conſilio 205.proximè relato. At is, qui in decoctione delictũ admiſit (ſecundùm ea, quæ retulimus in tertia parte huius tractatu) non fruetur.l. ſed ſi ex parte. §. interdum. verſiculo quanquam. ff. quod cum eo.vbi Cyn. vt ſuprà reſpondit, cuius ſententiam probauit Alexander.in l.prima, numero 43. ff.ſi certum petatur, & ſecundum hanc ſententiam in Gallia iudicatum fuiſſe refert Nicolaus Boer deciſi. 349.quæritur an ciuiliter. columna octaua & ſequen. vbi complures idem ſenſiſſe refert, & in diuerſa ſententia fuiſſe Dec.in eadem l.prima, nume. 27. & hanc ſententiam, qui mihi non inarguta viſa eſt, & extra æquitatem non eſſe poſitam confirmabis ex pluribus, quæ colligi poſſunt ex conſi.Bald.numero 400 quòd Iacobus.volum primo. In ſecunda verò facti ſpecie tunc à maiori parte creditorum decoctori quinquennalem dilationem concedi poſſe puto, cùm decoctor paratus eſt bonis cedere, ni creditores quinquennales inducias concedant, quia hoc expedit creditoribus, ne cedat ſecundùm ea, quæ retulimus ſuprà ex mente & verbis Matth.ab Afflict. & conſilij Neapolitani deciſione 288. quam ſententiam confirmabis authoritate Angel.in l.maiorem.ff de pactis. & collegij Peruſini inter conſilia Angel. numero 213. & probauit Alexand.in conſilio 205.volum. 2.in princ. verſic.alia ratione, ſubdens allegandum eſſe per debitorem ſe velle bonis cedere, ni quinquennale ſpatium ei indulgeat, & in eadẽ opinione fuit præceptor meus in citato conſ. 100. vol 3.vbi ſubiicit verum eſſe in quocunque debitore. Siue ergò quis decoxerit fortunæ vitio, ſiue ſua culpa, fruetur hac dilatione à maiori parte creditorum conceſſa recuſante minori. Nec mutat eos, qui dolum in decoctione admiſerunt à miſerabili beneficio ceſſionis bonorum excludi. ſecundùm ea, quæ in tertia parte diximus verſic. Deinde ait Bal. numero 9. quoniam diuerſum eſt beneficium quinquennalium induciarum à ceſſione bonorum, nec lege cautum reperitur decoctorem huiuſmodi tali dilatione & beneficio frui non poſſe, vt idem præceptor meus probat, quæ ſententia præceptoris, & æqua & rationabilis eſt. Si enim portiones debitorum poſſunt remittere cuicunque decoctori ex relatis rationibus, fortius dilationem ad ſoluendum concedere. regula, cui licet de regulis iuris in 6. & ſecundùm prædictam diſtinctionem intelliges, quæ diximus in tertia parte huius tractatus, numero decimo.

Hic ſubiungi poteſt non minus quotidiana, quàm
21 neceſſaria quæſtio. † Num minor pars creditorum à maiori parte creditorum in aliis facti ſpeciebus præter tres exceptas voluntatem eorum ſeq̃, aſtringi poſſit? & ſuprà retuli Matth ab Afflict deciſione 188. ſcripſiſſe Neapolitanos conſiliarios in tribus tantùm caſibus relatis minorem partem creditorum voluntati maioris partis acquieſcere debere. In aliis autem ſtare compellendam non eſſe. Verùm inter

legendum

legendum incidi io Commentarios Auge.in l.1.ff.de
priuilegiis creditor. qui ſcripſit in verba infraſcripta.
Tamen inhærendo huic ſecundæ lecturæ gloſſa eſt
hic caſus apertus, quòd vbicunque creditores certant
inter ſe, quid agendum ſit de bonis debitoris in ſolu-
tione ceſſantis, ſemper humaniori ſententiæ credito-
rum ſtanduoi eſt. Cæterùm, ſi oulla iouenitur huma-
nior, & omnia ſunt paria, ſtandum eſt indicio cogna-
torum, qui creditores ſint, & ſi nullus eſt cognatus,
ſtanduoi eſt iodicio eius, cui maior debetur pecunia.
& ſic l.maiorem, ſuprà de pactis.& lege finali.C.de
ceſſione bonorum.habent locum non ſolùm in caſi-
bus ſignanter poſitis io illis legibus, ſed etiam in om-
ni alio caſu, io quo certant inter ſe creditores, quali-
ter debeant cóſequi credita ſuper boois debitoris in
ſolutiooe ceſſantis, eo quod debitor non eſt ſoluen-
do, tene memoria perpetuò, & núc de facto apud me
quæritur. l.enim vltima loquitur, quãdo debitor vult
cedere bonis. l.maiorem. loquitur, quando debitor
hæredem noo inuenit, ſed de aliis caſibus illæ leges
non prouident, & ideò hæc lex eſt multum notanda,
quæ ſupplet eas. Hactenus Ang.ſed licet conſilij Nea
politani authoritas me valdè mouerit: non tamen pu-
to ab Angelo diſſentiendum: probabilior enim & æ-
quior hæc ſententia viſa eſt, nec video cur diuerſum
ſtatuendum ſit, & quare oon æquè idem dicamus, mo
uit me etiam l.prædicta in ordine primo.ff.de priuil.
cred.com gloſ.ad cuius l.interpr.videbis, & quæ ſcri-
pſit Andr. Tiraquel. in com.de vtr.retr.pag.18.num.
43. ſed his addes Angel. ſententiam intelligendam
eſſe (ni fallor) cùm non tractatur de remittendo par-
tem debiti, negauimus enim ſuprà, vbi bona deco-
ctoris extẽt, remitti à maiori parte creditorum poſſe.
Videbis igitur quæ ſcripſimus ſub nume.19 hac ea-
dem parte.

Solent & fideiuſſores in pactionibus huiuſcemodi
interuenire, & plerunque ſub conditione & modo, &
in controuerſiam deduci ſolet, an teneant necne. Vo-
22 de confugies ad Soci.† qui (vt ſolet) plenè & non in-
ſubtiliter in hac materia ſcripſit in conſi.273.in præ-
ſenti conſultatione, parte ſecunda, quam breuitatis
cauſa non refero, & quia eius reſpooſa talia ſuot, vt in-
ter manus omnium verſentur.

Frequentatiſſimum & illud ſciendum eſt, decocto-
23 res, poſtquam conuentiones inière † cum creditori-
bus, illas vel in totum vel in parte aliqua non obſerua
te, vnde & ipſi creditores pactioni ſtare non tenẽtur.
l.quæro.§.inter locatorem.ff.loc.& ex facto cóſultus
reſpondit Pau.Caſtr.io cooſi.179.viſo puncto col.2.
in 2.pat.& probat Soci.io relato conſil.273. quod &
verum eſt, licet iuramento firmata ſit pactio.l.ſi quis
maior. vbi doctorum verboſi Commentarij. C. de
tranſact.

Angelus non leuis iuris interpres in conſil.77.plu-
res creditores. In propoſita materia affert talem ſpe-
24 ciem mortuo debitore Titio, † conuenerunt credito-
res hæreditati Titij curatorem eligi, Seiumq́; conſti-
tuendum, & quod contra Sempronium, qui & credi-
tor erat, & io conuentione interuenerat nullo modo
procedi poſſit, ex cauſa arbitrij lati inter Titium
decoctorem & dictum Sempronium. Datus eſt deio-
de curator idem Seius, qui cum nil geſſiſſent, deceſſit,
mortuo Seio curatore, creditores pactioni initæ ſtare
recuſant, aliumq́ue curatorem nolunt eligere, & ad-
uerſus Sempronium debitorem quondam Titij deco
ctori virtutem laudis ſeu arbitrij quærunt agere, ne-
gat Sempronius poſſe, ſéque pacti exceptione defen-
dit. Putat Angel.ex conuentione nec creditores om-
nes, nec quemquam eorum poſſe cópelli ad præſtan-
dum conſenſum, vt alius curator detur, & bene cen-
ſuit Angel. Idem reſpondit nihil legitimè proponi
poſſe, quominus creditores contra Sempronium &
arbitrio agant. Idq́ue probat ea loco ab enumeratis
partibus. Nam ſi creditores pactionis verba ad ſe re-
tulerũt, vanum quidem pactum eſt, cùm Sempronius
non creditorum, ſed hæreditarius eſſet debitor, nul-
lumq́ue creditores ad exigendum mandatum habe-
rent. Eorum ergo non erat exigere.ff.de ſol.l.qui ho-
minem.§.ſi nullo.ff.de nego.geſt.l.ſi pupilli.§.1. Nec
putat referre, ſi ius poſtea creditoribus ſuperueniſſet,
cùm pactio quæ etiam ad liberandũ tendit, non poſ-
ſit debitori, cui ab initio creditores prodeſſe nequi-
uerunt. l.ſi tibi decem millia.§.ſi Pactus ff.de pact.
Sed ſi creditores non ad ſeipſos, ſed ad futurum hære-
dem verba retulerunt, & de eo cogitarunt, ſeu ſenſe-
runt, adhuc pactio deriſoria eſſet, quoniam promiſiſ-
ſent alium non proceſſurum contra Sempronium ra-
tione laudi. l.ſtipulatio iſta.in prioc.ff.de verb oblig.
Item alia ratione. quia, & ſi creditores pactos eſſe di-
ceremus ſe curaturos facturosq́; quod non petatur à
Sempronio. Attamen pactum nullum eſſet, quia nul-
lum: fuit enim principaliter ad obligandum para-
rum, paciſcentes, ſcilicet ad faciendum & curan-
dum, vt non procedatur. l.iuriſgentium. in §.quin-
imò.ff.de pactis. Aut denique de curatore ſenſerunt,
vt is contra Sempronium procedere non poſſit, quod
ex mente creditorum magis fuiſſe putat, & conce-
ptum pactum in perſonam Seij curatoris, non eſt
refereodum ad alios curatores, qui conſtitueren-
tur.

Et probat, quoniam verba generalia cùm poſſint
25 referri ad perſonam † Seij procuratoris ſalua ratione
recti ſermoois, reſtringenda ſunt ad eum tantum, &
cùm nemo præſumatur iactare ſuum, hæc interpreta-
tio accipienda eſt.C.de tranſact.l.ſi.de certa.vbi Bar.
ff.de ſol.l.ſi ex pluribus.ff.de verb.oblig l.ſi ita ſtipu-
latus fuero.& l.cùm de indebito.ff.de prob. Hæc ille,
quem in ſumma tamen retuli. Sed mihi in propoſita
facti ſpecie pactionis verba inſpicienti, vt admonet
Iuriſcooſultus in l.ſi ita ſtipulatus in §.Gryſogonus.
ff.de verbor.obligat.ex quibus conuenientium mens
habetur. l.iuriſgentium.in §.pactorum ff.de pact. & l.
Labeo.ff.de ſupel.leg. Ang. ſententia non ſolùm dura
viſa eſt, verùm etiam non admittenda, dum enim An-
gel.primo loco conſiderat, ſi pactionis verba credito
res ad ſe retulerunt, eluſorium pactũ eſſet, cùm Sem-
pronius non creditorũ, ſed hæreditarius eſſet debitor
animaduertendum eſt, quoniã creditoribus, ius fuiſſe
in nomine Sempronij dici rectè poteſt. Nam in exe-
cutione vbi mobilia vel immobilia non ſunt, ad iura
perueniendum eſt.l.à diuo Pio §.in vendi.ff.de re iu-
dica. Illud ergo ius, quod habebant, remiſiſſe dicen-
dum eſt, & hoc vbi creditores nomina Titij decocto-
tis etiam obligata non haberent. Vnde text.in l.ſi tibi
26 decem millia in §.ſi pactùs, nihil obſtat. † Poſſes etiã
non ineleganter diſtinguendo dicere: Aut ius ſuper-
uenit in perſona eius, ad cuius commodum pactum
factum fuit, & pactum nullum confirmari ex poſtfa-
cto non poſſit, & in hac facti ſpecie Iuriſconſ. loqui-
tur in d.§.ſi pactus. Si verò ius ſuperueniat in perſona
eius, qui pactus eſt, & cótra ſe habeat, vt recóualeſcat
pactum, vt ſcripſit Iaſ.ibi, & plenius poſt alios in l.1.
nu.18.ff.de pact. Accedit, quòd ſi verba conuentionis
inſpiciamus, iuri etiam, quod in futurum habere poſ-
ſent creditores, renuntiaſſe dicendum eſt, idq́ue fieri
poſſe, non eſt iuris ambigui.l.& hæred.§.filiũfamil.ff.
de pact.

de pact. & notat gloſſ. in l. 1. C. eod. vbi docto. præiertim Iaſ. nume. 15. Mouet me verbum, poſſit, de quo in conuentione, quod verbum arg. eſt ius futurum creditores remittere voluiſſe, nec quicquam refert verbalis differentiæ, quàm conſtituere voluit Angel. in d. conſ. Nã ex natura verbi poſſit, eſt, vt ad ius futurũ trahatur, vt probatur in l. ſi ita quis. vbi Accur. & Bat.
27 notarunt. ff. de legat. 2. † Item in conuentione adſunt verba illa, nullo modo, quæ ſecundum Alb. in dictio.
28 ſuo. in verſic. nullo modo † duplicem habent ſignificationem, nullo modo, id eſt, nullo tempore, vel nulla ratione, & de quo verbo vide gloſ. in clemen. 2. in verſiculo, nullo modo. de ætat. & qualit. Felin. in cap. ex parte num. 12. de conſti. & in cap. cùm acceſſiſſent, num. 10. & apud eum notatur eod. tit. vnde quancunque interpretationem capias iuncto verbo poſſit, creditores agẽtes a Sempronio exceptione pacti repelli poſſunt. quod & verũ puto, & ad ſe verba retuliſſe, quę generalia ſunt. Sed iã de pactionibus, inter decoctores & creditores ſatis. Reliqua deinceps perſequemur.

SEPTIMA, ET VLTIMA PARS.

ARGVMENTVM.

Quomodo contra decoctores procedendum ſit, in cõſe animaduertendum: ac in eos, qui decoctoribus conſilium, auxilium, opẽmve dederint, ſeu quouis modo fauerint, quive potiores in bonis eorum habeantur.

SVMMARIVM.

Decoctores tenẽtur bona creditoribus indicare, & exprimere cauſas, quibus ſtrangulati ſunt.

2 *Mercatores falliti ceſſantes, & fugitiui poſſunt torqueri, vt indicent pecunias ipſis datas ad mercandum, quas nunc denegant habere.*

3 *Contra mercatorem, qui fortunæ vitio decoxit, procedendum eſt ciuiliter, omni corporali cruciatu remoto.*

4 *Creditores bona debitoris, qui foro ceſſit, inter ſe diuidere non poſſunt, tanquàm domini.*

5 *Libellus non procedit, in quo peto mihi in ſolutum dari bona debitoris mei, quoniam creditores in ſubſidium tantùm admittantur.*

6 *Creditores, vbi decoctor eſt præſens, poſſunt in vnum conuenire, & curatorem bonorum eligere per quem bona diſtrahãtur, & poſſunt prætorem adire, qui ex conſenſu maioris partis eorum conſtituat.*

7 *Curatoris bonis decoctoris conſtituti, quod ſit officium.*

8 *Perſona ſi clara ſit, veluti ſenatoris, & in ea cauſa ſit, vt bona eius veneant, curator dandus eſt, & ſi bonis non ceſſerit.*

9 *Decoctor ius detrahẽdi creditori cedere poteſt, & creditores poſſunt in cauſam iudicati capere id ius detrahendi competens debitori conſanguineo venditoris, qui alias non eſt ſolaendo.*

10 *Decoctor ſi fraudationis cauſa latitat, bona poſſideri, vendiq; iubet prætor, ſed ſi captus eſt ab hoſtibus, curator bonis dandus eſt, & de poteſtate curatoris.*

11 *Mercatores fugitiui pro confeſſis habentur.*

12 *Creditores decoctorum poſſunt ante diem pignori incumbere.*

13 *Interpretatio ad §. ſi debitorem in l. ait prætor. ff. de his, quæ in fraud cred relatiue.*

14 *Creditores ſecuta decoctione debitoris bonorũ deſcriptionem fieri impetrare poſſunt, & circa libros, & ſcripturas admonentur creditores.*

15 *Creditores poſſunt impetrare à iudice proclamationem fieri, vt manifeſtentur res decoctoris, ſub pœna, & de forma proclamationis, & alijs ad id pertinentibus.*

16 *Creditoribus quomodo ſit conſulendum mortuo decoctore.*

17 *Mercatori ſine hærede decedenti, ſuccedit collegium mercatorum.*

18 *Creditores poſſunt impetrare ſeparationem bonorum, ſi forte decoctoris hæres ſoluendo non ſit.*

19 *Mercatores, & decoctores ſolent varia crimina admittere, & quæ ſint enumer vſq; ad nu. 24.*

20 *Impoſtores qui ſint, & quid impoſturam facere ſignificet, declaratur.*

21 *Venalitiarij ſeu tricones, qui lege municipali merces emptas eodem pretio vendere vniuerſo triduo tenentur, ſi ſupprimunt, vt elapſo triduo poſſint cariùs vendere, crimine ſtellionatus ſpecialiter poſtulari poſſunt.*

22 *Dardanarij ſunt* προπῶλαι, *qui omnia præemũt, vt cariùs vendant.*

23 *Menſura & pondera quòd iuſta, & iuſta eſſe debeant, & de pœnis in falſantes.*

24 *Mercatores ſolent ſecuta alicuius decoctione in vnũ conuenire, & tres aut quatuor ex eis cum pleno mãdato conſtituere, idque cõmendatur.*

25 *Creditores alicui decoctoris ſi ab omnibus creditoribus ſunt conſtituti procuratores cum pleno mandato, & liberationem decoctori fecerint, an proprio, & procuratorio nomine liberationem feciſſe cenſeantur.*

26 *Securitas ſeu ſaluuſconductus à creditoribus vel præſide prouinciæ decoctori conceſſus, quibus modis defendi oppugnariue poſſit: & qua forma concipiendus ſit relatiuè.*

27 *Laudandi ſunt populi, qui in decoctionibus ſibi ius proprium conſtituerunt.*

VLTIMA

VLTIMA hæc pars tractatus in tres particulas ſemetipſam diuidit (vt titu li verba indicant) ſeparatim igitur & ſummatim, quę ad decoctores tantùm pertinent, Primum quęremus, quonio do contra decoctores procedendum ſit. Et quoniam præfationes libentiùs nos ad lectionẽ propoſitæ materiæ perducunt, & cùm eo venerimus, eius euidẽtiorem præſtant intellectum, vt Iuriſconſultus ait in l. t. ff. de orig. iur. Sciendum eſt (vt in ſecunda parte huius tract. diximus) tria decoctnrum eſſe genera. Primum illorum, qui fortunæ vitio decoquunt. Secundum illorum, qui ſuo vitio conturbant, fortunas, & rationes, & illud tertium, qui partim ſuo, partim fortuuæ vitio, foro cedunt. Item præfari libet alios eſſe decoctores publicæ pecunię, & alios priuatorum, & de his, qui publicam pecuniam decoquunt, nos aliter hic non tractabimus, tum quia ſatis apertè habes in l. quilibet. C. de decu. Tum etiam, quia in tertia parte attigimus, in verſic. ait etiam Bal more antiquiſſimo legis, nu. 3.
1 † Præſatio alia eſt neceſſaria, decoctores teneri bona creditoribus indicare, quod Accur. & Alij notarũt in l. t. C. qui bnn. ced. poſ. argum. l. fin. in §. licentia. C. de iure delibe. & eorum quæ habentur in l. 2. C. quan. & quib. quar. pars debe. & omnes, & ſingulas cauſas exprimere debent, quibns ſtrangulati ſunt. arg. l. 1. C. de præd. decur. Vltima præſatio eſt Pari. de Put. in tract. ſindi. verſi. an in cauſa pecuniaria, &c. ſcripſiſſe in hæc
2 verba: † Mercatores fallitos, ceſſantes, & fugitiuos, poſſe torqueri, vt indicẽt pecunias ipſis datas ad mercandum, quas nunc denegant habere, & dicunt illas perdidiſſe, cuius ſententiam Marſ. probat in l. eos. ff. de fal. num. 2. & in l. diuus. num. 6. de quæſt. Addo Nicol. Boer. deciſ. a 15. & antequam veniam. num. 5. Luc. Card. in pract. ſua. pag. 43. & vide Paul. Gril. in tract. de quæſt. & tortu. quæſt. 7. nume. 4. Sed & ipſe videbis text. ſingnl. in l. inde Neratius §. idem Iulianus ff ad leg. Aquil. vbi Iuriſconſult. in hæc verba, ſed & ſi ſeruus, qui magnas fraudes in meis rationibus commiſerat, fuerit occiſus, de quo quæſtionem habere deſtinaueram, vt fraudum participes eruerentur.

In primo itaque genere, ſi quem fortunæ vitio decoxiſſe euidenter conſtiterit, ex crimine agi non po-
3 teſt, † nullum enim crimen admiſit decoctor, & conſequenter ceſſat quæſtio. l. fina. C. qui bon. ced. poſ. in illis verbis, nmni corporali cruciatu remoto. Ciuiliter igitnr agendum eſt, & hunc ad bonorum ceſſionem admitti, ſuprà in ſecunda parte pleniùs diſſerui-
4 mus. † Et quoniam pro debito creditores adiici ſibi bona ſui debitoris nnn iure poſtulant, hoc eſt, creditores bona debitoris, qui foro ceſſit inter ſe, tanquam domini diuidere non debent, ſed diſtrahenda ſunt, vt Imperator ait in l. pro debito. C. de bon. autho. iudi.
5 poſ. vbi Bartol. & Paul. & alij notant, qui addunt. † libellum non procedere, neque admittendum, in quo peto mihi in ſolutum dari bona debitoris mei, quoniam creditor in ſubſidium tantùm admittitur, alio, ſcilicet, ad emendum non accedente. l. ordo. C. de exe
6 cut. rei iudic. † Cùm igitur ciuiliter agitur, in hoc decoctorum genere diſtinguemus, aut præſens, aut abſens eſt decoctor, & ſiquidem præſens, creditores ſolent, & poſſunt in vnum conuenire, & curatorem bonorum eligere, per quem bona diſtrahantur, & quod ex venditione redigatur, ipſis perſoluatur. l. fina. vbi Bartol. & Angel. ff. de cura. bon. dan. quicquid Accurſ. ſcripſerit in verb. vnum. & nota in materia d. tex. ſing. & vide Odo. in tract. de curat. bon. dan. numero 6. tomo 16. & curatorem bonis decoctoris, dari inquit Paul. Caſtr. in l. ſi hominem. in § fina. ff. depo. qui tamen nil citat, & his addes, quæ Bald. noſter Dy, referendo plenè ſcripſit in conſilio 172. Dynus. vol. 2. Poſſunt etiam prætorem adire, qui ex conſenſu maioris partis eorum curatorem conſtituat. leg. 2. ff. de curat. bonis dan. Et quòd ei, qui bonis ceſſit, & præſens ſit, curator bonis conſtitui poſſit, & vt ſuprà interpretanda ſit. leg. final. ff. eodem ſcribit Specu in titul. de curat. §. fina. numero 15. verſicu. ſed an bonis præſentis & probat Angelus in conſilio 195. mortuo debitore quod Angelus reſpon. commendat Dec. in conſilio 509. & conſilio 575. in caſu. & ſubdit Angel. expedire creditoribus bona decoctorum diſtrahi, cùm ceſſionem admittant, & vide quid ſcripſerit
7 idem Ang. in conſi. 77. plures creditores. † Et huius curatoris officium circa bonorum diſtractionem verſatur, & omnia alia, ſine quibus diſtractio, ſeu venditio fieri non poteſt. Nec enim curator iſte actiones ſuſcipiet, quia ad hoc conſtitutus non eſt di. le. fina. nec l. 2. proximè relata, meo iudicio, repugnat in illis verbis, eiſque actiones, & in eos vtiles competunt. Intelligo enim vbi decoctor præſens non eſt, nec bonis ceſſit. Et circa remotiones curatoris huiuſmodi, etſi alij creditores, qui dationi curatoris non aſſenſere,
8 emerſerint, notatur ſimiliter in ea l. fina. † Sciendum eſt etiam, ſi clara perſona ſit, veluti ſenatoris, & in ea cauſa ſit, vt bona eius væneant propter dignitatem, & ſi bonis non ceſſerit, curator diſtrahendorum bonorum gratia conſtitui ſolet, idque vt honeſtius quantùm poteſt, ex bonis eius creditoribus ſoluatur. l. curator. ff. de curat. furioſ & notauit Angel. in dicta l. fi. & in relato conſilio, & Baldus vbi ſuprà, conſilio 172. volum. ſecundo, & hic addes, quod ſcripſit Paul. Ca-
9 ſtren. in conſi. primo, lib. ſecundo. † Decoctorem ius detrahendi creditori cedere poſſe & creditores poſſe in cauſam iudicati capere id ius detrahendi competens debitori conſanguineo venditoris, qui aliâs non eſt ſoluendo quod pleniùs attigit Andreas Tiraquel. in comment. de vtroque retract. §. 26. gloſ. 1. num. 10. & ſeq. pag. 595.

10 † Si verò abſens decoctor ſit, & fraudationis cauſa latitet, & ſic turpiter ſe occultat, de curatore aliter quærendum, ſuccurrendúmue non eſt, quoniam bona poſſideri, vendíque iubet prætor. l. Fulcinius. §. primo. ff. quibus ex cauſ. in poſ. ea. & notauit Accur. in l. prima. in verbo, conditio. ff. de cur. bon. & Bartol. in l. ſecunda. ff. eod. & probat Angel. in ſuo eleganti conſil. non ſemel relato. Sed ſi qui decoxiſſe dicitur, non latitat, ſed alter abeſt, vt puta ab hoſtibus captus eſt, tunc creditoribus poſtulantibus, quia ſine culpa ſua abeſt, exemplo furioſi, & prodigi, & eadem ratione curator bonis dari poteſt. l. Fulcinius in §. adeò, ff. quibus ex cau. in poſſeſ. eat & notant relati Bartol. & Angel. qui Ange. addidit, ſi poteſtas curatoris in datione limitata eſt, illa ſeruanda eſt, & egredi curatorem non debere. l. diligenter. ff. manda. ſed, ſi per iudicem poteſtas ſpeciatim coarctata non eſt, ſed ſimpliciter conſtitutus, huic actiones omnes competere, & in eum: intereſt enim creditorum, quibus poſtulantibus datus extitit, actiones poſſe exercere, vt exacta par eum poſſint cõſequi, & ſibi ſatisfacere, & acta, facta, geſtaque per eum rata habentur. l. 2. ff de curat. bon. dan. & hanc ſententiam Albet. & Specul. in titul. de curat. verſic. item cura. ad lites. & Ioan. Andr. apud eum probaſſe ſenſiſſe refert, quæ ſententia nõ eſt ſine ratione.

In ſecunda verò, & tertia decoctorum ſpecie cum dolo, quid decoctores admiſerint, ad bonorum ceſſionem non admittuntur, vt latè in 3.par. huius tract. demonſtrauimus. Ex qua, quæ ad hunc locum attinẽt, aſſumes. Vbi igitur præſentes decoctores ſunt, & pecunias, ac merces non indicant, & decoctionis cauſas palàm nõ faciunt iuxta ſupra citatas in præfationibus huius partis authoritates, quæſtioni locus eſt, idq; inueſtigandarum, atque explorandarum pecuniarum, & rerum gratia, cum aliter veritas haberi non poſſit. Et hìc ad illuminandam veritatem, peritus iudex, quæ in hoc tractatu in illa parte contra decoctores diximus, quæq; dicturi ſtatim ſumus. cõſiderabit. & l. inde Neratius. §. Iulia. ff. ad l. Aquil. Plurimum enim in excutienda veritate cognitoris ſubtilis diligentia affert. l. de minore. §. tormenta ff. de quæſt. Vbi verò abſentes ſunt, & fraudationis quidem cauſa latitant, creditores ſciant (vt diximus) bona poſſideri, vẽdique prætorem
11 iubere. d. l. Fulcinius. † Et illud nota, fugitiuos huiuſmodi mercatores pro confeſſis haberi, ſecundum ea, quæ plenè ſcripſit Nico. Boe. deciſ. 215. num. 5.

12 † Et illud notandũ eſt (quod non ſemel retulimus) licere creditoribus decoctorum, & ſi dies obligationis non venerit, pignori tamen incumbere. l. quæſitum, vbi Bart ff. de pign. & notat Bald. in l. vbi num. 10. C. de iure dot.

Circa verò capturam perſonæ, eiusq; detẽtionem. videbis quæ ſcripſit Seuer. in tract. ſuo de debit ſuſpe. & quę nos in 3 par. huius tract. diximus in verſ. deinde ait Bald. decoctores. num. 9. & verſ. poſtquàm de fraudibus. num 41. & ſeq. Et de eo, qui fugitiuum debitorem inſecutus eſt, & apprehendit, pecuniámque ſibi debitam, vel propriam abſtulit.

13 † Et circa interpretationem. §. ſi debitorem. ſiti in l. ait prætor. ff. de his, quæ in fraud. cre. videbis Bal. in rubr. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cre. num. 6. Seue. in d. tract. quęſt. 4. recentiores in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cogan. Deci. in conſ. 75. Alex in conſ. 64. volu. 3. Angel. in l. pignoris. ff. de pigno. actio. Mar. ſing. 43. & ſing. 243. Soci. in conſ. 99. circa primam. vol. 4.

Iuxta etiam legitimas cõuentiones, & locorũ conſtitutiones aduerſus decoctores procedi nemo ambigit. Sed & nos quædam, quæ in vſu frequenti ſunt, circa modum ciuiliter procedendi, breuiter referemus.

† Solent igitur creditores, vt primùm decoxiſſe de-
14 bitorem intelligunt, iudicem adire, & bonorum decoctoris deſcriptionem, ſeu inuentarium fieri impetrare, quæ deſcriptio ſemper concedenda eſt. l. ſi. in prin. ff. de requir. reis. l. 1. §. penul. ff. de ventre in poſ. mit. & ſcribunt Bart. & plerique alij in l. vni. C. de prob. ſeq. pec. & idem Bar. in l. facultas alias, defenſionis facultas. C. de iure fiſ. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. in §. ſi ſatiſdatum. num. 28. ff. qui ſatiſd. cog. & iudices in hoc ſe faciles præbeant, quoniam huiuſmodi decoctores iuxta à nobis traditam diſtinctionem facti ſaltem infamiam non euitant, & in huiuſmodi deſcriptione cura creditorum præcipua ſit, librorum & rationũ, ac ſcripturarum omnium decoctoris, ne in ipſis libris, & rationibus in fraudem eorum cancellationes, inductiones, ſuperinductiones, interpoſitiones, additionesque fiant, vnde res amoueantur. l. 1. ff. de his, quæ in teſta. delent. l. ſi vnus. C. de teſta. l. 1. §. qui rationibus. ff. de falſis, oportet ideò ſcripturas ſub fida cuſtodia eſſe, extrà de præſcript. cap. ad audientiam. Accedit (vt in 4. parte retulimus) ver. Bald. etiam adiicit. Ex his fraudes, ex his dolum, & decoctoris, & aliorum pecunias, merces, & nomina ſubtili inquiſitione explorabunt atque inueſtigabunt. Nec permittant in manu deplorari permanere, quia poſſet facilè conturbare, quoniam (vt non ſemel diximus) conturbare fortunas, & rationes dicebantur, & admonet Bald. in conſil. 282. num. 14. in 5. vol.

15 † Conſueuerunt etiam creditores intellecta debitoris decoctione, nè celẽtur, occultentúrve bona, ſtatim ius dicentem adire, & generalem proclamationẽ fieri impetrare, qua præcipiatur ſub pœna, & quidem graui, vnicuique notitiã habenti ipſum decoctorem, merces, res, & nomina eiuſdem indicet, ac palàm faciat, quodque creditores vera eorum credita profiteantur. Quod fieri valdè expedit creditoribus, cùm ad detegendas fraudes, tum maximè notitiæ rerum habendæ gratia, & vt ſibi poſſint conſulere. Solent etiam præmium polliceri his, qui fraudes, vel ſcripturas, vel nomina detegeriat: iuxta l. idem. & §. ſi tibi indicium. ff. de condi. ob turp. cauſ & quæ ibi not. Et vide in materia elegantem text. in l. ſolent. ff. de præſcript. verb. quam quidem proclamationem iuſtam arbitror, cùm de rebus alienis propalandis agatur, ideò faciles iudices eſſe debent, in concedendo propter ea, quæ proximè diximus, & iuxta ea, quæ ſcribit Iaſ. in conſil. 46. pro fiſco. num. 4. vol. 3. & meo iudicio in decoctoribus ceſſat Imperatoris ratio, de qua in l. 2. C. quan. & quibus quar. pars debe. lib. 10. Quod ſit inhumanum & durum, mobiles res, vel ſe mouentes aut inſtrumenta proferri, diuulgariq; & paupertatis detegi vtilitatem, cùm ipſemet decoctori foro cedẽdo, fugiendo, fraudes admittendo, ſemel ipſum inter viliſſimos homines conſtituerit, infamem reddiderit, & paupertatem crimine admiſſam oſtenderit. Et quoniam variæ quæſtiones ex huiuſmodi proclamatione plerunque oriuntur (ſunt enim vel coniuncti, vel amici, qui cùm res decoctoris habere compertum ſit) prætextu ignorantiæ vel aliter à pœna in proclamatione adiecta ſe quærunt defendere, loca hæc leuandi laboris gratia circa proclamationes volui ſubiungere. Spec. in tit. de ſent. §. 2. verſ. quod ſi præconizatum. Bald. in l. 2. verſ. poſteà ne diutius. ff. de orig. iur. & ibidem Hier. Cag. ſub num. 77. & ſeq. Alexand. apud Barto. in l. municipali. ff. de decr. ab ordin. fa. & in conſil. 181. nume. 10. volum. 6. & vide Auth. vt factæ nouæ conſtit. doct. in cap. 2. de conſtit. Gram. conſi. 95. Redemptoris. Dec. in conſil. 227. nu. 7. & conſi. 510. & eleganter Matth. ab Afflict. deciſ. 290. & plenè ac eleganter Iaſ. in cirato conſil. 46.

Verùm quia euenit aliquando decoctorem mori, benè eſt hic etiam tractare, quomodo creditoribus
16 ſit conſulendum. † In quo iuris articulo doctè quidẽ & certa doctrina Angelus Peruſinus non ſemel relatus in conſil. 193. Mortuo debitore, qui varios creditores habebat, &c. in verſ. reſtat, ait in verba infraſcripta. Quandoque bona defuncti nullum habẽt ſucceſſorem, vel nullus eſt ſperatus, & tunc curatori locus non eſt, quia non dicuntur bona defuncti, nec hæreditas iacens, ſed dicũtur bona vacantia. l. 1. §. an bona. ff. de iure fiſci. l. 1. in princ. ff. de ſucc. edict. Adminiſtratio ergo dictorum bonorum ad fiſci procuratorem pertinet. l. 1. & ſeq. ff. de offic. proconſ. & ideò de alio adminiſtratore prouidendum non eſt, quandoque dicta bona non habent ſucceſſorem de præſenti, ſed ſperatur ſucceſſor de proximo: & idem, quia non datur curator bonis, ſed poſtulantibus his, quorum intereſt, prætor mittit edictum, tempusq; præfinit, intra quod hæreditas adeatur. l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæred. inſtit. quibus addes gloſ. in l. quamdiu inſtitutus. in verbo, inſtituto. poſt mediam, & ibidem quoque propemodum ſcribentes omnes. ff. de acquir. hæred. Andr.

Tiraquel.

Tiraquel.in commen.de vtroque ret.§.1.gloſ.10.nu. 58.pag.239.qui ait poſt id tempus non audiri hæredē.l.diffamari. C.de ingen. & man.l. ſi accuſatorib. C.de accuſ.Cor.in conſ.302.licèt in propoſitione.col. 1.lib. 3. ſubiungit Ang. quandoque dubitatur quòd diu hæreditas iacere debeat. Tunc ſi dubitatio proficiſcitur ex facto & malitia eius, qui futurus hæres eſſe poteſt, qui protrahit & differt adire,& idē: vt nō detur tunc curator,ſed ſtatuitur ei tēpus ad adeūdū, vel repudiādum:dicta l.ſi quis verſi.ſed ſi bonorum. & l.1.ff.de ſucceſ.edicto.ſed ſi cauſatur aliundè, vt puta quia eſt inſtitutus hęres ſub conditione caſuali, vel eſt in poteſtate & manu hæredis, quòd conditio impleatur poſtulantibus,tunc creditoribus pronuntiabit prætor, niſi infra certum diem hæreditas fuerit agnita, ſe iuſſurum bona hæreditaria per creditores poſſideri. Interim autem datur curator bonis & perituris diſtrahendis,& etiam non perituris propter graue æs alienum, & hoc caſu arctata & limitata eſt huius curatoris poteſtas, & ideò licèt datus ſit poſtulātibus creditoribus,hoc caſu nō intentabit actiones nō perituras,vt dixit Bar.qui generaliter ait curatori bonorū defuncti vniuerſas actiones competere, ergo omnia facere ſine quibus bona conſeruari non poſſunt,vt dixi ſupra diſſerēdo. Et hoc probatur expreſſè in l.ſi quis inſtituatur hęres.§.itē ſi conditio ri. & §.ſeq.ff de hæredibus inſtituendis.Quādoque hæreditas nō aditur, quia nemo eſt qui præſens velit adire,vel quia qui primū gradū obtinet ſucceſſionis, dicit ſe non aditurū,tūc curator generaliter dādus eſt. l.1.ff.de curat.bon dan.& huius curatoris poteſtas ſatis eſt ampla, quoniam legitimam habet adminiſtrationem leg.2.ff.eod.in fin.gl.magnæ.huic enim & in eum actiones perituræ & non perituræ competunt, & ſic actiuè & paſſiuè.dicta lege ſecunda,& etiam diſtrahit peritura,ſi neceſſitas vrget, vt in gloſſ. dictæ leg. 2. hactenus Angel. qui pleniùs quidem, quæ ad hęc ſpectant attigit, cuius ſententiam probat Deci. in conſil.509.exhibentur,& conſi 575.in caſu, quam ſententiam & ipſe æquè non reprobo. Hæc prætereundum duxi quod belliſſimè Bald. ait in lege ſecunda.C.de conſtituta pecunia & in tract. de conſtitu-
17 tio.num.12.†mercatori ſine hærede decedenti collegium mercatorum ſuccedere,idque argumē.l. diuus Commodius.ff.de iure fiſci.in bonis tamen, quæ in loco habebat,non autem alibi.Quam ſententiā probauit Aſten.in tertio vol.ſtatu.in verbo, mercator in prin.Ad rem tamen noſtram id non valdè pertinet, cùm is qui decoquit,mercator eſſe deſinat(vt in initio huius partis pleniùs diximus.)

18 †Solent etiam creditores decreto prætoris aliquādo ſeparationem impetrare, ſi fortè & decoctoris hæres ſoluendo non ſit, quæ ſeparatio cauſa cognita conceditur.l.1.ff.de ſepar.l 21.C.eod.quæ eſt in tit. de bon.Auth.iudi.poſſ.vbi Accur.nota.l.ſi adulta.C. de hęred.actio. Et his addes,quę in calce huius tract. dicemus.

Ex crimine etiam contra decoctores procedi poteſt, vbi dolo quid fecerint, ſeu admiſerint. Varia enim decoctorum ſunt crimina (vt in 3. parte plenè diſſeruimus,) & fraudes complures enumerauimus. & placet hic quædam mercatorum, decoctorumque adiicere.

19 †Plerūque igitur mercatores,& decoctores aſſolēt merces ſupponere,hoc eſt adulterinas loco bonarum mercium ſupponēdo tradere,vel obligatas auertere,vel corrumpere,vel res aliis obligatas diſſimulata obligatione,aliis diſtrahere,vel permutare,vel inſolutum dare. Vnde ſtellionatus crimen obiici poteſt, quod obiicitur his, qui dolo quid fecerint, & vbicunq; titulus criminis deficit.l.1.& l.3.ff.de crim. ſtellion.Delinquunt etiam pro auro, finge æs in pignore creditori ſubiiciendo, vel æs pignori dantes, & aurum eſſe affirmantes, vel ſcientes prudentesque rem alienam pignori dantes, vel duobus obligando non certiorato creditore, cùm vtrique non ſufficiat. l.1.l tutor.§.1.& l.ſi quis in pignore. per totū.l.ff.de pig.actio,Vndè in hos animaduerti ſolet extra ordinem,prout legitur in dict.l.3.& vide l.cùm æs. ff. de fur.& videbis text.in l.ſi ſeruus.pręſertim in §.inquit lex,& in §.item ſi quis frumento.ff.ad legem Aquil. vbi de frumento corrupto ſit mentio, & memini me apud Luc.Pen.legiſſe tempore horrendæ famis factū fuiſſe,quod & Anconæ contigit.Locus autem Lucæ Pen non ſuccurrit,& videbis l.1.& ibidem Barto.C. de condiction.in ho.pub libro decimo. Sed quo ad eū,cui duobus rem eandem obligauit,quomodo pœnam euitet,vide l.1.C.de crimin.ſtellio, & nota caſum l.fina.eodem tit.de eo,qui ſuppoſuit anteriorem creditorē falsò:ſolent etiam delinquere,iuxta ſingularem l.ſaccularij.cum gloſſ.ff.de extra.crimin. & vide quæ ſcripſit Ioann.Baptiſta.Seuer.in repet.l.cunctos populos.pag.10 quem refert Mar. ſing. 318. fui rogatus,loquitur enim de his,qui gemmas falſas ven-
20 dunt,& impoſtoribus† Sic enim appellantur, quia admittūt.De quibus apud relatos authores. Vnde impoſturam facere,quo verbo vſus eſt Iuriſconſultus in d.l.3.ff.de crim.ſtel quo in loco Accur.ait,impoſturam fecerit,hoc eſt,bonis viris mendacia dixit,quem Bar.ibidem reprehendit, ignarus forſan & ipſe propriæ ſignificationis vocabuli, interpretatus eſt enim Bart.impoſturam fecit,hoc eſt,rebus vænalibus pretium maius, & plus iuſto impoſuit.Vt alij ad emendum allicerentur, vel cum iactura alterius aliquo in negotio, plus debito promittit. Hæc ille, quę vera in iure eſſe puto, & probat Ange. Aretin.in §. fina. inſti.de dona.& notat.Mar.ſing.341.& confirmabis ex his, quę ſcripſit Cic.offic.lib.3.dum meminit de Pythio illo argentario, qui Caium Caninium equitem Romanum ad hortorum emptionem mira aſtutia ineſcauit, adhibitis.ſ.ex compoſito cymbis piſcibus onuſtis.& facit tex.in l.ſi quis affirmauerit. & l. cùm venditor.ff.de dolo ma.& ſcribit Andr.Tira. in com.de vtro.ret.in §.fin. nu. 49.pag.771. ſed vt ad verbum,impono,redeamus, dicimus apud probatos auctores cum datiuo, nil aliud, quàm decipere ſignificare.Vnde impoſtores,deceptores dicuntur, & quos propriè vernacula lingua *Marioli, e, Giuntatori* nūcupamus.Impoſtura ergo & impoſtores, à verbo impono deſcēdunt, nec recipio etiam interpretationem eorum, qui veram vocabulorum interpretationem profitentur, & referendo verba Iuriſconſulti in dicta l.3.inquiunt impoſtura ab eo dicta,quòd adulterinas merces pro veris ſupponūt, tametſi verum ſit impoſturam hos facere:eſt namque deceptio. Abſurdum tamen eſt dicere,generale verbum à ſpeciali originem trahere, & moti ſunt ex Iuriſconſulti verbis, qui in eadem l.paulò ſuperiùs,de eo,qui merces ſuppoſuit, locutus eſt. Sed verius eſt, quod diximus à verbo,impono,deſcendere. Poſtulari etiam poteſt ſtellionatus crimine,qui merces ſuppreſſit, vt in fin. eiuſdē leg.3.dicitur,quo in loco congruētius forſan, quam Accurſ.ibidem fecerit. Exempli gratia poſſes fingere.Cùm mercatores qui vænales merces propoſuerint, ad vendendū aſtringi poſſint,vt nos aliàs ſcripſimus,verbum illud ſuppreſſit. hoc caſu intelligen-

dum eſſe contra illos ſcilicet, qui merces vænales
dolo malo celant,& occultant. Exempli igitur gra-
tia,lege municipali cautum fuit,prout in ciuitate An
21 conitana,† Tricones qui merces emunt, eadem ven-
dere teneantur eodẽ pretio vniuerſo triduo. Si enim
merces emptas ſupprimunt,& celant, vt poſſint ela-
pſo triduo carius vendere, crimine ſtellionatus ſpe-
cialiter poſtulari poſſunt. Quod nota.vidi enim non
ſemel venalitiarios & tricones modo prædicto de-
linquere. Vſus eſt etiam eod.verbo Iuriſc.10 l.anno-
nam.ff.de extr.crim.Ait.n.in hæc verba:Præterea,de
bebis cuſtodire,nè Dardanarij vllius mercis ſint,nè
aut his,qui coemptas merces ſupprimunt, aut à lo-
cupletioribus,qui fructus ſuos æquis pretiis vendere
nolunt,dum nimis vberes prouentus expectant,anno
na oneretur, & pœna in hos variè ſtatuitur:vt ſubſe-
22 quitur Iuriſcõſultus. In quo loco obiter nota,† quòd
Dardanij ſunt πρόπωλαι,qui omnia præemunt, vt ca-
rius vendant,dicti à quodam Dardano, vt Accurſius
ibidem ſcripſit. Et denique ad interpretationem ti-
tuli de crimine ſtellionatus,vide quæ ſcripſit Bal. in
conſilio 15. ad euidentiam. libr. 1.reſpon.& Alciat.
in Parerg. iuris.cap.46.lib.1.¶Item ſolent decocto-
res ſeu mercatores duobus inſolidùm eandem rem
diuerſis contractibus vendere. Vndè pœna falſi coer
cendi ſunt. l. qui duobus. ff.de falſis. Ad cuius legis
interpretationem, vide Fab.in tract. de emption. &
vendit.in tertia part.numero 50. incidunt etiam ple-
runque in crimen falſi in caſu,de quo in l. ſi à debito
re.ff eod.titul. & ſigna adulterina faciendo ſeu ſcul-
pendo,idq́ue vt plurimùm in ſarcinulis, & literis ac
mercibus,vt in l.lege Cornelia,& l.Paulus.ff.de falſ.
& inſtit.de publ.iud.§.item. lex Cornelia, de quibus
ſignis in ſecunda parte principalis tractatus copioſè
diſſeruimus. Item incidunt in falſum. In falſis põde-
ribus,& menſuris,iuxta ea,quæ habentur & leguntur
23 in c.vt menſuræ de empt.& vẽd.† In l. annonam in fi.
ff.de ext.cri.in l.pen.ff.de falſ.l in Dardanarios.ff. de
pœn.vbi pœnæ ſtatutæ ſunt aduerſus huiuſmodi frau
datores,& ſcribit Abb.in dicto cap.vt menſuræ. Nor
ma enim ponderum & modiorum,reliquarũq; men-
ſurarum non eſt excedenda. l modios. C.de ſuſce-
pto.præpoſi.& arcariis.& legitur Deuteron. cap. 25.
*Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus:
nec erit in domo tua modius maior,& minor.Pondus habe-
bis iuſtum & verum, & modius æqualis verus erit tibi: vt
multo viuas tempore ſuper terram,quã Dominus Deus tuus
dederit tibi.Abominabitur enim Deus eum,qui facit hæc,&
auerſatur omnem iniuſtitiam.* Idem ferè habetur Leuit.
19.in fin. Non enim eſt modius, qui iniquus eſt. ff.
de verbor.ſignificat. l.Paulus reſpondit: *Pondus enim
& ſtatera iudicia Domini ſunt*, Prouerb.16. & ſcripſit
Luc.Pen.in dicta l.modios.ait enim, ignorãtiam ex-
cuſationem non præbere. ff.loca.l.ſed & addes. §. 1.
& ſubdit Deũ hæc vitia ſua iuſtitia vendicare. Mich.
6.*Adhuc ignis in domo impij,theſauri iniquitatis, & men-
ſura minor ira plena & ibidem: Nunquid iuſtificabo ſtate-
ram impiam, & ſacculi pondera doloſa? In quibus diuites
eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loqueban-
tur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.*
Subiicit idem Lucas. *Iniquas menſuras apud quemcun-
que reperi.ntur,frangendas eſſe.* ff.locat.l.item quæritur.
§.ſi quis menſuras.& in his generalem & ſingularem
inquiſitionem fieri poſſe putauit, & in eum,qui ſciẽ-
ter falſa pondera cõmodauit, an de dolo malo actio
detur,eleganter diſſeruit Iuriſconſultus in l.arbitrio.
§ de eo.ff.de dolo malo, in quo loco vide quæ co-
pioſè & doctè ſcripſit Accurſi.ad quẽ in materia cõ-
fugito,& circa menſuras addes text.in leg. officium.
§.paternus.ff.de re mil.& leg. Imperatores.ff.de con
trahenda emptione. Reliqua verò crimina conſultò
prætermittimus,tum quia copioſè retulimus, in ter-
tia parte huius tractatus. Tum etiam,quia nil præci-
puum in decoctoribus inuenimus,quod & aliis non
conueniat. Similiter procedendi modum & crimini
bus prædictis de induſtria omittimus,cùm ferè om-
nibus delinquentibus communis ſit,& quod potiſſi-
mum eſt, in huiuſmodi decoctoribus in habenda
quæſtione ſat ſit retuliſſe.

Admonendi etiam ſunt creditores magis ipſis ex-
pedire negotium eorũ per tres quatuórue ex eis exer
ceri,quia faciliùs negotium expediri poteſt, & per
14 omnes ſolet negligi,† & ſunt ex eis, qui ſe nihil con-
ſecuturos, cum totum non poſſint,arbitrentur. l. ſi
plures.in §.quamuis ff.de adminiſtratio.tuto.l.cuius
bonis.§.fin.ff.de curatore fur.leg.2.verſi.nouiſſimè.
ff.de orig.iur. & quia exactio & ſolutio particularis
non minima incommoda habet, vt Iuriſconſ.inquit
in l.planè.ff.famil.erciſcun. Ideò vbi numerus credi
torum magnus eſt,quia etiam difficilè poſſunt ad ſin
gulos actus in vnum conuenire,plerunque vidi credi
tores priuato conſilio coire, & in vnum conuenire,
tres quatuórue ex eis ſummum cum pleno mandato
ſuper negotio conſtituere. Idq́ue maximè,vbi nõ ſuo
vitio ſed fortunæ mercator. Idemq́ue debitor deco-
xerit,& eſt relatum apud Baldum id ex facto ſeruatũ,
vt patet conſilio.88. ex infelicitate volum.1. quo in
25 loco apud eum eleganter quæritur,† ſi hi, qui conſti-
tuti ſunt procuratores,iidemq; creditores ſint, & nõ
proprio nec alieno nomine expreſſo, ſed ſimplici-
ter decoctori liberationem fecerint, num & proprio
& procuratorio nomine liberationẽ feciſſe cenſean-
tur?& licèt non non deeſſent, qui dicerent interpre-
tandam liberationem eius,tantùm factam,quod no-
mine proprio gerere potuiſſent. l. ſi ita ſtipulatus.§.
Chryſogonus ff.de verb.obligat. Placet tamen Bal-
do vtroque nomine liberationem factam cẽſeri. Mo-
uet eũ, quia in liberatione proponebatur verba hæc
adiecta eſſe,integrè abſoluerunt. Integrum autẽ illud
eſt,cui nulla pars deeſt.l.ſi quando.C.de bonis vacã.
lib.10.Item quòd æquum quis in propria perſona ſta
tuerit, & in aliena æquum fuiſſe ſenſerit, & contra
leg.cum in eo.ff.de pactis, conſiderat etiam verba
Cyn.in leg.ſi vnus.in §.fina.ff.de pactis, & addit leg.
2.ff.de ſtipu.ſer & gloſſ. ff. de procu.leg. quacunque
ratione,ſuper verſic.procura leg. Lucius. ff. de inſo-
ſtit..& lib.C.de preci.Impe.offer.quæ ſententia Bal.
non eſt ſine ratione,& habet æquitatem. Probariq́ue
poteſt ex eo,quod dicitur,vbi alicui commune nego
tium eſt mandatum, in dubio illud communi nomi-
ne geſtum & executum præſumi, mandantis, ſcili-
cet & mandatarij.l.planè.ff.fam.erciſcun.l.1.in ver-
ſiculo, tua & mea.ff.mandati.l.licet.§.ea obligatio.
ff.de procurat.l.ſtipulatio.§.fina.& l.ædibus.ff de no
ui oper.nunciat,quæ iura ad hoc citarunt Romanus
& Benedictus de Plumb. in l.poſt dotem. ff. ſoluto
matrimonio.vt refert Iaſ. in dicta l. ſub numero 48.
Confirmabis etiam ex his, quæ ſcripſit Alexand.
in d. leg.poſt dotem,numero 14.in illa quæſtio. An
quis proprio & procuratorio nomine negotium geſ-
ſiſſe cenſeatur,& ſcribit Bart.in l.qui mihi donatum.
ff.de donationibus,& latiſſimè omnium Ioan. Cro.
poſt alios in l.1.§.nuntiatio nu.41.& ſeq.ff. de noui
oper.nuntia.cui adde, quod ſingulariter notauimus,
ex relato Bal.conſilio.

Et quoniam creditores vel procuratores electi,
vel

vel inueſtigandarum rerum cauſa, vel ne totum perdant, aliiſque de cauſis decoctori,
26 † qui aufugit ſecuritatem concedunt, vel à præſidæ prouinciæ poteſtatem habente ſeu ſummo pontifice ipſi decoctores impetrant, vt per legum tramites vel oppugnare vel defendere valeant, & ſic vel decoctoribus, vel creditoribus conſulere præter Magal. tractatum, quem de ſecuritate ſeu ſaluoconducto inſcripſit, inſpice an iuramento ad ſoluendum decoctor ſe aſtrinxerit, propter c.conſtitutus. Iaſ. in l.quoties. C. de precibus. Imperator. offeren. Decius in conſ. 352. n. 7. vſque in fin. & Gozad. conſi. 32. & Iaſ. conſil. 173. col. penul. vol. 4. vbi referendo Alex. in conſil. 38. volum. 3. ait conuentiones iuratas ad ſecuritates à principe conceſſas non trahi, & idem probat Matthæus ab Afflic. Dec 5. Dominus Rex, & quod denuntiari officialibus curiæ debeat, ſcribit Alex. in conſi. 205. volum. 2. num. 2. verſi. & hoc præſertim, & plenè Gozad. in conſi. 61. num. 9. & ſequent. Prima facie, &c. & an ad res referatur, Dec. ſcribit conſil. 51. & pro tenui, & de eo, qui ſecuritatem fregit, & abuſus eſt, quiſue poſſit concedere tractat Nicolaus Boët. deciſi. 179. & denique de ſecuritate decoctori conceſſa, vide, quæ ſcripſit Bald. in conſi. 400. quod Iacobus, volumine primo, vbi multis modis oppugnat, ex quo reſponſo formam rectè concipiendi ſecuritatem colliges, & de ſecuritate ſimiliter decoctori cóceſſa, idem Bald. ſcripſit in conſil. 431. quæ ad tractatum Magalo poteris addere.

Sciendum & illud eſt, plerumque arbitrum in decoctione alicuius prętorem dare debere, cuius interuentu contribuatur res. l. illud ff. de tributa. vbi ſingularis lex, & hic arbiter poſtulantibus creditoribus dandus eſt, qui de modo contributionis cognoſcet ſeu diſponet. hic enim inter creditores rationes & calculum conficiet, atque conſolidabit, & pro rata eius, quod cuique debetur, tribuet, ſecundum ea, quæ in vltima parte dicemus.

Denique laudandi ſunt populi, qui cùm videant hodie mercaturam frequentari, & decoctorum copiam quotidie increbeſcere ſibi ius proprium ciuitatis in decoctionibus conſtituerunt,
27 † prout Mediolanenſes & Florentini inter alios conſtituerunt. Sed quantum intelligo, non ita clarè, vt negotium exigit. Et hæc quo ad primam particulam rubricæ attigiſſe ſufficiat, prætermiſſis vulgaribus, & his, quæ omnibus debitorib. ſunt communia.

SECVNDA PARS VLTIMÆ PARTIS,

ARGVMENTVM.

Quomodo procedendum, animaduertendumque ſit in illos, qui decoctoribus conſilium, auxilium, opemúe dederint, ſeu quouis modo fauerint.

SVMMARIVM.

1 *Baldi laudes.*
2 *Conſilium ad malum an præſumatur datum ex colloquio.*
3 *Declaratio ad ea, quæ ſcripſit Bartolus in leg. ſi ventri in §. eorum. ff de priuileg. cred. & ſeq.*
4 *Conſulere dicitur, qui verbo ſuadet: & opē præſtare, qui delinquenti adminiſtrat, & de conſilio relatiue.*
5 *Conſulens maleficium alicui, qui aliâs eſſet facturus, num in aliquo ſit puniendus.*
6 *Conſulere ad fugam, an ſit conſulere ad maleficium, & vtrum fugere, ſit maleficium.*
7 *Opem ad maleficium ignarus & inſcius maleficij præſtitiſſe dici non poteſt.*
8 *Inquiſitio contra opem præſtantem maleficio quomodo concipienda ſit.*
9 *Opem præſtitiſſe nō dicitur, qui mutuauit equum, vel arma alicui, qui rus dixit ſe iturum, & homicidium commiſit, ſi delictum ignorauit, & de ope ac auxilio quædam relatiue.*
10 *Eximēs debitorem e manibus curiæ, creditoribus ſatisfacere tenetur.*
11 *Debitorem alicuius faciens fugere ſciēs prudénſque quem creditor capiendum præparauerat, damnum ſarcire, & debitum ſoluere tenetur.*
12 *Occultans debitorem alicuius, an faciat ſe eiuſdē periculi ſuccedaneum, ſeu conſortem.*
13 *Dormiens non delinquit, niſi præceſſerit culpa.*
14 *Verbum incontinenti, quomodo intelligatur.*
15 *Regula illa, fruſtrà de pœna laborat, qui rem conſecutus eſt declaratur.*
16 *Genus vbi eſt, in obligatione reſpectu ſpeciei, tollitur genus ſoluta ſpecie.*
17 *Statutū prohibens receptare fugitiuos, quomodo intelligatur, & quis ſit fugitiuus.*
18 *Codex rationum an debeat appretiari ſecundū nomina in eis contenta, an materialiter.*
19 *Animus alicuius vbi ad bonum & malum verti poteſt ſecundum qualitatem perſonæ iudicandus eſt.*
20 *Statutum de receptante aliquē, quam interpretationem habeat. & num. 26.*
21 *Codices rationum decoctoris poſſunt mercatores ijdemq́; creditores penes fidam perſonam deponere, & dicuntur quo ad proprietatem ipſorum mercatorum.*
22 *Actus vbi eſt indifferens ad bonum & malum, & neminem lædit, præſumitur potius bonus, quàm malus.*
23 *Animus occultandi tunc præſumitur, quando ſic occultatur, vt nemini pateat. Secus, ſi pateat bono viro.*

24 *Officium magnum & elegans, virtutis eſt præconium.*

25 *Indicare ac prodere an quis teneatur exiſtentem in procinctu fugæ.*

26 *Receptator quis dicatur, & quæ requirantur in receptatione.*

27 *Fraudem, pro pœna veteres accipiebant & quærere.*

28 *Debitorem latitantem exhibere quiſquam non cogitur. Et ſi retinuerit in domo propria ſeu receptauerit quis, qua actione cõueniri poſſit.*

29 *Ratione partis totum cuſtodiri poteſt.*

30 *Rationes etiam cancellatæ, communes ſunt.*

31 *Simulantes & fingentes ſe creditores eſſe cũ non ſint decoctoris, aliqua de cauſa crimen falſi non euitant, & ſi quid acceperint, furtum faciunt.*

32 *Cedentes iura debiti ſoluti extraneo, vt contra creditores bona decoctoris defendant, falſi crimen non euitant.*

33 *Creditor ſi inito conſilio cum decoctore obligationis diem immutauerit in fraudem aliorum creditorum pœna falſi coërcetur.*

34 *Proxenetæ, vel alij ſciẽtes aliquem facultatibus labi lucri cauſa, alicui affirmantes illum idoneum eſſe, de dolo actione tenentur: contrà verò ſi non lucri cauſa.*

35 *Creditor alicuius mercatoris, quem nouit iam decocturum, ſi alij idoneum eſſe falſo affirmauerit, vt pecunia ſibi crederetur, ex qua ſibi poſteà ſatisfieri procurauit actione de dolo ab eo, qui credidit, conueniri poteſt.*

1 CIRCA propoſitã rubr. partẽ † Bal. in iure ciuili, & pontificio ſing. memoriæ, ſummæque ſcientię vir, & qui facilè præter dicendi elegantiam, veterib. Iuriſconſultis (ni fallor) comparandus eſt, & qui ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ, & qui præ cæteris ſapientiæ operam dederat, plurima innouare inſtituit, vt de Labeone Pomponius inquit in leg. 2. ff. de orig. iur. in conſ. 382. vol. 5. in q. Milani, nonnulla quæ valdè ad rem pertinent, elegãter tractauit, adeò, quod vtile, & neceſſarium nobis viſum eſt, Bald. ad verbum referre, & in ſingulis quęſtionibus quid ſentiamus ſubiicere. Haurienius enim ex eius fonte, prout in 4. parte fecimus, iudicio arbitrioque noſtro, quantum quoquo modo videbitur. Scribit igitur Bal. in verba infraſcripta.

IN CHRISTI nomine, Amen. In quæſt. Milani, qui dicitur dediſſe conſi. V. in fuga & fallimento d. V. mercatoris falliti, & fugitiui ciuitatis Mediolani in præiudicium nonnullorum creditorum mercatorum. In primis ſiquidem videndum eſt de iure communi, vtrum ex eo, quod d. V. erat amicus d. Milani, & habito ante paucos dies cum ipſo Milano colloquio, & patefacto ſecreto fugæ, poſteà aufugit, & fugam arripuit, portatis poſteà in domo M. codicib. rationum, & cum equis, & famulo d. M. præſumatur M. ei dediſſe conſilium fraudulentum ad necem creditorum, quinimò etiam opẽ, & auxiliũ & an d. M. proptereà obligetur, & maximè conſiderata forma ordinamentorum mercantiæ ciuitatis Milani, vbi præmiſſa perpetrata dicuntur. An verò non teneatur in aliquo? & maximè cum d. V. fidantia cum poſtea ſit reuerſus, & voluerit vſque ad intuleram dare, & de reſiduo componere, & ſi teneretur in aliquo, in quo, & inquantum. In Dei nomine conſuleretur, quid iuris, cum d. M. dicit ſe nullum conſilium præſtitiſſe ad fugam, nec ad aliquod malum vel damnum creditorum, ſed potius ad bonum, & bono animo ſicut per confeſſionem d. Milani apparet. In Dei igitur nomine ſuper prædictis, & quolibet prædictorũ reddatur conſilium rationib. fulcitum, præſuppoſito, quòd d. V. aliàs erat facturus, & obſtinatus ad fugam, etiã ſi S. Franciſcus ei perſuaſiſſet contrarium, quia nolebat mori in carcere, & eligibiliùs ſibi putabat fugere, quam mori, licet eſſet inhoneſtius, ſicut etiã ipſo
2 facto dedit intelligere. † Et primò vidẽdum eſt, vtrũ ex colloquio præſumatur conſilium datum ad malũ? & videtur, quòd ſic: quia cuius finis eſt malus, præordinatio præſumitur doloſa. C. de adult. l. ſi hi, qui. Itẽ finis demonſtrat principium. C. de inſt. & ſubſt. reprehendenda. Itẽ ad hoc facit Bar. ff. de priui. cre. l. ſi vẽtri. § eorum cuius verba adſunt, vt infrà. Quidam accuſatur de conſilio præſtito ad homicidium, & de homicidio probatur. Item quòd ille fuit locutus cũ homicida, & ſtatim fuit, vt occidit, ſed neſcitur quod dixerit ei certè ex breuitate ſpatij præſumitur conſil. dediſſe. Bar. in contrarium videtur, quia non conſtat de conſil. Porrò aliud eſt conſil. aliud colloquiũ. At colloquium poteſt eſſe bonum, & malum, C. de in-
3 offi. teſt. l. omnimodo. ff. pro ſocio. l. merito. † Itẽ nõ probat hoc eſſe, quòd ab hoc contingit abeſſe frequẽter, & facilè. C. de proc. l. neque natales. C. vnde l. l. non hoc. Non obſtet di. Bar. quia non debet ita indiſcretè intelligi, ſed eo caſu, quando præceſſerunt cauſę, & indicia odij, aliàs diceretur falſum. Item ex amicitia præſumitur quis dare amico bonum conſilium, quia amicus amico vult bonum, vt no. de fidei com. lib. l. in teſtamento. Sed conſilium fugę non eſt bonum conſilium, ſed ignominioſum, & infame, fama autem omni lucro præferenda eſt. ff. ſi quis omn. cauſa teſta. l. Iulianus. vnde Apoſtolus: *Expedit mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Nam bene pro toto fama non venditur auro.* C. de poſtu. l. quiſquis. Hactenus Bald. Cuius ſententia prima fronte hæſitationem habere videbatur, ex his, quæ de fuga facta cum equis, & famulo Milani, ac codicibus rationum in domum eiuſdem allatis, poſteà ſubiungit, quæ ad conſilium præſtitutum argumento eſſe videbantur. Sed hæ pręſumptiones, quia vir bonus Milanus exiſtimabatur, & in nobili officio conſtitutus erat, quia amicus, & creditor erat V. & aliis argumentis delictum excludentibus (vt puto) tolluntur. Vulgare enim illud eſt, & verũ, præſumptiones pręſumptionibus elidi l. diuus. ff. de reſti. in integr. & ſcribit Roma. in conſi. 60. viſis. & plena ſunt omnia iuris volumina. & his addes conſ. Bald. refert à Dec. in regul. cõſi. ff. de reg. iur. & in c. 1. extrà de offic. de leg. n. 21. ver. Poſtremò in quibus locis citat eundem Bal. in l.
4 1. C. de ſer. fugi. in 4. oppo. † Vbi ait, illum dici conſulere, qui verbo ſuadet, & qui delinquenti adminiſtrat, dicitur opem præſtare. Addit Deci. ad iuris articulum, quando quis dicatur conſilium præſtare. Bartol. in l. non ſolum. in §. mandato. in fine. ff. de iniur. Angel. de Aret. in pract. in ver. mandatorem. in fi. Angel. in conſi. 22. pro deciſione quæſtionis. Vero. in conſi. 27. col. 1. & in materia cõſilij Luc. Pen. in rub. C. de ſilent.

Item

Item ex verbis Baldi notandam valdè arbitror interpretationem ac declarationem ad id, quod Bar. ſcripſit in l.ſi ventri.in §.eorum.ff.de priui.cred. Eſt enim Bartol.ſententia recepta, vt complures referendo ſcribit Mar.in l.ſtatu liber.col.pen.ff.de quæſt.& maximè Alexan.in conſil.69.viſa facti.num.5.vol.2. Naturalis enim ratio ſuadet, & ſi lege deficeremus, vt intelligatur quando cauſæ, & inimicitiarum ſeu odij argumenta pręcellere, & hanc Baldi declarationem meritò ad cœlum tulit Sener.in tract.de deb.ſuſpe.in 10.q.prin.To. 16. adde Felin.in c. afferte. de præſum.num.13.qui idipſum probat, & citat eundem Bald.in l.1.col.3.de ſer.fug.

4 † Scribit deindè Bald.in hęc verba: Secundò vidẽdum eſt, poſito, quòd conſtaret de malo & prauo cõſilio, cùm tamẽ dictus V.eſſet aliàs facturus, num dictus M.veniat in aliquo puniendus? & videtur quòd ſic, quia quando conſilium datur ad malum committendum, tenetur ille, qui conſuluit ſecuto maleficio, & hoc ex eo tanquam concurrens maleficio, vt not. in reg. nullus ex conſil. de reg.iur.lib. 6. & ibi do. Dyn.tenet, quòd indiſtinctè puniatur conſilium datum ad maleficium, etiam ſi principalis erat aliàs facturus. Idem videtur tenere gloſſ.in l.non ſolùm in §.Proculus.& §.ſi mandato. Sed contra tenet gloſſ. expreſſiſſima inſtit.de obli.quæ ex delict.§. ope.& ff. de verb.ſignif.l.ſæpè.quæ gloſſ.decidũt expreſſè, vbi principalis erat aliàs facturus, non attento conſilio, vel contra conſulens non tenetur: & eſt ratio, quia principaliter non eſt ſecutus conſilium, ſed ſui animi motum.

5 Dicendum, ergo videtur, quòd aut principalis habebat propoſitum faciendi, ſed voluntatem nõ perduxiſſet in actũ abſque conſilio, quòd tunc teneatur conſulens. Aut perduxiſſet in actum quocunque modo, & tunc non teneatur, quia cùm facturus eſſet, in pleno dolo non poteſt dici: quòd laudando cõſulens augmentauerit malitiam, quia quod plenum eſt, adiectione non indiget, & hæc opinio videtur vera de æquitate: quia delinquens iſtud conſiliũ pro nihilo reputauit, & per conſequens non fuit ſecutus conſilium. Iſta eſt ratio, in qua funditur gloſſ.in d.§.ope. & hoc etiam tenet Paul.de Liaz.in cap.1.de pœn. in clemen.& præſertim quando iudicamus de conſilio ex præſumptionibus, quia tunc cautiùs eſt agendum, ſecundùm Innoc.qui ita eleganter notat in cap.quia veriſimile.extrà de præſumpt. Hucuſque Bald. Cuius ſententia declarauda, atque intelligenda eſt (& ſi verba forſan non patiantur) vt qui fraudulentum conſilium alicui dederit, qui & abſque conſilio facturus erat, eadem pœna plectendus non ſit, qua delinquens punitur, mitiori autem pœna iudicantis arbitrio cõſulens maleficium puniendus ſit.c. ſicut dignum. §. qui verò.de homicid.l.non ſolùm. §. ſi mandato. in verſi.Attilicinius.ff.de iniur.& vt ſuprà intelligendũ Bald.plenè ſcripſit Deci. in regu. conſilij. ff. de reg. iur.& in c.1.nume.13.de offic.deleg. & à frequẽtioribus ita receptum eſſe ait, & eundem Baldum in pluribus locis idem probantẽ citant, & Alb.nos hoc iure vti refert ſcripſiſſe, in l.ob hæc verba. ff. de his qui notan. inf. & hanc ſententiam frequentem eſſe ſcripſit Alciat.in l.ſæpè.in fi.ff.de verb.ſignif. Quod verò relatus Innocen eleganter ait in cap.quia veriſimile.extra de præſump poteris ſexcentis doct. locis probare, ac declarare, vt per Felin.in c.afferte.nu.9. & ſeq.de præſumpt.

Nunc iterum ad Bal.redeo, qui quærendo ait, ſequitur videre, an conſulere ad fugam, ſit conſulere
6 ad maleficium. † Hic videndum eſt, vtrum fugere ſit maleficium? & dico, quòd aut fugiens eſt ſeruus, vel ſeruili macula aſperſus, & eſt maleficium, vt in l. 1.C.de ſer.fug.& l.fina.C.de oper.lib. Aut eſt ingenuus, & tunc aut fugit cum re aliena, & eſt maleficiũ ratione rei, quia contrectando facit furtum. Idem ſi cum re, quæ aliquando fuit aliena, vt cum pecunia ſibi depoſita ad numerum, licèt ibi propriè non ſit furtum.l.ait prætor.§.ſi debitorẽ, ff.quæ in fraudem credit. Aut fugit abſque rerum alienarum vel quaſi exportatione, & iſta fuga non eſt maleficium, ſed eſt quædam latitatio.ff.quibus ex cauſ.in poſſ.eat.l.Fulcinius.§.quid ſit autem latitare. Vndè etiam ſi quis captus fugit, & condemnetur, non dicitur condemnatus de maleficio, ſed de contumacia.l.1.ff.ſi quis ius dic.non obtemp. Vndè dicunt Doctor. quòd fuga non imponitur alicui ad maleficium, ſed ſuſpicioni, vt notat Cyn.in l.1.C.de rap.virg. & patet in Auth de exhi.reis.§ ſi verò. & cõmuniter per omnes Doctor.in l. admonendi. ff. de iure. Hæc ille. Cuius ſententiam probat Sener.in d.tract.de deb. ſuſpe. in 10.quæſtione, & vide, quæ copioſè Nic. Boër. ſcripſit q.215.& antequàm veniam.& Doct in l.ſed eximendi verbum.§.item ſi quis.ff.nè quis eum.l.1.ff.de ſer.corr.& his addes, quę ſtatim in ſubſequẽti quæſt. adnotabimus.

7 † Ait deinde Bal ſequitur videre de ope, & dico, quòd ſi amicus meus, me inſcio, fugit cũ equis meis, vel famulo meo, non dicor opem præſtare, nam ſciẽtia nõ ignorantia punitur.C. de inceſtis nupt.l.cũ ancillis.C.de tabul generali.lib.10.& notatur in l.1. ff. de recept.& C.de ſeru.fugi.lege, quicunque & l.prima & 2.C.de his, qui latro.& dicit Longo. quòd ſi quis arma alterius tollere pręſumpſerit, & cum eis malum fecerit, non ſit culpa cuius arma ſunt, ſed illius, qui cum eis malum fecerit, vt in Longo. de his, qui cum arma alt.damn.fecerit.c.final. Sed plus dicitur eod.tit.cap.primo. ſi quis alicui arma pręſtiterit ſimpliciter, & ille, qui accepit, non imputetur ei culpa, qui pręſtiterit, ſed ei, qui cum eis malum perpetrauerit. Oportet igitur, quod ad hoc pręſtet opem, vt in l.2.§.homines coactos.ff.vi bonorum raptor. & ſi quis cultro accepto de taberna lanionis filium interfecit, ipſe eſt parricida, nõ lanio, vt in l.2.ff. de origin.iuris. Ex his apparet, quod d.M. neque ex conſilio, neque ex ope tenetur, quia neutrum fuit obligatorium, neque verum, & hoc de iure communi certiſſimum dico.ſ.ea, quę proponuntur in ſuo themate, ſic ille.

8 † Vero verius eſt, quod ait Bald.vndè Mat.in Practica ſua crim.in §.conſtante.num.64.in materia auxilij pręſtiti memoria tenendum ait, vt in inſtituẽda atque concipienda inquiſitione dicatur. Exempli loco Sempronius, ſciens, prudenſque, nec ignarus opẽ, & auxilium malefico, & delinquẽti pręſtiterit, idque probari debere, aliàs fruſtrà inquiritur, citat Angel. in §.iubemus.in Authen.de Eccleſ.titu. & Bart. in l. omnes.C.de agrico.& cenſi.libro vndecimo, & Alexand.in add.ad Bart. in l.is qui opem.ff. de furtis. & adde Ioan.de Ami. cõſ.53. Super inquiſitione formata. Item adde, quod idem Bald.ſcriibit in l.quicunq;.
9 num.22.C.de ſeruis fugi. † Si commodaris alicui ęquum, vel arma, vel famulum, quia rus ſe iturum dicebat, cùm tamen iturus eſſet homicidij admittẽdi gratia me non teneri, quoniã delictum ignoraui. Citat l. apud antiquos.C.de furt.& ff.de pœn l. Metrodorũ. Et poſtquàm de ope, auxilioq; pręſtito meminimus, placet hic loca ſubiicere, in quibus materiã copioſè

tractatam inuenies Bartol.in l.is qui opem.ff.de ſur.
& apud eúdem in l.1.C.de ſer.fugit. Petr. de Ancha.
in conſil.217.Felin.in c.ſicut dignum.in 2.& 3. col.
de homic.Dec.plenè in cap. 1. de offi.deleg. Vero.
in conſil. 1.Mar.in conſil. 122.in ſin.& latiſſimè in
pract.ſua in §.cõſtante.à nu.40.vſque ad nu. 78. &
in ſing.ſuis ſingu.400.Sæpiùs Iaſon in conſilio 137.
Formata eſt inquiſitio.vol.1.Ioan.de Ami.conſ. 53.
ſup.relato & de eo,qui conſuluit, vt peculium intri-
caret , vel rationes intercideret, vel adulteraret,vel
rationes ſibi commiſſas turbaret,vide l.1.in fin.ff.de
ſer corr.

Planè circa id,quod ait Bal.de conſilio ad fugam,
10 in præcedenti q.& nunc de commodatis equis,† No-
tandum eſt,non ſolùm eum,qui è manibus curiæ ali-
quem exemerit debitorem , creditoribus ſatisfacere
debere ,vt ſcribunt Doctor.in l.ſed ſi eximendi. &
ſeq.ff.nè quis eum,qui in ius voca.eſt,vi exi.& Iaſon.
11 in §.pœnales.nu.102.inſtitu.de actionibus.† Verùm
& ille , qui ſciens prudensq́ue debitorem fecerit fu-
gere , quem creditores capiendum præparauerant,
creditoribus reſarcire damnum , & debitum ſoluere
tenetur , quod propter fugam creditores conſequi
nequiuerunt:vt eleganter conſulẽdo ſenſit Petrus de
Ancha.in conſil.340.viſo themate. in fina.& citat in
argumentum l.fi.C.de oper.lib.C.de aſſeſ.l.3. C. de
exact trib.l.quoties.& ſubdit idem ſenſiſſe Ray. ad-
ditq́ue.ff.de eo,per quem fact.erit.l.1.§.1.& idem re
ferendo Anch.probat Ioan.de Ana.in conſi.55. quia
dubia,in fin.citat eundem Ray.& l.ſi vt certo.ff. cõ-
mo.cum his,quæ Accurſius notauit,& l.ſi à bonæ fi-
dei poſſeſſore.ver.ſi verò cuſtodiẽdum.ff.de rei vẽd.
& eandem ſententiam probat Iaſ.in l. 1.§. quod autẽ
num.8.ff.nè quis eum.Citat Bald.in c. dilectis. in 7.
col.de appe.adde Mar.ſin.137. in iure clarum eſt. &
quæ ſcripſit Fran.Cur.in repe.l.admonendi.nu. 102.
ff.de iure.& vide elegantem tex.in l. & eleganter. in
§.item Labeo.ff.de dolo.ex quibus ad quæſt.Bal. de-
clarationem habes,quòd ſi Milanus ſciens iam credi-
tores V.eum capere procuraſſe,& præparaſſe , ſigni-
ficaſſet id eidem V.fugæq́ue cauſam dediſſet , com-
modando equos,vt proponitur , omnibus creditori-
bus,qui propter fugam credita conſequi non potuiſ-
ſent,ſatis facere teneretur.

Ait poſtea Bal.ſequitur videre,an ille, qui ſciẽter
12 occultat debitorem alienum,faciat † ſe ſuccedaneum
vel conſortem eiuſdem periculi? Videtur,quòd ſic,vt
l.ſina.C.de oper.liber.ſed dicendum eſt contrarium,
quia iura,quæ hoc diſponunt , loquuntur in caſibus
ſpecialibus,& ibi eſt vnus caſus ſpecialis. Alius eſt
in debitore tributorum,vt C.de exact.trib.l quoties.
Alius eſt,quãdo quis debitorem vi eximit.ff.nè quis
eum.l.pen. Quintus eſt quando quis impedit reum
vel actorem venire ad iudicium , vndè currit præ-
ſcriptio contra creditorem , vt ff.de eo per quem fa-
ctum erit l.fin.Cùm igitur in his caſibus ſit ſpeciale,
& ſpecialiter prouiſum,ſequitur , quod in contrariũ
eſt ius commune,vt ff.de legat.l.ius ſingulare, & hoc
tenet Innocent.ſ.quòd illa edicta non habeât locum
extra ſuos caſus,extra de offic.delegat.paſtoralis.in ſi.
& aliquid tangit.eodem tit.c.1.hæc Bald.

Baldi ſententiam probat & commendat Seue. in
tract. de deb.ſuſpect. q. 10. l o. 16.& refert Bald.
Marſil.ſin.43.debitor fugitiuus. Addo idem ſenſiſſe
eundem Bal in l.fin. C.de operis liber. Verùm nõ eſt
omittendũ non deeſſe,qui contra Bald.ſentiãt. Nam
Rayn & Salicet.in eadem l ſi.ſunt in diuerſa opinio-
ne.Mouet Salicet.optima quidem ratio , & eſt talis:
licèt ex titulo ne quis eum,vis requiratur , hic tamẽ,
qui debitorem occultauit,conueniri poteſt ex titulo
ſeu interdicto.ff.de eo,per quem factum erit:vt in l.
1.§.1.eodem tit quod etiam ſine vi locum habet,nec
quidem ſuperuacuũ eſt,vt in Rubr.Accurſi. & Paul.
notant. Addo prædictis Iaſon.in l.1.§.quod prætor.
numero 7.ff.nè quis eum qui Raph.Fulg.citat in Ru
brica proximè relata ſcripſiſſe ſe putare , ſi propter
huiuſmodi occultationem,creditores eorum credita
perdiderint contra occultantes actione de dolo cõ-
ſulendum eſſe,argum.l.elegãter.in §.final.ff.de dolo.
Idem probat Iaſon inſtitut.de Doct §. pœnales. nu.
103.& hanc ſententiam contra Bald.probat argumẽ
to eius,quod paulò ſuperiùs retulimus , ſi quis cau-
ſam dederit fugæ debitoris , adeò vt creditores cre-
dita conſequi nequiuerint,præſtare teneatur,&,meo
quidem iudicio , eadem ratio ſuadet idem iuris eſſe
in hoc caſu,quod in illo. Quam ſententiam compro-
babis ex his , quæ infrà dicemus verſiculo,poſt hæc.
Bald.& illinc aſſumes,quæ ad hunc locum attinent.

Subiungit deinde Baldus:Modò veniamus ad ſta-
tutum mercatorũ,& præmitto, quòd ex receptatio-
ne valiſiarum nihil poteſt imputari M.quia nec vidit,
13 nec conſenſit.† Item dormiens non delinquit , niſi
præceſſiſſet cauſa,quare debuiſſet vigilare.ff. ad leg.
Aquil.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornicarius.& ſi dicatur,
quòd fuit in poſteriori culpa retinendo codices ra-
tionum ex certa ſcientia, nam ilicò debuit reſtituere:
vt ff.de adulter.l.ſi adulter. cum inceſtu. §.inceſtum
14 autem.C.de inceſt.nup.l.cum ancillis.† Reſpondeo,
in continenti dicitur factum , quod eſt factum intra
triduum.l.3 C.de errore aduoc.aliàs quod eſt ad cau
telam ſui factum , modico tempore interiecto, vt ff.
de vſu.l.ſciẽdum.Præterea,ex quo creditores habue-
runt & acceptauerunt libros & codices rationum,&
ſi Magiſter incidiſſet in aliquam pœnam legis,vel
ſtatuti:quia fruſtrà de pœna laborat , qui rem conſe-
cutus eſt:vt in l.2.poſt princip.ff.ſi quis caut.
15 † Præſertim,quia iſta obligatio,quæ deſcendit ex
decreto Mercatorum,eſt obligatio prætoria , & per
conſequens arbitraria,in qua prædicta regula eſt ve-
riſſima.ff.de publi.l.hoc edicto.ff. quod metus cauſ.
l.ſi cum excep.§.ſatis dementer. & quid ſit ius præ-
torium apparet,quia deſcendit ex iuriſdictione con-
ſulum, qui ſunt prætores,ſicut ædiles curules. l.1.ff.
de offic.conſu. Vel ſaltim inſtar prætoriarum inuẽiţ,
ex quibus oritur actio in factum.
16 † Prætereà,quando genus eſt,in obligatione reſpe
ctu ſpeciei tollitur genus ſoluta ſpecie.ff.de pigno.l.
ſi fundus. §. ſi pluris.& ff.de dol.except.l.fideiuſſor.
ff.de leg.1.l.ſi fundum per fideicommiſſum.ff.de pe-
titio.hæred.l.Item veniunt.§.idem rectè. Sed quia
fortè in hoc aliqui contradicerent, cùm iſta actio ſit
pœnalis à principio. Vel fortè dicerent , quòd hæc
pœna eſſet applicanda fiſco , ideò ad huius dubij re-
motionem venio ad intellectum ſtatuti,verba autem
ſunt,vt infrà:Item quòd aliquis de ciuitate vel comi-
17 tatu † vel aliundè non audeat vel præſumat tales fu-
gitiuos , nec patres filios maſculos fratrum ſorores,
nec aſcendentes eorum , nec deſcendentes maiores,
vt præcedentibus ſtatutis continetur albergare, nec
receptare,in perſona , nec in rebus , nec in domibus
ſuis,nec aliis,nec dare eis,nec alicui eorum,in perſo-
na , nec in rebus,conſilium,auxilium, nec fauorem,
nec allegare,nec aduocare pro eis,& qui contrafece-
rit , puniatur in libris ducentis tertialorum, pro qua-
libet vice,& nihilominus talis receptator & contra-
factor teneatur ad reſtitutionem pretij & rerum re-

ceptarum

ceptarum in duplum.& prædicti poteſtas, iudices &
conſules iuſtitiæ mercatorum mulrare poſſint,& de-
beant ſub prædicta pœna libratum tertiolorum ſin ſa
larij:inquirere de prædictis,vt ſupra, & proceſſum fa
cere,ipſis ſcientibus ipſos eſſe fugitiuos. Relatis ver-
bis ſtatuti ſubſequitur opinio Baldi, & primò viden-
dum eſt,quia ſtatutum dicit fugitiuos receptare. Eſt
autem fugitiuus ia, qui in actu fugæ deprehenditur,
ita quod ſaltem vnum pedem mouerit. ff. de ædil. e-
dict.l.quid ſit fugitiuus.in gl.ita tamen. Ille autem,
qui non peruenit aliquo modo ad principium facti,
licèt ad conſilium fugæ meore peruenerit , non eſt
fugitiuos,quia ſtatutum debet intelligi de actu ſaltē
inchoato:vt in l.cedere.§.ſubſecare ff.arbor.fur. cæſ.
& ff.de verbor.ſignificat.l.fugitiuus. Oportet igitur
in primis apparere de actu , vel de principio fugę tē-
pore receptationis perſonæ , vel rerum. Hæc Baldo
noſtro placuerunt.

Nos verò,quia aptiori loco,ſcilicet,in vltima par-
te princip.tractat de obligationibus,quę ex decretis
mercatorum deſcenduut,diſputabimus,prætermiſſis
aliis circa interpretationem verbi,quid ſit fugitiuus,
Bal.ſenteotiam probamus quam receptam à frequē-
tiorib.putamus.de quo Seu.in tract.de debi.ſuſ.q. t.
& videbis,quæ copioſè ſcripſit Nicol.Boër. q. 215.
& antequam veniam.nu.2.qui complures alios iuris
auctores citat,& maximè Soci.in cooſ 99.nu.1.& 2.
circa primum,& c.vol.4.& in ſeq.cooſil.& addimus
Aſten.in vol.de conſti.& Dec. in verſ.fuga.quibus in
locis fugitiuus planè deſcribitur.

18 †Subiungit Bald.ſed hic quæritur , cùm ſtatutum
dicat,quòd teneatur ad reſtitutionē pretij , nunquid
codices rationum debeant appreciari ſecundum no-
mina contenta in codicibus,an materialiter?& vide-
tur,quòd quantum codex chartarum vendi poſſet,nō
quaotum oomina , quia illud conſiſtit in fictione iu-
ris,vt ff.de probat.l qui chirographū.ſed ſtatuta ma-
ximè pœnalia,& exorbitantia a iure communi , vel
ius nouum diſponentia,non recipiunt fictionem , vt
nota.in leg.3.in §.hæc verba.ff.de nego.geſt.in gloſ.
communi , & vulgari,quæ ab omnibus approbatur.
In contrarium videtur,quòd ſignificatiuè,id eſt, ſe-
cundùm nomina contenta in codicibus,vt ff. de leg.
1.ſeruum filij.§.cum,qui chirographum. Nam verba
ſtatuti referenda ſunt ad effectum : effectus autem
chirographi cooſiſtit io oominibus , vt de pactis. l.
poſtquam.Ipſa enim papyrus per ſe parum valet , &
ſic eſſet parua pœna tāto delicto,& pro hoc ff.de fur.
l.qui tabulas,& ff.ad legem Aquil.l.in l. Aquilia ſi
deletom. Ex quo ſequitur , quòd teneatur quanti no-
men veodi poteſt,dummodo probetur,quòd dolo,&
ex certa ſcientia ſciens quaotitatem chirographo-
rum,receptauerit animo intercipiendi,& non animo
19 creditoribus reſignandi,& interim conſeruandi † &
cùm ad vtrunque animum poſſit ioterpretario con-
uerti ſecundùm qualitatem perſooæ , iudicandus eſt
animus.ff.de rel.& ſump.fun.l.etſi quis.§. ioterdum.
& §.ſequeo.& ſi quid commodiſſet ad eum peruеoru
rum,præſumeretur malus animus,aliâs ſecus,vt ff. de
20 dol.l.quòd ſi cùm ſcires. † Prętèrea,dictum ſtatutum
debet intelligi de receptante , qui præſtat auxilium,
conſilium , vel fauorem,ipſo facto receptionis,quia
illa clauſula de auxilio & fauore , quæ ſequitur de-
clarat qualitatem præcedeotium.ff.de vino,trit.leg.
l.fin.§.cui dulcia,tamen hoc vltimum non pooo pro
certo,ſed relinquo ſub dubio. Credo tamen , quod
intelligatur de receptatione odioſa,id eſt , quæ eſſe
poſſit fraudi creditorum , non de ea , quæ ſit bona

gratia,ne Codices rationum creditorib.ſubtrahātur,
quia iſte habet cogitationem negotij gerendi cre-
ditoribus , ne aliquo caſu,qui poſſet contingere eis,
valeat ſubtractis inſtrumentis ſiue codicibus rationū
cauſa deperire,hoc autem pręſumendum erit ex qua-
litate perſonarum,ac etiaoi ex iuramento recipien-
tis.

21 †Quinimò cùm & ipſi mercatores poſſint codices
deponere apud aliquam fidaoi perſonam , & talis
depoſitarius in nullo peccet,vt de edend. l. quædam.
§.his autem,& ff.familiæ erciſcundæ.l.ſi quæ,& ff.de
pœn.l ſi quis aliquid.§. inſtrumeota. vbi eſt expreſ-
ſum. Sunt eoim ipſi codices,quo ad proprietatem ip-
ſorum mercatorum,& licet euadant vias ſuas per do-
lum , tameo in depoueudo apud fidam perſonam nō
interuenit dolus.

22 †Item vbi actus eſt indifferēs ad bonū, & malum,
& alium non lędit,præſumitur potius boous , quàm
malus. Sed eſt actus indifferens iſta depoſitio , &
ioquantum depoſitio neminem lædit , imò patroci-
natur:argu.quod vi,aut clam.l.ſi alius , §.belliſſimè.
cum §.ſeq niſi expreſsè probaretur , quod libri ideò
cælati ſunt vt veritas occultetur,vel non de facili pa-
teat:vt notat Bar.ff.de tabu.exhib.l.locum. §. ſi quis
23 dolo † Vbi ipſe dicit,quòd tunc præſumitur animus
occultandi,quando ſic occultatur , quòd nemini pa-
teat.Secus ergo ſi pateat bono viro,qui veriſimiliter
ſit creditoribus denunciaturus,ſicut iſte fecit , quem
booum virum eſſe rerum ;experientia docuit , & in-
corrupta fides , & ſupremum officium theſaurariæ
ſibi creditæ ab illuſtri domino oostro , ſicut cun-
que alij,quem domious noſter elegerit. Hæc enim
24 niſi per virtutem non contingunt.† Denique omne
magnum , & elegans officium virtutis eſt præconiū,
vt l.fina.C.de condit.in pub. hor. libro 10. Hactenus
Bald.in ſuprascripta verba , qui adeò doctè , ſubtili-
ter , & eleganter diſſeruit , vt neceſſaria additione
oon egeat,ſolumquo ad id,quod de codice dixit,du-
pliciter ſumi poſſe.addo in ſimili Paul.Caſt in conſ.
285. viſis parte prima , qui de vulgari verbo banco
idem ait.

25 † Poſt hæc Bald. inquit , ſubſequenter eſt viden-
dum , vtrum M. debuerit indicare,& prodere eum,
qui erat in procinctu fugæ ? & dicendum eſt , quòd
oon teneatur indicare,nec prodere ſecretū , vt legi-
tur,& notatur in l.idem §.ſi tibi iudicium ff. de cod.
ob turp. cau. Nam turpiter facere,ex quo fidem de-
dit de ſecreto tenendo , quia fides etiam hoſtibus
ſeruanda eſt.Idem ſi ooo dediſſet fidem : tamen non
teneretur indicare, quia oon ſpectat hoc ad officium
ſuum,vt extra.de teſti.cog.cap.dilectorum. & patet.
cap.oerui teſticulorum Leuiathan. 13. diſtinctio. &
plenè notatur per Innoc.extrà & hom. c. ad audien-
tiam.vbi etiam plenè tractat de materia conſilij.Prę-
terea receptator ſecuodùm etymologiam vocabuli
26 non eſt aliud,quàm rei acceptor. † Iſte autem M. à
fugitiuo nihil acceptauit , quia penitus ignorauit. &
licet familia per prius receptauerit per imprudentiā,
quinimò & ſi per dolum non præiudicat M. vt extrà
de reſtitutio.ſpoli.c.cùm ad ſedem.quia familia non
erit ad hoc deputata,vt ff.de publicia.l.1.§. familiæ.
& ibi per Bart. Et ideo ſtatutum de receptatione re-
rum noo habet locum,quia in receptatione tria re-
quiruntur,ſcilicet, deferens, actus delationis , & res
receptata , vt not. ff. de verbo. ſign. l. Marcellus.
porrò iſte M. non recepit ab aliquo , ſed in do-
mo reperit : argum. ff. de fur. l. ſi quis ex domo.
Non enim erat pręſens , nec ſciens:argum.ff. naut.

cau.ſtab.l.1.in prin. Nam ſic interuenire, potius eſt
caſus fortuitus,quam factum hominis.Quia igitur in
27 M.nulla deprehenditur culpa,ergo nec pœna.† Vete
res denique fraudem pro pœna accipiebant, vt ff. de
ædil.edict.leg cum autem.§ excipitur. Et eſt ratio,
quia qualitas delicti denominatur à genere pœnæ,
& econuerſò genus,vt ibi patet. Accedat ergo regu-
la communis quòd vbi nulla deprehenditur culpa,
ibi nulla deprehenditur pœna: vt.ff. de fideicom.li-
ber.l.ſed & ſi non data.§.fina.& facit.ff.ad l. Aquil.
leg.qui occidit.in fin.& ff.de ſer.fug.leg.1.§. 1. & ſe-
quent.nec præſumitur habere animum receptandi il-
le,qui in paucos dies receptauit,vt patet in dicta leg.
1.§.his autem.& §.fin.Huc vſque Bal.

Bēoenutus autem quantum ad rem pertinet, illud
primum huic rei adiiciendum putat, in illoque iuris
articulo, an M. creditoribus iamiam V. fugitiuum
indicare teneretur,ſententiam Bald. declarandam &
intelligendam,ſecundùm ea,quę eadem parte in ver.
planè.num.10.retulimus. Deinde illud frequentiſſi-
mum,quod ad receptationem debitoris attinet,non
eſt hìc prætereundum,eſt enim ſciendum ex interdi-
28 cto de libe.ho.exhib.† Creditores agere non poſſe,
vt debitor,qui fortè in domum alicuius aufugit, ex-
hibeatur: nec enim debitorem latitantem exhibere
quiſquam cogitur. Sed in bona eius ex edicto præ-
toris fit miſſio l.fin §.fin.ff.de libe ho.exhi.qua leg.
motus Ioann.de Plat.relatus à Iaſ.in §.præterea. nu.
50.inſtitu.de actio.ait, licèt mercatorem decoctum
in domo propria receptum,non poſſum tamen con-
ueniri,vt exhibeam aliâs ad id,quod intereſt, tenear,
& ſubdit Iaſ.proximè ad relatam q.accedere, quod
ſcripſit Bal.in tit.ſi de feu.fue.cont.inter do.& agna.
c.in generali.ait enim in verba infraſcripta.

Extrà quæro, quidam detinet debitorem meum,
ex hoc non poteſt mihi ſatisfacere,quia ex operibus
ſuis poſſet acquirere,& mihi ſoluere,nūquid poſſum
repetere ab eo iſtum meum debitorem? dicit Inn.
quòd non, niſi habeam in eo ius reale, ſicut habeo
in vaſallo,& aſcriptitio,& in omnibus,qui teoētur ad
munera.Ita not. Innocen.extrà de app.c. delecti.vbi
videas.vt C.de op.lib.l.fin.Eſt tamen aliud remediū,
ſcilicet,quòd agam actione iniuriarum contra eum,
vel de dolo,ſi ſciens detinet eum in præiudiciū meū,
vt ff.de dolo.l.cùm quis ſecundum Inno.Illud etiam
conſtat,quòd poſſum agere interdicto de li.ho.exhi.
in quo aliis præferor propter ſingulare intereſſe.ff.de
proc.l.licet in popularib Hęc ille.Sed & addes,quòd
ſententiam Io de Plat.& Iaſ.probat Mar. in ſin. ſuis
ſin.366.aliqua tibi dixi, & ſubdit ex his colligi titu-
lum de receptatoribus,in ciuilibus locum non habe-
re.item addes Pet.Gerar.in ſuis ſingu.67.diligeo.re-
ferendo ad verbum Ioann.de Plat.Iaſ.& Bald.in cita
tis locis duo eleganter notaſſe.Alterum eſt Bald.ma
lè ſenſiſſe in eo, quod ait interdictum de libero ho-
mine exhibendo competere, cùm ſit caſus in contra-
rium,in dict.leg.fin.& verum eſt,quod ait Petr. (vt
diximus)alterum ſe putare ait,ſi debitor habeat bo-
na, quibus creditoribus ſatisfieri poſſit,actione iniu-
riarum,vt de dolo contra detinentem debitorem agi
non poſſe.Idque ex eo,quoniam creditoribus ex edi
cto prętoris conſultum eſt:iubet enim pretor in bo-
na eius creditores immitti, mouetque eum citata l.
fin in fi. Verùm ſi bon. debit.non ſufficerent de dolo
vel iniuriarum actione agi poſſe non negat. Cuius
ſententiam probat Nicolaus Boer.dec.174.& vide-
tur.& c.nu 3.& ego etiam non improbo,nec arbitror
in Innocen.negaſſe. Quinimò idem fortan ſenſiſſe,
verba enim innuūt. Accedat,quod no. Accurſ. in ea.
leg. cum quis.in ver.damni. Edictum de dolo malo,
locum non habere, tùm quis actionem aliam habet,
qua conſequi poſſit,quod ſua intereſt, quatenus ergo
ſoluendo non ſit debitor,& bona non habeat, quia
nullam videtur actionem is habere,cui propter ino-
piā debitoris inanis eſt, de dolo malo actio dabitur.
l.1.§.ſi.cum multis ſeq ff.de dolo malo.

Sequitur Bald.vlterius ad lucidationem veritatis,
& ad obſtruendam ora loquentium contra iuſtitiam
& veritatem,licèt nemini poſſit claudi os:quia(vt Sa
piens ait) *Non eſt arbitrij noſtri,quid quiſque loquatur.*
Tamen veritas omnia vincit,& obloquentibus ſilen
tium imponit,ſciendum eſt in facto, & deinde con-
cludendum in iure non perſuaſiuè, ſed demōſtratiuè
ad oculum,quod de receptatione librorū nil poteſt
impingi Milano, & hoc ſic demonſtratur in dictis
codicibus,rationum erant multæ rationes,& magna-
rum quantitatum accepti & ſoluti calculati interdi-
ctum Milarum,& dictum V. Vnde non poteſt nega-
ri,quin dictæ rationes eſſent cōmunes,vt ff.de eden.
l.1.§.rationes,& l.ſi quis ex argentariis.§. pertinere,
& plenè notatur in §. editiones, & C.eod.leg.1. & l.
fina.& occaſione rationum prædictarum etiam ipſe
codex erat communis, nec poterat per quinternos
diſſolui,& diſſigillari: & pro parte cuſtodiri & pro
parte non. Vnde quo ad hoc corpus iſtud erat indiui
ſibile,& maximè, quia initium rationum, quod in
codice continetur,omnibus commune extint,vt.ff.
de eden.l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium.tabularū
29 & rationum† partis totum cuſtodiri poteſt.ff. cōmu.
diui. l.Sabinus non dico totum contrectari.ff. pro
ſoc.l.meritò.& de acqui.hæred.l.duo fratres.& cuſto
dia eſt quid indiuiſibile, vt.ff.commo.l.ſi certo.§. ſi
duobus vehiculum.Et ſi duo ſunt, qui habent codi-
cem communem,licitum eſt & iuſtum, cuilibet cu-
ſtodire,& apud ſe in cuſtodiam tenere,donec per ſu
periorem deputetur cōmunis cuſtos.ff. famil. erciſc.
l.ſi.quæ cautiones.ff.de fide inſtr.l.fin.Nec enim de-
bet quis pati, quod rationes perueniant ad manus
deplorati,qui poſſet eas cōturbare.ff. de in rem ver.
l. quidam, ne fortè de facili fierent raſuræ vel can-
cellationes,vel ſuperadditiones,vt ff.de his, quæ in
teſta.del. l.1.ff.de fal.l.1.§.qui rationib. C. de teſta.
l.ſi vnus. Et ideò oportet ſcripturam eſſe ſub fida
cuſtodia:extrà de præſcrip.cap.ad audientiam. Cum
igitur iſti codices ſint communes,& M.interſit,& cū
ipſa ſit fida perſona,& magiſter in tractatum Domi-
ni indubitanter potuit recipere libros ad ſe pertinē-
tes & ipſos diligenter cuſtodire. Nam & ſi ſunt Do-
mini eiuſdem caſtri, & vnus recedit, alter cuſtodire
poteſt,vt ff.de fun.inſt.l.ſi ita §. mulier villæ cuſtos.
Nemo enim tenetur ius ſuum negligere,vt ff. de pet.
hæred.l.illud,& quod ſibi offertur,non debet refuta-
re,vt ff.de leg.3.l.3.§.ſi rem,& ſi media nocte offe-
ratur,vt ff.de feriis l.more Romano, & C.de trāſact.
l.non minorem.Dicet aliquis,rationes iſtę multipli-
ces erant cancellatæ, ergo codex non erat cōmunis.
30 † Reſpondeo, iſta ratio falſa eſt, quia rationes e-
tiam cancellatæ, communes ſunt, quia per eas pro-
batur debitum hinc inde proceſſiſſe, vnde intereſt
vtriuſque partis eas apparere: text.eſt notabilis in l.
ſulſo.§.fin.ff.de fur.facit C.de cond.ſine cau. l.diſſo-
lutę. C. de fide inſtrum. l. ſi plures apochis. in au-
thent.de mand.princ. § publicorum.C.de apo pub.
l.prima.C.de diſcu.l.ne caſu.libro 10.Et iſta eſt ve-
ritas. Quòd autem codices rationum fuerint be-
nè cuſtodiri, ex ipſorum prima lectione appa-
ret,

ret, quę prima figura eſt ſine omni ſuſpitione, vt C. de edict. diui Adr. toll. l. fin. Nam facies ſcripturæ occulta fide oſtendit legalitatem, quod patet expreſſè, nō eſt probare neceſſe, vt. C. de fide inſtru l. comparitiones. & ff. ſi. reg. l. ſi per irruptionem. §. ad officium, & relinquere ſenſum, & ire per ratiúculas, eſt infirmitas intellectus, vt aiunt duo luminaria Philoſophiæ, Ariſtoteles & Auerroes, & per hæc clariſſimè & pluſquàm clariſſimè innocentia Milani apparet contra mordentes, qui applaudunt quandoque vocibus: ſed mordent dentibus curato aculeo, vt dicit Beatus Hieronymus, ſed dicit Decretalis, quòd non eſt curandū, quid obloquatur iniquus: ſed quid ſentiat arbiter ęquus. Hucuſque Bald. qui quaſdam alias dubitationes ſubiungit, quas nos hîc conſultò omittimus, cùm ſuprà in ea parte, in qua de ſtatutis verba fecimus, breuiter retulerimus, & in hac parte nil addendum iudicauimus. Cùm doctè quidem & plenè Bal. diſſeruit, ita vel nil niſi dicendi facundiam deſuiſſe putem. Solum igitur quædam alia ad hanc partem attinētia, ſummatim adnotabimus.

Sciendum eſt igitur frequenter euenire, vt ſecuta alicuius decoctione vel conſanguinei, vel amici decoctoris in fraudem verorum creditorum ſe credito
30 res fingant, cùm non ſint. † Vel ſi fortè aliquando creditores extiterint, & creditum conſecuti fuerint, adhuc ſe in numero creditorum adiiciant. Hi enim in crimen falſi incidunt, vt legitur & notatur in leg. ſi creditor C. de falſ. Et hoc quotidianum in decoctorib. eſſe ſcripſit Ang. Are. in prac. in verſi. falſario. verſi. quæro, aliquis dictat. Item falſ. cred. hoc eſt, is, qui ſe ſimulat creditorem, quid acceperit, furtum facit. l. falſus. ff. de fur. l. quoniam. ff. de con. fur. Sunt & alij, qui ex voluntate decoctoris iura debiti ſoluti extraneo cedunt, vt contra creditores eius bona defen
32 dantur, qui & ipſi falſi crimen nō euitāt, † quod Salic. in ea. l. ſi creditor adnotauit. ſed & ſi quis cùm poſterior creditor eſſet cum decoctore inito cōſilio, obligationis diem immutauerit, in fraudem creditorum
33 pœna falſi coërcetur, † nec decoctoris voluntas excuſationem præbet. l. repetita. ff. de fide inſtr. & notatur in non ſemel relata l. ſi creditor. quæ profectò, & ſingularis eſt, & in decoctionibus memoria tenenda, & vide l. fi. C. de cri. ſtel.

Illud etiam vſitatiſſimum & pulcherrimum genus fraudis tempeſtate noſtra tacendum non eſt. Solent
34 plerique & præcipuè † Proxenetæ ſciētes aliquem facultatibus labi lucri cauſa, alicui affirmare idoneum eſſe. Vnde in hos de dolo malo iudicium dādum eſt, qui alium lucri cauſa falſò laudant: ceſſat autem de dolo actio in eo, qui non lucri cauſa idoneum aliquē affirmat, licèt falſò. l. eleganter. §. fin. & ll. ſeq. ff. de do
35 lo ma. Hoc amplius puto (quod nō ſemel euenit) † ſi creditor alicuius mercatoris ſe creditorem diſſimulans, alij idoneum eſſe affirmauerit, vt pecunia mutua daretur vel merces habita fide de pretio venderētur, cùm ſciret facultatibus labi, & iam iam decocturum, & ex dictis rebus & pecunia creditis ſibi ſatisfieri procurauerit, hunc qui decipiendi cauſa laudauit falſò, actionem de dolo non euitare. Concedenda etenim eſt ei, qui pecuniam credidit contra affirmātem. Idque propter dicta iura & l. ſeruus tuus. ff. eo. quam legem Bald. in hæc verba in ſumma eſt interpretatus. Qui fraudulenter exhortatur, actione de dolo tenetur: etiam monet me, quia non ſola eſt affirmatio, ſed decipiendi animus, ex eo deprehēditur, quòd creditam pecuniā receperit. Et adde Accur. in d. l. quòd ſi cùm ſcires, qui citando d. l. ſeruus tuus. idem ſenſiſſe videtur. Adde etiam. l. ea, quæ. §. primo ff. de cōtrah. empt. leg. in cauſæ. §. primo. ff. de mino. & quæ ſcripſit Andr. Tir. q. in comm. de vt. re. pag. 771. numero 49.

VLTIMÆ PARTIS

ARGVMENTVM.

Qui potiores in bonis decoctorum habeantur.

SVMMARIVM.

1 Dominorum & deponentium ſi extant depoſita in decoctionibus primo loco ratio habenda eſt.

2 Interpretatio ad § quoties. in l. ſi hominem. ff. depoſi. & l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priui. cred.

3 Depoſitarius ſi dominiū tranſtulit, quo ordine vocetur in bonis decoctoris, & ſi vſuras recepit priuilegium perdat, quod fallit in caſu l. qui nominibus. ff. de adminiſtr. tut. & de ratione.

4 Depoſitarij in bonis decoctoris ſimul admittūtur, nec ordo inter eos ſpectatur, ſed ſatisfieri debet pro rata tēporis prioritate non cōſiderata.

5 Venditores mercium an cæteris creditoribus hypothecam habentibus in ipſis mercibus vēditis præferantur, vbi quòd non, niſi ſibi ſpeciali hypotheca in venditionibus præcauiſſent.

6 Pactum, quòd res vendita ſit obligata ſufficit, ſi in eodem inſtrumēto poſt rei traditionem adijciatur:

7 Cautela pro venditore, cùm de fide emptoris dubitat, vt in venditione adijciatur rei venditæ, dominium non intelligi tranſlatum, quo ad pretium non ſoluetur.

8 Merces venditæ ſi non extant, quod in alijs locū earum ſubrogatis, non cenſeatur inducta hypotheca.

9 Contrahens cū mercatore, non tamen ex eo quod mercator ſit, tacitam habet hypothecam.

10 Mutuans ad merces emendas caret hypotheca, & ſolùm in perſonalibus habet: priuilegiū eſt enim ſpeciale in pecunia pupillari ad rem emendam, quod hypotheca competat.

11 In hypothecarijs creditoribus regula prior in tēpore,

pore potior in iure, procedit etiam, ſi res hypothecata poſteriori tradatur.

12 *Qaæſtio notabilis in materia hypothecæ circa prioritatem.*

13 *Regula prior in tempore potior in iure procedit, etiam ratione horæ, & ratione ordinis ſcripturarum. & ad id notabilis declaratio.*

14 *Promittens aliquem indemnem conſeruare non ſub conditione, ſed per modum cauſæ ad diẽ obligatus cenſetur, cùm ſcilicet damnũ paſſus fuerit.*

15 *Obligatio illa dicitur antiquior, cuias dies antecedit licet altera ratione horæ alterã præcedat.*

16 *Creditores chirographarij omnes pro rata vocãtur in bonis decoctoris temporis diuerſitate non conſiderata & de ratione.*

17 *Hypothecarij creditores præferuntur, niſi in fraudem hypotheca ſit adiecta, vt patà ſi à fugitiuo, & eo qai non ſoluendo eſt, in debito etiã vero ſit addita.*

18 *Dictio pro rata qaid ſignificet relatiuè.*

19 *Priuilegia non ex tempore exiſtimantur, ſed ex cauſa. Et ſi eiuſdem tituli fuerint cõcurrunt, licèt diuerſitas temporis in his fuerit.*

20 *Mercator qui in varijs, & diuerſis locis habebat traficã vnius negotiationis ſi decoxerit quòd creditores omnes non ſint confundendi, ſed ſeparatim in quocunque loco vocandi: in eo tamen quod ſupereſt alij admittuntur.*

21 *Mercator, qui duas negotiationes exercuit, & ſeparatim habuit creditores ſi decoxerit ſeparatim in qualibet negotiatione vocantur creditores.*

22 *Lex procaratoris in §. ſi plures quæ loquitar in tributoria. & ſeruo, quòd in libero homine locum habeat.*

23 *Priuilegiarij, & hypothecarij creditores in tributum non vocantur.*

24 *Inſtrumẽta negotiationis illius cõtribui debẽt. & quomodo, quia plerunque apparatus ex merce ſant.*

25 *Quæſtio notabilis ad diſcernendum, num vna, vel plures ſint negotiationes.*

26 *Interpretatio ad l. procaratoris. in §. ſi plures. ff. de tri.*

27 *Banchum valgare verbum, quam interpretationem habeat.*

28 *Solatum à decoctore vni ex creditoribas, an poſſit ab alijs creditoribus reuocari.*

29 *Creditor anterior generalem hypothecam habens, an poßit pecuniam ſolutam, & bona fide conſumptã reuocare à creditore poſteriori.*

30 *Priailegiarij creditores habent ius reuocandi pecuniam ſolutam, & bona fide conſumptam.*

31 *Hypotheca etiam in pecunia conſiſtit.*

32 *Fortiora ſunt iura, quæ nobis facto noſtro quærimus, quàm ea, quæ à lege nobis conceduntur.*

33 *Vigilando quis ſaam conditionem meliorem non facit in tributoria actione, & idem quod in tributoria, eſt in actionibus, quæ dantur occaſione negotiationis.*

34 *Creditor à mercatore: qui decoxit, ſi ſibi vult ſatisfieri, debet præſtare cautionem ſe pro rata re faſurum, ſi alij emerſerint creditores, ſecus in alijs actionib. quæ ratione negotiationis nõ dantur, ſatisfieri enim debet his, qui primi veniunt.*

35 *Cautio præſtita à creditore in actione facit, vt vigilando ſaam conditionem meliorem non feciſſe dicatur.*

POSTQVAM duce Baldo complures
iuris articulos diſſeruimus, & in hac vltima
parte, ad Iuriſconſultiſſimũ Baldum,
tanquàm ad ſactam anchorã confugiemus.
Nec enim nobis quærentibus,
Dux magis expertus, magiſque valens in propoſita
quæſtione ſe offert. Igitur nil deſperandum duce
Baldo, & auſpice Baldo. Verùm quia licet doctè, nõ
tamen clarè & plenè (vt quotidiana materia expoſtular)
diſſeruit, nos vt ſolemus, apertiùs, & pleniùs attingemus.
Bald. enim in conſilio 400. in libris theſaurariæ,
numero octauo, libro quinto. & in conſi. 432.
Caſus talis eſt, lib. 1. diſputat, & in l. pro debito. C. de
bon. aut iud poſ. ait in hæc ſeu ſimilia verba: Mercator
labefactata fide decoxit & aufugit. inſurgunt deponentes,
& petunt depoſitum. Vendentes inſtant,
& petunt pannos, aut pretia. Hypothecarij ſe offerũt,
& ſe præferendos aiunt. Vxores verò & Nurus dotium
ſuarum cauſa ſe potiores inquiunt, concurrunt
& alij pro extortis vſuris. Nonnulli pro furtis & inuaſionibus
factis. Denique & alij ſimplices priuilegiarij
eorum cauſam meliorem eſſe dicunt. Quæritur
igitur, quo ordine ſatisfieri debeat, quorúmve cauſa
1 ſit prius. Idem Baldus reſpondit. † Primo loco rationem
habendam dominorum rerum. Verbi gratia, deponentis
ſi extat depoſitum. ff. de priuil. cred. l. ſi ventri.
§. in bonis. Sed quia Bal. (vt vides) depoſitariorũ
cauſam pleniùs nõ attigit, ſed primoribus (vt aiunt)
labris, placet nobis pleniùs tractare. Sciendum eſt
igitur, duas leges prima fronte contrarias legẽtibus
2 videri, ſcilicet §. proximè relatum, † & §. quoties ſitum.
in l. ſi hominem. ff. depo. Dicitur enim in §. in
bonis. poſt priuilegia in bonis menſularij vendendis
admitti, qui depoſuerunt. At in §. quoties legitur,
quoties foro cedũt numularij, primo loco rationem
haberi depoſitariorum, & ante priuilegia Accur. vtrobique
ſoluit, verùm iudicio meo, Paul. Caſt. in citata
l. qui homine. clarius rem explicat, quem addẽdo
ferè in ſingulo quoque capite referemus. Ait enim, ſi
deponens dominium nootranſtulit, quia in ſacculo
forſan depoſuit, & in re depoſita, quę extat, omnibus
præferendus eſt deponẽs, & quidem ante priuilegia
realia & perſonalia. Et hoc totum facit dominium,
quod eſt penes deponẽtem, vt aliis præferatur. l. cùm
fundus. §. ſeruum tuum. verſi. quo ad peculiares. ff. ſi
cert. petat. l. ſi filiusfamil. ff. eod. l. procuratoris. §. ſi
plures. verſi. ſed ſi ded. ff. de tribu. Quibus adde legẽ,
ſi ventri. §. in bonis. ſuprà citatam in illis verbis, ſi
tamen numi extant, vendicari eos poſſe putò à depoſitarijs,
& futurum eum, qui vendicat ante priuilegia.
3 Si verò dominium depoſitarius tranſtulit, † etiam ſi
pecunia reperiatur in bonis decoctoris, idem de ea,

quod de aliis bonis eſt iudicandum:quoniam in cre-
ditum abiit. dicto §.ſi plures. in verſi. ſed ſi dedi. &
hoc caſu cum decoctione perſonali, tantùm tractan-
dum ſit,ſiquidem deponens recipiebat commodum,
vt putà vſuras,eius cauſa potior,meliórve aliis credi
toribus non eſt, nec hic ſeparandus eſt à cæteris aliis
creditoribus,& meritò aliud eſt enim credere, aliud
deponere,dicto §.quoties.& §.in bonis,vbi Angelus
inſtruit aduocatum, vt diligenter procuret libros
mercatoris,eiuſdémque decoctoris inſpici,vt ſciat an
vſuras receperit depoſitarius,néc ne.& vide quod ele
ganter idem Angel.ſcribit in conſil. 207.Reperitur,
in prima dubitatione,ſed & his addes l. Lucius. & l.
diem ſponſaliorum. in §.1.ff.depoſiti.& eundem An-
gel.in l.priuilegia.ff.de priuileg.creditor.verſicu. vl-
tim.concludere,qui ait,ſic dictam legem,die ſponſa-
liorum intelligendam. Videbis etiam Bald.noſtrum
in l.fin.C. depoſi.& Sal.ibidem in vltima quæſtione,
loquunt enim ratione dominij,vbi depoſita reperiũ-
tur,depoſitarios præferendos:ſed ſi depoſita non ex-
tant,quia de perſonali actione tractandum ſolùm eſt,
depoſitarij cæteris diuerſam actionem ex titulo ha-
bentibus præferuntur,niſi ex is aliquis vſuras accepe-
rit:is enim priuilegium perdit, & ſimilis eſt aliis cre-
ditoribus.Quæ vera ſunt,niſi aliquis ex aliis credito-
ribus potior ſit in priuilegio,vt in caſibus notatis ab
Accurſio in l.ſi hominẽ.& quod diximus depoſitarios
accipiendo vſuras priuilegium perdere, temperan-
dum eſt, in caſu l.qui nominibus.ff.de admin. tut. &
ratio temperamenti illa redditur: quoniam in d l.du-
plici de cauſa priuilegium conceſſum exiirit:quia ſci-
licet depoſitarius,& quia pupillus. Vndè ſi vna defi-
ciat,depoſiti ſcilicet, alia remanet, quia pupillus. §.
affinitatis.inſtit.de nup.quæ ratio ex mente,& verbis
Doctorum eſt.Subdit deinde Paulus,ſed ſi vſuras de-
ponens non accipiebat, & alij creditores erant, qui
hypothecas habebant,& hi ratione iuris realis præfe
rendi ſunt.l.procuratoris.§.ſi plures.verſic.planè. ff.
de tribut.l.pro debito.C.de bonis author.iudi. poſs.
Si verò alij creditores non habebant hypothecã,nec
priuilegium in perſonalibus actionibus,& depoſita-
rius præfertur.l.ſi hominẽ.in §.quoties, in principio
citata. At vbi priuilegium in perſonalibus actioni-
bus habebant,& ſiquidem impenſæ funeris, & hæc
cauſa, cùm bona ſoluendo non ſunt,præcedit.ff. de
religion.& ſump.fun.l.pen.Idem in aliis caſibus no-
tatis ab Accurſio in d.§.qui hominem.in verſi.depo-
ſitariorum, vt illi creditores priuilegiarij præferan-
tur.& ita intelligendus eſt §.in bonis, dum dicitur
depoſitarios,poſt priuilegia admitti,& extra illos ca
ſus deponentes admittuntur,ſicque intelligendus §.
quoties, in quo legitur ante priuilegia habendam ra-
tionem eſſe depoſitariorum. Quibus addes Baldum
& Salicet.in loco proximè relato, & eundem Baldũ
in conſilio 382.in queſtione Milani,numero 17.vol.
5.& Paulusmet Caſtrenſ.qui idem probauit in conſi.
285.Viſis ponderatis,&c.numero 4.in prima parte.
Denique quantum ad depoſitarios attinet,de quibus
4 proximè diximus,illud quæritur, † vtrum ordo ſpe-
ctetur eorum, qui depoſuerunt,an verò ſimul omniũ
depoſitariorum ratio habeatur? & conſtat ſimul ad-
mittendos, vt Iuriſc.ait in fin.d.§ quoties. & vide l.
ſeq.Satis fieri ergo debet cuilibet pro rata,prioritate
temporis non conſiderata,niſi(vt diximus) alter eo-
rum vſuras receperit:is enim habetur, ac ſi depoſiti
titulum non haberet, vt Sal.probat, in dicta.l.fina.
quibus addes Fran.Rip.in dictu §.in bonis,nume. 8.
Illic enim ita ſcriptum eſt: Nota,quòd concurrenti-
bus pluribus creditoribus, hi,qui gratis eradiderũt,
præferendi ſunt fœneratoribus, etiam anterioribus.
Ita hunc text.notauit Baldus in l.fin. C.depo.in fin.
quinimò gratuiti creditores poterãt,ceſſa ſibi actiu-
ne hypothecaria cõtra vſurarios,quorum bona ſunt
tacitè hypothecata debitori, pro vſuris extortis: vt
notatur per gloſſ.& omnes in c.cùm tu.& in c.tua,de
vſur.& per Alb.in l.pro officio.C.de admin. tut. hy-
pothecaria agere, vel habito prætorio pignore. hæc
ille,qui alios citat, & quædam addit. Sed quoniam
forſan nimis generaliter locutus eſt, relatus enim
Baldus loquitur in eo,qui depoſuit,& vſuras recepit,
vt priuilegium perdat, vidi aliàs iudicem prædictis
verbis motum contra Iudæum(cui permiſſu Princi
pis licebat fœnerari)ſententiam dixiſſe, vt Iudæus,
qui pecunias ſub vſuris credidiſſet. Licet ſibi inſtru-
mento,& hypotheca cauiſſet, ratio tamẽ hypothecę,
ſeu quod prior eſſet non haberetur.

Benuenutus autem cõtra:mouit eum.l. Lucius ff.
qui potiores.vbi quod is potior ſit, non tantum ſor-
tis,ſed vſurarum nomine,quæ acceſſerunt. & ſcripſit
Neg.in tract de pign.in ſecundo memb.quintę part.
nu.14.& iuris priuilegia faciliùs amittuntur, quàm
ea,quæ quis facto ſuo ſibi quæſiuit,vt infrà dicemus,
nu.31.& ſeq dicebat iuris interpretes, ſecundùm re-
lata loca intelligendos.

5 †Nunc vndè diuerterem ad Bal.redeo,Ait Bal.ſe-
cundo loco habendam rationem eſſe venditorũ mer
cium,ſi merces extant,id eſt, merces ipſę venditori-
bus reddendæ ſunt, tanquam pro pretio eis ſingula-
riter obligatæ. Sed ſi quo amplioris pecuniæ eſſent,
id commodo aliorum creditorũ cedere.ff.de action.
empti.l.Iulianus.§.offerri. Hęc Bald.cuius ſententia
exploſa eſt.Si enim fuit habita fides de pretio,& cõ-
ſequenter tranſlatum fuit dominium, hypothecarij
creditores pręferuntur: quoniam in creditum abie-
rũt.l.procuratoris,§.ſi plures.verſic ſed ſi dedi. ff.de
tribut.& ita receptum eſſe patet ex com.Doct.in l.ſi
cum dotem.§.fin.ff.ſol matr.& ex ſcriptis Negu. in
tract.de pigno.in 2.membr.5.part.num.13.& Fran.
Rip.in l.ſi venti.in §.in bonis.nu.6.& ſeq.ff. de pri.
cre.& vide, quæ plenè ſcripſimus in hoc ipſo tract.
in 3.part.verſ.hic ſubiungi poteſt.num.3. Et his ad-
des Bal.noſtrum in l.fi.C.comm.rectiùs ſenſiſſe, vbi
quæſtionem hanc frequentem ait inter mercatores.
& Paul.Caſt.in d.§.ſi plures. Verùm Salic.in ea.l.pro
debito.ait Bal.ſententiam intelligi poſſe, vbi vendi-
tores ſibi conſuluiſſent, vt venditæ res ſibi ſpeciali-
ter obligatæ eſſent,quod totum pretium ſolueretur,
quo caſu verum eſt venditores creditoribus anterio-
ribus etiam hypothecas habentibus præferri.& benè
cenſuit Salicet.vt in l.licet. C.qui potior. in pigno.
hab.& ſcripſit Fran.Cur.apud Ale.in l.ſi cùm dotem.
in §.ſi.ff.ſol.matr.Adde Iaſ.in l.qui Romæ.in §.Cal-
limachus.nu.5.ff.de verb.obl.& ſcripſit Neg.in trac.
de pig.2.mem.5.par.nume. 29.& ſeq.vbi etiam diſ-
ſeruit, num generalis hypotheca ſufficiat & pro-
bat Iaſon in conſ.111.vol.4. Mathæ. ab Affli. deci.
306.vir & vxor.ſed idem Neg.in eodem tracta.in 4.
6 par.numero 55. belliſſimè diſputat. † Num tale pa-
ctum, quòd res vendita ſit, obligata ſufficiat, ſi
in eodem inſtrumento, poſt rei traditionem
adiiciatur? & putat pactum adiiciendum, vel in
initio contractus ante traditionem, vel ſaltem
in ipſa traditione. Quòd ſi non in initio con-
tractus, nec in ipſa traditione rei, ſed poſt
traditionem adiiciatur aliis creditoribus ante-
rioribus emptoris, eiuſdemque decoctoris non
officeret,

offiteret, quinimò eorum ratio priori loco habebi-
tur. mouit eum, præcipuè l.1.in §.ſi ff. de reb.eo.cum
l.ſeq.item l.licet.C.qui pot.in pign.hab. Ita ait, poſt-
quàm quæſitum eſt dominium emptori, ſtatim ius
creditoribus anteriorib. hypothecas habentibus ac-
quiritur. Vndè idem venditor pactum in præiudiciũ
creditorum adiicere non valuit: arg.l.id, quod noſtrũ.
ff.de reg.iur.& his addes, quæ plenè præceptor meus
Lud.Goz.ſcripſit in conſ.15.& cõſi.ſeq. Licet autem
non inſubtiliter Neg.motus ſit. Carolus tamẽ Ruyn.
in conſi.214.col.5.nu.10.vol.1 & Curt.Iunior in cõ-
ſil.146.& ſeq.contrà ſenſere: putant enim ſufficere, ſi
in eodem inſtrumento pactum adiiciatur, antequam
contractus in mundum ſit relatus: quorum ſententiã
æquiorem puto, ac probabiliorem, & ex facto peri-
tus & prudens iudex ſecundum hanc ſententiam iudi
cauit, & rectè & videbis Mat.ab Afflic.dec.306.in fi-
7 nal. Vir & vxor. †Cautius igitur egerit venditor, ſi cũ
fide emptoris dubitabat rei venditæ dominium non
transferat, quo ad pretium non ſoluetur. hoc enim
modo poteſt, licèt pactum ſimpliciter adiectum in
venditione, quòd dominium non tranſeat ad empto-
rem, non valeat l.cùm in anu ſata §. fin ff. de contra-
hen.empt.& ſcribit Abb. in conſi.66. viſo quodam.
li.1.Dec.in conſi.440 ſuperioribus.& quid in hoc pa
cto ſcripſerit Mat.ab Afflict.deci.238.nobilis, &c. ſi
libet legito.& Andr.Tiraq.in cõ.de vtroque ret.§.1.
gloſ.2.nu.34.vſque ad nu.37.pag.48 & ſeq.

8 †Subiungit idem Bal.in citata l. pro debito (vt
aliquando ad eum redeamus) Si merces non extant,
ſed ſunt vẽditæ, & aliæ loco earum ſubrogatæ, verius
eſſe puto hypothecam à iure inductam non eſſe, quia
ſola res vendita eſt pro pretio obligata (quod repro-
bauimus) non autẽ alia res empta ex pecunia indè re-
dacta. ff.de in rem ver.l.quidam vbi lex notabilis val
dè, & eſt ratio, quia pretium ex illa re redactum, nõ
cenſetur obligatum ergo nec res, quæ ex eo emitur,
& idem in permutatione, vbi ſpecies eſt in obliga-
tione, vt non ſuccedat alia loco alterius. ff.de verb.ſi-
gnific.l.Labeo.& l.mater.C.de rei ven. Hęc ille. Pla-
cet ſententia Bal. vt hypotheca inducta non intelliga
tur, & meritò idem Bal.in l.procuratoris.in §.ſi plu-
9 res.ff de tribu.ait. †Licet quis cum mercatore cõtra
hat, non tamen ex eo, quòd mercator ſit, tacitam ha-
bet hypothecam. Citat eam l.ſeq.ver.quid tamen, &
Bal.ſententiam probare poteris ex his, quæ Bartol.
& alij iuris interpretes ſcripſere in l.ſi cùm dotem.in
10 §.final.ff.ſol.matr.vbi etiam inquiunt, † ſi ad merces
emendas pecuniam expreſsè aliquis mutuauerit, &
huic præferendum generalem anteriorem habentem
hypothecam: quoniã cui modo prædicto mutuauit,
caret hypotheca, ſolùm enim in perſonali priuilegiũ
habet, quo creditoribus perſonalem habentibus dũ-
taxat, præferendus eſt. gloſſa in leg.quod quis. ff. de
priui.cre. Bar.& Salic.in l. interdum.ff. qui potio. &
ſcribit Negu.in tract.de pign.in 2.memb.5.part. nu.
5.& nu.13. in quo loco alios refert, & ita receptũ eſſe
ait, & idem Neg.tractauit in 4.memb.2.par. nume.
203. ſubdens ius ſingulare eſſe in pecunia pupillari
ad rem emendam, vt ſit tacitè hypothecata, etiã cum
priuilegio prælationis pro reſtitutione mutuatæ pe-
cuniæ. l.idemque vbi Bart ff.qui potior. in pig.hab.
Et quoniam inter hypothecarios creditores, quorum
cauſa ſit prior, Bald.non differuit, nos etiam conſul-
tò omittemus, & quia plenè quidem, & non inelegã-
ter tractauit Neg in tract.ſuo de pigno.& hypo. ma-
ximè in 2.memb.5.par pauca tamen ſubiiciemus.
11 †Et illud primũ, quòd durũ mercatoribus videtur,
regula illa in hypothecis, qui prior eſt in tempore,
potior eſt in iure, vt in reg.qui potior iie reg.iur.in 6.
locum etiam habet, ſi creditori poſteriori res hypo-
thecata tradatur, adhuc enim prior eſt potior. l.ſi
prior.§.ſi.ff.qui po.quod & Neg.adnotauit in eodem
tract.2.mem 5 par nu.7 quod nota. Vidi enim ali-
quando mercatores poſteriorem creditorem, cui res
tradita eſt, potiorem facere quodam colore quòd po
ſterior non credidiſſet pecuniam, niſi pignore ſibi
præcauiſſet.

12 † Ex facto etiam quæſtionem in decoctione Be-
nedicti ab Auria agitatam audi, cùm Benedictus mil
le ſcutos Nicolao deberet, obligauit ſe Titius Ca-
lend. Martij & quidem in forma valida, ſi Benedictus
infra octo mẽſes nõ ſolueret in præſtituto die de ſuo
ſoluere. Eodemque die Calendas Martij, & in conti-
nenti Benedictus Titium indemnem ſeruare promi-
ſit, & quidem ſibi cauit Titius inſtrumento adiecta
bonorum omnium hypotheca, dictoque die Calen-
das Martij, diuerſa tamen, ac poſteriori hora coram
eodem tabellione idem Benedictus ex cauſa ſe obli-
gauit Gellio ad ſummam ſcutorum quingentorum
ſimiliter inſtrumento, & hypotheca in eo adiecta,
ac dilatata ſolutione ad octo menſes tractatum fuit,
cum Benedictus in die dicto, octo, ſcilicet, menſium
Nicolao mille non ſoluiſſet, & idẽ Titius longè poſt
præſtitutum diem octo menſium Nicolao de ſuo ſol
uiſſet, vter potior in bonis Benedicti decoctoris ha-
13 bendus eſſet. †Dicebat Titius ſe potiorem, quoniã
prior in tẽpore potior in iure (vt proximè diximus)
quæ regula procedit, etiam ratione horæ: vt notatur
in l.ſi pluribus.in §.fina. ff.de ſolutio.& ſcribit plenè
Sucin.in l.1.num.11.& ſequen.ff.ſoluto matrimonio.
& Marſi.ſing.319 hora, &c. Deciſ. in conſilio 169. &
diligenter, &c. colum.fina. Probabat etiam eius ſen-
tentiam Titius ex ordine ſcripturarum. Conſtabat
enim ex libro tabellionis ſe priorem in ordine. & ci-
tabat Ang.in authentic.de hæred.& falſ.§ etenim.di-
xiſſe, ſi eodem inſtrumẽto bona ſunt obligata primò
Seio, deinde Gaio, hypothecã Gaij poſteriorem eſſe
propter ordinem ſcripturæ, & vt inquit Bald.in l.ad-
uerſus.C.de furt prior eſt in tempore, qui potior eſt
In ordine ſcripturæ citabat etiam l.quoties.ff.de vſu
fru & l.ſi quis ex argentariis.§.initium.ff.de e den. &
quæ ſcripſit Felin in c.paſtoralis.n.7.& ſeq.de reſcr.
& Neg.in tract.de pig.in 4.memb.2.par.nu.125.&
Matt.ab Affl.dec.,87.ſi vno, &c. Addebat etiã Titius
14 Benedictum, qui eum indemnem conſeruare †promi
ſerat, non ſub conditione obligatum cenſeri, ſed per
modum cauſæ ad diem, cùm damnum paſſus fuiſſet:
vt elegãter ſcripſit Alex.in conſ.32. vol.4.& Dec.in
conſil.551.plenè, & ſubtiliter nu.7. Vnde retrotrahi-
tur obligatio. l.qui balneum.& l.potior.ff.qui po. in
pign.hab.& ceſſat propterea illa inſpectio, an ſit obli
gatus ſub conditione ex caſu, vel miſta, vel poteſtati-
ua potius, quæ non retrotrahitur. In quo iuris ar-
ticulo ſcripſit Neg. in non ſemel relato tract. in 2,
mem.5 par.nu.17.

Ex contrario dicebat Gellius ſuam cauſam melio
rem, cùm dies obligationis indemnitatis promiſſę à
Benedicto Titio tunc venerit, cùm Titius damnum
paſſus extitit. Cum autem proponatur, & conſtat Ti-
tium damnum paſſum poſt diem obligationis ſuæ,
meritò ſe præferendum. Probabatque, ac ſe defende-
bat, & §.fina.qui incipit Lucius.ſito. in l.ſi pluribus.
ff.de ſolu.& authoritate clariſſi. Iuriſcõſulti Pau. Ca.
15 eod.in loco, †qui ait, illam obligationem dici anti-
quiorem cuius dies antecedit, licet altera ratione
horæ

horæ alteram præcedat, & Iuriſcon.id dixiſſe aſſeuerabat,eod.in loco,& conſequenter declarabat, quod dicitur creditorem ratione horæ priorem eſſe, temperãdum locum nõ habere,vbi dies poſterioris obligationis antecederet. Nec mouere quenquam debere, ſi quiſpiam diceret in eodem creditore, Iuriſc. in d.§.Lucius,locutum eſſe. Nam ex verbis Iuriſcõſ. & Paul.apertè colligi aſſeuerabat, illam obligationẽ antiquiorem , cuius dies antecedit. Cùm ergo dies obligationis ſuæ anteceſſiſſet, meritò ſui primo loco rationem habendam eſſe. Idemque Gellius dicebat non referre in perſonali obligatione Iuriſconſult.loqui,quoniam hypothecaria actio perſonalis accedit. Idem ergo debet eſſe iudicium vt in reg. acceſſoriũ, de reg.iur.in 6.& probatur in l.2.& hic,quæ ibid. iuris interpretes ſcripſere.C. per quas perſon.nob. acquir. item ex his,quæ ſcripſit Bart.in l.ſolutum.§.per liberam.ff.de pign. actio. & quòd naturam principalis obligationis ſequatur, ſcripſit plenè Neg.in dict. tract.in 4.mem.2.part.num.62.

Pronuntiauit iudex Titium priorem,& potiorem, in bonis Benedicti decoctoris. Hæc iudex ait Titij aduocati,his,quæ non inſubtiliter, in iure propoſuit Gellius reſpondere, Lector igitur cogita : & quædam alia,quæ ad hypothecarios creditores attinent, attigimus in ea parte, in qua de contractibus diſſeruimus.

16 †His igitur cognitis,ad Bal.redeo, Ait Bal.vltimo loco omnes chirographarios vocari,pro rata nõ conſiderata in his temporis diuerſitate , quia licitum eſt debitori , per cumulum creditorũ facere deteriorem cauſam priorum creditorum, neque dominium,neq; hypothecam,neque priuilegium habentium.ff.de ſepa.l.1.§.ex contrario,& hæc eſt ratio,quare in chirographariis cred.non conſideratur tempus , quam rationem tene memoria. Hactenus Bal.cuius rationem probare poteris,ex his quæ ſcripſit Anch.in conſ.101. ex prædicto themate,&c.& ex eo conſilio Fran.P.inter conſilia Soc.nu.76.vol.4.quos Neg.retulit in dicto tract.in quarta parte num.51.

In ſumma ex verbis Bald.in l.pro debito, & quem ad verbum retulit Petr.Vbal.in tract. de duobus fratribus in octaua parte, num.32.collige rerum dominos cæteris præferendos, poſt hos hypothecarios admitti : quia hypotheca rem ſequitur.l.reſcriptum, ff. de pact.l.diſtractis. & leg.pignoris. C. de pignor. & quia creditores ſibi magis conſuluerunt , vnde fortius ius ſibi acquirunt.§.furti.inſtit. de oblig.quæ ex delict. naſc.& inquit Ang. in l. priuileg.ff. de priuil. cred.quod etiam in his bonis procedit , quæ à chirographariis creditoribus prouenere (vt diximus) & probatur in l.procuratoris.§.ſi plures,verſic.quid tamen ff.de tribu.& probat Paul.in conſil.315.videtur dicendum,in 1.patte.

17 Sed† quod diximus hypothecarios præferri,verum quidem eſt,niſi in fraudem creditorum , decoctor ſe debitorem cum hypotheca conſtituerit , vt ſcribit Baldus,in conſil.432.Caſus talis eſt, volum.1.tractat enim Baldus de eo, qui poſtquam aufugit, ſe debitorem alicuius cum bonorum obligatione cõſtituerit, & ratione bonæ ſummæ,& quia à fugitiuo obligatio facta extitit:etiam ſi verus debitor fuiſſet, cùm debitor non ſoluendo erat, in tributum cum aliis vocari ait,& illud placet adnotandum,ꝙ in fine cõſilij idem Bal.ſubdubius de prelatione,ait nõ eſſe admittendũ: quod ſtatim oſtendemus.Hypothecarios autem priuilegiarij creditores in perſonalibus ſequuntur.l. ſed an hic.ff.quod cum eo.l.ex facto in fin.ff. de pecu.ff. de iur.fiſc.leg.deferre.§.fin.Poſtremò,reliqui creditores habentes perſonalem ſine priuilegiis in tribu-
18 tum vocantur.† Tributio autem fit pro rata eius , ꝙ cuique debetur.Idque & ratione Bal.& addo ſingularem.l.Procuratoris.in §.ſi plures cum l.ſequent.ff.de tribu.& Paul. Caſtr.in conſil.285. Viſis & ponderatis,in princip.& colum.fin.volum.1.& poſtquam de nomine pro rata meminimus. Vnde quid de eo ſcripſerit Andr.Tiraq.in comm.de vt.ret.§.11.glo.8.pagina 519.Verùm quia Baldus , de priuilegiariis creditoribus non diſſeruit, nos etiam miſſam hanc quæſtionem faciemus,& illam de dotibus.Tum quia aliqua attigimus,tum etiam,quia extat titulus de priui. legi.credi. in qua præcipuè vide l. priuilegia. & quæ ibidem Accurſius & Angelus notarunt , & pleniùs Franc.Ripa,ad quem confugies,& ſummè regulam,
19 † ex illa l.priuilegia perſonalia , non ex tempore exiſtimari,ſed cauſa:& ſi eiuſdem tituli fuerint , concurrunt, licet diuerſitas temporis in his fuerit,& de priuilegio mutuantium in refectionem ædificiorum, ſcribit Decius poſt alios in l.creditor.ff.ſi certum petatur. De dotibus etiam ſunt,qui plenè , & eleganter ſcripſerint.

Reliquum eſt , vt quædam ſingularia in decoctionibus mercatorum referamus , quæ vnà cum Paul. Caſtr. ex eleganti & ſingulari l. procuratoris.in §. ſi plures.vſque in fin.& legibus ſequẽtibus colligemus: & illud primum quæro,mercator quidam in variis &
20 diuerſis locis habebat tabernas, † ſeu menſam eiuſdẽ negotiationis, & (vt noſtri recentiores Iuriſconſulti dicunt)apothecas & traſigum : vt puta Anconæ, Romæ , & Florentiæ, deinde labefactata fide decoxit. Num creditores omnes , & qui Romæ , Anconæ, & Florentiæ contraxerunt confundendi,ſeu cõmiſcendi erunt,& in tributum vocandi , vel ſeparatim,& ait Paulus ſeparatim vocãdos, id eſt creditores,qui Romæ contraxerunt, non ſunt audiendi in bonis exiſtẽtibus Florentiæ, quo ad integrè non fuerit ſatis factũ creditoribus,qui Florentię cõtraxerunt.Solùm enim audiendi ſunt in bonis,quæ Romæ ſunt.Si tamen ſolutis creditoribus, qui Florentiæ contraxere aliquid ex bonis,quæ Florentiæ ſunt,ſupererit,id quod ſupereſt,creditoribus Romæ tribuendum eſt.ff. de milit. teſta.leg.ſi certarum.in fin.& in prin.& hoc ait Paul. probari in princip.illius.§.vſque ad verſic.planè,&c. in quo loco prius Angel.notauerat. Sed his adde in eodem princip.§.prædicti probari, ſi mercator duas
21 negotiationes exercuiſſet. † puta ſagariam & linteariam, & ſeparatos habuerit creditores in dictis mercibus, ſeparatim eos in tributum vocari , & illa ratio in prædictis redditur:quia vnuſquiſque creditor magis merci,quàm mercatorum credidit : & ne ex alterius re,mercéve alij indemnes fiant,alij damnum ſentiant,& conſequenter ex his nota legem illam loquẽtem in tributaria,& in ſeruo,& in libero locum habere , quod & Guil.relatus à Paul.Caſt.ſenſit & probauit, Ange.Aret.in §.introduxit in quinto notabili,& in fi.inſtituti,quod cum eod.& idem ex facto conſulto,placuit Paulo noſtro,vt patet in conſil.285.Viſis & ponderatis, in prima parte , qui id diſputando declarat.Verùm non me latet Raph.cùm acutiſſimi ingenij virum in conſil.172.Titius & Seius,contrà ſenſiſſe.Ait enim fuiſſe conſultum.§.ſi plures,loquẽtem in ſeruo & in libero locum habere,propter rationem textus , & ſic creditores , qui ratione vnius negotiationis contraxere,non concurrent cum contrahentibus ratione alterius.Nec obſtare dicebat.ff.de adminiſt.tuto.l.inter tutores,& ꝙ notatur.C.de compen.

l. t. quia licet fiat compēſatio debiti, & crediti ex di-
uerſis negotiationib. in præiudicium debitoris: non
tamen in præiudicium creditorum eius. Putat tamen
idem Rapha. §. ſi plures loquentem in ſeruo, ad libe-
ros homines, non eſſe trahendum. Mouet eum, quia
non legitur, iure cautum priuilegium dari creditori-
bus, eo quòd contraxerunt ratione diuerſæ negotia-
tionis, tùm æs alienū vniuerſas facultates imminuat,
& totum patrimonium reſpiciat. ff. de iudiciis. l. fi-
deicommiſ. in §. tractatum. Nec ſubdit repeiiſſe, hāc
22 eſſe iuſtam cauſam interpretandi ſeparationem, † ſi
diligenter inſpiciatur titulus, de priuileg. cred. & de
ſeparatio. & addit §. ſi plures. loqui in tributoria, quæ
propter ſcientiam dominij datur, vt vocetur in tribu-
tum, quod ex ea merce, &c ff. de tribu. l. procu. §. per
hanc, & ſic ſolum cùm agitur tributoria, id eſt, vt do-
minus vocetur in tributum. Nam cùm ratione domi-
ni illius, negotiationis, cuius cauſa cōtraxit, ſequitur,
quod etiam inter eos fit illa ſeparatio, quia dominus
vnicuique eorum præfertur, in diuerſa negotiatione
& concurrit cum quolibet eorum, in eadem negotia-
tione. Vbi ergo non ageretur tributoria, ſed simpli-
citer de peculio, vel de in rem verſo, tunc non fit illa
ſeparatio, vt l. pen. eod. tit. Ex quo apparet, quod in
libero, vbi non agitur tributoria, ſed ſimpliciter ra-
tione crediti, non habet locum. Item nec ratio illius.
§. ſi plures, habet locū in libero, vt quaſi videtur ſcri-
pſiſſe ibidem Gul. cùm magis videatur credi perſo-
næ. Sed in ſeruo benè habet locum, propter naturam
tributoriæ, quæ eſt ratione illius mercis, & domino
ſciente, ſubiicit etiam nonnullos citaſſe. l. ſi cùm mi-
liti. in prīnc ff. de compen & ff. de teſt. mili. l. certarū.
§. 1. de ſepa. l. 1 §. ſi filij, quæ nihil faciunt, ſi benè in-
telligant. Propterea quæ ſe ſcripſiſſe ait in d. l. ſi cer-
tarum. & in d. §. ſi filij. Hæc Raphaël in verba ſupra-
ſcripta, Ego autem à Paulo, Angelo, Gul. & Ange. A-
ret. inter iuris præceptores enumeratis diſſentiēdum
non putaui, qui. §. ſi plures, in ſeruo & tributoria lo-
quentem & in libero locum habere ſenſerunt, ſecun-
dum ea, quæ ſuprà retulimus. Nec moueat, quod Ra-
phaël non inſubtiliter dicebat. Et primum quod ait,
non eſſe iure cautum priuilegium dari creditoribus,
ex eo, quod ratione diuerſæ negotiationis contraxe-
rint eum, æs alienum vniuerſas facultates reſpiciat.
Eſt enim conſiderandum hic nullum eſſe priuilegiū,
ſed ex bono & æquo ac optima ratione inductum eſ-
ſe, vt creditores ſeparatim in negotiationib. quorum
cauſa crediderint, vocentur. Vnde ad exemplum tri-
butoriæ, æs alienum totum patrimonium non reſpi-
cit, cum mercis, &c. & hæc eſt iuſtiſſima cauſa, vt ne-
gotiationum non fiat confuſio. Non eſt ergo curan-
dum ſi in titulo de ſepara. non legatur. Accidit quod
ex decreto prætoris ſeparationem impetrare fruſtra
eſt, cùm ſeparationes negotiationum ipſe mercator
prius fecerit. Nec etiā moueat, quod dicebatur, cùm
agitur tributoria, dominum vocari in tributum. Sed
vbi agitur de peculio, vel de in rem verſo non fit ſepa
ratio, ex quo ſubdit apparere. quod vbi nō agitur tri-
butoria, ſed ratione crediti ſeparationē ceſſare. Sciē-
dum eſt enim, vbi dominus cōuenitur de peculio pri-
uilegiū habere, vt æſtimatio peculij fiat deducto eo,
quod ſibi, hiſque qui in ſua poteſtate ſunt debetur: vt
inquit Iuriſcōſultus in leg. 1. ff. de trib. vbi etiam Ac-
curſi. notauit, quòd prætor ſumma æquitate modera-
tus eſt, excipiendo caſum, quando ſeruus in peculiari
merce, ſciente domino, negotiatur, erat enim perini-
quum, quod ille, qui cum ſeruo in illa merce, ſciente
domino negotiaretur, domino poſtponeretur, ideò
prætor illam actionem introduxit, per quam domi-
nus in tributum cum cæteris creditoribus vocatur,
qui cū ſeruo illius mercis cauſa contraxere, & ex qua-
cunque cauſa ſibi debeatur, vt ſcribit Aret. in §. intro-
duxit. inſtit. quod cum eo. Nec propterea ſequitur
neceſſariò, vbi non agitur tributoria ratione crediti
ceſſare ſeparationē, ſeparatio enim inducta eſt, quia
ſeparatos habuit ſeruus creditores in negotiationi-
bus, & ęquitas ac ratio naturalis ſuadet, vnumquēque
vocari in illa negotiatione, in qua credidit, quod Iu-
riſc. innuit in d. §. ſi plures, in illis verbis, æquiſſimum
puto ſeparatim tributionem faciendam, ne ex alte-
rius re, mercéve alij indemnes fiant, alij damnum
ſentiant. Denique non refragatur, quod dicebatur
illam rationem locum habere in ſeruo, non autem in
libero propter tributoriæ naturam. Tum quia ratio
illa generalis eſt, tum etiam quia & libero conuenit.
Vt enim in ſeruo ſecundùm ſeparatas negotiatio-
nes, qui ſeparatim credidere ſeparatim vocari ſta-
tutum eſt, cur diuerſum in libero ſtatuendum ſit,
non video. Quia verum eſt, magis merci & illi nego-
tiationi, quam perſonæ mercatoris creditum, ratione
enim illius negotiationis præcipuè contraxere, & de
qua ratione meminit Accur. in leg. ſi. ff. de noui ope.
nunt ia. Et hoc quàm ſingulare, quamque quotidianū
ſit, nemo eſt profectò, qui neſciat, qui in foro verſatus
23 ſit. Huic tamen rei quædam adnotanda ſunt. † Et illud
primum, priuilegiarios, & hypothecarios creditores
in tributum non vocari, is enim ius pignoris ſaluum
eſt, & illis priuilegium, vt in ver. planè, ea l. procura-
24 toris, & not. Aret. in d. §. introduxit. † Deinde & illud
inſtrumenta negotiationis illius contribui debere,
quod æquiſſimum eſt: quia plerunque apparatus ex
merce ſunt, vt idem Iuriſcon ait in citata l. procura-
toris. §. ſi propter mercē, & ſcripſit Ang. in loco pro-
ximè relato. Poſtremò adiiciēdum eſt, quod ex facto
conſulto placuit Paul. Caſt. in relato conſil. 285. viſis
25 par. 1. De eo enim quæritur: apud eum † quidam nu-
mularius ſeu mercator menſam numulariam exerce-
ret, ſeu in permutandis pecuniis verſaretur, & duos li-
bros rationum conſcripſiſſet: alterum, in quo credi-
tores menſæ, & illius negotiationis deſcripſiſſet, al-
terum verò, in quo generaliter omnes creditores ad-
notaſſet. Num quia codex menſæ numularię publicè
tenebatur, alius verò clàm, & libro menſæ maior fi-
des habenda erat, quàm alteri libro mortuo merca-
tore, ſeu numulario in bonis eius creditores deſcripti
in libro numulariæ menſæ aliis potiores ſint? Et ex
his, & quibuſdam aliis, quæ proponebantur omnes
confundendos, & in tributum vocandos probat, nec
creditores numulariæ negotiationis audiendos eſſe
ait, ſi potiores in illa menſa, & rebus eiuſdem dicant,
& tanquam ſeparatos creditores in ſeparata negotia-
26 tione: iuxta non ſemel relatum. §. ſi plures. † Ait enim
hoc admittendum, quando creditores, qui in alio li-
bro notati erant in negotiatione aliqua diuerſa à ne-
gotiatione menſæ numulariæ credidiſſent. Vbi enim
duas negotiationes quis exercet, creditores cuiuſli-
bet negotiationis magis negotiationi, quàm perſo-
næ credere cēſentur. At vbi quis negotiationē vnicā
exercuit, creditores, qui extra illam negotiationem
contraxerunt, concurrunt, & in tributum vocantur,
cuius rei illam rationem reddit, quia hi, qui extra ne-
gotiationem menſæ contraxerunt non merci ſeu ne-
gotiationi alicui credidiſſe exiſtimandi ſunt, ſed per-
ſonæ. Vnde contraxerunt non tam ratione menſæ
numulariæ, quàm ratione totius patrimonij, & vni-
uerſarum facultatum, declarat etiam Paul. Caſt. vul-

gare

gare illud verbum *Banchum*.quam interpretationem
habeat, & vide in ſimili quæſt. Bald in conſil.382.in
27 5.par.† Et hæc non quidem vulgaria ſunt, ſed ſingu-
laria conſideranda & notanda ad declarationem præ-
dictorum,& d.§.ſi plures.

Nouiſſimè prætermiſſis aliis quæſtionibus, quas
eodem in loco diſſeruit Paulus, ad propoſitæ mate-
riæ pleniorem cognitionem, reique de qua diſputa-
tur finem, neceſſaria eſt illa inſpectio, & generaliter
28 quærere. Nun quod † vni ex creditoribus eſt ſolutum
à decoctore, alius creditor reuocare poſſit? In quo iu-
ris articulo quoniam loca decoctorũ ſunt, in quibus
plenè hæc quæſtiò tractatur, ſat eſſe duxi loca ipſa re-
ferre. Tractat igitur Bat.plena & eleganti diſtinctio-
ne, poſt Iacob.de Aret.in l.pupillus.ff. quæ in fraud.
cred. vbi Angel. plenius rem explicat, & belliſſimè
ſcripſit Ioann. Andr. apud Spec. ſub Rubr. de ob. &
ſolu.verſic. ex quo vidimus de ſolutione facta vni ex
duobus reis, & Salic.in l.pecuniam.C. de priui. fiſc.
doct.in l.fin.in §.& ſi præfatam, vbi Alex.ſub num.8.
C.de iur.del. Quibus addes Ang.in conſi.208.Andr.
Segnini, Pau.Caſtr.in conſil.169 viſo puncto, in ſe-
cunda parte,& videbis Neg.in tractat.de pigno.in 2.
memb.quintæ partis,num.38.& in ſecundo membro
tertiæ part.nu.27.& plenè Matth.ab Afflict dec.190.
pulchrum dubium, &c.qui cùm quæſtionem quoti-
dianam, & in citatis locis diſputatã copioſè referat,
& nos breuiter referemus. De eo enim quęritur apud
29 eum: † Num creditor anterior hypothecam, ex inſtru
mento generalem habens, pecuniam poſteriori cre-
ditori ſolutam,& bona fide conſumptam, poſſit ab eo
reuocare?& ait regio nomine, ſententiam dictam hy-
pothecariam priori creditori non competere,& con-
ſequenter conſiliarios ſenſiſſe, ſolutum, & bona fide
conſumptum, reuocari non poſſe. Et quantum conii-
cio conſiliarios mouit.l.pupillus ff.quæ in frau.cred.
l.ſi nõ expedit.ff.de bonis auth.iud.poſſ. Et illud prę-
cipuè, quia abſurdum eſſet, reuocationi locum eſſe.
Finge enim ait Afflict. plures creditores vnius deco-
ctoris eſſe,& debitorem eundemq́ue decoctorem ſe-
cundis creditoribus ſoluiſſe, dum fides eius erat inte-
gra, ſi prioribus creditoribus agendi, contra ſecũdos,
qui exegerunt, ius eſſet, totus mundus litib. vexare-
tur,& mercatores quodammodo commercio priua-
rentur,& in hoc veriatur ſacri conſilij æquitas. Idem
ſubiicit glo.In l. pecuniam.C. de priuil.fiſc. loqui in
30 creditore priuilegiario.† & ſimiliter Bart.& credito-
ribus priuilegiariis ius reuocandi eſſe concedit (nec
enim negare poterat) vt l.ſed an hic.ff.quod cum eo.
l.ex facto.ff.de pec.& ff.de iur.fiſc.l.deferre.§.fi. Hæc
ille.

Sed licet Neapolitani conſilij ratio & authoritas
me magnoperè mouerit: non tamen à Ioann.Andr.&
cæteris legum prudentum verticibus diſſentio: eſt
enim à frequentiorib. receptum in facto propoſito,
quod ſolutum eſt, reuocari poſſe, & meo quidem iu-
dicio.l.clara ſancitum eſt, vt patet in l.fin.§.& ſi præ-
fatam.verſic. ſin verò creditores.& verſic. ſequen.C.
de in.deleg. Et animaduertendum eſt, vbi pecunia
conſumpta eſt, non de hypothecaria actione (vt Af-
flict. ait) tractandum eſſe. Tunc enim cum pecunia
extat, quia in pecunia etiam hypotheca conſiſtit, vt
31 ff.qui potio.in pign.hab.l.idemq́ue. † in fin.ff.de pi-
gno.l.ſi fundus.§ in vendicatione. Hypothecaria agi-
tur, vbi dicitur idem iuris eſſe, ſi dolo deſiit poſſide-
re. At vbi (vt in propoſita quæſtione) bona fide pecu-
nia conſumpta eſt, condictione ex l.agendum eſt, vel
in factum actione, vt in d.l.fin.§. & ſi præfatam.& l.
deferre.§.fin.ff.de iur.fiſc. & dicta l.pecuniam, cum
gloſſ. quæ certam hanc interpretationem habuit. Et
hoc vbi cautio non eſſet interpoſita, ex illa enim agẽ-
dum eſſet, vt Salyc.ait in dict.l.pecuniam, & notauit
Accurſ.in dict.l. ſed an hic,& de qua cautione ſtatim
dicemus. Nec mouere quenquam debet.l pupillus &
l.ſi non expedierit, clarum eſt enim nõ refragari huic
ſententiæ, idq́ue ex ipſarum lectione, & interpreta-
tionem illam habẽt, quam ex relatis locis lector col-
liget. Minus etiam moueat conſiderata æquitas à ſa-
cro conſilio, quia abſurdè hoc conſtitui videtur, vt
reuocationi ſit locus: quoniam non eſſet finis litium.
Nam lex in creditoribus priuilegiariis apertè ſtatuit,
ergo non eſſe abſurdum patet. Et ſi quis adhuc abſur-
dè hoc conſtitui putet, cogitet longè abſurdius eſſe
conſtitui creditoribus, qui ſibi hypothecis præcaue-
runt, non etiam conſultum, vt in ſimili Iuriſc.inquit
in l.ita vulneratus.§.quòd ſi quis.ff.ad leg.Aquil. Ac-
cedit quod bene eſt creditoribus hypothecariis con-
ſuli, vt reuocare poſſint, quoniam his, qui habent pri-
uilegium conceſſum extitit,& hypothecarij credito-
res (vt diximus) priuilegiariis præferuntur, & fortio-
32 ra ſunt iura, quæ nobis facto noſtro quærimus, † quã
ea, quæ à lege nobis tribuunt.§.furti.inſtit.de oblig.
ex delict.& not.Ang.in l.priuilegia.ff.de priui.cre &
probatur in l.quod princip.& in l. Auguſtæ .ff.de leg.
2.in l. ſi filius.§. erit rubriano.ff.de fide liber. Vnde
quæ ſingulari iure cõceſſa ſunt, faciliùs quàm ea, quæ
communi iure inducta ſunt, tolluntur.l. militis codi-
cillis § militia miſſus ff de mili.teſta.& his, quæ pro-
ximè diximus, adde Bald.Nouel.in tract.de dote, in
10.par.num.1. & Aym. Crau.in conſil.135.num 28.
verba Decreti &c. Quod autem dicitur, extra priui-
legia & hypothecas creditorem, vigilando meliorem
conditionem ſuam facere, & occupantis meliorem
33 cauſam eſſe, † ſecundum diſtinctionem Bart.in dict.
l.pupillus, & cæterorum in relatis locis, vbi debitor
ſoluendo non eſt, in tributoria actione locum nõ ha-
bet: non enim vigilantium & occupãtium melior eſt
cauſa, ſed omnes creditores concurrunt, & in tribu-
tum vocantur priuilegiariis, & hypothecariis exce-
ptis l.procurato.§.fin.& l.ſeq ff.de trib.& Pau.Caſt.
in d. §. ſi plures. Idem quod in tributoria dicendum
ait, in actionibus, quæ dantur occaſione negotiatio-
nis: vt non ſit melior conditio occupantium, cuius rei
illa ratio redditur: quia magis merci, quàm perſonæ
credidiſſe cenſentur, & probat Aret.in d.§.introdu-
xit, & ex alia ratione Gulielmi ſubiicit. Idem Paulus
in decoctoribus mercatorum, omnes creditores ad
omnia bona non vocari, ſed quemlibet ad ſuam ne-
gotiationem, quod non eſt in aliis creditoribus, qui
ratione negotiationis, ſeu mercis non contraxere, hi
34 enim in quibuſcunque bonis audiendi ſunt, † & pro-
pteteà in decoctionibus mercatorum iure, prouiſum
eſt, ſi creditor à mercatore, qui decoxit, ſibi ſatisfieri
petat: quoniam fieri poteſt, vt alius quoque vel alij
exiſtere poſſint creditores, vt puta conditionale de-
bitum immineat, vel in occulto ſit, creditori petenti
ſibi debitum non ſoluatur, niſi præſtita cautione, ſe
pro rata refuſurum, ſi alij emerſerint creditores: quo-
niam (vt diximus) non eſt melior conditio occupan-
tium, ſeu vigilãtium. Idq́ue ratione mercaturæ & ne-
gotiationis receptum eſt, quando creditores magis
merci, quàm pecuniæ credere cenſentur: cùm regula-
riter in aliis actionibus, quæ ratione ſeu occaſione
negotiationis non dantur creditoribus, qui primi ve-
niunt, ſine cautione ſatisfieri debeat.l. fin.§.& ſi præ-
fatam.C.de iure deli.l.ſumma cũ ratione.ff. de pecul.

quoniam inter hos melior eſt vigilantium conditio, ſecundùm diſt. prædictorum. Quibus addes l. ex facto ff. de pecul. io fin. & Paul. Caſtr. in citato conſil.
35 287. viſis, in princip. part. 1. qui ait, † ſi aliquibus ſolutum ſit creditoribus, propter cautionem meliorem conditionem effectam, non eſſe, ſed perinde haberi, ac ſi ſolutum non fuiſſet, quæ ſingularia, & memoria tenenda. Idem Paul. non ſemel ait, & ego vera in iure eſſe puto. Licèt me non lateat, huic ſententiæ generalia verba Doctorum, in citatis locis refragari, & præſertim quæ ſcripſit Bald. in conſilio 432. caſus talis, libro primo & in conſilio 400. numero 8. libr. 5. qui quoniam relata per nos iure non citarunt, nec quæſtionem propoſitam diſputauerunt, non eorum ſententiæ, ſed Pauli inhærendum eſſe placuit.

Finis Tractatus de Decoctoribus.

PRIMÆ PARTICVLÆ VLTIMÆ PARTIS PRINCIPALIS.

ARGVMENTVM.

Quomodo procedendum ſit in cauſis Mercatorum.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas in curia mercatorum præcipuè ſpectanda eſt, & ex bono, & æquo in cauſis eorum procedendum reiectis iuris apicibus.*
2 *Interpretatio ad l. 1. ff. de iuſt. & iur. & ſeq.*
3 *Aequitas ex circunſtantijs conſideranda eſt, & quæ ſint circunſtantiæ.*
4 *Interpretatio ad l. placuit. C. de iud.*
5 *Apices iuris, qui dicantur, & ſeq.*
6 *Declaratio ad Bart. in l. fideiuſſor. in §. quædam, & in l. Quintus ff. mand.*
7 *Sermones circa vniuerſalia faciliores ſunt, ſed circa particularia veriores.*
8 *Collegia mercatorum, quod poſſint ſibi ius proprium conſtituere, & in quibus, & ſeq. numero, & numero 15. & ſeq.*
9 *Statuta mercatorum, quod non egeant confirmatione.*
10 *Statuta mercatorum num in alio foro ſeruanda ſint, ſeu potiùs coram conſulibus eorum tantùm, & num. 13 & ſeq.*
11 *Interpretatio ad Accurſium in l. penultim. C. de conſtit. pec.*
12 *Mutinenſis, qui emit merces Bononiæ, ſi Mutinæ ad pretium conueniatur, ſeruandum eſt ſtatutum Bononienſe, quod litis deciſionem reſpicit, & cur diuerſum in eo, qui mercator non eſt, & à mercatore conuenitur, vt mercatorum ſtatutum non ſeruetur, quando non adeſt populi vel Principis confirmatio.*
13 *Conſtitutio, quæ de vno iudice loquitur, & in alio locum habet.*
14 *Interpretatio ad l. diffamari. C. de ingen. & manu.*
15 *Mercatores an poſſint ſtatuere, vt pater pro filio teneatur.*
16 *Statuere mercatores poſſunt, quòd contra ſcripturas eorum non poſſit obijci exceptio præſcriptionis.*
17 *Statuere mercatores non poſſunt aliquid, quod naturaliter & euidenter ſit iniuſtum, item contra ius publicum totius ciuitatis: & illud, quod monopolium ſapiat.*
18 *Statutum aromatariorum, quod in funeribus ceram à quoquam dari vetat, niſi prius heredes defuncti aromatario eius, quod defunctus debuit, ſatisfecerit, eſt improbatum.*
19 *Statutum, quod vetat opus ab vno cœptum, ab alio perfici non poſſe abſque conſenſu eius, qui inchoauit, non valet.*
20 *Statutum, quod certas tantùm perſonas artem aliquam ſeu exercitium facere iubet, reliquas verò vetat, improbatur.*
21 *Mercatores, quòd poſſint ſtatuere, cimatores in poſterum non accedere cum emptoribus ad eorum tabernas, licet accedere conſueuerint inſpiciendi gratia qualitatem pannorum.*
22 *Statutum, quòd ſit vnicus purgus, vel quòd non poſſint niſi certi homines artem lanæ exercere, quia hæc monopolium inducunt, non valet, niſi à publico approbetur.*
23 *Statutum, quòd omnes ſine fraude, & ſecundum certam menſuram pannos faciant quodq; rectori artis omnes ſubijciantur, valet.*
24 *Mercatores non poſſunt ſtatuere, quòd nullus ex eis poſſit alium in ius vocare coram præſide, ſed tantùm coram conſule.*
25 *Mercatores inter alias perſonas eis non ſubiectas ſtatuere non poſſunt, niſi ſe foro ſubijciant, vel agant. Si enim agunt, reconueniri poſſunt.*
26 *Matriculatus in diuerſis artibus ſeu negotiationibus, vbi ſit conueniendus.*
27 *Statuto ſtante, quòd contra apochas mercatorum*

Digitized by Google

rum nihil apponi poſsit, ſcd ad ſolutionem cõpellantur, qui ſoluit, allegans indebitum, & non eſt audicus, condictione indebiti poterit repetere.

28 *Mercatores poſſunt decernere, quòd priuatæ ſcripturæ fides habeatur.*

29 *Statutum mercatorum, quòd contumax habeatur pro confeſſo, quomodo intelligendum ſit.*

30 *Statutum, quod iubet ſcripturas manu propria mercatorum ſcriptas, exequendas eſſe, quòd locum habeat etiam in ſubſcriptis. Item in ſcripta ab alio, mandato mercatoris.*

31 *Lex municipalis, quæ iubet ſcripturis mercatorum plenam fidem haberi valet: & fides habetur inter eos, & ſi alibi agatar, ſeu in alio loco producatur.*

32 *Statutum Senenſe, quòd libris mercatorum credatur, habet locum in libris extraneorum mercatorum: ſit tamen in collegio Senenſium mercatorum ſint matriculati.*

33 *Stante ſtatuto Senenſi, quòd credatur libris mercatorum, ſi Seius mercator centum, quæ debebat Titio mercatori numerauit & in Codice numerationem annotauit, quod propter legem nouam poſt numerationem latam non cenſeatur adempta facultas Seio numerationem ex Codice probandi.*

34 *Stante ſtatuto, quòd libris mercatorum credatur, credetur libris eius, qui deſijt mercator eſſe quos ſcripſit dum mercator fuit.*

35 *Statutum ſi dicit libris mercatorum ſtari ad plenariam probationem, non admittitur probatio in contrarium.*

36 *Libris Hebræorum, ſi ex priuilegio Principis ſtari debet ad plenariam probationem, non auditur volens contrà probare.*

37 *Statutum, ſeu cõſuetudo mercatorum omni ſcripturæ ad eorum fauorem credi mandans, non valet,*

38 *Statutum, quòd libris mercatorum credatur ad fauorem ſcribentium, intelligitur iudicio conſcaſa accedente.*

39 *Statutum, quòd libris mercatorum credatur, intelligitur, niſi mercator ſit notatus infamia.*

40 *Statutum, quòd libris mercatorum credatur, intelligitur in his, quæ ad negotiationem, ſeu mercaturam pertinent.*

41 *Statutum, quòd non poſsit contrahi cum filiofamiliâs niſi ſit mercator, intelligitur ſi in cauſam mercaturæ contrahatur, & in re dubia tanquam cum mercatore contractum præſumitur, & verſum in mercaturam.*

42 *Statutum, quòd libris mercatorum credatur, interpretatur, dummodo in territorio, in quo ſtatutum viget, liber conſcriptus ſit.*

43 *Differentia inter ſtatutum factum à collegio mercatorum, & à populo, quòd libris mercatorum credatur.*

44 *Statutum, quòd cõſulibus in cauſis mercatorum tribuit iuriſdictionem, an ad hæredes mercatorũ, qui tamẽ mercatores nõ ſint, porrigatur.*

45 *Clericus hæres mercatoris, quòd non poſsit coram conſulibus mercatorum ex negotio mercaturæ à defuncto geſto conueniri, & quare.*

46 *Conſtitutione Florentina, qua officialibus mercaturæ in quibuſdam iuriſdictio tantùm tribuitur, num cenſeatur adempta iuriſdictio ordinarij.*

47 *Statutum, quod conſulibus mercatorum cognitionem quæ à guarentigia proficiſcitur, prohibet, quomodo intelligatur:*

48 *Interpretatio ad ſtatutum Anconitanum ſub rubr. de offic. dua. colla. off.*

49 *Statuta quibus conſulitur mercatoribus, artificibus, vt melius mercatura exerceatur, ad ſtatum ciuitatis, & publicam vtilitatem pertinent.*

50 *Statuta mercatorum confirmata à populo num dicãtur ſtatuta illius populi, ſeu mercatorum.*

51 *Obligatio, quæ deſcendit ex decreto mercatorum, an ſit prætoria: & conſequenter arbitraria.*

52 *Actiones pœnales deſcendentes ex ſtatutis Ducũ, Comitum & Marchionũ, annales ſunt, quando ciuiliter inſtituuntur ſecus, ſi criminaliter.*

53 *Statuta Mercatorum, ꝙ non dicantur ius prætoriũ ſed pacta, & ꝙ benignè interpretãda ſint.*

54 *Curta nomen, quid ſignificet, relatiuè.*

DEI OPTIMI MAXIMI
implorato auxilio.

1 IN curia mercatorum † æquitatem præcipuè ſpectandam, & ex bono, & æquo cauſas dirimendas eſſe. & de apicibus iuris diſputare minimè congruere, nemo eſt profectò, qui neſciat. Id enim in ſexcẽtis locis recentiores Iuriſconſulti tradidere, quorum aliqua hîc referemus in ſingulis diſceptationibus, alia poſteà, relaturi. Notauit enim id Bar. noſter in l. ſi fideiuſſor. in §. quædam. & in l. Quintus Mutius, vbi optimus text. ff. mand. Idem Salic. & Alex. ſenſere in l. placuit. C. de iudic. & probat idem Alex. in conſ. 41. viſo puncto. col. 2. lib. 3. & in conſ. 52. nu. 4. & in fin. vol. 6. & conſil. 113. num. 12. & ſeq. eod. vol. & Rom. non improbat in conſ. 193. negari non poteſt, &c. & aſſenſit Bal. in l. ſi pro ea. C. mand. in fin. col. & in conſil. 400. in 5. lib. nu. 10. & conſ. 466. nu. 4. eod. lib. Angel. etiam ait in l. argentariis. ff. de eden. in tribunalibus mercatorum veritatem, & æquitatem vigori præualere. Et idem Ang. eleganter ſcripſit in conſ. 219. arbitror dictam litem, &c. & in ead. opi. fuit. Deci. in reg. in omnibus quidem. ff. de reg. iur. qui hanc ſententiam ab Imola & Angelo & pleriſq; aliis confirmari ſcripſit, à qua non recedit Soc. in conſ. 94. in cauſa nu. 6. vol. 3. & conſ. 63. num. 7. eo. vol. & Fulg. conſ. 7. eſt & Iaſon in eadẽ ſententia, in conſ. 82. viſis, &c. vol. 1. Bert. in cõſ. 149. vol. 3. & eſt relatum apud Lud. Goz. in repet. l. 2. ſub nu. 163. ſeu 165. C. de pact. inter emp. Pau. etiam Par. alia loca referendo, verum eſſe affirmat, in

conſ.82.nu.20.vol.1.animaduertendũ,&c.& in conſil 88.nu.4.eo.vol.ad veritatem,&c.Verùm licet hoc verbũ in ore omnium ſit,ſunt forſan multi, qui vim, ac poteſtatem relatorum verborum minimè norunt, & præſertim mercatores, qui id ſe ſcire profitentur, vt in calce tractatus dicemus, vnde neceſſarium eſſe duximus,& generaliter prius verba prædicta excutere,Iuriſconſultorum prouidentia laudata,quæ opem mercaturæ, & mercatoribus tulit propter æſtimationem eorũ,& ſpeciatim deinde forẽſes diſceptationes proponere,ex quibus relatorum verborum euidẽtior intellectus præſtabitur: Daboq́; operam (vt Ciceronis verbis vtar in Oratione pro Quintio) multis iniuriis iactatam,atque agitatã æquitatem, in hoc loco, id eſt,mercatorũ foro conſiſtere,& cõfirmari. Id quo faciliùs contingat, generaliter priùs (vt diximus) diſſeremus, deinde ad ſingularia perueniemus. Et primùm,dicet aliquis,relatos iuris interpretes longè erraſſe qui ius ſingulare eſſe ſcripſerũt, in curia merca-
2 torum ex bono & æquo procedi.† Id enim generaliter decretum videtur, nam Iuriſconſ.in l.1.ff.de iuſt. & iur.ait,Ius eſt ars boni & æqui, & reliqua,& paulò inferiùs,Boni & æqui notitiam profitemur. In quorũ verborum interpretatione Accur.& plerique alij bonum ab æquo diſtinxere, exiſtimantes ius aliud eſſe bonũ,aliud æquum,moti.l.1.ff.de vſucap.& leg.hac. l.decernimus.C. de pact. con.ram ſuper dot. quæ tamen diuerſitas inter bonum & æquum nõ probatur, ſed in ea l.vtriuſq; ſit collatio. Sicut enim bono melius eſt, ita æquo poteſt eſſe æquius.ff.de furt.l.ſi ſeruus communis.§.ꝙ verò, & quemadmodũ nõ valeat argumẽtatio ſeu cõſequẽtia. Aurũ eſt melius argẽto, igitur argentũ nõ eſt bonum: ſicut minimè procedit: Iſtud ius excellit ęquitate,ergo illud ꝙ videtur bonũ, nõ poteſt dici æquũ. Et hoc argumentãdi genere Cicero illos probauit,qui vtile ab honeſto ſeparabant. Nihil enim vtile eſt, quod non ſit honeſtum,& certè nil cenſebitur bonũ ꝙ æquitati repugnet. Placet igitur Budæi expoſitio,qui in adnotationibus ad Pãdectas poſt effuſum ſermonem ait. Cùm æquum,& bonum dicimus, abſolutam bonitatem æquitatemq́ue ſignificamus,& iuris medullam,germanamq́ue iuſtitiam. Cuius interpretationẽ Io.Oldend nõ improbat in diſputatione ſua forenſi iuris, & æquitatis, & ait Rom. olim perpendiſſe bonitatem cum æquitate ſic eſſe connexam,vt aliàs bonum & æquum, aliàs bonũ æquum ſine copula dicerent, & adducit Ciceronem in Bruto,ſubditq́ue diſputatione longa ex mente, ac verbis Budæi,tacito tamẽ auctore æquitatem appellari bonum & æquum,ſeu conuenientiam,bonam fidem,naturalem iuſtitiam,verùm ius,germanam iuſtitiam,ſimplicitatem legum, æquam lãcem,humanum ius,humanitatem,gubernatiuam ſapientiam,arbitriũ boni viri,religionem,remiſſionem anguſti iuris. Quibus omnibus ferè dicendi modis tanquam idem,hoc eſt,æquitatem ſignificantibus,Iuriſc.& Imperatores vſos fuiſſe, legibus probat. Et adde prædictis, quæ plenè And.Tiraq.ſcripſit in comm.de vtroque ret.§. 35.glo.1.nu.25.& ſeq. & ante nu.qui multa addit, & Alciat.in parerg.iur.lib.2.c.11.Sed, vt clariùs ſenſus
3 traditus ad l.1.habeatur, † ſciendum eſt etiam circũſtantiis rerum æquitatem præcipuè conſiderandam, & ab apicibus iuris ex circunſtãtiis illã diſcerni,& ab illis recedi. Circunſtantias igitur,quæ in iure variant omnia,ex quibus æquitas colligitur,quæ de iure multum remittit,Iuriſc.in l.aut facta.ff.de pœ.ſeptẽ modis conſiderari eleganter ait. Et ſunt tales, CAVSA, quare aliquid factum ſit. PERSONA, quæ,& qua cũ fecerit, LOCVS, vbi factum ſit. TEMPVS, quãdo factũ ſit. QVANTITAS, magnúmne an exile ſit. QVALITAS, quomodo facta ſit. EVENTVS, metu,vi,errore,dolo,culpa,caſu fortuito, factum ſit. Quæ idem Ioan.Oldra.in citato loco notauit, & ſenſiſſe videtur Bal.in citata l.1.ſub nu.5. dum æquitatem in genere & in ſpecie definit. Et ex his, ac infrà dicendis,colliges quare in l.1.non ſemel citata, Iuriſcõſ.dixerit ius eſſe artem æqui & boni. Euenit enim, vt ius,ꝙ in genere ſuo æquum,& bonum eſt,(ſunt enim iuris regulæ & poſitiones iuſtiſſimæ, adeò vt ſecundùm naturã iuſtiores dari nõ poſſunt) ſi ad facti ſpeciem ſingularem transferas,atque deducas ex circunſtantiis,ęquo aliud æquius eſſe ijſdem legibus, & ſumma cũ ratione probes,habes exemplum in l.ſi ſeruus communis. §.quod ve.ff.de furtis. Item in l.ſi me, & Titium.ff.ſi cert.pet. Licèt enim ars boni & æqui dictauerit, vbi nullum negotium tecum contraxi, te mihi non obligari, ex circunſtantiis: tamẽ æquius eſſe iudicauit Iuriſconſultus,pęcuniã meam, quæ ad te peruenit,eam mihi reddi. Sed vt propiùs ad rem accedamus, exemplum perſonæ ratione belliſſima,Iuriſconſultus adiecit in l.bona fides.ff.depoſi. Et hæc eſt æquitas ratione perſonæ à Quinto Mutio Scæuola conſiderata in l.Quintus.ff.mandat.iunctis his, quæ eleganter ſcripſit Barto.in l.ſi fideiuſſor, in fin.ff.de fideiuſſ. Vnde Bald.noſter, in c.ſi pro debilitate.de offic. deleg.ait bonam fidem valde requiri,in his, qui plurimùm negotiantur. Quem refert, ac probat Iaſon in l.iuriſgẽtium, in §.ſed cum nulla.nu.11.ff. de pact.& Alex.in conſil.113.nu.13.vol.6. Huc pertinet,quod recentiores Iuris interpretes ſcripſerunt in l.placuit.C. de iudic. æquitatem in ſpecie ſcriptam rigori in genere,
4 † etiam ſcripto præferendam. Vulgaris eſt enim iuris iuris regula, generi per ſpeciem derogari, vt in regula,generi, de regulis iuris in 6. Benè igitur cenſuerunt plerique ex noſtratibus Iuriſconſulti, qui ratione perſonarum mercatorum,& propter æſtimationem eorum,in eorum cauſis ex bono & æquo proce-
5 dẽdum eſſe tradidere.† Sed iam apices iuris, qui ſint videamus, & optimus legum interpres Bart.in l.ſi fideiuſſ.in §.quædam.ff.manda.apices iuris eſſe putat, quæ ſubtilitatem quandam reſpiciunt, magis, quàm facti veritatem. Verbi gratia, ſi eſſet inſtituta directa actio,cùm vtilis competebat, vel non eſſet lis conteſtata,& ſimilia ſubiicit prædicta,non eſſe intelligenda,vt iuris ciuilis ratio non habeatur quia eſſet cõtra legem, bona fides.ff. depo.hæc ille cuius ſententiam probauit. Bal.ibid. Salic. in l.placuit.C.de iud. Iaſ.in l. alienam.col.2.C.de procur. qui citat Bald.in c.1.col. 2.de conſti. dicentem iuris apices dici,quicquid bonam fidem non tangit, ſed extrinſecus agitatum eſt. Probat etiam Soc.in conſ.120.cum in præſenti, col. 7.verſ.Nec ex eo.vol.1. huic rei eſt & illud adnotandum,quod Bal.ait in l.ſi pro ea.nu.14.C.mand.ſcripſit enim prima fronte Bar.ſibi parũ cõſtitiſſe videri. Dixit enim (vt retulimus) in §. quædam iura ciuilia, ſeruari oportere. dict.l. bona fides. ait in l. Quintus
6 ait:† In curia mercatorum (vbi negotia æquitate terminanda ſunt) non poteſt opponi exceptio, non interuenit ſtipulatio, ſed fuit nudum pactum, quæ contraria eſſe videntur. Vtrunque tamen verum eſſe ſubiicit: quia aut ius commune detrahit iuriſgentium ex cauſa, & tunc ſeruandum eſt ius commune, vt in ſolennitate teſtamentorum, aut ius commune non intromittit ſe detrahendo iuriſgentium,ſed non adiicit ei robur,vt in pacto nudo, & tunc ſeruandum eſt ius gentium, vbi mera & ſola æquitas debet at-

tendi.

tendi. Hactenus ille, qui id notandum ait, & refert ac probat Marc. Blanc. in tract. de comprob. numer. 43. Tom. 12. ſed & clarius, & magis ſecundum naturalem æquitatem, dicendum eſt, quòd Apex eſt cuiuſcunq; rei ſummitas, quę acuminata eſt, atque indiuiſa. Vnde regulæ à ſummitate iuris productæ, metaphoricè apices dicuntur, quaſi nimium plerunq; à caſu aliquo ſingulari remotæ, conſideratis rei de qua agitur, circunſtantiis. Vnde Ioann. Oldendo. apices iuris variis vocabulis demonſtrari poſſe dicebat, quod & prius Budæus notauerat. Veluti ſummum ius, ius inflexibile, generalis definitio, ſubtilitas verborum, ſeueritas legum, perdurum ius ſtrictum, ius nonnunquam ſumma iniuria. Sed hoc vltimum impropriè, vnde illud Terentianum. *Summum ius, ſumma iniuria:* de quo Terentij verbo memini (vt dictum eſt) declarãdo Abb. in cap. capellanus, num. 5. de feriis, & videbis And. Tiraq. in citato loco. l. 3. in §. 35. in gloſſ. t. Sed vt vnde diuerteram, redeam, generaliter, ius noſtrum vitium in ſe non habet, poſitioneſque iuris iuſtiſſimæ ſunt: euenit tamen (vt diximus) ſi generales iuris regulas, ad caſum ſpecialem transferamus, ius ſummum, quod bonum in ſe eſt, ex circunſtantiis, ſi ſeruares, efficere ſummam iniuriam. Veluti ſeruare pactũ, eſt iuris poſitio iuſtiſſima, l. 1. ff. de pac. ſi tamen pactum ad aliquam facti ſpeciem transferas, veluti cùm turpis res in pacto deducitur, aut contra leges, bonóſve mores pactum eſt initum, dolóve malo factum eſt, iuris formulam adduceres: ſerua pactum, eſſet profectò ſumma iniuria, idque ex circunſtantiis habes, in iure ſexcenta exempla. l. iurisgen. §. prætor ait. l. ſi vnus. §. pacta. l. contra iuris ciuilis. ff. de pac. l. fin. l. pactũ, quod dotali. l. pacta, quæ contra. C. de pact. l. generaliter. ff. de verb. obl. quod ſenſiſſe videntur & Bud. & Ioan. Oldend. in relatis locis, non tamen ad rem noſtram retulere. Hæc eſt igitur illa æquitas, hæc eſt auguſti iuris remiſſio, mercatorum ratione, & hac circunſtantia inſpecta, à Iuriſconſultiſque conſiderata. Hinc Scæuola, vt ait Cicero de claris oratoribus, peracutus erat ad excogitandum, quod in iure, aut in æquo verum eſſet, aut non eſſet. Hinc etiam Donatus ille Terentianus interpres, non merus, Grãmaticus in Adelphis ait: *Inter ius & æquitatem hoc intereſt. Ius eſt, quod omnia recta, & inflexibilia exigit: æquitas eſt, quæ de iure multum remittit.* Hinc denique Celſus adoleſcens relatus à Paulo Iuriſconſulto, in leg. ſi ſeruum in §. ſequitur. ff. de verb. obl. quæſtionem de bono & æquo eſſe ait: In quo genere, plerunque ſub authoritate iuris ſcientiæ pernicioſè erratur. Circunſtantiæ igitur ſunt: quæ variant, & quæ præcipuè conſiderandę ſunt, & ex quibus (vt Scæuola, Celſus, & plerique alij innuunt) à regulis iuris generalibus recedimus, & ex his collige nullam in Bartolo fuiſſe repugnantiam, dum in § quædam, dixit, in curia mercatorum iura ciuilia ſeruari, & in l. Quintus agi ex pacto nudo aſſeuerat. Quoniam ſtrictũ illud ius. Quod nuda pactio actionem non pariat ex circunſtantia perſonæ, mercatorũ, temperandum moderandumque, ex mente ac verbis legum placuit. Seruabit ergo ius ciuile generaliter, his exceptis, quæ ex circunſtãtia perſonæ ſingulariter non ſunt immutata, ex verbis ſeu mente eiuſdem iuris ciuilis.

7 † His igitur generaliter cognitis, quoniã (vt Philoſophus ait) ſermones circa vniuerſalia faciliores quidem ſunt, ſed circa particularia, ſunt veriores, vt refert etiam Iaſon, in conſil. 18. in præſenti, &c. col. 2. volum. 3. neceſſarium eſſe duxi, inuentas res in ordinem diſtribuere, & ad ſingularia (vt in initio polliciti ſumus) deſcendere, non quod in omnibus velim verboſos commentarios facere: ſed in ſumma, quæ ad interpretationem relatorum verborum, noſtrámque materiam pertinent, referre. Et hoc ordine eundum eſt.

Primùm de conſtitutionibus, & ſtatutis mercatorum aliqua referemus.

Deinde, de iudicibus, ſeu conſulibus ipſorum tractabimus.

Poſteà, de libellis ſeu petitionibus.

Tum, de exceptionibus.

Quibus expletis, de probationibus, ac cæteris, quę occurrent, dicemus, quid ſingulari iure inter mercatores receptum ſit.

Ad extremum, iudices breuiter admonebimus.

Igitur iuxta propoſitum ordinem, de conſtitutionibus mercatorum quaſdam diſceptationes ſubiiciamus. Et primum vulgarem illam quæſtionem, & antiquis temporibus agitatam proponemus.

8 † Num mercatorum collegia ius proprium ſibi poſſint conſtituere. In quo iuris articulo receptũ eſt, poſſe, & quidem rectè. Quę enim licita collegia inter collegiatos ſtatuere, rata ſunt. l. 2. in fin C. de conſtit. pecu. vbi Accurſ. & Bald. notarunt. § fi. in auth. de fideiuſſ. col. 1. & probat Bart. in l. omnes populi, nu. 6. ff. de iuſt. & iur. & placet eo. in loco Ang. & Bal. item Iaſ. ſub nu. 37. Seueri. ſub nu. 11. Ioan. Crot. ſub nu. 17. & notarunt Bald. & Sal. in l. fin. C. de iuriſdict. omni. iud. Sed hæc intelligenda ſunt, vt ſtatuere poſſint in his, in quibus iuriſdictionem habent, pertinentibúſque ad mercaturam, & ipſos mercatores, non autem in his, quæ remota ſunt ab eorum officiis, & profeſſione. Exempli loco, ſi ſuper hæreditatibus decernerent: arg. l. fin. & eorum, quæ in ead. l. not. ff. de iuriſd. omn. iud. idque ex ſententia Bartol. & præcipuè Bald. in ea. l. omnes populi, ſub numero 8. & Bartol. in l. fin. num. 20. ff. de col. illic. & ex facto conſultus idem reſpondit Bald. in conſil. 43. præſuppoſito, &c. lib. 4. quod nota, & videbis Rom. in conſil. 300. omnipotentis Dei, qui addit longam conſuetudinem, iuriſdictionem tribuere etiam non habenti, & conſequenter in his, quæ extra profeſſionem ſunt. Item, ſi dicta ſtatuta communi iuri, ſeu municipali, quod ciuitas ſibi conſtituiſſet, contradicerent, dum modo diuinum ius, vel naturale non improbarent: ſeruanda tamen inter eos ſunt. Hoc enim iure, & ipſi mercatores, & eorundem hæredes vtuntur: alij verò vti non aſtringuntur. Cuius rei illa ratio redditur: quia talia ſtatuta conuentiones dicuntur. ff. de leg. l. ſed & ea, ergo aliis non nocent. l. ſi vnus. §. ante omnia ff. de pact. Hoc amplius ſubiicit Bald. in l. 2. num. 7. C. de conſt. pec.

9 † huiuſmodi ſtatuta ſuperioris confirmatione non egere, cùm à lege approbata ſint, vt in ea l. patet. & §. final. in Auth. de fid. & facit l. fin. C. de iuriſ. omn. ind. Quod & veriùs eſt ſecundum Angel. Seuer. & Crot. in d. l. omnes populi, & Sal. in d l. 2. & l. fin. paulò ſuperiùs citata, quem videas, quicquid idem Bald. ſibi parum conſtans dixerit, in eadem l. & in l. humanũ. C. de legi. ac quidam alij ſcripſerint, vt dicemus in prin. ſeq. particulæ.

10 † Incurrit hic alia inſpectio, num mercatorũ ſtatuta in alio foro, ſeu curia ſeruanda ſint, ſeu potiùs coram conſulibus, eorúmve iudicibus tantum? & exploſa Accurſ. ſententia in l. 2. C. de conſtit. pecunia plerunque probatunt, quòd poſt veteres Iuriſc. notauit Bald. in ead. l. ſub nu. 7. Scripſit enim in hæc verba: Si ſtatutum mercatorum reſpicit actus eorũ, vel fidem actorum, vt puta dicit ſtatutum, quòd mercator

poſſit conuenire ex nudo pacto, vel quòd ſcripturæ priuatæ mercatorum plena habeatur fides, & ſtatuta talia valere ait, & in quolibet foro, & nedum ſeculari, ſed etiam epiſcopali ſeruanda ſunt. Idq; notatur in l. ex ea. ff. de poſtu. Quod & verum eſt, niſi ſtatutum referret ſe ſolum ad ipſos iudices. Verbi gratia, ſi ſtatutum mercatorum diceret, quòd cõſules mercatorum redderent ius ex nudo pacto, vel credant vnius mercatoris legalis dicto, vel non admittant exceptionem contra ſcripturam mercatoris. Tũc enim ſtatutum in alio foro non eſſet ſeruandum: quia in alio foro non loquitur. Si verò ſtatutum reſpicit modũ procedendi, vt puta eſt ſtatutum eorum conſuetudine confirmatum, quòd procedatur de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, iſtud ſtatutum non valet, niſi in eorum foro. Vnde coram poteſtate ſeruabitur iuris ordo ſecũdum doctrinam doctorum in l. cunctos populos. C. de ſumm. Trinit. in l. 1. C. de eman. lib. Et ideo ſtatutum deciſiuum concludens iudici non mutat ſuum forum. Sed ſi concludit actioni ſiue cauſæ, valet vbique in decidendo, ſed non in ordinando iudicium. Hactenus Baldus in ſupra ſcripta verba, qui ſubiicit hæc memoria tenenda, & alij plerique conſentiunt, vt ſcribit Iaſ. in l. omnes populi, num. 39. ff. de iuſtitia & iure, & ibidem Ioan. Crot. nu. 19. & probat Aſten. in 3. volum. de conſtitut. & decret. in verbo, curia. quibus addes, quæ eleganter Rom. ſcripſit in conſilio 242. vnum, &c. & conſil. ſequẽt. & addes Paul. Caſtr. in l. eum qui in §. quod exigimus. ff. de conſtitut. pecun. vbi idem probat.

Sed & his, quæ diximus, quædam adnotanda ſunt, & illud primum, quod belliſſimè Salicetus ſcripſit in l. 2. C. de conſtit. pecu. Ait enim prędicta à frequẽtioribus recepta eſſe, & ſub num. 11. ſubdit in hæc fermè
11 verba: † Attendite, non enim puto à cæteris Accurſium diſſenſiſſe, ſed de alio apud eum quæſitum eſſe. Finge, quòd qui mercator non eſt, vel alienę negotiationis, ſeu ſcholæ emit cinnamomum à mercatore, vel ſcyphum ab aurifice, mercator ſeu artifex cõuenit emptorem, coram poteſtate, cui rei eſt iudex, & ad rei geſtæ probationem exhibet librum ſuum, cui ex forma ſtatuti mercatorum, ſeu illius artis & profeſſionis plena habetur fides, excipiat reus ſe non aſtringi ſtatuto, quia alienæ profeſſionis eſt, ſenſit Accurſius ſtatuto locum non eſſe, quoniam vtriuſque ius commune non eſt, contra verò, ſi ambo mercatores vel aurifices eſſent. Et refert hanc interpretationem ad Accurſium fuiſſe, ex mente Lamb. de Ramp. ſecundum Cyn. qui eum in dicto loco retulit, & verum eſſe putat. Hæc mouere, quęquam poſſe addit. † Si Mutinẽ-
12 ſis emeret merces Bononiæ, & Mutinæ ad pretium conueniretur, Bononienſe ſtatutum ſeruari oportere, quod litis deciſionem reſpiceret, vt idem ſcripſit, in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & tamen Mutinenſis, illo ſtatuto non ſubiicitur, quoniã contrahendo Bononiæ, hic ſe ſtatuto Bononiẽſi ſubiecit, & ſubditum fecit per contractum, in territorio contrahentium factum. At collegia, ſocietates & ſcholæ huiuſmodi nec locum ſeu territorium, nec iuriſdictionem habent ratione loci, ſed tantum perſonarum eiuſdem duntaxat artis & profeſſionis. l. fi. vbi probari inquit. C. de iuriſd. omn. iud. Subiicit deinde prædicta vera, niſi ſtatuto ciuitatis aliud expreſsè caueretur, vel ſtatuto mercatorum, ſeu alterius profeſſionis & ſcholæ, quod à Principe, ſeu poteſtatem habente approbatũ eſſet, propterea ſubiungit. Ex his collige ſpecialem approbationem, quo caſu ſit vtilis, vt puta ſi aliqua in illis ſtatutis ſint ſancita, quæ alios etiam præter profeſſionis homines ligaret, & ſtatuta etiam inter eos, in his, quæ publicæ leges vetarunt, ſeruanda nõ ſunt. l. ſodales. ff. de colle. illi. niſi ab authoritatem habente confirmentur.

Hactenus Salic. quem etiã quo ad confirmationem videbis, in l. fin. ſub num. 2. C. de iuriſ. omn. iud. quib. adde, quod Seue. in citata l. omnes populi, ad verbum retulit Salic. & probauit, & placet Saliceti ſenſus ad gl. Angel. Aretin. in §. ius ciuile, num. 4. inſtit. de iure natur. gen. vel ciui. & ex facto conſultus Socinus Salicetum referendo ſequitur, vt patet in cõſ. 288. col. 5. verſ. minùſque obſtat lib. 2.

Deinde ſciendũ eſt quòd Iaſon. in l. omnes populi ſub num. 29. referendo Salicet. parum ſibi liquere ait, ſi ſtatutum mercatorum mandat libris eorum plenam fidem haberi, & ſeruãda ſunt eorum ſtatuta cauſa deciſionem reſpicientia, etiam in alio foro, quare etiam non ſeruentur contra alios, qui non ſunt mercatores. Sed ex his, quæ diximus cur contra illum, qui mercator non eſt, ſtatutum ſeruandum non ſit, ratio colligitur, & bene quidem Salicet. Cyn. Lambert. de Ramp. Angel. & Socin. cenſuerunt. Et cur diuerſum ſit, alia ratio ex mente Bald. reddi poteſt. Ait enim Bald. ſtatuta mercatorum conuentiones dici. ff. de leg. l. ſed & ea, quod comprobabis, ex l. final. ff. de colleg. illic. in illis verbis: His autem poteſtatem facit lex pactionem, quam velit ſibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant, &c. Pactiones autem, & conuẽtiones inter aliquas perſonas, ne aliis noceant, ante omnia animaduertendum eſt. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis.

Denique, quod diximus, ſtatuta mercatorum cauſarum deciſionem reſpicientia, vbi verba relata ſunt, ſeu directa ad conſules, officialeſve eorum, alios iudices, vt puta poteſtatem, etiam inter ipſos mercatores ſeruare non teneri: Seue. in ead. l. omnes populi, ſub
13 num. 12. non inſubtiliter notauit: † mouit eum, quia conſtitutio, quæ de vno iudice loquitur, vt putà de prætore, & in alio locum habet in ea re iuriſdictionẽ habente, ſecundùm Bartol. in l. 2. in §. equidem. ff. ad Tertullia. citat enim Dyn. in l. 2. in §. ſi mater. ff. ad Tertullia. & Tanc. de Cor. in ſua compen. c. 12. quęſt. 21. quod comprobabis ex his, quæ Aretin. ſcripſit in conſ. 107. in fin. & Ancha. in conſ. 340. & conſil. ſeq. licèt contra innuat Sig. in conſ. 243. & ſequent. & videbis Corn. in conſil. 319. in vltima hæſitatione, volumine 3. Addit etiam differentiam conſtitutam à Doct. & ſuperſtitioſam, & verbalem videri, dum conſiderant ad quem iudicem verba referantur, igitur reiiciẽda: arg. l. ſuperſtitioſam. C. de contrah. & commit. ſtipul. Et ſubdit, ſi hæc ſententia admitteretur, euenire facilè poſſet, quòd reus iuxta l. diffamari. C. de ing. & ma. poſſet conuenire actorem coram præ-
14 tore, † & ſtatutũ inter mercatores factum eluſorium redderetur, cuius prætextu quis fortè cõtraxit, & ideò ſibi non cauit, vt cauiſſet, & ſubdit ex his illud ſequi, quòd ſi reus in terminis legis diffamari conueniſſet actorem coram poteſtate, vt terminus ad agendũ ſtatueretur, & ſtatutus fuerit, quòd actor, qui prius coram officialibus mercaturæ agere potuiſſet, tanquam præuentus amplius non poſſit: argum. eorum, quæ Bald. ſcripſit in l. ordinarij. C. de rei vend. quod etiam aliis probat, & memoria tenendum ait, & cogitãdum eſſe ſubiicit, cùm relatum à quoquam non legerit. Mihi autem in propoſito iuris articulo cogitanti durum videbatur ab eo, in quo omnes conſentiunt, diſſentire. Et quoniam rationes Seueri, me valdè mouent, ideò ex mente forſan legis, & iuris interpretum diſtin-

diſtinguendum videbatur, quemadmodum in pactis Iuriſc. eleganter ait in l. iuris gentium, in §. pactorum. ff. de pact. Nam illic ita eſt: Pactorum autem quædã in rem ſunt, quædam in perſonam. In rem ſunt, quoties generaliter paciſcor, ne remi petam: in perſonam, quoties ne à perſona petam, id eſt, ne à Lucio Titio petam. Vtrum autem in rem, an in perſonam pactum factum eſt, non minùs ex verbis, quàm ex mente conuenientium exiſtimandum eſt. Plerunque enim (vt Pedius ait) perſona pacto inſeritur, non vt perſonale pactum fiat, ſed vt demonſtretur, cum quo pactum eſt factum.

Hactenus Vlpia. Quæ diſtinctio mihi videtur probabilis. Non minùs ergo ex verbis, quàm ex mente ſtatuentium exiſtimandum, an coram conſulibus, & officialibus tantum ſtatutum ſeruari voluerint. Planè, ſi dictio taxatiua tantum, ſeu duntaxat in ſtatuto adiecta ſit, dicendum erit de conſulibus tantùm eorũ ſtatuẽtes ſenſiſſe, & coram alijs iudicibus ſeruari noluiſſet. Intelligenda eſt ergo Baldi & cæterorum ſententia, vbi conſtat verba ad conſules mercatorum relata non demonſtrandi gratia. Sed quando conſtat ex verbis, ſeu mente ſtatuentium perſonas conſulum, ſeu officialium eorum egredi noluiſſe. At vbi demonſtrandi cauſa perſona conſulis inſeritur in ſtatuto, vt demonſtretur. ſ. conſulem inter eos iuſ dicere, Seue. ſententia admittenda ſit. Idem & in re dubia, quãdo in ambiguo pactum reale potius iudicatur, & hæc ſecundum ea, quæ in citato. §. Bartol. Paul. Alexand. & Iaſo ſcripſerunt, quæ diſtinctio ex eo probatur, quòd Bald. & ipſemet Seue. & plerique alij huiuſmodi ſtatuta, conuentiones, & pactiones dici, rectè ſunt opinati, & nos comprobauimus ex l. final. ff. de colleg. illicit.

15 † Tractandum nunc eſt clariùs, & in ſumma, ſuper quibus poſſint ſtatuere, & quædam alia permiſtè referemus, à materia tamẽ non aliena & Bal. in citata l. 2. quærit, num mercatores poſſint ſtatuere, vt pater pro filio teneatur, & ait non poſſe, niſi filius mercator patri quæſtum referat, cuius rei illam rationem reddit, quia tale ſtatutum eſt contra ius gentium, nec mouere gl. debere ſubdit in Rubr. de decur. quia in ſtatuto ciuitatis loquitur, non autẽ vnius collegij. Tu autem videbis, quæ in eodem loco Salic. ſcripſit, & nos pleniùs attigimus in tract. noſtro, de decoctoribus, in ea parte, in qua de ſtatutis diſſeruimus, quæ eſt quarta, ideò hic omittimus, & videbis Seue. in l. omnes populi, num. 12. ff. de iuſtitia & iure.

16 † Quæſiuit etiam Bald. in ead. l. 2. num. 9. num ſtatutum valeat, quòd cõtra ſcripturas mercatorum non poſſit obijci exceptio præſcriptionis: & probat valere, cùm poſſint aliter, quàm ius commune decreuerit ſtatuere, vt in ead. l. 2. probatur, & Bald. ſententiam probauit Aſten. in 3. vol. de ſtatut. & conſtit. in verbo, mercator.

17 † Idem Bal. in relato loco ait, nõ poſſe aliquid decernere, quod naturaliter, & audenter ſit iniuſtum, l. ambitioſa. ff. de decr. ab ord. faciend. & not. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo. Item contra ius publicum ciuis ciuitatis ſtatuere vetantur Exempli loco, in depoſitis mercatorum banni exceptionem obijci non poſſe iuxta ea. quæ leguntur, & not. in l. bona fides. ff. depoſiti. quæ Aſten. & Seue. in citatis locis probatur. Additque Seue. & illud ſtatutum improbãdum, quod
18 monopolium ſapiat. l. 1. ff. de monop. † Sal. etiam in ea l. 2. & illud ſtatutum aromatariorum improbat, quòd in funeribus ceram à quoquam dari vetat, niſi prius hæredes defuncti aromatario eius quòd defunctus debuit, ſatisfecerint. Eſt enim iniuſtum & ambitioſum, & vide text. notabilem in l. fin. cum Auth. ſeq.
19 C. de ſepul. vio. † Delendum & illud ſtatutum putat, quod vetat opus ab vno cœptum, ab alio perfici poſ-
20 ſe abſque conſenſu eius, qui inchoauerit. † Et illa lex improbanda eſt, quæ certas tantùm perſonas artẽ aliquam ſeu exercitium facere iubet, reliquas verò vetat ſecundum Bart. in l. fi. ff. de colleg. illic. n. 20. & iuxta l. t. de monop. quæ comprobabis ex his, quæ elegãter ait Auch. in conſ. 147. ſummæ prudentiæ, & authori-
21 tatis, col. fin. † Qui ex facto conſultus cùm tonſores pannorum, vulgò cimatores dicti conſueuerint cum emptoribus ad tabernas, ſeu ſtationes mercatorũ accedere inſpiciendi gratia qualitatem, valoremq́; pannorum, num ſtatuere poſſint, vt poſthac ad tabernas eorum non accedant, & ait poſſe, & ſtatutum ab omnibus in albo, ſeu matricula mercatorum deſcriptis obſeruandum eſſe.

22 † Idem Sal. in citato loco reſpondit, non valere illud ſtatutum, quòd ſit vnicus (vt ipſe ait) purgus in ciuitate, vel quòd non poſſint, niſi certi homines artem lanæ exercere. Talia enim ſtatuta monopolium inducunt, meritò ſunt improbata, niſi à publico approbē-
23 tur. † Subdit idem Salic. illud ſtatutum improbãdum non eſſe, omnes ſine fraude, & ſecũdum certam menſuram pannos facere debere, quódque tectori artes omnes ſubijciantur, quæ & Seuer. & Crot. in citatis locis approbarunt, & ipſe etiam æquè non reprobo.

24 † Vetantur & illud ſtatuere mercatores, q̃ nullus ex eis poſſit alium in ius vocare coram præſide, ſed tantum coram eorum conſule. l. fi. C. de iuriſd. omn. iud. vbi Sali. notauit ſub num. 2.

Nunc ad Baldum noſtrum redeamus, qui in l. 2. nõ ſemel citata, & in tractatu ſuo de cõſtituto materiam hanc pleniùs tractauit. Ait Bal. mercatores inter alias
25 perſonas, eis non ſubiectas decernere non poſſe, † niſi ſe foro ſubijcerent: vel ne ſe dittoni eorum ſupponerent, vel agerent. Si enim agunt, reconueniri poſſunt: mutuæ enim petitiones coram eodem iudice expediri debent: Authent. & conſequenter. C. de ſentent. & interlocut. omn. iud. l. fi. idem cum eod. ff. de iuriſdict. omn. iud. & idem probauit Bald. in dicto tractat, num. 11.

Subiungit idem Baldus, quid ſi aliquis in albo diuerſarum artiũ, vel negotiationum deſcriptus eſt, ſeu (vt verbis eius vtar) matriculatus ſit in diuerſis arti-
26 bus, † ſeu negotiationibus, & ait inſpiciendam artem eſſe, ex qua conuenitur: ad iudicem enim illius artis pertinet. ff. de leg. 3. l. legatis ſeruis. § ſi vnus. ff. de tribut. l. procuratoris. § ſi plures. Sin autẽ et negotium, extra vtranque artem ad neutrum pertinet cognitio, ſed ad commune forum præſidis confugiendum eſt, lex eſt notabilis. ff. nautæ cau. ſtabu. l. 3. §. eodem modo: in his enim, quæ ad mercaturam pertinent, conſules mercatorum ſunt iudices, extrà verò negotiũ mercaturæ ipſorum, notto non eſt, nec poſſunt ſtatuta facere, vt idem Baldus ſcripſit in l. final. C. de iuriſdict. omn. iud. & in relato tractatu, de conſtit. num. 12. quibus addes quæ eleganter ſcripſit Angel. in conſil. 6. data eſt, & quæ nos pleniùs differendo diximus in prima parte principalis tract. verſ. parte proximè accedit, num. 56.

27 † Quæritur apud eundem Bal. in eadem l. 2. ſub nu. tres mercatores legem tulerunt, quòd contra eorum apochas ſeu apodiſſas nihil opponi poſſit, ſed omninò ad ſolutionem ſeu ſatisfactionem compellantur. Gerinus mercator ad ſoluendum virtute apochæ à con-

Digitized by Google

à conſule compulſus,nec auditus eſt, cùm indebitum
eſſe allegaret: num quod ſoluit condictione indebiti
repetetur? & prima fronte propter authoritatem rei
iudicatæ repetitionis locum nó eſſe videbatur.l.1.C.
de condict.indeb. contra tamen reſpondit ſentētiam
non obeſſe, quoniam in primo iudicio diſputari non
potuit,hæc exceptio vtrum debitum,ſeu magis inde-
bitum eſſet,quod peteretur. Quod ergo non eſt di-
ſcuſſum,ſententia terminatum dici non poteſt.Quib.
adde Bar.in l.1.in §.& paruis.ff.quod vi aut clàm,qui
quæſtionem pleniùs explicat,& in eadem eſt opinio-
ne,& videbis Salicet.& in l. 1.in fi.C.de cond.indeb.
28 & in dicta l. 2. Huic rei eſt † & illud adnotandum,
mercatores priuatæ ſcripturæ fidem habendam eſſe,
decernere potuiſſe, ſcripſiſſe, & probaſſe Ioan. ab
amicis in conſ. 42.in præſenti conſultatione,&c.n.5.

29 † Item quæritur apud eundem, & eodem in loco,
quam interpretationem habeat ſtatutum illud mer-
catorum,quòd contumax habeatur pro cõfeſſo, & ait
ex trina citatione,nec vnam pro tribus ſufficere, pro-
pter magnum præiudicium,quod inde ſequitur.ff.de
iure fiſ.l ſenatus.§.quod ſi tribus, & addit vbi in con-
tumacia ſententia dicitur,in ſententia de contumacia
meminiſſe oportere.l.2.§.ſenatus,verſic. quoties. ff.
de iure fiſci, quæ ſimpliciter Aſtenſis in tertio vol.
de conſtit.& Deciſ.in verbo mercator,retulit & pro-
bauit, & placuit Alexand.apud Bartol.in l.abſentem,
num.4.litera E.in fine.ff.de pœnis,& conſenſit Felin.
in c.conſuluit,col.5.verſic.quintò fallit, num. 13. de
offi.deleg.

30 † Vulgaris eſt illa quæſtio,& agitata valde de lege
municipali, quæ ſcripturas manu propria mercatorũ
ſcriptas exequendas iubet, num ſi ſcriptura manu al-
terius facta ſit,ſubſcripta verò manu mercatoris,locũ
habeat lex municipalis,in qua illud pleriſque placuit,
& verius eſſe puto,& ſubſcriptam ſcripturã exequen-
dam.Idque ex ſententia Angeli,Imolę & Alexand.ac
Aret.in l.ſi ita ſtipulatus,in §.Chryſogonus.ff.de ver-
bor.obligat.& idem ex facto conſulto,placuit Alex.
in conſil.147.Ponderatis his,num.3.& ſequenti,vol.
2. quod reſponſum in materia, de qua eſt diſputatio
noſtra,de mercatore.ſ.& mercatura,notandum puto.
Nec me latet Iaſ.notaſſe in l.emptor.in §. Lucius. ff.
de pactis,numer.3.& ſequent. & in authent.ſi quis in
aliquo.C.de edend.num.6.& d.§.Chryſogonus,num.
9.& ſeq.Decius enim in cap.quoniam contra, num.
61.de probatio.idem probauit, & legi à Iaſo. citatæ,
ac rationibus reſpondit, quibus addes, quod idem
Aſten.ſenſit in citato volum.de conſtitur.& Deciſ.in
verbo,ſcriptura,in vltimo verſic. & ſubiicit ſtatutum
locum habere, & in ea ſcriptura, quæ ab alio ſit ſcri-
pta, mandato tamen mercatoris, citat Geminian.in
cap.ſi pro te,in notabilius,de reſcriptis, in 6.& Alex.
in leg.diuus, in §. item ſenatus. ff. de tal. de quo vide
quid dubitando Feli.ſcripſerit in c.cùm inter,num.9.
de ſentent.& re iudic. Geminiani tamen ſententiam
defendit Marſ.in ſingul.471. Sæpè contingit, & ſub-
dit ei, qui ex mandato ſcripturam fecit, credendum
non eſſe, cùm ſit vox vnius, citatque idem ſenſiſſe
Imol.in conſil.91.in cauſa,&c.col.1.& ſemetipſum in
rubrica.C.de probat.

31 † Meminimus in pleriſque locis, de lege munici-
pali,quæ libris ſeu ſcriptutis mercatorum plenam fi-
dem haberi iubet,quam valere Bald.ſcripſit in l. cun-
ctos populos nu.16.C.de ſum. Trinit. & probat Iaſ.
Complures referendo in repe.l.admonendi, nu.100.
ff.de iure.Pro quo l.quædam, in §. numularios. ff. de
edendo,in illis verbis, quarum probatio ſcriptura co-
dicibuſque eorum maximè continetur, & frequentiſ-
ſimè,ad fidem eorum decurritur, qui textus eſt maxi-
mo argumento, vt inter ipſos mercatores valeat, &
facit l.2.de conſtituta pecu & c.cum dilectus,de con-
ſuetud. Idque vſque adeò receptum eſt, vt ſcripturis
in loco factis fides habeatur,ſi alibi agatur,ſeu in alio
loco producantur, ſecundùm Ioan. Andręam apud
Specul.in tit.de inſtru.edit.§.nunc dicendum, in ad-
ditione magna, cuius initium eſt in priuatorum circa
finem,& placet But.in cap.2.in 3.colum.de fide inſtr.
& tanquam quotidianum, & notandum in citato lo-
co Iaſon retulit, & pleniùs in l. cunctos populos, in
prima lectura,num.13.C.de ſumma Trinit.& ad rem
facit,quod Bald.ait in leg.ſi non ſpeciali, num. 4. C.
de teſta. ſcripturam factam, in aliquo loco priuile-
gium illius loci vbique ſeruare,quod & Dec.placuit,
in c.1.num.36.extra de probat.& Feli.in c. cùm dile-
ctus,num.24.de fide inſtrument. vbi verum eſſe ait,
inter eiuſdem loci homines, & probauit prædicta
Seue.in repetitio.l.cunctos populos ſub numer. 164.
in quo loco,& in repetitio.l.admonendi,ſub numer.
63.poſt Bald.hoc amplius tentauit dicere, Senis fin-
ge, lex municipalis eſt, vel conſuetudo, quòd libris
mercatorum credatur, & extraneus mercator in eadē
32 ciuitate librum rationum conſcripſit,ſi † idem extra-
neus mercator in albo, matricula mercatorum Senis
deſcriptus fuiſſet,& conſequenter in collegio merca-
torum fuiſſet,eius libro fides haberetur. Contra verò
ſi deſcriptus non eſſet.Idem Seue.in ſeq.nu.affert ſpe-
ciem talem.Titio creditori ſuperioribus annis centũ,
33 quæ debebat Seius † mercator numerauit,& ſe ſoluiſ-
ſe ac numeraſſe,in codice rationũ aſcripſerat,nec ali-
ter ſibi de ſolutione cauerat.Titius mercator,idemq́;
creditor centum petit,excipit de ſolutione Seius, ip-
ſamque ex codice rationum probat, cui municipali
legi fides habebatur,replicat Titius immutatum ſta-
tutum decretumque eſſe noua lege,vt amplius libris
mercatorum fides non habeatur. Num Seio noua lex
municipalis præiudicet, cùm ipſe ante legem nuper
latam ſe ſoluiſſe,in codice adnotauerit?&ait ſe diſpu-
taſſe,in l.omnes populi,in 5.q.pr. & verum eſt, quod
ait,nam ſub numer. 83.inquit defenſionem probandi
ſolutionem, ex codice rationũ ante nouum ſtatutum,
Seio quæſitam eſſe, ideò ex lege noua adempta non
cenſeri,leg.teſtium.C. de teſt.verſicul.his.ſ. qui ſine
ſcriptis, &c. Si verò Seius poſt immutatam legem,
& ſic poſt nouam legem ſoluiſſet, contra ſe habere,
huiuſmodi enim defenſio probandi ex proprio codi-
ce ſublata intelligeretur, ex leg. noua, & de ſe queri
deberet Seius, qui cautionem ſeu quietationem non
deſideraſſet.

34 † Sed & illud quæri poteſt, ſi mercator eſſe deſiit,
nũ virtute legis municipalis fides habenda ſit libris,
quos dum mercaturã exercuit,conſcripſit:& creden-
dum puto.Pro qua ſententia eſt, ꝙ ſcripſit Accurſius
in §.pen.in auth.de tabellio.& eſt arg.tex.in l.pretor.
§.item etiã,qui deſiit.ff.de edend.& probauit Aſten.
35 in relato 3.vol.in ver. Probatio. † Vbi hoc amplius
adiicit,ſi ſtatutum diceret libris mercatorum ſtari(vt
ait) ad plenariam probationem, non poſſet probari
contrarium:ſecundum Alex.in l. 2. §.ſi abſens, nu.7.
ff.ſi ex noxa.cauſa,citatque gl.in clementi.1.in verbo,
36 feciſſe narramus,de probatio. & ſubdit † vtile eſſe ad
priuilegia, quæ Hebræis conceduntur, in quibus ſolet
adiici hęc clauſula,quòd libris eorum ſtetur,& plena-
riam faciant probationē,habent enim hæc verba vim
præſumptionis,quam vocant iuris,& iure,quæ Iaſoni
in eodem.§.in 6.numero placuerunt.

Sed

Sed quoniam, quæ de ſtatuto, ſeu conſuetudine
mercatorum diximus, quòd fides habeatur, tempera-
meota quędam recipiunt, idcirco nonnulla in ſumma
37 adnotabimus.† Et primum, ſi ſtatutum diceret gene-
raliter omni ſcripturæ mercatorum ad eorum fauorē
eredendum, quia hac cōſuetudine, ſiue ſtatuto ad fal-
ſum inuitarentur, & ratione caret, non valeret. l. cōue-
nire. ff. de pact. dotalibus. c. erit autem 4. diſt. idq́; ex
ſententia Bald. in l. vni. C. de confeſſ. num. 13. quem
retulit, & probauit Abb. in c. bonæ. 2. de poſtu. pręlat.
in fin. & Iaſ. in dicta repet. l. admonendi, num. 20. qui
38 ex mente prædictorum, ſtatutum, † quod libris mer-
catorum ad fauorem ſcribentium fidem haberi mandat,
intelligendum eſſe ait, iudicis conſenſu acceden-
te, & ſi iudici videbitur mercatoris ſtatu, atque con-
ditione, qualitate rei, atque negotij, ac quantitate co-
gnitis, atque perſpectis, quæ ſententia vtilitati rerum
eſt conſentanea, & meritò placuit Alex. in l. quædam,
in § numularios, in 1. col. ff. de eden. & Franc. Curt. in
39 d. l. admonendi, num. 214. † Addit Iaſ. & tertiò con-
ſuetudinem, ſeu ſtatutum huiuſmodi intelligendum,
niſi mercator notatus eſſet infamia: ſi enim infimis,
& culpatæ, ſeu ſuſpectæ vitæ eſſet, fides libro habenda
non eſſet. Citat Baldus in leg. cunctos populos. C. de
ſumma trinitat. vbi Seuer. notauit Bal. referendo, ſub
numero 164. & videbis omninò eundem Bald. in leg.
Caſſius, nu. 10. ff. de ſenato. & in eadem ſententia fuit
Bart. in l. quædam, in §. numularios. ff de edendo, &
arg. eſt. l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de edend. in illis
verbis: Quid enim ſi humilis, & deploratus vnus edi-
dit, vt dubitare quis meritò de fide editionis poſſit?
quibus addes Gram. in conſ. 35. num. 27.
40 † Declarat etiam Iaſ. in relato loco conſuetudinē,
ſeu ſtatutum prædictum interpretandum in his, quæ
ad negotiationem, ſeu mercaturam pertinent, vtpu-
ta, ſi mercator ſit pannorum, & in libris rationes pan-
norum deſcripſerit. Contra verò, ſi extra negotium
mutuum, ſeu depoſitum adnotauerit: arg. l. 3. §. eodem
modo ff. nau. caup. ſtabu. idq́ue Ioan. And. ſenſit in ci-
tata additio. quem referendo probat Ludo. Roman.
conſ. 204. pro diſcutienda, & in conſilio ſeq. & Aret.
in conſ. 33. conſultatio præmiſſa, col. 1. & in conſil. 43.
in præſenti, & ſeq. & placet Deciſ. in ca. 1. num. 35. &
in conſil. 40. viſo tenore, num. 3. & comprobat Iaſo.
pluribus ſimilibus in l. age. C. de tranſact. & Aym.
41 Crau. in conſil. 3. num. 15. † Huc pertinet quod Bal-
dus loquit in l. fin. C. ad ſenatuſconſultum Maced. ſi
lege municipali cautum, cum filiofamiliàs non poſſe
contrahi, niſi ſit mercator, interpretandum ſi in cauſa
mercaturæ contrahat. Secus ſi in diuerſa. Ratione
enim mercaturæ non perſonæ lex municipalis permi-
ſit, & inducit legem illam, contraq́ue ſubiungit facere.
ff. nau. caup. ſtabul. l. 3. §. eodem modo. Cæterùm,
illud verum ait, ſi conſtat extra negotium mercaturæ
cum filiofamiliàs contractum non valere contractū:
in re autem ambigua præſumi, tanquam cum merca-
tore contractum, verſumq́ue in ipſam mercaturam.
Vnde ſi mutuò, quid acceperit in merces vertiſſe cen-
ſetur, idq́ue ait Bartol. placuiſſe in leg. Macedoniani,
eod. titul. vbi idem Bald. notauit, & argum. magno eſt
text. in d. l. ſi & idem placuit Stepha. de Fede. in tract.
de interpret. iur. in 3. par. num. 24. qui ait, in dubio
contraxiſſe videri in cauſa mercaturæ, & in eadem
opin. fuerunt Paul. & Salicet. in dict. l. fin. & Aretin.
inſtit. de except. §. item ſi in iudici, nu. 18. Paul. Caſt.
in l. 1. §. in filiofamiliàs, nu. 4. ff ad ſenatuſc. Maced. &
hæc etiam probauit Seue. in d. l. admonendi, num. 62.
quibus addes, quæ relatiuè diximus in 2. par. princip.
tract. in verſ. tractate hic. ab re non eſſet, num. 169. &
Felin. in c. 2. num. 28. de fide inſtr.
42 † Denique conſuetudinem, ſeu ſtatutum, quòd li-
bris mercatorum credatur interpretandum videtur,
dummodo in territorio, in quo ſtatutum viget, liber
conſcriptus ſit, vnde ſi Senenſis Antuerpiæ morā tra-
heret, & eodem in loco in libro adnotaret ſe ſoluiſſe
centum, quæ Franciſco mercatori Senenſi debebat,
virtute legis municipalis, quæ Senis eſt, vt ſcripturis
mercatorum ad eorum fauorē fides habeatur, ſolutio
non probaretur, ſecundum Seue. in l. omnes populi,
nu. 164. qui id Bald. ſenſiſſe refert, & idem Seue. ean-
dem q. attigit in l. admonendi, ſub numero 65. & non
ſoluit, & in eadem ſententia fuit Iaſ. in prioribus com-
ment. leg. cunctos populos, ſub num. 23. qui eundem
Bald. idem ſenſiſſe refert in c. cùm dilectus, extrà de
fide inſtr. Verum non me latet Phil. Cor. in conſ. 319.
circa primum, &c. vol. 3. in vltim. dubitatione, contra
hanc ſententiam effuſo ſermone cum plura retuliſſe,
prætermiſſaq́ue Bald. authoritate dubitando in ſolu-
tam quæſtionem reliquiſſe, quod reſponſum viden-
dum eſt.
43 † Eſt & hic illud neceſſariò adnotandum, non im-
probè conſtituendam eſſe differētiam inter ſtatutum
à mercatoribus factum, quod iubet eorum libris fidē
haberi: & illud, quod à municipibus eſt cūditum, ſeu
quod ciuitas aliqua conſtituit, vt mercatorum libris
credatur, in ſuperiori ſiquidem caſu, ſecūdùm ea, quæ
diximus à frequentioribus probari inſpiciendum eſt,
num ſtatuentes ad eorum conſules verba retulerint.
Si enim ad eos verba direxerunt in alio foro tale ſta-
tutum ſeruandum non eſſet. Dicendum eſt igitur, vt
paulò ſuperiùs diximus in verſ. incurrit, & ver. denique
quod diximus, num. 10 & ſeq. num. In poſteriori verò
caſu, & ſi ad prætores, ſeu poteſtates ſtatuentes verba
retuliſſent, generaliter putarem, & in quocunque fo-
ro, ac loco inter eiuſdē loci mercatores fidem libris
habendam eſſe, vt diximus in verſic. meminimus, &c.
Curtam variè colliges ex ſcriptis noſtris, nec hic di-
ſtinguendum eſſe, vt in pactis diximus, ſed generali-
ter in quocunque foro, & loco inter ſubditos ſtatu-
tum prædictum ſeruandum niſi expreſsè aliter in ſta-
tuto contineretur.
44 † Fulgo. in conſ. 105. in propoſita quæſtione. &c.
affert ſpeciem talem lege municipali, conſulibus in
cauſis mercatorum iuriſdictio tribuitur, num ad hæ-
redes mercatorum, qui tamen mercatores non ſint,
porrigenda, & ait referēdam non eſſe, & conſequēter
conſules hæredum mercatorum iudices non eſſe, hę-
reditatemq́; negotiatricem, & in hoc exercitio mer-
caturæ eſſe dici rectè non poſſe, cùm ſit res incorpo-
ralis. ff. de rerum diuiſione, l. §. 1. Incorporalia autem
huiuſmodi officia non recipiunt: arg. ff. de acquir. rer.
domin. l. ſeruus. §. incorporales. Nec refert ꝙ dicitur
hæreditatem in multis partib. iuris pro defuncto ha-
beri ff. de acq. rerum domin. l. hæreditas, quoniā illud
ex fictione eſt introductum, ad quam lex municipalis
non refertur. ff. de negotiis geſtis, lege tertia. §. hæc
verba, vbi Accurſ. & omnes cōſentiūt. Hæc ille. Quæ
ſententia vera eſt, ſi leg. municipali, quam ſibi ciuitas
aliqua conſtituiſſet (vt proponitur) caueretur. At ſi
mercatorum lege, & quam ipſi mercatores ſibi cōſti-
tuiſſent in ſupraſcripta verba decretū eſſet, dici fortè
poſſet, & non incolorarè hæredem mercatoris coram
conſulibus conueniri poſſe ex negotio mercaturæ, ꝙ
defectus dū vixit, geſſit, & adminiſtrauit, mouet,
quod non ſemel diximus, & præcipuè ſub num. 8. &
num. 14. hac eadem parte ſtatuta mercatorū pacta, &
conuen-

cõuentiones dici, & propterea & mercatores & eorũ
45 hæredes hoc iure vti obſtrictos eſſe. † Dicet aliquis
finge clericum hęredem mercatoris, deueoiret ergo,
quòd clericus mercatoris coram conſulibus ex nego-
tio mercaturę à defuncto geſto cõueniri poſſet, quòd
Fulg. non admittit, & meritò, vt Bar. Pau. & alij nota-
runt in l. hæres abſens, in prin. ff. de iud. Sed illud ideò
eſt, quia clericorum priuilegium eſt fori, in corpore
iuris inſertum. Nec enim priuilegium fori perdit cle-
ricus, ſi laico ſuccedat, vt ex perſona laici conueniri
poſſit, quia conceſſum eſt priuilegium fauore publi-
co, & ratione totius clericalis ordinis, vt plenè ſcri-
pſit Iaſon in auth. quas actiones, num. 39. C. de ſacro-
ſanct. eccleſ. eſt tamen & hic, & in eo, quod diximus
in præced q. cogitandum, & videnda, atque conſide-
randa l. ſi C. de iuriſdict. om. iud. quæ eos, qui in col-
legio ſunt, ſolũ reſpicere videtur, & videbis Roman.
in conſ. 300. in caſu propoſito, &c. & his addes, quæ
dicemus, cùm de iudicibus tractabimus, ſub num. 7.
ego tamen dixi, quid modo ſenſerim.
46 † Decius in conſ. 3. & diligenter, &c. ex facto con-
ſultos ſuper conſtitutione Florẽtina, quæ officialibus
mercaturæ in quibuſdam iuriſdictionem tantùm tri-
buit, non inſubtiliter diſſeruit, num in iiſdem cauſis
ordinaria iuriſdictio. i. prætoris adempta cenſeatur,
ipſum legito, & ſat ſit locum retuliſſe, & illud addere,
prædicta procedere, vbi ciuitas, ſibi tale ius cõſtituiſ-
ſet: contra verò, ſi mercatorum collegium id decre-
uiſſet, non enim poſſunt mercatores ſtatuere, vt ordi-
naria iuriſdictio excludatur, ſecundùm ea, quæ dici-
mus, & dicemus, & probatur in l. fi. C. de iuriſdictio.
omn. iud.
47 † Apud Rom. in conſ. 300. paulò ſuperiùs relato,
ita ſcriptum eſt, l. ſi municipali, conſulibus mercato-
rum cognitio litis, quæ (vt ait) à guarentigia profici-
ſcitur prohibetur, tunc à guarentigia litẽ procedere,
dicendũ eſt, cùm inſtrumenti tanquam guarentigiati
executio petitur, contra verò, ſi coram conſulibus ad
probationem inſtrumẽtum produceretur. Cõſtitutio
enim, quæ loquitur in vim petendæ executionis, locũ
non habet, cum illud producitur, in vim faciẽdæ pro-
bationis: ſecundùm Bald. in l. planè. ff. quod ſal tut. &
Bart. in l. filius. ff. quod cum eod. & hanc ſententiam
probauit. Soc. in conſ. 51. Præſtantiſſimè doctor, &c.
lib. 1. Et ego etiam æquè non reprobo, verba tamen
municipalis legis diligenter inſpicienda ſunt, quod &
Bart. & Bald. in relatis locis notarunt.
48 † Nec tacebimus præceptorem meum, Ludo. Go-
zad. in conſil. 72. de officialibus ſcripturæ ſeu Duanæ
Anconitanæ, quædam ex facto conſultum ſcripſiſſe,
ac alia attigiſſe, & ad mercaturã, & Anconitanas con-
ſtitutiones pertinentia, quæ quoniam legi poſſunt
conſultò prætereo. Sunt enim præceptoris mei viri
quidem ingenij acutiſſimi, ſcripta talia, vt inter ma-
nus ferè omnium verſentur, & tu lector quæ ſcripſit
conſidera.
49 † Sciendũ eſt & illud, quod eleganter inquit Aret.
in reſponſis ſuis, in reſp. 29. diligenter & maturè, &c.
nu. 19. ſtatuta quibus conſulitur mercatoribus & arti-
ficibus, vt meliùs mercaturam & artes exerceantur, ad
ſtatum ciuitatis & publicam vtilitatẽ pertinere, citat
Bar. in l. ambitioſa, num. 22. ff. de decr. ab ord. facien.
Dicebat etiam Barbat. mercatorum ſtatuta ęqua eſſe,
vt patet in conſ. 29. num. 5. in 2. part.
50 † Et quoniam, diximus mercatorum ſtatuta cõfir-
matione non egere, cùm à lege ipſa ſint confirmata,
illud ſciendum eſt, ſi cõfirmentur a populo: nõ tamen
ſtatuta populi, verbi gratia Anconitani dicentur, ſed
mercatorum, vt eleganter probat Bal. in l. ex placito,
num. 7. C. de rerum permu. Quod ſingulariter notan-
dum puto, propter multa ac varia, & pręſertim ea, quę
diximus paulò ſuperiùs, in verſ. Denique, & in verſic.
Fulgoſius.

Hoc loco etiam admonendi ſumus, apud Bald. in
conſ. 382. nu. 8. lib. 5. ita ſcriptum eſſe. Fruſtrà de pœ-
na laborat, qui rem conſecutus eſt. l. 2. poſt. princ. ff. ſi
quis cau. Præſertim, quia iſta obligatio, quæ deſcẽdit
ex decreto mercatorum, eſt obligatio pętoria & cõ-
51 ſequenter arbitraria, † in qua prædicta regula eſt ve-
riſſima: vt. ff. de pub. l. hoc edicto. & ff. quod met. cau.
l. ſi cum exceptione. §. ſatis clementer, & quod ſit ius,
ius prætorium apparet, quia deſcendit ex iuriſdictio-
ne conſulum, qui ſunt prætores, ſicut ædiles curules,
& ſimiles. l. 1. ff. de offi. conſ. & ff. de ver. obl. l. ſtipula-
tionũ aliæ. §. prætoriæ, vel ſaltem inſtar prætoriarum
inuentæ, ex quibus oritur actio in factum. Hæc ille,
qui paulò inferius ſubiũgit, in verba infraſcripta. Sed
quia fortè in hoc aliqui cõtradicerent, cum iſta actio
ſit pœnalis, à principio, vel fortè dicerent, quod hæc
pœna eſſet applicanda fiſco. Ideò & reliqua. Meritò
autem adiecit Bald. ſed quia fortè aliqui contradice-
rent.
52 † Quoniam Iaſon poſt Alexand. in l. ſtipulationum
aliæ, in fin. princ. ait, quod dicitur actiones pœnales,
deſcendentes ex ſtatutis Ducum, Comitum, & Mar-
chionum annales eſſe, veluti actiones prætoriæ, pro-
cedit, quando actiones pœnales ciuiliter inſtituũtur,
ad pœnam applicandam parti. Contrà verò, ſi crimi-
naliter, tunc enim durant ad annos 20. l. querelam. C.
de falſ. Ex quibus verbis Baldi colligimus obligatio-
nes, ex decretis mercatorum deſcendentes, prætorias
eſſe. Pro qua ſententia videtur text. in leg. 2. in §. no-
uiſſimè. ff. de origine iuris. In illis verbis aut eſt magi-
ſtratuum edictum, vnde ius honorarium naſcitur.
53 † Verùm huic ſententiæ aduerſatur, quoniam talia
ſtatuta non ipſi conſules, ſed mercatores faciunt, &
qui conſules ab ipſis mercatoribus creantur, vt dice-
mus in ſequent. parte, & non ſemel diximus, & pro-
batur in l. finali. C. de iuriſdicti. omnium iudicum, in
l. 2. C. de conſtit. pecun. & in §. fin. in Authen. de fide-
iuſ. Item, cùm legis permiſſu mercatores ſtatuta fa-
ciant, ius prætorium dici nõ poſſe, videbatur. Quem-
admodum quòd vnaquęque ciuitas ſibi conſtituit ius
ciuile, non autem prætorium, dicitur l. omnes populi.
ff. de iuſti. & iur. Bartol. in d. l. ſtipulationum aliæ,
in fin. ff. de verb. oblig. ego autem vt breui dicã, quid-
nam ſenſerim, putabam huiuſmodi ſtatuta à merca-
toribus facta, pactiones, atque conuentiones, rectè
dici poſſe. l. fin. ff. de colli. illi. ſed & ea. ff. de legat. &
ſuprà non ſemel diximus, quæ pactiones benignè in-
terpretandæ ſunt, & cauendum, ne ſub authoritate iu-
ris ſcientiæ perniciosè erretur. ff. de verborum obli-
gationibus. l. ſi ſeruus ſeruũ, in §. ſequitur. Et in ſum-
ma æquitatem ante oculos habere debet iudex in in-
terpretatione earũdem, & prætores imitari, leg. quod
ſi Epheſ. ff. de eo, quod cert. loc. Quæ notanda ſunt,
ad multa & varia, quæ ex relatis locis colligi poſſunt.
Reliqua ſtatuta ad mercaturam pertinentia in diuer-
ſis locis (vt materia expoſtulabat) notaui.
54 † Et quia de nomine, curia in pleriſque locis me-
minimus, ſi libet, de ſignificatione huius vocabuli vi-
debis, quæ ſcripſit Zaſius, in l. 2. ff. de origine iuris, &
pleniùs Nicol. Boẽ. in tractat. de poteſt. magn. conn.
num. 167 & ſeq.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDÆ PARTICVLÆ VLTIMÆ PARTIS PRINCIPALIS,

ARGVMENTVM.

De iudicibus, ſeu conſulibus mercatorum: Et quomodo in cauſis eorum ſit procedendum.

SVMMARIVM.

1 *Collegium mercatorum poteſt iudicem eligere, cuius iuriſdictionem declinare nequeunt: & quomodo creandus ſit.*

2 *Collegium mercatorum poteſt plures etiam iudices ſeu conſules eligere: non tamen ſeorſum quilibet adiri poteſt.*

3 *Maior pars conſulum an ſufficiat, vt, quod factum eſt, valeat, præſertim alijs abſentibus, & irrequiſitis.*

4 *Conſules tres ſi inceperunt, & vnus eorum abeſt, quartus poteſt ſupplere vices illius abſentis. Et quid in extraiudicialibus verbi gratia, ſi plures eligantur ad vendendum gabellas Florentiæ.*

5 *Conſules electi à collegio mercatorum, ordinariã habent iuriſdictionem, & ſi tanquàm ſuſpecti recuſati fuerint, idem in his, quod in ordinarijs eſt dicendum.*

6 *Conſules electi à collegio mercatorũ quòd iuriſdictionem poſſint exercere, abſque cõfirmatione.*

7 *Conſules licèt habeant iuriſdictionem inter ipſos mercatores, non propterea cenſetur adempta ordinaria loci iuriſdictio. Quinimò, & ipſi mercatores, & conſules ordinarijs iudicibus ſubijciuntur.*

8 *Actor habet electionem agendi contra mercatorem, vel coram conſulibus, vel coram ordinario, nec reus habet priuilegium petendi ſe remitti ad conſules.*

9 *Vbi quis coram pluribus iudicibus reſpondere tenetur, actori datur electio, coram quo velit eum conuenire.*

10 *Conſules ex longa, & antiquata conſuetudine extra negotium mercaturæ cauſas poſſunt cognoſcere.*

11 *Conſules mercatorum cognoſcunt in his, quæ ex mercatura veniunt, id eſt, annexis, & connexis, vt puta pœnis.*

12 *Conſules mercatorum non cognoſcunt inter ipſos mercatores in his, quæ ſunt extra mercaturã, verbi gratia, ſuper venditione domus.*

13 *Conſules cauſas collegij mercatorum poſſunt cognoſcere, ſi à mercatura proficiſcantur.*

14 *Mercator ab eo qui mercator non eſt, cauſa, & occaſione mercaturæ coram conſulibus conueniri poteſt.*

15 *Mercatorum cõſules an poſſint de delictis cognoſcere, & multam indicere.*

16 *Mercator qui deſijt mercaturam exercere, pro his, quæ geſſit tempore, quo mercator erat & quæ ad mercaturam pertinebant, coram conſulibus mercatorum conueniri poteſt.*

17 *Clericus mercaturam exercens, quòd mercaturæ cauſa coram conſulibus conueniri poſſit: quia non vt clericus, ſed, vt mercator cõuenitur, & idem iuris eſt in milite.*

18 *Mercator forenſis qui Anconæ tabernam, pergulam, ſeu menſam habet ratione cõtractus, vel quaſi, Anconæ poteſt conueniri. Et ſi domiciliũ non habeat, coram præſide, vel conſule, in his tamen, quæ ad mercaturam attinent.*

19 *Mercatores Florẽtini qui menſam numulariam certo loco exercent, tenentur ibidem ſe defendere in his, quæ ad menſæ rationem pertinẽt, nec excuſandi ſunt, ſi Florentiam codices rationum tranſmiſiſſe dicant: quia afferri lex iubet ſumptibus, & periculo eorum.*

20 *Mercator forenſis, qui nec tabernã ſeu menſam, aut pergulam Anconæ habebat, ſi merces emit habita fide de pretio, aut vendidit præſenti pecunia, habita fide de rebus, ſi is receſſurus ſit, num Anconæ conueniri poſſit. Et quid ſi fides non eſt habita de pretio, vel rebus.*

21 *Mercatores Florentini, qui Ancona inſtitores habent, poſſunt ibidem ex eorum contractibus conueniri, directa vel vtili inſtitoria.*

22 *Menſa poteſt conueniri, & ſi plures mẽſæ ſint in diuerſis locis, principalis conuenietur, ſi aliæ ei accedant.*

23 *Mercatores, qui ad nundinas profecti ſunt, non poſſunt nundinarum tempore in ipſis nundinis, etſi pergulam habeant, ab his qui nundinas impetrârunt, conueniri: ab alijs verò mercatoribus, qui cum eis contraxerunt, poſſunt.*

24 *Mercator num ex aſſidua conuerſatione in loco forum ſortiatur.*

25 *Contrahens certo loco cum mercatore, qui habet bona in diuerſis locis, num poſſit petere in alio loco ſibi ſatisfieri.*

26 *Senenſis Venetijs menſam numulariam exercẽs, ſi Senenſi Romæ ſimiliter menſam numulariã gerenti, per literas mandet, vt trecenta alicui ſoluat, num Romæ coram auditore cameræ poſſit conueniri ad dicta trecenta, ſtante ſtatuto*

Senenſi, quod prohibet ſub pœnis Senenſem coram alia curia, quàm temporali Senenſi, conueniri poſſe.

27 *Statutum Senenſe, quod prohibet Senenſem ſub pœnis aliũ Senenſem in alia curia, quàm temporali Senenſi trahere, an valeat, & ſit cõtra libertatem Eccleſiaſticam.*

28 *Locus vbi mandatũ factum eſt, non attenditur, ſed vbi ſit mandati executio.*

29 *Interpretatio ad ſtatutũ Anconitanum ſub Rub. de non vocan. cit.*

30 *Conſules qua ætate creari poſſunt.*

31 *Conſules electi iurant. Et de forma, relatiuè. Et quòd in iuramento intelligatur exceptum ius ſuperioris.*

32 *Conſules mercatorum qui iurant ſeruare ſtatuta à collegio facta, num obligentur ad periuriũ, ſi non ſeruant ſtatuta, idem quod ius commune diſponentia.*

33 *Conſules mercatorum quòd poſsint per edicta citare, ſi proponantur edicta in foribus auditorij eorum, quia habent prætorium.*

34 *Conſules mercatorum à collegio creati, an reuocari ſeu reprobari ab eorũ collegio poſsint ante finitum officium.*

35 *Collegium mercatorum quomodo conſtituatur & quomodo diſſoluatur, & circa id quædã alia, relatiuè.*

POSTQVAM ſtatuta complura ad mercatores, ipſamq́ue mercaturam pertinentia breuiter retulimus, nunc iuxta propoſitum à nobis ordinem de indicibus eorum diſſeremus. Cùm igitur probauerimus mercatorum collegium iuriſdictionẽ habere, & ſtatuta facere poſſe, in his quæ ad eorũ officium, negotiationemq́; pertinent,
1 † ſciendum eſt etiã iudicem ſeu conſulem ſolere, & poſſe ſibi eligere qui inter eos, & (vt dicemus) ius dicat, cuius iuriſdictionem, & præceptionem declinare nequeunt, & periniquum, ac temerarium eſſe, iudicum, ad quos negotiationũ cura pertinet, forum declinare, vt eleganter Imperator inquit in l. fin. C. de iuriſdict. omnium iudic. Conuenient ergo in vnum mercatores, & conſulem creabunt. Priuatorum enim conſenſus iudicem non facit. l. priuatorum. C. eodem.

2 † Nihil etiam prohibet mercatorum collegiũ plures conſules eligere, dummodo illud nõ ignoremus, quemlibet ſeorſum adiri non poſſe. In qua re plenè quidem, ac doctè ſcripſit Bald. in l. vni. ff. de conſul. in verba infraſcripta. Quarto, quæritur, pone Peruſij ſunt quatuor conſules mercatorum, qui habent cognoſcere de factis mercatorum, nunquid quilibet poſſet ſeorſum adiri? & dic quod non, quia iuriſdictio eſt conceſſa eis ſub vno nomine collectiuo, ſcilicet, conſulum, & ſub forma pluralis numeri: quia dicitur. Conſules cognoſcant, non conſul cognoſcat, & ſic eſt forma data, quòd per plures cognoſcatur, non per vnum: quia pluralis numerus non verificatur in vno infrà ad Trebel. l. Lucius Phœbus. & ideò licet mandatum legis videatur aliàs datum cuilibet inſolidùm. Secus in mandato hominis. C. de procu. l. pluribus. tamen hic ſecus eſt propter datam formam, à qua non eſt recedendum. C. de iur. fiſc l. ſuper crean-
3 dis. lib. 10. † Sed nunquid ſufficit maior pars? dico, quòd ſic: quia quando lex pluribus committit, ſemper tacitè videtur ineſſe, vt ſufficiat maior pars, vt l. maiorem. infrà de pact. & l. planè, id eſt, quod cuiuſque vniuerſ. nomi. etiam ſi tanquam ſingulis fiat commiſſio. Secus verò, ſi per hominem aliquid committatur. Subiungit Bal. Quintò quæritur, nunquid ſufficiat maior pars numeri aliis abſentibus, & irrequiſitis? Reſponde, Aut eſt actus in quo conſideratur facientium vtilitas, & animi affectio, aut ſolius numeri impletio.

Primo caſu requiri debent abſentes, quia tractatur de eorum præiudicio, vt in electionibus. Secundo caſu ſiquidem eſt actus collegialis, debet conuocari collegium ſono tubæ, vel campanæ more ſolito. Si verò eſt actus ſingularis, non requiritur conuocatio, ideò quod faciunt tres ex dictis conſulibus mercatorum, quarto irrequiſito valet: facit quod notat Barto. in l. hæredes mei. in §. peto. ff. ad Trebel. vbi omninò videas, Adde quòd vbi ex facto aliquorum generatur aliis ſingulis præiudiciũ, tunc debent ſimul eſſe congregati. Sed ſi non generatur prẹiudicium, niſi ipſis facientibus, & nõ eſt actus collegialis, ſed ſingulorum, tunc nõ requiritur collectio. Primum probatur. ff. de pact. l. & ſumm hæredem. § hodie. Secundum probatur in l. per fundum. ff. de ſer. ruſt. pręd. Sed ſi eſt actus collegialis, ſemper requiritur, quòd ſimul ſint congregati. Subiicit Bald.

Item nota, quòd vbi agitur de præiudicio vniuerſitatis, ad minus duæ partes debent eſſe præſentes, vt in d. l. planè. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. Sed vbi tractatur de præiudicio ſingulorum, ſufficit maior pars. quando lex hoc maiori parti committit. d. § hodie, quia regulariter non poteſt quis præiudicare alteri. ff. de magiſt. conu. l. 1. § 1. ff. de pact. l. item magiſtri. in gloſ. cum ſimili. & adde quod notatur in Authent. de alie. & emphy. §. in prædictis. in gl. & facit. ff. de pact. l. cùm in eo.

4 † Et nota, quòd ſi tres inceperunt, & vnus eorum abeſt, quartus poteſt ſupplere vices illius abſentis, vt hac l. quod eſt notand. Et prædicta ſunt vera etiam in extraiudicialibus, vt ſi eligantur plures ad vendendum gabellas communis Florentiæ, ſufficit enim maioris partis conſenſus: vt l. quod maior. ff. ad munici. quia in factis publicis ſufficit maioris partis, legitimè tamen congregatæ conſenſus, licèt quandoque ſit, ſecus in factis priuatorum. Nam reſpublica per alios regitur: ideo ſufficit maior pars regentium. C. de decur. l. obſeruare. lib. 10. & quod inceptum eſt ab vno, alter propter illius abſentiam poteſt perficere. vt in l. noſtra, & idem dico, ſi vnus ex dictis quatuor conſulibus, nollet officium acceptare: quia interim tota iuriſdictio reſidet in acceptantibus, dum tamen ſit maior pars, vt infrà de appellat. l. Imperatores. §. ſi magiſtratus. Hucuſque Bald. quem ad verbum referre, non ab re eſſe duxi, quibus addes. l. vbi ſi. de tuto. & curat. datis ab his. Barto. in l. ſi vni alias, Pomponius. ff. de re iudic. & eodem in loco Paul. Caſtr. verſicu. interdum competit pluribus, non vt vniuerſis, ſed vt pluribus. vbi addit mercatorum ſtatuta inſpicienda eſſe, in electione conſulum. Alexan. etiam ſub num. 7. & Iaſ. ſub
21 nume. 5. ſe ad Baldum noſtrum retulêre. Videbis etiã Bartol. & Alexand. & alios in l. reſcriptum. ff de pact. & omnes iuris interpretes, in ca. prudentiam. de offic. deleg. it. vbi inter alios Felin. Baldum in princip. & in relato loco, non ſemel retulit, eſt etiam prædictis adiiciendum,

adiiciendum, quod nos in tractatu noſtro de decoctoribus, diximus, parte ſex. in qua de pactis conuentis inter creditores & decoctores diſputauimus, & Innoc. in cap. cùm ab eccleſiarum. de offic. ord. & l. magiſtratus. cum gloſ. ff. ad munic.

5 † Et notãdum eſt conſules electos à collegio mercatorum ordinariam iuriſdictionem habere, vt Bart. Angel. & Paul. in eadem l. fina. notarunt, vbi Salic. ſub num. 3. ſubiicit, ſi tanquàm ſuſpecti recuſati fuerint, idem quod in ordinario iudice dicẽdum eſſe, de quo plenè iuris interpretes diſputarunt, in l. cùm apertiſſimi. C. de iudic. & ordinariam iuriſdictionem conſules habere, ſentit Inno. in dicto cap. cùm ab eccleſiarum,

6 † nec puto conſules à collegio mercatorum electos, ſuperioris confirmatione egere, ſed electione legitimè facta, iuriſdictionem à lege conceſſam exercere poſſe, vt in antecedenti parte diximus, ſub numero 9. & in hac ſententia fuit etiam Paulus Caſtrenſis in l. priuatorum. C. de iur. omnium iudic. & ſentit Innoc. in dicto cap. cùm ab eccleſiarum. Licet Cyn. & Albe. contrà ſenſerint, noſtra autem ſententia in l. fin. eodem titu. de iuriſdict. omn. iudic. clarè (ni fallor) probatur. Sed quamuis conſules inter ipſos mercatores iuriſdictionem habent, non propterea ordinariorum iuriſdictio adempta cenſetur, quinimò & ipſi merca-
7 tores & conſules ordinariis iudicibus † ſubiiciuntur, vt ſcripſit Inno. in relato loco, & probatur eadem l. fi. vbi ſpeciatim & Bal. & Paul. notarũt, in qua l Cyn. in ſecundo not. belliſſimè inquit: Cùm mercatores corã
8 præſide loci etiam reſpõdere teneantur. † in manu ac poteſtate actoris eſſe, an velit coram conſulibus vel ordinario agere, facit. l. 1. C. de offi. præf. vrb. & quod ſcripſit Deci. in conſ. 3. Subiicit Paul generalem eſſe
9 regulam. † Vbi quis coram pluribus iudicibus reſpondere tenetur, Actori electionem dari, corã quo reum velit conuenire. l. cum clericis. C. de epiſco. & cler. l. 1. C. vbi in rem act. l. ſed & ſi ſuſceperit §. ſi ea res ff. de iudi. Nec reus priuilegium habet petendi ſe remitti, ad conſules mercatorum. Id enim ius ſingulare eſt, in militibus, & ſcholarib. l. penult. C. de iuriſdict. omn. iudic. & auth. habita C. ne filius pro patre, & his adde l. 3. §. qui Stichum. ff. de eo, quod certo loco. Philip. Franc. in cap. Romana §. contrahentes. num. 2. de foro compet. lib. 6.

Conſules igitur. in his, quæ ad officium mercatorum negotiationesq; pertinent, ius inter mercatores dicent, cauſaſque cognoſcent, vt in eadem l fina. iuris interpretes ſcripſere, & Bald. in l 3 §. eodem modo. ff.
10 nau. caup. ſtabu. † & ſcribit Rom. in conſil. 300. Omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio in caſu, &c. Vbi addit ex longa & antiquata conſuetudine, extra negotium mercaturæ cauſas poſſe cognoſcere. Lõga enim conſuetudo nõ habentibus tribuit iuriſdictionem. C. de diuer. offi. leg. viros. lib. 12. ff. de aqua plu. arcen. l. fina cap. cùm contingat. de foro compet. de pœn. cap.
11 Roma. lib. 6. † Item & in his, quæ ex mercatura veniunt, id eſt, annexis & dependentibus ab ea, iuriſdictionem habent. l. ſi quis ex argentariis. §. rationem. ff. de edendo. vbi Bald. Alexand. & Iaſ. ſcripſere, & idem Iaſ. in l. ſed ſi plures. num. 7. ff. de vulga. & pupil. exempli loco, in pœnis in contractibus eorum adiectis poſſent cognoſcere, vt inquit Paul. & probat ex l. quicunque. § ſi ei, quem. ff. de inſtitu. & ex his, quæ notantur in l. 2. C. vbi cau fiſca. addit plura Iaſon, & præcipuè gloſ. in cap. accuſatus, in verbo, iudicari, de hære. in 6. & l. Lucius, in §. Paulus reſpondit. ff. de adminiſt. t. quod comprobabis, ex pluribus à Marſilio congeſtis in l. 1. in §. diuus Adrianus, num. 4. vſque in finem. ff. de quæſt. quæ breuitatis gratià non referuntur.

12 † Vnde quæſitum fuit, ſi inter duos mercatores extra negotium mercaturæ, & ea, quæ ex mercatura veniunt, orta ſit controuerſia, verbi gratia ſuper venditione domus, num conſules mercatorum huius controuerſiæ iudices ſint competentes? & receptum eſt non eſſe. In his enim, quę ad mercaturam attinent, ius dicent, & vt ſuprà Accurſ. Cyn. Bartol. Bald. Angel. & Paul. in eadem l. fin. ſenſerunt, & probat multis ſimi-
13 libus Iaſ. in l. age. C. de tranſact. † Addentes conſules cauſas collegij mercatorum poſſe cognoſcere, & verba Imperatoris in ead. l. fi. His iudicibus tam in publicis, quàm in priuatis cauſis obedire compelli hanc interpretationem à conſuetudine recepiſſe, videlicet publicis, ſcilicet ſocietatis, vel collegij illius, vt mercatores à procuratore, ſiue ſyndico collegij ex cauſis, ſiue negotiis collegij, quæ dicũtur publica ipſius collegij corã conſulibus conueniri poſſint, ſi tamẽ cauſæ à mercatura proficiſcantur: non enim conſules in publicis criminibus iuriſdictionem habent, nam maioribus iudicibus duntaxat conceditur. l. 1. ff. de offic. eius, & in priuatis cauſis, ratione tamen mercaturæ, & negotiationis inter eos, & idem probat Inno. in d. c. cum ab eccleſiarum, & cùm conſuetudo ſit optima legum interpres, & minimè ſint mutanda, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt, nos etiam præ-
14 dictorum ſententiæ aſſentimur. † Huic rei eſt & illud adnotandum cauſa, & occaſione mercaturæ coram dictis conſulibus, mercatorem ab eo, qui mercator non eſt, conueniri poſſe. arg. l pen. C. de iur. omn. iudic & probant Bal. & Paul. Caſtr. in ead. l. fin. quod & verum
15 eſt. Nec tacebimus Sali. in ead. l. fin. ſub num. 4. † tentaſſe dicere, hos iudices de communi delicto non cognoſcere. de criminibus tamen, quæ ipſorum negotiationem reſpicerẽt cognoſcere, is enim ſcripſit in hæc verba: Item, quod dixi de priuato delicto non cognoſcere, intelligo communi non de profeſſionali, puta quia facit contra ſtatuta artis, vel negotiationem in aliqua ſpecie falſificant, quod non eſt expeditum. ſi enim mercatores merces ſupponunt, hoc eſt, adulterinas loco bonarum mercium, ſupponendo tradunt, vel corrũpunt, aut falſum admittunt, vel pœna falſi coërcentur, vel ſtellionatus crimine poſtulari poſſunt, iuxta l. 3. ff. de crimi. ſtel & quæ pleniùs attigimus in tracta. noſtro de decoct. in 1. par. vlt part. ver. ex crimine etiam. num. 19. Solent autem, qui talia admittunt, aut in opus metallis damnari, aut deportari, aut fuſtibus caſtigari, aut relegari, vt in d. l. 3. & l. ſaccularij. ff. de extrahen. crim. & l. 1. in fin. iunctis commen. Barto. & aliorum. ff. de extrahen. crimi. quæ cum meri imperij ſint, non iuriſdictionis, & conſules iuriſdictionem tantùm habeant, ſequitur de his non poſſe cognoſcere, & meritò Salic. notandum eſſe, & hanc ſententiam probabis ex his, quæ Barto. ſcripſit in l. imperium præſertim ſub num. 7. & ſeq. num. ff. de iuriſd. omni. iudic. & Dec. eod. in loco ſub nu 38. Dicet aliquis Sali. ſententiam defendi poſſe ex his, quæ Bal. ſcripſit in l. ceſſante. num. 4. C. quomo. & quan. iud. is enim ait conſules poſſe per edicta citare, quia habẽt prætorium, & quia habent miſtum imperium in iuratos ſuos per conſuetudinem, quod etiam ſatis ſignificat iuramentum obedientiæ, quod eſt præciſum, in his tamen, quæ nõ ſunt iuri contraria, id eſt, à iure communi reprobata. vnde & inter ſe faciunt ſtatuta pœnalia, quod pertinet ad miſtum imperium, quia conſiſtunt in pecuniaria multa, vt not. in l. imperiũ. ff. de iuriſd. omn. iud. hucuſque Bal. in relata verba. Sed & in his animaduertendũ eſt,

nam conſules de iure ius indicendæ multę non habere exiſtimo.l. defenſores. C. de defen. ciuita.l.1.ff. ſi quis ius dicen.non obtempe. ſecũdum vnã interpretationem, in quo loco videbis Doct. Defendi tamen poſſet, ſi ex conſuetudine permitteretur, vt in ead.l.1. ſenſit Bald. Item cùm ſtatuta mercatorum dicantur pacta (vt non ſemel diximus) conſules vigore ſtatutorum, & ſic conuentionum contumaciam litigatorum punire poterunt, & ſic multam indicere. Nam & arbiter multam infligit, vbi à partibus facultas eſt attributa.l.non ex omnibus.vbi glo.& Bart.ff.de arbit. Arch. in c.legitima, de appel.in 6.Iaſ.in dict.l.1.ff.ſi quis ius dic.non obtem.num.17. in qua l.an multam indicere ſit miſti imperij, vt dixit Bald. vel meri imperij minimi, vt ſcripſit Bar.in l.imperium facilè cognoſces in quo loco Bal. etiam conſules ius relegandi non habere ſenſit. Scripſit etiam Bertac.in repert. ſuo in verbo, mercator, conſules non poſſe punire delinquentes in mercatores, & refert Bald. in auth.habita. colum.6.C.ne fil.pro patre, quod non inueni in lib.meo.

16 † Quæritur apud Paul.Caſt.in ea.l.fin.Sempronius deſijt mercaturam facere, & conſequenter mercator eſſe, quòd quomodo contingat, in 7.parte declarauimus, quam inſcripſimus, quando mercator eſſe deſinat. Num pro his, quæ geſſit tempore, quo mercator erat, & quæ ad mercaturam pertinebant, coram conſulibus mercatorum conueniri poſſet? & reſpondit poſſe: citat.l.2.C.vbi de rato agi opor.l.prætor.§.idẽ etiam.ff.de eden.& Iac.de Aret.in l.demum.& in l.de opere.C.de operis lib.& vera eſt Pauli ſententia, quã probat Seuer.in commen.l.omnes populi, ſub num. 15.ff. de iuſti.& iur. & ſe ex facto conſultum vt ſuprà reſpondiſſe, & addit Paulum idem ſenſiſſe in dict.l. 2. quam ſimul cum lege 1. eſt interpretatus, & confirmabis ex his, quæ in præcedenti parte ſcripſimus ſub num.34.

17 †Quæſitum eſt etiam apud Cyn in ead.l.fi.ſi clericus mercaturam exerceat, num mercaturæ cauſa coram conſulibus mercaturam conueniri poſſit? & ait Petr. reſpondiſſe clericum, tanquam clericum non poſſe alibi, quam coram epiſcopo conueniri, authen. ſtatuimus.C.de epiſc.& cler.cap.ſi diligenti, de foro compet. Sed clericum mercatorem poſſe: quia non vt clericus, ſed vt mercator conuenitur. Subdit tamẽ Cyn.expeditum non eſſe, & forſan aliter de iure Pontificio reſpõdendum eſſe, probat tamen relatam Pet. ſententiam Paul. Caſt.ſub nu.4. & idem iuris eſſe dicit in milite mercatore, quæ nos plenius explicauimus in 3 par.prin.tract.de his, qui mercaturam exercere non poſſ.in princip verſi.prohibentur itaq; clerici & verſic.ſeq. Remouent etiam leges, &c. quę igitur ad hunc locum attinent, illinc aſſumes.

Baldus in l.hæres abſens in §. ſi quis tutelam.ff.de iudi.ſcriptũ reliquit, extraneum, mercatorem, quem forenſem vocant, qui finge Anconæ tabernam, pergulam, ſiue menſam habeat, in ea cauſa eſſe, vt ratio-
18 ne contractus.vel quaſi Anconæ, † & ſi domicilium non habeat, conueniri tamen poſſit: nõ ſolùm coram prætore, ſed etiam coram conſulibus mercatorum. Sed & addit, in his, quæ ad mercaturam attinent. Nec abſimile eſt, quod eleganter inquit Paul.Caſt.in l.argentarium.ff.eo.tit. Mercatores Florentinos, qui menſam numulariam certo loco exercent teneri, ibi-
19 dem † ſe defendere, in his, quæ ad menſis rationem pertinent. Nec recipiendam excuſationem eorum, qui ſe rationum codices Florentinam, tranſmiſiſſe dicãt, afferri enim ſumptibus periculoque eorum lex iubet.l.prætor ait.§.ſi.ff.de eden.vbi Accur.notauit.

20 † Sed finge aduenam mercatorem, qui nec tabernam, ſed pergulã, aut menſam Anconæ habebat merces comparaſſe, habita fide de pretio. Aut ab eo emptas præſenti pecunia habita fide, de rebus quem ſcit, inde confeſtim receſſurum, num is Anconæ, ſe defendere debebit, & eo loci conueniri poſſit, & Iuriſconſultus in eadem.l.hæres abſens.in § proinde negauit. Nam vbi ſi venit, vt ſtatim diſcedat, quaſi à viatore emit, vel ab eo, qui tranſuehebatur, emit: duriſſimum eſt, quot locis quis nauigat, vel iter faciẽs delatus eſt, tot locis ſe defendere. Planè ſi quis ab aduena Anconę, rem emit, & pretiũ ſoluit, vel Anconitanus qui ei vendiderit, fide de re ſeu pretio nõ habita, poſſet Anconæ eum conuenire, ne occaſio fugiendi detur, cum re aliena.ff.de iu.l.ſi lõgius.§.1.ff.de his, quæ in frau. cred.l.ait prætor.§.ſi debitorem, credidit enim venditor ſe confeſtim pretium recepturum, vel emptorem, & id tacitè actum videtur.l.ſi quaſi ff.de pigno. actione.Idq́ue placuit Bar. Bald.& Aug.ac Paulo eodem §.& Bald.in rub.C.de his, quæ in fraud.cred.nu. 7.& glo.in c.Romana.in §. nec etiam.& in §.contrahentes.in verbo, reſpondere, & in verſi contrahẽtes, & euidẽtioris intellectus gratia prædictorum, placet Paul.Caſt.in eodem §.ad verbum referre. Peruſinus Florentiam ſeu Venetias ſe contulit, & illic merces quaſdam à Titio dilata ſolutione pretij, in certũ diem emit. Venditor, qui ſciebat Peruſinum ſtatim receſſurum, eo enim quòd terminum ſeu tempus ad ſoluẽdum conceſſit, eius animum demonſtraſſe videtur, quod non eo loci ſibi ſolueretur, ſed Peruſij, & ſcire, vel ſcire debẽbat, cùm dies obligationis veniſſet, emptorem Peruſij futurum. Si igitur poſt obligationis diem, Venetiis ſeu Florentiæ repertus fuerit, nõ ideò iiſdem locis conueniri poterit, tacitè enim actũ cenſetur, vt Peruſij pretium ſoluatur. Locus ergo collatæ ſolutionis inſpiciendus eſt, vt notatur eadem.l.§ fin. & licèt glo. contrarium ibidem ſenſerit, à pleriſque tamen æquè reprobatur: & notatur in l.contraxiſſe.ff. de actio.& oblig. Non enim forum ſortitur Florentiæ, aut Venetiis ratione originis, non domicilij, nec ratione initi contractus, domicilium igitur emptoris, ſequetur Titius venditor, diuerſum reſpondẽdum eſt, ſi Venetiis vel Florentiæ Peruſinus quid emerit, non habita fide de pretio, ſcilicet purè ſi venditio facta ſit, non dilata pretij ſolutione ad diem, & Titius venditor confeſtim ſibi pretium ſolutum iri crediderit: hic enim aduena Venetiis ſeu Florẽtiæ rectè quidem conuenire poterit, vt notatur in cap.Romana. de foro comp. ſubijcit deinde ſi Peruſinus pergulam ſeu tabernam Venetiis, ſeu Florentiæ habuit, vel domum conductam ad certum diem, iiſdem locis ſe defendere debebit, & ſi ſe non defendat ad immiſſionẽ bonorum, quæ ibidem habet, ex primo decreto deuenietur, vt in verſi.præcedenti. & ſubaudi vltrà procedetur, etiam ad diffinitiuam ſentẽtiam, ſi fuerit deprehenſus tempore, quo conuentus extitit, licèt poſteà abierit, alias conueniri non potuiſſet, ſi iam receſſerat, & pergulam dimiſerat, niſi vt ex primo decreto bona poſſideri patiatur, vt dictum eſt, nec remiſſioni locus eſt, vt in d.cap.Romana in §.contrahentes, de foro compet.lib.6.vbi hic iuris articulus terminatur. Hæc Paulus. quibus addes Ang.in d.l. hæres abſens. in §.fin. ac Paul. ibidem circa relatam gloſſ.& Phil. Franc.in d.§.contrahentes, præcipuè ſub num.5.

Eſt & his adiiciendum, quod Iuriſconſultus ait, in eadem lege, hæres abſens. in §. apud Labeonem. Si prouincialis homo ſeruum inſtitorem vendendarum

rum merciũ gratia, Romæ habebit, quod cum eo ſer-
uo contractum eſt, ita habendum, atque ſi cum domi-
no contractum ſit, quare ibi ſe defendere debebit. Ex
quo §. iuris interpretes notarunt Florentinos merca-
21 tores, qui Anconæ † inſtitores habent, poſſe ibidem
ex eorum contractibus conueniri, ſi reperiantur, idq;
directa vel vtili inſtitoria, quæ ex facto talium com-
petit, & probat Nicolaus Boer. deciſ. 114. vbi alios re-
fert idem ſentientes. Hoc amplius Bal. ex facto con-
ſulto placuit menſam loco perſonæ fungi, & menſam
conueniri poſſe. ff. de legat. 1. l. cum pater. §. menſæ, &
22 ſi plures menſæ ſint, † in diuerſis locis principalem
poſſe conueniri, ſi aliæ ei accedant, locus Bal. eſt, lib.
5. reſp. conſ. 74. quãdoque agitur, &c. Pro qua ſentẽ-
tia eſt ꝙ eleganter idem Paulus Caſtrenſis ſcripſit in
d. §. ſi quis tutelam. num. 7. verſic. vltimò quæro, & de
menſa ac calendario videbis. l. qui filium. ff. de lega. 3.
& Iaſon, ac Decius in l. eius. in princip. ff. ſi cert. peta.
Denique & illud placet referre, quod in eodem §. ſi
quis tutelam poſt Bartol. ſub numero 3. ſcripſit Ang.
col. 3. mercatores, qui ad nũdinas profecti ſunt, non
23 poſſe nundinarum tempore in ipſis nundinis, & † ſi
pergulam vel tabernam ibidem conduxerint ab his,
qui reſcripto principis nundinas impetrarunt conue-
niri. Ab aliis verò mercatoribus, qui cum eis contra-
xerunt, poſſe. Vnde ſi nundinæ ſunt Florentiæ, merca-
tores, qui illuc ſe contulerunt, à Florentinis ex antè
geſtis, ſeu alia cauſa conueniri non poſſunt: ab aliis
verò poſſunt, cum eiſdem contrahentibus, & ſubiicit
Angel. conſuetum eſſe proclamationes fieri, quibus
nundinæ ſaluæ & ſecuræ redduntur omnibus venien-
tibus, his tantùm, qui malæ conditionis, ac famæ ſunt,
exceptis: & his etiam addes Felinum in cap. dilectus
filius. nume. 26. de reſcript. vbi plenius diſſeruit, num
mercator, qui certo loco mercaturæ cauſa permanſe-
24 rit, † licèt domicilium non contraxerit, ex aſſidua ta-
men conuerſatione forum ſortitur.

Proximè accedit his, quæ paulò ſuperiùs diximus,
quod Paul. Caſtr. inquit in l. hinc quæritur. §. poteſt
autem. circa fin. ff. de pecul. in commentariis enim
Paul. ita ſcriptum eſt: Si mercator habet res in diuer-
ſis locis, & aliquis contraxit Bononiæ, vbi tabernam
25 habebat, † an poſſit ire Florentiam, & facere ibi ſol-
ui? breuiter. ſi contractus non reſpicit mercaturam, vt
quia poſſeſſionem vendidit, reſpectu totius patrimo-
nij cõtraxiſſe cenſetur. & ideò poteſt petere, ibi ſolui
de mercibus Bononiæ, & in ſubſidium ire Florentiã,
& argumento huius textus, & dixi in l. procuratoris. §.
ſi plures. ff. de trib. Hæc ille. quibus adiiciendum eſt,
quod diximus in tractatu noſtro de decoctoribus cir
ca finem.

26 † Incurrit hîc agitata quæſtio, nec quidem friuola,
nec omninò indigna, quæ hoc loco proponatur: Ti-
tius Senenſis cum Venetiis, menſam numulariã exer-
ceret, Mæuio Senenſi, menſam numulariam Romæ
gerenti, per literas ſignificauit, vt tercenta Sempro-
nio ſolueret. Idem Titius inde ad quoſdam annos Se-
nas, reuerſus Romæ, à Mæuio conuentus fuit ad ter-
centa Sempronio, eius mandato ſoluta. Sententia di-
cta contra Titium, & ſecundùm Mæuium, literæ cen-
ſurarum, vulgari modo decretæ fuerunt. Titius in ci-
uitate Senarum Mæuium, Senenſem, in vrbe commo
rantem in ius vocauit, coram officialibus cuſtodię, eo
prętextu atque colore, quòd in pœnas ſtatutorum Se-
nenſium incidiſſet, quibus cauebatur trahentem in
cauſa aliqua ciuem Senenſem coram alia curia, quàm
curia temporali Senenſi, in pœnam quingentorum
incidiſſe intelligatur, quæſitum fuit, num Mæuius le-
gi municipali ſubiectus intelligeretur, cauſa dicti ne-
gotij Romæ geſti, ex mandato Titij, tunc Venetiis
degenti? Seuer in repet. l. cunctos populos. ſub nu-
mero 153. C. de ſumma Trinitate, quæſtionem tra-
ctat, & ait, ſubiectum. dicta l. Mæuium, videbatur:
quoniam licet contractus mandati, inter prædictos
per literas tranſmiſſas hinc inde videretur Romæ ini-
tus, quo loco mandatum erat ſolui. l. contraxiſſe. ff. de
action. & obligat. l. ſi vt proponitur. ff. de fide. & Ro-
mæ cenſeretur orta obligatio, & conſequenter cogni
tioni atque deciſioni eiuſdem loci, ſcilicet curiæ Ro-
manæ, in qua forum ſortitus erat, per contractum
eiuſmodi, ſubditus videretur, id tamen locum habe-
re poſſet, quo ad cauſæ deciſionem. Sed quo ad iudi-
cij ordinem & proceſſum, videbatur ſeruandum ſta-
tutum Senenſe, inter Senenſes, iuxta notata in cap. li-
cet cano. de elect. & per Bal. in l. leges & conſtitutio-
nes. 1. de legat.

Subiicit, deindè cõtra dicebatur ſtatutum Senenſe
ſolum locum habere in cauſis tractandis, in ciuitate
Senorum, ſeu eius territorio de re temporali. Non au
tem in cauſis agitatis in curia Romana, coram ſuo iu-
dice.

Nam ex priuilegiis atque conſuetudine notoriis
Romanæ curiæ, & quidem à tempore, cuius initij me-
moria, in contrarium non exiſtit, contrahentes in Ro-
mana curia poterant conueniri, & trahi coram audi-
tore cameræ Apoſtolicæ iudice ordinario, & per con
ſequens debebat obſeruari ius pontificium & com-
mune, non autem lex prædicta Senenſis, & ſecundùm
27 hanc ſententiam, ex facto conſultus reſpondit. † An-
tonius Caffarellus, qui conatus eſt oſtendere ſtatu-
tum Senenſe nullum, & contra libertatem Eccleſia-
ſticam.

Subiungit Seuer. in cauſa potuiſſent adduci, quæ
ſcripſit Anchara. in reg. ratihabitio, de regulis iuris in
ſexto, dum quærit, ſi negotium geſtum Florentiæ, ra-
tum habeo Bononiæ, num debeam conueniri Bono-
niæ, vel Florentiæ ratione contractus? & videbatur,
quòd Florentiæ vbi negotium geſtum eſt, quia ex illo
facto fuit orta actio, ſicut ſi hîc mandauero, quòd e-
mat librum Florentiæ, nam vbi effectus dirigitur, ibi
contraxiſſe videtur, dicta l. contraxiſſe, & l. ſi vt pro-
ponitur. & notatur in clem. 1. vt lite penden.

Hactenus ille, in relata ferè verba. Mihi autem (vt
ſententiam meam interponam) dicendum videbatur,
in poteſtate, ac manu Mæuij fuiſſe, Titium, vel Ro-
mæ, vel Senis conuenire. Romæ, quia ibi contraxiſſe
videtur, Senis verò ratione originis, ſeu domicilij. l.
hæres abſens. §. fin. vbi doct. ff. de iud. & placet ſenten
tia Antonij Caffarelli, Mæuium à pœna legis munici-
palis defendi poſſe. Pro qua ſententia facit text. in d.
l. hæres abſens. in § apud Labeonem. vbi Alberic. ait.
28 † Nota ex iſto § quòd vbi quis contrahit mandato
meo, non attenditur locus, vbi mãdatum factum eſt,
ſed locus vbi exequendum eſt mandatum, quod facit
ad quæſtionem, ſi exiſtens Pergami mandaui Medio-
lani homicidium admitti, Mediolani poſſim conue-
niri, & reliqua. &c. & his addes, quę proximè diximus,
num. 21.

29 † Accedit, quòd per contumaciam Titius priuile-
gio declinandi forum: & ſic ſtatuto Senenſi renun-
tiaſſe videbatur, ſecundùm ea, quæ Matth. ab Afflict.
retulit deciſ. 133. fuerunt citati. Et quoniam ſimile ſta-
tutum eſt Anconæ, Rubr. de non vocan. cit. prædicta
tanquàm quotidiana, & non vulgaria notanda ſunt.
Et illud addendum, ſtatutum Anconitanum priuile-
giis pontificiis ſpeciatim confirmatũ fuiſſe. Ad cuius

ſtatuti materiam, videndus eſt Cor. in conſi. 25. vol. 3. ſtatutum tamen noſtrum excipit conuenire volentes, ſacerdotem, clericum, ſeu perſonam Eccleſiaſticam, & rectè.

30 † Sed, vt propiùs ad propoſitam materiam noſtram redeat diſputatio, illud quęritur, qua ætate conſules creari poſſint à collegio mercatorum? & Sali. in l. fina. C. de iuriſdictione omnium iudicum. in fin. reſpondit non licere conſulem minorem 20. annis eligere. Erit ergo conſul, annis natus minimùm viginti. citat l. cum lege. ff. de arbitr. & ff. de re iudic. l. quidam conſulebant. extrà de offic. delegat. cap. cùm viceſimum. Quod confirmabis ex his, quæ ſcripſit Bald. in Authent. habita, cap. ne filius pro patre numero 45. verſiculo, idem dico, &c. & huic ſententiæ acquieſcendum videtur, licèt ex relatis iuribus quædam contrà occurrant.

31 † Iurabunt etiam electi conſules, & in iureiurando, quod præſtatur ab his, quædam aſſumi poſſunt, in Authent. iuſiur. quod præſt. ab his. & ad interpretationem Deci in cap. ex parte 2. numero 1. de offic. deleg. & in cap. venientes. de iureiurand. qui text. notabilis eſt in materia, ex quo text. illud præcipuè notandum eſt, in iuramento ius ſuperioris exceptum intelligi. Vnde apud Bald. in tract. de conſtitut. numero 10. 10. 8. eleganter quæritur, conſules mercaturæ, qui iurant

32 ſeruare ſtatuta à collegio facta, † num obligentur ad periurium, ſi non ſeruant ſtatuta, quæ idem quod ius commune, continent? & ex eo oritur dubitatio, quia ſtatuta dici non poſſe videbatur, idem quod ius commune diſponentia cap. primo. de conſtit. in 7. vbi notatur.

Contrà tamen putauit l. magiſtratus. ff. ad munici. & in eadem opinione eſt Bald. in l. 2. C. de conſti. pec. numero 8. & hanc ſententiam probauit Feli. in cap. 1. de reſcript. nume. 38. verſicu. limita ter. quibus addes Ludo. Rom. in ſingul. ſuis, ſingul. 304. Iudex iurat ſeruare, qui tamen nil concludit, & videbis Bar. & Alex. in l. 1. ff. ad l. Falcidiam.

33 † Fuit quæſtionis, num conſules mercatorum, poſſint per edicta citare, & Bald in l. ceſſante, numero 4. C. quomodo & quando iudex, reſpondit poſſe, ſi proponantur edicta in foribus auditorij eorum, quia habent prætorium, &c.

34 † Apud Salicet. in dicta l. fina. ſub numero 7. C. de iuriſdict. omnium iudicum eleganter quærit. Num conſules ſeu mercatorum iudices à collegio mercatorum creati, reuocari, ſeu reprobari ab eodem collegio poſſint? & rationibus atque argumentationibus hinc indè propoſitis putauit. Siquidem conſules præſidis authoritate confirmati ſint, Præſide inconſulto reuocari non poſſe. §. iterum. verſicu. non habente. in authen. de defen. ciuit. l. ſolent. §. ſicut. ff de offi. proc. & l. eſt enim naturale, prout vnaquæque res contrahitur, eodem modo diſſoluatur. l. prout quiſque. ff. de ſolutio. l. ſi vt proponis. C. de nupt. l. nil tam naturale. ff. de regul. iur. Si verò pręſide confirmati non fuerint (non enim neceſſaria eſt confirmatio) vt non ſemel oſtendimus, ſed ſola ſufficit electio.

Hæc diſtinctio ſecundùm eum adhibenda eſt, vt ex iuſta cauſa reprobari poſſint, ſine cauſa verò non poſſint. l. ſed & reprobari. ff. de excuſ. tuto. l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de mun. & ho. l. 2. C. de profeſ. & med. lib. 10. quæ diſtinctio, ex mente Iuriſconſ. videtur in l. quod ſemel. ff. de decr. ab ordin. fac.

Subiungit idem Salic. reprobatos, ſeu de facto reuocatos cóſules reuocationi acquieſcere debere, quia de corpore collegij ſunt, & eorum iuriſdictio temporalis eſt, ſolent enim ad ſex menſes, vel annum conſules creari. Et quia hoc ipſo ſuſpecti ſunt, qui operas ingerunt inuitis. l. quæ omnia. §. 1. ff. de procura. & his maximè, qui coram eis litigaturi ſunt. Lites enim ſine ſuſpicione procedere debeant, & coram ſuſpecto iudice litigare durum eſſe, non eſt iuris ambigui. l. apertiſſimi. l. fin. C. de iud. & propter ſuſpicionem adminiſtrationi interdicitur. l. eum, quem. C. de ſuſp. tut. quæ ſuſpicio cùm de nouo emergit, reuocādi tunc iuſtam præbet cauſam. Additque, vbi nulla ſubeſt reuocandi cauſa, ſalua atque illæſa eorum æſtimatione reprobationem fieri debere, & literis collegij id palam fieri oportere: & prætereà omne damnum conſulibus abſque cauſa reuocatis, ſarciendum eſſe.

Placet autem mihi quod ſuperiori loco Salicetus ait, vt ex cauſa conſules mercatorum ante finitū officium reuocari poſſint, ſine cauſa non poſſint. Quod verò poſteriori loco dixit admonere voluiſſe Salicetum, crediderim iudices reuocati oni ſeu reprobationi acquieſcere, & conſilium hoc Saliceti fuiſſe & eſſe, ſolent enim plerunque Iuriſconſulti conſulere. l. legis virtus. vbi Accur. ff. de legi. l. ſi tutor. ff. de ſuſpect. tut. & bene facerent iudices, qui Saliceti conſilium ſequerentur, ſtare tamen reprobationi ſine cauſa factæ cogendi non eſſent, cùm permiſſu legis, legitimè creati & electi, & iuriſdictionem ſibi à lege conceſſam exercere cœperunt. mouet me. l. quæ omnia. in verſic. niſi fortè purgare magis conuicium. ff. de procur. & quæ priori loco Salic. citauit.

Item quæ pleniùs ſcripſit Bartol. in l. abſenti. ff. de donat. & Rom. in conſilio 116. vi ſis neceſſariis. & his addes Doct. in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſor. Nec quicquam facit, quod Salic. ait, ſe ſuſpectos reddere, cùm operas inuitis ingerant. Nam aut priuatorum erit cauſa, aut publica collegiis, ſi priuatorum circa ſuſpiciones, idem iuris in his iudicibus, quod in aliis ordinariis eſſe, ex mente eiuſdem Salicet. ſuprà oſtendimus, ſi publica collegij tantundem.

Non enim præſidiis loci iuriſdictio ſublata eſt, ex electione horum conſulum permiſſu legis facta: vt in d. l. fin. C. de iuriſd. omnium iudicum. Vnde ſi ad conſilium quod inferiori loco Salic. ait, referas, eius ſententiam probo. Si verò ad neceſſitatem, æquè reprobo: adde, quia ſtatuta mercatorum ſunt pacta, & humanæ fidei conuenit, quæ placuerunt ſeruari. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtit. pecun.

35 † Circa autem modum cōnſtituendi collegiū mercatorum, & varia ac multa ad id pertinentia, confugies ad Inno. in cap. cùm ab Eccleſiarum. de offic. ordin. & cap. dilecta, de exceſ. præla. in quibus locis eleganter tractat, & Barto. in l. fin. ff. de colleg. illicit. vbi etiam diſſeruit, quomodo collegium diſſoluatur, & eo diſſoluto, quid iuris ſit in bonis ſeu rebus collegij, & an priuilegia pereant, &c. explicat ad materiam prædictam pertinenti. Quæ quoniam legi poſſunt, & non eſt hîc narrandi locus, conſultò prætereo.

TER

TERTIÆ PARTICVLÆ VLTIMÆ PARTIS PRINCIPALIS,

ARGVMENTVM.

De libellis ſeu petitionibus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus an admittendus ſit inter mercatores in quo petitur mutuum, & non exprimitur in eo mutuum cauſa mercaturæ factum.*

2 *Statutum ſi mandat ſententias conſulum, cauſa & occaſione mercaturæ latas præſides executioni tradere debere, num exequentur ſententiam cauſa mutui inter mercatores latam, ſi non doceatur corā præſidibus ex cauſa mercaturæ mutuum factum.*

3 *Iuriſdictio vbi certo caſu aliquibus tributa eſt, libellus coram eis productus non procedit, niſi in eo narretur caſus ille, in quo iuriſdictio eſt attributa. & in ſeq. nu. elegans declaratio additur.*

4 *Mutuū a mercatore mercatori factū, præſumitur factū, & verſum in cauſam mercaturæ.*

5 *Libellus ineptus tolerandus eſt, ſi aliquo modo defendi poſſit.*

6 *Lex, qui habebat ff. de inſt. locum nō habet, vbi cauſa cognoſcenda eſt de æquitate, vel ſola facti veritate inſpecta.*

7 *Mercator vnam cauſam in libello proponens, & aliam probans, non ſuccumbit, & quomodo intelligatur.*

8 *Mercator ſi directam actionē inſtituit, cùm vtilis ſibi competit, non ſuccumbit.*

9 *Libellus an ſit offerendus in curia mercatorum, & inter ipſos mercatores.*

10 *Præceptum re productū loco petitionis, defendendum eſt inter mercatores, & in eorum curia loco libelli & de præceptis multa relatiuè.*

11 *Petitio generalis inter mercatores in eorum curia etiam parte opponente defenditur, dūmodò tāta nō ſit incertitudo, quæ reo defenſionē tollat.*

12 *Libellus inter mercatores defenditur, in quo actoris intentio rectè exprimitur: inepta vero actio adijcitur.*

13 *Libellus inter mercatores defenditur, in quo non condemnari ſed cogi dicitur.*

14 *Libellus an procedat inter mercatores, in quo petuntur centum, quæ numerauit, & exhibetur inſtrumentum, in quo per ſtipulationem promittitur reddi,*

15 *Mercator agēs ex numeratione, & confeſſionem probans, an ſuccumbat.*

16 *Mercator vnus quandoque ſcribit nomem alterius in libellis: tamen hæc abuſio nō procedit.*

17 *Actio acquiritur abſenti, & ignorāti ex numeratione pecuniæ ſuo nomine facta, etiam ſi pecunia fuerit aliena.*

18 *Mercator faciens ſequeſtrationē merciū alterius mercatoris, & nihil probās, ꝙ reuocata ſequeſtratione per ſentētiā, damna, & intereſſe peti poſſint: licèt in ſentētia nil dictū de his fuerit.*

19 *Libellus inter mercatores, in eorum foro ab omnibus exceptionibus iuris apices reſpicientibus defendendus eſt.*

20 *Libellus, & petitio quomodo differant.*

HIs igitur cognitis, quæ ad conſules, iudiceſque mercatorum pertinēt, ſingularia quædam in petitionibus eorum attingemus. Et primum quæſtionem quotidianam & non inſubtilem proponemus, quæ coniunctionem cum his, quæ proximè retulimus, non modicam habet.

Conſules mercatorum permiſſu legis, mercatorū cauſas, quæ tamen ad ipſam mercaturam pertinent, cognoſcunt, & in his ab eaq; venientibus duntaxar iu-
1 riſdictionē habere ob oſtēdimus.† Finge igitur Amerigum mercatorem Laurentio mercatori trecenta mutuaſſe, petitionemque coram conſulibus cōtra cū porrexiſſe, in eaque expreſſum non eſſe ex cauſa mercaturæ mutuum factum, nec etiam conſtate, num li-
2 bellus admittendus, reiiciendúſve ſit:† & ſi fortè ſecundùm Amerigum conſules ſententiam dixerint, exequendáne ſit à præſide loci, ad quem executio ſpectat virtute ſtatuti mandantis ſententias conſulum cauſa, & occaſione mercaturę latas, pręſides executioni tradere debere, ſi in executione coram præſide petita doctum non fuerit, mutuum à mercatura profectum fuiſſe, ſeu ſententiam cauſa mercaturæ latam? Prima fronte nec libellum admittendum, nec à præſide latam ſententiam exequendam eſſe videbatur. Nam licet libellus generalis parte non obiiciente procedat. l. fin. vbi notatur. C. de anna. excep. l. 1. in gl. magna. ff. de eden. c. abbate ſanè. extra de re iudic. & tractat eleganter Ang. in conſil. 25. pro deciſione,
3 &c. & ſcribit Mar. in ſingu. 348. libellus, &c.† Nihilominus vbi iuriſdictio certo caſu aliquibus tributa eſt, libellus coram eis productus non procedit, niſi in eo narretur caſus ille, in quo iuriſdictio eſt attributa, vt eleganter inquit Inno. in c. cùm ſit generale, de foro competen. quem ad rem noſtram. & propoſitam quęſtionem refert, ac probat Ang. in conſi. 6. lata eſt ſententia, & c. & idem Angel. in conſilio 27. quidam victor, &c. Innocen. referendo probat, & Iaſo. in l. 1. ff. de edend. numero 4. Subiungit Angel. in ſuperiori loco hanc ſententiam probari, ex text.

 claro

claró in l.qui habebat. ff de inſti. citat etiam Accur.
in l.qui id ꝙ ff.de donatio. Accedat, quòd nunquàm
ſatis commendata gl. inquit in clem. vni de ſequeſt.
poſſeſ.& fru.quòd & ſi nullitas opponi nõ poſſit,quæ
tamẽ à iuriſdictione proficiſcitur,quandocũque ob-
iici poteſt. Præſens ergo, qui ſententias conſulum ad
mercaturam pertinentes exequi debet, ex forma ſta-
tuti hanc non exequetur. Ad quam glo.varia,& diuer-
ſa doctorũ loca refert Marſi.in ſingu.10.tu ſcis & vi-
debis Dec.in conſ.38. circa primum,&c. nume.7 &
in conſi.107.in cauſa.& hæc ſententia cõfirmari poſ-
ſet ex his,quæ Rapha.Cuman. ſcripſit in conſil.146.
Simon Helias,&c.col 2.verſi.6.etiam poſſet.& Dec.
in relato conſi.107.in fi. Sed licet Ang.authoritas, &
prædicta me valdè mouerint,in propoſita tamẽ quæ-
ſtione, & libellum defendi poſſe, & ſententiam exe-
quendam eſſe videbatur. Mouet me, quòd belliſſimè
diſſerendo ad rem noſtram ſcripſit Bal.in conſ. 440.
4 præmiſſis verba,&c.vol 4. † inquit enim, Mutuum à
mercatore mercatori factum, licèt in diuerſas cauſas
trahi poſſit: legem tamen præſumere in cauſam mer-
caturæ factum,verſumque fuiſſe citat.l.fin. §.fin.&
ibidem iuris interpretes.C.ad ſenatuſconſ.Maced. ꝙ
complurium authoritate confirmabis, quos in 1. par.
huius vlt.par.retuli.ver.declarat etiam Iaſ.nu.41.Hęc
igitur iuris præſumptio pro liquida probatione habe-
tur.l.ſi tutor.C de peri.tuto.vbi not.& l.licet.ff.de le-
ga.1.Credit igitur Bal & rectè in hoc mutuo iuriſdi-
ctionem cõſules habuiſſe, & vigore ſtatutorũ potuiſ-
ſe procedere,cùm in cauſſam mercaturæ factum à le-
ge præſumatur,& eodem in loco eleganter idem Bal.
diſſeruit: quando nullitas executionem impediat, &
conſequenter etiam ego puto à præſide exequendam
ſententiam,ſi extra cauſam mercaturæ factum mutuũ
non appareat,ſeu doctum fuerit. Nec obſtat meo iu-
dicio, quod relatus Inno.ait in ca. quam ſit generale,
eius enim ſententia(ni fallor) reſtringẽda eſt in caſu,
in quo lex præſumptionem non ſuppleat. Quod ſin-
gulariter notãdum puto: eſt enim hæc declaratio mi-
5 nimè contennenda. † Pro qua ſententia eſt,quod vul-
gò dici ſolet libellum ineptum tolerãdum,ſeu defen-
dendum,ſi aliquo modo defendi poſſit.de quo Inno-
cent.in c.examinata extrà de iud.Bal.in pleriſque lo-
cis,& præſertim in l.2.C.de form.& in l.per diuerſas.
C.mand.quæſt.11.nu.15.& plenè Iaſ.in l.ſed & ſi poſ-
ſeſſori. §. item ſi iurauero.ff.de iure.& in §.omniũ in,
ſti.de actio.& in conſ.2 in fi. vol.3 inter clariſſimos,
&c.& in conſ.112.in fine,vol 4.& Dec.in conſi. 28 in
fi.penul.col.perinde igitur habendum eſt, ac ſi in li-
bello,ſeu petitione in cauſam mercaturę mutuum fa-
ctum expreſſum fuerit,cùm lex id præſumat,& à præ-
ſumptione legis ſupplementum, ac defenſionem li-
6 bellus recipiat. † Et ex his reliqua contra hanc ſentẽ-
tiam priori loco relata non obſtare liquet. Solùm
placet adnotaſſe l.qui habebat.ff.de inſtito.locũ non
habere, vbi cauſa cognoſcenda eſt, vel de æquitate,
vel ſola facti veritate inſpecta, vt eleganter Alexand.
inquit in l. ſi ita ſtipulatus. in §. Chryſogonus. ff. de
verb.obl.nume.8.quod probauit,atque ad cœlum tu-
lit Mar.in ſingu.ſuis, ſing.272.in hac, &c. Et ex his
collige, quòd cùm mercatorum cauſæ ex æquitate
cognoſcendæ, terminandęque ſint (vt in initio hu-
7 ius vlt. par. diximus † ſi mercator in libello vnam
cauſam propoſuerit, & aliam probauerit, non ſuc-
cumbet. Quod etiam notauit Celſus in tracta. ſuo
clauſulatum, numero 104. tom. 1. quod tamen in-
telligendum puto, quando iudices mercatorum ple-
nè de cauſa probata cognouiſſent, & tam pro parte
actoris,quàm rei cognitum fuiſſet,ita quod defenſio
reo non ſit ſublata, vt puta ſi reus defenſionem tantũ
ſuper petitis feciſſet, & hanc declarationem inter le-
gendum reperi apud Mar.Blanc.in tractat.ſuo de cõ-
pro.nu.38.quæſt.1.tom.12. quam interpretationem
tanquam æquam,& rationabilem probo:& confirma
bis ex his,quæ ſcripſit Bart.in tract.ſuo ad repriman-
dum.in verſi.& figura col.2.
8 † Et cùm ex bono & æquo, mercatorum cauſas
tractandas,iudicandumque in his eſſe non ſemel pro-
bauerimus, ſi directa actio inſtituta eſſet, cùm vtilis
competeret, nec quicquam obeſt curandumque etiã
non eſt, an litis conteſtatio interueniat: vt eleganter
notauit Bar.in l.ſi fideiuſſor.in §.quædam.ff.mandati.
& Bald. in l. ſi pro ea. numero 14. C. eo. quibus ad-
des quoſdam alios, quos in initio vltimæ partis re-
tulimus.

Item & illud crediderim, cum libellus in illis iuris
articulis, in quibus requiritur, porrigendus offeren-
duſque ſit.authent.offeratur.C.de litis conteſta.c.1.
9 de lib.obl.extra. † Paul. Bart. in conſi.112.nu.4.vol.
4. vſque adeò; quòd ſi notarius poſtulante aliquo in
actis petitionem ſcripſerit,oblatus libellus non dica-
tur,nec ordinario iure actum proceſſumue, ſed extra
ordinem,vt ſcripſit Bart.poſt Accu.in l.in ſacris ſcri-
nis.C.de proxi.ſacr.ſcri.lib.12. Iaſ.in §. tripli.nu.33.
inſtit.de actio.vbi alios refert Corſer.in nota.ſuis, in
verbo,libellus,& Marſi.ſin.364.libellus,non eſſe hæc
in curia mercatorum quærenda. Similiter defenden-
10 dũ pręceptũ puto à cõſulibus, † poſtulãte mercatore,
alij mercatori factũ, & deinde loco petitionis pro-
ductum, licèt coãr ordinariis iudicibus, hoc modo
formæ à lege datæ, circa libelli oblationem ſatisfa-
ctum non dicatur,vt notauit Ioan. Baptiſta in diſpu-
tatione ſua,colum.19.quæ inſeri ſolet poſt ſingularia
Franc. Cremo. Hæc enim iuris apices, magis quam
negotij veritatem reſpiciunt, & comprobare ſenten-
tiam noſtram poterit etiam ex his,quæ Bar.ſcripſit in
tractat.ad repri.in verbo,figura.col.2.& quoniam de
præceptis meminimus,quę ſolent hodie in curiis fre-
quentari, placet ad materiam præceptorum leuandi
laboris gratia,loca infraſcripta adnotaſſe. Bar.in l.1.
C.de execu.rei iudi. Alexand.& Iaſ.poſt alios in l. de
pupillo.in §.meminiſſe.ff.de noui ope. nuntia. Aret.
in §.curare.inſtitut.de actio.Lanf.in cap.quoniã con-
tra.in verbo,citationes.nu.21 extrà de probat. Paul.
Par.in conſ.116.in fin.vol 1.Ioan. ab Ani.in conſil.
35.& in conſil.154.facti ſeries, & tractat eleganter
Bald.in conſi.187.Ad euidentiam eſt prætermitten-
dum, li.3.& in conſil.463.numero 7.lib.4.quatuor
ſunt.
11 † Item, quia in curia mercatorum ſummariè pro-
ceditur ac ex bono & æquo, petitionem generalem
defendi poſſe exiſtimaui iuxta ea,quæ ſcripſit Bart.in
tractat.ad repri.in verſi.& figura.in 2.columna,& iu-
ris pontificij interpretes in clement.ſæpè.de verb.ſi-
gnificat.Iaſ.in l.prima, nu.5 ff de eden. vbi Alexan-
drum ſibi parum conſtitiſſe refert. Sed hæc intelligẽ-
da ſunt,dummodo tanta non ſit obſcuritas, & incer-
titudo, quæ reo defenſionem atque facultatem deli-
berandi adimat.intelligi enim debet, quid ſibi actor
voluerit,licèt generaliter protulerit,& hęc ſubiunge-
re volui remouendi gratia rationes, quas Alexander
contra hanc ſententiam propoſuit,in conſi. 32.lib.4.
in cauſa, &c.
12 † Et illũ libellum, abſque diſputatione, defenden-
dũ puto, in quo intẽtio actoris rectè exprimitur: ine-
pta verò actio adiicitur. In quo iuris articulo legum
pruden-

prudentum vertices in diuerſas ſententias diſtrahuntur, in c.examinata de iudic. & in l.1.ff.de eden.vbi plenè Iaſ.ſub num.45.& hoc propter æquitatem,quę pręcipuè ſpectanda eſt.& videbis Abba.in d.c.examinata,ſub nu.20.verſic.fateor tamen,quòd de æquitate,&c. Sed & ſi non condemnari, ſed cogi in libello mercator dixerit, non eſſe de eo diſputandum puto,
13 † quod ait Bart.in leg. 1. C. de execut.rei iudic. & in pleriſque locis alij notarunt.Commodiſſimè nō vulgaris quæſtio hic tractanda eſt. Pleriſque placuit libellum reprobandum, in quo quis cētum petit à Ti-
14 tio, quia numerauit, † & exhibet inſtrumentum, in quo Titius per ſtipulationem reddere promiſit, non enim agendum eſt ex numeratione,ſed ex ſtipulatione. Similiter à frequentioribus eſt receptum, quòd agens ex numeratione,& confeſſionem probans,ſuc-
15 cumbit:vt Bartolus inquit, † & in l. certi condictio. in §.ſi numos. ff.ſi certum petatur, & in leg.ſi ita ſtipulatus. in §. Chryſogonus.ff.de verborū obligat. In quibus locis omnes iuris interpretes ſcripſere,& pręcipuè videndus eſt Iaſ.in d.§.Chryſogonus.ſub num. 33.& ſeq.nu & Lanf.in c. quoniam contra in verbo, confeſſiones,nu.34. extrà de probat.& latiſſimè omnium Ioan.Crot.in l.1.in §.ſi quis ita.ff. de verb.obl. Quid ergo reſpondendum inter mercatores & in eorū curia?Baldus inter mercatores ipſos,ex facto conſultus,reiiciendum libellum ſenſit, vt patet in conſil. 190. Sempronius Manfredi.&c. libr. 2. quod reſponſum in materia tota,de qua noſtra eſt diſputatio, videndum conſiderādumque eſt,& apud eum ſpecies facti talis proponebatur:Sempronius per literas permutatarum pecuniarum (quas cambiorum vocant) confeſſus extitit ſe à Seio, & ſociis quadringinta, & triginta recepiſſe. Idem Seius contra Sempronium agens in petitione, aſſeruit Sempronium debitorem in dicta ſumma habita & recepta ab eo & ſociis, & quam idem Sempronius ſe recepiſſe confeſſus extitit:& eam ſoluere legitimè conuenit, ipſi Seio & ſociis,& dimidiam dictæ ſummæ ad ſe ſpectare. Deinde idem Seius confeſſus extitit ſolutionem à ſe factā non fuiſſe.Sed ab eius ſociis, pro ſe & ſocietatis nomine.Reſpondit Baldus ex illis verbis,ſumma habita & recepta,demonſtrari Seium ipſum verè numeraſſe.
16 † Et licet ex conſuetudine mercatorum vnus ſocius quandoque ſcribat nomen alterius, tamen in libellis & in agendo nō procedit iſta abuſio, quia à verbis libelli non eſt recedendum. C. de fidei.lib.l.final.& C. de liber.cau.l.cum precum.& agentem ex mutuo naturali,& probantem mutuum ciuile ſuccumbere, & ſubiungit deducentem ſtipulationem, & confeſſionē vel numerationem probantem ſuccumbere:quoniam ſecundùm iuris regulas,cùm nec actio,nec cauſa probatur,actor non obtinet.leg.actor quod aſſeuerat.C. de proba. Hæc ille, qui pluribus vtitur. Mihi autem cogitanti iuris apices reiectos,reſpondēdum videbatur ſiue confeſſio tantum probetur, ſiue in libello ſit deducta ſola confeſſio, & poſtea numeratio ſit probata,vel contra actorem obtinere debere,nec curandum eſſe, etiam de eo, quod poſteriori loco relatus Baldus ait,hæc enim iuris ſubtilitas (vt non ſemel diximus,)reiecta eſt.Mouet etiam quod Lanf.in relato loco ait, relatas iuris ſubtilitates, coram arbitratore ſpernendas eſſe. Item & quæ paulò ſuperiùs diximus, item & text.in leg.ſi fideiuſſor, in §.quidam.ff.māda.
17 Et quoniam † quod diximus à nemine animaduerſum legi, lector cogita, & illud adiiciendum eſt prædictis, ex numeratione pecuniæ, facta nomine Seij abſentis & ignorantis,Seio actionem quæri, etiam ſi pecunia fuerit aliena l. certi condictio in §. ſi numos. ff.ſi cer. peta.l.ſi ita ſtipulatus.in §. Chryſogon. ff.de verb.oblig.vbi plenè Iaſ.ſub nu.19.& ſeq.
18 † Apud Bal.ſpecies facti talis fuit propoſita,quidā mercator mercium alterius mercatoris ſequeſtrationem fecit,dominus mercium,idemque mercator dānum paſſus eſt,quoniam propter ſequeſtrationē merces vendi non potuerunt, deinde ſequeſtratio reuocata eſt : & iudex qui reuocatoriam dixit ſententiam, in ea de damnis,& intereſſe non meminit.Quæritur ſi dominus mercium poſteà damna & intereſſe petat, num audiendus ſit?& non audiendum videbatur:quia de calumnia agentis quæri non poteſt, niſi in eodem iudicio.C.de fruct.& lit.expen.l.terminato.C. de iudi.l.ſancimus.Bal.verò in cōſ.249 quidam mercator. vol.3.ex facto conſultus reſpondit mercatorem, qui ſequeſtrationē facit calumniatorem & crimine ſtellionatus poſtulari poſſe,quia eſt in dolo,& ſufficit titulum criminis, ciuiliter ergo ad intereſſe teneri. Nā vbicūque delictum reſpicit rem familiarē, ex eodem delicto naſcitur ciuilis & criminalis.C. de falſ. l. qui nomine. C. quando ciuili.actio. l.1.& no.in l.1.ff.de priua.deli. citat etiam l.ſi duo.§.vlt.in fi.vlt.gl.ff. vti poſſid. & ſubiicit ſententiæ glo. etiam ſapientiſſimos ſtare debere.

Subiicit poſteà l.ſancimus. & l.terminato non obſtare, quia hìc agimus de intereſſe rei principalis, ꝙ ſemper peti poteſt. Et cū nihil probauerit,qui ſequeſtrationem fecit,præſumitur per calumniam litē mouiſſe.l.1.C.de aduocat.diuer.iud.c.1.de elect.lib.6.& ſubiungit, aliud eſſe impēſam,aliud rei pretium.ff.de cond.& demon.l.quib.diebus §.1.Et facit,quod notat Inno.in c.vlt.ꝙ met.cau. Hæc ille fermè in verba ſupraſcripta,quem ad verbū retuli, ac probauit Pet. Vbal in tract.de duob.fra.in 8. par.nume.30. tom.8.
19 † Et generaliter dicendum eſt, libellum, ſeu petitionem inter mercatores,in ipſorum curia ab omnib. exceptionibus iuris apices reſpicientibus defendi, & tantùm negotij veritatem, ſeu factum ipſum, de quo agitur,expreſſum eſſe ſufficere:nec enim iuris ſolemnitatibus in libellis requiſitis mercatores in eorum foro obſtrictos eſſe puto, de quibus ſolemnitatibus in l.1.ff.de edend.plenè tractatur,& ſcripſit Soc.in c. 2.de libel.obl.q.12.& hanc regulam ex relatorum interpretum mente exiſtimauit. Pro qua regula videbis Bart.in extraua.ad reprimē,in ver.& figura.& omnia ad bonam fidem redigenda ſunt,vt in ſimili Iuriſc.ait in l.ab emptione.ff.de pactis. Et quoniā inſcripſimus de libellis,ſeu petitionibus, ſciat lector de induſtria, atque cōſultò à nobis factū:legi enim apud Card. in
20 cle.ſæpè.de ver.ſignifi.in prin.n.17.de ver.ſigni.† cōſtitutā eſſe differentiā inter libellum,& petitionē: libellus enim continere debet quædā,quæ iuris formā reſpiciunt,& quædam,quæ intentionem agentis,& in his omnibus aptè concipiendus eſt, petitio verò ſat eſt,vt in intentione ſit benè conceptus, prætermiſſis his,quæ formam reſpiciunt. Quem legito,ſi libet. & Mar.Blanc.in tra.de compromiſ.in 8.q.nu.8.tom.12.

De exceptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an poſſit eſſe procuratrix in foro mercatorum.*

2 *Interpretatio ad l. ſi fideiuſſ. §. quidam. ff. mandati.*

3 *Exceptio*

3 *Exceptio hæc, Tu non es procurator, quod ſit admittenda in curia mercatorum*

4 *In quocunque iudicio etiã ſummario, & executiuo, plene de perſonis quærendum eſt, & legitimationem plena probatione fieri oportet.*

5 *Mercatores, & campſores, ac nũmularij, exceptionem excuſsionis an poſsint obijcere.*

6 *Pater qui filium ſuum negotiationi præpoſuit, an poſsit conueniri, non facta prius excuſsione.*

7 *Exceptio excuſsionis, an poſsit obijci coram arbitratore.*

8 *Exceptio excuſsionis duobus modis conſiderari poteſt,*

9 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an poſsit in curia mercatorum a mercatore opponi.*

10 *Exceptio præſcriptionis, & vſucapionis, an poſsit obijci in curia mercatorum.*

11 *Exceptio, quod nudo pacto promiſiſti, reijcitur in curia mercatorum.*

12 *Exceptio non ſoluti vectigalis, in curia mercatorum non eſt reijcienda.*

13 *Solennitates teſtamentorum in curia mercatorum ſeruandæ ſunt.*

14 *Exceptiones omnes ordinem proceſſus reſpicientes, reijciendæ ſunt, quæ iuris apices reſpiciunt: exceptiones vero quæ merita cauſæ, & veritatem negotij, & partis defenſionem reſpiciunt, admittendæ ſunt.*

15 *Exceptio ex bono & æquo, accommodanda eſt ſemper.*

16 *Conſules mercatorum ſummatim poſſunt, & debent procedere.*

SEQVITVR, vt de exceptionibus diſpiciamus, & cum regulam ſæpius probauerimus, inter mercatores, & in eorum foro iuris apices inſpici nõ debere, ſed bonam fidem, enumerabimus complures exceptiones, quæ ex vi verborum ſupraſcriptorum reiectæ cenſeantur, & de eis diſputare non conueniat.

1 † Et primùm illa ſe offert. certi iuris eſt, mulierem nec poſtulare, nec procuratricem poſſe exiſtere. l. fœminæ. ff. de re. iur. vbi Dec. ſcribit ſub num. 11. & ſeq. num poterit eſſe procuratrix in foro mercatorũ? Iaſ. Mayn in l. alienam. C. de procur. col. 2. verſic. 5. limito. diſſerendo inquit exceptionẽ hanc, tu nõ potes eſſe procuratrix, quia mulier, vel procurator, quia miles, de apicibus iuris eſſe, ſecũdum gl. in l. ſi fideiuſ. in § quædam. ff. man. Probat etiam, quia hæc exceptio principalis facti veritatem non reſpicit, ergo dicendum eſt de apicibus iuris eſſe, citat Bar. in l. cum quis. ad ſi C. de iuris & facti ignorant. & in l. 1. in fin. ff. de condictione. ind. Sed de iuris apicibus inter mercatores, & in eorum curia non conuenit diſputare, ergo procuratrix eſſe poterit.

Deindè ſubiicit animaduertendum eſſe, quoniam lex alienam honeſtatem cõſideraſſe videtur, & inhoneſtum eſſe mulieres in foro verſari, & concubitibus virorum, vel iudicijs intereſſe. l. maritus. C. eodem titulo de procurat. Hęc Iaſon, in ſumma, qui nil certi in propoſito articulo ſcriptum reliquit. Ego vero puto expeditum eſſe, mulieres, & in curia mercatorum, & in foro Pontificio, nec poſtulare poſſe, nec procuratrices exiſtere, idque expreſſum eſt in l. 1. in § ſextum. ff. de poſtulãd. vbi Iuriſcon. ait in hæc verba: Ratio quidem prohibendi eſt, nè cõtra pudicitiam ſexui congruentem, alienis cauſis ſe immiſceant, nè virilibus officijs fungantur mulieres, origo vero introducta à Caia Afrania, & reliqua. & cùm hæc ratio ſimiliter in omni foro interueniat, ſequitur, vt idẽ debere exiſtimari. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. ff. de verborum obligation. & idem Imperator ait in citata l. alenam. virile ſcilicet officium eſſe, & vltra ſexum muliebrem.

Confirmatur hæc ſententia ex Inco à ſingulari in c. cùm dilecta. circa fin. vbi iuris Pontificij interpretes de confir. vti. vel inuti quod caput citauit Iaſ. & ſicut leges non dedignantur ſacros canones imitari, ita & ſacrorum ſtatuta canonum principum conſtitutionibus adiuuantur, legibus enim vtimur in Eccleſiaſticis cauſis, & foro Pontificio, niſi canones contradicant. c. 1. vbi doct. verbo ſi cõmentarij, extrà de noui oper. nunciat. Cum ergo canones regulariter admitteorea nõ legamus, nihil cauſæ eſt, vt in eo foro admittamus, ſed ſolum in ſingularibus caſibus à Doct. receptis. canones enim honeſtatis atque pudicitiæ amatores ſunt, quinimò Põtifices honeſtati, atq; pudicitię cõſulere magis, magiſque inuigilarunt, vt patet in ſexcentis locis, & præſertim ex titulo, de vita & honeſt. cler & hanc ſententiam puto veram, licet Dec. contra inuat in dicto c. cum dilecta. num. 17. verſi. 5. limita. Illic enim ita ſcriptum eſt.

Quintò fallit, vbi eſſet procedendum de æquitate, remotis apicibus iuris, vt probatur in l. ſi fideiuſſor. in §. quædam. ff. mandat. vbi gloſ.

Nec moueat, quod dicebat Iaſon, hanc exceptionem: tu non potes eſſe procurator, quia miles, vel procuratrix, quia fœmina, iuris apices reſpicere. concedo etenim, verum eſt quod ait, adeò, quòd non imputatur fideiuſſori conuento, ſi etiam ſciens hanc exceptionem omitteret.

2 † Non tamen ex hoc neceſſariò ſequitur procuratrices eſſe poſſe. Nam ſi in caſu dicti. §. quidam fideiuſſor. exceptionem hanc non omiſiſſet, ſed obieciſſet mulierẽ procuratricem exiſtere nõ poſſe, & ex relata ratione, & citatis iuribus reiicere potuiſſet. Nec de hoc diſputauit Iuriſcõ. ſed an ex omiſſione procuratoriæ exceptionis prædictæ fraude careret fideiuſſor, & ait carere: quoniã ad remouendũ fraudẽ ſat eſt, vbi agitur ex bono & æquo, hoc tantum diſputare, an debitor fuerit, necne, & ad hanc interpretationẽ vide gl. ordinariam, in l. ita demum. C. de procur. in gloſ. 1. & Iaſ. in d. l. alienam. verſiculo. Quarto limito.

Eſt & alia procuratoria exceptio, tu non es procurator, ſed mandatum non habes. Vndè quæri poteſt, an diſputandum ſit in curia mercatorum, ſuper hac exceptione, necne, tanquàm de apicibus iuris ſit, Accurſius in dicto §. quædam. ait illum §. locum habere in exceptione proximè relata.

3 † Non autem in hac exceptione, tu non es procurator, putauit enim fideiuſſorẽ diſputare debere ſuper hac exceptione, An ſit procurator, citat eodẽ titulo l. inter cauſas. §. mãdato. Iacobus verò de Belui. relatus a Bal in dicto §. quædã. & hanc exceptionẽ de apicibus iuris eſſe, & propterea fideiuſſori imputan ſum non eſſe, ſi quacũque exceptioẽ procuratoriã omitteret, & ait non obſtare l. inter cauſas. §. abeſſe putat enim conſtituendã differentiam eſſe inter eum fideiuſſorem, qui litigando procuratoriam exceptionem omittat,

omittat, & illum qui non ſoluendo non obiecit, vt ſuperiori caſu ſiue illam omiſerit, quòd non poſſit eſſe procurator, ſiue quòd non ſit procurator, imputari fideiuſſori non poſſit, propter dictum §. quædã poſteriori verò, vbi ſcilicet ſoluendo, an procurator eſſet, non inſpexit, fideiuſſori quidem imputetur: dicto §. mandato. Pro qua ſententia eſt, quia Iuriſconſultus in dicto §. quædam generaliter ait, ſi procuratoriam exceptionem fideiuſſor omiſerit, fraude carere, & hanc exceptionem procuratoriã appellari, patet ex l. inter quos. in §. penultimo, cum not. ff. de dãno infecto. & ex commentariis Abb. in c. in noſtra. nu. 7. de procu. & vide l. 3. in §. procuratoriæ. ff. de except. & his adde Bal. in l. qui procuratorẽ. in §. ſi quis remiſit. ff. de procuratoribus, & eundem Bal. in d. §. quædã. qui ait Accurſium in dicto §. ſi quis remiſit. in verb. procuratoriam, ſenſiſſe §. quædam. & in hac exceptione, tu non es procurator, locum habere.

Ego verò Accurſio aſſentior in d. §. quędam. & hæc ſententia placuit Bernardo, optimo iuris Pontificij interpreti, in cap. noſtra. in verbo, exceptio, extrà de procur. ait enim in hac exceptione, tu nõ es procurator, dictũ §. quædã. intelligendum non eſſe, ſed in illa, tu non potes eſſe procurator, propter l. inter cauſas. in §. mandato. ff. mandati. & conſequenter de hac exceptione in curia mercatorum diſputandum eſſe.

Suadet enim æquitas, etiam in foro mercatorum in primis animaduertere nos debere, an procurator ſit, qui alieno nomine agit, idque nè iudicium nullũ, & nullius momenti controuerſiæ reputentur. dicto c. in noſtra & l. licet. C. de procurato. & nè abſurdum ſequatur, quòd mandatum non habens, præiudicium alicui inferat. Id enim iuri naturali & æquitati contrariũ eſt l. ſi quis in ſuo. §. final. C. de inoffic. teſtam. Regula, nõ debet aliquis. de reg. iur. in 6. Et pro hac ſententia facit, quia in quocunque iudicio, etiã ſummario &
4 executiuo plenè de † perſonis quærendum eſt, & legitimationẽ plena probatione fieri oportet, vt notarunt Bar. Salic. & Alex. in l. 2. C. de edicto diui Adria. tollen. vbi Iaſon ſub nu. 4. diſſeruit, & Deci. in l. final. eodem titulo, ſub nu. 47. à frequentioribus receptum ait, vt in legitimatione plena probatio requiratur: & his, quæ Iaſon in relato loco, contra cõmunem ſentẽtiam propoſuit, reſpondit. & his adde Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, & figura. col. 2. Aretin. in conſil. 127. in cauſa. Nec moueat, quòd Iacob. de Belui. differentiam conſtituerit inter fideiuſſorem, qui litigando exceptionem procuratoriam omittat, & illum, qui ſoluendo. Hæc enim diſtinctio (ni fallor) eſt ſine ratione. Nec etiam moueat Iuriſconſultum generaliter de exceptione procuratoria omiſſa locutum eſſe.

Nam legem generalem, declarationem & interpretationem ab aliis legibus ſumere, ſexcentis probari poteſt argumentis. Et non longè abieris. Nõnne Iuriſconſultus in l. qui procuratorem. in §. ſi quis remiſit, in hæc verba ait. Si quis remiſit exceptionem procuratoriam, non poterit ex pœnitẽtia eam opponere, & tamen Accur. Bal. & Alberic. interpretantur, & rectè in illa exceptione, Tu non es procurator. §. illum locum non habere, ſed in ea ſolùm, Tu non potes eſſe procurator.

5 † Vulgaris eſt illa quæſtio, nec ideò prætermittenda, num mercatores ſeu campſores, & numularij, qui pro aliis intercedunt, poſſint excuſſionis exceptionem obiicere, in qua nunquam ſatis commendatus Accurſius in §. penult. in Authent. de fideiuſſo. ſenſit non poſſe. Idque propter præcipuam fidem, quæ in huiuſmodi perſonis eſſe debet, publicaque vtilitate. & probant Accurſij ſententiam Bald. Salic. & Paul. in in l. fruſtra. C. de non num. pecun. & idem Bald. in l. fin. ad fin. C. ad legem Falcid. & Angel. & Aret. in §. item, ſi quis in fraudem. num. 10. verſic. quæro, ſtatuto cauetur. Inſtitu. de actio. Iaſ. in l. ſingularia. nume. 30. ff. ſi certum petatur. & plenius in l. ſi conſtante. nu. 180. ſoluto matrimonio. Marc. in repet. Rubr. de fideiuſſo. num. 8. quibus addes Roma. in conſ. 392. circa primum, & c. num. 9. & Bal. in conſi. 466. vol. 5. nu. 9. & quæ de fide mercatorum ſcripſimus in ea parte, quam de ſtatu mercatorum inſcripſimus. His accedat, quod plerique dixerũt, vbi ex bono & æquo procedendum eſt, ſeu ex æquitate exceptionem excuſſionis obiici non poſſe, vt inquit Bal. in l. ſi municipa. §. 1. ff. de euictio. in additionibus, & ex mente Accurſij ibidem: quoniam vt frequentioribus placuit hæc exceptio, iuris apices reſpicit, de quibus videbis Iaſ. & alios in relatis locis: & Dec. in c. ex parte. nume. 6. extrà de offic. delegat. & in l. fin. num. 23. ff. ſi cer. pet. vbi quoſdam improbaſſe refert, & Nic. Boë. dec. 221. Si pater. numero 15. in ſecunda parte. qui Guid. Pap. & quoſdam alios prædicta probaſſe refert, & in quo loco copioſè diſſeruit: Num pater, qui filium ſuum negotiationi ſeu mercaturæ propoſue-
6 rat, † non facta excuſſione conueniri queat. De quo vide l. pen. in §. tabernæ præpoſitus. ff. de inſtitut. & his præpoſitionibus non eſt diſſimilis agitata illa quæſtio.

7 † An coram arbitro & arbitratore excuſſionis exceptio opponi poſſit? Placet autem mihi in omnibus relatis quæſtionibus, quòd non inſubtiliter quidem quoſdam referendo ſcripſit Neg. in tract. de pigno. in prima parte, octauæ partis principalis ſub num. 35.
8 ſcripſit enim in hæc fermè verba. † Exceptio excuſſionis duobus modis conſiderari poteſt. Vno modo, reſpectu ordinis iudiciarij, vt ſcilicet de ordine iudicij ſit, quod prius excutiantur bona principalis debitoris, quàm poſſit agi hypothecaria contra tertium poſſeſſorẽ, & ſi iſte ordo peruertatur, poſſit excipi de nullitate proceſſus, contra creditorem agentem, vt in Authent. hoc ſi debitor. C. de pign. Vel quod agens non ſit audiẽdus omiſſa excuſſione principalis debitoris. Secundo modo cõſiderari poteſt dicta excuſſio, non habita ratione ad dictum iuris ordinem, & iudicium præpoſterum, ſed eo ſolum quod intereſt tertij poſſeſſoris conſiderato. Idque cõſiſtit in hoc, vt ſi debitor principalis ſoluendo ſit, exigatur ab eo antequàm tertius poſſeſſor moleſtia afficiatur, & quidem hoc ſe tertius poſſeſſor tueri poteſt. Nõ excipiẽdo de ordine iudicij non ſeruato, & ꝙ præpoſtere agatur, ſed ſolùm ratione eius, ꝙ ſua intereſt, modo prædicto exceptionem proponendo, quod ſcilicet ęquitas ſuggerit, vt ipſe tertius non vexetur, quoniã principalis debitor eſt ſoluẽdo, iuxta l. perſecutione. C. de pigno. & commentarios Bar. in aliorum ibidem. Subdit hoc ſenſiſſe Baldum, in l. fina. §. ſed & ſi quis, colum. 1. verſiculo, fuit à me quæſitum. C. commun. de legat. & Alexand. in l. ſi conſtante. num. 24. ff. ſolut. matrimo. dum inquit hanc exceptionem non ſolùm iuris ordinem reſpicere, ſed etiam partis beneficium ſeu intereſſe, & probat authoritate Cornei, in conſil. 55. in 3. volum. numero 28. qui non inargutè ait, in cauſa, in qua procedendum eſt ſola facti veritate inſpecta, nõ poſſe obiici exceptionẽ excuſſionis ratione ordinis, & præpoſteri iudicij, ſed ea non obſtante poterit ſimul & cumulatè agi contra debitorem & tertium poſſeſſorem, & in eodem iudicio diſcutietur de bo-

de bonis vtriuſque ſimul, nec omiſſi ordinis exceptio obſtabit & hoc modo inquit procedere: quod gl. & Bal. notarunt in l. ſi municipia. §. 1. ſuprà citata.

Loquuntur enim ratione exceptionis reſpicientis ordinem, quæ eſt de apicibus iuris, ſed reſpectu eius, quod partis intereſt, videlicet donec debitor eſt ſoluendo, non vexetur tertius poſſeſſor, non reſpicit hæc exceptio iuris apices, & ordinem, ſed æquitatem. Et ideò licèt ratione non ſeruati ordinis tertius poſſeſſor ſe tueri non poſſit, poteſt tamen creditor in eodē proceſſu ſimul vtrunque conuenire & diſcutere, & ſibi priùs de bonis debitoris ſatisfacere, ſi tamen creditor omiſſo penitus debitore vellet ſolū agere cōtra tertium poſſeſſorem, poſſet tertius poſſeſſor ſe tueri exceptione, non eſſe æquum, vt donec principalis debitor ſoluendo ſit, ipſe conueniri poſſit. Conſiderandus eſt ergo excipiendi modus: nam exceptio, quæ reſpicit ordinem iudicij, non eſt admittenda in propoſitis iuris articulis, ſed exceptio, quæ reſpicit, quod partis intereſt, & ipſam æquitatem, quæ eſt, vt donec debitor eſt ſoluendo tertius poſſeſſor non vexetur, admittenda eſt.

Hactenus Negu. fermè in verba infraſcripta, & huic diſtinctioni acquieſcit Mar. Blan. complura referendo, & addendo in tract. ſuo de compro. in 1. quæſt. numero 47 quem locum ſat ſit retuliſſe breuitatis cauſa, quam diſtinctionem tanquam (ni fallor) rationabilem æquè non reprobo † r his addes, quod inter mercatores ex facto conſulto placuit Guid. Pap. in conſi. 103 videtur. vbi etiam de conſuetudine mercatorum ſcribit,

9 † Quotidianum, & frequens eſt illud, num exceptio non numeratæ pecuniæ in curia mercatorum à mercatore obiici poſſit. Bal. in l. fruſtra. C. de non nu. pecu. ait, ſi campſor pro alio non obligato promittat, vel ſe ſoluturum conſtituat, exceptionem ei nō competere, quoniam excuſſionis beneficium non habet. de quo (vt ſubiicit) magis mirandum videtur. Salic. verò ibidem contrà, ait enim beneficium excuſſionis ſi non competit, non lędit, cùm habeat, à quo repetat. Et illud ex perſona ſua ſibi competit. Vndè fatetur, quòd ex perſona ſua campſori non competit hæc exceptio, ſed dubitationem eſſe, an ex perſona principali poſſit hanc exceptionem obiicere. Putat igitur, ſi ex obligatione alicuius confeſſa campſor promiſerit, ita quòd contra illam obligationem opponi poſſet hæc exceptio, & campſori nō eſſe denegandā. arg. l. tam mandatori C. eod. de non num. pec. Diuerſum ſi ſimpliciter, vt debitam ab aliquo ſpopondiſſet, tunc enim & ille, & campſor fidem debiti videntur agnoſcere. l. cùm fidem, eodem tit.

Hactenus Sal. Iaſ. verò in l. ſingularia. nume. 30. ff ſi cert. peta. referr Bal. & Salic. nec quid ſentiret, ſcriptum reliquit. Ego verò in propoſito iuris articulo, relatæ diſtinctioni Salicet. acquieſcendum puto, & me non ſolùm rationes Salic, mouent, verùm & l. fruſtra quæ ſecundum Cyn. & Albert. intelligenda eſt in eo, qui ſucceſſit, ſeu ſubſtituit ſe loco alterius animo nouandi. Accedit, quia ius ſingulare eſſe in mercatore, lege cautum non reperitur. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. ff. ad legem Aqui. l. ſi ſeruum in §. prætor ait. ff. de acqui. hæred. l. vni. §. ſin autem ad deficientium. C. de cadu. tol. Dec. in conſi. 442. num. 8. Aym. Cra. conſi. 6. numer. 97. & regulæ inhærendum eſſe, admonet Bar. in l. quoties. ff. ſi quis cau. & Deci. in reg. 1. de regulis iur. & Iaſ. in conſi. 16. colum. 2. vol. 3. videretur, &c. Nec huiuſmodi exceptio iuris apices videtur reſpicere, & magis hanc exceptionem mercatoribus, quàm aliis concedendam admonet experientia, atque conſuetudo, ſeu quòd ipſi mercatores ſolent, ex quibus iura fortiſſima ſumunt argumenta. Videmus enim quotidie, mercatores fidem alterius ſequi, & ſe pecunias mutuas recepiſſe ſub ſpe futuræ numerationis fateri. Quare (ni fallor) nil proponitur, quin & mercatoribus, atque in mercatorum curia exceptio non numeratæ pecuniæ competat, atque obiicit poſſit.

10 † Eſt & illud animaduerſione dignum, an in curia mercatorum, & inter mercatores vſucapionis, ſeu præſcriptionis exceptio obiici poſſit? Dicet aliquis, cum ex bono & æquo procedendum ſit, & præſcriptio ſit iuris ſubſidium iniquiſſimum, vt in authēti. vt eccle. Roma. §. habeat, reiiciendam hanc exceptionem eſſe, & quia odioſa eſt hæc defenſio, & cōtra naturalem æquitatem eſt præſcriptio, vt notatur in l. prima. in verbo, vel iniuria. ff. de neg. geſt, & in l. nam hoc natura. ff de condic. indeb. & ſcribit Iaſ. in repe. l. ſi is, qui pro emptore nu. 90. & Marſi. ſin. 370. mihi autem omiſſis argumentis, & quidem breuitatis cauſa. dicendum videtur, prout in arbitrio, qui ex æquitate iudicare debet, diſtinguendo Deci. & Mar. Blanc. ſcripſere, ſcripſit enim Dec. in c. 1. de prob. nu. 50. & in c. ex parte. l. 3. nu. 5 de offic. de lega. & Mar. Blanc. plenius in tract. de compro. q. 1. nume. 46. to. 12. illic enim ita ſcriptum eſt. in hac quæſtione ex mente docto. diſtinguendum eſt, aut obiiciens præſcriptionis exceptionē præſcripſit, ſeu vſucepit mala fide, & probari poteſt, & reus audiendus nō ſit in hac exceptione. Si verò opponens bona fide præſcripſit, reiicienda non ſit hæc exceptio, ſed admittēda. Cùm enim præſcriptio, vbi bona fides interuenit, tam iure Cæſario, quàm Pontificio non ſit improbata, contra naturalem æquitatem eſſet ius alteri legitimo modo, quæſitum auferre, idque ex verbis, & mente Barto. in extrauag. ad repri. in verbo, videbitur, in fin. vbi in hęc verba ſcripſit: Quæro an dictis caſibus iudex poſſit reiicere exceptionem præſcriptionis, vel aliam procedentem ex mero rigore iuris ciuilis? Reſpon. in his, quæ ipſe iudex habet facere, non tenetur ſequi regulas iuris ciuilis, ſed in his, quæ iam à iure facta ſunt, ita quòd ex hoc ius alteri quæſitum ſit, vel ablatum, iudex non immutat, ſed ſequi tenetur. ff. depo. l. bona fides, aliàs aufertur ius alteri quæſitum, quod eſt contra naturalem æquitatem. Hæc ille. Licet enim æquitas ſeruanda ſit: non tamen contra leges iudicandum eſt, vt non ſemel diximus, & præſertim in princ. huius vlt. partis prin. referendo Bart. in l. Quintus. & in l. fideiuſſ. in §. quædam. quibus adde Aret. in l. 4. in §. Cato. de verb. oblig. & ibidem Car. Rui. & Iaſo. in l. 2. §. item ſi in facto. eod. titu. nu. 17. Et hanc diſtinctionē & veram, & rationabilem puto, & confirmabis ex variis iuris interpretum locis relatis à Mar. Blanc. vbi ſuprà, qui inter alios bona fide retulit Angel. in l. ſequitur. & in §. ſi viam. ff. de vſucapi. Sed & his addes circa relatam diſtinctionem, quod in relatis locis animaduerti Dec. de iure pontificio, quod ſeruandum eſt, malefidei poſſeſſorem nullo tempore præſcribere. l. fin. de præſcri. & in reg. poſſeſſor. de reg. iur. in 6.

11 † Reiicienda eſt etiam illa exceptio in curia mercatorum, quòd pacto nudo agatur, & nuda pactio actionem non pariat, vt ſcripſit Bart. in l. Quintus. in fine. ff. man. & Bal. in l. ſi pro ea. C. mand. Deci. in c. ex parte num. 3. de offi. deleg. & Mar. Blan. in tract paulò ſuperiùs relato. num. 45. & nos in pleriſque locis alios referendo, probauimus.

† Quæritur

12 †Quæritur apud Bal.in l.ſi pro ea.C.mand.ſub nu. 14. an exceptio non ſoluti vectigalis in curia mercatorum ſit admittenda? & non eſſe reiiciendã putauit, quoniam vectigal fauore publico eſt introductum,& quia ius municipale, quod inter ciues pro iure communi habetur,detrahit iuri gẽtium ex cauſa, ideò ſeruandum eſt in foro naturalis æquitatis, & idẽ probauit Baldus in d.§.quædam,& eſt relatum apud Bar. in eod.§.& hæc ſententia placuit Salic.in d.l.placuit.C. de iud.

13 † In quo loco addet ſolennitates teſtamentorum in eadem curia ſeruandas, quæ retulit & probauit Iaſ. in conſ.82.viſis,& diligenter,&c.verſic.præterea (vt dicit Bald.) col.pen.lib.1. Quibus addes circa teſtamentaria, quæ relatiuè diximus in calce tractat. de nauigat.

14 † Credimus etiam exemplo eius, quod dicitur de iudice ſeu arbitro, qui ex bono & æquo procedere ſeu iudicare debet, in curia mercatorum generaliter dici poſſe omnes exceptiones ordinem proceſſus reſpicientes,reiiciendas eſſe,quæ de iuris apicibus,ſecũdum Aret.in l.ſi ſeruum,in§.ſequitur.ff.de verb.obligationibus,& illas exceptiones,quæ merita cauſę negotiique veritatem, ac partis defenſionem reſpiciũt, admittendas eſſe.Rectè ergo opponetur rei iudicatę, vel finitę exceptio ad impediendum proceſſum,quia de iure naturali eſt, ne bis iudicetur in idipſum. Et quæ magis differunt, & veritatem cauſæ fruſtrantur, quàm ipſam reſpiciant,à iudicibus repellẽtur. Idque ex ſententia Bart.in dicto tractat.ad reprimen.in verbo,& figura, colum. 2. & videbis eundem Mar. Blan. in relato tractat.de comprob.quæſtione 1.nu. 43. & ſeq.num.

15 † Et illud meminerimus ex bono & æquo exceptionem ſemper accommodandam eſſe,l.2.§ pen. ff. ſi quis cau.& ex naturali æquitate, argum. l. quòd ſi Epheſ.§.1.vſque in fi.ff.de eo,quod cert.loco.l.3.§.ſi quis.ff.de cond.ob cauſam.l.ſi ſeruum,in §. ſequitur. ff.de verb.oblig.& l. 2.§.item Varus.ff. de aqua plu. arcen.in illis verbis hæc æquitas ſuggerit, etiam ſi iure ſtricto deficiamus,quæ iura memoria tenẽda ſunt, tanquam ſingularia.

16 † Sciant etiam iudices ſummatim poſſe & debere procedere, mouet me, quòd eleganter ſcripſit Bald. in l.obſeruare, in §. proficiſci. ff. de offic. proconſ. verſicul.vigeſimo quinto quæritur, cuius verba notanda ſunt, & Bald. retulit,ac probauit Decif. in c. ex parte,num.6.de offic. deleg. & pleniùs Blan in d. tract.quæſtio.1.num.50.Quibus adde Bartol.in dict. tract.ad repri.in verbo, & figura, ex quo loco & iam dictis, ac infrà dicendis reliqua ad iudicium neceſſaria in materia,de qua noſtra eſt diſputatio. facilè colliges. Deſcendemus ergo ad probationes iuxta propoſitum à nobis ordinem.

DE PROBATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Probationes minùs legitimæ an admittantur in curia mercatorum pro legitimis.*

2 *Probationes ſunt arbitrariæ,& iudices mercatorum exprimere debent cauſam, quare fides ſit habita probationibus minus legitimis, vel contrà.*

3 *Publicatio teſtium fieri debet in curia mercatorum.*

4 *Teſtes produci non poſſunt in curia mercatorum, poſtquam partes teſtimonia didicerunt.*

5 *Scripturarum tria ſunt genera, publica.ſ.priuata & ſolennis & declarantur.*

6 *Interpretatio ad l.ſcripturas. C. qui pot. in pig. hab.relatiuè.*

7 *Stante ſtatuto Florentino, quòd ſcripturæ librorũ mercatorũ vel artificum deſcriptæ ſeu exemplata ex mandato iudicis pro inſtrumẽto publico habeantur,& paratam habeant executionem,prout infrà,guarẽtigiæ,& bona intelligantur hypothecata ipſius debitoris ſcribentis,quòd creditor ex dictis ſcripturis,vt ſuprà, præferatur poſteriori creditori habenti publicum inſtrumentum.*

8 *Priuatæ ſcripturæ tria ſunt genera, & quæ ſint, declaratur.*

9 *Comparatio literarum quomodo fiat, & in quo caſu.Et de comparatione multa.*

10 *Mercatores admonentur, ne fidant ſimplicibus apochis clàm factis,& a nemine ſubſcriptis.*

11 *Teſtes deponentes apocham ſeu aliam ſcripturam eſſe manu alicuius ſcriptam, quia notam habent manum,ſi non fuerint præſentes, quando ſcripta fuit,non probant.*

12 *Conſuetudo mercatorum, quòd credatur teſtibus quòd aliqua ſcriptura ſit manu alicuius, quia manum notam habeant,an valeat.*

13 *Literæ, quæ inter ipſos mercatores abſentes mittuntur,an probent.*

14 *Mercatores accipientes literas, & tacentes, ſibi præiudicant,& quomodo intelligatur.*

15 *Literæ credentiæ,& commendatitiæ,an obligent & probent.*

16 *Literæ,quæ inter abſentes mittũtur, non probãt, vbi deceſſiſſet is,qui ſcripſiſſet, antequàm ei, cui aſcripta erant literæ,traditæ fuiſſent.*

FREQVENS & neceſſaria probationũ eſt materia, in qua prudentiſſimi iuris interpretes in ſexcentis locis, multa ac varia ſcripſere.Nos igitur pauca tractabimus ad rem, de qua agitur pertinentia.

1 † Et primùm,illud neceſſariò tractandũ eſt. Num inter mercatores,& in eorum curia probationes,quæ regulariter pro non legitimis habentur, admittendæ ſint,tanquam legitimæ? Dicet aliquis,cùm ex ęquitate procedendum ſit,veriſimilem probationem à iudicibus mercatorum,qui boni viri ſunt,quique æquitatis amatores eſſe debent, admittendam eſſe, & hanc

ſentētiam probari poſſe videbatur, ex his quę ſcripſit
Franc. Aret. in conſil. 127. in cauſa dominæ Antoniæ,
num. 2 vbi referendo Bald. in leg. ſolam. C. de teſt in
fin. ait probationem veriſimilem, & non concluden-
tem, de iure apud bonum virum concludere debere,
qui de facto veritate & æquitate procedit, & idē pro-
bauit Aret. in conſ. 84 diligenter ponderatis, &c. n. 3.
quib. adde Iaſ. in l ſingularia, nu. 32. ff. ſi cert. peta. &
Dec in c. dilecti. in tertio notabili, extra de iud. Mat.
Blan. in tract. de compen. quæſt. 1. nu. 39. to. 12. Mat.
ſing. 486. communiter, & ſing. 494 probationes, &c.
Mihi autem in propoſita quæſtione, reſpondendum
videtur, ius ſingulare in probationibus in curia mer-
catorum conſtituendum non eſſe, & propterea legiti-
mæ probationes requirātur, nec veriſimiles ſufficiāt.
Idque eleganter probauit Socin. in conſ. 1 x o. cùm in
præſenti, &c. col. 7. verſ. nec ex eo, lib. 1. Ait enim in
curia mercatorum & inter mercatores probationes
legitimas eſſe debere, tantum enim reiectæ videntur
cauillationes, & illegitimæ defenſiones, citat. Abb. in
c. dilecti. extra de iudic. Bald. in ca. 1. circa fin. de mil.
vaſ. qui con. eſt, & Bartol. à nobis non ſemel relatus in
dict. §. quædam. l. fideiuſſor. ff. mandat. qui loquit. Li-
cet ex æquitate iudicandum ſit iuris ciuilis: tamē di-
ſpoſitionem ſublatam non cenſeri, l. bona fides. ff.
depo. ſed tantùm iuris apices reiecti cēſentur, qui ve-
ritatem negotij non tangunt. Cùm autem probatio-
nes veritatem reſpiciant, & merita cauſæ: non autem
rigorem iuris in procedendo, vt ſcripſit Ioann. Cald.
in ſua diſputatione, quæ incipit, clericus conuentus,
& refert ac probat Bald. in l. 2. C. quæ ſit long. cōſuet.
concludēdum meritò videtur probationes legitimas
eſſe oportere, & conſequenter ex ęquitate proceden-
dum eſſe, quæ iuri conformis ſit. Adde l. primam. ff.
de iuſt & iur. in illis verbis, Ius eſt ars boni & æqui, &
ibidem Bal. & Pau. qui verba illa notarunt, contra il-
los, qui dicere conſueuerunt, aliud de iure, aliud de
æquitate. Hæc illē, pro qua ſententia eſt, quòd ſcripſit
Bart. in authent. ad reprimendum in verſ. & figura, re-
fert enim verba clement. ſæpe, de verb. ſignif. non ta-
men ſic litem iudex acceleret, quin probationes veræ
& defenſiones, &c. & ſubdit, quod iuris naturalis ra-
tioni congruit, & paulò inferius ſcripſit in hæc verba:
An in caſibus, in quib procceditur ſine figura iudicij,
teſtes debeant iurare: hoc enim non repetitur de iure
Digeſtorum, niſi in l. Theopompus. ff. de dote præ-
legat. ſed videtur mera conſtitutio Imperatoris: vt C.
de teſtibus. l. iuriſiurandi. Puto tamen, quòd iurare de-
beant, propter ea, quæ dictæ ſunt de iuramento calū-
niæ. Sed an præſente parte? & puto, quod ſic, aliàs au-
fertur ei defenſionis copia: quod repugnat naturali
æquitati. Circa verò dicta teſtium puto, quòd debeāt
eſſe talia, quæ concludunt, ſicut in cauſis ordinariis,
argumento eius, quod dicitur in Daniele de Suſanna,
& quod notatur. C. de teſt. l. teſtium. Hactenus Bart.
in ſupraſcripta verba. Nec moueat, quod contra hanc
ſententiam primo loco retulimus, locum enim habēt,
vbi ſola facti veritate inſpecta procedendum, iudicā-
dumque eſt, cuius clauſulæ vim maximam eſſe ex re-
latis locis liquet, & extra propoſitam quæſtionē eſſe
ipſamet loca indicant, noſtra etenim diſceptatio eſt.
Vbi ex bono & æquo ſeu ex æquitate procedendum
eſt, in quo genere, cùm probationes merita cauſæ re-
ſpiciant, & negotij veritatem: & iuri naturali conue-
niat legitimas & veras probationes eſſe oportere Be-
ne(ni fallor) hoc conſuluit, quem legi relatum apud
2 Bart. in d. §. quædam, & non improbatum. † Huic rei
eſt & illud annotandum arbitrarias probationes om-
nes eſſe dicere ſolemus, & in manu iudicis eſſe quid,
aut cui credat, & quanta fides ſit habēda teſtibus leg.
3. §. ideoque diuus Adrianus. ff. de teſtibus. Cùm igi-
tur inter mercatores, & in eorum curia legitimas pro-
bationes eſſe oportere probauerimus cōſules, idém-
que mercatorum iudices non ignorabunt, cauſam ex-
primendam eſſe, cur teſtimoniis & aliis probationib.
habita vel non habita ſit fides, vt elegaorer admonuit
Bartolus noſter in l. Lucius. ff. de inta. & plenè circa
prædicta ſcripſit Decius, in conſilio x75. num. x. viſo,
& in conſ. 448 num. 29. & Grammaticus, in voto. 12.
tremendi, &c. nu. 20.
3 † Sed poſtquam de teſtibus referendo Bartolum,
quædam attigimus, placet eodem in loco eundem
Bart. referre, qui an, publicationem fieri debere, aliàs
parti defenſio tolleretur. Si enim teſtes non publica-
rentur, & eorum dicta oppugnari non poſſent, quod iuri
4 naturali contrarium eſt, † & poſtquam partes teſti-
monia didicerūt, regulariter teſtes poſſe produci ne-
gant, quod ex quadam naturali æquitate prohibitum
ait, ne. ſ. alter alteri inſidietur ff. de iuſtitia & iure. l. vt
vim, & introductum, & poſitum eſſe, inter alia ciuilia
præcepta, authen. At qui ſemel. C. de probationibus,
& reliqua.

De ſcripturis circa probationes tractare, nō abs re
eſt: ſed quoniam plena ſunt omnia iuris volumina, &
ſolemus abdita, & non vulgaria referre, generalē di-
ſceptationem miſſam faciemus, & pauca ad mercatu-
ram pertinentia referemus: & illud pręcipuè ſciēdum
eſt, quòd ex facto conſultus in cauſa mercatorū certa
doctrina, inquit Bald. in conſ. 149. proponitur, &c. in
5 fine, vol. 1. † Scripturarum tria eſſe genera, ignorare
debere neminem, publicam. ſ. priuatam, & ſolennem.
Publica fit manu publica, quæ contrahēntium factum
inter omnes probat. l. deſiderium. C. de poſt. quam
legem ſingulariter notandam puto, ſecundum inter-
pretationem Bald. & adde eundem Bald. ibidem, ac
Paul. Caſtr. & cæteros iuris interpretes, ac Mar. ſing.
463. ex pacto. Solennis, quæ eſt trino teſte not. C. qui
6 pot. in pig. hab. l. ſcripturas, † dum tamen conſtet de
manu ſcribentis, & ſcribentium ad cuius l. interpre-
tationem vide, quæ copioſè Neg ſcripſit in tractat.
de pign. in 2. memb. 5. par. num. 72. & ſequent. qui in-
ter alia refert conſil. Socin. ſub numero 274. in cauſa
dominæ Lyſæ, colum 7. verſ. circa tertium, volum. 2.
refert etiam eundem Socin. in conſil. 240. circa præ-
7 ſentem, eod. volum ex facto conſultum † ſuper ſtatu-
to Florent quo cauetur, ſcripturas librorum, merca-
torum, vel artificum deſcriptas ſeu præſumptas ex
mandato iudicis pro inſtrumento publ. haberi, & pa-
ratam executionem, prout inſtrumenta guarentigiæ
habere, & bona intelligi obligata, ac hypothecata ip-
ſius debitoris ſcribentis, & reſpondiſſe creditorem ex
rationibus in libro, deſcriptiſque iudicis mandato, vt
ſuprà, priorem in tempore præferendum poſteriori
creditori, qui publicum habeat inſtrumentū, & ſubii-
cit valentiſſimis viris ex facto conſultis placuiſſe di-
ctas rationes (vt ipſe ait) exemplatas iuxta formam
dicti ſtatuti, non ſolùm vim contra principalē debi-
torem habere, ſed etiam contra tertium, nonnullaque
alia ad interpretationem d. l. addit, quæ quoniam, &
Soc. & Neg. inter manus ſcripta verſantur, breuitatis
cauſa non refero, ſed ſolùm circa interpretationē d. l.
conſil. Bald. videndum addo. 466. ad euidentiam, lib.
5. vbi latè diſſerit, & in cauſa mercatoris, ſed ad Bar.
8 redeo, qui ait. † Priuatæ autem ſcripturæ triplicem
eſſe ſpeciem, vna extrauagans, quæ vocatur apocha,
vulgò apodiſſa. C. de fide inſtrum. l. plures apochis,
& Auth.

& Authent. ſi quis vult cautè deponere. C. qui pot.in pign.hab. Alia, quę in corpore codicis rationum clauditur, quæ in duas ſpecies diuiditur, quarũ altera medium tenet inter publicam, & priuatam, vt ſcriptura numulariorum, & argentariorum. Altera extrema, id eſt, omninò priuata, quæ nõ eſt facta ratione alicuius officij, vt C.de probat.l. rationes, & C. de conu. fiſc. deb.l.inter Chartulas, lib.10.

Hactenus Bal. belliſſimè quidem, & in verba fermè ſupraſcripta. Verùm Iaſ. in repe.l.admonendi, ſub nu. 75. ex mente Doct. non relata Bald. noſtri diſtinctione ait. Priuatæ ſcripturæ tres eſſe ſpecies, quædam dicitur apocha, ſeu apodiſſa, quidã eſt liber rationum, quem vnuſquiſque ſibi conficit, quædam & tertio eſt epiſtola. Nos prętermiſſa diſputatione circa codices, & rationes (attigimus enim in pleriſq; locis) de apocha, & literis pauca dicemus, & audi quid de apocha doctè quidem ſcripſerit Ang. in Authent. ſi quis vult cautè deponere. C. qui po. illic enim ita ſcriptum eſt, in gl. in l.comparationes.

9 † Hic articulus ſcholaribus eſt difficilis, & ideò ſcias, quòd ſcriptura, ad quam fit comparatio, eſt illa ſcriptura principalis, quæ in iudicio producitur debiti conſequẽdi gratia, & negatur ſcriptura manu eius, cuius aſſeritur. Et ſi illa ſcriptura eſt priuata, nõ poteſt peti, vt per illam fiat comparatio literarũ, niſi habeat ſubſcriptionem trium teſtium, vel probetur per tres teſtes, qui viderint illam ſcribi, vt hic.

10 † Sint ergo cauti mercatores, vt non fidant ſimplicibus apochis clàm factis, & à nullo ſubſcriptis: quia ſi producantur in iudicio, & debitores negent eorum manuſcriptas, vel forſan debitores mortui ſint, non poterit peti, vt per talem ſimplicem apodiſſam fiat comparatio literarum, vt hic in fin. poterit tamen interrogari cõuentus, vt reſpondeat, an manu ſua ſcripta ſit ex æquitate.l.vbicunque.ff.de interrogat.actio. & C.de ingen.& man.l.ad recognoſcendas. Poterit etiã compelli ad ſcribendum, tamen hæc non erit ſufficiẽs comparatio, cùm quotidie forma ſcribendi mutetur multis accidentibus, vt in Authen.de inſtr.cau.& fide circa princ. Scriptura autem ex qua, eſt illa, quæ producitur in iudicio ad hoc, vt fiat comparatio, & illa ſcriptura, oportet quòd ſit indubitata, & ideò requiritur, quòd ſit publica, aut de archiuo publico ſumpta, aut trino teſte notata, quorum ſaltim duo eorum ſubſcriptionem atteſtentur, aut dictas ſubſcriptiones eorum manu factas eſſe, per comparationẽ probetur, vt l.comparationes.C.de fide inſtrumen. vel quòd illa ſcriptura, ex qua petitur comparatio, per aduerſarium producatur, velut ſcriptura ſcripta manu eiuſdẽ, vt in Auth. ad hæc.C.de fide inſtru. Huculq; Angel. in verba ſupraſcripta, quem ad verbum retulit Matth. ab Affl. deciſ.181. in quodam proceſſ. vbi ſubdit, quãdo petitur fieri comparatio de apocha ſimplici ſine teſtibus, cum alia ſcriptura eiuſdem, qui dicitur feciſſe illam apocham, quæ eſt ſimplex, & ſine teſtibus, talis cõparatio fieri nõ poteſt, quia faciliùs immutari poteſt ſcriptura vnius, quàm ſcriptura, vbi plurium ſunt ſubſcriptiones, vt dicit Salic. in d.l.comparationes in 4.col. in princ. & deinde ſubiungit Franc. Aret. prudentiſſ. virum, in conſ.64. diligenter, & maturè, &c.

11 ſenſiſſe, † teſtes deponentes non fuiſſe præſentes, quãdo fuit ſcripta apocha, ſed affirmantes ſcriptam manu alicuius, quoniam manum notã habent, non probare, tunc enim teſtes probant, cum deponunt ſe fuiſſe præſentes, quando debitor apocham ſcripſit, & proptereà ſacrum conſilium iudicaſſe ſcripturam priuatam ſine ſubſcriptione teſtium, & abſque depoſitione teſtium, qui viderint illam ſcribere, ſed ſunt teſtes qui dicunt ſe notam manum habere, & tamen non viderunt eum ſcribere, nullam fidem facere. Quę omnia placuit ad verbum fermè referre. Sunt etenim, etſi inculto ſermone ſcripta, doctè tamen, & ex legum mente. Et his addes, quæ de comparatione copioſè iuris interpretes ſcripſere in l.comparationes, & in l. admonendi.ff.de iure. Bald. in conſ.218.num.3.lib.1. & in materia, ac circa prædicta Deciſ. in conſilio 215. viſa inquiſitione, num.3.& plenè Paul. Par. in conſil. 19.num.32. vſque ad num.46. vol.3. & in conſil. 55. attingam, &c. vol.4.& in conſil.27.numer.44. & ſeq. vol.2. Mar. in repet. Rub. de probat. num.297. quibus addes Iaſ. ad probationem adiuuandum, quæ fit per comparationem, in conſ. 129. in caſu præſenti, &c. vol.1. cuius tamen reſponſum conſidera.

Sed licet prædicta veriſſima ſint in iure: ſolent tamen mercatores teſtibus deponentibus apocham vel ſcripturam aliam eſſe, manu alicuius mercatoris ſcriptam, quia manum ſcribentis notam habent, & ad tractus, characteres, etſi figuras literarum fidem habere, tam teſtes ſcripturam in iudicio productam negent, ſe vidiſſe eum ſcribere, cuius manu ſcripta aſſeritur. Vnde incurrit hic non minus elegans, quàm ne-
12 ceſſaria quæſtio, † num hæc conſuetudo, quod teſtibus, vt ſuprà, deponentibus credatur, valeat? Dicet aliquis teſtimoniis huiuſcemodi fidem habendã non eſſe. §. ſi quis igitur, in authen. de inſtr. cau. & fide, & probant relati doctores Aret. Dec. Affl. Pariſ. & Cor. in conſil. 58. in tertio volum. in hac cõſultatione, &c. & conſuetudinem huiuſmodi reprobãdam, quoniam hac conſuetudine homines ad falſum inuitantur, vt ſcilicet ad immutationem literarum ſemetipſos maximè exerceant, vt in authentic. de inſtrument. caut. & fide. in princip. vbi optimus textus, & hæc ſentẽtia probari poſſe videbatur ex eo, quod dicitur conſuetudinem non valere, quòd omni ſcripturæ mercatorum ad eorum fauorem credatur, quoniam ad falſum inuitarentur, ex ſententia Bal. in l. vnic. num. 13. C. de confeſ. Abb. in c. bonæ, &c. de poſtul. prælat. in final. Iaſ. in repetit. l. admonendi, ſub num. 102.

Ego autem, vt vno verbo concludam, quid in propoſita quęſtione ſentiam, quoniam periculoſa eſt hęc conſuetudo, intelligendam putarem, iuxta ea, quæ in prima parte huius vltimæ partis principalis diximus, verſic. ſed quoniam, numero 37. & iudicis conſenſu accedente, & ſi iudici videbitur, ſtatu atque conditione petentis, & conuenti, rei qualitate, ac quantitate, ipſiſque teſtimoniis, & teſtium conditione diligenter cognitis atque perſpectis, argum. eorum, quæ Baldus & Abb. in relatis locis ſcripſere, & aſſumes hic, quæ diximus in relato loco. Reliqua ad materiam apochæ circa probationem ſupple ex his, quæ omnes ſcripſere in l. admonenendi. ff. de iureiur. & præſertim Io. Cre. ſub numer. 44. & multis numeris ſequentibus.

13 † Sed nũc de literis pauca referamus, quæ inter abſentes mittuntur, & quibus literis ſolent mercatores ſe certiores reddere, de his, quæ ad mercaturam pertinent, & breuiter dicendum eſt: Aut literæ ſunt confeſſæ & agnitæ, & probant.l. Publia. in fin. ff. depoſit. cum aliis ſexcentis ſimilibus, & hoc procedit, ſi literæ tantũ ſint ſubſcriptæ. Perinde enim eſt, ac ſi à ſubſcribente ſcriptæ eſſent, ſi ſubſcriptio ſit agnita. l. emptor in §. Lucius. ff. de pactis vbi Bartol. l. Caius. ff. de pignor. actione. Si verò literæ confeſſæ non ſint, ſed

 negentur,

negentur, & tunc ſi publico ſigillo ſint ſubſignatæ probant.l.ſi qua per calumniam. C.de epi.& cle. vbi not.idem iuris, ſi ſint ſubſignatæ priuato & ſolito ipſius ſcribentis ſigillo, quinimò magis probant ex ſententia Spec.in tit.de probat.§.vlt.verſ. 10. citat l.diſtrahere.C.de reb. alie. non alie. & probat Cato Sac. in repet.l.admonendi,num.74.& Iac.Pet.de Tho. in ea.l.num.193.quibus adde,quod negatis literis,ſigillo carentibus, & quæ abſentibus mittuntur per comparationem literarum plenam probationem fieri, receptum eſt,& idem iuris eſt,quod in libris, & cur diuerſum in apocha & literis,illa ratio redditur,quoniã in apocha imputandum eſt patri, quæ ſolennem ſcripturam fieri non procurauit, nimirum ſi comparatio locum non habet,quæ ratio in epiſtolis,quæ abſentibus mittuntur, ceſſat, quæ omnia vera eſſe patet, ex commentariis Bart.in l.nuda ratio.in fin.ff.de donat. & omnium in d.l.admonendi,ac ex his,quæ Fel. ſcripſit in c.2.num.19.& ſeq.extrà de fide inſtr. In quib. locis alia adduntur,& ſcribit Pariſ.prædicta comprobando.in conſ.decimono,ad reſolutionem,num.105. & multis num.ſeq.vol.2.& conſil.47.num. 1.& ſeq. vol.1.vbi de rationibus quædam adiicit, & in conſil.
14 112.num.44.& ſeq. eo. vol. † vbi admonet etiam accipientes literas,ne taceant: quoniam videntur conſentire, & idem Pariſius pleniùs idem probauit inter mercatores,in conſil.91.viſo copioſo, eod.volum.& vide eundem in ante conſil. quod tamen declarabis ſecundum Iaſo.in repet.l.admonendi, ſub num. 114. ff.de iure.

15 † Solent mercatores literas, quæ vulgò credentiæ nuncupantur, perſæpè ſcribere. Item & commendatitias, vnde quæſtionis fuit, an probent & obligēt ſcribentes. In qua quæſtione plenè quidem,& inter mercatores ſcripſit Bartol.in l.Lucius.ff. de fideiuſſor.& apud eum Alex.notauit Spec.in titul.de obl. & ſol.§. prænotandum,nu.8.verſ.pone mercator,& plenè Bal. in Rubr.C.de conſtit. pec. inter ipſos mercatores diſputans,& Iaſon.in rep.l.admonēdi.ff. de iureiur. ſub num.116. quibus addes reſpōſum Pauli Pariſij in cauſa mercaturę,reſp.47.num.27.& ſeq.& nu.80.& ſeq. ac anteced.numeris,& Mar. in repet. Rubri de prob. num. 289.quæ loca retuliſſe ſufficiat, ne aliorum labores deſcribere videamur.

16 † Non eſt hic illud ſilentio prætereundum, quòd diximus literas,quæ inter abſentes mittuntur, probare non procedere,vbi antequam ei, cui aſcriptæ erãt, literæ traditæ fuiſſent, deceſſiſſet is, qui ſcripſiſſet. Cuius rei illa ratio redditur, quia per literas abſens abſentē dicitur alloqui. Nō ergo dici poteſt alloqui, qui miſit,ſi antequam traderentur,deceſſit: idq; probat Iaſon in relato loco,ſub nu.114.& ad cœlum tulit Marſ.alios referendo,in ſing.383.vt noſti.& in Rubr. de prob.num.248.& ſeq.& in l.fin.ff.de queſt.nu.46. & vide Inn.in c.cùm dilectus,extrà de ſucc.ab inteſt. Et hæc breuiter attigiſſe circa probationes ſufficiat, tum quia in pleriſque locis nonnulla ad hanc materiam pertinentia attigimus. Tum maximè,quia quæſtiones circa probationes ſunt agitatæ valdè, & in ſexcentis locis tractatæ.

VLTIMA PARTICVLA

ARGVMENTVM.

Iudices,iidémque conſules admonentur,quo pacto Conſulatus officium ſummo cum honore gerant.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores, qui ſe æquitatis magiſtros credunt, quòd longè errent, & æquitas meliùs cognoſcatur à Iuriſconſultis.*

2 *Quæſtiones mercatorum ex bono & æquo cognoſcenda ſunt: in quo genere plerunque ſub authoritate iuris ſcientiæ pernicioſè erratur.*

3 *Mercatores in dicendis ſententijs conſulere debēt Iuriſconſultos,bonosq; viros, vbi cauſæ expoſtulant.*

4 *Mercatores non putent ſe clemētiores aut æquiores lege, & de legibus ſeruandis pulchra, & ſequent.*

5 *Mercatores oportet ſeruare æquitatem ex circunſtantijs à lege conſideratam,& pulcha dicta referuntur.*

6 *Conſules mercatorum ex arbitrio dato, quòd cognoſcant de æquo & bono, ſi æquitas in iure ſcripta reperiatur, licet non in ſpecie, ſed vel in genere, vel in ſimili poſſunt de ſimilibus ad ſimilia procedere.*

7 *Aequitas ſi reperiatur ſcripta in iure,licet non in ſpecie,in ſimili tamen iudex ad cauendũ poteſt copellere ex arbitrio ſibi à lege, quòd ſi Epheſi. attributo. Contrà verò, ſi iudex moueretur æquitate,nec in caſu,nec in ſimili ſcripta.*

8 *Conſules Chriſti fideles eſſe debent:quoniam ſine diuino auxilio dubia explicare non poſſunt.*

9 *Salomon ita ſapientiã à Deo popoſcit, vt daretur ſibi cor prudens audire & iudicare cum iuſtitia.*

10 *Præcepta multa, & varia conſulibus mercatorum traduntur.*

11 *Conſules non debent ſe intromittere temporibus aliorum conſulum, & dum res in controuerſia eſt, immiſſiones in poſſeſſionem accelerare non debent.*

12 *Conſules oportet obſeruare conſuetudinem mercatorum, & enumerantur quidam caſus, relatiuè.*

13 *Conſules curant plerunque,vt mercatores eligãt calculatores,vnde quædam relatiuè.*

14 *Conſules debent interrogare partes, vbi æquitas mouerit*

mouerit in quacunque parte iudicij, etiã parte poſtulante, & irrogationum forma religioni eorum committitur.

15 *Conſules exprimere debent quare probationibus minùs legitimis fidem habuerint, vel contrà.*

16 *Conſules tanquam ſpeculum habere debent præ oculis l. ſi me, & Titium, & quaſdam alias leges, & interpretationem bonæ fidei ſemper ſequi.*

17 *Conſules habere debent præ oculis cap. 1. de ſent. & re iudica in 6. & non ſubitas, ſed deliberatione habita in ſcriptis ſententias proferre debent.*

RELIQVVM eſt, conſules mercatorũ (vt polliciti ſumus) admoneamus, qui ſi admonitis, inſtitutionibuſque noſtris audiuerint, & æquitatẽ multis iniuriis hucuſq; agitatam, in eorũ foro conſiſtere, & confirmari perſpicient, & (ni fallor) ſummo cum honore conſulatus officium gerẽt. Scribit igitur Paul. Caſtr. in l. 1. num. 9. ff. de iuſt. & iure.

1 † Nota text. contra ignaros, imperitoſque mercatores, qui ſe æquitatis magiſtros eſſe credunt, & inquiunt Iuriſconſultum cauillationes concupiſcere, & ſequi, mercatores verò æquitatẽ. Longè enim melius quid æquitas ſit, Iuriſconſulti norunt, quàm ipſi quid ſit rigor, qui æquitati opponitur: nam contrariorum eſt eadem diſciplina. Vno enim cognito, cognoſcitur & reliquum. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris, & mercatoribus natura tantùm ęquitatis cognitionẽ facit: Iuriſcõſultis verò ars, & natura tribuit. Nimium igitur ſibi aſſumentes, & eorum iudiciis freti, iniquas ſententias plerũque dicere conſueuerunt. Hæc ille in alia verba, quem refert, ac probat Nic. Boë. deciſ. 23. motus fuit, numero ſexageſimo.

2 † Sed illud nos non negabimus, quæſtiones mercatorum ex bono & æquo cognoſcendas eſſe, in quo genere plerunque ſub autoritate iuris ſcientiæ pernitioſè erratur, vt eleganter Iuriſconſultus inquit in l. ſi ſeruum, in §. ſequitur. ff. de verb. oblig. & ſcribit Ang. in conſilio vigeſimoquinto pro deciſione, &c. in fi. & in conſ. 75 plures creditores, &c. col. 1. & in cõſ. 219. arbitror dictam litem, &c. Vnde eleganter Iuriſc. ait in l. ita vulneratus, in fi. ff. ad l. Aquil. multa in iure ciuili contra ſtrictam rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta eſſe enumerabilib. exẽplis comprobari poſſe.

3 † Conſulant itaque mercatores in dicendis ſententiis (vbi cauſæ expoſtulant) Iuriſcõſultos bonoſque viros. Vetus eſt enim illud, Ne ſutor vltra crepidam, & fælices eſſent artes, ſi de illis ſoli

4 artifices iudicarent, † & ſe lege ipſa clementiores aut æquiores ne putent. §. oportet. in authent. de iud. l. reſpiciendum. ff. de pœnis, l. ſi. C. de eman. Nam vt Demoſthenes dicere conſueuerat, lex eſt, cui omnes homines decet obedire, propter multa & varia: & maximè, quia omnis lex eſt inuentio quædam, & donum Dei. Dogma autem omnium ſapientum, & reliqua relata à Iuriſconſulto in l. 2. ff. de legib. Vnde illud melius eſt ciuitatem ab optima lege, quàm ab optimo viro gubernari. His accedat, quod qui legem præeſſe iubent, videntur iubere Deum præeſſe, & leges: qui autem hominem iubet præeſſe, adiungit & beſtiam ſæuam, ita Philo. ad fin. 3. libri Polit. vbi rationem reddit, obſeruent igitur præceptum, imò verius conſilium noſtrum, vt peritiores conſulant, & leges præeſſe malint, quòd ſi fecerint & honori & animabus conſulent. Et quoniam vt diximus in ſecunda parte (quam inſcripſimus de ſtatu mercatorum) placet nobis mercatorem literarum non ignarum eſſe. Diſcant mercatores ipſi, quid ſit æquitas, ex variis diuerſiſque circunſtantiis, vt differendo in prin. huius vltim. partis demonſtrauimus.

5 † Obſeruare ergo oportet conſules mercatorum, æquitatem ex circunſtantiis, à lege conſideratam: ex quibus (vt eodem in loco diximus) plerunque euenit, vt æquo aliquid æquius eſſe iiſdem legibus, ſumma cum ratione probemus, & à legibus ne tranſuerſum (vt aiunt) vnguem recedãt. Quorſum enim attinebat leges ſcribi, ſi iudicibus liceret diſcedere à ſcripto, & ſuo arbitrio æquitatem fingere: vt inquit Philip. Melan. in epitome moralis philoſophiæ, quod & multis probat And. Tiraq. in repet. l. ſi vnquam, in verſ. libertis, nu. 14. C. de reu. donat. Vnde Bald. noſter eleganter ſcripſit in rub. C. de conſt. pec. col. 2. ver, quæro, circa nu. 11. deberi nos ſequi æquitatem rationi coniunctam, non imaginariam, & noſtri capitis, & idem Bal. in c. 1. §. & quia vidimus, col. ante verſ. quæro quomodo, in tit. de his, qui feud. da. poſ. æquitates hominum ait, non habere in ſe pondus ſtatuti, niſi legibus vel conſuetudine præſcripta ſint roboratæ, & probat Andr. Tiraq. in Com. de vt. ret. §. 35. gl. 1. nu. 31. pag. 706. Nec abſimile eſt, quod idem Bald. ait in c. clerici, de vita & hon. cle. conſcientiam legis, vincere cõſcientiam hominis: quæ dicitur abuſiua, quando non habet pro ſe leges, refert Matth. ab Affl. dec. 321. in regia, &c. poſt princip. vbi ex fonte legum hauriendam ſubiicit. Credimus tamẽ ex arbi-

6 trio à lege dato conſulibus mercatorum, † quod ex bono & æquo procedant. Si æquitas in iure ſcripta reperiatur, licet non in ſpecie, ſed vel in genere, vel etiam in ſimili, poſſe conſules de ſimilibus ad ſimilia procedere, vbi caſus qui in controuerſiam venit, lege comprehenſus ſpeciatim non eſſet: arg. eorum, quæ ſcripſimus in princ. huius vltimæ par. pr. & l. non poſſunt. ff. de leg. & arg. eius, quod Alex & Pau. Caſtr. & Ioan. Fab. referendo ait in l. ſtipulationum, in pr. ff. de ver. oblig. iudicem ex arbitrio ſibi à lege dato, per l.

7 quod ſi Epheſ. ff. de eo ꝙ certo loco, † ſi æquitas reperitur ſcripta in iure, licet non in ſpecie: in ſimili tamẽ ad cauendum poſſe cõpellere, de ſimilibus ad ſimilia procedẽdo. At ſi iudex moueretur æquitate, nec in eo caſu ſcripta, nec in ſimili, ad cauendum neminem eſſe cogendũ, per l. placuit. C. de iud. & c. vlt. de trãſactio. Quod vltimũ probat And. Tiraq. in commen. de vt. ret. § 1. gl. 18. nu. 46. pag. 355. Eſt tamẽ in eo, quod diximus cogitãdum, tanquam, (ni fallor) & nouo & ſingulari, & vide quid ad rem plures referendo ſcripſerit Mar. Blan. in tract. de compro. q. 9. verſ. 8. nu. 28. tom. 12. quo in loco diſſeruit, num in dicenda ſententia arbiter æquitatem ſequi debeat, & quomodo.

8 † Admonendi ſunt etiam conſules Chriſti fideles religioſiq; ſint, & religionis amatores, nã ſine diuino auxilio dubia explicari non poſſunt. Inquit enim Bal. in c. quia propter, col. 6. de elect. propter peccata iudex cauſarum dubia neſcit ſoluere, quem refert Afil.

9 dec. vlt. in fin. & Aym. Crau. in conſ. 15. in pr. † & ſapientiſſimum Salomonem imitentur, qui teſte diuo Ambroſio. 2. offi. lib. ita ſapientiam à Deo popoſcit, vt daretur ſibi cor prudens audire, & iudicare cũ iuſtitia, quem refert Iaſ. in conſ. 132. Salomon. vol. 1.

10 † Audiant & conſules litigãtes, & ſe in adeũdo faciles prębeãt, in cognoſcẽdo nõ excandeſcere oportet,

animi motum verbis,& vultu tegant, ſe contẽni non patiantur,opprimi aliquem per aduerſarij potentiam non ſinant patientes ſint,ne tamen cõtemptibiles videantur,concinnatores,vel cauſarum redemptores,ſi deprehenderint,pati eos non oportet l.obſeruãdum. ff.de offi.præſi.l.ne quicquam.§.1.& §.fi.de offi. procõſ.& ſummatim ita ius reddant, vt autoritatem dignitatis ingenio augeant.d.l.obſeruãdum. Nec ignorent,quod in veteri eſt adagio. Magiſtratus oſtendit virum,& vir oſtendit magiſtratum.

11 † Et quoniam temporalis cõſulum eſt iuriſdictio, gerant conſules, quæ ad ſui temporis adminiſtrationem pertinent, nec ſe intromittant temporibus aliorum.ff.de iure.fiſ.l.fiſcus.§.delatoris,& ſcribit admonendo Bald.in leg.2.in fin.de conſtituta pecunia, vbi addit,dum res in cognitione, atque controuerſia eſt immiſſionem in poſſeſſionem accelerare non debere. ff.de iur. fiſ.l.res.§.1.ff.de re iud.l.à diuo Pio.§. ſi ſuper rebus.

12 † Obſeruare etiam oportet conſules noſtros mores,& cõſuetudines mercatorum,vt inter mercatores in quotidiano caſu ex facto conſultus inquit Philip. Corn.in conſ.319.num.12.vol.3. Et conſuetudinem inter mercatorem obſeruandam eſſe in caſu notabili probat pleniùs Guid.Pap.in conſ.103.col.2.videtur quòd domini iudices, &c.& idem probat Pau.Par. in conſ.93.dicendum,&c.nu.8.vol.1. citat Bal. & alios in l.2.C.de conſt. pecu. quod & nos in pleriſq; locis probauimus, & præſertim in hac vltim.part.cùm de conſtitutionibus mercatorum diſputabimus, & hac eadem part.in tit.de probatio.verſic.ſed licet, &c. & in tract.de nauigat.nu.24.ac in aliis pleriſque locis.

13 † Solent etiam conſules mercatorũ curare, vt partes ipſæ calculatores eligant,idq; in negotiis ad mercaturam attinentibus perſæpe euenit. In qua re videnda ſunt ſcripta à nobis in 2.par.trac.pr.ver.ſolent etiam iudices,ſeu mercatorum conſules, numer. 66. & ſeq.

14 † Et vbicunque conſules æquitas mouerit, æquè oportere fieri interrogationem dubium nõ eſt l. vbicunque.ff.de interrog.actio.c.cùm Ioannes, extra de fide inſtrum.& quoniam ſummatim procedere debẽt ex arbitrio à lege dato, interrogabunt in quacunque parte iudicij,etiam parte poſtulante, & interrogationum formam religioni cõſulum commiſſam puto, vt ſcripſit Lanf.in cle.ſæpe.in fin. de verb. ſig. vbi Bald. elegans reſponſum ad verbum retulit, & vide quæ Abb.ſcripſit in d.c.cùm Ioannes, num. 8. & quæ notantur apud eundem Mar.ſing.155.& in l.1.§.fi.nu.55.
15 & ſeq.ff.de quæſt.& Ioan.And.ſing.36. † Item, quia plerunque cõſules,iidemque mercatorum iudices ſolent probationibus minùs legitimis ſentẽtias proferre,admonendi ſunt, vt vel cauſam in ſententia exprimant,vel in actis appareat,quare probationibus fides ſit habita aut fortè non habita ſecundum ea, quæ diximus in antecedenti particula,in fi.primæ q.nu.2.

Sunt & alia, quæ ad admonitiones conſulumq; inſtitutiones pertinent, quæ lector colliget ex diuerſis locis in toto opere,& præſertim ex his, quæ hac eadẽ vltima parte diximus, & in eo loco, quo de conſulibus tractauimus,præcipuè ſub num.34.

16 † Conſules etiam & mercatores, ſemper tanquam ſpeculum habeant.l.ſi me & Titium.ff. ſi cert. pet. vt inquit Bald.in conſ.348.facta fuerunt &c.col.2.verſ. conſidera interdum,&c.vol.1. cuius legis diuinam & nobilem æquitatem appellat,addo ego alia nõ minus elegãtem legem, quam perpetuò fixam eſſe in animo noſtris conſulibus & mercatoribus vellem, in titul. depo.l.bona fides. Nec omittimus non ſemel relatũ. §.ſequitur,in l.ſi ſeruum.ff. de verborum obl. vbi videndus eſt Iaſo.in l.ſi fideiuſ.in §.quædam,&l.Quintus.ff.mandat. Item & conſules bonæ fidei interpretationem ſemper ſequantur. Ad quam omnia redigenda ſunt.l.ab emptione.ff.de pact. Et denique caput primum de ſent.& re iud.lib.6.ſemper præ oculis
17 habentes non ſubitas,† ſed deliberatione habita ſententias in ſcriptis proferant. Reliqua ad id pertinentia. Lector ſupple ex commentariis Bart. ſuper conſtitutione, quæ vulgò ad reprimendum nuncupatur, in pleriſque locis, & præſertim in verbo & figura, ac ex his, quæ complures in materia arbitrorum ſcripſere,& præcipuè Marc.Blanc.in tract.de compro. præcipuè in 9.quæſtio.

Hæc habui candidè lector, quæ de mercatura & mercatoribus ſcriberem. Plura deſiderari nõ ignoro, quæ diligens Lector ex immẽſis legum voluminibus addet. Hæc autem qualiacunque ſunt, ſummis certè cum vigiliis conſcripta,& amiciſſi morũ mercatorum precibus maturiùs edita boni quæſo conſules, & animum,non rem æſtimabis, & errata (quoniam materia noua eſt) benignè corriges, ardeo cupiditate incredibili poſteritatis iuuandæ: ſed ad id præſtandum vires forſan non ſufficiunt. Et non rectè ſcribentibus (vt aiunt) gratia habenda eſt. Mihi autem alios ad veritatem eruendam,& materiam quotidianã,quodammodo neglectam,ſat ſit excitaſſe. Vale.

FINIS.

TRACTA-

TRACTATVS DE ADIECTO
CLARISSIMI IVRISCONSVLTI
BENVENVTI STRACCHÆ,

REVERENDISSIMO DOMINO IOAN.
ANTON. A FACCHINETTIS, EPISCOPO NEOCASTREN.
Apud illuſtriſsimam Remp. Venetam. Legato Apoſtolico,

Benuenutus Straccha. I.C. S. P. D.

CVM *non ſemel legationis munere præcipuè pro patria inuitus quidem functus fuerim, à communibus enim ſtudijs animum prorſus auertit: Quod & Baldum noſtrum ſingularis memoriæ, ſummæq; ſcientiæ virum etiam inuitum factitaſſe aiunt, & dicere conſueuiſſe ſe in legationibus tot legum obliuiſci ſolere, quot paſſus legationum cauſa feciſſet: Memini me Romæ te intimum meorum, & publicorum conſiliorum ſemper habuiſſe, in rebúſque publicis, & præſertim in magno illo ſcripturæ Anconitanæ negotio me à te, & conſolando in aduerſis, & conſilio ac in re in ſecundis valde adiutum fuiſſe: meritóque tantorum beneficiorum memoriam colui beneuolentia ſempiterna, egiq́; , & tibi Præſul Ampliſſime ſemper agam gratias, me enim relaturum affirmare non poſſum. Memini me etiam de communibus ſtudijs in ſermones incidiſſe, & à te admonitum, vt reliqua ad mercaturam pertinentia prætermiſſis ijs, quæ circa illam vulgarem, quotidianámque clauſulam, Non ſoluendo, collegeram, perficerem: Conſilium igitur probaui tuum, & tractatum hunc, quem tibi dicaui, & de* ADIECTO *inſcripſi ad te mitto, quem ea comitate qua ſoles accipies, & ſi quid corrigendum putaueris, corrige. Quem ſi probaueris, me operam, & oleum (vt aiunt) non perdidiſſe putabo. Reliquum eſt, vt non obliuiſcaris, ex tuis ſtudijs ea in dies expectari, quæ à viro ſumma virtute, ſummoq; ingenio prædito ſunt expectanda: ſciáſque eam eſſe optimorum omnium opinionem breui fore, vt te nequaquam pœniteat, ab eo otio auocatum fuiſſe, quo in tua reſidens Eccleſia magna animi tranquillitate, Deo, & ſtudijs inſeruiebas.*

NICOLAVS STRACCHA IVRIS PROFESSOR
Candido Lectori. S.

NON me latet materiam Adiecti ieiunam, ſterilem, & indotatam, frequentiores prima fronte exiſtimaturos. Cum & ipſum nomen, quibuſdam Iuriſconſultis vix ſit bene cognitum. Sed, Lector candide, Benuenuti Iuriſconſulti, qui mihi corpore, & animo germanus frater eſt, *Adiectum* lege, & perlege. Hunc enim *Adiectum* à veteribus Iuriſconſultis non neglectum, à recẽtioribus verò prætermiſſum, ingenio, artificióque ſuo plenum, vberem, & magna dote locupletatum, & ornatum inuenies, & eius materiam, quod caput eſt, in forenſibus diſputationibus agitatam comperies. & licet in locupletioribus repertoriis, quæ circumferuntur, vnum aut ad ſummum duo verſiculi de *Adiecto* legantur, non tamen erit quòd dicas ei Pauonis pennas abſtuliſſe, & (vt aiunt) coruo immiſiſſe, ſeu ex diuerſarum rerum fontibus riuulum effeciſſe. & vnum ſic habeto, ſi ea quæ de mercatura, & mercatore, ac proxenetis idem frater meus ſcripſit, forſan & noua, & *utiliora* apparuerint, & hæc, mihi crede, abſit verbo inuidia, & noua, & arguta fateberis. Vale.

TRACT

TRACTATVS DE ADIECTO.

Summæ Rerum In Prima parte contentarum.

1 *Adiectus ab adijcio verbo deſcendit, quod plures ſignificationes habet nu.1.& ſeq.nu.*

2 *Prapoſitio ad, acceſſum ad terminum non ingreſſum ſignificat contra verò prapoſitio in num.2.*

3 *Appello Caſarem ſeu ſummum Pontificem ornatius dicitur quam appello ad ſummum Pontificem.*

4 *Virgilij locus declaratur decimo Aeneid.*

5 *Adiectus quarta declinationis idẽ quod adiectio.*

6 *Titulus de in diem adiectione,& non adiectione inſcribendus,quod comprobatur pluribus.*

7 *Addicti qui dicantur.*

8 *Ciceronis locus de oratore ſeu dictũ ſalſiſſimum.*

9 *Addico vnum ex tribus Pretoris verbis, Do,Dico,Addico.*

Item faſti dies,& nefaſti,qui eo.nu.

10 *Prouerbium illud adijcere nummo declaratur.*

11 *Adijctalis cœna, qua eſſet apud veteres declaratur.*

12 *Interpretatio ad § ſi Inſt.de ſucceſ.lib.*

13 *Interpretatio ad l.3.ff.de vſucap.*

14 *Adiectus aliquando pro coharede.*

15 *Interpretatio ad l.verbis ciuilibus ff. de vulg.& pupil.*

16 *Stipulari alteri nemo poteſt.*

17 *Acquiri non poteſt nobis per liberam perſonam, quæ noſtro iuri ſubiecta non ſit, vel nobis bona fide non ſeruit,& pulchre de ratione.*

18 *Rei ſtipulandi quomodo conſtituantur nume. 18. & num.22.& ſeq*

19 *Stipulatus ſibi aut Titio decem, vna decem ſtipulatus intelligitur,& declaratur.*

20 *Stipulans ſibi,& Titio decem, eadem decem ſtipulatus intelligitur, & valet ſtipulatio in decem.*

21 *Alternatiua adiecta inter perſonas honoratas ſiue in contractibus,ſiue in vltima voluntate reſoluitur in coniunctam.*

22 *Alternatiua adiecta inter perſonas conſtituit adiectum.*

23 *Stipulatio alternatiuè per duos facta inter eos quorum alteri tantum poteſt acquiri, an conſtituat adiectum.*

24 *Bartolus declaratur atque defenditur in l.2. ff. de duobus reis.dum loquitur quomodo duo rei credendi conſtituantur.*

25 *Adiectus per alternatiuam conſtituitur.*

26 *Adiectum conſtitui quare veteres decreuerint, cùm quis ſibi,aut Titio ſtipulatur.*

27 *Mercatura vix poſſet exerceri,ſi adiecti conſtitui non poſſent.*

28 *Adiectio,vt teneat neceſſe eſt, vt perſona inueniatur in qua conſiſtat obligatio.*

29 *Adiecti deſcriptio ſecundum Iaſ.num.29. & ſecundum autorem nu 31.*

30 *Adiectus an poſſit reuocari,& an is dicatur Adiectus vbi Iaſ & Raph.improbantur.*

31 *Significationi vocabuli ſtandum eſſe regulariter,& quare.*

32 *Adiectus conſtituitur in ipſa conuentione non ex pacto,ſed ex interuallo.*

33 *Pactum de ſoluendo alteri,an poſſit reuocari diſputatur, & ſoluitur quaſtio quotidiana. nu. 33.& ſeq.*

34 *Bartolus declaratur in l.ſi cum Cornelius ff. de ſolut.*

35 *Interpretatio ad l.ſi cùm Cornelius ff. de ſolut.*

36 *Promiſſoris intereſt poſſe pluribus ſoluere.*

37 *Adiectus aliquando creditoris commodo conſtituitur.*

38 *Adiectus ſolutioni ſuo commodo an adiectus dici poſſit nu.38.& ſeq.*

39 *Adiectus in rem ſuam veluti procurator poteſt conſtitui.*

40 *Vendẽs rem alicui cum promiſſione de euictione, ſi emptor alij donauit rẽ emptam, & à donatario fuerit euicta venditor, nec emptori,nec donatario,tenetur,quia non intereſt donantis nu. 40. quod declaratur duobus modis ſeq.nu.*

41 *Obligationis antidoralis effectus notabilis, & alij plures relatiuè.*

42 *Interpretatio ad l.liber homo in §.qui fundum. ff.de verb.oblig.*

43 *Adiecto nullum ius acquiritur,ſed tantùm ei rectè ſoluitur.*

44 *Verba obligatiua in Adiectum conferri non poſſunt,ſed reſpicientia ſolutionem.*

45 *Adiectio perſona licet poſſit dici de acceſſorijs ſtipulationis, propriè tamen loquendo non dicitur acceſſoria obligationis.*

46 *Adiectus non habet petitionem.*

47 *Item conſtitui ſuo nomine non poteſt.*

48 *Adiectus agit cum mandato creditoris, & cautela docetur ad effectum agendi.*

49 *Adiectus ſine mandato creditoris non poteſt nouare nec acceptum facere.*

50 *Item ceſſionem non poteſt recipere.*

51 Ver-

51 Verbum ſoluere, adiectum pecuniæ verbo ſtricte accipitur, & naturalem ſolutionem requirit.
52 Adiectus donare non poteſt.
53 Adiectus fideiuſsionem recipere non poteſt.
54 Item pignus adiecto datum repetitur, quia eidem bona obligari non poſſunt.

DEI OPTIMI MAXIMI implorato auxilio.

QVOTIDIANVS frequensq́; eſt Adiecti tractatus præcipuè inter mercatores, & de hoc quidem adiecto apud veteres Iuriſconſultos complures quæſtiones eleganter tractantur. Apud recentiores verò nulla penè mentio, & hoc ordine eundem eſt.

Primum de vi nominis, eiúſque ſignificatione, proximisq́; atque cõiunctis verbis pauca dicemus. Vbi quid ſit adiectus, & de eius iure ſeu poteſtate conſtabit.

Poſtea quid in eius perſona deſignari, ſeu conferri poſsit ordine non contemnendo diſputabimus.

Vtilis ſequetur poſt hæc diſputatio, Quando adiecto ſolui poſsit, Quæ euidentioris intellectus gratia ordine ſoluetur regula ſcilicet, ampliationibus, & limitationibus.

Tum quæſtiones complures quotidianas inſeremus.

Ad extremum quæſtio proponetur, Qua actione adiectus teneatur, & de aliis actionibus ad materiam pertinentibus diſputabimus.

QVONIAM omne principium, aut rei
totius, quæ agitur ſignificationem ha-
bere debet, aut aditum ad cauſam, &
munitionem, aut quoddam ornamen-
tum & dignitatem, vt admonet Cicero
in libr. de oratore, ſecundum propoſitum ordinem
exordiemur.
1 Adiectus † ab adiicio verbo, quod duplici ij, ſcri-
bendum eſt, deſcendit, pluresq́ue ſignificationes ha-
bet. Aliquando enim tanquam ex ad, & iacio compo-
2 ſitum, ſignificat iacere ad, † quæ præpoſitio proximi-
tatem notat cùm motus ſignificatur, ita vt acceſſum
ad terminum, non ingreſſum oſtendat, Cæſar ter, Bel.
Gal. vt neque ex inferiori loco ſatis commodè tela
adiici poſſent, & miſſa à Gallis grauius accederent.
Hinc dicimus ad tribunal venit litigator, In tribuna-
li iudex: ſecundum namque Grammaricos in tribu-
nal ire eſt illud intrare, ad tribunal verò ire eſt in lo-
cum tribunali proximum ire, & vide l. non putabam,
& ibidem Alb. ff. de condit. & demonſtr. & quoniam
hæc præpoſitio Ad. ex ſubiecta materia aliter atque
aliter accipitur, vide Archi. in c. ſi gratioſè de reſcrip.
lib. 6. Alb. in ſuo vberrimo repertorio, in præpoſitio-
ne Ad. vbi copioſè tractat, & inter alia illam quæſtio-
nem apud veteres ſatis agitatam refert, Si lex muni-
cipalis inſultum, vt aiunt, ad domum certa pœna pu-
nit, quid ſi in hoſtio vel porticu domus fiat: quæ ex-
plicatur à Io. de Ami. in conſil. 4. in cauſa litigata nu.
4. & nouiſſimè refertur ab Ant. Bar. in tract. de temp.
vti. & cont. c. 18. num. 20. de qua etiam præpoſitione
multa Doctorum loca congregauit Andr. Tiraq. in
tract. de vt. ret. §. 1. gloſſ. 9. nu. 67. Sed & pro iuxta ali-
quando accipi And. etiam Alcia. in commentariis de
verb. ſignifi. ſcriptum reliquit, quod & Alb. vbi ſuprà
notauerat, & quia aliquando conditionem facere ple
tique dixerunt, adde Car. Ruy. in conſil. 177. viſis &
intellectis, nume. 7. & 12. volum. 1. vbi declarat. Nec
3 illud omittam, † ſolent Aduocati in appellationibus
concipiendis dicere Titius prouocat, & appellat ad
S. D. N. ornatius dicerent appello S. D. N. ſeu Cæſa-
rem abſque præpoſitione Ad. vt Papinianus docet in
l. in honoribus. § fi. ff. de vaca. mun. & legitur in actis
Apoſtolorum Diuum Paulum dixiſſe appello Cæſa-
rem: ſed ad inſtitutum reuertor meum.
Adiicio aliquando ſignificat conſentire, vt apud
maximum poëtarum decimo Æneidos. Tercentum
4 adiiciunt mens omnibus vna ſequendi. † Vbi Seruius
optimus apud Grammaticos interpres exponendo
ait, adiiciunt, id eſt, accedunt, & conſentiunt eius vo-
luntati, ſeu forſan ſermo eſt eclipticus, vt ſit adiiciuntur
illi animum, aut ſtudium, aut voluntatem. Habet &
illam notiſſimam ſignificationem ſcilicet addere,
5 † vnde & adiectus quartæ declinationis idem, quòd
adiectio, vt apud Victruuium libr. 9. cap. 9. appellat
6 enim eo in lòco cunearũ adiectus. † Hinc & adiectio,
& titulus de in diem adiectione, ſeu (vt Laurentius
Valla putat) de in diem additione, cuius ſententiam
probat Bud. in eod. ti. in annot. ſuis ad Pandectas, vbi
propterea multa iuris loca quæſiuit reſtituere, & in
eadem opinione fuit Iaſ. in l. ab emptione. ff. de pact.
& quiſquis is fuit, qui addidit dictionario Alberici
poſt verbũ adiacere. Quoniam in illo titulo non agi-
tur de die emptionis præſtituta, ſed de re addicta in
diem certum, id eſt venundata. Adiicere namque eſt
licitanti rem auferendam permittere, quòd vernacu-
la lingua dicimus deliberare: quomodo accipitur in
tit. C. Ne pro dote mulieris bona quondam mariti
ad. ex quo, vt inquit Bud. in relato loco factum vt ad-
7 iicere pro deſtinare deuoreq́ue ponatur, † vnde mor-
ti addictus dicitur. l. addictos. C. de epiſ. aud. l. addi-
ctos. C. de appell. & notauit Iaſ. in d. l. ab emptione.
ff. de pact. num. 6. vbi codex, vt puto, corruptus eſt, &
refert

refert Ciceronem offic.lib.3. cùm is qui morti addi-
ctus eſſet paucos commendatorum ſuorum poſtulaſ-
ſet,& reliqua. Verùm non me latet Cat.Cot.virũ be-
ne doctum in memo.ſuis in 5.Adiicio,contendere v-
troque modo legi poſſe, & de in diem adiectione,&
de in diem addictione, defenditque ſententiam ſuam.
Sed quoniam in pandectis Florentinis inſcriptus eſt
Titulus de in diem addictione Vallæ, & cæteris aſ-
ſentior. Nec quæ dixit Corta improbo, nec me latet
egregium virum Ant.Aug.emendationum lib.2.c.3.
de hoc plura ſcripſiſſe,& ſatis ſit locum retuliſſe cùm
eius lucubrationes inter manus omnium peritorum
verſentur,vbi etiam adicere an duplici ij ſcribendum
ſit diſſeruit. Adiicere eſt etiam auctionem facere,hoc
eſt bona ſua proſcribere, & licitantibus obiicere, &
auferenda permittere, vt dictum eſt, ob hoc addicti
vocati ſunt homines oberati,qui & nexi dicuntur,in-
quit etiam Cat. Cot. in relato loco addictos appel-
lari etiam apud Iuriſconſultos,qui prætoris pronun-
ciatione cùm ſoluendo non eſſent creditoribus ven-
debantur, vt in eos vitæ neciſque haberent poteſta-
tem, & dixi in tractatu de decoctoribus, & vide Di-
8 da.variarũ reſol. lib.2.c.1.circa princip.† Sed & ad-
des illud falſiſſimum dictum relatum à Cicerone de
Oratore lib.2. Miſericors qui iudicatum duci videns
percunctatur ita,quanti addictus? mille nummum,ſi
addidiſſet rantummodo ducas licet,eſſet illud genus
ridiculi præter expectationem, ſed quia addidit: Ni-
hil addo,ducas licet, addito ambiguo altero genere
9 ridiculi fuit (vt mihi videtur) ſalſiſſimum.† eſt nam-
que addico vnum ex tribus pretoriis verbis do,dico,
addico,erant enim faſti dies, quibus licebat fari tria
dicta verba ſolennia, iis contrarij erant Nefaſti: Vn-
de Ouidius. Ille Nefaſtus erit per quem tria verba ſi-
lentur. Faſtus erit per quem lege licebit agi,ſed & ad-
des Hierony.Caguol.in l.2.ver.his.ll.latis.ff.de orig.
iu. in hæc verba ſcriptum reliquiſſe, ſunt faſti dies,
quibus diuina humanáque agere licebat, nam & in
eis feriæ inerant. Nefaſti, quos ominoſos antiquitas
putabat: quidam ex noſtris Ægyptios, vel reiectirios
nominant,de quibus Macrob.in 1.Satur.& ſubiunxit
faſti autem num pluratiuo teſte Feſto,ſunt libri,qui-
bus totius anni ſit deſcriptio, & cauſæ feſtiuitatum
explicantur,& vulgus calendaria vocat. His addendũ
eſt omnem iuriſdictionem Magiſtratuum ordinario-
rum,tribus illis verbis conſtare, quorum primum ad
actiones perſonales attinebat, cùm actum erat ali-
quem dare facere oportere, ſequens ad rei vendica-
tionem. Vltimum ad executionem quæ in ciuilibus,
non ſolùm addictio dici poteſt, ſed etiam adiudica-
tio.l. aliud eſt fraus ff.de verb. ſign. In criminalibus
verò eſt legis actio, vt declarat Alciat. in l. quinque
pedum poſt numerum quinquageſimum.C. de præ-
ſcript.vbi etiam oſtendit ſub num.40. quomodo ad-
10 iectio dominij,ac adiectio bonorum dicatur,† & mi-
nimè tacendum duxi verus illud verbum. Adiicere
nummo,quod noſtrates dicunt fragmento panis ven-
dere, de quo multa vide relata ab Andr.Tiraq.in l.ſi
vnquam in verbo donatione largitus,num.3.c.de re-
uo. donat. Placet etiam referre, quando & ea quæ à
11 verbo deſcendunt dicere ſum pollicitus,† cœnas ad-
iiciales fuiſſe, de quibus apud Plin.Pau.& pleroſque
alios. Dicitur autẽ adiicialis cœna,quòd in ea multa
adiiciuntur extra ordinem vltraque iuſta fercula,quæ
etiam Pontificialis dicebatur. Septem viri namque
erant,qui ſacris epulis præerant cœnarumque Ponti-
ficum,quæ adiiciales dictæ ſunt,curam agebant,& hi
Epulones appellati ſunt,& ſi qua iuſta,& ſolennia fa-
cris deeſſent,ad Pontifices referebant. Teſtibus Iac.
Spieg.in ſuo Iu.lexi.in verbo ſeptem.viri, & Alex.ab
Alexan.Geni.dierum lib. 11.c.16. ſcripſit etiam Ci-
ce.de Ora.lib.3.in hæc verba. Põtifices veteres pro-
pter ſacrificiorum multitudinem tres viros epulones
eſſe voluerunt,cùm eſſent ipſi à Numa,vt etiam illud
ludorum epulare ſacrificium facerent, inſtituti. Sed
& addes quod de ijs meminit Diuus Auguſt. de ciui.
Dei.c.7.lib.6 vbi Ludouicus Viues inquit,Collegio
Pontificum Triumuiri additi ſunt, qui ſacra conui-
uia,hoc eſt quæ in Deorum ludis exhibebantur cura-
rent,dictique ſunt Triumuiri epulones, ſequenti tẽ-
pore additi ſunt duo,ita fuerunt quinque viri. Poſtre-
mò per ambitionem duo alij adiecti, & hic numerus
manſit ſeptem virorum epulonum, qui curabant pu-
blicum epulum, ipſis menſa parabatur ante Iouis ſi-
mulacrum ibique epulabantur. Cicero in aruſp.reſp.
epulones Iouis opt.max.appellat,Paraſitos nomina-
uit,quòd horum mos eſt alienas ſectari menſas,vt no-
men ipſum ex Græco oſtendit, ita Varro ex naturali
ſignificatur epulones illos paraſitos vocauit, quaſi
conuiuas Iouis. Hæc ille,quem libuit referre,vt horũ
clarior haberetur notitia, & veterum irridendi ritus,
vt idem Diuus Auguſt.ſcripſit, innoteſcerent. † Nec
12 eſt etiam omittendum quòd de adiectionibus fit mẽ-
tio ab Imperatore in §.fin.in fin. Inſtit. de ſucceſ.li-
ber. in quo loco non eſt improbanda accurtiana ex-
poſitio, ſed & Alciat.in lib.1.Parerg.116.eo in loco
authoritate Ciceronis lib.1.de Oratore,videtur adie-
ctiones accipere pro modis ius aſſequendi Romanæ
ciuitatis familiarumque Romanorum. Denique de
adiectione crebra eſt mentio in iure noſtro,& vulga-
ris eſt lex,ea tamen adiectio.ff.de leg.3.& apud Bar.
& Dd.in l.centurio num.11.de vulg. Dum diſputant
an compendioſa ſit ſubſtitutio,ſeu magis quædã ad-
13 iectio,† & in l.3.ff.de vſucap.dum dicitur,quòd vſu-
capio eſt acquiſitio vel adiectio dominij,eo enim in
loco ſecũdum Alciat.in continuat.rub.extra de præ-
ſcripr.ſub num.25. adiectionis verbum non refertur
ad tranſlationem,quæ fit à domino,ſed ad acquiſitio
nem extraordinariam,ſicut videmus in rub.Inſtit.de
eo cui liber.cauſa bona adiiciuntur, & vide eundem
ſub num.37. ſed & legem hæc adiectio.ff. de verb.ſi-
gni.& quando adiectio noceat,vel non,& alia plera-
que miſſa faciamus,nec enim ad hũc ſermonem per-
tinent.& de Adiecto dicamus.

14 Adiectus † de quo verba facturi ſumus aliquan-
do pro cohærede accipitur l.verbis ciuilibus,vbi Ac-
15 curſi.& alij expoſuerunt ita.ff. de vulg. † verum me-
mini Benedictum de Plum.in l. ſi filius à patre.ff. de
lib.& poſthum.relatum à Socin.in l.Centurio num.
35.ff.de vulg.& pupil. dixiſſe adiectum dici, qui in
defectum conditionis inſtituti admittitur in totum,
& ſenſus illius legis eſt ſecundum eum, ex eo quòd
facta erat ſubſtitutio, ſi filius decederet infra 25.ita
demum filius videbatur inſtitutus ſi non decederet
dicto tempore,& conſequenter ipſo decedente infra
dictum tempus,quòd vocatur ſubſtitutus, & non in-
ſtitutus,hoc autem non admittit Iuriſconſultus,quia
interim dicto tempore filius totũ non haberet,quod
eſt cõtra voluntatem teſtatoris, vt ſubiicit Iuriſcon-
ſult.vnde tota diſputatio Iuriſconſulti,ibi eſt an ſub-
ſtitutus admittatur iure directo,vt ſubſtitutus,vel ad-
iectus, an autem admittatur iure fideicommiſſi lex
illa non dicit. Pro qua expoſitione ſuccurrit bonus
text.in l.ei qui ſoluendo.ff.de hære.inſtit. Sed vt ſen-
tentiam meam interponam, non puto à communi
interpretatione legis prædictæ verbis ciuilibus rece-
dendum,

dendum, vt enim crebrior eſt illa ſententia, vt adie-
ctus pro cohærede ea in lege accipiatur, ita & eidem
propria vocabuli ſignificatio magis congruere vide-
tur, & relatus tex. in l. ei qui ſoluendo, etiam frequen-
tiori ſententiæ magis forſan deſeruit propter legem
tertiam in §. ſi quis ita. ff. de hæred. inſtit. & ad decla-
rationem dictæ legis verbis ciuilibus, præter magnos
commentarios Dd. ibidem. vide Io. Dilect. in tract.
caut. cau. 9. in tit. de Subſt. & Aym Crau. in conſ. 305.
vbi plenè de hoc agit par. 2. & nouiſſimè Fernandum
in tract. de ſucceſ. proceſ. lib. 2. §. 18. nom. 107. Deni-
que Adiectus in iure noſtro accipitur, pro eo qui ex
conuentione ad recipiendam ſolutionem conſtitui-
tur, vt latius declarabitur.

PRÆFATIONES.

SED quoniam (vt Caius Iuriſconſul-
tus ait) in l. 1. ff. de origine iu. Præfa-
tiones, & libentius nos ad lectionem
propoſitę materię perducunt, & cum
ibi venerimus eius euidentiorē præ-
ſtant intellectum, præfari libet quædam, & ſi vulga-
ria neceſſaria tamen, ad rei, de qua eſt diſputatio faci-
16 liorem cognitionem † regula quidē vulgaris eſt: Al-
teri ſtipulari poſſe neminem inuētæ namque ſunt ſti-
pulationes ad hoc, vt ſibi acquirat quod ſua intereſt,
ſi quis ergo alij quàm ei cuius iuri ſubiectus eſt ſtipu-
letur (niſi ſua interſit) nihil agit. l. ſtipulatio iſta in §.
alteri. ff. de verb. oblig. §. ſi quis alij. Inſt. de inutil. ſti-
pul. l. vt inter. C. eo. plenè Andr. Tiraquel. in tracta. de
iure conſt. in 30. limitatione: proximaque atque fini-
17 tima huic eſt alia regula † per liberam perſonam, quæ
neque iuri noſtro ſubiecta eſt, neque bona fide no-
bis ſeruit obligationem nullam acquiri nobis poſſe.
l. 1. C. per quas perſo. nob. acq. l. ſolutam in § per li-
beram. ff. de pigno. act. l. 3. & l. fin. C. de inut. ſtipul. l.
ſi genero. C. de iur. dot. l. ſi ita ſtipulatus in §. Criſo-
gonus. ff. de verbor. oblig. vbi Iaſ. ſub nume. 18. illam
reddit rationem: Quia in contractibus etiam bonæ
fidei niſi ex perſona noſtra quæcunque gerimus ini-
tium obligationis ſumant inanem actum efficiunt. l.
quæcunque. ff. de act. & obliga. & acutiſſimi ingenij
vir Raph. putant relatæ rationis rationem eſſe, quia
acquiſitio, quæ fit per contractum artificialis eſt iu-
ris ciuilis artificio introducta, quod eſt quid impro-
prium, ideo aliud improprium non recipit vt factum
vnus, factū alterius reputetur, ne plures fictiones cir-
ca idem concurrant, contra vulgatem l. 1. cum gloſſ.
C. de dot. promiſſ. l. cùm poſt in §. gener. ff. de iure
dot. Sed & his rationibus, & authoritatibus omiſſis
alias huius rei rationes affert Hyppo. Rimin. in Inſti.
in tit. per quas perſo. nobis acqui. in princ. Item præ-
18 fari libet † quòd plures rei ſtipulandi conſtituuntur
cum duobus pluribúsve ſeparatim ſtipulantibus, ita
promiſſor reſpondeat: Vtrique veſtrum dare ſpōdeo.
Nam ſi prius Titio ſpoponderit, deinde alio interro-
gante ſpōdeat, alia atque alia erit obligatio. Duo ve-
ro pluresve rei promittendi ita fiunt, Mæui decē dare
ſpondes, Sei eoſdem decem dare ſpondes, ſi reſpon-
deant ſinguli ſeparatim, ſpondeo, vt Inſtit. de duobus
reis, in princ. & plenè Barto. & alij in l. 2. ff. de duob.
reis, & in l. reos in §. cum tabulis, & in l. fin. ff. de duo-
bus reis, & in authen. hoc ita. C. eo. Rurſus & illud nō
19 ignorare debemus ad cognitionem adiecti. † quòd ſi
quis ſtipulatus ſit in hæc verba, Mihi & Titio decem
dare ſpondes, ſemper vna decem communiter ſibi, &
Titio ſtipulatus intelligitur ſicut qui legat Titio, &
Sempronio non aliud intelligitur, quam vna decem
communiter duobus legare l. cum qui ita. ff. de verb.
oblig. in qua re illud notandum eſt, quod cum copu-
latiue quis ſtipulatur in verba concepta vt ſupra na-
tura copulæ eſt, vt ſummam vnicuique diuidat in vi-
riles. d. l. reos in §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. l.
1. & 2. C. ſi plures vna ſent. Vnde ſtipulatio in perſo-
na ſtipulatoris tenet in quinque, in perſona Titij ni-
hil valet, quia (vt diximus) ſtipulari alteri nemo poteſt,
ſi non intereſt, vt in d. §. alteri, & Inſti. de inuti. ſtipul.
§. ſi quis alij verſi. ſi quis, vbi probatur nec ſtipula-
tori quinque in perſona Titij diuiſa vi copulæ accreſ-
cere, quia in cōtractibus ius accreſcēdi locū non ha-
bet. l. ſi mihi, & Titio ff. de verb. obli. quod enim ex-
traneo ſtipulatus eſt partem ſuam nō auget, quæ om-
nia a Bar. Imo. Raph. & Pau. Caſt. probantur in d. l. cū
qui ita, & aſſequitur Iaſ. in ea l. in §. qui ſibi. num. 3.
20 † item & illud notandum eſt, ſi quis ita ſtipuletur.
Mihi decem, & Titio decem dare ſpondes, non alia
decem dicere credendum eſt, vt ait Iuriſconſ. in l. ſti-
pulatio iſta in §. cum qui ita. ff. de verbor. obliga. ſed
valet ſtipulatio in decem in perſona ſtipulatoris, quia
videtur vtriuque ſummam decem ſtipulatus, in per-
ſona verò Titij nihil valet. habet ergo ſtipulator in-
tegra decem non per ius accreſcendi, ſed per ius non
decreſcendi, quod locum habet in contractibus. l.
proprium, vbi notatur ff. commu. præd. & differt hęc
facti ſpecies à pręcedenti, quia hic decem in perſona
vtriuſque conferūtur. In ſuperiori verò decem com-
muniter in ſtipulatione deducta ſunt. Quæ recepta
ſunt exploſa ſententia Gloſſæ, in dict. l. cum qui ita.
quæ putauit in facti ſpecie propoſita, etiam in quin-
que tantum valere, vt relati Dd. teſtantur, licet (vt A-
lexand. ibidem refert) Gloſſæ ſententia habeat etiam
ſectatores. Denique & illud certi iuris eſt alternati-
uam, ſeu diſiunctiuam diuerſis modis adiici ſolere,
adiicitur autem in propoſita noſtra diſputatione in-
21 ter perſonas, † & regula eſt quod vbi diſiunctiua ad-
iicitur inter perſonas honoratas ſiue in contractibus
ſiue in vltima voluntate reſoluitur in coniunctam, vt
eſt elegans textus in l. cum quidam. C. de verbor. ſi-
gnifica. quæ regula multis modis temperatur a Do-
ctorib. & ad rem de qua agitur reſtringitur. Quando
quis ſtipulatur ſibi aut Titio, & conſequenter alter-
22 natiua cadit inter perſonas inter quas † actus valere
non poteſt prout geritur: valet namque in perſona
alterius tantum, quia alteri ſtipulari nemo poteſt, &
cenſetur ille tertius adiectus ſolutioni l. cum qui ita
in §. qui ſibi. ff de verborum obligationibus & no-
tat Iaſ. in dicta l. cùm quidam in quarta limitatione,
vbi etiam citat Bartol. & alios in l. Caius. ff. ſolut.
matrimo. ſed & adde Ioan. Imol in l. item ſeruus in
§. ſed ſi cùm duos, & legibus ſequentibus in fin. ff. de
ſtipul. ſer. qui obiiciendo de dicta l. cùm quidam, in-
quit leges in materia adiecti ſeu de adiecto loquen-
tes incorreptas remanere, & adde quæ latius dicam
infrà in rer. pat. verb. Quorum reſtringendam &c. nu-
mer. 125. ex eo ergo, quòd ſtipulatio eſt vtilis in per-
ſona ſtipulatoris non vitiatur ex adiecta perſona cui
ſtipulari non poteſt. Nam ſi omitteretur in reſpon-
ſione perſona Titij ad ſtipulationem adiecti, tene-
ret ſtipulatio. l. fin §. ſi ita. ff. de verborum obligat.
& inquit Iuriſconſultus in ea l. fin. in §. fin. in fine, li-
cet alterius perſona non rectè adiiciatur nihilominus
minus in noſtram perſonam vtiliter procedere ſti-
pulationem, ſed & hic maioris declarationis cauſa
placet referre Bartol. ad verbum in l. 2. ff. de duobus
reis. Is enim quæſiuit qualiter duo rei credendi
conſti-

Digitized by Google

conſtituantur,& ait: Aut eſt actum, quòd ſint duo rei credendi, & non eſt dubium: Aut non eſt actum, &
23 tunc † aut diſpoſitio eſt collata in eorum perſonam alternatiuè, aut copulatiuè. Primo caſu, aut vni tãtum poteſt acquiri obligatio,& alter habetur, vt adiectus, nec erunt duo rei ſuprà de conſt.pecu.l.ſed ſi filio.§.1.& infrà tit.1.§.ſi fructuarius. Aut vtrique poteſt acquiri,& tunc aut electio fuit collata in voluntate debitoris,& valet,& ſunt duo rei credendi, vt ſupra de leg.3.l.ſi Titio aut Seio. Aut non fuit collata in poteſtate debitoris,& tũc de iure iſto antiquo vitiatur ſtipulatio, vt infrà tit.1.de ſtipu.ſer.l.1.§. ſi fructuarius, & l.item ſi ſeruus.§.fin.& l.ſeq & l.ſi ſeruus communis ita, hodie valet,& alternatiua reſoluitur in copulatiuam, vt C.de verbor.ſignifica.l.cùm quidam, quæ loquitur etiam in contractibus, vt ibi in fin. vnde erit idem dicendum, quod ſtatim dicam de copulatiua. Prædicta vera quando diſpoſitio confertur in perſonam vtriuſque æqualiter, alias ſi vnus tantum ſtipulatetur ſibi,& alteri, ſemper ille alter haberetur, vt adiectus, vt l.eum, qui ita.§.qui ſibi.ff.de verb.obligat. quod dic, vt ibi. Hactenus Bart. in ſupraſcripta verba, ſed legi Io.And.Roncheg. virum bene doctum, qui commentarios edidit in tit. de duobus reis. Is enim in l.reos in §.cum tabulis numer.79.& ſeq.ff.de duo-
24 bus reis referendo Bart. vbi ſuprà quatenus ait, † vbi diſpoſitio eſt collata in perſonas ſtipulantium alternatiuè, & vni tantum poteſt acquiri obligatio alter adiectus habetur, animaduertit.l.ſed ſi filio in §.primo de conſtitut.pecun.& l.prima in §. ſi fructuarius.ff. de ſtipul. ſer. loqui in vno ſtipulante pro ſe & alio, ideo non concludere, nec Bartoli relatam facti ſpeciem probare. Quando namque vnus ſtipulatur ſibi aut alij incapaci certo certius eſt adiectum conſtitui, ſed quando eſſent duo, qui æquè principaliter quippiam ſtipularentur ceſſaret illa ratio (vt ipſe putat,) & ſubiicit opus eſſe argumentari de ſtipulatione facta ab vno pro ſe, & alio ad ſtipulationem quam faciunt duo proprijs nominibus principaliter. Quam ob rem putauit aptius exemplum afferri poſſe quoties ſcilicet in perſona vnius ex ſtipulantibus eſſet inualida ſtipulatio aliqua de cauſa ex his per quas ſtipulatio inutilis redditur iuxta titul. Inſtit. de inutili ſtipulat. tunc videtur quòd pecunia promiſſa inſolidum capaci debeatur, ita vt incapaci nihil acquiri poſſit argum. eorum quæ notãtur in l.ſi ex duobus in princip.& §.1.ff de duobus reis, quare inquit in ſtipulatione facta à duobus, vel erunt duo rei credendi data habilitate illorum, aut vnus tantum, vt nõ detur caſus aliquis in quo alter cenſeatur adiectus ſecus ac in iuribus relatis à Bartolo, & ſubiicit, ita declarari debere, quod paulò poſt aſſerit Bart. allegando.l.cùm qui in §. qui ſibi citat.l.quod ex duobus in princip.& § 1.ff.de duobus reis, & quædam alia, ſed quicquid ſenſerit, pluribus enim vtitur: Ego à Bartoli ſententia non eſſe recedendum opinor. Tum quia recepta eſt, tum maximè, quia (ni fallor) vera: vnde dic clarè cùm duo inter ſe ſtipulantur alternatiuè, & alteri tantùm eorum poteſt acquiri obligatio non efficiuntur duo rei credendi, quia vni tantùm acquiritur, alter ad ſolutionẽ cenſetur adiectus, vt Paul. Caſtrenſ. etiam probauit in d.l.2.nec (vt arbitror) refert, quòd iura citata à Bart. loquantur in vno ſtipulante. Nam eadem ratio in duobus alternatiuè inter eos ſtipulantibus interuenit,& cur diuerſum ſtatuendum ſit non video, exempli gratia, ſtipulatus eſt Titius ſibi, aut Męuio centum dari, & eadem cẽtum ſtipulatus eſt Męuius ſibi, aut Titio dari: Titius eſt incapax,& ei acquiri nequit, adiectus cenſetur conſtitutus non ex ſtipulatione ſua, ſed Męuij,& hoc modo conſiderando ceſſant omnia. Item notandum eſt, quod ait Bart. ſi vtrique poteſt acquiri, & debitori data eſt electio valeat diſpoſitio, & duo rei credendi conſtituãtur, vt in d.l.ſi Titio addunt recentiores prædicti. l. vtrum in §.cùm quidam ff. de rebus dub. Si verò in voluntate debitoris nõ conferatur de iure veteri ſtipulationem vitiari, ſed hodie reſolui alternatiuam in cõiunctam, relatus namque D.Io.Andr.Roncheg. in dubium poſt Aret. hoc reuocat, putat enim duos reos conſtitui potuiſſe iure veteri per dictionem alternatiuã abſque eo, quòd debitori ſit data optio, ſed quia Bartoli ſententia à frequentioribus recepta eſt,& illa diſputatio non videtur magni ponderis ſiue iure digeſtorum, ſiue codicis defendatur ſtipulatio argum. tex. notabilis in l.Gallus in §.ſi eius.ff.de lib.& poſt. in illis verbis, ſed cum teſtamentum non rumpatur, Nihilque refert vtrũ ex iure antiquo an ex lege Velleia excludatur, & ad propoſitam materiam quæſtio hæc non valde pertinet, miſſam faciemus. Denique quod ait Bart. ſi vnus tantum ſtipuletur ſibi, & alteri ille alter ſemper haberetur vt adiectus.l.eum qui ita in § qui ſibi.ff.de verb.oblig. intelligo vbi alternatiuè quis ſtipularetur, non copulatiuè, eſt enim intelligendus ſecũdum legem, quam citauit, vt ipſemet inquit in l.non ſolum in §. liberationis verba.ff. de lib. leg. nam ſi copulatiuè conciperetur ſtipulatio ſumma diuideretur,& locus eſſet.§.ſi quis alij. Inſtitut. de inutil ſtipul.& dixi paulò ſuperius ver. Rurſus nume.
25 19.† Conſtituitur ergo adiectus per alternatiuam, nõ enim memini me legiſſe legem, quæ per copulã conſtituerit. Quod autem adiectus relato modo conſtituatur, quando quis alternatiuè ſtipulatus eſt ſibi aut Titio,& nõ copulatiuè docet communis Præceptor Accurſius Yrn. ſententia exploſa in l. ſtipulatio iſta, in §. eum qui ita in verbo credendum. ff. de verbor. obli.& inquit Sal. in l.3.in §.opp.C.de com.& com. ſtip. Alex. in conſ 95. Ponderatis his, quæ in themate nu.1.vol.3.Io. Fab Inſt.de inutil.ſtipul.§. ſi quis alij propè numerum decimum Bart. in l.1.in §.ſi fructuarius.ff.de ſtip.ſer. quibus addes Iaſ. in l.eum qui ita in § qui ſibi.ff.de verb.obl. nu.2.Paul.Caſtr. in l.hoc iure in §.ſi quis dederit.ff. de donat. Angel. in l.ſi cum Cornelius ff de ſolut.& ex ſexcentis legibus ac locis inferius referendis clare patebit. Quibus addes non referre an perſona ſtipulatoris in ſtipulatione anteponatur, vel poſtponatur, vt puta Titio, aut mihi decem dare ſpondes.l. Caius.ff.ſolut. matr. de quo plenius dicam in 3.par. in 24.ampliatione.
26 Sed † non negligenda eſt illa hæſitatio. Quare legum prudentum vertices, veteres ſcilicet Iuriſconſulti conſtituerint, cùm quis ſibi, aut Titio dari ſtipulatus eſt, Titius ſolutioni adiectus cenſeatur, ex eo quod obligationi adiici nõ potuit propter relatas regulas. ſciendum eſt ergo Iuriſconſultum in dict.l. eum qui ita in §.qui ſibi. talem rationem expreſſiſſe: quia adiuncta tua perſona ſtipulator efficit, vt non contrahendæ obligationis, ſed ſolutionis cauſa perſona filij, vel extranei adiecta intelligatur. Vbi Iaſ. ſub num. 2.huius rationis rationem quæſiuit,& ait quando pater ſtipulatur ſibi aut filio certè obligatio acquiritur, & fundamentum habet ex perſona patris ſtipulantis, & acquiritur ipſi patri, vnde poſtea dicendo, aut filio perſona filij non poteſt intelligi adiecta obligationi, quia iam obligatio erat quæſita patri ex ſua perſona, & ſi iterum acquireretur ſibi ex perſona filij ſuperuacuum eſſet arg.l.qui bis idem ff.de verb.obl.

Nec-

Ne ergo perſona filij fruſtra adiecta intelligeretur ad
ſolutionem recipiendam adiecta cenſetur, vt ei ſolui
poſſit. Similiter quãdo quis ſtipulatur ſibi aut extra-
neo,perſona extranei ſolutioni adiecta ſolum cenſe-
tur,quia cum obligatione adiici non potuerit (vt di-
ximus)vetante paragrapho alteri, & iuris regulis, ne
adiectio perſonæ reddatur inutilis leges optima ra-
tione ſolutioni extraneũ adiectum decreuere, & qui-
dem id eſt prudentiſſime factum, cum ſolutio magis
facti quam iuris ſit,vt in l.conſilio.ff.de cura.furio.&
quàm magno negotiorum commodo id ſit ſtatutum
27 nemo eſt qui non videt, † quippe vix mercatura poſ-
ſet exerceri ſi adiecti conſtitui non poſſent,quod eui-
dentius apparebit ex inferius proponẽdis. Nihil enim
intereſt mihi an volũtate mea alij ſoluatur.C.de ſolu.
l.nihil.ff.de pig.acti.l.ſolutũ.§.ſolutũ l.ſi cũ dotem.in
28 §.transgrediamus.ff.ſolu.mat. Denique † illud ad co-
gnitionem adiecti notandum eſt, Vt adiectio teneat
neceſſe eſſe,vt perſona inueniatur in qua cõſiſtat ſti-
pulatio. Non ergo eſt adiectus,niſi ſit qui petere poſ-
ſit,vt eleganter Iuriſconſultus ait in l.ſed ſi ſibi in fin.
& legibus ſequẽtibus. ff. de ſtipulatione ſer.& inquit
text.in l.fi.in fi.§.fi.ff.verb.oblig. Niſi quidem à me
vim acceperit obligatio adiectio nihil poterit vale-
re, quæcunque enim gerimus, & reliqua l. quæcun-
que. ff. de act. & oblig. His igitur præfationibus ha-
biris,quid ſibi adiectus noſter velit, quidue ſit, & de
eius iure breuiter videamus.

Quid ſit adiectus & de eius iure.

PLACET mihi Antonius ille apud Cicero-
nem de Oratore lib. 1. qui ait, Id faciam
quod in principio fieri in omnibus diſputa-
tionibus oportere cenſeo,vt quid illud ſit,de quo diſ-
putatur explanetur, ne vagari & errare cogatur ora-
tio,ſi ij,qui inter ſe diſſentiant non idem eſſe illud de
quo agitur intelligant: Nam ſi forte quæretur quæ eſ-
ſet ars Imperatoris, conſtituendum putarem princi-
pio qui eſſet Imperator,qui cum eſſet conſtitutus ad-
miniſtrator quidem belli gerendi, tum adiũgeremus
de exercitu de caſtris,& reliqua,& certe omnes vete-
res Philoſophi in omni diſputatione à definitione in-
cipiendum eſſe cenſuerunt,& ita tradiderunt. Neque
enim facile de re quippiam diſſeras niſi prius quid ea
ſit poſueris. Vnde vir bene doctus dicere cõſueuerat,
Vtilis eſt hæc definiendi ratio,cum propter rerũ co-
gnitionem quæ definitione explicata,mirum eſt quo
pacto velut certum quoddam ſignum deſtinandarum
cognitionũ proponat animo: Tum quod parit auto-
ritatem diſſerẽti, neque enim rem melius noſcere vi-
detur,quàm quicquid ea ſit,breuiter & aptè poſſit ex-
29 plicare.† Adiectus igitur deſcribitur à Iaſone in l.3.in
§.item Iulianus.ff.de eo quod cer.loco.in hæc verba,
Adiectus eſt ſicut quidam Procurator ex cõuentione
partiũ ordinatus, qui nõ poteſt reuocari l.aliud.ff.ſo-
lu.l.fi.§.cum mihi aut Titio.ff.de verbor.oblig. hæc
ille.ſed premiſſa illa diſputatione,an Adiectus ſit Pro-
curator, ſeu Procuratori ſimilis aut quid diuerſum:
30 ſuo namque loco dicemus,ſentit Iaſon. † Adiectũ nõ
poſſe reuocari. In qua opinione(licet ipſe nõ referat)
fuit Raph.Cuma.in l.liber homo in §.fin.ff.de verbor
obligat cum enim ſic concipitur ſtipulatio mihi aut
Titio,vtrum ego velim dare ſpondes, vt in caſu dicti.
§.putauit Titium non eſſe Adiectum, & rationem il-
lam reddidit cum ſtipulator contulerit in ſuam pote-
ſtatem,vtrum illi daretur id videri contra naturã Ad-
iecti l.aliud.ff.de ſolut. vbi dicitur inuito ſtipulatore
poſſe ſolui Adiecto: Verũ Pau.Caſt,ibidem Raphaë-
lis ſententiam improbat. Hæc enim relata verba vtrũ
ego velim,impedimẽto ſunt quominus Adiectus di-
catur Titius,ſed id ſolum efficiunt, vt me inuito huic
Adiecto ſolui non poſſit,& in eadem ſentẽtia in rela-
to loco fuit Aretin qui ſubiicit intelligã, quòd ſit ad-
iectus poſtquã creditor declarauerit ſibi velle ſolui,
de quo etiam meminit idem Pau Caſtr.in l. Iulianus
in §.qui fundum circa fi.ff.de verbor. obligat.referẽs
ſe ad iam dicta. ſed & ego puto illum etiam Adiectũ
dici poſſe qui ſolutioni adiicitur, & reuocari poteſt,
& ei inuito creditore ſolui nequit. Nam Adiectus &
gratia promiſſoris,& creditoris commodo ſolutioni
poteſt adiici,& vbi promiſſoris commodo(vt plerũ-
que fit)& in re dubia præſumitur,reuocari nequit,&
ei inuito creditore rectè ſoluitur, vt in tertia parte
plenius diſputabitur. At vbi creditoris contra ſe ha-
bet, ſi enim mei tantum gratia ſolutio fieri debet re
integra reuocari poteſt.l..cum Cornelius.ff.de ſol.l.
aliud in fin.ff.eod.quo admittendum eſt vbi expreſſe
conſtat creditoris commodo Titium Adiectũ fuiſſe
vel ex poſt facto hæc conuentio eſt inita ſecundum
Paul.Caſtr.in l.ſi cum fundum num.2.ff.de pactis.Nã
ſi ſimpliciter quis fuerit ſtipulatus ſibi aut Titio,gra-
tia promiſſoris Adiectus cẽſetur,vt in dictis legibus,
& dicam paulò inferius,& quòd is etiam dicatur Ad-
iectus ſenſit Aret.in l.fi.§.fi.nu.9.verſic. ſed aduerte.
ff.de verb.oblig Accedit quòd vocabuli ſignificatio
conuenit tam ei qui debitoris,quàm ei qui creditoris
31 commodo adiicitur,vt ex relatis patet.† cui ſignifica-
tioni ſtandum eſt,nec ab ea regulariter eſt recedendũ
l non aliter. ff. de leg 3. l. 1.§. in re igitur dubia. ff. de
exer.l.ille aut ille.§.cum in verbis eod.titul.de leg.3.
quorſum enim inuenta ſunt verba niſi vt demonſtra-
rent voluntatem dicentis?l. Labeo.ff. de ſup.leg.c.is
autem 22 q.2.facit regula ſemper in dubiis, & l.ſem-
per in ſtipulationibus de reg.iur. quæ regula in omni
diſpoſitione regulariter eſt admittẽda,& cur Veteres
Iuriſcõſulti titulũ de verb.ſign.adiecerũt? niſi vt quid
ſit id de quo quæritur quidue ſibi velit verbum intel-
ligeremus. Nullũ namque mentis noſtræ maius teſti-
moniũ,quàm qualitas expreſſa verborũ,vt Baldus no-
ſter dicere conſueuerat,& in l.generaliter in prin C.
de nõ nume. pecu. & alibi ſæpe, & vide quæ plenius,
quàm alius cõgeſſit And. Tiraq.in repetitione l.ſi vn-
quàm. in verbo libertis.ff.de reu.dõ. his igitur cogni-
tis cũ omnis diffinitio in iure periculoſa ſit,placet Ad
iectũ noſtrũ in infraſcripta verba plenius deſcribere.

ADIECTVS EST, QVI IN CONVENTIO-
NIBVS EX PARTIVM VOLVNTATE, VEL
PROMISSORIS, VEL CREDITORIS, VEL
SVO COMMODO ALTERNATIVE SOLV-
TIONI ADIICITVR: dixi in conuentionibus,
generale namque verbum eſt ad omnia pertinens,de
quibus negotij cõtrahendi tranſigendique cauſa cõ-
ueniunt l.1.§.cõuentionis verbum.ff.de pactis, & in-
quit vir bene doctus Hiero.Tor.in rubr.ff.de verbor.
obligat.probans ex eo generalius eſſe verbo promiſ-
ſo,quia & debitoris,& creditoris cõſenſum exprimit,
quod & Iuriſconſultus in relato loco elegãter demõ-
ſtrauit,quem §.idem Torniel.declarat ſub nu.55.Nec
enim rectè poteſt dubitari quin in omnibus conuen-
tionibus, in quibus ſolutionis interuenit promiſſio
adiectus conſtitui poſſit. Dixi etiam in ipſis conuen-
32 tionibus,† Quia adiectus in ipſa conuentione conſti-
tuitur l.vero procuratori. §. 1.ff.de ſolut. pactũ enim
de ſoluendo Titio ex interuallo appoſitum idem fa-
cit,quod ſimplex mandatum tex.eſt ſingularis, & qui

non eſt alibi ſecundum Bar.in l.ſi cum Cornelius. ff.
de ſolut.in qua lege Angel. inquit in verba infraſcri-
pta, Dixit Bart hunc tex nõ inueniri alibi,ita clare li-
mitantem omnia iura loquentia de adiecto, cui ſolui
poteſt inuito ſtipulatore l. vero ſupra eo. id enim eſt
verum,quando tempore cõtractus aliquis ad ſolutio-
nẽ adiicitur,ſecus ſi ex interuallo vt hîc, Tu verò di-
cas, quod hoc non facit interuallum, ſed ſolum con-
trahendi forma,quæ in adiecto obſeruanda eſt. Tunc
enim quis dicitur ad ſolutionem adiectus, cum quis
ſtipulatur ſibi aut alteri. † Sed cum quis ſtipulatur ſi-
33 bi pecuniam reddendam alteri, ille alter nõ eſt adie-
ctus, & ideo ſtipulator poteſt ſuam voluntatem mu-
tare etiam ſi illi donatum eſſe volebat, vt in l.1.C.ſi
man.ita fue.alien.ſupra deſer.expor.l.3.ff.qui ſine ma
nu ad lib.per l.3. vidiſtis in l. qui Romæ in §. Flauius
in l.ſtipulatio iſta in fi.de verb.oblig.& in l. hoc iure
in §.tertio.ff.de donat.& eſt ſatis de mente gl.in ver.
Cornelio hactenus Angel.in relata verba, quem non
improbant,nec Imo.nec Raph.nec etiam Pau.ibidẽ,
34 ſed prædictis quædam adiicienda ſunt. † Et illud no-
tandum,quod non dixit Bar. adiectum illum dici cui
ex pacto,& interuallo appoſito ſoluendum eſt,ſed de
opponendo,de l.vero procuratori ſupra relata, dixit
aliud in adiecto tempore contractæ obligationis ſeu
ſtipulationis,aliud in hoc pacto ex interuallo appoſi-
to, & retulit ſe ad ea, quæ dixit in l. hoc iure. in §. ſi
quid dederit.ff.de dona.& mens Bar.illa videtur fuiſ-
ſe,cum quis ſtipulatur decem ſibi aut Titio præſenti
dari Titius conuenitur à ſtipulatore actione mandati
taciti,ergo videtur poſſe reuocari, cuius contrarium
dicitur in l.vero procuratori,ſed illud ideo,quia cer-
tam conditionem habuit ſtipulatio dum fuit facta ad
fauorem promiſſoris. At lex ſi cum Cornelius loqui-
tur in pacto ex interuallo appoſito de ſoluendo ter-
tio,quod & verum eſt,nec etiam negauit Bartol.cum
quis ſtipulatur quod ſuum eſt,vel ſibi debitum reddi
Titio mandatum reuocari non poſſe:immo in d. §. ſi
quis dederit,ad quem ſe retulit, concedit cum gratia
creditoris Titius adiicitur,vnde Paul. Caſtr.in d. l. ſi
cum Cornelius opponendo de l.ſi cum fundum.ff.de
pac.in qua lege probatur.quòd pactum ex interuallo
interuenerat,vt Titio traderetur,& tamen non poteſt
35 reuocari eleganter inquit. † Referre an cauſa ſeu cõ-
templatione creditoris, vel debitoris pactum de ſol-
uendo tertio adiicitur.ſi enim creditoris locus eſt re-
uocationi, vt in l.ſi cum Cornelius,ſi vero cauſa debi
toris reuocari mandatum non poteſt d.l. ſi cum fun-
dũ, hoc enim vltimo caſu ſi debitor paratus eſſet ſol-
uere,vel tradere illi tertio,non poſſet reuocari. quod
ſubiicit memoria tenendum ad declarationem dictæ
l.ſi cum Cornelius, & materiæ, & adde Hiero.Cag.
poſt alios in l.ſingularia num.154.ff.ſi cert. pet.& ad
maiorem declarationem prædictorum,& l.cum Cor-
nelius,vide quæ dicam in pen par.in 7.quæſtione eſt
ergo ad differentiam veri procuratoris.
36 † Addidi poſtea promiſſoris cõmodo. Quia inter-
eſt promiſſoris poſſe pluribus ſoluere,vt facilius libe
retur,idq; ſenſit Pau.Caſt.in adiecto loquẽs in l. ſi cõ
fundũ.ff.de pactis,Bar.in l.qui res.in §.qui ſtipulante,
n.1.ff.de ſolut.& Iaſ.in l.1.in fi.ff.de pact. quãti autẽ
cõmodi,quãtæq; vtilitatis ſit promiſſori cõſtabit ex
his,quæ in ſequẽti par.dicam. In qua tractabo quid in
perſona Adiecti deſignari cõferriq; poſſit,videlicet ra
tione loci,ſummę,tẽporis,& aliarum rerum. cõſtabit
etiã ex his quę in diuerſis locis huius tractatus dicam.
37 Adieci † etiam creditoris commodo propterea,
quæ paulo ſuperius dixi, & iuxta l. qui res in §. mihi
Romæ.ff.de ſolut.& notauit Iaſ.in l.1.in fi.ff.de pac.
& creditoris etiam commodo adiectum poſſe con-
ſtitui ſcripſit Aret.in l.ſi.in §.fi.n.9.ff.de verb. oblig.
& vt paulo ſuperius dixi in ambiguo cũ quis ſibi, aut
Titio dari ſtipulatur ſemper intelligendum eſt adie-
ctum, commodo promiſſoris propter formam adie-
ctam in ſtipulatione, quam ſtipulator immutare non
poteſt.d.l.vero procuratori,& l.aliud de ſolut.
38 Deinde ſubieci vel ſuo commodo † atqui ſi ſuo cõ-
modo adiiciatur aliquis ad ſolutionem Adiectus nõ
erit ſecundum Paul.Caſtr.in l.liber homo in §.fin.ff.
de ver.oblig. finge namque ſecundum Paul. Caſtren.
quòd ſtipulator debitor erat Adiecti eidemque pro-
miſerat,non poterit hoc caſu Adiectus nuncupari,&
placet ipſum ad verbum referre,in ea ſtipulatione cõ-
cepta in hæc verba. Decem mihi,aut Titio vtrum ego
velim date ſpondes? quærit an Titius dicatur Adie-
ctus, & ait ſi quidem non intererat mea illi ſolui, vt
apud eum remaneret,quia nihil illi promiſeram, nec
incurro aliquam pœnã quo ad eum, nec aliquod dã-
num,tunc dicitur eſſe Adiectus,ad ſolutionem, & te-
netur mihi,non tamen ei poterit ſolui me inuito pro-
pter relata verba, Vtrum ego velim, ſed me volente,
& ſi fortè mandaueram Titio, vt de illa pecunia ali-
quid emeret mihi tunc:ſi elegi,vt illi ſoluas,& nõ ſol-
uiſti agam ad intereſſe:ſi autem intererat mea illi ſol-
ui propter illum,quia forte ſibi promiſeram,tunc nõ
dicitur Adiectus ad ſolutionem, nec teneretur mihi
reſtituere. Hactenus Paul. cuius mens vno verbo ex-
plicari poteſt,vt is Adiectus ſit à quo ſtipulator repe-
tit,vel mandati vel negotiorũ geſtorum actione:con-
tra verò ſecundum eum is Adiectus non cẽſeatur vbi
repetitioni non ſit locus,quia apud eum ſit remanſu-
ra pecunia,(ſed ni fallor)longe errauit Paul.& meri-
to ab Aretino eodem in loco reprehenſus eſt, inquit
enim Aretinus:Adiectus ſimilis eſt procuratoris, vt
patet in l.ſi cum Corn.ff.de ſolut.& in lege cum quis.
eod.titu. quemadmodum ergo poteſt conſtitui pro-
curator in rem ſuam l.1.& ibi Bartol. C. de actio &
39 oblig. † Ita & Adiectus in rem ſuam poterit cõſtitui.
legi etiam Paul.Pariſ.in conſi.107.nu.31. & ſeq. vol.
3 quod reſponſum reperitur inter conſilia Car.Ruy.
ſub nu. 209.de pluribus vol.1.qui Aret.ſentẽtiã pro-
bat,& addit adiectus in rem ſuam factus intelligitur,
quando intereſt illius,vt Adiecto ſoluatur,& quod ſo
lutum apud eum remaneat, & ſubiicit in adiectum in
rem ſuam transferuntur actiones vtiles, quemadmo-
dum transferuntur in procuratorem in rem ſuam l.il-
lam.C.de don.& notatur in l.1.C. de act. & oblig. &
reſpondit inter mercatores in quotidiana quæſtione,
de qua vbi quæſtiones inſeremus dicemus, ſed & ego
Aretini ſententiam ex pluribus comprobo. Nam prę-
ter id quod ſignificatio vocabuli,& huic adiecto cõ-
uenit à quo optimum ſumitur argumentum, & ab ea
regulariter non eſt recedendum,vt paulo ſuperius di-
xi.hæc ſententia probatur in l.Iulianus.in §. qui fun-
dum.ff.de verbo.obligat.conſiderando principium.
illius.§.& ſidem in illis verbis, Sed ſi donationis cau-
ſa Titium interpoſuit,& hoc ſenſiſſe videtur Barto.in
eod.§.ſub nu.4.ſenſiſſe videntur alij Dd.ibidem dum
quærunt qua actione ab adiecto repetatur,& illũ,qui
donationis cauſa adiicitur Adiectum nuncupant, &
idem innuit Angel. Aretin. in §. ſi quis alij, Inſtit. de
inutil.ſtipul.Raph.Cuma.in l.qui res in §.qui ſtipula-
tur nu.3.ff.de ſolut.vbi & Imol.Bar.& ipſemet Paul.
Caſtrenſ.& Raph.in l.Stichum in §.vſufructum.ff.de
37 ſolut. & de hoc Adiecto donationis cauſa in tertia
parte. dicam in 24.ampliatione, & in ſequen parte
verſi.

verſi. Rurſus amplianda eſt, nu. 20. & illud certi iuris
eſt in re dubia donationis cauſa adiectū non cenſeri,
quia donatio præſumenda non eſt. l. ſi cum aurum. ff.
de ſolut. l. cū de indebito. ff. de probat. & inquit Bal.
in conſi. 348. factæ fuerunt &c. col. fin. vol. 1. qui citat
dictum. §. qui fundum. ff. ſolut. matr. l. dotis cum materia, & quod notatur de cōſtit. pecun. aut ſi quādo iō
igitur ratio Paul. Caſtren probabilis eſt, nō repetitur
ab Adiecto: ergo non eſt adiectus, vt ex relatis patet.
ſed quoniam incidimus in §. qui fundum, qui notabilis eſt in noſtra materia, non longe ab ea abiens non
omittendum duxi quod Barto. ibidem eleganter ſcri-
40 ptum reliqui. † Si vendidi tibi rem, & de euictione
promiſi, quam alij donaſti, & à donatario fuit euicta,
contra me, qui vendidi agere non poteris, quia tua nō
intereſt ex eo, ꝙ donatario de euictione non teneris
cum inceperis à traditione l. Ariſto. §. vlt. vbi gloſſ. &
Bar. ff. de donat. idque probatur in relato §. vt ſcripſit
Bart. & eſt glo. in l. ſi pro re pupilli. in vltima glo. vbi
etiam Bart. ff. de euict. Non ergo emptori, non donatario teneor re euicta: quod eſt valde notādū, & quotidianum. Verum id quod diximus duobus modis ab
eodem Bar. cuius ſententia recepta eſt, reſtringitur:
altero modo, vt locū habeat in mera ac ſimplici donatione, ſecus verò ſi remunerandi gratia facta eſſe.
Tunc enim licet donans à traditione cepiſſet, poſſet
agere contra venditorem de euictione. Intereſt enim
ſua rem donatam euictam non eſſe, vt liberetur ab ea
obligatione, quam antidoralem vocant l. idemque §.
fi. & ſeq. & l. ſi vero nō remunerandi. ff. mand. & Bar.
ſententiam probant eo in loco. Alex. Pet. Beſſut. &
Aret. & in eadem ſententia fuerunt Iac. Aret. Ray. &
Albe. ibidem Alex. in conſi. 47. viſis inſtrumētis col.
2. verſ. cōfirmantur prædicta lib. 3. quibus adde Andr.
Tiraq. in repet. l. ſi vnquam in verſic. donatione largitus nu. 59. C. de reuo. donat. qui alios idem probātes
refert, & citat Dec. contrarium ſentientem in l. ſi donatione col. 7. ver. poſtremo ad ſupradicta C. de collat. vides ergo quem notabilem effectum pariat antidoralis obligatio. & multos alios enumerat Iaſ. in l. ſi
non ſortem in §. libertus numero 4. & ſequent. ff. de
cōd. indeb. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. quibus
addes Ang. Tiraq. qui multa (vt ſolet) congeſſit in d.
l. ſi vnquam à nu. 11. vſque ad numerum 20. & eſt in
verſi. donatione largitus, & eun. Tiraq. de leg. cōnub.
in gloſſ. 5. nu. 54. col. 1. Io. de Ami. conſi. 41. Cur. Iun.
in conſ. 54. & conſ. 34. & egregium Hierony. Tor. in
rub. de verbo. oblig. nu. 3. 10. & ſequen. quæ addi poſſunt ad vulgarem legem, ſed ſi lege. in §. conſuluit. ff.
de pet. hæred. ſed vt vnde diuerteram redeā, nec enim
ab re prędicta retulimus, probat & Iaſ. in d. §. qui fundum relatam declarationem, & addit ex eo ſequi duo
42 notabilia. † Primum eſt ſi in d. §. qui fundū Titius adiectus remunerationis cauſa fuiſſet adiectus, & verſaremur in remuneratoria donatione locum non haberet text. in ea parte, ſed ſi donationis cauſa Titium interpoſuit dicetur traditione protinus reum liberari.
Quia intereſt ſtipulatoris ab illa obligatione antidorali liberari, vt dictum eſt. & ſanè notanda eſt declaratio ad tex. & neceſſario (ni fallor) ex præmiſſis admittenda, ſubiungit Iaſ. & illud ſecundum ſequi, quod dicitur, in donatione, quæ incipit à traditione euictionem non venire, vt in citata l. Ariſto. in §. fi. locū habere in ſimplici donatione, non autem in remuneratoria. Altero & ſecundo modo, quod diximus agi nō
poſſe contra venditorem ſi donationis meræ titulo
emptor alij tradiderit, reſtringit Bar. vbi ſcilicet tempore donationis omne ius ſibi competens cōpetiturúmve in re donata vel eius occaſione donatario ceſſerit conſtituendo eum ſub vulgari formula procuratorem in rem ſuā: poſſet namque ſic donatarius primo venditori denuntiare, & re euicta agere d. l. ſi pro te. ff de euict. & vide Bar. inſtruentem aduocatum, cuius ſententiā Ang & Paul. probare videntur. itē & Bal. & Alex. & Iaſ. defendūt ab his, quæ & Raph. & Aret. improbātes dixerūt. Deniq; de hoc adiecto donationis cauſa, vide quæ dicā in ter. par. 5. 23 amplianda eſt & in ea. par. in prima limitatione circa fi. & in vlt. par.

Subiunxit alternatiuè: ſic enim adiectus conſtituitur non copulatiuè, vt paulò ſuperius probaui, & in pen. par. in prima, & ſeq. quæſtionibus tractabo.

De iure ſeu poteſtate Adiecti.

POſtremo ſubieci ſolutioni adiicitur, nec ab re, non enim obligationi adiici poteſt propter relatas regulas ſed ſolutioni,
43 quæ facti eſt. † Nec enim aliquid iuris Adiecto acquiritur, vt inquit Bar. in l. cū quis. ff. de verb. oblig. & ait Iuriſconſultus in l. ſi. in §. ſi ita. ff. de verb. oblig. conſtat mihi ſoli acquiri obligationem. Titio autem duntaxat rectè ſolui, idem probatur in l. cū qui ita in §. qui ſibi. ff. de verb. oblig. l. ſed ſi filio. §. 1. de
44 conſt. pec. verba † namque obligatiua in Adiectum conferri non poſſunt, ſed ſolum reſpicientia ſolutionem, vt ex prædictis liquet, & inquit Alex. in conſil. 95. ponderatis &c. nu. 1. vol. 3. citat l. vero procuratori. l. ſi cum Cornelius, & l. aliud. ff. de ſolut. eſtque elegans gloſſ. non relata in l. 3. in verbo ratum. C. de
45 contra. & com. ſtipula. vnde ſequitur, quod licet † Adiectio perſonæ poſſit dici de acceſſoriis ſtipulationis, vt probat tex. in l fin. in §. fin. ff. de verb oblig. propriè tamen loquendo non dicitur acceſſoria obligationis cum adiecto non quæratur obligatio, ſed ſolum ſoluendi facultas, & ita declarant Bartol. Imo. & Paul. poſt gloſ. in l. qui res in §. mihi decem. ff. de ſolut. & Bart. & alij in §. qui ſtipulatur ea lege, quod &
46 inferius declarabitur. † Ex his etiam ſequitur Adiectum non poſſe agere, vt inquit gloſſ. in §. ſeu verſic. plane Inſtit. de inutil. ſtipul. in verbo ſcio, citat dictas leges vero procuratori ff. de ſolut. & l. ſi filiofamilias.
47 in fin. ff. de conſtit. pecu. † vbi ita ſcriptum eſt, ſi mihi aut Titio ſtipuler Titio conſtitui ſuo nomine nō poſſe Iulianus ait, quia non habet petitionem tametſi ei ſolui poſſit. l eum, qui ita. §. qui ſibi, & l. fin. §. fin ff. de verbor. oblig. vbi tex. elegans addo tex. in l. quod ſtipulatus. ff. de ſolu. gloſſ. in l. ſoluēdo in verſi. quod autem. ff. de neg. geſt. Corn. conſi. 289. viſis nōnullis &c.
48 nu. 5. vol. 3. † Quod autem diximus adiectū nō agere, intelligendum eſt ex ſua perſona id ſibi denegatum. At cum mandato creditoris non videtur de hoc rectè poſſe dubitari, id namque probatur in l. ſi cum Cornelius, vt Bald. animaduertit in ſuis annot. & citat Alexand. in l. ſi ſtipulatus de verb. oblig. in vlt. colum. ſed vide Bart. & Iaſ. in l. 1. in fin. ff. de pact. & id referri poteſt ad conſuetudinem mercatorum, quotidie enim mercatores frequentant, & vtuntur in Adiectis in chirographis: vt puta, promittitur Titio Anconæ, aut Meuio centum ſoluere in oppido Antuerpiæ, cum Mæuius petitionem non habeat, bona cautela eſt, vt procurator Mæuius conſtituatur ad agendum cum ea poteſtate, quæ creditori expedire videbitur, hoc enim modo debitor ab Adiecto procuratore conſtituto rectè poterit cōueniri. Itē ſequitur etiā
49 † Adiectū ſine mandato creditoris ad quem res pertinet obligationem nouare non poſſe. l. ſi debitorem

meum.l.non ideo.ff.de nouat.l.non abſtulit.C.de no-
ua.l.quod ſtipulatus.ff.de ſolu. vbi ita legitur, Quod
ſtipulatus ſum ita mihi, aut Titio, Titius nec petere,
nec nouare, nec acceptum facere poteſt, tamenque ei
ſolui poteſt. Non ergo liberat debitorem, ſed ei dun-
taxat rectè ſoluitur, vt & Paul. Caſtreo. ſcripſit in l. ſi
vnus in princ. nu. 7. ff. de pactis, & probat Alex. in re-
lato conſi. 95. vol. 5. & in l. eum, qui ita in §. qui ſibi in
fi. vbi & Iaſ. ſub. num. 12. verſic. ſupraſcripta omnia ff.
de verb. obliga & vide Accurſium in d.l. non ideo. ff.
de noua. quibus addes, quæ dicam in tertia part. verſi.
Quinto reſtringēda nu. 125. vbi inter alia citaui Ang.
in l. quod ſtipulatur. ff. de ſolut. his etiam conſequens
50 eſt cum tantum poſſit adiecto ſolui † ceſſionem reci-
pere non poſſit. nec moueat, quod in ſolutum datio
exceſſione fieri videatur, quæ vim ſolutionis habet,
facit l. ſolutionis. ff de verbo. ſign. quia reſpondetur
Adiectum aliud pro alio ſine cōſenſu creditoris reci-
pere non poſſe, vt Alex. in relato reſponſo ſenſit, vbi
citat. l. 2. in § n. 4. ſi cert per. & ſubijcit declarare Bar.
51 in l. ſatisfactio. ff. de ſolut. ſubiungitque, † vbi verbum
ſoluere adiūgitur pecuniæ ſtrictè accipitur, & requi-
rit, vt interueniat naturalis ſolutio rei adiectæ verbo
ſoluere, nec alius liberationis actus, vel fictè ſolutio-
nis ſufficit, non ergo liberabitur debitor ſi aliam ſatiſ-
factionem recipiat Adiectus, & probat Alex. ſenten-
tiam Alciat. in l. ſolutionis de verb. ſignif. Pau. Pariſ. in
conſ. 107. nu. 131. vol. 3. & probari videtur hæc ſentē-
tia in l. ſi. in § fi. ff. de verbo. oblig. vbi & illud, quod ma-
gis in dubium reuocari poterat, dicitur quādo diuer-
ſa res adiicitur in perſona Adiecti reſoluta ipſo iure,
non contingit liberatio de quo in ſeq. par dicam, ſed
circa prædicta ſcripſi in tractatu meo nondū impreſ-
ſo quem inſcripſit, Non ſoluendo & vide Alciat. in l.
52 liberationis. ff. de verb. ſig. † Similiter eadem ratione
Adiectus donare non poteſt. l. ſi. in prin. ff. de nouat. l.
contra iuris in §. ſi. ff. de pact. l. filiusfamilias ff. de do-
nat. & Alex in relato conſi. vnde & illud etiam ſequi-
53 tur. † quia facti ſolutionis ſcilicet nudum habet mini-
ſterium fideiuſſorem accipere non poſſit l. ſi mihi. aut
Titio decem. ff. de fideiuſ. Item nō poterit ei ſuo no-
mine cōſtitui l. ſed & ſi filiusfamilias. ff. de conſtit. pe-
cun niſi de voluntate creditoris. ff. eod. l. eum qui. §.
54 quod exigimus. † Item pignus Adiecto datum peti
poteſt, non enim Adiecto bona obligari poſſunt. l. is
qui promiſit. ff. de pigno. ſed prædicta intelligenda
ſunt ſecundū relatas leges. Non enim locum habent
in Adiecto in rem ſuam, qui petitionem habet, ſecū-
dùm ea, quæ paulò ſuperiùs retulimus: & vt pleniùs
Adiectus innoteſcat relato modo deſcripſimus.

ELENCHVS RERVM SEV SENTENTIA-
RVM, QVÆ IN SECVNDA PARTE CONTINENTVR.

1 *Non ſat eſt inuenire quod dicas, ſed inuenta ſunt diſponenda.*

2 *Diuerſa res an poſſit deſignari in perſona adiecti nu 2 & ſeq nu.*

3 *Solutio facta de re debita ſiue alia de voluntate creditoris liberat debitorem.*

4 *Solutio facta alij de re debita ex voluntate creditoris, tollit obligationem ipſo iure.*

5 *Solutio facta alij quàm cui debetur in alia re volente creditore, an pariat liberationem ipſo iure vel ope exceptionis nu 5. & ſeq.*

6 *Solutio facta adiecto de re diuerſa deſignata in eius perſona, parit liberationem ope exceptionis quod declaratur nu. 6. & ſeq. nu.*

7 *Interpretatio data ab Aret. in l fin. in §. ſi. ff de verb oblig. reprobatur nu. 7. & nu. 10.*

8 *Ratio noua & pulchra ad l. ſi. in §. fin. ff de ver. oblig quare diuerſa res in perſona Adiecti deſignari non poſſit.*

9 *Ratio quare contingat liberatio ope exceptionis ſi ſoluatur res diuerſa Adiecto in perſona eius deſignata.*

10 *Interpretatio ſeu declaratio noua ad l. ſi in §. ſi. ff. de verb oblig.*

11 *Interpretatio ad l. ſi cum Cornelius. ff de ſolut.*

12 *Interpretatio ad l. ſtipulatus & ſimiles. ff. de ſolut.*

13 *Operæ ſi ſoluātur Adiecto an contingat liberatio.*

14 *Interpretatio ad l ſeruus. & ſeq. ff. de op. lib.*

15 *Tempora diuerſa in perſona adiecti deſignari poſſunt & dies citerior nu. 15 & ſeq.*

16 *Dies conuentionalis non impedit obligationē contra Accurſium nu. 16 Cuius inferius ſententia declaratur.*

17 *Stipulatio vbi breuius, & longius tempus continet longius ſpectandam, quod eleganter declaratur ſecundum Bald.*

18 *Adiecto non rectè ſoluitur poſteriori die vbi citerior in ſua perſona confertur nu 18. vbi Rapha improbatur.*

19 *Interpretatio elegans ad l ſi. in §. ſi ff de ver. obl.*

20 *Qualitas diuerſa aun poſſit conferri in perſona adiecti.*

21 *Acceſſoriam vitiatur vitiato principali, declaratur.*

22 *Obligatio requirit fundamentum in quibuſcunque actibus.*

23 *Obligatio pure facta vel ſub conditione impleta, realiter idem ſunt.*

24 *Statutum mandans inſtrumenta pura, & liquida exequi cōtra perſonam obligatam, an habeat locum in inſtrumentis conditionalibus conditione impleta nu. 24 & ſeq.*

25 *Agens ex debito puro nō poſſit obtinere ſi probat debitum cōditionale purificatū nu 25. & ſeq.*

26 *Stipulans ſibi ſub conditione, & adiecto, pure cēſetur ſtipulatus adiecto in caſu in quo conditio impleatur.*

27 *Condi-*

27 *Conditionis implementum non eſt de contractu, ſed extra contractum.*

28 *Inſtrumentum aliud, & aliud debitum.*

29 *Ordo iuris ſit neceſſarius in liquidatione facienda, & qui relatiuè.*

30 *Stipulans ſibi purè, & Adiecto ſub conditione poteſt agere ante conditionem impletam in perſona Adiecti.*

31 *Suſpenſio in vna parte alternatiuè etiam aliam ſuſpendit.*

32 *Legatæ ſi ſint duæ res alternatiuè vna purè, & alia ſub cõditione mortuo legatario cõditione pendente rem pure legatam ad hæredes ſuos non transmittit. nu, 32. quod eſt notandum.*

33 *Conditio exiſtens ſiue in vita, ſiue poſt mortem ſtipulatoris conditionem purificat.*

34 *Repetita cenſentur in perſona Adiecti dicta in perſona principalis.*

35 *Declaratio ad doctrinam Bar. notabilis in §. Criſoganus, quando qualitas adiecta in principali cenſeatur repetita in acceſſorio.*

36 *Conditio ſi adijcitur diuerſa in perſona Adiecti quàm ſtipulatoris quid iuris.*

37 *Perſona ſi inutiliter adijciatur, vt quia mortua non vitiatur ſtipulatio.*

38 *Stipulatio ſi concepta ſit hoc modo ſi Titio non ſolueris quinque dabis mihi decem ſolutis quinque Titio liberatur promiſſor.*

39 *Promittens mihi decem aut quinque Titio hoc acto, vt in perſona mea decem loco pœna ſint adiecta ſi non ſoluerit Titio, ſi quinque Titio ſoluerit continget liberatio.*

40 *Stipulatio illa an ſit probanda vel improbanda promittis mihi quinque ſeu Titio dare quinque, & ſi non dederis decem diſtinguitur. nu. 40. & ſeq.*

41 *Stipulatio quæ continet quinque dari Titio habet mixturam facti. nu 41. & ſeq.*

42 *Pœna non committitur in obligationibus dãdi, & facti diuidui pro parte ad impleta, & ibi relatiuè interpretatio ad c. ſuam de pœnis.*

43 *Pœna adiecta facto affirmatiuo etiã iure Pontificio in foro iudiciali exigi poteſt.*

44 *Stipulans ſibi decem aut Titio quinque ſolutis quinque Titio remanent alia quinque in obligatione quod diſputatur.*

45 *In obligatione alternatiua ſolutione facta de vno contingit liberatio ab altero, & ſi minus ſit, quæ regula declaratur.*

46 *Pauli Caſtren. laudes.*

47 *Soluto eo quod in ſolutione eſt, contingit liberatio ab eo, quod eſt in obligatione, & quomodo.*

48 *Interpretatio ac declaratio notabilis ad l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille. ff. de ſolut. nu. 48. & ſeq.*

49 *Interpretatio notabilis ad l. qui res in §. qui ſtipulator ff. de ſolut.*

50 *Promittens mihi quinque aut Titio decẽ nõ liberatur à me in quinque ſi Titio quinque ſoluat.*

51 *Regula, quòd in ſummis, id quod minimum eſt ſpondere cenſetur, & quod minus quódque longius deductum declaratur, & pulchre de ratione.*

52 *Affectio nõ cadit in ſummis in eadem perſona, quod declaratur notabiliter.*

53 *Stipulatus ſum mihi quinque aut Titio decem, & quinque ſoluta ſunt Titio, reliqua quinque quomodo petam.*

54 *Interpretatio ad l. liber homo. in § ſi ff. de verb. oblig.*

55 *Libellus incertus admittitur, quando incertitudo cauſatur facto conuenti.*

56 *Solutio facta de ſumma non integra in perſona adiecti deſignata promiſſorem non liberat, quod & locum habet in adiecto cauſa donationis.*

57 *Soluens ſummam maiorem in perſona adiecti deſignatam non repetit.*

58 *Diuerſus locus poteſt in perſona adiecti deſignari, & facta ſolutione contingit liberatio ipſo iure.*

59 *Factum deſtinatum ad dationem, reputatur potius datio, quàm factum.*

60 *Promiſſio facta de ſoluendo centum certa die, vel pignora afferre ſub certa pœna, quòd pœna peti non poſſit tanquàm in fraudem vſurarum.*

61 *Promittens centum mihi aut Titio Epheſi dare, ſi alibi det Titio quòd non contingat liberatio, & quomodo libellus concipiendus ſit.*

62 *Quæ conſiſtunt in dando non variantur loci varietate eſſentialiter.*

63 *Petimus aliquando vnum, & aliud conſequimur.*

64 *Factum diuerſum an poſſit deſignari in perſona adiecti.*

65 *Cauſa durior vel leuior Adiectionem non vitiat.*

DE HIS QVÆ IN PERSONA ADIECTI DESIGNARI SEV conferri poſſunt.

1 NON minus verè quàm eleganter inquit Cicero de Oratore lib. 1. † Non ſatis eſſe inuenire quod dicas, ſed inuenta ordine atque iudicio diſpenſare, atque diſponere, opus eſſe. Igitur facturus verba de his quæ in perſona Adiecti deſignari poſſunt, conſideraui diſpoſitionem in hac noua quidem materia, neceſſariam eſſe, ordinem ergo quem à veteribus Iuriſconſultis didici, & in l. Aut facta. ff. de pœnis, & in aliis locis inferius referendis ſeruabo.

Primum tractabo de re diuerſa.
Deinde de temporibus.
Tum de qualitatibus.
Poſtea de conditione.
Quibus explicitis de perſona.
Item de ſumma diuerſa.
Deinde de loco diuerſo.
Ad extremum de diuerſo facto, ac cauſa, diſputabo.

Iuriſconſultus in l. fi. in §. fi. ff. de verb. oblig. quædam ex his, & plenè & eleganter tractauit, & meritò Baldus ibidem inquit. §. iſte materiam hanc ita doctè tractauit, vt alibi non inuenias: Quando alternatiua ponitur inter perſonas quarum alteri acquiri poteſt, alteri verò non poteſt, ſequar ergo Iuriſconſulti ordinem, & poſtea nonnulla ad materiam neceſſaria addam. Quæro igitur primùm iuxta propoſitum ordinem circa res, exempli gratia, ſtipulatus ſum à te mihi decem dari aut Titio hominem, & Iuriſconſul-
2 tus reſpondit in d. §. fi. † Aliam quidem rem in perſonam meam, aliam Titij deſignari non poſſe. ſi verò Titio ea res ſoluta ſit, quæ in eius perſona deſignata fuerit, licèt ipſo iure non liberetur promiſſor, per exceptionem tamen defendi poſſit. verbis igitur Iuriſconſulti relatis, ad eorum interpretationem ſciēdum eſt Accurſium in eo §. in ver. per exceptionem, in eo quod quæritur an ſolutio ipſo iure, vel per exceptionem liberationem pariat aliquas facti ſpecies conſtituiſſe, ſed & Bart. in l. ſi cùm fundum. ff. de pact. tres clariùs notaſſe, & ſunt tales.

3 Prima † quando ſoluitur ei cui debetur ſiue idem, ſiue aliud, ex voluntate creditoris tollitur obligatio Inſti. quibus mod. tol. oblig. in prin.

4 Secunda † quando ſoluitur eadem res, quæ debetur ſiue ei cui debetur, ſiue alij eo volēte tollitur obligatio ipſo iure l. ſolutam. ff. de ſolut.

5 Tertia † quando ſoluitur aliud quàm id quod debetur, & alij quàm cui debetur creditore volente cōtingit liberatio ope exceptionis, caſus inquit eſt in l. fi. in §. fi. in princ. ff. de verbor. oblig. paulò ſuperiùs relato. & ſubiicit Bar. Glo. ibidem ſic intelligere, hęc ille. Reuoco in dubium hanc vltimam facti ſpeciem. Videtur namque dicendū ſi volūtate creditoris aliud quàm debeatur alij ſoluatur ipſo iure contingat liberatio d. l. ſolutam. ff. de ſolut. Vnde Batt. ſibi parum contra morem ſuum in hoc conſtans in dicto noſtro.
6 §. fi. & in l. ſi hæredes generaliter. ff. de leg. 1. † in relata facti ſpecie ipſo iure putauit liberationem cōtingere, & ius ſingulare eſſe in Adiecto, vt ope exceptionis contingat liberatio, & huius rei illa videtur reddi ratio, quia Adiecto (vt non ſemel diximus) & probatur. in §. ſi quis alij ver. planè Inſtit. de inutil. ſtipu. etiā inuito creditore ſolui poteſt, quod fieri non poteſt ſimplici Procuratori, & hanc ſententiam ſubdubitādo Imol. in d. §. fi. veriorem putabat, & Iaſ. ius ſingulare eſſe in Adiecto ſenſiſſe videtur in l. 2. in §. mutui datio in fin. ff. ſi cer. pet. & citat Matt. in not. ſuis, & idem Iaſ. in l. cum incertus nume. 4. ff. de leg. 1. ſed & Alb. in eo §. idem ſenſiſſe videtur, dū vltimo loco ait Dec. ter. ſecundùm Iac. Raue. quòd hic non ſoluitur vna res pro alia, ſed ſoluitur res adiecta in perſona Adiecti. Arg. ff. de ſolut. l. qui res. in §. mihi, ſed & acutiſſimi ingenij vir. Arer. in eo §. ſi ſcriptum reliquit. Si admittamus ſpeciale eſſe in Adiecto, vt non cōtingat liberatio ipſo iure ſi aliud in eius perſona deſignatū ſoluatur ea ratione, quia inuito creditore ſolui poteſt, neceſſariò id admittendum ait ſolum in Adiecto gratia debitoris, cui inuito creditore ſolui poteſt: contra verò in Adiecto gratia creditoris, quia ei inuito creditore ſolui non poteſt l. hoc iure. in §. ſi quis dederit. ff. de dona. vbi Bar. & dixi in ſuperiori parte num. 37.

7 † Subiicit Aret. quod licet prædicta aliquo modo toleranda videantur, tentari tamen poſſe, ex eo quòd Iuriſconſultus ait diuerſam rem in Adiecto deſignari non poſſe, reſoluatur res in ſimplex mandatum, vt ait ſe dixiſſe exponendo tex. in §. ſi ita ſtipulatus fuero ea l. fi. Hoc autem mandatum inducat lex, non ex præſumpta voluntate ſtipulatoris ſpecifica, cum ipſe non Procuratorem, ſed Adiectum voluerit conſtituere, ſed lex ipſa hoc inducat præſumendo, quòd ſi ſtipulator non credidiſſet hunc adiectum fieri non poſſe, veriſimile ſit eum procuratorem eſſe voluiſſe: arg. l. tale pactum. in §. fi. ff. de pactis. vnde quia hic nō eſt Procurator tacitè, vel expreſſè cōſtitutus ab homine, ſed à lege ratione prædicta, non eſt mirum ſi non contingit liberatio ipſo iure, ſed ope exceptionis, quia non poteſt dixi ſolutio propriè ex voluntate creditoris facta: facit optimè ſecundùm eum pro iſta differentia, quod habetur in glo. ordinaria in l. ſi pupilli in §. item quæritur. ff. de neg. geſt. vbi ſolutio facta de mea pecunia creditori ab eo, qui non intendebat me liberare, ſed cum putaret ſe debitorem, liberat me ope exceptionis non ipſo iure, & addit ad prædicta videndū Bart. in l. non ſolum in princip. ff. de procu. vbi ponit aliquas differentias inter procuratorem conſtitutum à lege, & ab homine. Hæc ille non in ſubtiliter (vt ſolet) quæ ſi vera eſſent, ſequeretur huic adiecto, de quo verba fecimus inuito creditore ſolui non poſſe, quod tanquam contra iuris regulas, & mētem doctorum non puto admittendum, ſed reſtringendum text. in adiecto gratia debitoris, (prout in re dubia iudicādum eſt) nō nego vt Aret. paulò ſuperius relatus ani-
8 maduertit. † ego autem (vt dicam quid ſentiam) prædictorum rationes forſan veras reddi poſſe putabam, ſuccurrit enim, quod inquit Bar. in l. 1. ff. de pact. tria requiri in ſtipulationibus. Perſona promittentis, Perſona cui promittitur, & res quæ promittitur l. 5. in §. ſtipulatio. ff. de verbor. oblig. & inquit Iuriſconſultus in l. quæcunque. ff. de act. & oblig. Quæcunque gerimus cum ex noſtro contractu originem trahunt, niſi ex perſona noſtra initiū ſumant, obligationis inanem actum efficiunt, & ait Iuriſcōſultus in noſtro §. quem exponendum duximus: Niſi quidem à me vim accipiat obligatio, nihil poteſt valere. Cùm ergo res ſit de ſubſtantia ſtipulationis, & nō ſumat in re de qua agitur initium à perſona noſtra, & alteri ſtipulari nemo poſſit, meritò Iuriſconſultus ait diuerſam rē in perſo-
9 nam adiecti deſignari non poſſe † & non eſt mirandum ſi liberatio non ſit ipſo iure, ius enim nō aſſiſtit: & ſi quæratur quare cōtingat liberatio ope exceptionis ſi diuerſa res deſignata in perſona adiecti ei ſoluatur: illa (ni fallor) vera reddi poteſt. Quia licet iuris ſubtilitate ex relatis rationibus non contingat liberatio ipſo iure, cùm tamen mutuus conſenſus interueniat ſtipulatoris ſcilicet, & promiſſoris, & certam hāc formam habuerit ſtipulatio l. vero procuratori. ff. de ſolut. ex æquitate propter mutuum conſenſum facta ſolutione adiecto receptum eſt promiſſorem ſi cōueniatur à ſtipulatore exceptione ſe tueri poſſe, & hæc ſententia adiuuatur ex his, quæ de diuerſitate loci inferius dicam, ſub nu. 58. Argumentum namque validū eſt de re ad locū l. ſi quis delegauerit. ff. de au. & arg. leg. cōprobatur hæc eadem ſentētia, non inſubtiliter (vt puto) ex l. ſi id quod. ff. de duobus reis, vbi ſi ego, & Mæuius dotis nomine ſtipulamur à Titio centum pro Pamphila, quæ mihi nuptura erat, quia

due rei conſtitui non poſſunt etiam ſi hoc actum ſit,
vt eſſemus duo rei credendi ex ratione quam retuli in
12.q. pen. par. ſolutione vni facta non ipſo iure, ſed
ope exceptionis contingit liberatio,quod nõ alia ra-
tione eſt,niſi ex conſenſu, quia ratio vetat cõſtitutio-
nem duorum reorum,& æquitas hoc ſuggerit, vt dixi
in relato loco , & gloſſ.in ea.l.ſenſit.in ver. mauet. vt
ergo ad rem redeam ius ſingulare eſt in Adiecto , vt
tueatur ſe promiſſor ope exceptionis propter relatas
regulas,quæ in hoc caſu interueniunt,& quæ non ad-
uerſantur extra caſum adiecti , quando ſoluitur aliud
quam id quod debetur,& alij,quàm cui debetur cre-
ditore volẽte,& merito hoc vltimo caſu cùm expreſ-
ſa voluntas creditoris interueniat,& relatæ regulę nõ
aduerſentur , ipſo iure contingit liberatio ſecundum
relatos Dd.& rectè,vnde ſequetur , & erit declaratio
10 noua, &(ni fallor)vera ad §.noſtrum , quòd ſi † tem-
pore ſolutionis adeſſet voluntas libera creditoris , &
ſic ſolueretur res diuerſa adiecto in eius perſona deſi-
gnata,accedente conſenſu creditoris in ipſa ſolutio-
ne contingeret liberatio, ipſo iure eo modo quo di-
ximus contingere quando ſit alij de re diuerſa ex vo-
luntate creditoris,idq́ue ſenſiſſe videtur Paul.Caſtrẽ.
in l.qui res in §.mihi Romæ,ff.de ſolut.conſequenter
arbitror nõ eſſe verum in propoſita diſputatione ad-
iectum hunc procuratorem conſtitutum cenſeri , vt
Aret.dicebat.Nec aduerſatur ſententię noſtrę §.ſi ita
hac ea.l.vbi quando quis ſtipulatus eſt ſibi,aut Titio
decem dari,& reſpondit promiſſor promitto ſibi non
poteſt ſolui adiecto,illud namque ex eo euenit , quia
mutuus conſenſus non interuenit iuxta Alb. & aliorũ
ſententiam in eodem. §. de quo plenius dicturus ſum
11 in pen. par. in 5 quæſtione , Non † mouet etiam l.ſi
cùm Cornelius. ff. de ſolut. habet enim locum extra
caſum propoſitum,vt in ſuperiori parte declaraui nu-
mer.35.& in pen.par.dicam in 7.quæſtione. Hic ergo
adiectus nec ex perſona ſua aget,nec vt à lege procu-
rator conſtitutus,tantum enim Iuriſconſultus noſter
ait ſi huic adiecto ſoluatur exceptionis ope promiſſo-
ri eſſe conſultum, quæ omnia quanti momenti ſit in-
quirere,nemo eſt,qui non videat,quæ & vera eſſe pu-
to,& ex mente legum,& naturali ratione adiuuantur,
& notandum eſt quod diximus ope exceptionis con-
tingere liberationem,ideo euenire , quia res diuerſa,
quæ ſoluitur eſt deſignata in perſona Adiecti : aliàs
namque Adiectus ſine conſenſu creditoris aliud pro
alio recipere non poteſt , vt reſpondit Alexandr. in
12 conſil. 95.vol.3.& dixi in ſuperiori par.nu.50.† Nec
eſt ſilentio prætereundum in l.qui hominem.in §.ſti-
pulatus ſum. ff.de ſolu.eundem caſum proponi de eo
qui ſtipulatus ſit ſibi decem , aut Titio hominem da-
ri,ſi homo Titio detur promiſſor liberetur.qui tex.li-
cèt ſimpliciter dicat promiſſorem liberari , & videa-
tur aduerſari,bis quæ diximus:tamen eſt exponendus
ne ſit contrarius noſtro.§.ope ſcilicet exceptionis, vt
animaduertit Accur.ibidem citando tex.noſtrum, &
eodem modo exponendus eſt tex.in l.qui res in §.mi
hi Romæ.ff de ſolu.vbi dicitur liberari promiſſorem,
qui mihi Stichum.aut Titio Pamphilum promiſerit,
& dederit Titio Pamphilum,vt declarãt Dd.ibidem,
maximè Imo.licet Angelus dixerit ipſo iure , nec re-
ctè. Eſt & illud addendũ prædictis, quod ſcripſit Ac-
13 curſ.in hoc ipſo §.in ver.per exceptionem in fi. † Ius
ſingulare eſſe in operis,vt ſi ſoluantur adiectæ perſo-
næ nullo modo contingat liberatio : vt in l.ſeruus cũ
duabus leg.ſeq.ff.de ope.liber.quam glo.& Barto.&
Bald.non improbant, & expreſſè probat Alb. ibi-
dem ſcripſit tamen Imo. in eo §. fin. leges illas intel-
ligendas ſecundùm noſtrum. §. vt in caſu iſtarum le-
gum ſolui non poſſint operę Lucio Titio Adiecto,vt
contingat liberatio ipſo iure,ſed ope exceptionis cõ-
tingat,idq́ue ait ſenſiſſe Iaco.Are. & notaſſe Cyn. in
l.liberti libertæque.ff.de oper.lib. & Ange voce di-
xiſſe,& ſubiicit pro hac ſententia facere legẽ ſequen-
14 tem.† quæ dicit quia aliæ operæ erant quæ Lucio Ti-
tio dantur,illa enim ratio,quia alia res ſoluitur demõ-
ſtrat ſolum liberationem ipſo iure non fieri , nec vi-
detur ſufficere ad liberationem penitus excludẽdam:
ſed & ego exiſtimo in eadem opinione fuiſſe Accurſ.
in d.l.quia, dum inquit , quia aliæ ab his quæ in obli-
gatione deductæ ſunt,vnde non contingit liberatio,
& citat text.noſtrum.Senſit ergo ope exceptionis li-
berationem contingere in relatis verbis : vulgare nã-
que illud eſt , & verum Dd. intelligendos ſecundum
leges,quas citant,vt inquit Barr. in l.non ſolùm in §.
liberationis verba ff. de lib. leg. Dicet aliquis pro ſu-
periori ſententia, quòd in caſu relatarum legum nul-
lo modo contingat liberatio ſi adiectæ perſonæ ope-
ræ ſoluantur,valde facere l.ſeruus citatam, dum dici-
tur,ſoluere Lucio Titio non poteſt,conſiderãdo ver-
bum non poteſt,vt per Glo.in c.1.in ver.Non poteſt.
ff.de reg.iur.ſed poſſet.reſponderi ex his , quæ de di-
cto verbo pleniùs poſt Bar.ſcripſit Iaſ.in l.Gallus.ff.
de lib.& poſth. & quia Iuriſconſultus in hoc ipſo. §.
quem exponimus eodem dicendi genere eſt viſus , dũ
inquit,rem diuerſam in perſona Adiecti deſignari nõ
poſſe,& tamẽ intelligitur , vt promiſſor ipſo iure non
haberetur ſoluendo Adiecto rem diuerſam in eius
perſona deſignatam. Vnde ex prædictis & propter
rationem Imo.in eius ſententiam inclino,& licèt Ac-
curſ.declarat dictam legem ſeruus , in quibus operis
intelligatur,vide tamen Pau.Caſtr. in l. ſi id quod , &
ibidem recentiores Ferrarienſes. ff. de duobus reis,
qui & in aliis locis(vt ipſi referunt)ſcripſere.

Quæro iuxta propoſitum ordinem an diuerſa tem-
15 pora in perſona Adiecti deſignari poſſint , † & Iuri-
conſultus in eo.§.fin. eleganter ait : Tempora diuer-
ſa deſignari poſſe. Veluti mihi kalendis Ianuariis,aut
Titio kalendis Februariis centum dare ſpondes? im-
mò etiam citeriorem diem inquit in perſonam Adie-
cti conferri poſſe. Veluti mihi kalendis Februariis,
Titio kalendis Ianuariis dare ſpondes? quo caſu ta-
lem eſſe ſtipulationem intelligimus , vt ſi Titio ka-
lendis Ianuariis non dederis , mihi kalendis Februa-
riis dare ſpondes. Hactenus Iuriſconſultus.quibus,
& illud eſt annotandum, quod cum citeriori ſeu an-
teriori die Adiecto dari ſtipulor , vt in exemplo pro-
poſito dicebar Accur. ſoluentem non liberari : quin
immo in obligationem non incidere. Sed longè er-
16 rauit , vt Bartol. & Imo. animaduerterunt. † Dies
namque conuentionalis, ſeu tempus in ſtipulatione
adiectum non impedit obligationem , præſens nam-
que eſt obligatio , & in diem dilata ſolutio l. cente-
ſimis. ff. ver. oblig. & eſt text. ad verbum , in l.qui
res in §. mihi decem. ff. de ſolut. Vbi Iuriſconſultus
in hæc verba. Nam cùm in diem ſit ea obligatio,etiã
mihi ſolui poteſt ante kalendas Februarij , & igitur
illi ſolui poterit : Nec mouere debent relata verba
Iuriſconſulti: Talem eſſe ſtipulationem intelligimus,
vt ſi Titio kalendis Ianuariis non dederis , & reli-
qua , quaſi illa verba indicent conditionem. Intelli-
genda namque ſunt , quod conditio prædicta ineſt
quoad ſolutionem , non autem quoad obligatio-
nem , niſi hoc eſſet expreſſè actum l.qui res.in §. qui
ſtipulatus.ff.de ſolut.& hoc caſu Accur.defendi poſ-
ſet.Eſt & aliud huic rei annotandum, quòd in perſona

Adiecti citeriorem, ſeu aoteriorem diem cooferri nõ
poſſe videbatur, cùm plus eſſe nõ poſſit in acceſſorio,
quàm in principali. l. hi qui acceſſionis. l. grege. in §.
illud. ff. de fide. Sed verum eſt noo plus poſſe conſiſte
re in obligatinne acceſſoria, vt in contrariis: at in Ad-
iecto nulla conſiſtit obligatio, vt dixi in 1. parte circa
fin. ſed tantùm ei ſolui poteſt, & vt ſuprà Accur. Bart.
Imol. & Paul. reſponderunt, in d. l. qui res. in §. mihi
decem, quæ comprobari poſſunt, ex his quæ dixi in
ſuperiori par. nu. 45. Nec omitto Bald. non relatum,
qui in d. § mihi decem, ſcripſit in hæc verba, & (vt pu-
17 to) non ineleganter: † Videbatur inquit vbi breuius,
& loogius tempus adiicitur in ſtipulatione, longius
inſpiciendum, quia minus in obligatione eſſe cẽſetur,
vnde lnngius tempus adiectum in perſona ſtipulato-
ris ſpectandum videbatur: ſed reſpondit illud verum
vbi breuiùs, & lnngiùs adiicitur in perſona ſtipulato-
ris. Sed quando vnum in perſona ſtipularoris, aliud in
perſona Adiecti, tunc ſtipulationis fnrma in vnoquo-
que ſpectãda eſt. Vnde in caſu propoſito, vbi citerior
ſeu anterior dies adiectus eſt in perſnna Titij, putauit
non rectè ſolui Titio poſteriori die, veluti kalen. Fe-
18 bruariis, † quia permiſſum ad tempus pnſt tẽpus cco-
ſetur denegatum. ff. de legat. 3. l. ſtatu liberi. § Stichũ:
19 † ex quibus ſequitur elegans & notabilis declaratio
ad ea quæ diximus, & §. noſtrum, vt poſſit ſolui Adie-
cto in citeriori die & contingat liberatio, vt id ſit ve-
rum ſi in præfiniro tempore Adiecto ſoluatur, non
poſtea. Pro qua ſenteotia facit l. vero Procuratori. ff.
de ſolut. in illis verbis, quia certam formam habuit ſti
pulatio, & eadem ſententia confirmari poteſt ex no-
ſtro §. dum ait Iuriſconſultus, quo caſu talem eſſe ſti-
pulationem intelligimus, vt ſi ritio Kalendis Ianua-
riis oon dederis mihi Kalend. &c. Quæ verba demon-
ſtrant formam ſtipulationi datam eſſe, & eam ſeruan-
dam, & in eo §. forſan ſenſit Bartol. dum ait quòd illa
conditio ineſt quoad ſolutionem, non quoad obliga-
tionem: ex quibus Bald. ſententiam veram eſſe exiſti-
mo, & prædicta non cõtemneoda. Nec me latet Ra-
pha. Cum. nullam de prædictis mentionem faciẽrem
in hoc noſtro §. in fi. dixiſſe quod ſi te cõuenero ka-
lendis Februariis, & nõ ſolueris Titio kalẽdis Ianua-
riis, & velis purgare moram, & ſoluere Titio potes
tantum ſi mea non intereſt. l. ſi ita quis. §. Seia. ff. de
verb. oblig. Sed (ni fallor) errauit, vt patet ex præ-
miſſis, & §. Seia. non facit, nõ enim loquitur in Adie-
cto: & cùm ſtipulatio formã habuerit, illa inuito cre-
ditore immutari non poteſt, veluti contra. Accedit
quòd ratio proprij temporis in perſona cuiuſque ha-
benda videtur, arg. tex. in l. eandem in §. fi. ff. de duo-
bus reis. Vnde creditore non probante ſolutionẽ fa-
ctam in perſona Adiecti extra tẽpus deſignatum de-
bitori, repetitio concedenda eſſet, & creditori actio
aduerſus debitorem non deneganda. His addes quæ
in ſeq. par. dicam in nona limitatione: vbi ſententiam
Baldi alio argumento in dubium reuocaui, defendi &
declaraui, & quæ illic dicta ſunt huc erunt transferen-
da: & contra.

20 Rurſus (vt polliciti ſumus) quæritur num † in per-
ſona Adiecti diuerſa qualitas conferri poſſit, & Iuriſ-
conſultus in hoc ipſo §. ver. ſed rurſus ait: Mihi quidẽ
purè, aut Titio ſub conditione ſtipulari poſſum, cõtrà
verò ſi mihi ſub conditione, aut Titio purè inutilis e-
rit tota ſtipulatio niſi in meam perſonã conditio exti
terit, ſcilicet, quia niſi quod legitur in Pandectis à me
vim acceperit obligatio, Adiectio nihil poterit vale-
re. Hoc tamen ita demum tractari poteſt ſi euidenter
appareat purè Titij perſonã adiectam. Alioquin, cùm
ita ſtipulor, ſi nauis ex Aphrica venerit, mihi aut Titio
dari ſpondes, Titij quoque perſona ſub eadem condi-
tione adiici videtur. Hucuſque Iuriſcõſultus, & ex re-
latis verbis quædam notãda ſunt, & illud primũ quod
vulgare eſt vitiato principali, & acceſſorium vitiari.
21 Nam quæ † acceſſionum locum obtinent extinguun-
tur, cum principales res peremptæ fuerint, contra l. 2.
ff. de pecul. leg. facit quod habetur in l. in pupillari ff.
de vulga. & pupi. & in l. fideiuſſor obligari. in fin. ff. de
fideiuſ. de quo plenè ſcripſerunt Deci. & Hier. Cagn.
in l. cùm principalis. ff. de reg. iur. & quædam ſimilia,
Iaſ. refert in conſi. 120. in fin. vol. 4. quibus addes Mar.
ſingul. 17. & in quæſtione quotidiana declarauit hoc
Paul. Par. in conſil 15. num. 111. & ſeq. vol. 2. qualitas
enim ſine ſubiecto ſtare non poteſt cui adhæret. ff. de
act. emp. l. ſi ſeruum mihi. §. ſi modus. c. 1. vt eccle. be-
nef. Inſt. de vſuf. in princip. l. eius qui in prouincia. vbi
Doct. ff. ſi cert. pet. & in pulchro caſu inquit Soc. Iun.
in conſ 27. num. 10. par. 2. & inquit Bal in hoc noſtro
22 §. † obligationem requirere fundamentum ſuum in
quibuſcunque actib. l. quæcunque gerimus. ff. de act.
& obli. & citat ſingularem text. ſecundùm Andr. Piſa.
in l. ſi ſeruus communis meus, & Caſtrenſis peculij. ff.
de ſtipu. ſer. Vnde ſequitur (vt ait Iuriſconſultus) cum
alteri ſtipulari nemo poſſit, & in adiecto ſit merum fa
ctum, ſi non conſiſtat obligatio in perſona ſtipulato-
ris, adiectio nihil poſſit valere.

Item & illud norandum eſt quod Aret. in hoc no-
ſtro. §. eleganter ſcriptum reliquit ſub num. 7. ſi mihi
ſub conditione, & Adiecto purè ſtipulet decem dari
Adiecto exiſtente conditione ſolui etiam poſſe ſolu-
tio ergo Adiecto non ſolum poteſt fieri vbi purè mi-
hi aut Titio decem dari ſtipulor, verum & ſi mihi ſub
23 conditione, dummodo impleatur conditio. † Vnde
ſequitur realiter idem eſſe obligationem purè factã,
vel ſub conditione conceptam, & impletam. Nam ſi
duo diuerſa hæc eſſent, ſtipulatio interpoſita vt poſſit
ſolui Adiecto in vno caſu, non conuinceretur in alio,
quia in ſtipulationibus, quæ ſunt ſtricti iuris omiſſum
habetur pro omiſſo. l. quicquid aſtringẽdæ ff de verb.
oblig. ex quo ſoluitur illa quotidiana, & elegans quæ-
ſtio tractata ab Angelo in l. fin. in §. Titius. ff. de vulg.
24 & pup. ſi † lex municipalis inſtrumenta pura, & liqui-
da executionem paratam habere mandat contra per-
ſonam obligatam, locum etiam habeat in inſtrumẽtis
conditionalibus conditione impleta: Nam ſecundum
Ang. ibidem, vbi & Gloſ. notauit puri, & purificati (vt
aiunt) idem eſt iudiciũ. l. qui de inofficioſo. ff. de inof.
teſtam. l. ſed ſi de ſua in §. fin. ff. de acqui. hæred. Addit
Aret. (& verum eſt) Imo. in eod §. fi. ſententiam An-
geli improbare, ait enim ſententiã Angeli forſan dam
nandam, quia ſtatutum exorbitans à iure cõmuni ſtri-
ctè intelligendum eſt. l. quicquid. ff. de verb. oblig &
in regula quæ à iure de reg. iur. in 6. Vnde cùm ex pro
pria ſignificatione aliud ſit purum, & aliud conditio-
nale, quod exiſtente conditione fit purum, non videt
quomodo ſtatutum loquens in inſtrumento puro ad
purificatum rectè trahatur. Item diſpoſitio facta in ca
ſu vero, non trahitur ad fictum ex propria ſignifica-
tione. l. 3. §. hæc actio. ff. de neg. geſt. Sed quando im-
pletur conditio fingitur retro fuiſſe pura obligatio. l.
qui potior, & l. qui balneũ. ff. qui pot. in pign. hab. l. 9
dicitur. ff. de teſta. mil. ſed & addit Aret. noſter. in ea-
dem ſententia fuiſſe Bal ab Imo. non relatum in l. edi
25 ta. C. de eden. in repet. Patauina, vbi inquit † agentem
ex debito puro non poſſe obtinere ſi probat debitum
conditionale purificatum, quia hæc diuerſa ſunt, & in
propoſita quæſtione, inquit, valde referre quomodo

verba

ſint,ſi enim ſtatutum vel libellans reſtringit ſe ad de-
bitum,quod à principio eſſet purum,& Imo.& Baldi
ſentẽtia vera ſit, ſed ſi ſtatutum loqueretur de debito
puro, tunc interpretatio fienda eſſet de debito puro,
ſcilicet tempore quo agitur ſat enim eſſet debitũ pu-
26 rificatum. Vnde in caſu noſtro vides quòd qui † ſti-
pulatus eſt ſibi ſub cõditione & Adiecto , purè vide-
tur ſtipulari Adiecto in caſu quo conditio impleatur.
citat etiam d.l.ſed ſi de ſua. in §.fi. ff.de acqui hæred.
Vbi probatur eum qui credit ſe purè inſtitutũ , licèt
ſit inſtitutus ſub cõditione impleta,poteſt adire:quia
hæc diuerſa non ſunt, vt non inſubtiliter inquit Batt.
in l.hæres inſtitutus.ff.eo titu.de acqui hæred. Sed &
Alex.in d.§.Titius refert Bal.in l.in teſtamento. in fi.
C.de teſta.mil.idem quod Ang.dicentem,ſed addere
agentem cõditionis euentũ probare oportere,& qui-
dem coram iudice,iuxta ſingularem text.in l.hoc iu
re.ff.de verb. oblig. Deinde ſubiicit diſtinguendum
eſſe hoc modo,aut ſtatutum tribuit executionem pro
debito puro , aut pro inſtrumento puro. Primo caſu
Angeli & Baldi in proximè relato loco ſentẽtiã pro-
bat.ſecundo caſu Imolæ ſententiæ aſſentitur,quia in-
ſtrumentum dicitur id quod legi poteſt l.1. ff. de his
quæ in teſta.delen. Sed in inſtrumento eſt conditio,
ergo &c. Nec hoc caſu refert conditionem impletã,
27 † quia conditionis implementum non eſt de contra-
ctu,ſed extra contractum,idque colligitur ex notatis
à Bal.in l.fi.C.de falſa cau.adiu.lega.l.interdum. ff.q
vi aut clam.alias eſt lex 1.§.hoc interdictũ. Idẽ Alex.
in l.in illa nu.7. ff.de verb.oblig. eadẽ vſus eſt diſtin-
ctione,aut ſtatutum dicit inſtrumenta pura,& locum
habeat ſententia Imo. quia inſtrumentum eſt , quod
legitur,& aliud eſt inſtrumentum aliud debitum.l. fi.
28 vbi Bal.C.de fal cau.adiec.leg. De quo Dec.† qui &
alios refert proximè ad rem in conſ.17.& in conſ.46.
nu.3.vbi refert ſimpliciter Ang. & probat. & Cor in
conſi.241.nu.8.vol.3.Pau.Pariſ.conſi.153.nu.8. vol.
4.his addendus eſt Iaſ.in d §.Titius, qui poſt lõgam
diſputationem Angeli ſententiam probat, & reſpon-
det rationibus Imo.& ſubiicit ſententiam Angeli ve-
riorem,ſecundùm quam & cõſuleret,& iudicaret, ait
enim eandem rationẽ à lege municipali in inſtrumẽ-
to puro conſideratam,& in purificato interuẽnire,le-
gi etiam Franc.Curt. apud Alex.in d.l.in illa , eius di-
ſtinctionem non improbare , quem & ſimpliciter re-
tulit Aſten.3.vol.ſtatutorum in verbo conditio. Scri-
pſit etiam Frãc.Ripa in ea q.in citata l.in illa. vbi nu.
8.inquit diſtinctionem Aretini,& Alex.eandem eſſe,
ſed & addit aliter diſtinguendum, aut poſt factam li-
quidationem petitur executio inſtrumẽti,& tũc Imo.
& Iaſ.admittatur ſententia,ſed error eſt,quia Iaſ.An-
geli probauit ſententiam emendãdus ergo codex eſt,
& tunc Angeli,& Iaſ.procedat ſententia:aut ante, &
tunc non rectè executiuè agatur,cùm in liquidatione
29 facienda † ordo iuris ſit neceſſarius ſecundum Bar. in
l.3.in 3.q.C.de pigno.& declarauit Soc. in conſil.51.
Præſtantiſſime col.3. libr.1. Gui. Pap.dec.15.quibus
addes Cana.in trac.de exe. inſtru. in 14.q to. 14. ſed
(vt etiam quid ſententiã)relata diſtinctio Franc.Rip.
vel ego non intelligo, vel admittẽda nõ eſt,cùm per-
uertatur ex ratione Alex.ſuperiùs relata.vnde acquie-
ſcẽdum putaui diſtinctioni Alex.& Aretini,& ex ver-
bis legis municipalis ac ratione eiuſdem quæſtionem
hanc dirimendam. Et illud certi iuris eſt excutionem
inſtrumenti non dari niſi appareat eueniſſe conditio-
nem,ſub qua contractus fuit initus etiam ſi ſit condi-
tio tacita, vt in dotis promiſſione cui tacita ineſt cõ-
ditio ſi matrimonium ſequatur , vt idem Franc.Ripa
notauit in relato loco, & Anton.Gal. in tract. ad for.
came.oblig.in titu.de vi inſtrumẽti oblig.came. pag.
mihi.137.quibus addes Alex.in conſ.119.vol.1.Caſ-
ſad.de reſcrip.Dec.10.nu.6.
30 Et illud quæritur,ait Iuriſconſultus , Mihi † quidẽ
purè aut Titio ſub cõditione me ſtipulari poſſe, num
ante conditionem in perſona Titij adiectã, & imple-
tam agere poſſim,& Bar.& Imo. in ſi.d. §.reſponde-
runt poſſe.arg.l.ex duobus.ff.de duobus reis,vbi legi-
tur cõtra reum debendi,qui purè promiſit agi poſſe,
nec impedimento eſſe diem, aut conditionẽ ſub qua
alius Correus promiſit, & facit,quia nõ ſperatur no-
uari obligatio in euentum conditionis , ergo non de-
bet impediri exercitium actionis puræ l.pecuniam à
ſenſu contrario.ff ſi cert.pet.ſed contra prędictorum
ſententiam Raph.Cum.ibidem,inquit,facere videtur
l. Titio.ff.de vſufr.leg.l.cum ita & l.cũ illud. ff. quã-
31 do dies leg.cedat.† Nam ſuſpenſio in vna parte alter-
natiuè,partem etiam aliam ſuſpendit.vnde quãdo mi-
hi purè Titio,ſub conditione ſtipulor , vel mihi cite-
riori die , aut Titio poſteriori agi non poſſe videtur
die non adueniente , vel conditione non impleta in
perſona adiecti,ſed cogitandum ait,verum(ni fallor)
Bar . & Imo.ſententia vera eſt. Cum in adiecto nihil
iuris conferatur(vt non ſemel dixi,)& Iuriſconſultus
noſter innuit in ver.ex hoc apparet ſtatim referendo.
Nec mouere debent iura relata à Raph.lex namque
Titio rationem habet in ſe expreſſam , & remouetur
contrarium eſt prædictis & l.pecunia ſuperiùs citata:
præterea in illis legibus enumeratio plurium rerum
diſiunctiuo modo in eadem perſona comprehenſa
erat:At in caſu noſtro in diuerſis perſonis meritò in-
quit Bar.probatur in l.ex duobus ſententia ſua , & ex
perſona cuiuſque ratio proprij temporis habẽda eſt,
argumento tex.in l.eandem in fin. ff. de duobus reis,
ſed & addes, quòd non diſſimilis ſolutio datur à glo.
& Barto.in l.qui res.in §.qui ſtipulatur.ff. de ſolut.&
quando incidimus in tex. legis cum illud. ff. quando
32 dies leg.ced. ſciendum eſt ſingularem eſſe † text. in
quo probatur,ſi relinquũtur duæ res,alternatiuè, vna
purè,& alia ſub conditione mortuo legatario condi-
tione pendente rem purè legatam ad hæredes ſuos
nõ tranſmittere,vt notauit Roman.ſingulari.88. cer-
tum eſt,& ſingularem text. exclamat.Nic. Euerar. in
ſua centuria in loco ab Alternat. qui eſt in ordine 38.
pag.4.vbi ſubiicit , qui text. non vidiſſet contrarium
de iure reſpondiſſet.
33 Sed , & his adde † elegantem text. non relatum
in l. pater cum filiæ. ff. de pactis dota. vbi probatur,
quod conditio exiſtens , ſiue in vita , ſiue poſt mor-
tem ſtipulatoris ſtipulationem (vt vtar verbis Bar-
toli) purificat ſeu puram reddit : vnde ergo legem,
& quæ dicam in ſeq. par. in 17. ampliat. & 13. limi-
tatione.
Denique huic rei illud adiiciendũ eſt ex textu no-
ſtro colligi notabilem regulam,& eſt talis.Quæ dicũ
34 tur † in perſona principalis, & in perſona Adiecti re-
petita intelligi,niſi aliud euidenter appareat,ait nam-
que Iuriſconſultus,Si nauis ex Aphrica venerit, mihi
aut Titio dare ſpondes? Titij quoque perſonam ſub
eadem conditione adiici videri,& addit Bar.facere l.
ſi vt proponis.ff.de fideiuſ.& quod dixit in l.ſi ita ſti-
pulatus.in §. Criſoganus. ff. de verbo. oblig. vbi an
qualitas in principali diſpoſitione præcedenti in ac-
ceſſoria repetita intelligatur,eleganter tractat:quali-
tas ergo in perſona ſtipulatoris adiecta cẽſetur repe-
tita in perſona adiecti , hoc ideo,quia ambæ diſpoſi-
tiones eundem effectum , ſeu rei finem reſpiciunt , &
ſunt

35 ſunt circa eandem rem. Quod † hic reſtringitur, niſi in
perſona, quæ venit acceſſoriè ad principalem diſpoſi-
tionem alia diuerſa conditio ſit adiecta. Tunc enim
quia ſpecialiter eſt prouiſum in perſona adiecti de
alia conditione, prima conditio, ſeu qualitas reperita
non cenſetur. Quod inquit Aret. ſemper notandū ad
ea quæ Bart. ſcripſit in d §. Chryſogonus.

36 Quæro iuxta propoſitam diſputationem, an † di-
uerſa conditio in perſona Adiecti adiici poſſit, in
qua quæſtione Iuriſcōſultus in hoc ipſo §. ad verbum
referendus eſt. verba autem ſunt hæc. Ex hoc apparet
ſi diuerſa conditio in meam perſonam, diuerſa in Ti-
tij poſita ſit, nec in meam perſonam extiterit condi-
tio, totam ſtipulationem nullius momenti futurā: exi
ſtente verò mea conditione. ſi quidem Titio quoque
conditio extiterit, poterit vel Titio, vel mihi ſolui. Si
verò in illius perſona defecerit, quaſi non adiectus ha
bebitur. Hactenus Iuriſconſultus, qui ita clarè, & ele-
ganter ſcripſit, vt additione non egeat. ſed tantum di-
cam, quæ in ſuperiori q. dixi hùc transferri poſſe, &c.

37 Item quæro de perſona, † quid ſi non rectè adiicia-
tur, verbi gratia, ſtipulatus ſum mihi, aut Titio decem
dari, qui Titius mortuus erat, & Iuriſconſultus, in hoc
noſtro §. fi. ait ex his omnibus apparet, licet alterius
perſona non rectè adiiciatur. non ideo minus in no-
ſtram perſonam vtiliter procedere ſtipulationē, Ad-
iectus ergo pro non adiecto habetur, & vtilis eſt ſti-
pulatio in perſona ſtipulatoris, facit l. placuit. ff. de
vſu. & Regula iuris vtile per inutile non vitiatur.

Sed finge quod ſit alternatiua rerum, & perſonarū,
vtputa ſi quis hominem aut decem ſibi, aut Titio dari
ſtipuletur, ſi partem hominis promiſſor Titio tradi-
derit, deinde ſtipulatori decem numerauerit. Num
conditio indebiti competat, & contra quem. quæſtio
hæc proponitur à Iuriſconſulto. in l. qui hominem. in
prin. ff. de ſolut. Qui ait nō Titio, ſed tibi partē homi
nis condicet. quaſi indebitum Titio tua volūtate ſol-
uerit. Idem iuris erit etiā ſi mortuo Titio decē ſol-
uerit, vt tibi potius, quàm hæredi Titij partem homi-
nis condicat. & nota quod non contingit liberatio ex
ſolutione partis hominis, ſecus ſi totum hominem
ſoluiſſet, vt Accuſ. notauit in ea l. & probat tex. qui-
bus addes, quæ dicam in ſeq. par. ver. nono amplian-
da, & in vlt. par. nu. 20.

Sed quoniam (vt vides) non eſt explicitus tracta-
tus à Iuriſconſulto in d. l. fin. ff. de ver. oblig. Quæro
de ſumma diuerſa deſignata in perſona adiecti, & hic
duplex erit inſpectio. Altera quando maior ſumma in
perſona ſtipulatoris, quàm Adiecti confertur. Altera
contrà, cùm minor ſumma in perſona ſtipulatoris,
quàm Adiecti deſignatur, & in hoc iuris articulo cō-
fugiendum putaui ad Iuriſconſultum in l. qui res. in
§. qui ſtipulatur. ff. de ſolut. vbi non minus elegās eſt.
§. quam ſubtilis, vtilis, & difficilis, & propterea euidē-
tioris intellectus gratia infraſcriptas facti ſpecies cō-
ſtituendas duxi, & quidē in vnaquaque inſpectione.

In prima igitur, quando ſtipulatio plus continet
38 in perſona ſtipulatoris, † quàm Adiecti. Verbi gratia,
mihi decē, aut Titio quinque. Prima facti ſpecies vbi
ſtipulatio ſub conditione cōcipitur finge per dictio-
nem. Si hoc modo, ſi Titio non ſolueris quinque da-
bis mihi decem? Titio quinque ſolutis, liberabitur à
me promiſſor, cuius rei illa redditur ratio; quia ſolutis
quinque Titio in obligationem decē nō incidit pro-
miſſor, conditio namque deficit, hoc probat tex. in d.
§. qui ſtipulatur, vbi Bart. Bald. Ang. Pau. & Imo.

39 Secunda facti ſpecies eſt, cum † promittis mihi de-
cem, aut quinque Titio dare, & expreſſè actum eſt in-
ter nos, vt in perſona mea decem loco pœnæ adiecta
ſint, ſi Titio quinque non ſolueris, & idem iuris ſit vt
ſolutis quinque Titio in totum a me libereris: licèt
enim hic expreſſè conditio adiecta nō ſit, ſat eſt tamē
de partium intētione conſtare, & ineſt hic tacitè cō-
ditio ex natura pœnæ, quæ propter moram commit-
titur. hoc probat idem §. qui ſtipulatur, & relati Dd.
teſtantur, ſed & illud huic rei adiiciendū videtur con-
trouerſiam eſſe, num relata ſtipulatio probanda ſeu
magis improbanda videatur tanquam in fraudē vſu-
40 rarum. Nam promittens † quinque, & ſi non ſolueris
decem, in fraudem vſurarum cenſetur promiſſio fa-
cta. l. cum allegas. C. de vſu. quam tamen exigi poſſe
vbi iuramentum interuenit tentauit dicere Alexand.
in conſi. 158. in cauſa & lite, &c. lib. 2. Gram. dec. 58.
Magnifica &c. num. 6. & ſeq. & ſcripſi maximè inter
Mercatores plenè quidem in Tracta. de Merca. in ti-
tu. de contra Merca. nu. 2. & num. 22. vbi de hoc pa-
cto inter Mercatores ſolito tractaui. verum referam
quis in perſona propria ſtipuletur, puta quinque in
Nundinis Riccineuſibus promittis mihi dare, & ſi nō
dederis decem? & hoc caſu quia quantitas dationi ad-
iicitur in fraudem vſurarum adiecta cenſetur d. l. cum
allegas, & l. Iulianus in §. ibidem. ff. de act. emp. & cir
ca hæc vide que ſcripſi in relato loco, & Aym. in cōſ.
320 num. 6. par. 2. ſi verò verſemur in propoſita facti
ſpecie. quia quinque in perſona Adiecti, & decem in
perſona ſtipulatoris ex conuentione ponantur defen-
di poſſit ſtipulatio, cuius rei illa ratio redditur a re-
latis Dd. Quia quando in eadem perſona pœna ma-
ior fortè adiicitur verſamur in obligationibus more
dandi, ſed in caſu propoſito non adiicitur dationi ve-
41 ræ, quia dari † quinque Titio adiecto debebit, quod
videtur mixturā facti habere, vnde huius obligationis
idem eſſe videtur iudicium, quod in obligatione fa-
cti. l. liber homo in §. fi. ff. de verb. oblig. cum notatis
& l. ſi pœnam eod. titul. poteſt namque mea intereſ-
ſe, quod potius ſoluantur Titio adiecto quinque, quam
mihi decem d. l. liber homo in fi. & loco intereſſe re-
lati, non in fraudem vſurarum cenſeatur adiecta pœ-
na, & hoc perpetuo notandum eſſe ſcripſit ibidē . au.
Caſt. vnde Bar ſubiicit ex hoc fraudē ab vſurariis ex-
cogitari poſſe, ſi hoc modo finge fiat conuentio. Pro-
mittis Kalendis Februariis Titio decem dare, & ſi nō
dederis promittis mihi viginti pœnæ nomine, nam
(vt ait) non videntur adiecta viginti in fraudem vſu-
rarum, vt in d. §. & Bar. ſententiam Ang. & Paul. pro-
bant, ſed Imol. eo in loco addit in conſueto fœnera-
tore fraus præſumeretur. Nec omittēdum eſt, quod Bal.
in eod. §. ſcriptum reliquit. Ait enim Bartolus, defen-
dit contractū non eſſe vſurariū, ſi Titio quinque nō
ſolueris mihi decem dari, quia quantitas adiicitur fa-
cto, in perſona enim Adiecti eſt factum ideo nō præ-
ſumitur in fraudem vſurarum propter l. liber homo in
§. fi. ſed certè ſubiicit factum cuius finis eſt datio, nō
debet reſutari factum, vt in ſequē. §. mihi Romæ. Sed
dicet aliquis rationem hanc remoueri ex his quæ cō-
ſiderauit Bart ſcilicet propter mixturā & propter d.
§. fi. ſed & addit idem Baldus iſta ſubtilitas non con-
ſonat conſcientiæ, & ideo in foro canonico eſſet (vt
loquitur) *vna truffa*. Hæc ille, ſed & idem Baldus in l.
cùm allegas in quinta oppoſitione reprobat ſententiā
Bartoli in hoc ipſo §. qui ſtipulatur, quia facilè fraus
cōmitti poſſet, & occaſio fœneratoribus præſtaretur,
vnde intelligit §. noſtrum quando iuſta cauſa erat ex
perſona ſtipulantis pœnam verbi gratia, tenebat Ti-
tio ſub pœna vnde ſtipulatus ſum ei dari, & ſub eadem
mihi ſi ſibi non ſolueretur, valet enim ſtipulatio,
quis

quia cõtinet merum intereſſe, vt notatur in d.l.ſi pœ-
nam, & notatur ff. de neg. geſt. l.ſi debitor, ſed & hoc
probatur in d.l.liber homo.in §.fina. & contra faceto
videtur Con.Ant.Prat.inter conſilia Alexand. ſub nu-
49.vol.4.num.8.& num.14.vbi improbat practicam
Bononiæ, & citat inter alia Cyn. & Dyn. in l.cum ſer-
uus ff.de cond.& demon.qui potius dationem, quàm
factum, quòd dationi accedit conſiderandam puta
runt. Sed & in articulo indifficili, & periculoſo valde
confugiendum eſt ad Doct.in l.cum ſeruus, & in d.l.
eum allegas, & in l.Rogaſti, in §.ſi tibi.vbi Taurinen.
ff.ſi cert.peta.Alexand.in conſil.50.volum.4.& con-
ſil.76.colum.fi.volum.5.& in conſil.43.lib.6.& in d.
conſil.158.volum.2.Doct.in l.vni.C.de ſent.quæ pro
eo, quod inter.vbi Hiero.Cagn.ſub nume.116.Doct.
in l.ſtipulatio iſta in §.alteri.ff.de verb.obli.& in l.4.
in §.Cato, maximè Franc.Rip.qui poſt alios latè di-
ſputat circa interpretationem cap.ſuam de pœnis, ſub
42 nume.66.& ſeq.num.vbi inquit, quòd in † obligatio-
ne dandi, & facti diuidui nunquam de iure canonico
committitur pœna pro parte adimpleta.d.c.ſuam, id-
que receptum eſſe ait à frequentioribus legiſtis, & ca
nouiſtis, ſed & addes, quòd vbi pœna adiecta eſt facto
43 affirmatiuo † etiam iure pontificio in foro iudiciali
poteſt exigi, vt in cap.dilecti.de arb.vbi Doct.& in c.
conſtitutus de pœnis, & vide Docto.in §.alteri.Inſtit.
de inutil.ſtipul.Paul.Pat.in conſil.34.nume.31.& ſeq.
volum.1.vbi plene, & quę ſcripſi in tract.meo, & loco
ſuperiùs relato.num.21.& ſeq.Socin.Iun.in conſi.33.
par.2.vbi etiam circa cap.ſuam, Caſſa.in tit.de locat.
deci.1.in fin.Gram.in d.dec.58.intelligeq́; prædicta
ſecũdùm relata loca, quia perplexa eſt materia, & dif-
ficilis, & lege in d.§.Cato.Alciat.ſub num.147.Amb.
de Vigna.in cap.ſalubriter.num.95.de vſu.& reperi-
tur in tom.9.tract.Bart.Alex.& recentiores in l.roga-
ſti.in §.ſi tibi.ff.ſi cert.peta.ſed & ego (vt dicam quid
ſentiam) in caſu diſputato video ſententiam Bar.pro-
bari in hoc noſtro.§.qui ſtipulatur, cui (vt Paul.Caſtr.
ait) reſponderi non rectè poteſt, & quando conſtaret
de intereſſe iuxta l.liber homo.in §.fin.pœna hæc cen
feretur adiecta loco intereſſe, & ſic controuerſia ad-
mittenda eſſet ſententia Bartol.quam defendit Alex.
in d.§.alteri.nume.12.& reſpondet Baldi rationibus,
& addit Angel.& Raph.placuiſſe. Laudo etiam quod
Imol.notauit rationem perſonæ habendam, qualita-
temque valde ſpectandam, hanc enim inſpectionem
peſſima tempora, in quibus verſamur, & vt video ver-
ſabimur, niſi Deus Opt.Max. æquis oculis nos inſpe-
xerit, neceſſariam eſſe, hortantur, & poſtulant: & illud
non eſt nouum in dubiis quæſtionibus, vbi animę pe-
riculum agitur illud amplectendum eſſe, quod eſt tu-
tius cap.Iuuenis, de ſponſal.c.illud.de cler.excom.

Tertia facti ſpecies eſt vbi quis ſimpliciter ſibi aut
Titio ſtipulatur, ſcilicet, ſibi decem, aut Titio quin-
que, tunc enim ſolutionis cauſa tantum adhibetur Ti-
44 tius, & ideo quinque ei † ſolutis, remanent alia quin-
que in obligatione. Contingit ergo hoc caſu ſolutis
quinque Titio liberatio in quinque, & quinque tan-
tum peti poſſunt, quia quinque ſoluta diminuunt ſum
mam maiorem, vt probatur in hoc noſtro §.qui ſtipu-
latur. Nec eſt omittendũ, quòd prima fronte reſpon-
dendum videbatur ſolutis quinque Titio in totũ con
45 tingere liberationem, quia † in obligatione alterna-
tiua ſolutione facta de vno contingit ab altero libera-
tio etiam ſi maius ſit, verum Paul.Caſtr.in hoc noſtro
§.ait contrarium admittendum in alternatiua rerum
in qua vtraque res eſt in obligatione, ſed in facti ſpe-
cie propoſita maior ſumma eſt in obligatione, minor
46 eſt in ſolutione (vt diximus.) ſed & idem † Paul.qui in
exponendis legibus plurimum valuit, eiuſq; explana-
tio, & tironibus, & veteranis plerumque labores leuat
fortiſſimum ſubiecit argumentum, & eſt tale, Soluto
47 eo, quod eſt † in ſolutione contingit liberatio ab eo,
quod eſt in obligatione.l.ſi quis ſtipulatus fuerit de-
cem in mille.ff.de ſolut.cur diuerſum in facti ſpecie
propoſita non dixit, ſed cogitandum ait, quia docto-
res non attigerunt, & addit in hoc ſtat.ſubtilis conſi-
deratio tex.noſtri, & difficile eſt reſpõdere.certè text.
48 in † l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille, de quo
dicam etiam in ſeq.part.3.limitatione, ſingularis eſt
nec alibi reperitur, & reſtringit.l.ſi duo, & ſimiles le-
ges de verbo.oblig.quæ probant vbi duo alternatiuè
promittuntur vnum quodque eſſe in obligatione, &
ſolutione, vt locum habeant quando vtrumque in al-
ternatiua deductum eſt certum, ſecus verò ſi alterum
eſt certum, alterum incertum, veputa promitto decẽ,
aut frumentum, decem, aut mel. Nam quia mel nó eſt
certum, ſolum deductum in ſtipulatione non valeret,
vt in l.triticum, & in l.ita ſtipulatus.ff.de verbor.obli.
valet autem in caſu propter certitudinem quantitatis
pecuniæ adiectę in ſtipulatione vnà cum melle, & mel
cenſetur adiectum ad ſolutionem. Ad contrarium igi
tur puto poſſe reſponderi, vt in ſecunda inſpectione
paulò inferius etiam dicam, quòd l.illa ſi quis ſtipula-
tus fuerit: loquitur vbi eidem alternatiuè promiſſum
49 ſoluendum erat modo declarato. At † §.noſter, qui
ſtipulatur, locũ habet, cum diuerſis perſonis. Pro qua
ſolutione facit, quod dixi ſuprà verſ.& illud quæritur,
&c.num.30.præterea tex.noſter procedit in re dubia,
vbi ſcilicet non conſtaret de volũtate partium, ſecun-
dum ea, quę retuli in præcedenti facti ſpecie, & forſan
reſtringendus eſt, niſi ſtipulatus eſſem quinque adie-
cto propter intereſſe meum, & quod habebam ad ad-
iectum, quia commodum conſequi poſſet, vt ſtatim
dicam, & eſt notandum. At in contrario ſecus, concur
rit enim alia ratio: quia mel adiectum incertè declara
tur ex quantitate ſummæ adiectæ, vnde mel ſoluitur
valoris ſummæ. Non eſt ergo mirum ſi lex ex mente
contrahentium tacita, & interpretata liberationem di
ſponat contingere, ſed hic non eſt ita, quia diuerſitas
eſt magna in ſumma adiecta in perſona Titij, & ſtipu-
latoris, & hæc ſolutio naturalem habet rationem, ex
quibus circumſtantiis in re dubia, & cum adiecto nul
la obligatio quæratur, ſed ſtipulatori rectè quidẽ pu-
tauit Iuriſcõſultus quinque Titio ſolutis reliqua quin
que in obligatione manere, quæ vt noua, & (ni fallor)
non contemnenda notabis.

In ſecunda verò inſpectione vbi minor ſumma in
perſona ſtipulatoris, quàm adiecti deſignatur.

50 Prima facti ſpecies eſt ſi † mihi quinque, aut Titio
decem ſtipulatus ſim quinque Titio ſolutis non libe-
raris à me in quinque. Cuius rei illa ratio redditur,
quia neutrum in alternatiua deductũ feciſti, debebas
enim vel mihi quinque ſoluere, vel decẽ Titio, & hoc
ſentit Iuriſconſ.in d.§.qui ſtipulatur, dum inquit, nõ
facit cõceptio ſtipulationis, vt à me libereris, ſed hoc
non eſt omittendũ, quòd prima fronte contrà reſpon
dendum videbatur propter iuris regulam, quæ eſt ſem
51 per † in ſummis, id quod minimum eſt ſponderi cen-
ſetur, & in ſtipulationibus ſeruatũ eſt, vt quod minus
eſt, quodq́; lõgiùs eſſe videretur in obligatione dedu-
ctum videatur.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulante, & l.
ſi ita ſtipulatus fuero decẽ, aut quindecim.ff.de verb.
obliga.ſed dicta regula locum habet, vbi eidem ſolui
debent decem, aut quindecim. At in propoſito caſu
diuerſis mihi, ſcilicet, aut Titio.hæc Bart. poſt gloſ.in
eod.§.

eod.§.& facit, quod dixi paulò ſuperiùs, ſubiicit Bartol. illam rationẽ reddi poſſe, quia in alternatiua ſummarum, ideo minimum in obligatione deductum videtur,
52 quia inter ſummas non cadit † affectio. Non enim conſiderari poteſt in eadem perſona, ſed vbi affectio caderet vtrumque eſſet in obligatione text. ſolemnis in l.ſi is cui decem, vbi Bart. & Paul. Caſtren. ff. de nouat. & qui videndus eſt pro declaratione maiori, ſed in facti ſpecie propoſita poteſt mea intereſſe, vt qui non temerè promiſerim, & fortè faciliùs libentiùſve ſoluerem alteri, & ſic decem Titio, quam ſtipulatori quinque, vel propter affectionem quam habeo ad perſonam adiecti. Quia fortè antequam ſtipulatori reſtituat ex ſolutione decem commodum ſentiet, vel propter aliam rationem, ſed vbi eſt eadem perſona, hæc affectio conſiderari non poteſt.

Sed finge in propoſito caſu quinque ſoluta Titio, reliqua quinque quomodo petentur. Nam adiectus non habet actionem, & nullum ius in eius perſona
53 conferri poteſt. † Principalis ſtipulator non videtur etiam audiendus, quia reliqua quinque non ſoluta videtur ſtipulatus alteri non ſibi, ergo inutiliter. Bartol. in eodem §. qui ſtipulator, putauit ſtipulatorem principalem petere, quia intereſt ſua, vt ſoluantur procuratori, & conſtat hunc adiectum eſſe procuratorem, quia conuenitur actione mandati. Pro hac practica, & agendi modo citat. l. liber homo. in § fin. & l ſtipulatio iſta. in §. ſi quis inſulam. ff. de ver. obli. & ſubiicit ſi non eſſet adiectus procurator maius eſſet dubium. Verùm Imo. poſt Ray. putabat ſolutis quinque Titio non contingere liberationem in aliis quinque in perſona ſtipulatoris deſignantis: conſequenter poterit petere illa quinque ſibi dari, à quibus promiſſor liberatur, ſi ſeruet integram formam adiectionis, hoc eſt decem adiecto ſoluat, & ſecundum Imol. hic agendi modus congruit magis verbis Iuriſconſulti: & voluit Imol. conſiderare illa verba in textu non facit conceptio verborum ſeu ſtipulationis, vt ſolutis quinque Titio à me libereris: & eandem practicam, & agendi modum probat Rapha. Cum. in hoc ipſo § Ait enim, petet ſtipulator quinque ſibi debita cum ei non ſoluerit, ſi promiſſor reſpondeat ſolui quinque Titio, ſtipulator replicabit, non dedi tibi facultatem ſoluendi quinque, ſed decem, ideo in nihilo es liberatus. Rurſus ſubiungit, ſi debitor dicet, dedi quinque Titio, & ſi Titij quinque ſoluam, quinque quæ Titio ſolui ãte. repetam. l. qui hominem in prin. & l. ſi ſtipulatus ff. de ſolu. ergo dolo facis, quia petis, quod reſtituturus es, & ſic compenſationis obſtat exceptio. Verum negat quinque reſtituenda. & rectè, quia alias in perſona adiecti maior quantitas inutiliter adiici poſſet, procederet ergo argumentum quando par quantitas in perſona ſtipulatoris, & adiecti collata eſſet. Pro qua ſententia Raynerij, Imol. & Raph. facit quia ſi ſtipulator mihi quinque, aut Titio Stichum promiſſor non liberatur in aliquo dando partem Stichi Titio. l qui hominem. ff. de ſolu. ergo eodem modo ſolutis quinque Titio in caſu non contingeret liberatio ab aliis quin-
54 que collatis † in perſona ſtipulatoris. Nec ſecundum prædictos huic ſententiæ aduerſatur. l. liber homo. in §. fin. Nam ibi erat electio ſtipulatoris. At hic electio rei, vt animaduertit Imol. & rectè, & ſecundùm eum, vtraque ſumma erat in obligatione in caſu dicto. §. fi. quod an verum ſit conſidera, & vide quæ dicam circa d. §. in ſeq. par. in 11. limit. & in §. ſi quis inſulam citato à Bartol. res erat expreſſa in perſona procuratoris. Nec me latet Paul. Caſtrenſ. in § noſtro ſcripſiſſe ſtipulatorem poſſe agere, vt ſibi quinque ſoluantur, aut compleatur ſolutio in perſona Titij, citat ſolum. d. l. liber homo. in §. fin. ſed (vt & ipſe ſententiam interponam meam) practica Ray. Imol. Cuma. magis videtur congruere verbis Iuriſconſulti, quàm Bartoli, & libellum conceptum modo quo inquit Paul. puto reprehendendum. Non enim aduerſatur ſententiæ Imol. & aliorum, eſt etiam amicus literæ, & defenditur alternatiuè conceptus legibus a Bartolo relatis, & eius authoritate. Accedit quòd hæc petitio alternatiua admittenda videtur cùm reus conuentus poſſit, vel complere ſolutionem in perſona adiecti, vel ſtipulatori quinque ſoluere, & quando incertitudo cauſatur fa-
55 cto rei conuenti non tenetur † libellus alternatiuè conceptus. l. 1. §. quia autem. ff. quorum leg. vbi Bartol. notauit, & idem Bartol. in l. vbi autem non apparet. in §. illud, & in l. ſtipulationes non diuiduntur. in princip. in vlti. quæſt ff. de verb. obli. Innoc. & Doct. in cap. extra de libel. obla. Iaſ. inſtit. de act. in §. actionum num. 90 & num 104.

56 Nunc † amplianda eſt relata facti ſpecies, etiam ſi octo ſoluta eſſent Titio, adhuc enim agere poterit ſtipulator ad quinque, aut promiſſor compleat ſolutionem in perſonam Titij, poteſt enim mea intereſſe, vt potius impleatur ſolutio in duobus, quam mihi dentur quinque ſecundùm Paul. Caſt. in hoc noſtro §. qui ſtipulatur in fin. & hic etiam conſiderari poteſt agendi modus, vel ſecundùm Bar. vel Rayn. & alios ſectatores, vel Pau. Caſt. relatum.

Rurſus amplianda eſt, & ſi Titius fuiſſet adiectus donationis cauſa, quia ſi quinque tãtum ſoluantur eidem Titio, non continget liberatio, quã ratio Iuriſconſulti, Non facit conceptio ſtipulationis vt à me libereris, & huic adiecto rectè cõuenit, vnde ſufficit, vt locum habeat ſtipulatio. l. liberorum, vbi gloſ. ff. de his, qui not. inf. idq; ſenſit Ray. in hoc noſtro. §. vbi Imo. eius ſententiã probat. nec abſurdum putauit hoc caſu plus in adiecto collatum eſſe, & ſi donationis cauſa adiiceretur propter notata ab Accur. in l. qui res. in §. mihi decem. in verbo poteſt. ff. de ſol. & in noſtro §. in verbo debebuntur, & quia poſſum ſtipulari mihi quinque, aut Titio Stichum, etiã ſi Titio fiat ſtipulatio ea cauſa donationis, & tamen Stichus nullo modo eſt in obligatione, ſed ſolum quinque.

57 Secunda † facti ſpecies principalis eſt, ſi promiſſor decẽ ſolueret Titio, non poſſet quinque repetere ſub colore, quòd in perſona adiecti non conſiſtat obligatio, & quòd alteri ſtipulari nemo poſſit, & in perſona ſtipulatoris tantum quinque ſint collata, vt probatur in hoc noſtro. §. verſi. Porrò, & ex rationibus ſuperius relatis liquet, quod Ang. in fi. §. memoria perpetuò tenendum dixit.

Vltima facti ſpecies eſt, ſi Titio adiecto extra cauſam donationis decẽ ſoluantur, debentur mihi ab Adiecto actione mandati expreſſi ſi interueniat: ſi verò præſens fuerit ſimiliter actione mãdati, quia tacitum mandatũ datũ cenſetur. l. vero procuratori. ff. de ſolut. Inſtit. de inut. ſtip. §. ſi quis alij: vbi gloſ. & in text. noſtro, ſi verò abſens adiectus fuerit negotiorũ geſtorũ actione, quæ explicat Imol. in hoc §. & ſat ſit attigiſſe, pleniùs enim de hac re in vltima part. diſputabitur.

Nunc ad illud redeo in quo diſputatio noſtra ſita
58 eſt, & quæro de loco, Num diuerſus locus † in perſona adiecti poſſit deſignari. Verbi gratia. Mihi Romæ aut Epheſi Titio centum dare ſpõdes? & certum eſt poſſe in tantum quod ſi Epheſi Titio centum ſoluãtur, ipſo iure cõtingit liberatio, vt eſt tex. in l. qui res. in §. mihi Romæ. ff. ſolut. vbi Bal. & Paul. Caſtren. clariùs notarunt. Videbatur tamen dicendum ope exceptionis

liberationem

liberationem contingere, & non ipſo iore, quem-
admodum euenit quando diuerſa res deſignatur in
perſona Adiecti iuxta l. fin. in §. fi. ff. de verb. oblig.
& latiùs hac eadem parte ſuperiùs eſt eaplicatum, &
veluti, cum diuerſum factum cõfertur io perſona Ad-
iecti vt ſtatim dicemus. Nam licet in propoſito ca-
ſu ſit datio, negari tamen noo poteſt quin factum in-
teruenitat ſcilicet in euodo Epheſum, & conſequẽter
eſt miatura dationis & facti, datioois .ſ. ſummę, Facti
propter acceſſum ad ciuitatem Epheſinam. Veriùs
tamen eſt ſolutis centum Adiecto in loco eidem de-
59 ſignato, ipſo iure liberationem contingere. † Quia
vbi factum deſtinatum ſeu paratum eſt ad dationem,
reputatur potius datio, quàm factum: quoniam Da-
tio eſt, quid finale: Factum eſt, quid præambulum.
Factum igitur cuius finis eſt datio, non reputatur fa-
ctũ, vt ex relato §. colligitur, & doctores animaduer-
terunt, & id ad quotidianam quæſtionem, & impro-
bandam illam vſurariorum cautelam retulerunt. Cer
tum eſt, quòd pœna adiecta quantitati cenſetur adie-
cta in fraudem vſurarum, vt dixi paulò ſuperiùs, ſed
adiecta obligationi facti contra, vt in l. cũ allegas C.
60 de vſu. vnde ſi vſurario † promitteretur, vel ſoluere
centum in præfinito tempore, vel pignora afferre, &
tradere, vel coram iudice ſiſtere ſub certa pœna, peti
non poſſet pœna tanquam adiecta obligationi facti,
quia non ſtetit, vel pignora non tradidit, hæc enim
ordinata ſunt ad dationem, ideò pro datione haben-
tur. Quia principaliter in obligatione verſatur datio,
præualet enim (vt Iuriſconſultus noſter ait) cauſa
dandi, & id quod principaliter in obligatione eſt de-
ductum ſpectandum eſt, ſed & addes in hac quæſt.
Alex. poſt Imol. qui plenè quidem ſcripſit in leg. ſti-
pulatio iſta in §. alteri, nume. 54. ff. de verb. oblig. &
retuli multa loca ſuperiùs cùm de diuerſa ſumma
diſputaui ver. ſecunda facti ſpecies, nu. 40. His illud
addendum eſt, quòd ratione loci poteſt ſtipulatoris
ioterreſſe dari Titio, cum ipſe Titius adiectus (vt nõ
ſemel diximus) vel mandati, vel negotiorum geſtorũ
actione teneatur, vt aoimadoertit Accur. in hoc ipſo
§. in verbo dandi, & ad declarationem prædictorum
limitationemque, vide, quæ dicam io ſeq. part. ver. 6.
reſtringenda, &c.

Hic ſubiungenda eſt ſingularis illa quæſtio à ve-
terib. Iuriſconſultis tractata in l. non vtiq; in §. Item
Iulianus ff. de eo, quod cer. lo. & eſt talis. Si quis ſibi
61 † aut Titio Epheſi centum dari ſtipuletur, ſi alibi Ti-
tio adiecto ſoluatur. num contingat liberatio, ſeu
magis ſibi dari oportere ſtipulator poſſit intendere?
& exploſa Marcelli ſententia ſecundùm communẽ
interpretationem receptum eſt liberationem non
contingere, ſed propter intereſſe loci petitionem du-
rare. Petit ergo centum ſtipulator non vt centũ cõ-
ſequatur, ſed vt intereſſe habeat ratione loci, pro
fundamento ergo iudicij ſors petenda eſt, vt ratione
loci ſolùm intereſſe conſequatur, idq; pro libelli cõ-
ceptione notandum eſt. Scripſit etiam Alb. in eo. §.
ſoluentem Adiecto alibi, quàm io loco præſtituto,
& in ſtipularione conuento ſtipulatore non conſen-
tiente iuris rigore noo liberari. l. pen. ff. de eo, quod
cer. loco, & conſiderato iure ſtricto ſtipulatorem ad
ſortem, & intereſſe poſſe agere, ſed propter æquita-
tem, abſolutionem à ſorte fieri debere, & condemna
tionem ad intereſſe ratione loci fieri oportere: arg. l.
fi. in fi. ff de verb obl. Quæ expoſitio in effectu ſe-
cundùm Iaſ. in eo. § non diſcrepat à communi, ſed
placuit annotaſſe propter ea, quę ſcripſi in prin. huius
par. dum, quando diuerſa res in perſona adiecti deſi-
gnatur, tractaui, & quia regulariter validum eſt ar-
gumentum de re ad locum, & ſi quæratur prædicto-
rum ratio, Accur. reddidit in §. ſi quis alij in ver. pla-
nè in verbo contingat, inſtit. de inutil ſtipu. vbi ait,
quando fit ſolutio Adiecto alibi, quàm in loco in ſti
pulatione deſignato, non poteſt Adiectus accipiẽdo
ſortem in intereſſe ſtipulatori pręiudicare, vt io regu
la non debet. ff. de reg. iur. Atqui ſi creditori volenti
alibi, quàm in loco deſtinato ſolueretur, certè con-
tingeret liberatio, licèt cogi non poſſet recipere. l.
pe. & l. centum Capuæ. ff. de eo. quod cer. loco, cur
diuerſum in Adiecto? Sed ratio in promptu eſt, quia
fauori ſuo quilibet poteſt renuntiare, & ſibi præiu-
dicare l pen. C de pactis, ſed Adiectus ſolutioni ad
eius commodum non adiicitur ſed creditoris, meritò
in eius manu noo eſt mutare locum, & creditori pręius-
iudicare l. qui Romę in §. Callimachus. ff. de verb.
obl. Nihil enim iuris habet Adiectus, vt Bart & alij
ſcripſerunt in d. §. item Iulianus. Ruſus io dubium
reuoco, quod dixi, In caſu oamque propoſitæ quæ-
ſtionis attentari poſſe videbatur creditorem poſſe
intendere ſibi centum dari oportere, & præterea in-
tereſſe, Quoniam certam formam, & cõditionem ha-
buerit ſtipulatio, quę ſeruata per promiſſorem noo
fuit, Arg. tex. in l. verò procuratori in §. 1. ff. de ſolut.
ſed non eſt ita, quia (vt dixi) ſtipulator petit centum,
ad effectum vt intereſſe conſequatur, & hoc ex eo cõ
tingit, quia in ſubſtantia ſtipulatio non mutatur, ſed
62 in accidenti, hoc eſt, in qualite loci. Ea namque † quæ
conſiſtunt in dando, non variantur loci varietate eſ-
ſentialiter. Nam cùm dare ſit dominium traosferre,
vnum & idem dominium eſt, quod in te traosfertur
ſiue Ancoonę detur, ſiue Epheſi, ſed varietas poteſt
contingere circa quędam accidentia, quia Anconę
pluris ſint, aut valeant, quam Epheſi, vel contrà, tamẽ
idem eſt dominium. & hęc ſolutio colligitur ex com
ment. Bart. in d. §. dum reſpondet ad argumentum
Marcelli, qui ſubdit probari in l. qui res in §. mihi
Romę ff. de ſolutionibus de quo ſuprà vidimus. Cum
igitur à ſtipulatore approbata ſit Adiecti perſona ſi
alibi, quàm in deſignato loco eidẽ ſoluatur, ſupereſt
petitio, vt ratione loci ſolùm intereſſe creditor coo-
ſequatur, quòd maxima ęquitate decretum fuiſſe ne-
mo eſt, qui non videat. Quibus addes ad iura. ſ. relata
63 à Bar. † vt vnum petatur, & aliud conſequatur. l. ſi ſer-
uuos. ff de verb. oblig. ff. de ſolut. l. etiam, & in mate-
ria adiecti. l. Iulianus in §. qui fundũ. ff. de verb. obl.
vbi Alex. nu. 3. & ſeq. Pau. & Iaſ.

Denique vt iuxta propoſitam diſpoſitionem hãc
64 partem explicemus quęro an † diuerſum factum in
perſona Adiecti deſignari poſſit, verbi gratia, Pro-
mittis mihi inſulam in meo ſolo ędificare, aut in Ti-
tij loco, & videbatur non poſſe, quia ſi domus in Ti-
tij loco ędificetur nullum conſequor emolumentũ,
ędificatum enim ſolo cedit. §. cum in ſuo, inſt. de rer.
diui. Quando enim ſoluuntur decem Titio Epheſi,
vel diuerſas res repeto actione mandati, vel negotio-
rum geſtorum, vnde commodum conſequar, conſe-
quenter liberationem non contingere videbatur ſi
ioſula in loco Titij Adiecti ędificetur, quia non fa-
ctum pro facto ſoluitur in perſona namque adiecti
nullum ius eſt, & factum deſignatum in eius loco nõ
eſt in obligatione, ſed factum in perſona ſtipulantis.
& factum pro facto diceretur ſolui, quando vnum
tantùm eſſet in obligatione: alterum, nec in obliga-
tione: nec in ſolutione: Verum diuerſa ſententia ob-
tinuit factum. ſ. diuerſum in perſona Adiecti poſſe de
ſignari, & promiſſore conſtruente domum in loco

Titij contingere liberationem non ipſo iure repugnante iuris ſubtilitate, ſed ope exceptionis, cuius rei illa ratio reddi poteſt. Quia ſtipulatio hanc formam, & conditionem recepit, & eſt remiſſum in electione promiſſoris, vt probatur in l. qui res, in §. mihi Romæ, vbi etiam Doctores. ff. de ſol. Et hic non ſoluitur factum pro facto, ſed promiſſor eligit, & data eſt ei electio, meritò ſtipulationis forma in cauſa eſt, vt ope exceptionis promiſſore complente in loco Titij liberatio contingat, non ipſo iure, vt putauit ibidem Ang. non rectè. Vnde illud ſequitur, ſi ſine voluntate ſtipulatoris aliud factum in perſona Adiecti exequetur, quàm in ſtipulatione deductum ſit, liberatio non contingeret, vt ſenſiſſe videtur Accurſius in d. §. in verbo ſoluto, quibus addes ad declarationē prædictorum, quæ dicam in vlt. par. ver. ſecunda facti ſpecies.

Ex d. §. mihi Romæ, ac §. mihi decem ſitis in d. l.
65 qui res. ff. de ſolut. illud Doctores notant † cauſam duriorem, vel leuiorem adiectionem nō vitiare, ex quibus bono ordine (vt vidiſti) explicitus eſt trac. de his, quæ in perſona Adiecti poſſunt deſignari.

SVMMÆ RERVM, QVÆ IN TERTIA parte continentur.

1 *Quæſtiones an magis expediat expedire diſtinctione vel enumeratione ſpecierum facti, ſeu magis regulis ampliationibus & limitationibus.*

2 *Adiecto regulariter rectè ſoluitur, & contingit liberatio ipſo iure.*

3 *Adiecto rectè ſoluitur etiam inuito vel ignorante creditore, & de ratione in Adiecto gratia debitoris non creditoris & in ipſa ſtipulatione.*

4 *Adiecto an ſolui poſſit cum diuerſa res, diuerſorum tempus, qualitas, conditio, locus, perſona, ſumma, cauſa, & factum deſignatur in perſona ſua.*

5 *Adiecto rectè ſoluitur etiam ſi debitor creditori ſe ſoluturum conſtituit. ſimpliciter tamen, cōtrà verò ſi ſoli creditori, & quare.*

6 *Adiecto ſi ſoluitur cùm creditori ſoli ſolui conſtituitur promiſſor creditori tenetur, & Adiectus debitori conditione indebiti tenetur nu. 6. & nu. 8.*

7 *Solutum perperam & indebitè differunt.*

8 *Coditio indebiti, quòd oriatur ex errore ſolutionis.*

9 *Adiecto in conſtituto & non in principali obligatione an ſolui poſſit.*

10 *Filius familiâs ſi promiſit ſoluere mihi, aut Titio num eius pater poſſit ſoluere Adiecto, vide ſubtiliter.*

11 *Fideiuſſor vel mandator, quòd poſſit ſoluere Adiecto.*

12 *Adiecto ad indebitum ſi ſoluatur repetitur ab ipſo creditore.*

13 *Repetitio conceditur in ſubſidium ab illo, cui pecunia proficit.*

14 *Adiecto etiam reſiduum ſolui poteſt, vt puta ſi pars ſoluta ſit creditori.*

15 *Litis conteſtatio & partis præceptio in caſu non comparantur.*

16 *Pupillo Adiecto rectè ſoluitur niſi ſit Adiectus animo donandi & an requiratur, quòd ſit proximus pubertati.*

17 *Pupillus proximus pubertati dicitur, qui decimū annum cum dimidio exceſſit.*

18 *Soluens debitum puero tranſmiſſo ad recipiendum quòd liberetur.*

19 *Puer quis dicatur,*

20 *Debitor an liberetur, qui per nuncium tranſmittit creditori debitum etiā cōmune factus per literas pulchrè declaratur.*

21 *Adiecto an poſſit ſolui ante tempus, plenè diſputatur.*

22 *Argumentum ab oppoſitis quādo locum habeat.*

23 *Interpretatio ad l. qui res. in § mihi decem. ff. de ſolut.*

24 *Creditor non cogitur recipere vinum aut frumentum ante diem, quod tractatu temporis deteriorari poteſt.*

25 *Furioſo, lunatico fatuo & inſano ac ſtulto Adiectus rectè ſoluitur ſi conditionis horum ſtipulator non fuerit ignarus.*

26 *Stultus quis ſit.*

27 *Adiectus ſi ſit furioſus vel pupillus an tutori vel curatori poſſit ſolui, rectéque dari poſſit, quod conditionis implendæ dari iubetur, nu. 27. & ſeq.*

28 *Tutori vel curatori pupilli vel furioſi Adiecti ſi ſoluatur ſi pecunia non apparet verſa in eorum vtilitatem quod non concedatur reſtitutio contra Paul. Caſtr nu 28. & nu 31.*

29 *Dandum conditionis implendæ pupillo vel furioſo neceſſe eſt appareat verſam in vtilitatē pupilli vel furioſi & pulchre ac ſubtiliter de ratione num. 29. & ſeq.*

30 *Interpretatio ad l. ſi ſeruus. ff. de ſolut.*

31 *Soluens tutore auctore ipſo iure liberatur quando tamen ſoluitur conditionis implendæ gratia pupillo non contingit liberatio ſi non apparet verſum in vtilitatem pupilli.*

32 *Declaratio ad l fin. C. in quibus cauſis in integr. reſt. relatiuè.*

33 *Interpretatio ſeu declaratio ad l Stichum in §. vſumfructum. ff. de ſolu.*

34 *Seruus poteſt cōſtitui Adiectus. & nō poteſt ſolui domino niſi ex voluntate ſerui, & pulchrè de ratione.*

35 Mer-

35 Mercator iuſſus ſoluere poteſt alij dare eo volēte.
36 Debitor voluntate creditoris poteſt conſtituere ſe ſoluturum alteri, quod frequentatur inter Mercatores, & eſt notandum.
37 Monachus poteſt adijci ſolutioni, & an ſolui poſſit Abbati ſine voluntate monachi, vt contingat liberatio.
38 Monachus ſi hæres ſit inſtitutus. Abbas poteſt hæreditatem adire.
39 Monachus vnius monaſterij ab alio bona fide poſſeſſorum, ſecundo, ſeu magis primo acquirat monaſterio.
40 Monachus in acquirendis magis filio, quàm ſeruo comparatur.
41 Argumentū de monacho ad ſeruum paſſim recipitur nu. 41. & nu. 45.
42 Actio vbi quæritur ex contractu filij vel ſerui vel monachi patri, domino, vel Abbati, poteſt ſolui monacho filio vel ſeruo.
43 Monachus ſi mutuauit vel depoſuit ex mandato Abbatis debitor reddendo monacho liberatur.
44 Religioſus electus ad præſentandum ſeu eligendum ſine licentia ſuperioris non poteſt eligere, & electio facta non tenet.
45 Religioſus dicitur non habere velle neque nolle quando procedat.
46 Soluens Abbati, quod monacho debetar an liberetur.
47 Filio Adiecto ad ſolutionem in ſtipulatione facta per partem recte ſoluitur, etiam ſi ſit emancipatus: contrà ſi pater filio ſimpliciter ſtipuletur nu. 47. & ſequent.
48 Interpretatio ad l ſi vnus ff de pact.
49 Pater ſi ſtipulatus ſit ſibi reddi in vita. aut filio poſt mortem, filius etiam ad obligationē videtur Adiectus.
50 Pater Adiectus conſtitui poteſt, & ei rectè ſoluitur, vbi obligatio ei non quæritur.
51 Filiusfamilias poteſt Adiectus conſtitui & ei recte ſoluitur.
52 Filiusfamiliás ſit Adiectus conſtitutus num poſſit ſolui patri abſque filij voluntate.
53 Pater & filius, quod vna caro & eadem perſona cenſeantur multa relatiuè.
54 Quæſtio vbi eſt ex bono & æquo, in ea ſub authoritate iuris ſcientia plerumque erratur.
55 Declaratio ad doctrinam Imol. in §. vſufructu. ff. de ſolu.
56 Filio Adiecto à patre ad ſolutionem etiam emācipato recte ſoluitur nu. 56. & ſequent.
57 Seruo Adiecto à domino ad ſolutionem manumiſſo non rectè ſoluitur. nu. 57. & ſeq.
58 Adiecto ſolui non poteſt ſi ſe in adoptionem dederit.
59 Mandatum cum reuocatur à lege propter deteriorem conditionem mandatarij, fit reuocatio ex veriſimili ac præſumpta voluntate mandātis quaſi tacitè hoc ſit actum, vide pulchrè nume. 59.
60 Adiectus dicitur deteriorem conditionem ſuam feciſſe reſpectu durioris, & difficilioris exactionis à creditore fiendæ ab eo nu. 60. & ſeq.
61 Adiectus ſi efficiutur religioſus ſeu monachus eidem non rectè ſoluitur.
62 Ratio quare lex reuocat mandatum in ſeruo manumiſſo, & non in filio emancipato.
63 Filiofamilias Adiecto ab extraneo etiam emancipato recte ſoluitur.
64 Seruo Adiecto ab extraneo ſolutioni etiam manumiſſo rectè ſoluitur.
65 Adiecto capite diminuto ſi hoc eſt actum expreſsè recte ſoluitur.
66 Procurator quòd nō poſſit conſtitui irreuocabiliter etiam cum iuramento.
67 Adiecto culpata vita effecto ſolui poteſt vbi diuerſa res in eius perſona eſt deſignata, & pulchrè vide de ratione num 67. & ſeq.
68 Vſumfructum ſi ſtipulatus ſim mihi aut Titio, facultas dandi Titio non intercidit, etiam eo capite minuto, nu 68 & num. 71.
69 Declaratio ad l ſi cum Cornelius ff de ſolu.
70 Declaratio ad doctrinam Bar. in l. Stichum in § vſufructu ff. de ſolut.
71 Adiecto capite minuto ſolui poteſt vbi in ſtipulatione deducitur res quæ perſonæ cohæret.
72 Vſuſfructus non poteſt acquiri domino per procuratorem.
73 Adiectus ad ius perſonale quale eſt vſusfructus cenſetur Adiectus animo donandi.
74 Donatio præſumenda eſt, vbi alia coniectura capi non poteſt,
75 Soluens falſo procuratori ſcienter non liberatur nec repetit. n. 75 & ibi interpretatio ad l. Proculus. ff. de vſ.
76 Adiecto recte ſoluitur etiam ſi in ſtipulatione anteponatur.
77 Lex 1. in §. fructuarius. ff de ſtip. ſer. reſtituitur, & declaratur ratione.
78 Adiecto rectè ſoluitur per quamcunque alternatiuam adijciatur.
79 Adiecto recte ſoluitur, & ſi tempore ſtipulationis abſens fuerit.
80 Adiecto ſi ſolutum ſit, & ius aliquod deficiat, adhuc res ipſa peti poteſt.
81 Creditori ſi pars ſoluta ſit, reliquum Adiecto recte ſoluitur.
82 Adiecto inuito an ſolui poſſit nu. 82. & ſequentibus numeris.
83 Tacens tunc aſſenſiſſe videtur, cùm de eius agitur vtilitate, & quòd Adiectus præſens cenſetur conſenſiſſe, licet non agatur de eius vtilitate pulchra ratione.
84 Beneficio affici hominem, hominis intereſt.
85 Declaratio ad l. qui patitur ff mand.
86 Donatarij præſentia cum taciturnitate conſen-

ſum inducit, & ipſius donationis validitatẽ.

87 *Adiecto mortuo creditore ſeu ſtipulatore rectè ſoluitur.*

88 *Heredi Adiecti non rectè ſoluitur.*

89 *Obligationis conditio ex perſona hæredis nõ immutatur.*

90 *Hæredi Adiecti quare ſolui nõ poſſit, diuerſæ redduntur rationes.*

91 *Adiectus in quibus mandatario non comparetur.*

92 *Gloſſa defenditur in l. ſi ſtipulatus ſum mihi, aut Titio. ff. de ſolut. & damnatur Iaſ.*

93 *Quæ ſunt facti & nudi miniſterij, non tranſeũt ad hæredes, & quomodo procedat.*

94 *Hæredibus executorum vltimarum voluntatum non rectè ſoluitur.*

95 *Vxor ſi promiſit conſentire alienationi factæ per virum ſi veſtem ſericam faceret, mortua vxore hæredes non poſſunt aſtringi ad conſentiendum.*

96 *Hæres plerunque diuerſi eſt ingenij, & non eiuſdem conditionis.*

97 *Prudentes viri plerumque hoc infortunio laborant, vt filios ſtolidos generent.*

98 *Ratio Iaſonis quare hæredi Adiecti ſolui non poſſit improbatur.*

99 *Ratio noua quare hæredi Adiecti ſolui non poteſt.*

100 *Hæredi Adiecti donationis cauſa, an poſſit ſolui ſubtiliter diſputatur nu. 110. & ſeq.*

102 *Donatione facta præſenti & tacenti, quod ex tacito conſenſu pactum legitimum factum cenſetur.*

103 *Lex ſi quis argentum quòd locum non habeat, vbi duo concurrent ſpecialia.*

104 *Declaratio noua & ſubtilis, ad doctrinã Bart. in l. Stichum in § vſumfructum. ff. de ſolut.*

105 *Promiſſor in manu habere videtur, an donatio effectum ſortiatur, vbi mihi aut Titio adiecto donationis cauſa promiſit, n. 105. & ſeq.*

106 *Debitori in multis iuris articulis magis vni, quàm alij rem gratam facere conceditur.*

107 *Adiectus ſi ſit ſub nomine dignitatis rectè ſoluetur eo mortuo ſucceſſori.*

108 *L. Annua, in §. Attia declaratur circa verbum hyerophilacum.*

109 *Hæredi adiecti rectè ſoluitur quando eſt conuentum.*

110 *Soluens Adiecto ſeu Procuratori qui conditionem ſuam immutauerat, non liberatur ſi ſciuerit, ſecus ſi ignorauerit.*

111 *Soluens Adiecto ſeu procuratori qui ſtatum immutauerat, vt putà decoxerat idque publicè ſciebatur quòd non liberetur.*

112 *Contractus factus cum ſtatim perdituro in genere tenet, ſecus ſi cum perdituro ſtatim incertum malũ vſum, & declaratur l. ſi quis cùm ſciret ff. pro empt. nu. 112 & num. 118. & 120.*

111 *Debitor ſoluens procuratori ſeu Adiecto qui ſtatum in deterius immutauerit, ſi ſciuerit, nõ liberatur, an autem ei ſubueniendum ſit, vt poſſit repetere quod ſoluit ſubtiliter diſputatur nu. 113. & ſeq. num.*

114 *Sciens dominum eſſe mortuum, ius autem ignorans quòd morte domini mandatũ reuocetur repetit quod ſoluit.*

115 *Error ſupinus cum de damno tractatur repetitionem non impediat nu. 115 & ſeq num.*

116 *Declaratio elegans ad l. cum is. in § ſi mulier. ff. de cond. inde.*

117 *Error in iure quaſi naturali in damnis an noceat, nu. 117. & num. ſeq.*

118 *Error in iure quaſi naturali quando dicatur, & an ſoluen. luſori publico vel decoctori publ. dicatur errare in iure quaſi naturali.*

119 *Soluens pecuniam perdituro an liberetur diſtinguendo Sal. ſententia defenditur, & Alex. & Bal. Nouel.*

120 *Mutuans perdituro putà in ſcorto, vel alea hoc expreſſo quòd non repetat, etiam ſi meliori vſus conſilio qui recipit in vtilem cauſam eroget.*

121 *Adiectus ſi efficiatur monachus eidem ſolui nõ poteſt,*

122 *Adiecto ſolui non poteſt poſt litem conteſtatã à creditore cum debitore, & tamen inuito creditore ſoluitur & quare.*

123 *Inſtrumentum guarantigiæ, ſeu confeſſi quod habet executionem paratam ſi continet vnum in obligatione, aliud in ſolutione, durat facultas ſoluendi donec petatur quod declaratur.*

124 *Caſus in quibus litis conteſtatio maiorem effectum habet quàm conſtitutum, item quàm partis perceptio & expreſſus actus.*

125 *Soluentes Adiectis, & Procuratoribus conſtitutis ad recipiendum ſolutionem cauti eſſe debent, vt appareat de ſolutione, alias non liberantur.*

126 *Tutor ſi in libris ſeu inſtrumento fateatur ſe recepiſſe à debitore pupilli, an pupillo præiudicet relatiue.*

127 *Plures Adiecti quòd poſſint conſtitui contra Iaſonem, & ſolutione vni facta contingat liberatio, num. 127. & ſeq. num.*

128 *Interpretatio ad leges item ſi ſeruus in §. ſed & ſi cum duos, & l. ſed ſi ſibi. ff. de ſtip. ſer. & error Iaſ. num. 128. & ſeq. num.*

129 *Diſiunctiua in coniunctam non reſoluitur, quãdo voluntas contrahentium refragatur, vnde ratio quare Adiecti conſtituantur.*

130 *Deponens libros penes aliquem & mandans reſtitui ſibi aut Titio aut Mæuio vni ex nominatis rectè fit reſtitutio.*

131 *Adiecto quòd ſolui non poſſit poſt tempus in eius perſona deſignatum, num. 131. & ſeq. nume.*

132 Argu-

132 Argumentum à tempore ad locum probabile, & quomodo proceaat nu 112. & ſeq.

134 Interpretatio ſeu noua limitatio ad l. qui res, in §. mihi decem de ſolut.

135 Adiecto ſolui non poteſt non purificata conditione, ſeu conditionibus.

136 Pactum de ſoluendo tertio ex interuallo habet vim mandati, & quod poſſit reuocari & declaratur.

137 Promittens mihi aut Meuio vtrum ego velim ſoluere, Muuio me inuito non poteſt. & quid ſi ego ſemel elegerim cui ſoluatur, an variatio admittatur.

158 Gratia conſumpta eſt per vnum actum.

139 Stipulatio ſi concepta eſt hoc modo mihi, aut Titio vtrum ego velim, ſi eligo ſolui Titio, venit extrinſecum intereſſe, ceſſante debitore ſoluere.

140 Soluto matrimonio dotis repetitioni eſt locus quouis modo matrimonium dirimatur.

141 Thori ſeparatio quod ex cauſa permittatur, & quòd ſuccedat loco diuortij, & ex quibus cauſis permittatur, & alia circa eam.

142 Pater ſi dotem à ſe profectam ſtipuletur filia, propria erit ipſius filiæ.

143 Pater ſi dotem à ſe profectam, ſimpliciter ſeu imperſonaliter ſtipuletur, tam ſibi quàm filiæ ſtipulatus intelligitur.

144 Stipulatio facta à patre de dote data à ſe reddenda, ſibi aut filiæ in poteſtate conſtitutæ, quomodo intelligatur plene.

145 Pater ſeu extraneus ſi ſtipulatus eſt copulatiuè dotem ſibi aut filiæ reddi, quomodo intelligatur ſtipulatio.

146 Pater ſi ſtipulatus eſt à marito filiæ ſibi, & ſuis hæredibus reddi, nec non eius filia hæredibúſque ſuis, aut cui ius eſt, caſus dederit, & filia moriatur relictis filijs quòd ſtipulatio intelligatur ſecundùm relatam conſuetudinem.

147 Martini ſententia recepta ex conſuetudine in l. dos à patre C. ſol. matr. declaratur certis modis.

148 Pater ſi dotem à ſe datam, pro filia ſibi eſt ſtipulatus, & deinde mortuus ab inteſtato relicta filia prædicta, & filio maſculo, qui ex forma ſtatuti filiam excludit quod dotis repetitio ad filium pertineat.

149 Dotem à ſe datam, ſi pater fuerit ſtipulatus in hæc verba. Quam dotem promiſit reddere, & reſtituere Titio ſtipulanti pro ſe, & ſuis hæredibus ſoluto matrimonio morte vel diuortio ſine liberis vel cum liberis non peruenientibus ad ætatem decem & octo annorum, & in omnem alium caſum, &c. aut illi vel illis, cui & quibus, &c. & Maſculi excludant fœminas, & iuxta formam ſtatutorum ciuitatis Anconæ, ſi pater decedat relictis filijs maſculis, deinde filia relictis filijs, qui tamen ad ætatem prædictam non peruenerint, cui actio competat, quæſtio eſt quotidiana.

150 Dos à patre profecta, an ſtantibus ſtatutis ciuitatis Anconæ ſuccedat loco legitimæ.

151 Lex omnimodò. C. de inof. teſt. quæ ſupplet legitimam in ſubſtantia quòd nihil comune habeat cum l. quoniam in prioribus. quæ reijcit conditionem & grauamen.

152 Declaratio ad duo ſtatuta Anconitana alterũ ſub rub. quòd mulier ſit contenta dote, alterum ſub rubr. de ſucceſſorib. ab inteſtato nu. 152. & ante numeris.

153 Auus maternus ſeu alius extraneus, qui dotem à ſe datam ſtipulatus eſt mulieri, aut ſibi reddi vtilem mulieri quærit, & ipſe Adiectus cenſetur, & ei tanquam Adiecto ſolui poteſt, reprobatúrque ſententia Pauli Caſt.

154 Auus maternus ſi ſtipulatus eſt ſibi aut nepti dotem à ſe datã reddi, quærit vtilem nepti, & ipſe cenſetur Adiectus, licet nomen ſuum præpoſuerit in ſtipulatione.

155 Interpretatio ad l. Caius. ff. ſol. matr.

156 Ratio vbi eſt expreſſa in l. non dicitur fieri extenſio ſed caſus in quo eſt eadẽ ratio cõprehẽdi.

157 Lex Caius ſol. mat. quòd locum nõ habeat in caſu in quo mulier præmoriatur viro ſuo.

158 Regula legis iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. pluribus modis limitatur 158. & ſeq.

159 Declaratio ad §. accedit in l. vnic. C. de vxo. act. & reprobatur Paulus Caſtr.

160 Dotem extraneus dedit & ſtipulatus eſt ſibi reddi aut cui de iure debebitur quòd actio ſit integra mulieris, & perindè ſit ac ſibi, & mulieri fuerit ſtipulatus ſubtiliter diſputatur.

161 Generalis diſpoſitio comprehendit cauſam dotis, niſi dos in caſu de quo quæritur ſpeciale habeat priuilegium.

162 Dotẽ extraneus dedit & ſtipulatus eſt ſibi reddi, aut mulieri, aut cui de iure debebitur mulier ad obligationem adiecta cenſeatur. & ei actio quæratur.

163 Dotem quam dedit extraneus ſtipulatus eſt ſibi aut mulieri, ſiue ipſorum hæredibus vel cui ius & caſus dederit, qualitercunque matrimonium diſſoluetur morte vel diuortio ſine filijs ex eorum corporibus natis non peruenientibus ad legitimã ætatem vigintiquinque annorum, & in omnem caſum, &c. & matrimoniũ diſſoluatur relicto filio qui ad ætatem prædictam non peruenerit, quomodo intelligatur ſtipulatio ſecundùm Bald. diſtinguitur.

164 Dotem quam dedit extraneus ſi ſibi & mulieri ſtipuletur vel ſibi, & cui de iure vtrinque pro dimidia quæritur.

165 *Extraneus, qui dedit dotem ſi ſimpliciter ſeu imperſonaliter ſtipuletur ſtipulatio intelligitur, vt acquiratur mulieri fauore dotis.*

166 *Pater ſiue extraneus ſi dicerent promittuntur tibi marito mille pro dote Titiæ, ſtipulatio non eſt inutilis fauore dotis.*

167 *Pater ſi ſtipulatus eſt ſibi in vita reddi, aut filio poſt mortem, filius etiam ad obligationem videtur Adiectus.*

168 *Conditio exiſtens poſt mortem ſtipulatoris ſtipulationem puram reddit.*

169 *Soluens Titio non verò Adiecto in ſtipulatione, aut quia putet Adiectum non liberatur, repetere tamen à Titio poteſt.*

170 *Soluens Adiecto in moneta reproba ſeu tali quã creditor recipere non poterat, aſtringi non liberatur.*

171 *Adiectus ſolutionem recipit non autem pignus.*

QVANDO ADIECTO SOLVI POSSIT.

NOVI veteres Iuriſcon-
ſultos in quæſtione in-
difficili diſtinctionibus
plerumque vti conſue-
uiſſe, † legi & recentio-
1 res & admodum pau-
cos veterum morem ſe-
quutos, ſed alios quaſ-
dam facti ſpecies con-
ſtituiſſe. Alios ſubiectis
regulis ampliationibus
& limitationibus rem abſoluiſſe, & licet prout vna-
quæque res expoſtulat, ſtatuendum ſit, vbi tamen
longiori: diſputatione res eget, & meliùs, & vtilius
eſſe ſemper cenſui poſteriori modo remipſam tra-
ctare, & expedire, & hæc ſententia à ſapientibus, &
quidem multis probatur, quos Io. Neui. retulit in ſua
Syl. Nup. lib. 5. num. 32.

2 Regulariter igitur dicendum eſt † adiecto rectè
ſolui poſſe l. verò procuratori in prin. ver. interdum.
ff. de ſolut. & eleganter Iuriſconſultus ait in l. ſi ita
ſtipulatus ſim mihi aut Titio. ff eod. dum Adiecto
ſoluitur mihi ſolui videtur. l. ſed ſi. §. ſi mihi. ff. de
conſt. pecu. in tantum, vt ſolutione Adiecto facta
regulariter ipſo iure contingat liberatio. §. ſi quis
alij. ver. planè inſtitutio. de inutil. ſtipul. Bartol. in l.
penult. ff. de conſilio pecu. & debitor, quod ſoluit re-
petere non poſſit, vt eſt text. ad verbum in l. is,
qui promiſit. ff. de pigno. quæ regula multis modis
amplianda deinde eſt reſtringenda.

3 Primo † igitur amplianda eſt, vt ignorante vel e-
tiam inuito ſtipulatore Adiecto rectè ſoluatur. d. §. ſi
quis alij, ver. planè l. aliud ff. de ſolut. & eſt bonus tex.
in l. fideiuſ. obligati in prin ff. de fideiuſ. ibi ignoran-
te vel inuito Titio poſſit, & notauit Iaſ. in l. eum, qui
ita in §. qui ſibi numeru 12. ff de verb. oblig. & huius
rei illa ratio reddi poteſt. Quia certam cõditionem,
& formam habuit ſtipulatio. l. verò procuratori. ff. de
ſolu. & intereſt debitoris pluribus poſſe ſoluere, vt
liberetur, quæ facultas auferenda non eſt, nec qui-
dem poteſt, dicta l. aliud, & ſcripſit Paul. Caſtr. in l. ſi
eùm fundus. ff. de pactis, & Aret. in leg. Iulianus in §.
qui fundum, num. 5. ff. de verb. obl. verùm quòd dixi-
mus prohibente ſtipulatore, vel eo ignorante Adie-
cto rectè ſolui poſſe, temperandũ eſt in Adiecto gra-
tia debitoris (prout in re dubia cenſetur) non credi-
toris ſecundùm Aret. qui id eleganter declarat in l.
fin in § fin. nume. 9. ver. ſed aduerte. ff. de verborum
obligationibus, vbi citat Bartolus in l. hoc iure in §.
ſi quis dederit. ff. de donat. & dixi in prima par. num.
34. ver. Adiectus deſcribitur, &c. item declaran-
dum eſt in vero Adiecto, qui in ipſa ſtipulatione ad-
iicitur, contra verò ſi poſt ſtipulationem mandem
promiſſori, vt ſoluat alicui, poſſum enim mandatum
reuocare. l. ſi. & l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolut. & ſcri-
pſit Pau. Caſt in l. Iulianus in §. qui fundum propè
numerum 3. ff. de verb. oblig. Vbi Alexand. & Ia-
ſo. & doctores notarunt in d. l. ſi cum Cornelius,
vbi text. ſingularis, & iis addes, quæ in relato loco.

Secundo † amplianda eſt regula cum diuerſa res,
4 diuerſum tempus, qualitas, conditio, locus, perſona,
ſumma, cauſa, & factum deſignatur in perſona Adie-
cti, ſecundum tamen ea, quæ in antep. par. plenè diſ-
ſerui, & quæ repetere ſuperuacuum eſt, quæ ergo illic
dicta ſunt hùc erant transferenda.

Tertio † amplianda eſt regula, & ſi debitor credi-
5 tori ſe ſoluturum conſtituerit, poteſt adhuc Adiecto
ſolui quamuis creditori competat de conſtituta a-
ctio. l. ſi ita ſtipulatus ſim mihi, aut Titio. ff. de ſolut.
Sed quia obſtare videbatur l. ſi verò ff. de conſt. pe
cu. eſt ergo dicẽdũ ſecũdùm Accur. in d. l. ſi verò Paul.
Caſt. & alios in d. l. ſi ita ſtipulatus, aut quis ſimplici-
ter conſtituit ſe ſoluturum creditori, & ſolui Adiecto
poſſit d. l. ſi ita ſtipulatus, cuius rei vera quidem ratio
à Baldo ibidem redditur, quia poſterior obligatio
ſimpliciter contracta intelligitur ſecundùm limites
& qualitates à qua oritur, ſi verò debitor conſtituerit
ſe ſoluturum ſoli ſtipulatori ſeu creditori tantum,
& hoc caſu ſolui Adiecto non poſſit, & ſic loquitur l.
ſi verò, & illa à doctoribus redditur ratio præſertim
Pau. Caſt. ibidem, qui legit cum præcedẽti l. ac Salyc.
quia cenſetur adempta debitori facultas ſoluendi.
Nec mouet, quòd facultas ſoluendi Adiecto auferri
per creditorem non poteſt. l. aliud. ff. de ſolu. & dixi
paulò ſuperiùs, quia verum eſt ſine voluntate debi-
toris, ſed ſi debitor cõſtituit ſe creditori ſolum ſolu
turũ, adeſt eius volũtas, ex qua ſibi præiudicat, & ſibi
6 imputãdũ eſt, quare ei ſoli ſoluere cõſtituerit. † Cũ er
go ſoli creditori cõſtituitur ſolui, & Titio Adiecto ſol
uitur, nihilominus promiſſor creditori tenetur, ſed ad
iectus conditione indebiti tenetur, vt quod ei perpe-
ram ſolutum eſt debitori reddat, vt dicitur in l. ſi ve-
rò, & l. ſeq. & eleganter ſubdit Ang in eo. §. notan-
7 dum eſſe, quòd † in caſu propoſito non dicitur Adie-
cto indebitè ſolutum, quia nunquam fuit debitum,
ſed perperam, quia per conſtitutum relato modo
deſierat ei poſſe ſolui. Subiicit etiam, prima fronte
videbatur non poſſe repeti ab Adiecto, quia ſciuit
aut ſcire debebat ſe non teneri, & reſpon. licèt debi-
tor non errauerit in obligatione, errauit in faculta-
8 te ſolutionis, quia credebat ſe poſſe ſoluere. † No-
tandum ergo ait condictionem indebiti oriri ex er-
rore ſolutionis, & certè id quotidianum eſt, & me-
moria tenendum, ſed & in dubium reuoco, quod
dua

dixi non poſſe ſolui Adiecto quando conſtituitur ſoli creditori ſolui,videbatur namque poſſe ſolui , nã per conſtitutum non tollitur prima obligatio , & ſic non fit nouatio,ſi ergo remanet prima obligatio, vt in l.item illa , in §. fina. ff. de conſt. pecu. ergo debitor Adiecto rectè poſſe ſoluere videbatur certè hoc argumentum non videtur contemnendum,& aliud dici non poteſt niſi quòd debitor conſtituendo creditori ſoli ſoluere , ſibi ipſi facultatem ſoluendi Adiecto ademerit(vt dictum eſt)& adde prædictis gl.in l.illud.ff.de conſt.pecu.

Prædicta locum habent vbi in principali obliga-
9 tione erat Adiectus , ſed quid † ſi in primitiua non erat Adiectus , ſed in conſtituto , verbi gratia,promiſeras mihi decem, deinde cõſtituiſti te ſoluturum mihi aut Titio,num quid & Titio Adiecto ſolui poteſt , & certum eſt poſſe ,; & hoc caſu notandum eſt contingere liberationem facta ſolutione Adiecto ipſo quidem iure ab actione de conſtituta,ac principali verò ope exceptiones , vt probatur ſecundùm veram interpretationem gloſſ.in l.pen. ff. de conſt. pecu.& prima fronte videbatur dicendum per ſolutionem vtramque obligationem ipſo iure tolli , ſed hoc verum eſt ſi principali ſolueretur , cui debitor vtraque obligatione tenebatur, contra verò ſi ſoluatur Adiecto in conſtituto tantùm , & hoc plerique dixerunt, & max. Alb. Ang. Salv.& Paul. & meritò propter contraria difficilia illa lex fundamentum habet in rigore ſecundùm Paul.Caſtr. quia ſi lex non eſſet,quilibet contrarium reſponderet , ſed & Iuriſconſultus met dixit in illis verbis , & ſi ſtricto iure , &c.

10 Quartò† amplianda eſt regula in caſu prædictæ. l. ſi ita ſtipulatus ſim mihi aut Titio.ff.de ſolu. vbi à filiofamiliâs mihi aut Titio ſtipulatus ſim , nam ſecundùm expoſitionem gloſſ.ibi pater poteſt ſoluere Titio Adiecto, ſed cum illa diſtinctione , ſi pater ſuo nomine velit ſoluere , quod in peculio eſt poſſit , licet non ſit in peculio integra ſumma debita, nam pater ſoluendo , quod in peculio eſt non partem , ſed totum ſoluere intelligitur , ſed ſi nomine filij ſoluere velit non admittatur ad ſoluendum inuito creditore niſi integrum ſoluat, & aliter non liberat filium,cùm filius in totum teneatur. arg. text. in l.prima in fina.cum l.ſeq. ff.de conſt.pecu.l. tutor in §.Lucius.ff.de vſu. & notandum eſt Iac. de Aret. Ang. Raph. & Paul. dictam legem in illis verbis, ſcilicet ſi ſuo non filij nomine ſoluere velit , expoſuiſſe, ſi, pro quamuis , quæ expoſitio ſecundùm Raph. eſt clarior , & eſt ſenſus , quòd licèt pater ſuo non filij nomine ſoluat,tamen admittatur ad ſoluendum Adiecto veluti filius, & cùm Adiectus non eſſet conſtitutus in obligatione de peculio , qua tenetur pater de iure prætorio , ſed in obligatione, qua tenetur filius ex ſuo contractu, quæ eſt ciuilis. reſpondendum videbatur contrarium , quod niſi ſolueret nomine filij , & integrum debitum non poſſet ſoluere Adiecto,ſed contrà ex ratione illa Iuriſconſulti,dum enim Adiecto ſoluitur , mihi ſolui videtur.

Quinto extendenda eſt regula ex his , quæ proximè diximus, ſumpſit enim argumentum Pau.Caſt.
11 in fina. dictæ l. ſi ita † ſtipulatus , quòd fideiuſſor, vel mandator poſſit ſoluere Adiecto ſicut principali , licèt in ipſorum obligatione de Adiecto non fuerit facta mentio , quod & notandum , & verum eſſe arbitror , pro qua ſententia conſiderari poteſt relata ratio legis prædictæ dum Adiecto ſoluitur, mihi ſolui videtur , & quia acceſſoria obligatio regulanda videtur à principali,accedit, quod diximus in tertia ampliatione referendo Bald.poſterior obligatio ſimpliciter contracta intelligenda eſt iuxta limites , & qualitates obligationis , ex qua originem ſumit,quod ſexcentis exemplis poſſet comprobari,&c.

12 Sexto † amplianda eſt etiam in Adiecto ad indebitum vt ſi ei ſolutum ſit perinde ſit ac ſi creditori ſoluatur, in tantum,vt indebitum ſolutum Adiecto ab ipſo creditore repetatur , & conſequenter Adiectus ad ſolutionem , quæ de iure fieri non debet videtur Adiectus ad indebitum recipiendum , vt in dicta l.ſi ita ſtipulatus , vbi doctores notant , & adde l.qui hominem.ff.eod.de ſolu.vbi & id ampliatur in hærede Adiecti,vt potius condicat ſtipulatori,quàm hærede Adiecti. In eum enim competit condictio indebiti , cuius nomine ſolutio facta eſt. ff.rem rat. hab. ſi indebitum in prin.& l.ſi ſine.primo reſpon.& vide, quæ dixi ſuprà in tertia ampliatione , ſed hîc notabilis quæſtio fingi poſſe dixi , & rectè his ſolis pecuniam condici quibus quoquo modo ſoluta eſt.
13 Quid ſi non ſit ſoluendo, † & pecunia alij proficit an repetitio detur contra illum cui proficit Accur. in l. his ſolis.ff.de cond.ind.concedit ſi is,qui recipit cauſam lucratiuam habuit alias cõtra.ff. de eo per quem fac.erit.l.fina.ff.de leg primo l.planè 2.§. primo, vbi Bartolus commendat quęſtionem, & addit doctores probare , & vide in l.cùm fundus in §.primo.ff.ſi cert.pet.

14 Septimo † extendenda eſt relata regula,& ſi partis ſolutio creditori ſit facta, & adhuc Adiecto debitor reliquum poſſit ſoluere , verbi gratia ſi decem mihi aut Titio dari ſtipulatus ſim , & quinque accipiam, reliquum promiſſor Titio rectè dabit l. cum decem. ff.de ſolut.vbi lex ad verbum , vnde ſequitur ſecundùm Bald.ibidem,quod in maiori ſumma appoſi-
15 ta in perſona † Adiecti includitur minor. Item , & illud hoc caſu partis perceptionem, & litis conteſtationem non comparari.ff.de ſolut.l.ſi quis ſtipulatus decem in mille,& quia obiicitur dicta l.3. C. de noua.vide Imol.& Raph.in dicta l.cùm decem,& quod inferiùs dicam in limitatione.His addendũ eſt,quod Paul.Caſtr.ex facto conſultus reſpondit , & qui de prædictis non meminit in conſilio 36.ſatis clara, &c. par. 1. cum quidam Gerardus Rolando ſeu ſociis centum promiſiſſet quemadmodum ſoluendo Rolando integrum liberatio contingit , eodem modo ſi ſociis ſuis l.eum qui ita §.qui ſibi.ff.de verb.oblig. l.vero procuratori. ff.de ſolut. & ad rem ſubiicit pari modo ſi partem Rolando Gerardus ſoluerit partem ſociis liberatur,citat l.qui hominem. §.1. ff. de ſolu.l.aliud,& l.ſi.eod.tit.hæc ille, ſed ſuperiora magis clara.

16 Octauo † amplianda eſt etiam ſi Adiectus ſit pupillus , quia ſi ſtipulatus ſim mihi, aut pupillo dari, promiſſor ſine tutoris authoritate ſoluendo pupillo liberatur à me leg.ſi ſtipulatus fuero mihi, aut pupillo.ff.de ſolut.& hoc intelligendum eſt , vbi ſolutio in pupilli vtilitatem non cedit, vt in propoſito caſu, & ceſſant contraria,vt patet ex commentariis Doctorum ibidem,ſoluitur enim pupillo non ad ſuam , ſed ſtipulantis vtilitatem,& vti miniſtro, ſtipulatoriq; imputandum eſt, & qui legem apertiùs non dixerit & talem elegerit, vnde ſi pupillus animo donandi Adiectus eſſet,vt in l.Iulianus in §.qui fundum.ff.de ver.obl.& dixi in 1.parte 5.Deinde ſubieci n.39.tutoris authoritas in ſolutione exigeretur,quod & Bar.&

Raph.in eadem l.ſcriptum reliquerunt, & facit l.ſi ſeruus decem dare iuſſus.ff. de ſolu.verum quod diximus pupillo Adiecto ad ſtipulatoris commodum ſine tutoris authoritate ſolui poſſe, cùm facti nudum præbeat miniſterium, intelligendum eſt in pupillo proximo pubertati,vt Accur.& Bar.in ea l. notarunt, & alij non improbant Imo.excepto,qui ait gl.& Doctorum forte ſententiam admittendam, quando ſibi à pupillo dari eſſet ſtipulatus, vt in re dubia intelligatur de tali pupillo, qui habeat intellectum, ſed ſi nominatus eſſet pupillus Adiectus quamuis is proximus eſſet infantiæ,videtur l.prædictę verbis ſatisfactum, quia imputandum eſt ſtipulatori, qui in ſtipulationem talem legem dixerit, & hoc ſubiicit ſe verum credere licèt Doctores cum glo. tranſeant, ego(vt dicam quid ſentiam)licèt contra ſententiam glo.& Bar.ac aliorum ſentire durum & obtinere ſit difficile,ratio tamen Imo.me valdè mouet, pro qua textus in leg.verò procuratori in §.1. ff. ſolu. in illis verbis, quia certam conditionem habuit ſtipulatio, & reliqua,& hæc ſententia probari poteſt ex multis, & maximè ex his, quæ dixi paulò ſuperiùs in tertia ampliatione,& pro ſententia Imo.ſuccurrit gloſſ.in leg.Stichum in §.vſumfructum in.5.rectè.ff.de ſolut. vbi dixit, quòd pupillo vel furioſo rectè ſolui poteſt, etiam ſine tutoris vel curatoris authoritate, citat relatam legem ſtipulatus,& ſubiicit,ſibique debet imputare,qui ſuum debitum tali iuſſit ſolui.ff.de min. l.cum mãdato.ff.de inſtit.l.ſed & ſi quis §.fi.& l.ſeq. & certè ſi ſolui poteſt furioſo Adiecto fortiùs pupillo proximo infantiæ,& dicam paulò inferiùs in decima ampliatione,& hæc ſententia tanquam rationabilis obtinere debet.nec enim l. ſi ſtipulatus ſum mihi citata ab Accurſio mouet.non enim vidi, quomodo eius ſentẽtiam probet.Hæc ſcripſeram, & vidi deinde Raph.Cum.in hac ea.l.ſi ſtipulatus fuero, qui in hæc verba ſcriptum reliquit in gl.1.ibi proximè pubertati contrarium videtur velle gl.in l. Stichum. §. vſusfructus infrà eo.& ſubiicit furioſo, ergo fortiùs
17 in pupillo,&c.Hæc ille,&†quando de pupillo proximo pubertati mentionem fecimus,ſciendum eſt eum dici,qui decimum annum cum dimidio exceſſerit ſecundùm gl.& Bar.in l.1.in §.fi.in gl.fi. ff. de nouat. gloſſ. in §. pupillus de inutil. ſtipul. vbi Aret. dicit hanc ſententiam crebriorem.& idem teſtatur Hierõ. Cag.in l.pupillum,in prin.ff.de reg.iur. Riminal. in §.fi. Inſtit.Quibus alien licet vel nõ,nu.16.& ſeq vbi refert nonnullos ſenſiſſe id religioni iudicantis com-
18 mitti, ſeu relinqui iudicis arbitrio,†ſed & his addendum eſt,quòd Bal.in ea l. prædicta ad quæſtionem quotidianam referebat, & eſt talis. Sempronio debebam centum,miſit ad me puerum,& ei ex mandato ſuo ſolui certè liberor,& ſi nulla interuenerit ſolemnitas.hactenus Bal.& ſi quæratur de ætate pueri, quando Bal.d.l.mouetur nec verbum fecit,vel ſecundum ſententiam glo.vel Imo. reſpondendũ eſt mens tamen Bal.(ni fallor)ea videretur eſſe, vt glo. potius acquieſceret, cùm d.l.moueatur arg eius,quod dixit Bar.in l.non ſolum in §.liberationis verbum.ff. de li. l.& cum gloſ.ab eo non fuerit improbata. Non tamẽ
19 me latet cum dicimus†puerum ex propria ſignificatione impuberem intelligimus,id eſt, qui quatuordecim annos non expleuerit,& id verbum ſecundùm ſubiectam materiam intelligi, de quo in l.pueri vbi gloſſ.& Alcia.plene.ff.de verb. ſig. Bart.in l.mela.ff. de alimen.leg. Abb.& alij extra de delictis puerorum. Quibus addes l.1.in §.pueritiam.ff. de poſtu. Hiero.Cag.in l.cùm quædam puella.ff.de iur. omn. iud.& Ar.Pin.Luſitanum in l.1.part.2.num.66.C.de bon.mat.dum diſputat latè quidem circa interpretationem §.vbi autem ſiti in l.fi.C.de bon.mat. Gel.in Noct.Attic.c.2.libro decimo, ſed relatæ quæſtioni à Baldo propoſitæ,& illud non ineleganter addendũ eſt,quod cautè Bal. inquit,miſit ad me creditor puerum ſuum, & ei ex mãdato ſuo ſolui.Nam Mar.ſing. ſuo 430.cauti,& occulti, &c.inquit plerumque pru-
20 dentes decipi. † Nam ſi commodaui tibi librum meũ,vel q.d aliud,& tibi per literas ſignificaui,vt mittas librũ meũ,vel aliã rem meã,non tamen videor à te petere, vt famulo ſeu tabellario, qui literas attulit, tradas,niſi hoc exprimam, ſed commonendi gratia ſcripſiſſe videor, vndè ſi traderes nuntio ſeu puero rem meam,& aufugeret, à me non liberaris.l.ſi mei cauſa.ff.commod.citatque Car.Alex. dicentem hoc ad verbum in c. ſignificauit in 2.col.de appel. citat & alios,ſed vide Bart.in l.eum qui in §.fi.& leges ſequentes ff.commodati.Item l.Argento eo.tit. Bal.in conſil.222.hæc quæſtio formatur vol.2.And. Tir. in tract.de pœnis tempe.cauſa quinquageſimaprima,n. 58 vbi referendo etiam Bal.in l.alienum col.vlt. ver. quæro nunquid ille,& C.de fur.ait liberari debitorẽ, qui per nuntium probum,& qui cõſueuerit eſſe probus & diligẽs,mittit pecuniam ad creditorem, quam nuntius ille perdidit,aut ſubtraxit,mouit Bald.tex.in d.l.argento,ſed & idem Tira.non mediocriter confirmari ait ex text.in l.ſi res pupillaris. ff. de admi. tut. vbi ſi tutor pecuniam pupillarem apud argentarium depoſuerit,qui cùm fuiſſet celeberrimus ſolidũ tamẽ reddere nequiuit, nihil eo nomine pręſtare cogitur, ex quibus notabilis ſequitur declaratio ad prędicta.

21 Nono†amplianda videtur regula,vt Adiecto ante tempus ſolui poſſit,verbi gratia,promiſiſti mihi aut Titio decem dare Kalendis Februariis, poterit promiſſor ſoluere Kalendis Ianuarij Titio Adiecto, & continget liberatio.l.qui res in §.mihi decem. ff. de ſolut.dum Iuriſconſultus argumẽtatur in hæc verba. Nam cùm in diem ſit ea obligatio, etiam mihi ſolui poteſt ante kalendas Februarij, & igitur illi ſolui poterit:ſed huic ampliationi quædam obſtare videntur,ex his quæ retuli in ſecunda parte ver.quæro iuxta propoſitum ordinem,num.15.in ea parte vbi probaui ſententiam Baldi,quando citerior dies in perſona Adiecti deſignatur,vt poſt deſignatum tẽpus ſolui non poſſit eidem.ſi ergo poſt tempus ſolui nequit, nec ergo ante tempus poterit. contrariorum enim eadem eſt diſciplina, & diſpoſitum in vno de contrariis,& in alio diſpoſitum cenſetur,l.& ſi contra.ff. de vul.inſtit.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.in prin. §.illud.vbi gl.inſtit. de ſociet.l.pen.vbi Bal.C.de ſolu.l.fi.§.fin.ff.de leg.3.l.inter ſtipulantem in §.ſacrã. ff.de ver.obl. Auer.in ſua cent.loco 75. à contrariis ſeu oppoſitis,cui adde Io.Cro.qui bono ordine tractat poſt Iaſ.& Soc.in rubr.de acq.poſſ.nu.7.& ſeq. Item & illud mouet, quia ſtipulatio habuit certam formam,ſcilicet ſoluendis kalendis Februar. ergo ſi ante promiſſor Adiectò ſolueret,non liberatur,l.vero procuratori.§.1.ff.de ſolut. Denique mouet, quia licet,quòd in diem certum promiſſum eſt, ante diem regulariter dari poſſit.l.quòd quis.ff.de act.& obl. l. quòd in diem.ff.de ſolut.multi tamen caſus ſunt, in quibus non cogitur recipere, & ratione ſui intereſſe ſua die ſibi dari poteſt creditor intendere, vt notatur in dictis legibus.l.qui pecuniã.ff.ſi cert.pet.l. Titius. ff.quę res pig.l.qui Romę in prin.ff.de verb.obl.ſi ergo principalis aſtringi nõ põt,nec ergo Adiecto his caſibus rectè ſolui videtur,cùm in eo nullum ius ſit, & nu-

& nudum præbeat miniſterium, vt non ſemel dixi,
& in prima parte plenè tractaui. Verùm relatam am-
pliationem defendi poſſe puto, verba namque Iuri-
ſconſulti in dicto § mihi decem ſuperiùs relata hanc
ſententiam (ni fallor) clarè probãt, dum argumenta-
tur, ſi ſtipulanti ante diem ſolui poteſt, ergo & Ad-
iecto poteſt. Nec meo iudicio obſtat quod diceba-
tur ex ſententia Bal. poſt deſignatum tempus in per-
ſona Adiecti eidem non rectè ſolui, quoniam id lo-
cum habet, quando diuerſa tempora ſunt deſignata
in perſona ſtipulatoris, & Adiecti, & citerior dies in
perſona Adiecti confertur. Tunc enim forma ſtipu-
lationis ſeruanda eſt, & ratio Bald. interuenit, vt cõ-
22 ceſſum ad tempus, † poſt tempus cenſeatur denega-
tum, & argumentum ab oppoſitis locum non habet,
vbi eadem ratio in vtroque non æquè interuenit, ſed
diuerſa, lege ſi quis negotia. ff. de neg. geſt. & ſenſit
Barto. in lege inter ſtipulantem in § ſacrã. ff. de verb.
obli. & in l. in fundo, nu. 1. ff. de rei ven. Auerar. vbi ſu
prà & Io. Cro. in relata rub. de acquir. poſſeſs. nume.
24. ver. Tertia concluſio, vbi adeſt diuerſa ratio, &c.
quòd autem ſit diuerſa ratio, res ipſa indicat conſi-
derando vtriuſque ſtipulationis formam, & ex his
remouetur, l. vero procuratori. §. 1. quia hic ſtipula-
23 tionis forma non immutatur. † Denique nõ obſtat,
quod vltimo loco dicebam, quoniam intelligenda
eſt relata ampliatio, iuxta verba Iuriſconſulti in di-
cto §. mihi decem, in caſu in quo ſolui poſſit princi-
pali, & ſtipulatori. vbi enim intereſſet ſtipulatoris
adeò, vt ſolutionem recipere non cogeretur, nec
adiecto ſolui poſſet iuxta legem relatam, qui Romę.
ff. de verbor. obliga. & notata in ea, finge enim pro-
miſſum frumentum aut vinum, aut quid aliud ſimile,
quod curſu temporis deteriùs poſſit fieri ad certum
tempus. Inquit enim eleganter Guig. cùm in l. com-
24 parationes. C. de fide Inſtr. creditorem † ante pręfini-
tum tempus aſtringi, non poſſe recipere vinum aut
frumẽtum, quod tractu temporis deteriorari poteſt,
vt l. quitur, ſua namque intereſt non recipere, quod
etiam Iaſ. probat in dicta l. qui Romæ, nume. 4 citat
Bal. in l. plures apochis in fin. C. de fid. inſt. & l. in An-
nalibus. C. de lega. cui adde Ang. in l. Titius in fi. C.
quæ res pigno. qui Guig. ſententiam probat, & ad-
dit hoc perpetuò memoria tenendum, & commẽdat
Mar. ſingu. 146. creditor in quibus ergo caſibus cre-
ditori inuito ſolui non poteſt, quia ſua intereſt non
ſolui, nec adiecto rectè ſoluetur. Intelligenda eſt
etiam relata ampliatio, ſi Adiectus in eodẽ ſtatu per-
maneret, ſi enim deteriorem ſuam conditionem fe-
ciſſet, & debitor ſolueret non rectè ſolueret. l. cùm
quis. ff. de ſolut. & pleniùs dicam inferiùs in ſecun-
da limitatione.
25 † Decimo ampliãda eſt in furioſo Adiecto, vt poſ-
ſit eidem ſolui, & contingat liberatio etiam ſine cu-
ratoris authoritate, Gloſſa eſt in l. Stichum, in §. vſum
fructum in verbo rectè. ff. de ſolut. & illam rationem
reddit, quia ſibi debet imputare, qui ſuum debitum
tali iuſſit ſolui, & illam gloſſam Doctores non im-
probant Raph. excepto, qui animaduertit Accurſ.
contrarium, ſi enim in l. ſi ſtipulatus fuero, dixit pu-
pillo poſſe ſolui proximo pubertati, ergo inquit, fu-
rioſo ſolui non poterit, ſed certè queri de ſe debet,
qui talem adhibuerit Adiectum, vt in Iuribus ab Ac-
curſ. citatis probat, quæ ad mente captos, lunaticos,
& fatuos ac inſanos, & ſimiles referri poſſunt, de qui-
bus dixi in tract. meo de mercatura, in tertia parte, ſi
tamẽ conditionis horum ſtipulator non fuerit igna-
rus, ſic enim prædicta ſunt intelligenda: ſi ergo ad
dementes, & inſanos hęc retulimus, fortiùs ad ſtultos
adiectos transferri poſſunt. ſtultus enim non eſt (vt
26 plerique putant) inſanus. inter hos enim longa † diffe
rentia, eſt enim ſtultus ferè, quòd rudis, imperitus.
ingenio hebes aut tardus: inſanus verò, qui non ſanæ,
ſed prorſus eſt alienatę mentis quod indicat Com. in
Eun. *Dij boni homo homini quid præſtat; ſtulto intelligens quid intereſt:* & alibi, *hic homines ex ſtultis inſanos facit?*
hoc etiam liquet ex diuerſis Ciceronis & aliorum
locis, vndè in l. Domitius Labeo. ff. de teſt. legitur,
aut ego non intelligo, aut valdè ſtulta eſt conſultatio
tua, id eſt, rudis eſt, imperitiamque ſapit conſultatio
tua, ſic & locus Euangelij exponendus eſt, *ô ſtulti & tardi corde ad credendum.* Mat. c. 24. & vlt. & ex hoc cõ
firmatur ſententia Imo. de qua ſuprà in octaua am-
pliatione.
27 † Vndecimo relata regula amplianda eſt, vt ſi fu-
rioſi vel pupilli perſona adiecta ſit, Tutori vel cura-
tori poſſit ſolui. l. ſi fundus. ff. de cond. & demonſt.
Dec. in rub. extrà de probat. nu. 25. ver. ter. attentari
poteſt, & eſt tex. in l. Stichum, in §. vſumfructum. ff.
de ſolut. & qui ſingularis eſt, in multis, vbi Iuriſcon-
ſultus ſubiicit, rectè etiam dari tutori vel curatori,
quod conditionis implendæ pupillo vel furioſo dari
iubetur, vt putà ſeruo relicta eſt libertas, ſi decem pu
pillo vel furioſo dederit. Nam ſi detur tutori vel cu-
ratori, ita demùm conditioni paritum eſſe receptum
eſt, ſi pecunia in rem pupilli vel furioſi verſa eſt, alias
non dicitur impleta conditio. Sed in primo caſu quã-
do pupillus vel furioſus eſt. Adiectus, ſi ſoluatur ad-
miniſtratori eorum non requiritur, quòd appareat
verſum in vtilitatem pupilli, nam contingit libera-
tio, & ſi datũ non appareat, in vtilitatem Adiecti ver-
ſum, & huius rei Pau. Caſt. non in omnibus bona fide
28 referens Ang. † rationem reddit, quia illud quod eſt
dandum alicui, vt Adiecto eſt in obligatione, ideò
ſi ſoluatur tutori, ſtatim contingit liberatio, & ſi pe-
cunia non apparet verſa in vtilitatem eorum, poſ-
ſunt in integrũ reſtitui, vt inquit gloſſ. in eo. §. in ver.
recipi poteſt, & notatur in l. 1. & 2. C. ſi aduer. ſolut.
vt ſcilicet liberatus reponat ſe in priſtinam obliga-
tionem, & ſic habent aduerſus quem petant in inte-
grum reſtitutionẽ, cum debitum ſolutione ſit extin-
ctum, ſed quando aliquid causa conditionis implen-
dæ debet ſolui pupillo vel furioſo, nulla ſubſiſtit obli
gatio actiuè nec paſſiuè, l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi
29 quis omiſ. cauſ. teſt. † Vndè ſi quod dandum eſt im-
plendæ conditionis cauſa non verteretur in pupilli
vel furioſi vtilitatẽ, non eſſet locus reſtitutioni, quo-
modo enim poſſet peti, vt ille qui ſoluit ſe in obliga-
tionem reponeret, in qua nunquam fuit? in damno er
go remaneret pupillus vel furioſus, nec enim hoc e-
git teſtator, vt quoquo modo eſſet datum expleta
30 videretur conditio, † ſed voluit in eorum vtilitatem
conuerti. l. ſi ſeruus. ff. de ſolut. cuius legis ſingularem
interpretationem habes ex hoc tex. in §. vſufructum,
vt intelligatur tunc rectè ſolui tutori, quòd condi-
tionis implẽdæ dari iubetur pupillo vel furioſo, cùm
in rem eorum datũ verſum appareat, vt gloſſ. & Paul.
Caſtr. animaduerterunt, & hæc interpretatio tanquã
veriſſima notanda eſt, illa namque interpretatio quæ
fit à lege & verior, & firmior, & cæteris eſt pręſtan-
tior, Et ex dicto §. vſufructum illud ſingulare qui-
dem ſequitur, quod alibi ſecundùm Ang. non re-
peritur, quod licet debitor pupilli ſoluens tuto-
31 ri † ſeu tutore authore ipſo iure liberetur, vt in l. Lu-
cius in §. tutelæ §. fin. ff. de adminiſtr. tut. poteſt ta-
men in integrum plenè reſtitui, ſi non habeat rem
ſaluam.

ſaluam.C.ſi aduerſus ſolut.l.1. & plenè Accur. in §. At ex contrario in ver.ſoluerit inſtitut. Quibus alie. licet vel non,& videnda ſunt ad declarationem.§.At ex contrario,quæ ſcripſit Car.Ruy.in conſ.159.vol. 5.& Cor.in conſil.72.in fin. col.pen. vol.3.Mau. in tit.de reſt.in integ. c.176.& ſeq.c. Tamen ſecus eſt quando ſolui debet aliquid pupillo gratia conditionis implendæ:quia non contingit liberatio , & conditioni non eſt paritum niſi appareat verſum in vtilitatem pupilli vel furioſi,& huius rei eadem ratio redditur,de qua ſuprà quæ à Paul.Caſtr.valdè commendantur , & Imol.non improbat,& addit poſt Ange. admonendos eſſe illos,qui cōditionis implendæ aliquid prædictis dare debent, vt curent in eorum vtilitatem verſum appareat. Nec me latet Raphael.cū relatam rationem Ang.improbare,ſcriptum enim reliquit in eo §.in hæc verba in gloſ.ſuper verbo poteſt ibi.§.tutelæ.& §.ſi.ratio ſecundum Angelum , quia hic non poſſet dari reſtitutio , cum nullum ius eſſet fundatum in eorum perſonam. Quæ tamen ratio nō videtur bona , per l.fin.C.in quibus caſibus in integrum reſt.non eſt neceſs.vndè putat illam rationem reddi poſſe,Tutor,& curator ratione adminiſtrationis repræſentant perſonam pupilli & furioſi,quæ repræſentatio cadit in his,quæ ſunt iuris , non his quæ ſunt meri facti ſimile inſtit.Quod cum eo.§.ſed eum factum , ſed iſta facultas non eſt ius radicatum, ergo nō tranſit ad tutorem , vndè de mero iure non debet poſſe ſolui tutori & curatori , tamen ex æquitate dicunt contrarium , ſi modo in vtilitatem eius vertatur,quæ poſſent probari ex verbis Iuriſconſulti , ibi quid quidem Labeo,& Pegaſus putauerunt vtilitatis cauſa eſſe recipien. quaſi innuat contra ius ſtrictum æquitate ſuadente inductum eſſe,verum circa prędicta quædam occurrunt(vt arbitror)non contemnenda,& illud primum , exiſtimo rationem Angeli relatam à Pau. Caſt.in caſu tex.noſtri,& propoſitæ limitationis non eſſe veram.Puto enim ſi furioſi vel pupilli perſona adiecta ſit,& ſoluatur tutori vel curatori eorundem in integrum reſtitutionem furioſo vel pupillo non eſſe concedēdam , vt reponat ſe debitor in priſtinam obligationem cum legi dictæ in ſtipulatione,ac eius formæ ſatisfecerit. l. vero procuratori in §.1 ff.de ſolu.& vt ad praxim ſeu practicam euidētioris intellectus gratia referamus , finge te decem mihi,aut pupillo ſeu furioſo promiſiſſe, teq́ue tutori ſeu curatori ſoluiſſe , & tutorem ſeu curatorem non ſoluendo, & pecuniam ſolutam non eſſe verſam in vtilitati pupilli,vel furioſi Adiecti,certè hoc caſu non eſt concedenda reſtitutio in integrum,vt debitor reponat ſe in priſtinam obligationem , cum eo modo potiùs mihi maiori ſtipulanti conſuleretur,cuius dāno res ſit ceſſuta,& hoc ei imputari debet , qui tali negotia commiſerit,vt eſt text.elegans in l.cùm mādatu.ff.de mino.facit l.ſed ſi quis in §.fin. & legibus ſeq.ff.de inſti.& facit l.eum qui rem in §.ſi. cum ll. ſeq & quod ibi notat.ff.commo. Nec ipſe pupillus conueniri poteſt , ſi non appareat locupletior factus actione mandati,vt in dictis iuribus, & minus negotiorum geſtorum actione ex iiſdem iuribus , & quia placuit meliorem conditionem ſuam , ſi paciſcatur pupillus,etiā ſine tutoris autoritate poſſe facere, deteriorem verò non aliter quàm cum tutoris autoritate inſtit.de aut.tut. in prin.l.contra iuris.ff.de pact. & notant Doctores in l.1.in §.fin.ff.de nouat. & quia ſponte ſua negotia non geſſit,vt ſi conueniatur compellendus ſit ſtipulatori cedere auxilium in integrū reſtitutionis , vt Procuratorem eum in rem ſuam faciat,vt poſſit in hunc modum damnum ſibi propter minorem contingēs reſarcire,iuxta l. quòd ſi minor. ff.de minor.& his addes quæ ſcripſi ſuprà in vndecima limitatione,& Gloſ.in l.ſi ſeruus ,in ver.non rectè. ff. de ſol. Vbi Bartol.valdè referre ait , an ſolutio fiat adiecto pupillo,& conſequenter ad commodum alterius,an ad ſui commodum l.ſi ſtipulatus fuero mihi decem,eo tit.de ſolu. Vndè ad hunc caſum noſtrum ſententia gloſſ.Angel.& Imolæ non eſt referenda,prout retuliſſe videtur Pau.Caſtrenſ.loquūtur.n.prædicti in debito pupillari , prout loquitur l. 1.C.ſi aduer ſolu.& eo caſu verum eſt quod dicunt in integrum reſtitutionem cauſa cognita concedi,ideò contingere liberationem , etiamſi non appareat verſum in vtilitatem pupilli,quod nō eſt quando eiſdem dari debet,quid cōditionis implendæ cauſa, quia tūc (vt dixi)requiritur vt appareat verſum eſſe in vtilitatem:quia nulla erat obligatio ad quam reponi poſſet, dicta l.ſi quis ſub conditione, &c. Item ego non video quomodo Raph.ex l.fina. C. in quibus caſibus in integ reſt.nō eſt neceſ. voluerit improbare rationem Angeli à relatis Doctoribus valdè commendatam,ad cuius legis interpretationem præter Docto-
32 rum Commentarios,& ea quæ habētur† per Mau. in tract.integr.reſti.vide Afflict. Deci.370. Tria dubia Io. Igne.in repet. l. dudum in 5. & 6.col.C.de cont. empt.Gome.in regula de Triennali.q.15. ſed & addes,& ſi videatur colorata Raphaelis ratio ſuperiùs relata,fortè tamen non eſt vera. Nam tutor ſeu curator aliquando refert perſonam pupilli , ſeu furioſi in his,quæ facti ſunt,vt in §.noſtro probatur, & facit l.conſilio in §.fin.ff de cura.furio.Item aliquando nō refert in his quæ facti ſunt,vt in l.ſi ſeruus.ff. de ſolu. l.cùm pupillus.& arg.l.qui hæredi & l.Mæuius. ff.de
33 cond.& demon.† Vndè ego non improbo Angeli rationem ſubtilem quidem,& ſi quæratur à me , quare in caſu.§.noſtri cùm pupillus furioſusúe ſit Adiectus tutori,vel curatori ſolui poſſit,illa ſe cura offert ratio: q.a cum furioſus , & pupillus tutoris curatorisúe opera,& miniſterio vtātur iuris fictione cū tutori curatoriúe pupilli,vel furioſi adiecti ſoluitur , ipſi pupillo furioſoúe ſoluiſſe cenſetur , & hoc in ſimili inquit Mauric.in tit.de reſt.in integ.c.147.citat l.ſi curatorem habēs.C.de in integr.reſti.quæ an probet,tu vides,ſed & alia naturalis quidem ratio reddi poteſt, & eſt talis,ſi ſtipulator contentus fuit , vt pupillo furioſoúe eius creditū ſolueretur,crediderunt prudentiſſimi Iuriſconſulti libentiùs aſſenſiſſet ſtipulator curatori,ſeu tutori eorum tanquam magis idoneæ perſonæ ſolutionem fieri,vnde,& id ex veriſimili mente interpretata actum cenſetur. l. tale pactum in §. fina.cum gloſſ. & Docto. ff. de pact.& ſcripſit Iaſ. in conſilio 42. in prin. & fina. volumine 3. cum his , quæ congeſſit Andr. Tiraquellus in l. ſi vnquam in verbo præfatio numero 56. C. de reuocan. donat. quæ ratio comprobari poteſt ex verbis Iuriſconſulti ibi , quod quidem Labeo & Pegaſus putauerunt vtilitatis cauſa eſſe recipiendum , referendo dicta verba non ſolum , vt diximus , pro defenſione rationis Raphael. ad id , quod conditionis implendæ gratia pupillo datum eſt , ſed & ad id , quod eidem tanquam Adiecto ſoluendum eſt , quaſi vtilius iudicatum ſit ſtipulatori ſolui tutori , vel curatori , quàm furioſo vel pupillo adiectis. Denique ſi etiam quæratur à me , quare id , quod conditionis implendæ gratia pupillo dari debet , ſeu furioſo , vt conditioni paritum dicatur neceſſe ſit in rem pupilli vel furioſi

rioſi verſum appareat. Reſpond. id vtilitatis cauſa
ſtatutum, & coniectura voluntatis teſtatoris credi-
deruotenim prudentes, & rectè eam teſtatoris vo-
luntatem fuiſſe, vt non quoquomodo eſſet datũ, im-
pleta conditio videretur, ſed ita demũ ſi verè id appa
reret in rem pupilli verſum. Quæ ratio probatur in
tex. §. noſtri iuncta l. ſi ſeruus eo. tit. de ſolut. & cum
conditionem ad vnguem impleri debere vulgaribua
legibus caueatur, his adde ſingularem text. in l. ſi is,
qui in §. Iuliaous. ff. de furtis ſi tutori poſt pubertatẽ
ſolutum eſt eum furti teneri, quæ nota quia ſubtilia.

Duodecimo amplianda eſt in ſeruo Adiecto, vt is
ſolutionis adiici poſſit, in tantum vt ſi quis ſtipulatus
fuerit ſibi, aut Sticho ſeruo Meuij decem dari eidem
ſolutio fieri debeat, & ſi Meuio Domino ſolueretur
non contingeret liberatio, niſi ex voluntate ſerui Do
mino daretur l. ſi ſtipulatus ſum mihi aut Sticho leg.
Stichum. §. vſufructum in fi. ff. de ſolo. facit. ff de cõd.
& demonſt. l qui hæredi, vbi vide Paul. & Soc. num.
10 & Alb. nume. 1. & in rub. dicti tit. nume. 8. & Dec.
in rub. extra de probat. num. 25. facit etiam l. ſtipula-
tio iſta. §. Hi qui. ff. de ver. oblig. ſed dicet aliquis cur
tam variè? nóone paulò ante diximus, vbi pupillus
furioſuſúe Adiectus eſt ſolui poſſe tutori, & curato-
ri? ergo fortius reſpondendum videbatur, vt domino
ſerui adiecti ſolui poſſet non expectata ſerui volun-
tate. Imo in d §. vſufructum, inquit, Nota quòd vbi
adiectus eſt habilis ad acquiſitionem poteſt dari alte
ri referenti, ſeu repræſentanti eius perſonam etiam
eius voluntate non requiſita, ſecus quando non eſt
habilis ad acquiſitiouem, vt ſeruus. Nam tunc in eum
merum factum videtur coolideratum, ideò domino
ſolui non poteſt, ſine eius voluntate, & ſubiicit id ſen
ſiſſe Iuriſc. in eo. §. ſi conſideretur rectè. Cum ergo
tales ſolutiones potius in facto, quàm io iure conſi-
ſtant ipſi ſerui voluntatem facti habent non iuris, vt
& Pau. etiam ibidem notauit, ſed & addes Bar. in d. l.
ſi ſtipulatus, qui ait illam eſſe rationem, quòd domi-
no ſolui non poteſt, quoniam ſeruus adiicitur ad ſim
plex factum ſolutionis recipiendæ, ideo non tranſit
in dominum l. qui hæredi. ff. de cond. & demonſt vbi
videbis Soc qui de prædictis non meminit, ſed quid
ſi ſeruus manumittatur, num ſeruo manumiſſo ſolui
35 poterit, vide inferius in 17. ampliatione. † Et ex eodẽ
§. ac prædictis notauit Bald. quod iuſſus dare alicui
Mercatori poteſt dare alij illo volente. Nam & qui
facultatem habet ſoluendi ſeruo domino rectè ſoluit
ex voluntate ſerui (vt diximus) quibus addes Ang.
36 in l. 3. in §. quod exigimus. ff. de conſt. pecu. † Vbi in-
quit de voluntate creditoris id, quod debetur credi-
tori poteſt debitor conſtituere ſe ſoluturum alteri vt
probat ille text. quod ait notandum, & ſubiicit quo-
tidie vnus pro alio ſcribitur debitor in libris Merca-
torum de voluntate creditoris, & ſic Anconę, vnde
mihi origo eſt frequentatur, & vulgari ſermone Mer
catores dicunt *gerare le dette*, quod maximè præſtat
Mercaturæ commodum, & adde pulchrum text. in l.
mortuo in fi. ff de ſtat. lib. in illis verbis. quia hæredi
videtur ſoluere, qui voluntate eius alij ſoluit.

Decimotertio amplianda eſt in Monacho adiecto
vt eidem ſolui poſſit. idque adeò placuit, vt ſi Abbati
37 ſoluatur non contingat liberatio † niſi de voluntate
Monachi ſoluat Abbati ſecundũ Ang. in d. l. Stichũ
in §. vſufructum ff. de ſolut. ex comparatione facta de
poteſtate dominica ad poteſtatem Abbatis ſecun-
dum Innocen. in c. cum olim eſſem extra de priuileg.
& probat Paul. Caſtr. Angeli ſententiam in eodem
loco, verum Imol. ibidem contrarium teneat di-
cere: Quia Monachus non habet velle, nec nolle, &
omnis voluntas eius ex illius arbitrio, quem vice Dei
ſupra caput ſuum poſuit, & cuius imperio ſe ſubie-
cit, hoc eſt Abbatis dependere dignoſcitur c. ſi reli-
gioſus de electio. lib. 6. & ſubiicit facere quod ait Io.
38 And. in c. in præſentia de prob. † quod ſi Mona-
chus eſt inſtitutus hæres poteſt Abbas adire hæredi-
tatem volũtate Monachi aliter non exquiſita, quam-
uis ſecus ſit in ſeruo l. 4. C. de hæred. inſtit. licet ali-
qui contra, de quo Bart. & alij. in l. 1. ff de vulga. Ha-
ctenus Ioan. Imol. Mihi autem multa ad vtranque
ſententiam occurrunt, vt quęſtio ſine magna contro-
uerſia ſolui non poſſe videatur. Et certe verum eſt,
quod ait Imol. in Mooacho hærede inſtituto repu-
diante, vt monaſterium poſſit adire, magiſque filio,
quam ſeruo comparetur Monachus id enim a Ca-
noniſtis ita receptum eſt, vt vix inter eos in dubium
reuocetur, & ſanè etiam nonnullis Legiſtis placuit
hæc ſententia, vt teſtatur Franc. Ripa vir ſummæ
quidẽ ſcientiæ in l. 1. n. 151. ff. de vulg. Fel. in c. in præ
ſentia col. fin. in prin. de probat. & Iaſ. in ea l. 1. nu.
39. & ſeq. & vide Iul. Clar. ſent. lib. 3. §. teſtamentum
q. 30 & Franc. Viu, commu. opin. conclud. prima Ab-
bas, &c. & de quo apud Bap. à S. Blaſio in trac. cõtra-
dictionum iuris Canonici cum iure ciuili, contradi-
ctione vlt. & plene poſt Soc. diſputaruot Lancel. Po-
lit. in tract. de ſubſti. in ter. par. nu. 36. Tho. 11. Rimi.
inſti. per quas perſonas nobis acquiratur in prin. nu.
33. vbi poſt Aret. plene tractauit quæſtionem illã ſa-
tis agitatam de Monacho vnius monaſterij ab alio
39 monaſterio bona fide poſſeſſo num ſecũdo, † ſeu ma-
gis primo acquirat monaſterio, & adde in materia
plenum, & elegans Alciati reſponſum primum in
ordine, & vide Ioann. Ceph. in conſil. 212. qui ele-
ganter tractat de moniali tranſlata de vno monaſte-
rio io aliud cui acquirat, & eſt in ſecundo vol. & cũ
Monachus ſeruo comparetur reſpondendum vide-
batur, veluti in ſeruo bona fide poſſeſſo, vt quemad-
modum bonæ fidei poſſeſſori non domino acquirit,
iuxta tamen legem ſi ſeruus. ff. de acqui. rerum dom.
ita & Monachus ſecundo monaſterio, quod & Aret.
ibidem, & quidam alij probarunt, verum in ſenten-
tiam contrariam inclinat referendo Bart. Caſt. Alex.
& alios in leg quicquid. ff. de acqui. poſſeſſ. & hanc
ſententiã defendendo, quòd primo monaſterio quę-
rat probat autoritatibus crebriorem illam eſſe ſentẽ-
40 tiam † vt in actu acquirendi Monachus magis filio,
quàm ſeruo comparetur, vt per Doct. in l. qui fundũ.
§. per ſeruum. ff. ſi cert. perat. filio namque repudian-
te hæreditatem pater conſequi poteſt ſi velit per-
inde ac ſi inſtitutus fuiſſet l. fina. in principio. C.
de bonis quę liber. quod eſt mirandum, & notan-
dum ſecundum Ioan. Imol. in l. ſi paterfamilias co-
lumna tertia. ff. de hæred. inſtitut. quod non eſt in
domino repudiante ſeruo, vt dixi l. quarta. C. de hæ-
red. inſtitu. Sed vt ad Hyppo. Rimi. redeam ſubiicit
alios referendo, & præſertim Doct. in dicto §. per
ſeruum, quòd Monachus comparatur filio vel ſer-
uo, prout monaſterio magis expedit, ſed vtilius vi-
detur monaſterio, quòd poſſit fieri ſolutio Abbati er-
go, & addit in fin. dicti principij, quòd licet Mona-
chus ſeruos dicatur capitulo multos, lege diſtinct.
& ſcripſit Petr. Vbald. in tractatu de cano e-
piſc. quæſtione decimaquarta, id verum eſt, vt
Deo ſeruiat non ratione priuationis libertatis, imò
ſi prius erat ſeruus in libertatem arripitur per mona-
chationẽ. §. hunc autem in auth de monach. vnde de
41 ipſo ad ſeruũ non eſt bona comparatio. † Ego autẽ in
Angeli

Angeli & Paul. Caſtren ſententiam inclino argumē-
to namque à ſeruo ad Monachum paſſim vtuntur do-
ctores, & frequentiores argumētum huiuſmodi pro-
bant, & Innocentium in dicto c. cum olim il ſecōdo
de priuileg ſequuntur. Hoc enim argumento vtitur
Bart. in dicta l. cum fundum. in §. ſeruum ſuum im-
prudens col. fin. ff. ſi cer. pet. vbi regulariter ait tradi-
ta in ſeruis, & in monachis ſibi locum vendicare, &
idem Bart. in pluribus locis, & præcipuè in leg. 1. in
princ. & in §. ſi fructuarius, & in l. ſi communis ſer-
uus. & in l. ſi ſeruus teſtamento in fin. ff. de ſtipul. ſer.
Saly. Iaſ. & alij in l. interpoſitas. C. de tranſact. de quo
etiam apud Panot. in conſ. 88. in primo vol. & com-
mendat alios referendo Auerar. in ſua centu. in loco
58. à ſeruo ad monachū, vbi refert quotidianas quæ-
ſtiones hoc argumento ſolutas & comparatione hu-
iuſcemodi terminatas, & vidi gl. in l. Pedius. ff. de am
bit. vbi Bart. inquit totam materiam de ſtipulatione
ſeruorum ego reduco ad materiam Monachorum in
l. pen. ff. de ſtip. ſer. & glo. in c. non dicatis 12. q. 1.
Alexand. in l. 1. in §. Item acquirimus, & in §. per ſer-
uum. ff de acq. poſſ. Sebas. Vant. in tract. de Nullit. in
tit. de Nullit. ſent. ex defec. iuriſd. deleg. num. 76. &
ſeq. numeris, & in adagium hoc argumētum verſum
inquit Petr. à Plaga in epit. delict. c. 42. nume. 18. &
pro hac ſententia facit, quod inquit Bald. in dicto
§. vſufructum, quæ ſunt meræ, & ſimplicis voluntatis
non acquiruntur iure poteſtatis, & ibidem ſubiunxit
Paul. Caſtr. hoc habere facti non iuris voluntatem,
confirmatur hæc ſententia ex eo, quòd dicitur vbi ex
contractu filij, vel Monachi quæritur actio patri, Do
42 mino vel Abbati iiſdem perſonis † ſolui poteſt. ſ. Mo-
nacho, ſeruo, & filio, vt per Bart. in l. eum qui ita in
§. qui ſibi. ff. de verbo. oblig quem Alex. Iaſon, & alij
ſequuntur, & idem Bart. in l. quod ſeruus. ff. depo. &
idem Bar. in l. ſi vnus in princ. ff. de pactis, vbi Paul.
inquit, memoria tenendum, & idem Pau. in l. ſeruus
creditoris C. de pactis, qui ſubiungit, licet in relato
caſu ſeruo ſolui poſſit non tamen poterit facere pa-
ctum de non petendo, imò nec dilationē ad ſoluē-
dum concedere ſicut nec procurator poteſt l. qui
Romæ. §. Callimachus, vbi Barto. & alij de verb. obl.
& probat Iaſ. in d. l. ſeruus num. 4. & idem Iaſ. in l. Iu-
43 lianus. num. 15. de leg. 1. vnde ſi Monachus † mutuauit
vel depoſuit ex mandato Abbatis, debitor reddēdo
Monacho liberatur, & ſubiicit perpetuò notandum,
citatq; eundem Bart. in l. quod ſeruus, & in l. filiæ. ff.
de ſolut. & probat Iaſ. in l. filius paciſcēdo poſt alios.
C. de pac. & ſolus Raph. cuius ſententia exploſa eſt,
contrarium tentauit dicere, vt retulit Iaſ. in dicto §.
qui ſibi nume. 10. vbi Raphaëlem non improbat, ſed
videnda ſunt ſcripta à me in ſequenti ampliatione.
Rurſus hæc ſententia cōfirmatur ex his. quæ ſcripſit
Deci. in dicto §. Per ſeruum in fin. vbi in hæc vel ſimi
lia verba ſcriptum reliquit, Comparatio Bartol. hìc,
quòd dicta in ſeruis, & in Monachis locum habeāt
de plano procedit, quia non debent Monachi eſſe
deterioris conditionis, quàm ſint ſerui, contra verò
ęquiparatio locum nō habet iuxta notata in l. 1. ff. de
leg. 1. quia multa, quæ dicūtur in Monachis nō poſſūt
verificari in ſeruis, quod comprobari poteſt ex his,
quæ habentur in l. Deo nobis. C. de epi. & cler. & ex
ſcriptis à Iaſ & aliis in citata leg. 1. ff. de vulg. in quę-
ſtione ſuperius relata ac plenius ex commentariis
Imol in leg. ſi paterfamilias. ff. de hæred. inſtit. ſi er-
go ſolui non poteſt domino ſerui adiecti ſine volun-
tate ſerui fortius, aut ſaltim pari ratione Abbati Mo-
nachi adiecti abſque voluntate Monachi ſolui non
poſſe, dicendum eſt. Denique ſuccurrit elegans re-
44 ſponſum Federici Senen. 104. † vbi multa de Mona-
chis ſcripſit, & poſtquam concluſit, quòd religioſus
electus ad præſentandum, vel eligendum ſine licen-
tia ſuperioris non poſſit eligere, vel præſentare, in
quarta quæſtione quærit ſi eligat an teneat electio,
& concludit repellendam, vt non teneat c. ſi religio-
ſus extra de elect. & diſputando inquit licet perſona
ſit inhabilis, hic tamen potius conſiderabimus factū,
45 quàm ius, nec obſtat, quod † dicebat Imol. Monachū
non habere, nec velle, nec nolle, & voluntatem eius
in Abbatis poteſtate conſiſtere dicto cap. ſi religio-
ſus & 12. quæſtione. 1. cap. Nolo & c. non dicatis. Id
enim videtur poſſe dici, vt ſi conſenſus Abbatis non
interueniat ſuum velle vel nolle effectum non pariat,
& hoc idem contingit in ſeruo, quòd ſuum velle vel
nolle reſpectu hæreditatis, quando eſt hæres inſtitu-
tus nihil operetur niſi interueniat voluntas, & iuſſus
domini, & ex eo, quod iura dicunt Monachum non
habere nolle vel velle non ſequitur neceſſariò, quod
Abbati ſolui poſſit abſque volūtate Monachi, & hæc
ſolutio colligitur ex his, quæ diſputando dixit Imo.
met. in l. ſi paterfamilias poſt nu. 8. ff. de hæred. inſtit.
in relata quęſtione de Monacho inſtituto an idem
iuris, quod in ſeruo ſeu magis, quod in filio, vt fre-
quentioribus placuit. vbi docte quidem, & elegan-
ter ſcripſit in quibus Monachus conueniat cum ſer-
uo, & in quibus cum filio, quem locum addes aliis re
latis. Pręterea reſponderi poteſt ex his, quę Bald. &
Paul. Caſtren. relati dicebat diſtinguendo voluntatē
in his quę ſunt iuris, & in his, & quę ſunt facti nihilq;
iuris habent annexum, vt primo caſu procedat cap. ſi
religioſus, vt non habeat velle, nec nolle, ſecundo ca-
ſu dicatur habere voluntatem, vt in propoſito facto,
quę diſtinctio probatur ex his, quę eleganter ſcripſit
Bar. in l. ſi ſtipulatus fuerim illud, aut illud. ff. de verb.
oblig. & facit leg. fin. ff. eo. & quod ſcripſit Ioan. Bap.
Peru. in tract. de arb. in 4. lib. capitulo primo, & c. 4.
num. 3. in illa quęſtione an ſeruus vel Monachus poſ-
ſit eſſe arbitrator. Nec mouet, quod ſecundo loco di
cebatur non eſſe bonum argumentum de ſeruo ad
Monachum ex eo, quod retulimus magis filio, quàm
ſeruo comparari ſi monachus inſtituatur hęres, Poſ-
ſem namque dicere argumentum de ſeruo ad Mona-
chum locum habere in contractib. in quibus verſa-
mur, non autē in vltimis voluntatibus in quibus ma-
gis filio comparatur, vt ſcripſit Iaſ. in dicto §. per ſer
uum, quem probat Auer. in ſua cent. in relato loco.
Sed quia hoc improbat. Dec. in dicto §. per ſeruum,
quoniam & in multis iuris articulis in vltimis vo-
luntatibus Monachus ſeruo comparatur, improbat
etiam Ripa in dicta l. 1. ff. de vulg. ſub nume. 151 ideo
dicendum eſt hanc comparationem locum habere
vbi eadem ratio interuenit, & vbi Monacho poſſit
conuenire vt conſiderabat Dec. & rectè in dicto §.
per ſeruum in fin. citat Bal. in leg. ſeruis. C. comm de
ſucceſſ. & facit, quod ſcripſit Bart. in leg. 1. in §. lex fal
cidia. ff. ad l. & ęquiparationē ſed in caſu propoſito,
nedū eadē, verum maior interuenit ratio, vt probaui
referendo Deci. ergo ſolui non poterit Abbati abſ-
que voluntate Monachi, & ſi dicamus (vt plerique
ſcripſere) comparari ſeruo vel filio, prout magis ex-
pedit monaſterio, vt in relatis locis habetur, non
video vtilitatem aliquam ex ſolutione fienda mo-
naſterio afferri, imò potius in commodum cum ni-
hil iuris ſit in adiecto (vt non ſemel diximus) non
igitur recedendum erit à perſona Monachi in ſolu-
tione fienda abſque eius voluntate l. cum quis. ff. de
verb.

46 verb.obl.placet etiam in materia referre, †quod ele-
ganter inquit Bald. in l. 1.nu.7. Quibus res iud. non
nocet vbi quæſiuit,quid ſi ſoluatur Abbati,quod Mo
nacho debetur an ſoluens liberetur, quidam dicunt
non liberari propter l.Stichum.in §.vſufructum.ff.de
ſolu.ff.de cond.& demon.l.qui hæred.ff.de manu.te-
ſta.l.Lucius tu dic, ꝙ aut eſt quæſitũ ius monaſterio,
& liberatur.l.1.C.de bon.mater.aut non eſt quæſitũ,
vt quia per modum implendæ conditionis, & tunc
ſecus, vt in contrariis, quod tene memoria.hæc ille,
qui ſentit cum nullum ius ſit in adiecto verã eſſe no-
ſtram ſententiam,ſed & addes, quæ diximus de Mo-
nacho,vt adiectus conſtitui poſſit,& eidem rectè ſol-
uatur abſque controuerſia admittẽdum in Monacho
priorarum perpetuum, aut dignitatis adminiſtratio-
nem habente.Nam & is agit.c.cum deputati extra de
iudi.de quibus plenè, & eleganter Felin.ſcripſit in c.
cum dilecta de reſcript. nu.78.& nu.84. & Stef. Auf.
apud dec. Thol. 313. vbi in quotidiano caſu pulchrè
diſtinguit inter Monachum prioratus, & dignitatis
adminiſtrationem habentem, & illum, qui villæ vel
prædij adminiſtrationem habet, quaſi quandam cu-
ſtodiam is vltimus habere cenſeatur, quib. addes re-
cen.Ariminen.in tract.de ceſſ. bonorum in 4.q.prin.
qui Bal.citarunt in l.ſi filiofamilias il 2.ff.ſol.mat.vbi
eleganter inquit Monachum adminiſtrationem ha-
bentem loco filij emancipati haberi. Et ex his habes,
quid ſi nouitius(vt vocant)eſſet adiectus,de quo per
Fed.Senen in conſil.ſuo ſeu quæſt. 32. col.fin.& Ay-
mo.in conſil.325.col.3.par.2.

Decimo quarto relata regula amplianda eſt in filio
47 adiecto, vt ſi pater ſibi aut filio ſtipulatus † ſit perſo-
na filij complectatur, vt ei rectè ſoluatur. Nec enim
intereſt quis ſibi,aut extraneo cuilibet,aut ſibi,aut fi-
lio ſuo dari quis fuerit ſtipulatus, in tantum,quod ſi-
ue eo in poteſtate manente, ſiue emancipato rectè
ſoluatur, l.eum qui ita.§.qui ſibi.ff.de verb oblig.ff.
de ſolu.l.Stichum in §.quæſitum.ff.de conſtit.pecun.
l.ſed ſi filio.§.ſi mihi. Nec ad rem pertinet, quod qui
filio ſuo dari ſtipulatur,ſibi acquirit.Quia ex quo pa-
ter ſuam in ſtipulatione perſonam adiunxit,effecit,vt
perſona filij adhibita intelligatur, non acquirendæ
obligationis,ſed ſolutionis cauſa,vnde ſi ſoli filio ſuo
in poteſtate manenti,dari,quis ſtipulatus ſit, non re-
ctè filio ſoluetur, quoniam filij perſona obligationi
magis, quàm ſolutioni applicatur, vt Iuriſconſultus
eleganter inquit, in d.§.qui ſibi. Nec etiam moueat,
quod quando ex perſona filij vel ſerui quæritur actio
patri vel domino,& filio,& ſeruo ſolui poteſt,l.quod
ſeruus.ff.depoſi. vbi Bartol.& l.ſi vnus in princ.ff. de
pact.vbi Bartol.& Dec. in l. filius.C.de pactis, & di-
xi in præcedenti quæſt. & adde Auer.in ſua centuria,
in loco de ſeruo ad Monachum, id enim admitten-
dum eſt, vbi actio per filium ſeu ſeruum acquiritur,
abſque facto patris vel domini, at vbi factum patris,
vel domini interuenit, & eis acquiritur ex facto pro-
prio,quia filio ſuo ſtipuletur, locum habet,quod Iu-
riſconſultus ait,filio ſolui non poſſe,vt diximus,Nec
me latet Raphaël.Cumanum tentaſſe dicere in dicto
§.qui ſibi in fin.nunquam poſſe ſolui filio, vel ſeruo,
etiam ſi quęratur obligatio ex contractu facto per fi-
lium, vel ſeruum. Nam relatæ leges ſi vnus, & l.quòd
ſeruus loquuntur in contractibus, qui rei interuentu
contrahuntur,vnde æquum eſt ſi filius,vel ſeruus tra-
dit iiſdem,poſſit fieri traditio,lex enim ſi vnus,ſecun
48 dum Cuma.loquitur de pecunia credita,†& intelligi
debet mutuata, & ſecundum eum probatur ſententia
ſua in l. ſi cum dotem in §. transgrediamur. ff. ſolut.
matr. At vbi ſolum verbis filius vel ſeruus contrahe-
ret, non videt quomodo ſolui poſſit filio vel ſeruo.
Hæc ille,cuius ſententiam non improbat Iaſ.ibidem
ſub numer.10.ſibi in hoc parum conſtans,vt patet ex
his,quæ ſcripſit in dict.l.ſi vnus in princ.ff.de pactis,
& in l. filius paciſcendo.C. de pactis, & ſententiam
Raph. confirmat ex philoſophica lege (vt ait) bona
fides.ff. depoſ. & ex relato text. noſtro §. qui ſibi in
verb.quòd ſi ſoli, &c.Sed certè à ſententia Bartol.&
aliorum quæ recepta eſt,non puto recedendum. Quæ
probatur in lege ſi vnus citata in illis verbis. ſic enim
& his,qui in noſtra poteſtate ſunt rectè ſoluitur,quod
crediderint,& reliqua, & (vt dixi) legendum eſt,ſic
enim,non ſicut enim, prout in codice Paul.Caſtr.le-
gebatur, & in meo legitur. piſana namque litera ha-
bet,ſic enim,& rectiùs, verbum autem credendi latè
patet,cuicunque enim rei aſſentiamus alienam fidem
ſequenti, mox recepturi quod ex hoc contractu cre-
dete dicimur,vt in l.prima.ff.ſi cert.pet. nec eſt vetũ
de pecunia quicquam in textu dici, ſed generali ver-
bo Iuriſconſultus eſt vſus. Præterea quando abſq; fa-
cto patris, vel domini quæritur actio ex contractu
filij vel ſerui, illa ratione videtur eiſdem poſſe ſolui,
quia ſeruus vel filius, qui proponitur ad contrahen-
dum, cenſetur propoſitus ad ſolutionem recipien-
dam, vt eleganter inquit Bartol.in l.quod ſeruus, &
in l.filiæ.ff.de ſolut.& §.transgrediamur, non probat
contra communem ſententiam,vt & Iaſ.ipſe fatetur,
text.autem noſter in verb.quod ſi ſoli loquitur in pa-
tre ſtipulante dari ſoli filio, qui caſus diuerſus eſt ab
eo,quem retulimus,quando ex contractu filij vel ſer-
ui, abſque facto domini vel patris acquiritur eiſdem,
& qui caſus diuerſam habet rationem,vt dixi, verùm
quod diximus,vbi quis ſibi aut filio ſtipulatus ſit, de-
cem dari complecti perſonam filij, vt ei rectè ſolua-
49 tur,non vt obligatio † acquiratur,reſtringitur duob.
modis. Primus eſt, cùm ſtipulatur pater ſibi reddi in
vita,aut filio poſt mortem, nam tunc filius etiam ad
obligationem videtur adiectus,vt hæres,l.pater cum
filiæ.ff. de pactis dota. Secundus eſt, quando pater
dat dotem pro filia, & ſtipulatur ſibi reddi,aut filiæ,
l. vxorem in §. teſtamento il 2.in fin.iuncta gloſſ.in
ver.recuperauerat in fin. de leg 3. Ratio eſt propter
ius,quod habere poteſt filia in dotem ſolidam,l.2.in
princ.& §.1.ff. ſolut. matr. & quia patris eſt officium
dotare filiam,l.vltima.C.de dotis promiſſ.l.qui libe-
ros.ff.de ritu nupt.de quo Alexan. in conſil.139.nu.
8.volum.2.& conſil.61.vol.6.Aug.Ber.q.113.Par.in
conſ. 29.nu.60.& ſeq.vol.3. quæ probantur etiam ab
Imo.& Alex.in fin.d.§.qui ſibi, &c.& his addes,quæ
latius dicam in 12.limitatione.

Decimoquinto amplia per cõtrarium in patre ad-
50 iecto,verbi gratia,in filio ſtipulante, † ſibi aut patri
dari.Patri enim tanquam adiecto rectè ſoluitur, ſed
hoc ita demùm verum eſt,ſi patri obligatio, quæ ex
ſtipulatione prouenit,acquiri non poteſt,veluti ſi fi-
liusfamilias miles de Caſtrenſi peculio ſtipuletur, vt
in l.Stichum, in §.quæſitum.ff.de ſolut. ſi verò patri
obligatio acquiri poteſt,dic. vt per glo & Doct.ibi-
dem, vt valeat ſtipulatio, & patri tantùm quæratur,
& circa ſolutionem reſpondendum eſt, vt in præce-
denti ac antecedenti Ampliationibus dixi,&c.

51 Decimoſexto amplianda eſt, † & ſi filijfamilias
perſona adiecta ſit,veluti ſi promiſeris mihi aut Mę-
uio filiofamilias, dubitari namque non poteſt, quin
ſolutio rectè eidem fiat,& contingat liberatio,argu.
text.in l. Stichum in §. vſumfructum.ff. de ſol. & fa-
cit.l.eum qui ita in §.qui ſibi ff.de verb.oblig.in illis

verbis,neque enim intereſt ſibi, aut extraneo , cuili-
bet,aut ſibi,aut filio ſuo quis ſtipuletur,ſed illa ſubo-
ritur quæſtio,num patri rectè ſoluetur abſque volun-
tate filij,ita vt liberatio contingat.& rectè ſolui poſ
52 ſe videbatur,† nam ſi furioſus, vel pupillus eſt adie-
ctus,rectè ſoluitur tutori vel curatori dicto §.vſufru-
ctum, & dixi ſuprà in 11. ampliatione, vbi probaui
poſſe ſolui in requiſito pupillo, fortiùs ergo & patri
in requiſito filio poſſe ſolui,dicendũ eſt,maius nam-
que eſt imperium patris in liberos,quàm poteſtas tu-
toris, vel curatoris.l.in ſuis.ff.de lib. & poſth.iuncta.
l.1.ff.de Iure.& inſt.de tute in prin. Item vulgare il-
lud eſt,natura patrem &filium eandem perſonam pe-
53 nè cenſeri, l.fi.C.de imp.vnde vox† patris, vox filij
dicitur, inſt.de inut.ſtip.§.ei qui, ſunt namque pater
& filius vna caro.§.hac authoritate,35.diſt.& poſſem
ſexcentis exemplis ac quæſtionibus comprobare,
quibus propter hanc coniunctionem:& vnitatem ſeu
vnionem patris,& filij multa ſimilia à noſtris Docto-
ribus recepta patent,de quibus apud Doctores in d.l.
in ſuis Luc. Penen.l.ſcimus in fin.C. de Agri.& cen.
Mar.in l.in auditum filium.ff. de ſicca.in l.vni. C.de
rap.vir.& ſin.160.& ſin.448. Goz.in conſil.1.nu.24.
& plenè And. Tiraq.in l. ſi vnquam in verbo præfa-
tio,num.15.& multis numeris ſeq.C. de reuoc.dona.
& ſat ſit loca retuliſſe,nõ enim ſoleo membranas oc-
cupare.denique hæc ſententia probari videtur,ex his
quæ ſcripſit Imo.in dicto §. vſufructum verb. Nota,
&c.is enim inquit in verba infraſcripta. Nota quòd
vbi Adiectus habilis eſt , ad acquiſitionem, videtur
poſſe dari alteri repræſentanti eius perſonam, etiam
non requiſita eius voluntate, ſecus quando nõ eſt ha-
bilis ad acquiſitionem vt ſeruus. Nam tunc in eum
merum factum videtur ponderatum, ideo tunc non
poteſt ſolui domino ſinę eius voluntate, & ita vide-
tur velle hęc litera ſi diligenter ponderetur.hactenus
Imol.cùm ergo filiusfamilias habilis ſit ad acquiren-
dum,& pater referat perſonam eius,rectè videtur pa-
tri ſolui poſſe abſque voluntate filij. Præterea natu-
rali ratione hæc ſententia recipienda videtur, & eſt
talis.Si ſtipulator cõtentus fuit ſolutionem fieri, fin-
ge filiofamilias impuberi,fortius ſi patri fieret,aſſen-
ſiſſe cenſeri debet,tanquam perſonæ magis idoneæ,
vnde id ex veriſimili mente interpretata actum cen-
ſetur , Gloſſ. in l.tale pactum in § fin.ff de pactis , &
dixi ſuprà in 11. ampliatione , vbi reddidi rationem,
quare tutori ſolui poſſit, contra verò quòd filiofami-
lias ſoluendum ſit, patrique ſolui non poſſit , abſque
voluntate filij.facit,quia vbi ſeruus adiectus eſt ſolu-
tioni,domino ſolui non poteſt ſine voluntate ſerui,l.
ſi ſtipulatus ſum mihi aut Sticho,l.Stichum.§.vſufru-
ctum.ff. de ſolu. & dixi ſuprà in 12. ampliatione. Nè
ergò deterioris conditionis ſit filiusfamilias, quàm
ſeruus idem quod in ſeruo reſpondendum videtur.
Præterea ſolutio facti eſt, l.conſilio in fin.ff.de cura.
fu.in fin. quæ autem facti ſunt non tranſeunt ad do-
minum,ſed in propria perſona adimplenda ſunt,l.qui
hæredi.ff.de condit.& demonſt.l. ſtipulatio iſta.§.hi
qui.ff. de verbor. obligat.ff. de acquirend. poſſeſſ. l.
quòd ſeruus , & l.poſſeſſio.§. 1.facit.l. & hæredi in §.
quòd ſi ſeruus. ff. de pact. quæ ratio confirmatur ex
his,quæ dixi in 12.ampliatione, ac ex his quæ ſcripſit
Bart.in l.Iulianus.ff.de verb. obligat.ac inferiùs ple-
nius dicam,in 1.limitatione ver.ſecunda ratio & ver.
aliam, & tertiam , &c.rurſus hæc ſententia probatur
ex regula,quòd à perſona recedendum non ſit,l cum
quis.vbi gloſſ.ff. de obligat.l. ſi ſtipulatus ſum mihi,
aut Titio.ff.de ſolut.regulæ ergo inhærendum eſt,&
qui vult dicere limitatam probet, l.omnis diffinitio.
l.1 .ff. de regulis iuris vbi Deci. Bartol. in l. quoties.
ff. ſi quis cau. & quòd merum factum hic conſide-
retur , ex eo patet , quod ſi pater ſibi , aut filio ſtipu-
letur , filio rectè ſoluitur , l. eum qui ita. §. qui ſibi.
ff.de verb.obligat.l.Stichum.§.quæſitum.ff.de ſolut.
& dixi paulò ſuperiùs in 14. ampliatione. Denique
hæc ſententia probatur ex l.vero procuratori in §.1.
ff. de ſolut. quia certam formam habuit hæc ſtipula-
tio,ex quibus in hanc ſentẽtiam inclino.Nec mouere
debet text.(vt puto) in dicto §.vſufructu , & relatum
argumentum cùm poſſit ſolui tutori, & curatori ma-
gis ergò & patri , illud namque vtilitatis cauſa rece-
ptum eſt contra ius ſtrictum , & bono,& æquo,vt in-
dicant verba legis quod quidem Labeo , & Pegaſus
vtilitatis cauſa putauerunt recipiendum eſſe , & de-
claraui in 11.ampliatione,vbi probaui ex præſumpta
54 voluntate ſtipulatoris receptum ex bono,† & æquo,
nec eſt nouum, vbi quæſtio eſt ex bono & æquo , ſub
authoritate iuris ſcientiæ pernitioſe plerunque erra-
ri,vt eſt elegans text.in l.ſi ſeruum in §.ſequitur.ff.de
verbor.oblig. Inquit etiam eleganter Iuriſconſultus
in l.ita vulneratus circa fin.ff.ad l. Aqui.Multa autem
in iure ciuili cõtra ſtrictam rationem diſputandi pro
vtilitate cõmuni recepta eſſe, innumerabilibus exem
plis probari poteſt , cùm ergo ſit in illis caſibus ius
ſingulare, in conſequentiam trahendum non eſt,l.ius
ſingulare.ff.de leg.l.quòd vero.§.de viro.ff. ſol.mat.
Imperium autem coniunctionem , & dominium ac
relationem , ſeu repræſentationem in hac quæſtione
quæ factum reſpicit , conſiderari non debere exiſti-
mo, ſecundum ea tamen , quæ dixi in vndecima am-
55 pliatione , & ſtatim ſubiiciam. Nec etiam † obſtat
quod Imol.relatus inquit,in dict.§.vſufructum,quòd
vbi perſona eſt habilis ad acquirendum, poteſt ſolui
referenti eius perſonam.Quia vt omittam, quòd pa-
ter non refert per omnia perſonam filij , veluti tutor
pupilli per liberos noſtros, quos in poteſtate habe-
mus,regulariter nobis acquiri, item & per ſeruos in-
ſtit. per quas perſonas nobis acquiri in princip.§. 1.
quod ait Imol.conſideratis perſonarum qualitatibus
forſan eſſet admittendum,eius namque dictum ſecũ-
dum ipſum.§.ex quo notauit,intelligendum eſt,iuxta
doctrinam Bart.in l.non ſolùm in §.liberationis ver-
ba ff.de lib.leg.ſed & addes,quę dicta ſunt,intelligẽ-
da eſſe in filiofamilias pubere, ſecũdum à nobis ſcri-
pta in 11.ampliatione,quòd ſi filiusfamilias Adiectus
impubes eſſet tento dicere, patri rectè ſolui poſſe in
requiſito filio., vtilitatiſque cauſa recipiendum eſſe,
cùm eadem ratio interueniat, quæ in tutore , vt ius
ſtrictum temperetur, ex præſumpta voluntate ſtipu-
latoris,à lege ex bono & æquo,vt in 11.ampliatione,
quæ enim illic ſcripta ſunt , huc erunt transferenda
quæ ratio ſi conſideretur, fortiſſima eſt , & remouet
alia contraria,ſed in pręmiſſis cogitandũ puto,quan-
do non ſuccurrit in articulo , neque lex clara , neque
Doctorum authoritas. Quod autem diximus filiofa-
milias Adiecto ſolui poſſe, ampliandũ eſt,& ſi eman-
cipatus eſſet, cùm in melius ſtatum immutauerit , vt
ſtatim ſubiiciam.
56 †Decimoſeptimo ampliãda eſt in Adiecto capite
diminuto, ſcilicet in eo , qui in melius ſtatum muta-
uerit,melioremque ſuam conditionem fecerit,veluti
ſi filius Adiectus emancipatus ſit , vt probatur in l.
Stichum in §.vſufructum.ff.de ſolu.ſecundum vnam
expoſitionem gloſſ. & in l.eum qui ita in §. qui ſibi.
ff.de verbor.obliga.Doct.in l.cùm quis.ff.de ſol.vbi
Imo.receptum à frequentioribus teſtatur,& Alexan.
in di-

in dicto §.qui ſibi in princ.& Iaſ. ſub num.14. Non deſunt tamen contradictores,quos referunt prędicti
57 in relatis locis.† Aduerſatur namque ſecundum Alexan.vbi ſuprà text.in l.ſi is qui in §.Iulianus.ff de fur. vbi Iuriſconſultus ait,ſi is qui pecuniis exigẽdis prępoſitus eſt,manumiſſus exigat furti teneri, nec eſt dubium,ſi ſeruus efficiatur liber,ſtatum ſuum in melius mutaſſe,& tamen mãdatum à lege reuocatur ex præſumpta domini voluntate,eique ſolui nequit,& idem probat tex.in §.& huic ſimile inſtit.mand.alias §.rectè ver.& huic ſimile. Item aduerſari videtur text.in l.cùm quis.ff. de ſolut.dum legitur adiecto ſolui non
58 poſſe,ſi ſe in adoptionem dederit,† & tamẽ qui adoptatur cõditionem ſuam potius meliorem,quam deteriorem facit,cùm adoptio cauſa cognita fiat, quæritur enim an adoptio ſit vtilis iux.l.nec ei.ff. de adoptio.& hi putabant.§. qui ſibi, hanc ſententiam non probare:quia loquitur in filio emancipato,&propter coniunctionem, & vnionem inter patrem & filium mandatum non reuocari, ſi emancipatus fuerit à patre,& tanquam facto patris id euenerit, vt Petr. Beſſ. aſſeuerabat,& hoc propter coniunctionem, & vnionem prædictam inter patrem & filium euenire, Alexand.qui in hac fuit ſententia, reſpondit, in dicto §. qui ſibi ſecundum Bartol. in l. ſi quis ſeruo.ff. de ſolut.& hæc materia tractatur in l. rogaſti in §. fugitiuus maximè per Alexan. & Dec.in l.ſi eius.ff. ſi cert. pet.ego autem puto à communi ſententia nõ eſſe recedẽdum,& quæſtio hæc,quæ ex lectione doctorum indifficilis videtur,ſeu ſcrupulos habere (ni fallor)ſi ratione naturali conſideretur, & vt infrà dicam,faci-
59 lis redditur &,clara.† Præfari igitur placet receptum eſſe mandatum aliquando iuris diſpoſitione reuocari,cum mandatarius deterioris conditionis efficitur, cumque cauſa noua ſuperuenit,quàm ſi mandatarius ſciuiſſet, veriſimiliter reuocaſſet. lex enim hoc facit tanquàm in mandato tacitè hoc ſit actum, ſi mandatarius ſeu adiectus in eodẽ ſtatu permanſerit,l.ſi cùm Cornelius,l.cũ quis.ff.de ſolut.& plenè dixi in tract. de decoctoribus in tertia parte,num.50.& dicam infrà in limitatione ſecunda, & in Adiecto hanc rationem reddidit Alb.in l.cùm quis in fin.ff. de ſolut.inquiens propter ſtatus mutationem , & deteriorem conditionem effectam adiecti mandatum de ſoluendo eidem à iure reuocatur , quoniam ab eo propter ſtatus mutationem , non poſſet ita commodè, vt antea ſtipulator exigere,vel actione mandati vel negotiorum geſtorum, conſideratur ergo à lege,num durior difficiliorque exactio fiat creditoris,in repetendo ſeu exigendo ab Adiecto ſeu mandatario , & hoc
60 reſpectu dicitur † in deteriorem ſtatum deueniſſe. Vndè licet Adiectus ipſe meliorem conditionẽ ſuam fecerit,ſi tamen durior,& difficilior eſſet exactio,ipſi creditori reſpectu ipſius creditoris, ſtatum ſuum deteriorem Adiectus feciſſe dicitur, & hoc conſiderauit etiam Petr.Beſ.in dicta lege, cùm quis, & refert Iaſon.vbi ſuprà,& deci.in dicto §.ſi fugitiuus,numero quinto , qui tamen Petr. alioqui vir acutiſſimi ingenij,in hac quæſtione ſe inuoluit.Hinc eſt, quod licet adiectus,qui ſe in adoptionem dederit,meliorem conditionem ſuam fecerit , reſpectu tamen creditoris , quia in alterius tranſit poteſtatem, deteriorem
61 potiùs quàm meliorem facit,vt eſt expreſſum † in dicta l.cùm quis.Hinc etiam ſequitur, quod ſi adiectus efficiatur religioſus ſeu monachus, eidem non rectè ſoluitur , lex namque mandatum de ſoluendo reuocat, nam & ſi monachus quoad animam, & ſalutem meliorem ſuam conditionem fecerit, l. Deo nobis. C.de epiſc.& cler.cùm tamen tranſeat in poteſtatem Abb.vt notat gloſſ.in l.ſi ex cauſa in §.Papinianus.ff. de mino.cumque deterior exactio reddatur , quo ad creditorem conditionem ſuam deteriorem feciſſe dicitur.Idque probant Old.Iac.Bart. Abb.Raphaël. Imol. & alij in dicta l. cùm quis. His præfationibus habitis,ratione naturali ſuadetur , & ſi lege deficeremus iuxta elegantem text. in l. in ſumma in §. idem varus.ff. de aqua plu.arcend. ſi cauſa non ſuperueniat in adiecto vel mandatario, qua creditor ad reuocan-
62 dum mandatum moueri potuerit legem non † reuocare. Dicet aliquis,cur lex non reuocat in filio emancipato , & reuocat in ſeruo manumiſſo? Reſpond.diuerſam orationem reddi inter ſeruum,& filium,licet enim filius emancipetur , tanta tamen remanet vnionis & coniunctionis cauſa inter patrem , & filium de qua dixi in antep. amplia. vt cauſa reuocandi legum prudentibus non ſit viſa. quæ coniunctio & vnio non poteſt conſiderari in ſeruo manumiſſo. ſolet enim vt Ang.Imo.& Caſt. ſcripſerunt in dict.l. ſi quis ſeruo. ff.de ſolu. manumiſſus ceruices erigere contra priorem dominum.l. ſi manumiſſori.C. de lib. & eorum libe. nec video hanc rationem eſſe contra communem,vt dixit Iaſ.vbi ſuprà in fin.nu.15. & iunge hanc rationem cum præcedenti, licet enim maximum beneficium in ſeruum dominus contulerit libertatem dando , maius tamen erat imperium domini ante in ſeruum,quàm poſteà , ideò in exigendo non tanta fiducia,non tanta facilitas, quæ vt dixi reſpectu creditoris conſideratur, ſed & addes, quod in ſeruo manumiſſo alia nõ relata(quod ſciam)ſuccurrit ratio, quæ colligitur ex text.in §. & huic ſimile Inſtitu.mand.& & eſt talis ſeruo manumiſſo ideò non poſſe ſolui,quia nouus homo ex libertate factus eſt, & non is,qui ante,ſed alius dicitur, verba imperatoris ſunt hæc,cum alioquin ſtricta iuris ratione non poſſit liberari, quia alij ſoluiſſet,quam cui ſoluere debuerit,eſt tamen notabilis ratio illa,quam ſuperius retuli.

63 † Denique licet tex.in §.qui ſibi loquatur in patre, qui ſtipulatus eſt ſibi,aut filio , & dicat poſſe ſolui filio emãcipato, ſi tamen fuerit filiusfamilias adiectus ab extraneo in ea ſum ſententia, vt eidem emancipato ſolui poſſit, & crebrior ſanè eſt hæc ſententia (vt dixi,)tum quia inquit tex.in dicto §.qui ſibi nihil intereſt an quis ſibi aut filio,ſeu ſibi , aut extraneo cuilibet ſtipuletur, vt Decius animaduertit in d.§. ſi fugitiuus. Tum propter.§. vſufructum , & quia non video hoc caſu proponi cauſam quare durior ſeu difficilior exactio creditori reddatur,& conſequenter nõ conſidero legitimam cauſam quare reuocationem mandati lex inducat propter emancipationem , cum meliorem conditionem ſuam magis fecerit , quàm deteriorem , quicquid dixerit Petr. Beſſut.relatus à Iaſ. vbi ſupra. pro qua ſententia induci poteſt etiam text.in dicta l.cum quis,vbi conſideratur tranſitus in aliam poteſtatem pro conditione deteriori,ergo per contrarium liberatio à poteſtate pro meliori ſtatu habenda eſt,vt quod operatur propoſitum in propoſito operetur, oppoſitum in oppoſito l. & ſi contra. ff.de vulg.leg.fin.§.fin.ff.de leg.3.

Eſt & aliud non omittendum circa ſeruum manumiſſum, doctores namque relati loquuntur in ſeruo adiecto ſolutioni à domino ſeu in ſeruo propoſito à domino pecuniis exigẽdis,& volunt (rectè quidem) manumiſſo ſeruo, quia difficilior fit exactio mandatum à lege reuocari ex præſumpta voluntate domini creditoris,& relata iura videlicet.l.ſi is in §.Iulianus, & l.ſi quis ſeruo , & §. & huic in propoſito facto loquuntur,

64 quuntur, † ſed finge ſeruum adiectum ſolutioni ab extraneo,& non à domino, poſſe namque adiici non dubitatur.l. ſi ſtipulatus ſum mihi aut Sticho.ff. de ſolut.& dixi ſupra in 10. Ampliatione,num ſi manumittatur rectè ſolui poterit, & poſſe exiſtimo argu. text. in dicta l.cum quis inducendo, vt paulò ſuperius dixi, & cum is meliorem ſuam conditionem fecerit, nec cauſa proponi poſſit quare mandati reuocatio fiat,& hoc caſu ceſſant rationes relatæ,& argumento eſt, quod dixi de filiofamilias adiecto ab extraneo,&emancipato. Obſtat tamen ratio Imperatoris, quia alij diceretur fieri ſolutio cum nouus homo propter manumiſſionem factus ſit, vt dixi citando text.in d.§.& huic ſimile cogita pro reſponſo.

65 Decimooctauo † Amplianda eſt etiam in adiecto c.diminuto,& qui conditionem ſuam deteriorem fecerit iuxta l. cum quis.ff. de ſolut.ſi hoc expreſſe eſt actum, vt tali capite diminuto ſoluatur l.Stichum in §.vſufructum.ff.de ſolut. ſecundum vnam expoſitionem Accurſij,quæ & ſi diuinationem ſapit(vt doctores dicunt) non tamen poteſt de ea probabiliter dubitari,quia ſic ſtipulari poſſumus mihi,autTitio cum capite minutus erit,vt inquit Iuriſconſul.& ratio naturalis hoc ſuadet,lex namque mandatum reuocat ex veriſimili mente creditoris, ceſſat ergo coniectura legis vbi expreſſa in contrarium voluntas creditoris
66 oſtēditur. Id autem quòd diximus poſſe † adiici perſonam ſuſpectam Ang. retulit ad illam vulgarē quæſtionem, num procurator conſtitui poſſit ita vt propter nullā ſuſpicionis cauſam reuocari poſſit, & num pœnæ adiectio teneat, & putat non poſſe, & pœnæ adiectionem non tenere, ex notatis à Barto.In l.cum precario.ff. de preca. facit.l. non dubiū.C.de leg. & addit ſe ex facto conſultum apud Florentiam vt ſupra reſpondiſſe:idque verum eſſe patet ex eius reſponſo. 225.Punctus eſt talis,Martinus,&c.Cuius ſentētiam probat Imo.addens hoc eſſe verum etiam ſi iuramen tum interueniat licet reuocans ſit periurus iuxta glo. in c.fin.in verb.reuocatus de procu in 6. & hæc recepta eſſe patet ex reſponſo Alex. 118.viſis col.1.nu.4. & 5.& col.fin. nu.12.& ſeq.vol.2.& Par.in conſil.8. circa fin.vol.4 & conſil.55.eod vol.& declara,vt per D.Ant.Gale.plene quidem in tract. ad for.cam.obli. pag. mihi 104. & pàg. 110. & ſeq. Gome. in regulis canc. regula de Annali.q.40. & in pulchro caſu conſuluit Dec.in conſil.521.nu.12.& ſeq.& adde in materia Caſſad. de Appel. Dec.2. & Rot. Bonon. Dec. 49.de anno 1536.&c.

67 †Decimonono extendenda eſt regula, & in capite diminuto, & qui culpatæ, & improbatæ vitæ factus fuerit, quando tamen diuerſa res in perſona adiecti eſt deſignata, verbi gratia ſtipulatus ſum mihi decē, aut Titio hominē ſecundum ea, quæ in ſecundæ partis huius tractatus initio,diſputando dixi,& hoc probatur in l.Stichum in §.vſufructum.ff.de ſolut.ſecundum vnam expoſitionem, quam probat declaratque Bart.ibidem, quia inquit Iuriſconſult.ſi vſufructum mihi,aut Titio dari ſtipulatus ſum Titio capite dimi-
68 nuto facultas ſoluendi Titio non intercidit † alius namque eſt vſufructus in perſona Adiecti, & alius in perſona ſtipulatoris.l.ſtipulatio iſta in §.ſi quis ita.ff. de verb. oblig. quæ expoſitio ab Ang. Paul. Caſtr.& Imol.commendatur,probat & Iaſ.in l.cum,qui ita in §.qui ſibi num.15.ff.de verb. oblig. & † ex ea ſingu-
69 larem limitationem colligunt ad l. ſi cùm Cornelius & l.cùm quis.ff.de ſolut. vt non procedant, quando diuerſa res eſt deſignata in perſona adiecti, vt dixi ſi ſtipulatus ſum mihi decem aut Titio fundum, ſed locum habeant quando eadem res, & principali, & Adiectio ſeu procuratori ſoluenda eſt,& notauit etiā Alex.apud Bart.in d.l.ſi cum Cornelius, & huius rei non minus veram,quam naturali ratione munitā cauſam reddunt, quam Raph.ibidem non conſiderauit, & eſt talis. Debitor in ſoluendo hoc caſu duplicem facultatem habet reſpectu perſonarum,& rerum,poteſt namque ſoluere adiecto, poteſt & diuerſam rem, ne ergo hæc facultas in ſtipulatione deducta auferatur merito curandum non eſt,ſi adiectus conditio nē ſuam deteriorem fecerit,ſed quando illud met,quod eſt in obligatione eſſet in ſolutione, quia eadem res deſignata eſt in perſona vtriuſque,tunc quoniam hęc facultas eſt circa perſonam tantum, facilius perditur ſi Adiectus conditionem ſuam deteriorem fecerit.d.
70 l.cùm quis,& de qua vide,quæ inferius dicam. Et † ex his ſequitur vnū(ni fallor) neceſſarium, & quod notandum arbitror,vt prędicta admittenda ſint in adiecto gratia debitoris tantum,contrà verò ſi eſſet adiectus gratia creditoris ceſſaret namque ratio Bar.quia non auferetur facultas hæc debitori ſoluendi alteram ex rebus deſignatis in ſtipulatione de quo adiecto gratia creditoris dixi in 1. parte verb. Adiecti etiam creditoris,num.37.

71 † Vigeſimo amplianda eſt regula,& ſi adiectus ſtatum immutauerit capiteque fuerit diminutus, vbi in ſtipulatione res deducitur, quæ perſonæ cohæreat,& per procuratorem domino acquiri non poteſt,vt vſufructus,exempli gratia;ſi ſtipulatus ſum mihi aut Ti-
72 tio vſufructum. Nam † vſufructus non poteſt acquiri domino per procuratorem l.qui ita.§.2.& ibi not.ff. ad S.C.Trebel. cum ergo acquiri cedive domino nō poſſit, vt procuratori meo ſtipulati non videor, mirandum non eſt ideò ſi facultas hæc reuocata nō cenſetur ſi ipſe adiectus deteriorem conditionem fecerit,tunc enim id ſpectatur(vt ſæpè diximus)cum pro ſtipulatore recipit, & conſideretur, quia ſtipulatori obeſſe poterit. At quando ad ſui commodum recipit adiectus nihil proponi poteſt, quod ſtatus immutatio eiuſdem conſideretur, ad prædicta cito text.in l. Iulianus in §. qui fundum.ff. de verb.oblig. & quæ à doctoribus ibidem not. & hæc ampliatio ſubtiliter colligitur ex his,quæ ſcripſit Bart.in dicta l.Stichum in §.vſufructum.ff.de ſolut.vbi Paul.Caſtr.commendat Bart.dicens hoc pulchrum & ſubtile, ex qua ampliatione illud ſequitur,vt animaduertit Raph.ibidē,
73 quòd vbi aliquis adiicitur ad ius perſonale, † quale eſt vſufructus cenſetur Adiectus animo donandi.Sed &addit ſe dubitare quoniam ſaltim commoditas vſufructus poteſt transferri.l. vſufructu.ff. de ſolu. mat. vbi not. Vnde donatio præſumi non debet.l. cum de indebito.ff.de probat. quæ ſententia poſſit comprobari ex iis,quæ Alciat.ſcripſit in reſp.26.donationis. 21.To.2.lib.5.ſed(vt dicā quid ſentiam)ratio Raph. me valdè mouet,non tamen à Bartol.diſſentio, cuius ſententiam ab alio reprobatam non legi & certè verum & notandum illud eſt formalem vſufructum informalem tranſire non poſſe, quia cohæret perſonæ, & in qua eradicatur propter ipſius vſufructus naturam,vt inquit Aret.referendo Bar.in §. finitur propè num.2.inſtitu. de vſufru.cùm ergo quis ſtipulatur ſi-
74 bi, aut Titio vſufructum † neceſſario ſequitur ſtipulantem Titium donationis cauſa adiicere voluiſſe cùm ſciret ex perſona Titij ſibi acquiri nō poſſe. Non enim poteſt capi alia coniectura, quàm donationis, vnde præſumenda eſt donatio,vt per Doct.in l.ſi cum aurum.ff.de ſolut.& ſcripſit Iaſon.quando præſumatur in l.1. fundum per fideicommiſſum. ff. de leg. 1.

facit

facit regula cuius per errorem vbi Deci. & Hieron. Cag.ff.de reg.iur. item facit.l. Campanus.ff. de op. lib.& videri poteſt Alex.in conſil.13.num.3.vol.1.& Cur.Iun.in conſil.56.nu.5.& qui licet excludant donationem ipſam,non tamen negant præſumi quando alia coniectura ſumi non poteſt, nec moueat, quòd Cuma. dicebat commoditatem transferri poſſe, id enim non nego,ſed in ſtipulatione vſufructus ipſe deductus eſt,quem acquiri nō poſſe diximus, aliudque eſt vſufructus,& ipſum ius, aliudque commoditas,vt ex ſe patet,& notatur in relatis locis, & cum in ſtipulatione de vſufructu ſit dictum ſubtili quidem ratione præſumptionem donationis in perſona Adiecti
75 Bart.neceſſario induxit, † pro qua ſententia facit, quod glo. Bart.& alij ſcripſerunt in l. ſi Procuratori. ff.de condit. ob cauſ. quod qui ſoluit falſo Procuratori ſciens prudensque nō liberatur nec repetit:quia ex quo id ſciuit neceſſariò præſumatur donaſſe, & ex his addes ſingularem declarationem ad hanc doctrinam Bart.quam notaui inferius in prima limitatione ver.quod autem nu.104.& ex his in ſimili etiam confirmatur doctorum cōmunis interpretatio ad l. Proculus.ff.de vſufruct.quę ſingularis eſt ſecundum Bal. ibidem, in qua legitur ſi teſtator legat vſufructum ædium eo adiecto onere, quòd altius non tollatur, quàm vti nunc ſunt proprietatem domus cenſeri legatā appellationeque vſufructus hoc caſu venir proprietas, & hoc eſt ratione oneris adiecti, quod proprietario non vſufructuario conuenit. Nam vſufructuarius ſine prohibitione altiùs non tolleret, idem iuris eſt ſi vſufructus fundi legatus eſſet, hoc addito, quod non poſſit fundum vendere vel alienare,vt plena proprietas legata cenſeatur, ne ergo verba ineaſſum adiecta videantur, vſufructus appellatione venit proprietas,quod mirabile,& notandum Bald.& Cuma.ibidem ſcripſere, & quæ interpretatio recepta eſt,legi tamen Arium Luſitanum virum benè doctū, qui in l.1.part.3.nu.41.& ſeq.C. de bon.mater.effuſo ſermone immemor ſententiæ Poëtæ, Parcius iſta viris tamen obiicienda memento,inquit omnes legū prudentum vertices iniquè, & abſurdè legem illam intellexiſſe,cum nullum verbum in dicta lege ſit,quo Iuriſconſultus in facti ſpecie propoſita voluerit appellatione vſufructus proprietatem ſignificare,& mirandum eſt, quòd verba illa reſtringendi cauſa adiecta augeant diſpoſitionem,& puerile putauit relatum fundamentum, ne prohibitio adiecta ſuperflua iudicetur,verbaque relata fruſtra adiecta ſint.Putauitque vel imperitia teſtatoris, vel ad maiorem declarationem adiecta cenſeri. Vnde ex ea adiectione opinatus eſt,non augeri relictum, & proprietatem non comprehendi contra gloſſ. & Doctores ſi teſtator legat vſufructum, & adiiciat verba relata vel ne ædificet, vel ne rem alienet. Addit etiam crebriorem ſententiam eſſe, vt & in diſpoſitione inter viuos lex Proculus prædicta locum habeat, & ſubiicit interpretationem ſuam tenendam, & forſitan non defuturos ſuperſtitioſos,qui repertis & exhibitis frugibus glandibus veſci malint. Sed licet mihi ſemper deciſio hæc dura admodum viſa fuerit, & in mentem venerit, ꝙ Nerua filius ait in l. ſeruum in §.ſequitur.ff. de verb. obliga. ſub authoritate iuris ſcientiæ pernitioſè plerunque errari. Nihilominus aut(vt meam ſententiam interponam) Arius nimium ſibi ſumpſit,aut vnus forſan ego ſuperſtitioſus ero, puto enim doctores rectè legem illam interpretatos,& Arium verba legis non conſideraſſe, & ſunt hæc. Proculus putauit inſulam ita poſſe legari, vt ei ſeruitus imponatur, quæ alteri inſulæ hæreditariæ debeatur hoc modo, & reliqua, per modos ergo ſeu modum, quem Iuriſconſul.ſubiecit,ędium illarum quoad altius,quàm vti nunc ſunt ædificatæ non erunt illi vſufructum,do lego inſula cenſetur legata,& ſic proprietas, & domus ipſa,quæ inſulæ appellatione continetur,& ſignificatur,vt per gloſſ.in §.inſula inſtit. de rer. diui.l.3.§. ſi quis inſulam.ff.de eo, quod cert.loco.l.inſulam.ff. de verbor. obligatio. conſideratis ergo verbis Iuriſconſulr. in initio inſulam ita poſſe legari, & verbo hoc modo, cum ſubiectis exemplis demonſtratur legiſlatoris intentio, & communis ſenſus verus, & conſequenter ſunt verba clara in l.illa quibus Iuriſcon. appellatione vſufructus in ea facti ſpecie voluit proprietatem contineri, & licet dura videatur,deciſio tamen non caret ratione,& quidem ſubtili,prout in caſu Bartol. relato in dict.§.vſufructum, & cum lex ita ſcripta ſit ſeruanda eſt.l. proſpexit.ff. qui & à quibus, & addes aliis authoritatibus relatis ab Ario Curt.Iun. in conſil.14.Ioann.Dilect.in tract. de arte teſtit. in titul.de
76 legat.caut.43.

† Vigeſimoprimo extendenda eſt regula, vt non ſolum in caſibus enumeratis locum habeat, vbi quis ſibi aut Titio ſtipulatur, & ſic præpoſitus eſt ſtipulator perſonæ adiectæ,ſed & ſi per contrarium perſona adiecti antepoſita eſſet perſonæ ſtipulanti,verbi gratia,Promittis Titio aut mihi, Titio namque tāquam adiecto rectè ſoluetur.l. Caius.ff. ſolut.matrim. Sed hoc admittendum eſt niſi perſonæ adiectæ primo loco actio quæri poſſet,vt in dote. Tunc enim obligationi adiecta videtur: cum ergo actio quæri adiectæ perſonæ non poteſt nihil intereſt proponatur, aut poſtponatur adiecta perſona.ff.de ſtipula.ſer.l.1.§.ſi fructuarius ſeruus, vbi ſi fructuarius ſeruus fuerit ſtipulatus vſufructuario, aut domino eo caſu, quo fructuario,ſtipulari non poteſt,&quia non eſt ex re eius nec ex opera ſua,tunc quęritur actio domino,ſed ſolui poteſt vſufructuario, & indicat texr.in d.l. Caius in primo reſponſo,vbi de rigore innuit poſſe ſolui,& præceſſerat nomen neptis in ſtipulatione, quæ probant Bart.Ang.Imol.& Iaſ.in dict.l.cum qui ita in §. qui ſibi.ff. de verb.oblig. & Imol.in dict.l. Caius in 1.col. Rota in vlt.deciſ. cauſa.5. die Lunæ in 2.dub. Sed & addes circa prædicta legemque Caius,& quādo perſona cui poteſt quæri, vt in dote poſtponere-
77 tur in ſtipulatione,quæ plenè dicam infra in 12.limitatione ver. Quinta facti ſpecies, &c.& nota † quod in dict. §. ſi fructuarius in primo caſu quando ex re fructuarij vel opera quæri poteſt,quia etiam domino poteſt quæri ex quacunque cauſa vitiatur ſtipulatio ratione incertitudinis, & vera litera eſt affirmatiua vt animaduertit Bart. & prout in pandectis, non negatiua prout in codice meo, hoc modo,quia vtrique ex re fructuarij actionem acquirere potuiſſet, & adde quæ dixi in 1.part.nume.24.& l.qui res in §.ſi ſeruus fructuar.ff.de ſolut.& ad interpretationem dicti. §.ſi fructuarius, quæ latè ſcripſit Roncheg.in l. reos in §.cum tabulis numero 83.ff.de duobus reis & ſeq.
78 numer.

Vigeſimoſecundo amplianda eſt,vt adiecto † ſolui poſſit, non ſolum ſi per dictionem autem perſona adiecti ſit, ſed & ſi concepta ſit per alternatiuam ſimilē ſtipulatio, vt puta vel vt in l.1.§.pen. ff.de ſtip. ſer. & aliis alternatiuis de quibus plenè dicam in 1. & ſequen. quæſtionibus partis ſubſequentis, illic enim videri poſſunt,quæ ad hunc locum attinent.

79 Vigeſimotertio amplianda eſt regula, vt adiecto † ſolui poſſit, & ſi tempore ſtipulationis abſens fuerit

rit Adiectus, cuius rei in promptu eſt ratio, quia nihil iuris adiecto quæritur, l. eum qui ita, vbi Barto. ff. de verb. obliga. & ſæpè diximus, & id ſenſit Accurſ. in §. ſi quis alij in verb. mandati inſt. de inutilibus ſtipu. & comprobatur ex his, quæ in vlt. parte dicam.

80 † Vigeſimoquarto amplianda eſt regula, vt poſſit ſolui adiecto, & ſi quod ius deficiat in re ſoluta, adhuc res ipſa peti poſſit, l. Iulianus in §. qui fundum. ff. de verbor. obliga. vbi Iuriſconſultus inquit in hæc verba. Qui fundum ſibi aut Titio dari ſtipulatur, quamuis fundus Titio traditus ſit, nihilominus ſtipulator petere fundum poteſt vt ſibi de euictione promittatur. Nam intereſt eius qui mandati actione fundum recepturus ſit à Titio, ſed ſi donationis cauſa Titium interpoſuit, dicetur traditione protinus reum liberari, hæc Iuriſc. cuius ſententia, nec breuius, nec rectius referri poterat, intelligenda eſt, ergò hęc ampliatio iuxta relatam legem, & commentarios Doctorum ibidem, de quibus in prima parte copioſè diſſerui, & nè aduerſetur his, quæ in antecedenti parte dixi verb. Rurſus amplianda eſt, vbi de parte ſummæ ſolutæ diſputaui, & vide Paul. Caſtr. in dicto §. qui fundum, numero 2. vbi latè, quibus adde. l. qui ſibi, aut Titio l. etiam, & l. qui hominem, in §. fin. ff. de ſolut.

81 † Amplianda eſt etiam, vt quum decem mihi aut Titio ſtipulatus ſum, & ſi quinque accipiam, reliquũ promiſſor rectè Titio det, l. cùm decem. ff. de ſol. ex partis enim ſolutione facta creditori, non tollit facultas ſoluendi adiecto alteram partem.

82 † Vigeſimoquinto amplianda videtur, vt adiecto ſolui poſſit, etiam eo inuito, & notandum eſt, quòd certi iuris eſt, adiecto ſolui poſſe ignorante, & inuito ſtipulatore, vt inſtit. de inutil. ſtipu. §. ſi quis alij verb. planè. l. fideiuſſor in fin. princ. ff. de fideiuſſ. l. aliud. ff. de ſolut. & dixi in 1. ampliatione, ſed quòd poſſit ſolui Adiecto eo recuſante, relata iura non dicunt, nec memini me legiſſe tractatum, aut vſquàm relatum. Vndè cogitabam tria eſſe genera adiecti, vt in 1. parte dixi. Aut enim quis adiicitur donationis cauſa, aut commodo creditoris, aut commodo debitoris, prout in re dubia cenſeri debet, & ſi quidem verſamur in primo genere res admodum clara eſt, & dicendum eſt, vt in l. Iulianus, in §. qui fundum. ff. de verb. obli. & in l. ſed & ſi quis. ff. de vſufruct. ſi verò in ſecundo genere ſcilicet in Adiecto gratia creditoris, & hoc etiam expeditum puto, vt ei inuito ſolui non poſſit, quod probatur ex his, quæ dixi in prima ampliatione hac eadem parte, quæ non refero breuitatis cauſa, ne bis idem repetam. ſi verò in vltimo genere, multa namque poſſunt euenire, quare is, qui debitoris cauſa adiicitur ſolutionem recipere recuſet, vel morum ante cælata, vel ignorata emerſerit improbitas, aut inimicitiæ ſuperauerint inter Adiectum, & promiſſorem, l. in confirmando, & l. ſeq. ff. de confir. tut. & hoc caſu inuito Adiecto ſolui non poſſe videbatur. Quia cum ſolutio fiat ad commodum creditoris, & ſic alterius nihilque quæratur adiecto, & hæc ſolutio potius incommodum, quàm commodum afferat, vt dixi ſupra in fin. 16. ampliationis, & ſi præſens ſtipulationi fuerit Adiectus, 83 † conſenſiſſe tamen non cenſeatur. Præſens enim & tacens tunc aſſenſiſſe videtur, cùm de eius vtilitate agitur glo. in l. qui patitur. ff. mand. plenè per Decio. in l. quæ dotis. ff. ſol. mat. in Rub. C. de pactis, & Alex. in conſ. 8. col. 3. libr. 3. licèt & aliquando vtilitas in adiecto conſiderari poſſit, vt notaui in ante. par. ver. in ſecũda verò inſpectione nu. 51. Verùm in hoc vltimo genere diſtinguendum puto inter Adiectum pręſentem, & abſentem, & ſi quidem Adiectus præſens ſi ſtipulationi conſenſiſſe cenſeatur, & conſequenter ad ſolutionem recipiendam cõpelli, poſſit, idque probatur arg. fortiſſimo, quorſum enim leges, & Doctores dicunt adiectum hunc mandati actione teneri, vt in l. Iulianus in §. qui fundum. ff. de verb. obl. & in vltima parte dicam. Non alia quidem ratione niſi quia tacitè mandatum ſuſcepiſſe cẽſetur iuxta. l. qui patitur, & l. qui fidem. ff. mãd. & hic eſt vnus caſus ſingularis, in quo tacens præſumitur conſentire, & non agitur de eius vtilitate, & hoc ideò quia non tractatur de incommodo, quod alicuius ſit momenti, ſeu quia nullum probabile detrimentum conſiderari poteſt, & forſan legum prudẽtes hoc caſu adiecti præſentis conſenſum induxere, moti illa ſingulari ac naturali ratione beneficio affici hominem, intereſt hominis, l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. exper. 84 † voluntatis enim, & officij hæc res plena eſt, iuxta. l. in commodato, in §. ſicut. ff. commod. Id namq; promiſſori commodum magnum afferre poteſt, Adiecto verò nullum probabile detrimentum, & facit elegans tex. in l. in ſumma in §. idem varus. ff. de aqua plu. arcend. in illis verbis, quòd factum quidem mihi prodeſſe poteſt, ipſi autẽ nihil nociturum eſt, hoc æquitas ſuggerit, etiam ſi iure ſtricto deficiamus, vbi glo. alias leges refert in ver. aut nihil nociturum eſt, & addit vel parum, ſi verò Adiectus abſens eſſet tempore ſtipulationis, & hoc caſu (ni fallor) Adiectus inuitus ſolutionem recipere nõ eſt cogendus, illo fortiſſimo argumento: quia actione negotiorum geſtorum, & non mandati ſtipulatori tenetur ſecũdum veriorem, & crebriorem ſententiam, de qua in vltima parte diſputabo, beneficij quippe, ac nudæ voluntatis eſt, non neceſſitatis aliena negotia ſuſcipere. l. in cõmodato, in §. ſicut. ff. com. l. tutori. C. de neg. geſt. & imputet ſibi promiſſor qui talem miniſtrum adiici in ſtipulatione paſſus ſit, ar. l. vtique in fin. ff. de rei vend. l. ſi ſeruus ſeruum, in §. ſi fornicarius. ff. ad l. Aquil. & ea. l. §. proculus, electio enim mala eſt in culpa, vt per Accur. in l. videamus. ff. loca. Dicet aliquis 85 † aduerſatur prædictis, quod inquit Dec. in regula ſemper, qui non prohibet. ff. de reg. iur. vbi conſiderauit, quod dicta regula, l. qui patitur. ff. mand. intelligitur quando tractatur de vtilitate eius qui patitur, & nõ cõtradicit, tali caſu idẽ iudiciũ debet eſſe in abſente, ꝙ in præſente, ſi ergo præſens præſumitur, cõſentire ergo & abſens, vnde ſecundùm eum ſtatim ꝙ abſens ſciuit, & non contradixit, conſentire videtur. citat, Bart. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. l. ſi abſentis, & ꝙ ibi not. à gl. & Doctoribus. C. ſi cer. pet. data ergo ſcientia non videtur cõſtituenda differentia inter præſentem & abſentem. Qua ergo ratione in propoſita quæſtione adiecti præſentis præſumitur conſenſus, & cogendũ diximus recipere ſolutionẽ, eadem in abſente adiecto ſtatuendũ eſt. Verum idem Dec. qui vulnus inferre voluit opẽ feret. Is enim ſententiã ſuã emendauit in Rub. C. de pact. in additione. 9. dicens, hanc cõparationẽ non probandam, quoniam pręſens contradicere poteſt, abſens verò minimè cũ ignoret, vnde in præſente duo concurrunt, ex quibus arguitur conſenſus, quia tacet, & de eius vtilitate agitur. In abſente vero tantum, quia de vtilitate ſua agitur, non eſt ergo par ratio. Igitur in quęſtione propoſita, pręſentia cum facultate contradicendi, & cum naturali illa ratione officij, & conferendi beneficium concurrit. In abſente verò ſolum illud, quòd ſecundum naturam eſt iuuandi hominem interuenit. Vndè illud verbum hominem, adiuuare eſt, hominis, quibus

addes

addes Hier.Cag.in d.regula ſemper qui nõ prohibet, qui hanc poſteriorem Dec.ſententiam probat,& cùm donatio cauſa mortis hodie nudo pacto fieri poſſit, iuxta ſententiam gl.receptæ in l.cùm pater in §. Mæuio.ff.de leg.2.& argumentis, & autoritatibus diſpu-
86 tando non quidem inargutè † probat illam ſententiã præſentiam donatarij, cum taciturnitate conſenſum inducere,& ipſius donationis validitatem,quam ſententiam etiam communem teſtatur, licet Dec. Aret. & Io.Cro.aliter ſenſerint,& malè ſecundum eum, & vide quæ dicam in 1.limit.ver.Quod autem, & adde Iul.Cla.ſent.lib.4.q.14.

87 † Vigeſimoſexto amplianda eſt, vt ſolui poſſit adiecto,etiam poſt mortem ſtipulatoris, qui ipſum in ſtipulatione nominauit l.Gaius in ver.ſed dicendum. ff.ſol.matr.vbi ſpeciatim notauit Raphaël. Cum. ſub num.9.Alex.in l.cum quiſquam legit,cum l.in ſtipul. in fin.ff.de verb.oblig.& ibidem etiam Iaſon, refert, &non improbat, eſt ergo notandum poſt mortem ſtipulatoris ſeu creditoris Adiecto ſolui poſſe, cur autem tam variè, quòd hæredi adiecti ſolui regulariter non poſſit, & mortuo ſtipulatore adiecto, rectè ſoluatur, paulò inferiùs in prima limitatione declarabitur.

Vigeſimoſeptimo ampliãda eſt in ſtipulatione facta à duobus alternatiuè inter eos, quãdo vni tantùm ex eis,qui alternatiuè ſunt ſtipulati,acquiri poteſt, vt per Bar.in l.2.n.3.ff.de duobus reis,de quo vide,quæ plenè ſcripſi in 1.par.ver.ſed hic nu.22.

Vltimo amplianda eſt regula, & ſi adiectus ſit donationis cauſa,vt poſſit eidem ſolui,& facta ſolutione effectum ſortiatur donatio.l.Iulianus.§.qui fundũ. ff. de verb.oblig. l. ſed & ſi quis. ff. de vſuf. & vide quæ dicam in prima limitatione circa finem ver. Quod autem diximus,&c.

LIMITATIONES.

TRANSGREDIAMVR nunc ad limitationes igitur reg.prædicta, ꝙ adiecto ſolui poſſit, pluribus modis eſt
88 reſtringẽda,† & primò,vt ipſi adiecto rectè ſoluatur, non autem hæredibus ſucceſſoribúſve eius,l.cum quis.ff.de verb.oblig. vbi Iuriſc.in hæc verba,cum quis ſibi aut Titio ſtipulatus eſt,ſoli Titio,non ſucceſſoribus eius rectè ſoluitur,& idem probat tex.in l.ſi ſtipulatus ſim mihi, aut Titio. ff.de ſol.gl.in inſtit.de inut.ſtip.§.ſi quis alij ver. Planè in ver.Scio,& prima fronte videbatur dicendum con-
89 trarium,† quia ex perſona hæredum conditio obligationis non immutatur,l.2.in §.ex his.ff. de verb.obl. de qua lege oppoſuit Acc.in d.l.ſi ſtipulatus, & non ſoluit, ſed Alb.ſecundum Old. ait in propoſito caſu obligationis ſubſtantiam non immutari, ſed tantum commodum ſoluendi auferri, in perſona enim Adiecti nulla eſt obligatio,ſed merum factum, meriq; facti facultas, vnde non eſt, quod dici poſſit immutari ex morte Adiecti. At in contrario obligatio erat quęſita defuncto, & ideò ex perſona hæredum nõ immutatur,& vt ſuprà ſoluit Dy.relatus ab Alb.in dicta l.2. probantq́ue ſolutionem,vt putà veram Ang.& Raph. in dicta l.ſi ſtipulatus,&c.ſed & addit Alb.ſecundum Iac. Beluiſ. quòd in dicta lege 2. obligatio, & actio competebat defuncto, vel contra eum. Contra verò in caſu noſtro,ſed mandato ſtipulatoris,poterat adiecto fieri ſolutio, ſed hic de ratione eſt diſputandum,
90 quare ſcilicet hæredi adiecti ſolui non poſſit,† & quia plures reddũtur à Doctoribus, de ſingulis videamus. Prima ratio ſe offert,Bartol.in dicta l.cùm quis.ff.de verbor.obligar.Adiectus mandatario comparatur, l. Iulianus in §.1.ff.de verb. obligat. morte ergo Adiecti ſoluendi facultas finita eſt,veluti mãdatarij,quam rationem,& Angel. & Imol. ibidem probant, & citant text.in l. vero procuratori. ff. de ſolut.& inquit ibidem Alexand.cum Bartol.tranſiſſe Doctores, ſed melius locutum Bart.& Doctores in l.ſi quis ſtipulatus.ff.de ſolut.verum relatam rationem reprobat glo. in ea l.ſi ſtipulatus.quam gl.non improbat Bart.ibid. & mouit Acc. Quia Adiectus reuocari expreſsè non poteſt.ff.de ſolut.l. vero, ergo nec tacitè deberet reuocari,ꝙ eſt falſum.ff.de ſolut.l. ſi quis ſtipulatus ſit, decem in melle, quod argumentum Gloſſæ probat Iaſ.in dicta l.cùm quis,& refert Alex.alio fundamẽto
91 rationem prædictam reprobaſſe,& eſt tale. † Si diceremus adiecto mandatarium comparari,ita extingueretur per mortem mandantis,ſicut mãdatarij,l. mandatum.C.mandati.§.itẽ ſi adhuc inſtit.mand.ſed hoc eſt falſum, nam poſt mortem ſtipulatoris, qui nominauit adiectum poteſt ſolui adiecto,vt l.Gaius in ver. ſed dicendum.ff.ſolut.matr. & dixi ſuprà in 26. Ampliatione,verum idem Iaſ.hoc fundamentum Alexandri improbat ex ratione ſua referẽda, de qua inferiùs, putauit enim hæredi adiecti ſolui non poſſe, propter mutationem qualitatis, & conditionis ipſius adiecti, quæ ratio ceſſat, quando moritur is, qui nominauit adiectum,ſed quoniam ratio Iaſonis (vt oſtendã) defendi non poteſt, meritò argumentum Alex. & ſubſiſtere, & verum opinor, ſed & his adde, quæ ſcripſit idem Iaſ.in l.enim,qui ita.§.qui ſibi nu.12.ff.de verb. oblig.in verſ.confirmo vltra eos,&c.inquit enim,adiecto poteſt ſolui inuito ſtipulatore, quia hanc facultatem habet debitor ex forma contractus, quam ſti-
92 pulator immutare non poteſt.l.aliud.ff.de ſolut.† niſi per litis conteſtationem.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.ver.fin.ff.de ſolut.& ſubiicit, ex hoc infero,malè dixiſſe gl.in l.ſi ſtipulatus ſum mihi aut Titio.ff.de ſolut. vbi quærit, quare hæredi adiecti ſolui non poteſt,& quia aliqui dicunt, quia adiectus mandatario comparatur,& mandatum morte finitur,glo. in dicta l.ſi ſtipulatus dicit,quòd iſta ratio eſt falſa.

Quia ſi adiectus cenſeretur habere mandatũ, illud mandatum non poſſet reuocari,tamen dicit gl.poteſt reuocari,vt in dicta l.ſi quis ſtipulatus, & ſubiicit iſtã reprobationem,ſequitur Bart.ſibi contrarius, in l. ſi quis ſtipulatus,& Alexand. in d.l.cùm quis.Cum quibus ego etiam pertranſiui, ſed credo eos errare, quia (vt dixi)adiecto poteſt ſolui, etiam inuito ſtipulatore,ergo non eſt verum,quòd poſſit reuocare,niſi creditor litem conteſtetur,& iſta addes his quæ dixi in l. cùm quis. Hæc ille,verum(ni fallor) Iaſo.grauiter errauit,nec verum ſenſum Accurſij,& Doctorum accepit:cùm putauerit gloſſ.in dicta l.ſi ſtipulatus ſenſiſſe facultatem ſoluendi, adiecto poſſe reuocari per creditorem.Accurſius enim nixus eſt probare,quod non ſit bona ratio, quòd mandatarius adiecto cõparetur, & citauit l.verò procuratori eod.tit.de ſolut.in §.primo,vbi probatur,ſi quis mandauerit, vt Titio ſoluat, deinde vetuerit eum accipere,ſi ignorãs debitor prohibitum eum accipere ſoluerit,liberatur, ſed ſi ſciuerit,non liberatur,ſubdit text.alia cauſa eſt in adiecto, quia & ſi prohibeat creditor debitorem ſoluere, tamen ſoluendo liberatur, quia certam conditionem habuit ſtipulatio, quam immutare non potuit ſtipulator, & hoc modo diuerſitatem inter adiectum &

mandatarium demonſtrare voluit Accurſ. citando il-
lam legem. & verba Accurſij in dicta lege, ſi ſtipula-
tus ſum mihi, aut Titio talia ſunt, quia hic expreſsè
reuocari non poſſet, vt ſupra eo.l.vero, ergo nec taci-
tè deberet reuocari, quod eſt falſum, ſupra ſi ſtipula-
tus, & addit in adiecto, nec tacitum interuenire man-
datum, niſi aliud actum ſit, vt diximus in d. l. vero, &
verè dixit in verbo interdum, de quo ſuo loco diſſe-
remus, non ergo ita ſupinus fuit Accur. vt ignorauerit
hanc facultatem ſoluendi in adiecto collocatam, re-
uocari expreſsè non poſſe, cum legem citauerit, id di-
centem ſecundum quam intelligendus eſt, vt per Bar.
in l. non ſolùm in §. liberationis verba. ff. de lib. leg.
ex relatis ergo verbis, & mente ſemetipſum defendit
Accur. Quem vnà cum Bart. Alex. & aliis relatam ra-
tionem rectè reprobaſſe puto, & ipſum Iaſon. defen-
di non poſſe.

Secunda ratio Bart. eſt in d.l. cùm quis, ac in d.l. ſi
ſtipulatus, quia ſolutio, quæ in perſona adiecti con-
fertur, eſt meri facti, ideò ad hæredem non tranſit, l.
qui hæredi in princ. ff. de cond. & demonſt. & hæc ra-
tio recepta eſt à doctoribus in relatis legibus, ex qua
93 notandum eſt, † quòd ea quæ ſunt facti, & nudi mini-
ſterij non tranſeunt ad hæredes, quod & ſubtiliter &
eleganter declarauit idem Bart. in l. ſi ſtipulatus fue-
rim illud aut illud. ff. de ver. obl. motus eadem l. vt lo-
cum non habeat, vbi factum eſt executiuum obliga-
tionis, ſeu iuris præambuli, quia ſicut ius præambulũ
(vt ait) tranſit ad hæredes, ita & illud factum, quæ
declaratio ab Alexand. & à Iaſ. & aliis recipitur in d.
l. cùm quis, ex qua regula, ea quæ facti ſunt ad hære-
des non tranſeunt, Ang. & Imol. in ea. l. crediderunt,
94 † & rectè hæredibus executorum vltimarum volunta-
tum ſolui rectè non poſſe. Nam officium executorum
non videtur tranſire ad hæredes, de quo in l. id quod
pauperibus. C. de epiſc. & cler. vbi Cyn. in cap. fin. de
teſt. lib. 6. adde gloſ. & Bart. in l. ante in ver. ad alium.
ff. de tut. quod & Alexand. & Iaſ. in d. l. cùm quis, pro-
bauerunt, & alia loca retulerunt ex relata etiam regu-
la, Pet. relatus ab Alb. in dict. l. cum quis, quæſtionem
95 quotidianam ſoluit, & eſt talis. † Maritus vendidit
rem vxoris, aliamq; rem in cambium accepit, petiitq;
ab vxore ſua, vt alienationi cõſentiat: vxor dicit, alie-
nationi factæ rei meæ, non conſentiam, niſi veſtem
feceris, & dederis, vt aliquando aſſolent mulieres.
Maritus affirmauit ſe daturum, moritur vxor: maritus
vult veſtem dare hæredibus vxoris, ex relata regula
non eſt audiendus, l. cùm ita datur. ff. de condit. &
demonſt. quorum ſententiam probauit Imol. in d. l.
cùm quis.

Aliam, & tertiam rationem reddit Iaſon in d. l. cũ
quis, quare hæredi adiecti ſolui non poſſit, & natura-
lem eſſe ait, quoniam creditor confiſus de illo eſt quẽ
ſolutioni adiecit, eiuſque perſonam probauit, non
autem probauit eius hæredem etiam ſi filius eſſet ad-
iecti, cum accidere poſſit vt adiecti hæres diuerſi ſit
96 ingenij † diuerſorum morum, & non eiuſdem condi-
tionis, vt eſt elegans text. in l. cuius bonis. ff. de cura.
furio. & ſubiicit rationem rationis, plerunque probo
viro ſuccedit improbus, & (vt ait) legali illegalis, vt
inquit Bald. in l. generaliter in 4. not. C. de reb. cred.
& hanc rationem habuit Iaſ. à Baldo, qui in ea l. cita-
uit d. l. cuius bonis, vt Iuriſconſ. inquit hæres prioris
creditoris non eſt onerandus cum accidere poſſit, vt
negotio vel propter ſexus vel propter ætatis infirmi-
tatem, vel propter dignitatem maiorem minorémve,
quàm in priore curatore ſpectãda erat habilis nõ ſit.
Quibus addes quę plenè ſcripſit Hier. Cag. in l. 2. ver.
fin. num. 604. de orig. iur. vbi de Celſo & Nerua, qui
filios Iuriſconſultiſſimos reliquere, & de familia So-
cinorum, & contra refert quod dici ſolet plerunque
97 prudentes, † & literatos viros hoc infortuito grauari,
98 vt ſtolidos filios generent. Verum relata Iaſ. † ratio
non quidem incolorata, & quæ ratione quadam ſuf-
fulta videtur (ni fallor) non eſt vera. Finge enim quòd
hæres adiecti talis ſit, vt eum cui ſucceſſerit & fide, &
moribus, & diuitiis longè ſuperauit, quódque magis
amicus eſſet ſtipulatori, quàm ipſe adiectus, & conſe-
quenter veriſimilius creditor de hoc magis confiſus,
certè ex relata ratione rectè poſſet ſolui huic hæredi,
& contingeret liberatio, quod eſt contra dicta iura,
quæ generaliter dicunt hæredi adiecti ſolui nõ poſſe.
Item huic rationi aduerſatur, quod Dd. relati dicunt
ſolutionem eſſe facti meri, & quæ facti ſunt non tran-
ſire ad hæredes, nec enim perſonas tranſgrediuntur:
ſcripſit etiam Chriſt. Por. in §. ſi quis alij quem legit.
cum §. ſi quis alium. Inſtit. de inutil. ſtipulat. facultatẽ
ſoluendi adiecto ex eo ad hæredem eius non trãſire,
quia induſtria, & fiducia in adiecto electa eſt, argu. l.
diem proferre. §. 1. ff. de arbit. ſed & ego relatã ratio-
99 nem ſecundo loco † tanquam receptam, & verã pro-
bo, & addo illam quæ videtur Iuriſconſulti in l. vero
procuratori, in §. 1. ff. de ſolut. quia certam conditio-
nem habuit ſtipulatio quam promiſſor mutare non
potuit, & hanc rationẽ ſenſiſſe videtur Acc. in l. ſi ſti-
pulatus ſum mihi aut Titio, in ver. non potens. ff. de
ſolu. dicitur enim in textu hæredi eius ſoluere nõ po-
teris, & inquit Accurſ. & eſt ratio, quia hic certa per-
ſona fuit adiecta.

Quod autem diximus hæredi Adiecti ſolui nõ poſ-
ſe, Amplĩãdum eſt etiam in Adiecto donationis cau-
100 ſa, de quo in prima parte dixi † ver. Deinde ſubiec. vel
ſuo commodo, & in vltima parte dicam, idque ſenſit
Imol. in l. ſi ſtipulatus ſum mihi aut Titio ſuperius o-
rata, vbi in hæc ſeu ſimilia verba ſcriptũ reliquit. Di-
citur in relata lege, ꝙ hæredi adiecti ſolui non poteſt,
ſed dubiũ eſſe poſſet, ſi eſſet adiectus cauſa donatio-
nis an tranſiret ad hæredem hæredique Adiecti ſolui
poſſit. Aliqui concedunt, quia hoc caſu Adiectus non
videtur nudus miniſter, tamen contrarium eſt fortè
verum, quia iure iſto ſine traditione non pertractaba-
tur donatio. l. ſi quis argentum. C. de don. l. hoc iure,
§. ſi quis dederit. ff. de donat. Idem fortè etiam hodie
ex quo donatio non fuit præciſè facta, ſed demum in
caſu in quo fieret ei ſolutio, & ideo ex quo non eſt il-
li facta, & talis poteſtas recipiẽdi ſolutionem de ſe ſit
facti non videtur, quòd tranſeat in hæredem, ex quo
hic non habet formam ſtipulationis, & ſic remanebit
hæc lex incorrecta etiam in caſu iſto facit. l. præcipi-
mus. in fi. C. de appell. quem ab aliquo relatum nõ le-
gi. Raph. enim, & Paul. Caſtr. de hac re ne verbũ qui-
101 dem fecerunt. † Cogitanti autem mihi hæc ſententia
in adiecto donationis cauſa, & abſente admittenda
videbatur abſque cõtrouerſia, ſed vbi pręſens ſtipula-
tioni fuiſſet adiectus dubia videbatur. Nam quando
præſens eſt adiectus ex eo, quòd de eius voluntate agi-
tur conſentire videtur. l. qui patitur. l. qui fidẽ. ff. mãd.
& receptum hoc eſt à Dd. in l. quæ dotis ff. ſolu. matr.
& recẽtioribus in regula ſemper qui non prohibet. ff.
de regul. iur. in tantum quòd cum hodie nudo pacto
102 fiat donatio, † vt in l. ſi quis argentũ, in §. fi. C. de don.
ex hoc tacito conſenſu, quia agitur de eius commodo
pactum legitimum proprieq; factum cenſetur, ex quo
oriatur actio ſecundum Cyn. & Bar. & alios, in l. 1. C.
de pact. facit l. tale pactũ. ff. de pactis exploſa ſententia
Aretin. & Dec. in rubr. C. de pactis, & in l. Seruũ, col.
penult.

penult.C.qui teſtam.fac.poſſ.& in conſ.245.& Ioan.
Crot.in princip.rub.de verb. oblig.in ſecunda lectu-
ra,qui putauerunt hoc caſu ex præſentia, & taciturni-
tate non propriè pactum induci, ſed præſumptũ cum
tacuerit is de cuius agebatur commodo,& conſequẽ-
ter in hoc caſu locum non habere dictam l. ſi quis ar-
gentum, verius namque eſt hoc caſu ex præſentia, &
taciturnitate donatarium conſentire,& paciſci,quod
& Ang.probauit in conſil.185. ex themate prædicto,
col.2. & Socin. in conſil.112. & defenditur hæc ſen-
tentia contra Aret.doctè quidem,& eleganter,à Car.
Ruy.in l.2.col.24.ver.Retenta autem communi opi-
nione.ff.de leg.1.& Mod.Taurin.in rub.C.de pact.&
in l.rogaſti.in §.ſi tibi col.11.ff.ſi cer.pet.& Lan. Ga-
lia.in rub.de verb.obli.col.11.Itẽ Cur.Iun.in ea rubr.
C.de pactis,& Hieron.Cag.in regula ſemper qui non
prohibet.ff.de reg.iur.qui & Dec.& Aret.& Io.Cro.
& contra communem,& malè ſenſiſſe putant, eorũq;
damnant ſententiam, & reſpondẽt eorum rationibus
& communem contra Aret.& Dec.teſtatur Io.Bapt.
in lib. commu. opin. in ver. donatarij præſentia cum
taciturnitate, ſi ergo admittamus donationem hoc
pacto tacito eſſe factam inter ſtipulatorem, & adie-
ctum ſequitur hæredi adiecti rectè ſolui poſſe, & vi-
de Paul. Par.conſ.107.volum.3.& ſi hæc ſententia ex
ratione prædicta contra Imol.admitteretur, intelli-
genda eſſet vbi in ipſa ſtipulatione ſeu contractu ap-
pareret, quòd donationis cauſa Titius eſſet adiectus,
& conſequenter vbi appareret de donatione prout &
Angel.& alij ſenſerunt,& relati Dd.declarant,nam ſi
verſemur in donatione præſumpta locum hæc ſentẽ-
tia contra Imol.non haberet, quia duo ſpecialia con-
currerent contra.l.1.C.de dot.promiſ.Alterum quòd
103 pactum nudum pariat actionem, † ſeu lex ipſa ob pa-
ctum det actionem.Alterum quòd præſumitur dona-
tio,quæ non ſolet præſumi. l. cum de indebito. ff. de
ſol.lex enim ſi quis argentum non habet locum in do-
natione præſumpta,vbi duo concurrunt ſpecialia, vt
putauit Bart.in l.iuriſgentium.in §.Quinimo,nu. 20.
ff.de pact.& relati Dd.vbi ſupra probant,& declarãt,
idque receptum eſt,& ſcripſit Iul.Cla ſentent.lib. 4.
quæſtio.14.verſ. Item quæro donatio,& adde Franc.
Vini.in libro qui inſcribitur commu.opi.in ver.actio
ver.lex ſi quis argentum.§.fi.C. de donat. qui cõmu-
nem ait eſſe,quòd lex ſi quis argentum locum habeat
in donatione præſumpta,ſed lapſus eſt, vide ergo Iaſ.
in §. in perſonam,num.65.Alex.in l.Iuriſgentium, in
§.ſed cum nullo,num.3.& Iaſ.in d.§.quinimo,nu.21.
104 & ex his ſequeretur noua, † & ſingularis declaratio
ad doctrinam Bar.in l.Stichum,in §.vſumfructum. ff.
de ſolu.de qua diſputaui ſupra in vigeſima ampliatio-
ne. In qua dixi vbi in ſtipulatione res deducitur quæ
perſonæ cohæret, & per procuratorem domino ac-
quiri nõ poteſt,vt vſusfructus, verbi gratia ſi ſtipula
tus ſum mihi, aut Titio vſufructum Titium adiectum
cenſeri cauſa donationis, vt hoc caſu ex præſentia cũ
taciturnitate Titij lex ſi quis argentum locum nõ ha-
beat,vt ex pacto nudo, quod inducitur ex taciturni-
tate Titij,qui præſumitur aſſenſiſſe ad ſui commodũ,
& paciſci actio nõ oriatur,quia verſamur in donatio-
ne præſumpta,& duo concurrũt ſpecialia,quod puto
tanquam non declaratũ à quoquam (quòd ſciam) no-
tandum,& prædicta (vt dixi) locũ haberent ſi ſenten-
tia contra Imol.reciperetur, refert enim quoſdã ali-
ter ſenſiſſe, quia in adiecto donationis cauſa non ſit
nudum miniſterium,ſed articulum nõ memini me le-
giſſe vſquam relatum,& puto ſententiam Imo.verio-
rem,quòd.ſ.hæredi huius adiecti ſolui non poſſit.Pro
qua ſententia nõ ſolum illud occurrit,quia ſtipulatio
habuit certam formam &c. de qua in d.l. vero ff. de
ſolut.& regula eſt, q̃ à perſona deſignata non eſt re-
cedendum.d. l. cum quis, & qui vult dicere regulam
limitatam probare debet à qua non eſt temere rece-
dendum,cum dicatur certum id de quo eſt regula,vt
notatur in l.omnis definitio.ff. de reg.iur. & per De-
ci.in regula 1.& Bart.in l.quoties.ff. ſi quis caut. Sed
& Imol.ratio me valde mouet hoc caſu donationem
præciſe factam nõ intelligi,ſed ita demum ſi adiecto
fiat ſolutio,& ex eo quòd Titio facta non eſt hæc fa-
cultas recipiendi ſolutionem cum ſit quid facti ideo
ad hæredem non tranſeat,& pro hac ratione, & ſen-
tentia duas quidem leges ſingulares refero, altera eſt
in l.ſed & ſi quis.ff.de vſufr. Vbi legitur ſi quis ſtipu-
latus ſit ſibi,aut Sticho ſeruo fructuario donãdi cau-
ſa dum vult fructuario præſtari dicẽdum eſt ſi ei ſer-
uo ſoluatur fructuario acquiri. conſiderabam enim
illa verba ſi ei ſeruo ſoluatur fructuario acquiri quaſi
donatio ſub conditione facta cenſeatur ſi adiecto do
nationis cauſa ſoluatur, & facta ſolutione ſtipulator
ab adiecto non repetit, Altera eſt lex in l.Iulianus.in
§.qui fundum in fin.ff.de verb.obl. in illis verbis tra-
ditione protinus reum liberari, quaſi traditione ſe-
quuta in perſona adiecti perfici donationem Iuriſ-
conſultus ſenſerit, & in caſu in quo fiat traditio, do-
natio ergo cenſetur facta in caſu propoſito ſub con-
ditione ſi deſignatæ perſonæ ſolueretur,conſequẽter
non obſtarent quæ primo loco contra ſententiam
Imolæ recitata ſunt,& lex ſi quis argentum, & relati
Dd. Illi namque in donatione pura nos in conditio-
105 nali,† & quod eſt in conditione non eſt in obligatio-
ne, l. ſi quis ſub conditione.ff. ſi quis om.cau. teſta-
ment.& ex his (ni fallor) ſequitur in manu ac poteſta-
te eſſe promiſſoris qui electionem habet ſoluẽdi cui
voluerit an donatio in perſona adiecti effectum ſor-
tiatur, ipſe ergo promiſſor poteſt gratam rem facere
106 magis vni quàm alij,nec id quidem nouum. Nam † &
in multis iuris articulis debitori magis vni quàm alij
rem gratam facere conceditur,vt in l.ſi quis ſeruum.
§.inter duos.de leg. 2.vbi glo.in fi.multa iura citat,&
multa congerit Andr. Tiraq.in tract. de iure primo-
genitorum.q.17.in 2. opinione, & ſcripſit Io. Ang.
Roncheg. in l.ex duobus in princ.ff. de duobus reis.
Nam ſi ſtipulatori ſoluerit tanquàm non exiſtente
conditione euanuit donatio. Item & illud ſequitur ſi
fiat per promiſſorem ſolutio ſtipulatori in manu ſti-
pulatoris remanet, quod ſub conditione donauerat
tradere vel non tradere, aſtringi namque poſſe non
videtur non adimpleta conditione,hoc eſt non ſe-
quuuta traditione in ipſius adiecti perſona, quæ mi-
hi ſunt vera, & in ſubtilitate iuris potius quàm natu-
rali ratione conſiſtere.
107 † Nunc autem quod diximus hæredi adiecti ſolui
noc poſſe temperãdum duximus duobus modis. Pri-
mo vt locum non habeat quando ſub nomine digni-
tatis,quis adiiceretur, Verbi gratia, promittis mihi,
aut Abbati S.Ioãnis,ſeu mihi aut edituo diui Cyria-
ci,hoc enim caſu ei qui in Abbatis locum ſucceſſiſſet
108 ſolui poſſet.l.Annua.§.Attia.ſic enim † legitur in pã-
dectis non Attica.ff.de Annuis leg.& in eo.§.legen-
dum eſt ſacerdoti,& Hyerophilaco, vt in pandectis,
non vt in libro meo ſacerdotij, & Geroſilaco: eſt au-
tem Hyerophilax ſeu Hyerophilacus ſacrorũ cuſtos
hoc eſt Ædituus, refert.n.in multis articulis iuris an
quis nomine proprio ſeu dignitatis nomine inſera-
tur,& nominetur.c.qm̃ Abba.de offi.deleg.vbi Dd.
& hanc materiã plenè & eleganter poſt alios tractauit
Iaſ.in l.more.nu.65.ff.de iuriſ.om.iud. & vide in l. &
quia eo.tit.Ruy.in cõſ.65.n.5.vol.4.quibus addes,quę
ſcripſit

ſcripſit Bar. Senen. in tract. de tempor. vti. & cont. c. 15. & quoniam dictis locis plene declaratur relatione ſolum locorum contentus ſum breuitatis cauſa.

Temperanda eſt & ſecundo niſi in ſtipulatione de hęrede ſit dictum, quòd ſcilicet, & hęredi adiecti ſolui poſſit, idque ſenſit Accur. in l. ſi ſtipulatus ſum mi-
109 bi, aut Titio in ver. non poteris: & vera† eſt eius ſententia, contrahentes enim legem dant cótractui, vt in l. 1. §. ſi cóueniat. ff. depo. & d. l. vero. in §. 1. ff. de ſolu.

110 † Secundo principaliter reſtringenda eſt regula adiecto rectè ſolui, vt locum non habeat ſi adiectus códitionem ſuam deteriorem fecerit, vt eſt rectè elegans text. in l. cum quis. ff. de ſolut. quem placet ad verbum referre, cum quis ſibi aut Titio dari ſtipulatus ſit magis eſt, vt ita demū rectè Titio ſolui dicendum ſit in eodem ſtatu maneat quo fuit cum ſtipulatio interponeretur, cæterum ſiue iam in adoptionē, ſiue in exilium ierit, vel aqua & igni interdictum eſt, vel ſeruus factus ſit non rectè ei ſolui dicendum eſt. Tacitè enim hæc conuentio ineſſe ſtipulationi videtur, ſi in eadem cauſa maneat. Hactenus Iuriſconſultus, quæ ſententia multis iuribus ſimilibus probatur ab Alex. in l. eum qui ita in §. qui ſibi. ff. de verb. obli. Inquit enim ſi adiectus deteriorem ſtatum ſuum fecerit, vt quia ex diuite pauper, vel vilis, Tabernarius, aut luſor, vel inimicus domini vel aliter in peius mores mutauerit rectè ſolui non poteſt, & reuocationem pręſumi addit. l. in confirmando, vbi Bar. ff. de confir. tut. l. rogaſti. §. ſi tibi alias ſi fugitiuus. ff. ſi cert. pet. l. liberto. in §. largius. vbi Bar & Ray. ff. de an. leg. hoc ergo in dubium reuocari non poteſt cum in relatis locis de procurat. qui ſtatum ſuum immutauerit Dd. affirmant, quibus addes Fel. in c. ex parte Decani de reſcript. & dixi in tract. de decoctoribus in 3 par. nu. 50. vbi probaui hoc caſu ipſo iure mandatum reuocatum intelligi. Sed prædictis illud neceſſario addēdum eſt ne erremus quod diximus ſolutionem huic adiecto factam qui ſtatum ſuum immutauerit nō rectè factam intelligendum eſſe vbi promiſſor ſciens ſtatum adiectum in peius immutaſſe ſoluerit, quòd ſi ignorauerit, & per ignorantiam ſoluerit, excuſetur, nec enim hoc caſu mādatum reuocatur præbet enim excuſationem ignorantia, vnde ad debitores ſcientes ſtatum immutatum, quod diximus referendum eſt, non autem ignorantes, quod in caſu noſtro animaduertit Alex. in d. §. qui ſibi prope nu. 3. facit text. in l. diſpenſatori. ff. de ſolut. vbi legitur rectè ſolui diſpēſatori ab actu remoto ab ignorante debitore, quia ſi neſcit domini mutatam volūtatem liberatur, pro qua ſententia eſt etiam tex. in l. ſi non ſortem. in §. qui filiofamilias. ff. de condi. indeb. quibus adde Bald poſt Cyn. in l. pater hæredi. in §. fin. ff. de teſta. tut. Alexan. Iaſ. & Deci in citato §. ſi fugitiuus, nec te pigeat videre, quę in articulo ſcripſi in tract. de decoctoribus. in 3. part. num. 50. & ſeq. numer. vſque ad num. 54. & certe hoc innuit tex. in d. l. cum quis in illis verbis, tacite enim hæc conuentio ineſſe ſtipulationi videtur ſi in eadem cauſa maneat, quæ verba niſi detur ſcientia non conueniunt, quibus adde quod in re dubia ignorantia præſumitur. l. verius. ff. de probat. & quomodo probetur ignorantia. gloſſ. & Bart. in l. ſi cui. in §. iiſdem de accuſat. Abb. in c. præſumitur de reg. iur.
111 Fel. in c. cognoſcentes de conſtit. † Iaſ. in cóſ. 3. vol. 3. & in conſ. 160. nu. 5. vol. 4. viſis &c. ſed finge debitorē ſoluiſſe adiecto, qui ſtatum immutauerat, verbi gratia decoxerat, idq; publicè ſciebatur in loco, & publicè notum erat, hoc certè caſu ſcientia præſumetur, vt eſt notabilis glo. & recepta in l. ſi tutor peritus. C. de periculis tuto. ad cuius gloſſ. comprobationem vide Thom. Gram. Deciſ. 36. num. 16. & ſeq. Curt. Iun. in conſ. 52. nu. 4. & ſeq. Gome. in Reg. de infirmis q. 9. Quartum ſpeciale, &c. facit text. in l. nec ſupina, & in l. regula in §. ſed facti ff. de iur. & fac. igno. cæterū hęc locum habent in adiecto, & procuratore, ſed non eſt omittendum, quòd ſingulariter inquit Ang. in l. ſi cū dotem. §. ſi poſt ſolutum. ff. ſolu. matr. licèt mutuanti conſumpturo actio denegetur. l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empt. tamen contra ſe habet quando quis ſoluit, quod debet creditori ſtatim perdituro, quia liberationem cóſequitur, quod ſubiicit probandum in d. §. & ex eo colligit ſingularem limitationem ad l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empt. ſed certè Ang. ſententia nō recipitur, vt Imo. Pau. Caſt. Rom. & Alex. notarunt, lex enim ſi quis cum ſciret ſecundum verā interpretationem Iac. Are. Bart. & aliorum dicit contractū factum cū ſtatim perdituro, & conſumpturo, in certū malum vſum, vt puta ſi quis mutuaret protinus ſcorto daturo non tenere, contra verò ſi contractus fiat cum cóſumpturo, & perdituro in genere non tamen in certū aliquem malum vſum, & certè indicat contextus illius legis hunc eſſe verum & germanum ſenſum, ſecūdum quam legem diſtinguēdulq; eſt dictus. §. ſi poſt vt dicamus, aut ſoluens ſcit ꝙ ille cui fit ſolutio eſt cóſumpturus in certum, & determinatum vſum, aut ſimpliciter ſcit, quòd eſt conſumpturus, primo caſu non liberetur, ſecundo liberetur, quod tanquam quotidianum placuit annotare, & adde quæ inferiùs dicam.

112 Sed hic vtilis & pulchra ſuboritur quæſtio, finge debitorē ſcientē Procuratorē, ſeu adiectum ſtatū immutaſſe, & conditionē ſuam deteriorē feciſſe, lex reuocat mandatū, vt diximus ex pręſumpta volūtate domini, & certū eſt ſoluentem non liberari. Num autem debitori ſubueniendum ſit, vt poſſit repetere quod ſoluit, & reſpondendum videbatur: quia debitor idemque ſoluens per errorem iuris ſe ſoluiſſe allegare poteſt tanquam ignorauerit hanc reuocationem à iure fieri, ſubueniendum eſſe. Regula enim iuris eſt in damnis amittēdæ rei ſuæ iuris errorem nemini nocere. Ignorantia namq; iuris acquirere volentibus non prodeſt, ſed ſuum petentibus non nocet. l. iuris, & l. error. ff. de iur. & fac. igno. & hæc ſententia videtur probari ex his quæ ſcripſerunt Bart. & alij, & maximè Iaſ. in l. ſi procuratori, num. 4. ff. de con. ob cauſ. & Angel. in l. falſus. C. de fur. Qui probarunt ſi quis ſciens dominū
113 † eſſe mortuum ius autem ignorans quòd morte domini mādatum reuocetur, repetit quod ſoluit, verum Saly. in d. l. ſi Procuratori, num. 6. ſcripſit in hæc verba, ſi mandatum tacitè reuocatur propter delictum, & vitium procuratoris, quia cum frugi homo eſſet effectus eſt vilis & (vt ait) Baratator, ita quòd dominus ſi ſciuiſſet eum reuocaſſet, & ſolui prohibuiſſet, & ita ius præſumit. ff. ſi cer. pet. l. rogaſti. §. fi. & l. ſi cū Cornelius. Tunc ſecundum Dyn. & Dd. nō repeteret nec ſibi prodeſſet iuris ignorantia quia ſupina, & in iure quaſi naturali, idē dixit Saly. in l. falſus, nu. 6. C. de fur. ſcripſit etiam Alex. in l. eum qui ita in §. qui ſibi, nu. 4. ff. de verb. obl. in verba infraſcripta Salyc. notabile verbum inquit, in l. ſi Procuratori falſo. ff. de con. ob cauſ. quòd illi qui putarent ex huiuſmodi mutatione ſtatus adiecti ſuperius relata poteſtas ſoluendi nō reuocaretur, illi errarent in iure quaſi naturali propterea licet tractaretur de damno euitādo eis tamē non ſubueniretur, & ſequitur Rom. ibi, & ſubdit poteſt citari l. venia. C. de in ius voc. vbi non excuſatur quis ab onere iuris naturalis, ſed difficultas eſſet in ꝓbādo ꝙ erraret in iure quaſi naturali. Vnde dictū Saly. ſubiicit

non

non pono pro cōſtanti, ſed in practica notandū idem
Alexand. in d. l. ſi Procuratori colum. 3. inquit Saly-
cetum non probare quòd relatus error ſoluentis rela-
to modo dicatur error in iure quaſi naturali, vnde
fortè dictum Salyc. & multò magis Romani non eſt
verum. Qui Romanus in ea fuit opinione, vbi erratū
eſt in iure tali errore, qui eſſet craſſus & ſupinus excu-
ſatio non admittatur, citauitque legem nec ſupinus,
& l. regula. ff. de iur. & fact. igno. poſt princip. quæ iu-
115 ra ſecundum † Alexand. loquuntur in errore facti. Sed
quod ſupinus error cum de damno tractatur repeti-
tionem non impediat eleganter tractat Bald. Nouel.
in tract. de dote in 6. par. priuileg. 44. vbi declarando
ſingularem text. in l. cum is, in §. ſi mulier. ff. de cond.
116 indeb. † In qua legitur ſi mulier in ea opinione ſit, vt
credat ſe pro dote obligatam, non repetit quicquid
dotis nomine dederit, quia ſublata falſa opinione re-
linquitur pietatis cauſa, inquit ſi dicta mulier poterat
ſe dotare de ſuo licet fortè non cum tam ampla dote
prout dedit tunc poſſet repetere: quia hoc caſu ceſſat
pietatis cauſa, quæ nō poteſt excludere repetitionem
ſoluti licet ſoluens crediderit ſe expreſsè teneri, quia
talis error poteſt magis appellari ſtultitia ſeu (vt ipſe
loquitur) groſſities quàm ſimplicitas, & ſubiicit, & ſic
magis videtur ſuccurrendum tali ſoluēdi prætextu ta-
lis error licet ſupini ex quo de damno tractatur, vt in
l. iuris ignorantia, & in l. ſeq. ff. de iuris, & fact. igno.
Cum etiam in facto proprio error ſupinus non impe-
diat repetitionem ſoluti l. ſed & ſi me putem. ff. de
cond. indeb. vbi Iaſ. qui legit cum l. quamuis inquit
quando ſoluens tractat de damno, recipiens verò de
lucro quod eſt quando ſoluitur illud quòd nullo iure
debetur quicunque error toleratur, & inducit repeti-
tionem, & ſi ſit error in facto proprio, & quando in-
cidi in ſingularem §. ſi mulier, vide ad declarationem
Iaſ. in conſil. 160. num. 5 volum. 4 & Dec. in conſilio
348. numer. 4. & ſeq. & nota relatam declarationem
Bald. Nouel. ſed vt ad præpoſitam quæſtionem redeā
ſententia Salyceti quam ipſe ait ea mēte Doctorum
117 fortè defendi † poteſt. & illud credo verum quod er-
ror in iure quaſi naturali in damnis noceat, vt eſt text.
iuncta gloſ. in l. venia in verbo naturali ratione. C. de
in ius vocan. ſed quia, vt animaduertit Alexand. diffi-
cultas eſt quòd error ſoluentis huiuſmodi adiecto,
ſeu procuratori qui deteriorem ſuam conditionem
fecerit dicatur in iure quaſi naturali, ſuccurrit mihi
118 gloſ. † ordinaria, in l. regula. ff. de iu. & fact. igno. Vbi
de errante in iure quaſi naturali multa exempla po-
nit, & inter alia ponit exemplum in dict. l. venia. Item
ponit exemplum in mutuante filioſamilias, & ait cum
quaſi naturaliter debeat ſcire quòd poteſt facilè pa-
ter propter hoc mutuū occidi à filio, vnde patet pro-
pter hoc ſubiicit repetitio denegatur citat l. 1. ff. ad
S. C. Maced. Sed & videnda eſt l. 3. eo. tit. ſi ergo ille
qui mutuat filioſamilias dicitur errare in quaſi iure
naturali, ex relata ratione vnde non repetit pari ratio-
ne, aut forſan maiori reſpondendum videtur ſoluen-
tem ei qui decoxerit, aut luſori publico effecto erra-
te in iure quaſi naturali. Cum quaſi naturaliter debeat
ſcire pecuniam conſumptum, & deiectum iri & meri-
tò denegetur repetitio. Sed quoniam video multa
contra relatam ſententiam Salyc. obiici, quæ ſentētia
licet (vt ipſe teſtatur) autoritate Dd. comprobetur,
tamen dura admodum videtur, quæ in damnis repeti-
tioni non ſubueniat, videamus num diſtinguēdo non
malè forſan dici poſſit iuxta elegantem text. & gloſſ.
119 in l. eum qui. ff. de auun. leg. vbi probatur † ſoluentem
pecuniam perdituro non liberari. ſed gloſſ. temperat,
niſi ille pecuniam ſaluam habeat, & Bart. probat ibi-
dem Gloſſæ ſententiam: repeter ergo qui ſoluit ſi
ſalua eſt pecunia, & hoc caſu admittatur Alexandri, &
Baldi No. ſententia, contra verò non repetet ſi con-
ſumpta eſt, & obtineat in hoc Salyceti ſententia, ſed
dicet aliquis huic diſtinctioni aduerſari quod Ioann.
And. ait in add. ad Specul. in titul. de obligationibus,
& ſolut. qui poſt Pyleum quæſtionem propoſuit de
eo qui mutuauit Titio veriſimiliter conſumpturo, &
perdituro puta in ſcorto, in alea, in ludo taxillorum
hoc expreſſit, qui meliori vſus conſilio in cauſam vti-
lem pecunias erogauerit, vt repetere non poſſit: arg.
l. ſi vnus, in §. illud nulla. ff. de pactis quem refert, &
non improbat Alexand. in dict. §. ſi poſt ſolutum non
tamen mentionem faciens de Bar. in d. l. eum qui, &
inquit quæſtionem prædictam nec Legiſtas nec Ca-
noniſtas attigiſſe, & hoc valde notandum pro limita-
tione eorum, quæ diſtinguendo Bar. & alij ſcripta re-
liquerunt in d. l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empt. vt lo-
cum habeant quando ſimpliciter mutuaui ſciens te in
certum malum vſum conſumpturum non tamen cau-
ſam expreſſi, quia tunc ſatis diſtingui poteſt ſi con-
ſumpſiſti pecunias non tenearis, ſi non conſumpſiſti
repetitioni ſit locus. In propoſita igitur quæſtione
noſtra de adiecto, & Procuratore ſiue ſolutio fiat ſta-
tim perdituro in genere ſiue perdituro in certū vſum,
vt in ſcorto placet relata diſtinctio. Aut eſt ſalua pe-
cunia, aut non, ſed declaranda eſt ea autoritate Ioan.
Andr. quòd ſi ſolutio eſſet facta perdituro in certam
cauſam, & ipſa cauſa eſſet expreſſa, repetitio denege-
tur, quæ adde iis, quæ dixi paulo ſuperius, ver. cęterū,
& quia hæc in articulo indifficili dicta, aut tractata
per alios, non vidi, notanda arbitror.

120 † Tertiò reſtringenda eſt relata regula in adiecto,
qui monaſterium ſit ingreſſus. Nam & ſi monachus
quoad animam, & ſalutem meliorem conditionem
ſuam fecerit l. Deo nobis. C. de Epiſ. & cle cōſequen-
ter ei rectè ſolui videatur l. eū qui ita, in §. qui ſibi. ff.
de verb. obl. cum tamen monaſterium ingreditur in
Abbatis poteſtatem tranſit, vt notat gloſſa in l. ſi ex
cauſa, in §. Papinianus. ff de mino. cōſequenter quoad
creditorem durior redditur exactio, efficitur namque
in exigendo creditoris deterior conditio, & hoc ſpe-
ctandum eſt, meritò lex reuocat mandatum de ſoluē-
do ex præſumpta voluntate creditoris ab ipſa lege, vt
eſt text. relatus in l. cum quis. ff. de ſolut. in illis verbis
ſiue iam in adoptionem, &c. & in d. l. probauerunt, &
Old. Iaſ. Aret. Bar. Alb. Raph. & Imo. probat etiam, &
Ang. qui ſubiicit non aduerſari relatæ ſentētiæ. l. mu-
tari cū l. ſeq. ff. de proc. vbi dicitur propter religionē
procuratorē poſſe mutari, quia loquitur de mutatio-
ne facti non iuris cū ipſo iure mutatio ſit perfecta per
ingreſſum, ſed addes Ang. voluiſſe citare l. poſt litem
cum l. ſeq. eo. tit. & quæ dixi ſupra in 20. ampliatione.

121 Quartò principaliter reſtringēda † eſt dicta regula,
vt adiecto ſolui non poſſit poſt litem conteſtatam à
creditore cum debitore text. eſt continens duo dicta,
& in vtroque ſingularis ſecundum Bart. Paul. Caſt. &
alios in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille. ff. de
ſolut. vbi Iuriſconſ. in hæc verba. Item ſi mihi aut Ti-
tio ſtipulatus fuero dari deinde petam amplius Titio
ſolui non poteſt quamuis ante litem conteſtatā poſ-
ſit, ſed & ego addo aliū text. cuius Dd. obliti ſunt, nec
mirandum in tāta legum multitudine, omnium enim
habere memoriam, & penitus in nullo peccare di-
uinitatis magis quàm mortalitatis eſt l. 2. §. ſi quid

in

in tanta.C.de vet.iu.enu.text.ergo ſimilis eſt in l. fideiuſſor obligari in fin.princ.ff. de fideiuſ. illic enim ita ſcriptum eſt Sempronij vero perſona in hoc ſolū interpoſita videtur,vt ſolui ei ante litem cōteſtatam, & ignorante vel inuito Titio poſſit, vbi Accurſ. citat concordantem text. noſtrum ſi quis ſtipulatus fuerit decem,ſed hic illud occurrit, dixi ſupra in prima ampliatione adiecto ſolui poſſe vetante, & prohibente creditore,& probatur in relata lege,& in l. vero procuratori.§.1.& l.aliud.ff.de ſolut.ſi ergo expreſſa prohibitio creditoris non impedit ſolutionem adiecto fieri, ergo multo minus tacita quæ fit per litis conteſtationem impedire deberet,legi Pau.Caſtrenſ.commentarios in ea lege in quibus poſt Rayn.hanc rationem huius rei reddit: Quia litis inquit conteſtatio fit ex neceſſitate prohibitio vero ex voluntate facit.ff.de noua.l.aliam, & regula non ſolet.ff.de reg. iur. litem enim conteſtando meliorem conditionem noſtram facimus,ſcripſit etiam in eadem l. Raph. Quando eſt facultas ſoluendi rem pro re,vel vni pro alio ex natura contractus ex interpellatione perditur facultas, datur tamen moræ purgatio vſque ad litis conteſtationem,& ex litis cōteſtatione inducitur nouus quaſi contractus per quem aſtringitur conuentus ad rem illam præſtandam ſub conditione ſi ſuccumbet citat d.l.aliam.ff. de nouat.ideo tollitur facultas hominis: in facultate autem legis vide Bart.ibidem qui d.l. ita ſubtiliter,& eleganter eſt interpretatus, vt melius ex-

123 cogitari non poſſit. Nec omittendum † eſt,quod circa litis conteſtationem inquit Bart. in ea l. ſi quis ſtipulatus,ſub num. 4.in inſtrumentis confeſſis, & continentibus quarantigiam, quæ habent executionem paratam ſicut ſententia ſi vnum venit in obligatione, aliud in ſolutione durat facultas ſoluendi donec petatur executio illius inſtrumenti vel magis propriè donec fiat litis conteſtatio,vel quaſi ſuper illa executione arg.l.item veniunt. §. cum prædiximus de pet. hære.& l.miles,in §. decem. ff. de re iud.ſed & addes Bald.ſcripſiſſe in eadem lege notādum eſſe, quod ait Bartol. in cauſis inſtrumentorum confeſſorum ipſam productionem cum petitione executionis ipſius vim litis conteſtationis habere, & litis conteſtationem excludere ea quæ ſunt nudæ voluntatis, quod libuit annotaſſe declarationis gratia prædictorum, & ſententiæ Bart.

124 † Et ex his ſequitur maiorem effectum parere litis conteſtationem, quàm conſtitutum ſimpliciter factū creditori per quod facultas ſoluendi adiecto nō tollitur l.ſi ita ſtipulatus ſim mihi aut Titio.ff.de ſolu. & dixi ſupra in ſexta ampliatione.

Item maiorem effectum parere litis conteſtationem quàm partis perceptionem.Nam ſi mihi aut Titio decem ſtipulor,& quinque accipiā reliqua quinq; promiſſor rectè Titio dabit.l.cum decem.ff.de ſolu. & dixi ſupra in ſeptima ampliatione licet aliàs eundem effectum pariat partis perceptio, & litis conteſtatio vt in l.3. C. de noua. quæ etiam notarunt Bart. Ang.& Pau.in d.l.

Denique & illud,quod Alb.animaduertit plus tacitum,quàm expreſſum operari, expreſſa namq; prohibitio non releuat at litis conteſtatio iuuat cuius rei rationem reddidi,& adde his quæ habentur in l. cum quid.ff.ſi certum pet.

Quintò reſtringēda eſt regula adiecto rectè ſolui, vt locum habeat in vera ſolutione, ſecus in æquipollenti,vtputa nouatione,delegatione,& ceſſione l. cui rectè.ff.de nouat.l.non ideo.ff.eo. & ſcripſit Iaſ. in l. cum,qui ita,in §.qui ſibi num.12.ff. de verb. obligat. Alex.in conſil.95.vol.3.Alciat.in l.ſolut. ff. de verb. ſign. ſed & plenius tractaui in fin.primæ partis huius tractatus illinc enim erunt transferenda, quæ ad hanc limitationem pertinent. Quibus addes quæ elegāter inquit Angel.in l.quod ſtipulatus.ff. de ſolut. is enim

125 poſt Iuriſconſultum † in hæc verba ſcripſit,Adiectus nec petit,nec nouat,nec acceptum facere poteſt, ſed ſolutionem tantum recipit,& ſubiungit,& facit optimè hæc lex ad ea, quæ dixi in l.nouare. ff. de nouat. quòd procurator conſtitutus ad recipiēdum ſolutionem neutrum prædictorum agit, nec etiam præiudicat domino confitendo ſe recepiſſe. hæc ille, aliud namque eſt confeſſio, aliud numeratio.l.ſi.C.de non nu.pecu.l.ſi ex cautione eo.tit.vbi not.& certè recepta eſt illa ſententia, quòd procurator conſtitutus ad recipiendum ſolutionem fines mandati excedat ſi fateatur ſe recepiſſe,vt per Bar.&alios in l.2.in §.ſi.ff.ſi cert.peta.& ſcripſi alios referendo in tract.de merca. in tit.Mandati num.4. admonendi igitur ſunt debitores, vt ſiue procuratoribus huiuſmodi, ſiue adiectis ſoluant in contractibus ſeu inſtrumentis dicatur dedit,& numerauit coram teſtibus,& me notario,& reliqua alias tali confeſſione non obſtante à creditoribus poſſent conueniri.Pro qua ſententia facit tex.nō ſemel relatus,in l.vero Procuratori,in §. fin.ff.de ſol. in illis verbis,quia certam conditionem habuit ſtipulatio quam immutare non potuit promiſſor,quæ tanquam quotidiana,& notanda memoria tenenda ſunt, ſubiunxit Aug. aliud quod ſimiliter memoria tenendum ait idem in tutore, qui in libro rationum aut in publ.inſtrumento confitetur recepiſſe, vt non præiu-

126 dicet † pupillo niſi quatenus probetur realis receptio l.Lucius.§.Tutelæ.ff. de adm.tut.ſed hoc non eſt expeditum videndus eſt ergo Imo.in d.l. quod ſtipulatus,& in l.ſi debitorem.ff.de nouat.& quod Dd. ſcripſerunt in d.§.Tutelæ.

Sexto reſtringendam regulam putauit Iaſ.in l. eū, qui ita.in §.qui ſibi,num.4.ff.de verb.oblig.quando

127 quis ſtipulatur ſibi aut alteri,& ſic quando † vnus tertius adiicitur ſtipulationi, ſecus quando duo vel plures adiicerentur alternatiuè, puta aliquis ſtipulatur ſibi, & aliis duobus vel pluribus alternatiuè iſto caſu ſtipulatio non valet ratione incertitudinis,& ſic nulli eorum poteſt ſolui l.item ſi ſeruus.§.ſed & ſi cū duos & l. ſed & ſi ita,& l.ſed ſi ſibi, quæ ſubſequitur.ff. de ſtipul.ſer.ſecundum Bart.(vt ait) & ſubiicit animaduertendum, quia dicta iura procedunt de iure digeſtorum,hodie autem per iura codicis videretur,quòd illa alternatiua poſita inter illas perſonas diſiunctas reſoluatur in cōniunctam, & in copulatiuam per tex. in l.cum quidam.C.de verb.ſig.& conſequenter vtriq; eorum obligatio acquiratur,quando adiecti ſunt tales, quibus per ſtipulationem poſſit quæri obligatio, vtputa quando ſeruus communis plurium dominorum,qui poterat cuilibet pariter acquirere ſtipuletur ſibi,aut primo,aut ſecundo dominis(ſic enim domini appellabantur) vtrique acquiritur obligatio ſecundum Ang.& Cum.hic, & ſubdit idem tenet Bart. in d.l.item ſi ſeruus,in §.ſed ſi cum duos,in fin. & in l. Gaius in vltima oppoſitione.ff.ſolut.mat.& in l.cum quidam vbi Bald.& alij omnes, & Bald.in c.inter cæ-

128 teras de reſcri. Hactenus Iaſ.in † ſuprascripta verba: ſed(ni fallor)Iaſ. circa interpretationem legum relatarum valde lapſus eſt,& in eo, quod putauit quando quis ſtipulatur ſibi aut pluribus alternatiuè inutilem ſtipulationem eſſe nulliq; eorum poſſe ſolui,& ſenſit plures adiectos conſtitui non poſſe.Nam in §. ſed & ſi cum duos & ll. ſeq. ideo inutilis eſt ſtipulatio, quia

quia ſeruus ſtipulatus fuerat alternatiuè in hæc verba illi aut illi dominis ſuis dari, ſeu Titio, aut Mæuio, & incertum erat vtri eorum acquiſierit actionem. Ideo ratione incertitudinis inutilis ſtipulatio exiſtimanda eſt, & illa ratio redditur, quia non inuenitur in cuius perſona ſtipulatio conſiſtat. Cum enim illi duo Domini capaces eſſent obligationis ratione incertitudinis non inuenimus, qui petere poſſit, & conſequenter non eſt adiectus, alternatiuè ergo cõcepta ſtipulatio, vt ſupra corrumpit ſtipulationem, & ſolutionem propter incertitudinem, vbi enim non inuenitur perſona in qua conſiſtat obligatio ibi ſtipulatio nulla redditur, & conſequenter adiecti tanquam ſequela, ſed vbi ſeruus in hæc verba ſtipulatus eſſet. Promittis mihi aut primo, & ſecundo dominis meis dare cẽtum omnibus acquiſiuiſſet actionem, quia ſeruus hoc caſu ſibi ſtipulatus eſt, & ex eo, quòd dixit ſibi omnibus acquiſiuit, & habet fundamentum obligatio hoc caſu, merito principale diſpoſitum non vitiatur per adiectionem inutilem, hoc eſt nominationem factam alternatiuè de dominis, illa ergo adiectio inutilis eſt cũ ex ea nõ quæratur obligatio, ſed ex perſona ſerui, qui perſonam ſuam adiecit ſtipulando ſibi, aut primo, & ſecundo dominis, quod non eſt in præcedenti caſu, & hoc caſu non vitiatur adiectio, quo ad ſolutionẽ, quia illis dominis alternatiuè in ſtipulatione nominatis ſolui poteſt, vt Iuriſconſultus expreſsè dixit in d. l. ſed ſi ſibi, quinimo, ſi vni ex dominis ſolueretur cõtingeret liberatio, vt Acc. ait in var. locum. Et ex his ſequitur quando obligatio habet fundamentum, & principale diſpoſitum, quia quis ſtipulatus eſt ſibi, aut Mæuio, aut Titio, vt in caſu propoſito à Iaſone valet ſtipulatio valet & adiectio, & hoc amplius ſi promiſſor ſoluerit vni, puta Mæuio Adiecto contingeret liberatio, & quia forſan Iaſ. lapſus eſt propter illa verba Iuriſcõſulti in d. l. ſed ſi ſibi, & puto adiectionem ſolam eſſe inutilem, ſciendum eſt ſecundùm Iac. Aret. Rayn. Alb. & Imo. exponenda eſſe inutilem adiectionẽ dominorum quoad obligationem quærendam, vt non quæratur illis obligatio, quia alternatiuè ſunt à ſeruo in ſtipulatione nominati, ſed quia ſtipulat' eſt ſeruus ſibi omnibus dominis acquiratur, quo verò ad ſolutionem fiendam adiectio ſit vtilis, poteſt namq; ſolui eis quemadmodum cùm mihi aut Titio ſtipulor Titio rectè ſoluitur, ex his etiam ſequitur in obligationibus plures adiectos conſtitui poſſe, quod & relata iura probant contra Iaſ. & non video rationem quare ſi vnus poteſt conſtitui non poſſint & plures, quod & frequenter mercatores in eorum negotiis, vt plures alternatiuè ſolutionibus recipiendis adiiciant, vt patet ex conſil. Pau. Par. 107. in princip. volum. 3. idque mercaturæ ipſiſque mercatoribus magnum affert cõmodum, vniq́ue ex adiectis ſolutione facta contingit liberatio, & hæc ſententia comprobatur authoritate Alb. & Iaſ. in §. cum quidam. C. de verbo. ſign. de qua paulò inferius. Hæc Bart. à Iaſone relatus ſenſit quod ait, vt patet ex commentariis eiuſdem Bart. quæ tanquam quotidiana notanda ſunt. Nec eſt omittendum verum eſſe, quod inquit Iaſ. hodie diſiunctiuam poſitam inter perſonas honoratas etiam in contractibus reſolui in copulam, l. cum quidam. C. de ver. oblig. & dixi in prima parte huius tractatus ſub nu. 21. & meritò Imo. in relatis legibus de ſtip. ſer. ſcripſit in hæc verba extra gloſ. ſcias quòd hodie iſtæ leges videntur correptæ in eo, quòd dicunt ſtipulationem alternatiuè conceptam nullius eſſe momenti, quia diſiunctiua poſita inter perſonas honoratas etiam in contractibus hodie reſoluitur in copulam l. cùm quidam. ff. de verb. oblig. Quatenus autem hic dicitur de adiectis remanent incorreptæ, & quare conſtituantur Adiecti vbi fundamentum habet obligatio, & vnus, plures've alternatiuè adiiciuntur, declaraui pleniùs in relata
129 par. prima, † ſed & addes aliam rationem, quæ relatas comprobat, quia vbi contrahentium intentio refragatur diſiunctiua in coniunctiuam non reſoluitur, vt notauit Albe. in d. l. cùm quidam ante num. decimũ, ver. ſed ponamus. C. de verb. ſig. vbi affert talem ſpe-
130 ciem quotidianam † profecturus ad lõginquas regiones depoſuit libros penes ſeruos diui Franciſci, & eiſdem dixit libros Mæuio, aut Titio, aut mihi reſtituetis, num reſtitutio omnibus fieri debeat ſeu magis vni rectè fiat, & ait ſi acciperemus diſiũctam pro cõiunctam omnibus reſtitutio fienda eſſet, ſed quia hæc non videtur fuiſſe intentio loquentis vni tantùm poterit reſtitui ſecundùm Iac. Raue. Arg. ff. de donat. l. donationis. §. pen. ff. depo. l. Publia. ff. mand. l. creditor. §. duobus, & refert ac probat Iaſ. in d. l. cùm quidam in octaua limitatione, & relata ratio videtur probari, in l. eum qui ita, in §. Qui ſibi. ff. de verb. oblig. Denique cùm in lege, cùm enim quæ ſubſequitur relatas leges. ff. de ſtip. ſer. legatur τὸ ἴσαζον corrumpit ſtipulationẽ, & ſolutionem, placet referre Alciat. in lib. 2. c. 20. diſpunctionum, qui declarando inquit vox græca ſignificat propter æqualitatem qua eadem forma per diſiunctiuam nominati ſunt domini propter dubietatẽ vitiari ſtipulationem. At cùm domino vel extraneo ſtipulatur τὸ ἴσαζον hoc eſt æqualitas iſta ceſſat, quoniã cum extraneo ſtipulari nequiuerit habetur ſolum pro adiecto, hactenus Alciatus ad confirmationem prædictorum relatus.

Septimò reſtringenda eſt regula in caſu legis, qui res, in §. mihi decem. ff. de ſolut. vbi. ſ. certum tempus eſt deſignatum in perſona Adiecti, vt poſt tẽpus ſolui
131 non poſſit: verbi gratia, † ſi mihi kalendis Februariis, aut Titio kalendis Ianuariis dare ſpoponderis, nam hoc caſu in perſona Adiecti forma ſtipulationis ſeruanda eſt, vnde in propoſito facto non poſſet ſolui Adiecto kalendis Februariis, quia permiſſum ad tempus poſt tempus videtur denegatum l. ſtatu liberi, in §. Stichum. ff. de leg. 3. ſecundùm Bal. in d. §. qui de-
132 cem: † Verùm Baldi ſententia in dubiũ reuocari poſſe videbatur. Probabile namque eſt argumentum à tempore ad locum, & contra, vt eſt tex. in l. vinum. ff. ſi cert. pet. vbi Bart. & alij interpretes l. fin. ff. de trit. l. ratio. §. ſi per venditorem. ff. de act. emp. & vtrobique Bart. notauit & Auer. in ſua cent. loco 40. à tempore ad locũ, ſi ergo quis ſtipulatus ſit ſibi aut Titio Epheſi centum dare, & alibi Titio Adiecto ſoluatur petitio ſortis conceditur ſolùm, & duntaxat ad effectum, vt in intereſſe ratione loci ſtipulator conſequatur, & in effectu contingit liberatio, quia tantùm intereſſe poteſt conſequi ſtipulator propter locum, vt eſt text. ſecundùm communem interpretationem, in l. 3. in §. itẽ Iulianus. ff. de eo, quod cer. loco, & dixi ſuprà in antep. par. ver. hic ſubiungenda eſt 2. num. 61. eodẽ ergo modo ſi quis ſtipulatus ſit ſibi kalẽdis Februariis, aut Titio kalendis Ianuariis poſt kalendas Ianuarias ſi fiat ſolutio Titio deut contingere liberatio videlicet vt poſſit peti ſors, ſed ratione temporis, intereſſe (ſi quod eſt) duntaxat conſequatur, & hoc argumentum videtur concludere, quia inter tempus, & locum non video diuerſam poſſe reddi rationem, ſi enim diuerſa interueniret ratio contra eſſet, vt per Bald. in l. vnic. C. vbi de poſſeſ. agatur, vnde Iaſo. in l. vinum alios referendo dicebat quòd teſtis non tenetur recordari de tempore, ſicut de loco, quoniam tempus faciliùs memoria

mutia excidit quàm locus. Et comprobatur argumē-
tano facta ex his quæ ſcripſit Bartol.in dict. §. Item
Julianus dum reſpondet ad argumentum Marcelli,
vbi in hæc verba. Et quæ ſunt meri facti variantur va-
rietate luci rotaliter. Vnde alia eſt inſula quæ fit in
vno loco, & alia quæ fit in alio prorſus ſeparato: ſed
ea quæ conſiſtunt in dando non variantur ratione lo-
ci eſſentialiter. Nam cùm dare ſit dominium trāſfer-
re vnum,& idem dominium eſt quod in te trāsfertur,
ſiue detur hic ſiue detur Epheſi, bene poteſt contin-
gere varietas circa quædam accidētia vt hic, & ſubii-
cit probari in d.§ mihi decem, ex quibus apparet ea-
dem ratione diuerſum locū poſſe deſignari in perſo-
na adiecti, vt in ea.l.qui res, in §.mihi Romæ.ff. de ſo-
lutionibus,& dixi ſuprà in antep.par.ver. Nunc illuc
redeo,num.62.ex qua Bart.doctrina colligitur, ratio
quare nō ſit inutilis ſtipulatio ſi mihi kalendis Ianua-
rijs,aut Titio kalendis Februariis,vel contra ſtipula-
tus ſim,hic enim variatio eſt circa accidentia obliga-
tionis non ſubſtantiam eiuſdem,& conſequēter Bart.
(cuius ſententia recepta eſt)tacitè ſenſiſſe videtur ſo-
lutionem poſt tempus fieri adiecto poſſe dum cōpa-
rare videtur locum tempori,& tempus loco,ſed quia
ſentētiam Bal defendi in antep.par.ver. Quæro iuxta
propoſitum ordinem,num.57. licèt argumentum ſit
fortiſſimum,cogitabam quòd in dict.§.Item Iulianus
vouſtamùm locus adiectus erat,tam in perſona ſtipu-
latoris quàm adiecti,quia ſtipulatio erat cōcepta hoc
modo mihi, aut Titio Epheſi centum dare ſpondes,
ſed in §.qui decem diuerſus dies erat deſignatus, alius
ſcilicet in perſona adiecti, alius in perſona ſtipulato-
ris. Vnde iſto caſu in quolibet propria forma ſpectā-
da eſt, vt inquit Bald. & quia certam formam habuit
ſtipulatio illa immutanda non eſt arg. text. in l.vero
procuratori,in §.1. ff. de ſolut. & hæc ſententia Bald.
probari videtur,in l.fin.in §.fin.ff de verb.obligat. in
illis verbis immò etiam citeriorem diē in Titij per-
ſonam poſſe conferri veluti mihi kalendis Februariis
Titio kalendis Ianuariis dare ſpondes & reliqua, de-
135 clarando vt † dixi in relato loco,& ex his ſequitur no-
tabilis limitatio ad l.3. in §. Item Iulianus. ff. de eo
quod cer.loco, quòd vbi diuerſus locus ſeparatim eſt
deſignatus in perſona adiecti, ſi alibi adiecto fiat ſo-
lutio nullo modo contingat liberatio propter formā
134 ſtipulationis.† Rurſus & alia limitatio ad §. Mihi de-
cem, & ſententiam Bald. quod ſi idem dies adiectus
eſt in perſona ſtipulatoris & adiecti,ſi ſolutio fiat ad-
iecto poſt diem non ſequatur liberatio ad effectū ſo-
lum,& duntaxat vt ſtipulator poſſit conſequi intereſ-
ſe ratione temporis,in d § item Iulianus. Sed ſiquid
ante diem dictum & præfinitum in perſona adiecti
poſſit eidem ſolui, & puro poſſe, vt in dict. §. Mihi
decem, &c. de quo plenè diſſerui ſuprà in nona am-
pliatione.

135 Octauò reſtringenda eſt † regula, vbi ſtipulatio pu-
rè concepta eſt in perſona ſtipulatoris,& adiecti, ſed
ſi ſtipulatio ſub conditione cōcepta ſit in perſona ſti-
pulatoris, & in perſona Titij purè inutilis eſt ſtipula-
tio,niſi in perſona ſtipulatoris conditio extiterit, ſed
& ſi diuerſa conditio in perſona ſtipulatoris,& diuer-
ſa in perſona Titij adiecta ſit, & conditio extiterit in
perſona ſtipulatoris, & in perſona Titij poterit vel
ſtipulatori vel Titio ſolui, ſi verò in perſona adiecti
defecerit pro non Adiecto habetur, vt eſt notabilis
text.in l.fi.in §.fi.ff.de verb. oblig. de quo plenè dixi
in antecedenti par.num 30.

Nonò reſtringenda eſt regula in vero adiecto, vt
rectè ei ſolui poſſit, ſecus vero in eo qui inutiliter ad
obligationem eſt appoſitus, quia ei vt ſimplici adie-
cto ſolui nequit,vtputa ſi quis ſtipulatus eſſet,non al-
ternatiuè ſed copulatiuè ſibi,& Titio decem dari.l.ſi
ita ſtipulatus.in §.Criſoganus.ff.de verb.obl.l.ſi duo
rei.in fin.ff.eo. in tantum q non poſſet ei ſolui etiam
ratione taciti mandati ſecundum Bald.in d.§. Criſo-
ganus,& dicit eaſum eſſe vnicū in iure.l ſi cum Cor-
nelius.ff de ſolut. & refert ac probat Iaſ.in d.§. Cri-
ſoganus ſub num.32. & huius rei illa ratio redditur,
quia principalis ſtipulatio quoad Titium eſt nulla,&
habetur perinde ac ſi Adiectus non eſſet,addo eundē
Iaſ.poſt alios.in l.eum qui ita.in §.qui ſibi nu.3.ff de
verb.obliga. & ſcripſi ſuprà in prima part.num. 20.&
num.32.

136 † Decimò reſtringenda eſt regula in adiecto tem-
pore ſtipulationis,ſeu conuentionis. Tum enim adie-
cto ſolui poteſt inuito,& ignorante creditore, contra
verò ſi pactum fiat de ſoluendo tertio ex interuallo,
pactum enim tale habet vim mandati quod expreſsè
reuocatur, & tacitè ex diſpoſitione legis præſumpta-
que mandantis voluntate, vt ex text.ſing. & qui ſecū-
dum Bar.& alius non eſt alibi.in l ſi cum Cornelius,
ff. de ſolut. de cuius legis interpretatione ſcripſi in
pleriſque locis,& maximè in prima par.huius tracta-
tus ver. Dixi alternatiuè,& in ſeq par.in ſeptima quę-
ſtione,& adde quæ eleganter ſcripſit Caſtren.in ea le-
ge mandatum,de ſoluēdo tertio. ſeu pactum illud ex
interuallo adiectum de ſoluendo tertio. quod habet
vim mandati reuocari non poteſt, vbi debitor huic
tertio ſoluere promiſiſſet.l. vtrum.ff. de conſtit.pec.
l. ſi quis prohibuerit ff. de publicia. & hoc amplius
ſubiicit referendo Io. And. in add.ad Specu.in tit.de
depo.ſi debitor ſignificaſſet illi tertio ſe habere man-
datum de ſoluendo eidem debitum, & tertius acce-
ptaſſet licèt adhuc ſe non obligauerit non poteſt etiā
hoc caſu mandatum reuocari in verecundiam ipſius
debitoris,qui fidē ſuam tertio aſtrinxerat.& hoc me-
moria tenendum ait, quoniam mercatores in eorum
libris ſcribere conſueuerunt,& hoc ſufficit ſi ad aures
tertij peruenit, & acceptauit.de quo ego plures refe-
rendo plenius ſcripſi in tracta. de mercatura in titul.
mandati num.3. Quibus addes Hier.Cag.in l.ſingu-
laria.ff.ſi cert. per.num.154. vbi declarando Paul.ex
mente Dd.etiam ait non obſtante ratificatione man-
datum poſſe reuocari, & quòd non poſſit ratum ha-
beri me inuito per d.l.ſi cum Cornelius,ſed oportere
Paul.Caſtren.ſententiam intelligere quando res non
eſt integra, veluti ſi debitor in libro ſcripſit poſuitq;
rationem illius cui ſoluere debebat,& ille ratificauit,
citatq; Dec.ibidem,& recentiores,& Pau.in l.ſi eum
fundum.ff.de pactis.

137 † Vndecimū notabiliter limitāda eſt regula in caſu
legis liber homo.in §.fi.ff.de verb.obli. Quando de-
cem ſtipulatus eſſem mihi, aut Titio dari vtrum ego
velim,hoc enim caſu propter adiecta verba vtrū ego
velim: ſoluere Titio me inuito promiſſor non poteſt,
cùm in mea voluntate ſit poſitum,licèt ſi dicta verba
adiecta nō eſſent me vetante rectè ſolueretur.l.aliud.
in fi.l.vero procuratori.§.1.ff. de ſolut.l.qui res in §.
qui ſtipulatur eo.tit. Poſtquam autem declarauero
Titio ſolui rectè quidē ſoluetur, ſed & illud huic rei
annotandum eſt quod Aret ait in d.§. circa fin.quòd
variatio non admitteretur quemadmodum non ad-
mittitur in electione rerum l. ſi ſtipulatus fuerim.ff.
de verb. oblig.cùm enim ex electione tertio ſit ius
quæſitum in eius præiudicium,variatio non concedi-
tur.l.ſi poſt mortem §. fin.& quod ibi no. ff. de bon.
poſ.contr.tab.& etiam propter naturā ſtipulationis,
quæ

quæ confertur in perſona Adiecti, vnde me ſemel eli-
gente ſtipulationis conditio me tenebit, pro qua ſen-
tentia citari poteſt. l. vero procuratori, in §. 1. ff. de ſo-
lut. Sed hæc Aret. ſententia non eſt ſine dubitatione
propter text. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, aut
Pamphilum. ff. de verb. oblig. vbi caſus de eo qui ſti-
pulatus erat Stichum, aut Pamphilum vtrum ipſe vel-
let. Item propter regulam l. eum qui certarum, in §.
fi. ff. de verb. oblig. & l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem
in mille. ff. de ſolutionibus. Ideo vide circa hoc Dd. in
d. l. eum qui certarum, in §. fi. ac Bar. Iaſ. & recẽtiores
in l. ſerui electione. ff. de leg. primo, & Pau. Par. in cõſ.
81. num. 13. & ſeq. vol. 1. Andreas Tiraq. in l. Boue. in
§. hoc ſermone, num. 15. & ſeq. ff. de verbo. ſign. & ali-
bi ſæpè in d. §. ſed & vide text. qui vtitur hoc dicendi
genere vtrum velim, in l. huiuſmodi, in §. Stichum. ff.
de leg. 1. & quod circa dictum text. Soc. ſcripſerit in
l. a. §. 1. num. 7. ff. de verb. oblig. addo & alium text. in
l. ſtatu liberum, in §. Stichũ. ff. de leg. 2. & l. apud Au-
fidium. ff. de opt. leg. item l. ſi is qui Stichũ. ff. de proc.
vbi ſi is qui Stichum vel damnum vtrum eorum ipſe
vellet ſtipulatus eſt, & ipſe aut procurator ipſius cuius
factum ratum habuerit alterum petiit ſtipulatio con-
ſumpta eſt, id eſt alterum petere non poteſt, de quo
textu meminit And. Tiraq. in l. Boue. in §. hoc ſermo-
ne. ff. de verbo ſign. num. 15. & refert Bal. in c. in lite-
ris de off. deleg. ver. ſi autem ſemel, qui authoritate il-
138 lius text. † ait quod conſumpta eſt gratia per vnum
actum: ſed vt ad rem redeam, & relatum. § fin. in l. li-
ber homo notandum eſt, quòd vbi ſtipulatio cõcepta
eſt relato modo mihi, aut Titio decem dari, vtrũ ego
velim, ex eo quòd mihi dãdum eſt certi ſtipulatio eſt,
139 † ex eo quod Titio ſoluendum eſt incerti, venit enim
extrinſecum intereſſe, ſi enim elegi Titio ſolui, &
mea intereſt Titio potius quàm mihi ſolui quoniam
eidem pœnam promiſeram ſi in præfinito die non
ſoluiſſem, te ceſſante Titio ſoluere, quia in pœnã in-
cidi pœnam à te petam. Et licèt in obligatione dandi
non ſuccedat obligatio ad intereſſe. l. vbi autem non
apparet. §. fi. & l. mora. ff. de ver. oblig. ſi tamen eligo
dari Titio in relato caſu venit, quod quàm ſit quoti-
dianum inter mercatores nemo eſt qui neſciat, qui
inter mercatores verſetur, ſed quia dubitari poſſet an
Adiectus in ſtipulatione ſub relata forma mihi, aut
Titio decem vtrum ego velim Adiectus dicatur, vide
Aret. poſt Pau. ibidem, & quæ ſcripſi in 1. par. ver. de-
inde ſubieci.
140 Duodecimò declaranda † eſt regula in dote in qua
euidentioris intellectus gratia præfari libet, & dein-
de quaſdam facti ſpecies conſtituere, ſciẽdum eſt igi-
tur ſoluto matrimonio dotis repetitioni locum eſſe
quouis modo matrimonium dirimatur, vt per glo. in
rub. ff. ſolut. mat. l. cùm quærebatur. ff. de verb. ſig. &
Bar. & alij probant, & citant l. ſi quis ſic ſtipulatur. ff.
eo. tit. ſol. matrim. Soluitur autem matrimonium di-
geſtorum iure diuortio, morte, & captiuitate vel ali-
ter contingente ſeruitute vtriuſque eorum, l. 1. ff. de
diuor. ſed & in captiuitate eſt immutatum, vt in §. ſed
etiam captiuitatis in auth. de nupt. & ne paſſim matri-
monia diſſoluantur ex certis cauſis fieri permittitur
diſſolutio, & quæ ſunt expreſſa in l. conſenſu. C. de
repu. iure verò pontificio cui in materia matrimonij
ſtandum eſt, vt per gl. in §. fin. Inſtit. de Grad. Panor.
& alios in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. *Quos Deus
coniunxit homo non ſeparet.* c. quos Deus 33. q. 2. eodem
tamen iure ex licita cauſa Thori ſeparatio permitti-
141 tur, vt in c. omnes 32. q. 7. & notatur † in c. quemad-
modum de iure, & per Dec. in cõſ. 212. Mag. vbi hęc
cauſa ſeparationis Thori corã quo iudice ſit tractan-
da, & de libelli conceptione ac probationibus diſſe-
ruit, & ſi propter viri fornicationem Thori ſeparatio
fiat dos repeti poteſt. c. 1. & 2. de donat. inter virum,
& vxorẽ, & de dote poſt diuor. Si verò propter adul-
terium vxoris, tunc dotem perdit. c. plerumque, eod.
tit. in tantùm quòd ſtipulat. de reddenda dote com-
mitti videtur in caſu ſeparationis Thori, quæ ſucceſ-
ſio loco diuortij ſecundum Iaſo. in l. 1. C. vnde vir. &
vxor. in 1. col. & id verius eſſe putauit Franc. Rip. in d.
rubr. ſub num. 26. quicquid Bar. ſenſerit, & quando &
quibus caſibus permittatur ſeparatio hæc dotisq; re-
ſtitutio contingat, & præcipuè propter paupertatem,
& viri ſæuitiam, vide Mar. in l. vni. in fi. C. de rap. virg.
Paul. Par. in conſ. 54. aſſertæ, vol. 4. per totum, & de
conuentione facta inter virum, & vxorẽ ex voto con-
tinentiæ, an ſit legitima diſſeruit Dec. in conſ. 140. &
pro tenui. Item ſciendum eſt quòd ſi in patris pote-
ſtate ſit filia dos à patre profecta cõmunis eſt ipſius,
& filiæ. l. 1. § quòd ſi in patris, & l. ſeq. ff. de ſol. matr.
Idq; verum eſt quo ad dotis exactionem, & repeti-
tionem, non quo ad dominium, quia illud eſt mariti
conſtante matrimonio, vt per Bart. ibid. in 1. oppo. &
142 alios. † Rurſus ſciendum eſt ſi pater dotem a ſe pro-
fectam ſtipulatur filiæ, propria erit ipſius filiæ, vt Iac.
Butr. Bald. Imol. & alij ſcripſerunt in d. §. quòd ſi in
patris, vbi Franc. Rip. num. 6. citat Imo. in conſ. 100.
in primo dubio, & bonum text. in l. Pomponius Phi-
143 ladelphus ff. fam. hercis. † Denique & illud oportet
non ignorare ſi pater dotem à ſe datam ſimpliciter,
ſeu imperſonaliter ſtipuletur, tam ſibi quam filiæ ſti-
pulatus intelligitur, vt inquit Bar. in l. poſt dotem in-
ter. lec. colum. 1. ff. ſolu. matr. cuius ſententia eſt rece-
pta, vt per Iaſ. in l. poſt dotem. num. 10. & ſeq. ff. ſolut.
matrim. & ſcripſit Corn. in conſ. 138. viſo puncto, vol.
3. ſub nu. 4. qui inquit hoc ex eo admiſſum quoniam
ſtipulatio ſecundùm naturam actus, ſeu rei in quo in-
terponitur interpretanda eſt conſequenter iuxta d. §.
quòd ſi in patris. Nam alias in ſtipulatione perſona
extrinſecus nõ ſubintelligitur. l. ſi ita ſtipulatus, in §.
Criſoganus. ff. de verb. oblig. & ſtipulatio ſi in verbo
executiuo imperſonaliter concipiatur valet, & ſtipu-
lanti acquiritur aut ſi quando. C. de conſtit. pecu. vbi
Bart. & Bald. & eandem ſententiam receptam eſſe di-
xerũt recentiores Perusini in tractat. paup. q. 8. in ſe-
cun. ſpe. num. 10. & ſeq. Quibus addes Bald. in l. fi. nu.
9. C. comm. vt lud. & Franc. Ripam idem probantem
declarantemq; in d. §. quòd ſi in patris, vbi etiã Alex.
veritatis amicum ſibi patum cõſtituiſſe refert, & huius
rei illa ratio redditur, quia ſtipulatio ſimpliciter in-
terpoſita ſuper dote debet intelligi ſecundum naturã
dotis, & actionis de dote. l. ſi ſtipulatus. ff. de viu. l. in-
ter ſtipulantem, in prin. cum gl. ff. de verb. obl. l. 1. §.
ſi ſub cõditione ff. vt leg. nomine caueatur, ſtipulatio
namq; interpoſita ſuper aliquo contractu ſecundùm
naturam eius intelligitur, quòd ſi extraneus ſimplici-
ter, ſeu imperſonaliter ſtipuletur mulieris erit actio,
vt inferiùs dicã in ver. ſeptima facti ſpecies in fin. His
præfationibus habitis, vt ad rem redeam.
144 † Prima facti ſpecies eſt in patre qui filiam habet in
poteſtate dotemq; dedit, & ſibi aut filiæ reddi ſtipu-
latus eſt, huiuſmodi namq; ſtipulatio iuxta iuris ordi-
nem intelligenda eſt, vt viuo patre ſi in poteſtate ſit
filia pater habeat actionis exercitium licèt actio ſit
communis, ſi verò mortuus ſit pater vel aliter ſui iuris
effecta ſit filia in perſona filiæ conſolidetur, & his ca-
ſibus perſona filiæ ad obligationem, & ſolutionẽ ad-
iecta cenſetur, hic enim eſt ordo iuris, l. 2. § quòd ſi in

patris.ff.ſolu.mat.l 1.§.videamus.C.de rei vxo.act.& ſecundum relatum ordinem verborum prædictorum conceptionem intelligendam eſſe ſcripſit Bart. in l. vxorē,in §.teſtamento.l.2.ff.de leg.3. & addit l. cùm pater.in §.pen.ff.de leg. 2. Cuius doctrinam ad cœlū tulit Pau.Caſt. in l.eum qui ita,in §.qui ſibi.ff.de ver. oblig.& probatur hæc ſententia ab Angel.& Iaſo. in d.§ qui ſibi,idque receptum aiunt propter ius conſolidationis,quod filiæ in dote poteſt competere ratione communionis. Item quia pater ad dotē filiæ conſtituendā aſtringi poteſt.l.qui liberos.ff.de ritu.nup. l.obligamur,in §.lege.ff.de act.& oblig. l. fin. C. de dotis promiſ.de quo per Iaſo.in aut.res,quæ.C.communia de leg.Alex.in conſ.139.num.8. volum. 2. per eundem Iaſ.in §.fuerat,num.97.Alexand.in conſ.61. vol.7.Aug.Ber.q.113.Paul.Par.in conſ.29. num.60. & ſeq. vol. 3. & quidem ſi ſoli patri actio concederetur filia indotata remaneret in caſu in quo pater dotem conſumeret.l.ſi cùm dotem.in §. eo autem tēpore.ff.ſol.mat.quod referendo Bart.ſcripſit Frāc. Rip. in d.§.quòd ſi in patris,num.15. & ſeq. quem videas, quibus addendum eſt quod eleganter ſcripſit Bald.in l.ſi nu.9.C.comm.vt.iud.is enim in ſtipulatione concepta ſuperiori modo inquit,Hæc ſtipulatio duo cōtinet extrema. Alterum quòd ſit reddenda dos patri, & id intelligendum eſt eo caſu quo propter conſolidationem eidem patri reſtituenda eſt. Alterū quòd filiæ reſtituenda ſit dos ſimiliter eo caſu quo propter conſolidationem ſoli filiæ competeret. Medius autē caſus quando ius reddendi dotem eſt commune fuit omiſſus. Ideo remanet in diſpoſitione iuris cōmunis, l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſth.erit ergo communis actio patris,& filiæ, vt in l. poſt dotem ſecundùm vnam interpretationem ff.ſolut matr.& ſolum citando locum Baldi vbi ſuprà,& Alex.& Rom.idem ſenſiſſe probat Franc.Rip.in d § quòd ſi in patris, nu. 5. qui ſubiungit dictam ſtipulationem intelligēdam, vt ſuprà,& perinde ac ſi pater ſtipulatus eſſet ſibi,aut illi,vel illis,quib. de iure,quo caſu certi iuris eſt, quod ſi ſoluto matrimonio ambo viuant actio eſt communis,vt in d.§.ſi verò pater præmoriatur actio conſolidatur in ſolam filiam.l. vnica. §. videamus. C. de rei vxor. act. ſed ſi præmoriatur filia actio conſolidatur in patrem.l.dos à patre.C.ſol.mat.Denique huic rei, & illud annotandum eſt prædicta iura non ſolùm vbi pater ſtipulatus eſſet in ſupraſcripta verba videlicet. Dotē ſibi aut filiæ, verùm ſi contra filiæ, aut ſibi adiiciendo prius nomen filiæ ſecundùm Pau.Caſt.in d §. Qui ſibi & propter.l.Caius.ff.ſolut.mat & vide quæ inferiùs dicam in quinta facti ſpecie.

145 † Secunda facti ſpecies eſt , ſi pater ſtipulatus ſit copulatiuè dotem.ſ.ſibi,& filiæ reddi,in qua idē iuris eſſe reſpondit Bar.in d.§.teſtamento,qui citat l.Gallus.in §.1.ff.de lib.& poſth. & licèt aduerſari videatur tex.in l.ſi mihi,& Titio.ff.de verb.oblig.ad ſententiā tamē Bar.ex rationibus relatis in ſuperioribus decurrendum arbitror,quæ commendatur à Paul. Caſtr.in d.§.qui ſibi, & lex ſi mihi & Titio locum habere poteſt vbi extraneus dotem relato modo ſtipulatur, vt per Imol.in l. Caius,in pen.colum.ff.ſolut.mat.quib. adde Bal.in l.fin.num.9. C. comm. vt. iud.qui in hac ipſa facti ſpecie ſcriptum reliquit copulam non diuidere ſtipulationem in partes æquales ſicut alibi dicitur.ff.de duo.reis l.reos in §.cùm in tabulis, ſed iuris mniſterium deſignare,& quaſi ſit iuris expreſſio, quòd actio ſit communis patris,& filiæ,& cōſolidatio non impediatur.ff.ſolu.mat.l.poſt dotem , ſecundùm vnā interpretationem,hæc ille, & ex his comprobare po-tes,quæ ſcripſit Socin.in conſil.9.colum.2.& ſeq.

146 † Tertia facti ſpecies eſt vbi pater , qui dotē dedit ſtipulatus eſt dotem à marito in hęc verba ſibi,& ſuis hæredibus reddi. Nec nō eius filiæ hæredibusq; eius, aut cui ius,& caſus dederit,& filia moriatur relictis filiis. In qua recepta Martini ſententia,quæ ex generali conſuetudine præualuit,vt in l.dos à patre, vbi glo.& Dd.C.ſolut.& ait Corn.in conſ.224.licèt col.fi. vol. 3.Curt.Iun.in conſ.93.num. 9.& conſ.180.Socin.in conſ. 9. vbi de iure conatur eandem Martini ſententiam defendere.Item Soc. in relato reſponſo non inſubtiliter (vt ſolet) multis argumentis probat ſecundùm relatam conſuetudinem ſtipulationem intelligendam , quem referre ſuperuacuum duxi , cùm eius ſcripta inter manus omnium verſentur. Intelligenda eſt ergo dicta ſtipulatio,vt filiæ reſtituatur ſi ſuperuixerit,ea verò mortua cum filiis ad filios tanquam hæredes pertineat.Sed ſi filia ſine filiis præmoriatur patri ſuperuiuēti reſtituatur,& eo mortuo hoc caſu eius hæredibus.Quę ſententia comprobatur ex ſcriptis in

147 ſuperiori facti ſpecie,& authoritate Baldi relata.† Et illud non eſt omittendum , quod relata Martini ſententia ex conſuetudine recepta intelligenda eſt in caſu ſuo,quando conſtante matrimonio decedit filia, & marito ſuperſtite , vt tunc filij admittantur, & ſuccedant,& non pater , locum autem non habeat quando filia præmortuo marito deceſſit. Tunc enim ad patrē reuertitur,vt declarat Bar.in l.poſt dotem.ff.ſol.mat. in quinta quæſt.vbi etiam tentauit dicere , quòd ſi filia viuo patre habens filios ex primo matrimonio, ſecundo nupſit, & moriatur in matrimonio ſine filiis locum non habeat relata conſuetudo , ſed pater admittatur, cuius ſententiā à frequentioribus receptam ſcripſit Lud.Gozza.in conſil.90.In cauſa Mantuana, num.3.vbi plures refert,quibus adde Soc.Iun. in cōſ. 114. Non eſt dubium,num.21. vol.3. vbi non ſolùm concludit, quòd relata conſuetudo nō habeat locum in dictis duobus caſibus ſecundùm frequentiores, ſi mulier decedat in ſecundo matrimonio cū liberis ex primo vel ſi iam facta vidua cum liberis ex viro prædefuncto,verùm nec in dote promiſſa licèt in hoc vltimo aliter ipſe antea interrogatus reſponderit.

148 Quarta facti ſpecies eſt,† quando pater qui dedit dotem pro filia ſibi illam reddi eſt ſtipulatus , & poſt interpoſitam ſtipulationem ab inteſtato mortuus eſt relicta ipſa filia,& filio maſculo,qui ſolus ex lege municipali ſuccedit filia excluſa,num dotis repetitio ipſi filio hæredi ex ſtipulatione paterna cōpetat ſeu magis filiæ. Hæc quæſtio ſatis ſatiſque apud veteres fuit agitata vt Albe.refert in l.vni,num.25.C.de rei vxor. act.ait Viannyſij Doctoris Bononienſis ſententiam à Iaco.Rauen.Pet.à Bellaper. Ricar. Malum.& Vbal. Vaca.probari qui diſputando inquit patri viuēti, qui ſtipulatus eſt dotis reſtitutionem competere, & conſenſum filiæ non requiri,plura ſubdit mouiſſe eū, ſed maximè l.quoties.ff.ſol.matr.Patre verò mortuo dotis repetitionem ad filiam pertinere,quæ à ſtatuto ab hæreditate patris excluditur,& hoc caſu ius ſingulare ſit quòd actio ex ſtipulatu ad hæredes non tranſmittatur,& hæc ſententia recepta eſt,vt patet ex his, quæ ſcripſit plenè quidem Dec.in conſ.106. & pro tenui, qui ſubiicit, licet de hoc poſſet dubitari iure ciuili communique inſpecto,propter ea quę ſcripſit Bar.in l.poſt dotem.ff.ſolu.matrim.ſtante tamē ſtatuto prędicto à frequentioribus(quod dictum eſt) probatur. Quibus adde Soc.in relato conſ.9. & quæ plenè ſcri-

149 pſit Iaſ.in d.l.poſt dotem,num.83.† Sed hic frequens ſuboritur quæſtio,& in patria mea agitata, ſolent parentes

rentes dotes filiabus dantes ſub hac formula ſtipula-
tionem cōcipere. Quam dotem A. promiſit reddere,
& reſtituere Titio ſtipulanti pro ſe & eius hæredibus
ſoluto matrimonio morte vel diuortio ſine liberis vel
cum liberis non peruenientibus ad ætatem decem &
octo annorum,& in omnem alium caſum &c. aut illi
vel illis,cui & quibus, &c. legeq́; municipali cautum
eſt exiſtentibus filiis maſculis,fœminas non ſuccede-
re,ſed dote conſtituta ſeu conſtituenda contentas eſſe
debere,& plus petere non poſſe quàm quod ſibi reli-
ctum eſt ratione debiti iuris naturæ , & prout legitur
in ſtatuto ſub rub. de ſucceſſoribus ab inteſta. & ſub
rubr.quòd mulier ſit contenta dote , quæſitum fuit ſi
pater deceſſerit deinde filia relictis filiis qui ad ætatē
in ſtipulatione contentam non peruenerunt.Nū filiis
maſculis iiſdemq́; patris hæredib. ex ſtipulatione re-
lata modo concepta actio competat ,& cùm cōditio
extiterit,quia filij ad ætatem decem ,& octo annorū
non peruenerint competere videbatur.l. ſi auia.C. de
iure dot.l. quoties.ff.ſolut.matr.l.poſt dotem , la 2.§.
quòd ſi in patris.eod.tit. & quia ſententia Martini ex
conſuetudine recepta non videtur trahenda ad hunc
caſum , quia tenor ſtipulationis clarus eſt. l. final. C.
comm. vt. iudi. & hæc ſententia comprobari videtur
ex his,quæ ſcripſit Bart.in l. Titio centum,in §.Titio
genero. ff.de cond.& demon.& Cur.Iun. in conſ.10.
& cum legatur in inſtrumētis antiquis ſtipulationem
relato modo à maioribus noſtris conceptam fuiſſe,&
hodie concipitur, non temerè factum cenſeatur ma-
ximè cùm addatur ſecundum formam ſtatutorum ci-
uitatis Anconæ. Verùm prætermiſſis cōpluribus,quæ
referri poſſunt(ni fallor) omnis controuerſia huc re-
150 dit.† Nū dos à patre data in relato caſu ſuccedat loco
legitimæ , & meritò duo ſtatuta præcipuè conſiderā-
da ſunt. Alterum eſt ſub rubri.de ſucceſſoribus ab in-
teſtato,alterum quòd mulier ſit contenta dote,& hoc
vltimum præcipuè in duobus locis circa finē , ſi enim
non ſuccedit loco legitimæ relata ſententia atque ſti-
pulationis formula defendi poteſt , cōtra verò ſi loco
legitimæ habeatur , cùm de legitima omnis cōditio,
dilatio vel alia diſpoſitio mota , vel quodcunq; onus
introducens tollatur. l. quoniam in prioribus. C. de
inoffic.teſtam. Ego autem vidi iudicare onus paternæ
ſtipulationis reiici,& hęredes patris ex relata ſtipula-
tione agentes excludi , pro qua ſententia elegans eſt
Decij conſilium,ſub num.106.& pro tenui,&c.quod
totum legendum conſiderandumq́; eſt,licèt enim lex
noſtra municipalis decreuerit filias contētas eſſe de-
bere dotis quantitate,quam pater reliquerit corrigē-
do.l.omnimodo.C.de inoffic.teſtam.non tamen tra-
henda eſt ad caſum de quo agitur,quando pater in ip-
ſa quantitate dotis conditionem adiicit. Hic enim ca-
ſus de onere iniuncto in dotis quantitate omiſſus vi-
151 detur,† ergo remanet in diſpoſitione iuris communis
l.ſi cùm dotem.ff.ſolu.matr.lex enim omnimodo.C.
de inoffic.teſtam.quæ ſupplet legitimam in ſubſtātia,
nihil habet commune cum lege quoniā in prioribus,
quæ reiicit conditionem,& grauamē,vnde lex noſtra
quæ loquitur in priori caſu non videtur porrigēda ad
hunc caſum oneris,& conditionis adiectæ ſecundùm
Iac.Butr.& Bal.in d.l.quoniam in prioribus , vbi hoc
commendat Paul.Caſt.referendo Imol.idem probā-
tem,& non improbat Iaſo.ibidem,& probat Alex.in
conſ.53.viſo tit.quæſtionis, num.7. & ſeq. volum.2.
Aret.in conſ.44.Placet,&c.circa finem Paul.Par. in
conſ.36.ſtatutum nouum ciuitatis Fauentiæ,&c.n.5.
152 & ſeq.vol. 3. † cumq́ue ſtatutum non ſimpliciter , ex
eo.ſ.quia ſuperſint filij,excludat fœminas,ſed propter
dotem dos ita loco legitimæ ſuccedere videtur, vt ex
ea conditio adiecta reiiciatur,idq́ue veriſſimum & re-
ceptum teſtatur Pau.Par.in relato cōſ.vbi Alb.Brun.
& alios refert , ſed & hæc ſententia confirmari poſſe
videbatur,ex his quæ habentur apud reſpōſum Caro.
Ruyn. 26.videtur prima facie,&c.vol 3. & eſt in ſub-
ſcriptione Bar.Soc.num 14 & ſeq. Item ex conſilio
Cor.142.primo aſpectu,&c. vol. 2. vbi inter alia ci-
tat Bal.in l.ſi.poſt mortem.C.de dote promiſ.Pet.Anc.
& alios, rurſus eadem ſententia probari videtur à Io.
Dilec.in tract.de arte teſta.in 5.cau.in fin. ſub tit. de
hæred. inſtit. Dum refert Decij reſponſum & probat,
denique Bapt.Tole.in libello communiū opinionum
in ver.dos a patre inquit dos à patre profecta ſoluto
matrimonio debet apud filios remanere,Curt.Iun. in
conſ.43.num 9.communem dicit. Amplia etiā ſi pa-
ter ſtipulatus ſit ad ſe redire liberis ſtantibus ſi liberi
adſunt tempore mortis filiæ ſtatim dos matris eſt , &
filij ex ſucceſſione matris veniunt & non aui. Io.Nie.
in l.generaliter,nu.46. C. de ſecun. nup. communem
dicit,videndus eſt enim Soc.in conſ.9. qui in 5. 6. &
ſeq col.ad rem multa ſcripſit, & ex relatis locis patēt
plura reſponſa ad ea quæ ſcripſit Bar.in citato. §. Ti-
tio genero.maximè ex conſ.Dec.Alex.& Pau.Pariſij,
ſtatutum etiam ſub rub.quòd mulier ſit contenta do-
te,in ver. Hoc addito cùm in ſenſu directo diſponat,
ſenſus contrarius non eſt accipiendus,vt per Dd.in l.
1.in §.huius rei.ff.de offi.eius, & reſtringēdum eſt ad
extraneos,& cùm prohibeat non eſt interpretādum,
vt permittat l.legata inutiliter ff.de admin. leg. & ſi-
militer finis ſtatuti relati reſponſum habet,ex quibus
puto vel hæredibus patris nullam actionem compe-
tere,vel ſi diceremus competere, hæredibus filiæ do-
tatæ ad illam remittendum aſtrictus eſſe , vt Socin.&
Dec.in relatis locis probauerunt. In extraneo autem
ſtipulante cum illa adiectione,vel cum filiis non per-
uenientibus ad ætatem decem & octo annorum,vide
Bal.in conſil.89.verba inſtrumenti,vol.2.& quod di-
cam inferius in ver.7.facti ſpecies.
153 †Quinta facti ſpecies eſt in auo materno, qui non
habet in poteſtate,ſeu extraneo alio,qui dotem dedit
ſtipulatuſq́ue eſt nepti ſeu mulieri aut ſibi dotem red-
di. In qua ſingulari iure fauore dotis receptū eſt vtilē
mulieri actionē quæri , & ſtipulationis hoc caſu per-
ſona ad ſolutionem adiecta cenſetur , mulieris verò
ad obligationem, fauore namque nuptiarum , & ma-
ximè propter affectionem perſonarū ad hoc decur-
ſum eſt,vt eſt ſingularis text.in l.Caius.ff.ſolut. matr.
mulier ergo ſolut.matr. etiam viuo auo exploſa Petri
ſententia ad dotem aget,idq́ue à recentioribus eſt re-
ceptum cùm illud maximè relatū , & de quo in textu,
vbi non eſt affectio idem iuris eſſe demonſtret,& hęc
ſententia probatur à Bar.in d.l.Caius,in oppoſitione
ad ſecundùm notabile, & ſcripſit Alex. ibidē ſenten-
tiam Bar.recentioribus omnibus placuiſſe,& damna-
tam Petri & Baldi ſententiam , & hanc ſententiam
Paul.Alex.& Iaſ.probauerunt in l.eum qui ita, in §.
qui ſibi.ff.de verb.oblig.Alex.ſub nu. 5. Iaſ. verò ſub
num.6.& Bal.Nouel.in tract.de dote,in 6.par. in 26.
priuilegio , vbi etiam Bart. ſententiam receptā teſta-
tur,& Bald.ac Pet.damnatam Alex.in conſ.19.in his,
quæ in themate,&c.num.11.& ſeq.vol. 4. & illud an-
notandum eſt , quòd in relata facti ſpecie ſenſiſſe vi-
detur Paul.Caſtr.in d.l.Caius ſub num. 5. quòd eiuſ-
modi ſtipulatori nec vtilis , nec directa acquiritur
actio nec ſolui poſſit:quia quodlibet iſtorum caſuum
eſſet contra fauorem dotis , qui eſt vt ſoli mulieri ac-
quiratur,& ſoli poſſit ſolui,ſed errauit lōgè(ni fallor)

Paul.in eo quod ſenſit ſtipulatori prædicto ſolui non poſſe cum Bart. Cum. & alij talem ſtipulatorē Adiectum nominent, quibus accedit Bald. Nou. in relato loco. Nec fauor dotis obſtat, vt conſiderabat Paul. cùm mulieri ſit conſultum,vt poſſit repetere ab adiecto ſecundùm ea,quę in vltima parte diſſerendo dicā.

154 † Nec illud omittendum eſt perſonam mulieris, ſeu neptis adiectam cenſeri ad obligationem, & ſtipulatoris ad ſolutionem non ſolum, vbi neptis ſeu mulieris nomen pręponitur,vt in facti ſpecie propoſita,ſed ſi ſtipulatoris nomen pręponeretur,verbi gratia,quia auus,ſeu quilibet alius extraneus (nec enim quoad id de quo diſputatur intereſt) ſtipularetur dotem datam ſibi,aut nepoti,ſeu mulieri reddi,ſemper enim fauore nuptiarum ſtipulator adiectus ad ſolutionem cēſetur ſecundùm Bartol.in d.l.Caius, cuius ſententiam Bal. & Paul.ibidem probant,& idem Paul. Alex. & Iaſ. in §.qui ſibi ſuperiùs relato, & Bart. clarè idem probat. in l.vxorem,in §.teſtamento.ff.de leg.3. ſed & Imol. in d.l.Caius,num.7.verſ.interdum ſtipulatur ſibi,&c.
155 hanc ſententiam non admittēdam putauit,† lex enim Caius loquitur, vbi auus ſtipulatus eſt nepti, aut ſibi: Non autem vbi in ſtipulatione ſtipulatoris nomen præponitur,licèt enim inquit quo ad facultatē ſoluēdi mulieri nihil intereſt, an quis mulieri aut ſibi, aut ſibi aut mulieri ſtipuletur, comparantur namq; quoad ſolutionem relatæ conceptiones, ſeu formulæ ſtipulationum,vt dixi ſuperiùs in 21.ampliatione, non tamen comparantur nec paria ſunt,quoad obligationem quærendam, nec paritatio interuenire videtur. Quando enim ſtipulator nomē ſuum in ſtipulatione præponit actionem mulieri quærere cenſendum non eſt ſed ſibi,licèt poſſet,ſed vbi mulieris nomē pręfert æquitas,ſuggerit mulieri actionem dari, & addit ſententiam ſuam probari in l.Stichum,in §.quæſitum. ff. de ſolut.Nam filiæ emancipatæ quæri poteſt vtilis,vt notat Bart.in l.quod dicitur.ff.de verb.obl. & tamen tex.in d.§. quæſitū indiſtinctè dicit quòd ſi ſtipulatur ſibi,aut filio videtur filius adiectus ad ſolutionē. Vnde ſubiicit relatam Bar. ſententiam nō bene probari, licet ſit valde fauorabilis,pro qua lex in ambiguis. ff. de iure dotium,ſed & addes Alex. in eadē lege Imol. ſententiam probaſſe ipſum enim referendo, ait cum verſemur in correctoriis,& lex Caius loquatur in caſu in quo præponitur nomen neptis non eſt trahenda contra regulas iuris ad caſum in quo poſtponitur, & mouit,quia primo nominatus videtur magis dilectus, arg.l.quoties.ff.de vſufr.& addit expreſsè contra Bartolum ſenſiſſe Bal.in l.fin.C.commu.vt.iud.& verum eſt,vt patet in vlt.col. dictę legis, vbi temperamento vſus eſt dictionis fortè quaſi dubius,ſed & addes,ꝙ in eadem opinione fuit Roma.in d.l.Caius,& Bal.Nou. in tract.de dote.in 6.par.priu.28.qui citat Salyc.in l. auia.C.de iure dot.idem ſenſiſſe, ego vero à ſententia priori loco relata,& magis recepta non eſſe recedendùm,puto quam Bar.Bal.Pau.Alex. Iaſ. & quidā alij probarūt pro qua iudicio meo eſt tex.in d.l. Caius in ratione ſui,vbi Iuriſc.inquit fauore nuptiarum, & ne commodo dotis mulier defraudetur ad hoc decurrēdū eſt,quæ ratio expreſſa in lege, æquè interuenit ſiue mulieris nomen in ſtipulatione præcedat, ſiue ſequatur.Nec moueat tex.in l.Stichum,in §.quæſitum, quia in dote ex relata ratione ſumma cum æquitate ratione incertitudinis ex alternatiua oratione ius ſingulare eſt cōſtitutum, Nec etiā moueat quod in cor-
156 rectoriis verſemur, quia † vbi ratio.in l. expreſſa eſt non dicitur fieri extenſio. Sed caſus in quo eſt eadem ratio comprehendi l.his ſolis,C. de reuo. don. in illis verbis ſatis etiam tacitè cautum putamus, vbi Bald.& ſcripſit Iaſ. in aut.Quas actiones n.17.C.de ſacr.eccl. facit l.emptor.in fin.ff.de rei vend.l.fideic. in §. cùm Pollidius.ff.de vſu.gl.in cle.vni.in ver.largiri de elec. & quod Alex.ait in conſ.17.vol.3.Imo.in l.ſi vero, in §.de viro.ff ſolu.mat.Io.Crot.in rub.de acq.poſ. n.3. & eſt elegans tex.memoria tenendus,in l.libertum,in §.Senatuſconſulti.ff.de ritu.nup. & ſcripſit Caſſad. in tit.de teſta.Dec.3.nu.4.& ſeq.Minus etiam mouet ꝙ ait Alex. prænominatum cenſeri magis dilectū: quia nominationem priori loco factam nō eſſe conſiderādam relata Iuriſconſulti ratio facit, & mouet lex nec enim.ff.de ſolut. & quod ſcripſit Soc.in conſ. 9. in 4. col. ver. Prædictis non obſtantibus quem breuitatis cauſa non refero,& pro hac ſententia Pau.Caſt.huiuſmodi rationē referebat inſpecto iuris rigore, ex textu dictæ legis Caius,apparet verborum ordinem nō eſſe ſpectandum quod demonſtratur, quia ex iuris apice hæredibus aui obligatio acquiritur licèt eius perſona fuerit poſtpoſita in ſtipulatione,& neptis perſona cēſetur adiecta ad ſolutionem licèt fuerit præpoſita in ſtipulatione,vt patet in verſ.reſpondi,& in ver.ſed dicendum iuncto principio legis, ibi dos omnis Seiæ vxori vel Caio Seio,&c.eodem modo ergo ait eo caſu quo conſideratur æquitas fauore nuptiarum,& dotis ordo verborum attendi non debet,ſed quod fauor exigit. Vnde cùm videatur exigere, vt mulieri acquiratur,acquiretur ei vtilis, & ſi in ſtipulatione poſtpoſita repetiatur, quæ ratio contemnenda non eſt,licet Alex.ſcripſerit ſe neſcire intelligere,ſed redditur clara conſideratis verbis dictæ legis,& prædictis, & forſan Alexand. habuit Pauli commentarios corruptos. Denique hæc eadem ſententia probari videtur à Felin.in c.inter cæteras, num. 29. de reſcript. & clarius Iaſ.in l.cùm quidam,num.2.inter colum.ver.6.limit. C.de verb.ſignif.& ad cœlum tulit hoc tanquam notandum Nic. Auce.in ſua cent. loco 49. à natura alternatiuorum, verſ.2.fallit fauore dotis licèt ſimpliciter retulerit.

157 Quod autem diximus † mulieri in relata facti ſpecie vtilem actionem competere, locum habet quādo morte vel diuortio ſolutum eſt matrimonium in quo caſu loquitur relata lex Caius, vt quando mulier ſuperuixiſſet marito, ſecus ſi contingat præmori viro ſuo. Finge enim cōceptam ſtipulationem quòd auus maternus, aut quilibet alius extraneus dotem reddi ſibi, aut nepti ſtipulatus ſit in omnem caſum diſſoluendi matrimonij, & matrimonium morte mulieris diſſolutum fuiſſe, certè ſecundum Imol.in d.l.Caius ante numer.ſeptimum dos reddenda erit auo, ſeu extraneo dotanti,eiuſque hæredibus, non autem hęredibus mulieris,cuius rei illa ratio ab eo redditur,quia vbi morte viri vel diuortio matrimoniū ſoluitur nuptiarum, & dotis fauor hoc facit atque exigit vt mulier agat,ne commodo dotis defraudetur.At vbi mulierem viro ſuo præmori contingit nuptiarum fauor ceſſat, mortua enim mulier amplius non nubit. Nec mouet ſecundùm eundem Imol. quòd vna determinatio reſpiciēs plura determinabilia æqualiter terminare debeat.l.iam hoc iure.ff.de vulg.ergo idem iuris
158 eſſe debet † in formula ſtipulationis relata ſiue matrimonium ſoluatur morte mulieris, ſiue alio modo. Regula namque illa legis, Iam hoc iure locum habet vbi eadem ratio interuenit inter ipſa determinabilia: ſecus verò ſi diuerſa, ſed in caſu noſtro diuerſa ratio redditur, ergo dicta regula locum non habet ſecundùm Imo.qui citat Bal.& in l.ſi cùm dotē.ff.ſol.matr. Acc.ibidem,Quę ſententia Imol.probatur Alex.Bar.

de

de Sali.in d.l.Auia, & ſubdubitans probat Bald.Nouel.in Tract.de dote in 6. parte Priuileg.28. & certe rationabilis videtur,& limitatio relata ad legem iam de iure probatur à Decio.in l. in teſtamento.num.8. C.de teſtam.milit.& in conſil.456.num.12. Pariſ.in conſil.100.eodemque vltimo 3.volum.num.15. Soc. in conſil.80.nume.15.vol.2. & certe hæc limitatio à frequentioribus recepta eſt, vt probanit Hippol.Rimi.in rubr.de donat.ſub num.73.vbi limitauit etiam dictam regulam, vt locum habeat in volũtaria diſpoſitione, quæ ſecundùm voluntatem teſtatoris regulatur,ſecus autem in neceſſaria, vt per Deci.in d.conſ. 456.Itẽ dicta regula non procedit quando ex æquali determinatione induceretur correctio legis. Tunc enim potius inæqualis fieri debet.vt minus iuri communi præiudicetur tex.ſingularis ſecundum Abb.ibi in c.cùm dilectus.de conſuet.& probat Ruy.in conſ. 166.num.11.volum.3.& in conſil.157.num.14.vol. 5.& adde quòd dicta regula locum etiam non habet quãdo natura determinabilium repugnat, vt per Iaſ. in l.miles.in §.decem.ff.de re iud.in 2.not.& per Riminal.vbi ſuprà.Non tamen omittendum puto quod Paul.Caſtr.in ea.l. Caius.ſub nu.6. ſcriptum reliquit in hæc ſeu ſimilia verba, 3. quæritur hîc matrimoniũ fuit ſolutum diuortio,vnde erat fauor dotis vt acquiratur mulieri vt poſſit ſecundo nubere, quid ſi morte mulieris quidam dicunt contrarium, quia tunc non ſubeſt fauor, quod falſum puto, ſicut enim hoc caſu acquireretur actio mulieri ſi nulla interueniſſet ſtipulatio & eam tranſmitteret ad ſuos hæredes vt in l. vni.in §.accedit.C. de rei vxo. act. ita & hic quia ſtipulatio iſta regulatur ſecundùm iuris diſpoſitionem, vt acquiratur ei cui acquiretatur ſtipulatione non interueniente, verùm licèt authoritas Paul.Caſtr. me valde mouerit,non tamen ab Imol.& Alexan.& aliis relatis diſſentio.Nam in caſu in quo mulier prædecedit ceſſat Iuriſconſulti ratio nuptiarum ſcilicet,& ne commodo dotis defraudetur, nec comparatio facta à Paul.Caſt.mouet. Nam quando nulla ſtipulatio interuenit fingit lex mulierem ſtipulationem feciſſe, cum extraneus non ſtipulando donaſſe magis mulieri quàm ſibi aliquod ius ſeruaſſe videatur, vt legitur in d.§.Accedit,quem text.eleganter & nouiter declara-
159 uit Franc.Ripa in l.1.nu.53.ff.ſolut.matr.† inquiens loqui in ficta ſtipulatione in fauorem mulieris, contra maritum non contra promittentem & declarat.l. ad exactionem.C.de dotis promiſ.effectus tamẽ bene eſt contra extraneum qui dotem dedit vt cenſeatur donaſſe, & adde ad interpretationẽ d §. Bal.Nouel.in tract.Dotis.in 6.part.princ.in 3.Priuilegio.At quando interuenit ſtipulatio relato modo, quia propter alternatiuam res aliquantiſper dubia redditur meritò vbi fauor exigit nuptiarum iura fauere voluiſſe credendum eſt,& ceſſante fauore iuxta iuris terminos & rigorem interpretatio fieri debet,vt in dicta l. Caius vbi exprimitur & ius ſtrictum, & æquitas,non ergo paria ſunt iſta ſtipulationem non eſſe interpoſitam vel interpoſitam relato modo &c.

160 Sexta facti ſpecies eſt † in extraneo qui dotẽ dedit, & eam ſtipulatus eſt ſibi reddi aut cui de iure debebitur. In qua Bar.in ea.l.Caius.ſub nu.5.ff.ſol.mat.ſe ex facto conſultum reſpondiſſe ait, idem iuris eſſe quod in præcedenti facti ſpecie integram ſcilicet actionem mulieris eſſe,& perinde eſſe ac ſi dixerit ſibi aut mulieri, Mulier namque illa eſt cui de iure debet reddi. l.vni.§. Accedit.C.de rei vxor.act.quæ ſententia probatur ab Imo.Alex.Pau.Caſt.in ea.l.Caius,licèt Bar. in fi.in l.pen.& fi.col.C.comm.ut.iud. contrà ſenſerit, cuius rationibus Alex.reſpondit, ſed & Bal.Nouel.in tract.de dote.in 6.part.Priuileg.28. fauorabiliorem mulieri hanc formulam ſtipulationis eſſe putauit quàm ea de qua in ſuperiori facti ſpecie. Quoniam extraneus ſtipulando ſibi aut cui de iure debebitur perinde eſt, ac ſi ſtipulatus eſſet hoc modo ſibi aut mulieri in quantum ſibi de iure deberetur, illud enim relatiuum cui, conditionem ſignificare videtur,id eſt, quatenus alteri perſonæ de iure deberetur quàm ſibi ſi ſimpliciter dotẽ dediſſet ſine alio pacto. argum.l. Stichus qui meus erit.ff.de leg.1.& addit ſe ex facto conſultum ſecundum Bart. ſententiam reſpondiſſe,& eius reſponſum à valentiſſimis Doctoribus Marchiæ probatum fuiſſe,& certè eandem æquitatis defenſionem hæc facti ſpecies habet quàm præcedens, cùm enim alternatiuè ſtipulatio ſit concepta ex ea inducitur obſcuritas.argu.l. Prætor.§. ꝙ autem Prætor ait,ff de iniu.ideo pro dote eſt iudicandum.l. in ambiguis.ff. de iure dot. Relata ergo ſtipulatio cũ habeat ius certum,ſpeciale ac ſingulare ſecundum il-
161 lud: † Ius ſingulare intelligenda eſt & ab illo regulanda, Argu.eius ꝙ dicitur generalem diſpoſitionem comprehẽdere cauſam dotis propter tex. notabilem in l.in fraudem.in §.ſi ff. de milit.teſt.niſi dos in caſu de quo quæritur ſpeciale habeat priuilegium. Tunc enim generalis determinatio nõ porrigitur,vt declarando Saly.in l.ſi.in prin.C.de iur.dot reſpondit Deci.in conſ.5.& conſ.301. & conſ.536 nu.9. & in l.1. ff.de reg.iur.& alibi ſæpè & probat Tiraq.in com.de vt.ret.§.1.gl.14.nu.91.& ſeq.nu.& Cat.Cot.in memo. in ver.Dos habet.Cur.in conſi.27. Magnificus vir in ſecũdo dubio.Goſ.in conſ.197.nu.7.& licèt Neg.improbet in tract.de Pignor.in 8.part. Memb.1.nu.23. Repetẽtes tamen.l.difformari.C. de ing.& manu.videlicet.Cæſar.Cont.in ea parte in qua quæſtiones inſeruit.nu.107.& ſeq. defendit declarationem prædictam.item & Soc.Iun.in conſ.12.num.12.& ſeq.in 2. par.& vide quid ſenſerit Rol. à Val. in quæſtionibus de lucro dotis quæ.105.ſed & addes Bal.in conſ 89. verba inſtrumenti &c.qui cõtrà Bart.ſenſiſſe videtur. Inquit enim iniquum & iuri contrarium videtur, ꝙ prima pars ſtipulationis in qua apparet extraneũ ſibi ſtipulatum inanis ſit,& ſine effectu cùm poſſit parere effectum quãdo potuit ſtipulari,vt in d.§.Accedit & C.de Pac.con.l.ex morte.C.de iur.dot.l.Auia.ff.ſol. mat.l.Quoties,ſed dicta iura locum habent in re clara,at res de qua agitur dubia redditur ex alternatiua, quæ obſcuritas fauorabilẽ cauſam dotis reddit, & ad argumẽtum Baldi quod videtur fortiſſimum nullum verbum adiectum cenſeri ſine virtute operãdi,de quo multa Aym.Crau.in conſil. 135. verba decreti.num 24.& Fel.In cap. Solite de maio.& obed.reſponderi poteſt effectum parere,vt extraneus ex relata ſtipulationis formula adiectus conſtitutus cenſeatur prout in ſuperiori facti ſpecie Barto.& alij relati ſenſerunt, contra quem adiectum ſi eidem ſolui contingat quo remedio conſulatur mulieri, declarãdo legem Caius in vlt.parte dicam diſputando circa ea quæ Bal.Nou. ſcripſit in tract.de dote.par.6.Priuileg.28.

162 Septima facti ſpecies eſt † in extraneo qui dotem dedit ſtipulatuſque eſt ſibi reddi aut mulieri, aut cui de iure debebebitur, qui caſus frequens quidem & quotidianus eſt, in qua Ioan. Imol.in dicta l. Caius ex relata ſententia Cat. in caſibus præcedentibus idem iuris eſſe putauit vt mulieri actio quæratur, & mulier ad obligationem non autem ad ſolutionem adiecta cenſeatur, & ſubiicit relatam ſtipulationem hoc modo à conſuetudine interpretatam quæ eſt optima legum interpres.l. minime.l.ſi de interpretatione.ff.de legat. & cap.cùm dilectus, extrà

de conſuet. & addit de rigore, tamen poſſet dici illa
verba cui de iure debebitur poſſe conuinci in hære-
dibus ſtipulatoris vel aliis ſucceſſoribus vniuerſali-
bus vel etiam ſingularibus via ceſſionis, & hanc ſen-
tentiam quòd mulieri quæratur actio non improbat
Alex.in d.l.Caius.nu.7.& ſanè mihi etiam rationabi-
lis viſa eſt cùm in hac incertitudinis illa ratio etiam
interueniat quæ rem dubiam reddit,&quæ ambigui-
tas in cauſa eſt vt mulieri faueatur.

163 Octaua & vltima facti ſpecies eſt † ſi extraneus qui
dedit dotem ſtipulatus eſt ſibi aut mulieri, ſiue ipſo-
rum hæredibus, vel cui ius & caſus dederit qualiter-
cunque matrimonium diſſoluetur morte vel diuortio
ſine filiis ex eorum corporibus communiter natis nō
perueniētibus ad legitimam ætatem viginti quinque
annorum & in omnem caſum &c. & matrimonium
morte mulieris diſſoluatur relicto filio qui ad ætatē
viginti quinque annorum non peruenerit, in qua fa-
cti ſpecie Bald.ex facto conſultus in conſil.89.vol.
2.reſpondit ſtipulantem adiectum obligationi intel-
ligi non autem ſolutioni,& relatam formulam ſtipu-
lationis interpretandam hoc modo, vt ſi quidem de-
cedat mulier ſine filiis vel cum filiis ad dictam ętatē
non peruenientibus ſtipulator magis ſibi hæredibus-
que ſuis conſuluiſſe cenſeatur,ſi verò prius ſtipulator
deceſſerit ſuperſtite muliere in matrimonio vel ſiue
primum caput verborum quo ſtipulatus eſt ſibi eua-
neſcat & integra ſit actio mulieris, ſed & addit,quòd
ſi ſtipulator ante decederet quàm filiæ mulieris do-
tatæ ius ſtipulationis conditionalis ſtipulator tranſ-
mitteret ad hæredes ſuos. Inſtit.de verbo. oblig.§.ex
conditionali & ideo filiis mulieris mortuis intra vi-
geſimum quintum annum dos reſtituenda eſt filiis,&
hęredibus ſtipulatoris.Mulier ergo & filij eius in pri-
mo gradu eſſe cenſentur,in ſecundo autē gradu quaſi
ſubſtituti ſunt qui dotem dedit & eius hæredes.Quæ
ſubſtitutio in contractibus tranſmittitur vt dictū eſt,
hæc Bald. cuius ſententiæ aduerſari videtur (vt ipſe
etiam animaduertit)doctrina Bartoli in d.l.Caius in
præcedentibus relata,ſed & ait verba illa quia ſibi eſt
ſtipulatus aliquid poſſe,& debere operari. Sed & ad-
des dicta in ſuperioribus locum habere in re dubia
(vt declaraui) at in hac verborum conceptione alia
interueniunt quare à Baldi ſententia non eſſe rece-
dēdum putem. Hic enim ſunt illa verba ſiue ipſorum
hæredibus quæ ſtipulantis animum demonſtrant pro
qua conſideratione facit quod dixi in ſuperiori refe-
rendo Imo. qui conſiderabat illa verba aut cui de iu-
re debebitur. Rurſus notāda ſunt illa vel cui ius & ca-
ſus dederit. Denique & illa ſine filiis ex eorum cor-
poribus natis non peruenientibus &c. Ex quibus re-
moueri videtur illa ambiguitas quæ in cauſa eſt vt in-
diſtinctè ſtipulator mulieri acquiſiuiſſe cēſeatur: Vn-
de vt in ſuperioribus Bartoli ſententiam probaui, ita
in propoſita facti ſpecie vt verba aliquid operentur
à Baldi interpretatione non diſſentio: Quem relatum
apud Bartol.& Alex.ſub falſo tamen numero legi, &
non improbatum,ſed & his addendum eſt,quòd ſi ex-
traneus dotem à ſe datam ſibi reddi ſtipuletur res eſt
extra controuerſiam, vt in l.quoties.ff.ſol. mat.ſi au-
tē ſtipuletur mulieri, clari iuris eſt quòd vtilis actio
acquiratur mulieri vt in d.l. Caius.ff. ſol.matr. quam
exornat Bald.Nouel.in Tract.de dote priuilegio 23.
& ſequen.& ſcripſit Alex.in conſil.13.numer.14.Ex
his quæ in Themate volum.1. quod eſt geminatum
in 4.volum.ſub nume.19.& adde Bald. in l.cum dos.
164 ff.de pact. dot. † Item ſi ſtipuletur extraneus ſibi &
mulieri vtrique pro dimidia quæritur.l.ſi mihi & Ti-
tio.ff.de verbor.oblig.vt per Imol.in d.l.Caius col.
pen.& ex facto conſultus reſpondit Bald.in conſi.lib.
& probat Bald. Noue.in d.Tract.par.6. Priuileg.28.
vbi idem iuris eſſe putauit ſi extraneus ſtipuletur ſi-
bi,& cui de iure debetur,æquipollet enim hæc ſtipu-
latio præcedenti & perinde eſt ac ſi ſtipuletur ſibi &
mulieri,& licèt Bald.in dict.l.fin.C.com.vt.iud.huic
ſententiæ aduerſetur, hæc tamen ſententia probanda
eſt ex his quæ in ſuperioribus dixi,& rationibus Bal-
165 di,relatus Bald.Nouel.non inargutè reſpondit.† De-
nique ſciendum eſt ſi extraneus dedit dotem & ſim-
pliciter ſeu imperſonaliter ſtipuletur ſtipulationem
intelligi vt acquiratur mulieri fauore dotis non ob-
ſtante Reg. legis ſtipulatio iſta.in §. ſi quis ita,& l. ſi
ita ſtipulatus.in §. Criſoganus.ff.de verb.obli.& hæc
fuit ſententia Bart. in d.l. Caius & à frequentioribus
recepta,qui citat.l. Poſt dotem ſecundum 3.interpre.
ff.ſolut.matr.& probauit Camp.in ſuo Tract.de dote
& Bal.Nouel. vbi ſuprà Priuileg.31. & hanc ſenten-
tiam dixit veriſſimam Caſtren.in d.l.Caius.& proba-
tur expreſsè (ni fallor) in d.§.Accedit in illis verbis
ſed ſi non ſpecialiter extraneus dando dotem in ſuam
perſonam dotem ſtiipulatus eſt, vel pactum fecerit,
Tunc præſumatur mulierem ipſam ſtipulationem fe-
166 ciſſe, & paulò inferius legitur: † Niſi expreſsè extra-
neus ſibi dotē reddi pactus fuerit vel ſtipulatus. Ad-
dit idem Bald. Nouel. vbi ſuprà ſi imperſonaliter ex
parte promiſſoris eſſet,puta ſi pater vel extraneus di-
ceret promittuntur tibi marito mille pro dote Titiæ
vel pro matrimonio contracto vel contrahendo cum
Titia,licet ſecundùm iuris regulā hæc promiſſio inu-
tilis videatur ex his quæ habentur in Auth.ſi quando.
C.de conſti.pecu.& in l.fin.ff. ſi cert.pet.tamen ſpe-
ciali fauore dotis defendi poſſit vt eleganter inquit
Paul.Caſtr.in d.l.Caius.

Decimotertiò vt tandem eo reuocetur vnde hûc
declinauit oratio reſtringēda ſeu declaranda eſt Re-
gula in caſu legis pater cùm filiæ.ff. de pactis dot.
167 † cùm pater ſtipulatus eſt ſibi in vita reddi, aut filio
poſt mortem. Tunc enim filius etiam ad obligationē
videtur adiectus vt hæres.& dixi ſuprà in 17.Amplia-
tione.& nota illum text. ad ea quæ habentur † in l.fi.
in §.fin.ff de verb.oblig.& quæ dixi ſuprà in 2.part.
168 ver.Rurſus (vt polliciti ſumus) nu.20.probat etiam
ille text. quòd conditio exiſtens poſt mortem ſtipu-
lantis ſtipulationem puram reddit.

Decimoquartò reſtringenda eſt quando debitor
conſtituit ſe ſoluturum ſoli creditori.l. ſi vero.ff. de
conſti.pec.& dixi in 3.Ampliatione vbi declaraui di-
ctam legem rationem reddendo.

Decimoquintò reſtringenda ſeu verius declaranda
eſt Regula vt non poſſit ſolui Adiecto in caſu notato
inferius in ſeq.par.in 5.q. ſi ſtipulatus ſum mihi, aut
Titio dari,& tu promiſiſti mihi omiſſa perſona adie-
cti & quæ illic habentur hîc erunt transferenda.

169 Decimoſextò declaranda eſt † in vere Adiecto in
ipſa ſtipulatione nam ſi me putem tibi aut Titio pro-
miſiſſe cùm aut neutrum factum ſit,aut Titij perſona
in ſtipulatione comprehenſa non ſit, Titio ſoluero,
non liberor,repetere tamen à Titio potero, quia li-
cet error ſit in facto proprio & quodam modo ſupi-
nus,quia tamen de damno agitur locus eſt repetitio-
ni.l.ſed ſi me putem.ff.de condi.indeb.

Decimoſeptimò reſtringenda videbatur relata Re-
gula in operis.l.ſerulus cum duabus legibus ſequen-
tibus ff.de ope.lib. Sed de hac re vide quæ ſcripſi ſu-
periùs in ſecunda part. circa princip.verſic. Eſt & il-
lud addendum,num.13.

Decimo-

170 Decimooctauò declaranda eſt regula † vbi in ſtiſtipulatione ſumma pecuniarum deducta eſt.& adiectus recepit ſolutionem in moneta non reptoba, & bona ac tali,quã ipſemet ſtipulator recuſare non potuiſſet,cõtra verò ſi in tali moneta quam recipere ſtipulator aſtringi nõ poterat. Tunc enim promiſſor nõ liberatur ſecundùm Io. Fab. Inſti.de inuti.ſtipulat.§. ſi quis alijnum. to. motus Glo.ibidem in verb. contingat. quæ ſententia ſanè rationabilis eſt & multis exemplis poſſet comprobari,quæ cõſultò prætereo.

171 Decimononò declaranda eſt Regula † vt adiecto ſolui poſſit non autẽ pignus dari,quinimo pignus datum teperet promiſſor vt eſt, Tex.clarus in in l.ſi qui promiſit. ff. de pign. Adiecto namque bona obligati non poſſunt,quia cùm eidem nõ quæratur perſonalis nec hypotheca : Hypotheca namque ſine principali ſtare nõ poteſt:obligatio nãque ab Adiecto incipere non poteſt,ſed præcedere debet à perſona ſtipulatoris vt dixit Ang.in ea.l.& in prima part.declaraui.

Denique reſtringi poſſet ea his quæ ſcripſi in relata pat.ſecunda huius Tractatus,quæ breuitatis cauſa non refero.

SVMMÆ PRIMÆ QVÆSTIONIS.

1 *Ciceronis ſententia in lib 1.De Oratore circa iuris ciuilis cognitionem damnatur.*

2 *Adiectus cõſtituitur per alternatiuam* Vel,*nu.2.*

3 *Adiectus an conſtituatur per diſiunctiuam* Seu, *nu.3.& per totam quæſtionem.*

4 *Dictio* Seu, *alternatiua impropria quæ appellatur ſub diſiunctiua & habet naturam copulæ nu.4 & per totam quæſtionem.*

5 *Teſtator ſi legat vxori mundum, ornamenta ſeu quæ eius cauſa parata ſunt, vel vinum quod in vrbe ſeu in portu habet,omnia cenſetur legaſſe ſecus ſi vteretur dictione* Vel.*nu.5.*

6 *Dictio* Seu,*tribus modis accipitur.*

7 *Dictio* Seu , *quæ dicitur ampliare diſpoſitionem intelligitur moderatè tamen ſecundùm Archid.*

8 *Dictio* Seu , *an ampliatiuè accipiatur quando ponitur inter dictiones ſingularis numeri, verbi gratia ſi Teſtator legat equum ſuum nigrum ſeu album alicui.*

9 *Interpretatio ad l.ſi quis ita legauerit.ff. de aur. & arg.leg.nu 9.& ſeq.*

10 *Verba ſecundum ſubiectam materiam interpretanda.*

11 *Interpretatio accipienda eſt ne ruat actus,ſed valeat eo modo quo valere poteſt.*

QVARTA PARS.

PERSÆPE cogitanti mihi de eo quod inquit Cicero de Oratore libr.1.

1 † perfectam artem iuris ciuilis haberi poſſe, magis magnam atque vberẽ, quam difficilem,& obſcuram ſi in genera digeratur. Deinde eorum genera quaſi quædam membra diſpertiantur. Tum propria cuiusq; vis definitione declaretur. Et ſi id per occupationes Ciceroni facere licuiſſet: Non ideo ius noſtrum facilius cognoſci,illuſtrius reddi,in breueq;compẽdium redigi rectè potuiſſe videbatur: Mouet quia omnis definitio in iure noſtro periculoſa eſt. Item comperimus plura eſſe negotia quàm vocabula, & veteres Iuriſcõſultos non ab re vt plurimum ad quæſtiones confugiſſe legimus. Mouet etiam quia ſelecti viri de quibus in l.2. C.de Ver. Iur.enu. ordinem quem cernimus conſtituerunt,eosque Ciceronis ſententiam non ignoraſſe credendum eſt. Nec quiſquam fuit (quod ſciam) qui quod Cicero eſt opinatus,facere ſit auſus,& vidimus clariſſimorum virorum ſummis Azonis, & Hoſtienſis.&. aliorum diligenter & doctè confectis,huic tantæ rei non eſſe conſultum: Vnde ego quæſtiones neceſſarias & in noſtro ciuili iure,& in omni ſcientiarũ genere ſemper putaui : lege ergo , Lector candide, quæſtiones propoſitas quæ quotidianæ ſunt , & ad clariorem cognitionẽ adiecti noſtri valde pertinent.

2 Primò igitur quæro dixi in prima parte † Adiectũ cõſtitui per alternatiuam AVT,Verbi gratia,promittis mihi aut Titio dare decem? quid de diſiunctiua VEL.Num conſtituatur Adiectus ſi quis ſibi vel Titio ſtipuletur , & conſtitui probat text. in l.1.in §.ſi fructuarius.ff.de ſtipul.ſer.vbi Bart.notauit,& idẽ Bart. in l.cum qui ita.in §. Qui ſibi in fin. ſecundæ oppo. vbi & Imo.& Paul.Caſt.probant.ff.de verb.obl.Qui

3 Paul.ſubiecit † idem reſpondendum in qualibet alternatiua, ſeu diſiunctiua. Vnde(vt ait)cõſtitueretur Adiectus ſi quis ſibi ſeu Mæuio decem dari ſtipulatus eſſet, mouit eum text.in dict.§.ſi fructuarius.ſed quoniam dict.§. loquitur in diſiunctiua VEL, meritò ſententia Paul.Caſt.poteſt in dubium reuocari,longa namque videbatur conſtituenda differentia inter

4 dictas dictiones.† Dictio namque SEV, eſt alternatiua impropria, quæ appellatur ſubdiſiunctiua & videtur proximè accedere ad naturam copulæ vt inquit Bart.in ſingulari text ſi quis ita legauerit.ff. de auro & argum. legat. licèt enim diſiungat verba , ſenſum tamen coniungit , vt cùm dicitur Alexander ſiue Paris,citat text cum Glo.in l. ad protegendum.C.de in lit. da. Tut.ff.de mune & hono.l.fin § ſunt munera.

5 vnde cum non ſit ſimplex diſiunctiua,† ſi teſtator legat vxori ſuæ mundum,ornamenta ſeu quæ eius cauſa parauit,vel Titio leget vina quæ in vrbe habet,ſeu in portu,vel vina quæ habet Romæ, ſeu Anconæ,aut libros quos habet Patauij ſeu Bononiæ omnia debentur , vt probatur in dicta lege vbi Iuriſconſultus ait verbum SEV ampliandi legati gratia poſitum eſſe, & probat Bartol. ibidem exploſa ſententia Rog. & eſt Gloſſ.not.in cap.ego Ludouicus 63.diſt.idque receptum eſt à frequentioribus vt patet ex bis quæ Butt.Abb.Imol.Car. & Felin.ſcripſerunt in capit.inter cæteras de reſcript. & hoc teſtatur Dec. ibidem ſub numer. 9. Quòd ſi teſtator vſus eſſet particula VEL, ſiue AVT legando vina quæ habet Bononiæ vel Romæ vtrumque non includeretur. Cum hæ dictiones ſint propriæ diſiunctiuæ ſecundùm Imol. & Felin. ibidem ſub numer.29. & probat prædicta Nico. Euer.in ſua centu loco.49. à natura alternatiuorũ: Nec improbat Alciat.in l.ſæpè.ff.de verb.ſig.vbi ait

ſit quòd particula hæc SEV diſiunctiua duplex, diſiũ-
ctæ coniunctæq́ue vim habere,ſed & Car.Cor.in ſuis
memor.in dictione SEV prædicta probat, & quòd ſit
dictio ampliatiua & addit Deciſ. in conſil.69. Viſis
duobus conſiliis in 4.col.verb.Præterea, & ſecundò;
additq́; & alios & videbis Bald.in conſil.442. Verba
ita dicunt &c.lib.1.& conſ.218.ſtatuto Ciuitatis lib.
6 2.& conſ.466.quidam inſtituit lib.3.† Vbi quòd di-
ctio SEV,tribus modis accipiatur, Alternatiuè , Am-
pliatiuè,& Declaratiuè,& idem Bal.in conſ.179.An-
no Domini in fin.lib.5.& ſcripſit Aym.in conſ.105.
num.6. vbi inquit in re dubia accipi debere amplia-
tiuè aut ſaltem copulatiuè , & loquitur in contractu,
quod nota propter norata à Bart in d.l.ſi quis ita , &
ſcripta à Dec.vbi ſuprà citat Bal.in conſ.proximè re-
lato.Quibus addo Cor.in conſil.18. in præſenti con-
ſultatione &c.col.3.ver. Quinimo volum. 1. qui ait
dictionem SEV,plerunque poni expoſitiuè inter duas
dictiones idem ſignificãtes vt in c.*bone* il 1. de poſtu.
Præla.in fin.in c. in generali in princ. de elect.lib.9.
& in re dubia propriam illam eſſe ſignificationem vt
diſiungat verba & non ſenſum, vt dixit Bart.in Rub.
de Naui.lib.11.& in d. l.ſi quis ita , & idem Corn.in
conſil.198 eod.vol.1: quem refert ac probat Cot.in
relato loco. His addendum eſt quod dixi dictionem
SEV, in legatis ſapere vim copulę & ampliare,duobus
modis reſtringi vt refert Iaſo.in l. cùm quidam.C.de
verb.ſign.Altero ſecundùm Archi.in d.c. ego Ludo-
7 uicus vt intelligatur dictionem † SEV augere ſeu am-
pliare moderatè tamen , ſicut dictio pluris ad modi-
cam ſummam referri ſolet.l.& ſi poſt tres , vbi etiam
Iaſ.notauit.ff. ſi quis caut.l. hæc adiectio.ff. de verb.
ſign. de quo tamen idem Iaſ.ſubdubitauit propter re-
lata exempla paulò ante quæ ſunt Iuriſconſulti in d.l.
ſi quis ita legauerit,quæ exempla certè ſententiã Ar-
chid.dubiam valde reddunt, ſed quia Archi.maxima
eſt authoritas nota , & adde quod Cat.Cot.in relato
loco Archidia refert & non improbat: Altero modo
8 † vbi dictio SEV,inter dictiones pluralis numeri po-
nitur,vt in duobus exemplis in ſuperiori loco propo
ſitis quæ ſunt Iuriſconſulti,ſecus ſi ſingularis:vnde ſi
teſtator legaret alicui equum ſuum album ſeu nigrũ
vnus tantùm deberetur ſecundùm Bald. in d.c. inter
cæteras col. fin . de reſcript. ex eo namque quòd te-
ſtator ſingulari numero eſt vſus apparet vnicum equũ
legare voluiſſe.à numero namque eſt optimum argu-
mentum.l.fin.ff.ad S.C.Trebel.ſed & idem Iaſ addit
periculoſam hãc eſſe limitationem, quam idem Cat.
Cot.probaſſe videtur in relato loco & Mar.Socin.in
d.c. inter cæteras ſcriptum reliquit ſibi liquere non
poſſe nec perſuadere ſi Teſtator legat alicui fundum
Sempronianum,ſeu domum quam inhabitat,vtrum-
que deberi, id namque contra teſtatoris mentem eſ-
ſe putauit , verùm quia idem Mar. eſt interpretatus
9 † dictam.l. ſi quis ita prout ante eum antiquus Glo.
Rog.fecerat , cuius ſententia rectè à Bartolo fuit re-
probata , meritò à Decio notatus fuit.Qui aliam in-
terpretationem filij Bartolomei ſcilicet Socin.retu-
lit in l.is qui ducenta.in §.vtrum.ff. de rebus dub.At-
tulit & ipſe Decius ad d.l. ſi quis ita nouam , & non
incoloratam interpretationem , & eſt talis : Particu-
lam ſeu diſpoſitionem ampliare vbi inter ea quæ con
uenientiam(vt ipſe ait)inter ſe habẽt ponitur & quo-
dammodo idem ſunt,idq́; indicãt exempla relata Iu-
riſconſulti , ſecundùm quæ Iuriſconſulti intentio iu-
dicanda eſt. Nam mundus & ornamenta mulieris nõ
omnino dicuntur diuerſa ab his quæ mulieris cauſa
parata ſunt.l.Argento.§. ornamenta,& §.Mundus.ff.
de aur.& arg.leg.Item vina quæ in vrbe ſunt , & quæ
in portu ſunt quodã modo idem cenſeri debent,cum
de portu idem ſit iudicium quod de vrbe vt notatur
in l.Cæſar.ff.de public.& in c.vbi periculum.§. Por-
rò de elect. cumq; eſſet vinum in portu ad ciuitatem
deſtinatum reputatur eſſe in ciuitate,vt notat Bald.in
l.ex facto proponebatur in fin.ff.de hęre.inſtit.quod
comproba ex ijs quę ſcripſi in tract.de Aſſecu.in glo.
14.nu.4. Vnde concludit ideo euenire vt in d.l.ſi quis
ita dictio,ſeu,ampliatiuè ponatur,quia ponitur inter
ea quæ pro eodem quodam modo habentur,& ſi ali-
ter poneretur videlicet inter diuerſa contra reſpon-
dendum eſſet, vt dictio,ſeu,vim alternatiuæ ſeruaret,
& ſecundùm relatam conſiderationem non inſubti-
lem limitationem Baldi relatam defendit, quia in ea
inter penitus diuerſa adiicitur , & ſanè hæc interpre-
tatio,& rationabilis & non inarguta viſa eſt. Pro qua
interpretatione conſiderabã,& ſi Iuriſconſultus vim
fecit in dictione,ſeu,retulit tamen ſe ad facti ſpecies
propoſitas quaſi dixerit in his quæ ſunt propoſita ver
bum,ſeu,ampliandi legati gratia poſitum eſſe & no-
ta verbũ legati ſcilicet ſupraſcripti. Item & illud ver-
bum poſitũ eſſe,non ergo ratio Iuriſconſulti genera-
lis eſt,ſed ad facta propoſita relata,meritò ad diuerſa
ab eis non eſt porrigenda,quæ cõſiderationes defen-
dunt etiam Baldi ſententiam ſeu limitationem. Nec
eſt nouum Iuriſconſultos reſpõdere ſecũdùm ea quæ
proponuntur. Quibus addes Rot.in vltim.deciſ.cau.
5.Die lunæ.2. in 2.dubio, vbi legitur , hoc verũ cum
ponitur inter genus,& ſpecies, & cõtinens,& cõten-
tum,& ſic propriè loquitur.l.ſi quis ita,& vide omni-
no &c. crebrior tamen eſt ſententia vt retuli. Sed vt
ad rem redeam, nec enim ab re aliquantiſper ſum va-
gatus: Si dictio,ſeu,ampliatiua eſt, vt placet nõnullis
quos retulimus , & præſertim Aym.qui in contractu
loquitur in d.conſ.105.num.6. vel ſaltem copulatiuè
accipitur, ergo adiectus per dictam particulam SEV,
conſtitutus non intelligetur,vt probatur ex his , quæ
in præfationibus huius tractatus ſcripſi. Verùm ego
Pau.Caſt.ſententiam,& veram,& probabilẽ puto qui,
particula,ſeu,diſiunctiua eſt qua cõiungimus ea quo
rum alterum nõ vtrumque affirmamus.l.1.§. ſublata.
ff.ad S.C.Treb.l.cum quidã in ver.Quemadmodum
C.de verb.ſign.l.generali.C. de ſacroſan.eccle.& in-
quit Alciat.in l.ſępe.ff.de verb.ſign.loquens etiam in
particula,ſiue, ꝙ diſiunctiuè non vtrunque requirunt
diſiunctum,ſed alterum tãtummodo,& idem probat
Card.Ruy.in conſil.18.ante numerum vndecimum,
volum.5. de pluribus per ordinem &c. Et in tantum
hæc dictio diſiunctiua eſt vt reddat teſtimonium in-
certum vt Alex.reſpondit in conſ.50.num.11.vol.1.&
licèt loquatur in diſiunctiua, ſiue , de vtraque tamen
dictione idẽ eſt iudicium,vt paulò poſt dicam: Con-
10 firmatur hæc ſententia,quia † verba ſecundùm ſubie-
ctam materiã interpretãda ſunt.l.inſulam.ff.de Præſ.
verb.l.ſi vno in prin.vbi Bart.ff.loca.l. damni infecti
quidam.ff.de dam.infect.c.ſolite de Maio.& obe.vbi
Dd.& plenè Nic.Eue. in ſua centu.loco 46. Dec.&
Hier. Cagn.in Regula quoties idem ſermo.ff.de reg.
iur.& proximè ad rem ſcripſit Alciat. in l. hæc adie-
ctio.ff.de verb.ſign.& ipſa materia cùm quis ſtipula-
tur ſibi ſeu Mæuio, vt Mæuius Adiectus conſtituatur
ſuadet.Mouet etiã quia & ipſa particula AVT, ſubdiſ-
iunctiua appellatur à Iuriſconſulto , vt in exemplis
propoſitis in l.hæc verba.ff. de verb.ſign. Accedit ꝙ
cũ Regula ſit quod alteri ſtipulari nemo poteſt, hæc
11 † ſententia accipienda eſt vt actus eo modo quo vale-
re poteſt magis valeat quã pereat.l.quoties.ff.de reb.
dub.

dub.& ſetipſit Alcia.in Tract. de Præſump.in 2.pat.
reg.1.vet.30.nota Mar.ſing.84.Cat.Cot.in memo.in
verbo ACTVS vbi aliorũ loca. Nam vt dixi in ante.par.
in limitatione nona ei qui inutiliter in ſtipulatione
adiicitur ſolui non poteſt, & ex relatis liquet multa
reſponſa data ad l.ſi quis ita,&illud certè verũ vnumquodque verbum ſecundum ſubiectam materiam intelligendum,&ſi quis dixerit ſecundum communem
interpretationem legem illam in cõtractibus locum
non habere ſed fauore legatorum ad hoc decurſum
eſſe, vt notauit Bart.in d.l.& Imo. & Fel.in relato.c.
inter cæteras forſan non erraret,quod tamen Decius
ibidem ſubtiliter(vt ſolet)damnauit, & ego circa interpretationem dictæ.l. ſi quis ita legauerit ſuperius
relatam in eius ſententiam inclino, ſed illud ſemper
in huiuſmodi quæſtionibus ſpectandum cenſui, vbi
ſcilicet verbum plures habet ſignificationes vt materiam ipſam atque rem quæ in controuerſia deducitur
diligenter inſpiciamus. Concludendum eſt ergo per
dictionem SEV, Adiectum conſtitui, quod idem
Paul.Caſtr.ſenſiſſe videtur, licèt non diſputauerit in
conſil. 36.ſatis clara &c.Par.1.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus conſtituitur per dictionem* Siue *nu.1.*
2 *Legatum factum in hac verba, lego vinum quod habeo in vrbe ſiue in portu vtrunque comprehendit nu.2.& ante.*

1 QVÆRO ſecundò an † adiectus conſtituatur per
dictionem SIVE, verbi gratia, ſi quis ſibi ſiue
Titio ſtipuletur,& ne immorer,bisq; idem repetam.
Huius dictionis,ſiue,idem eſt iudicium quod de dictione SEV, & meritò adiectus conſtituetur.l. ſi ita
quis ſtipuletur.ff.de verb.oblig.l. cùm quidam.ff. de
verb.ſign.& ſenſit Paul.Caſtren.in l eum qui ita.in §.
qui ſibi num.2.ff.de verb. oblig.& facit quod ſcripſit
Soci.Iun.in conſ.41.num.34 par.3.vbi ait hanc particulam alternatiuam inducere veluti Auth.l.hæc verba ille.ff.de verb.ſign.& de qua dictione Bart. in d.l.
ſi quis ita legauerit ff.de Aur. & ar.leg. vnde quæ diximus † de legatis factis per dictionem SEV, locum
2 habent ſi fiant per hanc particulam SIVE,vt in ſuperiori quæſtione dixi, & apparet ex relatis locis ibidem. Quod eſt valde notandum. Nam ſi relata loca
non ſuccurrerent facilè contra reſponderetur, vt inquit Nic Eue.loco 46.à natura alternat. & vide quæ
de hac dictione ſcripſit Curt. in conſil.23. ego quoque ante nu.4.& Socin.I un.in conſil.69. Pro dilucidatione &c.num.22.part.1.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus conſtituitur per particulam* Ve.
2 *Particula* Ve *ſignificatio.*

1 QVÆRO tertiò an † per particulam VE conſtituatur.Adiectus, vtputa, ſi quis ſibi, Titio VE
decem ſtipuletur,& puto,conſtitui,disiunctiua namque eſt hæc particula vt notauit Alciat. in l. ſæpe.ff.
de verb.ſign.& eſt text.in l. Stichum in §. Stichus.ff.
2 de ſtatulib.exponitur † namque pro AVT,vt in l.1.ff.
ad l.Fal.pecul.& apud Ciceronem.1.de legibus quãtam tempeſtas vetuſtáſve conſumpſerat.& idem primo de diuinat. Omnia quæ fiunt futuráve ſunt, & in
edictis Prætorum crebra de hac particula eſt mentio,
& alibi ſæpe.de qua vide quæ Aul.Gel.ſcripſit Noct. 1
Att.lib.5.cap.12.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus non conſtituitur per particulam* Cum *num.1.*
2 *Adiecto per particulam* Cum *non rectè ſoluitur.*
3 *Particula* Cum *Natura relatiuè.*

1 QVÆRO quartò an † per particulam CVM conſtituatur adiectus, verbi gratia, ſtipulatus ſum
mihi cum Titio decem dari,& Imo.in l.eum qui ita.
in §. qui ſibi in prin.ff. de verb.oblig. ſcripſit in hæc
verba. Nota quando quis dicatur adiectus ad obligationem vel ſolutionem:Quia quando ſtipulator facit
mentionem de perſona ſua & de alia per dictionem
AVT,dicitur tertius adiectus ad ſolutionem,idẽ ſi per
dictionem VEL,ſecus ſi cum dictione ET, vt in principio legis, idẽ ſi cum dictione cum arg.l. Titiæ textores.§.1.ff.de leg.1.Item ſecus ſi perſona ſtipulatoris non exprimatur, quæ verba dubia ſunt, ſed cum
Dd. intelligendi ſint ſecũdùm leges quas citant, mẽs
Imol.ea videtur eſſe, vt non conſtituatur, particula
namque cum ad perſonas relata coniunctiua eſt, à dictione & non differt, vt probatur in d.§.& in l.ſi quis
inquilinos.§.ſi ita legatũ eo.ti.de leg.1.facit.§ ſi quis
ancillas.Inſt.de leg.l.illi cum illo.de vſuf. leg ſi ergo
perinde eſt ac ſi quis ſibi & Titio ſtipuletur locus erit.
l.ſi mihi & Titio.ff. de verb.oblig. & his quæ ſcripſit
Iaſ.in d §.qui ſibi nu.3. & plenius his quæ ſcripſimus
in præfationibus huius tractatus,& ex præmiſſis illud
2 ſequitur huic inutiliter ad obligationẽ † adiecto ſolui
non poſſe etiam ratione taciti mandati vt ſenſit Bal.
in l.ſi ita ſtipulatus.in §.Criſoganus.vbi Iaſ.ſub num.
32.ff de verb.oblig. & dixi plenius in antep par.ver.
Nono reſtringenda.quæ comprobantur, quia particula,cum,coniunctiua eſt, vt in l. Titiæ Textores in
§.1.de leg.1.Soci.Iun.in conſ.41. in fin.& conſ.8.nu.
3 29.vol.3.quæ † an differat à copula,& de eius natura
ſcripſit Bart.in d.§.vbi alij & maximè Iaſ.& Bart.in l.
ſi cui fundum.ff.de fun.inſt.Glo.in l.2. C.de verbor.
ſign & tractat Abb.in c.cum marte, nu.3.de Celeb.
miſ.& apud eum notatur Raph.Com.in conſil.55 &
conſil.61.Petrus hæres,& de hac particula recentiores in Tracta.de temp.vti.& cont.c.vlt.num.20.

SVMMARIVM.

1 *Stipulanti dari ſibi aut Titio ſi ſimpliciter reſpondeatur perſona Titij adiecta cenſetur.*
2 *Stipulanti ſibi aut Titio dari ſi reſpondeatur promitto tibi perſona Titij non cenſetur adiecta & ſententia Aretini damnatur.*
3 *Interpretatio ad l. ſi ita ſtipulatus ſim mihi aut Titio ff.de ſolut.*
4 *Poſterior obligatio ſimpliciter contracta intelligitur ſecundùm limites, & qualitates eius à quo oritur.*
5 *Contrahentes præſumuntur in eadem voluntate durare.*
6 *Interpretatio ſeu declaratio ad l. fin.in § ſi ita ſtipulatus fuero,& ſcripta à Bar & Doct.ibidem.ff.de verb.oblig.*
7 *Alternatiua inter perſonas in ſtipulatione ſi concepta ſit vna omiſſa non vitiatur ſtipulatio: Secus inter res & de ratione.*

Quæro

1 QVæro quintò † ſtipulatus ſum in hæc verba, Promittis mihi aut Titio dare decem, ſimpliciter mihi reſpondiſti promitto: Num perſona Titij adiecta cenſeatur repetita & intelligi repetitam receptum eſt, vt per Bart. & alios. in l. fin. in §. ſi ita ſtipulatus fuero. ff. de verb. oblig. & probatur ex regula. l. ſi defenſor. in §. qui interrogatus. ff. de interro. act. & in §. Præterea. Inſtitut. de inuti. ſtipul. ſed finge me
2 ſtipulatum à te in relata verba, Promittis † mihi aut Titio dare decem, & te reſpondiſſe promitto tibi: Num perſona adiecti intelligatur? & negant Bart. & plerique vbi ſupra citant Inſtit. de duobus reis circa princ. coniuncta l. Duos reos in verb. ſed ſi à duobus. ff. de duobus reis, quam legem Dominus Io. Ronchegallus eleganter interpretatus eſt, & in duabus dictionibus reſtituit vt in Pandectis verè legitur, verùm Franc. Aret. in eod. §. ſi ita ſtipulatus putabat ſtipulationem huiuſmodi & in adiecto intelligi. Quoniam qui promittit ſoluere ſtipulatori ſoluẽdo adiecto qui recipit nomine ſtipulatoris videtur ſoluere ipſi ſtipulatori, maximè ſi habet mandatum. Item mouit eum. l. ſi tibi in §. fin. cum legibus ſequen. & l. & hæredi. ff. de pact. vbi dictio, ſibi, quæ (vt ipſe ait) perſonalitatem in paciſcente ſignificat, non excludit eum qui ſi conueniatur paciſcentis perſonam refert item. l. ſi ita. in §. ſi filio. ff. de bon. poſ. ſecundùm tab. Sed me prædicta & relata iura non mouent, procedunt namque ex iuris diſpoſitione ratione perſonarũ ſubiectarum, & quia perſona hæredis iuris fictione refert perſonam defuncti, vt in auth. de iur. à mor. præſ. & ſcripſit Cat. Cot. in memo. in verbo hæres. Cogitanti tamen mihi duo occurrebant ex quibus Bart. & aliorum ſententia in dubium reuocari poſſe videbatur. Alterum eſt ex eodem met. §. ſi ita ſtipulatus fuero, vbi ſi ſtipulatus fuero mihi aut Titio, & tu mihi daturum te ſpondeas, inquit Iuriſconſultus ſecundùm omnium opinionem ad interrogatum te reſpondere, ſed in interrogatione Titius adiectus nominatur, conſequẽter eius perſona repetita cenſeri debet: Reſponderi tamen poſſet ad interrogatum te reſpõdiſſe quoad ſubſtantiam & effectum obligationis, non autem quoad perſonam Titij, quæ fuit omiſſa, & hoc reſponſum confirmatur ex infra dicẽdis. Alterum eſt quia ſententiæ Barto. & communi valde aduerſari vi-
3 debatur text. in l. † ſi ita ſtipulatus ſim mihi aut Titio. ff. de ſolut. legitur namque ibi quod ſi ſtipulatus ſim mihi aut Titio dari, & debitor conſtituerit ſe mihi ſoluturum: Quamuis mihi competat de conſtitura actio. poteſt adhuc adiecto ſoluere, eſt ergo ibi caſus apertus quòd perſona adiecti cenſetur repetita vbi debitor creditori ſe ſoluere conſtituerit. Cogitabam text. poſſe hoc modo euitari, præceſſerat namque in
4 ea lege obligatio, † in qua adiectus erat conſtitutus, non eſt ergo mirandum ſi conſtituens debitor ſe creditori poſtea ſoluere & adiecto poſſit ſoluere, quia poſterior obligatio ſimpliciter contracta intelligitur ſecundùm limites & qualitates eius à qua oritur. & hãc rationem Bald. in eadem lege reddidit. & vide
5 quæ ſcripſi in ante. part. ver. tertio Amplianda † præſumendum eſt enim contrahentes in eadem voluntate durare voluiſſe. l. eum qui voluntatem. ff. de proba. l. Cum hîc ſtatus in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. c. maiores de Bapt. & facit ad confirmationem reſponſi dati quod ſcripſit Bart. in l. Caio. ff. de Alimen. & Cib. leg. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. ſecunda. ver. Decimoſexto Bart. in l. fin. in §. Idem quęſijt. ff. de conſtit. indeb. At in relato caſu non eſt ita,
6 & ratio reddi poteſt † ex mente Alber. in dict. §. ſi ita ſtipulatus: Quia vbi perſona Titij omittitur ſtipulatio non accipit formã iuxta l. verò. ff. de ſolut. & vnus ex contrahentibus ſine alio non poteſt contractibus formam ſeu conditionem dare. l. in conuentionalibus. ff. de verb. oblig. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depo. Vera eſt ergo Bart. & aliorum ſententia perſonam adiecti repetitam in propoſita quæſtione non intelligi, quæ ex præmiſſis probatur & in d. l. duos reos, & ex regula. l. ſi ita ſtipulatus. in §. Criſoganus. ff. de verb. obli. quòd perſona extrinſecus non ſubintelligitur vnde ſequitur non vitiari ſtipulationem ſi perſona adiecti
7 non † fuerit expreſſa in reſponſione ſed in interrogatione, quia alternatiua eſt inter perſonas. Contra verò ſi eſſet inter res. l. inter ſtipulantem. §. ſtipulante. ff. de verborum obligat. Cuius rei illa ratio redditur ab Alb. & Imo. poſt Accur. in d. §. quia in obligatione alternatiua rerum vtraque res ad obligationem ponitur non ad ſolutionem. l. ſi duo rei in fi. ff. de verbor. oblig. & ideo ſi in vna reſpondetur, & non in alia eſt diuerſitas qualitatis inter ſtipulantem, & reſpondentem cum detrahatur obligationi, & ideo vitiatur ſtipulatio. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter verſic. cùm adiicitur. ff. de verb. oblig. ſed quando adiicitur inter perſonas vtraque perſona non adiicitur ad obligationẽ, ſed vna ad obligationem, alia ad ſolutionem. l. eum qui ita. in §. qui ſibi eod. tit. & conſequenter non eſt diuerſitas in obligationis ſubſtantia. Accedit (vt non ſemel dixi) adiectus non eſt de acceſſoriis obligationis.

SVMMARIVM.

1 *Adiecto nominato in interrogatione, & omiſſo in reſponſione an ſolui poſſit ſubtiliter diſputatur & Imol. & Aret. ſententia damnatur. num. 1. & per totam quæſtionem.*

2 *Argumentum à partibus enumeratis validum.*

3 *Adiecto inutiliter in ſtipulatione ſolui non poteſt etiam ratione taciti mandati.*

QVæro ſextò dixi in ſuperiori quæſtione ſi ſtipulatus ſim mihi & Titio & ſpondeas mihi
1 perſonam Titij adiecti repetitam non intelligi: † An autem huic nominato in interrogatione & omiſſo in reſponſo ſolui poterit: Imo. in dict. §. ſi ita ſtipulatus tentauit dicere, licèt hoc caſu adiecto inuito ſtipulatore ſolui non poſſit ex eo quòd ipſius perſona repetita non intelligitur, tamen ſi à ſtipulatore nõ prohibeatur ſolui rectè poterit, & continget liberatio quia ſtipulatorem contentum fuiſſe ex ſtipulationis forma demonſtratur, ſubditque cogitandum cùm à doctoribus tractatum non legerit, cuius ſententiam Aretin. in eo. §. probauit, mouit eum text. ſingularis ſecundùm Bart. ibi in l. ſi cùm Cornelius. ff. de ſolut. vbi probatur quando adiectio perſonæ fuit inutiliter facta illa adiectio reſoluitur in ſimplex mandatum, & ſubdit non obſtare quòd licèt in dicta lege adiectio inutilis eſſet, concurrebat tamen voluntas debitoris & creditoris in perſona adiecti quod non eſt in propoſito caſu. Nam mandatum ſat eſt à ſola voluntate creditoris proficiſcatur. ſufficit ergo voluntas ſtipulatoris demonſtrata ex interrogatione. Item mouit eum, quod Bartol. & alij ſcripſerunt in l. 1. ff. de pact. Deinde Aret. in dubium reuocat propter text. not. in l. 3. C. de cont. & commun. ſtipul. vbi videtur caſus in cõtrarium. Quem text. ait Baldum notaſſe & ſubiecit ſe cras

ſe cras dicturum aliquid in ea l.in §. cum mihi nu. 9. vbi eandem ſententiam comprobat, verùm vt & meã ſententiam interponam: Huic adiecto omiſſo puto non rectè ſolui poſſe. Quoniam hæc ſtipulatio certã formam hanc non accepit.l. vero Procuratori.ff.de ſolut. Item vnus ex contrahentibus ſine alio non poteſt date ſoroiam contractui.l.1.in §.ſi conueniat. ff. de po. cùm ergo Titius ſit omiſſus ſequitur eidẽ ſolui non poſſe, & dictis rationibus in hanc ſententiam inclinaſſe videtur Alb.in d.§.ſi ita ſtipulatus, quẽ miratus ſum à prædictis Imo.& Aret.non referri,& qui Alb.conſiderauit Glo.ibidem in verbo ſoluitur & ait ſeferendo Dyn. primam ſolutionem veriorem. ſed hæc ſententia probari poteſt à partibus enumeratis.
a † Argumentum namque à partium enumeratione,& frequens,& bonum eſt.l.Patre furioſo vbi Bar.& alij. ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Inſtit.de oblig. quæ ex quaſi cont.in ptin.& de oblig. quæ ex quaſi male. vbi Aug.c.cum dilectus vbi Abb.de iure pat.ca.ſi vir de cogna.ſpirit.& ſcripſit plenè Nic.Euer.in ſuo lib. cuius titulus eſt centum mudi arg.loco 51.Nam aut adiectus eſt cõmodo promiſſoris, aut creditoris, aut proprio,vt dixi in prima part. deſcribendo adiectum ſi commodo ſtipulatoris, non fuit acceptum per ipſum promiſſorem,omittendo perſonam Titij vt probant Dd.ſi commodo promiſſoris,tantundem & ſibi imputet promiſſor quòd adiectũ omiſerit relato modo. De tertio caſu idem euenit & hic non cõuenit diſputare. & pro relata ſententia, quam & veram & ex mente Dd.eſſe puto videtur tex.in l.vero procuratori ff.de ſolut.in illis verbis,interdũ tamen & non procuratori rectè ſoluitur vtputa ei cuius ſtipulationi nomen inſertum eſt,veluti ſi quis ſtipuletur ſibi aut Titio, requiritur ergo nomen Titij adiecti expreſſe inſeratur,vel virtualiter habeatur pro expreſſo vt in caſu paulo ante relato. Quando quis ſtipulatus eſt ſibi aut Titio decem dari,& ſimpliciter promittitur quia reſponſum ad interrogatum datum cenſetur. Rurſus hæc ſententia probari videtur in l.ſed etſi me putem. ff.de cõd.indeb.in illis verbis aut Titij perſona in ſtipulatione cõprehenſa non ſit. Denique probatur hæc ſententia ex his quæ ſcripſit Bal.in l.ſi ita ſtipulatus in §.Criſoganus ff.de verbo.oblig.vbi motus verbis Iu-
3 riſcõſulti in eod.§.in verſiculo planè,ait,ei † qui inutiliter in ſtipulatione adiicitur ſolui non poſſe,& ſubdit non poſſe etiam ſolui ratione taciti mandari,& dixit eſſe caſum vnicum in iure in d.l.ſi cùm Cornelius. ff.de ſol.& ſententiam Bald probauit Iaſ. ibidem ſub num.31.Nec mouere debent quę ſubtiliter(vt ſolet) Aret.ſcripſit,Nam præter ea quę dixi lex ſi cùm Cornelius locum habet.Quando promittis mihi te daturum alteri id quod erat ante meum vel mihi debitũ, Tunc illum procuratorem videor conſtituere, quia ipſum ſuper negotio meo adhibui, contra vero vbi perſona Titij intereretur quando res ante mea non erat,vel mihi debita, & ita declarat Bart.& poſt eum Iaſ.in l.1.in fin. ff. de pact. & idem Bar.in l.ſtipulatio iſta.in §.alteri nu. 3 ff.de verb. obl. & longa eſt differẽtia inter adiectum & illum de quo in l. ſi cum Cornelius, de quo etiam in ſequen.quæſtione dicã,& alibi in hoc tractatu ſcripſi,& ex his hanc ſententiam & rationabilem puto,& poſſe defendi,& patent reſponſa aliis ab Aretino relatis.

S V M M A R I V M,

1 *Stipulanti ſibi aut Titio ſi reſpondeatur promitto Titio abſenti an teneat ſtipulatio. numero 1.& per totam quæſtionem.*

2 *Verbum promitto requirit perſonam promittentis,perſonam cui promittitur,& rem quæ promittitur.*

3 *Stipulatio hoc modo concepta, promittis mihi quòd dabis Titio valet,ſed an habeat effectũ. ſub.nu.3.deinceps.*

4 *Procurator cenſetur à me Titius conſtitutus ſi tu promiſeris mihi te daturum eidem quod meũ erat,vel mihi debitũ,vbi declaratur l. ſi cùm Cornelius, & ſi differentia conſtituitur inter hunc & adiectum.*

5 *Stipulatio de dando alteri dicitur nulla ſi nõ interſit vel intereſſe ſuperuenit quod locum non habet quando ſtipulatur quis quod ei debetur vel ſuum eſt dari alteri.*

6 *Donatario ſequenti,& ſic ſecũdo acquiritur vtilis actio ſine aliqua ceſſione ex pacto inito inter donantem & donatarium.*

7 *Interpretatio ad l.quoties.C.de don.quæ ſub modo relatiuè.*

8 *Stipulatus ſi quis fuerit meo nomine centum ſibi à Titio dari à me rectè Titius liberetur.*

9 *Aſſecurationes quæ fiunt per aliquem nomine alicuius an teneant.*

1 QVæro ſeptimò contrà † ſtipulatus ſum mihi aut Titio decem dari, Tu verò reſpondendo promiſiſti Titio abſenti. Pro declaratione propoſitæ quæſtionis,vtque quotidiana hęc materia magis eluceſcat, bene eſt referre Bartolum ad verbum in l.1.ff.de pac.is enim auriga eſt optimus,ſcripſit ergo Bar.in hæc verba:ſciẽdum eſt à maioribus noſtris traditam eſſe regulam quod quæcunque gerimus niſi in perſona noſtra ſumant initium inutilem actum ef-
2 ficiunt.l.quæcunque.ff.de act.& obl. Item † verbum promitto vt aliquid(vt ipſe loquitur) importet, requirit perſonam promittentis, perſonam cui promittitur,& rem quæ promittitur.iſte ergo actus promiſſionis totalis in quacunque parte ſi ex noſtra perſona initium non ſumat inutilem actum efficit. Si ergo ego dicerem Titius promittit, nihil valet. Item ſi diceres mihi,quòd tu promittis Titio nõ valet niſi mihi promittas quod Titio dabis.l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis inſulam.& ibi notatur.ff.de verb.obl.& d.l.quęcunque.
3 ff. de act. & oblig. ſed † quando tu promittis mihi quòd dabis Titio actus totus in perſona noſtra initiũ ſumit licet terminetur in perſona Tertij, promittis enim quòd dabis Titio, & ideo iſto caſu pactũ eſt licet quandoque habeat effectum quandoque non. Vides igitur quòd validum eſt pactum,ſed an habeat effectum videamus, & ſi quidem mea intereſt quòd illi tertio detur valet ſine dubio.l.ſtipulatio iſta.§.Alteri & §.ſi quis inſulam.ff. de ver.obl.ſi mea non intereſt, videtur quod non habeat effectum ab initio,ſed dicitur eſſe pactũ,quia ſuperueniente intereſſe confirmabitur.arg.l.quamuis in §.ſi mulier.ff ad S.C. Vell. & l.Stichum in §.aliquando. ff. de ſol.& notat gl.in l. ſi remunerandi. §.ſi tibi, in gl.ſuper verbo intererat.ff. mand.glo.& Cyn.in l.pacto ſucceſſorum.C.de pact.
4 ſed contra quia ſemper videtur mea intereſſe, † nam ſi tu promittis mihi quod dabis Titio perinde eſt, ac ſi

facerem Titium meum procuratorem ad recipiendũ, & poſſum poſtea Titium prohibere ſicut procuratorem meum. caſus eſt notabilis. in l. ſi cum Cornelius. ff. de ſol. reſp. illud verum quãdo tu promittis mihi te daturum alteri id quod ante erat meum vel mihi debitum, tunc videor illum adhibere tanquam meum procuratorẽ, quia adhibeo ſuper negotio meo, ſed quando tu promittis mihi te daturum Titio id quod nõ eſt meum neque mihi debitum, nõ poteſt dici quod ille ſit meus procurator vel negotiorũ geſtor, & ideo hęc ſtipulatio nõ valet niſi ſuperueniat intereſſe dicto §. ſi quis inſulam, hæc ille. Ex quibus propoſitæ quæſtioni reſponſum patet, inutilem, ſcilicet eſſe ſtipulationẽ & Titio ſolui non poſſe, & quod ſit inutilis ſtipulatio probatur in l. 3. C. de contr. & com. ſtipul. & probant Ang. Paul. Caſtr. Alex. & Iaſ. ſcripta à Bar. in d. l. 1. ff. de pact. qui regulam conſtituerunt quòd vbi verba obligatiua & executiua conferuntur in tertium: verbi gratia, promittis Titio quòd dabis ei nõ valet promiſſio, etiam ſi mea interſit dari Titio, vt per gloſ. in l. ſtipulatio iſta. in §. ſi quis inſulam. in ver. fieri, cuius rei illa ratio redditur, quia deficit forma ſtipulationis, quæ eſt quòd ſtipulatio & conuentio neceſſe eſt initiũ ſumat in perſonis contrahentium d. l. quæcunque, & ait relatus Bar. Inter me namque & te nullum negotium cõtrahitur, nec etiam inter te & illum, & hoc receptũ eſt exploſa ſententia gloſ. in d. l. quæcunque, quod reſtringitur à gloſ. in d. §. ſi quis inſulam. in verſi. fieri in tutore, curatore furioſi & actore vniuerſitatis, & prout in ea: item niſi paciſcens ſit nuncius. l. & licet. ff. de conſtit. pecun. Quibus addendum eſt quod eleganter ſcripſit Bald. Nouel. in tract. de dote. par. 6. in 23. Priuilegio. is enim diſputando & interpretando legem. Gaius. ff. ſol. matr. ait ſi extraneus dotem ſtipulatur in hæc verba: Promittis mulieri abſenti dotem iſtã ſibi reſtituere ſoluto matrimonio nihil ageretur, quia plura ſingularia contra iuris regulas cõcurrerent, Quòd alteri quis poſſet ſtipulari. Quòd per liberam perſonam ſine ceſſione quæratur, & contra regulam dictæ legis quæcunque: ſed & addit ex lege Vnica. C. de rei vxo. hodie fingeretur ſtipulatio, quia ſi fingitur vbi non eſt interpoſita eodem modo vbi inutiliter interpoſita eſt eam euaneſcere nõ oportet, vt dicitur in d. l. & refert Alcia. Reſp. c. lib. 8. tom. 3. in quo (ni fallor) lapſus valde eſt, cum putauerit. §. Accedit in ead. l. vni procedere quando verè numerata eſt pecunia ab aliquo extraneo: quia videtur donare. locum namque habet tam in dote data quàm promiſſa, vt verba textus indicant, quæ talia ſunt, imo magis in huiuſmodi dotibus quæ ab extraneis dantur vel promittuntur ipſa mulier feciſſe videatur tacitam ſtipulationem, niſi expreſſe extraneus dotem ſibi reddi pactus fuerit. & cõſidera reſponſum Alciati, ſed vt vnde diuerterã redeã: nõ omitto quod ſcripſit etiã plenius Raph. in d. l. 1. ff. de pact. qui ſubdit vbi verba obligatiua cõferuntur in perſona paciſcẽtis, ſed executiua in perſona Titij, verbi gratia promittis mihi quòd dabis Titio centum valere pactum ſeu ſtipulationẽ ſi interſit mea. Hoc amplius ſi tempore ſtipulationis † non interſit, ſed ſuper-
5 ueniat poſtea intereſſe, vt puta ſi ego ei ſuccedam, cui & eius hæredibus pactus ſtipulatúſue ſim tunc ſtipulatio valeat, quod & Bart. ait, & à frequentioribus eſt receptum, vt per Docto. in relatis locis, quibus adde Dec. in regula quo tutela. in §. nec paciſcendo. ff. de regul. iur. Et ex his quæ referendo Barto. dixi eleganter quidem reſtringitur, quod paulò ante retuli paciſcentem ſeu ſtipulantem alteri nihil agere, & quo ad ſtipulãtis cõmodum & tertij, niſi interſit, ſeu intereſſe ſuperueniat. non enim locum habet, quando quis ſtipuletur dari vel fieri, quod ſtipulantis eſt vel ei debetur, ſed cum dari vel fieri in ſtipulatione deducitur, ꝙ ſtipulantis non eſt nec ei debetur, vnde ſi ſtipuler in hæc verba: Centũ quæ mihi debes, promittis Cornelio dare, hoc facit ſtipulatio quod ſimplex mandatũ, quia Cornelius cẽſetur cõſtitutus procurator ad exigendum, vnde ei rectè ſolui poteſt, nec inutilis eſt ſtipulatio d. l. ſi cum Cornelius: ſed inter adiectũ, & perſonã huiuſmodi hoc intereſt, quia huic me inuito ſolui nõ poteſt, adiecto vero & me inuito rectè ſoluitur. l. aliud. ff. de ſolu. & hæc ſanè crebrior eſt ſententia cũ legum verticibus placuerit Bart. Angel. Paul. Rapha. Alex. & Iaſ. in d. l. 1. ff. de pact. reiecta ſententia gloſſ. ibidem in ver. in diem, quæ notanda ſunt tanquã quotidiana inter mercatores, & placet etiã referre quod ex facto cõſulto placuit eidem Bart. in conſi. 81. Gellus &c. qui reſpondit cum Gellus cõfeſſus fuiſſet habuiſſe trecenta à maſſa quadam, & eidem maſſæ per ſtipulationẽ promiſiſſet ſi contingeret ſe præmori Cellæ vxori ſuæ dicta trecenta reddere ſtipulationẽ defendi poſſe. Quia verba ſtipulationis fuerunt collata in perſonã maſſæ ſtipulantis, & verbum ſolutionis in perſonã Cellæ ſuper re & pecunia ipſius ſtipulantis, vtilis ergo actio Cellæ quæſita fuit citat l. pu-
6 blia in prin. ff. depo. † l. quoties. C. de dona. quæ ſub
7 modo vbi eſt tex. ſingularis † ex pacto inito inter donantẽ, & donatarium acquiri vtilem actionẽ ſequenti donatario ſine aliqua ceſſione. Verbi gratia, ſi tibi donaui vt poſt tempus id quod donatum eſt Titio reſtituatur, huic Titio competit vtilis actio, potuit nãque donans rei ſuæ legem adiicere, & quia caſus ille frequenter contingit ad interpretationẽ illius legis placet hæc loca annotare Deci. in conſ. 239. nu. 7. And. Tiraq. in com. de vtroque ret. §. 1. gl. 14. Socin. in cõſi. 236. lib. 2. Bal. in cõſ. 315. lib 3. & tractat idem Tiraq. in tract. conſti in ſecunda par. Ampliat. 28. Addo & Bal. in conſ. 383. libr. 2. vbi quærit an poſſit reuocari in præiudicium eius cui poſt certum tempus acquiritur, de quo idem And. Tiraq. in tracta. primog. q. 8. vbi putauit poſſe, ſed videndus eſt Dec. in relato conſilio, & quæ nouiſſimè ſcripſit Didar. à Coua. variarũ reſolut. lib. 1. c. 14. in prin. & nu. 7. Iac. Phil. conclu. 36. lib. 5. & Iul. Clar. ſententiarum lib. 4. q. 13. verſi. difficultas eſt &c. ſed vt ad Bartoli reſponſum redeam, citat etiam l penultim. ad exhi. Guig. in l. certi conditioni. in § ſi nummos. ff. ſi cert. pet. defendit etiã quia inſtrumentum continebat præceptum quarantigiæ quẽ alios referendo probat Socin. Iun. in conſi. 131. Iã annus eſt vol. 3. & qui in facto mercatorũ reſpondit. Hic etiam ſubiungi poteſt quæſtio quotidiana à Bar.
8 tractata in conſ. 192. ſtipulatus &c. † De eo qui meo nomine à Titio centum ſibi ex cauſa eſt ſtipulatus, & ego debitorem liberauerim, an liberatio teneat, ita ꝙ ſecurus ſit debitor, & reſpondit, ſiquidem meo nomine ſtipulatus ſit in illis caſibus, in quibus alteri acquiritur actio ſine ceſſione, & abſque dubio liberare potuerim, ille enim qui habet vtiles liberat. l. ſi cum emptore in prin. ff. de pact. Quia habens directas eo inuito agere non poteſt ff. de procur. l. ſi Procurator meus, & idem iuris eſſe putat ſi verſemur in caſibus in quibus mihi ſine ceſſione nõ acquiritur ita vt debitori exceptio doli cõpetat l. mulier bona in fi. alias eſt. l. ſi mulier. ff. de iure dot. Quod Bart. reſponſum declarat idẽ Socin. Iun. in relato loco locũ habere quãdo quis ſtipuletur, vt procurator, & nomine alterius ſeu eius mãdato, & vide in d. cõſ. 131. ſub n. 12. vol. 3. & quid ſenſerit Lud. Ro. in cõſ. 441. Præſens inſtrumẽtum &c.

lum &c.& ex prædictis ſoluitur illa quæſtio frequens inter mercatores.ſolēt namque mercatores ſibi tuto-
9 ac diligēter cōſulere ſeu prouidere ſiue munire,† finge igitur ſecundùm vſitatā & vulgarem formulā aſſecurationem(quam vocant)eſſe factam,quia me ſecurū feceris pro mille pro mercibus oneratis ſeu onerādis in ciuitate Cōſtātinopolitana, & exportādis nauigio ad portum Anconæ ad me ſpectantibus,vel alios quoſcunque ad quos pertinere conſtiterit,de qua tamē re verba longius feci in tractat.de Aſſecurationibus,in gloſ.10.cuius initium eſt Attinente,&c.

SVMMARIVM.

1 *Obligans ſe chirographo ad certam ſummam,& promittens eidem ſoluere ſeu ei qui chirographum exhibuerit an qui ipſum exhibet dicatur adiectus.nu.1.& per totam quæſt.*

2 *Donans inſtrumentum & tradens in quo continetur emptio fundi,ipſum fundum donare videtur & tradere.*

3 *Interpretatio ad l.1.C. de donat.nu.3.& ſequen.*

4 *Mercator vendens menſam ſuam,& tradens inſtrumenta nominum debitorum vel libros dominium tranſtuliſſe cenſetur.*

5 *Tradens inſtrumenta continentia ius tradentis animo donandi, ex titulo etiam actiones ſibi ex eis competentes ceſſiſſe videtur.*

6 *Inſtrumēta ſi reperiantur penes aliquē,& probetur traditio facta à domino,& non conſtat de animo donādi is procurator cōſtitutus cēſetur.*

7 *Interpretatio ad l.ſi.C.de pact.conuen.*

8 *Inſtrumentum habens & illud exhibens etiam ſi non probet ſibi à domino traditum admittitur,qui exhibet cum cautione de rato.*

9 *Inſtrumentum exhibens etiam ſi non probet ſibi à domino traditum, admittitur ſine cautione de rato vbi eſt clauſula de ſoluendo ei qui exhibuerit.nu.9 & ſeq.*

10 *Exhibens inſtrumentum mandati præſumitur ille qui eſt nominatus in eo ſi venerit ex longinquis partibus.*

11 *Chirographum producens in quo eſt clauſula de ſoluēdo ei qui exhibuerit admittitur ſine cautione de rato niſi ſit domeſticus:nu. 11.& ſeq.*

12 *Inſtrumentum debiti ſi reperiatur abolitum penes debitorem præſumitur ſolutum niſi debitor ſit domeſticus.*

13 *Mercator abſuturus ſi dimiſit inſtrumēta penes amicum mercatores non cenſetur ceſſiſſe ſeu procuratorem illum conſtituiſſe,contrà vero in chirographo habente clauſulam de ſoluendo ei qui exhibuerit.*

1 QVæro octauo,† ſolent mercatores ſe debitores conſtituere in hæc verba.Lucius Titius obligauit ſe Mæuio ad mille ex cauſa mercium habitarum ſoluereque promiſit Calendis Februariis eidem Mæuio, ſeu ei qui chirographum exhibuerit &(vt ipſi dicunt) *a chi il preſentarà.* Finge modo Semproniū habere chirographum,& exhibere. Num adiectus conſtitutus cenſeatur,ſeu magis ius agēdi Sempronio cōpetat?quæſtio hæc,& quotidiana,& vtilis eſt valde,in qua prima fronte reſpondendum videbatur adiectum Sempronium conſtitutum,relato namque modo cōſtituitur,vt inquit Accurſ.in l.ſtipulatio iſta in §.eum qui ita.in ver.credendum.ff.de verbor.oblig. Alex.in conſ.95.nu.1.vol.3.& dixi in prima par. Vnde ſequitur hunc petitionem non habere l. ſi filiuſfamilias in fin.ff.de conſt pecu.glo.in § plane.Inſtit.de inut.ſtipul.& l.ſi in §.fin.ff.de verb.oblig.& dixi vbi ſuprà,& ſi concedamus adiectum ſequuntur omnia,quæ in relato loco habētur de iure adiecti.Contra verò occur-
2 rit ſing.tex.in l.1.C.de donat.Vbi probatur† ſi dono tibi inſtrumentum in quo continetur emptio Stichi, ſeu fundi Corneliani, ipſum fundum donare videor, & tradere, ex traditione namque inſtrumēti etiā fundi poſſeſſio tradita cenſetur. Quæ lex ſecundū Guig. de Cun.in l.licet.C.de acquir.poſſeſſ.procedit,& locum habet vbi in inſtrumento quod traditur ius cōpetens domino tradenti continetur, ſed in chirographo(vt proponitur)cōtinetur ius tradentis,ergo &c. Quam declarationē Guig. & prædicta probat Imol. in c.2.de conſue.verum obſtãte prædictis, videbatur quod ſcripſit idem Imo.in l.ad eum in fi. principij.ff.
3 de donat.vbi reſtrinxit † d.l.1.C.de donat.vt locum habeat quando quis tradit inſtrumentum acquiſitionem continens rei corporalis,veluti fundi vel ſerui in quibus facilius cadit traditio, ſed ſi traderem tibi inſtrumentū in quo continetur nomē debitoris mei ex traditione huiuſmodi inſtrumenti non videor actionem ceſſiſſe, quæ mihi contra debitorem meum cōpetebat,hoc enim caſu ſecundùm eum non loquitur d.l.1.& ſic in corporalibus nō in nominibus,quę ſunt incorporalia,vnde in talibus requiritur,ſecundum eūdem Imo.ceſſio.mouit eum ipſamet lex citata, item citat not.in l.2.C.quando fiſ.vel priua. Verùm memini me legiſſe veritatis amicum Alex.in l.poſſideri nu. 11.& ſeq.ff.de acquir poſſeſſ.in quo loco d.l.1. C. de donat. Dd.referendo eleganter declarauit, & reprobauit Imol.in loco proximè relato, inquiens Imol. immemorem fuiſſe eius quod ſcripſit Bart.in l.Labeo ad fin.ff.de pact.in ver.quæro quid ſi dedi tibi inſtrumentum &c.Anto.Butr.in c.eccleſia il. 2.vt lite pēd. Vbi inquit ſi dedi tibi inſtrumentum in quo cōtinebantur nomina debitorum, videor & actiones mihi competentes contra debitores in inſtrumento nominatos ceſſiſſe d.l.1. Sed & addit hoc locū habere quādo apparet de mente donantis, alias vbi non appareret de animo donandi non cenſetur illa iura dono dare,ſed Procuratorem ad agendum contra debitores conſtituere.c.coram de off.deleg.l.fi.cum glo. C. de pactis conuen.vbi ex traditione inſtrumentorum videtur quis mandare, vt agat contra nominatos in inſtrumento, & d.l. 1. C.de dona.locum habeat in nominibus,& iuribus ſenſiſſe videtur Iaſ.in conſil. 111. Pro veritatis & iuſtitiæ ſuffragio vol.4.colum.1.Vbi conſuluit in quæſtione quotidiana inter mercatores.
4 De quodam ſcilicet † mercatore qui menſam ſuā vēdiderat, inſtrumentumque factum fuerat de venditione ampliſſimis clauſulis abſque tamen conſtituto, vt non cēſeatur tranſlatum dominium,quod ſi inſtrumenta nominum debitorum tradita fuiſſent vel libri, poſſet dici tranſlatum dominium. Nam per traditionem inſtrumentorū vel librorum rationum factā pręſenti & habenti cauſam,& titulū emptionis rectè dominium tranſlatum diceretur, vt probatur in non ſemel.relata l. 1. C. de donat propter(vt ait)virtutem

repreſentatiuã ſeu relatiuã inſtrumẽti,quia ſignificat
ſubſtantiã debiti in eo.contenti.l.fi.C.de pact.conuẽ.
& citat Bal.in l.fi.C.quando fiſ.vel.priua.& Alex. vbi
ſuprà:quibus adde Car.Ruy.in cõſ. 46.nu.6.& is vol.
4 qui & ipſe ſcripſit circa interpretationem d.l.1.C.
de don.& quędam Caſſad de cau.poſſ.& prop.Dec.7.
maxime nu.12.& And.Tiraq.in trac.de cõſt.par.2.in
4.ampliat.nu 4.Sed cũ hęc quęſtio vtilis ſit tres facti
ſpecies conſtituẽdas duxi,& in dubiũ iterũ reuocare.

5 Prima eſt † ſi quis tradiderit Mæuio inſtrumentũ
continens ius tradentis animo donandi,vel alio legi-
timo titulo præcedente, & habili ad dominij tranſla-
tionem.Verbi gratia dotis aut venditionis res ipſas,
& actiones ſibi ex eo competẽtes ceſſiſſe & dono de-
diſſe videtur,quod tam in rebus corporalibus, quam
in incorporalibus locum habet.idque probatur ex re
latis legibus,& autoritatibus,quibus addo Pau.Caſt.
in l.Mæuia in princip.ff.ſolut.mat.& vide quæ ſcripſi
in prima parte ver.Deinde ſubieci nu. 39.& ſequ. in
tantum quòd non eſt neceſſe, quòd hæc traditio fiat
in conſpectu rerum in inſtrumento contentarum ad
hoc,vt poſſeſſio,& dominium tranſlatum cenſeatur,
quòd à frequentioribus eſt receptum,vt dixit Alb. in
d.l.1.vbi multa quotidiana addidit, & nouiſſimè Di-
da.Coua.variarum reſol.lib.3.c.16.nu.12.& ante.

Secunda facti ſpecies eſt,vbi non conſtat tradentẽ
inſtrumenta habuiſſe animum donandi, & duo tamẽ
interueniunt,ſeu cõcurrunt.Alterum quia penes Mę-
uium repetiuntur inſtrumenta,alterum quia probatur
inſtrumẽto ſiue teſtibus(nec enim refert quo ex præ-
dictis modis probetur)iuxta gl.in l.fi. C.de pact.cõ-
6 uen.† creditorẽ Mæuio tradidiſſe,& his duobus con-
currentibus Mæuius procurator conſtitutus cẽſetur,
vt ex prædictis probatur.Verũ nõ me latet Andr.Al-
cia.prudentiſſimũ virum, & qui nobis in iure noſtro
multa reſtituit in tract. de præſumpt.in 33.pręſumpt.
7 reg.1.ſcriptũ reliquiſſe,in citata † l fi.C.de pact. cõ-
uẽ.in qua doctorũ eſt fundamẽtũ, tria cõcurrere.Pri-
mum,quia mulier promiſerat dare illa inſtrumẽta pa-
raphernalium. Secundum, quia inſtrumenta fuerant
ſibi tradita,& illud tertium ſanguinis cõiunctio. qui-
bus interuenientibus mandatum præſumi & maritũ
agentem ad cauendum de rato non aſtringi.& impro-
baſſe Roma.ſing.657.nunquid &c.& cõſi. 446.in ſe-
cundo articulo vſque ad finem ſententiam plene mã-
datum probatum cenſeri,vbi inſtrumenta exhibentur
& exhibenti traditio a domino facta probatur,in tã-
tum vt cautio non ſit neceſſaria.Mouit enim(vt retu-
li)quia in d.l fi tria concurrebant,& coniunctio prę-
cipuè conſiderat ut,& ſubiicit fuiſſe ex mente Pet. &
Cyn.in l.maritus.C.de procurat.Sed Ioã.Nicol.apud
eum veriorem Romani ſententiam exiſtimat vt rela-
ta duo ſufficiant abſque coniunctione. & hanc ſentẽ-
tiam ait argumento a partibus enumeratis probaſſe
Andr.Sicu.in d c. coram,ſed & adde relata duo ſuffi-
cere ad plenã mandati probationem,ſeu pręſumptio-
nem Felin.probaſſe in d.c,coram,vbi affirmat,& Bal-
do & Imol.placuiſſe, quæ ſententia probatur autori-
tate Alexandri in ſuperioribus relati,& Pau.Caſtrẽ.in
l.Mæuia.ff.ſolu.matrim.hanc ſententiã probat, & ci-
tat d.l.fin.C.de pact.conu.ſentiens ius ſingulare non
eſſe in eadẽ lege propter coniunctionẽ,vt cautio non
ſit neceſſaria.citat etiã l.ſi tutor ſiue curator.ff.de ad-
min.tut.& ſubiicit id maxime admittẽdũ vbi qui ex-
hibet Procurator eſſet in curia in qua exhibet. arg. l.
plenũ,in §.Equitij.ff. de vſu & habit.Vnde vt referta-
11 mus ad quæſtionem propoſitam,nõ poterit probabi-
liter dubitari quin habens chirographum cum dicta
clauſula ſi probetur traditio facta à domino tanquam
procurator cõſtitutus admittatur vt inferius dicetur.

Tertia facti ſpecies eſt vbi vnum tantum interue-
8 nit,quia ſcilicet † habet quis inſtrumentum, & illud
exhibet, nec traditum ſibi inſtrumentum probat, in
qua admittendus videtur qui exhibet cum cautione
de rato ex ſententia Bart. in l. 3.in §.cauſæ ff.de Car.
edic.& in l.vulgo.ff.de adminiſt. tut.& hoc à frequẽ-
tioribus eſt receptum, vt per Fel.in c.coram ſub nu.
9.vbi optimus tex.& communem eſſe inquit Alciat.
vbi ſupra,& Io.Nic apud eum referens Marſil. idem
affirmantem.in l.ſi quis ne quæſtio.nu.142.ver.& ad
hoc dicendum. ff. de quæſt. quibus adde Iaſ.in l.1. in
fi.C.de procu.& crebriorem hanc ſentẽtiam teſtatur
nouiſſimè dominus Bapt. Tole.in libello quẽ inſcri-
pſit communium opinionum in ver.inſtrumentum ſi
inuenìatur &c.ex quibus ſequi videtur,vt ad propoſi-
tam noſtram quæſtionem redeamus producentẽ chi-
rographum non eſſe audiendum niſi præſtita cautio-
ne de rato.Verùm in propoſita quæſtione non ſolum
interuenit quod exhibẽs habet chirographum, ſed &
alia præſumptio,quia in chirographo promittitur ſo-
lutio ei qui exhibuerit.Vnde cum exhibitione chiro-
graphi relata alia,& quidẽ magna interuenit præſum-
9 ptio,propter quam videtur reſpondẽdum,† quòd ex-
hibens admittatur abſqua cautione de rato,quemad-
modum admittitur quando probatur traditio argum.
10 eius quod dicunt Dd. † de eo qui ex longinquis par-
tibus venit,& exhibet mandatum,peritque centũ ſin-
ge tanquam procurator nominatus in mãdato,vt prę
ſumatur is eſſe de quo in mandato fit mentio,ex quo
mandatum affert,vt per Cyn.Bald. & Saly.in l.ſi qua
per calumniam C.de Epiſc.& cler. Abb. in c. coram
de off deleg.Fel.in c.2.nume.27.de teſti.Marſ.in l. ſi
quis ne quæſtio.nu.169.ff.de quæſt.Paul. Caſt ren.in
d.l.Mæuia num. 3.Nicol.Boer. Dec.153.aliud &c.&
quòd hæc coniectura potens ſit probatur ex his, quæ
Saly.ſcripſit in d.l.ſi quis per calumniam in fi.vbi cõ-
ſiderauit dictum Cyn.paulo ante relatũ maximè pro-
cedere ſi in literis contineretur exhibitor pręſentium
&c.vt moris eſt,nec moueat quod Alciatus ait in re-
lato loco,vbi duo interueniũt ſcilicet inſtrumentorũ
exhibitio,& coniunctio admittatur perſona talis, cũ
cautione de rato,vt probatur in d.c.coram,& nihilo-
minus duæ interueniunt coniecturæ. Quoniã huiuſ-
modi præſumptionem, quæ ſuboritur ex verbis chi-
rographi,de ſoluendo ei qui exhibuerit, puto in hoc
tamen caſu non eſſe inferiorem illi,quæ colligitur ex
probatione traditionis inſtrumentorũ à domino fa-
ctæ,quinimo ei æquipollere, conſequenter exhibẽs
chirographum cum dicta clauſula abſque cautione
de rato erit admittendus, & vide quæ paulo poſt di-
cam,circa Alciati ſententiã,& ita in curia noſtra An-
conitana ſeruari vidi,vt exhibentes huiuſmodi chiro-
grapha abſque cautione admittantur, quod maximè
hoc recipiendum eſt, vbi exhibens procurator eſſet
iuxta ſententiam Paul.Caſtren.in d.l.Mæuia.ff.ſolut.
matrim.& vide quæ ſcripſi in prima par. ver. poſtre-
mo.num.48.quibus addes Nic.Boer.Deci.154.aliud
ortum &c.in fi.& Dec.281.venditio &c.ante numerũ
ſeptimum.in quibus locis inquit in vſu frequenti eſſe
in partibus Franciæ, vt quis ſe obliget alicui ſoluere
vel deferenti literas obligatorias, & bene ſolui defe-
renti,& aliam probationem non requiri,citat Maſuẽ.
in titul.de ſolut.fol.80.col.1.verſic.item ſæpe.Ioan.
Galli.q.4.fol.11.& ſubiungit cautelam bonam,vt de-
bitor literas obligatorias cuſtodiat. † Verum quod
dixi ſemper temperandum putaui perſonę exhibentis
chirogra-

chirographum qualitate inſpecta, mouent me prædicta, & quod ſcripſit Phil. Franc. poſt Bal. in c. quamuis nu. 4. de procur. in 6. conſequenter locum nō habebit, vbi producens chirographum eſſet domeſticus creditoris, & cum eo inhabitauerit in tantū, vt is admittendus nō ſit etiam cum cautione de rato, potuit namque domeſticus chirographum furto ſubtraxiſſe, & cum eo aufugiſſe iuxta ſin gularem tex. in l. vni. in §. ille autem. C. de lat. liber. tollen: & probat Rom. in dicto ſing. 637. & conſ. 446. Quod comprobatur ex eo quod Bar. & alij ſcripſerunt in l. Labeo. ff. de pact.
12 ſi † inſtrumentum abolitum reperiatur penes debitorem debitor ſoluiſſe præſumatur, & liberationē probaſſe, hoc tamen locum non habeat, vbi debitor eſſet perſona domeſtica, & cum creditore inhabitauerit, quia potuit furto ſubtraxiſſe. argument. d. §. ille autē, agitur namque hic de magno præiudicio de ſolutione ſcilicet recipienda iuxta notata à Bart. Alex. & Iaſ. in l. 1. C. de pact. & notandum eſt quòd Rom. conſuluit in marito, in quo duplex erat præſumptio, altera quia exhibebat inſtrumenta ad cauſam, altera coniunctionis ſcilicet, quæ eſt inter virum & vxor. & licet Felin. in dicto c. coram. nu. 10. quia dictum c. generaliter loquitur, & loquitur in clerico. qui videtur eccleſ. domeſticus nō approbet. Rom. ſententiā, & Alcia. in relato loco exiſtimet quod Rom. ait nō eſſe ex Doctorum mente, & purgari poſſe patet hanc ſuſpicionem ex cautione de rato, quaſi ſentiat domeſticum (vt ſuperius retuli) cum cautione de rato admittendum. Tamen Felin. vbi ſuprà reſpondendo. §. ille autem dixit locum habere propter euidens commodum cui domeſticus aſpirat, ſed in eo qui procurator vult haberi nullum cenſetur commodum, quæ ratio cum interueniat in quæſtione chirographi propoſita non temere in hoc noſtro caſu ab opinione Romani recedēdum puto, vt domeſticus exhibens chirographum etiam cum cautione de rato nō admittatur. nec enim cautioni aliquando fragili res committenda videtur. & in ſumma non puto errare ſi quis hoc religioni iudicantis committeret, vt inſpecta ratione perſonæ domeſtici exhibentis chirographū, quantitateque ſummæ, negotium hoc dirimat. Memini nāque in noſtra curia eueniſſe in quodā domeſtico qui chirographū eiuſmodi furatus erat creditori, & exegerat, & dominus idemque creditor conquerebatur cautius eſt. ergo dicere, & forſan melius ſentire quod diximus locum habere in extraneo, & non in domeſtico, & bonum iudicem pro rei qualitate ſtatuere debere.
13 Scripſit & Paul. Caſtr. in d. l. Mæuia † ſi abſuturus dimiſit inſtrumenta penes quendam amicum, vel mercatorem non eſſe veriſimile quòd voluerit ſibi cedere actiones, vel cum procuratorem ad agendum conſtituere, de quo tamen vide Felin. qui Paul. Caſtren. non retulit in d. c. coram. nu. 11. ſed quicquid ſtatuendum ſit circa Pau. Caſt. ſentētiam, ego in ea ſum opinione, vt ad chirographum cum dicta clauſula Pauli ſententia non ſit trahenda. Nam mercatores abſuturi variis, & diuerſis de cauſis talia chirographa penes alios mercatores dimittere conſueuerunt, vt pecuniæ debitæ exigantur, idque experientia non ſemel vidi, quæ rerum eſt magiſtra c. quam ſit de elect. & valet argumentum ab eo quod plerunque ſit, & fieri contingit gl. in l. neque natales. C. de probat. l. quoniam. ſi nummos. ff. ſi cert. petat. quod argumentum in materia probationis eſt valde vtile, vt inquit Dec. referendo Bal. in conſi. 596. in fide quo paſſim habetur, & præſertim apud Mat. ſing. 1. & ſing. 336. & 495. Nic. Eue. in ſua centu. loco. 62. Cumque mercatores nummos ſteriles eſſe non ſinant. argum. tex. in l. debitor vſurarius. ff. de vſu. & (vt noſtrates dicunt) pecunias dormire non ſinant, ſintque diligētes exactores, & res ipſa hoc ſuadeat ad hunc caſum, & ſi opinio Pauli reciperetur, porrigenda tamen non eſſet, & ex his non ſolum propoſitæ quæſtionis habetur ſolutio, verum modus experiendi in iudicio apparet. quibus addes quod ad mercatores pertinet de calendario, ſeu libro rationum legato tex. elegantem in l. qui filium, & nepotem. ff. de leg. 3. vt legaſſe videatur, quod ſibi ex eo debetur, & ſub legato inſtrumentorum, ſeu chirographorum nomina in eis contenta legata cenſeantur. appellatione enim chirographi, vti nos pro ipſis actionibus palam eſt, quum venditis chirophis intelligimus nomē veniſſe. l. qui chirographum. ff. de leg. 3. & de calendario adde l. nepoti. ff. de fun. inſt. l. lecta. ff. ſi cer. pet. & quæ habentur per Dd. & præcipuè Iaſonem in l. diuortio in §. ſi vir in fundo. nu. 6. vbi declarat. ff. ſol. mat.

SVMMARIVM.

1 Promittens Sempronio recipienti pro eo quem declarabit, ſi Sempronius non declarauerit ſtipulatio tenet, & pro ſe hæredibúſque ſiue ſtipulatus intelligitur.

1 NOno non eſt ſimilis quæſtio omittenda, † promittūt plerūque mercatores in chirographis, ex aliqua cauſa ſoluere, finge Sempronio ſtipulanti, & recipiēti pro eo quem declarabit, quæritur ſi Sempronius non declaret an vtilis ſit ſtipulatio, ita vt ipſe vel hæres eius ad ſummā promiſſam rectè agat, & prima fronte inutilis ſtipulatio videbatur. l. triticum. ff. de verb. oblig. ſed verius eſt Sempronio non declarante pro ſe hæredibuſque ſuis, & ſtipulatum & recipiſſe cenſeri caſus eſt, in l. ſecundum reſponſum. C. de cōt. & com. ſtipulat. quam legem ad propoſitam quæſtionem notandam inquit Bal. in l. 1. in fi. prin. ff. de pact. & ſcripſit Alexan. in l. ſtipulatio iſta. in §. ſi quis ita in primo not. ff. de ver. obl. vbi etiam Iaſ. in 2. not. & vere quotidiana eſt quæſtio de qua Alex plene quidem in conſi. 232. ponderatis vol. 6. vbi notauit referendo Baldum alibi valere promiſſionem alicui factam, pro eo quem nominabit, & reſpondit in pulchra quæſtione, quibus adde Dec. in conſ. 543. in caſu propoſito, vbi circa nominationem multa, & vide etiam Anch. in conſilio 127. ad dubia, vbi ſubtiliter diſputat. ideo eius reſponſum conſidera, quoniam prima fronte per quam durum viſum eſt, & verum eſt quod Iuriſcōſultus ait in genere quæſtionum æqui bonique plerunque pernitioſe errari, vt in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. oblig. refert tamen eum, & probat Iac. Phil cōclu. 10. lib. 5. Quibus addes Arium Luſitanum in l. 2. nu. 1. C. de bon. mat. qui de lege Regia Luſitanorum meminit in emphyteuſi conceſſa pro ſe & eo quē nominauerit, & hæc clauſula frequens eſt in contractibus cameralibus, ideo loca relata tene memoria.

EPITOME.

1 Subſcriptio facta ab inſtitore eadémque mandatum habente, chirographo, in quo continetur receptio mercium & obligatio ad certā ſummam cum hypotheca nomine proponentium expreſſo, in hæc verba, Nui &c. *recepimus*

merces valoris vt ſuprà & promittimus ſoluere præfinitis temporibus num referatur. ad hypothecam nu.1.& per totam quæſtionem

2 *Lex Procuratoris in § ſi plures.ff.de Tribu. qua loquitur in ſeruo, & in libero homine locum habet non autem vbi eſt hypotheca.*

3 *Hypotheca contrahitur per pactum conuentum etiam ſine ſcriptura & per epiſtolam.*

4 *Subſcribens ſcripturam in qua res ſua obligatur obligationi conſentire videtur.*

5 *Subſcriptio ita obligat ac ſi manu ſua ſubſcribens omnia ſcripſerit nu.5.& ſeq.numeris declaratur.*

6 *Interrogationes duæ ſi proponant ur quarũ altera ab altera pendeat, reſpondens principali. affirmatiuæ & acceſſoria reſpondere videtur.*

7 *Stipulanti dari decem ſub pœna mille ſi reſpondeatur promitto dare decem an videatur ſub pœna mille promiſiſſe nu.7.& nu.20.*

8 *Dictio,*vt ſuprà *eſt repetitiua præcedentium.*

9 *Hypotheca eſt modici præiudicij, & accedit obligationi principali.*

10 *Pactum ſuper vna re ad aliam non porrigitur, fallit niſi res illa veniat in quandam conſequentiam nu.10. & ſequen, numeris declaratur,& nu.21.*

11 *Conſentiens alienationi videtur remittere pignus.nu.11.& ſeq.*

12 *Filius expreſſè conſentiẽs alienationi certarum rerum paternarum facta per patrem renunciaſſe videtur Hypothecæ quam habebat in bonis venditis ratione dotium maternarum, non autem quoad alia bona.*

13 *Subſcriptio generalis ſufficit, & quando dicatur generalis ſubſcriptio.*

14 *Subſcriptio referenda eſt ad ea quæ ſubſcriptionis verba demonſtrant.*

15 *Optimum argumentum a regula.*

16 *Contrahentes dant formam contractibus non vnus ſine alio.*

17 *Pactum ſuper principali non trahitur ad appendices.*

18 *Connexorum idem eſt iudicium, non tamen in odioſis.*

19 *Subſcriptionis verba conſideranda vt videamus an quis vt Procurator ſeu inſtitor cõtraxerit.*

20 *Hypotheca adiecta in chirographis in decoctionibus & in præiudicium tertij non eſt ſemper habenda ratio.*

21 *Interpretatio ad c.primum.de pactis.*

22 *Acceſſorium, aliud neſſarium, aliud voluntarium.*

23 *Maritus an quemadmodum lucratur tertiam partem dotis vxore præmoriente vigore ſtatuti, ita & partem bonorum paraphernalium.*

24 *Dominorum de Rota almæ vrbis laus.*

DECIMO quoniam de chirogtaphis verba fecimus, & de lege fi.in § ſi ita ſtipulatus de verb.oblig.& de adiectis eſt noſter ſermo, viſum eſt quæſtionem vtilem quidem & agitatam proponere, & quæ nunc in auditorio Reuerend. D. de Rota tractatur in decoctione Chriſtophori, & hæredum Iacobi de Grafter. Quæ & ſi adiectum noſtrum verè noo reſpicit, habet tamen
1 quandam communionem, & eſt talis.† Quidam proxeneta Lucenſis diuerſas ſcripturas manu ſua cõſcripſerat, in quibus Sebaſtianum quendam qui inſtitor erat Lucenſis Menſæ & præpoſitus eidem à dicto Chriſtophoro & ſociis nonnullorum ciuium Lucẽſium debitorem eſſe narrauerat, cauſa mercium receptarum, & earundem expreſſo valore, & propterea, in præfinito tẽpore pecunias ſoluere promitterer cum obligatione & hypotheca bonorum, & qui Sebaſtianus inſtitor non ſolum dictæ menſæ præpoſitus erat, verùm eundem plenum mandatum habuiſſe proponebatur à dictis Chriſtophoro & ſociis, & dicta chirographa, & apochas in hæc verba ſubſcripſerat. *Noi Chriſtophano, & heredi de Iacomo Grafter, habbiamo receuuto li drappi de amontar ſuoi come di ſopra, & promettemo pagare al tempo di ſopra. & in fede ci ſemo ſottoſcritti.* Quæſitum fuit num relata obligatio cum hypothecea facta cenſeatur ex eo quod de hypotheca in ſubſcriptione nulla eſt facta mentio, ſed narratũ in ſcripturis ſeu chirographis quod ſe obligaret cum hypotheca, valdeque referebat hypothecam repertam intelligi. nam cum mandatum plenum habere diceretur inſtitor Sebaſtianus Menſæ Lucenſis prædictæ & illa menſa non eſſet ſoluendo: Creditores Lucenſes admitti poſtulabant vigore hypothecę in aliis bonis dictorum de Grafter, & ſpecialiter cum idem de Grafter menſam etiam Bononiæ habuiſſent ioca ſe
2 vocandos eſſe aſſeuerabãt. Nam. §. ſi plures ſitus † in l. Procuratoris ff. de Tribu. quo vnumquenque creditorem in menſa in qua credidit ſeparatim vocari iubet, licet in ſeruo loquatur, & ad liberos homiues porrigẽdus eſt, vt dixi in Tract, de Decoct. in vlr. par. nu. 20.& ſeq.numeri, & ſecundum ſeotẽtiam meam, immo verius Paul. Caſtr.& Bononiæ & Anconæ fuit iudicatum, & probarũt receotiores apud Roma.ſing. 575. qui hoc amplius addiderunt hanc ſententiam à frequentioribus receptam, & vide Pet.Anc.in conſi. 332. Pro clariori deciſione. Non tamen habet locum in creditoribus hypothecariis, quando hypothecæ conſtitutæ ſunt ab his qui eas conſtituendi & bona quęcunque obligandi ius, & facultatem habent, vt dixi in relato loco.

Igitur in quæſtione propoſita quod Lucenſes tanquam creditores hypothecarij etiam io boois menſæ Bononienſis admittendi eſſent prima fronte videba-
3 tur. Quoniam certi iuris eſt † hypothecam contrahi per pactũ coouentum, & iam ſine ſcriptura vt in l. cõtrahitur. ff. de pigno. & per epiſtolam, & ſi dies. & cõſules additi vel ſignatæ tabulæ non ſint. l. cum tabernam. in §. idẽ quæſiit. ff. de pigno. & hoc amplius qui
4 ſubſcripſit contractum ſeu† ſcripturam in qua res ſua obligatur obligationi cõſentire videtur. l. fideiuſſor. in § pater. eo. titu. de pigno. Vnde eum chirographis in quibus erat hypotheca Sebaſtiatus inſtitor ſubſcripſerit, & poteſtatem haberet obligandi alia bona Chriſtophori, & hæredum Iaco. de Grafter conſen-
5 ſiſſe videtur † ſubſcriptio oamque ita obligat ac ſi manu ſua omoia ſubſcribens ſcripſerit, vt eleganter inquit. Ang. in l. ſi ita ſtipulatus. in §. Cryſogauus. ff. de ver. oblig. & alios refert Paul. Patiſ. in conſi. 47.
oume-

numero 6. volum. 1. & in conſilio 101. numero 57. eo.
volum. & Riminal. in conſilio 163. numero 5. vol. 1.
qui loquitur in ſubſcribente literas cambij, & pro
hac ſententia quod repetita cenſeatur hypotheca, &
ſubſcriptio ad eam porrigatur facit c. 1. de pact. vbi
legitur Antigonum Epiſcopum dixiſſe, aut inita pa-
cta ſuam obtineant firmitatem, aut conuentus, ſi ſe
non cohibuerit eccleſiaſticam ſentiat diſciplinam. &
cum vniuerſi dixiſſent pax ſeruetur, & pacta cuſtodiá-
tur eccleſiaſticam diſciplinam repetijſſe cenſentur.
6 Vnde ſumitur argumentum, † vbi duæ proponuntur
interrogationes quarum altera ab altera pendeat, re-
ſpondens principali affirmatiuæ & acceſſoriæ reſpon-
dere videtur, ſed hypotheca accedit obligationi. ergo
Sebaſtianus inſtitor aſſentiendo ſubſcriptione manu
ſua principali obligationi & hypothecæ in ſcriptura
expoſitæ aſſenſiſſe videtur. Accedit quod Ant. But. in
7 eo. cap. ſcriptum reliquit. ſi quis interrogetur † vt pro-
mittat dare decem ſub pœna mille, ſi reſpon promit-
to dare decem videtur etiam ſub pœna mille decem
promiſiſſe. ſi hoc ergo admittitur in pœna quæ eſt
valde odioſa iuxta l. interpretatione. ff. de pœn. & l.
præſes eod. titu. & l. factum ſuum in § fin. ff. de re. iu.
fortius & in hypotheca eſt admittendum: rurſus hæc
8 ſententia adiuuatur ex dictione † vt *ſuprà*, de qua in
ſubſcriptione & quidem geminata quæ eſt repetitiua
præcedentium vt inquit Domin. in cap. cupientes. in
§. inſuper ſuper Glo. in ver. præmiſſa de elect. Glo. &
Dd. in clemen. cauſam. de elect. Franc. Cur. in conſi-
lio 156. numero 7. Item eandem ſententiam confir-
mare videtur text. in l. 2. C. Per quas per. no. acq. vbi
quando per liberam perſonam alteri acquiritur obli-
gatio perſonalis prout in mutuo facto nomine alte-
rius acquiritur etiam hypotheca. Nec enim ratio vi-
9 detur quare & † de hypotheca contentus ſubſcribens
non fuerit: quòd ex eo confirmatur, quia accedit prin
cipali obligationi & eſt modici præiudicij, vt per
Dd. in l. ſi ita ſtipulatus. in §. Cryſoganus, & ibi Glo.
in ver. cedere ff. de verb. oblig. Præterea licet regula
10 ſit quod † pactum ſuper vna re ad aliam non porriga-
tur, locum tamen habet in alia re, æquè principali, cō-
tra verò in alia re, quæ veniat per quandā conſequen-
tiam vt puta ſi fiat pactum protogatiuum ſortis extē-
ditur ad vſuras quæ ſunt acceſſoriæ, & vt ſuprà de-
clarat Iaſo. in d. §. Ante omnia ea mente Barto. quem
citat in l. lecta circa princip. ff. ſi certum pet. denique
mouere videbatur vt in hanc ſententiam inclinaretur
l. ſicut. in §, ſi voluntate. ff. quib. mod. pign. vel Hy-
poth. ſol. ſi enim voluntate creditoris fundus aliene-
tur inquit Iuriſconſultus inuerecundè ſibi creditor
11 eum applicari deſiderat, quia conſentiens † alienatio-
ni videtur remittere pign', qua lege motus Pau. Caſt.
relatus à Iaſ. in d. §. Ante omnia ex facto conſultus re-
12 ſpondit † ſi filius expreſsè conſenſit venditioni certa-
rum rerum paternarum factę per patrem, licet renun-
ciaſſe videatur iuri hypothecæ quod in bonis vendi-
tis habebat ratione dotis maternæ, non tamē ex hoc
renunciaſſe intelligitur doti vel hypothecæ quoad
alia bona paterna non vendita l. iubemus C. ad S. C.
Velle. vbi text. ſecundum eum. & vide ad prædicta
Ruy. in conſilio 41. vol. 5. Aug. Ber. q. 93. quemadmo-
dum ergo conſentiens obligationi cenſetur remitte-
re pignus, ita ex contrario conſentiens obligationi
cenſeri dent voluiſſe pignus conſtituere. de quo in
ſcriptura mentio facta fuit.

Contra vero quod ſubſcriptio à Sebaſtiano facta
dictis chirographis ad hypothecam non porrigatur,
& conſequenter Lucenſes creditores ſe hypotheca
iuuare non poſſint, verba ſubſcriptionis oſtendere vi-
13 dentur. Et prætermiſſa illa diſputatione, † an ſpecialis
ſubſcriptio requiratur, ſeu magis generalis ſufficiat:
Cum receptum à frequentioribus videatur explosa
Bartol. ſententia in l. Diuus. in §. item ſenatus. ff. de
falſ. generalem ſufficere vt inquit Deci. in cap. quo-
niam contra numero 61. extra de probat. Illud cer-
tum eſt generalem ſubſcriptionem intelligi quando
fit in hæc verba: Approbo omnia ſuperius ſcripta vt
declarauit Iaſo. in d. §. Cryſoganus numero 21. & A-
lexandr. ibidem numero 3. & in fina. columna ſe-
cunda, & Aret. ſub numero 5. at ſubſcriptio relata
non eſt talis, ſequitur ergo ex mente relatorum Do-
14 ctorum † ſubſcriptionem referendam ad ea quæ ſub-
ſcriptionis verba demonſtrant, ſcilicet mercium tra-
ditionem, valorem, & ſolutionem. ſi ergo tantū obli-
gat ſubſcriptio quantum verba ſonant de Hypotheca
nullum verbum in ea, igitur pro omiſſa habenda eſt.
& hæc ſententia probari videtur in l. inter ſtipulan-
tem. in §. ſi ſtipulante. in fin. ff. de verb. oblig. Si enim
plures res ſtipuletur puta Stichum & Pamphilum, &
tu reſpondendo ſpondes Stichum videns ad vnam
obligationem, ex duabus ſtipulationibus reſpondiſ-
ſe, & nota. in l. 1. in §. ſi ſtipulanti. ff. de verbor. obli-
ga. quot enim res ſunt tot ſtipulationes eſſe cenſen-
tur l. ſcire debemus ff. eo. item hæc ſententia pluribus
regulis comprobatur: facit namque regula in obſcu-
ris. ff. de reg iu. l. ſi ſtipulatus fuero decem. ff. de
verb. obliga. l. ſi quid venditor. in fina. ff. de ædil.
edic. & vulgaris illa regula quæ ſumitur ex l. veteri-
bus. ff. de pact. & illa l. Quicquid aſtringendæ. ff. de
verb. oblig. Item quæ notantur a Doctoribus in l.
rogaſti. in §. ſi tibi. ff. ſi cert. peta. & denique quòd
pactum ſuper vna re ad aliam non porrigitur. l. ſi v-
16 nus. in §. Ante omnia. ff. de pact vnde ſequitur † op-
timum argumentum eſſe à regula, cui eſt inhæren-
dum, & qui vult dicere regulam limitatam probare
debet l. omnis definitio. vbi Gloſſ. ff. de regu. iur.
dicitur namque certum id de quo eſt regula, vt per
Bartol. in l. quoties. ff ſi quis caut. Deci. in regula
prima numero 8. & Iaſ. in conſilio 16. colum. 2. vo-
lum. 3. Videretur &c. Quæ adiuuantur ex regula ſub-
ſcribentium, de qua paulò ſuperiùs dixi referēdo Iaſ.
Alex. & Aret. in d. §. Cryſogonus. itē quia limitata eſt
obligatio (vt dictum eſt) ideo limitatum effectū de-
bet producere l. in agris. ff de acquir. rerum domi. l.
Cancellauerat. ff de his quæ in teſta. delen. & ita ſæpe
argumentatur Deci. & in materia inſtit. in conſi. 511.
nu. 5. Rurſus eadem ſententia probari videtur in l. fi.
in §. ſi ita. ff. de verb. oblig. Nam ſi ſtipulatus ſint mi-
hi aut Titio decem dari, & tu reſpondeas, promitto
tibi. Adiecto Titio ſolui non poteſt vt dixi ſuprà in
5. quæſtione. Cuius rei illa ratio redditur ab Alberi-
16 co ibidem, † quia vnus ex contrahentibus ſine alio
formam contractui dare non poteſt. l. in contracti-
bus. ff. eod. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depo. de qua regula
multa relata vide à Hiero. Cagn. in regula contra-
ctus numero 97. ff. de reg. iur. Cùm ergo narratum
ſit in chirographis factis à proxenetis dictātibus cre-
ditoribus Lucenſibus de Hypotheca non potuerunt
dare formam ſine debitore, nec dediſſe cenſendū eſt,
cōprobatur argumentum, quia adiectus nō dicitur de
acceſſoriis obligationis, vt per Bar. Imo. & Pau. poſt
Gl. in l. qui res. in §. mihi decem. ff. de ſolu & dixi in
prima par. ver. poſtremo nu. 44. & alibi licet dicatur
de acceſſoriis ſtipulationis. l. ſi. §. fin. ff. de verb. oblig.
ſed hypotheca accedit obligationi. ſi ergo repetitio
non inducitur in eo q́ eſt maius, & ſi noluiſſe dictus

Sebaſtianus in obligatioone ineſſe hypothecam ex-
preſſiſſet, prout alia expreſſit arg. l. vni. in §. fin autē
ad deficientis. C. de cadu. tol. c. ad audientiam. de re-
ſcrip. ſed & fortiſſimum argumentum occurrebat ex
his quæ notauit Bald. in l. pe. in §. mancipia. ff. ſolut.
17 mat. inquit enim ex illo §. colligi. † Pactum factū ſu-
per principali ad appendices (vt ipſe ait) non trahi.
quem refert ac probat Dec. in conſ. 420. nu. 7. & in-
quit Bart. in l. ſi. in §. Lucius. ff. de cond. ind. ꝙ reſtitu-
tio conceſſa ſuper principali ad acceſſoria non porri-
gitur. Idem etiam Bar. notauit in l. in quæſtionibus.
in fin. ff. ad l. Iul. maieſt. eos qui cōtra iuris regulas ad
probandum delictū principale admittuntur ad pro-
bandū adminicula, reiiciendos, quem refert Deci. in
c. Tranſlato nu. 6. de conſti. Qui ſubiicit quod dicitur
18 ſtatutum in principali ad connexa porrigi, & † vnito-
rum ſiue connexorū idē eſſe iudiciū locu non habere
in odioſis, & quando aliquid contra ius cōmune cō-
ceditur, & refert ac probat prædicta Hier. Cagn. in l.
cū principalis. ff. de reg. iu. ſed de iure cōmuni hypo-
theca non cōſtituitur niſi in certis caſibus expreſſis à
iure, & ex partiū voluntate de qua cōſtare debet, con-
ſequenter ſubſcriptionem trahendā non eſſe patet ad
hypothecam contra regulas iuris, & cum ſit limitata.

19 Dicebatur etiam † verba ſubſcriptionis diligēter
cōſideranda, & relata verba ad inſtitorē potius quam
ad procuratorem referenda. Verba namque conſide-
randa ſunt, vt videamus quomodo perſona contraxe-
rit. Procurator enim in perſona ſua verba debet con-
cipere, vt not. in l. multum. C. ſi quis alt. vel ſibi, & di-
xi in tract. de proxenetis. in 4. par. in quæſtione cuius
initium eſt legitur in ſingulari lege multùm &c. Item
& cauſa ſpectāda eſt vt videamus quomodo perſona
contraxerit, præſtat enim ad rei cognitionem magnū
argumentum. l. poſt mortem. ff. quando ex fact. tut. &
ſcripſerunt Dd. in l. 1. in §. nunciatio. ff. de nou. op.
nun. vbi recētiores plene gloſ. Bar. & alij in l. ſi pupil-
li. in §. 1. ff. de neg. geſt. & ad rem eſt text. in l. fin. ff. de
inſtit. & proximè ad rem in inſtitoribus loquens cō-
ſuluit Dec. in conſ. 510. nu. 4. vbi verba conſiderat &
probat ſententiam Decij Io. Ronch. in l. eandem nu.
181. ff. de duobus reis, vbi de inſtit. mult a retulit, &
quidem doctè, & iis addes quæ ſcripſit Alciat. Reſpō.
33. maximè. nu. 5. Tho. 2. lib. 5. & hæc ſententia com-
probatur ex his, quæ eleganter ſcripſit Abb. in c. pe-
titio in fi. de procu. quē refert, & probat Caſſad. Dec.
7. nu. 6. in titu. de appell. quod conſtitutus ſub nomi-
ne Syndici actoris, Procuratoris, & negotiorum ge-
ſtoris intelligitur facere ſecundum ſubiectam mate-
riam. & addit Fel. in c. ex officij. de præſcript. col. 11.
ſed & Abb. relatus poſt. Spec. in tit. de actore vniuer-
ſitatis ait in 5. ſed pone, conſtitutum ſub nomine Syn
dici, Actoris Procuratoris, & negotiorū geſtoris po-
ſtulante aduerſario ad eligendum vnum ex relatis of-
ficiis aſtringi non poſſe, cēſendusque is erit Sindicus,
ſeu Procurator iuxta materiam in inſtrumento cōten-
tam: ſi ergo Sebaſtianus erat inſtitor Menſæ Lucanæ,
& verba demonſtrant tanquam inſtitorem contraxiſ-
ſe, ergo menſam Lucanam obligare voluiſſe cēſendū
eſt, cumque probaretur Sebaſtianū mandatum ſuum
non eſſe vſum, parui refert quod habuerit, vt proximè
20 ad rē ſcripſit Anchar. in cōſ. 28. col. 2. † Denique cùm
verſaremur in decoctionibus dicebam ſi admittemus
hypothecam repetitam cenſeri, non tamen, diuerſis
de cauſis eius rationem habēdam eſſe, & maxime cū
in chirographis aſſeratur in præiudicium tertij iuxta
l. ſcripturas in ratione legis. C. qui pot. & referebam
Andr. Piraq. de vt. ret. §. 1. gl. 7. nu. 43. & ſeq. citabā-
que Franc. Rip. in l. priuilegia nume. 24. ff. de priuil.
cred. facilè namque in ſcripturis priuatis fraus com-
mitti poteſt, & vidēdus eſt Anchar. in relato conſ. 28.
multaque ac varia dixi in trac. meo de decoct.

Nec in cōtrarium relata mouere putabam ex præ-
miſſis namque multa diluūtur, & ſpecialiter, mouere
non debet c. primum extra. de pac. & quod ibidē Ant.
But. ſcriptum reliquit. Nam Ioan. Imo. in eo. c. inquit
forte non eſt verum quod ait Ant. quia in relata quæ-
ſtione, quamuis ſimpliciter ſi reſpōdeatur promitto,
ſecundum ſtipulationem, & interrogationem inter-
pretatio rectè fiat. §. Præterea Inſt. de inutil. ſtipul.
contra tamen quādo ſimpliciter non reſpondetur, ſed
reſponſum eſt determinatum ſeu præfinitū, tūc enim
ad aliud trahendum non eſt l. quicquid aſtringēdæ. ff.
de verb. oblig. & verum eſt quod ait Imo. & probatur
ex præmiſſis & præſertim in l. fin. in §. ſi ita. ff. de verb.
21 oblig. & † c. 1. de pact. loquitur ſecūdùm eundē Imo.
in acceſſorio quod faciliorem exactionē reſpicit, ex
eo quod ait. ſi conuentus ſe non cohibuerit poſſit ex-
communicari, ideo acceſſorium huiuſmodi repeti-
tum cenſetur in reſponſo concilij, ſed in caſu propo-
ſito tractatur, de acceſſorio, quod obligationem re-
ſpicit. Vnde eadem ratio non interuenit, & hæc diſſi-
milia videtur. Hoc enim vltimum acceſſorium valde
differre videtur à primo, citat etiam Imo. quod in ſi-
mili ait Iac. Butr. in l. rogaſti. in §. ſi ſibi. ff. ſi cert. pet.
hæc ille quamuis non malè forſan dici poſſet verba
illa de quibus in d. c. 1. de pact. Dixerunt vniuerſi Pax
fiat, & pacta cuſtodiantur ita in latam habere ſignifi-
cationem, vt eccleſiaſticam diſciplina hoc eſt excō-
municationem comprehendant, verbum namque cu-
ſtodire latè patet, vt in c. 1. 25. q. 1. & notat Gl. in aut.
ſacramenta puberum in ver. cuſtodiantur. C. ſi ad ver.
ven. vbi etiam Dd. & in l. iuriſgētium in §. prætor ait.
ff. de pactis. & (ni fallor) ſententia Ant. But. nō eſt ve-
ra, peruertitur namque ex relatis in ſuperioribus & ex
his quæ ſcripſit Bar. in l. in teſtamento. ff. de condit. &
demonſtra. & Dec. in regula factum. in §. fi. ff. de reg.
iur. quę breuitatis cauſa non refero, & facit quod ſcri-
pſit Caſſad. in titu. de loca. & cond. Dec. 3. nu. 3. & nu.
8. Dictio autem vt ſuprà cum ſit limitata ad quædam
expreſſa huic ſententiæ non aduerſatur.

Non moueat etiam tex. in l. 2. C. per quas perſo.
nobis acqui. quia in eo caſu lex diſponit, & ratio ex-
preſſa in lege remouet contrarium. Non autem ver-
ſamur in pacto, & acceſſorio voluntario, vt dixi refe-
rendo Bald. in l. pen. in §. mancipia. ff. ſolut. mat.

Denique non obſtat quod ſcripſit Bar. in l. lecta. ff.
ſi cer. pet. pactum ſuper ſorte porrigendū eſſe ad vſu-
ras tanquam acceſſorium, & ꝙ ait Iaſ. in d. §. ante om-
nia, conſiderandū eſt enim acceſſorij plura eſſe gene-
22 ra, ſed quantum ad rem pertinet, † aliud eſt acceſſo-
rium voluntarium aliud neceſſariū, vt plenè probat
Hierony. Cag. in regula cum principalis. ff. de reg.
23 iur. n. 4. & qui loquitur in eleganti quęſtione † an ve-
luti ex forma ſtatuti lucratur maritus partē dotis v-
xore ſine liberis præmoriente. Ita partē bonorum pa-
raphernalium, & poſt longam diſputationem cōclu-
dit non lucrari, quem locū adde his quæ ſcripſit Rol.
in ſuo tract. de lucro dot. in q. 50, & Soc. Iun. in conſi.
97. nu. 6. vol. 1. & Phan. in tract. de lucro dotis in verſ.
dotis & corre. nu. 1. pag. 419. Neceſſariū igitur acceſ-
ſorium illud eſt quod in quandā prouenit conſequē-
tiam veluti vſurę. Nam cum vſuræ ſine ſorte non den-
tur quia qualitas ſine ſubiecto ſtare non poteſt l. eius.
ff. ſi cert. pet. Non eſt mirum ſi pactum ſuper ſorte
trahitur ad vſuras at voluntarium acceſſorium non
eſt ita,

eſt ita, prout hypotheca de qua diſputatur, conſtitui-
tur namque vel ex legis diſpoſitione vel ex volũtate,
de qua conſtare debet, & ſine hypotheca ſtat obliga-
tio, vt eſt iuris explorati, & Iaſ. ſecundum relatum lo-
cum eſt intelligendus: ex quibus omnibus in hãc ſen-
tentiam inclino, vt Lucenſes creditores ſe hypotheca
iuuare non poſſint: Cùm autem hæc cauſa in audito-
24 rio † Almæ vrbis agitetur, vbi ſunt domini mei legum
prudentium vertices, eorundem ſententia expectanda
eſt, & illi merito deferendum. credendũ eſt enim eos
qui ob ſingularem induſtriam, exploratam fidem, &
grauitatem, ad illius officij magnitudinem ſunt adhi-
biti, non aliter iudicaturos eſſe, pro ſapientia ac luce
dignitatis eorum quam ipſe princeps foret iudicatu-
rus, vt de præfecto prætorio inquit Iuriſconſultus in
l. 1. eademque vnica. ff. de off. Præfec. Præt.

S V M M A R I V M.

1 *Notarius quòd poſsit alteri ſtipulari ſecundum communem, & ex conſuetudine.*
2 *Promittẽs ſoluere Titio, & Meuio, & cuilibet eorum inſolidum ſexcenta cauſa merciam habitarũ de computo Titij quòd Meuius nõ ſit adiectus, poſsit agere, & à promiſſore reijci non poſsit. nu 2. & per totam quæſtionem.*
3 *Promiſsio ſine cauſa eſt inefficax, & tanquam indiſcreta non valet, niſi appareat quod ſit facta animo donandi.*
4 *Statuto dictante quòd contra inſtrumentum nõ poſsint opponi exceptiones, niſi ſolutionis, non ideo intelligitur prohibitum opponi exceptionem, quæ ex inſtrumẽti inſpectione appareat, vtputa quia promiſsio ſit ſine cauſa.*
5 *Obligationis finalis cauſa ſufficit in vno ex correis ſiue debendi ſiue obligandi reperiatur nu. 5. & ſequen.*
6 *Argumentum bonum à pluribus reis debendi ad plures reos credendi.*
7 *Interpretatio ſeu declaratio elegans ad l. 2. in §. Circa ff. de doli exceptione.*

1 VNdecimò recepta illa ſententia quòd † Notarius
poſſit alteri ſtipulari, quæ ſanè crebrior eſt, & à
conſuetudine in tantum approbata, vt rectè de ea du-
bitari non poſſit, quod tractatur in pleriſque locis, &
maximè in l. ſtipulatio iſta in §. alteri. ff. de verb. obl.
& plenius quàm alius quem viderim diſputauit And.
Tiraq. in tracta. de conſtit. in trigeſima limitatione,
& refert ac quædã addit Hypol. Rimi. in Rub. de do-
nat. nu. 14. & ſeq. numeris, & vide quod Ruy. dixerit
in conſi. 127. nu. 10. & ſeq. lib. 1. Alciat. in c. cum con-
tingat nu. 233. & ſeq. de iure, & nouiſſimè Iac. Philip.
2 conclusione 46. lib. 2. Finge modo † notarium ſtipu-
latum Mæuio præſenti & Titio abſenti & cuilibet
eorum inſolidum ſexcenta à Cornelio dari, & in in-
ſtrumento adiectum quæ Cornelius promiſerit cau-
ſa mercium habitarum à Titio, & (vt mercatores di-
cere ſolent) de computo Titij, & ſic Cornelius pro-
miſit, & cauſa mercium receptarum de computo Ti-
tij: Num Mæuius adiectus conſtitutus cenſeatur, ſeu
magis rectè poſſit dicere ſibi dari oportere, & certè
adiectus non videtur: Quia adiectus per dictionem
alternatiuam aut, ſeu aliam huiuſmodi conſtituitur
vt bene cenſuit Accur. in l. ſtipulatio iſta. in §. cum qui
ita. ff. de ver. oblig. & dixi in prima parte ver. ſed. adde
Io. Imo. nu. 22. competit ergo ei ie actio. Sed videa-
mus ſi Mæuius agat num exceptione doli mali repel-
latur tanquã ſine cauſa ex ſui parte ſit ſtipulatio. Pro-
ponitur enim Corneliũ ſe obligaſſe ad ſexcenta cau-
ſa mercium habitarum à Titio, & ad ipſum pertinen-
tiũ, & videbatur prima fronte doli mali Mæuio agẽ-
ti exceptionem nocere l. 2. in §. circa. ff. de doli ex-
cept. poſita illorum ſententia, quæ à frequentioribus
3 recipitur exploſa Bar. ſententia quod † promiſſio etiã
per ſtipulationem ſine cauſa ſit inefficax & tanquam
indiſcreta non valeat niſi appareat quod ſit facta ani-
mo donandi, vt per Gl. & Dd. in l. à Titio. ff. de verb.
oblig. & communem teſtatur Alex. poſt. Salyc. in cõſ.
13. vol. 1. & Felin. in c. ſi cautio num. 2. de fi. inſtru. &
ſcripſit Marc. Mant. inter mercatores in conſ. 12. quę
in tantum recipitur, vt Alexan. in conſi. 77. vol. 3. nu.
15. viſis dubitationibus &c. dixerit referendo Imo. in
l. fina. col. mihi ſeptima quæ eſt poſt numerum 3. ff. à
4 quibus appel. non licet. dictante † ſtatuto quòd cõtra
inſtrumentum non poſſint opponi ſeu admitti exce-
ptiones niſi ſolutionis. Non ideo minus prohibeatur
opponi alia exceptio, quæ ex inſpectione ipſius in-
ſtrumenti, apparet vtputa, quia promiſſio eſt ſine cau
ſa. de quo plene ad alios referẽdo ſcripſit Mar. in cõſ.
81. & Gal. in tract. ad for. came. oblig. q. 1. nu. 12. pag.
77. in q. ad parti. vel. clau. cam. oblig. Et huc amplius
ſubiunxit Alex. quod etiam Iudex ex officio poterit
agẽtem repellere ex eo quod obligatio ſit inefficax,
notoriè conſtat Iudici ex tenore inſtrumenti pro-
pter nota in l. vbi pactum. C. de tranſa. & citat Imo.
id ſentientem in relato loco quod & quotidianum &
notandum puto.

Verum in relata quæſtione occurrit text. in con-
trarium. in l. propter C. de duobus reis, vbi Bald. ait
5 quando plures ſunt obligati † ſufficere obligationis
finalis cauſam in vno reperiri: nã ſuas radices exten-
dit in omnes, ſi enim vni tantum pecunia numeretur
alijs reis promittendi factis ex eo quod vni ſolum da-
ta eſt pecunia: Hi quibus non eſt numeratio facta
remitti obligationem fruſtra deſiderant l. ſi non ſin-
gu. C. ſi cert. peta. ſed his addes quod id ſenſiſſe vi-
dentur Dd. in illa quæſtione ſatis agitata. Quando
pecunia peruenit ad vnum, num alij correi ad quos
contractus emolumentum non peruenit cenſeantur
fideiuſſores, & gaudeant excuſſionis beneficio, de
qua Guig. Cun. in l. ſed Iulianus. 1. ff. ad S. C. Ma-
ced. & tractauit. eleganter Io. And. in conſilio 60.
in quæſtione &c. & Lud. Bol. apud eum & Aret. in
conſi. 33. Mar. ſing. 2. & latiſſimè omnium diſputauit
Io. Roncheg. poſt Bar. & Pau. Caſt. in l. 3. in §. ſi. ff. de
duobus reis a num. 158. vſque ad num. 179. Nec mo-
ueat quòd relatæ ll. propter, & ſi non ſinguli in pluri-
6 bus reis debendi loquantur † nam argumentum &
frequens & bonum eſt à pluribus reis debẽdi ad plu-
res reos credendi, & contra l. ſi reus promittẽdis ver-
ſic. ideoque & ibi Io. Roncheg. ſub nume. 12. argu-
mentum probat. ff. de duobus reis, & fortiſſimum eſt
vbi eadem interuenit ratio, vt idem ait referendo
Barto. in l. 2. ff. co. Aret. in conſil. 29. num. 23. ver.
ſecunda ratio & in l. reos. in §. cum tabulis nu. 82. ver.
Pro hac ſententia & in l. ſi id quod numero 15 & nu.
18. eo. titu, & vide text. in l. 3. §. fin. eod. titu. vbi idem
7 recentiores ſub nu. 3. & † ex his ſequitur elegans de-
claratio ad dictam l. 2. in §. circa. ff. de doli except.
vt locum non habeat in pluribus reis debendi ſeu
credendi, ſat enim eſt quòd in vno ex reis debendi ſit
cauſa.

cauſa, & vni ſit res tradita, & ſimiliter ab vno ex reis credendi res tradatur, & ex perſona vnius efficax redditur obligatio ratione cauſæ cum extẽdat radices in omnes, quod poteris addere alijs declarationibus relatis à Felin. in c. ſi cautio de fide inſtr. & addes aliam quam retuli in tract. de ſponſionib. in 2. par. num. 2. & ex locis relatis ibidem habebis alias. & quãdo coram arbitratore vel arbitro facta eſt promiſſio ſiue cõfeſſio ſine cauſa non inſubtiliter ſcripſit Alex. in conſ. 13. volum. 1. & quando fuit cauſa impulſiua ſcripſit plenè Andr. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa in 1. limit. nu. 67. & quando merita præcedunt idem ſcripſit in l. ſi vnquam in verbo donatione largitus. nu. 56. C. de reuo. don. ſed & addes quod ſcripſit Cur. Iun. in conſi. 126. num. 10. & ſeq. vbi diſputauit quando cauſa committitur declaranda, & conſidera ſcripta ab eo.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores ſolent negotia ad alios pertinentia nomine proprio expedire, & hanc conſuetudinem damnat.*

2 *Domini rerum in decoctionibus vocantur ante omnes, quod locum habet etiam in rebus creatis ex re dominorum.*

3 *Conſuetudo mercatorũ quòd aliena negotia proprio nomine expediant excuſat à culpa.*

4 *Mercatores vt videantur eſſe aliqui procurant ſe adiectos cõſtitui, & ſub eorum nomine merces alienas tranſmitti.*

5 *Mercator ſi vt locupletior videatur impetrat vt merces alterius poſſit in ſcriptura alicuius ciuitatis deſcribi facere tanquam ſuas, quòd propter deſcriptionem prædictam non poſſit defendere tanquam ſuas.*

6 *Pater habens filios emancipatos ſi vt ditiores vxores inueniant bona ſua in libro æſtimi nomine filiorum deſcribi faciat, non ex hoc bona filijs donaſſe cenſetur, eadem tamen bona vxoribus pro dotium reſtitutione ſunt obligata.*

7 *Dolus patris ad commodum filij in caſu ſingulari comparatur conſenſui.*

8 *Cautela pro eo qui vxorem non inuenit.*

9 *Mercatores vt diuites appareant, & oſtendant ſe pecunias ad manum habere, & ne creditores ſint onéroſi, procurant ſibi pecunias commodari.*

10 *Interpretatio ad l. ſæpe. ff. commod, & l. 1. in §. Nã ſi finxerint ff. ad S. C. Silla. reſtitutáque verba mendoſa.*

11 *Verba illa dicis gratia de quibus in l. ſæpe. ff. commo. quid ſibi velint, & ibi quòd pecunia poſſit ad pompam commodari certa mercede conſtituta.*

DVODECIMO propter relatam quæſtionem alias in cauſa Dominorum de Giũtis agitatam & ſecundùm eos terminatam referendæ ſunt à nobis quædam ſpe
1 cies quæ dignum habeant tractatum. † Solens mercatores mandatarij, ſiue facilioris exactionis cauſa, ſiue magis vt videatur eſſe aliqui, inſtrumenta venditionum mercium ad alios ſcilicet tranſmittentes, & mandantes pertinentium, vel ſub relata verborũ formula in ſuperiori quæſtione inſtrumenta conficere, vel (ꝙ magis in vſu eſt, in Patria mea) nomine proprio (vt noſtrates dicunt) cantari facere, de quo vide tex. in l. optimam. C. de contro. & com. ſtip. & elegãs Bald. conſ. 440. in libris Theſaurariæ vol. 5. num. 6. & l. ſi pupillus. in §. per interpoſitam. ff. de aut. tut. vnde vidi non ſemel mandatarios huiuſmodi cõtractus rerum mandantium nomine proprio feciſſe, amiſſaſque fide poſtea decoxiſſe, & in dubium reuocari credita prædicta modo facta à creditoribus decoctorũ, & ex libris, literis, & alijs coniecturis mandantes & dominos non ſine quidem magno labore defendi, & meritò ego ſemper cenſui huiuſmodi cõſuetudinem damnandam, & his addes quod dixi in tract. meo de-
2 coct. in vltim parab. vltimę par. num. 1. in † decoctionibus primo loco dominos obtinere eum in creditũ non obierint, non ſolùm id admittendã ſit in re propria, ſed in re mihi debita & occaſione rei meæ creata & parte quaſi ex re mea locupletiores facti ſint, verbi gratia ſi mandatarius ex mandoto (vt aiunt) merces finierit, & alias emerit l. cùm ſeruum. ff. ſi cert. pet. & dixit Bar. in l. ſi me & Titium, num. 3. ff. ſi cer. peta. quod & quotidianum eſt, & æquitate non caret, idem iuris eſt ſi permutaſſet, res enim permutata eandẽ ſortitur naturam quam alia res cum qua permutata eſt, idq́ue patet ex his quæ ſcripſit Bal. cõſ. 112. quæritur &c. lib. & facit quod eleganter Guig. ait in l. fin. ff. de neg. geſt. relatus ab Alb. ibidem colum. 2. ſi quis rem meam permutat cũ alia, & ea ipſa res mea periit, poſſum contra eum agere, vt mihi reddat aliam rem quã habuit cauſa permutationis, quæ refert ac probat And. Tiraq. in l. boue. in §. hoc ſermone. in 14. limitatione. ff. de verboꝝ ſign. Sed addes quæ ſcripſit Negus. in tract. de pigno in quarto mem. 2. par. num. 58. pertinent enim ad relata, & materiam propoſitam. & circa prædicta, & l. ſi me & Titium, quæ late ibidem Riminal. ſcripſit. & Menoch. in quarto remedio recuperandæ poſſeſſionis, ſed & addes Paul. Par. in conſil. 47. Intentio &c. vol. vol. 1. qui ſub nu. 27. inquit agẽ-
3 tem negotia aliena. † ſi nomine proprio expediat ex conſuetudine loci, culpa carere, citat Ang. Fulg. & Iaſ. in l. certi iuris C. de iudi. in tertio not. & quæ traduntur extra de conſuet. ferè per totum & in l. 1. C. quæ ſit longa conſue. & in l. de quibus ff. de leg. quod multis exẽplis comprobari poſſet, quę cõſulto pręter eo tanquam manifeſta, & vide eundem ſub nu. 65. & ſeq. & nota illud pręceptoris reſpõſum in cauſa mercatorum contra mandatarios fines mandati nõ cuſtodientes, & nomine proprio aliena negotia expedientes, ſed & iis ſingulare verbum Angeli à præceptore meo omiſſum addendum eſt. is enim in l. ſi quis prohibuerit alias Papinianus lib. 6. ff. de publi. act. inquit ſecundũ primã ſolutionẽ habes caſum notabilẽ, ꝙ ſi mando tibi quòd rem meã non vẽdas, & vẽdis nomine proprio nõ excedis fines mandati, & ideo ſi quid præſtas emptori nomine euictionis potes repetere. hæc illic, ꝙ certe mẽti tenẽdũ eſt, quia quotidianũ & ſingulare eſt, & reperi Iaſonẽ referentẽ, & cõmendãtem, & ſe alibi non legiſſe affirmantẽ in l. ſi ita quis, in §. Seia. nu. 5. ff. de verb. obli. & pro ſentẽtia Ang. citat l. ſi cũ emptore, in §. fi. & gl. ibi in ſecunda interpretatione. ff. de pac. & gl. magnã in materia. ff. de offi. procurato. ceſa. l. 1. in verſ. ſi rẽ, & notabis etiam dictũ. §. Seia, ſed & addes ꝙ ſi diceretur vendo merces Titij videretur nomine Titij vendidiſſe, & Titius poſſet ratum

ratum habere,vt colligitur ex commentariis Bar.in l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de leg. 1.vbi Imo. commendat,& Pariſ.in conſi.107.nu.14.in ter.

Hic ſubiungēdus eſt Alberici locus paucis(vt puto)cognitus, & notandus mercatores plerunque ſub fide ampla negotia gerunt,& ſtudent inter primarios haberi, & magnam & copioſam eorum mercatutam
4 apparere.† Ideo ſe adiectos conſtitui plerunque procurant,ſub eorum nomine merces tranſmitti annotarique in ſcriptura alicuius ciuitatis in qua immorantur eorundem nomine ex volūtate dominorum.Scripſit ergo Albericus in l.ſi Præſes. C. de donat.in infraſcripta ſeu ſimilia verba. Lex iſta,& gl.obuiāt fraudi quam quendam mercatorem Genuenſem feciſſe
5 audiui vt locupletior videretur.† Impetrauit enim à quodam alio mercatore veniam ſibi concedi,vt eius mercimonia poſſet facere deſcribere in ſcriptura ſeu (vt ait) in introitibus ciuitatis Genuæ tanquam ſua, vbi merces quæ exportantur, & importantur deſcribuntur.Quod cum factū fuiſſet, & is decoxiſſet amiſſa fide,ipſa mercimonia defendebat tāquam ſua propter deſcriptionem relato modo factam,quod facere non poterat propter dictam legem,& gloſ.quia non permiſerat mercator annotari animo donādi, & cer-
6 te l.ſi præſes eum gl.notanda eſt.vbi habetur,† ſi pater habens filios emancipatos vt ditiores vxores inueniant melioremq́ue conditionem bona ſua in libro cenſuali ſeu extimo nomine filiorum deſcribi faciat, bona donata non intelligi.Putant tamen Bal. ibidē ſi filij vxores duxerint bona illa dotis reſtitutioni obli-
7 gata cenſeri,† Quia dolus patris conſenſui comparatur C.ad S. C. Vel.l.ſi me, ſed credo noluerit citare tex.in l.ſi ſine eo.tit & Pet.Belu.ibidē inquit patrem teneri de dolo vxori deceptæ : ſed & Aug. in ea l.in-
8 quit, nota † bonā calliditatem ſeu ſagacitatē pro eo qui vxorē nō inuenit ratione paupertatis,vt faciat in ſe cantare inſtrumentū magni ponderis ad aliū pertinentis cum cautela domini l.ſi vt certo §.ſi de me petiſſes ff.commo.Quā cautelā non cōmendandam ſed damnandā puto.Hominem namque homini inſidiari nephas eſt,& vt vere dicā hęc cautela ſapit impoſturā. & nota §.ſi de me petiſſes,in vſu nāque frequenti eſt.

Denique ad malitiam mercatorum detegendam, Qui ſub fide quam eis haberi ſtudent pleroſque decipiunt,& quorum multi in ſpecie videntur diuites qui ſunt pauperes,vt inquit Alcia.in calce ,reſpon. 48.in
9 quinto.vide elegantem tex.in l.ſæpe ff.commo. † illic enim ita ſcriptum eſt ſæpe ad hoc commodantur pecuniæ , vt ditis gratia numerationis loco intercedant.vbi Accurſi.inquit, ac ſi dicat debitor plurium accipit pecuniam vt diues appareat , & ſui creditores nō ſint acerbi,quaſi cito poſſit eis ſatisfacere.hoc igitur faciunt vt pecuniam ſe ad manum habere oſtendant,& oneroſi non ſint creditores (vt veteres Iuriſconſulti dicere conſueuerant) ſed & his addendū eſt
10 quod in Pandectis legitur in d. l. ſæpe.† Non ditis gratia,ſed dicis gratia, & eodem modo reſtituēda eſt litera in l.1.in §.ſeu ver. Nam ſi finxerit quis auxilium ferre vel dicis gratia tulerit.ff ad S.C. Sill.cūmq; hoc dicendi genus declaratum aut relatum à quoquā non meminiſſem,& Accur. noſtrū laboraſſe in caſſum vidiſſem,inter legendum(vt fit)incidi in libellū emendationum egregij Antonij Aug.is enim emen.lib.2.c. 2.prope finem belliſſime declarat & refert Ciceronē actione 6.in ver.inquit enim,pecunia ob id commodabatur,vt numerationis loco , quod hodie quoq; fit in emptionibus,& donationib.& nōnunquam in iudiciis negotio peragendo intercederet, quod in d.§. nam ſi finxerit in ſeruo,qui ſe auxilium domino ferre ſimulauit commētum appellatur. in dictis ergo locis dicis gratia nil aliud ſignificat quam quod ipſi Iuriſconſulti perfunctoriè,aut defunctoriè appellant,hoc eſt vt defungi ſuo munere viderentur. & hæc locutio incognita materna lingua(vt puto)diceretur,*per moſtra,per vn bel parere, per vn bel trouato*. Subiunxit idem Ant.Aug ſe ignorare, vnde hic dicendi modus originem traxerit, quod & ipſe affirmo, & ingenue fateor prout Accurſius noſter in alio vocabulo ſibi & forſan aliis incognito ſaſſus eſt in l.Publia.in §. fin.ff. depo. ſed addes quod vidi relatum Fran.Duar.in 1 q.Anniuerſa c.47.& in l. iuriſgentium in §.dolo malo. ff. de pactis reſtituentem tex.vt ſupra,loca autem non vidi, cum libros non inuenerim. Nec illud ſilentio prætermittēdum eſt,quod Lan.Rodul.ſcripſit in ſua eleganti repet.ca.conſuluit par. 2.ver.viges.ſecundo de
11 vſu.is enim citādo † d.l.ſæpe.ff.commo.inquit pecunia poteſt pecunia commodari ſiue locari ad pompam citat glo.ſummæ 14.q.3.&c.conqueſtus de vſu. Hoſt.in ſumma in §.an aliquo verſic. 10.quibus adde Bal.in l.cunctos populos.C.de ſum.tri.nu.4. qui docte(vt ſolet)inquit in pecunia numerata ad pompam quandam remunerationem poſſe pręſtari ratione huius vſus ne dominium ſit ſterile , & cūm ipſe vſus non poſſit reſtitui l. ſi vſusfructus mihi in biennium.ff. de vſu legat. & ſic non recipiat actum retro ſimile congruum eſt vt aliquid præſtari poſſit.argum.de ſacroſ. eccl.l.iubemus nulli §.fin.

SVMMARIVM.

1 *Dos Adiecto ſolui poteſt ſed de dote vir tenetur, & viro dos quæritur qui repetit ab adiecto.*

2 *Mulier non poteſt dotis nomine ſe alij obligare quàm viro,fallit in delegatione.*

3 *Dotis nomine ſi ego & Titius ſtipulemur centum à Mæuio pro Pāphila mihi nuptura hoc actu, vt ſimus duo rei credendi, non tamen efficiemur duo rei ſtipulandi, quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt.*

4 *Interpretatio ad l.ſi id quod ff.de duobus reis.*

1 DEcimotertiò quæro† an'dos poſſit ſolui adiecto, & certum eſt poſſe,vnde ſi mulier ita promiſerit decem tibi,aut Titio doti erunt Titio decē dari poſſunt,ſed de dote vir tenetur,& viro dos quæritur , vt inquit Iuriſcōſultus in l.mulier ita.ff.de iure dot. vbi ſubiicit. Non enim exiſtimamus illam ita promiſiſſe cum vel de Titij nuptiis cogitaret. Vnde ſequitur ſi Titio decem ſoluantur marito aduerſus eum actionem competere, vt inquit Soc.Iun.in conſil.131.nu. 14.vol.3.ſed & addes tex.in d.l. ſi mulier ſingularem eſſe Rapha.ibidem ſcripſiſſe inquit enim nota text.
2 ſingularem quod † dotis nomine mulier non poteſt alij ſe obligare quam viro alij tamen poteſt ſolui, &
3 ex delegatione poteſt alij obligari. † ſed finge quòd ego & Titius ſtipulemur cētum dotis nomine à Mæuio pro Pamphila,quę mihi nuptura erat,hoc expreſſe acto, vt duo rei credendi eſſemus,dicit Iuriſconſul
4 tus † in l.ſi id q.ff.de duobus reis , quòd non poſſunt duo rei ſtipulandi conſtitui,cuius rei illa ratio redditur,quia mihi debētur ex cauſa dotis,Titio autē ex eadem cauſa dotis deberi nō poſſunt,quia eadē duobus nupta eſſe non poteſt,diuerſitas ergo cauſæ conſtitutionem duorum reorum impedit, Paul. etiam Caſtr. in relata

in relata facti ſpecie ſubiicit ſolutione à Mæuio vni facta iuris rigore liberationē non cōtingere ab altero, ſed ex æquitate. Quod valde notādū eſt,& recētiores ibidē non improbant ſub nu.15.& ſub ſeq.nu.nouam interpretationē relatæ legi dederūt, quæ mihi prima fronte nō inarguta viſa eſt. Quia tamē aliena eſt à noſtra materia iudicium nō interpono meum, & his addes,quæ antep.par.dixi ver.13.declaranda eſt &c.nu.

SVMMARIVM.

1 *Mandans alicui vt merces quas apud ſe habet tradat pro ſe Titio,aut Mæuio,ſeu illi vel illis quibus fuerit ordinatū ab eiſdem,an cēſeatur adiectos,ſeu Procuratores in rem ſuam conſtituiſſe,num.1.& per totam quæſtionem.*

2 *Debitorem meum ſi iuſſero tibi ſoluere, quamuis ab eo ſtipulatus ſis non tamen ſit nouatio, ſi tamen tibi ſoluerit liberetur.*

3 *Ceſſio abſenti fieri nequit,niſi interueniat Procurator,nuncius vel epiſtola.*

4 *Procurator ſicut conſtitui poteſt in rem ſuam,ita & Adiectus.*

5 *Verba illa pro me,& illa de ſequendo ordinē alicuius, quā interpretationem habeāt relatiuè.*

DEcimò quartò quæro,ſolent mercatores ſub illa vulgari formula ſcribere,& mandare,verbi gra-
1 tia,Lucius Titio ſuo ſalutem.† Mando tibi & dico, vt merces quas apud te habes tradas pro me Aloyſio aut eius filio,ſeu illi vel illis,quibus ordinatum fuerit ab eiſdem, & ſequemini eorum ordinem. Pro interpretatione formulæ in relata verba conceptæ, ſciendum eſt quod ſi iuſſero debitorem meum tibi ſoluere,quamuis ab eo ſtipulatus ſis, non tamen nouatio-
2 nem fieri. † Debitor tamen meus tibi ſoluendo liberatur l. ſi debitorem.ff.de nouat. Vbi Dd.declarāt, & maximè Paul.Caſtren.in l.delegare eod.titul.Non ergo potes agere licet tibi rectè ſoluatur, vt inquit gl.in d.l.ſi debitorē.in ver.poſſis,& Ale.in l.qui vſum fructum.ff.de verbor.oblig.& conſequenter apparet
3 ex huiuſmodi mandato non eſſe factam ceſſionē† quę ceſſio abſenti fieri nequit, niſi interueniat procurator,nuntius,vel epiſtola,vt per Bar.in l.in cauſæ.in §. ſi ex parte. ff. de procu. Verùm in propoſita facti ſpecie Paul.Pariſ.in conſilio 107.quęritur &c.vol.3.delegationem factam quibuſdam argumentis probat,& Aloyſium adiectum in rem ſuam, ſeu Procuratorem
4 in rem ſuam conſtitutum,† quemadmodū enim Procuratorem in rem ſuam quis poteſt conſtituere,ita & adiectum,cum ſimilis Procuratori,vt Aretin.ait in l. liber homo in §.fin. in fi. ver. ff. de verbor.oblig.de quo adiecto in rem ſuam dixi in prima part.nu.39.& in antep.par.25.amp.Declarat etiam idem Pau.Par.
5 pręceptor meus(ſi is eſt)in relato reſponſo † illa verba pro me, & ſequentia verba de ſequendo ordinem &c.quæ in vſu frequēti ſunt inter mercatores,& quoniam plene ſcripſit tu videris an in omnibus probandum ſit reſponſum.Ideo autem dixi ſi is eſt quoniam idem reſponſum reperitur inter cōſilia Car.Ruy. ſub num.209.de de pluribus quæritur.volum.1. nominibus mutatis,ſed non verbis neque ſubſtantia, & propter ſubtilitates ac ſtilum magis eſt vt credam reſpōſum illud factum à Car. Ruy.quàm à Paul. Par.ſed & ego circa delegationē plenè ſcripſi in tract. de merca.in titul.mandati,& in tract.de decc&t.in ea par.in qua quæſtiones inſerui, & his addes quòd ſecundum Aret.ſententia& reſponſum Paul.Par. ſeu Car.Ruy. in cauſa Franciſci Muti audio dominos de Rota pronuntiaſſe,cuius ego Anconæ aduocatus fui,& Romæ diſertiſſimus vir dominus Vincentius Parentius Lucenſis,ſed non fuit relatum conſilium Bal.248.in primo vol.de quo in vltima quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Homicidÿ pœna in quibus caſibus ceſſet,ſeu temperetur vel differatur executio relatiuè.*

2 *Adiectus ſi ad mortem damnatus eſt,poteſt dominus ſeu creditor petere vt executio ſententiæ differatur donec rationē reddat, idē iuris eſt in inſtitore,& quocūque adminiſtratore.*

3 *Obligatus ad ratiocinia differtur ordinari donec rationem reddat.*

DEcimoquinto nemo eſt qui neſciat complures
1 eſſe caſus in quibus homida,† vel ex homicidio non teneatur, vel mitius cum eo agatur,pœnaque tēperetur. Item & nonnullos eſſe caſus in quibus in criminalibus executio differatur:de quibus apud Luc à Penna in l.ſi apparitor.C.de cohart.li.12.vero in cautelis ſuis pag.1. Fel.in c.quærenti de off. deleg. Mar. in l.1.ff de Sica.Ioan.à Neuiz.in ſua ſylua nupt.libr.1. pag.18.vſque ad 20. Io. Monto. in ſuo iuris promptuario in ver.mora,& complures referendo, & præſertim Car.in ſua practica, & Iaco. Baul.in repetitione legis capitalium in §.famoſos.ff. de pœn. relatiuè
2 enumerat Pet. à Plaga in epit. delict.cap.38.† Finge modo Titium adiectum varias,& diuerſas merces recepiſſe, & pecunias eidem ſolutas, eundemque vltimo ſupplicio damnatum.Qui(vt non ſemel diximus) & dicemus in vltima parte, rationem reddere domino creditorique tenetur. Num dominus ſeu creditor qui rationem ſibi à Titio ad mortem damnato reddi deſiderat rerum, & pecuniarum habitarum audiēdus ſit, vt executio differatur donec rationes conficiantur,atque conſolidentur,& tanquam iuſta petenti aſſenſum non puto denegandum, honeſta namque eſt dilationis cauſa.l.ſeruo legato. §. penult.ff de leg.1. &(ni fallor) expreſſe probatur in l. 1.C. de bon.proſcrip.vbi Angel.inquit hæc lex decidit, quod volens differre mortem condemnati,vt forſan gratiam à ſuperiore pro eo conſequatur, adhibeat cautelam proteſtando iudici ne exequatur cum condemnatus ſit ei ad reddendum rationem obligatus. Sed terminū cōpetentem ſtatuat ad diſpūgendas rationes,& ſubiicit, hanc cautelam veram de iure,ſed ſibi parum liquere, an ex conſuetudine obſeruaretur.hæc ille quibus ad-
3 des quòd Abb.in c.veniens.num.13.de Accuſ.ait † ſi inſtitor alicuius damnatus eſſet ad mortem poteſt dominus petere, vt executio differatur donec adminiſtrationem reddat, citat Cyn.in d.l.1.C.de bo.proſ. & probat Felin.in c.quęrenti nu.5.de off.deleg.& habetur in ſylua nup. relato loco quibus addes Saly. in ea.l.1.& in l.cum reis.C.de pœnis,& eundem Ang.in l.interdum.ff.de publi.eſt & his quæ dixit Angel. annotandum, vero creditori & domino ad rationes cōficiendas, & conſolidandas dilationem petenti denegari non poſſe, ſed meminiſſe oportebit inſtare vt id velocius fiat,vt pœnæ ſuæ reddi poſſit, vt inquit Imperator in d. l. 1. ſuccurrit etiam circa relatam

caute-

cautelam Ang. elegans text. in l. cum reis. C. de pœnis. Illic enim ita ſcriptum eſt cũ reis manifeſta probatione conuictis ſpacium ante ſentẽtiam temporis datur, facultas ſupplicandi quibuſdam malignis artibus criminoſis patet, cum in homicidij crimine, & in aliis delictis grauioribus cauſis vltio differenda non ſit & reliqua, differtur ergo executio, quemadmodũ & ordinatio differtur in obligato ad ratiocinia ne eccleſia infametur donec ratio reddita non fuerit, vt legitur in c. magnus Epiſcopus Auguſtinus eodemque vnico de obligatis ad ratiocin. ord. vel non, vbi videbis Dd. & præcipue Abb.

SVMMARIVM.

1 Literarum cambiorum expoſitio, & an expoſitus ſolutioni in literis cambiorum cenſeatur Adiectus, ſeu magis principalis latè diſputatur.

1 Apud† Baldum elegans & quotidiana quæſtio literarum cambij fuit propoſita. Quidam enim Borromeus de Borromeis. Alexan. Borromeo ſcripſerat literas exempli infraſcripti. *Pagate per queſta prima lettera à Luca de Goro libre 45. ſonno per la valuta qui da Maſſio, & ponete al mio conto:* Super quibus literis & verbis de more conceptis idem Bal. conſil. 348. vol. 1. factæ fuerunt per Borromeum &c. literarum tenorem diuidendo, & non inſubtiliter (vt ſolet) diſputando ad rem noſtram ſcripſit in verba infraſcripta, quę ſunt in vlt. col. Iſtę literæ videntur literæ conſtitutæ pecuniæ. Vbi prima perſona contrahens ponitur tanquàm fundamentum cauſæ. Secunda perſona, quia poſt receptionem pecuniæ apponitur tanquàm effectus, & hoc poteſt eſſe duobus modis, vel quòd ſit quædam perſona appoſita, vt ſibi quæratur obligatio, in conſtituta nãque pecunia poteſt acquiri obligatio abſenti per nuntium vel epiſtolam ſicut inter præſentes, quia conſenſu contrahitur, ſi autem recepturus pecuniam fuit appoſitus, vt Procurator Maſſij, tunc Maſſius haberet ius. ff. mand. l. idemq;. §. ſi cui, quia obligatio eſt ſibi radicata, & in alio non tranſlata. Quia qui ſtipulatur Procuratori ſuo vel negotiorum geſtori, ſibi ipſi ſtipulari videtur. ff. de ſolu. l. ſi cùm Cornelius. In dubio autem præſumitur negotium principaliter pertinere ad eum qui numerat pecuniam, quia præſumitur ſua, & appoſitus ſolutioni videtur adiectus tanquàm ſimplex procurator. ff. de verb. oblig. l. Iulianus in §. qui fundum. ff. ſolut. mat. l. dotis cum ſua materia, facit quod notatur de cõſt. pecun. in auth. ſi quando, vbi autem conſtaret quòd Borromeus gratia ſua, & Maſſi feciſſet dictam ſcripturam ratione alicuius intereſſe, tunc Borromeus haberet ius, quia non tenetur facere niſi quod ſcriptura loquitur, & ad effectum ad quem loquitur. ff. commo. l. in cõmodato. in §. ſicut, & ſubiungit nota quòd in hac ſcriptura nulla promiſſio continetur nec ſub verbo perſonali, nec imperſonali, tamen videtur ſubintelligi tanquàm perſonaliter facta numeratori d. aut. Si quando, ſcilicet de ſoluendo appoſito præſumitur, qui vtrum hoc caſu dicatur Adiectus an dicatur principalis propter ſe appoſitus iam dictum eſt, & ſic an negotium ſit geſtum ipſi abſenti per præſentiam. an è conuerſo gerendum præſenti per abſentẽ & ſequuto mandato, vbi enim numeratio eſt cauſa alicuius miniſtri, ibi certum eſt quod nudus miniſter eſt Procurator, ſed vbi principaliter pertineret negotium ad eum cui debet ſolui, tunc eſſet contra, quia qui primo numerauit eſſet miniſter, & recepturus ſolutionem eſſet principalis & dominus negotij. Quod ex qualitate perſonarum, & aliis vſitatis inter eos bonus vir perpẽdet, ſed & paulo inferius addit pro Maſſio facere, quia iſte eſt prius nominatus in literis, ergo præſumitur principalis. Item vnuſquiſque præſumitur ſuo nomine cõtrahere, & paciſci. ff. de ſolut. l. & magis. ff. de probat. l. ſi pactum. Huc uſque Bald. cui vix addi poſſe puto ita docte differuit, & morem mercatorum nouit. Vide ergo quæ ſcripſi ſuprà in q. 14. vbi retuli reſponſum Pau. Par. 107. in ter. pertinẽt enim ad prædictorum declarationem, & quando in ſermonem literarum cambiorum incidi, circa dictas literas, vide quæ ſcripſi in trac. de mercatura in tit. mand. in princ. & in trac. de decoct. in ea par. in qua quæſtiones inſerui nu. 6. & ſeq. Vbi loca quædam ad materiam quotidianam literarum cambij, Bal. & Saly. in l. pro debito C. de bonis aut. iud. poſſi. Bald. in rubr. C. de conſt. pecu. Bart. & Alex. apud eum in l. cum tabernam in §. idem quæ ſit. ff. de pig. & pulchrã quæſtionem tractauit idem Bal. in conſil. 190. Sempronius Manfredi &c. vol. 2. adde etiam in materia Cat. Cot. in memora. in ver. cambij literas & eũdem in ver. Mercator Iaſ. in l. huiuſmodi in §. ſi ita. nu. 12. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. eleganter. ff. de cond. indeb. Mar. ſing. 467. Iaſ. in repe. l. admonendi. nu. 112. ff. de iureiu. Soc. Iun. in conſil. 138. part. 3. Alphon. in libr. qui inſcribitur Theſaurus Chriſtianæ relig. c. 67. in fin. & certe hæc materia diſpoſitione egeret cùm ſit quotidiana, ſed cùm per occupationes in quibus quotidie verſor non liceat relatis locis ſum contentus, & quando traduntur literæ videndus etiam eſt textus in l. ſi filiusfamilias ad S. C. Maced. Gozz. in conſilio vigeſimotertio numero 6. qui alios refert Pariſi. in conſilio 112. numero 44. volumine 1. Aym. in conſilio 106. Honoratus &c. Bal. in l. 1. ff. man.

SVMMARIVM VLTIMAE PARTIS.

1 Cauſidici admonentur in perducendis cauſis ad iudices & inſtituendis actionibus & quædam notabilia ad eos pertinentia ſubijciuntur.

2 Actionum liber Appij Claudij à Gneo Flauio ſubreptus & dono datus populo Romano fuit valde gratus.

3 Martini gloſſ. Mos fuit contradicere his quæ à frequentioribus recipiebantur.

4 Actio mandati an ſemper contra Adiectum competat plene diſputatur numero 4. & ſeq. numeris.

5 Procurator conſtitui an abſens poſſit licet non interueniat nuntius vel epiſtola & ſit ius ſingulare in contractu mandati.

6 Pactum quando apponitur contra ſubſtantiam contractus ſi poteſt fieri illud pactum facit vt

fiat digreſſio ad aliam ſpeciem contractus idq; notandum. in l. cum precario.

7 *Interpretatio ad l. 1. in §. conſtituitur & in §. dari. & l. ſeq. ff. de procu.*

8 *Epiſtolam vel nuntium mittens conſenſit tempore quo mittit, & tempore quo traditur litera vel nuntius refert durat conſenſus quod eleganter reſtringitur.*

9 *Epiſtolæ quare ſint inuentæ.*

10 *Cicero damnatur circa inuentionem epiſtolarum.*

11 *Iaſon reprehenſus qui ait actionem mandati oriri ex eo quòd cùm ſtipulor mihi aut Titio videor mandare tibi vt ſoluas Titio, & videor mandare Titio quòd recipiat.*

12 *Adiectus quando dicatur procurator nu. 12. & ante nu.*

13 *Adiectus ſi quis fuerit ſolutioni animo donandi ab eo non repetitur.*

14 *Adiectus an præſumitur animo donandi in re dubia quod eleganter limitatur duobus modis.*

15 *Adiectus tenetur actione mandati ſi eſt mandatum expreſſum vel tacitum, vtputa ſi præſens ſit tempore ſtipulationis.*

16 *Adiectus vbi nec expreſſum nec tacitum interuenit mandatum tenetur actione negotiorum geſtorum.*

17 *Summa maior ſi eſt in perſona ſtipulatoris, & minor in perſona adiecti & ſoluatur adiecto ſumma in eo deſignata, quo remedio conſulatur creditori & quid contra ſi non integra ſumma in eo collata ſoluatur eidem.*

18 *Stipulatus ſi ſim mihi aut Titio fundum dari, quamuis Titio ſit traditus fundus, peti poteſt vt de euictione caueatur.*

19 *Dotem ſi auus maternus ſtipulatus eſt ſibi aut mulieri cùm ſit adiectus & ſoluatur matrimonium morte viri vel diuortio, & reſtitutio facta ſit auo vel extraneo qua actione repetatur à muliere.*

20 *Indebitum ſi ſoluatur adiecto repetitur à creditore.*

21 *Conſtituens ſoluere ſoli mihi cum à principio mihi aut Titio promiſiſſet ſi Titio ſoluit ab eo repetit.*

22 *Adiecto nõ vero ſi ſoluat promiſſor repetit ab eo.*

23 *Adiecto ab adiecto conſtituto ſeu demõſtrato ſeu hæredi putatiuo ſi ſoluatur quo remedio conſulatur vero hæredi, expeditur quæſtio eleganter ſecundum Bald.*

24 *Adiectus adiectum non conſtituit.*

25 *Heres ſtipulatoris ſi egerit contra adiectum ab adiecto vel hæredem putatiuum, num poſtea poſſit agere contra promiſſorem.*

26 *Demonſtratio facta ab adiecto de hærede non verè non obligat eum.*

27 *Scriptura ſi apparet de voluntate adiecti ſolutum hæredi putatiuo non inducitur mãdati ſed permiſſio de ſoluendo.*

28 *Soluens hæredi putatiuo ex mandato Iudicis liberatur.*

29 *Soluens ex mãdato iudicis, vel metu ſtatuti vel prælato putatiuo quando liberetur.*

30 *Debitor obligatus ſoluere Rolando ſeu ſocijs & partem ſoluens Rolando, reliquam ſocijs liberatur debitor, ſed ſi Rolandus quod ad ſe pertinet non eſt conſequutus experiri debet contra alios ſocios.*

31 *Verba illa plus minúſue nihil addunt, nihilque de conſenſione minuunt niſi aliud probetur.*

32 *Libellus admittitur in quo certum petitur, & additur clauſula plúſue.*

33 *Mercatores qui per literas ſignificant ſe debitores in decem, & plus & minus prout in codice rationum continetur non videntur ex hoc augere vel minuere ſummam quantitatis confeſſæ.*

34 *Dictio pluriúe non infinitam pecuniam continet. ſed modicam.*

35 *Lex publia in §. ſi declaratur remiſſiuè.*

36 *Actio quòd & adiecto competat relatiuè.*

VLTIMA PARS.

Qua Actione Adiectus teneatur & de aliis actionibus ad materiam pertinentibus.

POſtremò (vt initio polliciti ſumus) de Actionibus quæ contra adiectum competunt eſt diſputandum, & primùm generaliter diſſeremus. Deinde quoſdam caſus ſingulares enumerabimus: Et licet cu iuſmodi actio inſtituatur nõn ita ſubtiliter hodie ſit inquirendum, & aucupationes atque captioſi modi circa formulas legitimaſque actiones radicitus ſint amputati. cap. dilecti de iudic. l. 1. C. de formu. id eſt ſolemnitates antiquæ circa actiones ſublatæ ſint, non ipſa actionis formula de quibus ſcripſit plene Iaſ. in l. 1. ff. de eden. & ſcripſit Aſten. in tract. de forma in rubr. Qualis eſſe debeat forma, & Alciat. lib. 4. diſpunct. cap. vlt. Infantis tamen ac ſtupidiſſimi cauſidici eſt ſine certa actionis cognitione ad iudicem cau-
1 ſam perducere, & meritò Io. Oldẽdorpius† cauſidicos huiuſmodi carpere videtur, admonet enim eos nec ſemel cum ſuis circumſtantiis rectè perpẽdere debere, ex actionis namque cognitione quid in cauſa ſtatuẽdum ſit diſpicimus vt merito Imperator noſter Inſt. de iur. natu. in fi. dixerit omne ius quo vtimur vel ad
2 perſonas vel ad res, vel ad actiones pertinere† & non ab re Appij Claudij actionum liber à Gneo Flauio ſcriba eius Libertino filio ſubreptus, & dono populo Romano datus adeo gratus fuit vt Tribunus plebis fieret, & Senator & Ædilis Curulis vt legitur in l. 2. §. Poſtea cum Appius Claudius. ff. de orig. iur. & certe cum

eum de periculo animæ agatur, quæ cunctis rebus
præferenda eſt, ſtudeat vnuſquiſque qui periculoſum
hoc exercet officium maxima cauſæ cognitione ad
lites clientes trahere, & quæ boni & Chriſtiani cau-
ſidici partes ſint quoque pacto in eorum miniſterio
ſeu artificio abſq; D.Opt.Max. offenſione ſe debeāt
gerere multi annotarunt, ſed eleganter quidem ciuis
meus Auguſtinus Anconitanus in libro qui de eccle-
ſiaſtica poteſtate inſcribitur tractauit q.111. cùius o-
pus aureum, & ſolēne dixit Felin. in ſermone Indulg.
plen.nu.3. quem etiam meritò inſignem Theologum
nuncupat And. Tiraq. in tracta. Nobilitaris c.31. nu.
361. & interrogatus clariſſimus vir & Reuerend. Ca-
meræ auditor Iacobus à Muciarellis quanti cōmen-
tarios eiuſdem in diui Pauli epiſtolas ac alias canoni-
cas faceret reſpon. Quanti omne id quod apud me
Theologorum habeo, ſed & his admonendi gratia
bonum Aduocatum & Chriſti fidelem addēdum eſt,
eum Iuriſconſultum vere nominari qui legum & con
ſuetudinis eius qua priuati in ciuitate vtuntur. & ad
reſpondendum, & ad agendum, & ad cauendum peri-
tus ſit, & placet ad verbum referre quod diuino quo-
dam afflatus ſpiritu inquit Cicero lib.2. de orat. Dili-
gentia, inquit, cùm omnibus in rebus, tum in cauſis
defendendis plurimum valet. Hæc præcipuè colēda
eſt nobis, Hæc ſemper adhibēda, Hæc nihil eſt quòd
non aſſequatur, & in eodem libro in perſona Craſſi
Iuriſconſultiſſimi ait, Equidem ſoleo dare operam
vt de ſua quiſque re me ipſe doceat, & vt ne quis alius
adſit quo liberiùs loquatur, & agere aduerſarij cau-
ſam vt ille agat ſuam, & quicquid de ſua re cognoue-
rit in medium proferat: Itaque cùm ille diſceſſit tres
perſonas vnus ſuſtineo ſumma animi æquitate, meā.
Aduerſarij iudicis, Hactenus Cicero. quæ verba ante
oculos omnium Aduocatorum poſita eſſe debent, &
hac diligentia quæ actio inſtituenda, quidúe in re ip-
ſa ſit aduocatus facile perſpiciet. cùm igitur res hæc
admodum ſit neceſſaria breuiter videamus.

3 † Martinus antiquus Gloſſator qui ſiue fiducia do
ctrinæ, ſiue ingenij acumine, ſeu forſan verius contra
dicendi ſtudio contra ea quæ à frequentioribus reci-
4 piebantur ſentiebat, † in ea fuit ſententia vt contra ad-
iectum ſemper actio mādati competeret. Nā ſemper
tacitum mandatum, & ſi non expreſſum interuenire
aſſeuerabat, & in abſentia & ſine nuncio vel epiſtola
& ſanè motus eſt l. Iulianus, in §. qui fundū. ff. de ver.
oblig. & §. ſi quis alij in verſi. plane. Inſti. de inutil. ſti
pul. l. Qui res in §. Qui ſtipulatur, in fi. ff. ſolut. Quæ
iura ſimpliciter dicunt contra adiectum mandati a-
ctionem competere, & in eadem opinione fuit Ro.
gloſſ. vt Accurſ. retulit in d. §. Qui ſtipulatur in verſi.
Mandati, ſed & recentiores Bono. Vg. And. Ser. in
commētariis quibuſdam inſtitutionum in tit. de inu-
til. ſtip. & in d. verſi. planè, Martini ſententiam proba
uerunt, infraſcripta tamen non attigerunt. Nec me la
tet acutiſſimi ingenij virum Fran. Are. in l. Iulianus,
in §. Qui fundum ſuperius citato ſub nu. 5. ſcriptū re-
liquiſſe. Nota & tene ſemper memoria ſtipulatorem
contra adiectum actione mandati experiri ad petēdū
ſolutum eidem, vnde ſequitur Adiectum mandatum
habere ad ſolutionem recipiendam & procuratorem
ſtipulatoris cenſeri, quod ſubiicit videtur contra tex.
in l. vero procuratori. in §. interdū ff. de ſolu. & ideo
Dd. ſequuntur diſtinctionem gloſſ. in d. §. ſi quis alij
verſ. plane, vbi inquit, ſi adiectus adfuit ſtipulationi
actionē mandati cōpetere: ſi verò abſuit, & tunc non
mādati actionem dari ſed negotiorum geſtorū quaſi
mādatum abſente procuratore perfici non poſſit, ſed
& addit, cum iura primo loco relata generaliter dicāt
contra Adiectum mandati actionem competere rela
tā diſtinctionem nimis dicta iura reſtringere, vnde
ne dicta iura reſtringantur tentat dicere dummodo
ſolutio fiat Adiecto ſcienti ſe eſſe adiectum ſemper
mandati actionem competere. Quia ius ſingulare eſt
5 ſecundum eum in contractu mandati † quòd poſſit cō
ſtitui procurator licet ſit abſens, etiam ſi nō interue-
niat nuncius vel epiſtola, idq; probari ait. in l. 1. in fi.
cū lege ſeq. ff. de procu. & Bal. notaſſe ait in d. l. 1. in
princ. Nec aduerſatur inquit d. l. vero procuratori. in
§. interdum, quia adiectus nō eſt propriè procurator
ex eo quia mandatū eius non poteſt reuocari l. Aliud.
ff. de ſolu. Pro qua interpretatione cōſiderabam hoc
innuere tex ipſum. nam in principio dicitur vero pro
curatori rectè ſoluitur & reliqua. Deinde ſubiungit
interdum tamen & non procuratori rectè ſoluitur vt
ergo ſit exceptio à regula vt indicat illud verbū in-
terdū Inſt. de rerum diui. §. interdum. l. interdū. ff. de
fur. c. 2. vt lit. pen. lib. 6. dicēdum videtur, adiectū eſſe
Procuratorem nō verū, hoc eſt impropriè, vt dicebat
Aret. ſubiungit Are. cū enim in contractu vel tacitè
6 vel expreſſè † apponitur pactum contra ſubſtantiam
contractus ſi poteſt fieri illud pactum facit quòd fiat
digreſſio ad aliam ſpeciem contractus egredientis no
tiſſimos terminos priores l. vbi ita donatur, vbi pro-
batur. ff. de dona. cau. mor. idq; notandū eſt ad inter-
pretationem legis, cum precario. ff. de preca. quam vt
ſupra etiam declarat Dec. in conſ. 295. viſo teſtamēto
&c. col. fi. Curt. Iun. in conſ. 56. ſed quia iſte alius cō-
tractus habet eundem effectum penè quoad omnia
quem habet cōtractus mandati dicemus ꝙ competit
actio mandati, & forſan ait non eſſe abſurdum dicere
ꝙ actio vtilis mandati detur, ex quo non eſt propriè
mandatum. Hæc ille. ſed & Iaſ. in eodem mer. §. Qui
fundum nu. 12. ſcripſit opinionem Martini probari
non ſolum ab Aretino (vt retuli) ſed à Petro Belſu-
rio. & ipſe in eadem ſententiam inclinat inquiēs ſti-
pulatorem habere mandati actionē ſiue adiectus fue-
rit præſens ſtipulationi ſiue abſens, quia cum ſtipulor
quòd des mihi aut Titio, videor conſentire & māda-
re tibi quòd ſoluas Titio: ergo etiam videor mandare
Titio quod recipiat, quando eidē poſtea ſoluis ſciē-
ti ſe eſſe adiectū certè ex mandato de ſoluendo, & ex
ſolutione recepta à Titio oritur actio mandati cōtra
Titium, & addit tutius hoc eſſe dicere quàm illud
quod non bene animaduertens inquit Are. ius ſingu-
lare eſſe in contractu mandati vt poſſit cōtrahi inter
abſentes abſque nūtio vel epiſtola. nā tex. in l. 1. in fi.
& l. ſeq. ff. de procu. probat contrarium, nec rela. Bal.
ab Are. in prin. dictæ legis quicquam dixit, hactenus
Iaſo. his addendus eſt quiſquis is fuerit, qui in eo. §.
Qui fundum additiones fecerit ad Alexandri commē
tarios qui ſenſit ius ſingulare eſſe in contractu man-
dati modo quo dixit Aret. & addit probari hanc ſen-
tentiā in d. l. 1. in fi. cum l. ſeq. ff. de proc. & Bal. ſenſiſ-
ſe in l. 1. C. eo. ſi ergo fiat ſolutio adiecto ſciēti ſe eſſe
adiectū ſemper mandati cōpetit actio: ego autem, vt
dicā, quid ſentiam, vbi mādatum expreſſum nō inter-
uenit nec tacita reputa, quia adiectus ſtipulationis cō
ceptæ tempore non interuenit contra adiectum non
mandati ſed negotiorum geſtorum actionē cōpetere
exiſtimo. & hęc fuit ſentētia Accurſij in legib. primo
loco relatis, & maximè in §. ſi quis alij, quæ probatur
in l. vero procuratori in ver. interdum. ff. de ſolu. &
Inſt. de obli. quæ ex quaſi cont. in princ. & hæc ſentē-
tia ſanè crebrior eſt, probatur nāque à Bar. Alb. Imo.
Ang. Pau. Caſt. & Ale. in d. §. Qui fundum & Io. Fab.

& Ang. Are in d.§.ſi quis alij,quibus adde Bal in cõſ.
281.ad eudẽtiam,&c.vol.5.vbi inquit ſi adiectus re-
cipit ſolutionem tenetur creditori vel eius hæredi a-
ctione mandati vel negotiorum geſtorum, &(ni fal-
lor)ſententia Martini,& ſectatorum eius peruertitur
vt bene cenſuit Acc.in d.§.ſi quis alij ex l.1.in §.1.ff.
de Procu. & quoniam tea.met.citatur in oppoſitum
in fi.icCirco neceſſaria eſt eiuſdem legis interpreta-
tio. Sciendum eſt ergo Bald.ab Are.non malè rela-
tum.Nam verum eſt quòd in ſecundis commentariis
legis prædictæ in §.dari inquit Bal.Nota quòd mira-
bile eſt in contractu mandati ,quia ad eſſentiam mã-
dati nuntius vel epiſtola non requiritur quòd eſt in
aliis contractibus vt notatur.ff.de act.& obl. l.cõſen-
ſu,& idẽ Bal.ſenſit in d.l.1.nu. 3. in ſecunda ſimiliter
interpretatione quod non animaduertit Iaſ.& moue-
runt Bal. & eius ſectatores verba Iuriſconſulti in fi.
dictæ legis & ſunt hæc,Dari autem procurator & ab-
ſens poteſt:ſubſequitur Pau.dummodo certus ſit, qui
datus intelligitur,& is ratum habuerit,ſed (vt puto)
lapſi ſunt & merito Pau.Caſt.nullam tamen de Bald.
mentionem faciens in ea l.1.nu.6.inquit nota quod
hoc caſu requiritur nuncius , vel epiſtola ſicut in cæ-
teris contractibus qui conſenſu contrahuntur vt in l.
conſenſu.ff.de act.& obl.& certè ius ſingulare conſti
tuendum non eſt vt per Dd.in l.1.ff.ſol.ma.& in l.ius
7 ſingulare.ff.de leg.pro qua ſentẽtia facit † d.l.1. in §.
conſtituitur,vbi Iuriſconſultus poſtquam declarauit
quid ſit Procurator, & quòd omnium rerũ vel vnius
rei eſſe poteſt,optima diſpoſitione & more boni præ
ceptoris inquit , conſtituitur autem procurator vel
coram,vel per nuntiũ,vel per epiſtolam,nõ ergo mo-
uere debent relata verba in §.dari.is namque §.intel-
ligendus eſt ſecundum §.conſtituitur, alias accuſan-
dus eſſet Iuriſconſultus vel quòd imperfectè locutus
eſſet , non omnes caſus quibus conſtituitur procura-
tor enumerãdo , vel quod ſibi ipſi quodammodo ad-
uerſetur,nec eſt nouum quòd dicta in præcedentibus
ſubintelligantur in ſequentibus vt in l. talis ſcriptura
& in l.ſi ictus plurium in § fi.ff.de leg.1 & quæ præ-
cedunt magis influunt in ſequentia quàm contra, vt
per Bart.in l.quiſquis.ff.de le.3.Dicet aliquis ad quid
Iuriſcõſultus in §.dari, dixit quòd procurator abſens
dari poteſt.Reſpon.Iuriſc.declarandi gratia §. con-
ſtituitur ſubiunxiſſe.§.dari,& cõpilatores ſubſequen
tem legem quaſi dicere voluerint quòd licet Procu-
rator abſens dari poſſit,per nuncium vel epiſtolã, ta-
men requiritur quod certus ſit qui datus intelligatur,
& quod ratum babeat , & iſte mihi videbatur verus
ſenſus illius legis,& hæc ſententia vt crebrior eſt ita
& verior quod abſens procurator conſtitui nõ poſſit
abſque epiſtola vel nuncio,vt eſt gloſſ.nota in l.vero
procuratori.§.interdum.ff.de ſolut. & probat hanc
ſententiam Bar.in ſuo eleganti conſil.num.mihi 73.
Quæritur verum procurator,&c. Vbi inquit contra-
ctus mandati qui celebratur inter dominum & pro-
curatorem ſolo conſenſu contrahitur , & ideo poteſt
contrahi inter abſentes,requiritur tamen procurato-
rem certiorari,per nuntium vel epiſtolam,nec ſuffice
ret ſi per quendam extraneũ certior redderetur, citat
l.conſenſu,& ibidem notata.ff.de act.& oblig. & idẽ
reſoluiſſe ait Io. And.in c.4.de procura in clemen. in
verbo receptis & eo tit.c.Non poteſt , & Compo. in
c.1 de ele.in 6 Spec.in tit.de procura & refert Bart.
ſimpliciter,& nõ improbat Rimiual.in conſ. 1.nu.34.
& adde eundem Bar.in l.Pomponius nu. 2.ff.de neg.
geſt & probari videtur Inſt.mã.in prin & in l.1.ff.eo.
mãd.vbi Bal.ſibi parũ cõſtãs (vt plerũq; aſſolet)ele-
gãter quidẽ & doctè ad rẽ in ſecundo nota.& ſeq.op-
pono.inquit quod conſenſus mutuus debeat interue
nire eo tẽpore quo fit vt notatur in l.conſenſu. ff de
act.& oblig.& facit l.abſenti,& ibi notat Dyn.ff. de
8 donat.Sed mittens nuntiũ vel epiſtolã cõſentit tẽpo
re quo mittit,& alius tẽpore quo literæ tradũtur vel
nuntius ad eum peruenit.Et huic obiectioni reſpon-
dens ſubdit quod licet mittẽs cõſentiat tempore quo
mittit: Verum eſt etiam conſentire tempore quo lite-
ræ traduntur vel nuncius retulit , quia durat primus,
& ex eo quod non reperitur mutata voluntas præſu-
mitur durare.ff.de donat.l.cũ qui ita.ff.de leg.2.l.Lu
cius,& eſt tex.ad verbum extra quod met.cau.c. per-
la.ũ & de Bap.c.maiores.in fi.ff.de manu.vind.l.ſi pa
ter,in id ergo tẽpus volũtatẽ ſuã confert quo certior
fit mãdatarius,& hæc idẽ Bal.ad quæſtiones notabi-
les atque quotidianas,& a materia non alienas refert
de quibus per Feli.in c ea parte decani nu.36. & ſeq.
extra de reſcript.quibus adde in matrimoniis elegã-
tẽ tex.in c.fi de procu.in 6.Alex.in conſ.146.nu. 15.
in cauſa vol.5.Pau.Par.in conſ.56.nu.15.& ſeq. vol.
4.attingam,&c.& vide eundẽ in cõſ.127.nu.30.lucrũ
&c.vol.1.& quod epiſtola abſentibus id ſit quod ſer-
mo præſentibus, & qui mittit alteri literas intelliga-
tur præſens præſenti loqui inquit Bart.in l.nuda n.4.
ff.de dona. quibus adde pulchrũ tex.in l. ſi procurat.
ff.de procu.Vnde And.But.in c.ſi de cõfeſ. elegãter
inquit ſi epiſtola à te miſſa mihi inſcripta eſt,te mor-
tuo cũ mihi traditur acceptari(vt aiunt)ſeu rata ha-
beri à me nõ poteſt. Nã te mortuo nõ poteſt fingi lo
qui, & quod præſens præſenti loquatur citat dictum
ſingulare Imo in cap.dilectus de ſucceſ.ab inteſt. &
probat Imo.in d c.ſi.nu.24.inquiẽs hoc caſu confeſ-
ſionem factam in epiſtola non obeſſe & memoria te-
nẽdũ,& probat Alex.in conſ.24.omnipotentis Dei
nu.10.vol.5.ſubdẽs ſic reſtringẽda notata à Bart.in d.
l.nuda cõmendat etiam Caro.Ruy.in conſ.131.nu.6.
viſis ac põderatis &c.vol.1.& dixi in trac.de merca.in
vlt par.in tit.de proba nu.16.vbi & Iaſ.& Mar.retuli
idẽ probãtes.Quæ comprobãtur , quia nũtius verba
concipit ex perſona mittẽtis,Matth.c.26. *Magiſter di-
cit tempus meum prope eſt apud te facio Paſcha cũ diſcipu-
lis meis*.& habetur in l multũ.C ſi quis alt.vel ſibi , &
dixi in tract.de proxe.in 4.parte in illa quæſtione cu-
ius initium eſt legitur &c. & alios referendo inquit
egregius Caſtaldus in tract.de Imperatore q.49.nu.
9 3.l ho.5.tract.† [*Epiſtolæ autem inuentæ ſunt, vt inquit Ci
cero epiſt.Fami lib.4.vt certiores faciamus abſentes ſi quid
eſſet quod eos ſcire aut noſtra aut ipſorũ intereſſet*,]& ſem-
per loquuntur arg.l. Arrianus.C.de hæret.ſed obiter
10 nota quod † Cicero in relato loco non omnes caſus
complexus eſt,& rectiùs inquit Iuriſc.noſter in l.2.ff.
mand.& Impe.eo.tit mãd.Ioſt.Et ex his ſequitur cũ
mutuus conſenſus eodem tempore requiritur in con-
11 tractu mãdati longè erraſſe Iaſonẽ † qui putauit actio
nem mandati oriri ex eo quòd cũ ſtipulor mihi aut
Titio,videor mãdare tibi vt ſoluas Titio,& videor e-
tiã mandare quòd recipiat ſcienti ſe eſſe adiectum &
ex mãdato de ſoluendo & ſolutione recepta à Titio
naſci actionẽ mãdati.ſequitur etiã Are.erraſſe cũ non
ſit ius ſingulare in mãdato, vt perficiatur abſq; nũcio
vel epiſtola,& pro cõmuni ſentẽtia addo etiam aliam
gloſ.in l 1.in verbo iurare.C.de duobus reis,& l.3.ff.
de cõi.& cõ.ſtipul. Nec moueat ꝙ regulariter Adie-
ctus reuocari nõ poſſit,id nãque euenit quia certã cõ
ditionẽ illam habuit ſtipulatio vt in d.l.vero procura
12 tori.§.fi.Dicitur ergo † ꝓcurator Adiectus in caſu in
quo ea quæ ad mãdati ſubſtantiã requirũt interueniũt

cum

eum telaia qualitate ex dicta cauſa, & tunc mandati
tenetur,quibus ceſſantibua vt in Adiecto abſente uō
dicitur procurator merito l. vero procuratori. in §.
interdum rectè pro ſententia communi citatur, & vt
propoſita materia magis eluceſcat ex mente docto-
rum infraſcriptas facti ſpeciea cooſtitueodas duxi.
13 Prima facti ſpecies eſt vbi quis † adiicitur ſolutio-
ni animo donandi,& repeti ab eo non poreſt vt pro-
batur in d.§.qui fundum & clarius in l.ſed & ſi quis.
ff.de vſufr.
14 Secunda facti ſpecies eſt quod † in re dubia non
præſumitur adiectus animo donandi ff.de proba.l.cū
de indebito.ff. de ſolut.l.ſi cum aurum ſecundū Dd.
& rectè in d.§.qui fundum.& alιιs locis relatis,& di-
xi ſupra in 1.par.ver.deinde ſubieci nu. 38. vbi inter
alia retuli Bald.in conſ.348.factæ fuerunt col fi.vol.
1.& adde Pau. Pariſ.in conſ.107.nu.10.vol.3. Quod
declarandum eſt niſi quis adiiceretur ad ius perſona-
le ſeu in re quæ perſonæ cohæreat vt io vſufructu,
verbi gratia,ſi ſtipulatus ſim mihi , aut Titio vſufru-
ctum.nam Titius ceuſetur adiectus animo donandi
ex qualitate rei cum ſciret ſtipulator ex perſona Ti-
tij acquiri non poſſe,& non poſſit capi alia coniectu-
ra quàm donatioois l.Stichum.§.vſufructū,vbi Bart.
ff.de ſolut.& declaraui ſupra in ter.par.in 10.amplia.
ſecundo eleganter declaiandum eſt in caſu legis,qui
res.in §.mihi Romæ ff de ſolut. vt puta ſi inſulam in
meo ſolo ædificari,aut Titij loco ſtipuler.ſi. n. pro-
miſſor eligit conſtruere inſulam in loco Titij nullum
conſequar emolumentum vt declaraui ſupra in 3.par.
in fi.tunc.n.non videor habere animum obligandi
adiectū quia ædificatū cedit ſolo §.ſed eū in ſuo Inſt.
de re.diui.& eſt perinde ac ſi ego in alieno ædificaſ-
ſem,& vt ſupra elegāter declarat Io.Fab.Inſt.de inut.
ſtipu.§.ſi quis alij num.10.
15 † Tertia facti ſpecies eſt vbi non animo donandi
perſona ſtipulationi adiicitur & mandatum præcedit
& actione mandati adiectum teneri nemo dubitat,vt
patet ex relatis locis.
Quarta facti ſpecies eſt vbi mandatum non præ-
cedit & adiectus fuit præſens tempore ſtipulationis
& vigore mandati taciti actione mandati adiectus te-
netur l. Qui patitur l. Qui fidem.ff.mand.l.ſemper
qui noo prohibet.ff.de reg. iur. vbi Deci. & Hiero.
Cagn.declarant dictas leges,& adde Glo.in l. ſed ſi
filiofamilias io §.1 ff.de conſt.pecu.
16 Vltima facti ſpecies eſt vbi † nec expreſſum nec
tacitum mandatum interueoit vtputa ſi abſeute adie-
cto ſtipulatus ſim mihi,aut Titio decem dari ſolutia
decem Titio actione negotiorum geſtorum contra
Titium agendum ſit cum non ſit procurator dicto
§.interdum.Inſt.de obl. quæ ex quaſi cont. in princ.
ex ſententia Bar. Alb. Imo. Ang. Aret.& Alex.& Pau.
Caſt.in relatis locis.
Tranſgrediamur nunc ad caſu quoſdam ſingula-
res,dixi in 2.par.huius tractatus ver. ſed quoniam vt
17 vides nu. 27.diuerſam ſummam † in perſona adiecti
poſſe deſignari & quidem tam maiorem quàm mino
rem.Finge modo me ſtipulatum mihi decem aut Ti-
tio quinque ſi Titio quinque ſoluantur,quia ſolutio-
nis cauſa adhibetur remaneot alia quinque in obli-
gatione l.Qui res in §.qui ſtipulatur.ff.de ſolu.Finge
cootra minorem ſummam in perſona mea quam ad-
iecti collatam , verbi gratia,mihi quinque aut Titio
decem , & quinque tantū fuiſſe ſoluto adiecto,quia
non facit conceptio verborū vt promiſſor liberetur
ſolutis tamen quinque adiecto vt in d. §.qui ſtipula-
tur.Neutrum.n.in ſtipulationem deductū fecit pro-
miſſor,quibus remediis conſulatur & de agendi mo-
do plene diſputaui vbi ſupra:& in ver.in 2.ver.facti
inſpectione & ſat ſit retuliſſe & hic mentionem fe-
ciſſe.
Nec eſt omitteodus ſingularis caſus de quo in l.Iu
18 lianus in §.qui fundum. ff. de ver.obl. † ſi ſtipulatua
ſim mihi aut Titio fundū dari quamuis fundus Titio
traditus ſit,nihilominus fuodum petere me poſſe vt
mihi de euictione promittatur petitur ergo fundus
non vt ſibi detur cum ſit traditus, ſed ad finem & ef-
fectum vt petenti de euictione caueatur quod quo-
modo procedat, & quomodo libellus concipiendua
ſit patebit tibi ex gl.in d.§ & commentariis Dd.pre
ſertim Pau.qui diſtinctionem poſuit Alex.ſub nu.4.
& Iaſ.ſub nu. 2.& ſeq.& adde quæ dixi ſupr.in 2 par.
ver.hic ſubiungenda eſt nu.61.& quæ ſcripſi in ante.
par.verſ.14.ampliaoda eſt nu.80.Item dixi in 3.par.
19 verſ.Quinta facti ſpecies nu.153.& ſeq.nu. † ſi auus
materous ſeu quilibet alius extraneus dotem dedit &
eam mulieri aut ſibi reddi ſtipulatus fuerit, vel ante-
poneudo nomen ſuum verbi gratia,ſibi aut mulieri,
nec.n ſecundum crebriorē,& (ni fallor) veriorē ſen-
tentiā refert , vt in relato loco dixi ſtipulatorē ſecun-
dùm relatam formulā fauore dotis ſolutioni adiectū
ceuſeri ſi matrimoniū morte viri vel diuortio diſſol-
uatur & mulieri vtilē actionē quæri,finge modo in di
ctis caſibus morte.ſ.viri vel diuortio ſolutum matri-
moniū & virū vel eius hæredes dotis reſtitutionē tali
adiecto auo vel extraneo feciſſe.Id nāq; factū eſt re-
ctè & liberatio cōtingit l.vero procuratori.§.1.ff.de
ſolu.& non ſemel dixi.Quæritur quo remedio cōſula
tur mulieri ne commodo dotis defraudetur aduerſua
auum maternum & quemlibet alium extraneū qui-
bus dotis facta eſt reſtitutio : Hæc quæſtio non vul-
garis eſt prætermiſſa à Dd.in d.l.Caius, & tractata à
Bal. No.in ſuo elegāti tractatu de dote in 6.par. Pri-
ui.28.ver.ſed tūc pulchrū eſt videre , & ait poſſe dici
de iure Digeſtorū mulierē agere actione in factū ſeu
præſcriptis verbis generali in ſubſidium ex æquitate
l.Quoties.ff.de præſ.verb.ne mulier indotata rema-
neat,vel ſaltem officio iudicis ex æquitate legis,pla-
nè & l.ſi de peti.hære.ſed & addit hodie forſan poſſe
mus dicere ꝙ fingatur tacita ſtipulatio interpoſita
per mulierē cōtra dictū auū dotārē ſeu aliū extraneū,
qui dotes receperit ex his quę habētur in l.vnica.in §.
accedit.C.de rei vx. act.& ſubiicit prętermiſſam hāc
quæſtionem à Dd.in dicta l.Caius,ſed videndum eſt
an erraretur ſi quis tentaret dicere,ſi mulier tempore
cōceptæ ſtipulationis fuerit præſens mādati actionē
cōpetere quaſi ex quo ius diſponit eidē actionē ac-
quiri & dotē dātem adiectū,& meritò tacitè mādaſſe
videatur quòd ſoluat & auo ſeu extraneo quod reci-
piat l.qui patitur.ff.mād.cùm & ipſam ſtipulationē in
terpoſuiſſe fingatur:ſi verò abſens fuerit negotiorum
geſtorū actio detur , vt in principio huius partis dixi,
& forſan non malè dici poſſet cum ex l. Caius.ff.ſol.
mat.cautū ſit mulierē ne cōmodo dotis defraudetur
ad obligationē adiectā cēſeri cōdictione ex d.l.Caiꝰ
de iure.ff.eidē cōpetere,nā ſi obligatio l. noua intro-
ducta ſit.Nec cautū ſit quo genere actionis experia-
mur,ex lege agēdū eſt vt in l.vnica vbi Bar lōgā fecit
diſtinctionē.ff.de cōd.ex lege,& illud credo verū ꝙ
Bal.Nou ait hodie ex l.vni.in § Accedit C. de rei vx.
act.ipsā mulierē tacitā ſtipulationē feciſſe prēſumat
vt ei dos ex eiuſmodi caſu accedat ad cuius §.declara
tionē vide Fr.Ri.in l.1.n.53.ff.ſol.mat.&adde circa ea
q̃ ſuperiꝰ dixi in 3.par.ver.26.extēdenda eſt regula n.
87.& in ea par.n.153.&ad interpr.l.Caiꝰ quę ſcripſi

in præcedenti par.in 5.q.Bal.Noue.in tract. de dote in 6.par.Priu.22.& duobus ſeq.Alc.in conſ.100.li.8. Tho.3.quod reſponſum coosidera multa nanque cõtra occurrunt.

Eſt etiam notandum quod adiectus ad ſolutionẽ quæ de iure fieri non debent videtur adiectus ad re-
20 cipiendum iodebitum, † & ſi indebitum adiecto ſoluitur repetitur à creditore, in eum enim indebiti cõditio competit cuius nomine fit ſolutio l.ſi ita ſtipulatus ſim mihi aut Titio.l.qui hominem.ff. de ſolo. & vide quę dixi ſuprà in 3.par.in 6.ampliatione n.12.

Item notaodum eſt quod dixi in 3.par.ver.3. am-
21 plianda,&c.nu.5.ſi quis†conſtituerit ſoluere ſoli mihi cùm à principio mihi aut Titio dare promiſiſſet & ſoluatur Titio promiſſor à Titio repetit quod perperam ſoluit.l.ſi vero cũ l.ſeq.ff.de conſt.pec.ſed & ad-
22 de † ſi non vero adiecto ſoluatur repetit ab eo promiſſor ſecundum ea quæ dixi in 3. par.ver.16. declaranda eſt nu.169.

Apud Bal.coo ſ.281.ad euidẽtiam &c.vol.5.quæſtiones & vtiles, & quotidianæ de adiecto proponũtur,&quoniã corruprus oieus eſt codex, & nõ facilè factum ex eo reſponſo colligi poteſt, finge Ioannem ſtipulatum ſibi aut Iacobo ſexcenta dari a Titio, & Titium ex cauſa ſpopondiſſe,deinde mortuum Ioannem credi rrem eiuſdemq́ue Io. hæredes remanſiſſe duos,alterum putatiuum nomine Valerium, Alterũ verum & Iacobum adiectum alium conſtituiſſe adiectum.ſ.dictum Valerium eundemq́ue hæredem putatiuum Titiumq́ue debirorem Valerio prędicto ſol-
23 uiſſe.†Quæritur quomodo ſuccurrendum conſulendumq́; ſit vero hæredi, & res eſt expedita ſecundum Bal.Quia verus hæres experietur contra Iacobum & Iacobus contra Valerium,Iacobus enim tenetur tanquàm fictus receptor, Valerius vero tanquam verus receptor citat.ff.de ver.obl.l.Iulianus in §. Qui fundum Inſt. de inuti.ſtipo. §. ſi quis alij. Sed & his ne decipiaris lector amantiſſimè addeodum eſt, & no-
24 tandum†quòd adiectus adiectum conſtituere nõ poteſt,quia certa perſona eſt à qua recedi non poteſt.l. cum quis.ff.de verb.obl.& quia certam cõditionem habuit ſtipulatio l.vero procuratori.§.ſed & ſi quis. ff.de ſolu.Item quia ſolutio facti eſt (vt dixi) in antep.par.in t.limit. Item & illud quod adiecto ſolui poteſt poſt mortẽ ſtipulatoris ſeu creditoris l. Caius ver.ſed dicendum.ff. ſol.ma. & dixi vbi ſupra io 26. Ampliatione nu.87.

Sed finge in propoſita facti ſpecie Titium ſoluiſſe
25 Iacobo adiecto,& Iacobum Valerio†hæredi putatiuo tanquam vero, & verum hæredem contra Valeriũ hæredem putatiuum egiſſe non poterit poſtea agere contra debitorem qui ſoluit.reſpõ. Bal ſi Vale. ſatisfecit vero hæredi, non eſſe audiendum verum hæredem, improbè namque petit.ff.de ſolu.l.qui hominem.§.ſi prædo. & hũc §.voluit citare vbi eſt expreſſum. Idem iuris eſſe ait ſi verus hæres cum Valerio tranſegiſſet ne damno afficiatur debitor l.illicitæ.ff. de reb.eo. l.etiam.§.pen.ff.de peti.hære. tranſactio eoioi prodeſt etiam Iac.quia intereſt Valerij l. ſideiuſſoris.l.quod dictum.ff.de pac.ſed etiam ſatisfactione ac tranſactione ceſſantibus ratam ſolutionem verum hæredem agẽdo contra Valerium habuiſſe ſenſit arg.l.cum ſeruum.ff.ſi cer.pe.ff.de ſolu.l.vero procuratori voluit citare in ſi.§.fin.& l.ſi quis offerenti eo.tit.ſubiungit Bal. ſi Valer. non fuiſſet adiectus à
26 Iacobo † ſed ſolum demonſtratus tanquam hæres & huic Titius debitor ſoluiſſet talem demonſtrationẽ oon obligare vt notatur.ff.de ioſam.l.ob hæc de quo
27 dixi io tract. de proxe.in tert.par.&†qoia apparebat ex ſcriptura de voluntate Iacobi Titium ſoluiſſe Valerio hæc verba nõ mãdatũ ſed prætermiſſionẽ inqt, inducere, vt notatur.ff.ſol.ma.l.poſt dorẽ,& volũtas Iacobi non fuit cauſa ſolutioois ſed error in perſona hæredis, qui error à defuncto occaſionem ſumpſit, ideo iniquum eſſe Iacobum in quo nulla fuit culpa teneri citat bonum tex.in l.3.io §.ſi.ff.de coud.iodeb. & addit hanc ſententiam & iuris veritatem, & æquitatem habere, his addendũ eſt quod eleganter inquit idem Bal.in l.2.col.pe nu.76.C.de ſerui. & aqua ſol-
28 uentem†creditori putatiuo ex mandato iudicis liberati propter iuſtam cauſam credulitatis quem refert & commendat,& probat Mar.Anto.Baue. in tracta. de Mora in t.per nu.27.Tho.16.vide tamen Bal. his etiam addes quæ notantur in c.Nihil.de elect.& Bar. in l.ſi vrbana.ff.de cond indeb.Andr. Tiraq. de leg. connu.Glo.8.nu.148.Cui adde Dec.in cooſi. 407. vbi etiam quando ius diceotis præceptum excuſationẽ præſtet de quo Paul.Caſt.iol.2.ff.de iud.Dec. in conſ.25.& ſimilibus Iaſ.plenè quidem io conſ.26. in fauorem vol.3.Mat.Affl.dec.150. Rex Alphon. & Dec.328.Dominus Paulus, & quod etiam ſtatutum excuſationẽ præbeat ei qui metu ſtatuti ſoluerit cõplures referendo inquit Aſten.in 3.vol.de cooſt.De-
29 cretis & ſtatutis in ver.ſoluere†& in ſoluente Pręlato putatiuo ex inſtrumento ſeu cootractu cum eo facto quod liberetur, ſecus ſi contraxerit cum vero.ootatur in Deci.Rotæ 1.de reſti. ſpol. & inquit in tertia additione,& vide Bal.in relato loco.

Nec eſt omittendum Pau.Caſt.reſponſum ſub nu. 36.ſatis clarũ &c.in 1.par.cùm quidã Gerardus promiſiſſet centum ſoluere Rolando ſeu ſociis, & quędã
30 ſumma†Rolando & reliqua ſociis rectè quidem ſoluta fuiſſet per debitorẽ vt in 3. par dixi ver. decimo extendenda eſt, reſpondit Rolandum ſeu eius hæredes ſi integram portionem ad eos pertinentem oon recepiſſent contra alios ſocios experiri debere iuxta ea quę plenè notantur iol.Iulianus.§.1.ff.de ver.obl. & per Cy.in l.1.C.de duobus reis & Glo.& Bar.in l. qui hominem.in §. 1. ff. de ſol.contra namque debitorem non ſunt audiendi l. ſolutum. ver.ſed ſi iuſſo. ff.de ſolu.& ff.de ver.obli.l.ſi §.cùm mihi & ibi no.

Et cùm adiecti recepta reddere teneãtur(vt diximus)& ratiooem reddere, illud quotidianum & frequens huic rei eſt annotandum, ſolet. o. in reddẽdis
31 computis & tranſmiſſione ipſorum, † vel per literas ſignificare ſe habere penes eos centum plus minúſue. ſcripſit ergo Bart.in l.Publia.in §.ſi.ff.depo.Nota ex iſto §.illa verba plus minúſue,quæ valde io vſu ſunt nihil addere nihilq́ue minuere de cooteſſiooe niſi aliud probetur l.cùm furti.ff.de in litem iuran.l. hæc veoditio.§.ſi.ff.de cont. emp.addo Bart.in l. in
32 actionem. ff. de furt.vbi dixit†admittendum libellũ in quo certum petitur & additur clauſula illa,& plus, clauſula namq; plúſve nihil operatur niſi poſtea probetur aliquid certum vt in d.l cùm furti: ſed & Bal. in rub.C.depo.in 6.q.inquit mercatores conſueuiſſe
33 literas ſcribere.Quibus ſignificant†ſe eſſe debitores decem ex cauſa depoſiti, & plus & minùs prout in codice rationum contioetur.Quæ verba nec augere nec minuere confeſſionem certæ quantitatis reſpondit, citat Bar.in d.l.Publia.in §.fin.vbi dixit eſſe caſum & ſubiicit notandum hoc quia in vſu frequenti eſt,& probat Alex.in conſi.8.videretur fortaſſe vol. 4 in fin. quibus adde text.in l.hæc adiectio.ff.de ver.
34 ſig.vbi legitur hæc†adiectio pluriſve, non infinitam pecuniam cootinet,ſed modicam duntaxat:adiectio

hæc

hæc ſolidorum decem pluriſve ad minuſculam ſum-
mam refertur, ibi videbis Alciat. & in quotidiano ca-
ſu eundem Alcia. in conſ. 147. in quinto. & de hac di-
ctione plus in materia legis 2. C. de reſcin. vendi. vi-
de quæ poſt alios ſcripſit Dida. Couar. variarum re-
ſol. lib. 2. cap. 3. nu. 3. & adde quod ſcipſit Bar. in l. ſi
35 quis in ſuo C. de inof. teſt. & quando † incidimus in d.
l. Publia in fi. ff. depo. in codice meo eſt verbum Ca-
ſtrophinati decem. quod verbũ Accu. ingenuè faſſus
eſt ſe non intelligere, ſciendum eſt ergo quod in Pan
dectis legitur Trophimati, quem locum declarauit
Alcia in lib. 1. Diſpunctionũ 118. & Cat. Cot. in me-
mo. in ver. Ciſthophari.

36 Reliquum eſt vt illud non ignoremus † & ipſi adie
cto actionem competere quando conſtitutus eſſet
adiectus in rem ſuam vt dixi in prima parte numero
39. & ſcripſit Paulus Par. in conſil. 107. numero 31.
& ſeq. volum. 3. quod reſponſum reperitur inter con-
ſilia Car. Ruy. ſub numero 209. de pluribus volumi-
ne primo.

F I N I S.

COMPENDIOSVS TRACTATVS DE CONTRACTIBVS MERCATORVM D. IO. NIDER.

CVM mercatorum officium tot ſuſpectis contractibus circumuolutum agnoſcatur moderno tempore, vt experti animarum medici iuſtum ab iniuſto vix valeant diſcernere: Idcirco famoſorum Doctorum innixus ſententiis principaliter nunc propono tractare materias quinque, in totidem capitulis.

PRIMVM erit, quot exigantur ad emendum & vendendum iuſtè.

SECVNDVM erit de conditionibus, ſecundùm quas valor rei vendendæ poſſit cognoſci.

TERTIVM erit de regulis, ſecundùm quas videri poteſt aliqualiter, quomodo mercatores magis vel minus ſecuri ſunt.

QVARTVM erit de multis ſpeciebus contractuum ſub compendio, quando ſint iuſti, & quando iniuſti.

QVINTVM erit de cauſa & origine tranſlationum talium omnium in rebus temporalibus.

SVMMARIVM.

1 *Regula aut doctrina dari non poteſt in emptione & venditione, quid licitum aut illicitum ſit, iuſtum aut iniuſtum.*

2 *Tranſlationis dominij tres ſunt ſpecies, & quæ.*

3 *Ignorantia cauſat inuoluntarium.*

4 *Emptio & venditio dupliciter fieri poteſt.*
Locatio quid ſit propriè, & quid conductio.

5 *Mutuatio actiua quid ſit, & quid paſſiua.*

6 *Conditiones vndecim ſeu modi requiruntur ad mercationem, ſeu venditionem, & emptionem.*

7 *Pacta bona fide ſunt ſeruanda cum conditionibus licitis quæ eis apponuntur.*

8 *Datio & receptio iuſti pretij interuenire debent in omni venditione, ſeu alia permutatione.*

9 *Aequalitas eſt æſtimatio mutua voluntaria.*

10 *Venditio auri alchimiſtici eſt fraudulenta & iniuſta.*

11 *Fraus qualiter in qualitate committi poſſit.*
Fraus quot & quibus modis in vendendo committi poſſit.

12 *Venditor rei vendendæ defectum an teneatur exponere emptori.*

13 *Venditor poteſt rem vendere ſecundum pretium, quod inuenit.*

14 *Iudicium erroneum nemo ſequi debet.*

15 *Contractus reipublicæ præiudicans eſt illicitus.*

16 *Mercator lucrum rationabile recipere debet cũ Dei timore.*

17 *Inſtitor domi reſidẽs pretium minus recipere debet, quàm is qui de longinquis partibus merces aduehit.*

18 *Clerici & religioſi non debent negotiari.*

Quot exigantur ad iuſtè emendum & vendendum. Cap. I.

QVANTVM ad primum notandum quòd† certas & omniquaque ſufficiẽ-
1 tes regulas & doctrinas cognoſcendi in emendo & vendendo, quid ſit præciſè, & in omni caſu licitum vel illicitum, iuſtum vel iniuſtum, vix aliquis aut prudentium nullus dare præſumit propter prudentiam filiorum huius ſæculi, qui prudentiores ſunt filiis lucis, ſcilicet in generatione ſua. Intelligenda ergo ſunt ſequentia cum moderamine.

Secundò notandum, quòd ſequentia in toto vel in magna parte ſumpta ſunt de dictis ſancti Thomæ, Scoti, & etiam Matthæi de Canonia ſacræ Theologiæ doctoris: qui poſt multas, quas habuit cum magnis mercatoribus, collationes, luculentiſſimè de hac ſcripſit materia, multumque ſe fundans in prætactorum duorum doctorum ſententiis.

2 †Tertiò notandum, quòd tranſlationum rerum vnius domini ad alium ſunt (quantum ad propoſitum ſufficit) tres ſpecies, quibus transfertur dominium.

Prima liberalis ſeu gratuita donatio ſiue datio, quæ actio eſt conſenſus gratuitus ſeu liberalis potentis transferre rem in alium, vt ſit vel fiat ſemper vel illimitatè realiter iſtius eo modo quo ſua nõ fuit ante conſenſum huiuſmodi.

Dicitur conſenſus, quia ex actibus voluntatis interioribus, primò & maximè omnis dependet tranſlatio.

Dicitur, potentis transferre, quia ſi ſuperior vel dominus rei prohibet, non eſt iuſta donatio ſeu datio.

Dicitur, vt ſit vel fiat, aliquando non ſtatim eſt alterius, ſed poſtea transfertur. Exempli gratia: denarium, quem dedi tibi ad ſeruandum hodie dare poſſum, vt tertia die ſit tuus, poſtquam pluuia ceciderit.

Dicitur gratuitus conſenſus ad differentiam non gratuiti, qui intendit æquiualens vel aliud temporale. gratuita enim donatio eſt, quæ fit ſic liberè, quòd dans non intendit nec ſperat obligationem vel retributionem à recipiente pro re data, licet enim dans eleemoſynam intendat, ſperet, & deſideret retributionem à Deo, nequaquam tamen poteſt aliquis aut debet intendere obligationem ciuiliter, vel retributionem tanquam debitum ciuiliter pro re vel eius datione.

Dicitur, ſemper vel illimitatè, ad differentiam mutuationis: quia fit cum pacto reddendi capitale. Sed gratuita donatio ſine omni pacto de reddendo, nec limitatè fit ad tempus.

Dicitur, eo modo quo ſua nõ fuit ante conſenſum: quia poſſibile eſt quòd res quæ prius fuit mea aliquo modo, videlicet ad tempus, vel ſub aliqua conditione, vel ſolùm ad certum vſum, detur mihi alio modo, videlicet perpetuè ſine conditione, vel pro omni beneplacito conuertendo. Propter defectum primi, videlicet conſenſus, & ſecundi videlicet poteſtatis, non poſſunt dare ſine licentia pueri, meri, ſerui, amentes, religioſi, clerici: vbi prohibentur & ſimiles, vt dece-
3 pti & violenti: † quia diſſenſus & inuoluntariũ cauſatur in quibuſdam ab ignorantia. In quibuſdã à violentia, & ſecundum quod ignorantia vel violẽtia plus eſt in cauſa trãſlationis ſecundùm hoc recipiẽs illud ſciens minus iuſtè recipit, imo iniuſtè rem recipit: quia transferens, aut non eſt merè voluntarius, aut ſimpliciter inuoluntarius. Ad hoc verò quòd aliquis recipiat dationem: Id eſt ad dationem paſſiuam exigitur etiam cõſenſus eius, & poteſtas recipiendi paſſiua, propter cuius carentiam frater minor nõ poteſt recipere pecuniam: quia iſte non vult eſſe dominus. Nec religioſi ſine authoritate prælati.

Huic autẽ dationi correſpondet alia ſpecies tranſlationis, videlicet liberalis vſus accommodatio, quę ſimiles conditiones exigit, tam in dante quàm in accipiente, vt ſit iuſta, licet dominium non transferatur rei, ſed vſus liberè. Secunda ſpecies tranſlationis eſt permutatio, quę fit merè gratuitò, ſed conditionaliter & ex pacto dandi vnam rem pro alia. Et commu-
4 ni vocabulo vocatur emptio & venditio, † & fit dupliciter: vno modo non reſeruato dominio in re, & tunc non habet nomen ſpeciale, ſed vocatur emptio & vẽditio. Et deſcribitur ſic: Emptio eſt datio rei vt pretij pro alia re. Venditio verò eſt datio rei pro re vt pretium. Alio modo quòd reſeruatur dominium in re, ſed vſus transfertur, vt in locatione & cõductione, ſeu conuentione. Eſt autem locatio, datio rei vel datio vſus cuius quidem rei dominium per illam dationem non transfertur pro re vt pretio. Conductio verò eſt datio pretij pro re vel vſu eius, cuius dominium non transfertur. Sub permutatione prædicta comprehẽditur cambium, ſeu campſio, quæ eſt quædam vẽditio & emptio vnius monetæ pro alia. Et eaſdem habet difficultates ſicut emptio & venditio. Similiter hoc includitur negotiatio, per quam quis non ſolum intendit emere, ſed emptum vlteriùs ven-
5 dere. † Tertia ſpecies eſt mutuatio actiua, quæ eſt gratuita datio pecuniæ vel rei alterius, quam vel æquiualẽtem tenetur reddere recipiens iuxta pactum. Mutuatio verò paſſiua eſt talis rei receptio, dicitur datio: quia dominium transfertur. Ideo ſcriptura vocat eam frequenter dationem, vt Exo. 21. & Luc. 13. *Mutuum date nihil inde ſperantes.* Dicitur gratuita: quia donatio gratuita purè & ſimpliciter gratis fit ſine limitatione: ſic iſta debet gratis fieri, ſalua iſta limitatione de reddendo. Ideo vbi ſuprà Chriſtus ait: *Mutuum date nihil inde ſperantes*, ſupple vltra redditionẽ rei. Dicitur enim mutuo, quaſi meum tuũ facio. Hoc tamen quod tibi mutuo, non ſimpliciter deſinit eſſę meum: ſed ſolum ad tempus, per quod debet eſſe tuum. Vnde etiam poſſum dicere me apud te tantum habere in debitis. Dicitur, quam vel æquiualentem reddere tenetur, &c. Quia niſi ſic, tunc eſſet libera donatio. Dicitur, iuxta pactum: quia mutuũ recipiẽs non tenetur rem mutuatam ſimpliciter reddere, niſi pactum ita fuerit: poteſt enim tale pactũ fieri, quòd reſtituet, ſi petitum fuerit, vel ſic, aut dum venerit ad pinguiorem fortunam. Et tunc ſi non venerit conditio, reddere non tenetur. His ſuppoſitis patet ex deſcriptione donationis quæ & quot requirantur ad ip-
6 ſam, vt tactum eſt. † Sed ad ſecundæ tranſlationis ſpecies & modos: ſpecialiter ad vẽditionem, & emptionem, & mercationem, vndecim conditiones requirũtur. Primò, vt in dante ſit voluntas dandi ſeu conſenſus, & ſimiliter poteſtas: & in recipiente voluntas recipiendi vt poteſtas, vt declaratum in deſcriptione donationis. Secundò, requiritur vt nihil in pacto cõmittatur, quod ſit contra ſubſtantiam dationis, vel in ſe malum, vel repugnans dationi: quia tales permutationes & tranſlationes non fiunt gratuitò, ſed ex pacto & conditionaliter, vt do ſi des, vel do vt des mihi, tantùm requiritur quòd talis conditio, ſeu limitatio, vel pactum tale non ſit contra ſubſtantiam donationis, vel in ſe mala vel repugnans conditioni vel additioni

additioni limitanti. Exemplum de additiooe, quę eſt
contra ſubſtantiam datiooís, vt ſi aliquis diceret: ego
do tibi hoc , ſic, quòd ego habeam dominium eius.
Exemplum de additione, quæ eſt in ſe mala, vt ſi dice
rem: ego do tibi hoc, dummodo neges Chriſtum: ibi,
tam dans quàm accipiens peccat. Exemplum de addi
tione, quæ repugnat coodítiooi vel additioni limitá-
ti, vt ſi dicerem, ego do tibi hoc cum poteſtate reemē
di à te pro tanta pecunia quãtum voluero, & diceres,
placet ſic: tamē nunquam iſta poteſtate vtaris. hic v-
na conditio repugnat alteri , vbi tamen aduertēdum,
quòd in primo & tertio exemplo nō redditur per ta-
lia datio iniuſta, ſed omnino nulla. Et ſimiliter eſſet
iudicandum in venditione vel emptione conditiona
7 li vel limitata.† Tertiò, requiritur vt quicquid in pa-
ctum venit liciti bona fide ſeruetur: quia permuta-
tiones præfatæ vim locationis, conuentionis, condu-
ctionis &c. ſunt coodítionales &c. Ideo ex pactu re-
quiritur ad hoc quòd iuſta ſit, quòd totum quid in pa
ctum venit, & licitum eſt, bona fide ſeruetur , ſiue ſit
expreſſum, ſiue tacitum, dummodo ex iure, vel cōſue
tudine intelligendum, vel ſubintelligeodū ſit ſecun-
dum intelligentiam verborum commuoem. Et de
quanto quis huiuſmodi pacta nō ſeruat bona fide, de
tanto iniuſtè recipit, ac receptis vtitur, aut ea ſeruat
minùs iuſtè. Sed hic operarij manoales, artifices, &
quicunque laborantes ſe diſcuterent , ſæpe iniuſtos
ſe receptores aut poſſeſſores agnoſcerent Magis au-
tem clerici, qoibus in iure & ſacris doctrinis ſufficiē-
ter expreſſom eſt quo pacto beneficia recipere, & te-
nere, & fructus eorum percipere & diſpenſare, quo-
modo etiam ipſi viuere, & ea quæ percipiunt deſerui-
re debeãt. Quandocunque igitur illa pacta non fide-
liter ſeruant, ſe ioiuſtos ſciaot occupatores, imò fures
vel raptores, fures inquantùm militiam ſuam occul-
tando booa eccleſiæ quaſi ſubtrahunt: raptores verò
inquantùm per potentiam iuſtitiæ & correctioni re-
ſiſtũt, ne pro violatione pactorum ab eis, quorum in-
8 tereſt, puoiantur.† Quartò, ad iuſtam venditionem, &
quamcunq; aliam tranſlationē, permutationem, &c.
exigitur datio vel receptio pretij non iniuſti ſcienter
ſeu bona fides ſemota fraude, vt. ſ. nec credat, nec cau
ſam ſeu rationem credendi habeat ſe aliquid recipere
ratione venditionis vltra iuſtom pretium, ſeu rei valo
rē. Dicitur nec credat, quia ſecundum credolitatem
conſcientiæ ſuæ debet agere & conari, vt non ſuper-
uendat rem de quanto poteſt aliunde cognoſcere vel
per ſe intelligere. Dicitur nec cauſam credēdi ſeu ra-
tionem: quia qui committit venditiooem rei ſuæ bo-
na fide vni, ſecũdum ſamam, bono viro, & poſtea nũ-
quam cogitat de iuſto pretio, talis committens non
habet cauſam ſeu ratiooem credendi, niſi booum, &
ſic non tenetur videre, an iſte qui commiſit recepetit
iuſtum pretium. Si verò ſciēter committetur vni qui
conſueuit ſemper iniuſtè vendere, certè tuoc haberet
rationem ſeu cauſam credendi, vel ſaltem pręſumēdi
de iniuſto, & non eſſet excuſatus, nec bona fide reci-
peret aliquid vltra iuſtum pretium. Et ſic patet quo-
modo exigitur vt vendens rem ſuam non ſcienter ſu-
peruendat vel cariùs quam debeat. Et omnes ſciēter
non nimis modicum pro re dent, ſed res vēdibilis de-
tur pro tanto quanti valoris eſt , aliàs iniuſtitia com-
mitteretur & inæqualitas. Còm tam ſecundum Theo
logos quàm per Philoſophos in omni contractu æ-
9 qualitas debeat ſeruari. † Eſt autem æqualitas nihil
aliod quàm æſtimatio mutua voluntaria bona fide fa
cta: qua nec intenditur inæqualitas, nec ineſſe cogno
ſcitur. Quod autem ſit illud, de illo erit 3 a. articulus.

Quintò, principaliter volens rem vendere, tenetur da
re ementi bona fide rem veraciter à ſe vendibilem ta-
lē per omnia qualē bona fide, iuxta cōtractũ de curſu
& intelligentia cōmuni verborum vel ſignorũ credit
ipſum velle habere, aut habere debere. Illud vltimũ
additur: quia ſi quis vellet alterios generis vel qualita
tis rem habere, quàm exprimit: & vendens daret ſibi
bona fide talem , qualem per verba cōtractus expri-
mit, non faceret iniuſtum: quia talis debetur ei iuxta
contractum. Dicitur, rem veraciter à ſe vendibilem
bona fide, cui fidei fraus opponitur, quæ cōmittitur
vel in re vendenda vel in verbis. Fraus enim in rei ſub
ſtantia, ſeu in ſpecie, in quantitate, & qualitate poteſt
committi ſecundum Tho. 2. 2 quęſt. 77. & Sco. in 4.
d. 51. Et tũc nō ſolum iniuſtitiam committit vendēs,
ſed etiam ad reſtitutionem tenetur, pro quanto de-
fraudauit. In ſubſtantia quidem vel ſpecie cōmittit
fraudem: vt ſi dat aurichalcũ loco auri, vel aquá pro
vino: ſicut contra quoſdam Eſaiæ primo dicitur: Ar-
gentum tuum verſum eſt in ſcoriá, vinũ tuũ permiſtũ
eſt aqua. Quod enim permiſtum eſt, patitur defectũ
10 quantum ad ſpeciē. † Ex quo patet ſecundũ Thomã,
vt ibidē dicit, ſi aurũ vel argentum ab alchimiſtis fa-
ctũ verã ſpeciē non habeat auri vel argēti, fraudulēta
& iniuſta eſt eius venditio, ſi tã pretioſè venditur, ſi-
cut verũ aurũ, vel argentũ: quia aliquæ ſunt vtilitates
auri vel argenti veri ſecundum naturalem operatio-
nem ipſorum, quæ conueniunt auro per alchimiam
ſophiſticato: ſicut quod habet proprietatem lætifi-
candi, contra quaſdam infirmitates medicioaliter iu-
uat. Frequētiùs etiá poteſt poni in operatione, & diu-
tius in ſui puritate permanet aurum verum quàm ſo-
phiſticatum. Si autem per alchimiã fieret aurum ve-
rum, non eſſet illicitum pro vero vendere: quia oihil
prohibet arte vti, ſicut nec aliquibus naturalibus cau
ſis ad producēdũ naturales & veros effectus, ſicut Au
guſt. dicit in 3. de Trinitate. de his quæ arte dæmonũ
fiunt. hæc Tho. In quantitate etiam fraus cōmittitur,
quæ per menſurã cognoſci poteſt: ideo ſi quis ſciēter
vtatur deficienti menſura in vendēdo per modiũ, vir-
gã, pondus, & ſimilibus deficienter menſurando, ibi
fraus cōmittitur & iniuſtitia. Contra quod Deut. 25.
Non habebis in ſacculo diuerſa pōdera, maius & mi-
nus, nec erit in domo tua modius maior & minor: a-
bominabitur enim Deus eũ, qui facit hæc, & auerſa-
11 tur omnē iniuſtitiã. † In qualitate etiam fraus cōmit-
titur: puta ſi animal infirmum ſcienter vendat com-
muniter ſanum, vel vinũ corruptum dat, vbi alter vult
vinum ſanum ſeu purum: talis iniuſtitiam & fraudem
committit. Sic etiam qui falſam monetã ſcieoter pro
bona moneta dant, quia non dant verum pretiũ: ergo
ad reſtitutionē tenentur bonæ monetæ, vel æquiua-
lentis. Poteſt etiã fraus tribus aliis modis committi
in vendendo. Primò, ſi homini inexperto circa rē ſeu
ſimplici ſuperuēdit rē ſciēter. Secũdò, ſi vidit empto-
rem arctatum neceſſitate, vel ordioata affectione im-
pulſum, & propter hoc ſuperuēdit. Tertiò, quãdo vē-
ditor ſcieoter verbis rem, quæ vix valet vnum dena-
rium, exhibet pro quatuor: Et emptor ex verecundia,
vel quia credididit oon ſuperexhiberi rem pluſquàm
vnum denarium, dat tres denarios pro ea: in quo caſu
tenetur etiã ad reſtitutionē de quanto ſuperuēdit. Et
multò plus qui ſic ſcienter rem per mendacia vel fal-
ſitates procurat. De iſtis tribus poſtcà latius etiam di
cetur. Omnia talia prohibet Apoſtolus d. c. 1. ad Theſſ.
4. Hæc eſt voluntas Dei: ne quis circũueniat, neq; ſu-
peregrediatur in negotio fratrē ſuum. In hoc quod di
cit, ne ſuperegrediatur excludit inęqualitatē. & p hoc
quod

quod dicit, circumueniat, excludit fraudem & falſita-
12 tem.† Sed nunquid venditor tenetur defectum rei vē-
dendę dicere emptori? Reſpondetur ſecundum Tho.
Aut manifeſtus eſt: & tunc non oportet. Si, exempli
gratia, Æquus eſt monoculus: Aut occultus, & tunc
non tenetur quantum eſt de communi iure emptio-
nis, dummodo det emptori rem talem, qualem iuxta
formam contractus bona fide intelligit eum habere
velle: & dummodo res valeat pretium. Primum, vide-
licet dummodo det, &c. additur, quia ſi cibum daret
corruptum vel intoxicatum, quem alius nullo modo
intenderet habere, vel mihi daret equum claudum
quando me ſciet velle rectum, teneretur vitium illi
dicere. Aut illi non vendendo, niſi remiſſius. Secun-
dum, videlicet dummodo res valeat pretium, &c. ad-
ditur, quia ſi propter occultationem defectus daret
tam carè, ſicut ſi non haberet defectum. illicitum eſ-
ſet & teneretur venditor ad reſtitutionē damni, pro
quanto pretium fuit iniuſtum. Vnde ſi tu mihi vēdis
equum omnino malum, & qui nihi valet ad equitan-
dum: & das mihi eum pro tam paruo pretio, quātum
ſola cutis valet, nihil iniuſtum mihi facis nō dicendo
mihi quòd equus nihil valeat ad equitandum: quia
propter huiuſmodi vitij manifeſtationem forte em-
ptor vellet plus ſubtrahere de pretio quam eſſet ſub-
trahendum. Ideo venditor poteſt licitè indemnitati
ſuæ cōſulere, vitium reticendo, niſi ego in contractu
interrogarem an equus valeret ad equitandum, & to
diceres quod ſic: tunc enim contractus iniuſtus eſſet
& fraudulētus. Si autem ego ex ſimplicitate vel inad-
uertentia non conſiderarem illum defectum, nec in-
quirerem: tu tamen ſcires quod ego principaliter ad
equitandum eum emerem, & ex ſimplicitate vel in-
aduertentia illud non dicerem, tu quidem peccas cō-
tra me iniuſtè ad extrà vendendum, ſed minùs fideli-
ter & caritatiuè circa me agendo: quia non debes mi
hi ſcienter dare pro pecunia mea quod ſcites me ad
illum vſum propter quem emo, eſſe inutilem mihi.
Per hoc enim quaſi pro nihilo quò ad me reciperes
pecuniam meam, ex quo nihil & inutile æquipollet.
13 †Sed diceres nunquid ſine fraude & licitè poteſt fie-
ri, quòd aliquis portans merces vel annonam ad locū
vnum, qui ſcit multos ſequi cum ſimilibus mercibus,
quòd ſi diceret, non poſſet adeò care vendere ea quæ
portauit, vel pro adeò modico emere, ea quæ præſcit
cara futura, propter talium alibi deperditionem? Re-
ſpondit Tho. quòd ſic: quia venditor, qui vendit rem
ſecundum pretium quod inuenit, non videtur contra
iuſtitiam agere, ſi quod futurum eſt non exponat. Si
tamen exponeret, vel de pretio ſubtraheret, abundan
tioris eſſet virtutis, quāuis ad hoc videatur teneri ex
iuſtitiæ debito. hæc Thomas. Et quia in tali caſu li-
citè fieri poteſt contractus: tamen quia auari fraudē
& iniuſtitiam etiam ibi committere poſſunt. Idcirco
alij diſtinguunt: quia aliqui, de quibus eſt caſus, ad
nihil aliud vacare vellent, niſi ad inquirendum, quo-
modo Venetiis, vel alibi merces vel monetæ ſe diſpo
nerent: & ſecundum hoc emerent alia, vel venderent
ſua illi nullam vtilitatem communicata afferrent, ſed
ſolùm damnum. Exēpli gratia, ſi aliquis pecunioſus
haberet notos ſuos Venetiis, qui continuè nuntiarēt
ſibi valorem piperis: & ipſe audiēs piper carius fieri,
emeret hic omne piper vt poſtea venderet ſicut vel-
let: huius officium nociuum eſſet, non tamen propter
hoc omnis induſtria, diligentia, vel prouidentia mer-
catorum vituperanda eſt, quibus inueſtigāt quomo-
do diſponātur vina in vitibus, grana in agris, ſpecies
apud Paganos vel Venetiis, & ſecundum hoc ſe re-
gere in vendendo ſua vel emendo aliena: aut talis qui
audit alias conſimiles merces in copia adducere, cre-
dit & non dubitat ita eſſe, & credit quòd propter hoc
res iam minùs valeant: tunc nullo iure poteſt ita pre-
tioſè vendere, ſicut cōmuniter vendūtur, vt quidam
doctor dicit: quia credit cōmunitatem errare in pre-
14 tio æquo. † & erroneum iudicium nō debet ſequi. aut
dubitat probabiliter an ita ſit ſicut dictum eſt in ca-
ſu poſito à principio dubij, vel quòd illi qui venire
putabantur, habebunt impedimenta in veniendo: vel
dato quòd veniant, dubitatur vtrum propter hoc res
ſint minus valituræ: vel ſi dubitatur vtrum emēs amat
res ex ignorantia iſtius, quod ipſe credit: aut fortè ex
alio profectu ſuo, quem ipſe emens ſciet vel vēditor
neſcit, vel aliquid tale, quod dubietatem probabilem
inducit. In hoc caſu ſecundum iſtos bene poſſit quis
vendere res, ſicut communiter ſoluunt. Sed neceſſe
eſt, vt ſibi videat, ne ſibi fingat dubium, vbi habet cre
dulitatem, vel econtrà: quia affectus multùm laten-
ter & aliquando ſatis vehementer inclinat intellectū
ad ſequendum vtilitatem vel delectationem, etiam
in illis, vbi habet in contrarium probabilem rationē.
Sextò, requiritur ad mercatorem, venditorem, & vē-
ditionē iuſtā, quòd ad minus habitualiter quis intendat,
ſi veraciter agnoueiit rem non fuiſſe talem, qualis ſe-
cundū contractū eſſe debuit: & ſic minus dediſſe, vel
plus accepiſſe, intēdat rationabiliter refundere & e-
mendare: quia hoc ſimpliciter etiam requiritur ad bo
15 nā fidē. † Septimò requiritur quòd contrahēs, & ven-
dens, vel emens nec credat, nec cauſam credendi ha-
beat contractum, quem facit, eſſe communitati vel
Reipublicæ præiudicialem. Cuius ratio eſt, quia tunc
noceret multis nō paucis. Quilibet etiā, qui in aliqua
communitate viuit, tenetur tā ratione charitatis di-
uinitus mandatę, quàm ratione emolumentorum, vt-
pote ſolatij, defenſionis, & ſimilium quæ habet ab
ea, eidem communitati eſſe vtilis, iuxta ſtatum ſuum,
& maximè non eſſe damnoſus & fideliter ſeruire, &
prodeſſe his à quibus vult victum acquirere, dicente
Auguſtino. Turpis eſt pars, quę ſe non confirmat ſuo
toti, & turpior quæ nocet toti. Si etiā præfato mēbro
nō ſeruaretur iuſtitia legali. Et præmiſſis patet quàm
illicitum ſit quoſdam omnes merces frumenti vel
piperis emere, vt poſteà ipſi ſoli de vna ſocietate ad
placitum vendere poſſint cariùs. Similiter ſecundum
quoſdam illicitū eſt alicui meliores denarios de mo-
neta eligere, & eoſdē conflare, vel ad conflandū ven-
dere: quia ſic minus bonis denariis manentibus tādē
moneta vilificatur, & aliā fieri monetā oportet nouā,
per quā multitudo interdū plus, quā per nouam exa-
16 ctionem grauatur. † Octauò, mercator debet cū timo
re lucrū recipere rationabiliter ſecūdū nobilitatē, &
grauitatē, & vtilitatē curæ, laborum, induſtriæ & ſum
ptuū, quos & quas contingit habere: necnō ſecūdum
magnitudinē, multitudinē aut pretioſitatē rerum, in
quibus ſeruit aut miniſtrat hominibus. Dico, cū timo
re: quia ſibi ſæpe debet eſſe ſuſpectus iudex in pro-
pria cauſa, quādo valorē oportet eū taxare. Dico, ra-
tionabiliter vt lucrū recipere poſſit, prout patet per
Scot. in 3. Art. 3. 9. & 12. regulis. Dico, ſecūdū nobili
tatē: quia dato quòd negotiatoris merces adducētis tan-
tus eſt labor, ſicut militis cęteris paribus quàm alte-
rius: quia ad nobilitatē ſinē tēdit: ſic etiā ſtaretq́ labo
res, curę, &c. eſſēt ęquè nobiles & graues, & tamē vn⁹
eſſet magis neceſſari⁹ alio, pro iſto certè ſibi magis de-
betur cęteris parib⁹: imò inſpiciēdū eſt an res quę vē-
ditur plus vel minus deſeruiat vtilitati hominū: plus
enim deſeruit communitati hominū cæteris paribus
neceſſarij

neceſſarij victus & amictus procuratio, quam ea quę ſunt minus vtilia. Dico etiam ſecundum magnitudinem, multitudinem, & pretioſitatem rerum: quia peneſtica vendens piſum, vel olera, & de vno facili communitati ſeruiens non tantum lucri recipere poteſt, ſicut inſtitor vendens nobiles & multum vtiles mer-
17 cantias. † Nec inſtitor in quiete quodammodo reſidens cæteris paribus poteſt tantum lucri recipere etiam de æquè magna pecunia, ſicut adducens res æquè bonas de partibus longinquis. Et ſi quilibet ſecundum ſtatum ſuum vellet viuere, & ſecundum meritum ſuum ſic lucrum recipere, omnia ſtarent eò melius: ſed quia peneſtica de modico pretio & labore tantum vult lucrari, quòd quotidie bonis cibis & potibus repleta ſit: & vltra hoc, continuè plus ſine ratione ditari: quæ ſi debitè perpenderet, vir nudum panem mereretur. Et inſtitor de modico labore & pretio reſpectiuè vult ſe & ſuos tam delicatè nutrire, & pretioſè veſtire, ſicut vnus de multo maiori ſumma, grauiori, & vtiliori labore communitati ſeruiēs: & ita diſcurrēdo de aliis. Hinc eſt quòd quaſi omnes auaritiæ, ſuperbiæ, & voluptatis morbo laborant, per quæ ſic excæcantur, quòd putant iſta ita eſſe debere,
18 † Nono, videat ſibi vt non ſit clericus vel religioſus, quibus prohibetur ne ſit talis negotiatio, quæ lege ſuperioris iuſtè ſit prohibita, vt ſit illi pœna peccati: quod addo, quia quidam principes videntur aliqua prohibere non ſimpliciter, ſed fortè ne multùm fiant, & ſub pœna temporali, ſi in tranſgreſſione mādati reperiatur actum: poſtmodum verò ſi ſciunt, non puniunt, imò interdum excuſant.

Decimò, non debet tantum negotiationi intendere, ne per hoc aliquod eorum negligat, quæ ſuæ saluti ſunt neceſſaria. Audiat miſſam die feſtiuo notabili, ad minus verbum Dei auſcultet: nō vendat vel emat, ſabbathi diem, id eſt, feſtum violando: locis ſacris nō negotietur in eccleſiis, capellis, monaſteriis, &c. ieiunet ſecundum præcepta eccleſiæ, & ſimilia faciat.

Vndecimo, videat ne contractus, quē facit ſit ſcādaloſus, vel res mali exempli: quia eſto quod omnia præmiſſa adeſſent contractui, tamen minus cautum videtur eſſe talia facere.

SVMMARIVM.

1 *Venditor ſecundum communem æſtimationem & curſum rem ſuam vendere debet.*
2 *Medium, quod iuſtitia commutatiua requirit, latum eſſe decet.*
3 *Venditio rei non fit ſecundum quod ipſa eſt melior in natura, ſed ſecundum quod vſus humano eſt aptior.*
4 *Res vendibilis in quantitate, qualitate & ſubſtātia peiorari poteſt.*
5 *Vendere rem ſecundum hominum communem æſtimationem tutum eſt & neceſſarium.*
6 *Aeſtimatio rebus pretium imponit.*
7 *Damnum, quod venditor per venditionem rei incurrit, quando debeat attendi.*
8 *Venditor propter dilationem non poteſt pretiū augere ob accelerationem autem ſolutionis ipſum minuere poteſt.*
9 *Res carius vendi poteſt ratione ſeruitij, quòd circa eam fecit venditor.*
10 *Viuere poteſt vnuſquiſque de labore ſeu honeſto Republica vtili.*
11 *Negotiatores vituperabiles exterminari debent.*
pretium iuſtum rei quo iure agnoſcatur.
12 *Additio vel diminutio modica pretij rerum nō tollit æqualitatem iuſtitiæ.*
13 *Probabilitas ſufficit ad æſtimandum rei valorē, ſi dubium ſit an plus vel minus valeat.*
14 *Vendi poteſt carius homini experto, quàm ſimplici.*
15 *Emptor & venditor qualiter circa valorem rei ſe habere debeant.*

De conditionibus, ſecundum quas valor rei vendendæ poteſt cognoſci.

CAP. II.

SECVNDVS articulus erit de valore rei. Eſt enim inter Dd. magnum dubium, penes quid venditor mēſurare debeat, vel licitè poſſit merces ſuas,
1 vt non ſuperuendat. † Ad hoc reſpōdent quidam, quod ſecūdum communem æſtimationem vel curſum debet vendere rem ſuā. Sed illud minus generaliter eſt dictum, nec aliquis per hoc faciliter ſcire poſſet rei valorem: tamen quia in vna communitate ſunt interdum de eadem re contrariæ æſtimationes, quarum vtraque eſt erronea, vel mala, vel altera: tum quia interdum multi ęſtimant merces aliter, quando parata pecunia ei datur: & aliter, quando terminus ſoluendi prorogatur: tum quia interdum aliquis habet merces raras, adeò vt de eis nulla communitas iudicet vel æſtimet: tum quia in eadem ſpecie vna res vendibilis eſt alia melior, vt vnus pannus alio, piper pipere, crocus croco. Tum quia dato quòd in ſpecie & indiuiduo ſciatur valor; tamen variè interdum & valde citò mutatur æſtimatio. Et tūc iterū dubium eſt penes quid æſtimandus ſit valor: tū etiam quia dato quòd aliquis ſciat ęquum valorem in communitate, vel aliqui: tamen vnus ignorat forte talem, nec tenetur circuire, & per omnes quærere. Nec putandum eſt, quòd punctualiter pretium rei ab aliquo ſemper reperiri oporteat, quia, vt dicit Scotus, hoc
2 quaſi impoſſibile eſt, † vnde medium, quod iuſtitia commutatiua requirit & reſpicit, eſt latum: & intra eandem latitudinem non oportet indiuiſibilem punctum attingere æquiualētiæ rei & rei. Et ideo in quocunque gradu citra extrema fiat, iuſtè fit. Et Tho. dicit vbi ſupra: Iuſtū pretium non eſt, quandoque punctualiter determinatum, ſed magis in quadam ęſtimatione conſiſtit, ita quòd modica additio vel diminutio non videtur ęqualitatem iuſtitiæ tollere. Sed quādo notabile damnum ſcienter vel ignoranter ex venditione vel emptione rei peruenit, quòd debeat ſcire contrahens: tunc iſto notabili damno reperto vel experto recompenſatio fieri debeat, vt dictum eſt in ſexta conditione primi articuli. Reſpondetur ergo aliter ſecundum Albericum in 4. diſt. 16. Quòd iuſtū pretium eſt, quod ſecundum ęſtimationem fori iſtius temporis poteſt valere res vendita. Ad illud intelligēdum ſcire oportet quòd pretium rei vendendæ vel emendæ valor, & æqualitas debēt vel poſſunt menſurari, vt cariùs vel minus carè vendatur. Plura enim, &
3 præſertim quinq; ſunt inſpiciēda. † Nō autē debet res

vendi

vendi ſecundum quod melior eſt in natura,ſed ſecun-
dum quòd melior eſt vſui humano. Mus naturaliter
melior eſt quàm aurum vel panis,& tamen cariùs vẽ-
ditur,quia vtilior eſt vſui humano, vt tactum eſt pri-
mo art.diſt.19. Videatur ergò primò per mercatorẽ
vel alium, qui vendere vult rem, an res quam vult
vendere à tempore quo emit, ſit meliorata quò ad
vſum eius,quem capiunt homines,aut peiorata: me-
lioratur autem res aliquando naturaliter, aliquando
artificialiter,aliquando miſtum ab vtroque. Exem-
plum primi: Vinum quod pro potu quæritur,meliùs
valet clarum vel defæcatum quam turbidum aut fæ-
cibus miſtum: & ligna quæ deſiderantur ad ſtructu-
ram,vt communiter plus valent ſpiſſa & fortia,quàm
gracilia & fragilia.Similiter ad equitandum, melio-
res ſunt equi octo annorum,quàm trium.Exemplum
ſecũdi.Quia ad bene tegẽdũ ſe, & expeditiùs agẽdũ,
melior eſt pannus formatus in tunicam, quàm non
formatus.Exemplum tertij: Ad faciẽdum ignem me-
liùs valent ligna ſicca quàm humida:quæ & naturali-
ter & artificialiter quandoque ſiccantur. Peioratur
autem res vendibilis ſecundùm Tho. 2.2.q.77.Et ſe-
4 cundum Sco.in 4.ſuper diſtinct. 15. † In ſubſtantia,
vt quando de aurichalco fieret ferrum. In quantitate,
vt de maiori pondere fieret leuius. In qualitate, vt de
puro vino corruptum. Secundò, debet videri an res
vendenda ſit meliorata in æſtimatione hominum: &
iſte eſt alius modus meliorationis,quàm præcedens:
quia interdum contingit rem, quæ in ſe ſimpliciter
quò ad naturam nec ſubſtantialiter nec accidentali-
ter eſt mutata in aliquo, & ad minus non meliorata:
imò etiam quandoque peiorata plus æſtimari & de-
ſiderari ab hominibus, quam prius:& tunc dicitur æ-
ſtimatione meliorata. Et hoc contingit ex variis cau-
ſis: vtpote quando ante neſciebatur quòd bona eſſet:
& iam ſcitur. Aut quia eſt iam eius indigentia,& prius
non fuit, vt ſi res valens contra infectionem aëris ca-
riùs emeretur tempore peſtilentiæ quàm extra illud.
Quando autem plures indigent re,& eam habere de-
ſiderant,& minor eſt eius copia,tantò carius æſtima-
5 tur & venditur. †Vendere autem rem ſecundum ęſti-
mationem hominum eſt neceſſarium & ſecurum. Ne-
ceſſarium eſt quidem,& oportet ſic fieri,etiam ſi ſci-
tur ex naturali arte,plus valere, quãtò magis in aliis,
vbi hoc non ſcitur,vbi ęſtimatio principaliter impo-
nit rebus pretium. Idem patet per experiẽtiam. Cer-
tum eſt enim,quòd aurum vel argentum melioratum
eſt per artem,quando bonum vas factum eſt ex eo: &
tamen communiter oportet vendi ſecundum pon-
dus. Patet idem ex alio, quia quantumcunque ſit res
venalis,ſi nullus vult pro tãto emere,ſicut valet opor
tet vendi remiſſiùs, ſi debet vendi. Ideo dicunt leges
rem tantum valere,quantum vendi poteſt, id eſt,ſe-
cũ dum quod habere poſſunt emptores,qui videlicet
ex libertate & electione emant,non quia fatui,arcta-
ti, vel decepti. Eſt etiam ſecurum: quia cùm quilibet
in propria cauſa ſit ſuſpectus iudex,omnis vẽdẽs quia
ad proprium lucrum affectus eſt, meritò aliquo mo-
do eſt ſibi ſuſpectus. Ergo ſecuriùs multò credit aliis,
& maxime communitati, niſi bonam & communem
6 præſuppoſitionem habeat de eius errore. †Quòd etiã
æſtimatio rebus pretium imponat, patet: quia enim
quemlibet habentem rem venalem oportet dare eò
remiſſiùs, quo minùs deſideratur ab hominibus, ſi
vult eam vendere, cur non poſſet vendere eo pretio-
ſiùs,quò magis deſideratur? Itaque quis habens rem,
quam multi deſiderant,& pro qua vnus præ alio plus
alio exhibet,cur non venderet eã cæteris paribus ma-
gis danti dimiſſis aliis,qui minus darẽt? ergo deſide-
riũ hominũ videtur rebus pretium imponere. Tertiò
ſciatq; licitũ eſt in vtriſq; cõtractibus iſtis permutãtẽ
vel vendentẽ penſare damnum ſuum, nõ autẽ cõmo-
dum ipſius emẽtis,ſiue cũ quo permutat: hoc dico in
cariùs vendendo vel permutãdo. Et intelligẽdo illud
ſicut dicit Scotus: Si quis multũ indiget re ſua,& per
magnã inſtãtiam inducatur ab alio vt vendat vel per-
mutet pro alia re, cùm poſſit ſe præſeruare indẽnem:
& ex venditione vel permutatione iſta multùm dam-
nificatur: poteſt carius vendere,quàm ſi aliàs ſine ta-
li dãnificatione venderet & permutaret. Sed ſi emens
commodum magnum conſequatur ex iſta re ſibi vẽ-
dita vel permutata,non poteſt cariùs vẽdi vel permu-
tari,quia maius commodum conſequitur: quia pro-
pter maius cõmodum eius, quod conſequitur, nec
res mea eſt pretioſior in ſe,nec mihi melior: & ideo
non debet mihi maius pretium apportare. Secus au
tem eſt,quando damnifico: quia tunc eſt mihi pre-
7 tioſior,licet non in ſe. †Et vt Thomas dicit, quando
aliquis multùm indiget re aliqua, & alius læditur,ſi
careat ea: in tali caſu iuſtum pretium erit,vt non ſo-
lùm reſpiciatur ad rem quæ venditur, ſed ad damnũ,
quod venditor per venditionem incurrit, & ſic licitè
poterit aliquid vendi plus quàm valeat ſecundum ſe,
quamuis non vendatur plus quàm valeat habenti. Si
quis verò multùm iuuctur ex re alterius, quam acce-
pit: ille verò,qui vendidit,non damnificatur carendo
re illa,non debet eam ſuperuendere,vt ibidẽ probat.
Addunt alij quòd ſi iam rem vendere eſt mihi dam-
noſum: tunc in tantom ſuperuendere eam, quantum
damni ex hoc habeo,bene licet: ſicut prædictum eſt
ſuprà,ſimiliter vt Scotus dicit: Si iam non ſum ven-
diturus rem, ſed ſeruaturus eam: quia de communi
curſu creditur plus valitura quàm iam valet, & alius
vult mihi eam venalem facere: ego poſſum cariùs vẽ-
dere ex eadem radice: quia reputo probabiliter,quòd
iã vendere ſit damnum meum. Non poſſum tamen
ſimpliciter tanti vendere,quantũ poſtea valitura cre-
ditur,aut etiã ſcitur. Sed oportet deducere æſtimatio
nẽ periculi & curæ circa rem ſeruandam: rem autem
quam iam ſum venditurus, nullo modo licet cariùs
vendere pro determinato pretio, quàm iam valet.
Pro indeterminato verò pretio bene poſſum, ſi de
communi curſu nulla eſt certitudo, an poſteà minus
vel plus ſit valitura, vt ſi centenarius piperis, qui iam
valet centũ,detur pro tanto pretio,quãrũ valebit vl-
tra annũ,cõtractus eſt licitus,etiã ſi tũc multò plus ſo
luturus ſit, vt probat Scotus per c.nauigãti. propter
dubiũ licitũ eſt. Dicit etiã Aſtẽſis in ſumma li.3. tit.
8 11.ꝙ ſecundũ aliquos,quos nõ improbat,†licet vẽdẽ
tes nõ poſſint propter dilationẽ augere pretiũ: poſſũt
tamẽ propter accelerationẽ ſolutionis pretiũ minue-
re. Vnde eſto,ꝙ mercator ſtatuat in corde ſuo, ꝙ pã-
nũ,quẽ habet pro ſex,velit dare pro nouẽ ſolidis. Ita
ꝙ omni volẽti ſibi dare tãtũ,ſiue ſtatim,incõtinẽti,ſi-
ue ad terminũ certũ dare velit,& lõgè libẽtiùs ſtatim
ſoluenti,quàm vſque ad terminũ aliquẽ. Si talis mer-
cator hoc apud ſe deliberans ſimulque cũ hoc de lu-
cro paratæ ſolutionis cogitãs, apud ſe dicat: Licet in
corde illud lucrũ taxauerim, quicunque tamen pre-
tium paratum haberet, cũ quo de lucro meo aliquid
ordinare poſſem, de pretio taxato diminuere, talis
non eſſet vſurarius. Quidam etiam dicunt,quòd licet
cõtractus,quo quis vendit maiori pretio propter di-
lationẽ ſolutionis,ſit de ſe vitioſus: tamẽ excuſari po-
teſt ex parte vẽdẽtis: putà ſi nõ intẽdat vẽdere carius
propter tempus,ſed propter damnũ & laborem,quẽ
imminere

imminere ſibi videt in procuratione ſolutionis habendæ. Et rectitudo intentionis huiuſmodi apparet, ſi mallet non vendere talibus, quàm vendere eis ad credentiam, & quando libentius venderet aliis pro pretio minori, quam iſtis pro pretio maiori. Vnde licet caſus dubius ſit, non poteſt tamen excuſari, ſi propter credentiam rem plus vendit quàm valet ſimpliciter, vel quàm veriſimiliter ſit valitura tempore ſolutionis: vel ſi non venderet aliter, niſi propter credentiam plus reciperet. Hæc Alexander Lombardus,
9 nec improbare eum videtur Alexander ille. † Quartò principaliter poteſt res vendi cariùs, quàm empta eſt ex parte vendentis, videlicet ratione ſeruitij, quod circa eam fecit, vel per induſtriam, prudentiam, ſolicitudinem, ac periculum: vel ratione officij, quod circa eam habuit: & hac ratione collectores hoſpitum, campſores, inſtitores, caupones, peneſtici, & quicunque ſtationarij poſſunt rem nullo modo etiam mutatã, nec in ſe, nec in æſtimatione, vendere cariùs quàm emerunt. Et hoc propter ſumptus, labores, curas, induſtrias, pericula, & alias occupationes rationales, vel grauamina, quas vel quæ habent in comportando res hominibus vtiles, vel neceſſarias, cõſeruando vel exponendo ad commune forum, & ibi ſtando, vt quilibet indigens prompte poſſit habere: & ex conſequenti multò fortiùs hi qui res aliunde abducũt propter maiora grauamina, quæ communiter circa res tales habere videntur. Et illud ſic probatur: quia nulla eſt ratio quare alius artifex pro ſuo labore poſſit aliquid recipere, & nõ talis pro ſuo, cùm quandoque tam grauiter laboret vnus ſicut alius: & tam gratus ac deſideratus eſt hominibus labor huius vt illius. Vnde Apoſtolus dicit: Vnuſquiſque ſecundum ſuum laborem mercedem recipiet. Vnde etiam ſanctus Thomas, vbi prius ſic dicit: Poteſt quis rem cariùs vendere quàm eam emit, vel quia in aliquo rem meliorauit: vel quia pretium rei eſt mutatum ſecundum diuerſitatem loci vel temporis, vel propter periculum cui ſe exponit transferendo rem de loco ad locum, vel etiam fieri faciendo & ſecundum hoc nec venditio nec emptio eſt iniuſta. Hæc iſte. Probat etiam iſta
10 Scotus. vbi prius ſic dicẽs: † Vnumquemque in opere honeſto Reipublicæ ſeruientem oportet de labore viuere. Honeſto dixit, propter meretrices, & hiſtriones, & inhoneſtè viuentes. Sed afferens iſta vel conſeruans honeſtè ſeruit & vtiliter Reipublicæ: ergo oportet eum de ſuo labore viuere. Nec hoc ſolùm, ſed vnuſquiſque poteſt induſtriam & ſolicitudinem iuſtè vendere. Induſtria enim iſtius transferentis res de patria ad patriam requiritur magna, vt conſideret quo quæ patria abundet & indigeat, ergo poteſt iuſtè vltra ſuſtentationem neceſſariam pro ſe & familia ſua ad iſtam neceſſitatem deputatam recipere pretiũ correſpondens induſtriæ ſuæ, & vltra hoc aliquid tertio correſpondens periculis ſuis. Ex quo enim in periculo ſuo transfert, ſi eſt tranſlator, vel cuſtodit, ſi eſt cuſtos, propter huiuſmodi periculum poteſt ſecurè aliquid accipere correſpondens, & maximè ſi quandoque ſine culpa ſua in tali ſeruitio communitatis damnificatus eſt: vtpotè mercator transferens quandoque amiſit nauem onuſtam maximis bonis, & alius quandoq; incendio caſuali amittit pretioſiſſima, quæ cuſtodit pro republica. Hæc omnia confirmãtur ſic: quia quantum deberet alicui miniſtro reipublicæ legiſlator iuſtus & bonus diſtribuere, tantum poteſt ipſe, ſi non aſſit legiſlator de republica non extorquendo accipere: ſed ſi eſſet bonus legiſlator in patria indigẽte, deberet locare pro pretio magno huiuſmodi mercatores, qui res neceſſarias afferrẽt, & qui eas allatas ſeruarẽt, & non tamen eis & familiæ ſuæ ſuſtẽtationem neceſſariam inuenire, ſed etiam induſtriam & peritiã omnino locare: ergo hoc etiã poſſunt ipſi
11 ſibi in vendendo. † Ex quo patet, quòd vituperabiles negotiatores de republica exterminabiles ſunt: qui nec transferunt, nec conſeruant, nec eorum induſtria meliorantur res venales, nec certificatur aliquis alius ſimplex de valore rei emendæ: ſed modò emit, vt ſtatim ſine omnibus iſtis conditionibus vendat: exulandus eſſet iſte, quia prohibet immediatam commutationem volentium emere vel commutare œconomicè, & per conſequens faciũt quolibet venale vel verſuale carius ementi, quam deberent vtilius vendenti: & ſic damnificant vtramque partem. Hęc Sco. Quintò volens rei pretium ſcire vel rem vendere, conſideret vtrum iuſtum pretium talis rei ſit taxatum per legem ciuilem, vel aliam, per conſuetudinem, ſeu communem curſum. Vel an committatur taxatio pretij ipſis contrahentibus. Vnde Scot. dicit: Quale ſit pretium alicuius rei iuſtum, ad quantum ſe extẽdat, quãdoque lege poſitiua, quandoque ex conſuetudine innoteſcit: lex enim reſcindit contractum, vbi contrahens decipitur vltra medietatem iuſti pretij: & tamen infra illud, ſi ex aliquo appareat iniuſtitia, debet reſtitutio fieri correſpõdens. Quandoque autem relinquitur ipſis contrahentibus ſeu commutantibus, vt penſata mutua neceſſitate reputant ſibi mutuo dare æquiualens hincinde, & accipere. Durum eſt enim inter homines eſſe contractus, in quibus contrahentes non intendant aliquid de indiuiſibili iuſtitia remittere ſibi mutuo, vt pro tanto omnem contractum comitetur aliqua donatio: & ſi iſte eſt modus commutantium quaſi fundatus ſuper illud legis naturæ: hoc facias aliis quod tibi vis fieri ſatis: probabile eſt quando ſunt mutuo contenti volunt ſibi remittere ſi deficiunt ab iſta iuſtitia requiſita, hæc Scotus. Quando autem S. Thomas dicit, vt ſuprà tactum eſt, & hic per
12 Scotum, † quod pretium rerum quandoque non eſt punctualiter determinatũ, ſed magis conſiſtit in quadam æſtimatione: & ꝙ modica additio vel diminutio non videtur tollere iuſtitiæ æqualitatem, hoc verum eſt ſecundum iudicium fori contentioſi, & etiam in foro conſcientiæ, quando ignoranter & ſine dolo fit. Sed certè quantumcunque modicũ minus datur, vel magis accipitur ſciẽter purè ratione emptionis & vẽditionis, res rationabiliter æſtimatur bona fide, iniuſtũ eſt corã Deo. Attẽtis igitur præmiſſis quinque cõſiderationibus & bona fide & intẽtione præhabita, ſi tunc habetur vel haberi poteſt cõmodè de pretio rei vendẽdæ vel emẽdæ certitudo: quæ in hac materia eſt poſſibilis, ſecundum hanc agendum eſt vendendo vel emendo, ſi verò non, tunc ſufficit quæcunque probabilis euidentia, quando non eſt aliqua in contrarium. Exempli gratia: ſi vnus homo, qui creditur intelligẽs & verax, diceret rem tantum valere, vel ꝙ ſic vendidiſſet ſimilem, aut emiſſet: ſi autem habentur motiua contraria, conſentiatur tũc magis motiuo probabili.
13 † Vbi notandum primò quòd quando in tali materia dubitat an plus valeat vel minùs, modica probabilitas ſufficit ad æſtimandum valorem rei. Cuis ratio eſt: quia etiam communitas ex paruo motiuo mouetur ad æſtimandum rem aliter quàm prius. Sicut ſi piper ſoluiſſet. 12. & expertus emeret pro. 14. ſtatim homines mouerentur, & cogitantes quòd ille aliquod ſciret, propter quod tam remiſsè venderet, vel tam pretioſè emeret: & ſecundum hoc homines regerent ſe emendo & vendendo. Secundò notandum, ꝙ ſtans in du-

in dubio quid ſit verum pretium rei, & committens emētem ſuæ induſtriæ, quem neſcit arctatum vel ſimpliciauum in tali materia, quando booa fide idē veodit, talis non videtur coouinci iniuſtus eſſe: nam ſi talis vellet dare decem pro re, quam eram, daturus pro octo: quia dubitabam an plus valeret: ego habeo motiuum probabilem in iſta materia ad credēdum rem decem valere: ſi non obſtat aliud motiuum in contra-
14 rium. † Et ideo poteſt res aliquando cariùs vendi homini experto quàm ſimplici: licet valde ſæpè contrarium fiat & malè, niſi bona fide credatur res valere pretium, pro quo datur. Tertiò notandum, ꝙ quando dubium eſt quantum res valeat, tunc magis periculoſum eſt homines per cautelam inducere ad tantum dandum, quam ſimpliciter ſine tali cautela dare pro tanto. Cuius ratio eſt: quia ſi ibi eſt exceſſus, ille eſt maior cauſa iſtius exceſſiuæ emptionis, qui emptorē ad hoc inducit, quàm qoi eum ſuo arbitrio derelinquit. Quartò notandum, ꝙ quando quis nec ſcit nec credit communitatem errare, etiam ſi probabiliter dubitat an erret communitas in pretio rei: tunc licitè poteſt rem ſuam ſecundum æſtimationem communem vendere: imò ſi vult vendere, debet in tali dubio ſecundum iſtam vendere, & non ſecundum ſenſum ſuum. Si verò ſcit vel credit communitatem errare in æſtimatione pretij rei, tunc nullo modo debet eam ſequi: quia etiam ſi reciperet verum & iuſtum pretiū, tamen faceret contra conſcientiam. Sed neceſſe eſt ſibi, vt videat ne fingat ſibi dubium, vbi habet credulitatem, & econuersò. Ex præmiſſis patet aliqualiter quis ſit rei valor, & quomodo, ac quot modis emptor
15 vel vēditor ſe habere poteſt reſpectu pretij: quia † aut ſcit vel credit A. pretium eſſe ſecundum erroneam æſtimationem pro re, iſtam non debet ſequi: Aut ſcit vel credit A. pretium eſſe verum non ſecundum ęſtimationem erroneam, iſtam æſtimationem debet ſequi. An dubitat an A. pretium ſit iuſtum puta quia nulla eſt æſtimatio vel erronea de re vendibili: & tūc debet recurrere ad rationem penſando ſumptus & labores, etiam bona fide, prout melius poteſt fieri, nec non meliorationem, ſiue realem, ſiue ęſtimatam, & iuxta iſta, rem vendere.

SVMMARIVM.

1 *Commutacio negotiatiua quæ ſit, & qualiter exerceri poſſit.*

2 *Negotiatio mediante qua quis lucrum intendit, inhoneſti de ſe nihil habet.*

3 *Venditor bonafidei non debet aliquid vltra iuſtum pretium expectare.*

4 *Vendere cariùs rem quàm valeat nunquam licet ſcienter.*

5 *Venditor poteſt rem ſuam ſecundum communem æſtimationem vendere: quamuis dubitet communitatem in taxa pretij errare.*

6 *Venditor de mala fide eſt ſuſpectus, qui vendit tribus hominum generibus.*

7 *Venditor expertus ſi det experto ad emendum, & econuerſo, allicuatur contractus mercatorum.*

8 *Venditor nulla verborum cautela emptorem inducere debet ad emendum.*

9 *Emptor expertus pro ſeruitio inutili circa rem facto, nil velle dare præſumitur.*

10 *Mercator ſeu negotiator res inutiles & defectuoſas faciens, & defectus ex induſtria obtegens, tenetur ad ſatisfactionem.*

11 *Præceptum illud legis naturæ, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris qualiter intelligatur.*

12 *Mercator emens vnam rem decem nummis, illico poteſt eam alij vendere duodecim.*

13 *Mercator pro quacunque re, cauſa vel operatione ratione mercium poteſt recipere lucrum.*

14 *Mutuans de iure nil poteſt vltra rem mutuatam vel eius valorem recipere.*

15 *Mutuans pecuniam pro eius vſu principali nil vltra ſortem recipere poteſt: pro ſecundario autem vſu ſic.*

Pecunia vſum duplicem habere poteſt.

16 *Vſura etſi nunquam licita ſit, in quibuſdam tamen caſibus licet mutuanti de pecunia mutuabili plus recipere quàm mutuauerit.*

17 *Incertitudo quando excuſet à dolo ſeu fraude vſuraria.*

De regulis, ſecundum quas videri poteſt qualiter & quomodo mercatores magis vel minus ſecuri ſint.

CAP. III.

TERTIVS articulus erit primò de regulis, ſecundum quas videri poteſt quomodo mercatores ſecuri eſſe poſſunt, vel minus ſecuri vel inſecuri. Et ſunt regulæ. 24. Et primæ quinque ſunt Scoti.

1 † Prima eſt commutatio negotiatiua, vbi commutans intendit mercari de re qoam acquirit: quia emit non vt vtatur, ſed vt vendat, & hoc cariùs: quæ commutatio negotiatiua dicitur pecuniaria vel lucratiua: talis, inquam mercatio eſt vtilis reipublicæ probat Scot. Quia reipublicè eſt vtile habere conſeruatores rerum venalium, vt promptè poſſint inueniri ab indigētibus volētibus iſtas emere. In vlteriori etiam gradu, vtile eſt reipublicè habere afferentes res neceſſarias, quibus iſta patria non abundat, & tamen vſus earum ibi eſt vtilis & neceſſarius. Ex quo ſequitur quod mercator qui affert rem de patria vbi abundat, ad patriam vbi deficit: vel qui iſtam emptam conſeruat, vt promptè inueniatur venalis à volēte eam emere, habet actum vtilem reipublicè. Seconda regula:
2 † negotiatio qua mediante quis debito modo lucrum intendit, nihil de ſe inhoneſtum importat: ſed licitum honeſtum, & vtile bonum ſibi & aliis: vt quando aliquis lucrum moderatum negotiando quærit, quod ordinatur ad domus ſuæ ſuſtentationem, vel etiam ad ſubueniendum indigentibus: vel etiam cùm negotiationi intendit propter publicam vtilitatem, ne ſcilicet res neceſſariæ ad vitam patriæ deſint: & lucrum expetit non quaſi finem, ſed quaſi in ſtipendium laborum. Sententia eſt S. Thomæ. Tertia regula mercator talis poteſt iuxta diligentiam ſuam, prudentiam, & pericula licitè accipere in cōmutatione pretium correſpondens. Probat idem quia vnumquemque in opere honeſto reipublicè ſeruientem, oportet de ſuo labore viuere honeſtè. Honeſtè dico, propter mere-

meretrices,hiſtriones,& inhoneſtè viuentes. Sed af-
ferens iſta vel conſeruans honeſtè ſeruit & vtiliter rei-
3 publicæ,ergo &c.† Quarta regula: quamuis ad ven-
dentem exigatur vt bona fide nihil ſe credat ratione
venditionis vltra iuſtum pretium recipere. tamẽ alia
occaſione poſſet aliquando aliquid recipi vltra illud
ratione donationis, ſicut aliquãdo ille capeditè & li-
beraliter daret. Primum patet: quia aliàs non ſerua-
retur æqualitas iuſtitiæ inter datum & acceptum. Se-
cũdum patet de ſe. Quinta regula, ſatis probabile vi-
detur, ꝙ quando contrahentes ſine dolo mutuo de ſe
ſunt cõtenti, ꝙ talem etiam contractũ concomitetur
aliqua donatio, præſertim cũ pretij taxatio relinqui-
tur ipſis contrahentibus vel commutantibus. Patet,
quia præciſa taxatio pretij interdũ ignota eſt vel du-
bia. Sed durum eſſet inter homines eſſe cõtractus, in
quibus non intenderent aliquid ſibi mutuò remittere
de rigore præciſi pretij. vt pro tanto omnem contra-
ctum concomitetur reliqua donatio. Sexta regula:
4 quamuis† nunquam liceat ſcienter rem carius vende-
re quàm valeat, licet tamen eam vendere carius
quàm empta ſit, ſi eſt meliorata in ſe vel in hominum
ęſtimatione. Primum patet, quia aliàs iniuſtitiam cõ-
mitteret propter inæqualitatem dati & accepti ſcië-
ter: ſecundum patet ea melioratione, de qua vide in
2. artic. in 3. conditione. Septima regula: quãuis nun-
quam liceat rem carius vendere ſcienter, quàm ratio
nabili æſtimatione credit vel credere debet eam va-
lere: tamen quando vendens plus læditur ea carentia
rei, quam res etiam in ſe valeat, tunc poteſt eã ſuper-
uendere ſuper valorem eius tãtum quantum rationa-
biliter æſtimat, vel æſtimare debet damnum ſuum.
Primum patet ea præcedenti. Secundum patet: quia
res, quam alius primò facit venalem, licet nõ ſit in ſe
melior, eſt tamen primo melior. Octaua regula: ſicut
non eſt iniuſtum quando quis ſperat res plus ſolutu-
ras quam iam ſoluunt, velle eas ſeruare & non vende-
re. Sed etiam iniuſtum non eſt feſtinare in vendẽdo,
quando quis habet res, quas timet minus ſoluturas,
dummodo nec credat, nec cauſam credendi habeat
eas pro tunc minus valere quàm recipit, Patet ea no-
tabilibus ſecundi articuli circa 5. conditionem. Dico
notãter, quas timet, quia multa facit homo in ſpe vel
5 timore, ſine conſcientia vel credulitate.† Nona regu-
la: quando quis nec ſcit nec credit communitatẽ er-
rare in taxatione pretij. Etiam ſi probabiliter dubitat
an erret communitas, tunc licitè poteſt rem ſuam ſe-
cundum æſtimationẽ communem vẽdere: imò ſi vult
vendere, debet in tali dubio ſecũdum iſtam vendere,
& non ſecundum ſuum ſenſum. Si verò ſcit vel credit
cõmunitatem errare in æſtimatione, nullo modo de-
bet eã ſequi. Patet ex 2. arti. in 5. conditione, in 4. no.
Decima regula: Quando dubitatur in quãto res plus
vel minus valeat, tunc modica probabilitas ſufficit ad
æſtimandum valorẽ rei, patet ibidem. Vndecima re-
gula: Stãs in dubio quid ſit verum pretiũ rei, & com-
mittens ementem, quem neſcit arctatum vel ſimpli-
cianũ: ſed expertũ ſuæ induſtriæ, & bona fide vendẽs,
ſic non videtur contractus iniuſtus: patet ibidẽ. Duo-
decima regula: Sicut cum magis ſecura cõſcientia &
fide poteſt vẽdi res etiam, cuius vera æſtimatio igno-
ratur, quia venditur homini experto circa rem nõ ar-
ctato aliqua neceſſitate, nec habẽti ad eam inordina-
tum deſideriũ, nec aliqua cautela verborum, operũ,
vel ſignorum circumuento vel inducto ad emendum
6 eam pretioſius qui ſine iſta cautela emeret:† Sic ſine
dubio minus eſt ſecurus de bona fide, imò ſuſpectus
de mala in tribus caſibus. Primò, quãdo vẽditur ſim-
plici ſiue inexperto Secundò, quando emens eſt ne-
ceſſitatus. Tertiò, quando emẽtem aliqua arte ſigno-
rum, factorum, vel verborum, etiam ſi vera ſint, indu-
cit ad emendum carius quam aliàs. Prima pars patet
per quintam. Secunda patet quoad primum: quia tũc
totum onus æſtimationis vẽditori incumbit. Quoad
ſecundũ patet: quia arctatus cariùs emit faciliter non
voluntariè ſimpliciter: ſed voluntariè miſtè, & tamen
propter arctationem emptoris venditor non poteſt
plus recipere: ſed potius miſericorditer deberet cum
eo agere. Quoad tertium patet, quia venditor aut ve-
recundia ductus aut ignorantia, partim inuoluntariè
habitualiter emit, maximè quando mẽdaciis circum-
uenitur emptor. Ex quo etiam patet. 13. regula. Quã-
do dubiũ eſt quantum res valeat, tũc magis periculo-
ſum eſt homines per cautelas inducere ad tantũ dan-
dum ꝙ ſimpliciter ſine tali cautela daret, pro tãto pa
tet quia ſi eſt exceſſus ille maior cauſa iſtius exceſſi-
uæ emptionis quo emptorem ad hoc induxit, quàm
qui eum ſuo arbitrio dereliquit. Decimaquarta regu-
7 la.† Multum alleuiat cõtractus mercatorum inter ſe,
quòd expertus experto dat ad emẽdum, & e cõuerſo.
Et hoc intellige, quando emptor non eſt arctatus ali-
qua neceſſitate, vel inordinata affectione impulſus.
Primum patet, quia quilibet mercator rationabiliter
præſumitur quærere lucrum ſuum, & pronus eſſe ad
ea emẽda, in quibus lucrum habere intelligit, & aliàs
non emeret niſi crederet ſe poſſe lucrari. Secundũ pa-
tet, quia venditor talis habet tunc timere ꝙ ex illa ar-
ctatione cariùs emat quàm aliàs faceret emptor: vel
ꝙ vẽditor vendat res remiſſiùs. Decimaquinta regu-
la: Quando homo inexpertus vadit ad inſtitores &
mercatores publicos, non eſt ſibi periculũ ſi modicũ
exhibet, vel remiſsè emit, niſi probabile motiuum ha
beat venditorem ex ignorantia, inexperientia, arcta-
tione, vel aliquo tali vẽdere tam remiſsè. Et ipſe pro-
babiliter poſſit agnoſcere rem plus valere. Ratio eſt,
quia cõmuniter tales inſtitores & mercatores exper-
ti ſunt in ſua materia: & cõſueuerunt pretioſiùs exhi-
bere quam valeat, & etiam quàm ipſimet pro tali ve-
lint dare, & illud multum alleuiant facta mercatorũ.
8 Decimaſexta regula:† Sicut ad ſecuritatem conſciẽ-
tiæ facit, quando venditor nulla arte vel cautela ver-
borum inducit emptorem non arctatum vel ſimpli-
cianum ad emẽdum cariùs quam aliàs emeret. Sic ad
inſecuritatem facit oppoſitum facere: patet ea 5. & 12.
Decimaſeptima regula Sicut in minori periculo ſtãt
qui vendunt res apud multos inuẽdibiles & venales,
ſic debet ſibi multo magis eſſe ſuſpectus, qui habet
rem venalem, vel exercet officium vel laborẽ nõ poſ-
ſibilem apud alium haberi. Primũ patet, quia facilius
& propinquius poteſt haberi ęſtimatio, quãdo homi-
nes non ſunt arctati ad vnus. Secus autem eſt in ſecũ-
do caſu in quo ſibi multo magis homo debet eſſe
ſuſpectus, & valde cauere ne neceſſitate hominũ exi-
gar, aut recipiat vltra rei aut laboris ſui valorem. De-
cimaoctaua regula: Nullus artifex ſiue negotiator po
teſt aliud recipere pro labore vel pro quocũque gra-
uamine ſuo circa rem vendendã vel perſonam emen-
tem habito, niſi bona fide credat ꝙ ſeruitiũ huiuſmo-
di vtile fuerit, ſit, vel erit, hoc ſolo excepto, quando
emẽs ſcit vel ſcire probabiliter & ſine dolo præſumi-
tur, quàm inutilis & nociuus ſit labor aut ſeruitiũ, &
9 nihilominus vult habere, & acceptat.† Primũ patet,
quia nullus rationabilis emẽs vellet dare aliquid pro
ſeruitio inutili vel nociuo. Secũdum patet, quia præ-
ſumere poſſum ꝙ voluntariè emat, fortè ad aliquẽ fi-
nem ſibi magis vtilem, quam venditor videat Ex iſtis

multę regulę ſpeciales poſſunt inferri, vnde Decimanona regula: Sicut qui frumēta vel alias res vtiles cōmunitati vel neceſſarias & bonas ad hoc principaliter emunt, vt non deſint ciuitati, patriæ, vel aliqua alia bona intentione nō intendentes cariſtiam inducere, ſed quandocunque neceſſitatem vel notabile grauamen pauperum viderint, vendere volunt, iuxta communem & rationabilem æſtimationem, tales non ſolum licitè, ſed etiam meritoriè poſſunt hoc facere, & aliquando cariſtiam impedire, & ſi non omnino ſaltē vt nō ingrauetur. Sic illi qui in cōgregando talia nec communitati proſunt, nec vtilitatem eius intendunt, ſed ſolum lucrum ſuum, nihil niſi cariſtiam expectando, grauiſſimè peccant: & ſuo labore quādo vel re vel intentione nociuus eſt, nihil omnino merētur, ſed potius demerentur, ſicut aliquando contingit, quòd in principio pauperibus volentibus facere prouiſionē, multum noceret faciendo res cariores, & poſtea homines nimis exactionant. Poſſunt autem vtrique iſtorum ſe ex hoc conſiderare: qui enim intendit cariſtiā, dolet de frumentorum copioſo prouentu. Alius verò
10 vel lætus eſt, vel contentus, & non triſtis. † Viceſima regula, quæ ſequitur etiam ex. 18. qui faciunt res inutiles & defectuoſas, defectusq; earum ex induſtria & ſtudioſè obtegunt & occultant, malefaciunt, & tenētur ad reſtitutionem iſtius, ꝙ occaſione talis occultationis eis datur pro rebus: niſi res, non obſtante defectu, tantum valeant quātum datur. Et ſimiliter eſt de habentibus res venales iudicandum. Viceſimaprima regula: Quamuis ſcienter dare alicui occaſionem periculi vel dāni ſemper ſit illicitum, ſicut dicere alteri falſum ſemper eſt illicitum: tamen non eſt neceſſariū ꝙ homo alteri det ſemper auxilium vel conſiliū pertinens ad qualemcunque eius promotionē, ſicut etiā, non teneor dicere veritatem ſemper quam ſcio: ſed hoc ſolùm eſt neceſſarium in aliquo caſu determinato: puta cùm aliquis eius curæ ſubditur, vel cùm non poteſt ei per alium ſubuenire: verba ſunt S. Thomæ artic. 3. Ex quo elicit ea quæ de venditione defectuoſæ rei dicta ſunt articulo primo. F. 14. Vnde ſubdit ibidem ad tertium argumentum. Quamuis homo nō teneatur ſimpliciter omni homini veritatem dicere, de his quæ pertinent ad virtutes, tenetur tamē in caſu illo de his dicere veritatem, quando ex eius facto alteri periculum imminet & detrimentum, niſi diceret veritatē, ſicut patet in rebus occultè defectuoſis per
11 venditionem alienandis. † Viceſimaſecunda regula: non ſemper facit contra charitatem proximi, qui non vult proximo ſuo bonū, quod ſibi vellet fieri: ſed qui nō vult proximo ſuo bonum, quod ſibi deberet velle fieri cæteris paribus, & ſecūdum quod recta ratio dictat: quia ſic & nō aliter intelligendum eſt illud præceptum legis naturæ: quod tibi vis fieri, alteri feceris. Vnde qui vult probare ꝙ proximo ad aliquid teneat, quòd mihi vellem fieri, priùs debet probare ꝙ ego tenear, ſeu ex debito obliget ei facere tale bonum. Exempli gratia: Ego emo librum mihi vtilem pro librario, quem alter etiam libenter emiſſet, quem perueni emendo. Si ergo alterum permiſiſſem librum emere, bene quidem feciſſem: ſed non tenebar, imò ego deſiderarem ſi alter prius veniſſet ad librarium, vt mihi librum dimiſiſſet: ſed non erat mihi debitum. Ex iſto etiam patet veritas caſus ſuper primo articulo. F. 15. de ſciente merces multas futuras, de quo mihi ſoli conſtat, quomodo poſſum ſilere & emere ſecūdum forum cōmunem illud ignoratum. Viceſima
12 tertia regula: quāuis ſæpè licitè fieri poſſit, † ꝙ mercator emat ab vno pro decem, & ſtatim det alteri pro duodecim: eſto quòd ſciuerit prius de ſecūdo emptore ſiue etiam prius contraxerit cum eo, quòd emeret rem à primo, tamen timēdum eſt quòd multum cautelosè & dolosè tales contractus fiant. Et ideo non poſſunt generaliter & ſimpliciter ſemper iuſtificari: propter quòd etiam homines magis videntur eſſe retrahendi à talibus contractibus quàm aſſecurandi de eis. Primum patet, primò ſi qui caſualiter emiſſet pro decem, & ſtatim occurreret ſibi qui cū gaudio & gratiarum actione. 15. dare vellet. Secundò, quando etiā non caſualiter talis occurrit, ſed etiam ſciēter: poteſt enim eſſe ꝙ quis ſciat vel veriſimiliter præſumat primum venditorē ſatis eſſe lucratum, vtpote quia emit pro ſex: & ſecundum emptorem etiam ſatis lucratum eſſe, quia dabit pro. 9. Poſſit ergo valde charitatiuè fieri ſic, quòd vnus ſolus non haberet totum lucrum, ſed multi lucrarentur. Aut ſi primus dixiſſet medio, procura mihi emptorem talis rei, ego dabo eam pro ſex. Et ſecundus diceret, procura mihi talem rem, & ego dabo pro ea decem. Similiter ſi primus vendens habeat rei pretium imponere, vt ſi princeps vel officialis eius ligna de ſyluis, plumbum de montanis vellet dare remiſſius quàm prius, quid ego habeo iudicare quòd tam nimis remiſsè vendat, cùm benè poſſit ſtare, ꝙ antea nimis carè vendiderit? Et quia dubiū eſt an plus vel quandiu velit tam remiſsè vendere, nō obſtante mea remiſſa emptione poſſum vēdere ſicut communiter ſoluit. Stat etiam ꝙ primus vendens habeat mandatū de non vendendo cariùs, vel conſcientiam de hoc ꝙ plus recipiat: & ſecundus mandatum tantum, vel conſcientiā de emendo remiſſiùs, vel primus defectum ſciat in re, propter quam æſtimatione ſua non plus valet, vel credat multas ſimiles res venturas, propter quas fortè poſtea, rem ſuā vendere non poſſet. Secundus autem ſciat locum, vbi multò plus ſoluet. Inter tot ergo motiua & circūſtantias, quæ & quas primus vendens poteſt habere tam remiſsè vendendi, & ſecundus tam carè emendi, medius non habet cauſam iudicandi, primum nimis remiſſiuè vendere, aut ſecundum nimis pretioſè emere: maximè præſumptis tribus ſuprà 10. 11. 12. & aliis regulis tactis, quòd quilibet eorum bonā fidem & cauſam benè credendi habeat & expertus in materia, & nullus ſit arctatus, nec aliqua cautela aut circumuentio fiat. Viceſimaquarta regula eſt ſpecialiter de campſione ſeu cambio pecuniarum vel aliarum rerum, quæ eſt quaſi quædam vēditio vel emptio vnius monetæ pro alia: & habet quaſi eaſdem difficultates ſicut negotiatio, & quia circa iſtam campſionem multa mala fieri
13 poſſunt, ſit illa regula. † Pro quacunque re, cauſa, vel operatione poteſt mercator lucrum recipere ratione mercium: pro tāto enim poteſt campſor recipere lucrum pecuniarum, de quanto iſta res, cauſa, vel operatio circa pecunias locum habet, & exercetur ſicut circa merces. Patet, quia ſicut merces variantur ęſtimatione hominum, ſic & monetæ, licet fortè nō tam communiter, & tam in magna quantitate. Item ſicut poteſt haberi cura, labor, pericula, & alia huiuſmodi circa merces adducendas: ſic circa pecunias ſuo modo. Si ergo propter tales cauſas recipit mercator, quare non propter eaſdem campſor? Sic tamen quòd hoc faciat ſicut ſuprà dictum eſt de negotiationibus penſando, bona fide rationabili vel cōmuni æſtimatione pretioſitatem, grauitatem, vtilitatē operis, curæ, laborum, officij & aliorum huiuſmodi: & ſecundū hoc poteſt recipere plus vel minus, vel de quanto cōmuni æſtimatione moneta in melius vel peius mutata eſt. Aut ſi aliqua illarum cauſarum excuſat, quæ de mutuo

mutuo exprimitur vt propter intereſſe, id eſt, vitationem damni. Porrò de tertia ſpecie, per quam etiam domioium transfertur, vt dictum eſt prioio articulo primi captiuli. §. 4. etiam ſpeciales ſunt difficultates. Idcirco de eadem tres ſuot regulæ.

14 † Prima, licet mutuans poſſit de iure recipere vel repetere rem mutuatam vel valorem rei, nihil tamen poteſt vltra hoc, ſi ꝙ ſit, pecunia mēſurabili recipere, repetere, vel ſeparare, ratiooe rei mutuatæ, vel ratione mutuationis. Sed bene poteſt recipere aliquid à mutuum recipiente non pro mutuo, ſi ſpoute vel ex alia iuſta cauſa datur, aut pia. Primum patet ex deſcriptione mutui. Secundum probatur ex intentione S. Thomæ & Scoti, quia in mutui datiooe transfertur dominium: hoc enim ſonat vocabulum mutuo, do tibi meum: ergo qui concedit mutuo, nō maoet dominus pecuniæ mutuatæ. Et per conſequens ſi pro illa pecunia recipiat aliquid vltra ſortem, pro nō ſuo recipit, ſiue vendit nō ſuum. Alia ratio eſt, eſto ꝙ pecunia maneret ſua: non habet tamē ex natura ſua aliquē vſum, ſicut habent aliqua alia, ex ſe germinantia: ſed tantùm prouenit fructus ex ioduſtria alterius, ſcilicet vtentis. Induſtria autem huius non eſt eius, qui cōcedit pecuniam: ergo iſte volens recipere fructū de pecunia vult habera fructum de induſtria nō ſua, quam tamen nō dedit ſibi iſte alius: ex hoc ꝙ accipit mutuū ab alio. Et hæc etiam eſt ratio, quare per oppoſitum, fructua pignorum germinantium cōputantur in ſortem. Tertium patet per Thomam: quia non efficitur quia peioris conditiouis ex eo ꝙ alteri mutuauit, ſed ante mutuationem potuit talia recipere: ergo poſt.

15 † Secunda regula: quamuis pro principali vſu pecuniæ nullus aliquid vltra ſortem ratione mutui poſſit recipere: tamen pro ſecundario vſu pecuniæ quis poteſt aliquid pretio dignum recipere.

Primum patet ex præcedenti: ſecundū patet, quia tuoc pecunia non mutuatur, ſed locatur vel conducitur. Pro cuius intellectu notādum primò, ꝙ duplices ſunt res: quædam quarum vſus principalis eſt earum coosumptio, ſicut vſus vini principalis eſt vt bibatur, paois vt comedatur. Et talia eorum vſu cōſumuntur. Aliæ ſunt res, quarum vſus principalis non eſt earum conſumptio, vt domus vſus eſt inhabitatio, ſecuris ſecatio. Secundò notandum, quod pecunia duplicē poteſt habere vſum, vnum principalem, videlicet conſumptionem; ſecundum diſtractionem, ſecundum ꝙ in commutatione expeditur, propter quod principaliter eſt iouenta. Alius vſus eius eſt ſecundarius, videlicet vt concedatur ſolum ad oſteotionē diuitiarum, vel oſtētationem, vel ad ponendum eam loco pignoris, vel ad diſceodū numerare, ipſa mediante. Ad iſtos enim fiоes poteſt pecunia ipſa locari, ſicut equus, vel aliud locabile: & pro vſu iſto, retento dominio, pecunia licitè recipitur: & tunc ex toto eſt contractus locationis vel conductionis, non autem mutuatio, ſed mutui datio. Et debet idem pondus reſtitui, niſi fortè ſufficiat locāti æquale io pondere vel valore. Ex prædictis etiam patet, quare licitè pro vſu vaſorū argenteorum aliquid poteſt recipi: quia ibi domioium retinetur apud concedeotem. Et eorum vſus principalis non eſt ipſorum conſumptio: tamen quia ſecūdarius vſus vaſorum argenteorum poſſet eſſe commutatio, talem vſum eorum vendere non liceret. † Tertia
16 regula: Quanquā in nullo caſu vſura ſit licita, tamē in quibuſdā caſibus licet mutuāti plus de pecunia æſtimabili recipere, quàm mutuauit: ſed illud nō fit propter mutuationem, ſed propter intereſſe, vel alia de cauſa. Primum patet, ſecūdū patet in multis caſibus. Primò ratione pœnæ conuentionalis, dumtamen non fiat in fraudē vſurarum. Exempli gratia dicit Scotus: Ego indigeo pecunia mea ad ad mercandum: cōcedo tamē tibi ad certum diem, adiiciens pœnā cooditionalem: ꝙ niſi tali die ſolueris, quia multum damnificor, alias ſolues poſtea tantū vlterius. Pœna huic adiecta licita eſt: quia licet me ſeruare indemnē ſic pre-
17 mendo illum, cum qoo cootraho. Signum † autem quando non eſt in fraudem vſurarum, manifeſtum eſt illud, quando mercator magis vellet ſibi ſolui die præfixo, quàm in craſtino eum pœna adiecta. Et per oppoſitum eſt in fraudem, quando vltra diem tranſiri potius, quàm pecuoiam ipſo die ſolui vellet.

Secunduscaſos eſt ratione intereſſa, id eſt, ratione damni vitandi: debitor enim, ex cuius non ſolutione creditor ootabiliter damnificatur, tenetur de iuſtitia ſatisfacere creditori de intereſſe. Et licet iſte creditor non poteſt habere actionem contra eum in foro exteriori, vtpote quia non ſunt pacta vel munimēta: tamen in ſoro cooſcientiæ debitor tenetur vltra ſortem ad intereſſe. Tertius caſus eſt, quando vtrumque ſcilicet capitale, & illud ſuperfluum ponitur ſub incerto. Quod probatur extrà de vſuris, nauiganti. §. nonne arguendo per locum à ſimili: quia ſicut ibi incertitudo excuſat, ita & hic ſine pacto etiam licet: quia ſolus animus ſine omni pacto verbali vel alio ſigno æquiualenti oſtendens debitori, quòd mutuans non mutuaret niſi ſpe lucri, non facit illum recipientem vltra ſortem habere alicoum ſine pacto, & ideo nec teneri ad reſtitutionem.

S V M M A R I V M.

1 *Dominium rei temporalis quinque modis transferri poteſt.*

2 *Dominium rei non transfertur in accommodatione, locatione, & conductione.*

3 *Donatio qualiter fieri debeat, vt iuſta eſſe dicatur.*

4 *Commodatio liberalis vſus alicuius rei qualis eſſe debeat, vt iuſta ſit.*

Permutatio contractus dicitur, in quo rerum dominia transferuntur.

5 *Aequalitas valoris ſeruari debet in rebus commutatis.*

Venditionis & emptionis contractus quibus concurrentibus dicatur iuſtus.

7 *Dominium rei non transfertur in mutuata accommodatione, conductione, & locatione, ſed vſus tantùm, vel ius vtendi.*

Mutuum ſeu mutui datio qualiter contrahatur.

8 *Commutante id pro quo commutat non ſtatim recipiente, quid cenſendum.*

9 *Pretij determinatio pendens ex futuro quando licita ſit, & quando non.*

10 *Commutatio negotiatiua quando ſit licita.*

Rectum eſt iudex obliqui.

11 *Ignorantia & qualiſqualis coactio voluntarium ſemper excludunt.*

12 *Commutatio ex quibus cauſis iniuſta eſſe poſſit.*

13 *Iniuſtitia quadam generalis dicitur, ſi res aliena domino inuito vſurpetur.*

De ſpeciebus contractuum ſub compendio quando ſint iuſti, & quando iniuſti &c.

CAP. IIII.

AD videndum autem ſub compendio
ſecundũ Scotum de differentiis tranſ-
lationum rerum temporalium. † No-
1 tandum quòd in tranſlatione rei tem-
poralis, quæ per priuatam perſonam
fieri poteſt, ſunt quinque modi, in quibus transfertur
dominium rei, videlicet donatio merè libera, permu-
tatio, emptio, venditio, mutuatio actiua, id eſt, mutui
datio, ſeu pecuniæ cóceſſio. Iſtis quinque correſpon-
dent quinque aliæ tranſlationes ſeu differentię. Nam
donationi correſpondet vſus liberalis accommoda-
tio, permutationi correſpõdet permutata vel mutua-
ta accommodatio. Emptioni conductio, venditioni
locatio. Mutui dationi, mutui acceptio. Mutuationi
tamen actiuæ non correſpondet aliquid propriè in
tranſlatione vſus rei. In primis quinque tranſlationi-
2 bus transfertur dominium. † In correſpondentibus
verò mediis, videlicet in mutuata accommodatione,
conductione, & in locatione non transfertur domi-
nium, ſed vſus vel ius vtendi, retento dominio: fit etiã
aliquando tranſlatio rei vnius in alterum authoritate
non priuatæ perſonę, ſed legis, principis, vel commu-
nitatis authoritate, vt in pręſcriptione & vſucapione.
In donatione eſt actus merè liberalis. In aliis verò ſe-
cundum quod liberalis. Actus merè liberalis eſt, quã-
do transferens non expectat aliquam redditionem
debito iuſtitiæ. Actus ſecundum quod liberalis eſt,
quando pro eo quod transfertur, expectat aliud ſibi
reddi. Ad hoc igitur vt omnia præmiſſa iuſtè fiant.
3 † De donatione, vt ſit iuſta, exigitur vt ſit liberalis
tranſlatio ex parte donantis, & voluntas recipiendi
ex parte illius cui donatur. Et libertas ex parte ambo-
rum, huius donandi, & illius recipiendi, & quòd nulla
lege ſuperiore prohibeatur iſte vel ille, nec per actũ
alterius, à quo dependeant in iſta tranſlatione. Pro-
pter defectum primi, non poteſt quis dare pecuniam
fratri minori, quia ille nõ vult eſſe dominus. Propter
defectum ſecundi, non poteſt monachus ſine licentia
Abbatis, nec filiusfamilias ſine voluntate parentis,
nec etiam clericus in aliquo caſu ſine voluntate, vel
4 ſaltem contra voluntatem Papæ. † Vſus liberalis ac-
commodatio, quæ correſpondet donationi, habet ſi-
miles leges vt ſit iuſta, quia requirit in accommodan
te liberam voluntatem, & in recipiente quòd velit re-
cipere rem accommodatam ad vſum, & quòd non ſit
voluntas aliqua legis vel principis obſiſtens illi ac-
commodationi. Permutatio eſt cõtractus, in qua do-
minia rerum transferũtur, vt rei vtilis pro re vtili im-
mediatè, ſicut vini pro blado, & huiuſmodi. Et dici-
tur rerum permutatio, vt do vt des. Talis vt ſit iuſta,
exigit primò vt transferens ſit dominus rei, & vt aſ-
ſint omnia quæ dicta ſunt in iuſta donatione, præter
primum, videlicet liberalem tranſlationem. Nam in
permutatione, emptione, & venditione ac in eis cor-
reſpondentibus non eſt merè liberalis tranſlatio ſeu
gratuita. Sed ibi transferens expectat aliquid æqui-
ualens ei quod transfertur: propter quod ibi propriè
eſt contractus, quia ibi ſimul trahuntur voluntates
partium. Trahitur enim iſte ad transferẽdum in illum
a commodo, quod expectat ab illo, expectat tranſ-
ferendum in ſe. Secundo exigit in permutatione vt
dominus rei ſine fraude ſeruet æqualitatem valoris in
commutatis ſecũdum rectam rationem, Dicitur, ſine
fraude, ad excludendum fraudem in ſubſtantia, quan-
titate, qualitate, &c. De quibus habes ſuprà materia
5 prima. F. 9. † Dicit, ſeruet æqualitatem valoris in cõ-
mutatis ſecundum rectam rationem attendẽtem, ſci-
licet naturam rei non ſimpliciter, quia ſic melior ſeu
nobilior eſt mus quàm panis. Sed ſi attendatur natu-
ra rei in comparatione ad vſum humanum, propter
quem fit iſta commutatio. Iſta autem æqualitas non
conſiſtit indiuiſibili, ſcilicet eſt ibi (dicit Scot.) iniu-
ſtitia commutatiua medium & magna latitudo, quæ
autem ſit iſta latitudo, & ad quantum ſe extendat, ex
tribus innoteſcit. Quandoque ex lege poſitiua, quan-
doque ex conſuetudine, quandoque autem relinqui-
tur ipſis commutantibus, vt penſata mutua neceſſita-
te reputent ſibi hincinde æquiualẽs dare & accipere.
Dutum eſt enim cõtractus eſſe inter homines, in qui-
bus contrahentes non intendant aliquid de illa indi-
uiſibili iuſtitia remittere ſibi aliquid mutuò, vt pro
tantò omnem contractum concomitetur aliqua do-
natio. Et ſi iſte modus commutantium eſt quaſi fun-
datus ſuper illud legis naturæ: Quod tibi vis fieri, fa-
cias aliis. Satis probabile eſt, quòd quando ſunt mu-
tuò contenti, mutuò volunt ſibi remittere, ſi deficiũt
6 ab illa iuſtitia requiſita. † Venditio & emptio vt ſint
iuſtæ, ſimilia exiguntur. Ibi enim transfertur domi-
nium rei vtilis pro numiſmate, vel econuerſo: quia
enim difficile erat res vſuales immediatè commuta-
re. Ideo inuentum eſt medium, per quod talis com-
mutatio faciliter fit, quod vocatur numiſma. Et dici-
tur cõmutatio numiſmatis pro re vtili emptio, econ-
uerſò verò venditio. Ad tales igitur vt ſint iuſtæ, exi-
guntur ſimilia, ſicut in permutatione dictum eſt: quia
oportet ibi conſiderare numiſma ex vna parte, ſicut
hic rem permutatam. Addo quòd in his vtriſque con-
tractibus licet mutantem, vel vendentẽ penſare dam-
num ſuum, non autem commodum ipſius ementis,
ſiue cum quo permutat: hoc dico in cariùs vendendo,
vel permutando, & intelligo ſic: Si quis multùm in-
digens re ſua per magnam inſtantiam alterius indu-
catur ad vendendum vel eam permutandum pro re
alia, cùm poſſit ſe præſeruare indemnem. Et ex iſta
venditione vel permutatione multùm damnificatur,
ſi poteſt cariùs vendere, quàm ſi aliàs ſine tali dam-
nificatione venderet vel permutaret. Sed ſi emẽs ma-
gnũ cómodũ cõſequetur ex re vendita vel permutata,
non poteſt cariùs vẽdi, vel permutari: quia maius cõ-
modum conſequitur. Nam propter maius cõmodum
eius, ꝙ conſequitur, nec res mea eſt in ſe pretioſior,
nec mihi melius, & ideo nõ debet mihi maius pretiũ
apportare. Secus quãdo damnificor: quia tũc mihi eſt
7 pretioſior, licet nõ in ſe. † Mutuata accómodatio, cõ-
ductio, & locatio, in quibus dominiũ nõ transfertur.
Sed vſus vel ius vtendi: quia correſpondent permuta-
tioni, emptioni, & venditioni: ideo cum eis cõueniũt,
vt dictũ eſt. Et ſimiliter quantũ ad cõditiones iã po-
ſitas ſeruanda eſt iuſtitia conſiderando vbi vſum ſicut
vbi dominiũ. De mutui datione, ibi ad iuſtè cõtrahẽ-
dum mutuum oportet ſeruare æqualitatẽ ſimpliciter
in numero & pódere, exceptis quibuſdã. Excipiũtur
enim in iſta mutatione duo caſus in genere. Quãdo-
que enim licet accipere vltra capitale ex pacto, quã-
doque ex non pacto. Primũ tripliciter, ſcilicet vel ra-
tione pœnæ conuentionalis vel ratione intereſſe. Et
quandoq; vtrunque ſcilicet capitale & illud ſuperfluũ
ponitur ſub incerto, vt declaratũ eſt ſuprà. Ex nõ pa-
cto etiã aliquando licet, vt quãdo pecunia locatur
alicui ad oſtẽtandũ, vel ad cœnãdũ, vel ad oſtendẽdũ.
Talẽ enim vſũ habet pecunia ex propria natura & tũc
iterum

iterum de vſu eius vltra ſortem recipi poteſt: quia tūc non eſſet mutatio: ſed locatio vel conductio, vt etiam ſuprà dictum eſt in materia tertia, ſcilicet 25. 26. 27.

Porrò regulæ prædictæ oſtendunt quid iuſtū & quid iniuſtum in commutationibus ſtatim factis. Hoc eſt quando vterq; commutans ſtatim dat illud, & recipit
8 pro quo commutat. † Sed quid iuris ſit quando commutans non ſtatim recipit illud pro quo cōmutat: ſed differtur illa receptio. Attendendæ ſunt prædictæ regulæ datæ ad intelligendum quid iuſtū vel iniuſtum in ſingulis contractibus. Et inſuper duæ aliæ. Prima, quòd commutans non commutet, vel vendat tēpus, quia tempus non eſt ſuum. Secunda, quòd non ponat ſe in tuto ſemper, vt in pluribus. Et ex iſtis regulis duabus apparent multi caſus ſpeciales: verbi gratia, dicatur feſtum Natiuitatis Domini A. & feſtum Ioannis Baptiſtæ B. Iſte commutans tradat rem ſuam alteri in A. Aut igitur tunc venditurus erat eam aut non: ſed in B. Si ſic, vel determinat tunc pretium ſecundū quod currit tempus pro A. & tūc facit miſericordiam, quia ſupplet indigētiam proximi, antequàm eam ſupplere teneatur: quando. ſ. expectat ſolutionem vſque in B. Aut determinat pretium maius quàm ſit iuſtū pro A. Tunc eſt vſurarius: quia tunc vendit tempus cōtra primam regulam: & iſtud probatur extra de vſuris, conſuluit. Si autem non eſſet modo venditurus, ſed aliàs quando videretur quòd ſecundum curſum temporis plus poſſet lucrari. Aut igitur nunc ponit certum pretium aut nō, ſed dimittit certificationem pretij pendere ex aliquo futuro. Si primò ponat pretium ſecundum quod nunc valet res, non eſt dubium quin facit miſericordiam magnam. Si maius quàm nunc valet, tamen non eſt ita immoderatum pretium, quin tēpore ſolutionis veriſimiliter quandoque plus quandoq; minus valeat res vēdita, excuſatur ratione dubij: quia contra neutram regulam facit, & probatur per ca. nauiganti. §. ratione. Et ſi obiiciatur caſum ibidē in tua. Reſpondetur quòd ibi continetur monitio vtilis: non
9 præceptum neceſſarium. † Si autem determinationē pretij relinquat pendere ex valore illius rei futuræ: aut ergo pro tempore determinato ipſius ſolutionis vel aliquo, in quo non conſueuit regulariter res plus valere quàm tempore ſolutionis: dico quòd miſericordiam facit, vtpote cōcedo tibi iſtud pro tāto pretio, pro quanto valebit in B. vel aliquo tempore circa B. Duntamen res illa conſueuit communiter eſſe carior in B. quàm aliquo tempore præcedenti. Si autem pretium velit determinare pro tempore determinato hoc modo vt ponat ſe in tuto lucri, vt in pluribus, & alium in damno: vtpote volo quòd tantum ſoluas pro iſto quantum valebit in quocunque tempore vſq; ad B. quando cariùs vendetur, vſura eſt: quia ponit ſe vel partem ſuam quo ad lucrum, vt in pluribus: & illum cum quo contrahet ad damnum, vt in pluribus: & tūc habet pro ſe illud, quod euenit in pluribus: & cōtra ſe illud quod inuenit in paucioribus. Eſt etiam ibi alia iniuſtitia: quia aliquo die determinato oportet exponere rem ſuam venditioni, & nō tempore particulari vago: & in iſto contingeret quòd minus carè venderetur quàm in die craſtino inter A. & B. per cōſequēs in tali pacto facit ſe certum de lucro, vltra quam pro humana induſtria poſſet pertingere. Hæ ergo regulæ dictæ ſunt de iuſto & iniuſto in venditione, vel commutatione quacunque pro nunc vel futuro, & hoc loquendo de commutatione œconomica, quæ eſt quādo commutans intendit recipere rem pro qua cōmu-
10 tat, non vt merceturea, ſed vt ea vtatur. † Ideo ſequitur de commutatione negotiatiua, vbi commutās intendit mercari de re quam acquirit. Emit enim nō vt vtatur, ſed vt vendat, & hoc vt cariùs: & hæc negotiatiua vocatur pecuniaria vel lucratiua. De hac vltra regulas prædictas adduntur duo. Primum, quòd talis commutatio ſit vtilis Reipublicæ. Secundum ꝙ talis iuxta diligentiam ſuam, & prudentiam, & pericula accipiat in commutatione pretium correſpondens, vt habes declaratum, ſup. materia. 2. §. 8. Quæ autem ſit iniuſta occupatio rei alienæ patet in tranſlationibus dominij vel vſus rerum, ſiue ſit permutatio, emptio, venditio, donatio, &c. Patet faciliter ex præcedentib. cùm rectum ſit iudex ſui obliqui. In donatione nō eſt iuſtitia, ſi donans nō merè liberaliter donat, vel ſi cōtra voluntatem alicuius à quo dependet in donando donat, ſicut patet in illo caſu, extrà de cēſibus, exigit, quòd. ſ. viſitantes à viſitatis nulla recipiāt munuſcula: & ſi reciperent, tenentur ad duplum reſtituere, vel nō ſoluantur à maledictione, quam ipſo facto incurrunt,
11 vt dicitur lib. 6. † Non autem merè liberaliter donat, vel ſi decept⁹, vel quaſi neceſſitate tractus donat: quia ignorantia & aliqualis coactio excludunt ſimpliciter voluntariū, ex ſecundo, & hic, & ex hoc ſequitur quòd deceptus de eo cui donat, quantum ad illam rationē propter quam donat, non ſimpliciter donat, & ideo ſi alicui tāquam propinquo donet qui eſt propinquus, non ſimpliciter donat egeno. Conſimiliter ſi alicui tanquam egeno qui non eſt egenus. Et ideo videant trufatores quandoq; diuites exiſtentes, qui tamē tanquam egentes recipiunt eleemoſynas illas, ne iniuſtè omnia illa recipiant: quia non eſt ibi in dante volūtarium propter conditionis ignorātiam, quam reſpicit in dando. Conſimiliter ſi attractus, vt in vſuris donandis non eſt merè donatio liberalis. Conſimiliter dicendum eſt de accommodatione, licet ibi non ſit æqualis defectus propter æquale vitium: quia tranſlatio vſus ad tempus non requirit tātam liberalitatem,
12 quàm tranſlatio dominij. † De commutatione rerum dico quòd eſt iniuſtitia ex eiſdem cauſis, ſcilicet deceptione, & inuoluntario, & prohibitione ſuperioris, cui commutans ſubeſt in commutando, & ex hoc poteſt dici iniuſta commutatio, quæ ſit in ludo alearum & huiuſmodi. Iuxta illud. ff. de aleatoribus. l. vltim. & extra, de vi. & ho. cleric. ſuper illud, officia in gloſſ. tamen iſta lex non ligat illos, qui viuendo politicè ſubſunt legi imperiali, quia fortè nullibi ſunt hodie: quia ibi præcipuè illa lex conſueuit habere locum, vbi municipalia præiudicant imperialibus, vt patet in Italia. In emptione & venditione iniuſtitiæ tactæ ſunt prius tangendo de iuſtitia in eis. Et iuxta hoc de locatione & conductione ibidem patet. De mutui datione & ſolutione eſt iuſtitia præcipua vſura, cuius vituperatio habetur in nouo Teſtamento, Lucæ 16. Mutuum datæ, nihil inde ſperantes. In veteri Teſtamento Ezech. 24. Ad vſuram nō accommodabitis, & per eccleſiam prohibitio, extrà de vſu. ſuper eod. Præter dictas iniuſtitias partiales in iſtis contractibus vel quibuſcunq;
13 commutationibus † eſt vna iniuſtitia generalis, quando aliquis vſurpat rem alienam domino ſimpliciter inuito, & hoc tam domino proximo quàm domino remoto. ſ. legiſlatore, qui non vult: imò prohibet rem illam occupari inuito domino, niſi in caſibus præſcriptionis & vſucapionis. In iſtis autem non eſt tranſlatio dominij, vtpote in furto & rapina: & huiuſmodi eſt, licet ſit violenta occupatio rei, cui eſt dominium. Et iſta iniuſtitia eſt manifeſtior quacunque alia vbi propter ſolam conditionem defectuoſam eſt iniuſtitia commutatione, vel tranſlatione ſicut caſibus ſupradictis.

SVMMARIVM.

1 Dominiorum rerum diſtinctio vnde originē traxit.

Dominia rerum lege naturæ vel diuina pro ſtatu innocentiæ non ſunt diſtincta.

2 Vſus rerum eatenus debet competere hominibus, quatenus ad conuerſationem pacificam & ſuſtentationem neceſſariam congruit.

Præceptum legis naturæ de omnibus in communi habendis, quare poſt lapſum fuerit reuocatum.

3 Dominia rerum non ſunt diſtincta per legem naturæ aut diuinam. Prudentia & autoritas in legiſlatore per legem poſitiuam requiruntur.

4 Autoritas duplex eſt, paterna & politica.

5 Autoritas politica duplex eſt, & iuſta.

Diſtinctio prima dominiorum iuſta eſſe potuit à lege poſitiua.

6 Tranſlatio rerum fieri poteſt, aut quo ad dominium, aut quo ad vſum. Trāſlatio dominij facta autoritate legis iuſtæ cenſetur iuſta.

De cautela & origine omnium tranſlationum in rebus temporalibus.

CAP. V.

VLTIMO nunc vidēdum eſt breuiter vnde originaliter proueniat, quòd re-
1 rum dominia † ſunt diſtincta, ſic quòd hoc dicatur meum & illud tuum, quia illud eſt fundamentum omnis iniuſtitiæ in contractando rem alienam, & poſt omnis iniuſtitiæ reddendo eam. De quo ſecundum Thomā prima 2.q.94.art.5. & in ſolutione tertij argumenti. Et ſecundum Scotum, vbi ſupra.

Prima concluſio eſt. A lege naturæ vel diuina non ſunt rerum dominia pro ſtatu innocentiæ diſtincta: imò omnia erant tunc communia. Patet per Auguſtinum ſuper Ioannem ca. 2. de quo iure defendis villas eccleſiæ, diuino an humano? diuinum ius in ſcripturis diuinis habemus, humanum autem in legibus regum. Vnde quilibet poſſidet nōnne humana voluntate? Nā iure diuino, Domini eſt terra & plenitudo eius. Iure humano dicitur, hæc domus mea, hæc eſt villa mea, hic ſeruus meus. Tolle iura Imperatorum, quis audet dicere, hæc villa mea eſt? Ideo dicit 8.c.1. iure naturę. 12.q. ita dilectiſſimus, ratio patet etiā ad hoc duplex:
2 † quia vſus rerum ſecundum rectam rationem ita debet competere hominibus, ſicut congruit ad pacificā conuerſationem & neceſſariam ſuſtentationem. Pro ſtatu autem innocentiæ communis vſus ſine diſtinctione dominiorum ad vtrumque iſtorum plus valuit quàm diſtinctio dominiorum: quia nullus tunc occupaſſet quòd fuiſſet tunc alteri neceſſarium, nec oporteret illud per violentiam ab ipſo extorqueri: ſed quilibet hoc quod occurriſſet neceſſariū, occupaſſet ad vſum: ſic etiam magis fuiſſet ſufficientia ad ſuſtentationē, quàm ſi præcluderetur alicui vſus alicuius per appropriationem illius factam alteri.

Secunda concluſio. Iſtud præceptum legis naturæ in habendo omnia communia reuocatum eſt poſt lapſum rationabiliter, propter eadem duo.

Primò, quia communitas omnium rerum eſſet cōtra pacificam conuerſationem, cum malus & cupidus occuparet. Eſſet etiam contra neceſſariam ſuſtētationem, quia fortiores bellatores priuarent alios neceſſariis. Vnde ſecundo Politi. Politia Ariſtotelis quæ præfatam concluſionem tenet rationabilior eſſet politia Socratis qui primam tenuit concluſionem.

3 Tertia concluſio † reuocato illo præcepto legis Naturæ de habendo omnia communia: & per conſequens conceſſa licentia appropriandi & diſtinguendi communia, non fiebat actualis diſtinctio per legē naturæ, nec per diuinam. Non per diuinam, vt patuit per autoritatem Auguſtini, vbi ſuprà. Nec per legem Naturæ, quia non apparet quid determinet ad oppoſita: ipſa autem humana induſtria determinauit nō omnia eſſe cōmunia, ergo aliqua lege poſitiua fiebat prima diſtinctio dominiorum. vt igitur illa diſtinctio ſit iuſta, oportet quomodo lex poſitiua talis ſit iuſta.

Quarta cōcluſio, lex poſitiua iuſta requirit in legiſlatore prudentiam & autoritatem. Prudentiam, vt ſecundum rectam rationem practica dictat quid ſit ſtatuendum pro communitate Autoritatem, quia lex dicitur à ligando: non autem quacunq; prudentis ſentētia ligat communitatem nec aliquē, ſi nulli pręſideat: quomodo autem prudētia poterit haberi ad excogitandum leges iuſtas, ſatis patet. Quomodo autem autoritas iuſta, quæ cum hoc requiritur ad legē iuſtam
4 ſequitur. Quinta concluſio: † Quòd principatus eſt duplex vel autoritas: ſcilicet paterna & politica. Politica eſt duplex. In vna perſona. ſ. vel in communitate. Prima ſcilicet paterna iuſta eſt, ſcilicet ex lege naturæ, qua omnes filij tenentur obedire parētibus: nec iſta per legem aliquam poſitiuam Moſaicā, vel Euangelicam reuocata eſt, ſed magis confirmata. Illa etiā autoritas politica, quæ eſt ſuper extraneos, ſiue illa reſideat in vna perſona ſiue in communitate, poteſt eſſe iuſta ex communi conſenſu & electione ipſius cōmunitatis. Et prima autoritas reſpicit conſenſum naturalem, quanquam non cohabitantes ciuiliter. Secunda reſpicit cohabitantes qualitercunque nulla conſanguinitate, vel propinquitate ſibi iunctos: vtpote ſi ad ciuitatem aliquam ędificandam vel inhabitandā concurrant aliqui extranei, videntes ſe nō bene poſſe regi ſine aliqua autoritate, poterant concorditer cōſentire, vt vel vni perſonæ vel communitati cōmitterent iſtam autoritatem. Et vni, vel pro ſe tantùm, vel quòd ſucceſſor eligeretur, ſicut ipſe, vel pro ſe, & tota po-
5 ſteritate eius. † Et iſta authoritas politica vtraq; iuſta eſt: quia iuſtè poteſt aliquis ſe ſubmittere perſonę vel communitati in his quæ non ſunt contra legem diuinam: In quibus meliùs poteſt dirigi per illū, cui ſubmittitur, quam per ſeipſum. Ergo habemus complete quomodo poterit concedi lex poſitiua iuſta, quia ab habente prudentiam, vel in ſe vel in cōſiliariis ſuis, & cum hoc habente autoritatem iuſtam aliquo dictorū modorum in iſta concluſione. Sexta concluſio ſequitur ex his, ꝙ prima diſtinctio dominorū poterat eſſe iuſta à lege poſitiua iuſta, ſiue lata à patre, ſiue principe iuſtè principāte, ſiue communitate iuſtè regente. Et iſto modo probabile eſt factū fuiſſe. Nā vel Noē poſt diluuiū diſtinxit filiis ſuis terras, quas ſinguli occuparēt pro ſe & filiis ſuis & poſteris, & ipſi de cōmuni cōcordia inter ſe diuiſerunt, ſicut legitur Geneſ. de Abrahā & Loth. Abraham dedit electionē Loth, quā partem mallet eligere, & ipſe reliquā vellet accipere.

Vel

Vel lex aliqua promulgata eſt à patre, vel ab aliquo electio ab eis in principem, vel a communitate cui ipſamet communitas cõmiſit iſtam autoritatẽ. Hæc, inquam lex erat, quòd res tunc nõ occupata eſſet primù occupantis: & tunc diſperſerunt ſe ſuper faciẽ orbis terræ. Et tunc vnus occupauit primò vnã plagam terræ: & alius aliam. Ad intelligẽdum autem quomodo per diſtinctionem rerum & diuiſionem tranſlatio rerum poſſit fieri in alium hominem, vel communi-
6 tatem aliam. † Notandum quòd tranſlatio rerum poteſt fieri vel quantum ad dominium, vt.ſ.res à dominio vnius tranſeat ad dominium alterius: Vel quãtum ad vſum ſiue ius vtendi manente, tamẽ dominio apud eundem. Et iuſtitia vel iniuſtitia in tranſlatione vſus, deformes habet regulas iuſtæ tranſlationis dominij. Hæc ergo tranſlatio dominij poteſt fieri, vel autoritate publica, ſiue principis, vel legis autoritate priuata ipſius domini immediatè poſſidentis. Prima concluſio fit de prima tranſlatione. Tranſlatio dominij autoritate legis iuſtę eſt iuſta. Probatur, quia ſi lex iuſta potuit iuſtè determinare prima dominia, & non minor eſt autoritas legis, vel principis, quòd habeo hoc pro eodem poſt diminutionem dominiorum, quàm ante. Igitur poſt propter eandẽ cauſam & eundem finem potuit iuſtè trãſferre dominiũ, poſtquam fuerat alicui appropriatũ. Et hoc dico ꝙ præſcriptio in immobilibus, & vſucapio in mobilibus eſt iuſta tranſlatio, vt patet extra de pręſcrip.c.vigilanti, in gl. ſuper illud, aliena. De ſecunda verò trãſlatione.ſ. quæ fit autoritate priuata ipſius dñi immediatè poſſidẽtis dictum eſt in præcedenti materia per totum. Et illud ſufficiat pro præſenti de contractibus. Amen.

FINIS.

TRACTATVS SOLEMNIS DE CONSTITVTO ILLVSTRISSIMI DOCTORIS D. BALDI DE Vbaldis, de Peruſio,

SVMMARIVM.

1 *Mercator quòd recipiat à me Lugduni centũ florenos, & occaſione cãbij faciat mihi dari Romæ. 90. nunquid ſit licitum.*

2 *Mercator conſtituit ſe ſoluturum fundum: etſi non ſolueret, conſtituit ſe ſoluturum decẽ qualiter intelligatur, ſi non ſoluerit.*

3 *Exiſtens Romæ ſi conſtituo me ſoluturum Capuæ, vtrum creditor debeat ire Capuam, vel mittere ad recipiendum ſolutionem.*

4 *Conſtitutum nunquid per generalem nuntiũ poſſit fieri.*

5 *Inſtitores an poſſint dominum obligare ad pœnã.*

6 *Verba iſta in literis appoſita, dabitis illi plenam fidem, quid operentur.*

7 *Scriptura hominis licet ſemper vigeat, nõ tamen ſemper homo conſentit.*

8 *Mercator quis dicatur.*

9 *Mercatores & alij artifices an poſſint inter ſe facere ſtatuta.*

10 *Conſules mercantiæ qui iurant ſeruare ſtatuta mercantiæ, nunquid obligentur ad periurium, ſi non ſeruant ſtatuta quæ continẽt id quod ius commune.*

Statutum, quòd contra ſcripturas mercatorũ non poſſit opponi exceptio præſcriptionis an valeat.

11 *Mercatores vtrũ poſſint ſtatuere, quod pater teneatur pro filio. Mercatores non poſſunt ſtatuere contra ius publicum totius ciuitatis.*

12 *Statutũ mercatorũ, quo cauetur, quod cõtumax habeatur pro confeſſo, quomodo intelligatur.*

13 *Diuiſionis beneficium, quod competit pluribus fideiuſſoribus, competit pluribus conſtituentibus pro alio.*

QVIA ſum aduocatus artis lanę & mercatorum, ideo breuem ſummam componendam duxi ſuper materia conſtituti & conſtituendi, quę propriè reſpicit artem mercatorum. Ipſi enim magis vtuntur hac materia, quam aliquod hominum genus: & hæc materia diuiditur in ſeptem partes. Nam primò quæram circa res. Secundò circa tempus certum conuentionale: item tacitum & legale: item circa conditionem. Tertiò circa locum. Quartò circa cauſam. Quintò circa perſonam. Sextũ circa formam. Septimò & vltimo ſubdam, quis propriè dicatur mercator.

Redeo ad primum, nunquid ſit hoc licitum, videli-
1 cet quòd † mercator recipiat à me in hac ciuitate cẽtum florenos, & occaſione cambij faciat mihi dare in ciuitate Neapolis nonaginta? & videtur quòd ſic. Hęc enim non eſt vſura, ſed periculi pretium: dummodo non nimis excedat modum. Sed ſecũdum generalem conſuetudinem mercatorum, vt ff de naut.fœno.l.periculi, & iuris fictione dando mihi literas vel conſtituendo ſe ſoluturum Neapoli, non dicitur minus ſe conſtituiſſe: & ſic iſta cambia permiſſa ſunt vſque ad condignum, vel parum ſuprà. Secundò quæro circa tempus certum, an poſſim conſtituere pro nouẽ præſentibus decẽ vſq; ad annũ? videtur ꝙ ſic, vt extra de donationibus inter virum & vxorem, c.per veſtras. In contrarium eſt verum, quia illud dicitur pręſentatiuũ temporis, & cum vſura.vt.ff.eo.l.hactenus.§. fin. non obſtat c.per veſtras, qa ibi loquitur ratione licitę negotiationis, quæ præueniebat lucrũ nõ ratione tẽporis. Tertiò quęro circa tacitum tempus, quod eſt decẽ dierum

dictum inter præſentes,vt l. promiſſor.ff.eo.inter ab-
ſentes arbitrio iudicis,vt l.continuus.§.cùm ita.ff. de
verb.oblig.nunquid per lapſum iſtius temporis, per
quem conſtituit ſe ſoluturum mercator, immediatè
ſit in mora?videtur quòd non: quia iſtud eſt iniũctum
in beneficium,ergo non conuertitur ad odium. Cõ-
trarium tenet gl.ff.eodem.l.ſi duo.facit quod not. ff.
ſoluto matrimonio.l.ſi mora.Quartò circa conditio-
2 nem quæro:mercator † conſtituit ſe ſoluturum fun-
dum, & ſi non ſolueret cõſtituit ſe ſoluturum decem,
qualiter intelligatur,ſi non ſoluerit?reſpõdeo, ſi fue-
rit in mora ſoluendi,vt.ff.eod.l.ſi duo.in fin. nunquid
autem cõſtituto nudo pacto poſſit apponi pœna? dic
quòd quantum ad pœnam non ſufficit nudum pactũ,
vt ff.eod. l. Titius , ſin autem interuenerit ſtipulatio:
tunc aut fideiuſſor poſſet eſſe deteriori loco , quàm
principalis propter moram,vt l.centum Capuę,de eo
quod certo loco.

Modò venio ad locum,& quãdo locus ſine vlla de-
terminatione ponitur:& tunc ad ius commune refer-
tur,vt l.ſi duo.ff.eod.& ideo ſi in iſta ciuitate ſit con-
ſtitutum inter duos Senenſes, non poterit cõſtituens
hic cõueniri,ſi iſti mercatores ſint aduenæ,vt l.hęres.
§.1.ff.de iud.not.per Dyn.in l.3.de bo.aut.iu.poſſ.ſin
autem eſſet promiſſor reſidens,vel conuerſans,vel nõ
citò receſſurus,poſſet cõueniri,vt not.ff.eo.tit.l. eum
qui.§.1. hoc autem patere poteſt ea qualitatibus per-
ſonarum:aut eſt appoſitus locus determinato modo,
& ille inſpicitur,vt ff.de ſol l.quæro.de ver.obl.l.qui
Romæ.§.Callimachus de actio.& obl.l.traiectitię.§.
de illo,aut eſt appoſitus locus in voluntate vel in ele-
ctione creditoris,& eligere poteſt,dummodo ibi in-
ueniat debitorem,vt ff.depoſit. l. Lucius , quæ eſt ad
hoc notabilis.Secũdò circa locum quæro, ſi cõſtituo
3 † exiſtens Romæ me ſoluturum Capuæ,vtrum credi-
tor debeat ire Capuam, vel mittere ad recipiendũ ſo-
lutionem?& dico quòd ſic, aliàs debitor non eſſet in
mora.ff.eo.l.item illa.l.Labeo.de naut.fœno. & ideo
ſuper hoc creditor debet conficere inſtrumentũ. Ve-
nio ad cauſam, & quæro:quid ſit cõſtitutum eſt factũ
ea falſa cauſa,quam conſtituens cõfitetur eſſe veram?
reſpõdeo,falſa cauſa appoſita in antecedentia vel cõ-
ſequentia erroris.i.conſtituti per errorem nihil ope-
ratur : vnde contractus inualidus non cõfirmatur per
confeſſionem erroneam,vt ff.eod.l fin. ſed dubitatur
quid ſi non per errorem,ſed ea certa ſcientia?reſpon-
deo,ſiquidẽ nulla pręceſſit obligatio valet,vt donũ:ſi
autem præceſſit,ſed eſt eliſa per exceptionem, agitur
ea veteri cauſa non ea donatione , nec de conſtituto:
quia videtur exceptionem donare. i. ea cauſa dona-
tionis non rem,vt l.ſi maritus.§.ſi quis,& l.hactenus.
§.ſi quis.ff.eodem.Itẽ circa cauſam quæro , an ſi poſt
conſtitutionem prima cauſa elidatur, deſinat conſti-
tutũ?reſpondeo,aut ibi eliſio infertur in veteri actio-
ne & in conſtituto,& eliditur vtrumque,puta pactum
de non petendo:aut infertur ſolùm in veteri nõ in no-
ua,vtputa præſcriptio , & non elidit conſtitutum. ff.
eod.l.item illa.§.adiicitur.

Venio ad primum,& quæro primò de perſona nũ-
4 tij:†vtrum per generalem nuntium poſſit fieri conſti-
tutum?pone enim,ita reperitur in quodam inſtrumẽ-
to facto tale nuntium meum ad conſtituendum cum
quacunque perſona dans ei arbitrium loquendi quic-
quid velit in perſona mei,dicit Bartolus,quòd nõ va-
let hoc mandatum:quia de eſſe nũtij eſt, quod habeat
formam ſpecificam,vt in l. multũ. C. ſi quis alteri vel
ſibi.& ff.eod.l. licet , & ibi per Bart. ipſe idem innuit
contrarium.ff.de fideiuſſor.l.nuntius,& melius, quia
ſicut ſe habet litera,ſic nuntius,& ſufficiunt literę ge-
nerales,arg.ff.de inſtito.l.quicũque.§. ſed cùm fullo.
quod intellige , vt infra dicam. Item circa perſonam
quæro , vtrum diſcipulus contrahendo vel cõſtituen-
do obliget magiſtrum ſuum ? tota die videmus in di-
ſcipulis ſutorum,quòd portant ad cameram ſeu apo-
thecam pannum,deinde vendunt , vel pignorant : an
dominus cameræ teneatur ? breuiter dicendum vide-
tur , quòd ſi diſcipuli vt diſcipuli , non habeant aliud
mandatum,quòd non obligant magiſtrum ſeu domi-
num,iſte eſt caſus notus in d.§.ſed cum fullo,tamen ſi
conſentiente magiſtro conſueuit negotiari in huius
apotheca,per hoc cõſtituitur inſtitor, & tenetur ma
giſter,argumento.ff.quod cum eo.l.Titianus. Quęro
5 etiam circa perſonam:an hi inſtitores † poſſint domi-
num obligare ad pœnam? dic quòd ſic , ſi ſunt pœnæ
ea natura contractus:ſecus ſi extra naturam : primùm
fallit in officiali fiſci , qui nullam pœnam promittere
poteſt,vt l.ſi procurator.§.1.ff.de iure fiſc.vbi tea. eſt
not.vnum etiam adde circa Officiales publicos,quòd
non poſſunt agnoſcere bonam fidem,etiam ſi habeãt
arbitrium , etiam ſi illa bona fides ſit coniuncta obli-
gationi : vnde nõ poſſunt ſoluere æquitate capitis ſui
vnum numũ,arg ff.de ſolutionib.l.ſi is cui.§.Flauius,
& quod not.per Bar.in l.2.§.hæc verba,ne vis fiat ei.
Modò quæro circa literas mercatorum, vtrũ inducãt
obligationem? & dico quòd ſic duobus concurrenti-
bus.ſ.quòd materia patiatur,& quod loquatur diſpo-
ſitiuè,vt ff.eod l.Lucius,ſecus ſi enunciatiuè:quia tũc
probant , ſed non obligant,vt ff.depoſiti.l. Publia.in
fi. Et ideo in l.Lucius.ff.de conſtit.pecu. non obliga-
tur inſtitor,quia non promiſit:ſed ſolùm cõfeſſus eſt,
& iſte eſt intellectus illius l.notabilis.

Quæro an mercator poſſit reuocare literas , ante-
quàm ſoluatur?Dicẽdum eſt, quòd ſi ſiot diſpoſitiuè,
non poſſunt reuocari ſecus ſi ſint literæ mandati,vt ff.
eodem.l.vtrum.§.vnde ſalſam. Quæro vlterius de iſtis
6 literis:† Dabitis illi plenam fidem,quid operẽtur iſta
verba? Bartolus ponit.ff. de fideiuſſoribus. l. Lucius,
& interdum dantur non ſolùm literæ,ſed ſigillum : tu
dic quòd ſic debent intelligi, dabitis plenam fidem,
& bonam fidem:non enim omne,quod loquitur,cre-
dendum eſt:ſed ſi ad bonam fidem ſpectet id , crede-
tur. Si ergo dicit aliquid veriſimile vel vtile,mittenti
credi poteſt,argumento.ff. de commodato. l. argen-
tarius , ſin autem pertinet ad ſpoliandum dominum,
tunc non debet credi.ff.mandati.l.creditori,in fin.fa-
cit l.ſi.ff.quod cum eo. Iſtæ ergo literæ intelligũtur,
dabitis plenam fidem,ſcilicet diſcreto modo.

Quæritur modo hic de libris mercatorum:reperi-
tur in libro mercatorum , quòd ego debeo recipere
ab eo decem,quæ ſibi mutuaui, vtrũ iſte liber probet
contra mercatorem?Iſta quęſtio eſt dubitabilis:nam
aut iſte liber eſt codex rationum,& eſt quemadmodũ
liber authenticus publicus : quia mercatores gerunt
quaſi publicè officium.ff.de edẽdo.l.quæro.§.numu-
larios,& tunc huic libro creditur, quaſi publicæ ſcri-
pturæ:nã præſumitur de conſenſu alterius partis hæc
ſcriptura facta ab ipſo principio. ff. de eden.l. ſi quis
ex argentariis.§.rationem,& §. ſequent. & argumẽto
eius,quod notatur in auth.de tabellion.§ nos autem,
& quia ita conſueuit fieri , argum.de fideiuſ.l.fin. ſin
autem non eſt codex rationum,ſed eſt quoddam ſim-
plex memoriale : tunc adhuc idem tali ratione , quia
hæc ſcriptura ſemper loqtur. Et ideo ſicut ſi viua vox
loqueretur omni tempore, poſſet omni tẽpore aſſen-
tiri viuæ voci,ita & ſcripturę:hanc rationẽ ponit ipſe
ff.de donationib.l.nuda ratio, & videtur ratio multũ
pulchra.

pulchra. Tamē veritas eſt ꝙ licet ſcriptura legis ſem-
7 per loquatur, & ſemper conſentiat: † tamen ſcriptura hominis licet ſemper vigeat, nō tamen homo ſemper conſentit, ſed cōſenſus attribuitur principio. Et ideo alius ex interuallo ſuperueniens non poteſt iūgi cum principio: quia non eſt actus cōtinuus, vel quaſi continuus, qui requiritur in contrahēdo, vt notatur infrà de dona. l. nec pignorans, de ſacroſan. eccl. l. illud de act. & obl. l. conſenſu, & ideo iura inuenerunt organa coniungentia ſenſus vtriuſq; partis, id eſt, nūtium vel epiſtolam, de donatio. cauſa mortis. l. inter mortis, in quæſtione erga ſua dico, quòd iſtud memoriale non plus operatur, quàm confeſſio facta ad obligandū coram teſtibus parte abſente. Fallit in vſurario, propter eius delictum, vt in c. 1. de vſur. in cle. & arg. l. quæro, in fi. de edil. edicto.

Sequitur videre de præſentia, vtrum æquipararetur literis? & dico quòd ſic, ſi fiant ſub nomine præſentis, aliàs non. ff. quod iuſſu. l. 1. §. ſi ratum. Sequitur videre de forma: vbi ſcias quod ſi ſic dico, Promittis mihi per ſtipulationē decem, & tu ex interuallo reſpondes, non valet vt conſtitutum. ff. eo. l. 1. §. 1. ſed ſi nō appoſuiſſem illud verbum, per ſtipulationem, ſed dixiſſem, promittis mihi decem: & tu dixiſti, ego deſiderabo & reſpondebo cras: ſi in craſtinum tu reſpondes ꝙ ſic, iſtud eſt conſtitutum vel ſaltem pactum nudum: quia verba patiuntur, ita intelligitur quod notatur. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. Quid dices de iſta forma: Cōſtituo Titium pro me ſoluturum? & videtur quod non valeat, quia promitto alium daturū: veritas eſt quòd valet: quia quando ad obſeruantiam eius, ad quod ego teneor, promitto alium daturū, intelligitur, quòd faciam & curabo, ꝙ ille dabit: textus eſt in l. qui autem. §. 1. ff. eodem, & ibi per Bartolum: quod tene menti, quia non eſt alibi.

8 †Vltimò quæro, quis dicatur mercator? Dic quòd vna mercantia non facit mercatorem, ſed profeſſio & exercitium. Qua ratione credo in ſimili, quòd ratione vnius actus quis nō dicatur propriè fœnerator, vt not. ff. de tribut. l. 1. in gl. & ideo ſtatutum, quod loquitur de ſcripturis mercatorum, non habet locum in vna negotiatione, & vide Bart. in l. legatis ſeruis, de legatis 2. Et hoc verum, niſi hanc vnam mercantiā præcedat profeſſio ſeu matriculatio in matricula mercatorum. Nā nomina dicta à profeſſione, acquirūtur profitendo: nomina verò dicta à cōſuetudine, vel ab vſu, ſeu ab actuum generalitate, acquiruntur vſu & exercitio, non per vnicum actum: Vnde non dicitur quis aleator, licet ſemel ludat, nec meretricator, licet ſemel delinquat: nec lector, licet ſemel legat, & idem in ſimilibus. Sed nomina, quæ non denominantur reſpectu actuum in genere, ſed reſpectu vnius actus, puta hoc nomen, homicida, vel adulter, verificantur etiam ex vno actu: vt ſicut in ſe habent eſſe formale, ita habeant eſſe nominis, facit l. 3. C. de epiſ. audien.

9 † Quæro, an mercatores & alij artifices poſſint inter ſe facere ſtatuta? & dic quòd ſic. Et iſta ſtatuta ſunt confirmata à iure communi: & ideo non eſt neceſſe quòd confirmētur per legē municipalem, vt in auth. de fideiuſſor. §. fin. & eſt textus not. Vtrum autem ſtatuta mercatorum valeāt in alia curia? & videtur quòd non: quia ipſi non poſſunt legem imponere aliis officialibus, præſertim ſuperioribus. Sed huic rationi reſpondetur quòd eorum ſtatutum eſt confirmatum iure communi: Vnde ius commune imponit legem non ipſi mercatores, vt l. 1. §. meritò, de vete. iure enucl. Et ideo dicunt Dd. quòd ſi iſta ſtatuta mercatorum reſpiciunt actus eorum, vel fidem actorum, puta eſt ſtatutū quòd mercator poſſit conueniri ex nudo pacto, vel quòd ſcriptura priuata mercatorum faciat plenā fidem. Nam iſtud ſtatutum valet in quolibet foro, & nedum ſeculari, ſed etiam epiſcopali, vt notatur in l. ex ea. ff. de poſth. niſi iſtud ſtatutū referret ſe ad proprios iudices ſolùm. Verbi gratia: Si ſtatutum mercatorum diceret, quòd conſul mercatorum reddat ius ex nudo pacto, vel quòd credatur teſtimonio vnius legalis mercatoris, vel quòd non admittāt exceptionem contra ſcriptum mercatoris: tunc illud non ſeruatur in alio foro, quia nō loquitur in illo: ſi verò ſtatutum eorum reſpicit modum procedendi, puta eſt ſtatutum eorum conſuetudine confirmatum, ꝙ procedatur de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij, iſtud non valet niſi in eorum foro. Vnde coram poteſtate ſeruabitur ordo iuris ſecundum doctrinam Dd. in l. cunctos populos. C. de ſum. trin. & fide catho. & l. 1.
10 C. de emancip. libe. † Sed dubitatur, nunquid cōſules mercantiæ, qui iurant ſeruare ſtatuta mercātiæ, obligentur ad periurium, ſi non ſeruant ſtatuta, quæ continent id quod ius commune? & videtur quòd non: quia iſta ſtatuta non ſunt propriè ſtatuta, vt notatur in c. 1. de conſtit. lib. 6. tu dic contra per text. ff. ad municip. l. magiſtratus.

Quæro nunquid valeat ſtatutum, ꝙ contra ſcripturas mercatorum non poſſit opponi exceptio præſcriptionis? Et videtur quòd non: nam hoc nō poteſt fieri per pactum, ergo nec per ſtatutum, vt not. C. de decr. decurio. in rub. In contrarium, ꝙ hoc poſſit fieri per pactum. ff. de edil. edic. l. quòd ſi nolit. §. ſi quis, breuiter dico, quòd valet ſtatutum eorum: quia poſſunt ſtatuere aliter quàm diſponat ius commune, per illū text. Ad argumentum de pacto reſponde, vt not. ff. de re iudic. l. nec ex prætorio, & l. quòd ſi nolit. §. ſi quis nō facit ad propoſitum: quia ibi loquitur de quadam prouiſione inducta in defectum prouiſionis hominis, cui renuntiari poteſt: ſecus in ea, quæ eſt inducta mero odio negligentis: vt ff. de fideiuſ. l. ſi quis poſt-
11 quam. † Quæro vtrum poſſint ſtatuere, quod pater teneatur pro filio? Reſpondeo non, niſi filius mercator patri referat quæſitum. ff. de edendo l. prætor. §. 2. & eſt ratio: quia iſtud ſtatutum eſt contra ius gētium. Non obſtat gloſſ. quæ eſt in rubrica, de decret. decurio quia loquitur in ſtatuto ciuitatis, non vnius collegij. Item non poſſunt ſtatuere aliquid, quod ſit naturaliter & euidenter iniuſtum. l. ambitioſa, de decret. ab ord. faciendis & notatur. C. quæ ſit longa conſuet. l. 1. Item non poſſunt ſtatuere contra ius publicum totius ciuitatis: puta quòd in depoſitis mercatorum non poſſit opponi exceptio banni. Item non poſſunt ſtatuere inter alias perſonas eis non ſubiectas, niſi ſubiiciant ſe foro, ſubmittendo ſe vel agendo: nam ſi agunt, poſſunt ibidem reconueniri vi iuris cōmunis, vt in authentica, & conſequenter. C. de ſent. & l. ſi idē cum eodem. §. ſed ſi mutuam. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Sed quid ſi quis eſt matriculatus in diuerſis artibus? Reſpondeo, inſpice artem, in qua conuenitur: nam ad iudicem illius artis pertinet. ff. de legatis. 3. l. legatis ſeruis. §. ſi vnus. ff. de tribut. l. procuratoris. §. ſi plures, ſi autem eſt negotiū extra vtranq; artē, ad neutram pertinet cognitio: ſed ad forū commune poteſtatis recurrendum eſt: textus eſt notabilis ff. nautæ, caupo. ſtabul. l. 4. §. eodem modo.

12 † Sed pone quòd ſtatuto eorum cauetur, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, quomodo intelligatur hoc? Reſpondeo per trinā citationem, nec ſufficit vna pro omnibus propter magnum præiudicium, quod inde ſeqtur. ff. de iure fiſci. l. edicto. §. ſi tribus, & adde

quòd

quòd quando ſententia fertur ex contumacia, oportet quòd in ſententia fiat mentio de contumacia. ff. de iure fiſc. l. 2. §. quoties, ſciant etiam prædicti cõſules & officiales, quòd vnus officialis non poteſt intromittere ſe de tempore alterius officialis. ff. de iure fiſci. l. fiſcus. §. delatoris, item ſciant quòd pendente contradictione coram eis non debent fulminare tenutas ſeu miſſionem in poſſeſſionem, vt. ff. de iure fiſci. l. res. §. 1. & ff. de re iudica. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. Item ſi mercator decedit ſine hærede, ſuccedunt ei in bonis, quæ habet ibi, non in aliis, argumentum optimum. ff. de iure fiſci. l. diuus Commo-
13 dus. † Item beneficium diuiſionis, quod competit pluribus fideiuſſoribus, competit pluribus conſtituentibus pro alio, vt in l. final. C. de conſtit. pecu. vbi quæſiui vtrum iſtud beneficium diuiſionis poſſit opponi in executione ſententiæ. Dd. tractant in l. exceptionem. C. de probat. ſed hic videtur caſus, quòd ſic ff. de iure fiſci. l. bona. §. fi. ſed quid ſi conſtitui me ſoluturum id, quod erat relictum in teſtamento Titij: demum Titius teſtamentum reuocauit, an teneor? dic quòd non. ff. de ſolut. l. ſi. de legat. 3. l. cùm quis decedens in principio. Quid ſi mercator debebat mihi decem, hæc me mandante promiſit alij: nũquid iſte duret obligatus mihi? Reſpondeo non. ff. de ſolutionib. l. ſi debitor, vbi videas. Bald.

FINIS.

CONSILIA DVO DE VSV MARIS, ET NAVIBVS TRANSVEHENDIS,

Auctore D. Roderico Zuario Iureconſulto.

CONSILIVM I.

De Vſu maris.

SVMMARIVM.

1 *Mare de territorio illius ciuitatis vel loci, cui magis appropinquat, eſſe dicitur.*
2 *Territorium ad quæ ſe extendat.*
3 *Delictum in mari commiſſum, vbi & à quo puniatur.*
4 *Vſus maris an omnibus ſit communis. & an præſcriptione acquiri poßit, ne liceat eo vti, & num. 7.*
5 *Actione iniuriarum tenetur, qui aliquem etiam ante ædes ſuas piſcari prohibuerit.*
6 *Conſuetudo quænam, non conſuetudo, ſed vſurpatio appelletur.*
8 *Flumina penè omnia publica.*
9 *Imperatoris poteſtas in mare, an ſolùm circa protectionem & iuriſdictionem ſit.*
10 *Ius piſcandi in portu fluminibuſq́, omnibus commune eſt.*
11 *Ius piſcandi an ſit regale.*
12 *Regalia quæ ſint.*
13 *Princeps, quam poteſtatem & ius in mari & eius portubus habeat.*
14 *Princeps, quas res ſua poteſtate alicui concedere valeat.*
15 *Prohibitio expreſſè ſcripta de non onerando & exonerando, ad quæ ſe extendat.*
16 *Intellectus cuiuſdam legis Toleti, qua diſponitur in mari, & eius portubus nauium exonerationem & onerationem fieri non poſſe.*

SI cada vno puede hazer carga o deſcarga en los puertos de la mar que eſtan & caen en ſu territorio: o eſtan mas cercanos à la villa o lugar que quiere hazer la tal carga y deſcarga ſin licencia del principe.

Saluo mejor juyzio eſta dubda pareſce que ceſſa para contra Sant Ander con quien litigan eſtos cõcejos de ſant Martin y ſus conſortes actores: Conſtat enim & ſic preſupponitur hunc portum ſancti Martini ſitum eſſe in termino & territorio horum actorum: ex quo ſequitur illũ eſſe de ſuo termino & territorio, & in eo habere de iure communi intentionem fundatam, vt poſſent eo vti ad omnem vſum vtilem & neceſſarium: nam
1 † mare, ſeu particula maris, dicitur eſſe de territorio illius ciuitatis vel loci, cui magis appropinquat, gloſ. eſt illa nota. in c. vbi periculum. §. porrò, ſuper parte, territorio. de electio. lib. 6. quam gloſſ. Canoniſtæ ſequuntur & extollunt ibi, & alibi, & vltra eos illũ ponderauit Bald. in pleriſque locis, ſcilicet in c. 1. in prin. 2. colum. quibus mod. feud. ami. & in l. penul. ad finẽ. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub con. fa. dicens per eam quòd fines reperiuntur in mari, & deſignabitur mare per terram propinquã, cui mare magis adiacet, & ſub qua diſtringi cõſueuit, vt in authent. vt omnes obed. iud. §. primo. & in l. 1. 2. col. C. de ſentent. ex breui. reci. dicens

dicens per dictam gloſ. q̃ ille qui eſt in mari, quod re-
gitur per ciuitatem maritimam, vt Ianua & Venetiæ
non dicitur eſſe extra diſtrictum: & idem in c. ex lite-
ris, ad finem, de proba. & in c. accedens. el. 2. ad finē,
2 vt lite non conteſt. dicens per eam † quòd territoriū
etiam in aquis ſe extendit, cùm & aquæ menſurabiles
ſint: pro his eſt optimus tex. iuncta gl. in c. licet. de fe-
riis, in parte, circumpoſitis eccleſiis, hoc modo indu-
ctus: Papa enim ibi mandat q̃ ſi certum genus piſcis
in mari capiatur diebus dominicis, fiat in eleemoſynā
de eo aliqua portio eccleſiis circumpoſitis mari: dicit
gl. præcipuè illis, in cuius territorio captio piſcis fa-
cta fuit: & licet antiqui ad hoc nō ponderent illū tex.
tamen aliqui Moderniorum illum ad hoc extollunt,
inter quos fuit Bald. ibi dicens illum text. ad hoc eſſe
menti tenendum. ſ. quod mare attribuitur terræ circū-
ſtanti: & quòd locus ſeu particula maris attribuatur
loco ſeu territorio, cui eſt propinquior, probat not.
tex. in l. inſulæ. ff. de iudiciis, vbi pulchrè Caius con
ſultus inquit, q̃ inſulæ Italiæ, pars Italiæ ſunt, & cuiuſ-
que prouinciæ: per quam l. Ang. de Peru. inquit fuiſſe
deciſum Piſis in conſ. Bar. & bene, q̃ de delicto com.
3 miſſo † in mari propinquo eorum portui & eorum ci-
uitati debeat ibi puniri: quia illa particula maris, quā-
tum ad hoc intelligebatur ſubiacere ciuitati Piſarū:
quod obtinet ſecundum eum, etiam ſi illa particula
maris, eſſet valde remota a loco, ſi tamen nulli alij eſ-
ſet propinquior: & pro his bene facit. l. vnica. C. de
claſſi. lib. 11. quæ lex nō eſt alibi ſecundum Bar. & idē
Ang. notanter in l. ſanè. ff. de iniur. & idem tenuit Bar.
in l. Cæſar. ff. de publ. & ibi probatur. *Eſto auido por
preſupueſto, de neceſſario ſe infiere que ſe ha de pronunciar
contra ſant Ander, mandandole que no probiban ni defiendā
al os dichos actores ni à otros el vſo del dicho mar y puerto
en peſcar, ni en la carga y deſcarga de peſcados y otras mer-
caderias, porque teniendo eſtos actores fundada ſu intēcion
de derecho comun, aſsi por eſtar el dicho puerto en ſu termi-
no y territorio, como por ſer comun a todos ſegun derecho
natural el vſo de la mar y de ſus terminos: no puede ſant
Ander fundar ſu derecho contra ellos, ſaluo por preſcripcion
ganada, para les probibir y defender que no lo hagan ſin ſu
licencia, y eſto es el derecho que ellos allegan, diziendo que
ſiempre gelo probibieron, y defendierō que no lo hizieſſen ſin
ſu licencia. Eſta preſcripcion ceſſa eneſte caſo por dos razo-
nes. La vna porque defender el vſo del mar,* eſt contra ius
4 naturale. quod † maris vſus communis eſt omniū: &
ſic non poteſt quis ſe iuuare præſcriptione ad impe-
diendum & prohibendum aliquem vti mari & portu,
& aliis rebus ad vſum communem omniū hominum
deputatis, vt Conſultus inquit in l. fi. ff. de vſuca. l. di-
ligēter. in fine. C. de aquæductu. lib. 11. l. præſcriptio.
C. de operi. publ. Nec obſtat. l. ſi quiſquā. ff. de diuer.
& temp. præſcr. quia ibi non erat prohibitio ratione
præſcriptionis, ſed ratione quaſi poſſeſſionis iure præ-
occupationis: quia dum aliquis eſt piſcando, & ſic eſt
in quaſi poſſeſſione iure præoccupationis à iure na-
turali permiſſæ, poteſt alium prohibere à piſcando
eodem loco: hęc eſt vera ſolutio, quam gl. ſequūtur &
Dd. in dictis legibus: facit l. 7. incipit, Placa: tit. 29. 3
par. vbi indiſtinctè in omnibus rebus deputatis ad
vſum communem non ſolùm omnium hominū, vt eſt
mare, ſed etiam hominum alicuius ciuitatis diſponit,
vt in eis nullo tēpore procedat præſcriptio: eſt caſus
not. in l. iniuriarum. §. ſi quem tamen de iniur. ff. ibi,
vſurpatum tamen & hoc eſt, iuncta gl. vbi caſus, quòd
5 tenetur † actione iniuriarum, qui prohibet aliū piſca-
ri etiā ante ædes ſuas, nec poteſt contra hoc ſe iuuare
ex conſuetudine ſeu præſcriptione: nam cùm hæc ſit
quædam vſurpatio, quæ iuri gentium contradicit, re-
6 probatur, & nihil operatur. † Conſuetudo enim cōtra
ius diuinum, naturale, vel gentium, non conſuetudo
ſed vſurpatio quædam appellatur, vt in auth. vt nulli
ind. §. 1. collat. 9. ſuper hoc tamen longior poſſet eſſe
ſermo, niſi quia ad propoſitum non multum hoc atti-
net, ex eo quod etiam ſi præſcriptio haberet locum,
ceſſat indubitanter in propoſito propter ſecundam
cauſam, quæ ſequitur.

*La otra razon por do ceſſa preſcripcion eneſta cauſa, es
porque caſo que lugar ouiera preſcripcion negatoria para
defender y prohibir: aqui ceſſa, pues eſtos actores ſiēpre vſa-
ron de ſu poſſeſsio en peſca, carga, y deſcarga, enel dicho puer-
to ſin pedir licencia a ſant Ander, & à vn que ſant Ander
gelo defendieſſe y prendaſſe, nunca dexaron de vſar de ſu de-
recho y poſſeſsion, y cōtinuarla, lo qual ſe manifieſta à vn por
los articulos y prouança contraria en que articulauan como
ſiempre prendauan y defendiā, de do ſe infiere que ſi les pro-
bibian y prendauan que vſauan toda via los prendados de ſu
poſſeſsion, y eſto baſta para excluyr preſcripcion, la qual ſegū
derecho no ſe puede cauſar: ſaluo ſi los probibidos deſiſtā de
ſu poſſeſsion y de vſar de ſu derecho deſpues dela probibiciō:*
cum patientia & tempore legitimo ad cauſandā præ-
ſcriptionem & ius prohibendi, vt iuris principia do-
cent. Sed cùm hic ex parte actorum nūquam interue-
nit patientia, imò contradictio, & poſſeſſionis conti-
7 nuatio, ceſſat præſcriptio indubitanter. † Succedit er-
go iuris communis regula, qua iſti actores regulariter
etiam habent intentionem fundatam, quòd cum vſus
maris & portus omnibus ſit communis à iure natura-
li, quòd nemo poteſt prohiberi his vti. l. nemo. ff. de
re. diui. cum vulgaribus: imò ſi prohibeatur, poteſt cō-
tra prohibentem agere actione iniuriarum: caſus eſt
in l. 2. §. ſi quis in mari. ff. ne quid in loco publico. &
in l. iniuriarū actio. §. ſi quis me prohibeat. ff. de iniu.
& quod plus eſt, ſi ante ædes meas aliquē piſcari pro-
hibeam, iniuriarum actione teneor, vt Conſultus in-
quit in d. l. iniuriarum. §. ſi quem tamen.

*Pues ſiendo los de ſant Ander, como lo ſon, excluſos y no-
tienen derecho de prohibir ni defender a eſtos concejos la
peſca, carga ni deſcarga, dellos, ni de otros, cierto es que no
haze para entrellos duda ſi ſe requiere licencia del rey, o no,
pues eſte es derecho de tercero, el qual ni nunca alegaron ni
oppoſieron ni prouaron los de ſant Ander, ni deſte ſe quiſierō
ayudar, ſaluo pretendiendo derecho proprio de defender que
no peſcaſſen, ni ſe hizieſſe carga ni deſcarga ſin ſu licencia, y
pues deſte proprio derecho ſon excluſos, eſto baſta para ſen-
tenciar el pleyto.*

*Pero pueſte que eſto ceſſaſſe, digo que eſtos pueden hazer
peſca, carga, & deſcarga: enla dicha mar y puerto ſin licen-
cia del principe:* indubitati iuris Conſulti affirmāt ma-
ris omnibus eſſe communem vſum de iure naturali. l.
quædam. l. nemo. l. riparū. §. in mari. ff. de re. diui. l. 1.
§. ſi qs in mari, & l. litora. & l. 2. §. aduerſus. ff. ne quid
in loco publ. l. ergo. §. ſi. cū aliis. ff. de acq. re. domin.
intantū, vt ſi quē ante ædes meas vel prætoriū meum
prohibeam volētem piſcari actione iniuriarū teneat,
vt Conſultus ait in l. iniuriarum actio. §. ſi. ff. de iniur.
& in d. §. ſi quis in mari. Sic de portu maris Conſultus
8 inquit: ſed † & flumina penè omnia & portus publica
ſunt, in l. nemo, ad finem, de rer. diui. ff. & in §. nemo,
in libro Inſt. eodem titulo. Cùm igitur hæc ſit regula
omnium Conſultorū, nec in aliqua dictatū legum fiat
mentio de licentia principis ſuper hoc obtinenda:
coniecturam accipere debemus non requiri talem li-
centiam, vt Caius Conſultus ait in l. de pretio. ff. de
publ. & certè ad dubij ſatisfactionem hæc ſufficiens
debuiſſet eſſe reſponſio: qui licentiam principis dicit

eſſe neceſſariam, det legem in hoc requirentē: quòd nec vſquam relatum eſt nec receptum, vt contra Saturnium Conſultus inquit in lege.1.ff.de ſenatoribus. Sed ad alleuiandos labores oſtenditur euidenter licētiam principis non eſſe neceſſariam, licet hanc negatiuam fundare nobis non incumberet ſtante regula prædicta.

9 †Conſiderando enim à radice pòteſtatem Romani populi ſuper mare, ſeu ius, & dominium de iure communi in eo ſibi competens, & per conſequēs Imperatoris, ſolummodo fuit circa protectionem & iuriſdictionē: ſic dicit gl.in l.quædam.ff.rerum diuiſio. nam cùm tex.ibi dixiſſet mare & litora maris cōmunia eſſe omniū iure naturali: dicit gl.ſuper parte, litora, quod ſunt omnia communia quantum ad vſum & dominiū: ſunt tamen populi Romani quoad protectionē. Hinc Bald.ibi ait, ꝙ proprietas maris eſt nullius vſus quoad iuriſdictionem eſt Cæſaris. Idem dixit gl.in §. t. Inſt. de re.diui. hoc eſt quòd gl.ſingularis dixit in l. litora. ff. ne quid in loco publ. Nam cùm ibi Conſultus loqueretur per verba rigida, dicens litora, in quæ populus Romanus imperium habet, populi Romani eſſe arbitror, ſubdit, ſed magis eſſe communē vſum omnibus: quibus verbis ſatis exprimitur nihil poteſtatis Romano populo conceſſum eſſe ſuper vſu maris prohibendo ſeu concedendo.

Hinc eſt quòd poſt opinionem Plazen. qui tenuit communia omniū, vt aër & mare eſſe ſolius Dei: dixit Ioan. Faber in §. litorum. Inſtit. de re. diui. quòd aër, & aqua profluens, mare, & litora maris ſunt cōmunia, & iure naturali nunquam in alicuius dominio fuerūt: ſed fuerūt relicta in ſuo iure, & eſſe naturali primæuo, quo omnia ſunt communia: vnde in Pſal. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues, &c. Volucres cæli & piſces maris,*
10 *qui perambulant ſemitas maris.* † Portus etiam ad vſum communem hominum cedunt: text. eſt in l. nemo. in fin. ff. de rer. diui. ius enim piſcandi omnibus commune eſt in portu fluminibusq́; dicit tex. in §. nemo. Inſt. de rer. diuiſ. vnde Bal. notāter in rub. ff. de rer. diui. 4. col. mouēs quæſtionem, an portus maris hominū ingenio fabricati ſunt publici omnium populorum, an ædificantium? concludit ꝙ ædificia ſunt ædificantiū. l. in tantùm. ff. de rer. diui. ſed ipſi portus ſunt publici omnium populorum, cùm aqua ſit communis, vt in d. §. flumina, ex quo infert fuiſſe reuocatum in dubiū, an teſtamentum factum in portu cuiuſdam ciuitatis Soldani, diceretur factum in terris Saracenorum: & dicit quod non, quia portus eſt publicus, & ita Chriſtianorum ſicut Saracenorum, ſecundum eum, &c. Nec prædictis obſtat tex. in c. 1. quę ſunt regalia. in feu. vbi numerando tex. illa quæ ſunt regalia, ponit portus & piſcationum reditus inter regalia, & cū hoc leges huius regni concordant, quas infrà ſubiiciam: nā dico quòd dictæ leges rectè intellectæ per locū à ſpeciali determinant quæſtionem noſtram in fauorem actorum.
11 † Primò enim inquantum ille tex. loquitur de piſcationibus, illud ſic intelligendum eſt, non quod ius piſcandi ſit regale, nec ſit prohibitorium edictū, ne cui piſcari liceat, ſeu ad alium vſum & commodū vti mari & portu abſque licentia regali. Sed ſolūmodo conceduntur principibus reditus piſcariarum conſueti, vt eſt gabella ſeu aliud tributum ſolui conſuetum: de his quæ in mari piſcatores faciunt, ſeu à mercatoribus de his quæ emūt, aut vendūt: nā ipſæ piſcationes & maris vſus communes omniū remanent, hoc apertè demonſtrant verba tex. dicentis, piſcationū reditus, quę verba poſtillātes ibi And. de Yſer. & Iac. de Aluarotis ſic aiunt, piſcationum reditus (ſubaudi) cōſuetus, vt quia fiſcus exigit publicum vectigal piſcatiarū: quia piſcationes in mari de iure communes ſunt. l. 2. & 3. de re. diui. itaque intelligas de reditu ſeu vectigali: quia piſcationes ſemper ſunt communes, iuriſdictio & protectio pertinent ad regem, hæc illi. Idem dicit ipſe And. de Yſer. poſtillando partem, *ripatica*, po-
12 ſitam in d. c. 1. ſubdit. ſ. eodē † modo intelligas, vt ſint regalia, prouentus, & reditus ex his prouenientes: ripæ n & earum vſus eſt publicus ſicut & mare. l. riparū. ff. de re. diui. & ſic expone regalia quantum ad protectionē principis, quia non alienantur, vt in l. ſed Celſus. ff. de contrah. emp. Et de hoc eſt nota. tex. per quē ſic debet intelligi dictū, c. 1. in l. inter publica. §. fin. ff. de ver. ſig. ibi, vectigal portus vel venalium rerū: item ſalinarum, & metallorum, & piſcariarum. Et ſic apertè declaratur per l. partitæ, quæ eſt in 3. par. tit. 28. l. 6. incipit, *las rentas,* vbi titulus ſuprà legem ſic ſe habet, *en quales coſas los reyes y los emperadores hanc ſeñorio,* ſequitur lex, *las rentas delas peſquerias ſon delos Emperadores y delos Reyes, fueron les otorgadas, &c.* quæ l. cōcordat cum d. c. 1. ſimili modo intelligendum eſt, ꝙ tex. dicit eſſe quid regale: poſtillat ſic Andræ. de Yſer. in parte, *portus.* i. reditus ſeu vectigal portus, hoc eſt reditus, qui prouenit ex his quę in portu vel exportu vehūtur, hæc ſunt regalia: nō tamen ipſe portus nec eius vſus, cùm ſit omnibus communis, vt in d. l. nemo, & clarè probatur in d. l. inter publica. & hoc idem ll. partitæ. quas infrà ſubiiciam, & in ripis apertè leges dicūt licitum eſſe omnibus & permiſſum naues cū ſuis mercantiis ibi ligare & reponere, vt in §. riparū, de rerum diui. & in l. riparum. ff. eo. tit. ibi, onus aliquod in eis
13 reponere. † Sed licet ſuper his longiori ſcriptura calamus dilatari poſſit, omittamus iſta. ſ. quòd ius principes habere poſſunt in mari & eius portubus, ſiue à iure, ſiue præſcriptione, aut conſuetudine acquiſitū: cum per cōſuetudinem, vel potius vſurpationem, ſeu abuſum, multa Reges & Principes Imperatoreſque vſurpant in mari, & ſibi appropriāt, vt magiſtri noſtri antiqui clamant, vt de gulfo maris à Venetis & Genuenſibus occupato, & ſimilibus, quia licèt ſuper his nihil eſt oppoſitum, articulatum, nec probatum: attamē nihil ad dubium, de quo quæritur. Sto enim quòd in mari & portub. eius reges & principes aliquod ius haberent, ſeu acquiſiuiſſent, ſeu ad concedendum aliquid in eis, vel ſiue ad aliquod vectigal in eis imponendum, tamen non ex hoc ſequitur ꝙ ad vtendū eis, vt iura permittunt, eſſet licentia principis neceſſaria: quod inferre ridiculum eſſet, ſtantibus tamen iſta ſimul. ſ. quòd princeps habeat aliquod ius in his, non tamen quod ex hoc ſequatur, vt homines habeant vti rebus communibus, puta portu, mari, fluminibus cū licētia regis, & aliter non: hoc argumento vtitur Bal. in l. itē lapilli. 3. col. ff. de re diui. aqua eſt communis de iure gentium, ideo conceditur occupanti, niſi ius ciuile prohibeat: ſed vbi non reperimus ꝙ ius ciuile prohibet, ergo ſtamus iuri naturali gentium, vt in l. quomi-
14 nus. ff. de flumi. & † hoc euidenter oſtenditur: nam in rebus publicis, quæ non ſunt ita omnibus cōmunia, ſicut aër, mare, & portus, princeps habet poteſtatem concedendi illa, vt eſt caſus in l. ſacra. § ſciendū. ff. de re. diui. & ibi Cyn. & Bal. dicunt ibi eſſe caſum, quòd princeps poteſt donare id ꝙ publicum eſt: per illum etiā dixit Bal. in rubrica de rer. diui. 5. col. ꝙ princeps poſſet alicui concedere flumina, facit text. in l. continuus. §. cùm quis, in text. & glo. ff. de verb. oblig. & l. ſed Celſus ff. de contrah. empt. per Bar. in l. 1. ff. ne quid in lo. pub. eſt caſus in §. ſi quis à principe, eiuſdē. l. 2. eiuſdē tit. Sed nihilominus cuique permiſſum eſt vti

rebus

rebus publicis ad communẽ vſum hominũ deputatis abſque principis licẽtia, vt iura ſunt nota per totum. ff.& Inſtit.de rer.diui.per totum. ff de via publ. & de flumi.nec reperitur edictũ prohibitorium ſuper hoc: ſolùm reperitur edictum prohibitorium,ne quid ędificetur in loco publico, per quod impediatur vſus communis omnium,vt per totum. ff. ne quid in loc. publ. & ne quid in flu.pub.fin. quo peius nauigetur, per totum. ff.de flumi. ſed eis vti ad vſum deputatum & vtilitatem permiſſum eſt abſque aliqua prohibitione,nec licentia requiſita,vt dicit tex.in l.1.ff.ne quid in loc.publ.Et ad prædicta do caſum in expreſſo hanc quæſtionem decidentem in l.1. ff. vt in flumin. publ. naui.lice.vbi Vlpianus Cõſultus pulchrè inquit, Prętor ait quominus illi in flumine publico nauem ratem agere,quominus per ripam onerare aut exonerare liceat,vim fieri veto: dicit gl.ibi, quod ad inſtar vtile interdictum etiam dabitur de mari,ne quis prohibeatur onerare & exonerare in eius ripa, vt in l. 2. §. ſi mari. ff. ne quid in loc. publ. quod ſatis punctualiter decidit dubium aſſignatum. Facit tex.in l.1.C.de litorum & itinerum cuſt.libr.12.ibi,& quæcunque naues ex quolibet portu ſeu litore dimittuntur,nullam concuſſionem vel damna ſuſtineant. Et vltra prædicta leges partitæ clarius hæc videntur decidere: vna eſt in 3.parti.tit.28.l.6.incipit,*las rentas*,vbi numerando regalia dicit tex. *las rentas delos puertos & delos portadgos que dan los mercaderes por razon delas coſas que ſacan del mar, o dela tierra, ſon delos Emperadores & delos Reyes*, &c. Sic igitur reditus & vectigalia conſueta, eis debentur vt regalia: portus nec aqua maris non niſi ſolùm quoad protectionem & iuriſdictionem, vt dictũ eſt,alia eſt lex 10.eiuſdem tituli,incipit,*las coſas*, nam cùm in d.l. ſuperiori fuerat iam deciſum quæ eſſent regalia: Subnectitur diſpoſitio quoad res,quę omniũ ſunt communes, In quibus nihil dicit de regalibus: dicit enim text. *las coſas,que comunalmente perteneſcen a las criaturas que biuen eneſte mũdo,ſon el ayre y las aguas dela lluuia, y el mar, y ſu ribera, ca qualquier que biuieſſe puede vſar de cada vna deſtas coſas ſegun que le fuere meneſter, & porende todo hombre ſe puede aprouechar de la mar y de ſu ribera peſcando o nauegando, y haziendo todas las coſas que a ſu proſdu*.alia eſt lex 12. incipit, *los rios*, eiuſdem tituli,vbi litera,*los rios,y los puertos,y los caminos publicos perteneſcen a todos los hombres comunalmẽte, en tal manera que tambien pueden vſar dello los que ſon de otra tierra eſtraña como los que biuen y morã en aquella tierra, o ſon*, & alia ponuntur ſatis clara in d.l.quæ fa-
15 ciunt ad propoſitum: & dato † quòd expreſſa prohibitio inueniretur ſcripta ſuper non onerãdo aut exonerando abſque licentia principis, quod eſt abſurdũ, & contra omnia iuris principia,tamen hoc non extẽderetur ad omnia illa quę iſti actores ducerent,& extraherẽt,ſeu aliqui pro eis ad ſuos vſus,& ſe ſuſtentandos,vt eſt caſus, & ibi Bar. in l.cætera.ff.de legat.1. in §. ſed & ſi quis facit l. vniuerſi. C. de vectigal. & commiſſ.

16 † Nec prædictis obſtat quædam l. facta in curiis Toleti, tit. *delos montadgos & portadgos*, quaſi ad finẽ legis,à qua partes aduerſæ auxilio iuris deſtituti volunt capere fundamentũ. Primò quia ſi d.l. bene conſideretur, ſolum venit ad diſponendũ contra eos qui imponebant & leuabant nouas impoſitiones & vectigalia in aliquibus locis maris, vbi nunquam tale conſuetum eſt, quod clarè conſtat ex verbis eiuſdem l.in principio ibi, *fueron eſſo meſmo deſpues del año de 64. pueſtas & introduzidas algunas impoſiciones y nueuos derechos en algunos puertos de la mar*, & iterum: *nueuos portadgos & impoſiciones & derechos & cargas y deſcargas y almoxariſadgos, &c.* in propoſito nõ litigatur ſuper hoc.ſ.ſuper vectigalibus aut aliquibus reditibus, ſi debeantur vel ne,vel cui:ſed ſolùm ſuper iure vtendi mari & portu ſito in ſuo termino & territorio. Secundò quia d.l. non venit ad diſponendum ſuper iure vtendi mari & eius portu,nec ad tale quid prohibendum,vel permittendum abſque licentia regali,ſed ſolùm ad tollendas nouas impoſitiones cauſatas & impoſitas poſt annum 64. & ſi contrarium diceretur, eſſet ex ea inducere legum multarũ correctionem, de quibus ſupra,eſſet diſponere contra ius naturale gentium, quo vſus maris & eius portuum ſunt omnibus communia. Sed vbi lex loquitur per verba obſcura, ſuppleta,vel ſubintellecta. nunquam ſic intelligenda eſt,vt ex ea inducatur aliarum legum correctio:gl. in cap.cupientes. §. quòd ſi per viginti,de electio.lib.6. Tertiò quia d. lex facit in totum in fauorem actorũ: nam illa loquitur,vt dixi,in nouis impoſitionib. cauſatis poſt annum 64. Hic non tractamus nunc ſuper impoſitionibus:& d.l.in quantum diſponit, *que no ſe hagan cargas ni deſcargas, &c.* intelligitur in caſu in quo diſponit.ſ.ad hunc effectum, ne vectigalia ſeu impoſitiones ex his leuentur,vt de aliis impoſitionibus ibi loquitur, non autem venit ad diſponendum quibus liceat vti mari & portu, vel vtrum requiratur licentia regis vel ne. Ne illud faciebat ad propoſitum legis. Quartò quia d.l.eſt expreſſa contra reos, dicit enim: *que no ſe haga carga ni deſcarga, ſaluo en aquellos lugares que ſe hazia antes,ante del año de 64.aſſi que en eſte puerto ſe hazia de tiẽpo immemorial aca como eſta prouado y aſſi le queda permiſo, y en quanto la dicha ley dize que mueſtrẽ ſus priuilegios,los quales tienen no ſe eſtiende alos puertos que ſon deſde tiempo immemorial aca.* vt in cap. ſuper quibuſdam,de verborum ſignificat, *ſaluo alos que por ſolo priuilegio pretenden derecho aſſi que à puerto tan antiquiſſimo como eſto no ſe eſtiende la dicha ley:antes ellos tienen preſcripto derecho de puerto, carga y deſcarga por tan antiquiſſima poſſeſſion,caſo que de derecho comun les fuera prohibido, quanto mas ſiendoles concedido.* Hæc ſunt quæ in propoſito ſatis vrgent in actorum fauorem, & videor mihi ſatisfacere ad dubij reſponſionem. Licèt fortè aliquibus aliter viſum fuerit,vt & Iureconſultis aliquãdo accidit. Nam & Proculus volens reprehendere Labeonem,irriſus eſt à Celſo, l. ſed an vltrò. ff. de nego.geſt.& Sabinus Vlpianum corrigere voluit, & ipſe correctus euaſit. ff. depoſiti.l.quod ſeruus, & apud Virgilium 2.Æneid.

Cadit & Rhipheus iuſtiſſimus vnus,
Qui fuit in Teucris,& ſeruantiſſimus æqui:
Dijs aliter viſum,&c.

Rodericus.

CONSILIVM II.

De nauibus tranſuehendis,& mercibus exportandis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens in cauſa,quæ eius commodum vel incommodum reſpicit,fidem non facit.*

Criminis particeps à teſtificando repellitur.

Criminis participes hi dicuntur,cùm vnius abſolutio alteri prodeſt.

2 *Nauigij locum ob maris impetum, vel hoſtiũ metum,non ſeruans,non punitur.*

3 *Leges capitis pœnam & bonorum publicationem imponunt exportantibus ad Saracenos ferrũ, arma,& lignum ad naues conſtruendas.*

4 *Frumentum vel alias merces exportãtibus quid factu opus ſit,vt de concuſſione non timeant.*

5 *Pœna contra portantes res vetitas appoſita, non committitur in portantem ſibi neceſſarias,ſui viatus,vel familiæ cauſa,& 8.*

6 *Rerum licitarum propter illicitas, quæ in aliqua naui vnà portantur quid probandum ſit, ne confiſcatio fiat.*

7 *Res ob repreſſalias captæ,cur iudici conſignari & præſentari debeant.*

8 *Lex regni, diſponẽs res exportari vetitas capiẽtẽ teneri eas intra viginti quatuor horas iudici loci præſentare,vnde originem habuit.*

9 *Capite plectuntur,qui ad hoſtes arma deferunt, & ipſorum bona fiſco applicantur.*

10 *Exceptio hæc,bona ad fiſcum pertinens, quando poſsit ab aliquo opponi.*

IN cauſa quæ vertitur inter quoſdã Genuẽſes ex vna parte, & alios mercatores ſuper quadam naui cum multis mercantiis capta, valoris decem millium ducatorum ſub colore quòd ducebantur in terram Saracenorum; defenditur pars ipſorum Genuenſium ſequentibus fundamentis.

Primò ſtat in proceſſu ſufficienter probatum, *que los Genoueſes cargaron la dicha nao de paños & otras licitas mercaderias,en valor delos dichos 10.mil ducados, y que los dichos mercadores Vizcaynos por fuerça ſe las tomaron, y robarõ,y aſsi eſta probado,y à vn que en la prouança ouiere alguna duda ſe deue deferir iuramento* in litem, *a los dichos Genoueſes, pues conſta dela dicha fuerça y robo.* l. ſi quando.C.vnde vi c.fin.quod metus cauſa.

Nec obſtat id,quod allegant pro ſe dicti mercatores.ſ.quòd dicti Genuenſes portabant arma, & alias
1 res vetitas in terram Saracenorum.† Primò,qa ſolùm hoc probatur per teſtes,qui fuerũt participes in dicto delicto,& habuerunt partem dictarum mercium; & eas inter ſe diuiſerunt:teſtis non facit fidem, quando deponit in cauſa,ſuper qua vertitur ſibi aliquod intereſſe.l.omnibus. C. de teſtibus,& dicitur cauſa propria, quando principaliter vel ſecundario commodũ ſpectat ad teſtem gl.& Dd.ibid.l.1.§.in propria. ff. quãdo appellan.ſit,ibi,propriam eſſe cauſam.l.nullus, de teſtib. ff. modò ſit cauſa propria principaliter vel ſecundariò, ratione cuiuslibet intereſſe, de quo ponit exempla gloſſa & Dd.in d.l.omnibus.Item particeps criminis repellitur à teſtificãdo.l.quoniam liberi. C. de teſtibus,& Baldus ibi, etiam ſi ciuiliter agatur: & criminoſitas,quando cõtingit cauſam, de qua agitur, ſemper repellit teſtem.Baldus in authen.ſi dicatur.C. de teſtibus,dicit gl.in d.l.quoniam liberi. quod dicũtur participes criminis, ſi vnius abſolutio alteri prodeſſet.ff.de adul.l.denuntiaſſe.§.fin. vel ad qualequale præiudicium vel commodum.Item dicti teſtes locuti ſunt vno eodemq; ſermone,quæ eſt præſumptio ſubornationis.l.3.ff.de teſti.ibi, vnum eundemq; ſermonem.Itaq; notoriè ſe periurauerunt in duob. Primò,quia dicunt,ꝙ illi qui ibant in dicta naui, ſtatim confeſſi ſunt, quòd portabant dictas mercãtias ad ciuitatem de Oram, *que era lugar defendido,notorio eſta que non era aquel el camino ſaluo para el lugar de Caliz à do yuan las dichas mercaderias. Lo otro que los tomaron al enrrocamiento del eſtrecho de Gibraltar, lo qual es falſo, antes ſe prueua que yendo ellos camino derecho para Caliz, que es aquende el eſtrecho, los dichos partes contrarias les hizieron huyr, & tomar el viento contrario hazia el eſtrecho,y a vn en eſte caſo aunque paſſaran,pues lo hazian por-*
2 *miedo de ſus enemigos, eran ſin pena:* † quia ſi quis metu hoſtium,vel ex impetu maris non ſeruat locũ nauigij, licet in loco prohibito reperiatur, non punitur. ff. ſi quis cau.l.2.§.ſi quis tamen ibi,anguſtiæ.l. Cæſar. ff. de publ.l imò,de libe.cau.Bal.& Salic.in l.cùm proponas.C.de nautico fœn.in fi.ergo cùm teſtes in hoc notoriè ſe periurarunt in aliis non faciunt fidem: & ſi teſtis dicit falſum in vno capitulo, in totũ reprobatur dictum ſuum, etiam in aliis capitulis non diuiſis non creditur ei tanquam periuro,in c.teſtimonium,de teſtib. Bal.in l.ſi ex falſis,in fi.C.de tranſa. eſt caſus in c. pura & ſimplex.3.q.9.c.in noſtra,de teſtib.idẽ Abb. poſt Inn.in c.fraternitatis,de hæret.& Salic.in d. l. ſi ex falſis.Specul.de teſtib §.1.verſ.item quòd de ſuo.

Nec obſtat etiam ſi dicatur quòd etiam per teſtes dictorũ Genuenſium eſt probatum,ꝙ portabant *azo-*
3 *gæ y eſtaño y algunas botas de vino,*quia videtur, † ꝙ leges ſolùm imponunt pœnam capitis, & publicationẽ bonorum eis,qui ad Saracenos portant arma,ferrũ,& lignamina galearũ,ita loquitur,l.2.C. quæ res expor. non deb.c.ita quorundã,& c.ad liberandam,de Iudę. & ſolùm in dictis capitulis imponitur pœna ſeruitutis & amiſſionis bonorum in illis caſibus, ſic etiã loquitur l.cotem,in princ.ff.de publ.nec obſtat tex.in l. 1. C.quæ res expor.non deb.vbi dicit eſſe vetitũ portare ad Barbaros vinum nec aliud liquamen, idem dicit tex.in l.mercatores.C.de cõmer.vbi prohibetur omne commercium cum Barbaris,idem text.in ca.quod olim,& c.ſignificauit,de Iudæis,quia illa iura intelliguntur in hoſtibus, quando inter Chriſtianos & eos eſt guerra:quia cùm ſint hoſtes, omne commercium cenſetur prohibitum:ita probatur apertè in dictis legibus,quia Barbari erant hoſtes populi Romani. Sic etiam dicit gl.in l.nõ ſolùm.C.de commer. probatur in d.l mercatores ibi, vltra ea loca in quibus fœderis tempo-

tempore, melior tex. in d.c. ꝙ olim, ibi, quamdiu inter nus & illos guerra durauerit. Hoc tenet clarè Inn. & Abb. io d.c. ꝙ olim, dicentes quod tempore guerræ omne commercium eſt prohibitū, & omnes merces ſunt prohibitæ portari ad hoſtes: ſi tamen nō ſit guerra, tunc non intelligitur merces prohibita, & nō incidit in pœnā portans quaſcunq; merces ad Saracenos, niſi eſſet aliqua de mercibus contentis in d.c. itaquorundam. ſ. arma, & ferrum, & lignamina galearū: cùm illa etiam tempore pacis ſint prohibita, cum hac opinione expreſsè concordat. l. quintæ part. tit. *de las vendidas*, l. incipiens, arma. vbi tex. in pr. dicit, *arma de fuſte ni de hierro no deuen vender los Chriſtianos a los Moros, ni alos enemigos de nueſta fe*: & ſequitur tex. *otroſi defendemos, que ninguno, lleue à ſu tierra trigo, ni cebada, ni vino, ni oleo, mientra guerraren con.* Ex qua colligitur, ꝙ arma indiſtinctè ſunt prohibita, aliæ merces, & victualia, tempore guerræ: & notorium eſt in noſtro caſu, ꝙ commercium non erat prohibitū in Barbaria, vbi eſt, *Caliz, ſegun la coſtumbre, que eſta prouada, y ſegū la prouiſion de contadores, que concuerda con la dicha diſtinciō: y a vn ay muy gran preſumpcion de no lleuar las dichas armas aſsi eſta prouado por los miſmos que cargaron la dicha nao, mayormente que las dichas naos ſe regiſtraron con todas las mercaderias, que en ellas yuan, y ſe regiſtrarō delante el Almirante, y ſu teniente, y con aquella ſolemdad yuan ſeguras*, notabilis textus in l. 1. C. de litorum & itine. cuſt. ibi, ita tamen, iuncto ibi, vt hoc manifeſtato, nulla contra eos poſteà indignatio ſeu concuſſio procedat, lib. 12. l. 1. C. de nauic. lib. 11. *Ay teſtigos que eſtuuierō preſentes quando las partes contrarias repartieron las dichas mercaderias que aſsi robaron alos Genoueſes, las vieron deſcoger, dizen que enellas no auia armas, ni coſas vedadas.* †

4 Facit etiam dictum Bart. per illum tex. in d. l. 1. C. de lit. & itiner. cuſto. dicentis, nota iſtum tex. pro portantibus frumentum & alias merces in alium locū, vt ſemper vadunt coram officiali cōmuni, & notificent ei ad quē locum pergere volunt: nā hoc manifeſtato non timebunt de aliqua concuſſione, quæ contra eos fieri poſſet. *Y avn los Genoueſes eran, hombres de buena fama, cōtra las quales no es de preſumir.* l. nō omnis. §. à Barbaris, de re mil. & in talibus ex qualitate perſonarū ſtatur eorū iuramento, tam ſuper rebus, quàm ſuper loco, ad quē vadunt: gl. not. in cle. ſi. de cenſi. quam ad hoc cōmendauit Bal. in l. cū proponas. C. de naut. fœn. in fin. & in auth. habita. C. ne fil. pro pat. Sed poſito ꝙ omnia ſupradicta ceſſaſſent, *y ſe prouara auer lleuado armas o vino no les prejudica: porque aquello podria ſer algunas armas para defenſa de la nao, & algū vino para ſu mantenimiēto*:

5 & pœna † appoſita contra portantes res vetitas, non cōmittitur contra eum, qui portat ſibi neceſſarias ſui victus cauſa vel familiæ: Bar. & Imo. in l. cætera. ff. de leg. 1. Bal. in l. cūm proponas. C. de nau. fœ. eſt caſus in l. ſi publicanus. § de rebus. ff. de publ. l. vniuerſi. C. de vectig. & commiſ. per gl. in c. ſuper quibuſdam, de verb. ſign. Item quia nec eſt articulatum nec probatū, *que las dichas armas las ouiſſen cargado los dichos mercaderes, ni que ellos lo ſupieſſen, ni lo conſentieſſen. antes ſe prueua que eſſas herraduras: o hierros de lanças, las lleuaua encerradas en vn arca vn moro del adelātado que alli yua.*

6 † Et vbicunq; in aliqua naui portantur res licitę & illicitæ, nunquam licitæ confiſcantur, nec perduntur propter illicitas, niſi probaretur quod ille, cuius erāt licitæ, fuit conſcius & particeps in illo delicto: notabilis textus in l. cotem. §. dominus. ff. de publ. Bald. in d. l. cùm proponas.

Facit quod Bal. ibi dicit penult. col. ꝙ ad quē pertincat rei illicita, quæ in naui portatur, recurritur ad coniecturas: quia ex qualitate rei & perſonæ. Ita dicēdum in propoſito, *que aquellas herraduras pueſtas en vn arca, no es de preſumir que las lleueſſen mercaderes, que lleuauan tan grueſſa mercaderia, y que por tan poca coſa auenturaſſen a perder lo ſuyo.*

Item dato ꝙ portaſſent arma & alias res prohibitas, fuerunt capti in itinere, non in loco Saracenorū, *ni auiendo conſumido el delicto podrian arrepentirſe*: vnde ad minus in totū ceſſat pœna: quia ſi aliquis portaret ferrum in Barbariā, & reperitur in itinere, nō punitur pœna ſtatuta contra portantes arma ad hoſtes: argumento. l. arboribus, & ibi gl. de vſufr. Bald. in d. l. cum proponas. 2. col. Idem ibi Salic. Bal. in l. ſi quis nō dicam rapere. 2. col. de epiſc. & clericis, eſt caſus, & ibi Bald. in l. ſi fugitiui ſerui. C. de ſeruis fugitiuis, dicens, quòd in dubio magis iudex debet abſoluere, quā condemnare: & hoc, ſecundùm Dd. procedit ſine dubio, quando lex vel ſtatutum loquitur per verbum ſignificans conſummatum delictum, vt eſt in caſu noſtro: per hoc l. 2. C. quæ res exporta. non debe. ibi, vēdiderit. l. 2. C. de commerc. ibi, venundatæ.

Sed eſto ꝙ hæc ceſſaſſent, dico quod partes cōtrariæ ſtatim quòd ceperunt dictas mercantias fuerunt obligati illas manifeſtare corā iudice vel alio publico officiali, ne fraus poſſet committi, ſed corā eis manifeſtæ eſſent, quæ res ibi portabantur, aliàs de facili quis derobaret nauim cum mercantiis, & ipſemet ibi ſupponeret res vetitas, & diceret ibi inueniſſe, & hoc probaret cum participibus in delicto: pro quo allego ſingularem concluſionem Bal. in auth. ſed omnino. 5. col. C. ne vxor pro mari. vbi Bald. dicit poſt Iac. quòd

7 † in caſu quo alicui eſt permiſſum capere res alicuius propter repreſſalias, ꝙ res captæ debent iudici conſignari & præſentari, ne furtum vel fraus committatur in ipſis rebus, vel in præſentia publicatū perſonarum fiat de rebus inuentarium bona fide: alias ſi hoc non fiat, dicitur eſſe in dolo, & iurari poſſet contra eum in litem, niſi immediatè iudici pręſentaret, & cōſignaret cùm primùm poteſt, & adhuc lex Henrici quarti Toleti facta anno 1472. petitione 27. expreſsè diſpo-

8 nit, † quòd qui ceperit res vetitas, quę extrahūtur extra regnum, debet præſentare infra viginti quatuor horas iudici loci magis propinqui, vt fraus ceſſet, faciūt ea quæ notātur in l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furt. & in l. ait prætor. §. ſi debitorem, de reuoc. his, quę in fraud. cred. & in l. capite 5. de adult. & in l. 1. C. vbi de curial. Item quia *no ſon partes las partes contrarias para*

9 *pedir eſtos bienes*: quia † pœna appoſita contra portantes arma ad hoſtes eſt pœna capitis, & bona fiſco applicantur. l. 2. C. quæ res export. non deb. & in l. mercatores. C. de commerc. l. cotem, in pr. de public. d. l. arma. tit. *de las vendidas*. 5. parti. quæ dicit quòd bona pertinent fiſco, *y el cuerpo es à merced del Rey*: de iure Canonico idem in bonis: & portans eſt ſeruus capiētis. c. ita quorundam, & cap. ad liberādum, de Iudęis.

10 † Item quia hæc exceptio, bona pertinent ad fiſcum, nonquam poteſt opponi ab aliquo niſi poſt ſentētiā latam in fauorem fiſci, not. tex. in l. his cōſequēter. ff. famil. erciſ. l. 2. & gloſ. ff. ſi ager vectig. Bald. in l. cùm ſeruum. C. de ſer. fugi. Bal. in l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulga. Bart. in d. l. his conſequenter, & in l. 2. ff. de except. rei iud. & ita cōſului ego cum aliis aduocatis, maxima attenta qualitate perſonarum, quæ ducebāt dictas mercantias.

F I N I S.

PETRI VANDERANI IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,

De Priuilegijs eorumq́ origine

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΩ.

DE priuilegiis creditorum tractaturus, commodè facturus videor, ſi primùm quædam in vniuerſum de priuilegiorum iura in mediū adferam, remq́; hanc à fronte, atque ab ouo (quod aiunt) & ab ipſa prima origine, repetam, nequis falſa perſuaſione inductus, ius ſingulare, vtpote iuri communi contrarium, atque cum legibus pugnans reiiciat, deque eo tractationem inſtitui indignum eſſe autumet, mirum enim alicui non iniuria videri poſſit, cura à Veteribus conſultis priuilegia inducta ſint, quùd legibus atque proinde ipſi rationi repugnet. l. Ius ſingulare ff. de legibus. Cum namque priuilegium (authore Cicerone in oratione pro domo ad Pontifices, & apud Gellium noctium Atticarum lib. 1. cap. 20.) ſit, ſi in priuatum rogatio feratur: oportet ſanè, vt ille in quem rogatio fit, cuique priuilegium irrogatur, à legibus atque à iure communi eximatur. Quo quid eſt iniuſtius? cum legis hæc vis ſit (Ariſtotele Politic. 3. & Cicerone de legi. auctoribus) ſcitum & iuſſum eſſe in omnes. Si enim lex omnis ex æquitate conſiſtat, atque is demū iuſtus dicatur, qui legibus obtemperat, certè alicui priuilegium irrogare, anſamque præbere, legib. quo minus ſtare teneatur, iniquum ſi neceſſe eſt. Si, inquā, rectè Ariſtoteles. Ethic. 5. τὴν παρανομίαν περιέχει πᾶσαν τὴν ἀδικίαν, καὶ νόμιμον δίκαιον καὶ παράνομον ἄδικον, appellauerit, peccaſſe certè videbuntur, qui iuris ſingularis primi inuentores extiterunt, cum eidem auctores fuerint, cur ij quibus priuilegia indulta fuerūt leges minus obſeruarent, & proinde in ſummam iniquitatem inciderent. Quinetiam ſi ſummo Philoſopho Platoni credamus, nulla ratione priuilegia in rob. admittenda videbuntur, præcepit enim ille 6. de legib. monetq́; hoc potiſſimum in republica cauendū eſſe, ne legibus iam conſtitutis aliquis contra eas facere permittatur, ſiue ſinguli, ſiue populus hoc conetur. Quod quidem Platonis præceptum maximè rationi conſentaneum eſſe nemo eſt qui dubitat: niſi. n. id firmum, ratumque apud omnes legiſlatores obſeruetur, quam inualidæ futuræ ſint leges, omnibus conſtare arbitror. Cum enim omnes æquè libertatis ſtudioſi ſint, liberumq́ue quiduis agendi arbitrium ab omnibus æquè expectatur, non dubium eſt, quin id quod vni concedatur priuilegium, omnes in exemplū trahant, atque his aliiſque Philoſophorum ſententiis obſecutus Vlpianus, iura non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtitui aſſerit, in l. iura D. de legib. quin & Demoſthen. in priore oratione in Ariſtogytonem, quæ citatur l. 2. D. d. tit. νόμον (inquit) πάντας [illegible] ἐπίσης. Papinianus quoque noſter legem commune præceptum eſſe voluit, in l. D. de titul. vt ei omnes æquo iure obtemperent, nec vni concedatur, quod non item & alteri, ſed ius omnibus commune ſeruetur. Atque ipſe etiam Paulus in dicta l. ius ſingulare, cum de priuilegiis agit, contra tenorem rationis ea inducta eſſe aſſerit. Quod quidem ſi verum fateamur, aut priuilegiorum iura tolli ęquum videbitur, cum contra tenorem rationis inducta ſint, atque eæ ſolum leges valere debeant, quæ maximè æquitati ſint coniunctæ, Ariſtoteles quinto Ethicor. & l. in omnibus. ff. de regulis iuris, aut verò ęquitati & naturali rationi per humanas conſtitutiones derogati neceſſario fatendum eſt. Quamuis tamen his & ſexcentis aliis, tum Philoſophorum ſententiis, tum Iuriſconſultorum reſpōſis priuilegiorum dignitas multum imminui non ſine cauſa alicui videri poſſit, errat tamen longè noſtra quidem ſententia, qui hiſce rationibus adductus, minorem priuilegiis attribuit authoritatem. Vt autem huiuſmodi opiniones è quorundam mentibus euellantur, pauca nunc de philoſophorum atque Iuriſconſul. inter ſe conciliatione dicare non incommodum erit. Sumemus igitur eum locum, qui in hac controuerſia præcipuus eſt, ex Paul. lib. ſingulari de iura ſingulari. Ille itaque cum priuilegia contra tenorem rationis inducta eſſe aſſeruit, hoc nobis dicere viſus eſt, contra iuris conſtitutiones ſumma cum æquitate & ratione (ſine qua equidem leges conſiſtere non poſſunt, quinto Ethicorum, & l. prima de iuſtit. & iur.) in vnum congeſtas priuilegium à legiſlatoribus indultum eſſe. Et quidem licet ex ęquitate leges omnes tanquam ex vberrimo fonte fluant, nec tamen æquitati derogatur, ſi legi derogetur. Leges enim in vniuerſum (vt inquit Vlp. in d. l. iura. D. de legi.) & generaliter feruntur. Quod ſi tamen cuiuſque natura probè inueſtigata, cauſa in aliquo inueniatur, cur Priuilegium meritò illi denegari non poſſit, ſuadet certè ratio, vt huic priuilegio indulgeatur, atque vt plus vni præ alio ob iuſta merita concedatur. Quæ certè

certè cauſa, & priuilegij irrogandi ratio, ſi æque apud omnes reperiatur, eandem omnibus legem præſcribet æquitatis ratio. Cùm enim æquitas & ratio (vt iã demonſtratum eſt) ſint legum primæ cauſæ atq; origines, eæque iura omnia conſtituerint: concedendum iam eſt, vt eadem æquitate impellente mutentur, & pro vtilitate humana flectantur, vt quo vinculo leges colligatę fuerint, eodem diſſoluatur. l. nihil tam naturale 35. D. de reg. iur. c. 1. extra eod. tit. naturalis enim ratio indagata hominum conditione, lege in vniuerſum latam, pro parte mutari debere docet. Leges namque ex iis conſtituuntur, quæ plerunque accidere ſolent. Quod quidem ſi in aliquo leges huiuſmodi vſus, inutiles eſſe demonſtret, ſtatim eas mutandas & remittendas eſſe certum eſt: vt enim non omnium iidem ſunt mores, non eadem conditio & natura, certè nec eaſdem leges eſſe debere ratio poſtulat. Nam ſi rectè ab Ariſtotele traditur, ὅτι δεῖ πρὸς τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους, hoc eſt, leges ad rempub. accommodandas eſſe, certè leges hominum vſui attemperare neutiquam abſurdum erit. Ne quis autem cauſetur, legum mutationẽ multis malis eſſe obnoxiam, ſciendum eſt, non in eum finem latas eſſe leges, vt ſemper eandem apud omnes habeant authoritatem: verum ſi quid lege comprehendatur, quod non omnibus ęquè conueniat, illud mutari æquitas facilè patitur: neque hoc principi, aut legiſlatori denegare poſſumus vt eos beneficio afficiat, quibus ſuccurrendum eſſe ratione docemur. Ideoque rectè à Catone apud Liuium pronuntiatum eſt, in oratione pro lege Oppia. Decadi. 4. lib. 3. nullam legem ſatis commodam eſſe poſſe, id modo quæri, ſi maiori parte, & in ſummam poſſit, quod cuiquam (inquit) officiet, ius id deſtruet ac demolietur, &c. Valerius quoque cùm ei Catonis orationi in ſenatu reſpondit: Ego (inquit eodem loco apud Liuium: vbi oppugnat legem Oppiam.) nullam legem perpetuæ vtilitatis cauſa conſtitutam, abrogari debere fateor, niſi quam aut vſus coarguit, aut ſtatus reipublic. inutilem fecit. Et Plato equidem, ſumpta à pictore comparatione, pulchrè tandem idipſum perſuadet. Nam ſi quis animal pingere inſtituerit, quod non ad peius, ſed ad melius futuro ſemper tempore progrediatur: continget equidem, vt ſi nullum in arte ſucceſſorem habeat, qui, ſi quæ mutatio in animali acciderit, inſtauret, vel id quòd ob artificis imbecillitatem omiſſum eſt, adiiciat: eueniet, inquam, vt illud opus non perpetuum ſit, ſed breui ſpatio cum artifice intereat. Idem euentus in legibus etiam conſpiciendus eſt. Siquid enim relictum ſit, quod omnium vtilitati non videatur ſauere, id à legiſlatore paululum remittendum eſt. Hanc igitur boni legiſlatoris voluntatem ſtatuit Plato, vt principio quidem leges ſufficienter, & pro viribus conſeruabantur: deinde periculo rerum facto, & procedente tempore tam amentem legiſlatorem non admittit, qui ignoret talia ſibi multa relinqui, quæ emendatione ſucceſſoris indigeant: vt reſpublic. non peior, ſed melior ſemper, ornatiorque efficiatur? Quis vellet apertiorem hac de re cenſuram? quis etiam grauiorem? cum à ſummo Philoſopho profecta ſit, cuius authoritatem temerè reiici non poſſe, quis eſt qui dubitat? Acceſſit & huic ſententiæ Ariſtoteles optimus huius rei cenſor, ait enim ille. 5. Ethic. legem omnem generalem eſſe: eamque, quoniam de toto genere nonnullarum rerum commodè loqui non poteſt, cum autem id neceſſe ſit, nec id rectè effici poſſit, id vnum accipere, & deſignare quod frequentius ſolet contingere, non ignaram peccati & tamen rectè latam dici. Culpa enim eſt non legis quidem, nec legiſlatoris, ſed rerum naturæ quæ ſtatim talis eſt, cùm igitur lex generaliter ſtatuit, & aliquid contra generalem legis comprehenſionem in iis rebus exoritur, tum accidit per commodè, vt qua parte ſcriptor legis aliquid prætermiſit, ac peccauit, id quod prætermiſſum eſt, corrigatur, quòd etiam legiſlator, ſi adeſſet, admoneret, de eoque ſi ſciuiſſet, legem tuliſſet. Idem quanta grauitate, quàm diſertè alio loco hæc expreſſit? (ſecundo Politicor.) περὶ δὲ τοῦ τοῖς (inquit) οὐδὲ τοὺς γεγραμμένους ἐᾶν ἀκινήτους βέλτιον, ὥσπερ γὰρ, καὶ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας καὶ τὴν πολιτικὴν τάξιν ἀδύνατον ἀκριβῶς πάντα γραφῆναι. καθόλου γὰρ ἀναγκαῖον γραφῆναι, αἱ δὲ πράξεις περὶ τῶν καθ' ἕκαστόν εἰσιν. ἐκ μὲν οὖν τούτων φανερὸν, ὅτι κινητέοι, καὶ τινὲς, καὶ ποτὲ τῶν νόμων εἰσίν. Atque hac quidem ſententia leges cùm neceſſariò in vniuerſum dicant, atque omnibus pro varia hominum natura, variiſque circunſtantiis conuenire non poſſint, aliquando mutandas eſſe probat Philoſophus. Statim enim legibus latis ex circunſtantiæ incidere poſſunt, iiſque homines ſeſe offerre, quibus priuilegia meritò principes denegare non poſſunt, cuius pulchrum inter alia extat in Pandectis noſtris exemplum. Ait enim Paulus in l. ad beſtias. D. de pœnis. Ad beſtias damnatos fauore populi, non debere dimitti: ſed ſi eius roboris, artificis ve ſint, vt digniùs populo Romano exhiberi poſſint. Præſidem à Principe ſupplicare debere. Exemplum habemus in Marco Cicerone, qui per Pomponium à Senatu ob ſingularem artis Oratoriæ peritiam, ab exilio decem menſium reuocatus eſt. In Menandro item Iuriſconſult. de quo, cum ab hoſtibus captus eſſet, lex lata eſt, vt Ciuis Roma reſponſo Pauli iudicauit in Pater. Ideoque ſumma hac ratione adducti Veteres duodecim Tabularum legiſlatores ſimul cum legibus ius ſingulare induxerunt. Atque cum vtriuſque cauſa ſit æquitas & naturalis, ratio merito ab eodem fonte, & lex. & priuilegium profluxerunt, extat, enim hac de re lex duodecim Tabularum apud Ciceronem, quæ vetat ferri in aliquem priuilegium, niſi Centuriatis Comitiis. Tum leges (inquit tertio de legib.) duodecim Tabularum tranſlatæ duæ, quarum altera priuilegium tollit: altera de capite ciuis, niſi maximo comitatu rogari vetat, nondum inuentis ſeditioſis Tribunis plebis negotiolis. Admirandum maiores tantum in poſterum prouidiſſe, in priuatos homines leges ferri noluerunt: id eſt enim priuilegium, quo quid iniuſtius? legis hæc vis ſit, ſcitum & iuſſum eſſe in omnes, ferri de ſingulis, niſi Centuriatis Comitiis noluerunt. Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad ſuffragium auxilij, quam fusè per tribus conuocatus. Quoniam itaque in ipſis priuilegiis rogandis Romani Veteres ſolemnitatem adhibuerint, ex eo patet optimè, quòd non niſi centuriatis comitiis ferri voluerint. Quibus equidem comitiis, vt nihil niſi quod ſerium & arduum eſſet perageretur, ita etiam mirandam in eis cæremoniam poſtularunt. Quos ritus, vt facilius decem virorum conſilium omnibus perſpectum ſit, breuiter ex Dionyſio Antiquitatum Romanarum libro ſeptimò licet perſtringere. Primò autem ex eo ſciendum eſt, centum nonaginta tres fuiſſe Centurias, eaſque in ſex Claſſes, quas Græci κλάσεις vocarunt, diuiſas fuiſſe. Hac

tanta copia in campum Martiũ deducta, prima vocabatur ad ſuffragiũ, cuius cenſus maximus erat, in qua cenſebãtur equitũ octodecim cẽturiæ, octoginta peditum: ſi quidẽ hæ cõſentirent, finis erat ſuffragiorũ, nec ad alias tranſibant: ſin minus, acceſſum fuit ad ſecundam claſſem viginti duarum centuriarum, atq; ij ſuffragia inibant: q̃ ſi ne tum quidẽ cõuenirẽt calculi, ad tertiã, & deinde ad quartã deuentum eſt: idque eouſq; progreſſum eſt, donec nonagintaſeptem conſentirent ſuffragia. Quod ſi ne tũ quidẽ contingeret, (q̃ perrarum erat & penè ἀδύνατον) cẽtum nonaginta duabus cẽturiis pari vtrinq; numero diuiſis in duas ſententias, deueniebatur ad vltimam centuriam, quæ pauperũ erat, eaq; alterutri parti accedens alterã ſuo ſuffragio præponderare fecit. Atq; hinc quidem perſpicere licet, quantã Romani Veteres in legum derogatione ſolemnitatẽ vſurpauerint, quã non fruſtra leges ſumma cum diligentia latas aboleri paſſi fuerint. Cum enim multis in Repub. periculis facilis legũ innouatio (vt iã oſtendimus) obnoxia ſit, ſumma certè ratione omnẽ quam potuerunt diligentiã, omne ſtudiũ & iudiciũ mutandis legibus, irrogandiſq; priuilegiis impenderunt. Nec.n. fruſtra tot cæremoniæ & ſolennitates adhibitæ ſunt: ſed ea ſolẽnitatis inuentæ ratio fuit, q̃ populus cenſu, ordinibus, & ætatibus deſcriptus, plus ad ſuffragiũ iudicij adhibeat, quam fusè (vt inquit Cicero) per Tribus conuocatus. Apud exteras etiã gentes minori paulo cõſilio geſtã hãc rem eſſe legimus. Saleucus.n. vt legẽ ſanctã moturus, aut nouã inducturus, vbi iam de lege agẽdũ erat, collo vt laqueũ iniiciat, præcepit (citatur is in proœmio legũ à Gnomologis) vt quidẽ, ſi omniũ ſuffragiis lex quæ alij derogarit, recepta fuerit, indẽnis, ſi verò aut prior melior fuerit, aut poſterior priori derogatura, iniuſtior, laqueo attracto moriatur. Quin & Plato eãdem ferè, quã 12. Tabulæ diligentiã in legibus abrogãdis & conſtituẽdis requirit. Cum.n. neceſſe ſit in his quæ multa paruaq; ſunt, nonnulla in prima legumlatione prætermitti, vt ea ſequẽtes Magiſtratus viu rerũ commoniti corrigãt, atq; moueãt, donec ſatis diſcuſſa, & approbata fuerint, præcepit. Requirit etiã, vt illa per experientiã emendatio viuo legiſlatore ſimul cũ illo fiat: ſi deceſſerit, vt ſinguli Magiſtratus ad legũ cuſtodes de ſui Magiſtratus defectu referãt, emendentiq; donec omniũ ſuffragiis omnia probata fuerint, tũ demum vt has leges ratas habeant, vtantúrque, nihilq; ſua ſponte moueant. Quod ſi verò neceſſitas aliquando poſtulet, vt magiſtratus & populus vniuerſus vna conſultent, & omnia Diuorum petantur oracula, monet. Hinc cuiuis perſpicere licèt, quã non temere leges per priuilegia mutari apud veteres tum exteros, tum Romanos licuerit: quantáque cũ ſolẽnitate iura ſingularia conſtituerint, ne iuri cõmuni per humanas conſtitutiones non deliberato conſilio derogaretur. Athenienſes etiã, vnde plurimas leges hauſerũt Romani, l. 2. D. de origine iuris. maximas cæremonias irrogandis priuilegiis adhibuerũt, quippè eorũ lex de inducendo iure ſingulari, Demoſthene auctore, in oratione contra Ariſtocratem, eiuſmodi fuit, μὴ νόμον ἐξεῖναι ἐπ' ἀνδρὶ θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀθηναίοις, ψηφισαμένων μὴ ἐλαττόνων ἑξακισχιλίων, οἷς ἂν δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις. Admirandũ ſanè antiquitatis hoc conſilium, quæ ſicut nõ niſi earũ æquitate perſpecta, ferri voluit ita nec iiſdem inconſulto derogari æquũ putauit. Quantam enim diligẽtiam Veteres ad leges æquas ferẽdas adhibuerint, nulli ignotum eſſe arbitror, vt liquet ex Liuio lib. 7. ex Ariſt. lib. 4. Politi. & aliis locis. Quibus quidem legibus ſi nullo adhibito conſilio per priuilegium derogaretur, in maximum ſane Reipublic. incommodum legis, per ius ſingulare mutatio vergeret: cũ enim lex, vt inquit Ariſtoteles, lib. 2. Pol. vim nullam ad parendũ niſi conſuetudine capta habeat, quæ niſi diuturnitate temporis nõ capitur, profectò facilis legũ, quæ extãt, in alias cõmutatio, naturę legis infirmatio eſt. Rectè igitur ad legũ mutationẽ plurimũ à veteribus requiſitũ eſt, ne facilis & inconſulta legũ mutatio Rempub. extinguat, & penitus euertat. Quod quidẽ periculũ legũ bonarum penuria euenire teſtantur. Hiſtorici, maximè, Polybius in hiſtoria Rom. qui hãc ob cauſam Carthaginẽ à Romanis euerſam eſſe docet. Vt autẽ ad Romanorum legẽ rurſus veniamus, hãc paulatim abolitã fuiſſe, & a Caio. Cornel. ætate Ciceron. renouatã conſtat auctore Aſcon. Pędia. in Cornel. Is enim Senatui offenſus conſtituit, vt nemo niſi per popu. legis ſolueretur. Ideoq; in omnibus. S. C. qui tũ aliquẽ Legibus ſolui placebat, adiici ſolitũ erat, vt de ea re ad populũ ferretur. Sed ſenſim ferri deſitũ eſt, adeo vt ne adiiceretur quidẽ de rogatione ad popul. ferend. Cum autẽ ea res Senatus minueret authoritatẽ, Cornel. partim illa motus, partim etiã tumultibus, qui eam ob rẽ intercedebant, ita ferre cœpit, Ne quis legibus ſolueretur, niſi ducẽtis præſentibus. Atque ſic tandẽ eo deuentũ eſt, vt nulla pene ſolẽnitas rei tã difficili, adeoque multis periculis obnoxiæ, adhiberetur. Meritò itaque Cicero in oratione pro Flacco, [O morem præclarum, inquit, diſciplamq́ue quam à veteribus accepimus, ſi quidem teneremus: ſed neſcio quo pacto iam de manibus elabitur, nullam enim illi noſtri ſapientiſſimi, ac ſanctiſſimi viri, vim concionis eſſe voluerunt, quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus iuberet ſummota concione: diſtributis partibus tributim, & centuriatum deſcriptis ordinibus, claſſibus, ætatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata, & cognita iuberi, vetarique voluerunt.] Cæterum cum iam Romanorum Imperium à Iulio Cæſare occupatum eſſet, vt videre eſt apud Suetonium in vita Cæſaris, & Tarchum in vita eiuſdem omni imperio & poteſtate à populo in regem tranſlata, l. 2. D. de origin. iur. ius quoque irrogandi priuilegij ſimul ad principem delatum eſt. Omnia enim quæ maximis ſolemnitatibus apud populum antea peragebantur, ea etiam ſoli Regi commiſſa ſunt. Cui quidem ſoli eadem de cauſa id conceſſum eſt, quam ante tranſlatum Imperium populo commiſſum fuit. Hæc autem fuit ratio, ne temporè priuilegia alicui irrogarentur. Quamuis quidem non eæ à rege adhibeantur cæremoniæ, quæ à populo, poteſt tamen princeps doctiſſimorum Iuriſconſult. iudicio adhibito, tanta cum æquitate, ius ſingulare inducere quam totus populus Rom. per ordines & ætates deſcriptus. Ipſe enim, vt ait Ariſtoteles, lex eſt & quaſi deus inter homines, quem nec orari de iuſtis, nec exorari de iniuſtis volumus. Non iniuria igitur, cum quæſtio de priuilegiis oriretur, Plinius Iunior controuerſiam ad Traianum optimum Imp. detulit. Quid habere, inquit, iuris velis, Bithynas & Ponticas ciuitates in exigendis pecuniis, quæ iis vel ex locationibus, vel ex venditionibus, aliiſqua contractibus debeantur, rogo domine reſcribas: ego inueni à pleriſque. Proconſulibus conceſſam iis Protopraxiam, eamq́ue pro lege valuiſſe exiſtimo: tamen pro tua prudentia conſtituendum aliquid. nam quæ ſunt ab aliis inſtituta, ſint licèt ſapienter indulta, breuia tamen & infirma ſunt, niſi illis tua contingat authoritas. In quantum requiſierit Plinius, quantumque

que impendi voluerit, antequam priuilegij ius cõſtitueretur, cum ne Proconſulum quidem authoritas ei ſuffecerit Traiani etiam verba, quibus Plinio reſpõdir, quòd aliud quoque præceptum in priuilegiis irrogandis obſeruãdum tradat, aſcribere libet. Quo inquit, vti debeam Bithynæ & Ponticæ ciuitates in iis pecuniis, quæ ex quaque cauſa Reipubl. debebuntur, ex lege cuiuſque animaduertendum eſt: nam ſi habẽt priuilegium, quo in reliquis creditoribus anteponantur, cuſtodiendum erit: ſi non habent, iniuria priuatorum id dari à me non oportebit. Et æquiſſimè ſanè à Traiano reſponſum eſt, cum enim omnes veterum ritus, In iuris ſingularis rogatione in eum finem vſurpati ſint & obſeruati, vt magis (Plat. 6. de leg. & Cicero. 3. de leg. teſtant.) iudic. adhiberetur, maiorique cum æquitate res perageretur, eadem ratione factum fuit, cur ius priuilegij irrogand. ſoli prin. commiſſum fuerit. Cauẽdum itaque maxime fuit, ne ſcopi immemores, benefi. cum alterius iniuria indulgerent, atque iuſtitiæ fines tranſgrederentur. Commodè igitur Pythagora dictum eſt, vt refertur apud gnomologos, ei iniuſtitiam cordi, qui temere voluptate aut lucro ductus, aliquid indulſerit. Merito quoq; à Sopatro apud Stobæum pronuntiatum eſt, benefi. quæ vltra æquitatis ſepta tranſiliunt, ne benefi. quidem dici debere. Ea verò quæ cum æquitate coniuncta ſunt, neminem reiicere oportere, qui modo non ex arbore, aut ex marmore prodierit. Quando quidem enim lex durio res peccatis pœnas ſæpe irrogat, ius ex æquitate proueniens auſteram & inhumanam leg. ſent. mitigans, inculpata benefi. indulgen. videtur occaſio. Noſtri quoque Iuriſconſ. ne priuileg. conſtit. alij noceatur, maxime ſuis reſponſis prouiderunt, adeo quidem vt conceſſum iam alicui priuileg. ſi in alterius damnum, & detrimen. verg. adimere licere decretum ſit, l. cum auus. C. de eman. lib. l. impu. C. de adm. tu. His itaque ſatis ſuperq; explicatis, quiuis quo iure, iuſtène an iniuſtè conceſſa ſint iura ſingularia, facile perſpicere poterit. Nos ne diutius præfationi noſtræ inhæreamus, & quibuſdam noſtri muneris immemores eſſe videamur, ꝙ æquo latius hæc enodemus, conſulto ad id, quod explicandum ſumpſimus, progredimur.

PETRI VANDERANI

IVRISCONSVLTI,

De priuilegijs creditorum Commentarius.

De inſcriptione & argumento libelli.

CVM igitur de priuilegiis creditorum agere noſtri ſit inſtituti, rectè mihi facturus videor, ſi ea Iuriſconſultorum reſponſa, quæ ſub titulo Pandectarum peculiari loco à Triboniano collocata ſunt, tractanda & explicanda ſumerem. Quicunque enim is fuit, qui illis reſponſis hanc ἐπιγραφὴν de priuilegiis creditorum præfixit, ne illi mihi prope animaduertiſſe videntur, ſingularem illum locum priuilegiis creditorum & πρωτοπραξίαν recenſendis accõmodatum fuiſſe refert, namque Antonius Auguſtinus, diligens iuris noſtri inſtaurator, titulum qui vulgo inſcribitur, de priuilegiis creditorum, in Florentino exemplari ſub eo comprehenſum eſſe, cuius inſcriptio eſt, de bonis authoritate iudicis poſſidendis, atque vulgarem perſuaſionẽ inde profluxiſſe, ꝙ cum lector multis capitibus de priuilegiis agi in hoc Pandectarum loco vidiſſet, addiderit hũc titulum, vt memoria facilius eum quaſi communem priuilegiorum locum teneret. Ego igitur genuina tituli inſcriptione nõ commotus, cum ſingularia priuilegiorũ exempla in eo loco collecta viderem, deq; iis ſcribere animus eſſet, huius potiſſimũ loci, vtpote hac in re præcipui, explicationem mihi delegi, in qua quidẽ eo ordine verſabimur, vt primo diffinitionem tradamus: deinde diuiſionem, cũ generali axiomate, ꝙ ex Paulo adfertur, in l. ius ſingulare, D. de leg. eo ꝙ diuiſionis membrum videri poſſit: cumq; id apud omnes, qui de arte & methodo tradiderũt præceptum eſſe videam, vt cuiuſque rei generalia præcepta primo loco tradãtur. Tertio deinde loco de iis creditoribus agemus, quibus priuilegia competant: Quarto, qua via & modo creditoribus ſuccurratur: poſtremò, à quibus hæredibus creditores ius ſuum perſequantur.

De diffinitione priuilegij. CAP. I.

VT itaque materiam hanc priuilegiorum aggrediar, commodam methodum ſeruaturus videor, ſi primo id quod tractandum ſumpſi definitione explicẽ. Namq; Ariſtotelis ſentẽtia, lib. 2. ἀναλυ ὑςέρων, c. 17. & c. li. 1. Phyſic. πᾶσαι ἐπιςῆμαι δι' ὁρισμοῦ γίνονται. Ius igitur ſingulare auctore Iul. Paulo, in l. ius ſingulare D. de leg. eſt ꝙ cõtra tenorẽ rationis, propter aliquã vtilitatẽ introductũ eſt. Quòd propter vtilitatem aliquã priuilegium cõſtitui Iuriſc. aſſerit, non iniuria hercle factũ exiſtimo. Cũ enim ea priuilegij introducti cauſa ſit, ea quidẽ ceſſante, priuilegium etiã nullius roboris atq; authoritatis eſſe meritò putatur. Vtilitatem autem, vt id paulo altius repetam, rationẽ & ęquitatẽ eſſe intelligimus, quã Horatius iuſti & ęqui matrẽ appellauit, quæq; priuatæ legis ferendæ cauſa eſt, atque vt omnes leges, ita etiã priuilegia irrogari aliquãdo ſuadet, & hęc ipſa eſt vtilitas, de qua grauiſſimè à Cæcilio apud Gellium diſputatũ eſt, nõ enim profectò ignoras, inquit, legũ opportunitates & medellas pro temporum moribus, & pro Rerumpublic. oneribus, ac pro vtilitatẽ præſentiũ rationibus, proque vitiorũ quibus mendendum eſt, feruoribus mutari atq; flecti, neq; vno ſtatu cõſiſtere, quin vt facies cœli & maris, ita rerũ & fortunæ tẽpeſtatibus variẽtur, ꝙ ipſum idẽ Philoſophus exẽplis ex Romanorũ Reipu. de prõptis pulcherrimè demonſtrat, hanc notat Cicero de legibus, cum ſaltem populi ſupremam vult legem eſſe: hoc inducens, Iura ad ciuium & populi vſum ac vtilitatẽ conſtitui debere, ad eundẽque finem & ſcopũ referri. Ideoque rectè cũ vtilitas priuilegio cauſam det, ea ſi deſit, priuilegia quoque legis authoritate carere receptum eſt, nec magis

Ius

Ius ſingulare,ſi æquitati non innitatur,Priuilegij nomen meretur,quam legis appellationem tyranni cõſtitutio.Caſſat autem multis modis hęc vtilitas.Principi enim,in quem iam priuilegij concedendi authoritas penitus tranſlata eſt, leges & obrogare & abrogare licitum eſt. Verumtamen ne extra diuini & naturalis Iuris limites ea indulgentia vagetur, maximè ſtudendum eſt,namque licèt ciuili iure princeps non teneatur, ſed legibus lege Regia ſolutus ſit, tamen vt ea quæ Iuri naturæ planè repugnant,cõcedere poſſit,meritò illius authoritati denegamus.naturæ enim legis nec prorogari fas eſt, nec derogare ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt, nec vero aut per Senatum, aut per populum ſolui hac lege poſſumus.lib.3.de Repub.Quin & ipſe princeps æquè Iuri naturæ adſtringitur, quàm è vili plebe minimus. Imo ſi Platoni de legibus.4. & Ciceroni de legibus. 3.& 1.officio. credamus, longè ſtrictioris legis vinculo tenetur, Quæcunque enim mutatio morum in principibus extiterit, eadem & in populo ſequitur, nec ſolum vitia concipiunt ipſi principes, ſed ea infundunt in ciuitatem ipſam, neque obſunt, quod ſolum ipſi corrumpuntur, verum etiam quod corrumpunt,pluſque exemplo,quàm peccato nocent.Quòd quidem ſi verum ſit,in eo principis authoritatem nõ lædemus,ſi hoc ei detrahamus, vt ea quæ ipſi (ſeruatis Phyloſophorum præceptis)facere non liceat,alij concedere non poſſit.Iure itaque à ſummo Phyloſopho traditum eſt in Minoë, leges à principibus poſthabita ęquitate latas,& à ratione deflectentes,legum nomen non mereri, falſaque & vox & humano principe indigna, quæ à Critone apud Sophoclem profertur in hunc modum.

Ἀλλα ὃν πόλις στήσειε τοῦ δὲ χρὴ κλύειν
Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια, καὶ ἐναντία.

Vt enim priuati eſt officium,legibus iam cognitis obtemperare, ita viciſſim hoc in principe poſtulat ratio,vt nulla præcepta honeſtati contraria, populo, vti certa ſepta, quæ egredi non liceat, præſcribat. Non iniqua igitur ratione, id ab omnibus in principe requiſitum eſt,vt non temerè, ſed abundè deliberato conſilio, ad legum conſtitutionem accedat, quod Mœcenatem in ea oratione qua Auguſtum de non deponendo imperio admonet, inter alia eaque pulcherrima de adminiſtrando regno præcepta monuiſſe legimus apud Dionem hiſtoriæ Romanæ lib. 52.Voluit enim ille, ne conſtitutiones authoritatem legum obtinerent,niſi & illi & adhibitis ad eam rem conſultiſſimis viris placuiſſent. καὶ νόμος, inquit, εἰσάγου ἢ πᾶν ὅ τι ἂν βουλευμένῳ σοὶ μετὰ τῶν ὁμοτίμων ἀρέσῃ. Cui quidem præcepto vt ſatisfaceret, maximè laborauit Alexand, Is.n. Lampridio teſte in vita Alexandri Seueri.nunquam de iure agere voluit, niſi viginti aut pluribus, iiſque doctiſſimis in conſilium adhibitis Iuriſconſ. Ab Antiocho etiam obſeruatum legimus, vt ſi quando de iuris conſtitutione agendum eſſet,ad ſingulas ciuitates literas daret, iiſque à ciuitatum præfectis peteret, vt ſi quid contra rationem & æquitatem conſtitueret, minimè illi parerent, ſed de legibus, & quo conſilio in iis ferendis vti oporteat, infra commodior dicendi erit locus, ad priuilegium quod attinet, vt vtilitati, quam requiſiuit Iuriſconſultus, ſatisfaciat, eadem planè quæ in lege pręcepta requirimus. Et hæc explicatio primo capiti ſufficere videbatur quod de aliis quę hic dicenda eſſent, in præfatione ſit diſputatum.

Ad ſecundi igitur capitis explicationem pergimus.

De diuiſione ſeu partitione priuilegij. CAP. II.

PORRÒ duo eſſe priuilegiorum genera ſciendum eſt:vnum quidem, quod priuato homini à principe indulgetur, & hoc ad exemplum non trahitur, conſiſtitque in beneficio & pœna, vt illud de Ciceronis exilio priuilegium Alterum,quòd certo hominum generi a lege vel principe tribuitur:cuiuſmodi, quæ in Pandectis habemus, in beneficiis conſiſtunt omnia. Et prius quidem meritò priuilegium dicitur, cum Priuilegium nihil aliud ſit, quam in priuatum lata rogatio: Cicero in oratione pro Domo ad pontifices, Gell.10.c. 20. vt autem id in exemplum non trahatur,ſumma ratione à Iuriſc.conſtitutũ eſt.Cum n.perſona cauſam det beneficio, eaque extra eã perſonam non comperiatur, ſanè perſonã non egredietur priuilegium.Quæ quidem cauſa vbi in alio ſe obtulerit,nõ eo momento priuilegio gaudebit,ſed cauſam principi aperire debet,eumque concedendo priuilegio faciliorem reddere, non anteà igitur hoc priuilegio vtemur, quam ſi cauſa & indulgentia principis concurrant. Pulchrè Cicero cum in Vatinium inuehitur,hoc etiam in eo reprehendit,quòd idem ſibi, quòd Caio Cæſari,licere velit. Et quoniam, inquit, hic locus vnus eſt, quem tibi cum Cæſare cõmunem eſſe dicis,ſeiungam te ab illo,non ſolum Reip.cauſa, verum etiam Cæſaris: ne qua,ex tua ſumma indignitate, labes illius dignitati adſperſa videatur, ſi enim eum magnitudo contentionis, ſtudium gloriæ, præſtans animus, excellens nobilitas aliquo impuliſſet, quòd in illo viro & tum ferendum erat, & maximis rebus,quas poſteà geſſit,obliterandum,id tu tibi furcifer ſumes? Quid Iuſtinianus cum quibuſdam meritam ob illicitè contractas nuptias pœnam remiſiſſet, nonne hoc adiecit, ne qua ratione alij quoque illam immunitatem ſibi vendicarent? Com.39.οὐκ, ait, εἰς παράδειγμα ἑτέρων τοῦτο παρ' ἡμῶν ἐπιστεῖν. De Traiano etiam legimus,referente Capitolino, cum nunquam diplomate aut libello,ſolo autem verbo priuilegium conceſſiſſe, Cum.n.vt ait, Iuuenalis in Saty.dociles imitandis turpibus & prauis omnes ſumus,rectè ſanè præcautum eſt, ne Principes vni aliquid remittentes, omnibus impunitatem promittere viderentur: ſicq; tandem ea indulgentia in nimiam licentiam excreſceret: quòd certè ne eueniret, maximè ſtudendum fuit.Quamuis.n. vt Diotegeneus Pythagoricus dixit apud Stobæum, quibuſdam facilè ignoſcere Princeps debeat, ne tamen nimia concedatur ciuibus licentia, vitandum eſt. Atque id eſt quòd Cocceio Neruæ Imp. Fronto palam dixiſſe fertur & refert Eraſmus in Apoph.Malum eſſe,atque cum Reip.detrimento eum imperare,ſub quo nemini aliquid concederetur: longè autem peius ſub eo viuere,ſub quo nimia peccandi licentia cuiuis concedatur.Quod tamen euenturum eſſe, niſi priuilegia arctis limitibus conſcripta eſſent, nemo non videt. Notum eſt enim illud Ciceronis, in Epiſt.ea quæ exemplo fiant, iure etiam fieri, hominibus perſuaſum eſſe, atque ideo ſumma ratione Plato cenſuit in Georgia, & in Sophiſt.de quo vide Gellium lib.6.cap.14.eum qui rectè punire velit, non præteriti ſceleris cauſa punire debere: neque enim hoc efficere poterit, vt id quòd factum ſit,infectum reddatur, ſed futurum reſpicere debet, ne aut ipſe poſtea, aut alius ſuo exemplo ſibi impunitatem vendicãs delinquat. Et hæc quidẽ. Platonis ſentẽtia, quãuis iure ab omnibus laudetur,non tamẽ illud omittendũ eſt, ne vlli detur delicti venia.

Reiicienda etiam Stoïcorum ſenteotennia à Stobæo relata, qui bonum virum mitem eſſe debere negant, neque vlli veniam date bonum iudicem volunt. Nec eſt ſane quòd alieno exemplo peccatum aliquis committat: neque enim eius excuſationem, quæ alterius exemplo prætenditur, feret equus iudex. Quippe ſuũ delictum magis ille aggrauat: longeque grauiorem pœnam ſi Demoſtheni eredimus apud Gel. lib. 1. c. 19. meretur, quàm ſi nullum in delicto perpettando exemplum, imitaretur, οὐ δὲ μὴ λέγε, ait ille, ὡς γέγονεν ἤδη πολλάκις ἀλλ' ἔχ' ὡς προσῆκε γίνεσθαι, ὃ γὰρ ἐπί τινος πρότερον μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, τὸ δὲ τοῦτο μιμήσασθαι διὰ τοῦτο ἀποφήναιτ' ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἀγανακτοίης· εἰ γὰρ ἕτερος ἑάλω σὺ ταῦτα οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως αὐτὸν ἑάλως ἄλλος οὐ γράψει. Non diſſimile eſt huic ſentenriæ, q Verri obiecit. Quid ergo ait, dicet? feciſſe alios? quid eſt hoc? vtrum crimini defenſio, an comitatus exilio quęritur? tu in hac Republica, atque in hac hominum libidine, & vt adhuc habuit ſe ſtatus iudiciorum, etiam licentia, non ex iure, non ex æquitate, non ex lege, non ex eo quod licuerit, ſed ex eo quod aliquis fecerit, id quod reprehendirur, rectè factum eſſe defendes? Ac paulo poſt. Potius enim, inquit, te damnato cæteris anguſtior locus improbitatis defenden dæ relinquerur, quam te abſoluto alij quod audaciſſimè fecerunt, rectè feciſſe exiſtimentur. Poſterioris autem generis duæ ſunt differentiæ, nam quædã cauſæ quædam perſonæ ſunt priuilegia. l. priuilegia. 196. D. de reg. iur. Quæ quidem diuiſio ex variis priuilegij cauſis deſumpta eſt, aliquando enim perſona locum facit beneficio, & ſic meritò beneficium, quo in plus, quàm facere queat, condemnari non poteſt, cõceditur. Eiuſmodi autem beneficia cùm perſonalia ſint, ad hæredes non tranſmittuntur, ſed cum perſona, quæ irrogato priuilegio cauſam dedit extinguuntur, niſi non tam perſona, quàm actionis genus, beneficium deſideret. io omnibus enim cauſis id obſeruari Iuriſconſultus reſpondit, in l. in omnibus. 66. D. de tit. vt ibi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. Vbi vero genus actionis id deſiderat, ibi ad quemuis perſequtio eius deuenerit, nõ deficiat ratio auxilij. ideoque licèt minoribus perſonalia à iure indolta ſiot priuilegia, illa tamen ad hæredes tranſmittuntur, omniũ enim qui ipſi in integrum reſtitui potuerunt, ſucceſſores in integrum reſtitui poſſe, ab Vlpiano reſponſum eſt in l. nó ſolum. D. de in integ. reſti. Quod quidem alioqui mirum videri poſſet: ſed cum actionis genus, quòd cauſam priuilegio dedit, io hærede non deſit, auxilij quoque rationem in ipſo non deficere, æquiſſima de cauſa traditum eſt, plane qnanquã mariti beneficium, cum ſolius perſonæ intuitu conceſſum ſit, ad hæredem non tranſmitti reſponſum ſit: Pomponius tamen ad mulieris filios, qui patri hæredes extiterunt, transferri refert ex Labeone lib. 5. ad Sabinum in l. etiam, D. ſol. matr. & vide l. maritum. eod. tit. Aliquoties verò, vt diximus, cauſa per ſe priuilegium inducit, vt cum pignus conſtituitur: efficit enim pignoris obligatio, vt alter alteri in credito præferatur atque de hoc beneficio, quemadmodum & de præcedenti tota hac tractatione agemus. Fecit hæc diuiſio poſterior, vt Pauli reſponſum, cuius declaratio ex eo facilior eſt, hic ſubiungerem, eoque liberius à Triboniani ordine receſſimus, quòd non iiſdem, quibus ille, anguſtiis adſtricti ſumus, ſed quaſi in vberrimo campo, liberè expatiari liceat: quia materiam ſolam tractare, eaque à toto titulo ſeiunctam placuit: cur autem hic ordo accommodatior videretur, in cauſa fuit Ariſtotelis & aliorum, qui de arte tradiderunt, concors ſententia: qui ſumma quædam capita & generalia axiomata, vnde alia præcepta dependeant, in quauis tractatione præponi volunt. Sed nunc ad inſtitutum tranſeo. Ait itaque Paulus libro ſingularium Regularum in l. priuilegia. hoc titu. Priuilegia non ex tempore æſtimantur, ſed ex cauſa: & ſi eiuſdem tituli fuerint, concurrunt, licet diuerſitates temporis in his fuerint. Ne quis generalibus legis verbis fallatur, Iulium Paulum de priuilegiis perſonalibus, non autem de his, quæ cauſæ vel (vt vulgus interpretum ait) Realia ſunt, hac in lege agere notandum eſt, certum enim eſt ex Iuriſconſultorum reſpõſis, contrarium in iis obſeruatum eſſe, quom in illis non tam cauſa, quam ipſum tempus expectetur: in his verò cauſa, oon autem tempus inſpiciendum veniat. Nec eſt quod quis nobis Vlpiani reſpõſum obiiciat. in l. in operis. D. locati & cond. Io operis, inquit, duobus ſimul locatis conuenit, priori conductori ante ſatis fieri. Nam Iuriſconſultus eo in loco non agit, vter creditorum, ſi videlicet debitor ſoluendo non exiſtat, in debiti ſolutione præferatur: namque operarum conductores, ſi locator conuentioni ſtare non poſſit, eiusque bona ſolutioni nõ ſufficiant, in ipſo intereſſe concurrent, non minus, quàm duo vẽditores, qui cum emptore, poſtea ad inopiam redacto, contraxerunt. Alia igitur eſt Iuriſconſulti ſententia. oſtendere enim conatur, vtri conductorum moram prius commiſiſſe promiſſor dicatur, priori prius ſatisfieri æquum eſſe reſpondens, atque huius reſpon. æquiſſima eſt ratio. cum. n. contractus cum duobus ſimul (maximè ſi vtroque pręſente) initus ſit, poſteriori conductori id certo conſtitiſſe debuit, q non ſibi, verum alteri operarum ſatisfactio prius pręſtari debuerit, atque ea de cauſa ei ex mora non tenebitur, niſi eo elapſo temporis ſpatio quòd priori operæ exequendæ ſufficeret. Nec moramur quorumdam interpretum in huius Antinomiæ conciliatione ſententiam: Bald. ſ. Bart. ad d. l. in operib. An. d. §. fuerunt. inſt. de actioni. qui hic differentiam quandam inter dandi & faciendi promiſſiones conſtituerunt. quippe qua ratione id ab eis factum ſit, non video. cum enim in omnibus faciendi obligationibus tunc promiſſo ſatis fit, ſi id quòd creditoris intereſt, ſoluamus. l. ſtipulationes non diuiduntur. D. de verbor. oblig. §. Celſus. & l. ſi ſeruum, §. fin. D. eod. tit. & l. ſi quis ab alio. §. fin. D. ff. de re iud. non compellitur certe priori conductori locator operarum, niſi moram vitare velit, prius ſatisfacere, nam liberum locatori vel operas præſtandi, vel ſi mauult, id quod intereſt ſoluendi relinquitur arbitrium. Quod igitur temporis rationem Vlpia. habuerit, non ad priuilegium, ſicuti alij Interpr. dicunt, ſed ad moram referendum eſt. Quid enim cauſæ eſt, cur potius in faciendi, quam in dandi obligationibus ex tempore æſtimentur priuilegia? Cæterum priuilegia perſonalia, quorum nunc incidit mentio, tempore non diſtingui, ſed cauſa, Vlpia. Iuriſconſ. pulchro exemplo comprobat: cum enim quæſitum eſſet, obſeruandúſne foret ordo inter depoſitarios, an vero ſimul admitterentur, ordinem non ſeruari reſpondit, in l. ſi hominem. §. fin. D. depoſition. Ex eo quòd diximus, facilis eſt ſententia Imperatorum reſcripti, in l. aſſiduis. C. qui pot. in pigno. hab. Illi enim vbi conſtituunt in duabus dotibus ab eadem ſubſtantia debitis ex tempore prærogatiuam manere, nihil plane huic noſtræ legi derogant, namque id in dotibus obſeruatum eſſe mirum nemini videri debet, cum

dotis

dotis cauſa reale,vt vocant,non autem perſonale beneficium conſtituat:& id vel hinc apertum eſt, quod legis virtute hypotheca in dote conceſſa ſit.l.vnicæ. §.& vt plenius. Codic. de rei vxo.act. Ideoque rectè in duabus dotibus, vt & in ſimilibus beneficiis, hoc obſeruari placuit, vt is qui prior eſſet tempore.idem quoque iure potior eſſet. Priuilegiarius enim contra eum qui eodem beneficio gaudet communi iure,non autem ſingulari vtitur, l.verum.§. item quæritur.D. de mi.& l.ſi minor. eod.tit.2. Pan.ad c. in præſentia. de prob. nu.38. Itaque cum ſolo tempore vtriuſque cauſa ſecernatur, ex eo ſolo prærogatiua vni concedetur,quòd ſi etiam in eo concurrant, æquale vtriuſque ius erit. Porrò an vt perſonalia,ſic etiam quandoque cauſæ beneficia ex cauſa æſtimentur,dubitet forte quiſpiam. Vt igitur omnem ſcrupulum dimoueamus,ſciendum eſt,dotis cauſam tanto beneficio à legibus honoratam eſſe, dict.l.aſſiduis.vt etiam cuiuis creditori,licet anterioris ſit temporis priuilegio donatus, præferatur. Beneficij huius indulti rationem alio in loco, qui huic tractationi deſtinatus eſt, tractemus ad l.2.§. fin.hoc tit.Sed an vt dotis, ſic etiam fiſci beneficium ex cauſa æſtimetur, quæritur & reſpóſum eſt, hypothecam priuati ſiue totorum bonorum,ſiue certæ portionis ſit, fiſco qui poſtea pignus quæſitum eſt, in iis quæ orta fuerunt ante fiſci obligationem, præferri.l.fundum.& ibi Bald.C.qui pot. in pign.habe.l.ſi pignus.ff.eod.l.vlti.D. de tit.in illis verò quæ poſt obligationem acquiſita ſunt, contrarium obſeruatum eſt. Vnde liquet, priuilegium reale quod fiſco competit,nunc tempore,nunc cauſa æſtimari. Non diſſimili ratione & is,ex cuius pecunia res eſt refecta,aut conſeruata,alij,qui prius etiam in eandem rem credidit,præfertur, quamuis enim vterque hypothecam habeat,atque proinde is potior iure eſſe debeat,qui prior eſt tempore, poſterior tamen,cum ſua pecunia totius pignoris cauſam ſaluam fecerit, meliore conditione habetur, l. interdum.cum ſeq. D.de tit.Sed nunc de his dicere intermitto,commodiori loco eam diſputationẽ reſeruaturus:cum Marcelli reſponſum in l.quod quis.D.hoc titu.ex profeſſo hanc rem mouens, ſub hoc titulo collocatum ſit. Funeraria quoque actio,quare ex cauſa potius,quam ex tempore æſtimetur, cum ad realium priuilegiorum naturam accedere videatur. hypotheca namque tacita ipſa funeraria actio potior eſt, l. at ſi quis.§.ſi colonus. & l. impenſa.D. de relig. & ſumpt. fune.ex ſubſequenti capite perſpicuum euadet.

De iis quibus priuilegia competunt, & primum de illis qui funerariam intendunt. Cap. I.

Ait Vlpianus lib.63.ad Edictum.

Q*VÆSITVM eſt, vtrum ita demum priuilegium habeat funeraria, ſi is cuius bona væneunt, funeratus ſit, an etiam ſi proponas alium eſſe funeratum. Et hoc iure vtimur, vt quicunque ſit funeratus, id eſt,ſiue is, cuius de bonis agitur,ſiue quid is,debuit, quod reddere eum, ſi viueret, funeraria actione cogi oporteret:priuilegio locus ſit,paruiq; referre dicamus,qua actione hic ſumptus repetatur,funeraria an familiæ erciſcundæ,an qua alia,dummodo ſumptus funeris cauſa factus ſit. Quacunque ergo actione ob funeris ſumptum vtatur,etiam funerariam ei competere. Quare ſi in ſtipulatum funeris impenſa deducta ſit dicendum eſt, locum eſſe priuilegio, ſi modo quis non abijciendi priuilegij cauſa ſtipulatus ſit.*

Hactenus Vlpia. Funeri rectè celebrando,cur tanta priuilegia indulta ſint, non eſt quod nouum alicui videatur:nõ enim apud Romanos veteres ſoluta maximis cæremoniis res hæc peragebatur, verùm etiam apud exteras nationes id receptũ fuiſſe memoriæ traditum eſt : nec enim defuncti memoriam ſtatim interire voluerunt;ſed eos à quibus viuis beneficia acceperant, mortuos quoque meritis non defraudari honoribus voluerunt : quod à Platone lib. 4. de leg. præceptum videmus. Atque ideo apud Scythas obſeruatum legimus apud Herodot. libr.4. hiſto. cum priuatus aliquis deceſſiſſet, proximos quoſque eum in plauſtro collocatum, ad amicos circuntuliſſe, & amicorum ſingulos eos excipientes, comittentibus cadauer tam propinquo quàm cæteris epulum præbuiſſe, ſicque tandem per quadraginta dies circumactum, humatum fuiſſe. Hac tamẽ ratione prius purgari ſoliti ſunt.capite namque abluto, circa caput ita agunt: Tria ligna ſtatuunt mutuo inclinata: circa hęc prætendunt lanea pilea, quàm maxime poſſunt conſtipãtes:& in capham in medio lignorum, pileorumque poſitam, lapides ex igne perſpicuos conijciunt, cannabis præterea ſemen ſub pileis occulunt ſupra lapides igne perſpicuos. Atque id tantum,inquit Herodotus,reddit odorem, quantum apud Græcos vllum thuribulum. apud Ægyptios moris fuiſſe commemoratum eſt apud Herodo. libr.2. hiſtor. vt mulieres per oppidum plangentes diſcurrerent,viri etiã ſe præ triſtitia verberarent:atque certi ad hoc conſtituti fuerunt,ad quos cum corpus deferretur,oſtenderent his,qui deferunt, lignea mortuorum exemplaria tria. Vnum accuratiſſimè fabrefactum, alterum illo inferius, ac vilioris pretij, tertium viliſſimi. ij verò, qui domini in planctu continebatur, maximo cum ſumptu nec minore ſolemnitate conditum corpus ſaliunt,& intro abditum,ad 70.dies reponunt,ijs abſolutis,cadauer, ablutum prius, ſindone byſſina totum inciſis loris inuoluunt,gummi illinientes : & poſtremo in lignea effigie, ad eam rem facta, componunt. Sed hæc latiùs & fuſiùs apud Herodotum, dictis locis, & Diodorum Siculum, lib.2.rer.antiq.tractantur,vnde antiquitatis ſtudioſus Lector plura,ſi volet, petat. Apud Romanos verò quanto cum ſumptu & cæremoniis funus celebrari ſolitum ſit,duobus in locis breuiter indicauit Cicero in oratione pro Milone. [Tu inquit, P.Clodij cruentum cadauer reieciſti: tu in publicum eieciſti:tu ſpoliatum imaginibus,exequiis,pompa, laudatione in feliciſſimis lignis ſemiuſtulatum, nocturnis canibus dilãiandum reliquiſti.] & paulò poſt, [Nec verò nõ eadem,inquit,ira deorum hanc eius ſatellibus iniecit amentiam, vt ſine imaginibus,ſine cantu, ſine ludis,ſine exequiis, ſine lamẽtis,ſine laudationibus,ſine funere oblitus cruore & luto, ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici ſolent, ambureretur etiam abiectus.] Quæ vt rectiùs intelligat iuuentus, commodum viſum eſt, omnes cæremonias,eo quod ad hanc de qua agimus,actionem faciunt, latius proſequi. Quid igitur per imagines intelligatur, (vt quod apud Ciceronem primum eſt, primò explicemus) Plinius, lib.35.ſatis declarare videtur[Apud maiores, inquit,in atriis imagines erant, quæ ſpectarentur.expreſſi vultus ſingulis diſponebantur armariis, vt eſſent imagines quæ comitarẽtur gentilia funera:ſemperque aliquo defuncto, totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat,populus] quod ipſum attingit Polybius,hiſt.ſuæ lib.6.imaginem ſcilicet mortui, illuſtriſſimo domus loco collocari ſolitam fuiſſe. haſque

imagi-

imagines magnifice ornatas, publicis ſacrificiis probatas. Quod ſi autem præclarus aliquis vltimum diē ex domeſticis obiiſſet, inſtituunt funeris allationem, & circūfuſi, qui ſimilimi magnitudine ac reliqua ſtatura videntur, veſtitum vſurpant: ſi vel Conſul vel Imperator fuerit, purpura circūdatum: ſi cenſor, purpurum ſit triumphum aut ſimile quippiam egerit, auro contextum, atque iſti ſic curru incidunt. Faſces verò & ſecures, ac reliqua principantibus conſueta ornamenta, ſecundum dignitatem cuiuſque præcedūt. Sed nos de celebrium virorum funere non agimus. Quod ſi tamen aliquis cognoſcendi deſiderio, teneatur. quinam mores in ſummorum virorum funeribus obſeruari ſoliti ſint, ex nobiliſſimi adoleſcentis apud Ammianum Marcellinum, hiſt. lib. 19. ex Syllæ funebri pompa apud Appianum Alexandr. lib. 2. de bellis ciuilibus. & ex Auguſti Cæſaris funere apud Dionem Nicæum in vita Auguſti Cæſaris videre licebit. Id certo conſtat, virorum rectè de repub. meritorum tantis cum impenſis aliquando celebrata fuiſſe funera, vt cum tantum ſumptum propria bonorum facultas non pateretur, à fiſco aliquādo atque à plebe, collatis nummis decorata fuerint, & id videre licèt apud Liuium li. 2 in funere Valerij, P. Agrippæ Menenij, & Q. Fabij Max. aliiſque pluribus. Exteræ quoque nationes quomodo fortiſſimorum virorū funera celebrauerint, plenæ omnium ſunt hiſtoriæ. & quidem quæ in principibus Scytharum & Ægyptiorum, poſt mortem celebrandis recepta fuerint, abundè teſtantur Herodotus lib. 4. & 2. hiſtor. & Diodorus Siculus lib. 2. rerum Antiquar. Græcorum etiam celebriū funera à Cicer. in Oratione pro Flacco breuiter, & ab Euripide, in Hypol. & Polixena, nec non Ariſtophane declarata ſunt. Lacedæmoniorum à Xenophonte ἐκκλῆς ἀξίοαις: Ad carmen venio. Carminis funebris canendi morem apud Romanos vſitatum fuiſſe, indicat quoque Cicer. lib. 2. de leg. Primus aūt tibia funere carmen cecinisſe Olympus in Pythonis funere ab Ariſtoxeno traditur, Referente Plutarcho in Muſica. atque id à Romanis etiam obſeruatum fuiſſe legimus apud Blondum Romæ triumphantis lib. 2. Quin primum Boruſſiæ regem, vt funera celebrarentur mutuis comeſſationibus cum luſu & cantu, abſque mœrore, ſumma cum hilaritate & gaudio, ac ſi alterius vitæ præferrent exemplum, conſtituiſſe relatum eſt ab Eraſmo Stella antiquitatum Borruſſiæ lib. 2. Quod etiam apud Chriſtianos vſurpatum fuiſſe teſtatur Hieronymus in epitaph. Paulæ. Sed ne quis cantu mortuos ſepeliri ſolitos fuiſſe nō ſolum apud Romanos, verum etiam alias gentes miretur, hac perſuaſione id factum eſſe Macrobio authore vt Saluina lib. 2. teſtatur, ſciendum eſt, qua poſt corpus animæ ad dulcedinem originis muſicæ, i. ad cælum redire creduntur. Alex. aūt Aphrodiſeus hac de cauſa id inſtitutum eſſe autumat, vt lugentium luctus dulcedine muſicæ remitteretur. Ludos quoque gladiatorios apud veteres exhiberi ſolitos eſſe. Homeri authoritate, in funere Patrocli: & Virgilij, in Anchiſæ conſtat. quos primus omnium Brutus exhibuiſſe, à Liuio, lib. 17. contra tamen ſentiēte Valerio, traditur. Poſtea etiam referēte Liuio. li. 22. tres Marci Æmilij filij, Titus quoque Flaminius, teſte eodem lib. 41. & Tiberius in honorem defuncti patris ſpectandos præbuerunt, vt ait Suetonius in vita Tiberij. Gladiatorum autem ſpectacula, eo q cruenta ſunt iuſta de cauſa Cōſtātini cōſtitutione ſublata ſunt. l. vlt. C. de Gladiato. lib. 10. Exequiæ, authore ſeruio, dicuntur, dum portatur cadauer: Funus, cadauer ardens: dum crematum eſt, reliquiæ: & buſtum, dum conditum eſt ſepulchrum. Lamenta prioribus tēporibus immodica fuerunt: poſtea verò primum apud Lacedæmonios à Solone, deinde apud Romanos legibus 12. tab. conſtricta ſunt. Quorum hæc lex, referente Cice. 2. de legibus fuit: [Mulieres genas ne redundo: néve leſſum funeris ergo habento.] Leſſum intelligit lugubrem eiulationē, in quam ſententiā eo magis inductus eſt, quod idem Solon vetuerit. ille enim, teſte Plutarcho: vt omnem immodeſtiam cohiberet, fletibus in primis proſpexit lacerationes etiam ſe cædētium, & quæ luctum prouocare ſolent, ploratus & lamentationes flebiles in alieno funere penitus ſuſtulit. Quæ, inquit, ne fiant noſtris quoque legibus prohibentur: niſi quod noſtris legibus hoc additum ſit, vt ij qui legi non ſatisfecerint, tanquam molles & effœminati damnentur. Qua etiam in ſententia Plato 12. de legibus fuiſſe videtur, qui nimias eiulationes nulla ratione admittendas eſſe cenſuit. pertinet etiam huc Charondæ Catanei dictum vt refertur apud Stobæum, qui mortuum non lachrymis, at bona recordatione, coli debere aſſerit, & idcirco Germanorum inſtitutum celebratur, qui, vt refert Tacitus, in libello de morib. Germanorum lamenta ac lachrymas citò, dolorem tardè ponunt. Certè Cicero in Tuſc. quæſt. eos maximè, qui ſe gratum facere mortuis arbitrantur, ſi grauiter lugeant, ridet, aitque eam eſſe muliebrem ſuperſtitionem qua diis immortalibus, faciliusſe ſatisfacturos exiſtimāt, ſi eorum plaga perculſi afflictos ſe & ſtratos eſſe fateantur. Poſtea aūt abolitus nimiis lamentationibus id introductum fuit quod Feſtus Pompeius refert antiquitus obſeruatum fuiſſe, vt mulieres conducerentur, quæ non ſine laudibus lamentarentur defunctum, aliiſque lamentandi modum præirent, probatque ex Neuij teſtimonio præficas fuiſſe dictas, quaſi præfectas: tradiditque Seruius, in Comment. in 6. Æneid. alios à lachrymis ſe non continuiſſe, antequam à præfica pronuntiatum eſſet, Licet, id eſt, abire permiſſum eſt. Cùm primò de mortui laudibus cuiuis dicere liceret: idque in nimiam libertatem excreſceret, lex ea à Solone abrogata eſt, & poſtea à Romanis conſtitutum fuit, referente Cicerone. 2. de legibus, ne de mortui laudibus niſi in in publicis ſepulturis: nec ab alio quam qui publicè ad hoc conſtitutus eſſet, dici liceret. Cuius quidem conſuetudinis meminit etiam Polybius, hiſt. ſuæ lib. 6. ait. n. moris fuiſſe, vt vel filius, vel alius ex mortui genere eius laudes decantaret. Huius autem moris primum auctorem extitiſſe Valerium Plutarchus tradit, in Publicola. is. n. mortuum collegam maximis laudibus proſecutus eſt, atque ab eo tēpore apud Romanos conſuetudine receptum fuit, vt celebrium virorū mortes funebri oratione decorarentur. Fueritne ante Valerij tempus id apud Græcos receptum, maximè dubitat Plutarchus: Liuius lib. 2. extiteritne ille apud Romanos harū etiā orationum inuentor, non minus hæſitat. Poſtea verò id apud Romanos obſeruatū fuiſſe, ex Oratione Marcelli filij in obitū Marcelli patris: ex Auguſti, in mortē auiæ vt refert Suetonius in vita Auguſti, & Tiberij, ex Tiberij, in patris & multis aliis funebribus laudationibus ſatis conſtat. Cū verò de ſemiuſtulato corpore loquitur Cicero, comburi ſolita veterū cadauera indicat, & idipſum multis in locis oſtendit Virgilius, tum verè in hoc, quod habetur lib. 9. Æneid.

Poſtquam collapſi cineres & flamma quieuit,
Reliquias vino & bibulam lauere fauillam,
Oſſaq. lecta cado texit Chorineus aheno.

Illud tamen Perſis & Ægyptiis piaculum viſum eſſe refert Herodotus, lib. 3. hiſt. cuius quidem perſuaſionis rationem ſi quis deſiderer, ab eodem requirat. Morem autem hunc apud Romanos primus, ex patritiis Cornelius Sylla, cum Caij Marij corpus victor diſſipari iuſſiſſet, in ſuo cadauere, ne idem ei contigeret, obſeruari, teſte Cicerone, lib. 2. de leg. voluit & hunc non diu duraſſe teſtatur Macrobius, lib. 7. Saturna. qui ſuo tempore id receptum non fuiſſe tradit. Quin & apud gẽtes aliquas pretioſiſſimas veſtes, quibuſque maximè quis in vita delectatus fuiſſet ornamentis, ea vt ſimul cum homine comburerentur, vſitatũ accepimus, vt patet apud Poëtam, lib. 4. Æneid. in funere Miſeni.

Tum purpureaſq;, inquit, *ſuper veſtes velamina nota Coniiciunt*. Atque eo more obſeruato, Dido eas veſtes, quas in effectu maximè tenebatur, proprio rogo impoſuit, háſque ipſas ſecum conſumpſit: quod cum etiam apud Lituanos conſuetudine inductum eſſet, vt non ſolum veſtes, ſed & equos & arma ſecum comburerẽt: eo quod mortui facultates minueret, merito Vladiſlaus, Referente Comento lib. 15. antequam cum regina matrimonium iniret, cõmuni conſilio abrogare iuſſus, atque eo magis abrogandus fuit Gallorũ mos, qui non ſolum equos, verũ etiam ſeruos & clientes, quos ſummo amore proſecuti fuerant, in rogum coniiciebant, vt videre eſt apud Iulium Cæſarẽ lib. 6. bel. Gal. cap. 9. maximè autem execrandus ille Indorum abuſu, qui cum cadauere vxorẽ omniũ chariſſimã cõburere ſoliti ſunt, vt refertur ex Nicolai lib. de moribus gentiũ apud Stobæum. Vngi quoque ſolita eſſe apud veteres cadauera idẽ Poëta, libro 4. cum de Miſeni, Didonis, & Euryali funere agit, ſatis indicat. liquet idipſum ex Enniano verſiculo: lib. 6.

Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.

Quod ſi fortè roges, quo res hæc pertinet? audi, quò rem deducam: eò nimirum, vt oſtendam, non immeritò rectè celebrãdis exequiis beneficia apud veteres indulta fuiſſe: quorum hic Iuriſc. mentionem facit. cũ enim tam multa a veterũ legib. in funere rectè curando obſeruanda requiſita ſint, vt quidem ne principũ virorum, tantum abeſt, vt priuati facultas legũ obſeruationi ſufficeret: alterum committendum fuit, vt vel creditores debitis bonis, aut mortui iuſtis honoribus defraudarentur. Quia verò viui id Cicerone. 1. Tuſc. quæſt. auctore, maximè curare debent vt in mortuorum ſepulturis, conſuetudini & famæ tribuant ſatis: eaque veteribus inſita fuerit opinio, vt refert Plato 4. de legib. vt ſi qua ratione per fortunã liceret, & mortuos debita laude proſequerentur, contra prius hoc tanquam piaculum ne committerẽt, valdè laborarũt, maluerũt itaque rectiusq; & æquitati & honori ſe cõſulturos putarũt, ſi vtrique ſatisfacere per fortunã nõ liceret, creditori debita quàm mortuo iuſtas parentationes denegare. Vt autẽ tẽperatis mortuorũ parẽtationibus meritò hæc beneficia cõceſſa ſunt: ita quoque is, qui bonorum facultatẽ, & progeniæ receptos mores excedunt vltra funeri debitam partem nulla ratione beneficium concedi poteſt: debet itaque Iudex æſtimare ſumptus funerum pro facultate vel dignitate defuncti, atque ea ratione accipiendum eſt Iuriſc. reſponſum in l. funeris D. de religio. & ſumpt. fun. funeris, inquit, ſumptus accipitur quicquid cauſa corporis, veluti vnguentorum erogatum eſt. Hinc illa apud Romanos lex, vt Cicero ad Atticum libro 12. quæ ſumptum ſepulchrorum definiebat, qua is, qui eum modum ſuperaſſet, tanta pecunia quantam præter modum impendiſſet, mulctabatur. Quamuis enim (vt Plato d. loco cenſuit) tam mulierum quàm virorũ funera celebrari conueniat, id tamẽ vt moderatè fiat, nec conſueta magnitudo excedatur, neque minora fiant monumenta, quàm à maioribus fieri ſolita ſunt, maximè ſtudendum eſt. Ideoque ille certis legibus ſumptum funeris concluſit, ne videlicet agger altior eſſet eo cumulo quem viri quinque diebus totidem conſtruere poſſent. Lapides quoque ſuperſtructi non maiores eſſent, quàm vt poſſent defuncti laudes quatuor heroicis verſibus editis (quot Ennius loogos appellat) comprehendere. Elationes quoque non breuiore aut longiore tempore intus fieri voluit, quàm vere mortuus ſignificari, cognoſcique poſſit. Atque vt humana ſe habent omnia, triduana elatio mediocris Platoni ad ſepulchrum viſa eſt. Id igitur pro lege ſeruari optat vt qui maximi ſunt cẽſus, in funus & ſepulchrum ne vltra quinque minas impenderent: qui verò proximi, duas: qui tertij, vnã minam adhiberẽt: & ita ſingulorum impenſa moderata conſtitueretur. Quod, vt etiam apud Lacedæmonios reciperetur, maximè laborauit Solon. is enim (teſtante Cicerone. 2. de leg.) cum iam funeris ſumptus modum excederet, plurima quibus tantum ſumptum tolleret, præcepta ſtatuit. Vnde Romani, cum eorum populus maiorem æquo impenſam in curando funere adhiberet, hãc legem, ex Solonis legibus tranſlatam, in 12. tabul. redegerunt: [Hoc plus ne facito: Rogum aſcia ne polito] Voluit præterea Solon, Plutarcho teſte in Solone, ne pluribus quam tribus veſtib. vti liceret, nec cibũ nec potum pluſquam oboli aſportare, nec calathum cubito maiorem habere: bouem quoque immolari noluit, nec quenquam ad alienum monumentum accedere, niſi quo tempore funus effertur. Quod ipſum etiã Pittacus interdixiſſe fertur. Apud Romanos quoque alia ad diminuendam ſepulchrorũ impenſam ſtatuta fuiſſe, a Cic. 2. de legibus, traditum eſt. Ne. ſ. opere tectorio ornare liceret, nec hermas, ſeu vt alij legũt hermos imponere: nec operoſius eſſet ſepulchrũ, quam decem tribus diebus perficere poſſent. Et vero æquiſſima eſt tum Platonis, tum aliorum legiſlatorum de ſumptu funeris diminuendo ſententia: cum enim auctore Platone d. loco, animum immortalem eſſe, eumque ad deos proficiſci credendum ſit, corpus vero quod tanquam imaginarium quoddam nos ſequitur, ſepulchro celebrari, certè rem familiarem atterere tantopore non debemus, quaſi arbitremur, hanc carnis molem, quæ ſepelitur, noſtrum illum eſſe quẽ ploramus mortuum, cum ille quem ſepeliri putamus, hinc alio ſe contulerit. Atque huic conſonat quod ab Euripide, in Polya pronunciatum eſt.

Ἀνθρώπων δὲ μαίνονται φρένες.
Δαπάνας ὅταν θανοῦσι πέμπωσι κενάς.

Nec enim mortui corpus (auctore, Cic. lib. 1. Tuſc.) aliquid ſentire putandum eſt, & hoc aptiſſimo apophthegmate à Diogene probatum eſt, teſte Cicero. d. loco. is namque eum ſe proiici inhumatum iuſſiſſet, atque amici obieciſſent, volucribúſne & feris obiici vis? minimè vero, inquit, ſed, bacillum prope me, quo abigam, ponitote. Qui poteris, inquiunt illi, num enim ſenties? Quid igitur mihi (ſubiunxit Diogenes) ferarum laniatus oberit nihil ſentienti? Laudatur igitur à Tacito, In libello de moribus Germanorum, recepta apud Roma. conſuetudo, quibus nulla eſt in funere ambitio: apud quos id ſolum obſeruatur, vt corpora clarorum virorum lignis certis crementur ſtruem rogi nec veſtibus nec odoribus (quod apud alias gẽtes obſeruatum tradidimus) cumulant, monumenta quoque ardua & operoſa aſpernantur. Celebrantur

& Æthio-

Æthiopum mores, vt minimũ cadaueribus tribuẽtes, Diodorus Siculus li. 4. retũ Antiqu. Quid, ꝙ apud omnes celebratũ eſt Cyri regis dictũ, Τοδε ἐμὸν σῶμα ὦ παῖδες ὅταν τελευτήσω μήτε ἐν χρυσῷ θῆτε μήτε ἐν ἀργύρῳ, μήτε ἄλλῳ μηδενὶ, ἀλλὰ ὡς τάχιστα τῇ γῇ ἀπόδοτε. Sed & hoc maximi beneficij loco duxit, ſi corpus ei rei miſceretur quæ omnia bona producit. Poſtremo Diogenis dictum non eſſe dimittẽdum exiſtimaui: Laërtius in vita Dioge. Cynici. qui, ſi canes ſuum cadauer lacerarent, Hyrcanam fore ſepulturam teſtatus eſt: ſin Vultures, Iberam: at ſi nullũ animal vorauerit, ipſum tempus pulcherrimam ſepulturã fore, corpore a pretioſiſſimis rebus ſole & imbribus abſumpto. Frontinum legimus, extrui vetuiſſe monumentum his verbis: [Impenſa monumenti ſuperuacua eſt, memoria noſtri durabit, ſi vitam meruimus] Virginius Rufus, non ſolum extrui, ſed carminibus ornari voluit. Vnde de vtroque quid ſentiret conſultus, Plinius, lib. 9. epiſt. omnes qui magnum aliquid memorandumque fecerunt, non modo venia, verum etiam laude digniſſimos iudicauit ſi immortalitatem quam meruere, ſectentur: victurique nominis famam ſupremis etiam Titulis prorogare nitantur. Accedit & hoc, quòd Manibus nou ritè conditis, & funere moderatè celebrato, domus vmbris obnoxias reddi veteres exiſtimauerint, vt exemplo Philoſophi Athenodori conſtat, qui infamem & peſtilentem domum, funere ritè per acto à teterrimo mõſtro liberaſſe legitur apud Pliniũ lib. 7. epiſto. Rectè autem etiam à noſtris Iuriſconſul. reſponſum eſt, funeri ritè celebrando meritò concedẽda eſſe beneficia. l. ſi quis ſepulchrum. §. Prætor ait. D. de relig. & ſumpti. fune. hoc tamen obſeruato, vt modus decens adhibeatur. non enim quibuſcunque ſumptibus in funus impenſis hac actione contra creditores liberè vti licebit: ſed ita demum, ſi moderatus ſit. Ideóque Iuriſcon. Marcellus, in l. D. ad l. Falcid. reſpondit, non amplius concedendum eſſe, quam ꝙ ſufficiat ad ſpeciem modicam monumẽti, & id quidem niſi interdictum eſſet, ſæpe videre liceret mediocris fortunæ homines, quorumque facultas creditorum ſolutioni facilè ſatisfaceret, gloriæ vmbram quandam ſectantes, (vt omnes gloria ducuntur: teſte Cic. pro Archia) tantum monumentis conſtituendis, & iis quæ ad mortui ſepulturam attinent, impenſuros eſſe, vt ex omnibus bonis id ſaltem corradere non liceret, quo miſeris creditoribus fieret ſatis, quod quã iniquum futurum ſit, nemo eſt qui ambigat, atque in hunc finem & illud à Papi. lib. 4. Reſponſum tendit in l. ſeruo alieno. §. fi. 1 56. D. de leg. 1. Ineptas voluntates defunctorum circa ſepulturam, veluti veſtes, vel ſi qua alia ſuperuacua, vt in funus impendantur, non valere. Hæc enim actio, quę funeraria dicitur atteſtãte Vlpi. in l. at ſi quis. §. hac action. D. de religio. & ſumpt. fune. ex bono & æquo oritur. æquitas ex dignitate eius qui funeratus eſt, ex cauſa, & non ex tempore diiudicatur, bonum, ex rebus impenſis. Quippe non plus imputandum eſt ſumptus nomine quem factum eſt, ſi modice factum eſt. debet namque haberi ratio facultatum eius, in quem factum eſt: & ipſius rei, quæ vltra modum ſine cauſa conſumitur: & ſi res egrediatur iuſtam ſumptuum rationem, nihil refert an voluntate teſtatoris quid impenſum ſit, an minus. nam vltimum elogium bonis moribus non debet aduerſari, Porro hæc actio, vt & illud paucis attingamus, ei cõpetit qui debitor ſumptus ſepeliendo mortuo, & exequiis moderatè celebrandis adhibuit: eo tamen animo, vt eos reciperet interdum enim ei qui ſumptũ fecit, reſtitut. denegatur vtpote ſi pietatis gratia illos pręſtiterit: non hoc animo quaſi recepturus. Quo aũt animo feceris, arbitrio iudicis perpendendum relinquitur d. l. at ſi quis. § igitur æſtimandum. Hic autem diligens lector animaduertat, Innocentium Pontificem tertium exactiones pro exequiis, & nubentium benedictionibus prohibuiſſe, confirmatis tamen piis conſuetudinibus. Cæterũ quanquam iuſtam ſumptuum rationem egredi impenſas funeris non patiatur Prætor, iis tamen qui modum exceſſerunt, hanc actionem funerariam non denegauit. Illud enim ꝙ mediocri ſumptui impenderetur, hac actione repetẽt: hoc verò ꝙ iuſtam funeris impenſam excedit, ne creditoribus aut aliis quorum intereſt, fiat iniuria, ipſi luent. Sed non omnibus, quorum ſumptu exequiæ celebratæ ſunt, hanc actionem Prætorem indulgere putandum eſt: nam qui alterius mandato funerauit, non habet, teſte Vlpia. in d. l. at ſi quis. §. mandato. funerariam: ſed is, ſ. qui mandauit funerandum: ſiue ſoluerit ei cui mandauit, ſiue debeat. Datur autem hæc actio aduerſus eos ad quos funus pertinet: ait nãque Prætor, in l. ſi quis ſepulchrum. §. Prætor ait. D. dict. tit. Si funeris cauſa ſumptus factus erit, eius recuperandi nomine in eum, ad quem ea res pertinet iudicium dabo. Priuilegium quoque Funerariæ actionis, ſiue is cuius bona væneunt, funeratus ſit, ſiue proponas alium eſſe funeratum, quem defunctus ſuis impẽſis ſepeliri cogebatur, a lege indulgetur, hac l. noſtra. Sed quod, dices, priuilegium funerariæ actioni adhęret? Id ſane funeri rectè celebrato beneficium Iuriſconſ. tribuere auſi ſunt, vt etiam omni credito prætulerunt, l. impenſa funeris. D. de relig. & ſumpt. fun. funerariam actionem cum bona ſoluendo nõ ſunt. hoc tamen priuilegium an ad hypothecarios referri poſſit creditores, certant interpretes, nos eorum ſequimur ſententiam qui docent, hos creditores, qui in funus defuncti debitoris impenderunt, (licèt præferãtur omnibus hæredibus, legatariis & chirographariis creditoribus) cedere iis quibus hypotheca ex pacto competit. tum quòd Impe. Diocl. & Max. reſcripſerint, in l. eos. C. qui pot. in pig. hab. Eos qui acceperunt pignora, quum in rem actionem habeant, priuilegiis omnibus quæ perſonalibus actionibus competunt, præferri: tum quod à Metiano Iuriſc. reſponſum ſit, in d. l. impenſa, impenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur: quæ etiam omne creditum ſolet præcedere, cum bona ſoluendo non ſunt. Quippe ſi defunctus bona ſua aliquibus obligauit, eatenus imminuiſſe patrimonium ſuũ cẽſetur, quatenus hypothecæ nomine obligata ſunt. nec mouemur Vlpiani Iuriſcon. reſponſo, qui ait in d. l. at ſi quis. §. 1. Si colonus vel inquilinus ſit is qui mortuus eſt, nec ſit vnde funeretur, ex inuectis & illatis eum funerandum Pomponius ſcribit: & ſi quid ſuperfluum remanſerit, hoc pro debita penſione teneri. Inuectorum nãque obligatio nec certa, nec determinata eſt, & ex eis inquilinus poteſt vendere, alienare aut alio titul. transferre quæ voluerit, antequam manus iniecta ſit, & pignoris iure incluſa bona fuerint. Itaque mortuo iam colono, ex bonis defuncti deſumitur quantum ſatis erit ad eum funerandum, nec quicquam cauſari poterit locator, qui ſibi imputare debet cur non iuſſerit viuo conductore illata concludi. Funeris igitur impenſæ ipſam hæreditatem, diminuunt, & ex ea præripiuntur, & ab ea ſeparantur: & ex eo quod ſupereſt, debita hæreditaria perſoluuntur. Quæret nunc forte quiſpiam cui incumbat cura funerandi? Illa itaque vel ad eum ſpectat, quem teſtator ad hoc elegit, d. l. ſi quis ſepulchrum. §. funus. l. nulli. C. de epiſc. & cle. in nou.

de ce-

de eccle.in conſt.19.qui ſi non ſatisfacit voluntati defuncti, omni emolumento priuatur, vel ſcriptos hæredes, ſi defunctus de hac re nihil ſtatuerit, ea res contigi. Quod ſi nemo ſcriptus ſit, ad legitimos vel cognatos quoſcunque ſuo ordine quo ſuccedunt, hoc onus deuoluitur. Quoties tamen mulier dotata decedit, ex dote, quæ penes virũ remanet, & cæteris mulieris bonis pro portione funeranda eſt, veluti, ſi in dotẽ centum ſint, in hæreditate ducenta, duas partes hæres, vnã vir conferet: nec ære alieno, nec pretiis ſeruorũ manumiſſorum, nec etiã legatis deductis. l. Celſus. cum quinque ſubſeq. D. de relig. & ſumpt. fune. Hac igitur ratione maritum, & hæredem in funus conferre oportet, plane maritus funeraria nõ conuenitur, ſi mulieri in matrimonio dotem ſoluerit, idq́ue Marcellus ſcribit, & eam ſententiam veram eſſe teſtatur Vlp. in l. ſi pro rata D. d. ti. in his tantum caſibus in quibus hoc ei facere legibus permiſſum eſt. Quod ſi nulla dos eſſet, tunc omnem impenſam patrem præſtare debere Atticilinus ait: aut hæredes eius mulieris, puta emancipatæ: ſi neque hæredes habet, neque pater ſoluendo ſit, maritum, inquantum facere poteſt, pro hoc conueniri reſponſum eſt, in l. quòd ſi. D. d. tit. ne iniuria eius videatur quondam vxorem eius inſepultam relinqui: aliud autem obſeruari, ſi poſt diuortium alteri nupta deceſſerit, traditum eſt in l ſi mulier. Dom. eodẽ. nam in ea hypotheſi maritus licèt dotẽ lucrifaciat, impenſam præſtare nõ cogitur. Quod ad funerariæ actionis naturam attinet, hoc pro colophone adiungendũ eſt, actionem hanc non annuam eſſe, ſed perpetuã: & hæredi cæteriſque ſucceſſoribus & in ſucceſſores dari. l. ſi filiusfam. § hęc actio. D. d. ti. Explicata nunc vtcunque huius actionis natura, ad alteram legis noſtræ partem deſcendimus: in qua tradit Vlp. parum referre qua actione ſumptus funeris cauſa factus petatur. ſemper enim funeraria, hoc eſt, priuilegium funerariæ actionis agenti competit, ſiue familiæ erciſcundæ, ſiue ex ſtipulatu, ſiue funeraria actio inſtituatur, eo tamẽ obſeruato, ne quis abiiciendi priuilegij cauſa ſtipulatus ſit. Quando autem quis priuilegium reiecisse dicatur, controuerſum eſt, à quibuſdã enim traditur, vt à Bart. ad l. ſi Stichum § 1. & ad l. aliam. D. de nouat. ſola nouatione legitima facta, & hypothecas & pignora liberari, vſuraſq́ue non currere, atque pœnas ſtipulatione comprehenſas non committi: verum priuilegia à iure conceſſa, niſi id in nouatione expreſſum fuerit, ſuum vigorem retinere. Quorum quidem ſententia ex eodem reſponſo quo ipſi ſuam opinionũ confirmarunt, non difficulter dilui poſſe videtur. Iulius enim Paulus in d. l. aliam: cum aliam cauſam nouationis voluntariæ, aliam vero iudicij accepti ex multis exẽplis oſtẽdi poſſe aſſerit in l. qui vſumfru. 58. D. de verb. obli. & l. eum quis ita. §. ſi à te. 56. eod. titu. & l. ſi diuortio 22. hoc vnum refert dotis priuilegij perire, ſi dos poſt diuortium in ſtipulationem deducatur: & tutelæ modo poſt pubertatem tutelæ actio nouetur, & id ſpecialiter agatur. Cuius quidem reſponſi poſtrema hæc verba, Si id ſpecialiter actum eſt. ad latam nouationis interpretationem, de Iure Pandectarum reſpiciũt: illud enim ius nouationis intro duxit, quibus debitorũ conditio lædebatur præter illorum voluntatem expreſſam, vel ex verbis neceſſario collectam. Iulius namque Paulus reſpondit. l. ſi ita ſcriptum. D. de hære. inſtit. ſi primo quis vſumfructum, deinde fundum ſtipuletur, vt cum poſterior ſtipulatio plus contineat, prima nouetur, ex qua ideo nõ agatur, ſed ex ſecunda ad totum fundum. Cum enim plenior ſit, potior eſſe debet. l. qui ſic ſtipulat. 47. D. de verborum obligatio. & ibi Ioan. Coraſius. at. l. ſi prior. D. ſolu. matrim. l. ſicut. D. de ad. leg. l. non ad ea. D. de conditionib. & demõſtrat. eaq́ue de cauſa per ſecundum minus continentem nouatio primæ obligationis non inducebatur, niſi ſub commemoratione prioris obligationis celebrata fuiſſet. Quippe ſolo interuentu nouæ perſonæ non inducebatur nouatio: verum & neceſſarium erat rem omnino eandem eſſe, & tantundem in vtranque obligationem deduci. Imperatoris autem conſtitutione apertiſſimè definitum eſt, in l. fina. C. de nou. §. præterea. in inſtit. quibus mod. ob. toll. tunc ſolũ nouationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit, vel ex verbis neceſſariò deſumitur. Vult itaque Paulus in dic. l. aliam. priuilegia dotis & tutelæ non tolli, niſi animus nouandi expreſſe vel tacitè ex verbis neceſſario deſumatur, licet in aliis facti ſpeciebus contrarium de iure Pandectarum ſit definitum, dict. l. qui vſumfructum & ibi docto: & præcipuè Ioannes Coraſius. neceſſariò colligitur ex verbis voluntas nouandi, ſi ita ſtipulatio concepta fuerit. Quod te mihi dotis actione dare oportet dare ſpondes? dict. l. qui ſic ſtipulat. ij vero qui diuerſam ſententiam tuentur, eo retulerunt Iuriſconſ. verba, quaſi expreſſa priuilegij reiiciendi mentio in ipſa nouatione requiſita eſſet. Quorum quidem opinioni ne accederemus, monuerunt & Pauli in hac lege ferenda inſtitutum, & ſubſequentia verba, Quod nemo dixerit lite conteſtata. nam aduerſariorum interpretatione ſeruata, iniquiſſima eſſet à Paulo prolata ſententia præcipuo namque iuſtitiæ fundamento, quæ eſt pactorum dictorumq́ue conſtantia & veritas, locum denegare videremur. Quid enim æquius eſt, quam id ſeruari, quòd apertè à contrahentibus, & præcipuè in iudicio, conuentum eſt? nam prætor promittit, in l. Iuriſgentium. §. Prætor ait. D. de pact. pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduerſus leges, Plebiſcita, Senatuſconſulta, edicta, decreta principum, neque quo fraus, cuiquam eorum fiat, facta erunt, ſe ſeruaturum. Siue itaque in iudicio, ſiue extra iudicium de reiiciendo priuilegio quis pactus fuerit, ei cõuentioni æquas vires, eundémque effectum Iulius nõ denegauit, ſed negat, vt nouatione voluntaria eadẽ etiam ratione lite conteſtata, quæ neceſſariam nouationem parit, priuilegia iuris tolli: Non enim deterior (atteſtante, eodem Iuriſc. in l. non ſolet. 87. D. de reg. iur. ſolet fieri cõditio eorum qui litem ſunt conteſtati, ſed plerũque melior. Hoc vnum igitur ſtudeãt mulieres oportet, ne facilè ſolu. matri. dotis nouationem cum hæredibus ineant, nec enim exiguum diſpendium inde referent. Verum priuilegio. quòd illis indultũ eſt, maximo tenere iaſſe cenſebuntur. Quod quidem quanto cum rerum ſuarũ detrimento futurum ſit, ex hoc ſequenti capite liquebit.

De ijs qui dotem matrimonio ſoluto repetunt. Cap. 4.

Ait Vlpianus.

SI ſponſa dederit dotem, & nuptijs renuntiatum eſt tametſi ipſa dotem conducet, tamẽ æquum eſt hanc ad priuilegium admitti: licet nullum matrimonium contractum eſt. Idem puto dicendum, etiam ſi minor 12. annis in domum quaſi vxor deducta ſit, licet nõdũ vxor ſit. Frequẽtia eſſe in iure noſtro rei vxoriæ & dotibus conceſſa priuilegia, nemo qui vel Iuriſprudentiam à limine ſalutarit, ambigit. Hoc enim apertum eſt, non ſolũ ex hoc Vlpi.

loco,

loco, verum etiã ex ſexcentis aliis: ex quibus qui præcipui ſunt, huc tranſtulimus Atque in primis compenſationem, quæ magna æquitate conſtituta eſt. §. in bonæ fidei. in inſt. de act. mulieri dotem exigenti obiici non poſſe, traditũ eſt. §. taceat. C. de rei vxor. act. Præterea mulier licet ex fideiuſſione S.C. Velleiani beneficio non obligetur, tamen in dotis promiſſione. S.C. derogatum eſt, l. vlt. C. ad Velleia. à quocũque enim, ſiue is maſculus, ſiue fœmina ſit, fides interpoſita fuerit pro ſoluenda dote, æquale erit fideiuſſionis robur. Paul. denique lib. 6. quæſtionum permittendam eſſe nepti ex avi materni ſtipulatione, (cum tamen alij ſtipulari legibus vetitum ſit) ne commodo dotis defraudetur, vtilem actionẽ reſpondit in l. Caius. D. ſol. mat. Fauore enim nuptiarũ, & maximè propter affectionem perſonarum, ad hoc decurrendũ eſſe ſubiungẽs. Et hac eadem de cauſa pacta quibus dotis conditio læditur, nullius momenti eſſe reſponſum eſt. ait enim Vlpia. in l. 2. D. de pact. dot. & l. quamuis. C. de pactis conuent. Si conuenerit vt quoquo modo diſſolutum ſit matrimonio liberis interuenientibus, dos apud virum remaneret: Papin. Iul. prætori reſpõdit, morte mariti, finito matrim. neque conueniſſe videri dotem remanere: & ſi conueniſſet, non eſſe ſeruandum pactũ cõtra dotẽ, cum mariti mortalitas interuenit. Iuſtin. etiã Imperatores, quarũ alioqui alienatio interdicta eſt, ob dotis cauſam poſſe alienari reſcripſit. Nouel. 39. de reſtit. Tanta inſuper conceſſa eſt rei vxoriæ à iure efficacia, vt etiam ſuo interuentu actionis naturã mutare poſſit. Stipulatio enim, quæ ſtricti iudicij actio eſt, ſi dotis cauſæ accedat, bonæ fidei naturam induit. § fuerat. Inſtit. de action. l. vnica. C. de rei vxoriæ act. Poſtremò, vt ad id, quod tractandum ſumpſimus, deueniamus, dotis fauore ſponſæ & minori 12. annis, ſi pro vxore habita fuerit in dote, hoc eſt in re, quæ doti deſtinata fuit, repetenda priuilegium πρωτοπραξίας concedi placuit. Horum autem omnium rationem, ſi quis ambigat, ex Pauli reſponſo petere facilè eſt. l. intereſt. D. de priuil. credit. qui Reip. intereſſe tradit, vt mulieres dotes ſaluas habeant, propter quas nubere poſſint, quod etiam à Pomponio reſpõſum inuenitur in l. 1. D. ſolu. matr. Vt igitur ad verba Iuriſconſ. progrediamur, hoc primum ſe explicandum offert, quòd ab omnibus ferre interpretibus in controuerſiam deductum eſſe video, de quonã videlicet priuilegio hic agatur. Et quibuſdam vt eſt glo. hoc loco ad verba ad priuilegium eſt viſum ſponſam non ſolum ad priuilegium, quod inter perſonales actiones, ſed etiam quod inter hypothecarias vertitur, admittẽdam eſſe. Cuius quidem rationem ſi quis requirat, hanc tradunt, quod tam ſponſæ quàm vxori in mariti bonis à iure cõceſſa ſit hypotheca. Aliis, Bart. ſcilicet, & ad hunc §. & gloſ. ad l. eos. C. qui pot. in pig. hab. contraria ſententia verò propius accedere putata eſt. Sponſæ nempe, inter perſonales quidem creditores beneficium indulgeri, inter hypothecarios autem non item. atque hęc interpretatio noſtro iudicio, qualecunque id ſit, veriſimilior viſa eſt, mouitque me cura aliorum ſententia recederem, illud maximè, quod alio in loco diuerſum ab Hermogen. apertiſſimè expreſſum ſit in l. ſi ſponſa. D. de iure dotium. Si ſponſa, inquit, dederit, nec nupſerit, vel minor duodecim annis vt vxor habeatur, exemplo dotis conductionis fauoris ratione, priuilegium quòd inter perſonales actiones vertitur, tribui placet. Quibus quidem verbis, Quod inter perſonales, &c hoc nobis Iuriſcon. demonſtrare viſus eſt, aliud eſſe iuris, ſi inter perſonales creditores, aliud ſi inter hypothecarios, & ſponſam dotem repetentem de πρωτοπραξίᾳ controuerſia oriatur, ſed id mihi aliquis obiiciet, cui illi qui contrariam tuentur ſententiam, tanquam validiſſimo fundamento innituntur, quòd Iuriſconſ. æqualem & vxori ſoluto matrimon. & ſponſæ, ſi nuptiis renunciatum ſit, in repetenda dote rationem attribuerit, & hoc quidem negare non noſtrum eſt. Quippe nec pro dote nec pro re nuptiis deſtinata, ius Pandectarum hypothecam conſtituit. arg. dicta l. ſi ſpõſa. ſed par in vtroque ius fuit. Cui quidem opinioni hoc non infimum arg. probet, quod Tribonianus cum præcipuas & frequentiores theſes, quibus à lege hypotheca conceditur, in Pandectarum ſeriem redegiſſet, dotis, cuius tamen frequẽtiſſimus vſus eſt, non ſemel meminerit, de quo vide tit. Pandectarum, quibus cauſis pign. vel hyp. tacitè contrahatur. eáque ratione contra Iuriſcon. ſententiam feciſſe non immerito argui poſſet. promittunt enim illi in l. 3. 4. & 5. D. de leg. de iis ſeſe acturos, ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidũt. Quòd ſi quis, hæc argumenta non ſatis apertè noſtram opinionem iuuare, cauſetur, hunc ad apertiſſimam Imp. conſtitutionem relegamus. ait enim in l. vnica. §. 1 C. de rei vxo. act. vt plenius dotibus ſubueniatur, quemadmodum in adminiſtratione publicarum rerum, & in aliis multis Iuris articulis tacitas hypothecas ineſſe accepimus, ita & in huiuſmodi actione domus ex vtroque latere hypothecam: nec enim ſibi aliorũ inuenta vendicaturus eſſet. Si verò quis noſtram hac in re opinionem eo arg. reſtingere conetur, quòd nõ ſit nouum Imperatori, id quod ab alio inuentum eſt, renouare, cum id apud Romanos Conſules frequentiſſimè factitatum legamus, nec tamen ob hæc quæ ab aliis excogitata ſunt, ſibi tanquam primis authoribus attribuant, hoc illi dictum velimus, non magnopere nos repugnaturos eſſe: at faciliimè id conceſſuros, ſi aliquod reſponſum, quo illa ſentẽtia complectatur in medium adduxerint. Hoc etiam, ſitne iure Codicis, & auth. inter dotem & rem eam, quæ ad dotem ordinata eſt, quantum ad ius prælationis attinet, differentia, dubitãdum eſt. Et nullam ſtatutam eſſe, à quibuſdam exiſtimatum eſt: adeo, vt quemadmodum vxorem, ſic & ſponſam creditoribus, anteriori hypotheca munitis, iure præferri putauerint. Quorum opinio hac potiſſimum ratione nititur, quòd vbi eadẽ eſt cauſa, idẽ quoque ius cõſtitutum ſit. l. illud. D. ad leg. Aquiliam eum itaque cauſa, qua dotis priuilegium ſubnixũ eſt, ea, ſcilicet, quòd & fragile ſit muliebre conſilium, & omne fere eius patrimonium in dote conſiſtat, etiam ſponſæ æquè attribui poſſit, non vident illi, cur diuerſum ius conſtitui debeat. Nobis verò maximè multũ intereſſe inter ſponſæ, nõ ſecutis nuptiis, & vxoris ius videtur. Et diuerſitatem in eo cõſtituimus, quia non vt vxori ſol. matrim. itidem & ſponſæ nuptiis non ſecutis, hypotheca conceſſa eſt, ſed duntaxat πρωτοπραξία inter perſonales creditores, & hac quidam ratione adducti, quòd cum Imp. ſatis ſuperque vxorum iure egiſſent, ſponſæ nunquam meminerint. Quiſnam igitur eſt, qui id quòd in dote conſtitutum eſt, etiam ad ſponſam transferre auſus ſit, cum idipſum iuſtiſſima de cauſa à Iuriſc. l. quòd verò contra 13. D. de legi. interdictum ſit, ne videlicet ea, quæ contra rationẽ iur. recept. ſunt, ad conſequentiam perducamus? Minuenda eſt itaque aliorum diuerſum exiſtimantium ſententia, nec enim tam valida eſt eorum ſententiæ confirmatio, vt facilè quemquam ad eorum opinionem ſectandam trahere poſſit: cum eas rationes quæ præcipuæ indulgẽdi beneficij cauſæ extiterunt, non attigerint, ea nãque eſt, quæ maximè Imp. ad cõcedendũ ius ſingulare mouit ratio, ꝙ tantis incõmodis ſi honeſtæ

matronæ officium ſpectemus, matrimon. obnoxiū ſit. Quis enim (inquit, imperator, in l. aſſiduis C. qui pot. in pig. hab.) eatu non miſeretur, propter obſequia quæ maritis præſtant, propter partus periculum, & ipſam liberorum procreationē: pro quibus multa noſtris legibus inuenta ſunt priuilegia. atque ideo id quod vxori tributū eſt, non iniqua ratione ſponſæ denegare poſſumus, cū incōmoda ad quæ lenienda beneficia conceſſa ſunt, nondū ſenſerit & proinde priuilegij participeſſe non debeat. Sed vt vxorem iis, quibus tacita hypotheca ante dotis conſtitutionē cōceſſa eſt, præferri inter omnes conſtat: ita an eadem potius ius habeat creditoribus, anteriori & expreſſa hypotheca munitis, quæſtionis eſt. Et quod ad huiuſmodi diſſolutionem attinet, à quibuſdā in hanc ſententiā diſceſſum eſt a Bar. & cōmuniter doct. ad d. l. aſſiduis. quia perſuaſum eſt, iis quidem creditoribus, quibus tacita hypotheca conceſſa eſt, vxorem præferri: iis verò, qui expreſſam habent, nūlla ratione: aiuntque ad naturali æquitati maximè conſentaneum eſſe. Quin etiam eo ſuam ſententiam confirmare conati ſunt, quod cū fiſci & mulieris priuilegia in omnibus cōueniāt, vt fiſcus, ſic & mulier iis creditoribus, quibus expreſſa hypotheca antea conceſſa fuit, præferri non debeat. Et id quidē in fiſco nulla habet dubitationem: ait enim Imperator in l. 2. C. de priuilegio fiſci. Quamuis ex cauſa dotis vir quondam tuus tibi ſit condēnatus: tamen priuſquam res eius tibi obligarentur, cum fiſco contraxit, ius fiſci tuā cauſam præuenit. Cenſuerunt itaque qui huic opinioni adhæſerunt, (cum par ſit vtriuſque ratio, id quod in vno ius conſtitutum eſt etiam alteri competere debere. l. illud D. ad l. Aquiliam. Nos putamus cū Acc. ad l. aſſiduis circa verba, licèt anterioris ſint, &c C. qui pot. in pig hab. mulierem etiam iis creditoribus quibus expreſſa hypotheca competit, iure præferri. Quāuis enim eorū, qui hāc tuētur, numerus nō ita frequens ſit, rationes tamen ita validæ ſunt, vt me vel inuitum & reluctantem in hanc opinionē pertraxerint. Primo quidem quod in iis, vbi non eſt apertè tradita a Iuriſcōſ. diſtinctio, nouam nobis effingere nulla ratione conceſſum ſit. Mouit præterea Martini ratio, quamuis à multis temerè reiecta: ad d. l. aſſiduis. qui cenſuit mulierem in dotis exactione etiā expreſſa hypotheca potiorem cauſam habere, cùm maius ſit dotis ius, eique præferatur qui in refectionē credidit. l. in nouellis. conſtit. 12. 97. atque is potior ſit eo, cui anterior & expreſſa hypotheca ex conuentione & pacto cōpetit. l. interdū. cū l. ſeq. D. qui pot. in pig hab. Quod itaq; in re minori valet, valeat & in maiore. vt Cic. in Topicis. Quæ quidē ſi vera ſint (quòd à nullo controuerti merito poteſt) quis dubitabit idem quod ei, qui in rem conſeruandā aliquid impendit, à legibus indulgetur, doti, cui plus à Iure cōceditur, tribuere. Cum conſtet igitur ex Iuſtiniano, in d. l. Cōſti. 97. dotis cauſam præferri ei, qui in aliquam rem quid impēdit. cur in hoc articulo hactenus diſſenſum ſit, maximè mirari ſoleo. Ait enim Imperator Conſtātinus. 97. πολλὰ τοίνυν ἐπὶ τούτοις βουλευσάμενοι οὐχ' εὕρομεν τὴν γυναῖκα δικαίαν τοῦ συμπαραζῶν ἦσαν, τὴν τοιούτου προνομίας, & hæc ad cōfirmationē noſtræ ſententiæ ſufficiāt. Vereor autem vt in nos telū iſtud retorqueatur, & ſicuti dotē hac ratione expreſſæ hypothecæ prætulimus, quod eū qui in refectionē credidit, præcedat: ita dotē fiſco præferat (quibus æqualitatē tribuimus) quod dos prioribus creditoribus hypothecariis potior ſit: iique fiſcū in iure exigēdi præcedāt. Et fuerunt ſanè qui hac de cauſa ab Imperatoris reſcripto receſſerūt, dotemque fiſco prætulerunt: inter quos etiam Harmenopulum inuenimus, ὅτι ἐὰν παρά τινος τι αὐτὸ πρᾶγμα δανείσῃ πρῶτον μὲν δανεισθῇ τι ἢ δημοσίῳ μετὰ δὲ ταῦτα προσυποκειμένων πρᾶξις, καὶ τοῦ δημοσίου διά τι πρὸ τῆς ... ἕτερον δανείσαμ... ἐστι πρεσβύτερος, καὶ τοῦ δημοσίου. Sed expedita eſt huius nodi diſſolutio: & longe facilior quam Gordij. Regula enim qua ſi te uincant conuincere aduerſarij, in iis demum regula eſt vbi vtrobique eadē eſt victoriæ & prælationis cauſa. Hic autem quam diuerſa eſt, diligens lector facilè perſcrutari poterit, cum dos ex cauſa creditoribus prioribus præferatur, illi verò fiſco ob tempus: quæ quidem diuerſitas facit, vt in iis regula hæc (Si vinco vincentem te, vinco & te) non valeat. Cum autem boni interpretis munus non in eo ſolum conſiſtat, vt veriſimilibus argumentis ſuam ſententiam probabilem reddat: verum etiam vt aduerſariorū dicta (quæ non minus aliquando præ ſe ferre videntur veritatis ſpeciem) aptiſſimis rationibus diluat, atque refutet: nobis quoque ad diuerſæ ſententiæ refutationem accedēdum eſt, in eoque agricolas ſecuti ſumus, qui ſi quid in agro inuenerint quod bonarum ſegetum prouentum remorari cognoſcant, eradicare ſolēt. Diuerſum igitur ſententiū opinio ſimilitudinis fundamento maximè innititur. Vnde autem ea comparationis ratio deprompta ſit, ſanè non video. Nec enim vlla æqualitas, quæ ad id quod nunc agimus ſpectat, ex eo quod prętendunt, reſcripto ex lib. 2. C. de priui. fiſci. commodè colligi poteſt. Quippe non illa lege expreſſum eſſe video, id quod fiſco denegatur, continuo etiam recuſandum eſſe mulieri priuilegium: ſed vxorem, licet πρωτοπραξία ei à iure contra reliquos creditores competat: fiſco tamen, cum quo maritus prius, hoc eſt, ante dotis conſtitutionem contraxit, ob ſingularem, quo eum proſecuti ſunt Impp. fauorem præponi noluerunt. In eo igitur verſatur diſſimilitudinis ratio, quòd ſicut frequentiſſimè hoc in fiſco vſurpatum eſt, vt is qui prior ſit tempore, potior ſit iure: ita rariſſimè illi axiomati locus in dote cōcedatur. Nec valdè nos mouet quòd dici ab aduerſariis ſolet, Lex tibi ſuum, non meum denegat auxiliū: ideoque à ratione alienum apparet, quod creditores anteriores habentes pacti expreſſam hypothecam, ſi uſtentur ſola legis authoritate & prouidentia, his enim reſponſum velim, hos creditores eo non fruſtrari, quòd pactionibus, & ſtipulationibus eis attributum eſt, nimirum ipſa hypotheca, de qua duntaxat eis proſpectum eſt atque ob id eam conſeruant. πρωτοπραξία verò non ſunt honorati (hoc enim conuentionibus fieri non potuit) ſed ea totum legis eſt opus, legiſque inuentum & beneficium. Porro hoc dotis non exiguum priuilegium ideo in muliere magis ferendum eſt, quòd ita demum hoc beneficio πρωτοπραξίας gaudeat, ſi manifeſtum faciat ſe dotem verè intuliſſe atque mutuo tradidiſſe. Quippe non ſufficit maritum confeſſum eſſe ſe dotem recepiſſe. Non enim aliis præiudicium adferre debet, ſi coniuges inter ſe colludat, aut callido commento quid agant. Deinde cur mulieri contra rationem & æquitatem competere hanc πρωτοπραξίαν ſuſtinebimus? cum non poſſit conſeruandæ dotis ſuæ cauſa fideiuſſores aut pignora accipere. Ait enim Imperator, in l. prima. C. ne fideiuſſ. dotium dentur. Siue ex iure, ſiue ex conſuetudine lex proficiſcatur, vt vir vxori fideiuſſorem ſeruandæ dotis exhibeat, eam iubemus aboleri. Ex hoc reſcripto non deducemus differentiam inter conſeruationem dotis, & reſtitutionem quaſi huius ſecuritas fieri poſſit tam fideiuſſore, quam hypotheca acceptis; illius vero neutro modo. Nam ad conſerua-

ſeruationem dotis non oritur aliqua peculiaris obligatio, atque cum maritum aduerſus conſeruationem peccare videmus (quia videlicet ſua diſſipare incœpit) agitur conſtante matrimonio non ad conſeruationem, ſed reſtitutionem, ipſaque dos exigitur, ac eius reſtitutionis nomine non fideiuſſores, ſed hypothecæ conſtituuntur: idque non ſine ratione tam variè. Nam quamuis omni obligationi, & fideiuſſor, & hypothec. accedere poſſint. l. 5. D. de pig. l. 1. D. fideiuſ. fideiuſſoria tamen obligatio ex hac hypotheſi eadem ferè de cauſa prohibetur, qua inter coniuges donatio. Sicuti itaque à legum latoribus conſtitutum eſt à coniugi nihil attribuendum eſſe donationis titulo, ne mutuus ille coniugalis amor deficiat, néve rerum omnium inter coniuges non ſit cómunicatio: ita fideiuſſorem cauſa dotis à marito dari leges prohibent, ne ipſe, vt inueniat fideiuſſorem, eius erga vxorẽ amori indulgeat. Idque ſatis indicat Imperator. ait enim, in l. 2. C. ne fid. dotiũ dentur. Quare ſi fideiuſſor, vel alius interceſſor exigitur, ne cauſa perfidiæ in connubio eorum generetur. In quo miramur quorũdam interpretationem, vt eſt Duare. ad tractatum de ſoluto matrimonio capite 4. qui datum fideiuſſorem obligari, & ſolum remiſſam eſſe dandi neceſſitatem exiſtimant. nam ea ratione facile fraus legi fieret. Quippe nolẽtem maritum vxor ſæpe fraude ad fideiuſſorem conſtituendum induceret. Quid enim non poteſt fœmina? Non minus igitur fideiuſſoris dationem per hanc conſtitutionem eſſe perhibitam voluerunt Impp. quam ipſam dotis alienationẽ, quæ etiam vxore conſentiente à marito celebrari nó permittitur. Alciatus li. 4. parerg. c. 26. Non hinc colliges lector, nos prohibitum eſſe à iure pactum conuentum de hypotheca nomine dotis, exiſtimare: cum apertè contra ſenſerit Marcellus, in d. l. 5. Res, inquit, hypothecæ dari poſſe ſciendũ eſt, pro quacũq; obligatione, ſiue mutua pecunia detur, ſiue dos, ſiue emptio, vel venditio contrahatur. Ne igitur alio, quã ex ſententia Iuriſconſ. ſuperiora verba torqueas, eaque legibus nó repugnare demonſtremus: id primo tenendũ eſt, nec fideiuſſores, nec pignora à quoquam, ſiue ab extraneo ſiue à marito dotis cauſa dari poſſe, & hoc ea ratione placuit, ne facile inter coniuges generaretur perfidiæ cauſa, quoties maritus deſideraret vſum rei pignoratæ, quam ſcit, à coniunge incluſam cómodiſſimè ſeruari. Res verò hypothecæ omni ratione obligari cauſa dotis poſſe non eſt quod dubitemus, cùm maritus & quilibet debitor vſum & poſſeſſionẽ oppignoratæ rei retinet. atque pro libito alienet. ita tamẽ, vt dominium in alium cum onere tranſeat, nec aliquis aduerſatur. Vlpian. illud reſponſum, in l. quod autem. §. ſi vxor. D. de dona. inter virum & vxorem. quo aduerſarij admoniti nobis in hac re contrariantur: Si vxor, inquit, à marito ſuo prædia, quæ in dotẽ pignori acceperat emerit: eaque emptio donationis cauſa facta, dicatur nullius eſſe momenti, pignoris tamen obligationem durare Imperator noſter cum patre ſuo reſcripſit. Nó enim de pignore, ait Vlpianus, quod re contrahitur: verum de eo quod ſola conuentione, hoc eſt, de vera hypotheca. nam quamuis inter pignus & hypothecam maxima ſit differentia, ſæpius tamen ſolo nominis & vocis ſono differre Marcellus teſtatur, in d. l. 5. atque potiſſimum id obtinet, cũ rerum immobilium ſit mẽtio. nam illa manu tradi, propter magnitudinem ponderis moueri nó poſſunt. Atque vt harum rerum dominium & preſſio alteri attribuatur, requiruntur quædam loco veræ traditionis, quibus tanquam argumentis poſſeſſionem & dominium apud alium eſſe argui poſſet. Priſcus enim, atteſtãte Iulio Paulo, ait in l. 1. §. ſi iuſſerim. D. de acqu. poſſeſ. Si iuſſerim venditorem procuratori rem tradere, cum ea res in præſentia ſit, videri mihi traditã. Cæterum quamuis id quod de vera numeratione tradimus, controuerſum ſit, huic tamen ſententiæ eo magis acceſſimus, quod Iuſtinianus Imperator illud à ſe inuentum beneficium hac clauſula reſtrinxerit: in l. vnica. C. de rei vxor. act. Si tamen re ipſa fuerint parti mariti datæ, neque etſi repugnet Fulg. ad l. ſi cui. C. de non nume. pecu. nos mouet, quod exceptioni non numeratæ pecuniæ, quæ aliis creditoribus ex perſona debitoris competit, non ſint longiora tempora conſtitura quam ipſis qui exceptionem proponunt debitoribus. Ideóque exceptionem numeratæ pecuniæ, qua ex perſona mariti vtantur alij creditores, iiſdem finibus & temporibus eſſe conſtrictam, ac ſi ea ab ipſo marito, aut eius hæredibus contra vxorem, eiuſque hæredes obiiceretur. Et ob id lapſo tempore exceptioni præſcripto, dotem præmit traditam. Quippe exceptio illa non numeratæ dotis, non elidit ipſam quam vocant prælationem, vt verum fundamentum quo ea ſuſtentatur. impedit enim præcipuè dotis reſtitutionem. Cum autem de ipſa πρωτοπραξία agitur quæſtio, certum & indubitatum quaſi relinquitur, dotem quidem reſtitui debere: at ordo ſolùm in dubium trahitur: quiſnam inter creditores præferendus ſit, controuertitur. Exceptione itaque non numeratæ doris tempore præſcripta, reſtituendam eſſe dotem, pronuntiare cogitur iudex. nec auditur maritus, ſi dotem non traditam nullo iure reſtituendam eſſe, cauſetur: niſi manifeſtis probationibus doceat, & iudici perſuadeat dotem ſe non recepiſſe: non tamen hoc tanti eſt, vt eo iure eademque de cauſa cæteris creditoribus, qui prius hypothecam pacti fuerunt, præferatur, nec in eum finem tendit iudicis ſententia: ipſe enim vt ſoluatur dos pronuntiauit, non vt præferatur, ſed vt cum cæteris creditoribus, quibus hypotheca conceſſa ſit, æquali iure concurrat: eamque partem, quam ferunt mariti facultates, conſequatur. Si aut πρωτοπραξίαν requirat mulieri, ad hos mutatur oportet, vt re vera traditam eſſe dotem merito probet. Idque à Iuſtiniano ſumma ratione ita reſtrictum eſt. nam quod cõtra communem rationem eſt, variis ab ipſis legum latoribus modis, ſi id poſtulet æquitas, reſtringi ſolet. Non intempeſtiuè hic quæritur, deuoluatúrne id de quo diximus, priuilegium ad hæredes, an minus? Et tranſire ad hæredes receptum eſt, Bartol. ad l. 1. & ad l. poſt dot. D. ſol. mat. cuicunque enim actio dotis conceditur, ei & hypotheca in bonis mariti non denegatur. Quod ne quis alio quam ratio admittat, referat, obſeruandum eſt, hypothecam quidem eandem, quæ defuncto conceſſa fuit, hæredibus competere: ius autem quod vocant prælationis, illi à iure indultum non immeritò ei qui in defuncti locum ſuccedit, niſi ex decendentium numero fuerit, denegari, vt Bartol. dict. locis. An aut filiis ex altero matrimonio conceptis, iure beneficium cõcedatur, apud interpretes controuerſum eſt. nos eam ſequimur opinionem, quia non competere alterius matrimonij filiis id priuilegium exiſtimatum eſt. Hac ratione eò inducti, quod modus in ijs, quæ non ſine alieno incommodo conceduntur, ſeruandus ſit. Quòd ſi quis eius rei plura teſtimonia requirat præfationem noſtram adeat. Quando dies reſtit. dotis venerit, & cui actio dotis comp. ne id aliquẽ anxiũ & ſuſpenſum teneat, paucis aperiendũ cẽſui. Et

tūc demū cū ſolutum eſt matrim. doris actinu. inſtit. eſſe, norandum eſt. hoc tamen obſeruato ſi maritus bona ſua, & vniuerſam ſubſtātiam calamitate, aut infortunio amiſerit, exinde dotis actionem competere ex quo mariti facultates dotis ſolut. non ſufficere euidentiſſimè apparuit, idque ab Vlp. lib. 33. ad ędict. æquiſſimè reſp. eſt, in l. ſi conſtante. D. ſol. mat. & hoc commodiſſimè ad calamitatem & infortunium reſtringimus: nam Iuſtinianus in l. vbi adhuc. C. de iure doti. vxoribus electionem concedit, vt vel diſſoluto matrimonio, vel eo conſtante, ſtatim atque viri ſua bona cœperint profundere, actionem dotis aduerſus maritos inſtituant. Non cogitur itaque mulier, ſi maritus æquo diſſolutus viuat, donec certus rei ſit euentus, expectare. Si tamē aliquis frugaliter, vt priuatum decet, viuat, ac caſu quodā abſque ſua culpa facultatib. priuetur, aliud, teſtāte Vlpiano in d. l. ſi cōſtāte iuris. erit. Quippe nō temere de mariti moribus ex euētu iudicare nos oportet, cum aliquoties diligentiſſimi quinque patresfamilias Oeconomiæ ſtudioſiſſimi fortunis ſuis euertantur: fortunam enim cæcam dixerunt eſſe Philoſophi, vt Demetr. in Apoph. Eraſmi. de quo vide Ciceronem in libris ad Herennium. Virgil. in ver. de fortuna. atque id ꝙ immeritis tribuit, meritis denegare: ideóque tradidit. Cicero. 2. de diuinatione, nihil magis fortunæ contrarium eſſe, quam ipſam rationem, & hac de cauſa ſumma æquitate à Iuriſc. reſp. eſt, d. l. ſi conſtante. §. ſi exhæred. marito mulier agat magis eſſe, vt ex die aditæ patris hæreditatis incipiat ei actio. Hæreditate enim nōdū adita, incertum eſt maritum inopem eſſe, cùm exhæredatio omnino pendeat ex aditione hæreditatis: nec antea efficax eſſe dicatur, l. filium. §. ſed cùm exhęredatio, D. de bono. poſſeſſ. contra tab. Alteri quæſtioni vulgo reſponderi ſolet doris exactionem vxori competere, l. Caius. D. ſol. matr. niſi vel dos profectitia ſit: vel extraneus qui dotem dedit eam ſibi reddi pactus, vel ſtipulatus fuerit: nec id ſine ratione, nam actio dotis à patre profectę, communis eſt patri & filię in poteſtate exiſtenti, l. 2. §. quod ſi. D. d. ti. In aduētitia verò dote nullus patri datur locus, atque hoc ab Vlpiano, in d. l. 2. & in Inſt. ſuis de dotibus negatum eſſe nemo ſanus dixerit, patri enim quanquam ratione patriæ poteſtatis directam actionem aduentitiæ dotis nomine concedat, vtilem tamen filiæ non denegat. Quod ſi pater ex conuento vel interpoſito tempore cum cōſenſu filiæ dotem profectitiam ſibi reddi ſtipulatus ſit, ceſſabit omnis participatio, & patri ſoli actio dotis concedetur. l. quoties. D. ſol. mat. l. auia. C. de iure dot. Extraneus vero ſolo pacto, ſine interuētu ſtipulationis, actionē de dote in ſe trāsferre poteſt, l. legem. C. de pacti. l. rebus C. de ver. permu. l. legem. C. de dona. Nec id rationi repugnat. ei namque qui vltro donationis titulo dominium in aliquem transfert, quācunque legem voluerit, dicere licet, in traditio. D. de pactis. Pater autem filiam magiſtratus Officio dotare cogitur. l. qui liberos. D. de ritu. nup. l. vlt. D. de dotis promiſſ. Sed fortè vrgebit quiſpiam Papiniani Iuriſconſ. reſponſ. in l. poſt dotem. D. ſol. matr. Poſt dotem datam, inquit, & nup. contractas ſtipulatus eſt pater voluntate filiæ diuortio facto dotem dari: ſi cōditio ſtipulationis impleatur, & poſtea ſi filia ſine liberis deceſſerit, non erit impediendus pater quo minus ex ſtipulatu agat. Viua autē filia ſi agere vult, exceptione ſubmouendus erit. Quæ quidem Papiniani ſententia ſtipulationem, à patre cum conſenſu filiæ emiſſam, non impedire, quo minus actio dotis filiæ competat, apertè oſtendit. Verùm id noſtræ ſentētia nihil derogat. in ea namque hypotheſi, in qua verſatur Iuriſconſ. non ſibi reddi dotem, ſed reddi ſtipulatus eſt, atque ſi dubitatio ex ea ſtipulatione emergat, non ſibi vt ius aliquod tribuatur: ſed filiæ nomine ſtipulatus eſſe, eiuſque negotium geſſiſſe cenſetur. Cautè igitur patres in hac ſtipulatione verſentur, nec enim filiæ facilè fit præiudicium. Parētes namque filias dotare, vti diximus, coguntur. Porro traditū antea eſt ex Iuſtiniano, non ſolum vxori pro repetenda, verum etiam marito pro tradēda dote hypothecam indulgeri. Atque orta eſt hinc maxima dubitatio, reſeruetúrne ei integra poſt euictionē hypotheca. Et pluribus eandem hypothecam poſt euictionem concedi, non immerito viſum eſt per l. 1. §. 1. C. de rei vxor. act. vbi vide Gloſ. ad verbum, euictis. cum. n. euictio æquè fiat in detrimentum mariti, ac ſi dos nunquam ab vxore tradita fuiſſet: idem beneficium ꝙ ante traditionem, etiam euictione facta, concedi ratio poſtulat. Dotis namque promiſſio non lucro ſolum ſed & maxime oneris coniuncta eſt. Atque hactenus de dotium priuilegio, earumq́ue fauore dictum eſt, quod quidem ne alio quam debeat, referatur, id certo tenēdum eſt, quamuis iuſtiſſima de cauſa hæc dotibus indulta ſint beneficia, euenire tamen aliquando, vt eadem æquitate ſuadente non ſolum remittantur: verū etiam omnino pro negotij qualitate, & creditorum fauore tollantur. Huiuſque exemplum eſt in eo, qui militiæ cauſa pecuniā credidit, modo inſtrumento de credito certo conſtet. l. ſi. C. d. pig. cum auth. ſubſequent. Bal. in tract. de dote vult, ꝙ creditor qui in militiā emendā credidit ſolū, præferatur doti poſteriori. In primipilari cauſa etiā obſeruatū eſt, vt ſi per Primipili adminiſtrationē incōmodi aliquid alatū ſit, nō tantū mariti, ſed & vxoris bona fiſco hypotheca obligantur. l. ſatis notū. C. in quib. cau. pignus tacitè cōtrah. Nec hoc nouū videri debet. Cum enim primipilo (vt Vegetius lib. 2. & Pompo. Lætus in libello de Magiſt. & Sacerd. Roma. tradūt) totius belli adminiſtratio commiſſa ſit, quāto Reip. malo futurum ſit, ſi male officio fungatur, nemo non videt. Dotis autem cauſa ſi cū fiſco propter malè à marito adminiſtratū primipilari officium eo ocurrat, priuati eſt, nō publici, ex eáque priuati cauſa læditur. id vero ꝙ ex adminiſtratione oritur damnū, publicum eſt. Iam cum publica priuatis longè præualeant, maiore etiam fauore digna fuerunt. Funeraria quoque actio, dotis cauſæ præfertur. l. impenſæ. D. de rel. & ſumpt. funerum. Ne cōtra omnem inhumanitatem cadauera inſepulta iaceant. Poſtremò, ne maritus omnibus bonis exutus, vix tantum retineret, quo duram poſſit repellere famē: immeritò non vltra quam facere poteſt, condemnandus eſt. l. maritum. D. ſol. matr. Non ꝙ ceſſet actio, ſed ſola humanitatis cauſa id expoſtulāte. Quid enim tam humanum eſt, tam liberale, tamq́ue munificum, quam miſeris & inopibus (inquit 3. de Ora. Cicero) opē ferre & afflictos excitare? Et idcirco à Iuſtiniano Imperatore l. vnica. § cùm autem. C. de rei vxoriæ act, conſtitutū eſt, vt maritus, in quantum facere poſſit, condemnetur: quia hoc æquiſſimum eſt, & reuerentiæ debitum maritali, ſi non dolo malo verſatus ſit: cautione videlicet ab eo exponēda, quod ſi ad meliorem fortunam peruenerit, vt quod minus perſoluit, hoc reſtituere promittet. Quantum vero maritus facere poſſe dicatur, ex iudicis pēdet arbitrio, qui familiæ & perſonæ dignitate diligentiſſimè inſpecta, quantū æquum videbitur, marito ſuppeditādum eſſe iudicabit: hoc tamē attēdēdū eſt, maritū æs alienū deducere nō poſſe: maritus enim facere poſſe creditur,

Paulo

Paulo teſte, in l. maritus D. ſolmatr. nullo deducto ære alieno At is qui ex donatione conuenitur, omni ære alieno deducto facere poſſe intelligitur. Non autem duntaxat in dotis exactione hoc beneficio maritus gaudet: verum etiam in quacunque actione, quæ ex contractu inter coniuges conſtante matrimonio celebrato originem ducit. Quòd ſi verò negotium diuortio iam facto geſtum fuerit, ceſſare priuilegium teſtatur Scæuola, l. diuor. D. de neg. geſt. vide etiam l. non tantum. D. de re iud. Et hoc idem quidem beneficium ideo firmum eſt & validũ, vt ne pacto quidē tollit poſſe Pomponius aſſeruerit, l. alia. §. eleganter. D. ſol. mat. Tale enim pactum contrarium eſt bonis moribus, & Reip. aduerſatur. Nec ſolum marito, verum ei qui dotem promiſerat, hoc beneficium cōceſſum eſt. Atque ideo Neratius & Proculus teſtantur in l. ex diuerſo. D. d. tit. iuſtum eſſe vt Socer marito ex promiſſione dotis duntaxat condemnetur, inquantum facere poteſt. parentis enim loco eſt idque & mulieri non denegatur, cùm ſocia ſit omnium cum viro bonorum.

De vtilitate atque fauore dotium. Cap. 5.

Ait Paulus Iuriſconſ. lib. 6. ad Edictum.

INtereſt Reipub. & hanc ſolidam conſequi, vt ætate permittente nubere poßit. Sine liberorum procuratione humanum genus diu ſupereſſe non poſſe, clarius eſt, quam longa diſputatione egeat, atque ideo non inconſultè Hadrianus Imp. teſte Paulo in l. cum ratio. D. de bonis dam. reſcripſit, Se malle, hominum adiectione, quam pecuniarum copia imperium ampliari: nec hoc ſolum cælibatus traditur incōmodum, verũ etiam aliud, idque à Philoſophis longè maximum eſt habitum. Si enim humanum genus deficeret, quis diis (vt inquit Antipater, in præceptis nuptialibus apud Stobæum.) ſacra faceret? Lupi nimirum & leones. Quod quidem cum etiam à Platone in lib. de leg. expenſum eſſet, commodius adhiberi remedium non poſſe putauit, quam ſi vterque ſexus, vt maximè poſſet, liberorum procreationi daret operam. Quin & illa ipſa natura, quæ nihil temerè, nihil inconſultò cōſtituit, hoc ipſum etiam præuidiſſe videtur: nec enim homi ſolum, ſed & bruta animantia ad ſimilium generationem maxime ſtimulat, vt Cicero 1. offi. Quid loquar (inquit idem 2. de na. Deorum) quanta ratio in beſtiis ad perpetuam conſeruationem earum generis appareat? nam primum aliæ mares ſunt, aliæ fœminæ, quod perpetuitatis cauſa machinata eſt natura, deinde partes corporis, & ad procreandum, & ad concipiendum aptiſſimæ: & in mare & in fœmina cōmiſcēdorum corporũ miræ libidines. cũ autem in locis ſemen inſedit, rapit omnem fere ad ſe cibũ, eoque ſeptũ fingit animal, ꝙ cũ ex vtero lapſum excidit, in iis animalibus quæ lactæ alũtur, omnis fere cibus matrũ lacteſcere incipit, & ea quæ paulò ante nata ſunt ſine magiſtro, natura duce mammas appetunt: earũque vbertate ſaturantur. Atque vt intelligamus nihil horũ eſſe fortuitum, & hæc omnia eſſe prouidæ ſolertiſque naturæ: quæ multiplices fœtus procreant, his mammarũ datam eſſe multitudinem ſciendũ eſt, quas paucas habent hæ beſtiæ, quæ pauca gignunt. A Platone etiam lib. 6. de legib. traditum eſt, coniũctionem maris & fœminæ, legitimam naturalemque eſſe, & à natura ad liberorũ procreationem conceſſam. In quam ſententiã & ab Ariſtotele in œconomico, itũ eſt Hoc igitur cùm à natura requiſitũ fuiſſet, ad humanam ſocietatem conſeruandam conuenientior ſane modus à Philoſophis excogitari non potuit, quã matrimoniũ, ꝙ eſt, vt Halicarnaſſeus in lib. *περὶ τῶν γαμηλίων* prodidit, *σύμμιξ σὲ κοινωνία διεῖν τοῖν πρωσ φερωτατοῖν εἰς ἅπαντα τὸν βίον*, ſeu vt inquit Imperator, §. 1. in Inſtit. de patria poteſt. viri & mulieris coniũctio, indiuiduã vitæ conſuetudinem continens. Nec tamen id negare poſſumus, ſine matrimonio perpetuũ quaſi & immortale ſore humanũ genus. generatio enim, vt à pluribus traditũ eſt, ſine nuptiis conſiſtit. Sed rectè Muſonius, (cuius ſententiam apud Gnomologos videre poſſis) tradidit, ideo inuentũ eſſe matrimoniũ, quod iuſta & legitima generatio ſine nuptiis eſſe non poſſit. & hinc ſapientiam fuiſſe ait Horatius.

Concubitu prohibere vago, dare iura maritis.

Non immeritò igitur à Philoſophis traditum eſt, domũ ſine nuptiis mancam eſſe. Quod enim opus venereum decentius, quam viri & vxoris? vt Muſonius apud Stobæum. Certum itaque id ſit, maris fœminæque coniunctionem neceſſariam eſſe, & vtrunque ſine altero debilem eſſe. Ariſt. lib. 1. Polit. Improbanda verò & ab omnibus Reſpub. explodenda quarundam regionum hac in re conſuetudo fuit. Nam apud quoſdam, vt apud Britannos referente Iulio Cæſare lib. 5. belli Gal. c. 9. deni aut duodeni ab eodem ſtemmate prognati, cōmunes habebant vxores apud alios autem obſeruatũ fuit, vt nullo diſcrimine omnibus vxores communicarentur, vt liquet in Africa minore, teſte Ariſt. pol. 2. & Pōponio Mela, vbi ait de Africa, idque de Garamantis teſtatur Plinius. Ex qua quidem conſuetudine quid incommodi eueniat, oſtēdit Ariſtoteles, libro 2. Polit. quod minor ſcilicet futura ſit liberorum cura, quod enim multorum commune eſt, id minime curæ eſt, ſuum quidem quiſque curat: quod verò commune eſt, ei tantam non adhibet diligentiam. Cum igitur antea (vt refert Cicero. libro primo de inuen.) legitimas nuptias nemo vidiſſet, nec certos quiſquam inſpexiſſet liberos: ſumma ſanè ratione & diuina quadam prouidentia matrimonium conſtitutum eſt, nec minori tamen prudentia & conſilio in re pretioſiſſima conſeruanda, à veteribus actum eſt. Primus enim Romanorum rex Romulus, legem ſanxiſſe à Liuio, traditur, vt quicunque per ætatem poſſent, omnes vxores ducerent. Apud Spartanos mulctam iis qui vxorem non duxiſſent, conſtitutam eſſe à Stobæo memoratum eſt. Quin & hoc apud Romanos obſeruatum fuit. Referente Tertullian. in libro de monogamia, vt is qui in cælibatu vitam degeret, ex teſtamento ciuis Romani nihil capere poſſit. Sed vt cælibatui pœna & mulcta, ita viciſſim matrimonio priuilegia tanquam bene inſtitutæ vitæ præmia, propoſita fuerunt. Apud veteres enim conſtitutum fuiſſe refert Plutarchus, in Politicis, vt cum per ſingulas domos exigenda inueſtigaretur pecunia, eius domus conſulto præteriretur, qui modo vxorem duxiſſet. Referri etiam huc poteſt lex Iulia Octauii Auguſti relata à Gellio libro decimoquinto, capit. quinto, qua cautum eſt, vt priori ex conſulibus faſces ſumendi poteſtas ſit, qui plures liberos quam collega, in poteſtate habeat, aut bello amiſerit, ſi par vtrique numerus eſſet, tum maritus, aut qui in numero maritorum eſſet, præferretur: ſi verò & ambo mariti, totidem liberorum patres eſſent, tum qui maior natu eſſet, faſces ſumeret. Referrem, ni longior eſſem, qua pœna ij, qui à matrimonio abhorruiſſent, mulctati fuerint, in Rep. Lycurgi, referēte Plutar. in apopho. Lac. & Auguſti, vt Dio. in vita Auguſt. quaq; pœna dignos eos cēſuerit Plato. At quia hoc cuiuis obuium eſt, ad eos, qui hæc poſte-

poſteritati cõmendarunt, lectorẽ relego. Quod multis indicat toties apud bonos auctores de iure trium liberorum iactata recordatio: quantopere matrimonium viguerit, & quo apud veteres fuerit in honore. Hactenus de matrimonio, dotium baſi & fundamento, ſine quo dotes nulla ratione conſiſtere poſſunt, dictum ſit ſatis. Ne autem lector παρεργῶς id à nobis tractatum miretur, in eum finem id factum ſciat, vt ex matrimonij dignitate, cui conſeruando dotes conſtitutæ ſunt, earum fauorem & præſtantiam facilius intueri liceret. Cum.n. ſine vxoribus nulla ratione, cum iis autem non ſatis commodè (vt Metellus Numidicus apud Gellium libro primo capite quinto cẽſuit) viui poſſit, inuenienda fuerunt illectamenta quaſi & illecebræ, quæ matrimonij onera, alioqui vix tolerãda, lenirent, paululúmque remitterent. Ideóque à Iulio reſponſum eſt, in l. ſi is qui. §. 1. D. de iure dot. ibi dotem eſſe debere, vbi matrimonij onera ſunt. Cui enim alioqui hæc non erit inſita opinio, nihil libero toro eſſe iucundius, melius nihil (vt Horatius in Epiſtolis inquit) cælibe vita niſi propoſita commoda & præmia, quæ nuptiarum incommoda lenent, ad aliud vitæ inſtitutum reuocent? Non abſque ratione igitur Reipub. intereſſe tradidit Paulus, hic & in l. 2. D. iure dotium, mulieres dotes habere ſaluas, propter quas nubere poſſint. Et has quidem introductarum dotiũ rationes, cùm penitus introſpicio, mirum nouúmque id mihi videri ſolet, quanam ratione à Solone, vt Plutarchus in vita Solonis, & Lycurgo, vt Iuſtinus libro quarto hiſtoriarum, prudentiſſ. alioqui legumlatoribus, dotes è Republ. ſublatæ fuerint. Has tamen ſuarum conſtitutionũ rationes tradidiſſe memoriæ traditum eſt à Iuſtino dicto loco, ne pecunia, ſed potius bonis moribus vxor eligeretur. cùm enim quanam id ratione in ſuis Repub. conſtitutum eſſet quæreretur. Lycurgus id reſpondiſſe fertur, vt neque propter inopiam vllæ relinquerentur innuptæ, nec ob id diuitias expeterẽtur: ſed vt iuuenum quiſque ad puellę mores proſpiciens, ex virtute faceret electionem. Pręclarum ſanè reſponſum, & ab omnibus laudanda conſtitutio, quæ æqualitatem in Rep. ſeruari iubeat: niſi aliud, idque longè maximum, lateret incommodum. Eueniet namque inde, vt in frequentiora ſint matrimonia. ꝙ tamen ipſi ſuis legibus maximè impedire conati ſunt. nemo enim in deteriorem conditionem & maiora incommoda facilè ſe conuciet. Tum autem qui vxorem ducit non ſatis dotatam, in paupertatis onus ſe coniicere quis non videt? Et Anaxãdridas quidem de matrimonio conſultus, eum verè ſeruum fore reſpondit, qui inopem duxiſſet coniugem: namque, inquit, vnius loco duos cogetur alere. Quod profectò incommodum quem non ab ineundo matrimonio deterreat? Quis non ſine vxore viuere mallet: & proinde ea moleſtia carere, vt ille Metellus Numidicus dicto loco apud Gel. dixit, quam ſeruili labore & onere, propter vxoris inopiam & ſe & ſuam coniugẽ vix & difficulter ſuſtentare? Nec id nouum videri debet, aliquem à matrimonio inopiæ metu deterreri poſſe, cum potius, vt ipſi putarunt, ex bonis moribus quam ex diuitiis coniugium ſpectari debeat. Id enim ſępiſſimè factum eſſe apud veteres, vt comperta inopia, etiam à ſplendidiſſimis nuptiis homines abhorruerit, legimus apud Ælianum variæ hiſtoriæ lib. 10. c. 15. liquet id in Lyſandro, licet nobiliſſimo viro. Eius enim nuptiis renũtiatũ eſt. vbi eum inopẽ eſſe reſciuiſſent. Quod ipſum, ſi ſine dote elocarentur filiæ euenturũ certo ſatis conſtat. ea eſt enim, vt ſemper fuit, hominum auaritia, & diuitiarum cupido inſatiabilis, vt nõ ſpectetur, quàm morata ſit, ſi dotata fuerit ſatis. Protinus enim, vt Iuuenalis ſatyra 6. inquit, ad cenſum de moribus vltima fiet quæſtio, & idipſum hominibus perſuaſum eſſe Plautus indicat in Perſa.

Tace ſtulta, inquit, non tu nunc hominum mores vides
Quoiuſmodi hic cum mala fama facile nubitur:
Dum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur.

Et licet bonos mores ſpectari æquius fortaſſis fuerit, vt Plutarchus in pręceptis cõcubinalibus. (quemadmodum enim ſpeciali ex auro gemmiſque conſtructi nulla fuerit vtilitas, niſi formam ſimilẽ repræſentet: ita neque diuitiis vxoris fructus vllus eſt, niſi vitam exhibeat marito ſimilem, & ingenium concors vti Plutarchus ibidem) quis tamen innatam quodammodo, & à primis annis inſitam ex hominum mentibus opinionem euellere, & omnino eradicare poterit? Quo igitur fauore dotes non eſſe dignas putabimus, quæ rei tam precioſæ, & ſine qua reſpublica ſalua eſſe non poſſit, neceſſario adhibetur? dotatas enim eſſe fœminas, ad ſobolem procreandam, replendam liberis ciuitatem, maximè neceſſarium fore reſpondit Vlpia. in l. 1. D. ſol. matr. & in eum finem reſponſum hic eſt à Paulo: Reip. intereſſe dotem conſeruari. Sine matrimonio enim quam debilis & infirma futura ſit quæuis Reſpub. ex iis quæ ſuprà recenſuimus, ſatis liquet, & idcirco abſurdum videri non debet dotes vt conſeruentur, reip. intereſſe, cùm ſine iis debita matrimonij dignitas, & proinde humana ſocietas facilè (vt oſtendimus) infringatur, inquam ſententiam à doctiſſimorum hominum cœtu in conſilio Arelatẽſi itum eſt, 30. quæſtion. 5. cap. nullum. nec id ita accipi volumus, quaſi ſolus conſenſus non ſufficeret ad matrimonij vinculum, cum id apertè iure expreſſum ſit, l nuptias. D. de regulis iuris. ſed hoc explicare nitimur, è Repub. eſſe, dotes conſtitui, vt matrimonia frequentiora ſint & celebriora & hæc ad explicationem huius legis ſufficere videbantur.

Quod priuilegium, Pupillus, Adultus, Furioſus, vel mutus aduerſus tutorem, pro tutorem curatorem, vel ſimiles perſonas habeat. Cap. 6.

Ait Vlpianus lib. 63. ad Edictum.

SI quis cùm Tutor non eſſet, pro tutore negotia geſſit, priuilegio locum eſſe manifeſtum eſt, Nec intereſt ſiue ipſe debeat qui geſſit ſiue hæres eius, cæteriq. ſucceſſores. Ipſe autem pupillus habet priuilegium: ſed eius ſucceſſores non habent. Sed æquiſſimum erit, cæteris quoque, quibus curatores quaſi debilibus vel prodigis dantur, idem priuilegium competere.

Quantopere à veteribus laboratum ſit, ne tutores in alium, quàm par eſſet, vſum bona pupilli conuerterent, innumeris Iuriſconſultorum reſponſis ſatis expreſſum eſt. In hunc enim finem obſeruatum fuit, vt tutores ante ſuſceptum onus fidem præſtarent, vt Cicero in Topicis, non aliter ſe, quàm ratio dictaret, in bonis pupilli verſaturos. Quin & ea de cauſa, qui contra, quàm poſtulanit æquitas, res pupilli adminiſtrauit, infamia notatus eſt. l. 1. D. de his qui not. infam. Quapropter à Cicero. pro Q. Roſcio Comœdo, inter priuata iudicia ſummæ exiſtimationis relatam eſſe tutelam videmus: Sj qua ſunt, inquit, priuata iudicia ſummæ exiſtimationis, & penè dicam capitis, tria hæc ſunt, Fiduciæ, Tutelæ, Societatis. Æque enim perfidioſum & fidem frangere, quæ continet vitam, & pupillum fraudare,

dare,qui in tutelam peruenit, & ſocium fallere,qui ſe in negotio coniunxit. Sed hoc præterea & id quidem egiſſe, perfidioſum eſt, fauore tutelæ conſtitutionibus principum indultum eſſe inter omnes conſtat, in tutoris .ſ.bonis ea adminiſtratione hypothecam pupillo conceſſam eſſe. Pro officio (ait Conſtantinus in l. pro officio. C.de admi.tuto.) adminiſtrationis tutoris vel curatoris bona ſi debitores exiſtant,tãquam pignoris titulo obligata, minores ſibimet vendicare minimè prohibentur: quin & Demoſthenes κατὰ Ἀφοβ' non obſcurè indicauit, apud Athenienſes acceptum fuiſſe,vt vxoribus bona mariti pro dote tutorumque bona pupillis obligata eſſent. An autem id,quod Cõſtantinus tribuit priuilegium, iure Pandectarum receptum fuerit, dubitatum eſt. Et pleriſque viſum eſt, ad l.fina.D.qui.cau.pig.ta.cõtrah. hoc mod. priuilegium pupillis conceſſum eſſe à Iuriſconſ. quod inter perſonales actiones vertitur, cũ aliud nullibi expreſſum inueniant: ab aliis verò reclamatum.vt per Franciſ.Balduin. in tractatu pignorum, quem ſecutus eſt D. Gabriel Mudæus cum doceret pignorum materiam ann. 50. Voluerunt enim illis hypothecam etiam Iuriſconſultorum ætate pupillis fuiſſe indultã. Quam ſententiam, cùm ſolidiſſimis argumentis nitatur, & nos ſequimur: videturque Scæuola,licet obſcurius,id ſignificaſſe. Tutoris,ait in d.l. fin. hæres cum hærede pupilli tranſactione facta, cùm ea ea maiorem partẽ ſoluiſſet, in reſiduam quantitatem pignus obligauit. Quæſitum eſt,an in veterem contractũ iure res obligata eſſet. Reſpondit ſecundum ea,quæ proponerentur,obligatam eſſe. Cuius quidem reſponſi poſtremã verba Accurſius interpretatus eſt, ad d. l. fi.& cæteri qui contrariam ſequuntur ſententiam, quaſi hìc non ageretur de pignori ſiue hypothecæ iã obligata, ſed de ea, quæ priori expreſſa conuentione, hypothecæ vinculo fuit adſtricta,quàm obligatam Iuriſconſ.appellat,ob ius(vt illi viſum fuit)retentionis. Ait enim Imperator in l.1.§.C.etiam ob chirog.pec. pign.ret. poſ. At ſi in poſſeſſionem fueris conſtitutus, niſi ea quoque pecunia tibi à debitore reddatur vel offeratur,quæ ſine pignore debetur,eam reſtituere propter exceptionem doli mali non cogeris. Hæc autem interpretatio à mente Iuriſconſ.longe aliena, & proinde abſurda nobis viſa eſt. Quæſitum enim fuit,an iure,non fictè,in veterem contractum res obligata fuerit,ſiue an res nunc in cauſam tranſactionis pacto cõuento obligata in veterem cauſam, ſeu quod tantundem valet,pro eo, quod actione tutelæ peti poterat, maneat obligata iure, id eſt, tacite, & obligatione quadam legali,quemadmodum prius ea ipſa res cum omnibus tutoris bonis, nunc ad hæredem tranſlatis obligata fuit. Pignus autem hoc in cauſam tranſactionis datum,non ex propriis hæredis rebus, ſed ex iis,quæ à defuncto tutore ad hæredem peruenerunt, ſumptum eſſe,licet à quibuſdam id in controuerſiam trahatur, Ful.ſ. & Albet.ad d.l fin.certiſſimum eſt & hoc ſecutus eſt D. Gabriel Mudæus cũ doceret tractatum pign.ann.50. Quippe quæ eſſet alioqui dubitationis cauſa,cum certum ſit,rem hæredis nunquam fuiſſe in veterem cauſam obligatam ante tranſactionem. Hinc igitur exorta eſt maxima in reſponſo Scæuolæ quæſtio: prima namque fronte apparet,omnino & in vniuerſum a veteri obligatione receſſum eſſe,& tranſactione fuiſſe extinctam actionem tutelæ, atque ita extincto principali debito, ex adminiſtratione tutelæ contracto,conſumptam eſſe tacitam etiam obligationem,quæ illi,tanquam acceſſorium acceſſit,ca. acceſſor.de reg.iur.lib.6. potuit quoque id ea ratione veriſimilius alicui reddi,quod hæc res expreſſe pignori data eidem creditori in aliam cauſam, nempe tranſactionis,a tacita, eaque generali obligatione liberata eſſe videatur,licet aliquando tamen vſu veniat, vt ad priſtinam obligationem, actionemque tutelæ tranſactione non ſeruata, redeundum ſit,l.ſi prætextu.1.C.de tranſact.& Ful.ad d.l.fi. Sed Scæuola ſecũdum ea quæ propoſita fuerunt, reſpondit,durare adhuc taciti pignoris obligationem. Tranſactio enim nõ tollit actiones ipſo iure.l.cum propon.C.de pact. & l.ſiue apud acta.C. de tranſact. Verum exceptione agentem ſubmouet, niſi Aquiliana interceſſerit ſtipulatio & acceptio ſecuta fuerit. l.vt reſponſum. C. de tr. Cum itaque nulla facta ſit hic ſtipulationis mentio,dicitur tranſactio celebrata non animo nouãdi veterem actionem tutelæ: alioqui.n.pignus in veterem cauſam durare,non reſponſum eſſet.de quo vide quæ dict.ſunt ad ſi l.2.§.1. Nouatione.n.hypothecæ & pignora tolluntur, niſi dolus qui omnem contractum lædit,interceſſerit. Sanè in d.l ſub prætextu. inquiunt. Imp. Diocl. & Max.ſi per ſe vel per alium ſubtractis inſtrumentis,quibus veritas argui poterat, deciſione[m] litis extorſiſſe probetur, ſi quidem actio ſupereſt, replicationis auxilio doli mali pacti exceptio remouetur. Ceſſat igitur ea, quæ noſtra in lege mouetur controuerſia, de quo ſ. priuilegii exegiſſe putandus ſit Vlp. cum inquit. Priuilegio locum eſſe oſtenſum eſt,eaque verba,non vt vulgo,de priuilegio,quod inter perſonales creditores, verum etiã de eo, quod inter hypothecarios vertitur, exaudiemus: cui opinioni,ſi quis ſuperioribus argumentis nõ contentus accedere recuſet,apertioraque requirat vnico Seueri & Antonini Caracallæ diuorum patris & filij reſponſo ei ſatisfactum velimus: Nõ eſt interdictum, inquiunt in l vnica.C.rem alie.gerentibus non interdici rerum ſuarum alie.tutoribus vel curatoribus, & ſi ex eo titulo iudicati debitores ſunt conſtituti,cum ſua cauſa res ſuas alienare: potuit ergo curator tuus fundum ſuum cum ſuo onere obligare fiſco noſtro, nam & priuato potuiſſet. Quo quidẽ reſcripto apertè traditum eſt, horum Imp. ætate pupillo in bonis tutoris cõceſſam fuiſſe hypothe.quid.n.aliud eſt,fundum cum ſuo onere obligare? Nũc quis,niſi antiquitatis & hiſtoriæ planè ignarus Vlp ætate id receptum fuiſſe negauerit, cum Vlpia & in Alexandri Seueri conſilio,& eius familiaris fuerit? Conſtat autem apud hiſtoricos,inter Seuerum & Alexandrum Caracallã, ſolum Macrinum & Diadumenum ſimul, & Heliogabalum imperaſſe,& tunc demum ad Imperij faſtigiũ euectum eſſe Alexandrum. Hinc etiam patet alterius cuiuſdam reſponſi quod Hermogeni tribuitur,interpretatio, cùm ipſe eadem cum Vlpiano tempeſtate claruerit: Non ſolum,ait in l fina. D.de tut.& rat. diſtra.tutelæ priuilegiũ datur in bonis tutoris, ſed etiã eius qui pro tutore negotium geſſit: vel ex curatione pupilli,pupillæve,furioſi,furioſæve debebit,ſi eo nomine cautum non ſit. Sed mirum nõ eſt,veram & genuinam legis ſententiam veteres interpretes latuiſſe, cum res hæc ab antiquitate, cuius ipſi æquo imperitiores fuerunt,penitus dependeat. His obiter indicatis,ad legis noſtræ explicationẽ progredimur. Eũ itaque pro tutore negotia gerere,ſciẽdũ eſt, qui (vt alio loco in l.prima,D de eo qui pro tut.vel cur.neg.geſt. Vlpianus tradidit) munere tutoris fungitur in re impuberis,ſiue ſe putet tutorẽ,ſiue ſcit ſe non eſſe,fingit tamen eſſe, & hũc pati iure cũ tutore cenſeri debere ratio poſtulat. nam quicunque tutelæ munere fungitur,ſiue is tutor ſit,ſiue nõ,nulla ratione committere

debet,

Digitized by Google

debet,vt pupilli bona peſſum eant, & hac de cauſa à Pomponio reſponſum eſt, in l.penultim.D.d. Titu. eum qui pro tutore negotium gerit,eandem fidem & diligentiam præſtare quam tutor. Reſtat nunc id explicemus, quod Vlpianus tradidit, pupillum habere priuilegium,ſed eius ſucceſſores nõ item:& hoc quidem ea ratione reſponſum eſt,quòd in omnibus cauſis id obſeruetur,vt ibi perſonæ conditio locum facit beneficio,ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat.l.quia tale.D.ſolut.matrimo. Qua ratione & Papinianus reſpondit, in l.ex pluribus. D. de adminiſt. tut. In rem ſuam iudicatum procuratorem datũ, priuilegium pupilli non habere,quòd nec hæredi pupilli detur:nec enim cauſæ,ſed perſonæ ſuccurritur,quæ meruit præcipuũ fauorem. Et hic profluxit illa apud interpretes agitata quæſtio, de qua vide Accurſium ad d.l.ex pluribus circa verba. Datur extraneo. Referatúrne idipſum,quod ſucceſſoribus Vlpian.denegat priuilegium,ad ſuum hæredem, an minus? atque quibuſdam placuit, hac potiſſimum ratione idipſum ad ſuum hæredem deuolui,quòd idem in hypotheſi non diſſimili traditum ſit.ait enim Vlpianus .in l. maritũ. D.ſoluto matrimonio. Priuilegium mariti, ne vltra, quam facere poſſit,condemnetur,hæredi denegandũ eſſe,nulla habita inter hæredes diſtinctione, ſalua tamen Vlpia. ſententia, ſubiunctum eſſe à Triboniano Pomponij reſponſum, in l.etiam D. de Titul.quo mariti priuilegiũ ad filium producitur. Altera,eaque validioribus argumentis fulta,acceſſit opinio, qua generali Vlpiani dicto quemuis ſucceſſorem à priuilegij ſucceſſione reiecerũt: nec ſanè impedit hãc ſententiam aduerſariorum à ſimilitudine ductum argumentũ:vtriuſque enim hypotheſeos longè diuerſa eſt ratio. In alio enim Iuriſc.reſponſo in dicta lege. etiã. apertè id ad ſuũ heredem relatum eſt, hìc autem minimè,quod cùm ita ſe habeat,nemini tantam conceſſam eſſe authoritatem autumo,niſi legẽ & immutare & cõcedere poſſit:vt id ꝙ Vlpian.ſucceſſori denegauit,vel ad ſuũ hæredem producere audeat. Nec enim nobis inter ſuũ hæredẽ & aliũ quemuis ſucceſſorem, ad priuilegiũ,quòd attinet,diſtinctionẽ effingere permiſſum eſt cum ea nullibi à iuriſcõſultis expreſſa ſit.

§.

Sed æquiſſimum erit, cæteris quoque quibus curatores quaſi debilibus vel prodigis dantur.

Qui ſint debiles de quibus hîc agit Vlpia. connexum Pauli reſponſum declarat: Vel ſurdo, inquit, & muto æquiſſimum erit idem priuilegium competere. Qua ratione his curator,qui eorum bona adminiſtraret,datus ſit tradidit imperator in §. furioſi. inſtitutio. de curat.quod ſcilicet rebus ſuis ſupereſſe nõ poſſint,& idcirco mirum,videri non debet,curæque cæci bona alij non ſint commiſſa. Is namque in gubernanda re familiari plus valet. Appiũm enim Claudiũ Cæcum,non ſolum ſuæ rei,ſed & reip.rectè præfuiſſe hiſtorici,Dionyſ.& Liuius iis libris.quibus agunt de Claudio,Cicero & Vlp.in l.2. D.de poſtulan. teſtantur:furioſum etiam & fatuum dominum eſſe rerum, ſuarum,vt Cicero tradit,lib.4.Tuſc.queſt.vetant.12. tab.cuius legis apud eundem(libr. 2. de inuentione meminit & Cornific.li.1.Rheto.ad Heren.)hæc ſunt verba:Si furioſus eſt agnatorum gentiliũmque in eo pecuniave eius poteſtas eſto. Vnde Horatius, lib.2. Sermonum,de furioſo agens, interdicto huic omne adimat ius prætor, Et ad ſanos abeat tutela propinquos. Hinc illud,ꝙ vulgo de eo,qui mẽtis incõſtantia laboraret,dici ſolitũ eſt,ad agnatos & gẽtiles deducatur. Meminit huius Colume.li.1.c.3.& Varro,li.1.c.2.qui ſalubrẽ,inquit,locũ negligit, mente captus eſt, & ad agnatos & gẽtiles deducendus. Furorẽ autẽ vocari ũt,vt tradidit Cicero 3. Tuſc.Quæſt.mẽtis ad omnia cæcitatẽ, ſeu, vt definit Plato in Phædro,mentis alienationẽ: inſaniã verò ſtultitiam eſſe cenſuerunt, id eſt,cõſtantiã ſanitate vacantẽ,poſſe tamẽ tueri mediocritatẽ officiorũ,& vitæ cõmunẽ cultũ atq; vſum, & animi quidẽ affectionẽ, lumine mentis carentem, acutè veteres nominaſſe amentiã ſeu dementiã,hancque Græcis μανίαν dictam fuiſſe, indicat eod loco. Tullius. De inſania autem Horatius lib. 2. ſermonum.

Quem mala ſtultitia,& quæcunque inſcitia veri
Cæcum agit,inſanum Chryſippi porticus & grex
Autumat.

Inter furioſum & mẽte captum maximam eſſe differentiam oſtendit Alciatus,in Parer. cũ diuerſæ ſint inſaniæ,& alienatæ mentis cauſæ, diuerſi etiam oriũtur furores. vide Platon.in Phædro, & Cic. 3. Tuſc. Quæſt.atque hinc variarũ inſaniæ ſpecierum illa diſtinctio, furoris enim mille ſunt ſpecies. ait namque in Abdicato. Lucianus, τῆς μανίας μυρία εἴδη ἐςίν. Prodigo etiam legib. 12. Tab. adminiſtratione rerum ſuarum interdictum fuiſſe author eſt Vlp.in l.1.D. de curato.furioſo. Eum autem prodigum vocamus, qui neque tẽpus nec finẽ expenſarum habet:ſed bona ſua dilacerando,& diſſipando profundit, vel, vt inquit Cic. 2.offi.qui pecunias effundũt in eas res, quarũ memoriã aut breuẽ,aut nullã omnino relicturi ſunt. Sed inique id conſtitutum fuiſſe,alicui fortè videbitur,cũ nemini ius ſuũ detrahi debeat.§. ſi inſt.de his qui ſunt ſui iuris vel alie.aut,vt dixit M.Tull.in oratio. ꝓ Cęcinna.& huic cõſonat l.quiſq; D.de reg.iur. firmiſſima ciuitatis Romanæ fundamẽta eſſe,vt ſui quiſq; iuris & dimittẽdi, & retinẽdi ſit dominus. At is id animaduertat velim,quanti Reip.interſit, ne re ſua quis malè vtatur.d.§.ſi Et idcirco in quorũdam Repu.vt apud Solonẽ,Plutarc.infamia notatos fuiſſe ꝓdigos: apud quoſdã verò, etiã puniri ſolitos fuiſſe, vti apud Areopagitas, ab Atheneo lib.4.traditũ eſt huc pertinẽt ſolennia illa verba, quæ à Iulio Paulo referuntur Sẽtẽtia lib.3.ti.5 Quãdo tibi paterna bona auitaque, nequitia tua diſperdis,liberoſq; tuos ad egeſtatẽ perducis,ob eam rem tibi ea re,cõmercioque interdico. Porro ſciendum eſt, Prætores vel præſides poſtea, ſi talẽ hominẽ inueniſſent,curatorẽ ei,exẽplo furioſi,dare ſolitos eſſe, ꝙ & à Valerio Maxim.indicatum eſt. Ait enim ille. Q. Fabij Maximi Allobrogici ciuis & Imperatoris clariſſimi,filio Q.Fabio, cùm luxuria vitã ageret,à Q.Põpeio prætore vrbano bonis interdictũ eſſe. Et hoc quidẽ eo magis adſcribẽdũ eſſe duxi, quòd vindicatæ ꝓdigalitatis exẽplũ referat.memorabile.ait enim,in tãta ciuitate,q̃ illud decretũ in nobiliſſimo iuuene reprehẽderet, inuẽtũ fuiſſe neminem.

An aduerſus curatorem bonis datum,priuilegium competat §.1. l. 6. *Cap. 7.*

Ait Vlpianus lib.63.ad Edictum.

SEd ſi bonis datus ſit curator vel abſentis,vel ab hoſtibus capti,vel dũ deliberãt ſcripti hæredes de adeũda hæreditate, nõ oportebit priuilegiũ dari.nõ enim in eadẽ cauſa eſt.

Ne cui nouũ videatur,(cùm alio loco tradita ſit inter curatores,ad priuilegiũ quòd attinet,differẽtia) diſtinctionẽ hîc ab Vlp. inter bonorũ & alios curatores collocatam eſſe,viſum eſt quid hæc verba vel int. Nõ enim in eadẽ cauſa eſt,ex Hermogeniano in l.inter bonorũ D.de admi.tut.transferre inter bonorum vtriſque curatorẽ, & inter curatorẽ furioſi,itemque prodigi, pupilli, pupillæve magna eſt differentia.

Quippe

Quippe cum illis quidem plenaria rerum adminiſtratio, duobus autem ſuperioribus ſola cuſtodia, & rerũ quæ deteriores futuræ ſunt, venditio committitur. Quin etiam cùm inuitus, vt Caſſius in l. 2. D. de curat. bo. dan. ſcribit, nemo ad bonorum curationem cogatur, niſi magna ſubſit neceſſitas, merito ei cuius bonorum adminiſtrationem ſuſcepit, denegatũ eſt priuilegium. Si enim aliquis vltrò alienum negotiũ geſſerit, ſatis abundéque ſufficere debet, vel in vna ſpecie, per amici laborem domino conſuli, l. tut. §. curat. D. de adm. tut. nec id plecti debet quod amicitię cauſa geritur. Diuerſæ itaq; rationi, rectè diuerſum etiã ius accommodatum eſt, & quamuis quidem alibi in vniuerſum minori curatoris bonis hypotheca cóceſſa ſit, l. ſi. D. de rure. & ratio. diſtr. l. plurib. D. de admi. tut. l. fin. D. in quib. cau. pig. vel hypo. tacitè contrah. l. pro offic. C. de admi. tut. id Vlpiani ſententia tamẽ non lędit. Et hoc quidem apertum eſt, tum ex œconomia Pandectarum & Codicis, cùm illis in locis de tutela & cura agatur, quæ non in cuſtodia ſola, ſed in plenaria rerum adminiſtratione conſiſtit: tum verò, ꝙ bonorũ curator (de quo hic agimus) aut nũquam aut rariſſimè minori detur, cùm ille ca ætate bonorũ curatore nõ egeat, ꝙ is qui à lege datur, omnibus minoribus abundè id præſtare cogatur, ſed & quod de pupillo dicimus, id etiam ad prodigum & furioſum, item mutum & ſurdum referri volumus.

De creditore, qui in rem vel emendam, vel extruendam, vel armandam crediderit.

CAP. 8. *L. 10.*

Ait Paulus Iuriſconſ. lib. 6. breuis Edicti.

QVi in nauem extruendam, vel armãdam, vel etiam emendam crediderit, priuilegium habet.

Eum qui prior ſit tempore, potiorem eſſe iure, ſæpiſſimè traditum eſt. ideóque videri poſſet, diuerſis in locis conſtitutum eſſe iniquius, creditorem, qui in nauem extruendam, vel ob reſtitutionem ædificiorũ credidit, in pecuniam quam credidit, priuilegiũ exigendi inter cæteros creditores habere. hac l. qui in nauem, & l. quód quis nauis eodem tit. l. creditor. qui. D. ſi cer. pet. l. interdum. l. cum ſequẽti. D. qui potior. in pign. hab. Verum vt hæc regula in multis Iuris articulis, ita etiam in hac, de qua agimus, facti ſpecie admodum infirma eſt. Eiuſmodi enim priuilegia non ex tempore, ſed ex cauſa æſtimari, ſuprà iudicatũ eſt, circa l. Priuilegia. Quippe hæc cauſa maiori fauore digna fuit, cùm vel totius crediti cauſam ſaluam fecerit, vel, ſi ea res pecunia creditoris comparata non eſſet, in debitoris bonis non inueniretur: ideóque cæteri, qui de ipſius prælatione conquærũtur, creditores, cùm ipſis nulla inferatur iniuria, audiendi non ſunt: officere enim aliis non debemus: at prodeſſe natura cogimur, modo id ſine noſtro incommodo, fortunęque lęſione fieri poſſit. An autem omnes creditores huic, qui vel in rem conſeruandam, vel emendam credidit, cedere cogantur, primo explicandũ ſeſe offert, Et quoſcũque ferè creditores etiam hypothecarios, tempore ſaltem poſteriores, huic, ſiue in rem emẽdã. ſiue reficiendam, pecuniam crediderit: locũ dare debere ex Nouella Impe. conſtitutione apparet. Creditores, inquit Iuſtinianus in §. his cõſequẽt. de ęqua. dotis. qui pecuniam crediderũt, vt vel nauis emarur, extruatúrve, aut reficiatur: vel vt domus exædificetur, vel etiam ager, aut aliud quippiã cõparetur, priuilegio hypothecæ omnibus præferri. Contrarium autem ſententiam ex Marcelli reſponſo elicere non difficilè eſſet, hypothecam ſcilicet pecuniæ creditæ nomine non eſſe conceſſam, ait enim ille libro quinto. regularum, in dicta lege quod quis nauis. Quod quis nauis fabricandæ vel armandæ cauſa, vel inſtruendæ quo modo crediderit, vel ob nauem venditam petat, habet priuilegium poſt fiſcum hoc autem reſponſum cum Iuſtiniani conſtitutione, ſi penitus omnia inſpiciantur, non pugnare facilè videmus. Cum enim Iuſtiniano in d. Nouella. hæc eſſet oblata diſcutienda controuerſia, An antiquioribus creditoribus poſteriores hypotheca muniti præferrentur, de iis creditoribus eum agere conſtat, qui pro re emenda, ædificãda, aut reparanda, ea lege pecuniam dederunt, vt ea res pignori illis obligaretur. in Marcelli verò reſpõſo aliud dicendum eſt, & id ſecundum materiam tituli de priuilegiis creditorum, in quo potiſſimum de priuilegiis à iure pignoris diſtinctis agitur. Eũ itaque qui nauis fabricãdę cauſa pecuniã quoquo modo crediderit, poſt fiſcum demum ad priuilegium admittit Iuriſconſ. ſi ſua videlicet pecunia ſaluam non fecerit pignoris cauſam: nec mouetur Vlpiani reſponſo in d. l. interdum D. qui por. in pign. quo creditori, qui armandæ nauis cauſa credidit, priuilegium inter hypothecarios creditores exigendi indulgetur, de iis enim armis egiſſe cenſendus eſt, ſine quibus nauis tuto; & ſine graui periculo, hoſtiúmque impetu ad portum appellere non poſſit, atque in hoc Reipubl. fauor conſiſtit: eius enim intereſt, naues ad portum peruenire ſaluas, cum ſine iis contractus & hominum inter homines commercia infirmiora reddantur. Hinc annonæ cauſa, magna commoda iis, qui mercaturę cauſa naues fabricarent, propoſita legimus. ad huiuſmodi autem arma Marcelli dictum referendum nõ eſſe hac ratione cuiuis fiet apertum, quod hanc ſubiunxerit clauſulam, Poſt fiſcum &c. quam alioqui additurus non fuiſſet. nam ſicuti fiſco omnes creditores hypothecarij, qui priores ſunt tempore, potiores ſunt iure: ita & ille, qui (vt Vlpiani eſt opinio in d. l. interdum.) armandæ nauis cauſa pecuniam credidit. Quãuis enim à quibuſdam traditum ſit, ab Accurſio ad l. ſi pignus. D. qui potio in pign. & ad leg. ſi fundum. C. eodem. tacita hypotheca, eaque anteriori, fiſcum non excludi, ab eorum tamen ſententia recedendum eſſe exiſtimamus: idq; nos ipſorum argumento ad noſtrã ſententiam retorto perſuadere conabimur, de quo vide Accur. d. loco. Cautum namque legimus, l. 1. §. tutores. D. ad l. corn. de fal. l. vnica. C. ne tuto. vel curato. vectig. conduct. non eſſe admittendos ad vectigalia conducenda eos, qui pupillorum vel adoleſcentiũ tutelam, vel curam adminiſtrant, idque hac ratione, ne fiſci conditio graui periculo obiiciatur: & vergẽte ad inopiam tutore, fiſcus, donec pupillo ſatisfactũ ſit, morari cogatur. Et hanc eſſe eius conſtitutionis rationem hoc argumento clariſſimum euadet, quòd eo incommodo ceſſante, tollatur etiam conſtitutionis vis & effectus, atque ob hanc ipſam cauſam, eundem, qui fiſci vectigalia conduxit, tutelæ adminiſtrationem ſuſcipere non prohiberi Impp. reſcripſerunt in d. l. vnica. Cum autem, inquiunt, fiſco te iam obſtrictum, poſtea tutorem eſſe dicas, periculo te excuſare poteris, & rectè: fiſci enim cauſa tunc (cum tutelæ iudicio potior ſit, ob prius initũ ab ipſo cõtractũ) neque lędi, nec vlla ratione deterior reddi poteſt, præuenit enim tutelæ cauſam. Pertinet huc Martiani reſponſum, in d. l. 1. §. ſed etſi. quo eundẽ & fiſci munus in vectigalium exactione obire & tutoris officiũ adminiſtrare poſſe aſſeruit. Sed etſi iure, inquit, hæc di-

tatio ſucceſſerunt in fiſcalem, contractum tutor vel curator, licet ante rationem redditam, non puto pœnam locum habere, licet adhuc viuat is, cuius tutela vel cura adminiſtrata eſt, nec id mirum eſt, vtrumque munus hac hypotheſi coniungi poſſe, cum ei incommodo, quòd vbique à fiſco declinant & Imp. & Iuriſconſ. nullus hic detur locus, ea enim, quæ viuo teſtatore fiſco bona obligata fuerunt, ſimul cum onere ab herede deuoluuntur, quippe qui in ius alterius dominiúmve ſuccedit, iure eius vti debet. l. qui in ius. 137. de regul. iuris. l. nemo plus. & l. hæredem. eod. tit. Bald. ad l. omnia C. de epiſ. & cler. Sed ad noſtra varia. Vt in hac rerum varietate certos conſtituamus limites, & quæſtioni antea à nobis motæ ſatisfaciamus, hæc tenenda eſt diſtinctio, qui in rem reficiendam credidit, cuiuſque pecunia pignoris cauſam ſaluam fecit, exigendi priuilegium habeat: vt non ſolũ creditoribus etiam tempore prioribus, ſiue ipſi domino, ſiue eo mandante illi mutuum tradiderit, qui ſua materia, opus reficiendum conduxit, vt per Acc. in l. cum quis. D. hoc tit. præferatur. d. l. interdum. & ibi Accur. circa verbum priores. cum refert Azonis ſententiam: verum etiam in ipſis rebus tacitam hypothecam habeat: in eaque cæteris creditoribus, licet priore pignore gaudentibus, potior ſit. At is qui in conficiendam, ſiue extruendam rem, pecuniam credidit, eo duntaxat priuilegio, quòd inter perſonales creditores vertitur, honoratur, hac noſtra l. & l. quòd quis nauis. eodem tit. Diuerſi iuris hęc eſt ratio, quòd in illa hypotheſi pignoris cauſam ſaluam reddiderit creditor l. interdum. cum ſeq. In hac autem nõ itẽ: & id quidẽ ita requiſitũ eſt, vt ſi pecuniam quidem impenderit (ante tamen conſtitutum ius pignoris) in rẽ obſeruandam, ei cui poſtea conceditur hypotheca, non præferatur. Conſeruatis igitur iam ædibus, iiſq; iam demũ hypothecæ obligatis, poſterior creditor, licet mea pecunia ſaluas fecerit ædes, mihi antefertur, cum pignoris cauſam ſaluam nõ fecerit creditoris pecunia. Quorundam autem ſententia, aliam eſſe varij iuris rationem exiſtimantium, minuenda eſt opinio. Traditum enim eſt ab illis, hac mente ad hanc diſtinctionem inductos eſſe Iuriſc. quòd Reipub. interſit, ſartas tectas habere domos, de quo Salice. ad d. l. interdum ſub finem. id namque iam à primis 12. tabularum legum latoribus, cum in ſuo. inſtitut. de rerũ diui. tum vero à poſterioribus Iuriſperitis l. præſes. D. de officio præſi. l. 2. D. de ædifi. priuat. ſummo ſtudio & induſtria præceptum videmus. & id Reipublic. intereſſe, ne ciuitatis deformetur adſpectus, negare, non noſtri eſt inſtituti. Verum ea ratio hac de cauſa nobis non ſatisfecit, quod ad ea, quæ in ſimili hypotheſi conſtituta ſunt, porrigi non poſſit, vt patet in d. l. interdum, cum dicitur, veluti cõ nauis. Quin & Vlp. nobis ſuffragatur: qui eandem quam nos, iui reſpõſi reddit rationem in l. huius D. qui potior, in pign. Huius enim pecunia ſaluã fecit totius pignoris cauſam. Reſtat nunc id videamus, an ad acquirendum priuilegium, expreſſa conuentione in rem vel reficiendã, vel emẽdam creditum eſſe oporteat, an minus? & nobis viſum eſt cum Iaſone nu. 2. & Dacio n. 3. ad l. creditor qui in refectionem ff. ſi certum pet. id a iura requiſitum eſſe, vt ea conuentione res peragatur, vnde facilè, in quam cauſam credita ſit pecunia, manifeſtũ reddatur. Quemadmodum n hi, quorum pecunia ad creditorem tranſit, non ſuccedunt in locum hypothecarij creditoris, niſi pacti ſint vt in locum eius ſubrogentur, l. 1. C. de his qui in priorum cred. locum ſucce. atque res ſit obligata, de quo vide Accu. ad d. l. ſimili ratione & in rem reficiendam aperte creditum: quòd etiã probat Alc. ad d. l. creditor qui in refectionem & rem refectam eſſe oportet, quòd tamen non placet Alci. Quod quidem adeò verum eſt, vt ſi pecunia nulla facta rei reficiendæ mentione (etiam ſi in ea ſalua reddita ſit pignoris cauſa) credita ſit, merito id quod inter hypothecarios verſatur creditores priuilegium, denegatur. Qui. n. non expreſſa cauſa credidit, in omnem euentum credidiſſe cenſendus eſt. Nec eſt ſanè quod alij creditores, quia ſalua reddita ſit pignoris cauſa, huic creditori id acceptum ferant, cum ipſe debitori in quamcunque rem impendendæ pecuniæ liberum reliquerit arbitrium. Lorior. ad d. creditor qui. nu. 4. In hac re diuerſa ſententia viſa eſt veriſimilior. verum vt nobis videtur, leuiſſima ratione nititur eorum opinio. Tradiderunt. n. illi expreſſam conuẽtionem non requiri, & ipſam legem, debitorem propter refectionis euentum ab initio mutuum accepiſſe eáque ob cauſam, vt in refectionẽ illud conuerteretur, præter cõtrahẽtiũ mentẽ, fingere. idq; eius exẽplo, quòd alio in loco. ſ. in l. ſed Iulianus. §. proinde D. ad S. C. Maced. ad Vlpia. relatum eſt, confirmare conati ſunt. Sed etſi ab initio, inquit, non ſic accepit, verum poſtea in rem patris vertit, ceſſare S. C. Iulia. li. 2. Digeſt. ſcribit. intelligendumque ab initio ſic accepiſſe, vt in rem patris verteret. At hoc argumentum cũ ſimilitudine veluti fundamento nitatur, ea ſublata, tota cõfirmationis vis corruat: & in vtráq; facti ſpecie aliã atque aliam eſſe rationem: ideoque diuerſum ius conſtiturũ eſſe, hinc euadet perſpicuum, quòd in eo, quo de S. C. Macedoniano agitur, reſponſo, de remittendo & abrogãdo priuilegio: hic verò de irrogando cõſulitur. Id autẽ in priuilegiis obſeruatum eſt, vt ſi in alterius iniuriam indulta ſint, facillimè, vt ſuprà oſtẽſum eſt, remittãtur: difficillimè verò produci poſſint, nã etiã vulgo fertur ſtrictè agendũ eſſe in iis, quę cõtra rationẽ iuris conceſſa ſunt arg. c. odia. & ibi Dyn. de reg. iur. li. 6. Præterea hac ratione quoſdam ab hac noſtra opin. receſſiſſe video, quòd id abſurdum conſecuturũ putauerint. nã d. ſ. ai qui in emẽda, quę illi, qui in reficiendam pecuniam credidit, conceſſa fore priuilegia, qđ & rationi veritati, & omniũ doctorũ veriſſimæ hac de re ſententiæ, Caſtrenſ. ſ. ad d. l. cred qui. nu. 2. Iaſ. nu. 4. Dec. nu. 3. Alc. 30. plurimum derogare nec nos negamus. Ideoq; id incõmodi euẽturũ eſſe nõ admittimus, cõtradicẽte Bar. nu. 5. ad d. l. interdũ. Nãq; is, qui in emẽdã credidit, inter perſonales creditores, (niſi ſingularis fauor, cui in pupillo, milite, & vxore locũ damus aliud requirat, l. idẽque eſt. D. qui prior. in pignor. habean. l. ſi vt propoſuis. C. de rei vind.) priuilegiũ dũtaxat acquirit, hac noſtra l. & d. l. qđ quis nauis. Poſtremo, qua a recto tramite declinarũt aduerſarij, reſtat dicẽda ratio, & eũ in cõductore, qui ex cauſa oneroſa abſtringitur, tacitũ pignus (etiã ſi nihil nominatim ſit cõuẽtũ, itẽ quia. D. de pact.) inductũ ſit, l. hoc iure. D. quibus ex cau. pig. tacite cõtrah. l. certi iuris. C. loca. cõſequẽs eſſe putarũt, idipſum etiã in prȩſenti hypotheſi, vbi cauſa lucratiua verſatur, admittẽdũ eſſe. Sed hæc ratio (vt & cæteræ) leuior nobis viſa eſt, idq; non iniuria nãq; cũ inuito domino in fundo alieno nihil agere cõceſſum ſit, arg. l. 4. C. de ſeruit. & aqua. Cõductor ſemper cõſenſu locatoris ſua intuliſſe cẽſetur. in eũ enĩ finẽ, vt ſua in fundo locato reponeret, eoque pro libito vteretur, cõtra ipſa cũ domino præſumitur. Debitori vero, qui pecuniã mutuã accepit, nõ expreſſa cauſa, in quẽcũque velit vſum pecuniã impẽdere, licitũ eſt. Hæc igitur cũ certiſſima ſint, legesque iis dũtaxat creditoribus, qui in rẽ inſtaurã-

dam

Digitized by Google

dū vel cōſeruādū crediderint, priuilegium indulgeāt, non iniuria aliorum hac in re ſententiā reiicimus. & hoc vel eo ſolo cōſtare poteſt facilius, quòd in perſonalibus priuilegiis tū demū in alterius locū ſuccedator, ſi expreſſa cōuentione id actū ſit, vt pecunia creditorū ad alios perueniat. Ait enim Vlpianus in l.2. D.de ceſſio. boo.in perſonalib.actionib. qui poſtea quidē cōtraxerūt, verū vt pecunia eorū ad priores creditores perueniat. in locū eorum ſuccedunt. Porro id etiā cōmodè hic inquiritur, an re perēpta id ꝙ inter hypothecarios creditores verſatur, priuilegiū (de eo. n. ꝙ inter perſonales creditores conſiſtit, nulla eſt cōtrouerſia, vt Dec.& Alc.ad d.l.creditor.) tollatur? & perire priuilegium extincta re, apertè à Iuriſc. traditū eſt in l.ſicut.D.quib.mod. Sicut, inquit, re corporali extincta, ita vt vſufructu extincto, pignus hypotheсáve perit l.cū principalis. 138. D.de reg.iur. Cæterū eùm hæc adulti priuilegij tradita ſit ratio, ꝙ pignoris cauſam pecunia creditoris reddiderit ſaluam, eorum quæſtioni ſatisfactū eſſe autumo, qui inueſtigarūt, an id de quo agimus priuilegium, ſi plus creditū ſit, quàm impenſæ & rei conſeruatio requirat, à lege etiā cōcedatur. Quippe cū ea pecunia, quæ vltra impenſas credita eſt, ſaluum nō fecerit pignus, meritò beneficium pro parte ſuperflua denegatū eſt, niſi cū Alciato ad d.l.creditor. dicamus, tum ob vtilitatē publicā: tum etiā, vt facillimè inueniātur qui pecuniam in refectionem credant, vniuerſa impenſas creditorem conſequi poſſe.

Qua ratione aduerſus priuilegium πρωτοπραξίας ſe tueri poſſit hypothecarius creditor. CAP. 9.

Ait Papinianus lib. 10. Reſponſorum.

ANtiochenſium Cœleſyriæ ciuitatis quidā lege ſua priuilegium in bonis defuncti debitoris accepit, ius pignoris durare conſtitit.

Vulgarē lectionem, veterum, & manu exaratorum exemplariū fide probatam, Alciati conſilio in Patet. conſultò hic reiecimus, nec enim id à Iuriſc. tractari ſolet, An ius Municipale authoritatē habeat, an minus, cùm id in facto, non in iure, cōſiſtat. Quā autem ei⁹ loco ſubſiſtit Alciatus, vix eſt, vt probare poſſim, vult. n. ille, ſeruata ſua lectione, ex noſtra lege colligi, eū qui priuilegium πρωτοπραξίας in bonis defuncti debitoris haber, à iure proſequendi pignoris merito reiici non debere, id autem certius eſſe, quàm vt Papiniani acutiſſimi & conſultiſſimi viri, & qui grauioribus legum nodis & labyrinthis ſe accommodare ſolet, reſponſo explicandum eſſet, quis non videt? Priuilegia enim de quibus noſtro iure agimus, nō in odiū, ſed ob fauorem & merita indulgeri ſolent. l. 1. D. de conſtituti. Princip. §. ꝙ Princip. Inſt. de iure naturali gentium & Ciuili. Nulla nāq; iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, Modeſtino authore in l. nulla. de legibus. & l. quòd fauore. C. eodē. vt quę ſalubriter pro vtilitate hominū introducūtur, ea nos duriore interpretatione contra cōmodum ipſorum producamus ad ſeueritatē. Atque ita nulla dubitandi de hoc articulo occaſio relicta eſſe videatur. Hincque argui poſſet, & culpari Tribonianus ob vnius, eiuſdemque ſententiæ ocioſam repetitionem: & inculcationē. Placuit igitur Franciſci Connani Iuriſcōſultorum Principis in lectione huius reſponſi ſententia, lib. 4. iuris Ciuilis, cap. 16. qui vocabulum, Quidam, recepte lectionis loco collocauit. Et ita legis noſtræ corruptā lectionem, cum Connano, reponimus. Hæc ergo ſit huius reſponſi ſententia, Quędam Antiochenum, ex lege ſua municipali, priuilegiū πρωτοπραξία in bonis defuncti debitoris accepiſſe: an eius legis authoritate reliqui creditores à iure perſequēdi pignoris arceri potuerint, quæſitū eſt? Et tantā eſſe populi ciuitatibus circūſcripti authoritatem videri poſſet: quia omnes populi ſuo & proprio iure vti poſſunt, adeo vt ratione ducti, quod conſtituerint, ei merito nemo repugnare audeat. Sed placuit cōtraria Papiniano opinio: & ius proſequendi pignoris durare, reſpondit. nec enim ea fuit priuilegij vis, vt creditorem pignore munitum repellere à iure ſuo potuerit: nec ea vniuerſitatis aut rei authoritas, vt alteri ius ſuum, quod pactionibus & conuētionibus acquiſierant, adimere potuerit. Contra vero ſi æquali iure eſſent & reipub. Antiochenſium ciuis & extraneus, ac in chirographaria actione concurrant: iam ſua lege πρωτοπραξίαν nō denegabitur. bene autem priuilegium, de quo in lege agitur, cum domino Alciato ad πρωτοπραξίαν retulimus ea. n. facile & ſine graui incommodo cuiuſque ciuitatis ciuibus indulgeri poteſt, nec aliorum creditorum hic læditur cōditio, cum ipſi ſibi imputari debeant, ꝙ pignoris cautionē nō exegerint. Si verò tacitū pignus Antiochenis in debitoris bonis datū fuiſſet, iā rarus, qui cū iis cōmercia inire & cōtrahere voluiſſet, inuentus fuiſſet. Debitorē autē Antiochenum ponimus. Priuata enim lege fieri non potuit, vt ſi cū debitore extraneo, & Antiochēſis & extraneus cōtraxerit, vt Antiochenſis præferatur. Sed adhuc an priuata ciuitatis lege, ob legē Regiā, qua legis condendæ poteſtas ſoli Principi reſeruata fuit, hoc Priuilegium alicuius potueri, non incommodè diſputari poſſit. Et nos concedendi priuilegij ius ſoli principi reſeruatū eſſe ex lege Regia putauimus. Atque quis eſt qui vllā in lege Regia diſtinctionē admittat, cū ſæpè a nobis inculcatum ſit, omnem poteſtatem, omne ius, omnē authoritatē, nullo habito diſcrimine, populum in principē trāſtuliſſe? Et quis nūc ea frōte ſe offert, cum toties à Iuriſconſulto indiſcriminatim idipſum teſtatum ſit, qui adhibita diſtinctione moderabitur, & Principi certa negotia expedienda committet? Vidit certè hoc prudentiſſimus Plinius, & lege Regio omnem poteſtatē legū cōuēdarū, & indulgendi iuris ſingularis in ſolū Traianum tranſlatū eſſe facilè animaduertit. Is à Bithynarum & Ponticarū ciuitatum incolis iure, quo illi in exigendis pecuniis, quæ vel ex locationibus, vel ex venditionibus deberentur, vti deberēt, conſultus: ad Traianum, cuius id erat negotiū, controuerſiā expediendā detulit. & quanuis ſe inueniſſe diceret. à pleriſque pro conſulibus conceſſam iis πρωτοπραξίαν eamq; pro lege valuiſſe: exiſtimo tamē, inquit, pro tua prouidentia cōſtituendū aliquid. nam quæ ſunt ab aliis inſtituta, ſint licet ſapiēter inducta, breuia tamē & infirma ſunt. niſi tua illis cōtingat authoritas. Hoc igitur in priuilegiis certiſſimū ſit. Nos autē alterius cōtrouerſiæ, & celeberrimæ quidē tum hac noſtra affirmitate admoniti: quid in ſtatutis, & cōſuetudine. & an idē, ꝙ in priuilegiis, obſeruatum ſit, videamus. Bar. ad l. fina. D. de iuriſdict. nunc alia via, niſi diſtinctione habita, huic quæſtioni ſuccurri poſſe putauit: conſtituitque diſcrimen inter limitatā & plenā iuriſdictionē. & hac quidē liberè & plenè populū ſtatuere poſſe voluit, illa non itē: ꝙ ſi nullam haberet Iuriſdictionē de priuatis ſolum rebus, nō antē iudicialibus ſine principis authoritate ſtatuere poſſe. Cui quidē diſtinctioni vix eſt vt accedere queamus, tum propter legē Regiā, qua omnis legum condendarum authoritas populo adēpta eſt tū verò ob forma, in legibus ſanciēdis ab Imperator. Theodoſ. & Valētin.

præſcriptã in l.humanũ.C.de legib.Scitote,inquiũt,
Patres conſcripti,non aliter in poſterũ legẽ à noſtra
clemẽtia promulgandã, niſi ſupra dicta forma fuerit
obſeruata. Alia poſtremo acceſſit ſententia, Lorioti ſ.
ad l.Ciuitas D.ſi cert.pet.& aliorum dd.ad eãd.l. ac
eiuſd.Corioti in Axioma.quæ nouo diſcrimine inter
ius priuatum & publicũ viã aperire ad huius quæſtio-
nis diſſolutionẽ laborauit.voluerũtq; huius ſentẽtię
primi authores, in iure priuato concedendo,populo
hãc poteſtatẽ non denegare. cũ enim pacto priuato-
rum iuri renunciari poſſit,multo magis per ſtatutũ,ꝙ
lex ciuilis eſt.Ideóq; aliã legẽ abrogare poteſt,id fie-
ri poſſe putarũt.Cõtra verò ad ius publicũ tanquã ad
ſacra maiora,populũ non admiſerunt, ſed hoc diſcri
men eorum ſententia ceſſat, ſi penes populũ ſit Rei-
publ.gubernatio:& Principem non agnoſcat.Et hæc
quidẽ poſtrema ſentẽtia nobis nõ improbãda videtur
quis.n.ea Reipub.forma omnẽ poteſtatẽ, omnémq;
authoritatẽ,etiã de quacũq; rẽ ſtatuẽdi penes populũ
eſſe negabit?liquet id in Romana Reipub.quę cũ,an
te latã legẽ Regiã, populari Imperio gubernaretur,
nulla legis rogãdæ poteſtas cõceſſa fuit,niſi cõuoca-
to populo. Superiorẽ autẽ qui cõmodè admittamus,
nõ video.Quæ enim ratio eſt,cur omnẽ iuris cõdẽdi
poteſtatẽ in re priuata populo cõcedamus, eãdémq;
in publica adimamus? Nec.n.ita legẽ Regiã cõceptã
eſſe video:nec qua ratione, ſalua legis mẽte, deprehẽ
di poſſit hęc diſtinctio,animaduerto. Traditũ námq;
eſt, populũ omne Imperiũ ſuũ & poteſtatẽ Principi
cõceſſiſſe. Nobis itaq; viſum eſt cõmodius, illæſa &
ſentẽtia,& verbis legis,omnẽ eã poteſtatẽ quæ ante
legẽ Regiã penes populũ fuit,ſoli Principi totius po
litiæ capiti,quiq; vniuerſitatis locũ ſupplet,tribuere.
Sæpè.n.à nobis inculcatũ eſt,ꝙ nũc hic repetere co-
gimur,nullius authoritati conceſſum eſſe,vt legis ver
ba, cõtra legiſlatoris mẽtẽ,nimis,quã par eſt,reſtrin
gat,vel legis ſentẽtiã ampliorẽ reddat. Sed video hac
in parte doctiſſimũ hominũ authoritatẽ oppoſitã eſ-
ſe,cẽſuit enim quidã,Marius,ſ.Salomonius in annot.
ad Pãdect.legẽ regiã eã fuiſſe,qua cuiq; certis condi-
tionib.decernebatur Imperiũ,Vlpianúmq; de ea lo-
quutũ,quæ de Alex.lata eſt:in qua & hoc fuit,vt ipſe
legib.ſolueretur,ꝙ primum Veſpaſiano datũ putat,&
cæteris deinde Principib. At cũ principatus ſit in par
tes,diuinum vero in ſubditos,Principẽ creatũ,nõ do-
minum,fuiſſe credit,& quãuis populo pręeſſet, in po
pulo tamẽ numeratũ fuiſſe.aſſerit igitur populi eãdẽ
fuiſſe poteſtatẽ,poſt legẽ Regiã,in cõdẽdis legibus,
quæ prius:ſed falſus eſt.nec.n.populũ legẽ tuliſſe ſub
Impe.legimus certũ nãq; eſt,legẽ Regiã ſub Aug.la-
tã eſſe vt Diodo.li.53.eíque omne Imperiũ tribuiſſe.
Nec aliquẽ moneat,ꝙ Iulianus in l.de quib.D. de le-
gib.populo ſuffragiũ tribuere videatur, cum Adria.
Imp.omnis poteſtas cõceſſa eſſet.agit. n. de antiqua
illa populi legũlatione.quã cũ cõſuetudine cõparat,
quæ populi tacitũ cõſenſum expoſtulat, ex quo prin-
cipis deducatur authoritas. Quo quidẽ argumẽtò do
ctiſſimos homines eò retractos eſſe minor,vt.n.in le
gibus ferendis poteſtatẽ tempore Adriani penes po-
pulum fuiſſe autumẽt. Et hæc quidẽ, lata lege Regia,
obſeruata ſunt.verum cum generoſo Heroũ animo,
& inanæ(vt veterũ fuit opinio)ſapiẽtiæ multũ,& vl
tra quam pareſſet,tribuerẽ:atque illi à patrũ & proa-
uorũ virtute degenerarẽt,lege opus fuit,quæ liberam
illam iuris cõſtituẽdi poteſtatẽ,& nimis pro quorun-
dã Imperio tyrannicã, paululũ reſtringeret ac coar-
ctaret: atque ita quod antea principum humanitati,
qui optima quæque ſuapte ingenio, nulla coercitio-
ne aut lege admoniti cõſtituebãt: eãdẽ ob quorundã
principum beluinã tyrannidẽ,(qui ab expectatis mo-
ribus deflexerunt,atque omnia pro effrenata libidine
conſtituerũt,nõ quid liceret,ſed quid liberet, potius
expectãtes) in legis neceſſitatẽ & vim retractum eſt.
conſtitutumque eſt à Theodo.& Valen.in dicta l.hu
manum.C.de legibus.vt ſi quid de cætero in publica
priuatáve cauſa emerſerit neceſſariũ,ꝙ formã gene-
ralem & antiquis legibus non inſertã expoſcat, id ab
omnibus antea tam proceribus noſtri Palatij, quàm
glorioſiſſimo cœtu noſtro,Patres Conſcripti,tractã-
ri. Etſi vniuerſis tã Iudicibus quàm nobis placuerit,
tunc legata dictari, & ſic eo denuò collectis omnib.
recenſeri:& cùm omnes conſenſerint, tũc demum in
ſacro noſtri nominis conſiſtorio recitari,vt vniuerſo-
rum conſenſus noſtræ ſerenitatis authoritate firme-
tur. Sed videamus an priorib. Imperatoribus libera
legum condendarum poteſtas conceſſa fuerit, & ſine
Senatu nihil potuiſſe videtur. Nam cum penes popu
lum eſſet imperium,populus quidem iubebat, Sena-
tus tamen author erat,vt Cicero de legibus. Iam ve-
ro populus plus imperij,poteſtatiſque in principem
conferre non potuit.quàm ipſe habebat. Et ſunt qui
exiſtimarunt, Marius, ſ.Salomonius in Annotat. ad
Pandec.eandem & populi & Senatus, Imperatorum
tẽpore,in legibus cõdẽdis poteſtatẽ fuiſſe,quę prius:
legémque Regiã ſub Veſpaſiano latã crediderunt,cũ
tamẽ Auguſtus ſuffragio populi legib. ſolutus fuerit,
& omnẽ poteſtatẽ, vt diximus,à populo acceperit te
ſtis Diodo.li.53.Neque vero legimus populũ vnquã
legẽ ſub Imp.tuliſſe:neque Senatũ niſi cõſenſu prin-
cipis:vt quòd antea ſuo iure dicebat, Principe refra-
gãte non poſſet,conceſſum quidẽ aliquando eſt, vt
aliquã priſtinę dignitatis vmbrã retinuiſſe videretur.
Contra ſentẽtiam principis,ſi fieret, nõ receſſum eſt,
ſi de re leui ageretur,& quæ Principis ius parũ offen
deret,ne tyrannidis erga eos ſpecie vti videretur. Ex-
tãt in iure noſtro de reb. facta Senatuſconſulta in l.
cũ hic.D.de do.inter vir.& vx.meminerunt Flau. Vo
piſc.Sueton.& Capito.& reſpõſum eſt, Senatum ius
facere poſſe: ꝙ vtique ea moderatione intelligẽdum
eſt,quàm diximus. Quòd autẽ in cõſulto Senatu prin
cipes legẽ cõdiderint,quidã iniuriæ magis vſurpatio
ne,quàm iure factũ exiſtimãt,vt eſt Connanus li.1.&
iuſtius non negauerim, ſi quorũdã effrenis cupiditas
grauiſſimorũ virorum authoritate fuiſſet coërcit. At
tamen lege Regia iis hoc datum puto,cũ populus, &
proinde Senatus,omnẽ ſuã authoritatẽ in principem
transfuderit,eáque ſe nudauerit,vt Principẽ veſtiret.
Quod pulchrè de Senatu indicauit Theoph.§. quòd
Principi placuit.in inſti.de iure natu. Clarius Liuius
li.1.Refert.n.fremente plebe ob multiplicatã ſeruitu
tẽ,ꝙ centũ pro vno domini facti viderẽtur, creatis iã
partib.ita gratiam iniere patrés,ſumma poteſtatẽ po
pulo permiſſa,vt non plus darent iuris, quàm detine-
rent,decreuerunt.n.vt cùm populus Regẽ iuſſiſſet id
ſic ratum eſſet ſi patres authores fierent, ꝙ ipſum ſua
ætate in legibus rogandis & magiſtratibus creandis
vſurpatũ ait omniũ optimè Suetonius lib.1.qui intrã-
ti in vrbem Caligulæ,Senatus & irrumpentis in Cu-
riam turpæ conſenſu, rerum agendarum arbitriũ cõ-
ceſſum eſſe teſtatur. Ad conſuetudinem, ꝙ attinet,id
admonere ſuffecerit; non aliter eam induci poſſe,
niſi tacito populi & principis conſenſu, & diſſimula-
tione. Conſuetudo enim cum vis legis obtineat,æquè
prioribus legibus derogat, quàm ipſa lex. Ideóque
non minorem authoritatem in conſuetudine requiri-
mus: hoc ſolum obſeruato quòd principe conſen-
tiente

ſtente leges, eo vero diſſimulante introducatur conſuetudo. Quod de abrogatione priorum legum traditum eſt, non ſatis expeditum eſt. Illud enim quæſitũ ſcio, an conſuetudo legẽ vincat. Et abrogari poſſe, apertiſſimo Iuliani reſponſo docemur, in l. de quibus. D. de legib. qui rectiſſimè illud receptũ eſſe ait, vt leges non ſolo ſuffragio legiſlatoris. ſed etiã tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur. Quòd & ratione monemur, ſi enim priores leges poſterioribus cedant, cur non id in conſuetudine tecipiamus? nam quid intereſt, contratio ſuffragio populus & princeps voluntatem ſuam declarat, an rebus ipſis & factis? Præterea cum nullas alias leges niſi Reipubli. conuenientes admittamus, merito has tanquã vniuerſitati inutiles abrogari permittimus. Euẽtus enim declarat, quàm proſint ciuitati. traditũ nãque eſt vno ore à Philoſophis, eas leges demum vtiles eſſe, cui pareant ſubditi: eas contra inutiles, quæ facto ciuium non comprobarentur. Solon enim eas leges optimas iudicauit, quibus populus vteretur, teſtis Plutarchus in vita Solonis. Ariſtot. etiam nullam legis vim eſſe, niſi moribus cõprobatæ, aperte indicauit lib. 2. Politic. c. 7. concord. c. in iſtis. 4. diſtin. & nou. 40. Et hæc ita ſe habere, nemo ſanus negauerit, ſcrupulum tamen mouet, & ad contrariam ſentẽtiam incitare poſſet Conſtantini reſcriptum in l. 2. C. quę ſit longa conſue. Conſuetudinis, inquit, vſúsq; longæui nõ vilis eſt authoritas: verũ non vſque adeo ſuo valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem. Varij variè eò, quòd id reſcriptum authoritati conſuetudinis plurimum derogare videatur, interpretati ſunt. Sed maximè recepta videtur Accurſij diſtinct. qui generalia conſtitutinois verba reſtrinxit, & addita moderatione paulum temperauit, putauitque conſuetudinem in vna ſaltem ditione receptam, quàm particularem dicit: legem, quæ in vniuerſum concepta eſt, omnéſq; Romano Imperio ſubiectos tenet, vincere, & abrogari nullo iure poſſe: derogare autem, eóſque qui ea ditione continentur, iuri communi eximere non prohiberi. Quã ſanè legum conciliationem ridiculã quiuis ſanus iudicauerit. Quis n. ignorat, vilis popelli alicuius ciuitatis Scito legẽ Romanorum vniuerſalem labefactari non potuiſſe? Certè ſi aliquem meæ ſententiæ authorem haberem, atque id quòd non ſentio, liberius proferre, liceret, commodius dici poſſe putarem, recepta prima, quã refert & reiicit Accurſius, ſententia, conſuetudinem, rationem & legem, i. naturalem rationem & æquitatem vincere non poſſe: nec noua videatur eius vocabuli (legis) interpretatio: ipſum enim Ariſtotelem hac in re habemus authorem, qui νομὸν vocabulo naturalem rationem diuinitus inditam atque ab ipſa prima natura nobis traditam intellexit. Quam interpretationem ſi ſequamur, nullus ſupereſt ſcrupulus, ſi enim bona nulla alia norma, niſi naturæ à malis ſecerni nequeant, & ea demum recta ſunt, quæ natura ducente ſiunt, mirum non eſt, nullam conſuetudinem, vel nec leges, contra rationem & æquitatẽ induci poſſe. eſt enim ratio ſiue ius naturale omnis mutationis expers, quamuis derogari, ſuadente ciuili æquitate, aliquando ei poſſit: vnde non immerito reprobata eſt Imperatoris ſententia, quòd contra ius naturale aliquid moliretur, Clem. paſtoralis. §. cæterum. de re iudic. Et hęc quidem commodè & probabiliter dici poſſe videbantur: ſed mehercle ad Conſtantini ſententiam in d. l. 2. incommodè, qui rationẽ à lege aperte diſtinxit, neque vero à Proculo in re huiuſmodi vti controuerſia conſultus & interpellatus fuiſſet, cum ex Iuris principiis, quæ ſit iuris naturæ vis & robur manifeſtum reddi poſſit. Putarẽ igitur Imperatorem à municipiis, eoque populo, qui populo Romano paret, Romaniſque legibus vtitur, aditum & rogatum fuiſſe, an alij, cum conſuetudine vtantur, hoc ſua conſuetudine poſſint, vt populi Romani lex, de eadem theſi lata, apud eos nullius ſit authoritatis, cum enim conſuetudinis & legis, ad effectum, quòd attinet, eadẽ ſit authoritas, ſane quòd lege & expreſſo totius municipij conſenſu fieri poſſe negatum eſt, tacito conſenſu & ſuffragio efficiendũ poſſe dicemus. Quòd autem lege generalia Romanorum iura non tollantur, ex Vlpia. in l. 3. §. Diuus. D. de ſepul. violat. perſpicuum eſt, qui, cum diuus Adrianus in eos, qui in ciuitate ſepulchrum ſecerẽt, pœnam quadraginta aureorũ ſtatuiſſet: Quid tamen, inquit, ſi lex municipalis permittat in ciuitate ſepeliri poſt principalia reſcripta, an ob hoc diſceſſum ſit? Et reſpõdit, Imperalia Statuta ſuam vim obtinere, & in omni loco valere. Id tamen hac exceptione dictũ volumus, niſi principis in lege municipali apertus ſit conſenſus: vel in conſuetudine, quòd hoc caſu rarius eſt, diſſimulatio. Hincque illud quotidianum in principis inauguratione exemplum: ſolẽt enim ciuitates & eorum Magiſtratus, omnia ſtatuta & conſuetudines, ſi quæ certæ ſit. Principi offerre: & ſi quid durius aut leuius conſtitutum ſit, illi corrigendum committere, rúmque earum confirmationem perpetuam petere.

An Reſpublica priuilegio gaudeat CAP. 10.

Ait Paulus libro 1. Sententiarum.

R*Eſpublica creditrix omnibus chirographarijs creditoribus præfertur.*

Cum reſpublica incolumis priuatas res facilè ſaluas præſtet, eáque perdita, priuata ne quicquam ſerues, non leui ratione Iuriſconſulti & Imperatores illam eo proſecuti ſunt fauore, ei enim non noſtra ſolum, ſed nos totos debemus, cum ea ſit rerum rum pace agendarum, quaſi neruus. At quo iure chirographariis creditoribus præferri dicemur? πρωτοπραξίαςne, an vero iure hypothecæ? Equidem ius hypothecæ interueniſſe videri poſſet, quòd eius cum fiſci ratio eadem eſſe appareat. Sed non permittit hoc Antoninus, qui conſultus, an Reſpublica, in cuius locum alij ſucceſſeram, eo quòd ſatisfeciſſe ſe debito proponebant, ius pignori in eo fundo haberet, reſcripſit, in l. 2. C. de iure Reip. lib. 11. Reip. cauſam, ſi neque beneficio ſibi conceſſo ius nacta eſt, neque ſpecialiter in obligatione pignoris ſibi perſpexit, nõ ſeparari à cæteris creditoribus, qui habent perſonalẽ actionem. Cedo igitur, qua ratione Reipub. ius à Fiſci iure ſeparatum ſit? Eæ quæ Romanæ ditioni parebant ciuitates, habebãt, vti & Roma, quę inter ſuos incolas & ciues eſſent communia, eoque nomine publica vocabantur, non quòd reuera eſſent huiuſmodi: erant. n. ciuitatis priuatæ facultates: ſed quòd illorum vſus omnibus ciuibus, iiſque ſolis, ſi quando res ferret, communicaretur. Iam vero vel nomen Fiſci, eius cum Reipub. diſcrimen oſtendit. dictus enim eſt, Prædiano authorem, à Fiſcis, hoc eſt, ſportulis, quæ numorum ſunt receptacula, ad maioris ſummæ pecunias capiendas. Vnde quia maior eſt ſumma publicæ, quam priuatæ pecuniæ: factum

eſt, vt pro pecunia publica Fiſcus dicatur, quanquam poſtea, trãſlato in principem Imperio, propriũ & priuatum principis patrimonium fiſcus dici cœpetit. Vnde de Adriano Spartianus: Damnatorũ bona in fiſcum redigi vetuit, omni ſumma in ærario publico recepta. Et Plinius in Panegyrico: At fortaſſe, inquit, non eodem ſeruitute Fiſcum, qua ærarium, cobes? immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico, credis. Erant. n. Romanorum Prouinciæ ita diuiſæ, vt quædam principi, quædam populo tributa penderent. Illa in fiſcum, hæc verò in publicum populi Romani ærarium redigebãtur. Atque hinc patet eius, quod dixi, ratio. Quãuis. n. principi hominis poteſtas, omne ius in fiſcum datũ ſit, fuit tamen ſemper rerum publicè agendarum neruus, eóq; municipia Romano. Prouinciæ, denique ipſa Rom. Reſp. ab hoſtium iniuria ſeruatur illæſa, atque à finitimorum incurſu defendebatur, & vt ſemel dicam, quamquàm eius eſſet dominium, vſus tamen cenſebatur publicus. Ideoq́ue eo maiore fauore dignus fuit, quàm Reſp. quo plurib. ciuita. & prouinciis vſus eius communicatur. Reipub. n. ſi quæ ſit vtilitas, intra ſuos ſe continet. Fiſci verò commoditas ad omnes omnino prouincias pop. Roma. extenditur. Quo pertinet Martiani reſponſum, in l. ſimile. D. ad municipales. aptiſſimum ſanè ad hæc, de quib, agimus, diſtinguenda. Simile, ait, priuilegium fiſco nulla ciuitas habet in bonis debitoris niſi nominatim id à principe datum ſit. Sed hic bellum nobis mouebit Antonini conſtitutio, quam attulimus in d. l. 2. qui non modo à fiſco Reipubl. Ius ſemouit, ſed & cum cæteris creditoribus fecit æqualem, quaſi negare volẽs, omnem etiam inter chirographarios creditores prærogatiuam. at id neutiquam dicendum eſt. alia eſt enim Imperatoris mens & ſententia. Cum enim ait, cauſam eius non ſeparari à cæteris creditoribus, qui perſonalem habent actionem, eos non dubiè intelligi voluit, quibus & perſonalis actio, & perſonale priuilegium cõpeter. cum eñim de pignore quæſitum eſſet, ab hypothecariis creditoribus Rempub. ſeparaſſe Imperatori viſum eſt ſatis. Plus autem Conſtantinus in l. 2. C. de debitori. ciuitat. qui etiam hoc ciuitatibus tribuit, vt conceſſa debitori in vſuram pecunia obnoxia corpora quoquo modo alienata à quocunque poſſeſſore, pro rata peti poſſint, perſpectis ſcilicet debitoris facultatibus. quas habuit, cum ei pecunia crederetur. Quæ quidem conſtitutio duplici fauore ciuitatibus conſulit: vt ipſis ſatis cautum ſit, & vt non cogantur, etiam vergente debitore ad inopiã, pecuniam mutuò datã repetere: ſed vt maior ſit eius fructus & vſura, tuto poſſint eam apud debitorem relinquere, ea tamen moderatione, quam ſubiungit: ab eo enim à quo conſtat fortunarum maximam partẽ receſſiſſe, etiam reliquam ſortis portionem quæ apud eum recederit, ad idoneam transferri oportebit. In qua conſtitutione, ne quis obnoxia ciuitati corpora dici miretur, cûm hypothecæ ius iam Reipubli. detraxerimus, ea obnoxia dici credimus, ad quem tandem cõdemnato debitore perueniri poſſit, non poſſunt enim non obligata videri eius bona, qui in multorum ære eſt. Quin etiam ſi hypothecæ ius interueniſſet, non poſt debitoris inopiam demum, neque pro rata, ij ad quos venerunt bona debitoris, tenerentur, ſed ſtatim & inſolidum. Quæ autem hic hypotheca dicuntur, in rerumpub. adminiſtratore obſeruata putari nolumus. ad exemplum enim minoris. ciuitas in eius bona hypothecam habet. Poſtremo autem hic obſeruari velim, non eſſe perpetua hæc fiſci & Reipub. priuilegia. ea. n. maioris fauoris gratia remitti poſſe, illud exemplo eſt, quòd fiſcus in bonis deportati debitoris omnibus creditorib. poſtponatur. ſuadet enim fauor, ne vllius facultates lædantur, néue illi detrimentum inferatur, quod non fiſco fruſtra vereremur, cum ſolum lucrum extorqueatur, dãnum autem non infligatur.

Quibus creditoribus actionem & proinde priuilegium prætor deneget. CAP. II.

Ait Vlpian. lib. 64. ad Edictum.

AIt prætor, quod poſtea contractum erit quam is, cuius bona venerunt, conſilium receperit fraudandi cauſa ſciente eo qui contraxerit, ne actio eo nomine detur.

Cum nulla res magis Rempu. contineat, quam fides, eaq́; nulla ſit (vt diait Cicero) niſi neceſſaria ſit rerum creditarum ſolutio: optimo ſanè cõſilio de eo, quod in fraudem creditorum geſtum eſt, reſcindẽdo propoſuit prætor. cum enim contractus fraude & dolo initus, ciuili & ipſo iure firmus ſit: vidit ſanè & diligenter perpendit, ſocietatem humanã rerumq́; cõmercia, ſine ſuo conſilio ſalua eſſe non poſſe. Quid. n. non facient ij, quib. iam bonis cedendum eſt, vt creditores fruſtrẽtur & amicis ſe beneuolos præbeãt, & inaliquo, ſi poſſint, gratulẽtur? ſit ſanè, vt cum penè extremæ ſint ſortis, & deſperatæ iam fortunæ, vt paruo nummo amicis, quem iuſto pretio creditorib. addicere malint hac. ſ. perſuaſione, quòd æquo momento ſe liberando putent. Quis. n. nudo detrahet? Sed ne quis hic miſeram eſſe emptoris conditionẽ, reſciſſa venditione, quæratur emptores hic diſtinxit prætor: & alios quidem fraudis conſcios facit, alios vero doloſæ machinationis ignaros, his quidẽ contractum ratum ſeruari iubens, illis vero etiam cum damno reſcindi. quod vſque adeo placuit Impp. vt emptorem fraudis conſcium, cum venditore colludentem, in ſubſidium teneri debitori reſponderint. l. 1. & 3. vlt. C. ſi vendito pig. aliis vero, quod rite contractũ eſt, cum damno auferri nõ poteſt nõ. n. vni per alium iniqua conditio irrogatur. merito autem damni rationem haberi voluit: eo. n. ceſſante, contractum reſcindit. Prætor, etiam ſi is qui cum debitore contraxit, dolum non admiſerit. vnde Vlpianus in l. qui autem. § ſimiliq́ue. D. quæ in frau. cred. facta ſunt. Si cui donatum ſit non eſſe quærendum, ait, an ſciente eo, cui donatum eſt, geſtum ſit: ſed hoc tamen an fraudentur creditores: nec videtur iniuria affici is qui pignorauit, cum ei lucrum extorqueatur, non damnum infligatur. Sed qua ratione, inquies, dolum qui animi eſt. & callidam machinationem probauimus? Vlpianus ſane in l. omnes. D. d. tit. eam dicit rationem eſſe fraudis probabilem, ſi cum ſe ſciret habere creditores, donaticis titulo bona alienauerit. idque teſtatur Iulianus in l. ſi quis. D. d. tit. in l. etſi debitor. D. de mor. cauſa. do. In emptore vero dolus præſumitur, ſi venditor criminis, ob quod bona alienari poſſint, reus factus ſit non. n. poteſt abeſſe à ſuſpitione fraudis, qui cum eo cõtrahit, fraudem autem hic intelligimus eam, quæ dolum habet admixtum: ſi n. ſine dolo, iuſta rei ſuæ alienatione, fraudem, hoc eſt, damnum creditoribus dederit debitor, nihil contractus lædi poteſt: & rurſus, ſi dolum machinatus ſit debitor, nihilo magis tunc damnum creditoribus inflictum ſit, nihil habent quòd contractui moueant controuerſiam fraus. n. ſine dolo, legibus non vindicatur: & fruſtra dolus ſine fraude,

de,i. ſine euentu punitur. Quo pertinet quod Labeo, rogatus, cur prætor edicto de pactis non adiecerit, ſi fraudandi cauſa pactum factum eſſe dicatur, reſp. in l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraus. D. de pactis. iniquum eſſe, ſi quod ſemel remiſit creditor debitori ſuo bona fide; iterum hoc conetur deſtruere: ſuperuacuum, ſi ipſe deceptus hoc fecerit: ineſt enim dolo & fraus, hoc eſt, ſi creditor partem debiti nulla machinatione inductus, creditori remiſerit, & poſtea eam ipſam petit, iniquè facit quamuis enim deterior facta ſit eius conditio, nullius tamen dolo, ſed propria voluntate fraus commiſſa eſt. ſin verò huic contractui & dolus acceſſerit, iam ſuperuacuum fuiſſet addere hanc edicto clauſulam, neque fraudandi cauſa: cum dolus hic commiſſus ſit, & ad eam partem dicti, quæ de dolo concepta eſt, commode ferri poſſit. Fraus autē damnum propriè denotat. hinc illa fœcialium populi Romani in paciſcendis fœderibus formula, Quod ſine fraude mea, populique Quiritum fiat. Sed de ea fraude, non ad mixto dolo, non agimus. Quę autem dolo committitur fraus, vſque adeò iure prætorio coërcetur, vt omnem ad conſequendum precium actionem Prætor, rebus per Magiſtratum diſtractis, fraudatori peremerit. Ait enim Papyrius Iuſtus in l. Imperatores. D. de curatore bonis dando Imperatores Anton. & Seue. Aug. reſcripſiſſe, bonis per procuratorem ex S.C. diſtractis, nullam actionem ex ante geſto fraudatori competere. Plus voluit Venuleius in l. fin. §. penul. D. de his quæ in fraudem cred. & actionem Paulianam in fraudatorem (ſiue debitorem qui fraudem creditorem aliquid contraxit) competere arbitratus eſt. Quod Melæ perſuaderi hac ratione non potuit: quia iniquum videtur, actionem dari in eum cui bona ablata ſunt: Quod certè non debuit Melam offendere, cùm hæc actio ad reſcindendum contractum, non autem vt amplius quid à debitore extorquatur, à prætore conceſſa ſit. id enim tantum per hanc actionem agit prætor, vt omnis perinde ſint atque ſi nihil alienatum eſſet. Hac autem actione etiā aduerſus emptorem ad rem reſtituendā intra annum quidem, ſi ex cauſa oneroſa res corporalis diſtracta ſit, ſin ex lucratiua, intra triginta annos agemus. Si vero res ſit incorporalis, aut nomina, quæ alienata ſunt tanto tempore durat reuocatoria actio, quanto debitoris actio duraſſet. ait prætor §. hæc actio. D. quæ in fraud. cre. & ibi Bartolus Iaſ. ad §. item ſi quis in inſti. de act. Adeo autē hac actione compellitur rem reſtituere emptor, vt etiam ſi venditor precium non ſoluat, nihilominus tamen liberetur. Sed cum Pomponius in l. ſi ſciens. D. de contrah. emp. eum qui ſciens creditorem fraudari, aliquid à debitore emerit, dominum fieri aſſuerit: age, cur prætores actionem huic emptori denegarint? ſed rectè & Pompo. & prętor. ipſum. n. ius, quòd ciuile vocamus, emptori ex quacunque emptione, nullà habita doli & fraudis commiſſi ratione, actionem cōceſſit. quod ſpectauit Pompon. Prætor vero ęquitate ius ciuile hac noſtra l. moderatus, nō ſuſtulit quidem actionē, cum hoc eſſet non temperare, ſed ius ciuile corrigere, at data exceptione, actionem à iure ciuili datā peremit. Et hac ſententia non dari emptori actionem ex prætoris edicto, aiebat Vlpian.

Quis in emptione rerum præferatur, ſi hæres nullus ſit, quem cōuenire debeant creditores.

CAP. 12.

Ait Caius lib. 4. ad Edictum.

CVm bona veneunt debitoris, in comparatione extranei, & eius qui creditor cognatuſve ſit, potior habetur creditor cognatuſve, magis tamen creditor quàm cognatus: & inter creditores potior is eſt, cui maior pecunia debetur.

Hactenus de Priuilegiariis creditoribus: nunc reſtat dicenda via, qua illi aduerſus debitorem, eiúſque hæredem ſuccurri debeat. Eſt autem duplex huius perſecutionis remedium: ſi cum debitore agamus: in bona miſſio, ſi quidem viuat debitor: bonorum vero venditio, ſi metu onerum nullus ei hæres extiterit, is conueniendus eſt, vt infra latius circa l. pater famil. Difficilis autem poſterior via eſt, nec ſcrupulo caret, cū multa euenire poſſint, diuerſis concurrentibus, quæ venditioni faciant remotam, quid enim ſi multi in rerum emptione concurrant, atque hic ob ius cognationis, alius ob intimam cum defuncto familiaritatem, alius poſtremo ob maiorem pecuniæ ſummam defuncto conceſſam, æquo pretio oblato, ſibi priorum in emendo locum eſſe contenderit? Rectè Caius omnem hic controuerſiam ſuſtulit, voluitque quantumuis in rei comparationē concurrant, ei priorem locum concedi, in concurſu extranei, qui vel defuncto pecuniam crediderit, vel ei aliquo neceſſitudinis vinculo coniunctus ſit: extraneum autem, cuius hic conflictum ponimus: eum accepimus, quem neque beneuolentia, neque natura defuncto deuinciunt. Si vero cognatus nulla actione munitus, cum creditore contendat, maior creditæ pecuniæ quàm cognationis ratio habetur. Iam vero, ſi duo creditores inter ſe confligant, ſiquidem inęquali obligatione obſtrictum habeant defunctum: cui maior debetur pecunia, eius petitio præualet. Et hinc quid Caius voluerit, apparet ſatis: nunc autem quam graui cenſura & iudicio examinauerit, quæque ſit cuiuſque prærogatiuæ cauſa, age videamus. Et primo quidem cur cognatus extraneo præferatur, hac ratione factum crediderim, vt immeniæ illi in rem propinqui affectioni paululum concederetur: vt pote ſi ædes, hortus, aut villa auita, aut alterius cuiuſquam ſanguine nobis deuinctiſſimi, venalia indicentur? mouemur. n. (ait Cicero. 2. de leg.) neſcio quo pacto, locis ipſis, in quib. eorum quos diligimus, adſunt veſtigia mouemur, inquam recordatione locorum vbi cedere, vel diſputare, vbi familiariter cum ſuis ſolitus ſit colloqui: vt nō fruſtra quæſiſſe libro ſecundo de Finib. Ciceronem putandum ſit, naturáne nobis, an errore hoc datum ſit, vt cum ea loca videamus, in quibus memoria dignos viros accepimus multum eſſe verſatos, magis moueamur, quàm ſi eorum ipſorum aut factum audiamus, aut ſcriptū aliquod legamus: vnde eo loco plus ſe delectari dixit Cicero legū primo, vbi Maiorū multa erāt veſtigia. ineſt. n. neſcio quid, inquit, ac latet in animo ac ſenſu meo, quo me plus hic locus fortaſſis delectet, Quin etiā in canib' equis, aliiſq; rebus vilioribus affectio plerūq; immodica cōſpicitur, ac q modus eſt in his rebus cupiditatis, idem, & æſtimationis eſſe ſolet. Exemplo eſt fictilis Epicteti lucerna, quæ, Luciano teſtes, tribus drachmarum millib. eſt æſtimata, quo etiā factū puto, vt huius affectionis ratio, in iuramento in litem, habeatur. Quantūuis autem magna ſit hæc affectio non tanti tamen æſtimata eſt, vt prior ſi cognitionis, quā creditæ pecunię locus. Quod ideo placuiſſe credimus, vt facilius ſuū conſequatur creditor, cōmodiúſq; cōpenſatione liberetur debitor, quę

eadem ratio ſuaſit, vt is cui maior pecunia debetur, cum alio creditore concurrens, præferatur, ſed hic iuſtè me temperare non poſſum, quin inquiram diligentius, quod à multis quęſitum ſcio, qua ratione creditor cum extraneo conſligens, prælatus ſit: cum Alexandri conſtitutione. l. 2. C. ſi in cauſa iud. pig. captũ ſit. tum demum ad earum rerum commercium, & debitoris bona emẽda quibuſdam admitti videatur, ſi vel extraneus emptor non exiſtat, vel exiſtat quidẽ, ſed non dignum pretium offerat. Et fuit ſanæ hęc cõſtitutio, quæ ad abſurda, & à legis mente aliena cõmenta interpretes noſtros hic adegit, quòd mirum profectò videri poſſit, ob ſumma eorum ingenia & reſcripti quod in contrarium torſerunt facillimam ſententiam. Ait enim Alex. in d. l. 2. Si alio emptore nõ exiſtente, vel exiſtente quidem, ſed non dignũ pretiũ offerente, is cui iudicatus ſatis non fecit, ad licitationem ſecundum conſtituta fuerit admiſſus, cuiuſlibet alterius vice ex officio emere debet. Quo reſcripto hoc voluit Alex. creditorem debito ordine obſeruato, qui non obſeruatus venditionem facit irritam l. 1. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſca. lib. 10. l. fi. C. eo. tit. cęremoniiſq; rite peractis, ſi extraneus emptor ſe nõ offerat, ad res emendas cogit. Iam ſane, ſi dato extraneo emptore, hunc penitus ab emptione arceamus, iniqui erimus interpretes. Et neſcio, quidem, an ne ſimili planè argumentum. Harmenopulo non tollerandi erroris cauſam dederit: qui, cum apud Iuriſc. noſtro ſæpe tractatum videret, l. cum lege de recept. Arbi. & l. cum Prętor, §. fi. D. de iudiciis. l. quidam cõſulebant. D. de re iudicata. minorem 25. annis, ad iudicium ſuſcipiendum non cogi, tranſtulit in ſuum illud Epitoma, eum à iudicandi munere arceri, quod perquam abſurdum eſt. Fruſtra enim caui. lex, de nõ cogendo, qui iure non admittitur. Infirma igitur cõſecutio eſt, ſi lex non inuento extraneo cogat, eo inuento non admittere. Quæ autem de electione diximus, creditori concedenda, in emptione ſolum locũ habere volumus: at in dilatione debitori indulgẽda. aut debito ante aditam hæreditatem remittendo, ab hoc ordine receſſum eſt. Quid enim ſi cognato, vel alij arctiori vinculo debitori deuincto, liberum & remittendi precij & ſolutionis differendæ relinquatur arbitrium? in non ſpreto vili forte precio, debitori fauere creditores autem cæteros debito fraudare immenſa illa cogit affectio? ſic equidem credidero futurum, ob naturæ illud vinculum, quod nuſquam non ſe prodit, Quapropter cùm ſine creditorum detrimẽto non poſſet, nihil hic cognationi tributum eſt ſingulare. Primus igitur locus primumque ſuffragium in remittendo debito eius eſt, cui maior debetur pecunia, etiã nullo habito multitudinis diſcrimine, ſiquidem æquales ſint in debito, maiori numero arbitriũ communiter: vt puta ſi Titius, qui actionem habet ad quingenta, contendat cum Caio Mæuia & Sempronio, quibus cõiunctim eadem portio debetur. Iã enim ob æqualitatem precij numerus ſpectandus eſt, cum efficaciora ſit duo vincula, quam vnũ. Quid igitur, ſi & par ſit creditorũ numerus, quod, inquam, in hac ambiguitate prætoris erit officium? ſane hic creditorem dignitas ſpectanda venit, qua qui præualet, etiam arbitrior potior eſt. Quod ſi omnib. his exacte examinatis, & velut in ęquilibrio perpenſis, nullũ diſcrimen appareat, nihil prius prætori videri debet, quam vt humaniorem ſequatur ſententiam: atque hiſce modis maior pars inter conſligentes creditores habetur: qui cum dilucide à Marco Imperatore. in l. fi. C. qui bonis cedere poſſint. conſtituti ſint; & ſuccinctè à Papiniano in l. maiorem. D. de pact. traditi libet eius verba huc referre: Maiorem partẽ eſſe pro modo debiti, non pro numero perſonarum, placuit: quòd ſi æquales ſunt in cumulo debiti, tunc plurium numerus creditorum præferendus eſt: in numero autem pari creditorem, authoritatem eius ſequetur prætor, qui dignitate inter illos præcellit. ſin autem omnia vndique in vnam æqualitatem concurrant, humanior ſententia à Prætore eligenda eſt. hoc enim ex Diui Marci reſcripto colligendum eſt. Et hæc de maiote parte, & quæ ea dicatur, dicta ſufficiant. Quæ autem ſupra de creditorum & cognatorum priuilegio dicta ſunt, ita velim temperari, ſi nõdum ex legis præſcripto emptio celebrata ſit, ea. n. completa, nullus eſt reſciſſioni locus. Nam grauis hęc videtur iniuria, licet honeſtatis prętextu tegatur, l. dudum. C. de contrahen. emp. quòd emptione ſolẽniter contracta alij ius ſuum emptor cedere cogatur. Nec verò vlla eſt ratio, quæ propter cognationis vel obligationis ius, contractum reſcindi requirat: cum enim per præconem tempus rei ſub haſta vendendæ publicè ſoleat denuntiari, ſanè per ipſum ſtetit, & ſuę culpæ debet aſcribere, qui non tempeſtiuæ futuræ actioni ſeparauerit. Cùm autem hic de rei iudicatæ executore agamus, fruſtra torquebit te, quod Valentinianus Imperator in dicta l. 2. dominis rerum diſtrahendarum liberum reliquerit arbitrium. nam ſuæ quiſque rei moderator eſt & arbiter. l. in rem mandata. C. mandati. l. nemo exterus. C. de Iudæis. Executori verò hoc vnum curæ eſſe debet, vt ei res addicatur, qui ex præſumpta teſtatoris voluntate in re emenda non dubiè fuiſſet prælatus, vtpote cognatus aut creditor. Quæ quidem voluntatis coniectura effecit, vt extraneus qui aliquid à debitore emerit, antequam de omnium bonorum venditione apud Prætorem ageretur: (alioqui. n. fraus præſumitur) titulo emptionis tutus ſit creditore vel cognato quantumuis contendenribus.

Quæ res, bonorum appellatione in edicto veniant.

Cap. 13.

Ait Paulus libro 1. ad legem Iuliam & Papiam.

1 *AVſidius † refert, Statuas in publica poſitas, bonis diſtractis eius, cuius in honorem poſitæ ſunt, non eſſe emptoris bonorum eius: ſed aut publicas, ſi ornandi municipij cauſa poſitæ ſunt: aut eius cuius in honorẽ poſitæ ſint: & nullo modo eas diſtrahi † poſſe.*

Quomodo edicto prætorio bonis venditis creditoribus conſulatur, vtcunque tradidimus: nunc id reſtat videamus, quæ res bonorum appellatione in edicto veniant. & offert ſe hìc Aufidij ſententia, qui retulit, ſtatuas in publico poſitas, non eſſe bonorum emptoris, etiã omnibus eius bonis, in cuius honorẽ poſitæ ſunt, diſtractis: ſed omnino extra hominum commercia eſſe. Referuntur autem à Pomponio in l. 2. D. de origine iuris. Aufidij duo, Mamuſa & Tuca, vterque Seruij Sulpitij auditor. Mamuſam de ſtatutis retuliſſe crediderim in ſuis illis centum quadraginta libris, quos ex multis, vt refert Pomponius Iuriſconſultus, digeſſit. Fuit autem id apud veteres tum Romanos tum exterosq; obſeruatum, vt in perpetuam eorum memoriam, qui vel in pace, vel in bello aliquid laude dignum & præclarum memorabileque facinus geſſiſſent, ſtatuæ in publico collocarentur: adeo, vt tandem ob res præclarè geſtas, tantus fuerit ſtatuarum aceruus, vt vulgò iactitatum fuerit,

in

in vrbe Romana mediam hominum partem lapideã eſſe, vt Alex. Neap. l. 4. Genial. dierum. Fuit autẽ primo receptum, vt diis in publicis lucis ſtatuæ conſtituerentur, quod etiam cum è Repub. eſſe animaduerteretur, viſum eſt tandẽ, etiam hominum, qui re præclarè geſta, ad deos prope accedere viderentur, ſtatuta facta quam maximè diuturnam facere memoriã. Quam equidem ſtatuarum condendarum rationem à Q. Maximo & P. Scipione Saluſtius in princip. belli Iugurtini ſe accepiſſe dicit. Sæpè, inquit, audiui, Q. Maximum, & P. Scipionem, præterea ciuitatis noſtræ præclaros viros, ſolitos ita dicere, cum Maiorum imagines intuerentur, vehemẽtiſsimè animum ad virtutẽ accendi. ſ. nõ ceram illam, neque figuram tantam vim in ſe habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere: neque prius ſe dari, quàm virtus eorum famam atque gloriã adæquauerit. Egregia, mehercule, eſt ſtatuarum à ſummis viris profecta prædicatio, vt non immeritò earum in exoluẽdis debitis rationem habitam exiſtimem: ſufficiebat enim, rebus debitorum, creditoribus ſatisfieri: quæ ſi non facerent ſatis, ad ſtatuas non erat deueniendum, cùm non priuati cauſa, ſed in publicam vtilitatem conſtrui ſolitæ ſint. Et hinc ratio peti poteſt: cur extra commercium ſint, & prohibita ſit earum à legibus alienatio. debet enim, vt pulchrè Vlp. dixit, in l. ſtatuas. D. de acq. rer. dom. Prætor operam dare, vt quod ea mẽte in publico poſitum eſt, ne à priuato auferatur. Hic ſi quis noſtros mores examinet, nec ad veterum ſimplicitatem ſe referat, protinus Tribonianum accuſabit, ꝙ Fucidij dictum hac noſtra l. in Pandectas noſtras retulerit. cum tamen ex Theophraſti, l. 3. & 4. D. de leg. & aliorum ſententia, iura ad ea quæ frequentius accidunt, accõmodari debere, nobis inculcauerit. Quid enim, dicet aliquis, huc referre attinet de ſtatuis illuſtrium virorum, vendẽdæ ſint, necne, cum bona eorum, exemptis ſtatuis, creditoribus ſoleant ſufficere? Et ſanè ſi noſtros mores hîc cõtemplemur, rarò futurum erit, vt ei qui ſtatuam meritus ſit, bona defectura ſint. Qui verò veterum fuit in contemnendis fortuitis animus, nõ raro compertum eſt, illuſtriſſimorum virorum bona creditoribus non ſatisfeciſſe. Quem autem exempli loco potius adducã, quàm Agrippam Menenium, Patrum & Plebis conciliatorem, virum omnium hiſtoricorum ſcriptis celebratiſſimum, præcipuè à Liui. li 2. qui tãtæ traditur mortis tempore fuiſſe inopiæ, vt ſumptus funeri curando defuerit: qui tamẽ ſi vllus alius, certè ſtatua decorari dignus fuit, ob egregia in Rempubli. merita, & Patrum plebiſque animos seceſſione diſperſos, maximo conſilio & prudentia in vnum redactos. Sed ſi hæc & ſimilia referre pergerem, vereor ne priùs charta quàm exempla deficerent, adeo ſummorum virorum ab ambitione & auaritia alieni fuerunt animi, frequentiſſimum igitur eſt, nec indignũm quòd huc à Triboniano referretur.

Quæ res vendita dicantur omnium bonorum venditione. CAP. 14.

Ait Paulus lib. 1. Sententiarum.

Bonis venditis excipiuntur concubina & liberi naturales.

Celebrata omnium bonorum venditione an nihil eximatur, quæſitum eſt. Et commodè reſpondit Vlpianus, in l. obligatione. D. de pig. generali obligatione ea non contineri, quæ veriſimiliter quis obligaturus non fuiſſet, atque ideo conſtat generali venditione nõ contineri concubinam & filios naturales. i. ſeruos ex ancilla procreatos. Quod ſanè non mirum eſt, cum in generali venditione ſemper deducatur ea, in quibus maior eſt debitoris ſiue vẽditoris affectio, quæ quidem nulla in re maior perſpici poteſt, quam in cõcubinis & liberis naturalibus, cum & concubina vxoris locum fere obtineat, & amorem erga liberos ſeruitutis non infringat. Animaduertẽdum hic in primis illud eſt, veteribus tum Romanis, tum exteris mitam in filios non modo naturales & ſeruos, verum etiam legitimos conceſſam eſſe poteſtatem: adeo, vt lege Rumuli ter legitimos vendere licuerit, pignori creditoribus dare, maioremque tyrannidem in filios quam domino in ſeruos (qui ſemel venditi, poſt manumiſſionem in domini poteſtatem non redigebantur) exercere permiſſum fuerit. Quæ tamen lex cùm durior videretur à Numa Pompilio ſecundo Romanorum rege refert Dionyſius lib. 3. cum ſumma omnium gratulatione, temperamentum in eo recepit, qui matrimonium contraxiſſet. Vt mirum ſit, eam poſtea in leges decẽmurales redactam eſſe, & lõgo poſt tempore ſeueriſſimè ſeruatam, idem Dion. li. 2.

Poſtremò autem Imperatorum Conſtitutionibus plurimum eadem lex labefactata eſt, conſtitutumque, liberos à parentibus neque venditionis, neque donationis titulo, neque pignoris iure, aut alio quolibet modo, nec ſub prætextu ignorantiæ accipientis in alium transferri poſſe. l 1. C. de patribus qui filios ſuos diſtra. Conſtãtinus tamen Imp. in l. 2. C. de Tit. neceſſitatis gratia vno caſu, ei Conſtitutioni derogauit, Prouincialibus reſcribens: Si quis, inquit, propter nimiam paupertatem, egeſtatémque victus cauſa, filium filiámve vendiderit, venditione in hoc tantummodo caſu valente, emptor obtinendi eius ſeruitij habeat facultatẽ: liceat autem ipſi qui vendidit, vel qui alienatus eſt, aut cuilibet alij eum ad ingenuitatem propriam repetere, modò ſi aut precium offerat, quòd poteſt valere, aut mancipiũ pro huiuſmodi præſtet. Pertinet eodem, referente Plutarcho in Solonẽ, eiuſdem Solonis σεισάχθεια qua cautum eſt, ne liber homo creditori adduceretur, cum enim infima plebs opprimeretur à diuitibus æris alieni magnitudine, cogerenturq; alij aut capta fructuum parte agros illorũ colere, alij ſeſe illis ad imperatum quoduis offerre, vt aut ſeruirent ipſis creditoribus, aut ab eis venirent extraneis, alij filiorum ſeruitute, ſe libertatémque ſuam redimere viſa eſt res hæc legitimo indigere remedio: de quo multa apud Diodorum de fabuloſis antiquorum geſtis libro ſecundo. Decretumque eſt, non ſolum in Solonis Repub. etiam apud Græcos & Ægyptios, ne creditori in poſterum tantum concederetur: quin etiam ipſi Romani, cum nimiam creditorum crudelitatem aliquot exemplis eſſent experti, anno à 12. Tabul. 115. L. Papirio Magillano & Caio Petilio tertium Conſulibus, legis 12. Tabul. ſæuitiam remiſerunt, indeque libertatis Romanæ primum emanauit initium. Sed vt hîc in viam reuertamur, & quod tractandum de concubina & liberis naturalibus ſumpſimus, ad finem perducamus, non intempeſtiuè: quæritur, cum generali venditione hæc non contineantur, an ſpecialem venditionẽ patiantur. Et certo reſpondendum eſt, cum hic quæſitum ſit, an vniuerſis bonis venditis contineantur ancilla & liberi, conſequens eſſe, alienationem liberorum celebrari poſſe. Fruſtra enim in hoc inquireretur, an generali venditione contineatur, quòd nullam omnino venditionem admittat. l. 8. D. de pigno. l. vlt.

idem

idem,C.cõmune de manumiſ. Hinc illud apertũ eſt, quòd concubinam,quanuis vxoris loco habeatur,ancillam habere poſſimus,atque ita manifeſtus eſt eorum error,qui vxorem,quæ vſu habebatur, cum concubina confundunt:nullum enim cũ ancilla erat matrimonium.Matrimonium autem,quod vſu cõtrahebatur,frequentiſſimum fuiſſe,putãdum eſt,quòd perpetua eſſet patris vel tutoris in elocatam filiam poteſtas:nec eo matrimonio quod vſu erat, extinguebatur:at tum demum,ſi in manum viri conueniſſet. vnde Tribonianum pro in manum conuentione,in matrimonium conuentionẽ poſuiſſe diligens Pandect. lector facilè animaduertet.Vnde id fit probabile,nõ licuiſſe has nuptias cum ancilla inire, in eóque concubinatu diſtare. quin etiam cum & iuſtam & iniuſtam vxorem iure mariti accuſare quis poſſit,vt refert Cæcilius.l.ſi vxor.§.1.D.ad l.Iuliam,de adul.concubinam tamen non poteſt. Quanuis autem humanius videatur, debitori etiam concubinam & liberos naturales , ſi aliud nihil quo creditoribus ſatisfaciat, poſſideat,auferre noluerunt: tam legiſlatores,vt tam inhumanè cum eo agatur,vt nihil illi ad vitæ cultum neceſſarium relinquatur.putare enim veſtem debitori non eſſe detrahendam.Bart.Bald.& cæteri dd.ad l.1.C.quę res pig.obli.poſ.Nam contra omnem rationem factum videretur , ſi ne id quidem quod corpus tegeret debitori relinqueretur : præſertim cum eadẽ humanitate eos vſos eſſe videam in iis,qui bonorum ceſſionem impetrarunt,vt Bart.& dd.ad l.penulti.D. de ceſſion.bonor.argumen.l.diuus.D.de bonis damna. Non permittimus autem debitori prætioſiorem veſtem,quin etiam ſi quæ ſit,detrahi eam,viliorémq; eius loco ſubrogari à creditore concedimus,cùm hic neceſſitatis ratio in tegendo corpore nulla ſit. æque. n.per vilem,ac pretioſam,neceſſitati conſulitur,velimus tamen hic humanitate ducti,aliquam dignitatis & perſonarum rationem haberi.

De ijs, quibus per pignus prætorium priuilegium conceditur. CAP. 15.

Ait Vlpianus lib.1.de Officio Conſulis.

SI Magiſtratus fideicõmiſſi ſeruandi cauſa in poſſeſſionem miſerunt, dare arbitrum poſſunt ad ea diſtrahenda, quæ mora deteriora futura ſunt , ita vt pretium ex his redactum,apud fideicommiſſarium in cauſa depoſiti ſit,donec de fideicommiſſario, quo ei debeatur,conſtet.

Tres ferè cauſas eſſe,ex quibus in poſſeſſionẽ omnium bonorum eatur,alibi ab Vlpiano reſpõſum eſt, in l.3.D.ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur. rei.ſ. ſeruandæ cauſa,item legatorum ſeruandorum gratia, & ventris nomine.Damni.n.infecti nomine ſi nõ caueatur non vniuerſorum bonorum fit miſſio, ſed rei tantum,de qua damnũ timetur.Iure tamen quo nunc vtimur,auth.& qui iurat.C.de bo.auth.iud.poſ.reliquæ in bonor.poſſeſſ.miſſiones, cum ea quæ damni infecti nomine fit , hac in parte pari iure cenſentur. Cum autem hæc in bona miſſio publici iuris ſit, priuati authoritate peragi non poſſe conſtat, ideoque ad Magiſtratũ populi Romani recurrẽdum eſt. Magiſtratus autem poteſtas & iuriſdictio cũ diuerſa ſit, non cuiuis id muneris iniungemus,ſed maioribus ſolũ.l.ea quæ D.ad municip.Et maiores quidem magiſtratus Marco Meſſalæ apud Gellium li.13.c.14. dicuntur,Conſules,Prætores,& Cenſores,quique cẽturiatis comitiis creantur.Minores verò,qui tribunitiis comitiis fiebant. Municipalis Magiſtratus, cum ea quæ magis imperij ſunt,quàm iuriſdictionis peragere nõ poſſit,poſſeſ. bono dare non poteſt. Eſt autem magiſtratus municipalis,qui municipiis præerat.Municipia olim propriè vrbes dictas fuiſſe,quæ in Italia erant notandum eſt:ij quoque ciues Romani municipes dicuntur,qui ſunt ex municipiis, ſuo iure & legibus vtentes, muneris tantum cum populo Romano honorarij participes: à quo munere capeſſendo appellati vidẽtur,nullis aliis neceſſitatibus,nec vlla popu.Rom.lege adſtricti.Diſtant autem in hoc à colono municipes,quod coloni omnia iura inſtitutaq; populi Rom.non ſui arbitrij,habeant.Cum autem ciues Romani in coloniã deducerentur,ſummæ grauitatis viris eorum Reſp.commiſſa eſt.quiq; cũ omnibus locis cõmodè præeſſe non poſſint,diuerſi diuerſis in locis ſurrogati ſunt,& iis eadem,quæ ipſis præſidibus, authoritas non eſt conceſſa:liquet id ex multis iuris Reſponſis. Quanuis enim de ſeruo noxio ſuppliciũ ſumere Præſidibus liceat,id tamen municipali magiſtratui denegatũ eſt,l.Magiſtratib.D.de iur. om. iu. Modica autem caſtigatio facilè conceditur.Pręterea tutorem à magiſtratibus datum, per ordinem electũ non videri,traditum eſt in l.1.§.1.D.magiſt.cõueniẽ. Porrò id hic omittendum non cenſui,in poſſeſſionẽ, quæ damni infecti nomine fit,aliquem etiam ſola magiſtratus municipalis authoritate mitti poſſe: ita tamen,ſi res peragenda celeritatem deſideret:prætórique periculoſa videatur dilatio.Ait enim Vlpianus in l.1.D.de dam.infe.Heruagius in ſuis Pandectis ita legit,Cum res damni infecti celeritatem deſiderat, eſt periculoſa dilatio.Prętori videtur:ſi ex hac cauſa ſibi iuriſdictionem reſeruet. Ideò magiſtratibus municipalibus delegatum hoc rectè putauit. incommodius enim eſſet ex municipio ad Prætorem recurrere:dãnúmque fortè datum eſſet,antequam prætori res cognita eſſet.Huius autem cum in ſecundo decreto nullum ſit periculũ, merito magiſtratus municipalis authoritati id denegatum eſt,l.4.§.duas ergo.D.de Titul.Solet namque duplici modo hæc,de qua agimus, in poſſeſſionem bonorum miſſio fieri,per primum. ſ. decretum,& ſecundum:arg.l.li.prætoris officium. & l.ſi finita §.ſi ante hoc, & ibi Bar.D.d.titu. Vnde illa eſt harum phraſium diſtinctio: vt in poſſeſſionẽ mittatur, quis primo decreto poſſidere iubeatur ſecundo , & ob eum, qui in poſſeſſionem miſſus eſt,non cogatur dominus diſcedere , at ſi poſſidere iuſſus ſit , cogatur. Primum enim decretum nihil iuris ei qui in poſſeſſionem mittitur, tribuere , ſed ſolam rei cuſtodiam,nudamq́ue detentionem conferre notiſſimum eſt , l. cum legati. D. quib. ex. cau. in poſſ. eat. quippe actionem hypot. poſt rem amiſſam huius decreti authoritate non conſtitutum eſt. in l. tertia D. vt in poſ. le. Iuſtin. tamen Imperator ſua conſtitutione , vt & multa alia , ita hoc quoque ſuſtulit , in l.vlti.C.de præto. pig. Ait enim,humanius eſſe in prætorio pignore dare recuperationem creditori, quocunque modo poſſeſsionem amittat,ſiue culpa , ſiue non,ſiue fortuito caſu: non eſt autem, quòd hanc in bona miſsionem impleret à prætore legatarius, cum ei hodierno ſaltem iure (licèt quidam Pandectarum id receptum fuiſſe contenderint per l.creditorib.D.de ſeparat.) alio legum beneficio abundè proſpectum eſt , vtpote hypot. actione. Ait enim Iuſtinianus Imperator, in §. noſtra. inſtit.de legat.ſe diſpoſuiſſe, vt omnibus legatis vna ſit natura,& quibuſcunque verbis aliquid relictum ſit , liceat legatariis id perſequi, non ſolùm

per

per actiones perſonales,ſed etiam per in rem & hypothecariam.Controuerſiam huic noſtræ opinioni(qua diximus per primum decretum duntaxat rerum cuſtodiam competere in poſſeſſionem miſſo) mouere videtur Papiniani reſponſum,in l.miſſo.D.pro emptore.ex quo non nudam detentionem, verùm etiam ius in re, ei qui in bona miſſus eſt,iure conceſſum eſſe apparet.ait enim,miſſo legatario in poſſeſſionē, res pro emptore vſucapi,ſalua prętorij pignoris cauſa.Quod ſi verum fateamur, legatarium non detinere id quod vſucapitur,concedamus oportet:vſucapionem.n.ſine poſſeſſione contingere non poſſe Lucinius Rufinus reſpōdit in l.ſine poſſeſ.ff.de vſuc.ſi verò is qui in bona miſſus eſt rem nō detineat:& ſalua tamen ſeruetur ei pignoris cauſa, amplius quidam, quàm nudam detentionem cōceſſam eſſe videbitur. Sanè quāuis hoc Papin.in d.l.miſſo.cum aliorum reſponſis in l cum legati.D.qui ex cauſ.in poſſeſ.eat.l.3.§.fin.D.de acqui. poſ.& l.is cui.D.vt in poſſeſ.legat.è diametro pugnare videatur,nulla tamen in nodi huius diſſolutione latet difficultas,non enim de ea vſucapione, quæ miſſo iam in poſſeſſionē legatario inchoatur, ſed de ea quæ à teſtatore cœpta fuit, Iuriſconſultus egiſſe cenſendus eſt. Accommodat namque ſe ei hypotheſi, qua quæſitum eſt, an per hanc in bona miſſionem rei emptæ interrumpatur vſucapio,& vſucapionem(ſalua legatario prætorij pignoris cauſa) non vſurpari reſpondit, idque non temerè. omnis enim vſurpatio vel naturalis, aut ciuilis eſt l.naturaliter.D. de vſuc.l.intra quatuor.D.de diuerſis & tempor.præſcript. Et ciuilem quidem vſurpationem hic non verſari conſtat, naturali quoque ideò non datur locus, quòd non ſit interrupta poſſeſſio, nam hæredi per miſſionem in bona, non magis poſſeſſionem auferri placuit, dicta l.3.§.finali.& d.l.cum legati quàm ei qui qui peregrè profectus, ſeruum ſuum rei familiaris adminiſtrationi præfecerit.l.qui peregre.D.de acquir. poſ. Nec enim per ſeruum ſolum,aut filiumfamilias,verùm etiā per liberos homines, quos in poteſtate non habemus,poſſidere dicimur.arg.l.clàm poſſidere.§.qui ad nundinas.D.d. tit.licet per extraneā perſonam nihil acquiri nobis poſſe conſtet,ex §.ex his itaque, inſtit. per quas pſonas poſſe,nobis acquir.& l.liber. De acquir.rer.dom.Quod autem Iuriſc.pignus legatarium ſaluum ſeruare tradiderit, nō de vero pignore(quod iure Pandect. ex primo decreto miſſo in poſſeſſionē diximus non competere)ſed de fictitio,vtpote quod ob ſolam detentionem cōſtituitur, accipiendum eſt. Viſum eſt & id hîc inueſtigatione dignū,an hæc(quā in priuilegiis creditorum frequentiſſimam eſſe diximus)regula,vt.ſ.is potior ſit iure, qui in duobus diuerſo tempore in poſſeſſionem miſſis,locum habeat? Et iure quo nunc vtimur, nulla de eo eſt controuerſia,cùm omnibus legatariis ſimul, & eodem nomine hypotheca poſterioribus cōſtitutionibus in bonis defuncti indulgeatur, l.1.C.commu.de legat.§. noſtra autem,inſtitut.de legat.Si verò iuri, quod tunc tractamus,nos accommodemus, generali prætori pignoris iuri nihil derogabimus.Idque,quòd omnibus in poſſeſſionem miſſis commune eſt, legatariis non detrahemus.Vt autem conſtet de quo agamus,id prætoriū pignus appellari notandum eſt, quod ob contumaciam, vel ob rem iudicatam ad maiorem poſtulantis ſecuritatem à prætore conceditur: nec enim placuit quorundam opinio, qui diuerſam pignoris naturam in eo qui ob contumaciam, & ob rem iudicatam in bona miſſus eſt, conſtituerunt. dd. ad §. contra autem creditor.inſtit.quibus aliena.lice.vel non. & ad §. fin. inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio.Illud.n.prætorium, hoc autem iudiciale nominarunt, qua autem authoritate id factum ſit,ſanè hoc non video. Et potiùs, ſi ſpecierum diſtinctio hic habenda ſit,id quod iudiciale vocarunt, prætorium dici poſſe: quod verò prætorium, iudicialis appellationem mereri videtur:quanquam nec hoc admittamus:Sententias enim iudicum prætores exequi ſoliti ſunt.l.à diuo Pio D. de re iudicata. Poſſeſſionem verò bonorum concedere, ex primo decreto penes magiſtratum fuit. l.1.ff.de damno infecto. vtrunque verò iudici daro negatum eſt,quod ex Vlpian. cap.3. ne quis eum,facile eſt colligere. ſeruanda eſt itaque Iuſtiniani in pignoribus diſtinctio,qui dicit in l.2.C. de prætor de pigno. Veteris iuris dubitationem decidentes ad duplum genus hypothecarum reſpeximus: vnum quidem ex conuentionibus & pactis hominum naſcitur,aliud,quod à iudicibus datur,& prętorium nuncupatur. His ſic præmiſſis, vt ad id,quod tractandum ſumpſimus,deſcendamus, Iuriſconſultis placuiſſe ſciendum eſt,eum potiorem eſſe in pignore (quod ob rem iudicatam conceditur) qui prior eſt tempore,cap.qui prior.de regul.iur.lib.6.l.ſi pluribus.D.de le.1.l.4.C.qui potio.in pig. hab. hoc tamen obſeruato,vt & ex æquitate ſententia lata ſit, & eius authoritate in bona miſſus ſit, cui id à legibus fuerit conceſſum. Ait enim Vlp.in l.ſi & iure D. cui potior in pigno.&c.Si & iure iudicatū eſt, & pignus in cauſam iudicati ex authoritate eius qui iubere potuit,captum eſt,priuilegiis temporis potior eſt hęres eius,in cuius perſona pignus conſtitutum eſt: & hoc non immeritò ſic reſponſum eſt,cùm ius noſtrum vigilantibus ſcriptum eſſe dicatur.in l.fi.C. depoſiti. l. qui prior appellat. D.de iud.Ideoque ſi debitam pecuniam accepi, antequam bona poſſideantur, quanuis ſciens prudénſque ſoluendo non eſſem, recipiam prætoris edictum, quo alienata in fraudem creditorum reuocantur,nō obierit mihi.l.qui autem. §. ſciēdum. D.quæ in frau.cre.niſi aut vtroque vel omnibus inſtantibus creditoribus mihi gratificatus ſoluerit.l. pupillus. D. de Titu.l.ſi non.§ ſi pupillus. De bonis auth. iud. poſ. vel pecuniam ab inuito debitore extorſerim.arg.l.1.C. quam lib.vnicui.ſine iud. & cap. 1.& 223.q.1.gloſſ ad ca.iuriſgentium.1.diſt. dum tamen facultatem adeundi iudicem habuerim: alioqui enim pecuniam mihi debitam auferre à debitore inuito non prohibeor: ait namque Vlpianus lib. 73. ad edictum,l.ait prætor. §. ſi debitorem. D. quæ in fraud.credit.Si debitorem complurium creditorum conſecutus eſſem fugientem, & pecuniam ſecum ferentem,& abſtuliſſem ei id, quod mihi debebatur, placet Iuliani ſententia multum intereſſe, antequam in poſſeſſionem bonorum mittantur eius creditores,hoc factum ſit,an poſtea:ſi ante,ceſſare in factum actionem:ſi poſtea,huic locum fore. Sed hæc obiter. nunc reuertamur ad reſponſum Vlpia.lib.1.reſponſorum,in l.ſed & iure. Et hæc à quibuſdam interpretibus. Dyn.ſ.ad cap.qui prior.de reg.iur.nume.14. certa ratione reſtringitur, quaſi locum duntaxat habeat in iis,qui diſſimilem titulum prætendunt. Si enim (vt illi volunt) creditores ſimilem titulum habentes, in poſſeſſionem bonorū ex cauſa iudicati miſſi fuerint. omnium conditio æqua erit: neque is qui prior eſt tempore, potior iure futurus eſt cui limitationi in hoc reſponſo locum non concedimus (quanuis fortè vera ſit, quod ad legata & damna infecta, cùm is, qui legati nomine prior miſſus eſt, præferatur ei qui poſtea damni infecti nomine mittitur) ratio.

ratio.n.quę eos ad id cōmentum impulit, in eo pignore, quod ex cauſa rei iudicatę oritur, locum non obtinet: nāque quòd exiſtimarent, vno creditore in poſſeſſionem ex cauſa iudicati miſſo, etiam reliquos miſſos cenſeri, id illis non facilè conceſſerim, atque omnia reſpóſa quibus vno in bono miſſo, etiam reliquis creditoribus aditum conceſſum eſſe, traditum eſt, nō ad eā, quæ rei iudicati nomine, ſed quæ ob contumaciā creditori (qui actionem aduerſus debitorem inſtituit) conceditur, l. cum vnus. D. de bon. auth iud. poſſid. & l. ſi finita, §. ſi plures. D. de damno infecto. referemus. Sed obiiciet fortè aliquis, quanquam vno legatario miſſo, alium non cenſeri miſſum legibus decretum ſit, cum ea quæ legatorum ſeruandorum causā fit miſſio, nó iure actionis, ſicuti & in damno infecto, ſed officio iudicis concedatur, atque petentibus prætor ſuum officium impertiat: duobus tamen legatarus in poſſeſſionem ſeparatim miſſis, vtriuſque conditio par cenſetur. l. is cui. §. qui prior. D. vt in poſſeſſion. legat. &c. igitur nihil obeſt, quo minus duo ex cauſa iudicati in poſſeſſionem miſſi concurrant, quòd vno miſſo, alter nó cenſeatur miſſus. Huic obiectioni reſpondebimus, quòd facilè in aduerſariorum deſcēdemus opinionem, ſi oſtēderint nihil aliud repugnare, duobus in poſſeſſionem cauſa iudicati miſſis, quàm quòd conceſſa vni poſſeſſione, alteri non cenſetur indulta. Eſt enim longè alia diuerſitatis ratio eorum, qui vel damni infecti nomine, vel legatorum ſeruandorum gratia, & qui rei iudicatæ cauſa in poſſeſſionem miſſi ſunt: nam cum cautio ſiue ſatiſdatio petitur, non eſt opus longa diſputatione, l. 1. ff. de dā. infecto. ſed ſummariè in cauſa procedendum. Diuus. n. Pius Saluio reſcripſit, in l. 1. C. vt in poſſeſſion. legat. &c. Quoniam nihil actor amplius poſtulat, quàm vt fideicōmiſſi nomine ſatiſdetur. non debet is qui iure dicēdo prę eſt, ſubtiliter cognoſcere, debeatur necne fideicommiſſum, ſed tantum decernere, vt ſatiſdetur. Antequam autem ad ſententiam ſe componat iudex, varia vt præcedant neceſſe eſt, atque demū ſumma deliberatione facta ſententiam promulgare ſolet. Deſinant itaque mirari aduerſarij, cur pignus prætorium, quòd ob cauſam rei iudicatæ accipitur, ſemper tempore æſtimetur: in eo vero, quod vel rei ſeruādæ cauſa, damni infecti nomine, vel legatorum ſeruandorum gratia accipitur, ordinem non expectari, reſponſum ſit. nam cum vnus legatarius ſuſpecta ſibi defuncti facultate, iudicis officium ad bonorū poſſeſſionem implorauerit, eiuſque petitioni ſatisfecerit iudex, non poterit alius, cum eadem ratione defuncti facultatibus diffidant, æquale ius denegare: non idem dicendum eſt in eo qui bonorum poſſeſſionem rei iudicatæ cauſa impetrauerit: vni. n. conceſſa miſſione, non raro aliis denegatur, quòd rei iudicatæ euentus incertus ſit. fit namque ſæpiſſimè, vt creditores exceptionibus repellantur, quod in aliis non venit in conſiderationem: hoc. n. conſtituiſſe ſufficit legatum eſſe relictum, val damnum futurum vereri. Cæterū in hac bonorum poſſeſſione, quæ fit ex primo decreto, id obſeruatum eſt, vt ne Iudicis quidem authoritate interpoſita debitoris bona diuendantur, atque ideò dato arbitro ea dūtaxat quæ mora deteriora futura ſunt, diſtrahi poſſe reſpondit Vlp. hac noſtra lege. Quod quidem & ratio ſuadet: ſemper. n. intenti eſſe debemus ad aduertenda alterius incommoda, cùm in omnibus, tum verò in iis quæ alioqui nemini ſunt profutura: vnde apud Ciceronem in Quintiliana edicti prętorij verba hęc ſunt: Qui ex edicto meo poſſeſſionem venerunt, eos ita videtur in poſſeſſione eſſe oportere, quod ibidem rectè cuſtodire poterunt, ad ibidem cuſtodiant: quod non poterunt id auferre & abducere licebit. Et hanc quidem diſtractionem, niſi parata pecunia celebretur, in ſimili facti ſpecie non admittit Vlp. in l. à Diuo. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudicata. Quod autem arbiter rei diſtrahendę dari ſolicitus ſit, maximam continet æquitatē, ne. ſ. pro libito priuatus alterius negotia adminiſtraret, debitorique vel ex negligentia, vel latente dolo inferretur incōmodum. Atque hinc Impe. Alex. reſcripſit, in l. 2. C. ſi in cauſ. iud. pig. acceptum ſit. Cō in cauſa iudicati aliqua res pignori capitur, per officium eius qui ita decreuit, venundari ſolet, non per eum qui iudicatum fieri poſtulauit. Poſtremò, cum dominium in debitoris facultatibus creditori non concedatur, atque hoc ſibi adiudicari iniuſtè poſtulet, l. pro debito. & ibi Bald. & Paulus Caſt. C. de bon. auth. in poſſeſ. non iniuria libera rerū adminiſtratio & alienatio à legibus recuſata eſt. ſ. hac noſtra. l. Quod cū ita ſit, nullumque dominij ius illis ſit reliquum, cæteros creditores, qui pignori res acceperant, huiſce creditoribus, qui hanc miſſionem in bona impetrarunt, potiores eſſe nō ambigitur. d. l. pro debito. Si verò nemini probentur res obligatæ, ac ſine ſucceſſore communis debitor, vel eius hæres deceſſerit, non dominij rerum vindicatione, ſed poſſeſſione bonorum, itemque venditione æquali portione, pro rata debiti quantitate omnibus creditoribus conſulendū eſt, niſi ſubſit cauſa, cur hic alius ſit præferendus.

Quomodo pignus prætorium per in bona miſſionem, iure contrahatur. CAP. 16.

Ait Marcellus. li. ſingulari ad formulam hypothecæ.

EVm qui in poſſeſſionem miſſus ſit rerum eius, qui Reip. cauſa abfuerit, ſi apparuerit eum modo malo Reip. cauſa abeſſe, iure in poſſeſſione eſſe placet, donec ſolidū ſoluatur. Eum autem qui rerum eius, qui ſine dolo malo Reip. cauſa abſuit, in poſſeſſionem miſſus ſit pignus non contrahere & ideò diſcedere oportet de poſſeſſione. Nō nouum eſt, in eius bona miſſionem fieri poſſe, qui copiam ſui creditoribus non fecerit, & turpem occultationem, vt pro Cluent. ait Cic. illis pręſtiterit. Is autem Vlpiano in l. Fulcinius. §. illud ſciendū. verſi. ſi tamen occurſum. D. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. latitare dicitur, qui occurſum creditorum euitauerit, vel vt Marcellus voluit, in l. cum qui. hoc tit. qui circa columnas ſe occultauerit, vt creditoré euitet. Columnarum vocabulo intelligimus, quod in foro, aliiſque publicis locis imponendis ſtatuis, aliiſue publico vſui dicatū eſt. Cuius rei, ſi quis exactiorem tractationem requirat, adeat eruditiſſimi viri Andreæ Alciati τῶν παρέργων, librum quintum, qui huius rei copioſiſſimum adfert teſtimonium. Sed videamus vt Cicero d. loco, latitationem definierit, & an meritò ea ab Vlpiano in d. l. Fulcinius, notata ſit, qui dixit latitationem non eſſe, vt Cicero diffiniuit, turpē occultationē ſui. Poſſe. n. quem latitare non turpi de cauſa, vtpote qui tyranni crudelitatē timet, vim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones. Et vt liberè, quod ſentio, eloquar, non video quæ ſit iuſta huius notæ cauſa, cum Cicero eā latitationem definiendam ſibi ſumpſerit, quæ in edicto quod tractabat, expreſſa erat. Quin & ipſe Vlpianus poſtea, quid ſit latitare deſcribēs, turpem occultationem ſatis expreſſit, cum eum latitare dixerit, qui occurſum creditorum euitauerit. Cæterū non

omnem

omnem latitantem pati in bona miſſionem, & eorúdem venditioně, legibus deciſum eſt.ſ.d.l. Fulcinius. §. cum hoc edictum. Si enim fraudationis cauſa quis latitet non tamen propter creditores: & vt illos euitet, licet hæc latitatio creditoribus obſit, in ea tamen erit cauſa, ne inde poſſideri bona eius poſſint. Quippe nó hoc animo latitat, vt decipiat creditores: ſemper. n. animus latitãtis inſpicitur, & quæritur quo animo, an vt fraudet. an alia ex cauſa latitet? Atque adeo hũc animum & affectum occultantis deſiderant Iuriſcóſulti, vt reſponderint, in d.l. Fulcinius. §. adeo autem, furioſum, prodigum, minorem, ſimileſque perſonas, hanc bonorum venditionem non pati: ſed ſi non defendantur, curatores iis dandos eſſe: & ſi curator datus, illos non defendat, eum remouendum eſſe, oportereque prætorem dare curatorem aliquem ex creditoribus, qui ad exemplum mulieris in poſſeſſionem ventris nomine miſſæ, l.1.§. mulier. D. de vẽtre in poſſeſſio. mitten. ea ſola, ſine quibus is, cuius curam habet, viuere non poteſt, ſumere ex bonis debet: planè & quandoque bona horum vendẽda erunt, ſi æs alienum vrgeat & dilatio graue damnum ſit allatura creditoribus. Ætas enim & conditio perſonarum, ius noſtrum lædere non poſſunt. Quo itaque ſenſu prætor edixerit, in dict.l. Fulcinius. §. 1. Eius qui fraudationis cauſa latitat, ſi boni viri arbitratu nó defendatur, bona poſſideri vendíque iubeo, ſatis cóſtat. Quanquam autem in eius bona, qui occurſum creditorum euitauerit, miſſioně fieri reſponſum ſit, non tamen in omnibus omnino negotiis id obſeruandum eſt. Ait.n. Paulus in l. ſi quis creditorem. D. quibus ex cauſis in poſſeſſion. eatur. Creditor conditionalis in poſſeſſione non mittitur, quia is mittitur qui poteſt bona ex edicto vendere, ſi tamen hic creditor in ius vocet debitorem ad præſtandam cautionem, beneficium hoc non denegatur, in omnibus enim iudiciis tam ſtricti iuris quàm bonæfidei, ſi ex iuſta cauſa agat aliquis ad interponendam cautionem, condemnatio ſit. l. in omnibus. D. de iudiciis, ideoq́ue rectè Paulus alio in loco reſpondit in l. in poſſeſſionem. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſion. eatur in poſſeſſionem mitti ſolent creditores, etſi ſub conditione pecunia promiſſa ſit. Non placuit autem quorundam in hoc Pauli reſpõſo ſentẽtia, de quo vide gloſſam ad d.l. in poſſeſſionem, exiſtimantium id tum ad legatarium, ſeu fideicommiſſarium, tum verò ad conditionem cuius certus eſt euentus, referri debere. Conſiderata.n. propria & genuina vocabuli ſignificatione, eius quod certum eſt, nullam conſtituemus conditionem, nec minus & id abſurdum eſt, ꝙ id ipſum ad legatarium producere conati ſint: eos namque pecuniam ſtipulatos nemo ſanus dixerit, & proinde falſum eſt, in poſſeſſionem mitti ſolere creditores, hoc eſt, legatarios, etſi ſub conditione eis pecunia promiſſa ſit.

Cæterùm quòd de euitando creditorum occurſu traditum eſt, adeo in hac miſſione requiſitum eſt, vt etiam ſi liber ad debitorem acceſſus aliquo obſtaculo impediatur, dolo tamen non latitauerit: & data opera creditores non euitauerit, beneficium hoc, de quo agimus, non concedatur. Et hac ratione reſponſum eſt, in l. eum qui. eum pignus non contrahere, qui in poſſeſſionem rerum eius, qui ſine dolo malo Reipubl. cauſa abfuit, miſſus eſt, etiam ſi ob longum interuallum liber non patuerit aditus. Præterea cùm nó dolo tantũ & callida machinatione, verùm etiam nullius culpa aut fraude interueniente, detrimentum creditoribus inferri poſſit, meritò eorum commodo a Iuriſconſ. conſultum eſt. l. ſi diu. D. quibus ex cau. poſſ. eatur. nouoq́ue morbo nouum datum eſt remedium. Cum enim defuncti debitores, vel nullum hæredem inſtituiſſent, vel inſtituiſſent quidem, eum tamen qui ſuſpecta defuncti hæreditate adire recuſaret, atque ita inani ſpe lactaretur creditor, cõceditandem in bona miſſionem placuit. Quòd ſi fiſcus bona vacantia ſibi vendicet, hæredisq́ue nomen ſuppleat, ad hanc miſſionem, vtpote ſacram ancoram, non eſt quod confugiat creditor, alio enim ei prouiſum eſt remedio. Nam Fiſcum, qui in hæredis locum ſurrogatus eſt, conuenire poteſt.

Sed quod ſuperius de concurſu creditorum ob debitoris cõtumaciam attigimus, ne cui ſcrupulum hîc ingerat, id indicaſſe ſuffecerit, Pandectarum & Codicis iure, l. cum vnus. D. de bon. author. iud. poſſ. in l. cum apud veteres. C. de bon. autho. iudi. vno in facultates debitoris miſſo, nó ſolum hunc, ſed & alios creditores hac commoditate frui: hoc tamen obſeruato, vt creditores præſentes ante biennium: abſentes verò, intra quadriennium, eum qui nunc hoc beneficio fruitur, de debito fecerint certiorem: & expenſas ſecundum quantitatem debitorum ei perſoluerint, quo tempore præter lapſo, cauſa poſſidentis potior eſt, vide dictam l. cum apud veteres. Sed iure quo nunc vtimur, huic Conſtitutioni vix datur locus, cùm non in omnia bona, ſed computato cuiuſque debito, in debitam bonorum partem creditor mittatur. Iuſtinianus enim, propoſita de abſente creditore hypotheſi, ſecundum ea quæ proponerentur, ita reſcripſit: in authen. & qui iurat. C. de tit. Si abſit, inquit, examinet iudex vbi ſit induciis datis, inter quas ſi non occurrit, ſecundum vnam partem examinato negotio, mittet actorem in poſſeſſionem rerum eius iuxta menſuram declarati debiti. Quòd ſi redeat antequam proſequatur cauſam, reſarciat actori omne damnum, præſtabitq́ue fideiuſſorem de lite proſequenda, & res ſuas ſuſcipiet. An autem quocunque tempore redeat debitor, bona poſſeſſa recuperare poſſit, à quibuſdam quæſitum eſt. Et controuerſiam facit, ꝙ imperatores nunc annum ad repetenda bona liberum reliquerint: nunc vero nulla habita temporis ratione, omně contradictionem debitori excluſerint. Humanius quiděcum eo egiſſe videtur Iuſtinus Imperator, in l. ſi quid emptionis. § ſed etſi. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum. Sed etſi, inquit, non per vim, ſed per ſententiam Iudicis eam detinuerit, ea tamen occaſione quòd abſens prior poſſeſſor, & ad litem vocatus, minimè reſpondit, licebit ei ad ſimilitudinem cæterorum qui rei dominium habent, intra vnum annum ſe offerenti, cautionemq́ue ſuſcipiendę litis danti, eandem rem recipere: ſuperq́ue ea cognitionalia ſubire certamina. Inhumanius autem egiſſe cum eo, & longè plus iuris detraxiſſe debitori videtur Iuſtinianus Imperator. Ait enim in l. properandum. §. ſin autem. C. de iudiciis, nullam licentiam ei, vel alij perſonam eius ſolam prætendenti, concedendam contradicenti. cum in poſſeſſionem ex huiuſmodi cauſa Actor mittitur, nec ſi reuerſus fuerit, & noluerit fideiuſſorem dare, & poſſeſſionem recuperare, audiatur in huiuſmodi: etenim caſibus omnem cõtradictionem ei excludimus. Quæ quidem reſcripta pugnare, & nunc nullum, nũc aliquod tempus debitoribus indulgere videntur. Et quamuis difficilior videatur harum conſtitutionum conciliatio, cum tamen nullam in legibus Antinomiam reperiri teſtatus ſit Iuſtinia. in præfatione Pandect. danda eſt opera, vt diuerſorum ſcriptorum ratio & ſententia explicetur. Et Iuſtinianus quidem hac ratione debitoribus omnem ad res recuperandas præ-

cluſit aditum, ꝙ cœpto iam iudicio, & probè iã per-
ſpecta & explotata Actoris actione, alio ſe contulerit
debitor: atque propoſito edicto peremptorio, reoq́;
iudicio ſi non ſiſtente, ſententiam promulgauerit iu-
dex, at cum hæc ſententia tanquam diffinitiua ob ap-
pellationem non interpoſitam, in rem iudicatã, tran-
ſierit pro veritate habenda eſt. Sed ſi de cauſa non ſa-
tis conſtet Iudici, quia videlicet lis non ſit conteſta-
ta, aliud æquitate ſuadente, & natura iudicij expoſtu-
lante, dicẽdum eſt: nec.n. temere debet reus, ſiue de-
bitor ſuis bonis defraudari & priuari, cum iudicium
nondum cœptum ſit, & de veritate rei controuerſæ
nihil iudici conſtet. Si autem Actor copiam ſui non
fecerit, Iudex ſententiam aduerſus abſentem dicet,
ac reum ab inſtãtia iudicij abſoluet. Ratio diuerſi iu-
ris hæc ſeſe offert, ꝙ Iudicium tanquam res ſacra, ab
omnibus contumeliis debeat ſeruari illæſum, ac ab
omni ignominia immune. Iudicium autem & rem il-
lam diuinam contemnere, ac illudere contumacem
actorem, omnibus ſatis eſt perſpicuum. Et quanquam
eadem ferè ratione abſens reus iudicium deludat, ta-
men cum in poteſtate actoris ſit nó agere, & reus co-
gatur iudicium inuitus accipere, maiori fauore con-
uẽtus & in iudiciũ vocatus dignus fuit: vnde & illud
prodiit, fauorabiliores eos eſſe quàm actores. Ius au-
tem Ciuile humanius cum actore egit. Pãdectarum.
n. iure. l. & poſt edictum. D. de iudi. eo. qui edictũ pe-
remptorium impetrauit die cognitionis abſente, cir-
cunducitur edictum, neque de cauſa cognoſcitur, ne-
que ſecũdum præſentem pronuntiatur, ac edicto cir-
cunducto, inſtantia ſolùm periit, ex integro namque
cauſa agi poteſt. Reo verò poſt edictum perempto-
rium impetratum abſente, cum dies venerit, abſens
citari debet, hoc eſt, in ipſo iudicio & tribunali euo-
cari per præconem, vt præſens ſit, necne appareat. At
Imperatorum conſtitutionibus, l. properandum. §. &
ſi quidem. C. de iudiciis, actore abſente, ſi de cauſa li-
quet, ſententiam proferre poterit Iudex: ſi nó liquet,
abſoluitur reus, triplici tamen edicto per interuallum
nó minus decem dierũ prius vocato actore, ac trien-
nio, litibus, & cauſis à iure indulto, elapſo. de quo vi-
de gloſſam ad d. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de
iudiciis, circa verbum licentia. Quod temporis ſpa-
tium videtur Iuſtin. Imperator non requirere. Ait. n.
in auth. Quod fie. C. de dilat. Si igitur poſt tempus à
ſe conſtitutum infra decem dies reo præſente nó oc-
currat, dimittatur reus. Heremodicium itaque, ſiue
vt Demoſtenes ait, ἐρημοδίκην. Pandectarum iure, d. l.
& poſt edictum, actore abſente locum non habuit, li-
te tamen conteſtata, Imperatores. d. l. properandum.
§. & ſi quidem, hoc admiſerunt. Canones verò in cau-
ſam, de dolo & contumacia, & ibi Panormit. domini
de Rot. deciſ. 404. in nouis, eod. tit. abſente actore,
ſententiam ferri poſſe, nũquam prohibent, ac reo ab-
ſente ante litem conteſtatam, nullam condemnatio-
nem: at vel bonorum poſſeſſionẽ cuſtodiæ cauſa con-
cedunt: vel ſi cauſa talis fuerit, vt actor ad poſſeſſionẽ
nequeat admitti, per Cẽſuram eccleſiaſticam eſt cõ-
pellendus contumax, vt iuri pareat. Heromodiciũ au-
tem Iuriſconſulti appellant, atteſtante Alciato lib. 4.
circa principium, de verbor. ſignificatione, quoties
in iudiciis abſente altera parte, ius dicitur. Hinc faci-
lè conſtat, rectè Imperatorem Iuſtinum reſcripſiſſe,
in d. l. ſi quid emptionis. §. ſed etſi, datam cautionem
intra vnum annum ſuſcipiendæ litis rem poſſeſſam, &
ab aduerſario rei vendicatione petitã recipere poſſe,
quem recuperare non poterit anno elapſo, etiamſi li-
tis ſuſcipiendæ cautionem offerat contumax reali iu-
dicio prius conuentus: nam cum Reipublicæ interſit,
dominia rerum eſſe diſtincta, ob negligentiã & con-
tumaciam aduerſarij conſtituitur ipſo iure anno ela-
pſo: alter, verus bonorum poſſeſſor. Ideoque onere
probandi, dominium non grauatur, licet re non vſu-
capta, inſtituatur in rẽ actio. Et commodè ad actio-
nem in rem hæc retulimus. Actione enim in perſonã
conuentus, etiam poſt annum, ad recuperandam poſ-
ſeſſionem admittitur, ſi cautionem ſuſcipiendæ litis,
& ea quæ in contumaciam impenſa ſunt, præſtet: ve-
rum qui ſecundo decreto poſſidere iuſſus eſt, quam-
uis iudicium ſit perſonale, verus conſtituitur poſſeſ-
ſor: ideoque fructus facit ſuos. Quòd ſi res diſtractæ
ſint, iudicis authoritate, nullùs nec rei, nec poſſeſſioni
repetendæ locus eſt, ꝙ enim iure ſubſiſtit, reuocari
nó poteſt. Sed quia hæc tam pulchrè & copioſè pro-
ſecutus eſt Innocentius tertius in cap. quoniam fre-
quenter. §. in aliis. extra, vt lite non conteſtata. noſtrã
hac de re tractationem intermittimus, & Innocentij
verba, vt exactiſſimam huius rei declarationẽ habeat
lector, non grauabor aſcribere, quamuis. n. longiora
multis videri poſſint, conſultius tamen nobis viſum
eſt omnia licet prolixius, exactius tamen enodare,
quam breuicanti conſulentes, in obſcuritatem inci-
dere, ait itaque laudatiſſimus Pontifex: In aliis vero
caſibus prudenter eſt attẽdendum, vtrum contumax
reali actioni, an perſonali conueniatur: ſi reali, mittẽ-
dus eſt actor in rei petitæ poſſeſſionem: vt tædio af-
fectus reus, veniat reſponſurus. Qui ſi venerit infra
annum, iudicio ſiſti præſtita cautione, ac exhibita ſa-
tiſdatione congrua expenſarum, poſſeſſionem recu-
peret. Quòd ſi cautionem offerre neglexerit infra an-
num, actor poſt annum verus conſtituetur poſſeſſor:
ſuper proprietate duntaxat aduerſæ parti defenſione
legitima reſeruata: quòd ſi ſuper rebus immobilibus
quiſpiam conueniatur, qui eas poſſidet nomine alie-
no, debet ſtatim in iudicio dominum nominare cer-
to dierum ſpatio à iudice finiendo: eoq́ue ad eius no-
titiam producendo, vt vel ipſe veniens, vel idoneum
dirigens reſponſalem, actoris intentionem excipiat.
Si verò poſt tempus indultum, quod diſpoſitum eſt,
noluerit adimplere, tãquam lite quæ ingeritur, ex eo
die quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt, ad inter-
rumpendam præſcriptionem longi temporis conte-
ſtata: dominum poſſeſſionis, Iudex tribus edictis le-
gitimis euocabit, & tunc ipſo in eadẽ voluntate ma-
nente negotiũ ſummatim examinãs, in poſſeſſionem
ipſarũ rerum, actorem mittere non tardabit, omni al-
legatione abſenti ſuper principali quæſtione reſerua-
ta. Si autem ſuper perſonali actione conueniatur, vel
mittendus eſt actor in poſſeſſionẽ mobiliũ ipſius, vel
immobiliũ, ſi fortè mobilia nó habeat, pro modo de-
biti declarati, vel in contumacẽ eſt Eccleſiaſtica ſen-
tentia proferẽda: ita videlicet, ꝙ alterutra pœna, quæ
magis timeri debeat, Iudex à principio ſit contentus:
ad alteram nihilominus proceſſurus, ſi hoc meruerit
proteruitas contumacis: qui veniens infra annum,
vel poſt etiam audietur, iuxta diſtinctionem in alio
caſu ſuperius annotatam, hoc eſt, modo præſtet cau-
tionẽ iudicio ſiſti, & reſtituat aduerſario impẽſas oc-
caſione contumaciæ factas, hactenus Pontifex. Nos
autem, ne aliquid, ꝙ ad huius tractationis enodatio-
nem attinet, intactũ relinquamus, cũ ab eo de actio-
nibus in rem, & in perſonam ſolùm tractatũ ſit, quid
iuris in mixtis iudiciis obſeruetur, quarumq́; actionũ
naturam conſequantur, videamus. Vt itaque à defi-
nitione exordium noſtra ſumat oratio, eas mixtas ap-
pellabimus, in quibus vterque litigantium, actoris
atque

atque rei cōuenti vicē fungitur. Et huiuſmodi actiones tres numero inueniuntur, nam vt Caius dixit, in l. in tribus. C. de iudiciis. in tribus iſtis iudiciis familiæ ereiſcundæ communi diuidundo, & finium regūdorum, quæritur quis actor intelligatur: quia magis placuit eum videri actorem, qui ad iudicium prouocaſſet. Hoc itaque in primis certum ſit in hiſce iudiciis, ſi eius rei, ob quam intenditur actio partem noſtram reſpiciamus, actione in rem experiri: econtra ſi aduerſarij partem contemplemur, in perſonam agere dicemur, & ſi ipſam harum actionum cauſam, primamq; originem intueamur, cum ex quaſi contractu deſcendant, nō in rem, ſed in perſonā iudicia eſſe dicemus. His igitur præambulis præmiſſis, vt ad quæſtionis noſtræ tractationem deſcendamus, in duobus prioribus iudiciis ad duo, ad rem. ſ. & ad pręſtationes, agi reſpondebimus. Ait enim Vlpi. in l. iudicium. D. fin. regund. Familiæ erciſcundæ iudicium ex duobus conſtat, id eſt, rebus atque præſtationibus. In his itaq; iudiciis conſiderata rerum petitio, eadem ratione in bona contumacis mittitur, ac ſi actio in rem intentaretur: ſpectatis vero pręſtationibus, perſonaliū actionum naturam ſeruamus. Hoc etiam hic notatu dignū eſt, quotieſcunque in bona ob contumaciam aliquis mittendus eſt, in poſſeſſione totius rei, licet pars modo debita ſit, miſſionem fieri debere. Ait enim Cicero, bonorum poſſeſſionem non in aliqua parte, ſed in vniuerſis, quæ teneri ac poſſideri poſſint, ſpectari. Hoc tamen obſeruato, vt percipiat fructus proportione ſolùm debitæ partis: aliarum vero partium, in quas ex proportione Geometrica nullā habet actionem, fructus arbitrio iudicis ſeruentur. Cuius diſtinctionis hæc tradita eſt ratio, ꝙ in partem rei petitæ, ſaluis legibus, nemo mitti poſſit: fieret. n. diuiſio rerum, & dominium transferretur ante litem conteſtatam. Vnde id abſurdi dimanaret, ꝙ iudex ante cœptū iudicium ſententiam, quæ vim diffinitiuæ habet, pronunciaret. Atque hoc nemo ſanus admiſerit. Tertia reſtat actio in qua id obſeruatum eſt, vt in contumacis bona eo modo mittatur, ac ſi perſonali iudicio in ius vocatus eſſet: tum ꝙ actio finium regundorum, vel ad conſtitutionem nouorum, vel ad refectionem veterum terminorum, & ad præſtandum id quod intereſt, concedatur: tum verò, quòd aduerſario ſe iudicio non ſiſtente, actor iuſiurandum in litem præſtet, & quanti ſua interſit, reum non veniſſe declaret.

Quomodo & quando ab hæredibus creditores ius ſuum perſequantur. Cap. 17.

Ait Iauolenus lib. 1. Epiſtolarum.

PATER familias impuberi filio, ſi ante pubertatem deceſſiſſet, ſubſtituit hæredem: is filius paterna hæreditate ſe abſtinuit, ideoq́ue bona patris væierunt, poſtea filio hæreditas obuenit: qua adita, deceſſit. Quæro, cum prætor in ipſum pupillum, quāuis poſtea hæreditas obueniſſet, creditoribus tamen patris actionem non daret: an in ſubſtitutum creditoribus patris danda ſit actio, cùm in bonis paternis, quæ. ſ. ad creditores miſſos ad bona pertinent, nihil acquirat. Et cum creditores nihil iuris in bonis pupilli habuerint, eorumq́ue nihil interfuerit adiretur néc ne pupilli hæreditas, cum ea bona omiſſa à ſubſtituto hærede, ad creditores non pertinebant. Me illud maximè mouet, quòd præceptoribus iuris placet, vnum eſſe teſtamentum. Reſpondit quòd filio, qui à paterna hæreditate ſe abſtinet, prę ſtat ne bonis patris eius venditis. in eum actio detur: tametſi poſtea hæreditas obuenit, creditoribus non reddatur: idem & in ſubſtituto filio hærede ſeruandum eſt: quoniam filij pudori parcitur, vt potius patris, quam bona eius, væneant. Itaque in id quod poſtea ei obueniat actio, creditoribus denegatur. Quia id quod ex aduentitio acquiſitum eſt, non per patrem ad eum peruenit: At cùm ſubſtitutus filio hæreditatē adiit, poſtquam pupillus ſe paternæ miſcuit hæreditati, tunc hæreditas & patris & filij vna eſt, & in omni ære alieno, quòd aut patris aut filij fuerit etiam inuitus hęres obligatus. Quemadmodum enim liberum non eſt poſt obligationem, vt non omnimodo ſi non defendatur, ipſius bona væneant: ita nec ſeparari quidem æs alienum in patris & filij poterit: quo caſu efficietur, vt creditoribus in eum actio dari debeat: quòd ſi ſubſtitutus hæres hæreditatem non adierit, creditoribus patris in id quod pupillus reliquit, actio dari non debet: quoniam neque pupilli bona vænire debent propter ęs alienum patris: neque in bonis patris eſt, quod pupillus acquiſiuit.

Multis nunc de πρωτοπραξίας traditis præceptis, & via, quaſi qua ius ſuum creditores perſequantur, præſcripta: quęri poſſet, & hoc non incommodè, quo auxilio & à quibus ſucceſſoribus ius ſuum obtinere queant. Ex facto itaque conſultus eſt Iauolenus, in hac l. noſtra, cum pater filiofamilias impuberi, ſi ante pubertatem deceſſiſſet, hæredem ſubſtituerit: atqui filius fortuna patris diligentius explorata, hæreditate ſe abſtinuerit, eidemq́ue ab alio poſtea delata fuerit hæreditas, qua via, & à quo creditores, quibus paterna bona non ſufficiunt, res ſuas iure petere poſſint? Et contra pupillum nullus reſtat experiundi modus, nihilq́ue iuris in eius bonis creditoribus relinquitur. Ideoq́ue Iauolenus, per Epiſtolam conſultus, reſpondit. Prætorem filio qui à paterna hæreditate ſe abſtinet, præſtare, ne, bonis patris eius venditis, in eum actio detur: tametſi aliunde poſtea ei hæreditas obueniat. Prætereà & illud quærebatur, an ne creditoribus à pupilli facultatibus reiectis, per ſubſtituti hæreditatem ſuccurri debeat: & creditoribus hinc maximè apparebat ſuccurri debere quod Iuriſc. in l. patris & filij ff. de vulg & pupil. ſubſt. §. igitur. in inſt. de pup. ſubſt. vnum patris & filij teſtamentum eſſe viſum fuerit: atque ideo qui pupillo ſucceſſerit, patri ſucceſſiſſe cenſeatur. Contrarium tamen Iauoleno viſum eſt: cur enim illis ad ſubſtituti bona pateбit via: tum ꝙ illorum nihil interfuerit, adiretur néc ne hæreditas pupilli: atque ea etiam omiſſa, nullo iure ad creditores pertinerent: tum verò, quòd paternis creditoribus reſpondendum ſit, ex patris, non autem ex aduentitiis pupilli bonis. Atque non tanti fuit apud Iauolenum argumentum, quod de paterni cum pupillari teſtamenti coniunctione adductum eſt, quamuis enim quodammodo vnum teſtamentum cenſeatur, d. §. igitur, diuerſæ tamen ſunt hæreditates Atque his argumentis motus, ſanè infirmiſſimis, Iuriſc. ſententiam ſuam reſcripſit, in hac noſtra. l. Ad explicationem autem difficillimi huius capitis, atque celeberrimi, ob pugnantia reſponſa, l. ſi filius qui patri. l. ſed ſi plures. § ſi ex aſſe. D. de vulg. & pup. ſub. l. quæſitum cum duabus ſubſequentibus. l. qui patri hæres. D. de acq. hære. l. quidam. C. de iure delib. vt aliquid adferamus primò ſciendum eſt, veteribus etiam legumlatoribus inuento iam apud omnes penè gentes teſtamentorum vſu, æquiſſimè viſum eſſe, vt ſicut hæredibus debitores, ita viciſſim creditoribus hæredes crediti nomine proportione hæreditaria adſtringerentur.

rentur. Summoperè enim prudentiſſimi homines in eo laborarunt, ne vlli ius ſuum adimeretur. l. ius noſtrum. D. de regul. iur. Cum igitur ab eo cui pecunia eredita eſſet, vtpotè iam è medio ſublato, debitũ ſolui non poſſet: mortemq́ue modum non ſatis validum exiſtimarent, quo alij, qui bonis ſuis commodè frui poſſet, ius ſuum detraheretur, nullum æquè pro debitis hæreditatiis obligari cõueniebat, quàm hæredem & omnium bonorum ſucceſſorem, qui ſanè ſuo munere fungi volet, id oneris non dettectabit, cùm is, qui commodum ex hæreditate ſentiat, debita luere, & ſi quæ ſunt alia incommoda, tolerare ſumma ratione & natura quaſi dictante cogatur. Sed bonis teſtatoris quantumuis oneratis, liberum tamen eſt quoſcunque, & in quot velit vncias hæredes inſtituere, §. hæreditas, in inſti. de hæred. inſtituen. dato etiam cui velit ſubſtituto. §. 1. in inſtitut. de vulga. ſubſtitut. Nihil enim eſſe putarunt legiſlatores ꝙ magis hominibus debeatur, quàm vt ſupremę voluntatis, poſtquam iam aliud nõ poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, quod non iterum reddit arbitrium. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. cuius fauore etiam illud inductũ eſt, vt is qui vniuerſorũ bonorum ſucceſſor ex voluntate teſtatoris deſtinatus eſt, hæreditatem ſibi delatã partim repudiare, partim verò adire prohibeatur, cùm, ne in regulam peccetur, quæ neminem pro parte teſtatum, pro parte inteſtatum decedere voluit, l. ius noſtrum non patitur. D. de reg. iur. tum verò, ne teſtatoris iudicium, & vltima voluntas in vna quidem portione comprobetur, in alia verò reiiciatur. l. 1. & 2. D. de acqui. vel omit. hære. vnde & illud profluxit, quod qui partem hæreditatis agnouit, reliquam etiam agnouiſſe cenſeatur, l. 1. & 2. & argumento. l. qui ex duabus. §. fin. D. de acquir. hæred. quamuis non econtra, qui portionem aſpernatus eſt, id quod ſupereſt, reiecisse præſumatur: Glo. ad l. 2. D. de acquir. hæt. ſiue quod priuato nec augeri, nec imminui poſſit: vt Iaſon. ad d. l. quidam. C. de iur. delib. ſiue quod maiore fauore additionem dignati ſint Iuriſc. in l. cùm quidam. D. de lib. & poſth. Quod vſque adeo verum eſt, vt etiamſi incertis portionibus ſubſtitutum habeat, nihilo magis ęaſdem omittere, & reliquas agnoſcere concedatur, nec enim ſufficit, ſubſtitutum eius vices obire. Namque abſurdum Catoni viſum eſt, in l. nam abſurdũ. D. de bon. libet. licere eidem partim comprobare iudicium defuncti, partim euertere: ſeu, vt dixit Paulus, in l. ſi ita ſtipulatio. §. fi. de operis liber. ex parte obligationem comprobare, & ex parte tanquam de iniquo quæri. Si tamen idem inſtitutus & ſibiipſi ſubſtitutus proponatur (quod à Iuriſc. mutata cauſa. i. maiore emolumento ex poſteriore gradu expectato, permiſſum eſt, l. ſed ſi plures. §. nemo inſtitutus. D. de vulg. & pupill.) aliis à priore, aliis à poſteriore gradu legatis relictis, poterit impunè omiſſa ex inſtitutione hæreditate, ex ſubſtitutione eandem recipere, idq́ue ex præſumpta teſtatoris voluntate, qui liberum hæredi reliquiſſe arbitrium adeundæ ex vtrouis gradu hæreditatis cenſeatur. Hinc Papinianus, in l. 1. §. ſi proponatur. D. ſi quis omiſſa cauſa, &c. ſi proponatur, inquit, idem inſtitutus & ſubſtitutus, & prætermiſerit inſtitutionem, an incidat in edictum, quæritur. Et non puto incidere, quaſi teſtator hanc ei dederit facultatem qui eum ſubſtituit. Nec enim in edictum incidere viſus eſt, & teſtamenti cauſam omnino omiſiſſe cenſendus eſt, qui ex facultate ſibi à teſtatore conceſſa vnum gradum (vtpote ſua opinione magis opimum) præ cæteris elegit. Hinc & illud non abſimile profluxit, plurium hęreditatum vni eidemq́; delatarum ſeparationem fieri poſſe, l. liber homo. §. vlt. D. de hæred. inſtit. ſicuti & rerum legatarum, ac partium vnius eiuſdemq́ue rei legatæ, quas ipſe teſtator fecit. l. legatarius. D. de leg. 1. l. 4. 5 & 6. & l. ſi cui. D. de leg. 2. Cùm igitur hæredi ad probandam vnam partem, & alteram reiiciendam nulla via, nullumq́ue remedium reliquum ſit, placueritq́ue ſiue in inſtitutionibus, ſiue in pupillari ſubſtitutione vel omnia admitti, vel omnia reiici, d. l. quidam, C. de iure delib. ingerit ſe hic confeſtim quęſtio intricatiſſima, liceátne ſubſtituto pupilli eius hęreditatem adire, & paternam aſpernari? At hæc ea eſt quæſtio, in qua totius noſtri reſponſi vis & quaſi cardo vertitur, mouebat Iauolenum in negantem partem, quod vnum idemq́; teſtamentum eſſe patris & filij, præceptoribus iuris placuerit. Qui ob ex ita, vt ſtatim admonuimus, faciliimè tolli poteſt, ſi vnum quidem teſtamentum eſſe admittamus: vnam verò hæreditatem eſſe inficiemur: nam, vt dixit Iuſtinianus, d. §. igitur vel duo quodammodo ſunt teſtamenta, alterum patris, alterum filij, tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredẽ inſtituiſſet: vel certè vnum teſtamentum duarum cauſarum, id eſt duarum (vt ſuam ipſius mentem explicat dicto loco) hæreditatum: atque hinc patet nihil eſſe, quod generale illud Axioma, quo traditum eſt, vel omnia ſimul admitti, vel omnia repudiari debere, ſiue in inſtitutionibus, ſiue in pupillari ſubſtitutione: vllam in hac noſtra tractatione faciat remoram. Nam vt in omni tum inſtitutione, tum pupillari ſubſtitutione, ita etiam in hac de qua agimus hypotheſi merito huic canoni locum damus. Qui enim pupillo ſubſtitutus eſt, parte aſpernata, ad reliquam partem quantumuis deſideratam, ob perpetuam huius regulæ authoritatem non admittitur: paterna verò repudiata, curà pupillari arceamus, nulla iuris ratio admittit. Nec. n. hic vulgatæ regulæ vlla ratione derogatum eſt, & quamuis pupillare teſtamentum eodem iure cum paterno cenſeri debeat, eoq́ue cadẽte cadere, cùm vt dixit Iuſtinianus in §. liberis autem. inſtit. de pupil. ſubſtit. ſequela ſit & paterno teſtamento accedat, tamen cum diuerſæ hæreditates ſint donec aditione vniantur, & paternum & pupillare in vnum redigantur: mirũ non eſt, cur hic huic apud omnes iactatæ regulæ non ſit locus: ad formam autem & ſolennitatem teſtamentariam quod attinet, cùm eædem cæremoniæ vtrique celebrando ſufficiant, notiſſimum eſt, dicta l. patris & filij, ſi in inſtitutione lapſum ſit reliquum etiam, quod huic, ob vnos eoſdemq́ue ritus accedit, authoritatem & vires obtinere non poſſe: vnde per inofficioſi querelam expugnato teſtamento, ne pupillares quidem tabulæ manent ſaluæ, l. Papinianus. §. ſed nec impubes. D. de inoffic. teſtamen. quod per contratabulas bonorum poſſeſſionem certum eſt non fieri, propterea quòd remedium ſit honorarium: iam verò nihil tritius eſt, quàm per prætorem: vt non facit eſſe hæredem, ita neminem deſinere eſſe hæredem. Querelam verò, cùm ſit iuris ciuilis, teſtamentum penitus, & quæ ex eo dependent, omnino corruunt, argum. §. quos autem, inſtitut. de bono. poſſeſſ. Sed nunc audire videor lectorem tacitè ſecum obmurmurantem. At igitur qua ratione, quóve iure ab Imperatoribus decretum ſit, eum qui pupillarem hæreditatem ad ſe deuolutam non reiecerit, paternæ renuntiare poſſe, contra verò qui paternam hæreditatem ſemel acceptam habuit, pupillarem aſpernari non poſſe, dicta l. quidam. C. de iure deliber. cum tamen vtrobique diuerſæ ſint, te authore, hæreditates? Nos Vlpianum

ſecuti,

ſecuti, in l.ſi pupillus.D.de acq.hær.nõ aliam diuerſi iuris ratiooem inuenimus, quàm quòd pupilli fauor ius ſingulare deſiderauerit:nec alia ratio fuit,cur meritò & iure reprehenſum eſſe à Marcello Iulianum teſtetur Vlpianus in d.l.ſi pupillus. Si enim nulla hîc perſonarum & priuilegij ratio haberetur,ſanè dicendum putarem: vt is qui pupillarem hæreditatem acceptauerit, paternam repudiare non prohibetur, ita etiam qui paternæ ad ſe deleat hæreditati locum dederit,pupillarem iure reiicere poſſe,propter eandem in vtraque rationem. Verum ius illud cum pupilli vtilitati plurimum detrahat,æquitate lenitum eſt,cum enim in omnibus præcipuè ſpectetur vtilitas,tum verò præcipuè in hoc noſtro articolo priuilegium pupilli ætas expoſtulauit.Ideoq́; cum cauſam repræhẽſi à Marcello Iuliani diligentius inquireret Vlpianus; d.l.ſi pupillus.nulla alia ſe obtulit commodius,quam vtilitas pupilli,cuius fauore iuri in vniuerſum, & generaliter concepto per priuilegium merito derogari poſſet.Quæ,inquit, ſententia a Marcello rectè notata eſt,impugnat enim vtilitatem pupilli, qui ipſe ſaltem poteſt habere ſucceſſorem, metu enim onerum patris, timidius quis etiam impuberis hæreditatem adibit, id igitur certiſſimi aaiomatis loco teneas velim.Quicunque patri hæres eatiterit, eundem,ſi filio impuberi ſubſtitutus ſit, pupillarem hæreditatẽ prætermittere non poſſe, lege qui patris.D.de acquirenda hæreditate. Contra verò, qui pupillarem hæreditatem admiſerit,patris ſpernere nullo iure prohiberi.l. ſi filius qui patri.D. de vulgar. & pupill. l.quæſitum cum duabus ſobſequentib. D.de acq. hære.tum ꝙ expediat pupillo,habere ſucceſſorem ex teſtamento,tũ etiam, ꝙ multum à legumlatoribus commẽdetur,qui proſpicit,ne pupilli hęreditas oneribus patris ſit obnoxia.Cæterum alia nec minus intricata hic nõ importunè ſe ingerit quæſtio,conueniens ſanè ad id, quod agimus,diligentius excutiendum, cur.ſ.cùm in hac noſtra,quam tractamus,hypotheſi,ſolus filius inſtitutus,eiq́; ſubſtitutus datus proponatur, ſubſtitutus,repudiata paterna, ad pupillarem hæreditatẽ iure ac meritò admitti dicatur:videri enim poſſet,in iuris principia & axiomata in iure certiſſima, à Iauoleno peccatum eſſe, hac noſtra.l.Nam quocunque te vertas,vel contra mentem huius reſponſi, vel cõtra vulgatas regulas reſpõdeas oportet. Si enim filius hæreditatẽ repudiauerit,ob non aditam hæreditatẽ paternam,etiam pupillares tabulas concidere, & proinde nullam conſequendæ hæreditatis viam ſubſtituto relinqui luce clarius eſt.Rurſus,ſi aditam à pupillo hæreditatẽ admittas,in abſurdũ incides priore nõ longè minus:nã (vt ſuperius admonuimus) propter admiſſam à pupillo hæreditatem, ita in vnum redigi cœpit vtriuſq; hæreditas, tanto vinculo vniri & conſtringi, vt vel vtriuſque hæreditatem habere debeat,aut neutrius. Iuncta enim cœpit (vt pulchrè dicit Vlpia.in l. ſed ſi plures.§. filio impuberi. D. de vulg.& pupill.) vtriuſque hæreditas.Qui ſanè ſcrupulus, ſi vllus alius in hac noſtra materia multorum fatigauit ingenia, quique ad tam remotos, tamq́; à legis ſententia alienas fictiones interpretes noſtros cõpulit (de quo vide Bart.ad hanc noſtrã.l.&glo.circa verb.paterfam.) vt quod olim de aſtrologis vulgo iactatum eſt,merito in noſtros iuris profeſſores retorqueri poſſit, mirum ſcilicet eſſe,cur profeſſor profeſſorem aſpiciens, vel obuium ſalutás, ob tam varias & remotas diuinationes à riſu & cachinno ſe temperare queat. Nos remotis ambagibus, iiſque quæ a Iuriſc. mente magis aliena ſunt, contentinſis huminibus relictis, faciliimam, quam ſciemus poterimuſque, in extricatione huius labyrinthi ſequemur methodũ & viam. Quod igitur traditum eſt in d.l.ſed ſi plures.§. ſi ea aſſe.deficiente ob repudiationem paterno teſtamento, pupillarem nihilominus hæreditatem ſubſtitutum conſequi poſſe,hanc rationẽ habere viſum eſt, ꝙ ſola ſuitas(libet enim hîc peregrinum vocabulum longo vſu iam receptiſſimum vſurpare) pupillares tabulas,alioqui,ob non aditam hæreditatem paternam inualidas ſua acceſſione confirmet, d.l.ſi filius qui patri.& l.filius,qui ſe paterna.D.de acq.hær. & ad eandẽ.l.apertè Bar. & ꝙ aliàs eſſet infirmum, ſuo vinculo reddat firmiſſimum,ſi tamen ſuus hæres inſtitutus proponatur,& cohæredem extraneum non habeat. Inſtitutio namque eatranei, vim quandam, patriæ poteſtatis (licet non ipſam poteſtatem) tollit & eatinguit. Et hac ratione tradit Vlpia.in d.l.ſed ſi plures.§. ſi ex aſſe.cõſultus in hac facti ſpecie, cum ex aſſe hæres ſcriptus,& filio exhęredato ſubſtitutus repudiauit patris hæreditatem, hunc ſubſtitutum non poſſe filij hæreditatem adire,cum non valeat filij teſtamentum,l.ſecunda.§.quiſquis.D.de vulg.& pupil.ſubſt.niſi patris adita fuerit hæreditas.Qua itaque ratione reſponderit Iulianus,d.l.filius qui ſe paterna hæreditate abſtinuit,ſi eahæredati fratris hęreditati ſe immiſcuerit,& pro hærede geſſerit, poſſe ex ſubſtitutione hæreditatem obtinere. Hinc ſatis conſtat ꝙ nullus niſi patriæ poteſtati ſubiectus, à teſtatore inſtitutus dicebatur. Sed nũc ſe hîc ingeret quiſpiam,ſi naturale illud vinculum(ꝙ ſuitatem dicis)teſtamentum pupillare deficiente aditione, perinde ac ſi adita eſſet hæreditas, confirmet, cur non tantum ei vinculo tribuis, vt ſua acceſſione ita in vnum teſtamentum patris & filij cõſtringat atque vniat vt admiſſa vna alterã prætermittere non liceat?Ne hîc modus vos intricatos teneat, ante omnia tenendum eſt,iure ciuili(quo patris & filij bona eadẽ cẽſebãtur,l.in ſuis.D.de lib. & poſth.§. ſui autẽ. inſtit.de hæred. & qualit.& diff. & patri ſuccedẽs filius ſibi quodãmodo ſuccedere putabatur)ob patrię poteſtatis vinculum,quo omnia patri in filium licebant cõſtitutum fuiſſe,vt patris filius neceſſarius hæres eaiſteret.l.neceſſarius. D.de acq.hær.vide Vigiliũ ad d.§.ſui autem.Quod cum in filiũ æquo ſeuerius cõſtitutum prætori videretur,ſucceſſit ius honorarium,ſed his prætor.inſt.de hæred.qua & diff.ꝙ liberam & adeundæ & repudiandæ hæreditatis voluntatem liberis in eorum fauorẽ indulſit:iam verò quid tritius hac regula eſt,qua traditur,nullam iuris rationem & æquitatis benignitatem admittere, vt ea quæ ſalubriter pro hominũ fauore introducta ſunt,in eorundẽ odium retorqueãtur.l.nulla iuris. D.de legib. l. ꝙ fauore de legib.l. ſi iudex. D. de no.l.non eo minus.C.de proc.c. ꝙ ob gratiam de reg.iur.lib.6.quãtum autem pupilli fauori hîc derogatum eſſet,ſi repudiationem nõ concedamus liberam tum pupillo,tum etiam ſubſtituto,clarius eſt quàm me egeat interprete.Si tamen ea contemplemur,quæ minoris vtilitatẽ reſpiciunt,filiumfamilias patri hæredem eſſe,licet ſeſe non immiſcuerit hæreditati paternæ,certi iuris eſſe videbimus,de quo vide Ioan.de Platea.

Porrò nunc hoſce ſcopulos prætervectus,aliũ non minus laborioſum & difficilem quique diligentẽ lectorem remorari poſſet,videre videor,cum enim hîc ex aſſe inſtitutus filiusfamilias proponatur,quo referemus Marcelli opinionẽ, tantoperè ab Vlp. cõprobatam, ad d.§.ſui autẽ in l.quæſitum.D. de acq.hæred.cui viſum eſt, ſubſtitutum, ſi ex parte inſtitutus ſit, ſine metu remota patris ſucceſſione, impuberis hære-

hæreditatem amplecti poſſe, hoc non dubiè ſubindicans, ſi ex aſſe inſtitutus eſſet, idem illi beneficium non indulgeri? Et ſanè hic locus eſt, qui ab interpretibus non ſatis examinatus, ad nouas, easque minus neceſſarias diſtinctiones in hac noſtra materia eos redegit. Quidam enim Iauoleni viæ inſiſtere nõ ſatis tutum eſſe arbitrãtes, cohæredem pupillo datum finxerunt, de quo vide Bart. & poſt illum Zaſium ad l. hanc, quod quo minus ſequeremur, fecit hæc Iuriſconſulti ſententia: qua ob repudiationem pupilli bona vendita eſſe tradidit, hac. l. circa verſ. Ideoq́ue bona patri, &c. id certè neutiquam aditurus, ſi cohæres, qui hæreditatem occupaſſet, cum eo fuiſſet institutus. Nos itaque & verbis inſiſtere, & ſententiam ſaluam ſeruare contendentes, pupillum qui hæreditate abſtinuit, ſolum hæredem ſcriptum fuiſſe, exiſtimamus, nec mouet nos Marcelli diſtinctio, in d. l. quæſitum, cum longa ſit noſtræ hypotheſeos, cum ea quæ Marcelli eſt, differentia. Hic enim ſubſtitutus, non inſtitutus proponitur extraneus, contra verò in Marcellina diſtinctione extraneus inſtitutus & ſubſtitutus pupillo fingitur. Vbi ſanè multum intereſt, vtrum ex aſſe ſcriptus ſit, nullo dato (præter pupillum fortè) cohærede, an verò ex parte, vt quidem hac ratione repudiata, paterna ad pupillarem pateat via, adita tamen à cohærede hæreditate: illa verò ob vtriuſque repudiationem & voluntatis paternæ infirmationem nulla ratione. Nullus namque ibi confirmandæ pupillaris ſubſtitutionis modus reliquus fuit: nec enim per aditionem eum hæreditatem nullus agnouiſſe proponatur, nec etiam ob eius vinculi, quod Suitatem vocant, vim & authoritatem pupillares Tabulæ redditæ ſunt firmiores: Nam regulæ ſuperius traditæ, dato extraneo hærede, non eſt locus: ſecus eſt, ſi non alius quàm ſuus hæres inſtitutus proponatur. Quo pertinet illud Papiniani reſponſum, in d. l. ſi filius qui patri. Si filius, inquit, qui patri, ac poſtea fratri hæres ex ſecundis tabulis extiterit, hæreditatem patris recuſet, fraternam autem retinere malit audiri debet. Iuſtius enim Prætorem facturum exiſtimo, ſi fratri ſeparationem bonorum patris conceſſerit. Sed cùm apud omnes in confeſſo ſit, extraneum cohęredem Suitatis vim, de qua diximus, & authoritatem in confirmatione pupillarium Tabularum penitus conuellere, quæri poſſet, an reiecta paterna, aditus ad pupillarem ei omnino præcluſus ſit? Et ſanè præcluſam eſſe, non vno argumento doceri poſſet: oportet enim vel adierit, vel repudiauerit hæreditatem. Et illa quidem hypotheſi ſuo iudicio vtriuſque hęreditas coniuncta eſt, vt vna ſine alia nec admitti, nec repudiari queat. d. l. quidam. C. de iure delib. hac verò teſtamentum paternum, niſi pupilli aditione confirmatum ſit, facit inutile, à quo cùm pupillare tanquam fundamento dependeat, fieri non poteſt, quin illo labefacto, etiam hoc fiat inualidum. Vlp. enim authore, d. l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe. nõ valet filij teſtamentum, niſi patris adita fuerit hæreditas: ſi autem pupillus ſe hæreditati immiſcuerit, non minùs anguſtis terminis conſtringitur cohæres: cùm enim ea pupilli comprobatione vnita ſit vtriuſque hæreditas, d. l. ſed ſi plures. §. filio impuberi. non poterit indiſſolubile illud vinculum, & nodum quaſi Gordieum vlla via diſſoluere. Si igitur paternis oneribus extricari poſtulet, nullũ ſalubrius erit conſiliũ, quã vtriuſq; hæreditati ſimul renuntiare. Iã igitur an nullũ ad hæreditatẽ pupilli acquirendã extraneo hæredi ſuperſit auxilium, inquiramus. Et ad inſtitutionẽ ꝙ attinet, nullum modum acquirendę hęreditatis illi cõpetere, ex iis quæ diximus, certiſſimũ eſt. Cæterum an ab inteſtato pupillo ſuccedere inſtitutus à patre poſſit, in dubium fortè trahi queat. Et quo minus poſſit, impedire videtur edictum Prætoris, in l. 1. §. quærimus. l. quia. C. ſi quis omiſſa cauſa &c. quod in eos, qui omiſſa cauſa teſtamẽti, ab inteſtato hæreditatem poſſident, conceptum eſt. Cui ſanè edicto non ſatis tribuiſſe Vlp. in l. ſi pupil. D. de acq. hæred. pro dignitate videri poſſet: qui cum Marcellus fratrem teſtatoris impunè pupilli hæreditatem ab inteſtato poſſidere repudiata paterna, aſſeruiſſet, facere illi præbuit aſſenſum. Videndum eſt itaque, quæ ſit edicti & reſponſorum ratio. Atque prætoris quidem edictum ita interpretatus eſt Vlp. in d. l. quia autem. §. nõ ſimpliciter. & l. excuſatus eod. tit. vt ſi iuſta cauſa aliqua interuenerit, actio ex eo non detur. Cùm autem in hac, quam retulimus, facti ſpecie maxima ſit ratio, quæ id poſtulet, ne ſcilicet oneribus patris pupilli hæreditas implicetur, maximè conuenit eum edicti ſententia Vlp. tantum abeſt vt vlla in parte diſcrepet. Vt igitur generali quęſtioni ſatisfaciamus, id in vniuerſum obſeruatum eſt, ꝙ iã in hypotheſi oſtendimus, vt. ſ. ſemper in extraneo cohærede pupillo dato ob commodum pupilli, ꝙ legiſlatores præcipuè ſpectare ſolent, edictum prætoris remittatur. Hinc nouum videri nõ debet, cur aliud in pupilli fratre, aliud in teſtatoris fratre reſponderit Vlp. Illi enim alia via abundè conſultum eſt, ob facilem hæreditatum ſeparationem, cùm non ſit datus cohæres extraneus: huic verò non item.

Quomodo res, non iure alienata, recuperetur. Cap. vltimum.

Ait Papyrius libro 1. de conſtitutionibus.

IMPERATORES *Antoninus & Seuerus reſcripſerunt, qui bona ſua, negant iure venisse præiudicio experiri debere: & fruſtra à Principe deſiderare reſcindi venditionem.*

Diximus ſuprà, quæ natura ſit iuris ſingularis, & quomodo cõtra tenorẽ rationis: atque illud ius quod omnes tenet, indulgeri ſolitũ ſit. Vnde facilè peti poteſt, cur hic Imperatores ſecundum ea quæ proponerẽtur, fruſtra peti reſcripſerint. Si enim id quod petitur, ius permittat, ad priuilegiũ non eſt recurrendum, pulchrè Imperator Leo cum propter quotidianas de theſauro inuento cõtrouerſias, lege lata, certum præſcripſiſſet iudicium, ſuperfluum dixit fore, ſi id ꝙ iam lege permiſſum eſſet, precibus ab eo cõtenderẽt. Variæ autem ſpecies ſunt, quibus debitor de iniuſta venditione non immeritò conqueri poſſit, vt pote, ſi prętermiſſa haſtarum ſolennitate, poſſeſſiones ex officio diſtractæ ſint. l. 3. de iure Fiſc. lib. 10. l. 2. de fide inſtru. & iure haſtæ Fiſca. vel ſi pretij vtilitate ob exiguum debitũ gratioſam emptionem in fraudem tuam, vtilitatemq́ue rationum mearum aduerſarium commentũ fuiſſe dicas: vel ſi creditor, nõ facta denũtiatione, propria authoritate pignus vẽdideris: ſi res pupilli ſine decreto iudicis alienata dicatur: itemq́ue ſi ij, quibus ſacrarum rerum cura commiſſa eſt, rerum immobilium alienationi debitas cæremonias receptosq́ue ritus adhibitos non eſſe querantur. Et generaliter vti creditor pignus vendens, ita & executor, ſi quid dolo fraudéve agat, doli actione tenetur. l. 4. §. ſi executor D. de neg geſt. Hoc itaq; modo ſi quis ſe læſum exiſtimet, nõ implorandum eſſe in integrũ reſtitutionis beneficium, ſed ex iure communi cũ aduerſario agẽdum eſt: vel, vt aiunt Imperatores, *Præiudicio* expe-

experiundum eſt.Quæ igitur hæc actio ſit, ad quam nos remittunt Imperatores, quæque Præiudicialis in iure noſtro appellatur, paucis videbimus. Eſt igitur præiudicium, Aſconio & Quintiliano,res quæ cũ ſtatuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum quòd ſequãtur. Sed parum aut nihil hoc ad noſtrum inſtitutum. Præiudicium igitur,quòd quærimus, authore Theophilo, in princip. Tituli de Interdictis. ἐστι τύπος ἀπὸ ἰντεντίωνος μόνης συγκείμενος. Cur autem ex ſola intẽtione conſtare dicatur, ſubiungit, οὐδὲ γὰρ ἔχει κατὰ δίκην ἐν ἑαυτῇ, quod quidam nuper impugnare conati ſunt, ſed plumbeum telum reiiciet quiuis. Condemnationem.n.intelligit rei, de qua agitur. Agat igitur hic, qui Imperatorem priuilegij impetrandi cauſa acceſſit præiudicio:& bona ſua Prætoris decreto, nõ iure, veniſſe declaret,quod vbi demonſtrauerit,parũ equidem, ad condemnationem quod attinet, profeciſſe dicetur,vbi enim,liberéne,an iniuria bona venierint, ſatis probatum erit, ad præcipuam actionem totius rei caput progredietur: & ad repetenda bona rei vendicatione acturus eſt,& ſi qui concurrant creditores, omnibus præferetur. Non diſſimilis eſt controuerſia Curiatij apud Plinium, lib.quinto. Epiſt. cum hæredibus: Cum enim is exhæredatus eſſet, & hæreditatẽ peteret,obiecta fuit exhæredationis nota, quam ipſe quidem factam admiſit,ſed iuſtam negauit: vnde ad petendam hæreditatem præiudiciali querela actum eſt. Cui autem in hac controuerſia probandi onus incumbat,ſatis indicant Imp.cum aiunt, in hac l. eum Præiudicio experiri debere: niſi enim probet præiudicio agentem,reiiciet aduerſarius, generaliter enim Vlpianus ait,in leg.generaliter.D. de excepr. cum in Iudiciis partibus actoris fungi,qui habet intẽtionem ſecundum id quod intendit. Sin minus probauerit, iam cauſa non interueniſſe cenſetur: atque à iudicio, quo properabat,inſtituendo ſe continebit. Hęc mihi nunc de priuilegiis creditorum occurrebant dicẽda, quæ ſi minus accuratè ſcripta,nimis præproperè edita videantur, æqui boniquc conſulas, te Lector candidè rogo: & exactius me hæc aliquando tractaturum, vbi tempus, ſtudium & diligentia iuuabit, putato.

FINIS.

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS, SVMPTVS EX REPETITIONE RVBRICÆ. ff. EOD. CLARISS. I.C. Hippolyti de Marſiliis Bononien.

1 *IN principijs librorum non requiritur rubrica continuatio.*

2 *Fideiuſſor eſt ille qui alienam obligationem in ſuam ſuſcepit fidem,principali tamen debitore remanente obligato.*

3 *Mandator dicitur ille, qui aliquid mãdat alicui, vt ſibi vel alij aliquid faciat.*

4 *Expromiſſor eſt,qui pro non obligatio promittit.*

5 *Sponſor eſt,qui ſponte, ſine rogatu alicuius, pro aliquo intercedit.*

6 *Differentia inter fideiuſſorem & mandatorem.*

7 *Fideiuſſor renuntians beneficio de fideiuſſoribus, poteſt conueniri antequàm principalis.*

8 *Campſor fideiubens pro aliquo,non habet beneficium excuſſionis,num.358.*

9 *Fideiuſſor qui iurauit in contractu obligationis, beneficium excuſſionis non habet.*

10 *Excuſſio quòd non fiat, quando certum eſt & notorium principalem non eſſe ſoluẽdo, vel ipſum non facilem ad conueniendum.*

11 *Fideiuſſor nõ poteſt vti beneficio excuſſionis, quãdo ipſe creditor aliàs eſſet debitor fideiuſſoris, & vellet compenſare.*

12 *Vbi agitur de bona fide & æquitate, fideiuſſor nõ habet beneficium excuſſionis.*

13 *Beneficiũ excuſſionis fideiuſſor non habet, quando procedit ex forma ſtatuti ſummariè & de plano,ſine ſtrepitu & figura iudicij.*

14 *Fideiuſſor poteſt conueniri priuſquàm principalis, quando principalis eſt abſens à ciuitate ſeu iuriſdictione loci vbi fideiuſſit.*

15 *Si fideiuſſor impedit executionẽ, quæ fiebat contra principalem, non habet poſtea beneficium excuſſionis.*

16 *Eximens captum pro debito ex manibus familiæ, tenetur ad debitum pro quo ille erat captus, tanquam ſi pro eo fideiuſſiſſet.*

17 *Notificans alicuius debitori, quòd creditor ſuus quærit facere eum capi & carcerari, tenetur creditori ad ſoluendum debitum illud, ſi ille fugam arripuit.*

18 *Creditor habens pignus debitoris,non poteſt conuenire fideiuſſorem,quando pignus poſſet commodè vendi.*

19 *Negans ſe fideiuſſorem, ſi probatum fuit eum fideiuſſiſſe,perdit beneficium excuſſionis.*

20 *Fideiuſſor ſuccedens debitori, tenetur vt principalis,& ceſſat beneficium excuſſionis.*

21 *Si debitor meus cõſtituit ſe precario nomine meo omnia bona ſua poſſidere, ſi poſtea aliqua de dictis bonis alienat, poſſum petere aduenięnte caſu obligationis talia bona alienata ab illo*

qui illa emit, nec requiritur quòd fiat excuſsio contra principalem.

22 *Ad tollendam excuſsionem contra principalem, an ſufficiat ſola relatio nuntij, dicentis ſe perquiſiſſe in bonis principalis debitoris, & nihil inueniſſe, & an hoc dicatur ſufficiens excuſsio.*

23 *Fideiuſſor indemnitatis non poteſt conueniri antequàm principalis, etiamſi renuntiauit beneficio de fideiuſſoribus.*

24 *Quando ſuperueniunt bona principali debitori, pendente iudicio contra fideiuſſorem, debet excuti principalis etiamſi primò fuit excuſſus, & hoc, ſi fideiuſſor non renuntiauit beneficio excuſsionis.*

25 *Exceptio dilatoria ſuperueniens lite conteſtata, prodeſt ipſi reo.*

26 *Facta excuſsione contra principalem debitorem, debet iudex pronuntiare eam eſſe ritè factam, aliàs non poterit deueniri cõtra extraneos poſſeſſores.*

27 *Quid ſit beneficium epiſtolæ diui Adriani cedẽdarum actionũ, & nouæ conſtitutionis de duobus reis, num. 28. 34.*

29 *Renuntiatio beneficij cedendarum actionũ, debet fieri ſpecialiter, aliàs nihil operatur.*

30 *Generalis exceptionum renuntiatio, nunquã intelligitur illam exceptionem excludere, quæ ortum habet ex facto aduerſarij agentis.*

31 *Renuntiatio generalis adiuncta renuntiationi ſpeciali, ſolum trahitur ad eos caſus, qui ſunt ſpecialiter expreſsi ſimiles ſeu minores, nõ autem maiores ſeu grauiores.*

32 *Alternatiua cadit inter æquipollẽtia vel parum diſtantia.*

33 *Iuramentum interpoſitum ſuper renuntiatione generali, refertur ad caſus ad quos refertur renuntiatio.*

35 *Clauſula, & omni aliter legum & iuris auxilio, quid operetur.*

36 *Renuntiatio beneficiorum facta per renuntiantem, qui neſcit talia beneficia ſibi competere, non valet etiamſi interuenit iuramentum, num. 38.*

37 *In qualibet renunntiatione requiritur certioratio.*

39 *Cautela ad annullandum contractum eſt, vt iudex interroget Notarium aſſerentem in inſtrumento ſe certioraſſe contrahentes de beneficio ſibi competenti: quod ſi neſciuerit Notarius, corruet inſtrumentum.*

40 *In his quæ dependent ab animo, ſtatur aſſertioni dicentis cum iuramento.*

41 *Scientia vel ignorantia probatur iuramento.*

42 *Creditur & ſtatur confeſsioni alicuius factæ in mortis articulo, dummodo cum iuramento deponat.*

43 *Salutis æternæ quilibet præſumitur memor.*

44 *Moriens non præſumitur mentiri.*

45 *Dicta doctorum debent intelligi ſecundum iura quæ allegant.*

46 *Quilibet præſumitur bonus & fidelis.*

47 *In dubijs capimus intellectum, per quẽ quis non cadat in delictum.*

48 *Faciens pacem cum aliquo, & permittens eũ non offendere ſub pœna, ſi committit adulterium cum eius vxore, non incidit in pœnam.*

49 *Magis creditor teſtibus laïcis deponentibus me non deliquiſſe, quàm teſtibus clericis dicẽtibus me deliquiſſe.*

50 *In dubio debemus in benigniorem partem inclinare.*

51 *Filius natus ex meretrice maritata, præſumitur eſſe mariti, & non adulteri.*

52 *Licet quis ſuggeſſerit falſam interpretationẽ reſcripti, quod non præſumitur, quod fecerit hoc per dolum, ſed per ſimplicitatem.*

53 *Cauſa colorata licet ſit fatua, excuſat à dolo.*

54 *Conſuetudo etiam iniqua excuſat à delicto.*

55 *Vbi verba poſſunt trahi ad falſum & nõ falſum, fit interpretatio quòd non contineant falſum.*

56 *Quando reperitur aliud ſcriptũ à notario, quàm fuerit, dictum à partibus, quòd præſumatur error, & non falſum.*

57 *Quando aliquod verbum profertur ab aliquo contra aliquem, quod poteſt ſonare in iniuriã, & non in iniuriam, debet accipi quod non ſonet in iniuriam.*

58 *A dolo quis excuſatur quibuſcunque excuſationibus vel præſumptionibus etiam iniuſtis.*

59 *Verba improprientur vt quis dicatur bonus.*

60 *Si clericus oſculatur mulierem, præſumitur cauſa benedictionis hoc facere.*

61 *In dubio miles nõ videtur remiſſus à militia propter dolum.*

62 *Fideiuſſor qui conſtituit ſe principalem debitorẽ, an tunc poſsit priuſquàm principalis cõueniri.*

63 *Acceſſorium potentius principali non ſequitur naturam principalis.*

64 *Vnum quódque etiam minimum verbum, appoſitum in lege ſtatuto vel diſpoſitione, cõtractu vel inſtrumento, debet aliquid operari, n. 195.*

65 *Quando plures interuenerunt fideiuſſores pro mutuo pecuniæ, ſi pecunia illa tota peruenit ad manus vnius ipſorũ, ille talis eſt principaliter obligatus: alij habentur loco fideiuſſorum, & fideiuſſorum beneficio gaudent. nu. 372.*

66 *An accipiens fideiuſſorem minùs idoneum, videatur eum approbare, adeo quòd non poſsit vlterius petere ſibi caueri.*

67 *Inhabilis citatus ad iudicium, cum clauſula, ſi tua put aueris intereſſe, videtur habilitatus.*

68 *Contrahentes cum aliquo, videntur eum approbare pro idoneo.*

69 *Qui facit citare aliquem in teſtem in iudicio, eius*

eius perſonam reprobare non poteſt.
70 *Citans aduerſarium ſuum approbat eum vt legitimum reum.*
71 *Creditor habens ex conuentione authoritatẽ intrandi poſſeſſionem rei debitoris, ſi petit licentiã à iudice intrandi talem poſſeſſionem, & ſibi denegetur, non poterit vlterius propria authoritate intrare dictam poſſeſſionem.*
72 *Dies commiſſi delicti ſi in accuſatione ponatur, & non probetur, reus abſoluitur.*
73 *Accipiens fideiuſſorem minus idoneum, an poſſit dicere, ꝙ ignorauit illum non eſſe idoneum.*
74 *Qui dedit fideiuſſorẽ, qui effectus eſt nõ ſoluendo, an teneatur iterum ſatiſdare.*
75 *Inopia repentina dicitur caſus fortuitus.*
76 *Si debitor dedit idoneum fideiuſſorem, qui ſtatim arripuit fugam, vtrũ hoc caſu ipſe debitor teneatur iterum dare alium fideiuſſorem.*
77 *Si aliquis alloquutus eſt aliquem ad aurem, qui ſtatim commiſit homicidium, an præſumatur factum conſilio alloquentis.*
78 *Si eodem momẽto temporis quo datus eſt curator minori, ipſe curator interponit authoritatẽ in aliqua obligatione ipſius minoris, non valet talis contractus, num. 86.*
79 *Sententia in breui tẽpore lata, eſt ipſo iure nulla.*
80 *Si conſultor repentè conſultat, conſilium eſt nullum.*
81 *Laudum præcipitanter latum, eſt ipſo iure nullum.*
82 *Licentia data ad faciendum molendinum, operatur, vt iam factum poſſit retineri.*
83 *Statutum dans præmium capiẽti bannitum, habet locum in illo qui bannitum iam cepit.*
84 *Si Papa mandat alicui prouidẽti in certo loco de prima vacatura, quod poterit illi prouideri de vacante illam conceſsionem Papæ.*
85 *Legatũ factum pro B. maritãda, ſi eſt iã maritata tempore teſtamenti, debet habere legatum.*
87 *Si venditur animal quod moritur infra triduũ, habet locum redhibitoria ad pretium.*
88 *Vendens frumentum pro maiori pretio, quã quod taxandũ erat de proximo, & id ſciebat, quod teneatur emptori.*
89 *Per nouationem factã de obligatione inter debitorem & creditorẽ, an ſit liberatus fideiuſſor.*
90 *Si receditur à primo iudice, an fideiuſſor ſit liberatus.*
91 *Fideiuſſor an teneatur ad augmentum, quod acceſſoriè aliquo modo venit ad obligationem principalem.*
92 *Fideiuſſores obligantur ſtipulatione ſeu verbis.*
93 *Fideiuſſor illius qui fuit ſemel liberatus, & poſtea ex noua prouiſione fuit condemnatus, non tenetur, num. 212.*
94 *Fideiuſſor poteſtatis nõ tenetur pro tempore, quo eſt refirmatus.*
95 *Qui promiſit fructus vnius arboris quæ poſtea eſt inciſa, non tenetur ad fructus nouellæ arboris ibi natæ poſt.*
96 *Fideiubens pro penſione domus, nedũ tenetur pro penſione domus, ſed etiam pro deuaſtatione maſſaritiarum.*
97 *Fideiuſſor caſu quo teneatur ad augmentum, an teneatur pro primo tantum, an pro omnibus.*
98 *Si alicui conceditur ſecuritas eundi & redeundi, intelligitur pro prima vice tantùm.*
99 *Qui promiſit repræſentare aliquem coram iudice, ad ipſius iudicis mandatum liberatur per primam repræſentationem.*
100 *Infinitas eſt euitãda, niſi verba cõtractus vel diſpoſitionis ſint apta ad infinitatẽ importandã.*
101 *Iuri offerendi an poſsit præſcribi.*
102 *Qui promiſit aliquem repræſentare toties quoties fuerit requiſitus, an liberetur per binã repræſentationem.*
103 *Si pater facit legatum filiabus ſuis in cauſa viduitatis, quòd filiæ poterunt habere illud legatum in omnibus ſuis viduitatibus.*
104 *Stante ſtatuto, quòd inter affines fiet cõpromiſſum, ſi ſemel factum ſit & expirauit, an iterum poſsint cogi ad compromittendum.*
105 *Ex confeſsione inualida cui non creditur, nõ poteſt quis pati damnum.*
106 *Cancellationes inualidæ, factæ per magiſtratus vel per tabelliones, non derogant ſcripturæ.*
107 *De contractu nullo non ſoluitur gabella.*
108 *Fideiuſſor in cauſa appellationis, an teneatur in cauſa principali, & econtra.*
109 *Fideiuſſor an liberetur per deſertionẽ inſtantiæ.*
110 *Fideiuſſor an ſit liberatus à fideiuſsione de iudicio ſiſti quando ille quem promiſit ſiſtere, mutauit ſtatum ſeu forum.*
111 *Quando quis eſt effectus clericus poſt delictum commiſſum, à quo iudice puniatur, an à ſeculari, an ab eccleſiaſtico.*
112 *Mulier nupta perdit domicilium originis, & efficitur de domicilio viri.*
113 *Priuilegium conceſſum mihi & omnibus meis deſcendentibus maſculis & fœminis, nõ comprehendit fœminas nuptas.*
114 *Priuilegium ſuperueniens, eximit quẽ à priore onere quod incumbebat.*
115 *Sacerdotium ſuperueniens, tollit munus publicũ iam iniunctum.*
116 *Filius ſi committit aliquam cauſam ingratitudinis contra patrem, propter quam poſsit exhæredari, ſi efficiatur clericus, exhæredari non poteſt.*
117 *Clericus fil. famil. poteſt eſſe in iudicio cauſis eccleſiaſticis ſine conſenſu patris.*
118 *Stãte ſtatuto, quod homines villæ teneantur capere malefactores, non habet in locum clericis malefactoribus.*
119 *Statutum arctans litigantes ad compromittendum, non ligat clericos.*

120 *Pater non poteſt vendere filium presbyterũ propter neceſsitatem famis.*

121 *Limitatio.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt.*

122 *Quicquid acquirit clericus, etiam ex cauſa aduentitia, acquirit ſibi pleno iure, & nõ patri.*

123 *Filius ſpurius, per ingreſſum religionis efficitur legitimus.*

124 *Frater religioſus admittitur ad teſtificandum pro fratre.*

125 *Ordinatio clericalis tollit infamiam.*

126 *Clericus non poteſt torqueri, licet contra eũ ſint indicia delicti, niſi aliàs ſit infamis.*

127 *Si ſint legata mille alicui, ſi nupſerit: & 500. ſi religionem intrauerit: ſi intrauit religionem, debet habere mille tanquam ſi nupſiſſet.*

128 *Pater põt alienare de reb. quæ ſubiacẽt reſtitutioni, pro filia quã vult ponere in monaſterio.*

129 *Dignior eſt omnis ſacerdos quolibet principe.*

130 *Si priuatus habet rem cum clerico vel eccleſia iuuabitur vt contra eum non currat niſi præſcriptio centum annorum.*

131 *Clericus & laicus alicui ſimul obligati, debent ambo conuenire coram iudi. eccleſ.*

132 *Si iudex eccleſiaſticus & ſecularis ex cauſa iudicauerunt ſimul, appellatur ad eccleſiaſticũ.*

133 *Fideiuſsio de iudicio ſiſti, facta corã vno iudice, an tranſeat ad ſucceſſorem.*

134 *Mandatum factum ſub nomine dignitatis, an finiatur morte mandantis vel tranſeat ad ſucceſſorem.*

135 *Compromiſſum an finiatur morte arbitri.*

136 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti, vel de aliquo præſentando, an poſsit opponere & dicere, ſe nõ teneri ad præſentãdum illũ, quia erat male captus.*

137 *Eximens aliquem, non auditur ſi velit probare quod ille non erat creditor qui fecit eum capi.*

138 *Fideiuſſor qui promiſit aliquam exhibere, an ſemel exhibendo ſit liberatus.*

139 *Pœna ſi ſit promiſſa toties, quoties cõtra factum fuerit, tamen non poterit committi niſi bis.*

140 *Fideiuſſor qui promiſit repræſentare aliquẽ ad omnem iudicis volũtatem, tenetur etiam eum præſentare poſt ſententiam.*

141 *Fideiuſſor promittens aliquid ſine ſcriptura, nõ tenetur vltra quatuor menſes.*

142 *Si fideiuſſor promiſit præſentare reum iudici ad ſuum libitum vel volũtatem ſub certa pœna, quo ſtãte ille reus fuit captus per illũ iudicem, deinde manus eius aufugit, an tunc fideiuſſor teneatur vlterius præſentare.*

143 *Fideiuſſor liberatur, quãdo culpa iudicis vel fideiuſſoris, reus præſentãdus aufugit de carcere.*

144 *Fideiuſſor qui tenetur ſub pœna præſentare aliquem, non cadit in pœnam non præſentando, niſi fuerit requiſitus.*

145 *Stãte ſtatuto, ꝙ iudex teneatur expedire proceſſum infra menſem ſub pœna, quod non cadit in pœnam ſi non expediuit proceſſum, parte hoc non petente.*

146 *Statutum dicens quòd ſententia ferri non poſsit niſi cum conſilio ſapientis, intelligitur hoc, ſi petatur à parte.*

147 *Statutũ diſponẽs cauſã debere cõmitti per priores ſub certa pœna, intelligitur, ſi petitũ fuerit.*

148 *Iuramentum calumniæ debet præſtari ad validitatem proceſſus, ſi requiritur.*

149 *Statutum, quòd bannitus nõ debeat audiri, intelligitur, ſi à parte petatur.*

150 *Fideiuſſor, qui promiſit præſentare reum infra menſem, & pendente dicto tempore ipſe reus eſt bannitus vel accuſatus de crimine capitali, ex quo ipſe reus dubitans carcerari, fugam arripuit, an ſit liberatus.*

151 *Faciens pacem & promittens aliquem non offendere ſub pœna, non cadit in pœnam, ſi eũ offendat ex noua cauſa de nouo ſuperueniente.*

152 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*

153 *Affectatio non prodeſt affectanti.*

154 *Ignorantia affectata non habet locũ in caſib. in quib. ignorantia excuſat à delicto vel à pœna.*

155 *Fideiuſſor qui promiſit ſe facturum & curaturũ, quod talis faciet talem contractum, an liberetur ſi ille moriatur, an verò obligatio trãſeat ad hæredem illius, num. 160.*

156 *Impoſsibilium nulla eſt obligatio.*

157 *Impoſsibilitas excuſat appellantẽ a proſecutione appellationis, adeo vt non dicatur deſerta.*

158 *Emphyteuta qui propter eius paupertatem non poteſt ſoluere canonem, excuſatur vt nõ cadat à iure ſuo.*

159 *Difficultas excuſat à pœna, & à periuro, & ab excommunicatione.*

161 *Fideiuſsio ſimpliciter facta pro maleficio, extinguitur morte fideiuſſoris.*

162 *Proteſtatio reſpiciens tempus futurum, impedit fideiuſſion. ſequentem.*

163 *Proteſtatio contraria actui, remouet volũtatem ab actu.*

164 *Proteſtatio clandeſtina vnius, vitiat actum vtriuſque, caſu quo propter iuſtũ metum non poterat proteſtari præſenti.*

165 *Faciens actum cõtrarium proteſtationi, videtur ipſi proteſtationi renuntiare.*

166 *Cautio iuratoria ſubrogatur loco fideiuſſoris.*

167 *Qui alias non ſeruauit iuramentum, perdit beneficium iuratoriæ cautionis.*

168 *Semel periurus, non admittitur ad iurandũ in aliquo caſu.*

169 *Limitatio c. quanquam de vſuris.*

170 *Non creditur teſti, qui aliàs dixit falſum.*

171 *Inſtrumentum fuiſſe de nouo repertũ probatum per iuramentum producentis.*

172 *Periurus non poteſt ſubire iuramentũ honoris, ſed ſolum oneris.*

173 *In ca-*

173 *In caſibus in quibus ſolet ſtari iuramento alicuius, non ſtatur, ſi eſt perſona ſuſpecta.*

174 *Captus, licet ſit relaxãdus fideiuſſoribus ex aliquo delicto ſi alias aufugit de carceribus, non erit relaxandus.*

175 *Statutum loquens de rapiente mulierem ſolutã, non habet locum in rapiẽte mulierem ſolutã, quæ alias ab alio fuit carnaliter cognita.*

176 *Raptus mulieris non cõmittitur in muliere nupta inhoneſtè viuente.*

177 *Monachi non tenentur recipere monachũ, qui aliàs bis fugit de monaſterio.*

178 *Stãte ſtatuto, quod de damno dato ſtetur ſacramẽto damnum paſſi, quòd ſi damnum datum eſt alicui periuro, vel aliter infami, nõ ſtabitur ſacramento ſuo.*

179 *Si principalis eſt diues & fideiuſſor pauper, vel econtra, ſatis eſt, quia bona eorum reputantur pro vnico patrimonio.*

180 *Licet ex forma legis vel ſtatuti quis teneatur ſatiſdare in aliquo caſu, tamẽ honeſto & probo viro remittitur ſatiſdatio.*

181 *Cautio iuratoria non admittitur in criminalib.*

182 *Fideiubens pro poteſtate, an teneatur de geſtis extra officium poteſtaria.*

183 *Si ex forma ſtatuti debet credi libris artificis vel mercatoris, intelligitur tantum de pertinentibus ad artem ſuam.*

184 *Statutum volens bannitum haberi pro cõfeſſo, non extenditur ad maleficia in libro maleficiorum non deſcripta.*

185 *Syndici qui habent ſyndicare officiales, non poſſunt ſe intromittere de eo quod geſſerũt extra officium.*

186 *Fideiuſſor indebitè condemnatus, an habeat actionem contra debitorem principalem.*

187 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti & de iudicato ſoluẽdo, an poſſit adſtringi à creditore ad ſoluendum, nedum principalem quantitatem, ſed etiã expenſas quas ipſe creditor fecit in litigando & conuincendo ipſum debitorem.*

188 *Connexorum & dependentiũ idem eſt iudiciũ.*

189 *Procurator ponens manum ad cõnexa mãdati, non dicitur excedere fines mandati.*

190 *Vẽdita vacca venit vitulus, qui eſt in corpore, & etiã vitulus natus, qui nondũ paſcitur herbis.*

191 *Liberatio ſuper principali, extenditur ad connexa & dependentia, etiam non expreſſa.*

192 *Sententia extenditur ad connexa.*

193 *Fideiuſſor an poſſit agere ad damna & intereſſe contra debitorem principalem.*

194 *Fideiuſſor nõ habẽs alia bona, niſi ea quæ nõ veniũt in generali obligatione, ſi fideiuſſit pro aliquo, & obligauit omnia bona ſua in talia bona, quæ non veniunt in generali obligatione, intelliguntur obligata, poſtquam non habet alia bona.*

196 *Diſpoſitio teſtatoris debet taliter interpretari, vt non reddatur inutilis.*

197 *Verbum, filius, quando non poteſt verificari niſi in filijs adoptiuis, in illis verificatur.*

198 *Legato blado, quod quis habet in ciuitate, venit illud quod habet in diſtrictu, ſi nullũ habet bladum in ciuitate.*

199 *Prĩceps dicitur vti clauſula de plenitudine poteſtatis, quãdo illa non vtẽdo actus eſſet inualidus.*

200 *Priuilegium datum epiſcopo vt poſſit teſtari, intelligitur de bonis eccleſiaſticis.*

201 *Statutum loquens de carceratis relaxandis, non extenditur ad carceratos pro crimine falſi.*

202 *Poſſunt accipi pro pignore illa quæ ſpectãt ad culturam agri, quãdo ruſtici non habent alia bona.*

203 *Qui iurat non fideiubere, an poſſit poſtea fideiubere.*

204 *Primum iuramentum an inualidet ſecundum.*

205 *Proteſtatio cõtraria facto nõ releuat proteſtantẽ.*

206 *Fideiuſſor an poſſit obligari ad pœnam corporalem, vt valeat fideiuſſio.*

207 *Occidens volentem, punitur de homicidio.*

208 *Nemo poteſt ſe torturæ ſubmittere.*

209 *In criminalibus iuriſdictio prorogari poteſt.*

210 *Reus criminis an & quando ſit fideiuſſoribus relaxandus, num. 91.*

211 *Fideiuſſ. de vulnere, an teneatur de morte ſequuta, num. 305.*

213 *Fideiuſſor an poſſit reuocari inuito creditore.*

214 *Emphyteuta ſi vult ponere in loco ſuo vnũ, qui velit facere illam & pacta domino quæ ipſe faciebat, dominus tenetur illum accipere.*

215 *Si emphyteuta fecit pactũ cũ domino de eleuãdis ſuis melioramentis in fi. locationis, poteſt tamen dominus hoc ſibi prohibere offerendo pretium.*

216 *Fideiuſſor an poſſit agere contra principalẽ debitorẽ, antequam ſoluat: vbi vide plures caſus.*

217 *Fructus de proximo recolligendi, habentur pro recollectis.*

218 *Baſilica de proximo conſecranda, habetur pro conſecrata, & gaudet priuilegijs eccleſiæ.*

220 *Filia quæ peccauit in corpus ſuum, nõ poteſt exhæredari, quando per pœnitentiam eſt emẽdata, & reuerſa eſt ad bonos mores.*

221 *Ceſſante cauſa, an ceſſet effectus.*

222 *Odioſa conſtitutio contra vſurarios edita odio vſuræ, ceſſat ceſſante vſura.*

223 *Locator poteſt compellere conductorem relaxare domum conductam, quando vult eam reficere, & illa refecta, poteſt cõductor cogere locatorem ad retradendum ſibi dictam domum.*

224 *Pater licet poſſit vendere filium propter neceſſitatem famis, tamen ſi pater facta tali vẽditione, peruenit ad pinguiorem fortunam, filius poteſt agere contra patrem vt redimat.*

225 *Si filia renũtiauit hæreditati patris propter fratres, quod illis mortuis, renũtiatio illa ſibi nõ nocet.*

226 *Procurator emens pro domino, poteſt agere cõtra dominum antequam ſoluat, & petere quod dominus ſoluat pretium rei, quàm ipſe pro eo emit.*

227 *Fide-*

227 *Fideiuſſor non poßidens immobilia, an ſit idoneus, & iuſte poßit recuſari. num. 228. 229. 237. 240.*

230 *Nemo carnem ſuam odio habet.*

231 *Sicut propria infirmitas excuſat à contumacia, ita excuſat infirmitas ſuorum.*

232 *Iniuria facta conſanguineo meo, cenſetur facta mihi ipſi.*

233 *Sicut non valet renuntiatio beneficij facta per metum inſtantis periculi illatum clerico, ita non valet per metum periculi imminentis in perſonam conſanguineorum vel affinium ipſius clerici.*

234 *Magna amicitia idem operatur quod cõiunctio ſanguinis.*

235 *Coniunctio ſanguinis vel licita affectio, habet vim clauſulæ codicillaris.*

236 *Affectio habet vim reuocationis clauſulæ derogatoriæ appoſitæ in primo teſtamento.*

238 *Fidelis homo approbatæ vitæ eſt idoneus fideiuſſor, licet non poſſideat immobilia.*

239 *Virtus animi pro ſatiſdatione habetur.*

241 *Fideiuſſor licet non poßideat immobilia, ſi tamẽ poßideat plura mobilia, quæ de facili exportari non poſſent, dicitur idoneus.*

242 *In cauſis ſummarijs. & alijs, in quibus poteſt perueniri ad ſententiam diffinitiuam abſque litis conteſtatione, non requiritur ſatiſdatio de iudicio ſiſti dato, quòd reus non poßideat immobilia.*

243 *Quod eſt in iure ſeu in obligatione, intelligitur eſſe in patrimonio.*

244 *Fideiuſſor datus a teſtatore, dicitur idoneus, licet non poſſideat immobilia.*

245 *Qui poſſidet immobilia, an ſemper dicatur idoneus fideiuſſor, adeò quòd non poſſit recuſari.*

246 *Caſus, in quibus poſſidens immobilia, non eſt idoneus fideiuſſor, ſed tenetur ſatiſdare, num. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257.*

258 *Forenſis non eſt idoneus fideiuſſor, licèt poſſideat immobilia.*

259 *Qui non poteſt conueniri niſi cum difficultate, non dicitur idoneus fideiuſſor.*

260 *Potentiores non ſunt idonei fideiuſſores.*

261 *Poſſidẽs immobilia ſubiecta reſtitutioni, eſt idoneus fideiuſſor.*

262 *Promittens dare fideiuſſorem, an poſſit dare forẽſem, vel teneatur dare fideiuſſorem de ciuitate, vbi factus eſt contractus.*

263 *Homo viuus vel mortuus repertus Bononiæ, in dubio præſumitur Bononien.*

264 *Eleemoſyna diſtribuenda pauperibus, debet diſtribui pauperibus illius ciuitatis, vbi ordinata eſt.*

265 *Fideiuſſor repetens à debitore ſolutum pro eo, an probet ſolutionem per ſolam confeßionem creditoris.*

266 *Mulier habens inſtrumentum confeſsionis dotis, conſequitur omnia priuilegia dotis, ſicut ſi eſſet vera dos.*

267 *Exceptio competens principali, an competat fideiuſſori.*

268 *Fideiuſſor poteſt excipere ex perſona rei, etiam ipſo reo inuito.*

269 *Fideiuſſor poteſt opponere exceptionem reo competentem, quam non poteſt opponere reus.*

270 *Fideiuſſor mulieris, iuuatur beneficio Velleiani.*

271 *Fideiuſſor excommunicati, poteſt opponere exceptionem compenſationis de credito principalis.*

272 *Fideiuſſor qui intercedit pro aliquo, & promiſit liberè ſoluere ſine aliqua exceptione, nõ intelligitur renuntiaſſe beneficio excuſsionis: & tunc prius debeat conueniri principalis, quàm ipſe fideiuſſor.*

273 *Exceptio cõpetens principali quandoque vt non teneatur vltra quàm facere poſſit, non competit fideiuſſori.*

274 *Fideiuſſor non gaudet beneficio inhibitoriæ factæ per iudicem eccleſiaſticum iudici ſeculari, ne cognoſcat contractu vſurario.*

275 *Dilatio conceſſa reo, non extenditur ad fideiuſſorem, quando conceditur perſonæ, & non cauſæ.*

276 *Pactum liberatorium factum principali debitori, prodeſt fideiuſſori.*

277 *Exceptio dicitur iniuti æquitati.*

278 *Qui ex aliqua cauſa non poteſt opponere exceptionem, poteſt tamen implorare officium iudicis.*

279 *Si ex forma ſtatuti in cauſa criminali nullus debet admitti ad aliquam exceptionem allegandam niſi perſonaliter compareat, poterit tamen tali caſu implorari officium iudicis, vt ipſe iudex ex officio capiat informationem, quod inquiſitus eſt clericus, vel quòd occiſus erat bannitus & poterat impune occidi.*

280 *Officium iudicis poteſt implorari, quando præcluſa eſt via excipiendi vel probãdi, vel quãdo lata eſt ſentẽtia, vt ipſe iudex ſe informet de tali exceptione.*

281 *Quando lapſum eſt tempus opponẽdi exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel nõ numeratæ dotis, officium iudicis in locum illius exceptionis deficientis, poteſt implorari.*

282 *Excluſa quacunque exceptione ex forma ſtatuti, non intelligitur excluſum officiũ iudicis.*

283 *Quando officium iudicis imploratur, poteſt ex præſumpta calumnia per iudicem denegari.*

284 *Securitas data principali, an proſit fideiuſſori.*

285 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, num. 315 354.*

286 *Inha-*

286 Inhabilis ſuſtentatur per habilem.
287 Teſtis valde dignus, & teſtis infamis infamia facti plenè probant.
288 Si duo notarij ſimul rogati de vno contractu, & vnus ipſorum ſit priuatus officio tabellionatus, alter verò ſit notarius authēticus, valet tamen tale inſtrumentum.
289 Socius omnium bonorum, habet excuſationē à muneribus propter perſonam ſocij.
conſtituit ſe precario nomine meo omnia ſua bona
poſſidere, ſi poſtea aliqd ex dictis bonis alienat, poſ-
ſum petere adueniente caſu obligationis, talia bona
alienata ab illo qui illa emit, nec requiretur ꝙ fiat ex-
cuſſio contra principalem: & idem dixit Bal. in c. cum
veniſſet in vlt. verbis, de reſtit. ſpoliat. & vide Ang. in
l. prætor, in §. hæc actio. in fi. ff. vi bon. rap. & in l. cùm
creditorem. ff. de furt. & mod. in §. item ſi in fraudẽ,
inſtit. de actio. & Bal. in l. 1. in §. 1. ff. pro ſoc. Iac. Butr.
in l. fi. C. quæ res pig. obl. poſ. & Ang. in l. exitus. ff. de
acq. poſſ. Bal. in l. 1. C. de reuoc. his quæ in frau. alie.
ſunt, & Bar. in l. creditores, in repet. C. de pign. & do.
Philip. Dec. in conſ. 56. incip. in cauſa. in 2. col. Salic.
in l. ſi filiusfam. ante fin. verſ. quæro nũc quinto. C. ne
filius pro patre, & do. Fran. de Aret. in conſ. ſuo 49.
incip. diligẽter & maturè, in 6. col. & Bar. in l. nomẽ
22 quoque. C. quæ res pig. obl. poſ. ¶ † Et an ſufficiat ſo-
la relatio nuntij, dicẽtis ſe perquiſiuiſſe in bonis prin-
cipalis debitoris & nihil inueniſſe, & hęc dicatur ſuf-
ficiens excuſſio: vide per Alex. in l. ſi prætor. §. fin. in
lectu. ff. de oper. no. nuntia. & vide quæ dixi in ſingu-
la. meo 220. incip. fideiuſſor. & in materia vide om-
nino Alex. in conſ. ſuo 376. incip. in cauſa. in 5. col. &
in conſ. 100. incip. diſcuſſis his, &c. in 3. col. circa fin.
in 5. vol. & vide in tabula illorum conſiliorum 5. vol.
in verſ. fideiuſſor. Et vide quæ ego dixi in repet. mea.
l. fi. C. de probat. in 35. char. in 1. facie, in margine. Et
circa hanc materiam fideiuſſorum, vide not. verbum
Aret. in tract. malef. in verbo, pro quibus Anto. fide-
iuſſit, in ver. debes etiam animaduertere, &c. in fin. &
vide Soc. in conſ. 24. incip. viſis, in 6. col. in ver. ſecũ-
23 do ex iure, &c. ¶ † Et viſis caſibus, in quibus fideiuſ-
ſor non habet beneficium excuſſionis, licèt nõ renun-
tiauerit dicto beneficio, & poſſit conueniri priuſquã
principalis. Tene menti vnum caſum, in quo fideiuſ-
ſor non poteſt conuenire antequam principalis, etiã
ſi renuntiauit beneficio de fideiuſſoribus, qui caſus
eſt, quando quis eſt fideiuſſor indemnitatis, nã tunc
neceſſariò primò debet conueniri principalis debi-
tor, & non fideiuſſor, licèt, vt dixi, ipſe fideiuſſor re-
nuntiauerit beneficio de fideiuſſoribus: & hoc pro-
cedit, quia natura ipſius rei & ipſius promiſſionis hoc
importat, ita ſingulariter dixit Bart. in l. 1. C. de con-
uenien. fiſci debitoribus, lib. 10. & Bart. in l. quæro. in
princ. ff. loca. & Bart. in l. 1. C. de decurio. lib. 10. & in
l. poſt infrà in hoc tit. & Bart. in l. ſi pater, ſupra de do-
te prælegat. & in l. vnde quæri. per illum tex. ff. cõmo.
& in l. 3. in princ. ff. de duobus reis, & vide Alexan. in
conſ. 338. incip. ſuper eo, &c. poſt princ. & quia Bart.
in dictis locis videtur variare, ideo vide pro concor-
dia. Bald. in l. ſi pro ca. in ver. 12. quæro, &c. C. mãda-
ti. de quo etiam per Bal. in l. ſi hæres, in verſ. ego mo-
do quæro. C. de his quæ in fraudem credit. & in l. 1.
de ſent. quæ ſine certa quantit. Ang. in auth. vt ſpon.
larg. §. & ſuper hoc Bald. in l. eum qui. ff. ſi certũ. pet.
Bal. in l. ſi mater. C. ad Velleia. & Ludo. Roman. qui
allegat Bart. & eum ſequitur in d. l. 1. & de conue. fiſ.
debit. & in conſ. ſuo 211. incip. alleg. doctor. &c. & in
conſ. ſuo 241. incip. ſpectabiles domini, &c. in 2. col.
Bart. in l. cum quæritur, ſupra commo. Ang. de Aret.
in l. ſi qui ab alio. §. 1. ff. de re iud. Bart. in l. ſi quis pro
eo. §. fi. 1. in hoc tit. Bald. in rubr. C. de verb. ſign. & in
l. cum tibi. C. de euictio. & doc. in l. 2. extra de fideiuſ.
24 ¶ † Teneas etiam menti vnum aliud, ꝙ quandoque
antequam fideiuſſor poſſit conueniri, requiritur nedũ
vna excuſſio in bonis principalis, ſed etiam requirun-
tur duæ excuſſiones antequam ipſe fideiuſſor poſſit
adſtringi: qui caſus eſt: pone, tu vis conuenire fideiuſ-
ſorem: ipſe autem obiicit beneficiũ excuſſionis: quo
caſu competit ſibi, ſi non renuntiauit, vt d. auth. præ-
ſente, quo ſtante, tu excutis debitorem principalem,
qui finaliter reperitur inhabilis & non ſoluendo, qui-
bus ſtantibus, creditor agit cõtra fideiuſſorem, & in-
cœpto iudicio ſuperueniũt aliqua bona ipſi reo prin-
cipali, vt puta per donationem vel hæredis inſtitutio-
nem, vel quia moritur aliquis ab inteſtato, cui ipſe
debitor principalis ſuccedit tanquam proximior, vel
ex aliquo fortunæ curſu ſuperueniunt ſibi bona. iſto
caſu poterit fideiuſſor cogere creditorem agentem
contra ſe ad faciendum excuſſionem de nouo contra
ipſum principalem debitorem: & idem erit in tertios
poſſeſſores extraneos, cõtra quos ageretur per ipſum
creditorem, ita ſing. dixit Pet. & Cyn. in d. auth. præ-
ſente. C. eo. in pe. quę & Bal. in l. peremptorias. C. ſen-
tentiam reſcin. non poſ. in vlt. col. Bal. & Pau. de Caſt.
in l. fi. §. 1. ſuprà ſi cer. pet. ita etiam firmauit Alex. in
conſ. ſuo c. incip. diſcuſſo. in pe. col. in 5. vol. vbi ſub-
dit, ꝙ etiam plus dixit Ray. in d. auth. pręſente, & Iac.
de Bel. in d. l. fi. §. 1. ff. ſi cert. pet. videlicet quòd etiam
quando dicta bona ſuperueniſſent principali debito-
ri, lite iam conteſtata contra tertium poſſeſſorem, vel
cõtra fideiuſſorem, quòd adhuc ipſe tertius poſſeſſor
& pari ratione fideiuſſor, poterit iſtam exceptionem
25 excuſſionis opponere, † quia exceptio etiam dilato-
ria ſuperueniens reo lite conteſtata, prodeſt ipſi reo,
allegat text. in l. ſi mulier diuerterit. ff. ſolut. matrim.
& text. in l. ſi pecuniæ. §. fin. vt in poſ. leg. & l. penult.
§. fin. iuncta gloſ. ff. de vaca. mu. & l. fin. ff. rerum amo-
tarum, de quo ego latius dixi in conſilio meo 51. ꝙ
incipit, ſuper articulo, &c. & in 4. chart. circa mediũ.
26 ¶ † Item etiam tene menti, quòd facta excuſſione cõ-
tra principalem debitorem, iudex debet pronuntiare
cauſam eſſe rectè factam: alias non poterit deueniri
contra extraneos poſſeſſores: ita dixit Bal. in l. tutores

27 ſuprà de confirma.tutor. ¶ † Modò vlterius progrediendo ſequitur videre de beneficio epiſtolæ Diui Adriani, in quo breuiter dicas, quòd beneficium epiſtolæ diui Adriani eſt, quòd quamuis aliqui ſint inſolidum obligati, tamen per eius beneficium ſi omnes præſentes ſint etiam ſoluendo tempore litis cõteſtatæ poſſunt poſtulare, vt diuidatur actio inter eos, & vnuſquiſque pro virili portione conueniatur: & niſi tali beneficio iuuarentur, poſſet creditor quem vellet inſolidum conuenire. Si ergo huic beneficio ſit renũtiatum, poterit creditor quem voluerit inſolidũ conuenire, de quo beneficio epiſtolæ diui Adriani habetur in l.fin.C de conſtit.pecun.& inſtit. eod. de fideiuſſ.§.ſi plures. & in l. inter fideiuſſores, infrà in hoc tit.& per Spec.in tit.de renuncia.& concluſ.§.1.ver. in primis & ibi per Bald. in additio. in verſ. quatuor
28 ſunt beneficia. ¶ † Videndum eſt modo de beneficio cedendarum actionum, quod quidem eſt, videlicet quòd fideiuſſores qui ſunt obligati in vna obligatione, poſſunt petere quando adſtringuntur ſoluere ſibi cedi iura ab ipſo creditore contra alios fideiuſſores, alioquin niſi ſibi cedantur talia iura, poſſunt recuſare ſolutionem facere, de quo beneficio habetur in l. fideiuſſoribus, infra eo.& in l.Modeſtinus, infra de ſolut.& in l.Stichum aut Pamphilum.§.pe.eo.tit.& per Spec.in d.titul.de renun.& conclu.§.1.ver.poſtremò dicendum, & per Bald.in d. ver. quatuor ſunt beneficia, &c. Si tamen ipſe fideiuſſor huic beneficio renũtiauerit, poterit conueniri abſque eo, ꝙ ſibi cedãtur
29 iura, ſecundum doct. in dictis locis. † Et tene tamen menti, ꝙ renunciatio facta de hoc beneficio cedendarum, debet ſpecialiter & expreſsè ad hoc fieri: vt ipſe fideiuſſor renuntians poſſit adſtringi ſine ceſſione: nec ſufficeret generalis renuntiatio omnium beneficiorum, facta à correis ſeu à fideiuſſoribus: quia talis renunciatio generalis omnium beneficiorum, facta à correis vel fideiuſſoribus, non extenditur ad beneficium cedendarum actionum: ita dixit not. Bal. in l.ſi diuerſa.C. loca. quem refert & ſequitur do. Alex. in l.hi qui infra eo.in ſuis apoſtil.ad Bart. & in l. ſi ex duobus.§.ſi à Titio ſuprà de duobus reis, idem firmat Lud.Ro.in conſ.ſuo 472.incip.in eo quod quæritur, circa medium: quod dicit probari quatuor rationib. Primò, quia generalis ademptio beneficiorum, non extenditur ad illud beneficium, quod quis habiturus eſt non ſtatim, ſed poſt alicuius conditionis ei adiectæ implementum. Caſum alleg. quem dicit ſingularem, in l.Paul. §. Pomponius.ff de leg. 3. ſed hoc beneficium cedẽdarum actionum competit correo ſeu fideiuſſori ſub tacita conditione, ſi ſoluere ſolidum agenti paratus ſit: & ſic ex eius implemento depẽderet, vt l. Modeſtinus, infrà de ſolut. Secundo dicit ipſe Ludo. quia generalis renuntiatio iurium ſeu ademptio, nunquam extenditur ad excluſionem illius iuris, quod habet ortũ ex cauſa de futuro: quod patet, quia tunc incipit competere, cùm vnus ex correis ſeu fideiuſſoribus inſolidum conuenitur, & inſolidum eſt pa-
30 ratus ſoluere: igitur, &c. † Tertiò, quia generalis renuntiatio exceptionum, nunquam intelligitur illam exceptionem excludere, quæ ortum habet ex facto aduerſarij agentis caſus eſt notab.ff. de contrahend. emptio.l.qui officij.§.fin.& facit l.cum proponas. C. de nau.fœno.

31 ¶ † Quartò & vltimò dicit ipſe Ludo.Rom. ſi cauſa renuntiationis generalis adiunctæ renuntiationi ſpeciali, ſolùm ad eos caſus trahitur, qui ſunt ſpecialiter expreſſi: ſimiles ſeu minores, non autem maiores ſeu grauiores, vt expreſsè firmat Guil. de Cu. cuius opin. omnes ſequuntur canoniſtæ in c.1.de commod. quod hac ratione probatur, quia genus iunctum ſpeciei per copulatiuam coniunctionem, intelligitur ea ſolum includere, quæ ſunt eiuſdem qualitatis ſeu ſi-
32 milis ſpeciei. † cùm enim alternatiua ſolum cadere videtur inter æquipollẽtia vel parum diſtãtia, vt probatur.ff.de vi.triti.lega.l.ſi. §. cui dulcia. & de penu. lega.l.namque liquidè.§.ſi cui penus, & de rebus dubiis.l.1.de appella.l.1.§.ſed non ſemper, iuncta glo.in verſ.ob aliam iuſtam cauſam, & gloſ.in l.ſi fugitiui, in gloſ.ſuper ver.alia pœna, de ſeruis fugitiuis, & de reſcript.c.ſedes, de procurat.clam non poteſt: ſed hoc beneficium cedendarum, maius eſt & grauius eſt omnibus his, quibus eſt ſpecificè renuntiatum, vt expreſ-
33 sè apparet: ergo & † ſubdit poſtea ipſe Ludoui.Rom. ibi: quòd etiamſi eſſet iuratum ſuper tali renuntiatione generali, non extenditur tamẽ ad hoc beneficium cedendarum: quia ad illos ſolùm caſuum iuramẽtum refertur, ad quos refertur renuntiatio, & non vltra, allegat.in arg.l.fin.qui ſatiſd.cogan.l.fin.C.de nõ num. pecu.& l.fi.ad municipa.& ita dicit tenere Bart.in d. §.quæſitum, ita reſidet ipſe Ludoui.Rom.in hoc paſſu in dicto conſilio ſuo: ex quibus omnibus apparet firma concluſio, quod in generali renuntiatione omnium beneficiorũ, non intelligitur eſſe renuntiatum
34 beneficio cedendarum. ¶ † Reſtat modò videre de beneficio nouæ conſtitutionis de duobus reis, de qua habetur in authent. ſed hoc ita. C. eo. quod quidem beneficium fraternizat cum beneficio epiſtolæ diui Adriani: nam per tale beneficium ſubuenitur duobus reis debendi vel promittendi, vt poſſint poſtulare ſe non teneri nec cõueniri poſſe inſolidum, ſed pro parte: ſed ſi renuntiarent huic beneficio, poſſet creditor conuenire in ſolidum quem vellet: de quo per Spec. in tit.de renuntia.& concluſ.in §.1.ver.ſicut videre, & per Bald.ibi in additio. in dicto ver. quatuor benefi-
35 cia. ¶ † Reſtat modò vltimo loco videre de importantia clauſulæ & omni alteri legum & iuris auxilio pro ſe faciente, &c.in quo dicas, quòd hæc clauſula importat, ꝙ ſi non eſſet aliter renuntiatum, expreſsè tamen per dictam clauſulam intelligitur eſſe renuntiatum omnibus exceptionibus in fauorem ipſius renuntiantis facientibus: ita dixit Baldus in l. 1. C. de conueniendis fiſci debito.lib.10. circa 4. col.& do. Alex.in conſ.ſuo 11.incipi, viſo &c.in 1.vol.in 5. col. & in conſ.42.incip.ſuper præmiſſo.in 11.col.in 1.vol. pro quibus faciunt dicta per Paul.de Caſtr.in conſil. ſuo 72.incip.viſis, & facit text.in l.fin. iuncta doctrina Bart. in authent. matri & auiæ. C. quando mulier offic. tutel. fungi poteſt, de qua clauſula etiam vide Alex.in conſ.376. incip. in cauſa executionis: & Ludouicum Rom.conſ.251.incip. clariſſimè, vbi dicitur, quòd per dictam clauſulam intelligitur nõ ſolùm eſſe renuntiatum auxilio iuris ciuilis, ſed etiam auxilio iuris municipalis: licèt ſecus videretur: quia cùm nominamus ius in dubio, de ciuili intelligimus, vt habetur inſtit.de iure naturali.§.ſed quoties, cũ multis ſi. de qua etiam clauſula vide Ludouic. Romanum, conſ.472.incip.in eo quod quærit, circa medium, & Specula.in tit.de renun.& concluſ.§.prim.in 13. col. verſ.item generaliter, &c. dom. Franciſcum de Aret. in conſ. 33. incip. conſultatio præmiſſa in quint. col. Soc.in conſ.ſuo 214.incip.in cauſa Noſrij, &c.& dominum Philipp.Decium in conſ.ſuo 27.in fin.1. col. & ibi in 3.col.ante medium.

36 ¶ † Modo viſis de iſtis beneficiis, quæro an valeat renun-

renuntiatio ipſorum beneficiorum, quando renun-
tians neſcit talia beneficia ſibi competere: in quo
dicas, quòd non: quia ſi alicui, puta minores, mulie-
res, ruſtici vel ſimiles intercedūt pro alio, & neſcien-
tes talia beneficia ſibi competere, illis renuntiant: ta-
lis renuntiatio nihil operatur: quia non videtur quis
renuntiare iuri, quod ignorat ſibi competere, vt in l.
mater decedens. ff. de inoffic. teſtam. & facit l. fin. in
argum. C. de furt. in §. ſin autem, & l. cum Aquiliana,
& ibi doct. ff. de tranſact. & c. ad Apoſtolicam, de re-
gula, ita tenet. Specul. in titul. de renunt. & conclu §.
1. ver. ceſſat autem. Hoſtien. in ſum. in tit. de fideiuſſ.
§. & ſi quis. in verb. idem eſt & Ioan. And. in c. 2. de
37 pact. in 6. vbi dicit, † quòd in qualibet renuntiatione re-
quiritur certioratio, de quo etiam per domi. Fran. A-
ret. in conſil. 33. incip. conſultatio præmiſſa. in 5. col.
poſt me per Alex. & alios in l. fin. §. fin. ſuprà ad Vel-
leia. & latiùs per Alex. & doct. in l. ſciendum. ſuprà de
38 verbor. obl. vbi etiam doct. tenent. † Idem etiam ſi in
tali renuntiatione interuenerit iuramētum: ſecus au-
tem, ſi fuerunt certiorati, quia tunc renūtiando obli-
gantur, vt in dictis locis, & ideò mos eſt, quòd nota-
rij certiorant contrahentes de beneficiis ſibi compe-
tentibus: & hoc atteſtantur in ipſis inſtrumentis: licèt
fortè talis eorum atteſtatio non plenè probet dictam
aſſertiorationem, vt per docto. in d. l. ſciendum & in
39 aliis locis proximè alleg. ¶ † Teneas tamen perpetuò
no. cautelam ad faciendum corruere obligationem
ſeu inſtrumentum, vt facias quòd iudex interroget nota-
rium, qui atteſtatur ſe certioraſſe partem, ſeu illū qui
renūtiauit beneficio, quid eſt illud beneficium, quod
ipſe aſſerit certioraſſe partem: & hoc caſu, ſi ipſe no-
tarius neſciat, non valebit tale inſtrumentum, nec ta-
lis obligatio: quia nō poteſt certioraſſe partem de eo
quod ignorat, & ſi pars non habuit notitiam, & non
fuit certiorata de beneficio ſibi competenti, licet ei-
dem renūtiauerit, tamen nō valet renuntiatio, vt dixi
ſuprà, ergo corruet inſtrumētum & obligatio: ita ſin-
gulariter dicit Albe. de Roſ. in l. fin §. fi. ſuprà ad Vel-
leian. vbi refert hoc habuiſſe in facto, & practicaſ-
ſe, & obtinuiſſe. (Vide d. Rochum. Cur in c. fi. in 107.
col. de conſue.) Quam doctrinam ſequitur ibi Raph.
Fulg. & do. Alex. poſt eum ſubdens ipſe Alex. quòd pro
hac doctrina Albe. facit glo. in l. generali. C. de tab.
lib. 10. dū quærit, an notarius debeat ſcire leges, poſt-
ea ipſe do. Alex. ſe remittit ad dicta per eum. in l. ſciē-
dum. ff de verb. obl. & in d. l. ſciēdum. in 8. col. Primò
dicit, illud dictum Alb. perpetuo mēti tenendū, poſt-
ea mutat op. & dicit, quòd contra hoc dictū & hanc pra-
cticā Albe. facit tex. & doctrina Bar. ibi communiter
approbata. in l. ſi quis in graui. §. 1. ff. ad Syll. vbi Bar.
cōcludit, quòd ſi teſtis examinatus in cauſa depoſuit cō-
tra Titium, poſtea in articulo mortis dicit ſe depo-
ſuiſſe falſum; vel iudex in articulo mortis, dicit ſe tu-
liſſe falſam ſententiam contra Titium, quòd per hoc non
infringitur, quòd factum eſt, Ita ergo videtur ſecundùm
eum in caſu Albe. quòd non attendatur illa reſpōſio no-
tarij, in qua dicit ſe ignorare, quid ſit illud beneficiū,
& ſic ad refringendum inſtrumētum cùm poſſet hoc
malitioſè reſpōdere, vt damnificaret partem, ex qui-
bus dicit ibi do. Alex. quòd in puncto iuris teneret con-
tra Alber. ¶ Mihi autem videtur quòd opinio Alber. ſit
verior, non obſtantibus dictis per do. Alex. nam illam
doctrinam ibi ſequitur Raph. Fulgoſ. & pro ipſa fa-
cit glo. in d. l. generali. C. de tabula. lib. 10. quam al-
leg. pro illo dicto Albe. do. Alex. in d. §. fi. & illam do-
ctrinā ſequitur Alex. in apoſtillis. in d. l. generali. C.
de tabul. lib. 10. item quia plures præſumptiones con-
currunt pro iſta parte, quàm pro contraria parte, cō-
currit enim præſumptio ignorantiæ, cū ſcire quid ſit
beneficiū Velleiani, eſt quid extrinſecū: & intrinſeca
nō præſumuntur. l. ea quacunq; ſuprà de Public. cum
ſi. itē hoc procedit maximè in hoc caſu, in quo eſt ma-
gis præſumenda ignorantia, quàm ſciētia dicti bene-
ficij Velleiani in notario: quia, vt communiter cōtin-
git, & experientia rerum magiſtra hoc docet, quòd no-
tarij vt plurimum ſint ignorantes, & ſi reperitur vnus
doctus & expertus, reperiūtur vigintiquinque ignari
& inexperti, nullam habentes notitiam ſimilium be-
neficiorum. Concurrit & alia præſumptio, quòd ſi ipſe
notarius ſciret quid eſſet dictū beneficium, & de hoc
haberet doctrinam & intelligentiam, vellet fateri &
vellet oſtendere ſe ignorārem, & ſe vituperare, vt ter-
tio cōplaceret: nam quilibet cupit meliùs ſibi, quàm
alteri: & prima charitas incipit à ſeipſa. l. præſes. C. de
ſeruitut. & aqua. quinimmò nedum homo oſtendit li-
beraliter ſcientiam ſuam, & illud quod ſcit verè, ſed
multoties, oſtēdit ſcire quod penitus ignorat, vt quo-
tidie dignoſcitur. Ideo non eſt præſumendum, quod
ipſe notarius aſſereret ſe neſcire, quid eſt illud bene-
ficium Velleiani ſi illud ſciret, & ex iſtis præſumptio-
nibus mihi videtur verior opinio Abb. & Fulgo.

¶ Non obſtant modò adducta in contrarium per
domi. Alex. & primò non obſtat dictum Bart. in d. l. ſi
quis in graui. §. ſi quis moriens, quia reſpon. quòd nō
eſt bona ſimilitudo, nec valet argum. in hoc caſu de
teſte & iudice ad notarium: quia in caſibus iſtis eſt
magna differentia inter eos, quod patet, nam illud quòd
aſſerit notarius in caſu Alber. non poteſt probari alio
medio, niſi ſolo dicto ipſius notarij, cùm ſcientia vel
ignorantia alicuius rei in homine, ſtet in ſolo intelle-
ctu ipſius hominis, & per conſequens non poſſit ali-
40 ter probari, quàm per dictum ipſius: quia † in his quæ
dependent ex animo alicuius, ſtatur dicto ſuo cū eius
iuramento. ſecundùm gloſſ. in §. alien. inſtit. de actio.
quam alleg. & ſequitur Pet. de Anch. in conſ. ſuo 158.
in fi. incip. rationes quæ ſuperius &c. & Ang. in conſil.
ſuo 313. incipien. viſo dicto teſtamento. in 2. colum.
circa fin. & facit gloſſ. in cap. ſi vero. el. 2. de ſenten.
excommu. & glo. in c. ſignificaſti. de homi. & tex. in c.
lectum. 24. q. vlt. & in cap. innotuit. de elect. & in c.
paſtoralis. de excepr. & facit gloſſ. in l. ſi cui §. iiſdem.
ff. de accuſat. & gloſſ. in l. atqui natura. §. cùm me ab-
ſente. ff. de nego. geſtis. & gloſſ. in l. fin. in gloſſ. ma-
gna. C. de anna. exception. gloſſ. in l. §. hoc interdi-
cto. ff. de itinere actuque priua. & faciunt dicta per
41 Bald. in l. Celſus. ſupra de vſucap. † Faciat etiam: nam
ſcientia vel ignorantia cùm pendeat ex ſolo animo,
probatur per iuramentum eius, qui eam allegat, ſe-
cundum do. Anto. in cap. cùm in tua, qui matrim. ac-
cuſa. poſſeſſ. & voluit gloſſ. in cap. quia humanis. 2 a.
quæſt. 1. gloſſ. in cap. propoſuiſti. 83. diſtinct. & voluit
Abb. in cap. innotuit. in vltim. col. de elect. & Abb.
in cap. 2. de conſtitut. vbi alleg. ad hoc plures gloſſ. &
Abb. in conſil. ſuo 35. incip. videtur primo. vlt. col.
vbi ad hoc allego pro ſing. glo. in d. cap. propoſuiſti.
& hoc etiam voluit Oldrad. conſil. 281. incipien. in
elect. nego. in 2. colum. vbi alleg. hoc tenuiſſe Inno.
in cap. illam. in vlt. colum. de elect. & ibi Hoſtien. &
Compoſtel. & in cap. cum dilect. de conſuetu. in glo.
magna. & voluit etiam Petr. de Anch. in dicto. conſil.
158. in fin. & in conſil. 173. incipien. dominus Laza-
rius, &c. in vltim. columna. & Cæpolla. in conſil. 24.
incip. viſa accuſa. in pen. colum. vbi alleg. ad hoc l.
Marcellus. ff. rerum amot. l. præſenti. C. de his qui ad
eccl. confu. c. 1. de purg. cano. & dicit quòd hoc tenuit

42 Angel. in l.plagij.la.2.ff.de plagia.† ſed in caſu Bart.
in d.§.ſi quis moriens.in teſte & iudice eſt diuerſa ra-
tio,quia non ſtatur ſolo dicto teſtis,quòd dixerit fal-
ſum vel ſolo dicto iudicis,ꝙ tulerit falſam ſentētiam,
quia non ſtatur ſolo dicto ipſorum : ſed iſta poſſunt
aliter probari , nā in teſte poteſt probari per aliquos
conteſtes,vel per confeſſionem partis, vel aliter,& in
iudice poteſt probari de iuſtitia vel iniuſtitia ſenten-
tiæ inſpectione proceſſus,nimirum ergo , ſi non cre-
ditur eorum dicto, cum eius dictum(vt dixi)non fa-
ciat plenam probationem : ſecus autem eſt in nota-
rio,aſſerente ſe neſcire quod ſit beneficium Velleia-
ni,quia ſi dicat ſe illud neſcire, eius dictum facit ple-
nam fidem,attento quòd hoc dependet ex animo ſuo
ſolum,& aliter non poteſt probari, vt dixi:& ſcientia
vel ignorantia probatur per dictum aſſerentis , vt ſa-
tis dictum eſt:reſpondeo & aliter, nō obſtare dictum
Bart.in §.ſi quis moriens , quia tale dictum teſtis vel
iudicis in articulo mortis , dicentis ſe falſum dixiſſe,
vel falſam ſententiam tuliſſe , non ſpernitur nec refu-
tatur in totum , ſed facit iudicium contra eum,in cu-
ius fauorem teſtificatum eſt vel ſententiatum,ſecun-
dùm Ange.ibi quod etiam approbat ibi Ludo.Rom.
dummodò talis teſtis vel iudex hoc deponāt cum iu-
ramento,& idem videtur ſentire Bald.in auth.ſi dica-
tur.C.de teſti.& in c.literas,in fin.de præſumpt.& in
c.quoniam frequenter, vt lit.non conteſta. Præterea
ego ſi minimus ſim,attamen non habeo illud dictum
Bart.in d.§. ſi quis moriens.in totum pro vero & ex-
pedito.Et ad hoc dicendum,non moueor ex certa vi-
ce mea,ſed moueor iuribus & doctrinis notabilibus,
moueor enim primò ex glo.ſingul.& vnica apud om-
nes in l.1.in glo.fin.circa medium. C.de fal.cauſa ad-
iecta legato:quæ dixit, quòd licet cōfeſſus ſit habuiſ-
ſe & recepiſſe pecuniam ab aliquo, poſſit infra bien-
nium opponere exceptionem non num.pec.l.in con-
tractibus,in prin.C.de non num.pec.cum ſimi.tamen
confitens in articulo mortis ſe habuiſſe & recepiſſe
pecuniam ab aliquo , ipſe nec eius hæres non poterit
opponere talem exceptionem:quia moriens non ex-
pectabat futuram numerationem , & illam gloſ. ibi
multùm commendat Bald.in 1.colum.in fin.& illam
etiam pro ſingulari ad hoc allegauit ipſe Bald. in tit.
de pace Conſtant.in verſi.vaſalli noſtri. & Bald.in d.
cap.literas.de præſumpt.& illam ſequitur Alexand.in
conſil.ſuo 45.incip.habita ſuprà his , in prin.3.col.in
1.vol. Moueor etiam ex doctrina Ang. in conſil.ſuo
5.incip.viſis inſtrumentis & iuribus , in fin.vbi dixit,
ꝙ cōfeſſio facta in extremo vitæ præiudicat,nec præ-
ſumitur facta ſpe futuræ numerationis : ad hoc etiam
me mouet not.verbum do.Ant.in c.ſi cautis.in 4.col.
de fide inſtr.vbi dixit,ꝙ licèt aliàs confeſſio ſine cau-
ſa non valeat.l.2.in §.circa.ff. de dol.except.fallit ta-
men, niſi ſit facta in mortis articulo : quia tunc vale-
bit,nec poterit reuocari:& hoc per glo.prędictam,&
per glo.in l.1.in fin.in ver.& per iudicem.ff.de inter-
rog.actio.quam ad hoc dixit ſingu.Bald.ſuprà,in re-
pe.rubr.de fide inſtr. in 3.cau.in 3.col. pro qua dicit
eſſe caſum , & hoc voluit ibi Bald.in l. ſicut. infra de
repu.hære.& vbi facit ſecundùm eum ibi text.in l. eū
pro quo ff.de in ius vocan.& dicta glo.in d.l.1.de in-
terrog. actio.alle. & ſequitur do. Alex.in conſil. ſuo
13.incip.ex his quæ in themate.&c. in 4.col.in 1.vol.
& dicit, quòd hoc ſentit glo.in c.fin.extra de confeſ.
& Cyn.in l. generaliter.C. de non num.pecu. de quo
latiùs dixi in legendo in l.contrahitur.ff. de pigno.&
in repe.mea.l. fin.in 73. chart.C. de probat. Ex iſtis
ergo apparet, quòd creditur & ſtatur confeſſioni ali-
cuius facta in mortis articulo , & ſic contra dictum
Bart. in d.§. ſi quis moriens , & licet iſta iura per me
adducta,loquantur ſolùm quo ad præiudicium ipſius
confitentis,& non tertij : & illud dictum Bart.loqua-
tur quo ad præiudiciū tertij,attamen fortè idem poſ-
ſet dici quo ad præiudicium tertij,cùm talis in extre-
mo vitæ ſuæ confitens,præſumatur dicere veritatem:
nec præſumatur indebitè & contra veritatem velle
43 obeſſe tertio.† quilibet enim præſumitur memor ſa-
lutis æternæ.l.fin.C. ad l.Iulian.repetun.c.ſancimus.
1.quæſt.7.& maximè ille qui laborat in extremis,cō-
tra quem non poteſt cadere aliqua pręſumptio quòd
mentiatur:quia ſi vnquam habeatur veritas ab homi-
44 ne, habetur quando eſt receſſurus ab hoc ſeculo:† &
ideò dixit Bald.in conſil.ſuo 25.incip.caſus &c.in 2.
col.in 1.volum.quòd moriens non præſumitur men-
tiri:& ideò in inclyta ciuitate Mediolani viget quod-
dam decretum ducale,quo cauetur quòd vltimæ con
feſſioni reorum factæ , quando debent decapitari, &
ſunt ibi ante ſupplicium, vel ſuper furcis,ſtetur dicto
eorum circa delictum per eum commiſſum , ſ. circa
ſocios vel auxiliantes, vel mandantes vel aſſociantes,
vel ſimiles:& illud ducale decretum vult,ꝙ talis vlti-
ma cōfeſſio rei & vltimum dictum habeatur pro ple-
na & pleniſſima probatione, quod quidem ego plu-
ries vidi practicari in dicta ciuitate Mediolani , dum
moram traherem cum illuſtriſſimo Duce Ioāne Ga-
leatio,tunc Duce Mediolani : quod decretum profe-
ctò habet rationem in ſe : quia conſtitutus in vltimò
vitæ ſuæ cognoſcens de proximo animam debere ſe-
parari à corpore, nō præſumitur aliqua præſumptio-
ne peierare & mentiri. ¶ Reſpondeo & aliter , quod
dictum Bart.in d.§. ſi quis moriens non habet obſta-
45 re doctrinæ Alber.quia † dicta doctorum ſunt intel-
ligenda ſecundùm leges quas allegant, ſecūdùm Bar.
in l.non ſolùm.§.ſi liberationis.ff. de liber.leg.& Lu-
douicum Romanum in repet.rubr.ff. de arbitr. in 7.
chart.in 3. in fin.ſed Bart. pro dicto ſuo allegat text.
ibi in dicto §. ſi quis moriens , qui text.nihil obſtat
dicto Albe. quia loquitur in cauſa criminali , videli-
cet vt non credatur domino aſſerenti ſe vulneratum
à ſeruo,quod profecto rationabile eſt , quia in cauſis
criminalibus probationes debent eſſe luce clariores.
l.fin.C.de probatio, item quia eſſet vnicus teſtis , er-
go non probaret etiam in cauſa ciuili.l.vbi numerus.
ſupra de teſti.cum vulne. Item quia in cauſa propria:
ergo propter iſta non creditur domino in dicto caſu:
ſed ita ceſſant in caſu Alb. quia ſumus in cauſa ciuili,
item quia ipſe notarius hoc aſſerendo , facit plenam
probationem,vt dixi:item nec deponit in cauſa pro-
pria , ergo ille textus nec doctrina Bartol.ibi habent
obſtare dicto Alberic. in dicta l.final.§.fina.ſuprà ad
Velleianum , & ideo ex iſtis fortè dictum Bart.& ſe-
quacium non eſt tutum , & ideo ego intelligerem il-
lud dictum Bart. in moriente , qui non eſſet compos
mentis,ſed vacillaret, vt communiter accidit in mo-
rituris de proximo : ſecus autem crederem in mori-
turis de proximo, qui fruuntur intellectu & vera co-
gnitione,&c.

¶ Non obſtat modo illud , quod vltimo loco al-
legat dict.Alex. contra doctrinam Alb.in dicta l.fin.
§. fin. videlicet quòd non creditur notario reſpon-
denti ſe neſcire quid ſit beneficium Velleiani : quia
poſſet hoc malitioſè aſſerere & dicere, quòd damni-
ficaret partem &c. quia ad hoc eſt facilis reſponſio,
quæ eſt, pro hoc non præſumitur eſſe nec fieri ab ip-
46 ſo notario , † cum quælibet præſumatur bonus &
fidelis , l. non omnis.§. à Barbaris.ff. de re milita.l.
meritò.

47 meritò.ff.pro ſocio.cum vulg.† & ibi poteſt capi duplex intellectus, & capiẽdo vnum quis dicitur delinquere,& capiendo alium non dicitur delinquere:nũc ſemper in dubio ſumitur intellectus, per quem quis non dicatur delinquere: ita optimè probat doctrina Bart.in l.non ſolum.§.ſed ſi cùm poſſet.alias,§.ſed vt probari.ff. de ope. nou. nun. quam doctrinam refert & ſequitur Abb.in c. auditis de præſcripr. in antepe. col.& Ludo.Rom. in conſil.ſuo 113. incip. pro deciſione &c. vbi alleg.etiam nota.per Bal.in l. matrem. C.de probation.& per eundem in l.eum actum.C.de neg.geſt.pro quo faciunt dicta per Bart.in l. 2.in fin. ff.de duob.reis.vbi dixit, ꝙ ſi accuſatus eſt Titius,ꝙ cognouit carnaliter Bertam per vim ꝙ hoc dicũt teſtes,quod debet intelligi,ꝙ ipſe Titius eſt paſſus vim
48 ab ipſa, vt excludatur dolus & delictum.† Et faciunt dicta per Bart.in l.verum.ff.de fur.vbi dicit, ꝙ ſi duo fecerunt pacem inſimul, & promiſerunt ſe nõ offendere ſub pœna, modò vnus adulterat vxorẽ alterius, an cadat in pœnam? decidit ibi Bart.ꝙ non:quia debemus potius pręſumere,ꝙ hoc fecerit libidinis cauſa,quàm cauſa iniuriandi illum,& hoc,vt euitetur delictum:pro quo facit, ꝙ voluit Inno.in c.ad audientiam.de homi.
49 † Et adduci poteſt glo.ſing.apud omnes in c.cleri.81.diſtin.quæ dixit, quod ſi duo teſtes clerici teſtificẽtur me deliquiſſe in hoc loco,hac hora:duo alij teſtes laici teſtificantur contrarium,ſ.me non deliquiſſe in dicto loco illa hora:quod hoc caſu credetur teſtibus laicis deponentibus me non deliquiſſe, licèt clerici digniores ſint laicis:vt habetur in c.denique.4.diſtinct.& in c.duo ſunt genera.12.q.1. & habetur in c. cum ex iniuncto.de hæret. & in c. ſacerdotibus.11 q.1. & dignioribus ſtandum eſſet.c. in noſtra.de teſti.l.ob carnem.ff.eo. de teſti.cum ſim.& illam gloſſ.in d.c. clerici.dixit ſing. Ludo.Roma. in conſil.241.incip. ſpectabiles domini collaterales.in
50 1.col.† pro quibus facit. nam ſemper in dubio debemus in benigniorem partem inclinare.l. ſemper in obſcuris.ff.de reg.iur.l.Arrianus.ff. de action.& obl.
51 l.abſentem.ff.de pe.cum ſi.† Et pro iſtis etiam adduci poteſt tex.no.quem ibi doct.dicũt ſing.in l.miles. §.defuncto.ff.de adult.vbi habetur,quòd filius natus ex meretrice maritata,præſumitur eſſe mariti,& non adulteri,vt euitetur delictũ: licèt poſſet eſſe tã adulteri quàm mariti:quem tex.ad hoc alleg.domi.Alex. in conſ.ſuo 37.incipien. in cauſa mota.in 5. col. circa medium.in 1. vol. facit etiam gloſſ. in c. paſtoralis.in
52 verbo,exonerare.de offi.deleg.† Et adduci etiam poteſt tex.& glo.ſingul.in c.ſuper literis de reſcrip.quæ dixit, ꝙ licet quis ſuggeſſerit falſam interpretationẽ reſcripti,quòd non præſumitur,quòd fecerit hoc per dolum, ſed per ſimplicitatem.† Et facit glo.& ꝙ ibi
53 dixit Ange.in l.ex conſenſu.ff.de appel.quæ voluit ꝙ quęlibet cauſa colorata excuſet à dolo,licet ſit fatua. & idem voluit gloſſ. in l.1.ff. de eo per quem factum
54 erit.& gloſſ.in l.1.ſi quis ius di.non obtempe. † & facit glo.in cap.cùm venerabilis, extra de conſue.quæ dixit,quòd conſuetudo etiam iniqua, excuſat à deli-
55 cto.† Et faciunt dicta per domi.Alex.in conſ.ſuo 60. incipien.viſo proceſſu.in 2.colum.in 1.vol.vbi dixit, quòd vbi verba poſſunt trahi ad falſum, & nõ falſum, ſit interpretatio quòd non contineant falſum, ita dicit voluiſſe glo.in l.iuriſgentium.§.quòd ferè in verſicul.approbetur.ff.de pact. quam ibi ponderant doctor.ſecundùm eum:& Bal.in l.Imperator.ff. de ſtat. homi.& Sal.in l.de tutela.C. de in integ. reſtit.min.
56 ¶ † Et facit no. verbum Barto ꝙ ſuperioribus annis habui in facto apud Ianuã,in l.quoties.§.1. per illũ. ff.de hære.inſti.vbi dixit, quòd ſi reperiatur ꝙ notarius aliter ſcripſerit, quàm dictum fuerit à partibus tempore actus geſti, quòd præſumitur potius per errorem,quàm per dolum, & quòd notarius excuſatur à falſo,quod cõmitti nõ poteſt ſine dolo.l.nec exemplum.C.de fal.quod dictum refert & ſequitur do.A-
57 lex.in conſil.74.in 3.char.in 1.col.in 1.volu.† Et faciunt optimè dicta per Bart.in conſil.ſuo 108.incip. in q.vertente inter dominum.N.& S.vbi dixit, quòd quando aliquod verbum profertur ab aliquo contra aliquem,quod poteſt ſonare in iniuriam,& non in iniuriam, quod accipiendum eſt in mitiorem partem, videlicet quòd non ſonat in iniuriam. per l. ſi de in-
58 terpel.ff. de pen. † Et facit quod dixit Ang. in tract. maleſi in verb.falſario in primis verbis, vbi dixit, ꝙ à dolo quis excuſatur quibuſcunque excuſationibus vel præſumptionibus etiam iniuſtis.alleg.l. igitur.§. 1.ff.de libe.cauſa.& §.1.in fin.& ibi Barto.ff.de abige.alleg.etiã dictum Bart. in d.l. quoties.§.1. & eum ſequitur, & ſubdit quod Bald.in l.1.C.de ſacroſanct. eccleſ.dicit, ꝙ quotieſcunque vnum verbum poteſt importare falſitatem & non falſitatem: facimus coniecturam, ꝙ falſitatem non importet:pro quo ſecundùm eum faciunt dicta per Bal.in l.errore.C. de teſt.
59 alia etiam alleg.de quibus ibi per eum. † ad prædicta etiam facit gloſſ.in c.ne quis arbitretur, 22.quæſt.2. quæ dixit quòd verba impropriantur, vt quis dicatur bonus,& facit glo.in c.nauiganti.extra de vſuris,quæ dixit, quòd in dubio quis non præſumitur vſurarius, & facit glo.in cap.accedens,de crimin.fal.quæ dixit, quòd in dubio quis non præſumitur falſarius:& facit no. dictum Bald.in cap. in præſentia.in 4. col.verſic.
60 pone.quidam,extra de probat.† Et facit glo. in c.abſit.11. quæſt. 3. quæ dixit, quòd ſi clericus oſculatur mulierem,præſumitur cauſa benedictionis hoc facere,quam gloſſ.ad hoc refert Angelus de Aret. in tractatu maleficio.in verbo, *Che hai adulterata à la mia donna*.verſi.an patri liceat: vbi iocosè ſubdit, quòd à
61 tali benedictione clericorum liberet nos Deus. † Et vltra prædicta adduci poteſt glo.in l.2.§.ignominioſa.in ver.cur miles.ff.de his qui nor. infamia, quæ dixit,quòd in dubio miles non videtur remiſſus à malitia propter dolum, & faciunt optimè dicta per me in repe. mea.l.fin.C. de proba.in l. char. vbi in materia iſta cumulaui pluſquam centum iura & doctrinas, & loquutus ſum nedum ad ſaturitatem,ſed potius ad faſtidium in hac materia.

¶ Et ex iſtis ſatis liquidè conſtat, quòd non ob illud, quod vltimo loco adduxit d. Alex. contra dictum Alber. in dicta l. ſciendum, inquantum dixit, quòd notarius dicens ſe neſcire quid ſit beneficium Velleiani, iſtud diceret fraudulenter ſeu malitiosè, vt damnificaret partem:quia iſtud in dubio non præſumitur: imò magis præſumitur contrarium per ſupradicta: & ſic modo ex iſtis omnibus ſupradictis ſimul coniunctis videtur mihi, quod doctrina Albe. de Roſa. in dicta l. fin.§. fin.ff.ad Velleia. ſit verior & ſuſtentabilior, quam opin.dict. Alexand in dicta l.ſciendum, quæ omnia tene menti, quia ſunt noua, nec ab aliquo ſcribente dicta vſque ad præſentem diem: & vide in materia doctrinæ Alber. Cæpolla. ideſt cautel. 196. incipien. notarius &c. & ibi in cautela ſequen.

62 ¶ † Modò reuertendo ad materiã rubricæ noſtræ, quæro primo:fideiuſſor cõſtituit ſe principalem debitorem, an hoc caſu poterit priuſquam principalis conueniri, in quo dicas quòd non, nam certum eſt, cum pro alio interuenire,& origo inſpicienda eſt ita not.

not. Azo.in ſumma de fideiuſſ. & Specul.in titul. de
renuntia.& concluſio.§.1.verſ.ſed ſi fideiuſſor.alleg.
in argument.l. qui id quod.ff. de donation. & l. ſi fi-
lius, ſupra ad Macedonia.& idem tenet Petr.de An-
cha.in c.accedens, extra.de procu.& Bart.in rub.ſu-
pra iudi.ſolui.in vltim. col. pro quibus faciunt dicta
per Cyn. & Bald.in l.1.C.de ſatiſda. ſed mihi videtur
quod hæc doctorum deciſio non poſſit procedere,
ſiue loquamur de æquitate, ſiue loquamur de rigore
iuris:nam ſi loquimur de æquitate,poterit conueniri
priuſquam principalis nedum hoc caſu,quando con-
ſtituit ſe principalem debitorem:ſed ſi eſſet ſimplex
fideiuſſor,etiam ſi non renuntiaſſet beneficio de fide-
iuſſoribus, vt ſatis latè dictum & oſtenſum eſt ſuprà
in 5.col. in 7.fallen. dum tractaui quando agitur de
æquitate & bona fide, quod tunc fideiuſſor non ha-
bet beneficium excuſſionis &c.quod non repeto, ne
replicem idem per idem,ſi autem loquimur de rigo-
re iuris,idem videtur dicendum,quod ipſe fideiuſſor
qui conſtituit ſe principalem debitorem,poterit cō-
ueniri antequam principalis:quia ſi aliter diceremus,
ſequeretur quòd iſta conſtitutio de debitore princi-
pali, facta per ipſum fideiuſſorem, nihil operaretur,
ſed ſuperfluo eſſet dicta & appoſita in cōtractu,quod
non eſt dicēdum, iuxta ea quæ habentur in l.amplio-
rem.§.in refutatoriis.C.de appoſt.& in §.quibus.in 1.
conſt.C.& in c.ſolitæ, de maio.& obe.cum ſi ſeque-
retur etiam,quòd non eſſet differentia, quando quis
obligat ſe tanquam principalem debitorem, & quā-
do ſe obligat tanquam ſimplicem fideiuſſorem,quod
non eſt dicendum: ſi enim idem eſſent, cur diuerſis
nominibus nuncuparentur? iuxta l. fin.C. de codic.
¶ Nec obſt.ratio allegata.per Specu.& alios,videli-
cet quòd origo eſt inſpicienda:quia reſpondeo quòd
hoc eſſet verum, niſi poſt originem ſequeretur aliud
idem importans, quod ipſa origo, nam cum iſta duo
ſint paria, non debet attendi origo, quia ſubſequens
63 parificatur cum ipſa origine,pro quo facit:† nam ha-
bemus regulam, ꝙ acceſſorium ſequitur principale.
c.acceſſorium.de reg.iur. in 6.l. fin.C. de non nume.
pecu.l.fin.ff. de conſtit.princ. cum vul. & attenditur
ꝙ principaliter agitur.l. ſi quis nec cauſam, ſuprà ſi
cert.pet. attamen ſi ſuperuenit acceſſorium æquè vel
magis potens principali, attenditur ipſum acceſſo-
rium relicto principali,quod eſt originarium:hoc pa
tet pluribus modis:primò, in iuramēto:nam ſi factus
eſt cōtractus de ſui natura nullus,vel ex prohibitione
legis, vel ex aliqua alia cauſa, & ſuper eo interpona-
tur iuramentum, ꝙ eſt acceſſorium, validabitur ipſe
contractus:& non attendetur origo & eſſe ſeu natura
ipſius contractus, ſed attendetur acceſſorium:& ſic
iuramentum hoc patet in pluribus locis:patet.n.in c.
cùm contingat.de iureiur.in c. licet mulieres.eo.tit.
in 6.in c.2. de pact.eo.lib. in auth. ſacramenta pube-
rum.C.ſi aduer.ven.habetur.in l. ſi quis maior,C. de
tranſact.in l.2.C.de reſciud.vend & in aliis locis,quæ
breuitatis cauſa omitto.Facit etiam,nam ſicut verba
teſtatoris & priuilegiorum in dubio ſunt intelligēda,
vt nihil ſit in eis ſuperfluum:vt l. ſi quando.de legat.
1.& in c. ſi Papa de priuil.lib.6. ita verba contrahen-
tium debent ſic intelligi, vt in dubio non ſint ſuper-
flua.ſed aliquid importent.l. ſi ſtipulatus.in prin.cum
glo.ſua ff.de vſur.glo. ordinaria eſt in l.1.ff. de peric.
& commo.re.ven. & no.in lib.1.C. de pact.pigno.&
voluit Arc.in conſ.ſuo 149.incip.paucis &c.in 2.col.
64 † Et ideo dixit no.Bal.in rub.C. de contrah.empt. in
9 q. ꝙ vnum quodq; verbū eſſet minimū,appoſitū in
contractu ſeu inſtrumento,debet aliquid operari: ꝙ
dictum refert & ſequitur d. Alex.in conſi.ſuo 151.in-
cip.viſo themat.in 2.col.in 2.vol.& in cōſ.157.incip.
in cauſa & lite.in 3.col.in eo.vol.& in conſil.133.in-
cip.ſuper quæſitis.in fin. in 5.vol.& in conſil. 68.in-
cipi.viſis & opportunè.circa me.in 5. vol.& Ioan.de
Ana. in conſil.ſuo 98. incip. viſis &c. & idem voluit
Barb.in rub.de reſcript.in pe.char.in vlt.col. & in c.
ſedes Apoſtolica.in 7.char.eod.tit.Modò in caſu no-
ſtro ſi diceremus, ꝙ ille qui conſtituit ſe principalem
debitorem,non poſſit principaliter conueniri, omiſ-
ſo principali debitore ſequeretur, ꝙ iſta conſtitutio
principalis oblationis,quam fecit iſte fideiuſſor, ni-
hil operaretur:quod non eſt dicendum per prædicta:
& ſic ex omnibus iſtis dico, ꝙ fideiuſſor qui conſti-
tuit ſe principalem debitorem,poterit tanquam prin-
cipalis debitor conueniri principaliter, omiſſo ipſo
principali debitore, ſiue loquamur de bona fide &
æquitate,ſiue loquamur de rigore iuris, non obſtan-
tibus dictis à Spec. & ſequentib. in locis prædictis.
65 ¶ † Vlterius, antequam intrem alias quæſt.aduertas
ad vnum,quod nolo omittere in hac rubri.videlicet,
ꝙ ſi plures rei debendi cōſtituerentur apud aliquem
pro mutuo pecuniæ vel alterius rei,licèt habeant be-
neficium de duobus reis &c. attamen ſi in rei verita-
te ad vnum eorum tantum peruenit pecunia vel res
mutuata, ille talis eſt principalis obligatus: alij autē
habentur loco fideiuſſorum, & fideiuſſorum benefi-
cio gaudent, ita ſingul.dixit Guliel.de Cug. in l.ſed
Iulianus.§.idem ait.ſi duos.per illum text.ff.ad Ma-
ce.quod dictum pro valdè not.refert & ſequitur Lu-
do.Rom.in conſ. ſuo 114.incip. viſis ſuprà conſultis
&c.in princ.& idem firmat do. Alex.in l. Marcellus.
infrà eod.& Ioan. de Ana. in conſil.ſuo 60. incipi.in
quæſt.iſta &c. de quo dixi in ſingu.meis.ſingu.2.vbi
videas.(Vide ad prædicta omnia Flo.in l.nullus,poſt
princ ff.de teſt.& vide infrà in 85.col.verſic.57) Et
pro hoc dicto facit,nam in caſibus in quibus fideiuſ-
ſor nō habet beneficium excuſſionis,tunc ſi ipſe fide-
iuſſor doceat principalem condebitorē emolumen-
tum negotij eſſe conſequutum, tunc dicere poterit,
Excutias primo debitorem principalem ſumptibus
meis:& hoc caſu facta tali obligatione tenebitur cre
ditor excutere primò principalem debitorem ante-
quā fideiuſſorem:ita probat text.& ibi Bart.& latius
Paul.de Caſtr.in l.vnde quæritur.in princ.ſ.commo.
& hoc etiā deciditur ex his quæ not.Bart.in l.in duo-
bus.§.1. poſt me.ver. quæro.pone ad vnū ex correis.
ff.de duob.reis & pro hoc eſt bonus text.in l.cū plu-
res.§.veſtimenta.ff.loca.& facit text.in l.ſi vt certo.
§.nunc videndum.el.2. in verſic.ſumptus:ſuprà com-
66 mo. ¶ † Modò ingrediendo quæſtiones, quæro ſe-
cundò, vtrum recipiens fideiuſſorem minus idoneū,
videatur eum approbaſſe, adeo quòd non poſſit pe-
tere vlterius ſibi caueri:in quo dico, quòd ſic, quòd
ſibi præiudicat,& quòd videtur eum approbaſſe:nec
propter hoc poterit petere iterum ſibi caueri:ita pro
bat text.in l.qui ſatiſdare.quæ eſt.l.3. infrà eod. in §.
fin.& in l.inter cauſas,in §.abeſſe ſupra manda.& tex.
in l.ſi is à quo.§.fin. ſuprà vt in poſſ. leg. idem tenet
Alex.in conſi.ſuo 60.incip. conſideratis.in 1.colum.
(Et in conſil.33.incip. conſideratis in 1.colum.in 7.
volum.) Pro quo facit,quod dicit Ioan. de Ana.in c.
intelleximus.in 11. col.de adult. in ver. nec ob ſi di-
catur.vbi dixit, ꝙ actor prouocans reum inhabilem
ad iudicium,videtur eum habilem ad litigandū repu-
tare,adeo, quòd non poterit poſtea eius perſonā im-
67 pugnare. † Idem etiā firmat Ludouicus Rom. in re-
pe.rub.ff.de arbi.in 9.char.in fi.3.col.verſic.an ſicut,
&c.niſi

&c. niſi ſecundùm eum ibi in citatione ſit appoſita clauſula, compareas, ſi tua putaueris intereſſe: quia per talem clauſulam, inhabilis citatus, nõ videtur habilitari, alleg. ad hoc doctrinam Bald. in l. libertus à patro. ſuprà de in ius vocan. & voluit etiam Bald. in l. fin. C. de edict. diui Adrian. tol. & in l. ſi ſuſpect. ff. de inoffic. teſtament. & Lud. Roman. in l. de pupillo. in princip. ff. de ope. noui. nunciat. & Cæpol. in cau-
68 tel. 205. incip. ſi facis. † Item pro prædictis facit quod dicit Alex. in conſil. 142. incip. viſo proceſſu, circa fi. vbi dixit, quòd ille qui contrahit vel compromittit cum aliquo, videtur eum approbare pro idoneo, allegat. l. qui cum alieno. ff. de reg. iur. & d. l. 3. infra eod. & d. l. inter cauſas. §. abeſſe. & facit etiam quod voluit Bald. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib. vbi dixit quòd ſi produxi inſtrumentum manu cuiuſdam notarij, aliàs inhabilis, videor eum approbare, adeo quòd ſi poſtea contra me producatur aliud inſtrumẽtum manu eiuſdem notarij, nõ potero illum notarium, vt inhabilem repellere, ex quo ſemel videor ipſum approbaſſe: & facit dictus Bald. quem ibi ſequitur Ioan. de Imol. in l. qui teſtamento. ff. de teſta. vbi dicit, quòd ſi approbaui perſonam legatarij in fauorem teſtamẽti, in quo ſum hæres inſtitutus, non poſſum poſtea eũ
69 repellere, ſi voluerit deponere pro ſuo legato. † Ad quod facit dictus Bald. in l. data opera. in 15. col. C. qui accuſa. non poſſ. vbi dixit, quòd ſi feci citare aliquem in teſtem in iudicio, amplius eius perſonam nõ potero reprobare: quod etiam voluit Bald. & Imol.
70 in l. ad teſtium. §. conditionem. ff. de teſta. † Et facit quod voluit Bald. in l. 2. in 15. col. C. de edict. diui. vbi dixit, quòd ille qui facit citari aduerſarium ſuum ad iudicium, videtur eius perſonam approbare adeo, ꝙ non poteſt poſtea illum improbare: & idẽ dixit Bart. in l. cum mulier. in 2. col. ff. ſol. mat. Bar. in l. de pupil. §. ſeruo. ff. de oper. noui nun. & Bald. in d. l. cum mulier. in 10. col. & Bald. in l. 2. circa fin. C. de pactis & Bald. in l. 1. §. Offidius. ff. ne quis eum qui in ius voca. & Bald. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marit. & Bald. in l. quinquaginta. ff. de excuſation. tuto. Bald & Angel. in l. ſi ſuſpecta. de inofficioſo teſtamen. Bal. in c. cum inter. in 3. col. de elect. Bald. in cap. teſtimonium. in fin. de teſti. Bald. in c. in nomine Domini. & in cap. de teſti. eod. tit. Ang. in l. ſi. fa. §. ad defendendum. ff. de procura. Io. de Ana. in d. c. intelleximus. de adulr. in 11. col. & Inn. in c. cum inter. de excep. quem ſequitur ibi d. An & idem tenent doctor. in l. 1. §. cum dicitur. & in §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam. per l. Falcid. & d. Ang. in c. exhibita. in antepen. col. de iudic. ita etiam firmat Cæpola in cautela ſua 205. incip.
71 ſi facis vbi ſingulariter loquitur. ¶ † Iſtis etiam addi poteſt theorica Bart. in l. creditores. in ſua repeti. C. de pign. & Bal. in l. 1. C. de ſerui. & aqua: vbi dixerũt, ꝙ ſi vendo tibi domum cum hoc, ꝙ ſi infra annum nõ ſolueris mihi pretium, licitũ mihi ſit propria authoritate ingredi fundum tuũ, ſi labitur annus, & nõ ſit ſoluta talis pecunia, & ego accedam ad iudicem, & petam quòd mihi det licentiam & authoritatem intrãdi fundum tuum pro ſatisfactione pecuniæ meæ: quòd ſi iudex recuſat dare mihi talem licentiam, non potero poſtea ingredi propria authoritate abſque pœna, quia mihi imputetur, ſi poteram ingredi propria authoritate, & acceſſi ad iudicem pro licentia: ideo hanc viam quam mihi elegi, debet pati, l. mulier. §. fin. ff. quod metus cauſa, pro quibus etiam faciunt dicta per Bald. in l. tale pactum. in §. qui prouocauit. in
72 10. col. ſuprà de pactis. † Et pro iſtis facit quod voluit Ang. de Aret. in lib. malefic. in ver. de anno præſenti. in ver. ſecundo quæro &c. vbi dicit, quòd licet dies de neceſſitate in libello criminali non ſit apponendus per l. liberorum. ff. de accuſ. nihilominus ſi per accuſatorem apponatur, & non probetur de ipſo die, licet omnia alia probentur: tamen reũs non debeatur abſolui: imputet hoc ſibi accuſator, ſi poſtea non probat. allegat. l. habebat. ff. de iuſto. Et ex iſtis ſatis conſtat in propoſito quæſtionis noſtræ, quòd ille qui recipit fideiuſſorem minus idoneum, videtur eum approbare: nec poteſt ſe conqueri de hoc, quia
73 eſt ſibi imputandum per prædicta. ¶ † Sed quæri poteſt tertiò, vtrum ipſe qui talem fideiuſſorem recipit, poſſit dicere quòd ignorauit illum nõ eſſe idoneum: ideo petit ſibi de nouò caueri: in quo dicas, quòd ſic, quòd talis creditor hoc poteſt dicere & petere ſecũdum gloſſam in l. quis ſtipulatus ſit Stichũ aut Pamphilum. §. fin. ſuprà de verborum obligation. qui probat, quòd receptio fideiuſſoris non idonei ignoranter facta à creditore, ſibi nõ præiudicat ad idem glo. in d. l. inter cauſas. in §. abeſſe. ſupra manda. in dicta l. ſi is à quo. §. fin. pro quibus gloſſ. facit. l. promittendo. §. ſi à debitore. ff. de iure do. ſed dominus Alexander in hoc dubio in conſilio ſuo 60. incipien. conſideratis præallegato, in 1. col. in 5. volum. tenet contrarium: & hoc quia ille qui accepit dictum fideiuſſorem, præſumitur habuiſſe ſcientiam conditionis ſuæ: nam ille qui cum aliquo contrahit, præſumitur ſcire, vel ſcire debet conditionem ſuam l. qui cum aliquo. ff. de regul. iur. cum ſimilib. ibi allegat. &, paria enim ſunt, ſcire vel ſcire debere. l. quod te. ff. ſi cert. pet. l. latè. in prin. infra de verb. ſignific. l. ſi Titius. infra eod. & ſubdit ibi ipſe d. Alex. quod ſi talis creditor vult dicere, neſciuiſſe illum fideiuſſorem non eſſe idoneum, & petere quòd debitor de nouo ſatiſdet erit ſibi neceſſe probare, quòd ille fideiuſſor nõ idoneus, communi opinione reputabatur idoneus, diues & ſoluendo ad hoc, vt ipſe qui eum accepit, excuſetur. alleg. l. 3. ff. ad Macedon. an. & l. miles. §. mulier. ff. de adulter. l. Barbarius fil. ff. de offic. prætor. vel eſſet opus ipſi creditori probare quòd debitor ſibi affirmaſſet, quòd dictus fideiuſſor erat ſoluendo, per d. l. ſi Titius. infrà eod. ita eſt de mẽte Ang. in l. 1. ſuprà, ſi quis in ius voc. non ie. & ibi hoc clariùs ponit Paul. de Caſtr. ita etiam tenet Paul. de Caſtr. in d. l. qui ſatiſdare. infra eod. vbi dicit, quòd ſi quis recipit fideiuſſorem non idoneum facultatibus ignoranter, non tamen per hoc poterit petere iterato alium fideiuſſorem idoneum ſibi præſtari, nec etiam intereſſe aliquod ſibi dari, niſi interuenerit dolus debitoris præſtantis fideiuſſorem, qui affirmauerit illum eſſe idoneum, vel niſi iuſtiſſima ignorantia recipientis interuenerit: vt puta quia communiter reputatur idoneus ipſe fideiuſſor, alias imputet ſibi creditor qui accepit talem fideiuſſorem, quare non explorauit eius conditionem: & ita dicit de facto ſeruari: ideo dicit, quòd per communitates ſolent deputari quidam approbatores fideiuſſorum, qui approbant fideiuſſores ſuo periculo: ita dicit Alexan. in d. conſil. ſuo 60. incip. conſideratis &c. in 5. vol. & ibi etiam reſpondet ad glo. ſuperius alleg. contrarium innuentes, videlicet ad glo. in d. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ. § fi. cum aliis præalleg. quod verũ eſt, ꝙ quando creditor recipit ignoranter fideiuſſorem non idoneũ facultatibus ſibi non præiudicat, ſ. quãtum ad hoc, quia poteſt agere ad intereſſe cõtra illum qui tenebatur præſtare fideiuſſorem: videlicet quãti ſua intereſt, præſtitum non eſſe fideiuſſorem idoneum: ita ſecundũ eum loquitur text. & glo. in d. l. ſi quis ſtipulatus. §. ſed ad fide-

fideiuſſorem nouum idoneum præſtandum agere nõ
poteſt creditor: vt in d.l. 3. in fin. infrà eod.& ſubdit
ipſe Alex. ꝙ hanc opin. ſequitur Bart.& Ang. in d.l.3.
& Paul.de Caſtr.ibi. & reprobat ipſe Alex. opin. ſeu
reſponſionem contrariam datam ſibi à Ioan.de Imo.
ita reſidet d.Alex.in d.conſil.ſuo 60.& in l.ſi cùm do
74 tem.in §. ſi mulier.ff.ſolut.matr. ¶ † Quæro quartò
vlterius ſubſequenter: pone, datus eſt fideiuſſor ido-
neus à debitore ipſi creditori, qui eſt diues & ſoluen-
do, ſed expoſt efficitur inhabilis, pauper, inops & nõ
ſoluendo: vtrum hoc caſu creditor poſſit cogere de-
bitorem ad præſtandum iterum alium fideiuſſorem
idoneum: in quo dicas, diſtinguendo, ꝙ aut quis te-
nebatur ſatiſdare officio iudicis, aut ex conuentione
partium: & ſic aut ſatiſdatio eſt prætoris, aut conuen-
tionalis: primo caſu ſi datus ſit fideiuſſor idoneus, qui
poſtea efficiatur inops: poteſt debitor iterum cogi
ad ſatiſdandum & præſtandum nouum fideiuſſorem
idoneum, vt habetur in l.prætoriæ.la. 2.infrà de præ-
to.ſtip.& l.ſi is à quo, in fin.ſuprà vt in poſ.legat.& in
l.ſi ab arbitro. ſuprà qui ſatiſd.cog. & in l. prætor.§.
pen.ſuprà de ope.no.nun. Secundò autem caſu, quan-
do quis tenetur ſatiſdare ſeu fideiubere ex cõuentio-
ne partium, vt puta de euictione rei venditæ: & tunc
ſi dedit fideiuſſorem idoneum, qui poſtea efficiatur
inops & non ſoluendo non tenetur debitor præſtare
nouum fideiuſſorem, ita probat text. in l.pupilli.§.ſo-
ror. infrà de ſol. & in l. ſi nomen. ſuprà de hæred. vel
act.ven. ita in hac quæſtione tenet Bart. in l.3. in fin.
infrà. eod.& in l.prætoriæ.la. 2. de præto.ſtip. Bart.&
Ang. in l. quoties.& in l.ſi arbitro.ff. qui ſatiſd. cog.
Pet.de Anch.in c.ex reſcripto.de iureiur.de quo etiã
per Oſtien.in c.cum olim.extra de arbi.per Abb. An-
tiquum. in c.vt clericor.de vita & honeſt.cle.per Ino.
in cap.fin.extra de procu.per d. Alex.in d. conſil.ſuo
60.inci.conſideratis his.vlt.col. in 5.vol.& per doct.
Mod.in l. 2.ſuprà qui ſatiſd.cog. vbi etiam quærunt,
pone ꝙ eſt datum pignus creditori per debitorem,
quod pignus deperditum eſt abſque culpa vel dolo
creditoris, vtrum poſſit petere alius pignus ſibi dari;
vide ibi per eos: & per Pett.de Anch.in d.c.ex reſcri-
pto.de iureiur. & per Mod.in l.ſi cùm dotẽ.§ mulier.
ff. ſolut.matr. de quo etiam per Spec. in tit. de offic.
iud.in §.de ſeruit.in ver.item aduocatos.circa fi.aliàs
incipit. Item faciat &c.& tene menti, ꝙ licet quando
datus eſt fideiuſſor idoneus, qui poſtea efficitur inops
& non ſoluendo, non poſſit cogi debitor ad iterum
dandum alium fideiuſſorem, quando ſumus in cõuen-
tionalibus per iura ſupra alleg. tamen iſtud fallit in
dote, quia ſi fuit datus fideiuſſor mulieri pro dote,
qui erat ſoluendo, ſi poſtea efficiatur inops, debet ite-
rum ſibi caueri idoneè: caſus eſt ſing.ſecundùm Ang.
in d.l.ſi cùm dotem.§. ſi mulier, & ibi doct.ſuprà ſol.
matr.quem text. ad hoc pro not. allegat Ang. in d.l.
75 quoties.ſ.qui ſatiſd.cog.† Et in materia iſta adde Bal.
& Barb.poſt eum ibi in 5. col.in c.ſedes Apoſtolica.
de reſcript. vbi dicunt, quòd inopia repentina dici-
cur caſus fortuitus, allegant text.in l.ſi res pupillaris.
ff. de adminiſt. tutor. & adde etiam in materia not.
verbum, videlicet, quod ſi iudex maleficiorum acce-
ptauit fideiuſſores non idoneos, & captum relaxauit,
nihilominus poteſt iterum capere reum, & facere ꝙ
iterum præſter fideiuſſores, quibus præſtitis nihilo-
minus etiam primi fideiuſſores ſunt obligati: ita ſin-
gulariter dixit Bald.in l. 1. ff. ſi quis in ius vocan. non
ierit. quod dictum pro notab. refert & ſequitur do.
Ang.de Are.in ſuis addit.ad Ang.in tract. maleficio-
rum.in verbo, fama publica.in 11, char. in addit.ver.&

76 tene menti. ¶ † Item iuxta prædicta quæro qu inidò,
debitor dedit fideiuſſorem vel expromiſſorem ido-
neum creditori, qui tamen fideiuſſor vel expromiſſor
ſtatim arripuit fugam: vtrum hoc caſu ipſe debitor
teneatur iterum dare alium fideiuſſorem vel expro-
miſſorem idoneum: in quo dicas, ꝙ ſic: nam iſta bre-
uitas temporis facit præſumi, quòd ipſe debitor fue-
rit conſcius ipſius fugæ, ex quo iterũ teneatur ad dan-
dum alium fideiuſſorem ſeu expromiſſorem, & hoc
maximè procedit in cauſa dotis per dict.tex.l. ſi cum
dotem.§.ſi mulier. ſuprà ſolut.mat. vbi eſt caſus ſin-
gula. ad hoc ſecundum Ang. ibi poſt Bald. quos ſe-
quuntur ibi Modern. ſi autem debitor tenebatur ex
alia cauſa, & tunc dicas ſecundùm do. Alex.ibidem,
quòd licèt non ſit nulla delegatio & conſignatio il-
lius expromiſſoris, quia illa operantur vt ipſe debitor
à prima actione liberetur, tamen contra eum datur
actio de dolo ad intereſſe. allc.l. ſub prætextu.l.1. C.
de tranſact. & not. in gl.ibi in d.§. ſi mulier. quod di-
cit eſſe menti tenẽdum, quam partẽ ibi firmat Raph.
Cum & Pau.de Caſt.qui alleg. pro hoc l.fin.ſuprà de
eo, per quem factum erit: ſed ſecundùm do. Alex.me-
lius allegaſſet.l.quoties.ſuprà de præſcript.verbor.&
not. per Bald.in l.1. ſuprà de condit.ea.l. & ratio hu-
ius poteſt eſſe ſecundùm Ioan.de Imol.in d.§.ſi mu-
lier, quia dolus debitoris præſumitur, & colligitur
quando in breue tempus talis expromiſſor fugam ar-
ripuit.per l.ſi ventri.§.eorum, ſuprà, de priuile.cred.
77 per quem text. dicit ibi Bartol. quòd ſi † aliquis allo-
quatur ad aurem famulum ſuum, qui famulus poſtea
illo inſtanti offendat inimicum ipſius domini, præſu-
mitur quòd dominus ei hoc mãdauerit, quod dictum
refert & ſequitur Bald. in l. 1. in 4.col. C.de ſer. fugi.
pro quibus facit ſecundùm do. Alex.in d.§. ſi mulier.
quod not.Bald. in l. multum. C.ſi quis alteri vel ſibi &
not.per Barto.in l.qui in alienam.§.ſi is qui ſuprà, de
acquir.hæred.& quæ habentur in cap.veniens, el.2.
& in cap.fin.de ſponſa. ¶ Sed vltra prædicta pro hac
parte dico, quòd pro iſtis adduci poſſunt alia quam
78 plura ſimilia.† Et primo adduci poteſt, quod voluit
Petr.de Anch.in conſil.ſuo 83.incip ieo.viſis diligen-
ter actis. vbi dixit, ꝙ ſi eodem momento temporis,
quo quis, eſt deſignatus curator minoris per decretũ
iudicis, præſtita ſit authoritas in certa obligatione
minoris per ipſum curatorem datum, & interpoſita
ſit authoritas ſeu decretum iudicis, quòd non tamen
valebit actus: quia non interuenit cauſæ cognitio ip-
ſius curatoris, interponentis authoritatem ex modi-
citate vel ea breuitate temporis: quæ cauſæ cognitio
in ſimilibus interuenire debet, & illud conſil. Pet.de
Anch.refert & ſequitur do. Alex.in conſil.ſuo 217.in-
cip.viſis &c.in vltim.col.& Barba.in conſil.ſuo inci-
pien. ſcripſi Eccleſiaſticus &c. quod eſt inter conſil.
do. Alex.in ordine meo 470.in vlt.col. & idem dixit
ipſe Pet.de Anch.in conſil.ſuo 35.incip.viſa quadam
peti.in 1.col.& in conſil.ſuo 115. incipien. ſecundùm
79 ordinem in 2. col. † & facit optimè quod dixit Do-
minicus de S. Gemi.in cap.ponderet.l.diſt. vbi dixit
not.contre iudices, quibus de manè mittitur proceſ-
ſus, & in veſperis ferunt ſententiam, vt talis ſenten-
tia ſit ipſo iure nulla: quia ex breuitate & modici-
tate temporis, non præſumitur adhibuiſſe cauſæ co-
gnitionem debitam: quod dictum refert & ſequitur
Barb.in c. ſuper quæſtionum.§. intentionis.in 4.col.
de offic.deleg. & in d. conſil.incip. ſcripſit &c. in pe-
nult.chart.in vlt.colum.vbi ſubdit, quòd idem voluit
Bald.in l. prolatam.l. fin.C. de ſen. vbi pro hoc alle-
gat caſum in cap. cum ex literis, extra. de in integr.
reſtit.

Digitized by Google

reſtit. allegat etiam ad hoc tex.in l.ius alimentorum.
§.ſed ſi non conſtat.ff. vbi pupil.edu.debe. & idē di-
xit Paul.de Caſtr.conſi.135.alias.137.incip.in quæ-
ſtione quæ vertitur.in 2.col.& Pet.de Anch.in conſi.
188.incip.viſis poſt prin. & facit etiam not. verbum
Gem.in ca. 3. de reſcrip.in 6.quod refert & ſequitur
80 Bar.in c.ab excommunicato.in 2.col.de reſcrip. † &
faciunt dicta per d. Ang.in c.ſi pro debilitate. de of-
fic.de leg vbi dixit,quod ſi conſultor repente conſu-
lat, conſilium eſt nullum ipſo iure : quod dictum re-
fert & ſequitur d.Alex.in d.l.prolatam.& faciunt op-
timè dicta per d.Fel.in c.eccleſia S.Mariæ. in 8. col.
de conſt.& ibi per 6.col.ſeq.vbi omnino videas:& il-
lud dictum Bartol.in d.l.prolatam.& refert & ſequi-
tur do.Ang.in cap.2.de re iud.& in cap.poſt electio-
nem.de conceſſ.præbend.& in cap.in veſtra.de coha.
cle.& mulie. & Pet.de Anch.in c. 1. de re iudic. in 6.
81 & Imo.in c.cum Bertoldus.de re iud.† Et facit quod
dixit Iaco.Butr.in d.l.prolatam.vbi dixit, quod lau-
dum latum præcipitanter & ſic in modico tempore,
eſt nullum : quinimò etiam talis ſententia de qua ſu-
prà, & tale laudum eſt nullum, etiam ſi ſit benè lata
vel latum:ita dixit Bar.in l.is apud quem in 1.col.C.
de eden.quod dictum refert & approbat Barb.in cap.
ſuper quæſtionum.§ intentionis.in 4.col.de offi. de-
le.ſed illud improbat ipſe Barb.in c. cauſamque in 6.
char.ver.not.ibi,ſi literarum.extra de reſcr. ¶ Quod
tamen ego limito,niſi ipſa cauſa ſeu controuerſia an-
te factum compromiſſum, fuiſſet longo tempore ru-
minata & diſputata coram illo, qui poſtea fuit factus
ſeu electus arbiter, qui poſtea tulit laudum ſtatim fa-
cto compromiſſo:quia hoc caſu tale laudum valebit,
non obſtante breuitate temporis:ſed habet alia ſolē-
nia à iure requiſita:quia non poteſt hoc caſu dici lau-
dum latum eſſe, non præcedente cauſæ cognitione:
quia cauſæ cognitio præceſſit, licèt non præceſſerit
poſt factum compromiſſum:ſed non refert, quid ex
æquipollētibus fiat.l.3.C.de inſti.& ſubſti.ſub cond.
fac.cum ſi.(Idem dixit Soc.in cōſi.121.incip.in cau-
82 ſa.in 4.col.in 3.vol.)† Pro quo faciūt dicta per Paul.
de Caſtr. in l.ſi quis filio. §.irritum.ff.de inoffi.teſta.
vbi dixit, quod ſi iudex dedit licentiam alicui, vt fa-
ciat molendinum in flumine publico, ꝙ ſi ille habe-
bat iam factum,poteſt illud retinere virtute illius cō-
ceſſionis:ad quæ vide omnino Bart.in c. conſtitutus.
in penul.& vlt.col. de reſcrip. & d.Feli. omnino in c.
quoniam.in 12.col.de conſti.& c. conſtitutus. in pe.
col.verſic.ſi ſcribitur.de reſcrip.& vide dicta per me.
in l.2.in 3.char.in 2.col.ff.de teſtam.pro quibus facit
tex.& ibi Bal.in l.Titius.in §.Lucius.ff.de libe.& po-
ſthu.& quod voluit Bal. in l.ſed ſi de ſua.in §.1.ſuprà
de acqui.hær.& Bal.ſuper ſtatutis. in verb. capere. in
83 verſic.ſtatutum,quod † quicunque vbi dicit, quod ſi
ſtatutum dicit,quod quicunque cœperit bannitū, ha-
beat cētum, quod habebit locum in illo,qui iam cœ-
pit bannitum.Et faciunt dicta per d. Alex.poſt Paul.
de Caſtr.in l.vt militibus. in prin.C.de teſta. mil.vbi
dicit,quòd ſi Papa conceſſit epiſcopo vel abbati, vt
poſſit facere teſtamentum de reditibus beneficiorū,
quòd talis licentia extenditur etiam ad teſtamentum
antea factum. Item pro hac mea limitatione noua fa-
ciūt etiam dicta per Dominicum de S.Gem.in c.vni-
co.in 2 col.in prin.de exceſ. prælat. in 6. vbi dixit ſe
vidiſſe de facto hîc Bononiæ in fratribus de obſeruā-
tia,quibus data fuerat licentia à Papa ædificandi ſibi
vnum monaſterium ſuprà montem,quod illud ædifi-
carunt:ſed propter magnitudinem & multitudinem
venti nō poterāt habitare in dicto monaſterio, quòd
ſibi vigore dictæ licentiæ iam habitæ potuerunt ſine
alia noua licentia ædificare nouū monaſteriū in loco
vbi nunc eſt:licet iſtud dictum nō ita bene ſeruiat ad
propoſitū huius limitationis, vt faciunt alia proximè
84 adducta. † Item pro prædictis etiam optimè facit ꝙ
voluit Cy.in l.cum vxori.C.quādo dies leg ced. Bal.
& Ang.per illum tex.in d.l.Titius.§ Lucius.de lib. &
poſthu.vbi dicunt quòd ſi Papa mandat alicui proui-
deri in certo loco de prima vacatura,quòd poterit il-
li prouideri de illa quę vacabat ante dictā prouiſionē
ſeu conceſſionem Papæ ſaltem ſi Papa ignorabat illā
vacare:ad ꝙ faciūt no.in Cle.1.de cōce.præben.& per
Moder.in l.hæc conditio filiæ meæ.§.fi.ff. de condit.
& demon.& faciunt dicta per Paul. de Caſtr.in l.Lu-
85 cius Titius.ff de leg.2.†Et per Bal.in l.fi.10 vlt.col.C.
de ſent.quæ ſine certa quanti. vbi dixit, quòd ſi teſta-
to legat centum pro Berta maritāda, & ipſa iam erat
maritata tempore teſtaοenti, quòd tamen debēbūt
ſibi illa centū per l.ſi iam facta.ff.de condit.& demō.
& per l.antepen.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub cond.lac.ꝙ
dictū refert & ſequitur do.Alex.in conſi.ſuo.146.in-
cip.in cauſa & lite.in 1.col in 5. vol. vbi etiam refert
Cyn.in d.l.cum vxori. & ſubdit etiam ibidem, quod
pro iſtis facit text. in l.Iulia. & ꝙ ibi.no ſupra qui ſa-
tiſd.cog. vbi ſi Titius ſine mandato meo egit contra
te nomine meo,& a te accepiſſet fideiuſſores iudica-
tum ſolui,poſtea pendente dicto iudicio mandaui ſi-
bi,vt ageret contra te,videor ratificare ꝙ antea fecit.
& ideo fideiuſſores,qui promiſerunt iudicatum ſolui,
obligabūtur mihi & dicit,quod domini de Rota, de-
ciſio.443.inci. Item fuit dubitatum, verum procura-
tor ad cauſam &c.voluit,ꝙ procurator habens man-
datum ad ſubſtituēdum,ſi ſubſtituat vnum,qui antea
ſine mandato egerat,videtur ratificare iam geſta. al-
legat etiam ipſe do.Alex.in d. conſi. alia ad hoc pro-
poſitum,quæ non refero breuitatis cauſa,pro quibus
faciunt quæ voluit.Paul.de Caſt.in l.cum quidam.ff.
de lega. 2. vbi dixit, quòd ſi pater facit legatum filiæ
quæ remanebit vidua,comprehendit etiam filiā,quæ
86 ante teſtamentū erat vidua ¶ † Ex quibus omnibus
doctrinis poſſumus limitari doctrinæ illæ ſuperius alle-
gatæ,videlicet quòd nō valet interpoſitio authorita-
tis curatoris in obligatione vel alienatione rei mino-
ris,quando eo inſtanti eſt decretus curator, & ſtatim
interponit authoritatem in contractu ipſius minoris,
non valet talis actus ſeu contractus:quia ex breuitate
temporis nō præſumitur,quòd ipſe curator adhibue-
rit cauſæ cognitionem debitam,ſecundū Pet. de An-
char.in d.conſ.ſuo 22.incip.viſis diligenter : non ha-
bet locum, vbi ipſe curator habuiſſet plenam cogni-
tionem dictæ obligationis vel contractus ipſius mi-
noris,antequam fuiſſet decretus curator:quia tūc va-
let talis interpoſitio decreti & authoritatis,& per cō-
ſequens talis contractus,quia ceſſat ratio propter quā
non valebat:& idem dicas in iudice habente proceſ-
ſum cauſæ in manè,& proferente ſententiā in veſpe-
ris:quia valebit non obſtante breuitate tēporis,ſi an-
tequam cauſa eſſet ſibi commiſſa, fuiſſet plenè inſtru-
ctus de meritis ipſius cauſæ & de iuſtitia partiū : quia
tunc licet ſententia fuerit lata in veſperis : attamē va-
lebit, nec poterit dici lata abſque cauſæ cognitione.
Idem in laudo & in aliis ſimilibus per prædicta, quæ
omnia tene menti : quia hanc limitationem non in-
uenies ab aliquo traditam, nec tactam:ſed eſt limita-
tio & inuentio mea noua nuper in lucem edita, & nō
87 audita vſque ad hæc ſecula. ¶ † Modò redeundo ad
materiam breuitatis temporis, ex qua præſumitur
dolus & fraus,adde quod voluit Ioan.Aod.in titu. de

emp. & vend. §. ſciendum. in addi. incip. de illo qui ſimpliciter &c. vbi dicit, quòd ſi venditur animal, ꝙ moritur infra triduum, & infrà modicum tempus, ꝙ habet locum redhibitoria ad pretium: quod dictum refert & ſequitur Ioan. de Imo. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obli. & Bal. in l. 2. in 3. col. verſi. & ſi dubitatur. C. de reſcin. ven. & in l. 1. in penul. col. C. de ædil. act. & Ioan. de Ana. in cap. præterea. in vlt. col. de
88 cleri. percuſ. † Et facit opti. nô. dec. Bar. in l. cõtra legem. ſuprà de legi. vbi dicit, quod ſi aliquis eſt magnus homo in ciuitate, & eſt de aliquo cõſilio, in quo fit ordinamentum, quod non poſſit vendi corbes frumenti, niſi pro decem: & antequàm tale ordinamentũ publicetur, ille talis magnus homo, & de conſilio, vẽdidit frumentum pro maiori quantitate, quã nõ vendidiſſet publicato ordinamento: qua venditione facta, incontinenti fit proclama, quòd non poſſit vẽdi corbes frumẽti niſi pro decem. dicit ibi Bar. quod talis venditio poterit retractari tanquã ſit facta in fraudem propter modicum temporis interuallum inter vend. & publ. illius ordinamenti. idem etiam voluit Bar. in l. quæro. ſuprà de act. emp. & Bal. in 2. C. de peri. & commo. rei ven. & Lud. Ro. in ſing. ſuo 235. ſecũdùm ordinem meum qui incipit, nunquid ſi ſum magnus dominus &c. vbi pro hoc allega. tex. in l. ſi vina. aliàs ſi quis vina. ver. planè. ff. de peric. & commo. rei vend. Item pro prædictis etiam adduci poteſt quod voluit Odofred. quem refert & ſequitur ibi Bal. in l. quoties. C. de rei vend. vbi dixit, quòd ſi dubito mihi moueri quæſtionem ſuper domo, & eam alienò, deinde ſtatim mouetur mihi quæſtio ſuper ipſa domo, quòd ex breuitate ſeu modicitate temporis præſumitur dolus ex parte mei vendentis, adeo quòd talis vẽditio reuocatur per titulũ de aliena. iudi. mutan. cau. fac. quod eſt etiam de mente Bart. in l. qui petitorio. ſuprà de rei vendic. & Bar. in l. 2. §. fi. ſuprà de alie. iud. mutan. cauſa fact. & Ang. in l. ſin autem. §. 1. ſuprà de rei vend. pro quibus faciunt dicta per Innoc. in c. dilecti. de excep. per Bal. in l. ſi is qui reipublicæ. ſuprà ex quib. cau. maio. per Cy. in regula, poſſeſſo. de reg. iur. in ca. per Bar. in l. Fulcinius. §. pen. ff. ex quib. cau. in poſſ. eatur. & per Paul. de Caſtr. in conſi. ſuo 91. incip. ſuper eo quod quærit, de qua materia dixi vltra prædicta in repe. mea l. fi. C. de proba. in 71. char. & in l. ſtatuliber. in pe. & antepe. col. 1. de quæſtion. ¶ Modò in prædicta quæſtione ex iſtis cõcludo, quod ſi debitor dedit expromiſſorem, qui ſtatim arripuit fugã, non eſt liberatus, quia præſumitur in dolo per prædicta. An autem debitor principalis, qui alium ſubdelegauit vel ſubrogauit loco ſui, apud creditorem ſit liberatus, ſi ipſe ſubdelegatus arripiat fugam, vel efficiatur non ſoluendo, nõ, ex animo hic, quia nõ eſt propriè materia cadens in materia fideiuſſorum: ſed me remitto ad dicta per me in l. ſecũda. in tertia charta, in 1. & 2. col. C. de execu. rei iudicatæ. vbi latè examinaui hanc quæſtionem: vide ibi. ¶
89 † Quæro ſextò & vlterius de alia quæſtione vtili & quotidiana profectò: videlicet, an ſi principalis creditor cum debitore principali, aliquo modo alterat obligationem inter eos exiſtentem, pro qua fideiuſſor interceſſit ſine ſciẽtia & conſenſu fideiuſſoris: vtrum ipſe fideiuſſor ſit liberatus, vt puta debitor principalis tenebatur creditori ad ſoluendum centũ aureos in termino ſex menſium, vel vnius anni, & huic obligationi interuenit fideiuſſor, poſtea pendente termino ſolutionis fiendæ, creditor prorogauit terminum ſolutionis ipſi creditori, vel ſecum conuenit de accipiendo frumentum, vinum vel aliquid aliud loco pecuniæ, vel aliter alterauit obligationem ſine conſenſu & ſcientia ipſius fideiuſſoris, an his caſibus ipſe fideiuſſor ſit liberatus: in quo dicatis ꝙ ſic, qa quoties res ipſa vel pretiũ mutatur, tunc videtur eſſe nouus contractus. text. eſt no. in l. pacta conuenta. in §. Paulus. ff. de contrah. emp. & in l. aliam. infrà de noua. (Vide Alex. in conſi. 73. inci. habita. &c. in 6. vol. in 1. col. Et facit optimè text. in l. Labeo. la. 2. ff. de arb. & in l. item quæritur. in §. qui impleto. ff. loc. & in l. ſi cum Hermes. C. eo. tit. loca. & habetur per gl. & doct. in cap. conſtitutus extra eo. & facit l. nouatione. C. e. vbi habetur, ꝙ ſi fiat nouatio, fideiuſſores primi contractus liberantur, ſi inſequenti ſe non obligauerunt: & hanc partem, ꝙ ſi liberatus, firmat Ioan. de Imo. in conſi. ſuo 12. incip. viſo quodam. in fi. vbi conſuluit pro Gatamalata, qui fuerat fideiuſſor apud Petrum de Nauarino, pro vno ſtipendiatio: idem etiam tenet Dyn. Bal. & alij, in l. Titius. ff. de excuſat. tut. & facit tex. in d. l. Labeo. §. ſi per fideiuſſorem. & ibi Bar. ff. de arbir. hanc partem etiam tenet Bar. in l. Valerianus, ff. de præto. ſtipul. per illum tex. & Cyn. & alij in l. fi. C. de noua. & idem poſt longam diſputationem ad partes firmat expreſſè Raph. Fulg. in conſi. 130. incip. Matthæus Cimator &c. Sed contra hanc partem, videlicet ꝙ talis fideiuſſor non ſit liberatus, eſt bonus tex. in l. ſi vnus. §. 1. ff. de pact. pro quo etiam eſt tex. in l. ſi cùm dies. in princip. ff. de arb. & in l. ſed ſi manente. ff. de precario. in quibus iuribus probari videtur, ꝙ per nouationem factam de obligatione inter debitorem & creditorem, non ſit liberatus fideiuſſor: pro quo optimè facit tex. in l. fin. in fi. C. de vſur. rei iudi. vbi fideiuſſor tenetur, licet ſit reo principali prorogatus terminus. Qua propter doctores in hac quæſtione in locis prælleg. veniunt ad hanc diſtinctionem, videlicet ꝙ aut fideiuſſor obligauit ſe ad tempus, vt putà, quia dixit, nolo teneri pro iſto vſque ad meſſem: & hoc caſu non tenetur facta prorogatione temporis: aut obligauit ſe purè ad debitum, & ſine aliqua præfinitione temporis, & tunc prorogato termino, non eſt liberatus fideiuſſor. Idem dicendum eſt, quando aliud eſt conuentum inter debitorem, ſoluere aliud quàm fuerit in prima obligatione: quia aut fideiuſſor ſe obligauit ſoluere tantum rem illam exiſtentem in prima obligatione: & tũc facta permutatione vel obligatione inter debitorem & creditorem de alia re ſoluenda, fideiuſſor non tenetur: aut ſimpliciter fideiuſſor ſe obligauit ſatisfacere creditori, & tunc tenetur facta permutatione ſeu nouatione de alia re inter debitorem & creditorem: quia eadem ratio non eſt in hoc, quæ in primo caſu: ita concludunt doctores communiter in dictis locis, & d. Alex. in l. vbicunque. infrà eo. & in l. dies cautionis. ſuprà. de dam. infect. in fi. in princ. de qua quæſt. habetur etiam per Barto. & Ang. in l. quod dicitur. §. miles. ſuprà, de teſta. mili. & per Spec. in titu. de fideiuſſ. in §. 1. ver. illud autẽ. & vide omnino doct. in Rota in antiquis deciſ. deciſ. 771. inci. penes Titiũ campſorem. &c. & Bal. in l. ex diui. in fin. C. loca. Card. in clem. 1. §. vos itaque. in fi. de iureiur. de quo etiam per doct. in d. c. conſtitutus. extra. eo. per Bal. in l. tã mandatori. in 2. col. C. de non num. pec. per Bar. poſt Dy. in l. Lucius. §. Paulus. ff. de admi. tut. per Alexan. poſt Ang. in l. ſi vnus. §. 1. ff. de pact. per Bar. & docto. in l. Labeo. §. 1. ff. de arbi. per docto. in l. item quæritur. §. qui impleto. ſuprà, loca. & in l. ſi cum Hermes. C. eo. loca. per Bal. in conſi. ſuo 290. incip. Gabriel &c. in 1. vol. per Ang. in d. l. ſed ſi manẽte. ſuprà, de precario per gl. & doct. in ca. hi qui authorita. de præben. in 6. per Bar. in l. 1. §. hi quibus. ff. de leg. 3. Bar. in l. meminiſſe, ſuprà,

ſupra,de offi.procon. & per Alex.in d.l.dies cautio-
nis in fi.princip.ſupra de dam.infect.vbi alios allegat
examinantes hanc quæſtionem, de quibus ibi per eũ.
& per Cy.& Bar.in l.quoties. C.de prec. impe. offer.

90 ¶ † Quæro ſeptimo vlterius, ſi receditur a primo
iudice,vtrum fideiuſſor ſit liberatus,vt pone, tu con-
ueniſti me coram Antianis,& ego tibi dedi fideiuſſo-
rem iudicatum ſolui,id eſt,de ſoluendo omne illud ꝙ
ipſi iudicabunt, me tibi debere : poſtea tu ex eodem
contractu , vel ex eadem re me conuenis coram alio
tribunali: vtputa coram poteſtate,& reportas ſenten-
tiam pro te,in qua ego ſum condemnatus ad dãdum
tibi centum: vtrum hoc caſu,me non ſoluente , poſſis
agere ſeu adſtringere fideiuſſorem meum,qui promi-
ſit pro me iudicatum ſoluere coram Antianis ad ſol-
uenda dicta centum. In quo dicas, ꝙ non.iſte eſt tex.
in l.3.in prin.& in l.cum quærabatur. §.fin.& in l.cum
apud.infrà iud.ſolui.& hoc voluit ibi Bar.& doct.idẽ
expreſſè firmat Ioan. de Imo.in conſi. ſuo 47. inci.in
caſu præmiſſo &c. vbi ſubdit idem dicendum eſſe in
fideiuſſore de iudicio ſiſti. quia illa etiam ſatiſdatio
reſpicit inſtantiam iudicij ſecundùm gl.in authen. de
his quæ ingred.& appel.circa princi. col. 5.& dicit ꝙ
hoc etiam voluit Bart.in d.l.cũ apud.pro quibus etiã
faciunt ſecundùm eum quæ habentur in l. Græcè. §.
poſt litem. infrà in hoc tit.

91 ¶ † Vlterius quæro octauò de no.quæſtione,vide-
licet vtrum fideiuſſor teneatur ad augmentum, ꝙ ac-
ceſſoriè aliquo modo venit ad rem ſeu obligationem
principalem,vt puta, promitto ſoluere illud ꝙ debet
ſoluere Titius,vel ad ꝙ tenetur vigore talis inſtrumẽ
ti: modo pone ꝙ ipſe Titi⁹ cõtrauenit illi inſtrumẽto,
ex quo ex forma ſtatuti cadit in pœnam mille,an hoc
caſu ego fideiuſſor teneat ad illa mille,vel pone,ſtatu
to cauetur,vt eſt hîc Bononiæ, ꝙ ꝓ vnaquaq; poſitio-
ne negata,negãs cadat in pœnã,ſi ſit probata per po-
nentẽ: tu petebas à me centum,ego hoc negabã.dedi
tibi fideiuſſorẽ ,qui ſe obligauit ad ſoluendũ illud,ꝙ
apparebit me eſſe debitorem tuũ: quo ſtãti,feciſti mi
hi plures poſitiones veritatẽ cõtinẽtes: quas negaui:
tu eas legitimè probaſti,adeo ꝙ cecidi in pœnam.&
fui condemnatus ad dandũ tibi centum pro vero &
principali debito, & centum pro pœna in curſa pro-
pter poſitiones negatas: an hoc caſu fideiuſſor tenea-
tur non ſolum ad centum pro debito principali , ſed
etiam ad pœnam illam incurſam. In quo dicas, ꝙ ipſe
fideiuſſor non tenetur ad dictam pœnam , nec ad ali-
quod augmentum : ꝙ acceſſoriè venit ad principalẽ
obligationem: ita probat tex.in l.fi. infrà eo.& tex.in
l.fideiuſſores magiſtratuum eo.ti. & tex.in l.libertus.
infrà ad Muni.& in l.1.ſupra de in litem iur.& in l. pi
gnoribus.C.de vſur.& in l. Græcè.§.fi.à contrario ſen
ſu ſuprà de pig.in quibus locis gl.allegat alias cõcor-
dantias,& hoc etiam no.in l.quæro in prin.ſuprà , lo-
ca.vbi eſt gloſ. no.in materia:& habetur in l.centum
Capuæ.ſuprà de eo ꝙ cer. loc.& in l.42.§ fi.ſuprà qui
ſatiſd.cog.hanc partem etiam firma gl.no.in l.ſiue in
duplum.& ibi doct.omnes,ſuprà qui ſatiſ.cog.& Lud.
Ro.in conſi.ſuo 270.inci.pro deciſione.in fi.& in cõ-
ſi.507.incip.in caſu &c. & idem tenet Ang. de Aret.
in §.ſequens.in 2.col.in ver.in gl.in ver.in rem &c.in-
ſti.de act. & Io.An.in addi.Spe.in tit.de fideiuſſ.§.1.
in vlt.dedi.vbi pro hac parte allegat plura iura,& etiã
rationẽ ad hoc,quare fideiuſſor non teneatur ad aug-
mentum ſeu ad acceſſorium, ꝙ aliquo modo aduenit
92 principali obligationi: & dicit, ꝙ ratio eſt: † quia fi-
deiuſſores obligãtur ſtipulatione ſeu verbis tantum.
l.1.ff.de verb.oblig.ibi vtroque loquente &c.l.blan-
ditus. C. de fideiuſ. habetur in l.ſi verò non remune-
randi §.ſi poſt creditum. ſupra mand. Effectus enim
ſtipulationis nunquam extenditur ad vltima verba.vt
habetur in l.damni.§.ſi is qui.ff.de dam.infec. & in l.
quicquid.ff.de verb. obl.de eo autem ꝙ nihil fuit di-
ctum , pluſquam abſurdum eſſet dicere , fideiuſſores
tenerentur ad illud: ita reſidet ibi Ioan. And.adducẽs
etiam alia iura,& alias rationes pro hac parte: de qui-
bus ibi per eum.pro qua optimè facit ꝙ voluit Spec.
in titu. præalleg.de fide inſtru.in §.1 ver.ſed pone R.
vulnerauit A.P.&c.vbi dicit ꝙ ſi ex forma ſtatuti pro
vulnere ſit pœna centum:& pro homicidio ſit pœna
mille , & fuerit formata inquiſitio contra Titium de
vulnere , pro quo fideiuſſit Seius iudicatum ſolui,pẽ-
dente proceſſu vulneratus deceſſit , quod fideiuſſor
non tenetur in mille.idem dixit do.Alex.in d.l.ſiue in
duplum.& alleg.Spec.in d.loco.& Bal.ibi & doct. in
d.l.fideiuſſores magiſtratuum. de quo etiam per Iaſ.
in l.1.ante finem.ſuprà de iureiur.& vide etiam infrà
in quæſt.55.

93 ¶ † Pro iſtis etiam optimè adduci poteſt, ꝙ voluit
ſingu.Barto.in l.ſi ſupra de pac.vbi dicit, ꝙ ſi aliquis
officialis pro ſyndicatu ſuo dedit fideiuſſorẽ,qui pro
eo fideiuſſit, quo officialis fuit abſolutus, poſtea inde
ad annum vel biennium fuit factum ſtatutum, & non
obſtante quacunque abſolutoria , poſſit reuideri pro-
ceſſus,& viſis proceſſibus , iſte officialis qui iam fue-
rat abſolutus , fuit condemnatus: dicit ibi Bart. ꝙ iſte
fideiuſſor non tenetur & dicit quod ita de facto fuit
obſeruatum , quod dictum refert & ſequitur pro no-
tabili Ange.de Are.in tract.malefi.in verſic.pro qui-
bus Antonius fideiuſſit.in verſi. & menti habeas. pro
quo dicto faciunt dicta per Bal.in l.pacta nouiſſima.
in antepen col.C.de pact.& per eundẽ in l.fi.in prin.
C.ad Macedo.& vide etiam Aret.in dicto verbo. pro
quibus Antonius fideiuſſit. in verſic , quæro an fide-
94 iuſſor &c.† Et pro iſtis faciunt optimè dicta per Bal.
in l.ſi cũ Hermes.in prin.C.loc.vbi dixit, ꝙ fideiuſſor
qui fideiuſſit pro poteſtate,non tenetur niſi pro tem-
pore quo durat officium, ſed ſi ipſa poteſtas finito
tempore ſui officij reſirmetur in officio, talis fideiuſ-
ſor non erit obligatus pro iſto tempore refirmatio-
nis,licèt hoc non fuerit expreſſum in inſtrumẽto ſuæ
promiſſionis.idem voluit Ang.in l.legem in fi.C.loc.
pro quibus etiam vide dicta per doct. in cap. conſti-
tutus.extra eo.& Bal.& Imo.in l.cum pater.§. pater
certaio.ff.de legat.2.& Bal.in l.etiam.in fin.ff.de iure
95 do.& in c.ulti. el 3. de reſtitu. ſpo. † Facit etiam ad
prædicta gl.multum notabi.in l. damni infecti §.ſi is
qui vicinas in verbo,augeri.ſuprà de dam.infect.quæ
dixit. ꝙ ſi promiſi tibi fructus illius arboris , quæ po-
ſtea eſt incisa,vel vi ventorum deiecta , ꝙ non teneor
ad fructus nouellæ arboris ibi natæ poſt : & idem di-
cit, ꝙ ſi ruſticus promiſit militi aquam frigidam in æ-
ſtate in manſione quam habebat , ꝙ ſi domus cõbu-
ratur,& poſtea reædificetur, ꝙ ipſe ruſticus non tene-
tur: & idem ſubdit ibi illa gl.eſſe in procuratore pro-
mittente defendere dominum,quod intelligitur tan-
tum de quæſtionibus præſentibus, non autem de his
quæ poſtea emerſerunt: quod ibi etiam firmat Barto.
reſpondendo contraria quæ adduci poſſent. Item &
vltra prædicta adduci poteſt vnum,videlicet ꝙ nedũ
fideiuſſores non tenentur ad augmentum , ſed nec
etiam principalis : ꝙ patet. Nam penſio fundi locati
non eſt augenda conductori , etiam ſi fundus condu-
ctus creſcat per alluuionem.ita ſingul.dixit Ange. in
l.legem.C.loc. ꝙ eſt notandum. Adde etiã circa hoc,
quod augmentum quandoque non nocet nec obliga:

principales,ſecundùm Abb.in cap. quanto. de cenſi.
vbi dixit,ꝙ ſi fornarius ſe obligauit coquere panem
pro tota familia pro 10.in anno, & augeatur familia
aliquibus perſonis, ꝙ non poteſt petere maius ſala-
riū. Ratio eſt,quia iſtud pendebat à fortuna: & ideò
ſi diminuta eſſet familia per mortem vel per abſen-
tiam,non deberet habere minus. ¶ Et ſic ex iſtis re-
manet concluſio ꝙ fideiuſſor non tenetur ad augmē-
tum quod aliquo modo venit circa obligationem
principalem:& licet iſta ſit communis opinio, atta-
men aliqui ſunt textus contra eam,quos perpetuò te-
ne menti. Primus enim eſt in l.ſi ab vno,ſuprà vt lega
nomine ca.qui text.optimè probat, ꝙ illud accreſcit
principali obligationi,accreſcit etiā fideiuſſori: quē
tex.pro valdè not.allegauit ad hoc Ludouic.Roman.
in ſingula. ſuo incipien. quæro an id, &c. in quarta
char.in formis.in ſecunda colum.

¶ Alius eſt etiam tex.in l.amiſſi.in §.fideiuſſ.ſecū-
dùm ſecundam lectu.gloſ. ibi.infrà in hoc titulo. Ex
quo tex.dicit Lud.Ro.in ſing.ſuo incip.an fideiuſſor
intercedens &c.in formis.in 16.char.& in l fideiuſſ.§.
ſi.ſuprà qui ſatiſd.cog.ꝙ ſi quis fideiuſſit per ſcholari
pro penſione domus per eum conductæ, tenetur ne-
dum ad penſionem,ſed etiam tenetur pro deuaſtatio-
ne maſariciarum vel ſupellectiliū:& dicit illum text.
96 fore ſingularem ad hoc, ꝙ tene menti. ¶ † Adde hic
etiā tex.ſing.quem ego ſolus allego in l.2. ff.in quib.
cauſ.pig.tacit.contrahi.vbi dicit text. ꝙ inquilinus
eſt obligatus nedum pro penſione domus, ſed etiam
pro deteriotatione domus conductæ,& inuenta & il-
lata erunt etiam obligata pro deterioratione domus,
ſicut pro penſione:ꝙ eſt valdè no.cum.ſæpè occurrat
in facto:& ideo fortè fideiuſſor pro penſione domus
erit obligatus pro deterioratione domus, ſicut pro
deterioratione maſariciarum.arg.d.l.amiſſi.§.fideiuſ-
ſores quod no.& hoc mihi tanto magis videtur pro-
cedere, quia obligatio ſolutionis penſionis domus,
habet maiorem propinquitatem & connexitatem cū
ipſa domo,quàm habeat cum maſariciis domus, pa-
tet,quia nulla eſt facta mentio in obligatione pēſio-
nis de maſariciis,& tamen ad illas tenetur:ſed de ipſa
domo facta eſt mentio,ergo&c.vide etiam Cæpol.in
cautel.127.incip.ille qui fideiuſſit.¶ Alius eſt tex.in
l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos.ff eo.& text.no.in l.ſi
poſtea.ff.rem pup. ſal. fore. in quibus iuribus ſimili-
ter habetur.ꝙ illud ꝙ accedit ſeu accreſcit principali
obligationi, accreſcit etiam fideiuſſori pro ſolutio-
ne.vide Bar & alios in l.cētum Capuæ.ff.de eo.quod
certo loco.& in l.1.ff.de in litem iuran.
97 ¶ † Quæro nono iuxta prædicta in caſibus,in qui-
bus fideiuſſor tenetur ad argumentum:vt puta in caſu
d.l. amiſſi in §. fideiuſſores, vel in aliis caſibus ſuprà
allega.an teneatur pro primo augmento tantum, an
verò pro omnibus augmentis ſuccedentibus. Pone
exemplum,ſtatuto cauetur,vt eſt hic Bono.quod cō-
ducens domum,niſi ſpecialiter eam renuntiet domi-
no debito tempore,intelligitur eam recōduxiſſe eiſ-
dem pactis,modis,& conditionibus pro anno ſequē-
ti:quod etiam cautum eſt de iure ciuili, vt habetur in
l.legem.C. locati. modo ſcholaris conduxit domum
pro vno anno,& dedit fideiuſſorem,qui(vt dixi) te-
netur etiam pro deuaſtatione maſariciarū, & in fine
anni iſte ſcholaris non renuntiauit domum, & ſic in-
telligitur eam reconduxiſſe pro anno ſequenti:vtrum
ipſe fideiuſſor teneatur ꝓ dicta penſione & pro maſa
riciis:& ſi dictā domū ſimiliter non renuntiat in plu
ribus annis ſequentibus, an teneatur ſemper fideiuſ-
ſor quouſque durabit dicta locatio vel renocatio ta-
cita dictæ locationis:vel pone ꝙ diruptis & deuaſta-
tis primis ſupellectilibus vel maſariciis, iterū domi-
nus imponit alias maſaricias.poſtmodū alias, &c. an
ſemper ipſe fideiuſſor teneatur. In quo breuiter di-
cas,ꝙ nō tenebitur ipſe fideiuſſor, niſi pro prima re-
conductione tacita,& pro primis ſupellectilibus ſub-
rogatis loco primarum deuaſtatarum. Quinimmò ne
dum ipſe fideiuſſor non tenetur niſi pro prima recō-
ductione: ſed nec ipſe principalis non poteſt conue-
niri,vel domum reconducat niſi pro prima recondu-
ctione tantum:& hoc,vt infinitas euitetur,argumēto
tex.in l.fideicommiſſa.in §.ſi quis decem.ff.de leg.3.
vbi dicitur,ꝙ ſi teſtator grauauit hæredē vt daret de-
cem Titio:& ſi illa decem perdiderit,rurſus grauauit
ipſum vt daret ſibi alia decem,ꝙ ſi illa perdiderit,nō
tenetur vlteriùs ad illa danda,quia intelligitur de pri
ma vice tantùm,quia perdiderit dicta decem, & non
de aliis vicibus,& hoc, vt euitetur infinitas. ad idem
eſt textus in l.boues,§.hoc ſermone. ff. de verborum
ſignificatione.& in l.inter ſocerum.§.fin.ff.de pactis
dotal.& in l.cùm pater certam. ff. de legatis 2.& in l.
matrimonij.ff qui & à quibus.in l.dotis promiſſio.&
in l.ſponſalibus.ff.de iure dot.cum ſimil.in glo.dicta-
rum legum allegatis:pro quibus optimè faciunt di-
cta per Bal.in l.licet.in pen.C.loca.in verſic. quarto
quęro,vbi dixit,ꝙ ſi quis conduxit molendinum cum
pacto, ꝙ ipſum deberet reaptare, qui conductor il-
lud ſemel reaptauit,ſed iterum poſtea deſtructum eſt:
an iterum teneatur conductor ad reaptandum:& de-
cidit ibi Bal quod non,allegans d.l.fideicommiſſa.§.
ſi quis decem.ff.de lega.quod dictum refert,& ſequi-
tur do.Alex.in conſil ſuo 360.quod incip.breuiter in
98 caſu, &c. † Facit etiam,nam ſi alicui conceditur ſecu-
ritas eundi & redeundi,intelligitur pro prima vice tā
tum:ita ſing.dixit Ioan.de Plat.in l.1.C.de nauic.lib.
11.quem refert & ſequitur do.Alexan.in d. conſi.ſuo
360.ſecundum ordinem meum, incip.breuiter in ca-
ſu præmiſſo, &c.in princip.ad quæ etiam facit ſecun-
dum Alexan.ibi tex.in cap.non poteſt.§.1.de præb.in
6.vbi habetur,quòd ſi alicui à Papa conceditur, quòd
ſimiliter poſſit recipere duo beneficia curata,intelli-
gitur de duobus primis quæ impetrabit vel obtine-
bit:item ſubdit d. Alex. in dicto conſi. quod ſi alicui
conceditur licentia intrandi clauſuram monialium,
intelligitur de prima vice tātum & allegat rationem,
dicens quod in materia reſtringibili, debet intelligi
conceſſio facta pro prima vice tantum allega.hoc vo
luiſſe Alber.de Roſa.in 2.parte ſtatu.q.181. incip. ꝙ
per dictum fratrem Vbertum &c.Subdit etiā d.Alex.
quod ſi ſtatutum diſponit,quod ſi quis ceperit vexil-
lum Florentiæ,habeat certum præmium,quod intel-
ligitur de prima vice,& de prima captura tantum:ita
voluit Bar.ſecundum eū in l.in hoc articulo quiſque.
in vlt.col.ff. de hære. inſtit. ꝙ eſt notan. pro ſtatuto.
Bon. diſponente ꝙ ciuis electus ad aliquam poteſta-
riam,debeat habere vnum vexillum à communitate:
nam intelligitur pro primo officio tātùm.& ita in me
& in aliis ciuitatibus obſeruatum fuit, licet plura &
99 plura habuerim officia.¶ † Ad prædicta etiam faciūt
ſecundum d. Alex. in d. conſi. Nam ſi quis promiſit
repræſentare aliquem coram iudice ad ipſius iudicis
mandatum.liberatur per primam repræſentationem:
ita dixit Benedictus de Plum.ſecundùm eum in l.duo
bus.§.1.per glo.ibi in verbo,exhibuerit eum.ff.de iu-
reiu & ibi Paul.de Caſt. poſt eum.& idem dixit Ioā.
And.in addi.ad Specu.in 3.parte,in titul.de Accut.in
addi. quæ incip. Odofred. Et ideo dixit Bal. in l. di-
uortio.§.quod in anno.ff.ſolut. matrimo. ꝙ ſi aliquis
vendidit

vendidit vnas vel roſas viridarij ſui, qui fructificabat bis in anno, quod intelligitur de primis tantum. Item pro iſtis etiam facit ſecundum eum, ꝙ voluit Bart. in l.cum quidam. ff. de annu. leg. vbi dixit, ꝙ ſi teſtator reliquit fratribus minoribus in feſto S. Frãciſci vnam pitantiam, intelligitur ſemel tantum: ad ꝙ etiam all. Bart. in l.eum qui calendis. ff. de verbo. obliga. Ex quibus iuribus & doctrinis concludit ipſe d. Alex. in d. conſi. ſuo, ꝙ ſtatutum Bonon. loquens & diſponẽs, quod niſi conductor domus renuntiauerit debito tẽpore conductionis, quod intelligitur reconduxiſſet pro anno ſequenti, quod hoc intelligitur pro prima reconductione tantum, vt euitetur infinitas, licet vltra adducta per d. Alex. dico, quod pro hac parte etiã faciunt, quæ voluit Ang. in l. ſi finita. ff. de dam. infec. & l.2. ff. de cuſto. reo. & in l.oratione. ſuprà de feriis. & in l.veluti. §. hæc vxor. ff. de eden. & Lud. Ro. in cõſi. ſuo 15. incip. plura ſunt quæ quæruntur. & idem dixit Alex. in conſi. ſuo 145. incipien. quoniam abundè &c. in 2. vol. vbi dixit, quod promittens præſentare iudici aliquem toties, quoties ſibi placuerit, quod ſi bis prẽſentauerit, eſt liberatus: & dixit Bal. in l. ſi duo. §. ſemel. ff. de arbi. quod ſi ſit promiſſa pœna toties quoties fuerit contra factum, quòd iſta promiſſio verificatur in bina contrafactione, vt bis tantum exigatur pœna, ſi contra fiat: & dixit Bal. in l.1. in 2. col. C. vt in poſſeſ. lega. quòd ſi data eſt poteſtas arbitro, vt arbitretur infra 10. dies cum poteſtate prorogandi, non tamen poterit prorogare vltra tres menſes. Facit etiam pro prædictis no. verbum Dominici de S. Gemin. in cap. 1. § licet. circa fi. de procu. in 6. vbi dixit, quòd ſi aliquis eſt conſtitutus procurator alicuius cũ poteſtate ſubſtituendi, quòd talis ſubſtituens procuratorem, non poterit ſibi dare poteſtatem ſubſtituendi, ne poſſit ſubſtitutio procuratoris procedere in infinitum: quod dicit tamen non locum habere in procuratore effecto domino litis: quia tunc poterit ſubſtituere cum poteſtate ſubſtituendi, quia talis procurator habetur loco domini. Item faciunt quæ voluit Bal. in cap. ſua nobis. in fin. de app. vbi dixit, ꝙ ſi datæ eſt poteſtas arbitro prorogandi tempus compromiſſi, quod illud non poterit prorogare niſi bis, vt infinitas euitetur: item faciunt etiam quæ voluit d. Ange. in conſi. ſuo 31. incip. dubium ingerit, &c. in prin. & faciunt optimè dicta per Barba. in conſ. ſuo 5. incip. viſo teſtamento & ſtatutis municipum. in 1. & 2. chart. & faciunt dicta per Alex. in l. qui bona. §. ſi ff. de dam. infec. in vlt. col. & per d. Felin. in cap. innouamus per totum de treu. & pace. & in cap. licet. el 2. de teſt. Ex iſtis ergo concludo, quod dictus fideiuſſor in q. ſuprà formata, non tenebitur niſi pro prima recõductione,
120 vel pro primis maſariciis deuaſtatis. † Et hoc illa ratione, vt infinitas euitetur, vt in dictis iuribus cauetur: in qua tamen materia infinitatis non omitto duo: primum, quod etſi vera eſt iſta regula, quod infinitas eſt euitanda: iſtud tamen fallit, & limitatur, niſi verbo contractus vel diſpoſitionis ſint apta ad infinitatem importandam: quia tũc admittitur infinitas: & de hoc poteſt poni exemplum, quando in diſpoſitione ſunt appoſita verba, toties quoties opus fuerit: nam tunc admittitur infinitas, quia natura verborũ hoc importat: ita ꝓbatur in l. ſi ita ſtipulat' ſũ Seio: & ibi per Bar. poſt gl. infra in hoc tit. Idem etiam eſſet dicendum in verbis, quandocunque, vel quotieſcunque: quia ſimiliter talia verba ſunt apta ad infinitatem: ſecus ſi verba nõ ſunt apta cõprehendere infinitatem: ita dixit d. Alex. in conſ. ſuo 145. inci. quoniam abundè. &c. in fi. pe. col. in 2. vol. conſiliorum, vbi ſubdit hoc eſſe verũ, etiam ſi ex multiplicatione actuũ multiplicari poſſet damnum vel intereſſe, vt probatur in d. l. ſi ita ſtipulatus, ſecundum Io. de Im. ibi, qui hoc exemplificat in dictione, quandocunque: quia tunc toleratur infinitas ex mente diſponentis. idem etiam eſt de mente Bar. ſecundum do. Alex. in d conſi. in l. qui bona. ff. de dam. infec. vbi dicit, quod ſi loquitur de infinitate numeri, puta de multiplicatione præſtationis, & tunc dicit, quod ſi verba diſponẽtis ſunt expreſſè apta ad infinitatem, toleratur infinitas, alleg. l. in annalibus. C. de lega. & d. l. ſi ita ſtipulatus, & l. ſi duo. §. fi. ff. de arb.
101 † Et facit optimè quod voluit Bar. in l. cum notiſſimi, in fi. prin. C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. vbi dixit, ꝙ ſi ius offerendi competit alicui per modum cuiuſdã facultatis, vtputa ſi debitor quãdocunque vult offerre debitum creditori, & pignus reluere, tũc iſta facultas nõ poteſt vnquam præſcribi nec tolli: de qua quæſtio. vide etiam Bal. in c.1. in fi. de feudo dato in vicẽ l. commiſ. & in l. licet. C. de iure de lib. & in l. pignori. ff. de vſuc. & Ang. in d. l. cum notiſſimi. Bart. in l.1. ff. de condi. ex lege. in 2. col. Imo. & Rom. in l. quandiu. ff. de acq. hæred. Im. in c. quoniam frequenter. in gl. fi. vt lite non conteſtat. Bald. in non liceat. de præſcrip. in prin. Ang. in §. actionum. in 15. char. de actio. Ang. in conſ. 55. incip. Gulie. Abb. in c. fi. in 21. col. vt lite non conteſtata. Ang. in conſ. 241. incip. ad hæreditatem Bernardi, &c. Et ad prædicta facit, ꝙ voluit Ioan. And. in c. non eſt. de conſue. in 6. vbi dixit, ꝙ illa quæ ſunt in mera voluntate, continent infinitatem, & nõ ſunt præſcriptibilia: de quo etiam per Felin. in rub. de præſcrip. in vlt. char. in 2. col. in fi. & in c. cum acceſſiſſent. in 3. col verſi. ſecundo declaratur. de conſti. (Et in rub. de præſcrip. in penulti. col. in princ. & per Barba. in c olim. in 3. col. extra. de reſcrip. & per do. Fel. in c. cauſamque. in 15. col. de reſcrip.) Item pro iſta opin. optimè facit tex ſecundum Alex. in d. conſ. in l.1. §.1. in ver. toties quoties. ff. ſi fa. fur. fe. dica & in ſtit. de eo. cui libe. cauta bona aui. §.1. & idem eſt de mente Spec. in tit. de arbit. §. fin. verſic. quid ſi dictũ
102 eſt in compromiſſo. ꝙ pœna &c. † Et ideo dixit dom. Alex. in d. conſi. 145. ꝙ non immerito Ioan. de Imo. & Ludouic. Rom. in d. l. ſi finita. in princip. reprehendunt dictam deciſionem Angel. & concludunt non eſſe verum, ꝙ ille qui promiſerit aliquem repræſentare toties quoties fuerit requiſitus, liberetur per binam repræſentationem: quia illa verba, toties quoties, ſunt apta ad infinitatem, vt ſentit gl. in dicta l. ſi finita. in princip. in ver. iterum & probatur in l. velu-
103 ti. §. fi. ff. de edend. † Et idem voluit Paul. de Caſtro in l. duobus. §. quoties. ff. de iureiu. Ego autem vltra d. Alex. adduco d. Ant. in conſi. 31. incip. dubium ingerit, vbi conſuluit, quòd ſi pater dixit in teſtamento, domum meam relinquo filiabus meis in caſu viduitatis: quòd hoc caſu tales filiæ potuerunt habere dictam domum nedum in prima viduitate, ſed in omnibus earum viduitatibus: & hoc ex præſumpta mente teſtatoris, & ex aliis pluribus rationibus & iuribus ibi per eum allegatis, quæ non refero breuitatis cauſa: & vide etiam Alex. in conſ. 23. incip. conſideratis verbis. in 1. col. in 2. vol. & ibi in conſi. 11. incip. viſo. in 3. col. verſi. rurſus. Secundò limita & tene menti, quòd propter infinitatem euitandam diſpoſitio generaliter loquens, verificatur & adimpletur in bino actu: iſtud eſt verum, ſi talis binus actus ſit validus, & habeat effectum: ſecus autem, ſi ſit inualidus, & careat viribus & effectu: quia tunc non verificabitur in pri-
104 mo actu, nec in ſecundo. † Exemplum pone, ſtatuto cauetur, quòd inter affines de litibus inter eos verten-

tibus fiat compromiſſum:pone, quod factum eſt cõpromiſſum ſemel inualidum, vel quod expirauit, & non eſt ſequutum laudum, vtrum hoc caſu ſit ſatisfactum tali ſtatuto per tale compromiſſum, adeò quòd non teneantur ipſi affines, ſi requirantur, nouiter facere compromiſſum. in quo dicas, ꝙ non eſt ſatisfactum dicto ſtatuto, ſed neceſſe erit, vt de nouo fiat compromiſſum. ita not. dixit: Lud. Rom. in conſi. ſuo 504. incip. in caſu propoſitæ conſultationis. alleg. ad hoc l. hęc conditio *la grande*. ff. de condit. & demonſt. & l. ſi is à quo. in §. fin. vt in poſſ. l. 1. ſuprà de ope. no. nun. l. prętor ait. ver. & ſi ſatiſdatum. & l. arbitro. ſuprà qui ſatiſda. cogan. Ipſius enim conſtitutionis verba ſunt intelligenda cum effectu, ff. quod quiſque iur. l. 1. §. hæc autē verba. & ff. ne quis eum, qui. l. ſi per aliū. §. edocere. de quo etiam per Bal. in l. veluti. §. 1. ff. de edend. & per Barb. in c. olim. in 3. col. de reſcript. & per Bal. in d. l. fideicommiſſa. §. pe. ff. de leg. 3. pro qua limitatione etiam facit l. 4. §. condemnatum. ff. de re. iud. l. non putauit. §. non quęuis. ff. de bon. poſſ. contra tab. cum ſimi. Actus enim inualidus, qui nõ habet effectū, nõ eſt in cõſideratione. l. quoties. ſuprà, qui ſatiſd. cog. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de exec. tut. l. ſi accuſaturus. ff. de adul. & ideò dixit ſing. Bal. in l. 2. in 2. col. C. de epiſ. auth. quòd licet emphyteuta alienās rem irrequiſito domino, cadat à iure ſuo. l. fin. C. de iur. emphy. cum ſi. fallit, niſi alienatio ſit inualida, & non ſortiatur effectum: quia tunc nõ cadit à iure ſuo: & dixit no. Bal. in l. etiam. C. de execu. rei iudi. & in l. abſentis. ff. ſi certum peta. quòd ſtante ſtatuto, quòd inſtrumentum guarentigiatum habeat executionem paratam, non extenditur ad caſum, in quo inſtrumentum eſt inualidum. Accedant quæ dixit dom. An. in c. 2. de offi. deleg. vbi dixit, quòd ſi ſtatutum tollit exceptionem contra geſta per ſuperiorem, intelligitur ſi
105 illa geſta ſint valida: aliàs ſecus. † Item pro hac parte facit no. doctrina Bal. in l. vni. in 8. col. C. de confeſ. vbi dixit, quod ex confeſſione inualida cui non creditur, non poteſt quis pati damnum, nec comprehenditur ſub ſtatuto faciente mentionem de confeſſione: de quo etiam aliquid per Bal. in l. inuictus. in pe. col. C. de procu. & in authen. decernimus. C. de arbit. Facit etiam: nam mandatum inualidum, quod nulli parat præiudicium, non eſt punibile. caſus eſt not. & ibi Bal. in l. fi. ff. quod fal. tut. auth. idem dixit Bal. in l. diuus. C. de fal. & adduci poteſt ꝙ voluit Paul. de Caſt. in conſi. 149. incip. ſi quis falſificauerit. vbi dixit, ꝙ ſi mercator falſificat libros, ex qua falſificatione nullus patitur damnum, quod non debet puniri, nec pœnam ſentire ex tali falſificatione: quod an ſit verum,
106 non examino nunc, cum nõ ſit materia noſtra, & † adduci poſſunt quæ voluit Bal. in l. ſi præſes. circa fi. C. quomodo & quando iudex. vbi ſing. dixit quod cancellationes inualidæ factæ per magiſtratus, vel per tabelliones, non derogant ſcripturæ: quod dicit eſſe no. & menti tenendum: pro quo faciunt dicta per Bal. & doct. in l. ſcriniarios. C. de teſta. mil. & faciunt dicta Bal. in l. non ita diuus. ff. de adop. vbi dixit, quod omnis citatus comparens, à iure eſt monitus, vt non recedat illicentiatus: vt habetur in c. ſi. poſtquam. de elec. lib. 6. ꝙ dicit eſſe verum, ſi citatio tenuit & fuit valida, aliàs poteſt recedere impunè quandocūque: quod dictum refert & ſequitur Barb. in c. conſuluit. in 10. char. de offic. deleg. facit etiam: Nam licet publicatis teſtibus nõ poſſint amplius produci teſtes. c. præſentium. extra. de teſtib. cum. ſim. fallit tamen niſi publicatio non ſit ritè & rectè facta: quia ſi eſt inualida, poſt tamen publicationem inualidam poterunt produci teſtes. gl. eſt no. in cle. 1. in ver. ritè. de teſti. & facit dictū Bar. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiur. vbi dixit, quod ſi dictum teſtis ſit inualidum, licet pars didicerit teſtificata, vel publicatum ſit illud dictum teſtis, tamen poteſt adhuc probare pars. alleg. d. l. quoties. ff. qui ſatiſda. cog. & facit optimè gl. uot. in c. ex tenore. in gl. 1. in fi. de reſcrip. & gl. in c. non præſtat. de reg. iu. in 6. & gl. 4. in c. cum noſtris. de conceſſ. præben. quæ dicunt quòd licet in ſecundis literis debeat fieri mētio de primis, aliàs non valeant ſecundæ: tamen illud eſt verum, ſi primæ erant validæ: ſecus, ſi erant inualidæ & nullæ: ꝙ etiā probatur in c. bonæ. de cõfir. vti. vel inuti. & voluit Ioan. And. in ex parte. de reſcript. & do. Alex. in conſi. ſuo. 386. incip. viſo proceſſu. &c. in 2. col: & dicit. ſing. Bal. poſt Iac. Bu. in d. l. quoties. ſuprà, qui ſatiſd. cog. & quod ſi in aliqua cauſa ſecundum formam ſtatuti, non eſt procedendum niſi dato fideiuſſore: ꝙ ſi curia accipit fideiuſſorē non idoneū, quòd perinde impeditur proceſſus, ac ſi nullum recepiſſet fideiuſſorem, & faciunt dicta per Bar. in l. 1. §.
107 vſus, ff. de procur. † Et facit etiam ꝙ dixit Bal. in l. 2. C. de euict. vbi dixit, quod ſi contractus eſt nullus, & non ſortiatur effectum, non debet pro eo ſolui gabella, ſtante ſtatuto, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella: quod etiam voluit Bal. in l. non dubium. C. de legi. & in l. 1. C. de eunuchis. & Bald. in l. ſi duo. §. ſed quia noſtra. C. communia de leg. & idem dixit Guil. de Cun. in l. ab emptione. ſuprà, de pact. de quo etiā per Bal. in l. ſi cõſtante. C. de don. ante nupt. & p Ang. in authen. de nup. in §. ſed quia vero. in fi. de qua materia dixi vltra omnes in repe. mea. l. ſi. C. de proba. in illa q. an teſtis dicens falſum debeat puniri, quando eius dictum eſt nullum & inualidum aliquo reſpectu, vbi videas: & etiam in conſilio meo 21. incip. impone domine &c. in 1. chart. quæ omnia tene menti ad propoſitum huius limitationis. Ludo. Rom. in d. ſuo conſilio.

quòd hoc caſu probant etiam pactum de non peten-
do: quia comprehendit cōnexa. & dependentia. & di-
cit quòd hoc voluit Inn. in c. paſtoralis. de exce. & fa-
cit dictum Bal. in l. ſi ordinarij. C. de rei ven. vbi dicit,
quòd ſi quis dixit contractum eſſe vſurariū vel ſimu-
latum, & ideo petiit ab epiſcopo ſe abſolui à iura-
mento ſuper eo interpoſito, quòd poſt talem abſolu
tionem non poterit coram alio iudice agere de vſuris
vel de ipſa ſimulatione, ſed poterit agere coram ipſo
tantùm, propter cōnexitatem quam habet cum ipſo
iuramento: quod dictum refert & ſequitur d. Alex.
in conſ. ſuo 166. incip. circa primum. in vlt. col. in 2.
189 vol. † Et ad prædicta etiam optimè facit no. verbum
Pe. de Anch in conſ. ſuo 30. vbi dicit, quòd procura-
tor ponens manum ad connexa mandati, non dicitur
excedere fines mandati: quod etiam dixit Paul. de
Caſt. in cōſ. 28. incip. viſo pacto: & hoc dictum refert
& approbat d. Felin in c. tranſlato. in 3. col. de cōſtit.
vbi ſubdit, idem eſſe in delegato: ad quod alleg. gloſ.
primam. in cap. licet ergo 7. q. 1. & idem dicit eſſe in
arbitro ſecundum Innoc. in capitulo cum dilectus.
de arbit. quod etiam dixit Abb. in conſilio ſuo 62.
incip. in controuerſia, &c. in 2. colum. in 3. volum.
pro quibus facit text. in l. ſed ædes. §. ſi quis mulie-
rem. ſuprà, loc. & dicta per Bald. in c. 1. de capitulo
190 qui cur. ven. & in cap. tranſlato. de conſtit. † vbi dixit,
quòd vendita vacca, venit vitulus qui eſt in corpore
& etiam vitulus natus, qui nondum paſcitur herbis:
& faciunt alia plura & plura ſingularia dicta in ma-
teria iſta per d. Felin. in d. c. tranſlato. & in c. cauſam-
que de re iud. in 2. & 3. col. & faciūt alia plura quę ego
adduxi in l. 3. §. diuus Adria. infra, de quæſt. & faciunt
etiam dicta per Albe. de Roſat. in 2. parte ſtatu. q. 64.
incip item retento, &c. vbi dixit, quòd ille qui tene-
tur ad emendationem damni, tenetur etiam ad ex-
penſas quæ fiunt occaſione prædicta alleg. l. ſi ſeruus
ſeruum. §. rupiſſe. in verbo, verum ſumptus. ff. ad l. A-
quil. & faciunt etiam dicta per Paul. de Caſt. & Alex.
in l. 2. in prin. per illum tex. ff. ſi quis cautio. vbi dice-
runt, quòd tranſactio facta ſuper ſorte, operatur etiā
ſuper pœna, tanquam ſuper connexo: quod dictum
refert & ſequitur do. Feli. in c. ſuper literis. in 13. col.
de reſcri. vbi etiam dicit, quòd iuriſdictio ſuper prin-
191 cipali extenditur ad connexa. † Item facit: nā libera-
tio ſuper principali extenditur ad connexa & depen-
dentia etiam non expreſſa ſecundum do. Felin. in d.
c. ſuper literis. ad quod alle. Barto. in l. Aurelius. in §.
Gaius. in 6. q. ſuprà, de li. leg. & faciunt etiā quę ego
dixi in ſing. meo 251. inci. connexorum idem eſt iu-
dicium, &c. Et faciunt dicta per Abba. in cōſ. ſuo 18.
inci. in cauſa & q. in 3. col. in 2. vol. vbi dixit, quòd ar-
biter poteſt cognoſcere de cohærentibus, & connexis,
etiam ſi in compromiſſo non ſit dictum: ad quod
alle. plura, de quibus ibi per eum: faciunt etiam ad
prædicta, quę dixit d. Fran. de Are. in conſ. ſuo 29. in-
ci diligenter. in 12. col. in verſ. his breuiter præmiſ-
ſis, &c. & facit quod voluit Ioan. de Ana. in c. licet
Heli. in pen. col. de Simon. vbi dixit, quòd valet ſen-
tentia ſuper non petitis, quando non petita, ſunt cō-
nexa, vel dependentia: & facit etiam, nam illud quod
eſt de appenditiis, dicitur ad propoſitum, & perti-
nens ad articulum. ita dixit Bal. in l. teſtium. in 3. co-
lum. de teſt. & An. in l. iam dubitari. ff. de hæred. in-
ſtit. Item facit, nam diſpenſatio extenditur ad con-
tigua ſecundum gloſſ. in cap. quia in tantum, de præ-
ben. Item iuramentum, vt habetur in l. ſi duo patro-
ni. §. ſi quis iurauit. ff. de iureiur. Item etiam manda-
tum procuratoris, vt ſuprà dixi, extenditur ad conne-
192 xa, ſecundum gloſſ. in c. a. licet. 8. quæſt. 1. † Item ſen-
tentia etiā extenditur ad connexa, vt habetur in l. ſi
cum tibi. C. de iudi. & ibi Bartol. & ſimiliter poteſtas
delegati extenditur ad connexa. ſecundum Inno. &
Bald. in c. cauſam quæ. extra, de re iud. quæ vltimò
dicta ponit d. Feli. in c. de teſti. vbi etiā ponit aliqua
alia ad materiam iſtā facientia. & facit etiam, nam li-
cet de vnoquoque actu pars debeat citari, l. de vno-
quoque ſuprà de re. iudi. cum vulg. tamen contumax
in vno actu, non citatur ad alium actum fiendum,
quando non habet connexitatem neceſſariam cum
actu procedendi: ita dixit Gemi. in c. ſi capitulo. § 1.
in vlt. not. in fi. de concel præbend in 6. quod dictū
refert & ſequitur do. Feli. in c. cum olim in 1. col. in
fi. de teſti. & faciunt no. verba Alb. de Roſa. in 1. parte
ſtat. in q. 124. incip. item pone ſtatuto caueri, quòd
nullus, &c. ubi formaliter dicit, pone, ſtatuto cauetur,
quòd nullus in conſilio debeat conſulere vltra vel
extra propoſitionem propoſitam: & ſi conſultum fue-
rit, non fiat inde partitum: & ſi contra fiat, nō valeat:
modò aliquis conſuluit aliquid dependens a propo-
ſitione, & facto partito obtentum eſt, quæritur an
valeat: in quo dicit, vidi obtineri quòd ſic. arg. ff. ad
Treb. l. apud Iulianum. §. antillita. & pro hoc facit,
quia dependentia videtur pars eorum à quibus depē-
dent, vt extra. de elect. c. cupientes. §. denique in fin.

li.6.vbi dicitur, poſtulationes agentium dependere, & idem puta de connexis.ar.ff.de admi.tut.l. tutores qui tutelam.& de neg.geſt.l.eum actum. ita formaliter dicit Alb.de Roſa.vbi ſuprà & faciunt dicta per d.Feli.in c.ſignificauerunt.in 4.col.de exceptio.vbi dixit,ꝙ materia expenſarum dicitur connexa principali articulo,ex quibus omnibus concludendum puto in præſenti q.quòd fideiuſſor de iudicio ſiſti,& de iudicato ſoluendo, poterit adſtringi ad ſoluendum expenſas in lite factas per creditorem per iura prealegata. ad quod etiam faciunt dicta per Specu. in tit.de acc.in §.1.in 6.col.verſicu. quid ſi vulneratus.

193 ¶†Vigeſimoſextò quęro,an fideiuſſor poſſit agere ad damna & intereſſe contra debitorem principalem:in quo mihi videtur dicendum,quòd ſic: nam de natura fideiuſſionis eſt, quòd fideiuſſor conſeruetur indemnis,etiamſi non ſit dictum expreſſè,tamen ineſt tacitè,ſed Bal.in l.conſtitutionib.C. de vſur. vbi dicit ꝙ de hoc eſt caſus ſing. in c. peruenit.in ver.alioquin. extra de fideiu.& refert etiam Iaco.de Are. dicere,ꝙ magna eſt iniquitas,ſi fideiuſſor remanet in damno. Item hanc partem,ꝙ fideiuſſor poſſit agere ad damna & intereſſe,firmauit Abba.in conſil. ſuo 60. inci. quoniam ſatis &c.in 1.col.vbi dicit, ꝙ fideiuſſor poteſt agere contra mandatorem ſeu fideiuſſorem nedũ pro ſorte principali,quam pro eo ſoluit,ſed etiam ad damna & intereſſe:ad quod alleg.d.c. peruenit. &c. conſtitutus.eod.tit.& quæ habentur in l.inter cauſas. in §.impendia.& in l.qui mutuum in fi. ſuprà manda. & ſubdit,quod principalis tenetur etiam ad dãna quę paſſus eſt fideiuſſor caſu fortuito:ad quod alle.Inno. in c. ſicut.el.2.de iureiur.& Io.An.in regula,acceſſorium,de re.iu.in 6.Merc. Prædictam tamen concluſionem intelligit veram Abbas, quãdo fideiuſſor fuit diligens,& fecit quòd potuit,& oppoſuit debitas exceptiones,alias ſecùs,de quo ibi latiùs per eum : pro quibus faciũt optimè dicta ſuprà in quæſt. 24.& idem videtur formare Abb.in conſi.ſuo 83.incip.conditor omnium &c,circa fi.& vide Bart.in l. exceptione. in fi.infrà in hoc tit.vbi ponit, an quando fideiuſſor ſuccumbit in cauſa, an tunc repetat ſumptus quos fecit in lite principali: & dicit quòd ſit,argum.l.etiam ſuprà,manda.& in l.ſi mandato meo. §. ſi fideiuſſor. & ſubdit Bar.in d.l.exceptione.in fi.ſe putare,ꝙ pendẽte tali iudicio,fideiuſſor poterit petere à reo, vt ſibi det pecuniam pro expenſis: quia eius negotiũ gerit, argu.l.ſi verò non remunerandi.§.fi.ſuprà,manda.

194 ¶†Vigeſimoſeptimò quæro de alia nota q.videlicet,quidam non habens alia bona, niſi ea quæ non veniunt in generali obligatione, fuit fideiuſſor pro aliquo,etiam obligauit omnia bona ſua: an talia bona,quæ non veniunt in generali obligatione, intelligantur obligata poſtquam non habet alia bona: in quo puto dicendum quòd ſic, ex pluribus iuribus & rationibus:& primò,quia ſi aliter diceremus, ſequeretur quòd talis obligatio & contractus nihil operaretur:quod non eſt dicendum,argu.§.quibus.in 1.cõſtitutione.C.& in l.ampliorem.§. in refutatoriis. C, de appella,&c.ſolite. de maio.&obed.cùm ſimilibus. habemus enim de iure, quòd nedum nõ debemus vti

195 ſuperfluis,ſed imò vnumquódque † verbum poſitum in aliqua diſpoſitione, lege, ſtatuto,contractu, vel obligatione,intelligitur eſſe appoſitum cum miniſterio aliquid operandi.ita dixit Bal.in rub.C.de cõtrahen.empt.in 9.q.quem refert & ſequitur d.Alex. in conſi ſuo 151.incip viſo themate.in 2.col. in 2. vol. & in conſi.157.incip.in cauſa & lite.in 3.col. in eodem vol.& in conſi.313.incip.ſuper quæſitis.in fi. in 5.volu & Io.de Aua.in conſ.ſuo 98.incip. viſis, &c. Secundò pro hac parte optimè facit tex.no. coniuncta glo.in l.pediculis.in §.item cum quæritur. ff. de auro & argen.lega.vbi habetur,quòd licet in legato generali non veniant res venales, l.generali. §. vxori. & ibi Iac. Butrigar. ff.de vſufruct.lega.tamen fallit, quando ſub tali legato non poſſent niſi tales res includi,quia tunc continerentur in legato. Ita etiam firmat Lud.Rom.in l.ſi cõſtante.ff.ſol.matr.& Bal.in rub.C.de verbo.ſignifi.in 4.q. pro quibus facit tex. in l.fundus qui locatus.ſuprà,de fund. inſtru. & facit quod dixit Bal.per illum tex.in l.ſi ita ſcripſiſſet, ſuprà,de leg.2.vbi dixit,quòd licèt legato credito, intelligatur de puro,& non de in diem, niſi adiiciatur, vt ibi:tamen ſi teſtator nullum habet creditum purũ,

196 intelligitur de illo quod habet in diem. † Item facit tex.in l.Titio cum teſtamẽto.in §.Luc.ſuprà de leg. 2.vbi dicitur, quòd diſpoſitio teſtatoris debet taliter interpretari,vt non reddatur inutilis:pro quo faciunt dicta per Abb.in c.in præſentia.de proba.in 5.col.in hac materia adduci poteſt not.verbum Bal. in l.cum quam.in 12.col.C.de fideicom.vbi dixit, quòd ſi nõ habeo niſi filios ſpurios:& hoc ſciens Titius, mihi concedit feudum vel emphyteuſim. pro me & filiis meis, quòd tale feudum vel emphyteuſim pro me & filiis meis,ꝙ tale feudum vel emphyteuſis trãſibit ad filios meos ſpurios:quod dictum refert & ſequitur Barb.in c.veniens.in 1.col.de accuſat.& in c.nonnulli.in 5.char.de reſcript.pro quo eſt optimus tex. quē alleg.Bal.in l.hæredibus.in.§.fi.ff.ad Trebel. Et faciunt etiam dicta per Bal.per illum text.in l. quibus diebus.ſuprà,de condit.& demon.vbi dixit, quòd licet teſtator mandando vt ſoluantur debita, non intelligatur de præſcriptis cum bona fide:tamen ſi nulla alia debita habeat, niſi præſcripta,intelligitur de

197 illis.† Et dixit Baldus in l.ſi quis poſthumus.in princ. per gloſſ.ibi ſuprà,de libe. & poſthu. quòd licèt alias in priuilegiis verbum,filij,non intelligatur de adoptiuis.C.de adop.ſi de fun.fue.controuerſia. & Spec. in tit.de loca.in §.nunc aliqua.verſic.68.tamen hoc fallit.vbi verbum,filiis,non poſſet verificari, niſi in adoptiuis:vtputa ſi erat talis, qui nõ poterat generare,vel clericus in ſacris conſtitutus:quod dictum refert & ſequitur do.Felin.in cap.1.in 5.colum.verſic. 2.dixit Bal.extra,de reſcrip.& faciunt dicta per Bal. in tit.de pac.Conſtan.in verbo,vaſalli,el. 2.vbi dixit, ꝙ ſi quis cõduxit fundũ tempore guerræ,& impediatur propter guerrã vti re locata,quod nõ poterit petere remiſſionẽ:quia talis cõductio nõ poterat intelligi de alio tẽpore: & dicit,ꝙ ita tenet Bal.in l.ſi ea lege. in vlt.col.C.de vſur.quos refert & ſequitur d. Alex. in cõſ.ſuo.6.incip.videtur.in vlt.col.in 2.vol.itẽ facit ad prędicta,quod dixit Abb.& ibi d.Feli.in c.poſtulaſti.de reſcrip.vbi dixit,ꝙ licèt literæ ad eccleſias cathedrales,quo ad beneficia earum, non includãt canonicatus,vt dicũt omnes in c.fi.de prębẽ.tamẽ fallit

198 vbi nõ ſunt ibi alia beneficia:& iſtis ſeruit,† ꝙ dixit Albe.de Roſa.in l.1.in 1.col.ſuprà,de offic.præfec. vrb. vbi dixit,ꝙ licet legato blado, ꝙ quis habet in ciuitate,nõ veniat illud quod habet in diſtrictu, tamẽ ſi nõ habet niſi illud,veniet in legato:& ibi ſubdit, idẽ eſſe in teſtatore qui legat chartas:tũ ſi nõ habet alias chartas,tũc libri cõtinẽtur in tali legato.per l. librorũ. ff. de legat. 3. Item vltra prædicta faciunt no. verba Bald. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. in 6. quæſtio.ſuprà. de verborum obligationibus & per Alexandr.in conſil.ſuo 207.incip.viſo ſummario.in 2.colum.in 2.volum.(Vide Alex.in conſ.102. incip. viſo themate.

themate.in 1.col.in 6.volu.) Et facit tex.in l. ſtipen-
dia. C. de execu.rei iudi. & quæ ibi dicunt doct. &
gloſ.in l.ſpem.C.quæ res pig.oblig.poſſ.& glo. in l.
executores.eo.tit. 2.glo.in l.commodis.ff.de re iudi.
& dicta per Alex.in conſil ſuo 68.incip. viſis &c. in
2.col.poſt me.in 5.vol. & facit optimè in argu.tex.in
l.ſi vt certo.in §.planè ſuprà,comm.vbi dicitur,quòd
ſi tu commodaſti mihi equum,vt irem ad bellum , ſi
equus ſit mortuus in bello,non teneor tibi ad ſoluē-
dum equum : quia ſciebas aliud regulariter & com-
muniter euenire non poſſe de equo tuo : quia cōmu-
niter equi interficiuntur in bello:de quo per Sali. in
leg.quoniam.in 8.col.C.ad l. Iul. de vi. & per Alex.
in conſ.112.in 4.col.in 1.vol.& facit tex.in l.arbori-
bus.in §.nauē.ſupra de vſufruct.vbi bonus text.(Ad-
de hic dicta per Iaſ.in l.ſi ſi me.in pe.col. C. de ſuc-
ceſ.edict.) Pro quibus etiam faciunt dicta per Lud.
Ro.in conſil.ſuo 395.incip. vt res &c. circa med. &
per Bal in l. licet.verſi.ſecūdò quæro.C.loca. & facit
optimè in arg.l.nominatim.ſuprà.de li.& poſth. vbi
qui habet vnum filium tantum,poteſt dicere,exhære
do filium meum:& dicitur nominatim exhæredatus,
poſtquam non habetur niſi vnicum , & faciunt opti-
mè dicta per excellētiſſ. V.I.interpretum.dom.Hie-
ronymum Zanetinum mihi auunculum Bon.in conſ.
ſuo incip.punctus ſuper quo petitur conſilium , &c.
199 in 2.charta.† Fecit etiam no.& ſingu verbum Pau.
de Caſt.in conſ.ſuo 284.incip.in facto præſenti non
intendo adulari,vbi dixit , quòd licèt in dubio Prin-
ceps non videatur vti plenitudine poteſtatis : tamen
quando actio eſſet inutilis , & alter non valeret , niſi
princeps vteretur plenitudine poteſtatis, tunc in du-
bio princeps intelligitur vti plenitudine poteſtatis.
allegat l.etiam. ff. de bonis libe. quod dictum refert
& ſequitur Alex. in l. 2. in vet. iuxta prædicta.C. de
teſta.milit. & ibidem in primo not. illius legis. &
idē dixit Pau.de Caſt.in l.ex imperfecto. C. de teſt.
& eum ſequitur do.Feli.in c.1.in prin.in 9.col.de cō-
ſti.& in c.cùm inter priorem.in 5.col.de excep. & in
c.in cauſis.in 2.col.de re iudi.& Alex. in l.idem Vl-
pianus.§.ſunt & alij.in apoſtil.ſuprà de excuſa.tut.de
quo dicto latius valdè locutus ſum in ſing. meo 84.
incip.princeps in dubio,&c.idem in ſimili dixit Ge-
mi.in conſ.17.incip.pro declaratione.in fi.2.col. &
do.Phil.Dec.in conſ.140.in 2.col.pro quo facit etiā
quod in ſimili dixit idem d.Feli.in conſi.ſuo 77.in-
cip.viſo puncto.in fi.pe. col.& in illo conſ.in 4. col.
vbi refert & ſequitur Paul.de Caſtr. in dictis locis.
Pro quibus etiam faciunt dicta per Felio.in c. 1. in 5.
& 6.col.de reſcrip.& quæ ego dixi in l.1.in prin. in
fin.penul.char.ſuprà , de pigno.& in l.1.C. quæ res
pigo.oblig.nou poſ.& in conſil.meo 53. incipiente,
quæritur a me , &c.vbi latiſſimè locutus ſum in hac
materia. Et faciunt etiam dicta per dom.Ioan.Bapt.
de ſancto Seueri.in repet.l.omnes populi.ff. de iuſti.
& iure.in 112.col.in prin.& per d.Feli.in c.ſedes A-
200 poſtolica.in 11.col.poſt medium.de reſcrip. † Et fa-
cit quod voluit Pet.de Anch in conſ.ſuo 186.incip.
pro parte eccleſiæ.in vlt.col.vbi dixit, quòd priuile-
gium datum epiſcopo,vt poſſit teſtari , intelligitur
de bonis eccleſiaſticis, vel ab eccleſia quæſitis , non
autem de patrimonialibus,de quibus poterat abſq;
vllo priuilegio teſtari,quod dictum refert & ſequi-
tur do.Fel.in cap.1.in 4 colum in fi.de reſcrip & di-
xit Bald.in l. 1.in 4. colum. verſiculo quinto oppo.
C.ſi ſeruus extero. quod facultas teſtandi data ſim-
plici monacho per Papam , intelligitur de bonis
quæ de facto tenet , quia non poteſt alia bona ha-
bere,& dixit Cardi.in c.fi.circa med. de præben. q
mandatum de prouidendo de beneficio in certa ec-
cleſia , includit canonicatus,ſi in ea non ſunt alia be-
neficia,licet aliâs ſecus per c.quamuis.el 1.de præbē.
in 6. & adduci etiam poteſt no.verbum Io.de Imo.
in l.tam is.in §.1.ſupra de donat.cauſa mort. facta à
filio in poteſtate,oporteat patrem conſentire nomi-
natim,vt in l.filius.ff.de don.tamē ſi filius donat cau-
ſa mortis,patre præſente,& dicat,ſi non valet iure te-
ſtamenti,valet iure codicillorum & cuiuſcunque al-
terius vltimæ voluntatis:certè ex quo non poteſt ha-
bere locum alia vltima voluntas , niſi donatio cauſa
mortis , perinde erit ac ſi nominatim eſſet facta ſpe-
cificatio donationis cauſa mortis : quod dictū refert
201 & ſequitur d.Feli.in c.ſedes.in pe.col.de reſcript.† Et
adduci poteſt etiam ad prædicta:nam ſtatutū loquēs
de carceratis relaxandis, nō extenditur ad carceratos
pro crimine falſi,ſecundum Bart. in l. Lucius. ſuprà
ad Turpil.& Pet.de Anch.in repe.c.1.de conſt.tit in
39.chart.in verſ.vnde ſi ſtatuto , &c.& Ang. in diſ-
putatione ſua incip.Exotta guerra:de quo latius dixi
in ſing.meo 163.incip.crimen falſi, &c. hoc tamen
fallit , niſi in carceribus non eſſent niſi carcerati pro
crimine falſi : quia tunc tale ſtatutum extenditur ad
ipſos.Ita no.dixit do.Ioan.Bapt.de Cazalup. in repe-
tit.l.omnes populi.in 112.colum.in prin.ſuprà , de
iuſti.& iure. Item ad prædicta etiam adduci poteſt,
quod voluit Bal.in l.liberti.C.de operis libert. vbi
dixit , quòd ſi filia cedat omnia iura , quæ habet in
hæreditate patris : an tunc videatur ceſſiſſe iura quæ
habet ad dotem maternam in hæreditate patris:& di-
cit quòd ſic,ſi aliud ius non habebat ipſa filia in hære
ditate patris:pro quo ipſe allegat dictā l. fundus qui
locatus.ſuprà , de fund.inſtruct.& facit quod voluit
Angel.& Imola in l.4.ſuprà,de legatis 1.vbi dixerūt,
quòd ſi dixero,lego tibi equum meum morellum, &
nullum habeo morellum , ſed vnum album tantum
habeo : quòd ille cedet legato. & iſta duo dicta re-
fert & ſequitur Alex.in d.l.2.ſuprà , de liberis & po-
ſthumis. & dixit not.Ange.de Aret.inſtitut. ad l. A-
quiliam.in prin.in 1.col.in verſ.not.quòd æquè. &c.
quod appellatione pecudum veniunt omnia anima-
lia quadrupedia : & ſubdit, quòd ſi quis legat pecu-
ra ſua,& non habet niſi boues, quòd illi continentur
in legato : & faciunt dicta per Bar.in l. Aurelius.§.
Gaius.in 2.col.ſuprà,de libe.legat.& facit etiam no-
tabile verbum Sal.in l.vbi adhuc.in 4.col.verſic.quæ-
ro quintò.C.de iure dot.&c. Et vide Gazalupum in
tractatu ſuo de debi. ſuſp.& fugi.in vlt.verſ.ante fin.
202 † & ex iſtis omnibus teneas menti,quòd licet habe-
mus cautum in iure , quòd ea quæ pertinent ad cul-
turam agri , pro pignore auferri non poſſunt , vt ha-
betur in l.executores.& in l.pignorum gratia. & in
authentica , agricultores. C. quæ res pign.obliga.
non poſſunt. iſtud eſt verum, quando debitor habet
alia bona : quia tunc talia non poterunt auferri pro
pignore : ſecus , ſi non habet alia bona. ita dixit
gloſſ. notab.in d.l.executores. quam tenet Cyn. &
Sal.in l.ſpen. eod. tit. vbi reprobant Specu. tenen-
tem contrarium. & per illam gloſſ. mihi videtur
quòd poſſit limitari & reſtringi.gl.quæ ſolet allegari
pro ſingulari in l.nepos Proculo.infra,de verb.ſign.
quæ dicit , quòd pro pignore non poſſunt auferri
arma militibus , nec libri ſcholaribus , quod illa
gloſſ.habet locum , quando miles vel ſcholaris ha-
bent alia bona , quæ poſſint pignorari : ſed ſe-
cus teneo , quando non haberent alia bona : quia
tali caſu arma & libri poſſent pignorari , & hoc , ne
ipſi

ipſi com aliena iactura locuplerarentur,per regulam
locupletari.de regulis iuris:in 6.& l.nam hoc natura.
ſupra de cond.indeb. cum ſimi. & pro hac limitatio-
ne facit optimè tex.& gl.fi.in l.ſtipēdia.C. de execu.
rei iud. quæ omnia tene menti ad mateiiam huius
quæſtionis.

203 ¶† Vigeſimooctauò quæro de alia quæſtione:po-
ne , quòd Titius iurauit non fideiubere pro aliquo,
poſtea rogatus a quodam amico ſuo , vt fideiuberet
pro eo,fideiuſſit,an talis fideiuſſor obligetur? In quo
reperio Oldradum ſuper hac quæſtione conſuluiſſe
in conſilio ſuo 90.incip.quidam iurauit ,&c.vbi ipſe
diſtinguit,dicens,ꝙ aut iſte qui iurauit non fideiube-
re,erat clericus,aut erat laicus:ſi erat clericus,& tunc
non valet fideiuſſio : quia iuramentum non videtur il
licitum,quia ad hoc tenetur de iure.ſ.ad non fideiu-
bendum per cap. 1.extra de fideiuſſo.&c. te quidem.
11.q. 1.ſecus autem dicit eſſe in laico : quia ſi iurat
non fideiubere,tale iuramentum videtur illicitū cō-
tra bonum charitatis,quod iuramentum nō obligat.
vt 22.q.4.c.qui ſacramento , &c.inter cætera. & de
iureiuran.& c.cùm quidam.& laicus tenetur de pro-
ximo fideiubere,vt in c.ſicut.11.q.1. & dicit Archi.
ibi,quòd peccat ſi non fideiubet : ideo in laico tale
iuramentum videtur eſſe illicitum. Poſtea autem ipſe
Oldra.dicit,quòd non videtur quòd in laico tale iu-
ramentum non ſit illicitum. Nam ad hoc,vt tale iura-
mentum ſit illicitum,requiritur quòd per eius obſer
uantiam vtraque ſalus ſpiritualis & temporalis peri-
clitetur,vel ſaltem altera : vt 22.q.4.§.quòd non eſt
hic,quia alio modo neceſſitatibus proximi poſſumus
ſubuenire. quod ſufficit , vt habetur in fi.d.§. Dicit
poſtea ipſe Oldra.ſe tamen credere,quòd ſi tanta eſ-
ſet neceſſitas,quod niſi iſte iurans fideiuberet, ꝙ alte
ra ſalus periclitaretur,vel corporalis vel ſpiritualis,ꝙ
non obſtāte iſto iuramēto,poſſet fideiubere etiā cle-
ricus.arg 86.d. c. non ſatis : quia non videtur iuraſſe
non fideiubere in tanta neceſſitate:vel ſi hoc ſit,iura-
mentum eſſet illicitum arg.de iureiur. in c. quanto.
& de hoc etiam habetur per Archi.in c.non eſt.22.q.
1.ita formaliter dicit Old.in d. conſil. ſuo 90. ſuprà
alle.& dictum conſilium in hac quæſt.referunt,& ſe-
quuntur do.in c.fi.de fo.compe.lib.6.Sed mihi vide-
tur aliter poſſe dici : videlicet ꝙ talis fideiuſſio non
valet:& per conſequens,quòd talis fideiuſſor non ſit
204 obligatus.¶† Ad quod dicendum me mouet glo no.
in c.licet mulieres.in vlt.gloſ.de iureiur.li.6.quæ di-
cit , quòd ſi aliquis primo iurat aliquid licitum non
facere,poſtea illud facit cum iuramento , quòd tale
factum ſecundo loco non valebit , ſed primum iura-
mentum debebit ſeruari.& dicit illa gl.quòd hoc vo-
luit etiam Hoſtiē.in c.cùm cōtingat.de iureiur.& al-
leg.iura de quibus ibi per eum : quam gl.refert & ap-
probat Bar in l.ſi prędium,C.de iure do.& do.Fel.in
c.cum M.Ferratienſis.in pe.col.de conſtit. & eā ap-
probat Archi.in d.c.licet mulieres.& d.Alex.in l.duo
bus.10§.idem Pomponius.ſuprà de iureiu.de qua gl.
etiam latè loquitur d.Alex.in conſ.ſuo 239. ſecūdum
ordinem meum incipi.pōdetatis &c. & pro dicta gl.
facit optimè quod voluit Spe.in tit.de emp. & ven-
di.in §.tertio loco.in ver.quid ergo.& in ver.ibi ſe-
quenti,incip.generale conſilium,&c.vbi dicit, quòd
conſilium mulierum & parentum ſuorum eſt, vt quā-
do mulier traditur nuptiis , pater faciat eam iurare,
quòd nunquam conſentiet alienationi rei dotalis,ni-
ſi coram iudice cauſa cognita & probata,ſcilicet,ne-
ceſſitatem inſtantis,non fictæ, ſed veræ : tunc enim
ſi aliter cōſentiat & iuret,non valebit talis alienatio,
cùm tale iuramentum ſit contrarium priori iuramen
to licito & honeſto , vt extra de iureiur.C.eam te. &
hoc dictum Spe.aprobat Bald. in addi.ſuis.in addit.
incip.quando alienatur dos , &c.vbi dicit , ꝙ in tali
caſu primum iuramentum derogat ſecundo , & ſic
concordat cum gl.d.c licet mulieres.quam gloſſ. &
dictū Spe.vbi ſupra,approbat Gemi.in d.c.licet mu-
lieres.in fi.& pro dicta gl.eſt tex.expreſſus in c.intel-
lecto de iureiuran.& ſic ex iſtis mihi videtur dicēdū,
quòd ſi quis iurauit non fideiubere,& poſtea fideiu-
beat etiam cum iuramento , quòd talis fideiuſſio nō
valeat,nec fideiuſſor ſit obligatus. Non obſtat ſi di-
ceretur,quod immo talis fideiuſſor debet in tali caſu
obligari , eo quia licet iurauerit ſe non obligare vel
fideiubere,tamen poſtea fideiubendo , facit actum
contrarium proteſtationi ſeu promiſſioni : quo caſu,
205 non iuuatur ex tali proteſtatione : † quia proteſtatio
contraria facto,non releuat proteſtantem,vt habetur
in l.pacta nouiſſima C.de pactis.& per Bartol. in l.ſi
quis extraneus.ſuprà,de acqui.hæredi.& per gloſſ. in
c.olim extra,de cenſibus & habetur in l. ſi cum plu-
res §.locator horrei.ſupra loca.& in cap.cum M.Fer
rarienſis.de conſtit. Et facit dictum Bal.in l. Neſen-
nius.ſupra de neg.geſt.vbi dixit,quòd proteſtatio ni
hil operatur, ſi ab ea receditur per factum contrariō:
quia facta derogant verbis. Sed ipſe fideiuſſor poſt
promiſſionem de non fideiubendo,ſi fideiubet,facit
actum contrarium promiſſioni : ergo meritò videtur
dicendum,quod valeat talis fideiuſſio : & per conſe-
quens,quòd talis fideiuſſor obligetur. Sed iſtis non
obſtantibus,teneo primam opin. ſ. quòd non valeat
talis fideiuſſio. Et non obſtat illud,quòd proteſtatio
contraria facto non releuat proteſtantem : quia dico
quòd illud poteſt procedere in ſimplici proteſtatio-
ne vel permiſſione,ſed ſecus in proteſtatione ſeu per-
miſſione firmata iuramento : quia proteſtans ab ea
recedere non poteſt tacitè nec expreſſè , quia tene-
tur ad obſeruantiam iuramenti,iuxta ea quæ haben-
tur in c.cùm contingat.de iureiuran.in c.quāuis. de
pact in 6.& in d c.licèt mulieres.& in auth.ſacramē-
ta puberum.C.ſi aduerſus vend.& in l.ſi quis maior.
C.de tranſac.cum ſimi.de qua materia proteſtationis
latius locutus ſum in cōſ.meo.incipien. ſalus omniū
in te confidentiū omnipotens Deus, &c.circa me.&
vide de hac quæſtione & materia per Iaſ.no.loquen-
tem in l.non ſolum.in §.morte.in 14.col.ſuprà de o-
206 peris noui nūtia.¶† Vigeſimonò quæro,an fideiuſſor
poſſit obligari ad pœnam corporalem : in quo vide-
tur dicendū quòd non:quia licet homo ſit dominus
rerum & bonorum ſuorum , tamen non eſt dominus
membrorum ſuorum,vt in l.liber homo.ſuprà , ad l.
Aquiliam.Ideo non poteſt ſe obligare ad pœnā cor-
poralem:& hoc tenet expreſſè glo. in c. cum homo.
23.q.5.& voluit Bald.in l.1.in verſ.ſecondo reuoco
in dubium.C.ne filius pro patre.vbi allegat d. gl. &
voluit etiam Sal.in l.ſi fil.familias. circa principium.
C.ne fil.pro patre.& Bald. in rubr. C. res inter alios
acta.& Ioan.de Ana.in c.2.in 6.col.C.de delict.pue-
ro.& Iaſ.in l.1.in pen.colum.ſuprà de in litē iurand.
Baldus in conſ.224.incipiente,duo famuli. in 1. vol.
& Specul.in tit.de accuſa.in 3 parte.in §.ſequitur.in
6.in fio.& hoc etiam per illam gloſſ.firmat Angel.
in tractatu maleficiorum.in verbo , pro quibus An-
to.fideiuſſit , in 1. ver. de quo pulchrè per domi-
num Felinum in C. contingit. el 1. quaſi per to-
tum , de ſententia excommunicat. (De hac quæ-
ſtione vide Alexandrum in l. ſæpe conſtitutum. in
4.colum.quaſi per totum.ff.de re iudicata. & doct.
Rochum

Digitized by Google

Rochum Curtium in cap.fin. in 72. colum. de con-

207 ſuetudi.(† Et pro hac parte facit quod dicimus,quòd non eſt licitum homicidium in volente occidi:immò talis occidens,punitur ac ſi occidiſſet inuitum:vt dixi in l.prima,in princip.in prima col.infrà de ſicariis: vbi etiam dixi idem eſſe in percutiente volentẽ,quia punitur:quòd eſt intelligendum de graui percuſſione,non de leui,vt dixit Bart.in l. 1. in §. vſque adeo. infra de iniuriis.& voluit Ange. & Paul.de Caſt. & do.Alex.in l.quamuis.ſuprà,de in ius voc.& doc.Felin.in c.ſolitæ.in 2.col.de maio.& obed. pro quo eſt textus in cap.contingit el 1.de ſenten.excommunic.

208 †Et facit etiam,nam nemo poteſt ſe ſubmittere torturę,& dicere:Domine iudex, ego nõ habeo indicia, nec probationes aliquas contra iſtum quem accuſaui de tali delicto: ſed volo ſtare ſecum in tortura, & aliter hoc ſibi probare:certè iudex non poteſt hoc facere.ita dixit dominus Franciſcus Brunus in tractat. ſuo de indi.& tortura.in 16.chart.in 1.col. & iſta retuli in dicta l.1.in prin.in 1.col.infrà de ſic.& in l. pẽ. in 1.col.verb.datur. & 3. lectura infrà de quæſtionibus.Contrariam tamen partem tenuit Albericus de Roſa.in 1.parte ſtatu. q.51. incipien.& ex prædictis poteſt oriri alia quæſtio &c.& inter cætera mouetur ad hoc dicendum, videlicet quia quis poteſt ſe obligare ex facto alieno,vt in l.cum filius.§.1.ſuprà, de verb.obl.& in l.nemo.infrà.de duobus reis. Et ideo dicit, quòd ſi ſtatuto cauetur in ciuitate, quòd fractor pacis capite puniatur,prout eſt in ciuitate Parmæ:eſt etiam de iure,vt infrà,de re iudic.l.fi.& in ti. de pace tenenda.in vſi.feu.& ideo dicit, ſi duo fecerunt pacem, & ego fideiuſſi pro vno quod pacẽ ſeruaret,poſtea ipſe fregit pacem occidendo, ipſe certè decapitabitur, non tam ex vi pacti,quàm ex vi ſtatuti:ſed cum factum illius,repræſentet factum fideiuſſoris,qui promiſit quod ſeruaret pacem, ipſe feciſſe videtur, cùm lex repræſentet factum principalis factũ fideiuſſoris.Ideo fideiuſſor punietur pœna corporali:& dicit quod ita tenuit Vber.de Bobio.in l. ſi quis maior.C.de tranſact. ad quòd alleg.ſuprà, de verb. oblig.leg.mora rei.& ſubdit, quod ſicut poteſt quis delinquendo ſe obligare ad pœnam capitalem, ſic & promittendo,quia contractus & delicta parificantur, vt ſuprà,de iud.l.omnem , & in authentic. vt omnes obed.iudic.§. & hoc conſiderantes:& non dicitur tã puniri ex facto alieno,quàm ex facto proprio repręſentando,& per eum promiſſo: pro quo etiam bene facit,ſecũdùm eũ,nã ſi quis ſuſcipiat & ſe obliget ad cuſtodiam carceris, & fraudulẽter permittat fugere carceratos,punietur capite,vt in l. fi. infra. de cuſt. reo.& in l.milites.& in l.pen.eo. tit. de cuſtod. reo ex quo patet, quod ex conuentione ſua obligatur ad pœnam capitalem.Subdit poſtea Alberi. vbi ſuprà, quòd iſta opinio eſt dura, licet forte de ſtricto iure ſit vera: attamen multi eam non approbant propter dictam l.liber homo. & etiam quia talis conuentio eſt contra bonos mores,& ideo dicit,quod ita ſeruatur.ſ.quod non valeat talis fideiuſſio. Ego autem ſequens hanc partem,quòd talis fideiuſſio non valeat, vltra Alberic.& alios ad corroborationem huius opinionis adducebam vnum, videlicet quòd non ſolùm in criminalibus,vbi agitur de pœna corporali , non poteſt quis fideiubere. † Sed & in criminalibus vbi agitur de pœna corporali , nõ poteſt prorogari iuriſ-

209 dictio ſecundùm Bal.in l.ſi quis ex cõſenſu.in 2.col. verb.reuoco igitur in dubium.C.de epiſc.audien. & in l.1.in princip.verſic.ex hoc infertur. C.vbi de cri. agi opor.in l.1.in vlt.col.& ibi Bart.C. de iuriſd.om. iud.& in l.1.in 5.not.C.qui pro ſua iuriſdi.& per Bar. poſt gloſſ.in l.1.in ſec.columm.ff. de iud.& per Bald. in addi. Specu.in tit.de compe.iudic.ad verſic. quod in criminali , &c.de quo etiã per Spec.in tit.de iuriſ. omn.iud.in 3.char.& per Inn.in c.de cauſis.in 1. col. de offi.delega.& per Alex.in leg.1.ſupr.de iudi.ſecus tamen eſt in ciuilibus , quia in illis poteſt prorogari iuriſdictio,vt in l.1.C.de iuriſdictio.omn.iudic.& in d.l.ſi qui ex conſenſu.C.de epiſc.audien. Item prædictam partem & opinionem, quod non valeat fideiuſſio vbi tractatur de pœna corporali,firmauit Baldus in tit.de pace Conſt.in §.damna.in fi.vbi alleg.gl. in d.c.cum homo.23.q.5.& Bar.in l 4.infrà. de cuſtod. reo.& ibi Alex.qui alios allegat tenentes hanc partẽ.& Ange.de Are.in tract.ſuo malefic.in verb. pro quibus Anton.fideiuſſit in 1.verſ.& in eodem tracta. in verſ. dictum Sempronium in libris tercentum ſententialiter condemnatus &c. in vlt. verſicu. & ibi in additio.latiùs. † Et ex ſupradictis deciditur quæ-

210 ſtio illa,videlicet an reus criminis ſit fideiuſſoribus relaxandus.in quo ſit diſtinctio à doctor.hoc modo, videlicet,aut talis reus venit puniendus pœna corporali,& nõ poteſt relaxari fideiuſſoribus,aut venit puniendus pœna pecuniaria , tunc ſecus,per iura & rationes ſuperiùs adductas, de qua quæſtione habetur per dom.Felin.primò c.prælatorum.quod eſt c. fin.de accuſa.in pen.col.vbi notan.loquitur.& habẽtur etiam per dominum Bart.Cæpol.in conſ.ſuo 25. incipient.cùm per Ser.Iacobum &c.per dom. Fel.in c.ex parte el 1.in 11.col.in princip.de reſcript. & per Bald.in d.conſ.ſuo 204.incipient. duo famuli , &c. in 1.vol.an autem quando pœna eſt arbitraria,reus ſit relaxandus fideiuſſoribus,vide Ang.de Aret.in tract. maleficiorum. in verſ. pro quibus Anto. fideiuſſit. in verſ.ſic etiam quod fideiuſſoribus.& ibi melius in additio.† Et circa hanc materiam teneas etiam men-

211 ti vnum,videlicet quod ille qui fideiuſſit pro accuſato de vulnere,ſi ex vulnere ſequatur mors, non tenebitur ad pœnam homicidij,ſecundùm Specu. in tit. de fideiuſſo.§.1.verſ.ſed pone,egi &c.cum verb.ſeq. de quo etiam per Bart.& alios in leg.fideiuſſores magiſtratuum infrà,in hoc tit.& per Bald.& Ludo.Romã.in l.ſiue ſuprà,qui ſatiſda.cogã.& per Iaſon. poſt alios in l.1.in vlt.colum.ſuprà,de in li.iur.†Scias etiã

212 & menti teneas, quod fideiuſſor in criminalibus datus, & liberatus per ſententiam abſolutoriam latam pro reo principali, non poteſt obligari per ſtatutum poſtea conditum, quod proceſſus reuideantur iterũ: nam licet poſtea principalis condemnetur per reuiſores, tamen vlteriùs non tenetur fideiuſſor qui fuit antea per ſententiam liberatus. ita notan.dixit Bart. per illum tex.in l.fin. ſupra de pact.quam doctrinam refert & ſequitur Ange.de Are.in tractatu malefi.in verb.pro quibus Ant.fideiuſſit.in pen.col.in verſ. & menti habeas. pro qua do. Aug.de Ari.ibi in addit. adducit dicta per Bal.in l.pacta nouiſſima.in antepe. col.C.de pactis.& per eundem Bald.in l.fin.in princ. C.ad Maced.

¶† Trigeſimò quæro,an fideiuſſor poſſit renouari

213 inuito creditore:in quo videretur dicendũ,quod ſic, dummodo debitor velit ſibi dare alium fideiuſſorẽ æquè idoneum.Nam tali caſu nihil hoc eſſet creditori, cùm ſibi pariter eſſet cautum cum iſto fideiuſſore ſubrogato,ſicut cũ primo:ex quo videtur, quòd ipſe debitor ad hoc poſſit,& maximè ſi debitor promiſit ipſi fideiuſſori ſub pœna, eũ liberare ab obligatione & exi

& eximere à fideiuſſione: nam quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, de facili eſt concedendum: vt in l.2. in princ. & ibi Bart. & alij ſuprà, ſolut. matrimo. ſed hoc non noceret creditori, & prodeſſet debitori, quia euitaret pœnam quam promiſit fideiuſſori, ſi eum non liberaret à fideiuſſione: ergo videtur quòd cogi poſſit accipere alium fideiuſſorem loco primi, & pro hac parte videtur text. expreſſus in l. qui autem. in §. ſed ſi quis ſuprà, de conſtit. pecun. vbi dicitur, quòd ſi ego promiſi tibi dare certam perſonam pro fideiuſſore, & non darem illam, ſed aliam æquè idoneam, ſum liberatus: & ad idem facit text. in l. Labeo. in §. fin. ſuprà de arbitr. & in l. illud. §. pen. ſuprà quod met. cau. & in l. ſi quis domum. in prin. ſuprà loca. & in l. ſi cui. ſuprà de ſeruit. & in l. 1. aliàs a. §. pen. ſuprà de relig. & ſumpt. fune. & in l. 1. C. de propoſitis agen. in rebus. lib. 12. in quibus iuribus dicitur, quod obligatus dare certum quid, liberatur non dando illud, ſed æquè idoneum. (Ad quod etiam facit gloſ. not. in c. omnis qui. 7. q. 1. & quæ dixit Roma. in l. ſi verò. in §. de viro. in 19. fallen. ff. ſol. mat.) Item ad prædicta etiam facit optimè, quod voluit Aug. in l. murilegulis. C. de murileg. lib. 12. vbi dixit, quod licet dominus non poſſit vendere feudum inuito feudatario, vt voluit glo. not. in l. inuitus, ſuprà de fideicom. libe. nec vaſallus poteſt alienare feudum, inuito domino, vt in cap. imperialis. de prohi. feu. alien. immò nec etiam poteſt facere, quòd alius capiat fructus inuito domino, vt dixit text. valde no. in l. ſi. C. de reb. alie. non alie. licet contrarium dixerit Bal. in l. 1. ſuprà quib. mod. vſufr. amit. quem improbat d. Franc. de Cre. in not. ſuo 86. incip. emphy-
214 teuta, &c. tamen dixit Angel. vbi ſuprà, quòd † ſi vaſallus vel emphyteuta inuenit vnum qui velit facere illam et pacta domino, & cõducere rem propriè ſicut ipſe faciebat, quòd dominus compellitur illum accipere. (Quod dictum etiam refert & ſequitur do. An. Corſe. in not. ſuo in verſic. feudum.) Et facit etiã not. verbum lo. de Imo. in c. 1. in pe. col. extra de commo. vbi dixit, quòd ſi commodo tibi boues meos, & moriantur culpa tua, quod ſi tu vis mihi dare boues æquè bonos, quòd cogor accipere, nec poſſum dicere, volo pretium. ad quod alleg. d. l. qui autem. § ſed ſi
215 quis ſuprà de conſtit. pec. † Et facit etiam no. & ſing. verbum Bal. in l. in fundo ſuprà de rei vend. vbi dixit, quòd etiam eo caſu quo emphyteuta facit expreſſum pactum quòd in fine locationis poſſit tollere & eleuare omnia melioramenta, & ſint ſua certe, ſi emphyteuta in fine locationis vult ipſa melioramenta tollere ſeu exportare quod dominus offerendo illud ꝙ ab alio habiturus eſſet, poteſt emphyteutam inhibere ne eleuet talia melioramenta: quod dicit eſſe not. quod dictum pro not. refert & ſequitur Iaſo. in l. 2. in 9. col. poſt princip. C. de iure emphy. & ſic ex iſtis omnibus videtur dicendum, quòd fideiuſſor datus poſſit renouari inuito creditore. Sed contrarium tamen eſt verius, quia creditor non cogitur mutare debitorem, vt habetur in l. ſi mãdato meo. §. fi. ſuprà mandati. licèt debitor cogatur nouum ſuſcipere creditorem, vt in l. ſecund. in princ. ſuprà, ſol. mat. & in l. idemque. §. ſi cui. ſuprà mandati. & ratio eſt, ſecũdùm docto. quia creditorum eſt agere, & non conueniri. Ita dixit Baldus in l. ſi pater. C. de collation. vbi reſpondit ad iura contraria, & querit poſtea, quomodo ſuccurretur debitori, qui dedit fideiuſſorem creditori, & ei promiſit ſub pœna, eum releuare ſeu eximere ab obligatione ſeu à fideiuſſione in quo reſpondet, quòd illud quod non poteſt fieri per modum liberationis, fiet per modum cautionis, iuxtà gloſſam dict. l. ſi pater. & ea quæ habentur in dicta l. ſi mandato meo, & dicit quòd hoc caſu cauendum erit fideiuſſori pignoribus ſibi datis, vt ſuprà, de collatio. bonorum. l. 1. §. iubet. ſed ſi fideiuſſor nolit in ſe onus cuſtodiæ pignorum, tunc ſi inuenio fideiuſſores de eum conſeruando indemnem, debeo eos ſibi dare: ſi autem non inuenio fideiuſſores, tunc ſi non vult recipere pignora, videtur facere quo minus poſſit ſibi caueri: & ideo ſatis eſt mihi qui debeo, vt l. debere. §. cautionis. infra, de verbo. ſignifi. & no. ſuprà, de feriis. l. moræ. & de re iudicata. l. in eo. §. nemo. & de cõdit. & demonſtratio. l. Iulianus. el. 1. & ſubdit Bal. vbi ſuprà. idem eſſe in eo qui dedit fideiuſſorem, rem pupilli ſaluam fore, & promiſit eum extrahere de obligatione: nam intelligitur eo modo quo fieri poteſt, vt ſuprà, de condi. & demonſtra l. quibus diebus. §. dominus. ita finaliter reſidet Bald. in d. l. ſi pater. C. de collatio. & idem in hac q. firmant cæteri ſcribentes ibi. & idem voluit Cyn. & Bald. in l. 2. C. de ſent. quæ ſine cer. quantita. & in l. qui autem. §. ſed & ſi quis. ſuprà, de conſtit. pecu. & Bal. in conſilio ſuo 468. incipien. cõſiderandum eſt, quòd fideiuſſor, &c. in 7. vol. & Bal. in l. ſi prò ea. in 9. q. & ibi Sali. in 6. q. C. manda. & Bal. in l. Labeo. §. ſi. per illum text. ſuprà, de arbitr. & Bal. ſuper ſtatu. in verſ. fideiuſſor. in 2. verſ. & Alex. in l. facere poſſe. ſuprà, ſol. mat. & Alex. in d. l. ſi pater. C. de collat. vbi dicit, quòd Lud. Ro. ibi dicit, quòd deciſio Bal. ibi procedit etiã ſi interueniſſet iuramẽtum debitoris, qui promiſiſſet fideiuſſori ipſum eximere ab obligatione ſeu à fideiuſſione, & allegat rationẽ, dicens, & difficultas excuſat à periurio. c. breui. de iureiur. ſicut excuſat à mora ſecũdùm quod plenè not. in l. quod te. ff. ſi cer. pet. de qua difficultate aliqua dixi in conſ. meo 46. incip. in curia mercatorum &c. in 2. chart. & in c. ſignificaſti. el 2. de homicidio.

216 ¶ † Trigeſimoptimò quæro, an fideiuſſor poſſit agere contra principalem antequam ſoluat: in quo dicas, quòd non regulariter, vt eſt textus formalis in l. ſi pro ea. & ibi per omnes ſcribentes C. manda. & habetur in c. ſi. extra de fideiuſſorib. Sed hoc limitatur in aliquibus caſibus, in quibus ipſe fideiuſſor poteſt agere contra principalem antequam ſoluat: vnus eſt caſus, ſi principalis cœperit dilapidare bona ſua. Alius eſt, ſi fuerit condemnatus ad ſoluendum. Alius caſus eſt, ſi ita cõuentũ fuit inter eos: quos caſus ponit textus in d. l. ſi pro ea. Et eſt etiam alius caſus ſecundum gloſſam ibi, videlicet ſi fideiuſſor diu ſtetiſſet in obligatione. tex. eſt notab. ponẽs hos caſus in l. Lucius Titius. ſuprà, mãda. quos caſus etiam ponit gloſ. in d. l. ſi pro ea. & in d. c. fin. extra de fideiuſſo. & in d. l. Lucius. quæ ponit alium caſum, videlicet ſi fideiuſſor ubrulit, cõſignauit & depoſuit: & hoc probat textus in l. qui mutuam. in §. fideiuſſor. ſuprà manda. Sed tu etiam vltra dictas gloſſas adde etiã alios caſus, in quibus fideiuſſor poteſt agere contra principalem, antequam ſoluat. Nam vnus eſt fideiuſſor de iudicio ſiſti, quia poteſt agere antequàm ſoluat. textus eſt in l. ſi mãdato. in §. ſi iudicio. ſuprà. mand. item alius eſt caſus in fideiuſſore, qui ſe obligauit per inſtrumentũ guarentigiatum. ſecundùm Barto. in l. fideiuſſor pro venditore. infrà in hoc tit. de fideiuſſ. & idem dixit Bal. in d. l. ſi pro ea. in 4. q. & Cy. & Bal. in l. certum. C. famil. erciſcun. & ſubdit ibi Bal. in 2. col. quòd idẽ eſſet, ſi foret obligatus per ſcripturam mercatorum, quæ ſecundùm formam ſtatuti haberet executionẽ paratam: quod dictum affirmat Alex. in d. l. fideiuſſor

pro

Digitized by Google

pro venditore, infrà in hoc tit. vbi latiùs loquitur in
materia. Alius eſt etiã caſus, in quo fideiuſſor poteſt
agere cõtra principalẽ antequã ſoluat: videlicet quã-
do ipſe fideiuſſor vult ſe abſentare à loco, in quo fide-
iuſſit ex cauſa vtili vel neceſſaria: nã tunc poteſt agere
contra principalẽ, vt eum liberet: ita not. dixit Spec.
in tit. de iud. in §. 1. in pen. col. in verſ. ſed quid ſi fide-
iuſſor, quẽ ſequũtur cano. in c. fi. de fideiuſſor. & illud
dictũ pro ſtupẽdo & vnico in mũdo refert & ſequitur
Lud. Rom. in ſing. ſuo 100. incip. quæro à te, &c. Itẽ
eſt alius etiã caſus, in quo fideiuſſor poteſt agere cõ-
tra principalem antequam ſoluat: videlicet, ſi inter-
uenit inimicitia vel ſuperuenit inter fideiuſſorem &
debitorem cauſa tamen debitoris: nam tali caſu fide-
iuſſor poterit agere contra principalem debitorem,
licèt pro eo non ſoluerit, ita dixit Ioan. Andr. in addi.
Spec. in tit. de iudiciis. in §. 1. in pen. col. in addit. inci.
hic no. quòd cum lex illa &c. ad quod alleg. plura, de
quibus ibi per eum: & idem dixit. Lud. Rom. in d. l. id
facere poſſe, ſupra ſol. mat. ꝙ in l. 3. § fin. ſupra de ali-
men. leg. Item alius eſt caſus, in quo poteſt fideiuſſor
agere contra debitorem antequam ſoluat: videlicet
quando ipſe fideiuſſor diu ſtetit in carcere pro illo
debito: nam tunc poteſt agere cõtra debitorem: quia
poſſet mori in carcere: ita dixit Bal. in c. ex reſcripto.
de iureiur. circa finem. Item alius eſt etiam caſus, in
quo fideiuſſor poteſt agere contra debitorem ante-
quam ſoluat: videlicet quantum fuit fideiuſſor con-
tractus, & non iudicij, ſecundum Angel. poſt Bar. in l.
1. ꝟ. iudi. ſolui. & do. in d. l. Lucius. ſuprà manda. Item
alius eſt caſus, in quo fideiuſſor poteſt agere contra
debitorem antequam ſoluat, videlicet quando fide-
iuſſit ſine mandato, per glo. in l. videamus. ꝟ. de nego.
geſt. contrarium tamen tenet Bald. in d. l. ſi pro ea. in
fin. niſi dominus ratum habuerit, ſecundum eum ibi.
Item alius eſt etiã caſus, in quo fideiuſſor poteſt age-
re contra principalem debitorem antequam ſoluat:
videlicet quando euidenter apparet, ꝙ fideiuſſor de
proximo eſt condemnandus: ita dixit Bal. in dict. l. ſi
pro ea. in 6. q. C. mand. quem refert & ſequitur Iaſ. in
d. l. diuortio. § interdum. 5. col. ꝟ. ſol. mat. vbi etiã ad-
217 ducit plura ſimilia, & primò adducit † ꝙ fructus de
proximo recolligendi habentur pro recollectis, ſecũ-
dum glo. & Bar. in d. §. interdum. Item adducit etiam
text. in l. pen. de teſta. milit vbi probatur, ꝙ potentia
proximo actui, habetur pro actu. Et ideo dicunt ibi
do. per illum text. ꝙ illud quod de proximo eſt fien-
dum, habetur pro facto: quod etiam dixit Bart. in l. 1.
218 §. ſed in eo. ſuprà ad ſimilia. † Adducit etiam: nam ba
ſilica de proximo conſecranda, habetur pro cõſecra-
ta, & gaudet priuilegiis eccle. Abb. in c. eccleſia in 3.
no. per illum tex. de immuni. eccl. Adducit etiam, nã
qui de proximo eſt condemnandus per ſententiam,
habetur pro condemnato, text. eſt no. ſecundum eum
in l. qui plenè. in §. diuus Pius. ꝟ. de manumiſſ. adducit
etiam Ang. in l. ex eo tempore. ꝟ. de teſt. milit. vbi ha-
betur, ꝙ pœna ſtatuti impoſita offendendi ſcholarem
matriculatum, habet locum in illo ſcholari, quẽ Re-
ctor iuſſit matriculari, licet nondum ſit deſcriptus in
matricula. ita refert & ſequitur Alex. in l. ſi id ꝙ in
in princ. in 1. col. in fin. de iur. om. iud. Item adducit
etiam Sal. in l. cum te. in fin. C. de do. ante nupr. vbi
dixit, quòd pro coniuncta & copulata carnaliter à vi-
ro, habetur illa quæ de proximo copulanda eſt. Item
dicit etiã ꝙ ille qui de proximo eſt bãniendus, habe-
tur pro bannito, vt poſſit impunè offendi, ſecundum
Pau. de Caſt. in vna lectu. in l. 3. §. ſi ſeruus. ſup. de acq.
poſ. quamuis non bene firmet. & do. Alex. ibi hoc re-

probat. Ita formaliter dicit Iaſo. in d. l. diuortio. in §.
interd. ꝟ. ſol. mat. in 5. col. quibus optimè addi poſ-
ſunt dicta per me in ſing. meo. 106. incip. qui de pro-
ximo eſt cingendus &c. & vltrà ea quæ ibi dixi addu-
219 ci † poteſt pro dicto Bald. in d. l. ſi pro ea. in 6. col. ꝙ
voluit multum not. Bald. in l. ſed ſi is, ꝟ. de in ius voc.
vbi dixit ꝙ licet vbi tractatur de pœna corporali im-
ponenda, non ſit reus fideiuſſoribus relaxandus: atta-
men talis reus, ſi eſt carceratus, eſt relaxandus etiam
ſine fideiuſſoribus ante ſententiam, quando apparet
ipſum eſſe abſoluendum, vt puta quando eſt publica-
tus proceſſus, allegat ad hoc text. in l. nullus. C. de
exhibend. reis in verſic. donec repererit &c. & idem
dixit Bald. in l. ſi quis poſt accuſationem. ff. de te-
ſtam. & in d. l. nullus, pro quo eſt etiam bonus text. in
l. qui pœnæ. §. 1. ſuprà de manumiſſio. & hoc etiam
firmat Ludo. Rom. in ſingular. ſuo 492. incip. accuſa-
tus de crimine capitali &c. & dixi ego etiam in pra-
ctica mea cauſarum criminalium. in 201. charta. ante
medium: & in ſing. meo 381. incip. licèt reus &c. vbi
latiùs locutus ſum circa hoc: ad quod etiam vide Ia-
ſo. ponentem not. verbum circa hanc materiam in l.
quoniam. circa fin. C. de teſt. & eundem in l. non tan-
tùm. C. de leg & in authent. ſi qua mulier. in 6. col. C.
de ſacro. ſanct. eccleſ. & in l. ſi is qui pro emptore. in
20. col. ſuprà, de vſucapt. Et aduertas diligenter, in-
quantũ glo. ſuperiùs allegata in princ. huius quæſtio-
nis, volunt, ꝙ fideiuſſor poſſit agere cõtra debitorem
antequam ſoluat, quando ipſe debitor incœpit dila-
pidare bona ſua &c. ꝙ iſtud limitatur & reſtringitur,
niſi poſt inceptam dilapidationem redeat ad bonos
mores: quia hoc caſu non poterit contra eum agere
fideiuſſor reſpectu dictæ dilapidationis. Ita dixit Bal.
in d. l. ſi pro ea. in 8. q. C. mandat. pro quo dicto facit
220 optime: † Nam licet filia quæ peccauit in corpus ſuũ,
non debeat ali nec dotari à patre, vt not. Spec. in tit.
qui fil. ſint. leg. §. pen. ver. quid ſi filia peccauit &c. &
Bald. in l. fin. C. de dot. promiſ. tamen ſi filia per pœ-
nitentiam emendatur, debet ali & dotari à patre, ſe-
cundum Spe. in d. §. pen. ver. quid ſi pœnitẽtiam ege-
rit, & eum ſequuntur cano. in c. Quintauallis. de iure-
iur. & ibi d. Ang. in 3. col. & Abb. in 2. col. vbi alleg.
bonum text. in c. ferrum. & ibi glo. 50. diſt. ꝙ dictum
refert & ſequitur Iaſ. in l. arenam. in 2. col in ver. ego
ſequor &c. C. de inofficioſo teſt. vbi etiam refert do.
Alex. per hoc dicentem in l. 1. in 16. col. ſuprà ſolut.
mat. ꝙ filius ſi ingratitudinem commiſit, per quã po-
terat a patre exhæredari, ſi pœnitentiam viuo patre
agat, vel ante cõditum teſtamentum, nõ poterit am-
plius exhæredari: & adducit etiã Bart. in l. 3. §. fin. per
illum text. ſuprà de adimen. legat. vbi dicit, ꝙ ſi pater
exhæredauit filiũ ex iuſta cauſa, & poſtea filius ſe re-
conciliauit cum patre, ꝙ tunc exhæredatio videtur
adempta. & idem dixit Iaſ. in l. ius autem ciuile in 5.
col. ſuprà, de iuſtit. & iure. & ideo prædictorum om-
221 nium poteſt eſſe regula illa, videlicet quod † ceſſante
cauſa, ceſſat effectus, vt habetur in l. adigere. in §.
quemuis. ſupra. de iure patro. & in c. cum ceſſante. ex-
tra. de appel cum ſi. & pro hac fallentia, & pro hac re-
gula facit: nam licet princeps ex cauſa poſſit auferre
rem ſuam alicui, vt habetur in l. item ſi verberatum.
ſuprà de rei vendi. cum ſi. tamẽ ſi cauſa illa ceſſat, de-
bet talis res ſibi reſtitui ſecundum Inn. in c. quia ple-
rique de immu. eccle. & d. An. & Io. de Imo. in c. quæ
in eccleſ. de conſti. & facit. cap. præſciſ. & ibi Arch. &
Gem. 55. diſt. vbi dicit, ꝙ lex diſpenſatiua ceſſat ceſ-
222 ſante cauſa diſpenſationis. † & facit no. conſil. Lud.
Rom. 404. incip. in caſu propoſitæ &c. vbi ponit no.

verbum in materia, quem refert & ſequitur d.Feli.in
d.c.quæ in eccleſ.in 1. col.in verb.ſecunda declara-
tio.de conſt.vbi illud adducit, & adducit etiam text.
cum glo.in verb.donec in c.cum tu extra de vſur.vbi
habetur, ꝙ odioſa conſtitut edita contra vſurarios o-
dio vſuræ, ceſſat ceſſante vſura, & allegat etiam tex.in
l fin.C.qui ad lib.perue.non poſſunt, per quem dicit
ibi Bald. quod ſi mulier priuatur patria ex forma ſta-
tuti propter maritum bannitum, quod eo mortuo re-
uerti poterit ad patriam, & allegat etiã l.1.C.de nau-
ti.fœnor. per quam dicit ibi Bald. ꝙ conſtitutio ali-
quid permittens propter periculum, ceſſat eo ceſſan-
te, item d.Feli. vbi ſuprà adducit Lud. Rom.in conſ.
ſuo 417.incip.in propoſito &c.vbi per plura iura cõ-
ſulit, ꝙ ſi aliquis populus cogitur ſoluere cenſum ſu-
periori protegenti terram eius, & illa terra demolia-
tur, non cogitur amplius populus ſoluere illum cen-
ſum. Item adducit etiam Lud Rom.in conſ.ſuo 439.
incip.in propoſito, vbi conſulit, ꝙ beneficium ciui-
litatis conceſſum forenſibus propter concordiam in-
ter eos factam, ceſſat ſi perueniunt ad guerram, quæ
omnia ad hoc refert d. Felin.in d.c.q.in eccleſiarum,
223 in 11.col.† Sed vltra d.Feli.adde tu aliqua alia in hac
materia: & primo adde, quòd licet quando locator
domus vult reaptare domum locatam, poſſit illã au-
ferre conductori, vt in l.æden.C.loca. tamen refecta
vel reaptata domo, poteſt ipſe conductor repetere &
365 ¶ † Quinquageſimoquintò quæro:pone,ſtatutũ imponit pœnam pecuniariã pro vulnere,& etiã pro homicidio: vt puta,ponit pœnam centũ pro vulnere,& pro homicidio ponit pœnã mille: modo Titius fuit vulneratus à Seio,& fuit inquiſitus de dicto vulnere, qui tũc dedit fideiuſſorem pro pœna dicti vulneris: quo ſtante,ſequitur mors dicti Titij vulnerati:vtrum dictus fideiuſſor teneatur nedum pro pœna vulneris, ſed etiã pro pœna mortis,& ſic ad mille,in quo Spec. in tit.de fideiuſ.in §.1.in verſ.ſed pone,R.vulneratus &c.dicit videri dicẽdum,ꝙ nõ teneatur niſi ad pœnã vulneris:nã ipſe fideiuſſor fideiuſſit pro vulnere,& ſic pro re certa,vnde pro alia nõ tenetur.l.centũ Capuę. ſ.de eo ꝙ certo loco: & ſuprà qui ſatiſ.cog.l.2.§.fin. dicit poſtea,ꝙ in contrariũ facit, ꝙ teneatur ſi ex illo vulnere mortuus ſit, eo quia occiſus videtur, qui eſt

366 lethaliter vulneratus:quia † quæ incontinenti fiũt,videntur ineſſe.l.lecta.ſ.ſi cert.pet.& arg.extra.de electione.c.officij.& ſuprà,de teſtam.milit.l.pe.& facit ad hoc ſecundũ eum.l.ſi quis pro eo.§.2.j.in hoc tit. & C.quorũ legat.l.fin.& extra. de cle.percuſſ.c.2.tamen ſecus dicit eſſe, ſi vulnus non fuit mortale,quia tunc fideiuſſor nõ teneretur,niſi ad pœnã vulneris,licet eſſet ſequuta mors.allega.l.qui occidit.§.fin.ſuprà, ad l.Aquil. & hanc partem tenuit per dicta iura Dyn.in l.fideiuſſores magiſtratũ:infra, de hoc tit.ſed do.Flo.de S.Petro in l.ait lex.in 1.col.ſuprà, ad lex. Aquil.dicit, quod talis fideiuſſor non tenetur niſi ad pœnã vulneris,eo quia morte ſequuta,pendente proceſſu vulneris,proceſſus ille extinguitur,& de occiſo poſtea quæri debet, allegat l.illud, in eodem titul.& ideo dicit, quod extinguitur etiam obligatio de iudicio ſiſti,& de iudicato ſoluẽdo,& in l.græcè in §.& poſt litem, j.in hoc titulo.iuncta.l.cum quærebatur, & l.cum apud,ſuprà,iudic.ſolu.& dicit,quod hæc videtur ſibi vera cõcluſio,licet doctores circa hãc queſtionem variauerint, & idem etiam tenuit ipſe Flo.in l.ſi vulnerato.in 1.col.eod.tit.ſuprà,ad l. Aquil.idem etiam tenet Bart.in d.l. fideiuſſores magiſtratum infrà,in hoc titul.& idem tenet Bald.in l.2.in §. ſiue in duplum.ſuprà, qui ſatiſda.cog.& idem tenet Iaſo. in l.2. in §.fin.in fin. ſ.qui ſatiſd.cog.ſed Bald. in addi. Spec.in titul.de fideiuſſo.tenet indiſtinctè, quòd talis fideiuſſor non teneatur, niſi ad pœnam vulneris:& hoc per illam rationem, ꝙ primus proceſſus annullatur mutato titul.criminis,& nõ eſt eadẽ forma agendi:& idem tenet ipſe Bal. in ſuo repertorio.in verbo, fideiuſſ.in 2.col.in 1.verſic.& iſta opin.Bal.& Flo.& ſequacium verior videtur & æquior, eo quia fideiuſ-

367 ſor ſolum fideiuſſit pro vulnere, † & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, vt in l.non omnis ſuprà, ſi cert.pet.cum ſi.& hanc quæſtionem etiam tetigi remiſſiuè ſuprà, in q.29.ante fin.de quo etiam per Iaſ.in l.1. in vlt.col.ſuprà, de in lit.iur. An autem pax facta de vulnere, extendatur ad mortem morte ſequuta, vide quæ dixi in practica mea cauſarum criminalium,in 101.char.in fin.& in chart.195. circa medium: in quibus locis etiam poſui alia plura in materia vulnerati,quãdo ſequitur mors,videas ibi

368 ſatis latè. ¶ † Quinquageſimoſextò quæro:plures fuerunt inquiſiti de aliquo delicto, in quo venit imponenda pœna pecuniaria, an tali caſu vnus poſſit fideiubere pro alio,in quo dicas,quod ſic,dummodo aliter ſint idonei facultatibus,ita dixit Bart.in l.Romanus.ſ.de tuto.& cu.da.ab his, vbi dicit, quod plures accuſati vel inquiſiti, vel ſimul, cum armis inuenti poſſunt inuicem fideiubere, & idem voluit ibi Bald. & idem tenuit idem Bald. in l.omnes. la ſecunda C. de epiſc.& cler.& idem voluit Ang.& Ioan. de Imo. in l.reos.in princip.infrà,de duobus reis.& Ange. de Aret.in tract.malefic.in verbo, pro quibus Ant.fideiuſſit in verſic. quæro an vnus &c. & ibi in additione. vbi d. Auguſt. de Ari.limitat prædicta, ſecundum ꝙ ſupra dixi,videlicet prædicta eſſe vera, & locum habere, dummodo dicti fideiubentes ſint idonei facultatibus, aliâs non allegat gloſſ.ad hoc in §. ſuſcepto, in auth.de exhi.reis, quod etiam dixit Bal.in d.l.Ro-

369 manus. ¶ † An autem quando plures ſunt inquiſiti pro aliquo delicto, an vnus poſſit teſtificari pro alio: dicas, quod aut cõtra eos proceditur ciuiliter de crimine, aut criminaliter:ſi proceditur ciuiliter,& tunc

vnus

vnus poteſt teſtificari pro alio,ſed ſecus eſt, quando
proceditur criminaliter, quia tūc vnus nō poteſt eſſe
teſtis pro alio:ita dixit do. Franc.de Aret.in conſ.ſuo
61.incip.in cauſa illorum &c. in fi.pe.col. vbi ad hoc
alleg.Spec.in tit.de teſt.in §.1.in ver.quid ſi quatuor
homines &c.& tex.in c.quoniam de teſti.& ibi Abb.
de quo etiam habetur per Ang.in l.fi. infrà de ſica.&
inquantum do.Franc.de Aret.in d.conſil.dicit, ꝙ in
criminalibus tales inquiſiti non poſſunt teſtificari v-
nus pro alio:dico iſtud poſſe limitari & reſtringi,niſi
aliter crimen per alios probari non poſſet, quia tunc
poſſent deponere vnus pro alio:nam quando crimen
aliter probari nō poteſt,tūc indiſtinctè ſocius crimi-
nis admittitur in teſtē:ita multum ſingu. dixit domi.
Franc.de Aret.in d.conſil.ſuo 61.in cauſa illorum.in
vltimis verbis:ad ꝙ alleg.text. in c.ſi. de teſt.cog.&
do. Anto.& alios in c.quoniam.de teſt. & Bald.in l.
370 quoniam.per illū tex.C.de teſt.vbi videas.¶† Quin-
quageſimo ſeptimò quæro : Titius mutuauit mille
Seio:cui Titio ipſe dedit pro dictis mille plures fide-
iuſſores:attamen dicta mille,& tota & integra perue-
nerūt ſolum ad manus vnius ex dictis fideiuſſoribus:
modo dictus Seius tēpore prætorio nō reſtituit mil-
le.Titio creditori, adeo ꝙ eſt ſibi neceſſe exigere fi-
deiuſſores:quæro,an poſſit pariter cōtra omnes fide-
iuſſores agere pro dictis mille : an cōtra vnū vel duos
tantum,in quo mihi videtur dicendum, ꝙ ſolum de-
beat primo agere cōtra illum, ad cuius manum per-
uenerunt tota illa mille,& non contra alios:& ad hoc
dicendum moueor à ſimili per text. not.in l.actione.
in §.ſi communis pecunia.ſuprà, pro ſocio.vbi text.
dicit, ꝙ ſi communis pecunia ſit penes aliquē ſocio-
rum,vt quia fecerūt eum camerarium,vel burſarium
aut depoſitariū,ꝙ prius agendum eſt cū illo,quā cum
aliis ſociis: & ſic licet actio pro ſocio ſit perſonalis,
tamen ſequitur ſociū camerariū vel depoſitariū inſo-
lidū ꝙ ſecundum Raph.Fulg.ibi procedit,ſecundum
quandā æquitatem, quæ verſari debet in iudiciis bo-
næ fidei:& hoc refert & ſequitur Soc.in conſ.ſuo.24.
incip. viſis &c.in 6.col. ita videtur mihi argu.prædi-
ctorum dici poſſe in quæſtione, ꝙ licet omnes fide-
iuſſores pariter ſint obligati in caſu noſtro, attamen
poſtquàm conſtat ꝙ tota pecunia peruenit ad manus
illius, primo ipſe erit conueniendus & diſcutiendus:
& facit optimè ꝙ voluit Guil. de Cug.in l. ſed Iulia-
nus.in §.idē ait ſi duos.ſuprà ad Macedo.vbi dixit per
illum text.ꝙ ſi plures rei debendi conſtituantur,atta-
men ſi in rei veritate ad vnū peruenit pecunia, ꝙ tunc
alij loco fideiuſſorū habētur:& ille habetur pro prin-
cipali obligato:& illi gaudebunt beneficio fideiuſſo-
rum per glo.in auth.de fideiuſſ.in §.1. in gl.in verbo,
fideiuſſorem,& idem voluit Bart.in quodam cōſ.ſuo,
incip.Titius promiſit mihi &c.vbi dicit, ꝙ ille prius
eſt conueniendus,ad quem peruenerunt pecuniæ : &
illo non reperto ſoluendo, poſtea deuenitur ad alios
correos, qui non habuerunt pecuniam : & idem dicit
Bart.in l.in duobus.§.1.in ver.ſeptimò quæro &c.ſu-
prà de duob. reis.& alleg. in ſimili bonum text. in l.
vnde quæritur.in princ.ꝟ commo.& idem dixit.Lud.
Rom.in conſ.ſuo 114.incip. viſis ſuprà conſultis &c.
in princ.vbi alleg.Guil.de Cug.vbi ſuprà, & Bart.in
371 dicto ſuo conſil.de quo latiùs ibi per eum : † facit ad
prædicta ſimile, quod dicimus de tutore qui geſſit,
qui prius eſt cōueniēdus, quā ille qui nō geſſit,vt ha-
betur in l.2.in §.fi.ſuprà de curato.bonis dādo, & fa-
ciunt etiam dicta per Iac. Butr.in d.l.vnde quæritur.
vbi dixit,quòd ille eſt prius cōueniendus,ad quē per-
uenit pecunia:& idē tenet Ang ibi,& faciūt dicta per
Bal.in l.cum in plures.in §.veſtiméta.ſuprà locati:vbi
dixit,ꝙ ſi ad vnū de duobus correis tota pecunia per-
uenit,ꝙ tūc poteſt actor cogi,vt cōtra eū agat,ad quē
peruenit pecunia periculo & expēſis correi : vt ibi &
in d.l. vnde quæritur:quòd dicit eſſe menti tenēdum,
quia licet in inſtrumentis communiter renuntietur
beneficio de duobus reis, tamen illis legibus com-
muniter non renunciatur : & facit text.in l. diuus Se-
uerus,in verſic.prout quiſque geſſit tutelam &c. & in
l.tutores.§.1.in verbo, nihil geſſit, & in §. curatores.
in verb.negotia geſſerunt &c.ſuprà de adminiſtr.tut.
& facit text.l.actione.in ver.nemo tenetur,niſi qui in
tutelam &c. & in l.1.§. de rationib.in ver. geſſerunt:
ſuprà de tut. & rationibus diſtrahendis : & faciunt o-
ptimè dicta per Barb.vbi ſupradicta approbat in cō-
ſil.ſuo 12. incip.illud &c. in 7.& 8. col.in 4. vol.& d.
per Socin. in conſil.ſuo 27.incipien.viſis &c. in pen.
col.in 4.vol.& Pau.de Caſt.in l.3.in §.1.ſuprà de duo
bus reb.tene mēti prædicta,quia illa ſæpe cōtingūt in
facto.(Et vides.eo.in 12. col.in ver.vlterius antequā
372 &c.)¶ † Quinquageſimooctauò quæro:pone.ꝙ erā
tibi debitor in cētū,pro pro debito dedi tibi fideiuſ-
ſorē:quo ſtāte,adueniēte tēpore ſolutionis:obtuli ti-
bi debitū,& depoſui & cōſignaui:& ſic videtur ſubla-
ta obligatio, vtrū fideiuſſor poterit poſtea cōueniri,
ſi reaccipio pecuniam:in quo videtur dicendū, ꝙ nō:
quia res ſemel extincta, amplius nō poteſt reuiuiſce-
re.l.qui res.in §. aream.ꝟ.de ſolut. cū multis ſimi.ibi
in glo.all.& nō poſſit vlterius cōueniri fideiuſſ.tenuit
Spec.in tit.de fideiuſſ.in §.1.in verbo, quid ſi obtuli,
& allegat rationē,dicēs hoc procedere, quia vlterius
principalis non eſt debitor ex prima actione, vel ex
prima obligatione:ergo ad ꝙ alleg.l.acceptam.C.de
vſur.ſed dubito de hac deciſione ex pluribus: & pri-
mo per illud, ꝙ dixit ipſe Spec.in d.tit.de fideiuſſ.in
d.§.1.in pe.col.in ver.pone,cùm deberes mihi 10.&c.
vbi dicit, ꝙ ſi debebas mihi 10. & dediſti mihi fide-
iuſſorem,& obligaſti bona tua,poſt hoc fuit mihi da-
tus fundus in ſolutū à iudice:qui fundus eſt à me eui-
ctus,& tu non es ſoluendo, nunquid habebo regreſ-
ſum ad fideiuſſorem : & dicit videri dicendum,quòd
non,quia extincta eſt obligatio principalis per datio-
nem inſolutum,vt ſuprà,de pigno.action l.eleganter
& in d.l.cum res.in d.§. aream.& C.de euictio.in l.ſi
prædium.Dicit tamen poſtea, quod attamen videtur
quod reſtituatur vtilis contra fideiuſſorem, vt infrà
de iure fiſc.l.Titius.& ſuprà, ad Trebell.l.debitor,&
infrà, de ſolutio.l.ſi creditor.& d.l.qui res.in princ.
Secundo dubito de prædicta deciſione Specul. pro-
pter aliud,videlicet quia non dicitur veniſſe,qui non
373 ſtetit:& † non dicitur factum,quod nō iurat factum.
l.item §.quod ſi actor.ſuprà, quod cuiuſque vniuer.
no.l.ſi pro parte.§.verſum ſuprà de in rem verſo.cum
multis ſimi. ibi in gloſſ.alleg. & eſt etiam text.quem
ibi ponderat Ioan.de Imol.in l.3. in §.ſi quis ita.ꝟ.de
hæredi.inſtit.& voluit Soc. in conſ.ſuo 91. incip.viſa
diligenter in 2. col. vbi aliqua ad hoc alleg. & ideo ſi
carceratus qui aufugit,reuertatur ad carceres,non di-
citur aufugiſſe ſecundùm Bald. in l. 1.in 3. col.C. de
ædil.act.& in l. 1.in 5.col.C.de ſer.fug.Pro quibus fa-
ciūt dicta per Soc.in cōſ.117.incip. viſa &c.in 2.col.
& per Pau.de Caſt.in l. Ariſt.in §.Labeo.ꝟ. de donat.
& per Soc.in conſil.ſuo 133.incip.profecto &c.in 3.
colum in verſi.3. & vltimo &c. ¶ Et facit etiam pro
374 iſtis : † Nam ſi ex forma ſtatuti, bannitus non po-
teſt habitare in ciuitate, aliàs poſſit ibi capi & deca-
pitari,non habet locum in bannito tranſeunte & co
medente in hoſpitio, & poſtea recedente:nam tunc
non dicitur veniſſe, quia non ſtetit: ita dixit domin.
Nellus in tractat bannito, in prima parte ſecundi
tem

temporis.quæſt.58.& Petr.de Anch.in conſ.ſuo 73.
375 incip.viſo diligenter ante fin.& facit.† Nam ſtatutũ, dicens quod aliquis non poſſit conducere ſal vel bladum ad ciuitatem ſub certa pœna, non habet locũ in cõducentem bladũ vel ſal ad ciuitatem, vt illud alibi transferat:ita colligitur ex his, quæ dicũt Iac.de Are. & Cyn.in l.ſi quis poſthac.per illum text. cum gloſſ. C.de ædific.priua.& Ioan.And. in addit. Spec.in tit. de conſtit.§.1.in addition.incipien. Guido de Suza. &c.& Bart.& Ang.in l.cætera.in §. ſed & ſi quis.ſ.de leg.1.& Pet.de Anch.& Io.de Imo.in c.1.de cler.non reſid.de quo latius per Alex.in conſ.ſuo 433.inci.viſa inquiſitione.in 1.col.de quo etiã per Pau.de Caſt.in d.l.cætera.in d.§. ſed ſi quis:& ad prædicta facit optimè,ꝙ dixit Lud.Rom. in conſil.ſuo 510.incip.quo ad primum.in 9.col.in verſ.2.quia licet,&c.& Bal.in repertorio. in verbo bannitus.in verſi. quid ſi bannitus capiatur.& per Soc.in conſ. 76.incip.viſa in 4. col.in
376 princ. ¶ † Et faciunt dicta per Bart.in l.ſicut.in §.ſuperuacuum, in 3.col.in verſ.redeo ad ordinem &c.ſ. quibus modis pign.vel hypothec.ſolut.vbi dicit, ꝙ ſi iudex facit præceptum alicui, ꝙ diſgombret & exeat poſſeſſionẽ alicuius domus:quo facto,ille exit & diſgombrat illã domum , poſtea reingreditur dictã domũ,an dicatur veniſſe contra dictũ præceptum:& dicit,ꝙ ſic:quia nõ videtur exiuiſſe , ex quo reingreſſus eſt:quia illud præceptum intelligitur de exitu perpetuo:allegat iura de quibus ibi per eum.Item facit etiã ꝙ voluit Bald.in l.ſi quis ita.C.de pact.inter empt.& vend.vbi dixit,ꝙ ſi teſtator reliquit centũ eccleſiæ,vt ex illis ſibi emat fundũ , eccleſia emit dictũ fundum: poſtea vult illum vendere,an poſſit:& determinat, ꝙ non:quia videtur data illa centũ ad emendũ fundum, vt fundus ſit perpetuo in ſeruitiũ ſeu beneficiũ eccleſiæ.allega.l.Titio centum.ſ. de condit.& demonſt.& faciunt etiam dicta per Ang.in l.ſi quis ita,ſ.de con-
377 ditio.inſti. ¶ † Et faciunt dicta per do. Felin.in c.ex parte decani.in 4.col.de reſcript.vbi dixit , ꝙ ſi chedula citationis affigatur oſtio, & ſtatim leuetur,tunc non dicitur citatio competenter facta:& per Abb.in conſ.53.incip.inſtrumentũ.in vlt.col.in 4.vol.& per d.Philip.Dec.in conſil.ſuo 177.incip.ꝙ ſ. ex quibus omnibus redditur dubia deciſ.Spec.in d.quęſt.quare
378 cogita.¶ † Quinquageſimo nono quæro : pone creditor elapſo termino ſolutionis fiendæ , fecit capi & carcerari fideiuſſorem:quo ſtante,petit etiam tenutã bonorũ ſuorum:An ſit audiendus? in quo dicas,ꝙ ſic ſecundùm Bart.in l.conſentaneum.in vlt.col.C.quomodo & quando iudex.& Bal.in l.ignorare. C.de reſtit.mili.& voluit Petr.de Anch.in c.1.de eo qui mitt. in poſſ.rei ſeruand.cauſa:& allegant rationẽ prædicti doct.& dicunt quòd ratio eſt,quia iſta duo tẽdunt ad eundem effectum, & vnum non eſt cõtrarium alteri.
379 ¶ † Pro quo facit dictum Bal. in c. dilectus.in 2.col. de appel.vbi dixit, ꝙ carcer non ſoluit debitum , ſed burſa:ꝙ etiam dixit ibi Car. Alex.in 2.col.& illã doctrinam Bart.in d.l.conſentaneum.& aliorum ſ.allegatorũ,refert,&ſequitur Alex.in conſ.ſuo 477.incip. in cauſa Strazarolorum.in pen.col.Sed tu vltra eũ dicas,ꝙ idẽ tenuit Archi.in rub. de eo qui mitt.in poſſ. rei ſeruan.cauſa.in 6.& Bal.in l.1.§.fi.in fi.pe.col.ſ.ſi quis ius dicen.nõ obtẽp.vbi pro hoc dicit eſſe text.in c.quoniam frequenter.§.fi.vt lit.non conteſt.& idem tenet Pau.de Caſt.in l.qui legati.per illum text.C.vt in poſſ.legat & ibi allegat plura iura ad hoc,& reprobat tenentes cõtrarium:& idẽ tenet ipſe Pau.de Caſt. in l.4.in §. ait prætor.circa fin.& ibi in §.ſeq.ſ. de re iud.vbi allegat Bar.in d.l.conſentaneum.Idem etiam tenet ipſe Paul.de Caſtr.in l.ſi Stichum.in §.idẽ Celſus.ſ. de nouat.& idem voluit Abb.in c. prout in vlt. col.de dolo & contu.& Ang.in l.qui reſtituere.in vlt. col.ſ.de rei ven.& in l.aduerſus.C. de act.& oblig.& do.Alex.in l.4.in §..ſi ex conuentione.ſ. de re iudi.& Cardi.Alex.in c. dilectus.in 2.col. de appella.in ver.
380 nota ex text. ibi propter quod &c. ¶ † Item ad prædicta facit,ꝙ not.dixit Bal.in c.contingit.in 6.col.de dolo & contuma.vbi dicit, ꝙ captura rei non liberat fideiuſſorem. Sed dicit ꝙ immò vterque poteſt capi pro eodem debito. ad ꝙ alleg.l.hæres à debitore.§. ꝙ ſi ſeruus.& ibi Bart.j.in hoc titulo & allegat etiam rationem , dicens ꝙ licet deuentum ſit ad capturam, non tamen eſt ſatisfactum.Idem dicit contrà,videlicet ſi primò eſt captus fideiuſſor,ꝙ poteſt etiam capi reus principalis:nec iuuatur reus , ſi fideiuſſor appellat à captura, & in l.creditor.ſ. mandati.in princ.vbi glo.not.de quo latius per eum vbi ſ.& vide Ang.in l. nemo carcerem.in 2.col.C.de exact.tribu.lib.11.vbi dicit circa hãc materiã,ꝙ vno contextu nõ poteſt peti tenuta & carceratio,ſed poteſt peti vnũ poſt aliud. De qua materia latiùs loquutus ſum in practica mea cauſarum criminalium,in charta.209.in chart.210.& etiam de hac eadẽ materia loquutus ſum in ſingula. meo 398.incipiẽte, dixi tibi alias &c.& in l.vnius facinoris.in §.cuſtodiæ.in pen.col.j. de quæſtionibus,
381 vbi videas.¶ † Sexageſimò & vltimò quæro, & quando fideiuſſor poſſit eſſe teſtis pro reo principali : in quo Spec.in tit.de teſte.in §.1.in verſ.ꝙ de fideiuſſore &c. dicit , ꝙ aut debitor principalis eſt ſoluendo, & tunc admittitur, cum tunc nõ poſſit ipſe fideiuſſor pati damnum : aut non eſt ſoluendo , & tunc ſecus,& ſubdit ibi Ioan.And.hoc eſſe verum,etiam quãdo fideiuſſor renuntiaſſet beneficio de fideiuſſoribus. De quo ibi latiùs per eum.& idem videtur tenere Bart.in l.ſi cui legetur.§.fi.ſ.de leg.1. vbi ſe remittit ad Spe. vbi ſ.& iſta videtur communis opin.de qua quęſtione vide etiam per Ang. in l.ab executore.in §.1.j. de appel.per Ang.& Imo.in l.fideiuſſor.§.fi.ſ. de leg.1. per Io.de Imo.in l.à ſententia.j.de appel.in prin.per Bart.in l.ſi quis ita.ſ.de rebus dub.per do.Felin.in c. inſuper.in vlt.col. de teſtibus per omnes in l.dictantibus.C. de teſtam.per Alex.in conſ. ſuo 78.incip.in cauſa & lite &c.in 2.col.in 1.vol.in quibus locis doctor.ponũt.plura exempla,vt eſt in legatario & fideicommiſſario, qui poſſunt teſtificari pro teſtamento, quia eorũ principaliter non intereſt,& in proxeneta,
382 & ſimilibus.† An autẽ fideiuſſor poſſit teſtificari pro confideiuſſore, & dicit Iaſ.in l.dictantibus.in finalibus verbis , ꝙ ſic, ꝙ poſſunt teſtificari vnus pro alio: ad ꝙ allegat Cyn.& Bal.& Ang.ibi,& Bar.in l.ſi quis. ita per illum text.ſ.de reb.dub.& Bal.in l.fi.§.1.in 2. col.C.de execu.rei iud. cum limit.de qua ibi per eũ, & in materia iſta vide Iaſ. latius loquentem in l. ſi cui legetur.in § ſi Titio.in fi.ſ.de leg.1.vbi inter alia adducit Iac.Butr.& Ang.in l.non ſolum.in §.quæritur.
383 per illum text.ſ.de procur.† vbi dicunt , ꝙ licet creditoris interſit, debitorem ſuum habere locupletem, tamen in cauſa debitoris poteſt creditor ferre teſtimonium, ꝙ dictum ſecundum eum refert & ſequitur Alex.in d.conſ.ſuo.78. incip.in cauſa & lite vertente inter Bartholomęum.in 1.vol.in 2.col.ad ꝙ alia plura allegat ipſe Iaſ.in d.§.fi.à Titio.in vlt. col.quẽ vide. Et per iſta eſt expedita præſens quæſt. & præſens repetitio mea,in qua pollicitus ſum examinare ſexaginta quæſt.in materia fideiuſſorũ,& ſatisfeci pollicitis. Fateor tamen ingenuè,ꝙ aliæ plures & plures quæſt. ponuntur in hac materia fideiuſſorũ à doctoribus in diuerſis locis:ſed ſupradictæ quæſt.per me examinatæ, mihi viſæ fuerunt principaliores & vtiliores aliis, & magis

& magis practicabiles. Ideò illas examinare curaui pro paruitate ingenij mei, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & beatæ ac glorioſæ virginis Mariæ, necnō beatæ Catharinæ aduocatæ meæ, totiusq; cæleſtis curiæ. ¶ Habes itaque lector chariſſimè finem pręſentis meæ repetitionis & opuſculi mei nouiter fabricati: in cuius cōpoſitione, fabricatione & ordinatione pluries (vt credere dignū eſt) inſudaui, laboraui, & inuigilaui. Quorū omniū laborū pręſentis operis & aliorū operum meorum, iam partim impreſſorum, nō me pœnitet, ſed immò immenſo gaudio plurimū delector. Sed heu, heu, vehementi dolore præmor, cruciorque quod prædicta opera mea & aliqua etiā aliquorum proborum virorū peruenerint in lucem hac labe temporum, in quo omnis eſt ſublata, & nulla regnat nec viget iuſtitia: non vndique tamen, ſed in aliquibus partibus, ciuitatibus & locis Italię. Sed immo ipſa iuſtitia penitus eradicata, extirpata, lacerata, mortua & ſepulta iacet: nec vlterius ſemen eius reperitur: & ideo modernis temporibus non opus eſt legibus, iuribus, nec eruditis viris: quoniā ſolū viget pro ratione voluntas, libitū profectò ac cæca volūtas ſubrogata eſt in locū iuris & rationis: & verè, non fallor, multi ſunt ius dicentes, ſeu tenētes locū iuriſdicentiū, quibus nimirū licet quod libitum eſt, & apud eos ꝙ placet, licet. & cum iura eis allegantur & oſtendūtur, obaudiunt: & de directo ſolum ex ceruice ſuas ſentētias contra ius, iuſtitiam, æquitatem, & bonos mores audacter proferunt: quibus merito dici poſſet,

Ius & iura negant homines, & numina fallunt:
Nec Iouis imperium, nec Phlegethonta timent.

Sed quod deterius, grauiùs & crudeliùs eſt, nedū prędicta in ciuilibus cauſis committuntur, ſed etiam in criminalibus & in illis; in quibus tractatur de vita hominis, & de præiudicio irreparabili: nā homines morti tradunt indebitè & iniuſtè, nulla lege ciuili vel municipali, nulloque iuris ordine ſeruato. Sed velo leuato, prout eorum cerebro & cæcæ voluntati videtur & placet, noctis tempore eos morti tradūt: quorum ſanguis profectò inceſſanter petit iuſtitiam & vindictam à ſuperis contra tales iniquos, iniuſtos & ſceleſtiſſimos iudices, & contra eorum ſuperiores eos tolerantes: & ſi aliqui euadunt vitam, eorū burſa non euadit: quia ab eis euiſceratur & excoriatur, ac etiam phlebotomatur vſque ad ſyncopim incluſiuè: & hoc vero verius eſt: quare cum vlterius non ſit locus legibus, iuribus, ſtatutis, nec iuſtitiæ, quieſcite iuriſtatores, patres, fratres & filij, quieſcite iterum à cōtinuo ſtudio: Parcite laboribus, ſudoribus & vigiliis: nulla apud vos ſit reuolutio chartarum: & poſtquam ſic placet ſuperioribus, pereat doctrina: banniatur in totū ſciētia canonica & ciuilis: odio proſequantur mores, & bene viuendi normæ. Impreſſores librorum iurium & bonarum artium, à ſolita impreſſione deſiſtant: laborioſi parentes vlterius minime mittant, ſed magis reuocent eorum filios à ſtudiis: nec patiantur eos aliquam capeſſere canonicam vel ciuilem ſcientiam, quoniam fruſtra expectatur illud, cuius euentus nihil operatur.

384 † Homini profectò nil deterius quam tempus in vanū conſumere. Multi hercle iudices hac ætate reperiuntur, qui non ſolum iniuſtitiam aſſiduè adminiſtrant, ſed tali perpetrato ſcelere gaudēt, lætanturque & coram populo gloriantur, & magis ſitiunt humanum ſanguinem, quam vinum maluaticum: qui meritò carnifices appellandi ſunt: & profectò vbi talia vigent,
385 minimè ibi habitandum eſt: † quoniam remota iuſtitia nihil aliud ſunt regna, quam magna latrocinia, ſecundùm beatum Auguſtinū in tertio de ciuitate Dei. & not. Io. And. in proœ. Decretal. de quo etiam per Bal. in c. 1. quæ fuit prima cauſa benefi. amit & voluit Lau. Cal. in conſi. ſuo 51. inci. licet his &c. in 2. col. & Diog. dicere ſolitus traditur, qua in ciuitate leges nō valent, in ea pernoctandum ſapienti non eſt. & dixit Ariſt. in 3. politi. ſine iuſtitia impoſſibile eſſe habitare ciuitatem. & ſicut ſol mundo lucem ac cunctis rebus vitam præſtare ſolet, ſic populorum iuſtitia gaudium eſſe fertur. Quare cū in totum remota & extincta ſit modernis temporibus iuſtitia, non putent vlterius iuriſtatores ex doctrina & labore ſuo vitā ducere, nec ex ea ditari, & opes acquirere: immo inſequēdo ſcientiam, nedum nihil ſuperlucrabuntur, ſed eorum patrimonia & acquiſita perdent: & peruenient nedum ad paupertatem, ſed etiam ad inopiam, & fame peribunt: & erunt deterioris conditionis omnibus aliis artificibus. nam cerdones, barbitonſores, araminatores, & ſimiles viliſſimi & abiecti, communiter ex eorum labore & artificio vitam ducunt: & ex ſudore ſuo veſcuntur pane, vt experiētia rerum magiſtra docet. Doctores autem & iurium profeſſores fame pereunt, & ad nullum pretium iamiam reducti ſunt: & ideo meritò in totum abradi & deleri poteſt tex. in auth. de hære. & fal. in §. fi. qui dicit, quod legalis ſapientia non permittit hominem in paupertate viuere: nec in anxietate mori: quia iſtis tēporibus tex ille mentitur, & oculata fide dignoſcitur: & prædicta cognoſcens expertus veriſſima, cogor mutare propoſitum, & cōtra morem meum quoſcunque prudētes retrahere à ſtudio, à vigiliis & laboribus, tanquam in vanum laborantes, & cribro aquam haurientes: ſed vita ſeu tempus quod ſupereſt, expendamus & conteramus circa vtiliora: ne ſenectus & inopia ſimul finaliter nos reperiat infeliciſſimos: & hæc omnia patiēter toleremus, poſtquam ſic placet ſuperis, vt omnia degenerent, & in præceps vadant & retrocedant quod vere patienter hæc & maiora tolerabimus, ſi ante oculos ſententiam illam D. Hieronymi habebimus, quæ dicit, quod facile cōtemnit omnia, qui cogitat ſe moriturum &c. Laus Deo ac B. virgini Mariæ, necnon B. Franciſco, & B. Catharinæ, totique cæleſti curiæ.

FINIS.

Explicit repetitio mea Hippolyti de Marſiliis, I.V.D. rub. ff. de fideiuſſoribus in hoc almo patriæ meæ Bononiæ ſtudio, Die 7. Februarij. Anno 1520.

Hoc eme lector opus, tibi quod Marſilia proles
Edidit, vt trepidis formula ſit vadibus.
Hoc bonus accipit grato pro munere Rango:
Rango, militiæ Pieridumq; furor.
Rango cui magnus Leo ſe conceſſit habendum.
Ille Leo inquam hominum ſplendor, & ille deſim.
Sed licet hoc habeat tibi, tu tamen vſque caueto:
Nulla etenim toto iam viget orbe fides.
Crimen ad hoc noſtrum eſt nobis vbi tantus habendi.
Creuit opum & lucri tam ſceleratus amor.
Hippolyto duce tutus eris: ne parce crumenæ.
Et tibi quod parui eſt hoc eme lector opus

SOLEMNIS TRACTATVS
DE EXCVSSIONE BONORVM,
per D. Iacobum de Arena.

SVMMARIVM.

1 *Excuſio quid ſit.*
2 *Iudex excuſsionem faciens, debet cuncta rimari.*
3 *Excuſsio debet ſolemniter fieri.*
Solennia quæ dicantur. ibid.
4 *Excuſsio qualiter & quando fieri debeat. & nu. 5. 8. & 15.*
6 *Et vbi fieri poſsit.*
7 *Debitor vbicunque habeat bona, ſoluẽdo dicitur.*
9 *Noſtra intereſt plura auxilia habere, & ſi nobis vtilia non ſint.*
10 *Excuſsione facta, ſi non reperiuntur bona, locus eſt hypothecariæ vel ſecundæ conuentioni.*
11 *Iudicium an procedat contra tertium, ante excuſsionem factam ſi non opponatur.*
12 *Iudex poteſt cogere principalem debitorem ad comparẽdum, & compellere per ſacramentum, & mulctæ indictionem ad indicandum bona.*
13 *Idem facere poteſt de vxore & alijs domeſticis, qui talia ſcire poſſunt.*
14 *Poſſeſſor poteſt producere teſtes ſuper eo, quod principalis debitor ſit ſoluendo.*
16 *Relatio nuntij, referentis nihil eſſe in bonis debitoris, iudice eius vigore nil eſſe pronuntiante, an ſufficiat, ita quod poſsit ad fideiuſſores deueniri.*
17 *Bona ſi reperiantur, quæ tamen ſint in controuerſia, an locus ſit hypothecæ.*
18 *De excuſsione an ſit fides facienda ante lit. conteſt. ſi de hoc exigatur in hypothecaria.*
19 *Si ſint diuerſi emptores rerum obligat. & vnus conueniatur, an is poſsit obijcere de alijs conueniendis pro virili portione.*
20 *Cauſa pignoris eſt indiuidua.*
21 *Excuſsione facta & pronũtiatione, an poſsit excipi de debitore locuplete conueniendo.*
22 *Quid ſi poſt pronuntiationem excuſsionis, auctæ ſint facultates debitoris, an procedatur in hypothecaria.*
23 *Quid ſi debitor ſit abſens, ita quòd conueniri non poſsit, an poterit conueniri poſſeſſor.*
24 *Debitor obligatus pro principali, an poſsit opponere quod non ſit facta excuſsio principalis.*
25 *Si actum eſt cõtra vnum ex correis, an poſsit agi cõtra tertium poſſeſſorẽ, non excuſſo alio correo.*
26 *Excuſſum eſſe, & excuti nõ poſſe, an paria ſint.*
27 *Excuſsionis beneficium non habet locum in fideiuſſore criminali.*
28 *Excuſsio rerum & perſonarũ, quæ ſunt in alieno territorio, non eſt neceſſaria.*
29 *Excuſsio an poſsit ſuppleri poſt lit. conteſt.*
30 *In excuſsione debet moneri pars, vt ſit cũ nuntio.*
31 *Excuſsio an ſit facienda, quando tertius poſſeſſor habet cauſam a debitore.*
32 *Iudicium licet procedat, ſi non opponatur de excuſsione, actor tamen non obtinebit in hypothecaria cõtra tertium, ſi non probet excuſsionem factam, vel debitorem inopem.*
33 *Excuſsio ſicuti ad pignus conuentionale recuperandum eſt neceſſaria, ita & ad pignus prætorium recuperandum erit neceſſaria.*
34 *Indemnitatem qui promiſit, an poſsit conueniri principali non excuſſo.*
35 *Excuſsione non facta, ſi agat hypothecaria, & lis conteſtata, an lite pendente fieri poſsit.*
36 *Sententia ſine excuſsione principalis facta, an valeat.*

1 EXCVSSIO † eſt bonorum atque rerum principalis debitoris ad vngulã
vſque ad ſaccum & peram, per iudicẽ
facta diſcuſſio, inquiſitio, atque detectio. Bonorum dico, per l. 1. de reuoc.
quæ fiunt in fraud. credi. Quæ autem intelligantur in
bonis noſtris, dicitur in l. bonorum. de verb. ſign. Rerum ideo dico, ſicut dicit l. 1. C. de decurio. lib. 10. rei
autem appellatione, &c. vt l. 1. ff. ſi cert. pet. & l. 1. §. fi.
C. de conſtit. pecul. & l. ſi ita fideiuſſorem. de fideiuſ.
& l. rei appellatione. de verb. ſign. immò etiã ſi habeo
actionem ad rem ipſam proſequẽdam, ipſam rem eſſe
in bonis cenſemus. l. rem in bonis, de acqui. rer. dom.
& l. qui actionẽ. de reg. iur. Quare autem dicatur, prin
cipalis debitoris, patet in omnibus legibus, quæ de
2 excuſſione loquuntur. Ad vngulã, ideo dicit, quia † iu-
dicem qui excuſſionem facit, oportet cũcta rimari, vt
patet in l. ſi cui libertas. de cond. & demonſt. & l. 2. C.
de ſent. experi. recip. & l. qui ſententiam. & l. qui iudi-
cium. de pen. Quare dicatur vſque ad ſaccum & perã,
patet in l. fi. §. ſi per iudicem. ff. quæ in fraud. cred. per
3 iudicem facta diſcuſsio, ideo dico, quia lex dicit † ex-
cuſſionem ſolemniter fieri, vt quo quiſque ordin. con
uenia. lib. 11. & ea dicuntur ſolemnia ſeu ſolenniter
fieri, quæ per iudicem fiunt. vt l. diuus, de in integ. re-
ſtit. & l. & ſi nihil. de re iud. & l. 3. in prin. C. de ſumma
Trinit. & fide cathol. Inquiſitio quare dicatur, patet
C. de iudi. l. iudices. Detectio ideo dicitur, quia iudex
per excuſſionem ea bona quæ detegit, in publicũ po-
nit, nõ autem de nouo inuenire dicitur, arg. l. adeo. §.
cum quis. & §. fina. ff. de acquir. rer. domin. & l. 1. C. de
4 neg. geſt. Fieri † enim debet & locum habet diſcuſſio
in certis

in certis caſibus, qui infrà ſcriptis legibus continentur, vt l. 3. in fi. C. de conuent. fiſci. debito. & l. 1. C. de decur. lib. 10. & auth. hoc ſi debitor. §. 1. C. de pign. & auth. præſente. C. de fideiuſſo. & auth. nouo iure. C. de act. & oblig. & l. penul. C. quan. fiſc. vel priua. & l. 1. C. de reuoc. quæ fi. in fraud. cred. & l. aduerſus. C. de magiſt. conuent. & l. 3. §. non putetur. de adminiſtr. tut & l. Lucius. ff. cum teſtamen. eod. tit. & l. 1. §. ſunt. de magiſtrat. conuent. & l. decem. in fi. de verb. obl. & l. Mo-
5 ſchis. de iur. fiſc. † Fieri autem debet, quãdo reus principalis dubitatur, an ſit idoneus ſoluendo, vel non. Si autem certum eſſet & notorium ipſum non eſſe idoneum, & non eſſe ſoluendo, tunc non eſt locus excuſſioni. l. decem. in fi. de verb. obli. & l. fi. in prin ff. ſi cer.
6 pet. & l emptore. §. 1. de act. emp. Dubitatur † vbi fiat, an in eo loco tantum vbi agitur, an etiam alibi. Si alibi dicatur habere, & videtur ꝙ nota, vt l. ſed & hær. §. non ſolum. ff. de procura. & l. ſi cum dies. §. arbitr. & l. Mæuia. §. fi. de ann. leg. & l. quia niſi de oper. liber. Itẽ cum ſit condemnatus, vel pro condemnato habitus principalis ex confeſſione ſua, vel contumacia, arg. l. locorũ. de commu. agr. deſer. lib. 11. fiet executio per arbitrium iudicis, per eum, in cuius loco res eſſe dicãtur, arg. ff. de bon. autho. iud. poſſid. l. cum vnus. §. pen. & l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudic. & hoc
7 verum videtur, quia † vbicunque habet bona ſoluendo dicitur. facit pro hoc. l. ſi fideiuſ. §. ſi neceſſariæ. ff. qui ſatiſd. cog. & no. in l. is autem. §. ſin autem ex quib.
8 cauſ. in poſſeſ. ea. Quomodo † & qualiter fiat, hic pen-
9 dent leges & prophetæ, & ſicut noſtra † intereſt plura auxilia habere, etſi nobis vtilia non ſint, vt l. 1. in princip. de eden. & l. ex fundo. in fin. de ſeruit. & pro hoc l. 3. in fin. de lib. lega. & l. fi. bene de vſur. ita ſunt plures viæ & modi faciendi excuſſionem: & primò videtur, quod principalis primò cõueniatur, & ſententialiter condemnetur, & probatur in auth. de fideiuſ. §. ſed neque ibi non tranſeat viam ſuper pluribus actionibus. & auth. ſi debitor. C. de pign. quia conueniri & agi intendo cum effectu, vt conuentus condemnetur, vt l. 2. ſecundò reſpon. de adulter. & l. ob hoc. §. deſtitiſſe. ad Turp. & l. qui cum maior. §. accuſaſſe. de bon. liber. & l. in ſeruitutem. §. petiiſſe. eo. tit. & l. amplius. rem rat. habe. nã verba cum effectu, &c. l. 1. §. hæc verba. quod quiſque iur. & poſt condemnationem fiet excuſſio in bonis debitoris, ſi reperientur, arg. l. 2. C. quan. fiſ. vel
10 priua. Si † autem nõ reperiuntur de bonis excuſſis, locus eſt hypothecariæ, vel ſecundæ conuentioni, arg. l. 1. in fin. de magiſtr. conuen. Si verò debitum non inficiatur, ſed ſe non eſſe ſoluendo alleget. vel non compareat citatus, tunc fiet inquiſitio de bonis, etiam nõ conuicto nec condemnato principali, vt l. 1. C. de reuoc. quę fi. in fraud. cred. & l. aduerſus. de magiſtr. con-
11 uen. & l. Moſchis. de iure fiſci. Sed † an procedit iudicium, ſi agitur cõtra tertium poſſeſſorem ante factam excuſſionem, ſi non opponatur, vide Bart. in l. ſi probatum communi diuid. C. & l. ſi mancipium. §. 1. de euict. Et facta inquiſitione, fit pronuntiatio ſuper bonis excuſſis, arg. l. tutores. de confirm. tut. & l. non tan-
12 tum. §. ſenatus. de fideicom. liber. † Secũdo modo poteſt fieri, quod iudex faciat comparere principalẽ debitorem, & compellat eum per ſacramentum, & mulctam indicendo, indicare bona ſua, arg. l. ſancimus. §. licentiam. C. de iure delib. & l. 2. §. in exigendis, quan. & quib. quar. par. lib. 10. & arg. not. in l. 1. ff. de ceſ. bo.
13 † Et idem faciet de vxore, & aliis domeſticis, qui talia ſcire poſſunt. arg. l. conſenſu. §. ſeruus. C. de repud. & ſi nil inueniatur, cõcitet propinquos & vicinos qui teſtificentur ſuper hoc, & ſi dixerint ſe neſcire de bonis, cumque non eſſe ſoluendo, ſaltem fama & opinio circum adſtantium ſufficiet, arg. l. cum de lanionis §. aſinam. de fun. inſtru. inſtrumentoq; leg & l. 1. §. 1. de. flumi. Sed ad hoc erit citandus poſſeſſor rei obligatę. l. nam ita diuus. de adopt. l. in cõcedendo. de aqua plu. arc. & l. 2. in fi. adue. pu. penſ. & l. magis §. ne paſſim. & §. ne prius. de reb. cor. & l. ſi quidem noluerit, & neget debitorem eſſe inopem procedetur ad teſtes per actorem contra reum, probando debitorem ſoluendo nõ
14 eſſe, vt C. de hær. act. l. adultam. † & ipſe poſſeſſor poterit producere ſuos teſtes, dicendo eum eſſe ſoluendo, vt l. ex perſona. de probat. & l. fi. §. ſi cert. pet. quia incidenter cauſa ſua eſt, vel intereſſe poterit. l. principaliter. de lib. cau. & auth. nũc ſi hæres. de litig. & arg. C. de teſt. l. ſi quando. & l. laudabilem. de aduo. diuerſ. iud. immò minus valebit, quia lis conteſt. nõ fuit, cum hoc ad præparationem alterius iudicij poterit aliter expediri. argu. l libertis. in fi. de lib. cau. & l. quoniam
15 de adult. † Tertio modo poteſt fieri, & hæc communiter obſeruatur, vt iudex mittat præconem, ſiue executorem ad inquirendum & ei referenti credatur, & bona excuſſa pronũciet, & eſt arg. ad hoc in l. præſenti. §. ſic vbi de his qui ad eccleſ. confug. & l. fi. de iudi. & l. magis. §. ne tãtum. de reb. eor. & l. ea quidem. C. de accuſ. & l. 1. C. de decur. lib. 11. ſed conſiliũ eſt, vt duo executores mittãtur, quia in ore duorũ &c. vt in auth. de teſtib. in 1. & §. ex prouinciali de defenſ. ciui. & l. fin. C. de bon vacan. & l. 1. § & ſi quidem. ff. de ventre
16 inſpic. † Sed an ſufficiat relatio nuntij referentis nihil eſſe, iudice eius vigore nil eſſe pronunciante, ita quod poſſit ad fideiuſſores deueniri. vide Barto in l. ſtipulatio. §. & habet iſta ſtipulatio. in fin. de verbor. obliga.
17 † Quid ſi bona inueniuntur, quæ tamen ſint in cõtrouerſia, an erit locus hypothecæ, vel etiam conuentioni? videtur ꝙ ſic. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper. de re iudi. & l. 3. C. quando fiſc. vel priua. Econtrà videtur quòd nõ, niſi primò cognoſcat vtrum ſit debitoris vel alterius, & hoc ſummariè, d. l. 3. Si autem poſſideret debitor: & tunc capiet bona, nec ſit locus hypothecæ, quãdiu ab eo euincatur, an poſſideat aduerſarius vel non, vt d. l à diuo Pio. Sin autem facta ſolutione, inueniatur pro parte ſoluendo, & pro parte, non, tunc tantum erit locus hypothecę in reliquum debiti, arg. d. l. Moſchis. & prædictæ auth. præſente. & l. fin. ſi cer. pet. arg. contra
18 in l. ſoluendo. de verbo. ſignif. † Quæritur, an de hac excuſſione ſit fides facienda ante litis conteſtationem in hypothecaria ſi de hoc exigatur? & videtur ꝙ ſic, quia declaratoria eſt iudicij, de qua ante lit. conteſta. cognoſcendum eſt, vt l. pe. C. de excep. & d. l. fi. §. fi. & vide ꝙ not. in l. exception. de exceptio. & l. 3. circa fi.
19 & l. ſi fideiuſſor. in gl. fi. de fideiuſſor. † Sed pone ꝙ diuerſi ſunt emptores rerum obligatarũ, an ille qui conuenitur, poterit obiicere de aliis cõueniẽdis pro virili portione, videtur ꝙ ſic, d. l. Moſchis. Sed cõtra eſt l. fi.
20 C. ſi vnus ex plurib. & l. creditores. de diſtra. pign. † & quia cauſa pignoris eſt indiuidua, vt l. rem hæreditariam, de euict. & l. qui pignori. de pign. Item pone ꝙ mulier renuntiauit iuri hypothecarũ in contractu alienationis factæ à marito, an agatur aduerſus alios poſſeſſores verum marti? deducitur, ꝙ ab aliis deducere potuiſſet. arguo ꝙ ſic. l. quęſitum. de pec. §. ſi annua. &
21 l. quamuis ad Velleianum. † An autem facta excuſſione & pronuntiatione, poſſit excipi de debitore locuplete conueniendo, videtur ꝙ non, quia iam iudicatũ eſt: & iudicatum, pro veritate accipitur. l. ingenuum, de ſtat. ho. & obſtat exceptio, ſi præſens fuit, aliàs nõ, quia res inter alios acta, & c. l. ſæpe. in prin. de re iudi. niſi fortè per gratiam, vel colluſionem iudicatum fuit

22 vt l.venales.C.quãdo prouoc.non neceſ. † Item quid
dicetur ſi poſt pronuntiationẽ excuſſionis auctæ ſunt
facultates, videtur quòd tamen procedatur in hypo-
23 thecaria.l.1.§.ſi qui ſatiſd.cog.l.2.in fi.de appel. † Itẽ
quid ſi debitor principalis eſt abſens, ita quod conue-
niri non poteſt, an poterit conueniri poſſeſſor, dico
ſic, vt § 1.in auth.de fideiuſſorib.& non.in auth.hoc ſi
debitor.C.de pign.& debet fieri copia excuſſionis an
tequam agatur hypothecaria, vt not.in l.in magnis.de
pignorib.in fin.

Queſtiones iſtæ quæ ſequuntur, ſunt additiones ad dictum tractatum, de quo ſuprà.

24 Item † an debitor obligatus per principali, poſſit op-
ponere, ꝙ non ſit facta excuſſio principalis, vide Bar.
in l.omen.C.quæ res pign.& vide Bal.in l.2.C.quan.
fiſc.vel priua. † Item ſi eſt actum contra vnum ex cor-
25 reis, an poſſit agi contra tertium poſſeſſorem, non ex-
cuſſo alio correo. vide Bartol.in l.quomodo libet.C.
quo quiſque ord.côuc.lib.11.& in l.mulier.ff.qui pot.
in pign.hab.& Iac.de Bel.in auth.de fideiuſ.§.ſed ne-
que & vide etiã Ang.in auth.hoc ſi debitor.C.de pig.
qui tenet, ꝙ non poſſit cõtra poſſeſſores procedi, niſi
26 excuſſis omnibus reis. † An autem paria ſint, excuſſum
eſſe, & excuti non poſſe, vide Bald.in l.ſi fideiuſſor.ff.
27 qui ſat.cog. † Item fideiuſſor in criminali, non habet
28 beneficiũ excuſſionis. Bal.in d.l.ſi fideiuſſor.§.1. † Itẽ
non eſt neceſſaria excuſſio rerum & perſonarum, quæ
ſunt in alieno territorio. Bald.in l.ſciendum.ff.qui ſa-
29 tiſd.cog. † Item excuſsio an poſsit ſuppleri poſt litem
conteſt.Bal.in auth.rogati. ad Treb. & ibi vide cum.
30 † Itẽ in excuſsione debet moneri pars, vt ſit cum nun
tio.Bal.in l.C.de vſuc.legat. Item excuſsionis beneſi-
cium non competit argentario qui fideiuſsit.§.argen-
tarium.in auth.de fideiuſ.& Bal.in l.fi.C.ad leg.Falci.
31 † Item quando tertius poſſeſſor habet cauſam à debi-
tore, an ſit facienda excuſsio, vide in Spec.de oblig &
ſolu.§.1.verſ.fin. Item exceptio diſcuſsionis eſt merè
non dilatoria, ſed anormala, vt dicit Bar.in conſ. Ter-
32 tius. † Item licet procedat iudicium, ſi nõ opponatur
de excuſsione: tamen actor non obtinebit in hypothe
caria cõtra tertium, ſi non probet excuſsionem factã
vel debitorẽ inopem, vt dicit Bal.in l.2.C.commu.di.
33 † Item ſicut ad recuperandum pignus conuentionale
eſt neceſſaria excuſſio, ita ad reparandum pignus pre-
toriũ, ſecundum Ang.in l. ſi quis miſſum.§ fi.de dam.
34 infec. † An qui promiſit indemnitatem, poſſit côue-
niri principali non excuſſo. vide Bar.in l.1.C.de con-
35 uen.fi.deb.lib.10. † Quid ſi actum eſt hypothecaria,
& lis conteſtata, non facta excuſſione, an lite pendẽte
36 poſſit fieri? videtur quod ſic, arg.l.ſi.§.ſi rem.ff.de pi-
gnor.act. Sed an valeat ſententia ſine excuſſione prin-
cipalis facta, arguo quod non, in l.1.C.de appel. Item
an tantum in tacita, vel etiã in expreſſa locum habeat
excuſſio, not.in auth.de fideiuſ.§.ſed neque, & melius
in d.l.Moſchis.

PERVTILIS TRACTATVS DE DISCVSSIONIBVS, EDITVS

D.Benedictum de Plumbino, aliàs de Barcis.

SVMMARIVM.

1 *Diſcuſſio quid ſit, & quibus caſibus facienda.*
2 *Contra debitorem & fideiuſſorem iudicatum ſolui eodem tempore poteſt fieri executio.*
3 *Fideiuſſor obligatus per inſtrumentum guarentigiæ, non habet exceptionem diſcuſsionis.*
4 *Caſus in quibus neceſſaria non eſt diſcuſsio.*
5 *Diſcuſsio neceſſaria eſt, quando agitur hypothecaria contra tertium, & quando agitur contra debitorem debitoris.*
Et in pluribus alijs caſibus, vt ibi.
6 *Diſcuſſio de quibus rebus facienda.*
Limita vt ibi.
7 *Diſcuſſio an ſit facienda de bonis in alieno territorio conſiſtentibus.*
8 *Tertius poſsidens, quando fit diſcuſſio cõtra principalem debitorem, an ſit citandus.*
9 *Libellus an detur in iudicio diſcuſſorio.*
10 *Creditor agens contra tertium, non facta diſcuſſione, quid probare habeat.*
11 *Interlocutoria iudicis de excuſsione legitimè facta, an ſit neceſſaria, an verò ſufficiat quòd iſtud ex actis conſtet.*
12 *Diſcuſſio quomodo & quo ordine ſit facienda in reali.*
13 *Diſcuſſio quomodo probetur legitimè facta.*
14 *Et an vitietur, ſi dicatur quod fuit erratum.*
15 *Diſcuſſio contra quas perſonas ſit facienda, antequam poſſit conueniri tertius poſſeſſor, aut fideiuſſor hypothecaria.*
16 *Diſcuſſio an requiratur principalis debitoris, quando non agitur hypothecaria, ſed conducitur, vel vendicatur res à tertio poſſeſſore.*
17 *Duo iudicia an ſint neceſſaria, vnum ſcilicet contra debitorem in diſcutiẽdo bona, & alterum contra fideiuſſorem, vel tertium poſsidentem pro cõſecutione rei poſſeſſæ, vel debiti promiſſi.*
18 *Diſcuſsionis exceptio an ſit opponenda ante litis conteſtata vel poſt poſsit opponi.*
19 *Sententia lata contra poſsidentem in hypothecaria, an poſsit excipi de non facta diſcuſsione.*
20 *Poſſeſſore allegante poſtquam petitur executio contra eum, quòd bona ſuperuenerunt principali debitori, an ſit audiendus ipſe.*
21 *Iudex an poſsit ex officio reſiſtere quod fiat diſcuſsio,*

ſcuſſio quãdo quis nõ excepit de eius beneficio.

22 *Reuocatoria quando agitur, quia creditor dicit bona alienata in fraudem creditorũ, an poſsidens poſsit excipere, ꝙ fiat diſcuſſio debitoris.*

23 *Quid ſi debitor conſtituat, ſe creditoris precario nomine poſsidere bona ſua, deinde alienet, an poſſeſſor conuentus à creditore, habeat beneficium excuſsionis.*

24 *Precario rogans naturaliter poſsidet.*

25 *Diſcuſsio an ſit facienda, quando proceditur in cauſa de veritate, & æquitate.*

1 PRIMO videndum eſt, † quid ſit diſcuſſio. & dic ſecundum Iac. de Are. quòd eſt bonorũ debitoris vſque ad perã facta diligẽs inquiſitio atque detentio. Secundò videndũ eſt, in quibus caſibus ſit faciẽda diſcuſſio. & dic, ꝙ hæc materia frequentatur quando agitur cõtra tertiũ poſſidentem, vt in auth. hoc ſi debitor. C. de pign. vel quando agitur contra fideiuſſorẽ, vt in auth. præſente. C. de fid. contra quem nõ eſt aperta via, niſi primò ſit facta diſcuſſio cõtra principalẽ debitorẽ, vt dicit Bal. in l. 2. C. com. diuid. Quod fallit primò in fideiuſſore iudicatum ſolui, quia cõdẽnato debitore, vtique & ipſe videtur condẽnatus: † & idẽ contra vtrunque eodẽ tempore executio fieri poteſt vt dixit Bal. in l. cũ eorũ. C. de ſentẽ. & idẽ dixit eſſe in quolibet fideiuſſore obligato per inſtrumentũ guarẽtigiæ, attento ꝙ videtur etiam cõdemnatus vna cũ principali virtute guarentigiæ, ſecundùm Cy. & Bal. in l. certum. C. fam. erciſcund. & ideo Bald. in l. 2. ff. qui ſatiſ. cog. dixit no 3 † quòd fideiuſſor obligatus per inſtrumentũ guarẽtigiæ, non habet exceptionẽ diſcuſſionis, ſecundùm d. auth. præſente. licèt Guil. in tractat. de diſcuſ. dicat cõ 4 trariũ. † Secundò fallit, quando notoriè conſtat, principalem debitorẽ non eſſe ſoluendo, vt dicit glo. in l. decẽ. de verbor. oblig. Tertiò fallit, quando ipſe fideiuſſor eſt etiam principaliter obligatus, vt dixit gl. in l. mulier. in quib. cau. pig. vel hypo. ſol. Contrariũ no. gl. magna in fi. in §. 1. in auth. de fideiuſſor. Quartò fallit, quando eſſet renuntiatũ beneficio de fideiuſſoribus, vt d. auth. præſente. Quintò fallit in campſore, vt dicit Bal. in l. fruſtra. C. de non nume. pecu. per glo. in §. argentariorum. auth. de fideiuſſor. Sextò fallit, quãdo principalis non eſt in loco, nec eſt de breui reuerſurus, & ſua ſubſtãtia ignoratur, vt dicit Ange. in §. ſed 5 neque. in auth. de hær. & Falci. † Itẽ neceſſaria eſt diſcuſſio, quando agitur hypothecaria contra tertiũ poſſidentem. auth. hoc ſi debitor. C. de pig. Itẽ & tertiò, quando agitur contra debitorẽ debitoris. nã repellit agentem, niſi primò diſcutiat primũ debitorem. vt l. 2. quand. fiſc. vel priua. ꝙ eſt verũ, niſi ſit conſtitutus procurator in rẽ ſuam vt dicit ibi Bal. Item & quartò eſt neceſſaria, quãdo duobus eſt facta cõmiſſio, ſed vni ſpecialiter, & alteri generaliter, vt l. quoniam. C. de cõuẽ. fiſci debitor. li. 10. quã legẽ ad hoc Bal. alleg. in d. l. 2. Item & quintò eſt neceſſaria, quando debitor fiſci ſoluit collectori, & non ſeruauit ſolẽnitatem, de qua in l. 2. C. de conuen. fiſci debito lib. 10. nam hoc caſu ſi conueniatur à fiſco, habet exceptionem, vt primò diſcutiatur collector qui recepit. vt eſt text. in d. l. 2. de conuen. fiſci debito. Sextus caſus eſt in l. 1. C. de decurio. lib. 10. Septimus eſt in l. decẽ. de verb. oblig. Octauus eſt in l. iſta. Nonus eſt, quãdo eſt promiſſa indẽnitas, vt dictũ eſt per l. nõ iuſtam. C. de cõuẽ. fiſci debitor. lib. 10. Decimus eſt in l. 3. §. nõ oportet. de magiſt. conuen. Vndecimus eſt in l. Moſchis ſ. de iure fiſc. Duodecimus eſt in l. vnde quæritur. commod. per quam legẽ dicitur, quòd quando plures ſunt principaliter obligati, ſed vnus ex eis recepit pecuniã, quòd ille qui recepit, eſt primò excutiendus, de quo vide p Bar. in l. duobus. de duob. reis. & vide tex. 6 in l. cùm plures. §. veſtimenta. locati. † Tertiò, de quibus reb⁹ ſit faciẽda diſcuſſio. dic, ꝙ fieri debet de omnibus rebus pertinentibus ad debitorem, vt dicit Iac. de Are. in ſuo tract. & Ang. in d. l. ſed neq;. vbi limitat hoc verum, niſi eſſent bona litigioſa, quæ nõ ſunt cõſideranda quo ad hunc effectũ. Sed Iac. aliter dicit in dicto trac. & fortè veriùs, quia licèt ſint litigioſa, recipiũt tamen æſtimationẽ, ſecundum ꝙ æſtimari poteſt dubius euẽtus litis, vt dicit gl in ſimili. in l. per diuer- 7 ſas. C. mand. † Sed an ſit facienda diſcuſſio etiã de bonis in alieno territorio exiſtẽtibus, Ang. in d. §. ſed neque. dicit ꝙ ſic. per l. ꝙ niſi. de ope. liberto. & arg. l. Mæuia de manumiſ. teſtament. Sed cõtra hoc facit l. ſed & hæ. §. non tantùm. de procuratoribus. & l. non ſolùm. §. ſi arbiter. de arbit. & ideo fortè poteſt ſic dici, ꝙ aut fuit allegatũ ꝙ bona poſſidebat in alio territorio, & tunc facienda eſt diſcuſſio, aliàs verò non. & hoc intellige, ſi locus ille nõ ſit multum remotus, vt ſi conuentus diceret, ꝙ principalis debitor habet bona in Alemania. nam tunc non debet attendi, vt in ſimili dixit Ang in l. ſi filius. qui ſatiſd. cogantur. quãdo qui vult euitare ſatiſdationẽ, allegando ꝙ poſſidet immobilia, quia non releuatur, ſi ſint in loco multũ remoto. 8 † Quartò principaliter videndũ eſt, an ſit opus citare tertiũ poſſidentem, quando diſcuſſio ſit cõtra principalem debitorem, & dicit Iac. de Are. ꝙ ſic, per l. de vnoquoque. de re iudi. & idẽ dicit Bald. in l. 2. quã fiſ. vbi dixit. quòd diſcuſſio facienda eſt citatis his quorũ intereſt, & qui lædi poſſunt, per l. in executione. §. in- 9 ſolidũ. de verbo oblig. † Quintò principaliter, an detur libellus in iudicio diſcuſſorio, & Bal. in dict. l. 2. tenet ꝙ non, quia eſt de præceptoriis ſecundi iudicij ordinarij, ꝙ moueri ſperatur contra tertiũ poſſidentẽ: nã cùm ſit pars ſecũdi iudicij, ſufficit libellus, qui dabitur in ſecũdo iudicio. & ita in ſimili dixit Bart. in re- 10 pet. l. de ætate. de minor. Sextò principaliter, † ꝙ habeat probare creditor, quando non facta diſcuſſione vult agere contra tertiũ poſſidentem, vel contra fideiuſſorẽ. dic ꝙ primò debet probare ſummariè ſe creditorem, & poſtea quando agit cõtra illum tertiũ, vel contra fideiuſſorem, tenetur debitum plenè probare, vt dixit Bal. in l. 2. C. quan. fiſc. Item tenetur probare, ꝙ debitor non fuerit ſoluendo vt habetur in hac l. & in l. decem. de verb. obli. & quomodo hoc probetur, vide Bar. in l. ſi conſtante. ſolu. matr. & Bal. in auth ſed hodie. C. de act. & oblig. & in l. 1. C. de reuoc. quæ fi. 11 in fraud. credi. Septimò principaliter, † an ſit opus ꝙ iudex interloquatur diſcuſſionem fuiſſe legitimè factam, vel ſufficiat, ꝙ iſtud conſtet ex actis. Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. habet autem. de nouis operis nuntiatio. & in l. exitus. de acquir. poſſ. dicit ꝙ requiritur ſentẽtia. ſed in d. auth. ſed hodie. tenet contrarium. & vide ꝙ ipſe no. in l. in criminali. C. de iur. om. iudic. & in l. omniũ. C. de teſta. & in l. ſancimus. C. ad Treb. vbi adducit theoricam Iac. de But. & vide etiam ꝙ no. Bar. in l. inſerti. C. de interdic. & in l. ſi finit. §. Iulianus. in quæſtione de damn. infect. & vide l. tutores à patruo. de confirma. tut. & in l. à diuo Pio. §. in venditione. de 12 re indic. † Octauò principaliter, quomodo & quo ordine faciẽda ſit diſcuſſio in reali, vide Bal. in auth. ſed hodie. C. de action. & oblig. & quãdo ſit faciẽda diſcuſſio de perſonis, vide Bar. in l. duobus. de duob. reis.

13 † Nonò principalitet, quomodo probetur legitimè
fuiſſe factam.dic ꝗ conſtat primo per ſententiam, in
qua iudex declarauit fuiſſe legitimè ſactam, per §. in
venditione.Secundo quando fuerunt conquiſiti vici-
ni,vt docerent bona,& fuerunt miſſi exploratores, &
facta fuit relatio per nũtios,vt plenè habetur per Bal.
in l.1.& 2.de reuoc.his quæ fiunt in fraudem credito
rum.& eſt cautela,vt fiat proclama,vt ibi dicit Bal. &
idẽ eſt ſi ex actis poteſt apparere, ꝗ principalis nõ ſit
14 ſoluendo, vt dictum eſt.† Decimò principaliter, an
vitietur,ſi dicatur,ꝗ fuit erratum.Bar.in d.§. in vẽdi-
tione.dicit,ꝗ propter hoc proceſſus non vitiatur per
15 l.1.C.de vendica. pig.ag.† Vndecimò principaliter
eſt videndum, contra quas perſonas ſit facienda diſ-
cuſſio,antequã poſſit conueniri hypothecaria tertius
poſſeſſor,aut fideiuſſor:& in hoc cõcludas,ꝗ opus eſt
facere diſcuſſionẽ contra primũ debitorẽ, nedum in
perſonali,ſed etiam in hypothecaria, ſi obligauit bo
na ſua,vt dicit Bar.in l.edita.C.de edendo.& Ang. in
d.§.ſed neque.& quod plus eſt,glo. in leg.mulier.qui
potio.in pig.habeantur. dicit quod opus eſt diſcute-
re primo debitorẽ,fideiuſſorẽ,mandatorẽ,quã venia-
tur contra tertium poſſidentẽ.Nã patrimonium fide-
iuſſoris impinguat patrimonium debitoris,vt l.ſi plu-
res.§.preterea.de fideiuſſorib.Sicut de patrimonio tu
toris dicit gl.in l.ſi mulier.C.de iur. do. Itẽ eſt opus.
ꝗ ſi duo ſocij ſunt obligati inſolidum, ꝗ primò facta
ſit diſcuſſio de vtroque,quam eatur contra fideiuſſo-
rẽ,vel tertiũ poſſidentẽ,vt dicit Bartolus in l.1.C.quo
quiſque ordina conuen.lib.11.& Bald. in d. auth. ſed
hodie.Et vide gl.in d.l.mulier.quæ vult, ꝗ non poſſit
agi contra tertium poſſidentẽ,niſi primo ſit facta ex-
cuſſio de debitore in reali & perſonali.ꝗ eſt verũ,niſi
ille ſit vnus ex obligatis principaliter, ſicut erat in d.
l.mulier.quòd not. Inſuper ſi debitor alienaſſet bona
in fraudem creditorũ,antequam eatur contra fideiuſ-
ſorem,opus eſt ꝗ ſi actũ reuocatoria contra illos,qui
participata fraude emerunt bona,per tex.cum gl.fi.in
fi.in l.bona.§.1.de iure fi.& videtur eſſe de mẽte Bar.
in l.à D.Pio.§.ſi.ſuper.de re iudic.& vide ꝗ not. Bal.
in l.in executorẽ. de excep. rei iudic.C.& Ang.in l. ſi
quis miſſum §.ſi.de dam. inſe. Duodecimò principa-
16 liter, † an requiratur diſcuſſio principalis debitoris,
quando non agitur hypothecaria, ſed condicitur vel
vendicatur res à tertio poſſidente.dic,ꝗ tunc non eſt
opus facere diſcuſſionem, vt habetur in auth. ſi debi-
tor. C. de pig.& per Bal.in rub.de reu.his qui in frau.
ſi.cred.& ad idẽ ſit,quãdo bona ſunt expreſſè deſigna
ta & obligata Bal.in l.hæredem.C.de hære.act. dicit,
ꝗ tali caſu eſt neceſſaria diſcuſſio. Tertiodecimò prin
17 cipaliter, † an duo ſint iudicia neceſſaria,vnum ſcili-
cet contra fideiuſſorẽ,vel tertiũ poſſidentem pro cõ-
ſecutione rei poſſeſſæ,aut debiti ꝓmiſſi.& in hoc dic
vna cum Bal. in l.licet.ff.ſi quis om.cau.teſt.& Bar.in
l.edita.C.de eden. ꝗ requiruntur duo iudicia: primũ
eſt ſummarium ſuper diſcuſſione,& eſt præparatoriũ
ad ſecundum, & etiam poteſt in eo iudicio cumulari
vtrunque,ita ꝗ de duobus iudiciis fiet vnum,agendo
primo contra fideiuſſorem,& ſi excipiatur de diſcuſ-
ſione non facta,poterit replicari ꝗ non erat neceſſa-
ria,quia principalis non eſt ſoluendo,& petere termi
num ad probandum:& hoc legitimè probato,conſer-
uabitur proceſſus primo factus, ſicuti ſi fuiſſet facta
diſcuſſio primo,& hoc eſt ꝗ vult gl.in l.vbi hoc actũ.
18 ff.de pact.quam Ang.ibi ſingulariter nota.† Quarto-
decimò,an exceptio diſcuſſionis ſit opponenda ante
litem conteſtatam,vel poſſit opponi ad merita cauſæ,
& ſic poſt litem conte.& in hoc dic vna cum Bar.in l.
& ſi inſtrumenta.C.de fi.inſtru & in ha.fiſc.lib.10.ꝗ
iſta exceptio opponi poteſt ante & poſt litem conte-
ſtatam,& ſic habet naturam litis finitæ, de quo vide
in l.ait prætor.§.ff.de iureiur.Similiter dicas, quod ſi
actor nõ fecit diſcuſſionem in principio iudicij,& ſic
ante litem conteſtatam, ꝗ per hoc non vitiatur pro-
ceſſus cũ poſſit ſuppleri poſt litem conteſtatã,vt dixit
19 Bal.in auth.cõtra rogatus.in fi.C.ad Treb.† Quinto-
decimò principaliter,an poſt latam ſententiam in hy-
pothecaria contra poſſidentem,poſſit excipi de nõ fa
cta diſcuſſione:& dic ꝗ non,vt ſupra dictum eſt,quã-
do nõ eſt oppoſita exceptio pendẽte proceſſu, omiſ-
ſio diſcuſſionis vitiat proceſſum: ergo poſt ſententiã
non poteſt opponi,quia tãdem excipitur, cum ſentẽ-
20 tia ſit valida,vt ſuprà dictum eſt.† Sextodecimò prin-
cipaliter,quid ſi poſſeſſor,contra quẽ petitur execu-
tio,dicat, ꝗ bona ſuperuenerunt debitori principali
poſt ſententiam latam contra ipſum, an ſit audiẽdus?
21 Iacob.de Are.in ſuo tract.tenet,ꝗ non.† Decimoſe-
ptimò principaliter,an iudex quando quis non exci-
pit de beneficio diſcuſſionis,poſſit ex officio ipſe ſup
plere & reſiſtere ꝗ fiat diſcuſſio.& in hoc eſt dicẽdũ,
ꝗ ſi ex actis factis coram iudice cõſtat, diſcuſſionem
fieri debere,ꝗ tunc iudex poteſt ſupplere per not. in
l.lecta.ſi cert.pet.& per Bar.in l.eum qui ita.de verb.
22 obliga.aliàs autem non poſſet,ꝗ not.† Decimoocta-
uò,an quando agitur reuocatoria,quia creditor dicit
bona fuiſſe alienata in fraudem creditorum, poſſit
tunc poſſeſſor excipere,ꝗ fiat diſcuſſio debitoris.vi-
de quod not.Bart.in rub.& in l.1.C.de reuo.quæ fi.in
23 fraud.cred & in l.1.C.ſi de vend.pign.† Decimono-
nò principaliter,quid ſi debitor conſtituit ſe precario
nomine creditoris poſſidere bona ſua,deinde alienat,
an tunc poſſeſſor conuentus à creditore, habeat be-
neficium excuſſionis?& hoc eſt vtile,eo ꝗ mariti perſæ-
pè in inſtrumento receptæ dotis promittunt in caſu
ſoluti matrimonij reſtituere dotem, & conſtituunt ſe
præcario nomine vxoris omnia bona poſſidere,dein-
de alienant bona,poſtea agit contra poſſidentem ma-
trimonio diſſoluto, non facta diſcuſſione contra hæ-
redes mariti, & dubium eſt an poſſit. & Bal.in l.1.C.
de reuo.his quæ fi.in fraud,cred.vult, ꝗ non requira-
tur diſcuſſio.& idem tenet Ang.in l.exitus.de acquir.
poſ.per l.ſi.C.de acquir.poſſ.quæ vult, ꝗ ille qui no-
ſtro nomine poſſidet, non poſſit nobis adferre præiu-
dicium,& ideo vult quod Dominus vel creditor poſ-
ſit ſine aliqua obſtantia recuperare tenutã.Sed tu dic,
quod hoc non probat, quia loquitur in mero detẽto-
re,qui noſtro nomine detinebat,deinde alienauit, &
ſic loquitur in inquilino, vel in alio detentore, & in
24 iſto loquitur in poſſeſſore ſaltẽ naturaliter.† nam qui
precario rogat,naturaliter poſſidet,vt l.quod meu.&
l.interdum.de acqui poſſ.& ideo dic,quod ſi eſſet cõ-
ſtitutum ſine precario,procedet dictum Bal. & Ang.
quia eſſemus in mero detentatore.Sed nõ poteſt pro-
cedere in marito qui conſtituit ſe precario poſſidere.
&.ita alias diſputando firmaui:& ex hoc inferas quod
tertius poſſeſſor,qui habet cauſam à detentore, non
habet beneficium excuſſionis contra illum pro quo
25 detentor retinebat.Vigeſimò & vltimò, † an quãdo
proceditur in cauſa de veritate & æquitate, ſit opus
facere diſcuſſionem,& in hoc dicendum eſt, quod nõ
eſt neceſſaria,quia eſt iſta ſolemnitas de apicibus iuris,
& non eſt de æquitate,& ita dicit Bald. in l.ſi manci-
pium.§.fin.per gloſſam ibi poſitam.

FINIS.

CLARIS-

CLARISSIMI VIRI DOMINI IODOCI DAMHOVDERII IVRISC. BRVGENSIS, SVBHASTATIONVM compendioſa Exegeſis capitatim diſtincta.

AVTHOR LECTORI.

MEMINERIS ante omnia (Lector candidiſsime) in hoc opuſculo me non declamatoris, non rhetoris partes aſſumere, neque in mouendis affectibus immorari, quum id apud Athenienſes per præconē oratori ſummopere vetitum fuerit, adeo vt ea ratione diuinus ille Plato oratores à republica frequenter ablegarit. Eſt enim vitij deteſtandi, animos lectoris aut auditoris ſuo conatu à vero auertere: verum opinionem meam, meamque ſententiam iuris textibus atque item rationibus vrgentibus, verborum interim inanium prolixitate omiſſa, nuda ſimplicique phraſi, quam poſſum diligētiſsimè confirmaturus ſum: Ornari enim res ipſa negat, contenta doceri.

CAPVT PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 Iuris ſanctiones ad ea quæ frequentius accidere ſolent, condita ſunt.

2 Legiſlatores ad eorum quæ ſæpe numero eueniūt cognitionem, multo magis quam quæ rarò contingere ſolent, adſtringuntur.

3 Praxis, vera Legū Canonumq́; enucleatrix eſt.

4 Theorica, id eſt, Scientia ſine experientia, parui eſt momenti.

5 Expertus non artifex, certius operatur artifice inexperto.

6 Natura potentem, ars facilem, vſus promptū reddit artificem: & cuilibet artificio præbet experientia nutrimentum.

7 Experientia efficax rerum magiſtra.

8 Quæſtio omnis à definitione proficiſci debet.

9 Subhaſtatio quid ſit.

10 Subhaſtatio vnde dicta.

11 Subhaſtatam rem eſſe & præconizatam, paria nonnunquam ſunt.

12 Subhaſtare quid ſit.

13 Haſta quid erat.

14 Præcones qui ſint.

15 Subhaſtatio in quibus requiſita.

16 Subhaſtatio an requiſita in venditione bonorum eccleſiæ ac ſimilium piorum locorum.

17 Subhaſtationibus omiſſis, ſi res eccleſiæ vendatur, an teneat venditio.

18 Subhaſtatio præter cōmodum, bonum & æquum nihil adfert.

19 Subhaſtationis ſolennitas, nequaquam leuis ſolennitas eſt.

20 De alienatione, ipſius ſolennitate & forma rerū eccleſiaſticarum, & ſimilium.

21 In alienatione rerum eccleſiaſticarum cauſæ cognitio principio deſideratur.

22 De alienationis legitima cauſa debet apparere ac diſcuti, quid magis alienari expediat.

23 Vbi diſputatur, cauſæ cognitio abſimiliter requiritur.

24 Alienatio rei eccleſiaſticæ vel rei publicæ, vt valeat, quinque ſecundùm Accurſ. requiruntur.

25 Alienatio vel venditio rei eccleſiaſticæ, vt valeat, debet neceſſitatis aut euidentis vtilitatis eccleſiæ cauſa fieri.

26 De ipſius eccleſiæ vtilitate ac neceſſitate, ad effectum alienationis fiendæ, aliter conſtare debet, quam per prælati aut ſuperioris aſſertionem aut confeſſionem.

27 Confeſſio per voluntariæ iuriſdictionis modum emanans, eccleſiæ præiudicare nequit.

28 Abbatiſſa debet requirere monialium conſenſum pro alienatione fienda.

29 Conſuetudo curiæ epiſcopalis, circa decreti interpoſitionem eſt ſeruanda.

30 Forma debet eſſe actui coniuncta.

31 Decretū, quia eſt habilitatio ad actum, ſemper præcedere debet.

32 Contractus quando eſt vtilis Eccleſiæ, decretum poteſt & præcedere & ſequi, etiā ex interuallo, valétque contractus, Baldo teſte.

33 In alienatione rei eccleſiaſticæ ſolemnitas quocunque etiam iure requiſita, omiſſa, nonnullis in caſibus contractum minimè vitiat.

34 Res quando modicæ æſtimationis dicatur, iudicis arbitrio ſtatur.

35 In rei eccleſiaſticæ alienatione iura certam ſolēnitatem requirentia, habent locum, quando alienetur directum: nequaquam, quando vtile dominium duntaxat.

36 Epiſcopus vel prælatus quando emit rem à ſuæ

*eccleſiæ aut capitulo, non requiritur ſolem-
nitas, quæ requiritur in extraneo emptore.*

37 *Statutum arctans Eccleſiam vel pium locum ad
vendendum, an valeat*

38 *Subhaſtatio an requiſita in alienatione rerum
publicarum ac communitatum.*

1 QVONIAM ſacroſanctæ † iuris ſanctio
nes ad ea quæ frequētius accidere ſo-
lent, conditæ ſunt, teſte Pomp. in l. Iu-
ra cōſtitui. ff. de legib. præſentis inſti-
tuti meique muneris eſſe non abſurdè
2 cenſui, nonnullas ſtudij † horas in huiuſmodi collo-
care: quū legiſlatores ad eorū, quę ſæpenumero eue-
niunt, cognitionem multo magis, quam quæ rarò cō-
tingere ſolent, adſtringātur: vt in auth. vt ſine prohib.
matri. debit. & credit. § quia verò. Cuius itidem & lu-
culenter meminit Celſ. I.C. in l. Nam ad ea. ff. de le-
gib. Huius itaque Exegeſis materia admodū frequēs
3 & vtilis eſt, nec non in praxi (quæ vera legum † cano-
numq́; enucleatrix eſt, Baldo teſte, in titulo de Feud.
Sine culpa non admittend. in vſib. feu.) apprimè com
4 mēdabilis. Hinc regulariter ait D. Ioan. An. in c. Poſt
tranſlationem per illum textum, de renuntia. Theori
cam, ſine practica ſeu adaptatione, id eſt, ſcientiam ſi-
ne experientia, parui admodum eſſe momenti. Quod
5 etiam perpulchrè alibi ait quidam magni † nominis
philoſophus, Expertum non artificem, certius ope-
rari artifice inexperto. Atque idem alio ſatis etiam ce
lebri loco: Natura potentem, ars facilem, vſus prom-
6 ptum reddi artificem: † & cuilibet artificio præbet
experientia nutrimentum, cuius partim & meminit
Marcellus I.C. in l. legatis. §. Ornatricibus. ff. de le-
ga. 3. quibus nec inconcinnè addi poterit textus in c.
quam ſit, ad exordium, cum gl. in verbo, magiſtra re-
7 rum, de † electio. libro 6. habēs, magiſtram rerum ef-
ficacem, experientiam eſſe. Quam ob rem ad munus
ſuſceptum progrediamur. Sed ne ex ignotis, incogni-
8 tiſque † procedamus, quandoquidem omnis quæſtio
à definitione proficiſci debeat, (vt inquit Cicer. pri-
mo officior. libro) pretium operæ duximus, Muſis be-
ne fauētibus, ſciſcitari, Quid ſubhaſtatio? vnde dicta?
9 In quibus requiſita? & † cuius efficaciæ ſit? Cuius or-
dini vt faciamus ſatis, Subhaſtatio eſt rei venalis pu-
blicè expoſitio, cum præcones, vel edicto, vel procla-
matione, quæ pluris licitanti ſeu offerenti cōceditur,
ſicuti probatur in auth. Hoc ius porrectum. C. de ſa-
croſanct. eccleſ. & in l. 1. C. de fid. inſtru. & iure haſt.
10 fiſca. lib. 10. † Et dicitur ſubhaſtatio, ab haſtario, quod
ſecundùm Papiam locus eſt vbi venduntur vel vende-
bantur proſcriptorum bona. Animaduertendum ta-
11 men, nequaquam † diſparia in iure vnquam reperiri,
rem eſſe ſubhaſtatam & præconizatam, vti Impp. Se-
uer. & Ant. meminerunt in l. Ord. coniunct. gl. in ver.
Subhaſtatas. C. de executio. rei iudicat. necnon Dio-
clet. & Max. Impp. in leg. Edicto. C. ſi aduerſ. fiſ. reſti.
poſtule. cum nonnullis iuribus minimè diſſimilibus.
12 † Hinc ſubhaſtare, eſt ſub haſta mittere, hoc eſt, per
auctionem vendere. Haſta enim erat virga, quæ daba-
13 tur. † quum poteſtas cui quam daretur alicuius mer-
cis. Et præcones (Priſciano teſte) ſunt qui iuſſu magi-
14 ſtratus † publicè aliquid ore denuntiant, qui auctio-
nem faciebant, & audientiam in theatris indicebant,
&c. de eiuſmodi ſatis, quæ elemētariis veniunt relin-
15 quenda. † In quibus verò requiſita ſubhaſtatio, (hoc
opus, hic labor eſt) ſeriatim elucidabimus. Subhaſta-
tionis ſolemnitas in nonnullis venditionibus particu
laribus, ſpeciali ex priuilegio competentibus, quam
ſit cognitu neceſſaria, nemo non ex ſequentibus faci-
16 le iudicabit: † vt pote in bonorum eccleſiæ: templo-
rum, hoſpitaliū, necnon ſimilium venerabiliū domo-
rum, collegiorum ac piorū locorum (vt à dignioribus
exordiamur) venditione, quorū bona potiſſimū im-
mobilia, ſubhaſtationis abſq; ſolēnitate, vendi, aliena-
rive proculdubio nequeūt. Huic nec diſſentanea ſunt,
quæ habentur per Impe. Iuſtinia. in auth. Hoc ius por-
rectum. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in auth. de non alie. aut
permutan. reb. eccleſ. immob. §. Nos igitur, Colla. 2.
in auth. de alie. & emphy. colla. 9. §. Hoc autē ſuper ip-
ſis, & §. Hæc verò iubemus. Conſti. 3. vnde dicta auth.
deprompta eſt. & vtrobique Bar. Cui auth. cōcordat
§. Hoc ius. 10. q. 2. vbi hanc auth. verbotenus legimus
canonizatam iurique canonico incorporatam. His
ſeruit quod voluit Ang. in dict. auth. de aliena. & em-
phyteo. §. hoc autem. t. col. in verbo. nota hic quod
res Eccleſiæ ſubhaſtantur. Collat. 9. Bar. in l. Eos qui.
17 C. de diuerſ. prædict. vrba. lib. 11. Sed † præcedenti-
bus ſubnectere propoſuimus quæſtionem, quam po-
nit Baldus ad præallegatam auth. Hoc ius porrectum,
vbi inquit, Demus res eccleſiæ vendi, ſubhaſtationi-
bus omiſſis, nunquid tenet venditio? Cui interroga-
tioni ſuccinctè ibidem ſatisfacit reſoluendo: Si ius ci
uile inſpiciamus, minimè. dicta auth. Hoc ius porre-
ctum, quodque notatur in l. Si tempora. de fid. inſtru.
& iure haſt. fiſc. lib. 10. C. ſi verò ius Canonicum ſeu
pontificium perlegamus, non eſſe ſubhaſtationē ne-
ceſſariam iudicabimus, nec aliqua eſt decretalis, quæ
canat neceſſariam eſſe, quod ait ſignandum. Eiuſdem
ſententiæ ac opinionis videtur Innoc. in c. dudum. de
reb. Eccleſ. non alie. in 6. Quia dict. auth. (inquit) fuit
introducta ab Imperatore, ſtatuendi poteſtatem ne-
quaquā habente. Tamen quicquid Baldo ſentire pla-
cuerit cōmuni doctorū opinioni ac ſententiæ inhære
bimus: quādoquidē vti ſuprà allegatū eſt, dictā auth.
Hoc ius porrectū. in §. decimo quæſtione ſecūda ver-
botenus canonizatā, ac iuri canonico incorporatā re-
perimus, relinquimus tamē iuris ſtudioſis interim co
18 gitandum. † Subhaſtatio enim (vt vulgo notū eſt) prę
ter cōmodum emolumentū bonum & æquū, affert ni
hil, quemadmodum ex ſubſequentibus facilè conſta-
bit. Ideo gl. ordin. (cuius authoritas, deficiente textu,
maxima eſt, omniū authoritates antecellens. Bar. in l.
vt vim, ff. de iuſt. & iure. Bal. in l. cùm hæreditas. C. de-
19 po. teſtibus nequaquā minimis (ait † ſubhaſtationis ſo
lemnitatē minimè leuem ſolemnitatē eſſe in auth. de
fideiuſſ. in §. 1, ſuper verbo, ſumus. quā ſignanter pon-
20 derauit Bald. in d. l. Ordo. † Nec incaſſum fuerit, hoc
paſſu de alienatione, ipſius ſolemnitate & forma, rerū
eccleſiaſticarū atque ſimilium obiter ac leui brachio
21 mētionē facere, in qua profectò cauſæ cognitio prin-
cipio deſideratur, ſicuti colligitur ex c. 1. in fine extra.
vt eccleſ. benefi. ſine diminutione cōferan. atque per
Archidiaconum in c. in vēditionibus, 17. q. 4. Debet
22 enim de alienationis legitima ac iuſta cauſa conſtare
& apparere: necnon diſcuti, quid magis alienari expe
diat: iuxta Vlpi. I.C. l. magis puto, ff. de rebus eor. qui
ſub tutel. vel cura. ſunt, coniuncta l. nec quicquam. §.
vbi decretum. ff. de offic. proconſul. & legat. quemad-
23 modum dicimus, quod vbi diſputatur, cauſæ cognitio
non abſimiliter requiritur, vti placuit Archidiacono
poſt Innocentium in cap. Licet cauſam, de elect. lib.
Idē nec diſplicuit D. Frederico de Senis in ſuis con-
ſiliis, conſilio 137. Verum Accurſi. in gloſſ. ordina-
ria. C. ne rei Dominicæ vel templo, vendica. tempo.
præſcrip. ſubmoueat, ait quinque requiri, quo rei
eccleſia-

Digitized by Google

24 eccleſiaſticæ vel reipublicæ alienatio valeat. Nempe,
ꝙ debitum ſubſiſtat, bona fides, iuſtum pretium, ſub-
haſtatio, & Præſidis authoritas. De decreto ac ſupe-
rioris conſenſu claret in dicta auth. hoc ius porrectũ.
dicto c. dudum. meminitque illius gloſ. in l. fina. C. de
25 tranſact. necnon Baldus in Rubri. C. de reſcind. vend.
Et vt rei Eccleſiaſticæ alienatio vel venditio valeat re
quiritur neceſſitas, aut euitandis vtilitatis eccleſiæ,
cauſa fieri: quippe, aut pro æris alieni ſolutione, vel ca
ptiuorum redemptione, aut ſimili. c. ſine exceptione,
12. quæſt. 2. & c. vt ſuper. extra. de rebus eccleſ. alienã.
vel non. Plene meminit Oſtienſis eo. tit. in ſumma. §.
ex quibus. atque huius fit mentio in c. dudum, eo. tit.
26 lib. 6. Et animaduerte de ipſius eccleſiæ vtilitate ac
neceſſitate pro alienatione fienda aliter conſtare de-
bere, quam per Prælati aut ſuperioris aſſertionem aut
confeſſionem, Petro de Peru. & D. Card. Florent. te-
ſtibus in c. quod quibuſdam. de fideiuſſo. Ant. de But.
in c. 1. de depoſ. per id quod habetur in ſæpiuſculè al-
legata auth. hoc ius Porrectum. in c. dudum, de elect.
in c. præſentium de teſtib. lib. 6. necnon Petr. de An-
cha. in Cle. 1. de rebus eccleſi. atque ita communiter
in præfatis iuribus ac paſſibus tenetur. Immo confeſ-
ſio Prælati & capituli hoc caſu nõ ligat, quemadmo-
dum gloſſæ placuit in auth. de non alienan. in §. ſi ve-
rò, & ibi Iacob. de Bel. hoc idem firmant Bal. in dicta
authẽtica, hoc ius porrectum. Petrus de Anch. & An-
ton. in c. 1. de depoſ. ea potiſſimum ratione, quia con-
27 feſſio per voluntariæ iuriſdictionis modum emanans,
Eccleſiæ, præiudicare nequit, per id quod habetur in
l. certum. in §. ſed an ipſos. & ibi per Bar. ff. de cõfeſſis,
per Cyn. in l. 1. C. de confeſſ. atque per plures alias ra
tiones deductas. per Io. de Imo. in dict. ca. quod qui-
buſdam. vbi ait hanc opinionem eſſe tenẽdã & obſer-
uandam, & quod dictum eſt de prælati & capituli cõ-
28 ſenſu, idem dictum cenſeri oportet in Abbatiſſa, quæ
debet requirere monialium conſenſum, iuxta S. P. A-
lexandri 3. cap. continebatur. extra. de his quæ fiunt à
29 præla. ſine conſen. cap. & in c. 1. §. Abbatiſſa. quæ feu.
dat. poſ. in vſib. feud. Præterea attendite circa decreti
interpoſitionem curiæ epiſcopalis conſuetudinẽ ſer-
uandam eſſe, quæ habet hanc iuriſdictionem interpo
nendi, cui & poſt præſcribere, vt inquit Bal. in l. fin. §.
neceſſitate, C. de bo. quæ liber. aliàs decretum debet
interponi in ipſo actu, id eſt, venditionis contractu &
30 ex parte ante, vt dicit Innoc. ſecundùm Bal. in l. quæ-
cunque. C. de bon. quæ liber. forma enim debet eſſe
actui coniuncta, & hæc dicit gloſſa ordinaria in ver-
31 bo, auditutum non eſſe in l. ait Prætor. §. permittitur.
ff. de minori. quia iſtud decretum, quod eſt quædam
permiſſio, addictio, ſeu habilitatio ad actum, ſemper
præcedere debet, quia eſt quædã poteſtatis factæ ſeu
32 legatæ relaxatio, ſine qua inferior nihil poteſt. Huic
ſeruit quod notatur in d. l. fina. §. neceſſitate: ſed idem
Bal. in præalleg. leg. quæcunque ait, quando contra-
ctus eſt vtilis eccleſiæ, poteſt præcedere & ſequi etiam
ex interuallo, valétque contractus. Nec pugnat c. au-
33 ditis. de elect. quandoquidem in electione ſit ſpecia-
le: de quo ibi latius per eum. Solennitas tamen tradi-
ta & requiſita in rei eccleſiaſticæ alienatione, ſiue de
iure ciuili ſiue canonico omiſſa. contractum non vi-
tiat. Primò, ſi res ſit modici valoris, vt inquit gloſſ. in
c. 1. extra. de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. c. quam
doctores imitari non erubeſcunt, maximè Freder. de
Senis in ſuis conſiliis. conſ. 22. ſtaturque iudicis arbi-
34 trio, quando res modici valoris aut æſtimationis di-
catur, ſecundũ Frederic. vt refert ac ſequitur D. Card.
Spolet. in dicta. auth. hoc ius porrectum. His optimè
congruit tex. in l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. & in l. res
bona fide. ff. de cõtrahend. emp. Vbi res bona fide vẽ-
dita, minimam ob cauſam inempta fieri non debet.
His ſeruit gloſſa in verb magno incommodo, ad finẽ.
in c. propter. extra. de loca & condu. Secundò, ſi alie-
natio manifeſtam & euidentem eccleſiæ vtilitatẽ co-
tinet. Nam tum etiam omiſſa ſolemnitate valet, per
gloſſam in l. cum hi. §. eam tranſactionem. ff. de tran-
ſact. quę quidem opinio, licet (teſte Bar.) ſit ambigua
& dubitabilis, fulciri ac probari tamẽ poteſt textibus
l. fi. ff. de iure doti. l. fi. ff. de polli. necnon l. cui bonis.
ff. de noua. eamque ſequi apparet Bal. in l. ſi fundus. ff.
de reb. cor. cui etiam ſeruit bonus text. in leg. non eo
minus facta æquiparatione de minore ad eccleſiam.
C. de procura. Tertiò, in alienatione rei eccleſiæ re-
uerſæ ad eam, conſuetæ tantum in emphyteoſim alie-
nari, quæ poterit concedi & alienari abſque ſolemni-
tate, vt in c. 2. de feud. & notanter declarat Bal. in di-
cto §. eam tranſactionem: & hoc etiam tenuit & cõ-
ſuluit Fredericus de Senis in ſuis conſiliis, conſ. 131.
35 Idemque Bal. in l. 3. §. fi. ff. de reb. eo. Sed Ioã. And. in
c. quæ in eccleſ. de conſti. dicit: quòd iura requirentia
certam ſolemnitatem in rei eccleſiæ alienatione, ha-
bent locum, quando alienatur directum, nequaquam
quando vtile dominium duntaxat, per d. c. 2. de feud.
Sed ille textus loquitur exiſtente conſuetudine alie-
nandi in emphyteoſim, non ſimpliciter: & anceps ſeu
dubitabile apparet, per tex. l. 3. §. ſed ſi ius habet. ff. de
reb. eorum. Quartò, non requiritur in alienatione ne-
ceſſaria, vt in c. extirpandæ, de præbend. & in l. 3. §. pi-
gnori. ff. de reb. cor. Quintò, in re pignorata cum ſo-
lemnitate, & nõ poteſtate alienandi ex lege, vel ex pa-
cto, quæ poterit alienari abſque alia ſolemnitate, l. ſi
pupillo. §. ſi pupillus ff. de reb. cor. vbi Baldus extẽdit
36 ad bona eccleſiæ. etſi in minore loquatur. Sextò, quã-
do epiſcopus vel prælatus emit rem à ſua eccleſia aut
capitulo, quia non requiritur ſolemnitas, quę requiri-
tur in extraneo emptore, Baldo atteſtante in l. volun-
tas, ad exordium. C. de fidei. Sed id ſuſpenſum multũ-
que dubitabile videtur ob infinitas fraudes quæ in dã
num eccleſiæ quotidie fieri ac redũdare poſſent. ideo
nec ab re fuerit deſuper cogitãdi anſam iuris ſtudioſis
relinquere. Septimò, in alienatione rei quæ ſeruando
ſeruari nequit, ſicuti placuit Innocentio in d. c. dudũ.
per tex. l. lex quæ C. de adminiſt. tuto. Octauò ac vlti-
mò in repudiatione rei eccleſiæ legatę, vbi propriè nõ
dicitur alienatio, de quo per Bal. in l. Contra iuris. §.
fi. ff. de pact. Sed argutus quiſpiam, hic aliquod dubiũ
37 mouere poſſet, Vtrũ ſtatutum arctans eccleſiã vel piũ
locum ad vendendum, valeat? cui paucis ſtatui facere
ſatis, quũ nec opus habeat magno verborum ambitu.
Nempe huiuſmodi ſtatutum robore effectuque pro-
culdubio carere. Loca enim pia, huiuſmodi ſtatuta ar
ctatiua vel paſſiua non recipiunt, quandoquidẽ liber-
tati Auth. deſumptæ ex noua conſtitutione Frederici
imperatoris, collat. 10. Caſſa & irrita. C. de ſacroſ. ec-
cleſiis. aduerſentur, prout tradidit Baldus in ſæpè alle
gata Auth. hoc ius porrectum. in ver. tertiò dicebam.
38 C. de ſacroſ. eccleſ. Item, in alienatione rerum publi-
carum: nempe vrbium, ciuitatum, pagorum, atque id
genus communitatum, ſubhaſtationis ſolemnitatem
profecto deſiderari, eſt omnibus meo iudicio in con-
feſſo: Angelo eiuſque ſequacibus teſtibus in præalle-
gata Auth. de alienat. & emphy. § hoc etiam. 1. col. in
verbo, nota hic quod res eccleſiæ ſubhaſtantur. col-
latione 9. in quorum ſententiam haud dubiè inclinã-
nandum eſt. Omitto interim plura, breuitatis ſtudio,
quæ hic dici commodè poſſent.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Subhaſtationis ſolemnitas eſt neceſſaria in bonorum pupilli ac minoris venditione.*

2 *Subhaſtatio trium conſideratione ac reſpectu fieri debet.*

3 *Subhaſtatio fieri debet, ſeruata forma ſtatuti aut conſuetudinis, aliàs nulla.*

4 *Subhaſtatio cùm fit, ſi quippiam promittatur, in contractu ſequenti repetitum cenſetur.*

5 *In ſubhaſtationibus patriæ, loci conſuetudo, vſus ac ſtylus obſeruandus.*

6 *In ſubhaſtationibus, licet formæ nonnullis in locis diuerſæ ſint, effectus finiſque idem erit.*

7 *Subhaſtationes non ſunt neceſſariæ in bonorum mobilium minorum alienatione.*

8 *Subhaſtationis ſolẽnitas eſt neceſſaria in rerum mobilium minorum alienatione, in quibus conſiſteret affectio.*

9 *Minor aut pupillus eccleſiæ æquiparatur.*

10 *Quo venditio rerum minorum ac ſimilium valeat, quatuor ſunt neceſſaria.*

11 *Quò venditio rerum minorum valeat, octo ſecundum Baldum ſunt neceſſaria.*

12 *In alienatione bonorum minorum, iudicis decretum eſt neceſſarium.*

13 *Statutum eſt, minorum bona alienari obligariue non poſſe ſine decreto, &c.*

14 *Adminiſtratione bonorum minorum ſine decreto alienantes, nihil agunt.*

15 *In alienatione rei emphyteuticæ, per minorem facta decretum neceſſario deſideratur.*

16 *Minor nequit ſuam emphyteuſim ſine decreto vendere.*

17 *Minori non tantum non proprium, ſed nec vectigale quidem vel emphyteuticarium prædium ſine decreto venundare permittitur.*

18 *Pupillus ſicut nequit ius proprietatis directè alienare, ita nec vtile dominium, aut ius vſusfructus vel iura quorumcunque redditũum.*

19 *Exceptiones aliquot prædicta admittunt.*

20 *Voluntas teſtantis in alienando ſeruanda eſt.*

21 *Volũtas teſtãtis idẽ operatur ꝙ iudicis decretum.*

22 *Brugenſis ſi vendidit prædium in territorio Gãdenſi ſitum, vtrius territorij iudex debeat decretum interponere.*

23 *Decretũ ſententiæ æquiparatur, ſecundũ Baldũ.*

24 *Decreti ſolẽnitatis interpoſitio cuius efficaciæ eſt.*

25 *Decretũ iudicis vbi interpoſitũ reperitur, omnia atque ſingula ſolẽniter acta præſumũtur, &c.*

26 *Pro decreto ſemper in dubio præſumitur, vt actus valeat ſuper quo interpoſitum eſt.*

27 *Iudicis decretum in contractibus facere interueniri, ſemper vtile eſt.*

28 *Iudicis decretum omnis doli ac culpæ præſumptionem ceſſare facit.*

29 *Decretum iudicis omnem metum doliq́; præſumptionem in contractu excludit.*

30 *Interpoſitio decreti ſub conditione an valeat?*

31 *Iuriſdictio eſt officium neceſſarium.*

32 *Decretum ſub conditione interponi non poteſt, ſicut nec ſententia.*

33 *Actus legitimi cõditionẽ regulariter nõ recipiũt.*

34 *Cauſæ ſingulatim exprimi debent.*

35 *Qualitas negotij, iudici apertè ac enucleatè declarari debet, quo decretum valeat.*

36 *Decretum ſine cauſæ cognitione aut leui interpoſitum robore caret.*

37 *Decretum iudicis non debet eſſe alternatiuum.*

38 *Decretũ iudicis debet eſſe certum ſicut ſententia.*

1 PROSEQVENDO huius libelli materiã, nõ
eſt iuris ambigui, in bonorum pupilli aut mi
noris venditione, ſubhaſtationis itidem ſolẽ-
nitatem eſſe pernece ſſariam, quorũ bona abſque ſub-
haſtationis ſolemnitate vendi, alienariq́ue proculdu-
bio nequeunt, quòd ſtabilitur in l. & ſi ſine in §. 1. cõ-
iunctis gloſſa, & ibi Bar. ff. de minoribus. Idẽ adſtruit
Bar. in l. alio. ff. de ali. & cibar. lega. & firmat Specula-
tor, in titulo de emp. & vendition. in §. nunc dicendũ.
in verſ. ſi igitur tutor. & titulo de citat §. ſequitur vide
re. in verbo. ſi verò ſubhaſtatio. & tit. de 1. & 2. decre-
to. §. 5. verb. ſed qualiter, & ſequẽti titulo de emptor.
& venditio. § 4. ver. hoc quoque. Et Bar. in l. licitatio
ad exordiũ ff. de publ. & vectigal. & Ang. in §. hoc e-
2 tiã. in Auth. de alienat. & emphyt. collat. 9 vbi † inquit
fieri debere trium conſideratione ac reſpectu, vt po-
te reſpectu loci, vt publico in loco vno aut pluribus,
pro cõſuetudine, vſu vel ſtylo fiat. Itẽ reſpectu modi.
ſubhaſtator enim obligatur & cogitur dicere, ꝙ plus
offerẽti dabitur. Tertiò, reſpectu temporis, quod du-
rare debet 20 dies. Sed ſeruate conſuetudinem & lo-
3 corũ ſtatuta. Debet enim † fieri ſeruata forma ſtatuti
aut conſuetudinis ſubhaſtatio, aliàs prorſus inefficax
& nulla eſt, teſte Bald. in l. ordo. C. de execut. rei iudi.
4 Et ſi quippiam, cum fit ſubhaſtatio † promittatur, in
contractu poſtea ſequente repetitum indubiè cenſe-
tur, ſecundùm Bart. in l. Sciendum. ff. de ædili. edict.
Quibus locis nec grauabimini edictorum ac procla-
5 mationum formam, de iure communi, hoc loco (bre-
uitatis cauſa) omiſſam videre, quæ ſatis obſeruationi
hodiernæ in talibus concors eſt: hoc tamen admo-
nitum iuris tyronem volumus, patriæ lociq́ue con-
6 ſuetudinem, vſum ac ſtylum in huiuſcemodi eſſe om-
nibus modis obſeruandum. Licet formæ agendi vi-
deantur nonnullis in locis diuerſæ, tamen effectus fi-
niſque omnium idem profectò erit. Superiora tamen
quodam cum temperamento intelligenda indubiè
7 ſunt. Niſi bona minorum eſſent mobilia, vt frumen-
tum aliaq́ue victualia, quæ eſſent vendenda & aliena-
da. In huiuſcemodi enim mobilium rerum alienatio-
ne, quæ vendi poſſunt publico in foro, minimè ſubha
ſtationes ſunt neceſſariæ, nec etiam præconia: imo ſi
fierẽt, eſſent fruſtranea, iuxta nota Bal. ad l. 1. C. ſi ꝓp.
publi. penſita. quia præconium eorum adeo eſt mani-
feſtũ, ꝙ ibidẽ colluſiones nequeant interuenire & ha-
8 bere locum, ſecundum l. 2. C. de † reſcind. vend. & ibi.
Bal. videre lubebit, poſt Bar. in l. fi. C. de fide inſtru. &
iur. haſt. fiſc. lib. 10. quod quidem temperamentum
etiam

etiam ſub temperamento gaudet:/nempe niſi eſſent
tales res mobiles,in quibus conſiſteret affectio, quia
tum ſine ſubhaſtationis ſolemnitate vẽdi alienarique
prohiberentur,cui ſeruit præalleg.l.& ſi ſine.ff.de mi
norib.& prædictis ſubſcribit Bald. communi docto-
9 rum opinioni inhærens,per l.& ſi ſine,† ſæpius præal-
legatam,quia minor aut pupillus,Eccleſiæ ęquipara-
tur,quæ id priuilegij habet,ſecundum Auth. Hoc ius
porrectum. C. de ſacroſanct. eccleſ. quam ſæpiſſimè
prænarrata,cuius meminit Bald.in ſuis conſiliis con-
ſilio ſuo notabili,incipiente,In Chriſti nomine ad in-
telligentiam prædictorum. quodque eidem Baldo
placuit in ſuo commento ſuper Innocentio, in litera
C.in verbo, contractus. alleganti Innocen. ita tene-
re in c.dudum,de rebus eccle.non alien. lib.6.Dein-
de nec incaſſum fuerit hîc commonefacere de forma
atque ſolemnitate,quæ in rerum pupillarium ſeu bo-
norum minorum necnon ſimilium ſubiectarum per-
10 ſonarum,alienatione† requiritur.Quatuor enim ſunt
apprimè neceſſaria,vt venditio, alienatióve eorũ va-
leat ac robore gaudeat.Primò, tutoris curatoriſve au
thoritas.Secũdò,cauſæ examinatio ſiue diſcuſſio.Ter
tiò, iudicis decretum. quemadmodum probatur in l.
fi.C.ſi propter publi.pẽſita.ac per Imperatores Dio-
cletianum & Maxi. in l. ſi quidem.& in aurea.leg. ob
æs.C.de prædiis & aliis rebus minor.ſine decreto nõ
alienan.vel obligand.& Vlpianum I.C.in l.cum hi.§.
ſi prætor.ff.de tráſact.id ponit Azo titulo de prædiis
minor.in ſumma. Quartò,Subhaſtatio,vulgata ac nõ
ſemel allegata l. & ſi ſine.§. primo. ff. de minoribus
25.annis ſecundum Innocentium in præallegato ca.
dudum.de rebus eccleſi.non alienan.libro 6. Ita no-
tabiliter tradit Bald. in ſuo repertorio ſuper Innocẽt.
in verbo,contractus.Sed idem Baldus in ſuo eleganti
conſilio,incipiente, In Chriſti nomine videtur dicẽ-
dũ quòd nulla ex dictis venditionibus,&c.latiùs ple-
11 niuſque ait octo eſſe † neceſſaria. Primò,quòd, cauſa
neceſſaria ac vrgens ad venditionem ſubſit.Secundò,
quòd debitum vrgens ex mobilibus ſolui non poſſit.
Tertiò,quòd hoc liqueat Prætori aut Præſidi per in-
quiſitionem ac diligentem ſcrutationem.Quartò, ꝙ
res minus damnoſa vendatur. Quintò quòd pro par-
uo debito,res magnæ ſeu magni valoris non vendan-
tur.Sextò,ꝙ ſubhaſtatio interueniat.Septimò, quòd
tutoris vel curatoris authoritas interueniat. Octauò,
quòd iudicis decretum interueniat.Ita ſolemniter re
fert Mart. de Peruſio in ſuis conſiliis, conſilio inci-
piente, Ser.Petrus ma.filioli, &c.Addi poteſt & No-
nò, iudicis nempe ſubſcriptio. vt in l.ſecunda, C. de
aſſeſſor.& notatur in l.1.ff.eod.Itẽ & Decimò,quòd
iudicis interlocutoria præcedat, per quam mobilia
minimè extare declarentur: ita notabiliter dixit.
Ang.per tex.ibi,facta æquiparatione bonorum eccle
ſię & minoris in Authen.de eccle.rer.immobil.alien.
colla.5.Item,& Vndecimò,Tutoris & curatoris pręſ-
ſentia,vt inquiunt gloſſa & Bald.in l.1.in prin. ff. de
rebus eorum vbi gloſſæ placuit tria requiri.ſcilicet
decretum,cauſam,& pręſentiam in alienatione bono
rum minoris & eccleſiæ.Sed prædicta indubiè intel-
ligenda ſunt, vltra illa quatuor, quæ ſunt formæ, ne-
ceſſario interuenire debere: alias contractus effectu
omnino caret,tanquam omiſſa vel nõ ſeruata forma,
vt in l.Cùm hi.§. Prætor ſuprà allega. Sed alia præter
illa,ſi interueniunt,præſtãt contractum etiam per re-
ſtitu.integrũ,irreuocabilem:cùm nec poſſit, illis ſer-
uatis,minor dici læſus,argu.l.Nõ videtur.cum ibi no-
tatis.C.de in integr.reſtit.& l.inter eos. §.quũ inter,
12 ff.de fideiuſſo.Et animaduertendũ ſignanter, † Iudi-
cis decretum adeo eſſe neceſſariũ,vt ipſius defectus,
bonorum alienationẽ ipſo iure reddat nullam.ita ſen-
13 ſit gloſſa ordinaria in vulgatiſſima Auth. Sacramenta
puberũ. C. ſi aduerſus vẽditor.Statutũ eſt enim bona
non poſſe alienari obligariue ſine decreto,bona fide,
& non per obreptionẽ interpoſito,id eſt,per menda-
ciũ,falſóque à Prætore, præſide aut iudice, quo alie-
netur,impetrato.quemadmodũ cẽſuit Vlpianus I.C.
in Exord.l.1. necnon in l. magis puto.§.manet actio
pupil.ff.de reb.eo.qui ſub tute.vel cura ſunt.Quodq;
in bonorum minorũ alienatione decretũ requiratur,
aliàs ipſo iure nulla.Diocletia.& Maximi Imperat.ac
pleriſque aliis eorũ ſequacibus viſum eſt eſt,in l.ſiqui
dem.& in leg.ſi prædium ruſticum.C.de præd.& aliis
reb.min.atque Vlpia.I.C.in præfata leg.magis puto.
in §.ſi æs alienum,vbi inquit, decretũ nullum, ſi fuiſ-
ſet non recte interpoſitum,quia ſine iuſta cauſa.idem
quoque viſum eſt Valent.& Gal.Imp.in l.non ſolùm.
C.de præd.min.Itẽ tutores,curatores, ac id genus ſi-
14 miles adminiſtratores ſine decreto alienantes nihil
agunt,ſicuti ſenſit Vlpianus I.C.in l.tutor,quoque.§.
Seuerus.ff. de ſuſpect.tuto.& curato. & Imperatores
Valentin.& Gal.in l.cum emãcipatis,atque Impera-
15 tores Diocleti.& Maximi.in l.ſiquidem.atque Impe-
rator Gord.in l.2.C.de pręd.& aliis reb mino.Idque
adeo verum eſt,vt etiam in rei emphyteuticæ aliena-
tione per minorem facta,decretum indubiè requira-
tur,quemadmodum Imperatores Diocletian.ac Ma-
xim.ſenſerũt.in l.etiam.C.de prædi.& aliis rebus mi-
16 nor.vbi inquit Bal minor nequit ſuam emphyteuſim
ſine decreto vendere.Idẽ Saliceto enucleatius placuit
17 in dicta l.etiam,non tantũ propriũ, ſed nec vectigale
vel emphyteutecarium prædium minori ſine decreto
18 venundare permittendi:ꝙ Speculator declarat in titu
lo.de emphyteuſi in §.nunc aliqua.in verſic.99.Sicut
enim pupillus nequid ius proprietatis directæ aliena-
re,ita nec vtile dominiũ, aut ius vſusfructus, vel iura
quorũcũque redditũ.Ita ſentit Vlpianus I C.in l.ſed
ſi pecunia. §. ſi ius emphyteuticariũ habeat pupillus.
ff.de reb.eor.qui ſub tu.vel cura.ſunt,& ibi Bal Prędi
19 cta aliquot adſciſcũt & admittũt fallẽtia ſeu exceptio
nes.Prima eſt,niſi res minoris,iudicis authoritate pi-
gnorata fuerit,quo caſu abſque decreto per creditorẽ
proculdubio vendi,alienariue poterit quãdoquidẽ in
eius obligatione ſemel interuenit iudicis authoritas,
licèt tutiùs & ſecuriùs lõge foret rurſus adhiberi.Tex
tus eſt admodũ notabilis Vlp.I.C.in l. ſi pupillorum.
§.ſi pupill⁹. VERBA TEXT. Si pupillus dedit res pi-
gnori ex permiſſu Prætoris nõnulla erit dubitatio, an
alienatio poſſit impediri.Sed dicendũ eſt poſſe credi-
torẽ ius ſuũ exequi.Tutiùs tamẽ fecerit, ſi prius præ-
torẽ adierit,ꝙ Bal.ibi ſignat.ff.de reb.eorum.qui ſub
tutel.vel cura.ſunt.Secũda, in alienatione quæ fit per
negligẽtiã abſq; alicuius facto, quæ ad ſui validitatẽ
decretũ minimè deſiderat aut requirit, vt notabiliter
inquit Baldus ad l.ſed ſi pecunia.§.ſi ius emphyteuti-
cariũ habebat ſuprà allegatã, vbi dicit eſſe caſum de
eo in verbis,an ergo hic nõ vẽdo admittatur,ſi tutor
cauſam præbuerit:huius rei & manifeſtũ eſt reſtaura-
20 ri debere,de quo tamẽ dubitauit gl.in l.fi. C.in qui-
bus cauſis in integrũ reſtitut.nõ eſt neceſſaria.Reſpõ-
dẽdũ autẽ quòd ibi eſt alienatio legalis,id eſt,præſcri
ptio,vt in l.alienationis verb.ff.de verborũ ſignifica-
tio.Tertia,Quũ pater iure patris bona minoris filij a-
lienat,nõ ratione ſui officij,in caſu permiſſo nõ prohi
bito:quo quidẽ caſu valet ac robur habet ſine decre-
to,ſi alienãdi neceſſitas ſubeſt:quẽmadmodũ adſtruit
Azo in ſumma.C.de.bo.quę lib.quẽ ſignãter refert ac
ſequitur

ſequitur Bal in l.3. C. de prædiis & aliis rebus mino. ſecus in caſu prohibito.alleg. l. 1. C. de bon. mater. Huius etiam meminit ac inſequutus eſt idem Baldus in l.1.ff.de rebus eorũ qui ſub tut.vel cura.ſunt.Nempe patrem iure patris, tanquam adminiſtratorem legitimũ, in caſu neceſsitatis ſine decreto alienare poſſe, aliàs minimè vti nec diſplicuit Vlpiano 1.C.in l.ſi pupill.§. ſi pater.ff. de rebus eorum qui ſub tutel. vel cura.ſunt:& id ſecundum Azonem,quod alibi ait non reperiri. Quarta exceptio ſeu fallentia eſt, decretum non deſiderari nec requiri:quum in alienatione, defuncti voluntas concurrit: quia pater in teſtamento venundari iuſsit,vt in l.1.& 5.& ibi Baldus not.C.quando decreto opus non eſt. voluntas enim teſtantis in alienando & in teſtamentis & codicillis profectò ſeruāda eſt. Ita quoque cenſuit Vlpianus in l.prima princip.& in l.magis puto.§.ſi fundus, necnon Paulus in
21 l.vlti.ff.de rebus eorum,qui ſub tut.vel cura.ſunt. Voluntas enim teſtantis ſeu teſtatoris idem operatur, ꝙ decretum iudicis, & ibi Baldus in l.magis puto.§. ſi fundus.ff. de rebus eorum qui ſub tute. vel cura.ſunt, atque ita ſentit gl.ordina.in l.prima,in princip.ſuper verb.cauerint.ff.de rebus eorum qui ſub tute. vel cura ſunt.Alias exceptiones ſeu fallencias, quas hoc loco in medium adducere poſſem, iuriſprudentiæ ſtudioſis ſciſcitandas ac inueſtigandas relinquo, quādoquidem multò plus laboris,quam vtilitatis earũ perſcrutatio ac enarratio eſſet allatura. Sed hic occurrit
22 pulchra & notabilis quæſtio.Si Brugenſis vendit prędium in territorio,diſtrictu ſeu ditione Gandenſi ſitum,vtrius territorij iudex debeat decretum interponere? Baldus notat in l.1.C.de contrahenda emptione & venditione (in vtranque partem argumenta ſuccinctè referens,Carneadis philoſophi inſtar, qui quauis de re vtranque in partem diſputare ſolebat)pro iudice territorij,quòd ſuum debeat interponere decretũ. Adducitur l. ſi prædium. C. de prædiis & aliis rebus minor.In contrarium,quòd iudex loci.vbi negotium agitur,allegatur l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorũ qui ſub tut vel cura ſunt.& in l.in hac.C.de donation. Cui quidem quæſtioni nonnulli faciunt ſatis, expreſſim ſuſtinentes quemlibet authorizare poſſe,licet ſecurius foret vtrunque ſuum interponere decretũ:cui nec incongruit Papinia.1.C.l.iuriſperitos.§.primo.ff. de excuſatio.tuto.vel cura.patet, quia coram quolibet conueniri nequaquam prohibetur:ergo cuilibet
23 decretum interponere licet.Decretum enim ſententię ęquiparatur,vt inquit Bal.in l.1.prællegata. Animaduerte tamen Bald.in crebro allegata l.magis puto.§.illud. ff. de rebus eorum qui ſub tutel. vel cura. ſunt.cautelæ loco haberi voluiſſe, nempe quando res in vna ciuitate poſita, venundatur in alia, vt vterque iudex ſuum interponat decretum,iuxta illud quod reperitur in præcitata l.iuriſperitos.§.cum oriundus,& apud Archidiaco.17.q.4.in c.in vēditionis,licet Iac. de Are.teſte.Cy.in d.l.ſi præſidium, alterius duntaxat decretum ſufficere ſenſerit, ſiue eius in cuius territorio res ſita eſt,ſiue eius,vbi quis contractum cele-
24 brat.per l.finalem.C.de long.tempo.præſcript.cuius decreti ſolemnitatis interpoſitio tantæ eſt efficaciæ, vt in inſtrumento in quo interpoſitum iudicis decretum reperitur, omnia atque ſingula ſolemniter acta
25 & probata indubiè præſumuntur & intelliguntur: ſi in ea mentio fiat illorum, ſeu de illis qui interuenerunt.gloſſa eſt antea & ſingularis in l.1.C. de fide inſtrument.& iure haſt.fiſc.lib.10.quã ſolemniter ponderauit & excuſsit Bal.in l.1.in prin.ff.de reb.cor. qui
26 ſub tut.vel cura ſunt. In dubio enim pro decreto ſemper præſumitur vt actus valeat,ſuper quo interpoſitũ eſt,ſicuti notabiliter tradit Speculator in tit.de emp. & venditio. §.nunc dicẽdum,ver.& illud ſcias,& probatur in l.minor 25.annis adito præſide ex adſpectu. ff.de minoribus 25.an in l actor.ff. rem ratam haber. & in l.ſciendum.ff de verb.oblig. ꝙ tradit etiam Bal.
27 in c.1.quid ſit inueſtitu. Nam ſemper ac perpetuò vtile eſt,in contractibus efficere,vt interueniat iudicis
28 decretũ,ex eo namque omnis doli ac culpę præſumptio & ſuſpicio ceſſat.Vulgata l.ait Prætor.§.permittitur, ff. de minoribus 25. annis. ita perpulchrè ait Ang.poſt gl.in l.ſi ſtipulatus. §. ſi lancem.ff. de ſoluto.Sed idem Ange. in l. quæcunque. § qui à pupillo emit.ff.de publiciana.in rem actio. non ſequitur gl. in d.l.1.C.de fide inſtrumẽt.& iure haſt.fiſca.lib. 10. aitque eam iure minimè probari. Sed(ſalua interim. pace tanti viri)dici nec iuri diſſonũ fuerit,immo probari ex præfatis iuribus.maximè ex prællegata l.mino. 25.annis adito Præſide,ex adſpectu. ff.de minoribus 25.annis dicẽs, cum iuris decretum reperitur interpoſitum per modum voluntariæ iuriſdictionis ad confirmationem actus, ꝙ tũ ſemper cauſæ cognitio iuriſque ordo præceſsiſſe præſumuntur, nequicquam ſic in decreto actus contẽtioſi, ſicuti notatur in dict. leg.1.C.de fide inſtrumen.& iure haſt.fiſc.lib.10.niſi cõtrarium probetur.Hæc ſunt verba Baldi ſignāda in l.nec enim ff.de adopt. Idemque tenuit & firmauit in ſuo notabili conſilio,incipiente, In Chriſti nomine, vtrum dictus contractus: Quod vbicũque requiritur & reperitur decretum ſuperioris,ibi præſumũtur omnia ſolemniter acta,vt inquit Speculator in verſic. & illud ſcias.§.nunc dicendum,tit.de empt.& vendit.licet in ſuo conſilio incipiente,Ad intelligẽtiam quæſitorum,dixerit non eſſe ſimpliciter & categoricè verum,niſi conſtet formam iuris eſſe ſeruatam per dictā leg actor,& l.primam.C.de prædi.decurio.libr.10.& & in l.cùm hi.§ ſi prætor.ff.de tranſact.ſubditque gl. in dicta leg 1. ꝙ omnia præſumuntur interueniſſe, ſi notarius dicat in inſtrumento fuiſſe adhibita,& ita vi-
29 detur ea gloſſa pertranſiſſe. Item,Quia decretum à iudice interpoſitum,omnem metum,doliq́ue præſumptionẽ ac ſuſpicionem, in illo cõtractu excludit,vt in l. 2. C.de prædi.decurio.lib. 10.in l. ſi quos ſpontaneos.C.de decurio.lib.10.in l.ſignanter tradit, & declarat Bal.in l.pacta nouiſſima.C.de pact.necnon Ang. ſolemniter in ſua diſput.incip. Aſtenſis miles.allegās l.cum hi, in exord. ff. de tranſact. & ſat bene probatur in l.lex quæ.C.de adminiſtrat.tuto. vel curat.in l. non eſt veriſimile. ff. ꝙ met.cauſ.facit,quod habetur in l.omnium.C. teſtamen.ſed circa hæc occurrit pulchra, elegans & vtilis quæſtio. An valeat decreti in-
30 terpoſitio ſub conditione hoc modo facta,quatenus, vel,ſi & inquantum de iure debeo,interpono,& aliàs minimè. Bartolum pręſentem quęſtionem mouiſſe ac tradidiſſe in lege & ſi conditionalis. ff.de authentic. & conſenti.tute.& curat.ſed nequaquam determinaſſe reperio. affirmatiuæ tamen parti ſubſcribit Baldus in l.prima.in penult. col.in verſiculo, vlterius quæro: cauetur ſtatut. C. qui admitti. ad bonor. poſſeſ. poſſunt.Nempe iudicem debere interponere,ſi negotij qualitas ſuadet, & aliter non. dicta l.cùm hi.§. ſi prætor.de iure enim,inquit,debet interponi, ex quo petitur.itaque ſe refer ad iuris diſpoſitionẽ, quæ certa eſt quod ſignandum perpetuò air. Nam actus voluntariæ iuriſdictionis quo ad partem, eſt neceſſariæ iuriſdictionis,quo ad iudicem,cum iuriſdictio ſit of-
31 ficium neceſſarium,quemadmodum ex iuriſdictionis difinitione apertè claret,l.prima.iuncta gl.in verbo, poteſt.

poteſt. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. ſecun-
da. ff. de officio. proconſulis & leg. idque verum, ſicu-
ti prius meminimus, ſi æquitas contractus decretum
interponi ſuadebat: ſecus, ſi diſſuadebat argumẽto l.
cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactionibus. facit l. fina.
C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. ſed prædictis
allegationibus ac argumentis, nec non infinitis aliis
breuitatis ſtudio prætermiſſis, minimè obſtantibus,
Angeli opinionem eſſe longè receptiorem ac ratio-
nabiliorem arbitratus ſum, (quem & ego ſequor) e-
leganter, nedum argutè ſubtiliterq́ue dicentis, decre-
tum ſub conditione interponi non poſſe, ſicut nec
32 ſententiam, vt in l. cùm ſententiam. C. de ſenten. &
interlo. omnium iudicũ. & in l. prima. §. biduum. ff.
quando appell. ſit. Huius meminit idem Angelus
in l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque
vniuerſitatis nomine. Rationes ſunt in promptu.
Primò, quia actus legitimi conditionem regulari-
33 ter non recipiunt, iuxta Papinianum I. C. in l. actus
legitimi. ff. de regulis iuris. Item ſecundò, Quia
decretum hoc modo interpoſitum videretur deriſo-
rium, ex quo iudex nequaquam videtur contractum
approbare, nec cauſæ cognitionem, prout requiritur
34 & deſideratur in eius interpoſitione habuiſſe. Cau-
ſæ enim ſingulatim exprimi debent, vt in l. magis pu-
to. §. non paſſim. ff. de rebus eorum. qui ſub tut. vel
cura. ſunt: necnon in l. prima, coniuncta gloſſa, & ibi
optimè declarat Bartol. C. de præd. decurio. libro 10.
35 Negotiique qualitas iudici apertè ac enucleatè de-
clarari debet, vt plenè & ad amuſſim, quid agatur,
intelligat, ad finem effectumq́ue, quo decretum va-
leat, ſecundùm quod eleganter voluit Baldus. C.
qui amit. ſuper rubric. allegans l. finalem. C. de edi-
cto diui Adria. tollend. aliâs cum præſentia vel au-
thoritate factum non videtur. Idem placuit Baldo
in l. prima. in penultima quæſtione. C. qui amit.
Item tertio, quia hoc decretum videtur perfuncto-
rium ac deluſorium, quod non valet, quandoquidem
36 nihil decernat l. meminerit. C. vnde vi. l. iuſtè poſſi-
det. cum ibi notatis. ff. de acquirend. poſſeſſ. & decre-
tum ſine cauſæ cognitione, aut ſaltem interpoſitum
non valet, roboreque caret, iuxta Baldi traditionem.
in cap. primo. in §. Similiter. de controuerſ. inueſtit.
37 Item 4. quia iudicis decretum non debet eſſe alter-
natiuum, Vlpian. I. C. in l. ſi pupillo. §. ſi prætor. ff. de
rebus eorum qui ſub tutel. vel cura ſunt. quod com-
probatur per id quod habetur in l. In cauſæ prima.
in §. cauſa autem cognita. ff. de minor 25. annis in l.
nec quicquam. in §. vbi decretum. ff. de officio pro-
conſul. & in l. cùm hi. §. vult igitur. ff. de tranſac. Item
quintò, quia decretum debet eſſe certum, ſicuti ſen-
tentia. §. curare. inſtitut. de actio. & textus & gloſſ. in
l. præcitata. l. item eorum. §. ſi ita. ff. quod cuiuſque v-
niuerſita. nomine. nemo tamen eſt qui neſciat, de
conſuetudine generali ſeu ſtylo hodie vbique ſer-
uari in iudiciis, multa fieri aut recipi vel propter aſ-
ſeſſorum, ſeu conſiliariorum imperitia, vel quia lo-
cus & tempus non patiuntur plenius deliberandi
conſilium, vt inquit Vlpianus in l. prima, in prin-
cipio. ff. de exercita. actio. finaliter miſſam faciam
hanc quæſtionem. Interim tamen eius materiam
ad ſatietatem examinare ac diſcutere deſiderantem,
ad apoſtillas ſeu additiones Bartoli in dicta l. & ſi
conditionalis, ac Bald. in l. prima. C. qui admit. ad
bonorum poſſeſſion. poſſunt, necnon ad D. Fabia-
num de Monte, in ſuo Contractuum tractatu idem
copioſius explicantem, prolixitatis euitandæ cauſa
remitto.

CAPVT TERTIVM.

SVMMARIVM.

*1 Subhaſtationis ſolemnitas in ſententiæ executio-
ne deſideratur.*

*2 Executori licitum eſt ſono tubæ aut voce ſua hor-
rida, vel aliàs pro loci conſuetudine rem eſſe
venalem proclamare & ſubhaſtare.*

*3 Fraus & dolus in ſubhaſtatione ab executore com-
mitti non debent.*

*4 Executor in ſubhaſtatione multa ſingulatim
narrare obligatur.*

5 Limitatio ad illud, quod plus offerenti dabitur.

6 Præconis horrida vox, in ſolemni facto ſileſcat.

*7 Neceſſariorum omiſſio omnem diſpoſitionem vi-
tiat.*

*8 Subhaſtationes debent fieri per plures & plures
dies, ne fiat fraus.*

*9 Res quæ capiuntur pro ſubhaſtatione, non debent
ſtatim adiudicari parti, ſed debent prius poni
ad incantum ac iuſto pretio vendi.*

*10 Publicus exactor debet iuſto pretio vendere res
ſubditorum, nec debet pati vllam in ſubhaſta-
tione fraudem.*

*11 In ſubhaſtatione, practica Pauli haud aſpernen-
da.*

*12 Res etſi fuerit vendita ad incantum, nihilomi-
nus poteſt venditor, aut is cuius erat res, conque-
ri de vltra dimidium iuſti pretij defrauda-
tione.*

*13 In re ſubhaſtata ius prætendentes, debent vocari
ad ius ante decreti adiudicationem.*

*14 Subhaſtationum edictum proclamatorium eſt
neceſſarium.*

*15 Subhaſtatio eſt ſolemnitas, cuius defectus, quic-
quid actum fuerit, reuocat.*

*16 Subhaſtationis ſolemnitas in cuius fauorem in-
troducta.*

*17 In venditione cuius hic fit mentio, nonnulla deſi-
derantur.*

*18 Iudicis decretum efficit, ne quis de dolo aut metu
conqueri poſſit.*

*19 In iudicis præſentia, acta, iuſtè legitiméque fa-
cta præſumuntur.*

*20 In vẽditione per ſubhaſtationẽ celebrata, debitor
verè vel interpretatiuè neceſſariò præſens de-
ſideratur.*

*21 In iudicio agitato inter aliquos, tertius de cuius
præiudicio agitur, ſemper citari debet.*

*22 Si pars de cuius præiudicio agitur, & cuius res
ſubhaſtatur, appellet, pendente appellatione, an
ſatelles aut apparitor ſuperſedere obligetur.*

*23 Appellatione indeciſa pẽdẽte, iudici legitimè in-
ſinuata, ante diſcuſſionem bene an male fue-
rit appellatum, non procedetur per iudicem ad
decretum.*

 24 Ap-

24 *Appellatione pendente, nil nouari oportere.*
25 *Solemnitates non dicuntur iudicium, ſed præparatoriũ ad iudicium arripiendũ coram iudice.*
29 *In ſubhaſtatione, an liberetur qui minus obtulit per plus offerentem.*
27 *Quando res ſubhaſtandæ ſunt, non eſt ſubdito ad venditionem procedendum, ſed ſæpius diutiuſque ſunt ſubhaſtãdæ, quo plus offerenti addicantur.*
28 *Subhaſtatio in venditione, quæ pro vltimæ volũtatis executione fit, requiritur.*
29 *Pauperũ, minorum, & Eccleſiæ bona æquiparantur, qua ad ſubhaſtationis requiſitionem*
30 *Subhaſtationis ſolemnitas an videatur ſublata ex authoritate teſtatoris de vendendo.*
31 *Subhaſtatio ſemper requiritur, quando venundatur res abſentis.*
32 *Subhaſtatio an in locãdis, ſicut vendendis rebus fiſci perpetuo deſideratur.*
33 *Subhaſtatio in pignoris venditione an requiratur.*
34 *Conſuetudinis, his in partibus, maxima authoritas.*
35 *Pactum inter creditorem & debitorem, quo res pignorata creditoris efficiatur, ſi debitor intra ſtatutum tempus non luat, inualidum eſt, niſi addatur, quod empta ſit pro quanto iuſtè æſtimabitur.*
36 *Fœneratorum praxis circa pignora.*
37 *Subhaſtatio pignoris debitoris citationem ſemper affectat.*
38 *Exclamatio inuectiua Authoris, in noſtræ ætatis fœneratores peſtilentiſſimos.*
39 *Pignus nequaquam diſtrahitur, niſi debitori ter fuerit denuntiatum vt ſoluat, & ceſſauerit.*
40 *Fœneratores, furibus ac prædonibus impudentiſſimis comparantur.*
41 *Caſus apprime ſignandus, pro egentibus fœneratorum opera, contra eoſdẽ tamen fœneratores.*
42 *Annus fœneratoribus ex cõſuetudine permiſſus, non conceditur vt eo elapſo pignora omnino & ſimpliciter ipſorum efficiantur ſed dũtaxat vt ex illorum venditione ſortem cum vſuris recuperare poßint, & reſiduum debitori reſtituant.*
43 *Fœneratoribus ſufficere debent ſors & permiſſæ vſuræ.*
44 *Fœneratorum inerme argumentum.*
45 *Fœneratorũ conſuetudo inuiolabiliter obſeruata.*
46 *Vſuræ præſentes, ab antiquis mirum in modum diſcrepant.*
47 *Subhaſtatio an & quando requiratur, priuſquã ad ſecundum decretum perueniatur.*

1 MATERIAM præſentẽ vt cõtinuemus,
nulli non cõpertiſſimum eſt, ſubhaſtationis ſolemnitatem in ſententiæ executione, hoc eſt in bonorũ vẽditione,
quæ pro ſententiæ executione fit, in-
dubitato deſiderari & requiri, Impp. Seue. & Ant. in
l. ord. C. de execu. rei iud. necnon Imp. Gor. in l. du-
plex, & Imp. Aug. in l. ſi quis proſcribente, de fide in-
2 ſtru. & iur. haſt fiſc. lib. 10. C. Executori enim licitum
eſt, rem proclamare ſono tubę, ſi tuba ſit, aut voce ſua
horrida, aut aliâs pro loci conſuetudine, (quę optima
legũ interpres eſt, id adſtipulantibus Innoc. III. in
capi. cùm dilectus. extra, de cõſuet. atque Paulo I. C.
in l. ſi de interpretatione, qui textus ad hoc quotidie
citãtur. ff. de legi.) remq; vænalẽ & exponere, & ſub-
haſtare pro primo termino octo dierũ, aut paucorũ,
aut plurium, ſecundùm locorum conſuetudinẽ, vſum,
vel ſtylum, in quibus fiunt virtute literarum obliga-
toriarum, condemnatoriarum, ac ſimilium executo-
rialium, quod intellige in loco publico & ſolito, nec-
non in die fori territorij, in quo res ſita fuerit: & ad
quam maxima fieri poterit populi affluentia, ne fraus
ac dolus in huiuſcemodi ſubhaſtatione pręſumantur,
3 quę ab executore committi minimè debẽt. textus eſt
Valẽtin. Theod. & Archad. celebris in l. ſi quos. C. de
reſcindenda vendit. potiſſimum ibid. Ne ſub nomine
ſubhaſtationis publicè locus fraudibus relinquatur;
vt poſſeſſionibus viliore pretio diſtractis, plus exa-
ctor ex gratia, quàm debitor ex pretio cõſequatur, &
ibidem ad finem. Etenim periniquũ eſt, vt alienis bo-
nis ſub gratioſa auctione diſtractis, parum accedat
publico nomini, cùm totũ pereat debitori, & ibi per
ſcribentes, & per Paulum Caſtrẽſem, in dicta l. ordo.
C. de executione rei iudicatæ. & debet executor ſin-
gulatim narrare cauſas ſaiſinæ, nomẽ creditoris, debi
ti quantitatẽ, propter quod res eſt ſaiſinata & ſubha-
ſtata. Atque poſt octo dies primę proclamationis &
ſubhaſtationis completos, aut aliud tempus, iuxta lo-
corum conſuetudinem, vſum ac ſtylum, ita quod nec
ſufficiet tempus ab vno die Martis, vſque ad aliũ diẽ
Martis proximum Pom. completum octo dierũ ſpa-
tium executori nec illicitum eſt, publicè (ſicut dictũ
eſt) ſono tubæ, aut voce iterum pro ſecundo edicto
proclamare, ac ibidem manifeſtare, vt ſciant omnes
& intelligant, quòd talem rem emere volentes ve-
niant in ſecundum edictum octo aut quindecim die-
rum, (ſecundùm quod conſuetudo, vſus, aut ſtylus
habeat & dictet) coram talibus in tali loco, ad verum
rei valorem licitandum, & quòd plus offerenti da-
bitur. Adſtipulatur Iuſtinianus Imperator in vulga-
ta authentica, Hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc.
Eccleſ. necnon Imperat. Ang. in l. 1. de fide inſtrumẽ.
& iur. haſt. fiſca libro 10. Limita quod plus offerenti
dabitur, niſi quando eſſet adiudicatio facta iuſtè. Et
ſic tranſactis & elapſis præfatis octo aut quindecim
diebus pro tertio edicto, quadraginta dierum, aut
aliud tempus, iuxta cõſuetudinem proclamari & ſub-
haſtari debet, quo omnes ſciant, vt dictum eſt, &c. Et
intellige, quod à diſtantia ſecũdi edicti ſubhaſtatio-
num, quod eſt quindecim dierum, vſque ad tertium
edictũ, quod dicitur quadragenaria, debeãt eſſe tres
hebdomadæ: aliàs quindecim dies non complerẽtur
& totum tempus illud debet eſſe completum, adeo
quod ſi vna dies ſupereſſet, nihil eſſet. Et ſi aliquod ſo
lẽne feſtũ interueniat in illis edictis, quo vox præco-
6 nis ſileſcere debet, vt volũt Impp. Leo & Ant. in l. dies
feſtos. C. de feriis, tẽpus fori ſequẽtis, quod erit octo
dierũ, expectãdã erit, executori, quia huiuſcemodi die
feriato fieri nequeunt: cũ tuba & voce pręconis opus
ſit, quæ his diebus ſilere neceſſe eſt. d. l. dies feſtos, &
illius fidẽ faciat per eius relationẽ, illud quippe ob-
ſeruãdũ fuiſſe. Si autẽ bis ſit forũ vna in hebdomada,
& illud feſtũ interueniat in vna die edictorũ, debet,
expectari

expectari dies ſequentis hebdomadæ, in qua habue-
runt ortum ſubhaſtationes,& nõ alia dies fori:& hoc
modo nonnulli practicarunt. Hæc autem omnia in
decreti literis inſerta ſint, vt videatur an interruptio
temporis facta fuerit. Si enim vnius diei intermiſſio
7 defectúſue ſolemnitatis illius interceſſerit,quicquid
ante dictũ eſt,reuocari debet,nec præſumũtur ſeruata
ſolemnia,& ſic neceſſariorum omiſſio,omnẽ diſpoſi-
tionem vitiat.textus eſt ſolẽnis Imperatorũ Archad.
& Honor.in tritiſſima.l.teſtamentum.Codic.de teſta
ment.& ibi Alexander.Ex quibus nota poſt Paulum,
8 in d.l.ordo.C.de execution.rei iudica. Subhaſtatio-
nes debere fieri per plures & plures dies,ne fiat fraus,
9 quodque res quæ capiuntur pro ſubhaſtatione,non
debent ſtatim adiudicari parti:ſed debent prius po-
10 ni ad incantum,ac iuſto pretio vendition.per textum
& ſcribentes in dicta leg.ſi quis Codic.de reſcinden.
venditio.vbi publicus exactor debet vendere res ſub
ditorum iuſto pretio, nec debet pati vllam in ſub-
11 haſtatione fraudem,& ibi Paulus ponit hãc practicã:
Antequã ponat in ſubhaſtatione,faciat rem æſtimari
per habentem illius rei notitiã,& tũ demum ponat in
ſubhaſtatione pro pretio declarato per æſtimatores.
Deinde detur plus offerenti.per dictam leg.creditor.
ſecund.ſi enim non præmiſſa tali æſtimatione,pone-
ret in ſubhaſtationẽ,magna fraus cõmitti poſſet,cum
graui damno & debitoris & creditoris, addiceretur
enim res fortaſſis pro viliori pretio gratioſè per pu-
blicum exactorẽ,alicui fortè amico ſuo,& ita plus lu
craretur exactor ex gratia,quàm creditor ex debito.
12 Et idẽ paulus notat in dicta l.ſi quos. Quòd licèt res
fuerit vendita ad incãtum,nihilominus poteſt vendi
tor,vel ille cuius erat res conqueri de vltra dimidium
iuſti pretij deceptione,quia nequaquã ſequitur,Non
fuit repertus qui plus offerret ad incãtũ,ergo nõ plu-
ris valebat.tex.eſt in d.l.ſi quos.& ſic nõ perdit bene-
ficiũ.l.ſecundę.C.de reſcindẽda vẽditione. Animad-
uertite(quãdoquidẽ è memoria excidere nefas eſſet)
13 quòd prętendentes cauſam & ius quoddam in rę ſub-
haſtata,debent vocari ad ius ante adiudicationem de
creti,vt ibi iura & rationes ſuas ſeriatim adducant, vt
per eaſdem cognoſcatur, vter prior & vter poſterior.
per Ioannem Fab.in l.properãdum.C.de iudiciis.In-
nocentius in cap. cùm venerabilis. de religio.domi-
bus,& debeat cenſeri ſecundùm naturam ſuarum hy-
pothecarum cum cauſæ cognitione, & hoc cum inti-
matione fiet,quòd aliàs procederetur,ſuper his, pro-
ut erit rationis.Deinde ſigna,quod eſt admodũ con-
14 ueniens & neceſſarium,edictum proclamatoriũ ſub-
haſtationum pro foribus tribunalis territorij,cui ſub-
15 eſt prædium ſubhaſtatum,affigere, & eſt profectò v-
na de ſolemnitatibus,cuius defectus vel alterius ſi in-
terceſſerit,quicquid actum fuerit,reuocabitur, quia
nõ præſumerẽtur ſeruata ſolemnia,vt hinc debeat res
reſtitui cum ſuis fructibus,teſte Imper.Aug.in l.1.de
fide inſtrum.& iur.haſt.fiſ.lib.10.C. nec mirũ ſi hoc
ſit neceſſarium,quia ſubhaſtatio(quæ auctio dici po-
teſt,ab augendo,per augmentationem pretij)eſt ven
ditio facta in publico,vt declarat Bartolus in l.licita-
tio.ff.de publi.& vecti.& in d.l.1. de fide inſtrumen.
& iur.haſt.fiſc.libro 10.C.ne videatur fraus ſecretò&
clandeſtinę committi,fores enim tribunalis dicuntur
locus publicus,in quo talia debent exerceri, ne fraus
interueniſſe præſumatur,quę in talibus abeſſe debet,
per d.l.ſi quos & per d.l.1.per Pau.in d.l.ordo.& in d.
16 l.ſi quos.Hęc autem ſolemnitas eſt inducta in fauorẽ
debitoris cuius bona alienantur, ne ſua bona magni
valoris,vili pretio vendantur. Nam ſæpenumerò vi-
demus rem oblatam venditione in neceſſitate viliſſi-
mo pretio venũdari. Sed huic iniquitati proculdubio
iura ſubueniunt. Nam vt valida ſit talis,& quæuis alia
venditio,nonnulla profectò deſiderantur,ſuntq; ne-
17 ceſſaria. Primùm,quòd debitor ſit in mora ſoluendi.
Secundùm,quòd talis venditio fiat cum authoritate
pręſidis ſeu iudicis. Tertium,quòd fiat bona ſyncera-
que fide & ſine fraude,per ſcribẽtes in dicta l.ſi quos.
Quartùm,quòd iuſto pretio fiat. Quintùm,quòd fiat
ſolemniter,& cum ſubhaſtatione. Nã ſi aliquod illo-
rum deficiat,& maximè ſi nõ interueniat præſidis,iu-
dicis, ſeu magiſtratus authoritas,venditio retractari
18 poteſt. Hinc certum eſt iudicis decretum operari, ne
quiſquam de dolo aut metu conqueri queat. Præſum-
19 ptio enim eſt de his, quæ fuerunt in præſentia iudi-
cis,quod iuſtè legitimeque ſint facta, Iacob. Rebuffi
20 ſentiente in l.prima,de loca.prędi.ciui.libro 10.C. In
qua quidem vẽditione neceſſariò deſideratur pręſens
debitor,de cuius præiudicio agitur, quòd intellige
verè vel interpretatiuè. Nempe quòd fuerit citatus
cum intimatione ad perſonam vel domicilium: alias
ſibi nequaquam fieret præiudicium:& hoc allegatur
21 quòd in iudicio agitato inter aliquos, debet ſemper
citari tertius,de cuius præiudicio agitur, ſecundùm
Iacobum Rebuffi.in l.prohibitum ſuper gloſſa,quo-
rum intereſt,de iure fiſc.lib. decimo.C. alias poſito,
quòd valet iudicium inter præſentes,minimè faceret
præiudicium abſenti non citato. Cui ſeruit quod no-
tatur in l.in cauſæ.1.§.interdũ.ff.de minoribus vigin-
ti quinque annis.l.cum miles.ad finẽ.ff.ex quibus cau
ſis maiores per D.Cynum in l.prima,ante finẽ.C. de
aduocatis diuerſorum iudic.& gloſſam in dicta l.pri-
ma,de fide inſtrumentorum,& iure haſt.fiſc.libro 10.
C.nec peregrina & extranea erit ſequens quæſtio, ſi
22 & huic loco ac materia inſeratur.Quid ſi pars de cu-
ius præiudicio agitur, & cuius res ſubhaſtatur per
præconem(IVXTA ILLVD.Ciceronianum, Bis
iam vidimus haſtam in foro poni,& bona ciuiũ ſub-
iacere voci præconis) appellet pendente ſubhaſta-
tione,an ſatelles vel apparitor debeat ceſſare virtu-
te appellationis,aut ſuas ſubhaſtationes iuxta formã,
conſuetudinem,vſum ac ſtylum loci in quo fiat, pro-
ſequi. Cui faciunt ſatis docti ac præcipui noſtræ me-
moriæ practici,intrepidè ſuſtinentes, apparitori eo
caſu minimè ceſſandum ac ſuperſedendum, quum
is cognitione cauſæ ac iuriſdictione careat, immo
debet & obligatur procedere vſque ad ſolemnitatum
completionem,quæ ſuum concernunt officium. Etiã
quia caſus appellationis reparari poteſt in diffiniti-
ua, vbi ſubhaſtationes proſequens, ſuam (vt vo-
23 cant) requeſtam ſuſtinere nequaquam valeret. At-
tamen non procedetur per iudicem ad decretum,
appellatione indeciſa pendẽte, iudici debitè ac legi-
timè inſinuata, quæ debet prius ante omnia diſcuti,
an benè vel malè fuerit appellatum. Nec pugnat illud
tritũ iuris inuolucrum, contrariũ opinionum ratio-
24 nibus inuolutum ſeu brocardicum,Nil nouari opor-
tere appellatione pendente,quandoquidem id intel
ligi debeat verum eſſe inter eaſdem perſonas, & iudi
cio pendente,ſeu vt illius ſententiæ à qua eſt appella
tum:hic verò inter diuerſas,quia plures ſint opponẽ-
25 tes,per Cy.in l.appellatione.C.de appellat.& iudicio
non pendente,quia ſolemnitates non dicuntur iudi-
cium,ſed præparatorium ad iudicium arripiendũ co-
ram iudice,vt ſignat Pyrrhus Anglebermæi in ſæpin-
ſculè alle. l. 1.in gloſſ.magna,de fid.inſtr.& iur.haſt.
fiſc.lib.10.C. Iudicare enim,iudicis officiũ dũtaxat re
ſpicit,Cyn.teſte,in l.ſancimus.C.de iud. Deinde hic

certum tempus nõ ſit ſoluta pecunia, iure emptionis poſſideat rem iuſto pretio tunc æſtimādam, hoc enim caſu videtur quodammodo conditionalis eſſe ven-
36 ditio: & ita Diuus Seuerus & Anto. reſcripſerunt, vbi inquit eſſe fraudulentorum vſurariorum ſeu fœneratorũ aſtutias ac praxim huiuſmodi contractus celebrare, quibus addunt quod niſi luatur, reſoluatur ac redimatur intra tempus, omne pignus detur ipſis integrum, inſolidum pro pretio æſtimādo Titij ac Seij arbitrio, quos ea nunc in arbitratores & bonos viros eligimus, quod memoriæ commendandum aſſerit, ſed ſubdit Angel. vſurarium ſeu fœneratorem, callidum, vafrum ac aſtutum eſſe debere, quo eligat amicos, qui pignus æſtiment ad ipſius animi ſententiam. quod poſtremum Angel. additamētũ mihi (ſalua interim pace tanti viri) admodũ diſplicet, vt quod apertè erroris vitium præ ſe ferat, ſicuti omnibus rectè ſynceréq; ſentiētibus perſpicuũ eſt, de quo videre nemo grauabitur Bar. in l. fi. C. de pact. pign. dicentē ſubdolos fœneratores Bononienſes ex conſilio ſuorũ antiquorũ doctorũ & aduocatorũ facere fieri inſtrumēta, hoc modo. Si pecuniam ad tempus non reſolueris, ſit fundus mihi emptus iuſto pretio, arbitrio huius & illius declarādo, quos ex nũc in arbitratores bonoſq; viros eligimus quod cõſilium ait ſignandũ Bar. in l. 3. in vlt. q. C. de pign. & in d. l. ſi fundus, & Bal. in c. 1. 2. col
37 de feud. da. in vicem leg. cõmiſſo. in vſibus feud. Nec obliuiſcendũ cēſui pignoris ſubhaſtationē, debitoris citationem deſiderare & requirere. gloſſa & docti in alleg. l. fi. 1. col. C. de iure domi. impet. ac in l. 4. C. de diſtr. pign. & in vulgata l. ſi cõuenerit. ff. de pig. actio. doctores in leg. ordo. C. de exec. rei. iud. quibus quidē paſſibus clarè & expreſſè huius fit mētio, quos in-
38 tueri licebit. Sed quid hic de noſtræ ætatis peſtilentiſſimis, numero (proh dolor) infinitis fœneratoribus mihi dicendũ? qui pignora à debitoribus recepta poſt finem anni, vti propria ſæpè clàm & ſecretò, rariùs autē palā aut publicè ex ſuo arbitrio, partéq; minimè vocata, vendunt atq; diſtrahunt: vnde non contenti ſua ſorte & vſura recepta, vniuerſam etiam pecuniæ ſummam excreſcētē ſibi impudenter vendicant, in animarũ ſuarũ, niſi tempeſtiua ſequatur reſtitutio, perpetuũ & ineuitabile exitiũ, qui iuxta vtriuſq; legis humanæ & diuinę veritatē, nullo penitus in republica honore digni ſint, ſed è contra tā haberi quàm vocari debent voraces vt lupi, execrabiles & deteſtabiles ac infames vt prædones, tametſi hoc ſeculo verè infelici, cõditionis multò melioris appareāt quibuſdā aliis incolpatæ vitæ hominibus, qui egenis depoſito pignore, mutuum dāt, nihil inde ſperantes, (quos doctores ſæpenumerò creditores gratioſos appellare cõſueue-
39 runt) lege ſi conuenerit. ff. de pignoratitia actione. vetitum legimus pignus diſtrahi, niſi debitori ter fuerit denũciatũ vt ſoluat, & ceſſauerit: ſolutione autē ceſſante, diſtractio publica permittitur eatenus, vt quod, accepta ſorte, ſupereſt, debitori reſtituant. Secus illi: nā vt dictũ eſt, non contenti ſortè & vſura, reſiduũ (etiā inuitis dominis) poſt anni terminũ pertinaciter retinent, & quod deterius eſt, debitoribus id ipſum iuſtè repetentibus minaciter & odioſè recuſant, veluti fu-
40 res, latrones, & prædones impudētiſſimi, quibus merito veniſſet cõparandi, quanquā ſuā rapinā conentur in humeros principum nonnunquam reiicere, prætextu quarundam literarum ſibi ad vſuras exercendas ab iiſdem principibus, aliàs importunis & improbis precibus, aliàs ingentibus muneribus (reſtitutioni tamē indubiè obnoxiis) conceſſarum & permiſſarum, quũ tamen huiuſmodi literæ, ſi penitus introſpiciantur,

nihil ſuprà vſuras fieri poſſe conniuent. Quamobrem vſuris huiuſmodi, vtut permiſſæ ſunt, receptis, reliquum vt debitori, etiam anno elapſo, reſtituant, ne-
41 ceſſum eſt, atque ad hoc iudicialiter ſine dubio compelli poſſunt. Quod teſtari poſſum. Dum enim Louanij operam iuri nauarem, ac eximio Do. doctori Nicolao Heems à Bruxella tunc in humanis agēti cohabitarem, contigit quendam clericum ſex argenteos ſcyphos deauratos, quos neceſſitate conſtrictus fœneratori Louanienſi pignori dederat, anno decurſo, ſorte & vſura realiter oblatis, repetere: fœnerator negauit ſe debere huiuſmodi realem oblationem accipere, & ſcyphos velle reſtituere, quandoquidem ſui (vt aiebat) facti eſſent per annuam poſſeſſionem, quo non luiſſet pignus. Tandem re in controuerſiam iuridicam delata, conſilio eiuſdem D. doctores Nicolai Heems à Bruxella ſuccubuit fœnerator, vtique condemnatus, & dictorum ſcyphorum reſtitutionis, & expenſarum, citra vllā etiā tēporis illius vel anni lapſi conſiderationē. Quamobrē ſimili caſu occurrente ſic
42 iudicandũ erit. Nam annus ea conſuetudine fœneratoribus admiſſus, non conceditur vt eo lapſo pignora prorſus & ſimpliciter illis fiant propria: ſed ita demum, vt ea illorum venditione ſortem cum vſuris ſibi recuperare poſſint: quibus receptis, iuris, rationis,
43 & ſummæ æquitatis eſt, vt reliquum debitori reſtituant: ſufficere enim illis debent ſors & vſura permiſ-
44 ſa. Neque ipſis ſuffragari poteſt inerme argumentũ, quo ſuam iniuſtitiam tutari volentes, dicunt pignora nonnunquā anno lapſo ſortem & decurſas vſuras pręſtare nõ poſſe, & ſic ſuis permiſſis fraudari vſuris. huius namque periculi caſum facilè prouidentia fœneratoria vitare ſatagunt, quādo dũtaxat habita ratione
45 dimidij valoris oblati pignoris, ſua mutua vſuraria ex conſuetudine per eos etiam inuiolabiliter antiquitus obſeruata exercent, adeo vt nihil illis periculi superuenire poſſit per anni huiuſmodi decurſum. Et haud dubium etiā eſt, pignus ſemper pluris ęſtimari quàm debitum. Vndè dicitur, quod reſiduũ debet reddere creditor debitori, quando pluris debito pignora vendit, l. fi. §. fin autē minus. C. de iure domini impetran. l. ſi inter colon. in fine, ff. de pign. Vlpia. Quia quòd amplius debito conſequutus creditor fuerit, debitor re-
46 ſtituere debet pignoratitia actio. Sed dolendũ quod ab antiquis adeo diſcrepent præſentes vſuræ, vt optimè (quod dico, norunt) ſentiũt. quicũque neceſſitate adacti, modernorũ fœneratorũ operā, ſeu verius immitē immiſericordiā implorare cogũtur, à quibus velut ab hirudinibus exugũtur: neque etiā minus deplorandũ video, tā abiectos olim & infames homunciones, ad primos nunc honores vbiq; ferè locorũ, atque adeo in ipſas aulas principũ vſq; prorupiſſe, vt ipſos quibuſlibet viris, extra omnē controuerſiā etiā authoritate longè maioribus, ac dignitate, prudentia, cõſilióue magis conſpicuis, ſolo mammonæ iniquitatis reſpectu, paſſim in matrimoniis contrahendis, in priuatis & publicis conuentibus, prandiis & cœnis, denique in acceſſibus ad principes ad conſilia cùm optatiſſima audientia præferri videamus: ſubdicendum loterim, quia ea eſt materia, quàm hic altius repetere non eſt conſilium, & de quibus amplius dicendum eſſe non arbitror. reliqua enim communia ſunt, & in-
47 genio & prudentia facilè in promptu erunt. Pręterea quæſtio occurrit minimè aſpernenda. Subhaſtatio an & quando requiratur, priuſquā ad ſecundum decretũ perueniatur? Huc facit ſatis Bal. qui iuris nodos & regum ænigmata vt plurimum ſoluit in l. ordo, in 1. col. in verb. ſed tu vlterius not. C. de exequ. rei iud. quod

ſtatim à prima vẽditione receſſum videtur,vt in l.qui
autẽ.& ibi declarat Baldus.ff.de in diem adiect. & ſi
res fuerit vni addicta & vẽdita, nihilominus audietur
alius poſtea veniẽs,durãte termino, & admittetur ad
emẽdũ:quia videtur prima facta ſub conditione, ſi a-
lius meliorẽ cõditionem infra tempus in ſubhaſtatio
ne adpoſitum non attulerit,d.l.ſi tempora & ibi Bar-
8 tolus declarat,licèt ſubdat hoc locũ non habere,quã-
do priuatus vendit, ſed duntaxat quũ fiſcus vel reſpu
blica. Animaduerte diligẽter in licitationibus.i.obla
tionibus pretij factis ad rẽ vænalẽ pro illa emenda ac
comparãda,primum licitatorem per aliũ vltimum,&
poſt eũ venientẽ,qui vltra aliquid ad pretiũ iã oblatũ
offert,liberari,quando is vltimus eſt idoneus & ſol-
uẽdo,atq; per vẽditores admittitur:ſecus,ſi nõ ſoluẽ
do aut inidoneus reperiatur. tũ enim prior remanet
obligatus. Ita determinat ſingulariter Bal. in ſuo cõ-
ſilio incipiente, Modus & forma datiorum in ciuitate
Anconæ,&c.inquiẽs eum videri liberatum, quia qui
dare fideiuſſorem promiſit inidoneum, dando libe-
ratur,authore Vlpiano I.C.in l.qui ſatiſdare.§.plane.
ff.de fideiuſſo.& mandato, quia nõ dicitur in incan-
tu,quod dabitur idoneo,ſed plus offerenti & plus eſt
oblatum,ergo ex virtute verborum receſſum eſt à pe
nultimo licitante. Quamobrem nequaquam curan-
dum eſt,ſi ait ſoluendo in non,dummodo ſit talis qui
obligari poſſit. Sed his ac ſimilibus rationibus mini-
mè obſtantibus, in contrarium eſt proculdubio ipſa
veritas,quod præallegata l.probatur:requiritur enim
quod licitator ſit talis qui poſſit obligari & conueni-
ri dicta leg.qui ſatiſdare.primo reſponſo. Et nequa-
9 quam dicitur idoneus qui conueniri nequit. Martia.
I.C.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſdare cogan.in authẽtic.
de exhib.reis.in §.ſuſcepto.probatur per d.l.qui ſatiſ-
dare.in fine ibi, quia qui admiſit, à contrario ſenſu,
necnon per textum in l.quod autem.§. finali.ff.de in
diem adiect.vbi ad hoc vt licitator admittatur.& di-
10 catur plus offerre, requiritur facultatum idoneitas,
maior promiſſio, vtilitas,& conueniendi facilitas. l.
vbi autem.§.penult.& finali.ff.de in diem adiect. ſed
in his ac ſimilibus, omnino contrarium cenſendum,
quia nec conueniendi facilitas, nec par vtilitas, nec
par quantitas poteſt eſſe, vbi quis non eſt ſoluendo.
11 Nam qui non habet vnde ſoluat, ſimilis eſt habenti
exceptionem perẽptoriam,vt notatur in leg. Titius.
ff.de procurat. & in l.nam is.ff.de dolo. Item verba
12 incanti ſiue (vt nonnullis placet)incantamenti cum
effectu intelligi debent,vti notat gloſſ.in l.2.ff.qui ſa
13 tiſda.cogan.necnon in l.1.ff.in ius vocati vt eant. Itẽ
nec obtuliſſe videtur,quiſquis minimè ſeruauit cæte-
ra,quæ ſeruare debebat,nec contractum perfecit,nec
idoneos fideiuſſores dedit,vt in leg.arbitrio.ff.qui ſa
tiſda.cogantur. Item quia venditori indubiè licitum
14 eſt,pluribus ex licitatoribus, maximè idoneum eli-
gere:quemadmodũ teſtatur Vlpianus I.C.in leg.Sa-
15 binus.ff.de in diem adiection. Item,tunc eſt licitatio
admittenda, cum licitator fideiuſſores idoneos, &
cautiones offerre ac dare paratus eſt,Authore Pom-
pon.I.C.in ſępiſſimè allegat.l.licitatio.ad initium.ff.
de publica.& vectigal.alias enim maximum ſequere-
tur abſurdum,vtpote, quòd qui malè licitaretur ſeu
offerret alium inidoneum, quo ſeſe à promiſſione li-
beraret,proculdubio ſubmitteret. Vlpianus I.C.in l.
cũ hi.§.ſi cum lis.ff.de tranſact. & maximè hoc pro-
cedere nonnulli aiunt in venditione Reipub.cui ſem
16 per debet excipi quod eſt vtile. Item quia fiſcus non
acceptat niſi ſufficientes & ſoluendo.l.prima.§.an bo
na.ff.de iu fiſc.facit in ratione ſui,l.ſi ſeruus plurium.

17 §.ſi quis ante.ff.de lega.1. Itẽ quia reſpublica nequa-
quam videtur ſubhaſtatoribus in mandatis dediſſe,
vt acceptent inidoneum licitatorem, & idoneum di-
mittant. Caius I.C.in l.in perſonam.§.qui pecuniam,
ff.de pactis.& Vlpianus I.C.in l.ſi bene. ff. de vſuris.
ita ſolẽniter concludit Baldus in dicto ſuo conſilio.
Idemque etiã paucis videtur ſenſiſſe verbis Bartolus
18 in dicta l.licitatio.& in dicta l.ſi tempora.quod prior
licitator per poſteriorem inidoneum, minime libe-
retur.ſiquidẽ prior licitator,per poſteriorem in cura
tela cum cauſæ cognitione, prout de iure ac etiam
cõſuetudine,edicto publico proſcriptum ſeu procla-
matum prodigum,& ſic inidoneum, nequaquam li-
19 beratur,ſed vt prius,obligatus indubiè remanet. Præ-
terea animaduerte res immobiles per ſubhaſtationẽ,
aut quouis alio etiam modo tã vendendas, quàm ven
ditas ſpecificari ac terminari debere in inſtrumento,
literis decurionalibus(vulgo ſcabinalibus)aut pariũ
curiæ,per earum quãtitates,qualitates,loca, latera &
fines,vt ſignanter Vlpiano I.C.placuit.in forma. ff.
de cenſibus.necnon Scæuolæ I.C.in l. Titius hæres.
§.fina.ff.de actionib.empt.& venditi. Ita confidẽter
Speculator in titu.de empt.& vend.in §. 1. in ver. ſi
ita. quod paſſim practici omnes omnibus in curiis
ac foris inſequuntur,ſaltem obſeruare quàm maximè
ſtudent ac nituntur,quo indubiè controuerſię omnes
concertationes,diſcrepationes, rixæ, necnon omnis
20 generis diſcordiæ facilè deuiabuntur. Præterea me-
miniſſe minimè obfuerit hoc paſſu(tametſi à ſubha-
ſtationum materia nonnihil abhorreant,occaſione ta
men oblata,cum alioqui cognitu ſint digna, non pi-
guit annotare)pretia ſeu rerum ęſtimationes,aliquot
probari modis. Primò, per iudicem, facta per eum ta
xatione. Secundò, per relationem peritorum & aſ-
ſumptorum per iudicem ad hoc. Tertiò, per librum
æſtimi ſiue cataſtri publici(vt volũt Itali)in quo de-
ſcribuntur res omnium ac ipſarum pretia: qui qui-
dem liber minimè plenam fidem facit, ſed præſum-
ptionem ac indicium duntaxat inducit. Bartolo ac
Baldo teſtibus,in l.vltima.C.de magiſtra conuenien.
necnon etiam Bal.in l.ſi pater.C.de actionib. empt.
Quartò, per teſtes,quorum probatio omniũ difficil-
lima,vtpote per indirectũ ſeu obliquum,nequaquam
autem per directum.ſ. per ſenſum corporeum:æſtima
tio enim rei in ſenſum corporeum teſtis non cadit,
ſed per iudicium intellectus:manifeſtiſſimi enim iu-
21 ris eſt,teſtẽ debere & obligari deponere per ſenſum
corporeum actui congruentem,vt l. qui teſtamento.
§.finali,& ibi latè Bartolus & doctores.ff. de teſtamẽ
tis Bartolus in l.ad teſtium.C.de teſtibus. ibidem In
nocentij deciſionem referens. Gloſſa ſolemnis,& ibi
Bartolus in l.ſecunda.C.de reſcindenda venditione.
textus notabilis in l.vltima.& ibi Bartolus.C.de præ-
diis nauiculario.libro vndecimo.& non per iudicium
22 intellectus.non enim ad teſtem, ſed ad iudicem ſpe-
ctat iudicare,vt notat Bartolus in l.prima, ff. ſi cert.
23 petatur. Ex quo elicere nequaquã pigebit,valoris rei
probationem in duobus debere expendi, quòd(vul-
go)dicimus priuilegiari. Vnum quo in eo obliqua &
indirecta probatio admittatur,neq; cogitur quis per
ſenſum corporeum deponere. Bartolus in l. 2. C.
de reſcindenda venditione. Alterum eſt priuilegium,
licet regulariter non admittatur depoſitio de creduli
tate, ſed tantummodo de certitudine. Barto. in l.3.
ff.de iureiurando.tamen in probando valore rei, ad-
mittitur depoſitio de crudelitate,& in hoc priuilegia
tur. Bartolus in l.pretia rerum.§.vltimo.ff.ad legẽ Fal
24 cidiam. Ratio eſt,quia in his quæ non cadunt directo

in ſenſum corporeum, admittitur probatio de credu litare.l.1.§.primo,de vent.inſpi.c.propoſuit. de probatio.in antiqui.quod eſt ſolēne. Quintò,per ſubhaſtationē:quę omnia aut his ſimilia explanare,neq; eſt omnino virium noſtrarum,neque præſentis inſtituti, quinto dūtaxat modo excepto,quo ęſtimatio ſeu valor rei probatur per ſubhaſtationem.ſed horum vberius explicatiúſque meminit D.Angelus Aret.in ſuis commentariis in §.ſi quis agens.inſtitut.de actionib. quem petite. Proſequendo tamen materiam noſtrā, amplexabimus præfatum quintum modum,quo fructuum aut rei æſtimatio per ſubhaſtationem probatur,quia tunc ad æſtimationē factam in ſubhaſtatione conuolatur & recurritur per textum in l.ſæpiſſimè allegata authent.hoc ius porrectum.C.de ſacroſanct. eccleſ.Hinc ſcribit Ioan.de Imola in dicta l.pretia re
25 rum.§.vlt.quòd poſtquam res fuit ſubhaſtata, non ſit locus remedio.l.2.C.de reſcinden.vendit. Ratio ſecundùm eum,quia tunc venditio videtur legitimè facta.Sed Bartolus contrarium indubiè ſenſit, allegans textum l.1.C.ſi propter public.penſita. Exiſtimo tamen(ſalua interim pace tā eximij ac ſingularis viri) priorem opinionem,quæ eſt Imolæ,eſſe profectò veriorem. Ratio eſt,quia res quæ haſtæ ſubmittitur ac ſubhaſtatur, & traditur plus offerenti, igitur datur ſecundùm loci publici æſtimationem, quæ dicitur ac cenſetur æſtimatio legitima & vera,vt ſcribit Bartol. in ſæpiuſculè citata l.pretia rerum.§.vlti. Pro concordia atque conciliatione dictarum opinionum intre-
26 pidè ac fixo pede cenſendum paucis arbitror:Vbicūque res venditur ſeu venundatur ad ſubhaſtationem, dolo & fraude ceſſantibus, idque ob neceſſitatem, & datur plus offerenti,tum in illa nequaquam eſt locus remedio.l.2.C.de reſcind.vendit.& hanc opinionem amplexantur & obſeruant huius ætatis practici omnes. Res verò quæ minimè ob rei familiaris neceſſitatem,ſed quadam ex voluptate venundatur , ſi ad ſubhaſtationem,repugnante ſtatuto loci aut conſuetudine,plus offerenti non detur,eo caſu locus erit remedio dictæ.l.2.C.de reſcind.vendit.hoc certè pacto intelligitur opinio Bartoli in l.1.C.de præſcript. 30.vel 40.annor.Ita intelligitur opinio Ang.& Pauli.
27 in non ſemel allegata l.pretia rerum.§.vltimo. Nota, quod ſemper in Francia habent pro more, vt impetrent literas regias pro contractus reſciſſione , quas Galli literas regias reſciſſorias appellitant.Sed id ab
28 hinc aliquot annis limitatum per regias ordinationes reperi,vt decennio elapſo,à tempore contractus celebrati,non habeat amplius locum remediū.l.ſecūd.
29 Itaque poſt decennium effluxum huiuſmodi literæ nequaquam dātur, quū hominis memoria labilis ſit, ſicuti meminit Imperator Iuſtinia.in l.2.§.ſi quid au
30 tem.C.de veter.iure enucleā. Spec. de locato. §. 3. verſic.habito quandoque poſt annum.gloſſa in cap.ſi teſtes.4.quæſt.3.per l.ſi arbiter.ff.de proba.His ſatis, ne copia faſtidium pariat.

CAPVT QVINTVM.

SVMMARIVM.

1 Subhaſtationis tempus.
2 Subhaſtationis tempus iudici ſeu officiali augere, non minuere,permittitur.
3 Subhaſtator vendens, an fidem de pretio habere queat?
4 Subhaſtatio an ementis præſentiam requirat?
5 Exponēs venalia,ſi obligari nolit,illa verba, quòd plus offerenti dabitur,nō adponat, quo caſu potius rei pretium explorare,quàm vendere voluiſſe videtur.
6 Subhaſtatio iudicis decreto facta,an exceptionem deceptionis dimidia excludat.
7 Ioannes Andreæ profundiſſimus vtriuſque cēſuræ monarcha,& veritatis iuridicæ defenſor amātiſſimus.
8 Subhaſtatio pretium iuſtum diſcernit.
9 In ſubhaſtatione ſi plures concurrant, quid iuris, quidque fiet?
10 In ſubhaſtatione offerens plus iuſto,non emat,ſed vt alios inducat ad pluris emendum , tenetur crimine ſtellionatus.
11 In ſubhaſtatione, ſtatim quòd quis offert obligatur tantum dare.
12 Minor in licitationibus reſtituitur.
13 Edicta publica,vulgo bāna ſeu bannimenta nuncupantur.
14 Ex quo facio edictum fieri ſeu rem præconizari, videor contrahere cum incerta perſona,quippe plus promittente.
15 Subhaſtatio cùm ſit , an habens duas partes rei præferatur habenti vnam duntaxat.
16 Quum eris iudex ſuper re communi diuidunda, optio defertur habenti maiorem partem, quā ſi non acceperit,tranſit optio ad habentem minorem partem.
17 In ſubhaſtatione offerens,an poſſit pœnitere?
18 Subhaſtatio an requiritur,quando hæres cōfecto repertorio vendidit?
19 Subhaſtatio non probatur venditionis inſtrumēto,in quo ſit mentio ſubhaſtationis factæ, quæ fieri non potuit tempore inſtrumenti.
20 Subhaſtationis factæ cōfeſſio in vltimo elogio, an probet,& quid ſi ſit cum iuramento remiſſiuè.
21 Subhaſtata res cui concedenda.
22 Subhaſtatæ res eccleſiæ,iuſtum pretium non plus offerenti traduntur.
23 Eccleſia in ſuis contractibus nequit fraudem adhibere.
24 Eccleſia cultrix & auctrix iuſtitiæ,non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri ac meliori in ſe vel in alterum.
25 Priuatus ſæpe obuiat iuſtitiæ.
26 Lex ciuilis admittit vt contrahentes ſe inuicem decipiant.
27 Ius diuinum & forum conſcientiæ nō admittūt, vt contrahentes ſe inuicem decipiant.
28 Euangelium Matth. 7.iubet cuique facere quod ſibi vult fieri,& prohibet alteri inferre , quod ſibi nolit fieri.
29 Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines,& vos eadem facite illis. Matth.7.
30 Nemo præſumitur iactare ſuum.
31 In foro conſcientiæ quilibet debet eſſe bonus vir.

32 Ratio

32 *Ratio, quare in foro ciuili ac canonico licitum eſt contrahentibus ſe circumuenire, & non in foro conſcientiæ.*

33 *Lex diuina nihil impunitum relinquit, quod ſit virtuti contrarium.*

34 *Iuſtum pretium non eſt punctim determinatum.*

35 *Subhaſtatio cuius efficacia.*

36 *Subhaſtatio vbi interuenit, omnem doli fraudiſque ſuſpicionem ceſſare facit.*

37 *Subhaſtatio firmat contractum, & perpetuò ei robur attribuit.*

38 *Haſtæ fiſcalis fides, facilè conuelli non debet.*

39 *Subhaſtatio non eſt leuis ſolemnitas.*

40 *Subhaſtatio tollit præſcriptionem contra vendentem.*

41 *Quod plus offerenti dabitur, illa verba in ſubhaſtatione, quid importent remiſſiuè.*

ANTEQVAM huic Exegeſi vltimam imponeremus manum, nonnulla adhuc alia mihi ſubiicienda videbãtur, quorum explicatio & enarratio non parũ ad intellectum eorum, quæ capitibus præcedentibus expoſita & declarata ſunt, con-
1 ducet. Eſt autem tempus ſubhaſtationis, in quo res venalis ſtare debet ſubhaſta, à iure diffinitum, ſpatium quipppe viginti dierum in rebus eccleſiarum, minoris, fiſci, & id genus nec diſſimiliũ, vt in d. auth. hoc ius porrectum, ibi (per viginti dies rem eccleſiæ eſſe venalem, &c.) In aliis verò eſt arbitrarium, i. arbitrio venditorum, niſi aliter tempus ſtatuto aut cõſuetudine eſſet aut reperiretur limitatũ, ſicuti ſentit Barto. poſt gloſſ. inſignem ac memorabilem in l. ſi tempora. C. de fide. inſtru. & iur. haſt. fiſca. lib. 10. à cuius ſententia & ratione non abhorret Bal. id etiam tradens in l. 1. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum. Sed idem Bald. in d. l. ordo. C. de execu. rei iudic. cenſuit contrarium, inquiens: In iudicis eſſe arbitrio, poſſeq; efficere rem ſubhaſta teneri poſt ſuam ſententiam, ad
2 annum vſque per c. querenti. de offi. deleg. quòd tamen tempus officiali augere, non minuere permittitur ſecundum Barto. ita adſtruentem in l. ſi tempora præcitata: atque elapſis primi anni diebus in quo aliquis obtulit, ſecundùm bannimentum fieri nequit, quo alius admittatur, ac ius iam quæſitum priori offerenti tollatur, niſi eſſet minor vel perſona quæ ex reſtitutione id impetraret, expreſſa l. & ſi fine. §. quęſitum. ff. de minor. 25. annis. aliàs primo banno ſtandum eſt, vt l. 2. C. de loc. præd. ciui. lib. 11. ita declarat glo. atque Bart. poſt eam in ſæpè alle. l. ſi tẽpora. & in l. licitatio. in prin. ff. de pub. & vectig. Nec inconcinniter prioribus ſubſequẽs quęſtio accommodabitur:
3 An ſubhaſtator vendẽs, fidẽ de pretio habere queat? Hęc quęſtio negatiuam aſciſcit partem, ipſum fidem de pretio habere non poſſe, vti Vlp. I. C. viſum eſt in trita ac vulgata. l. à diuo Pio. §. ſed ſi emp. in verbis, oportet enim res captas pignori & diſtractas præſenti pecunia diſtrahi, nõ ſic vt poſt tempus pecunia ſoluatur. ff. de ind. & ita Bart. ſenſit in l. 1. ad finem. ver. quæro, vtrum procur. C. de fid. inſt. & iur. haſt. fiſ. lib. 10. diciťque gloſſa pretio præſente, vt l. ſi procurator in fine. ff. de iure fiſci. Adde Bal. in l. contractus, in 2. col. in ver. ſecundam verò opinionem. C. de fid. inſtr. & in prac. Papi. in verſ. per publicum nuntium. in rit. de exec. ſent. Huius nec immemor repetit Ioannes Bertachinus in ſuo tractatu Gabellarum, tributorũ,
4 atque vectigalium. Deinde, ſubhaſtatio an ementis præſentiam requirat, præſens quæſtiuncula deſtructiuam partem deſiderat, nec requiritur perſonæ ementis præſentia, ſufficit enim quòd eat ad promittendũ, ad illam perſonam vel locũ, qui cõtinetur in præconio aut edicto, & ita obligatur proponens ad vendẽdum, niſi antequam aliquis offerat, publicè reuocet, ſicut publicè propoſuit, vt l. ſed & ſi pupillus. §. de
5 quo palàm. in priu. ff. de inſtit. actio. Sed ſi exponens ad vẽdendũ, obligari nolit, illa verba, quòd plus offerenti dabitur nequaquam adponat: quo caſu potius rei pretium explorare, quam vẽdere voluiſſe videtur.
6 Ita notabiliter placuit Bart. in d. l. licitatio. & in d. l. ſi tempora. Præterea ſubhaſtatio iudicis decreto facta, an exceptionem deceptionis dimidiæ excludat? Pro huius quæſtionis enucleatione conſiderandũ eſt, hoc quippe pacto iuſtum pretium probari poſſe, vtpote quòd ſi res fuerit ſubhaſtata in loco publico alta voce, atque non plus fuerit repertum, niſi tantum. Iſto enim caſu quum res eſt vendita per ſubhaſtationem, nequit dicere venditor ſe vltra dimidium iuſti pretij circunuentum ac deceptum, ſi iudicis decretũ interuenerit, vt in l. 1. C. de præd. decurio. ſine decre. nõ alienan. libro 10. & ibi Bart. pro quo optimè facit quod
7 elegantiſſimè tradit Ioannes An. Quòd quid ſit iuſtũ
8 pretium, diſcernitur per ſubhaſtationem. aliegat authent. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. Eccleſ. l. ad officium. C. commu. diuidun. l. fina. §. peu. C. de iure dom. impetr. l. 2. & 3. C. ſi propter publi. pẽſita. quòd tene memoria: id expreſſè etiã ſuſtinet D. Angel. in l. obſeruãdũ. §. corpora. ff. ad l. Falcidiã. licèt Bar. aliter ſentiat in l. 1. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorũ, allegãs l. ſi quos. C. de reſcinden. vend. quia (inquit) nõ ſequitur, res fuit ſubhaſtata, ergo iuſto pretio vẽdita. Ideoque nequaquam ſequitur neceſſariò, quòd non poſſet eſſe iniuſtum pretium, atque quòd nequeat eſſę reuera deceptio, ſeruit quod habetur in ſimili in l. 3. in fine de ſupellect. lega. aliâs ſequeretur, ꝙ re vẽdita per minorẽ cũ ſubhaſtatione, cũ authoritate tutoris ſeu curatoris, & cũ decreto iudicis nõ poſſet per in integrum reſtitutionẽ retractari, quod eſt à veritate haud dubio alienũ, vt eſt bonus text. in l ſiquidẽ. C. de prædiis minor. Sed ibi clarè fuit probata ambitio, ſecũdũ Ange. in d. § corpora. Ita refert Matth. ab Afflictis. Neapol. in ſuo cõmẽtario, ſuper cõſtitutione Freder. Imp. de iure Protomiſeos. §. 2. nu. 9. Similiter & Ang. in §. ſi quis agẽs. n. 3. inſti. de actionib. quos ſi lubet, videte. Quandoquidẽ aliquot nunc ſcrupuli circa ſubhaſta-
9 tionis materiã memoriæ occurrũt. Quid iuris, quidq; fiet, ſi plures in ſubhaſtatione cõcurrant. Reſpondendum arbitror, primo offerenti dari debere, ſi tantundem per omnes offeratur, vt l. prima. C. de cõmu. ſeruo. manu. Si verò ſimul cõcurrant, & ſint ęquè idonei & tantundem offerant, cuilibet pro rata dabitur, aut gratificationi locus erit. Ita ſolenniter ponit Bal. in l.
10 fina. C. de teſta. ma. Offerens tamẽ plus iuſto, non vt emat, ſed vt alios inuitet ad pluris emẽdum, tenetur indubiè crimine ſtellionatus, id eſt, pœna extraordinaria iudicis arbitrio imponenda, ſeu infligẽda, vt eſt textus notabilis in l. tertia. in §. item ſi quis impoſturam. ff. de crimi. ſtelliona. quem ſingul. commemorat
11 Inoc. in notab. ſuis, & vide text. in l. licitatio, in prin. in verb. calore. ff. de publ. & vecti. Item. Aduertẽdum quòd ſtatim cum quis offert, obligatur tãtum dare in ſubhaſtatione, quemadmodum ponit Bartolus in ſæpiſſimè citata l. ſi tempora. C. de fide inſtrumẽ. & iure haſt. fiſc. lib. 10. & officialis aut venditur cogitur vendere

dere & dare plus offerenti,ſi dixit,quòd plus offeren
ti dabitur,niſi alteri potius offerẽti minus propter fa-
ciliorem ſolutionem dari expediat, quia magis ido-
neus,vt in l.tertia,& in l.Sabinus.ff.de in diem adiec.
ſecũdùm Bar.io d.l.ſi tẽpora.& in l.licitatio.in eaor.
& ad hoc quod dicatur melior conditio oblata,vt in
12 l.4.& in l.ſed & ſi proponatur.ff.de in diẽ adiect.mi-
nor tamen in licitaiionibns reſtituitur,vt d.l.ſi fine.
§.1.& facit l.Æmilius.ff.de minorib.25.annis, decla-
ratque Bar.in crebro citata.l.ſi tempora.& in l.licita-
tio.Et licèt res fuerit conceſſa alicui, tamen veniens
alius infrà ſubhaſtationis tempora,debet admitti, &
res illi vendi:ſi plus offerat,vt dixit gl.& Bar.in d.l.ſi
tampora. & inter edicta publica(quæ ſecundum vul-
13 gare Gallicorũ & Lombardorũ aceos inſequẽtium,
appellantur *banna* ſeu *bannimenta*,ſi ita fari liceat) &
prouiſioocm intercedat tempotis interuallum, tunc
14 ex tali prouiſione vel oblatione poſtea ſequuta ori-
tur obligatio: quia ex quo facio rem præconizari
aut edictum fieri,videor cõtrahere cum incerta per-
ſona,hoc eſt,cum illo qui plus promittit, quo pro-
mittente contractus eſt perfectus,ſicut ſi dico, volo
emere:& tu dicis, volo vendere,vt notatur in l.in ven
dentis.C.de contrahenda emptio. & vendit. & ſicut
cum pecunia proiicitur in populo:quia videor dona-
re ei qui illam occupauerit. vt in l.qua ratione.§.fin.
ff.de acquiren.rer.do. Deinde etſi plurimarum quæ-
ſtionum ſuperius memini, quæſtiuncula nequaquam
15 ſilentio prætereunda in mentem venit. Subhaſtatio
cum ſit,an habens duas partes ſiue maiorem partem
alicuius rei præferatur habenti vnam aut minorem
duntaaat? Baldus in l.Sancimus in principio. ad finẽ
ſecundæ columnæ num.9.& 10.C.de donation.affir-
matiuam partem intrepide ſuſtinet, nempe habentẽ
duas partes aut maiorem partem rei,anteferri deberi
habẽti ſolũ vnicã aut minorem rei partẽ:quia inquit:
loco præallegato,maior ſeu præcipua pars rei, quip-
16 piam operati debet.Subdit'q; quum eris iudex ſuper
re communi diuidenda,optio defertur habenti maio
rẽ partẽ:quã ſi non acceperit.tranſit optio ad haben-
tem minorẽ partẽ. Prætereà hic obiter occurrit no-
dus apud ſcriptores indifficilis explicandus ac cõmo
17 neſaciendus.Offerens in ſubhaſtatione an poſſit pœ-
nitere?Bar.in vulgara l.licitatio.ad exordium. ff. de
publica.& vectig. affirmatiuam ſuſtinere partẽ legi-
mus,ſi modò publicè pœniteat,ſicut & publicè pro-
miſit per l.ſed & ſi pupillus. §. 1.ff. de inſtit. actio.
quòd Ang.diſplicet,cum emptio ſit ſuſpecta, à qua
non licèt diſcedere.argumento l.ſicut.C.de actio.&
obl.l.primæ & ſecundæ.C.quãdo lice.ab emp. diſce.
l.2.ff.de reſcin.vendit.& l.ab emptione.ff.de pact.di
cere tamen nec obſcurum fuerit ſecundum Angel.de
18 Periglis poſt Bar.in nõ ſemel allegata l.licitatio.Bar.
opinionem poſſe eſſe veram,ſi Reipublicæ expedit,
aliàs ſecus,quod ſigna. Dein,ſubhaſtatio an requira-
tur quando hæres facto inuentario vendidit?Nega-
tiuè reſpondendum eſt cum Bar.in l.finali.§.& ſi pre-
fatam.C.de iure deliber.hoc eſt, hæres repertorium
cõficiens,poteſt vendere bona pro ſoluendis & ſatiſ-
faciendis debitis & legatis, nec ſubhaſtatio aut alia
19 ſolemnitas deſideratur.Præterea ſubhaſtatio nõ pro-
batur venditionis inſtrumento, in quo ſit meorio
ſubhaſtationis factæ,quæ fieri nequaquam potuit tẽ-
pore inſtrumenti.gl.ſ.& Bart.in l.1.C. de ſid.inſtru.
& iur.haſt.fiſca.lib.10.nec non in l.Sciendum. & ibi
20 Alea.10.col.de verb.obl. Deinde ſubhaſtationis fa-
ctę cõfeſſin in teſtamento ſiue vltimo elogio ao pro-
bet?& quid ſit,ſi cũ iuramẽto,vide Bal.in ſuis cõſiliis
conſ.475.io quinta parte.Et quandoquidẽ nonnulla
locis ſuperioribus de ſubhaſtatione tradidimus obli
21 niſcẽdum nequaquã cenſuimus, Rem ſubhaſtarã plus
offerẽti profectò cõcedi & tradi debere, ſicut nõ mi-
nus ratiooabiliter,quam eleganter tenuerunt ac tra-
diderunt Bart:eiuſque ſequaces in l.ſi tempora.C. de
22 fid.inſtru.& iur.haſt.fiſc.lib.10. Quod verum habebi
tur præterquam in rebus Eccleſiæ,quę indubiè iuſtũ
pretium offerenti tradi debent, & ſi alter plus obtu-
lerit,ſecundùm gloſſam ſiogularem in verb. vt plus.
in c.hoc ius porrectũ.10.quæſt.2.& ibi Archi.& Bar.
in libello de ſimulat.contract.in 2.pręſump.& Ludo.
Pon.in ſing.verb.venditio.verſi.ſcis quod res, atque
Bald.in l.in cauſæ.§.penult.ff.de minorib.25.annis.
Itaque ſi in vẽditione plus offertur,quam pro rei va-
lore res valeat, Eccleſia ſummam illam oblationem
recipere nequaquam debet, ſed duntaxat iuſtum rei
pretium, iuata allegationes iamiam in medium de-
23 ductas,quia Eccleſia in ſuis contractibus non debet
fraudem aliquam adhibere,vt in ca.per tuas.eatra de
donat.cui ſeruit textus in c.1.§.1.in titulo.de aliena.
24 feud.in vſib.feud.vbi pulchrè textus ſic habet:Eccle
ſia cultria & auctria iuſtitiæ,non patitur contra iuſti-
25 tiam aliquid fieri in ſe vel in alterum : priuatus verò
ſæpè obuiat iuſtitiæ, quod ait ſatis notabile ibidem
gloſſa in verb.Eccleſia.quia Prælati quàm ſæpiſſimè
26 contrario ſtudent,ſub prætextu quod ſemper melior
conditio Eccleſiæ fieri debeat.Nec aliquid operatur
legẽ ciuilem ac humanam admittere, vt contrahen-
tes ſe inuicẽ decipiãt.I.C.Vlp.referente in l.in cau-
ſæ.2.§.n.idẽ Pompo.ff.de mino.25.an.vbi textus.Idẽ
Pompon.ait in pretio emptionis & venditionis natu
raliter licere contrahẽtibus ſe circunuenire,quia Ec-
cleſia in ſuis contractibus nequit dolum aut fraudem
27 committere d.c.per quas.Itaque ſuſtinendum de iu-
re diuino ſeu poli,& ſic in conſcientiæ foro minimè
licitum eſſe contrahentibus ſe decipere, etiam citra
dimidium iuſti pretij: & etiam in caſu vbi non dare-
tur reſtitutio,contrahentéſq; eſſent laici,per id quod
28 etiam Euangelico fundatur eloquio, quo quiſque iu-
betur alij facere, quod ſibi vult fieri:& prohibetur a-
29 lij inferre,quòd ſibi nolit fieri. Vnde Chiſtus Euan-
gelio Matth.7. *Omnia quaecunque vultis vt faciant vobis*
homines,& vos eadẽ facite illis:hæc eſt enim Lex & Prophe
ta,iuata c.humanum genus.prima diſ. Sed certum eſt
vnumquemque velle quod ſibi venderetur iuſto, æ-
quo & cõmuni pretio:neque quẽquam tam patiẽtis
animi,qui in pretio decipi velit, vel etiã citra dimi-
30 dium iuſti pretij.Nemo enim pręſumitur iactare ſuũ,
trita l.cum de indebito.in princ.ff.de proba.cũ ſine
numero ſimilibus. quamobrem vnuſquiſque debet
velle vendere iuſto & communi pretio, & neminem
decipere,potiſsimum mendaciis ac periuris,teſte bea
to Auguſt.in c.quoniam 88.diſt.& Caſsiodorus eadẽ
diſtin.c.quid eſt aliud.Quos teatus vtinam noſtri ęui
mercatores ac negotiatores memoriæ ſcrinio perpe-
tuò commendarent,prę'q; oculis haberẽt, nequaquã
tam proni ad mẽdacia & periuria(proh dolor)eſſent.
Ad prædicta vide gloſſam notabilem in l.ſemper in
conuentionib.ff.de reg.iur.quæ dicit,Quod licèt lex
dicat, quòd ſit licitum contrahentibus ſe circunue-
nire,nõ tamen conuenit viro bono : ſed in conſcien-
31 tiæ foro quilibet debet eſſe bonus vir, ergo, &c.
Verum quænam apparet ratio,cur in ciuili vel cano-
32 nico foro admittatur contrahentibus qualiſqualis
circunuentio in pretio, quia licituoi eſt cariùs ven-
dere & vilius emere, etiam vſque ad dimidium iu-
ſti pretij excluſiuè, & non ſic in conſcientiæ foro?
Huic

Huic interrogationi facio ſatis, ſecundum B. Tho. 2.
2.q.77.artic.1.verſi.ad primum ergo dicendũ: Quod
lex humana populo datur, in quo ſunt multi à virtute
deficientes, nequaquam autem datur ſolis piis, bonis
ac virtuoſis. Quocirca lex humana non poteſt prohi-
bere quicquid eſt contra virtutem, cui ſufficit vt pro-
hibeat ea quæ deſtruunt humanam coniunctionem:
alia verò habeat quaſi licita, non quod ea approbet,
ſed quod non puniat. Sic ergo habet quaſi licitũ, pœ-
nam non inducẽs, ſi abſq; fraude venditorẽ ſuũ ſuper-
uendat, ac circumueniat, aut emptor illius emat, niſi
ſit nimius exceſſus. Nam tunc lex humana cogit ad
reſtitutionẽ, puta quoties aliquis decipitur vltra vel
33 citra dimidium iuſti pretij. Porrò lex diuina quæ non
ſolum datur populo, ſed omnibus virtuoſis, nihil im-
punitum relinquit quod ſit virtuti contrarium. Vnde
ſecundùm diuinam legem illicitum reputatur, ſi in
emptione & venditione non ſit ęqualitas iuſtitię ob-
ſeruata, & tenetur ille qui plus habet reſarcire omne
detrimẽtum illi, qui iacturam & fraudem paſſus fuit,
ſi ſit notabile damnum: quod ideo dico, quia iuſtum
34 pretium quandoque non eſt punctim determinatũ,
licèt magis in quadã exiſtimatione cõſiſtar, ita quod
modica additio vel diminutio non videtur tollere æ-
qualitatem iuſtitiæ, & hoc videtur rationi conſenta-
neũ. Huius opinionis ac ſententiæ etiam legitur bea-
tus Bernardinus in libello de contractibus & vſuris,
in ſermone 35.artic.1.c.2. Præcedentibus interim mi-
nime inutile fuerit annectere concluſionem admodũ
ſignandam, ac nulli non compertiſſimam: Quamuis
ius permittat & tolleret, vt contrahentes, ſeſe deci-
piant infra dimidium iuſti pretij, tamen in conſcien-
tiæ ſiue poli foro (vt vocatur) omnino illicita eſt hu-
iuſmodi deceptio. Hæc eſt omnium doctorum ac bo
norum virorum ſententia. D. Anth. de Butr. in c. cum
extra. de empti. & vend. & bea. Thom. 2.2.q.77.1. &
2. arti. teſtibus. Tenet Cyn. in additione ad l. cauſæ 2.
§. pe. ff. de min. 25. ann. Tractãt id Sal. in auth. ad hæc,
C. de vſu. Petr. de Anch. in regu. peccatum, de reg. iur.
lib. 6. Pano. in c. plerique. de immunita. Eccl. Inn. in
c. in ciuitate. de vſur. ac ibi latiſſimè Ioan. de Anna.
quodque confirmat Bald. in c. cum cauſam de teſtib.
huiuſmodi ratione dicens idem eſſe conſcientiam &
bonum virum, ſed minimè conuenit bono viro vt ali
quem decipiat contrahendo, etiam in minimo, ergo
&c. & hoc placuit etiam Bal. in Rub. C. de contrah.
emp. & vend. in allegatá auth ad hæc. Præfatæ tamen
concluſioni admodum aduerſari videntur c. primum,
prima diſt. atque c. ſana, nona diſt. continentia ac di-
ſponentia, Ius naturale & diuinum idem eſſe, ſed iure
naturali admittitur deceptio infra dimidiũ iuſti pre-
tij, vt inquiunt Vlp. I.C. in l. in cauſæ. 2. §. idẽ. Pomp.
ff. de min. 25. annis, & Paulus I.C. in l. item ſi pretio.
§. fi. ff. loc. quia naturaliter licèt contrahentibus inui-
cem ſe circumuenire, ergo huiuſmodi deceptio non
illicita, etiã in conſcientiæ ſeu poli foro. Huic, omiſ-
ſa digreſſione, faciendo ſatis, indubiè dicendum arbi-
tror, verbum naturaliter illis in legibus nequaquã ſi-
gnificare idẽ quod de iure naturali, cũ dicitur in d. c.
1. diſtinct. 1. Naturali iure iubetur quiſque alij facere
quod ſibi vult fieri, & prohibetur alij inferre quod ſi-
bi nolit fieri. Sed dictio naturaliter, in prædictis acci
pitur pro eo, quod eſt ex natura cõtractus, qui nõ eſt
ex iure naturali, ſed ex iure gentium, vt inquit gloſ. in
verb. naturaliter licere, in dicta l. in cauſæ. ſecunda. §.
Idem Pomponius. cum dicit, naturaliter licere. i. iure
gentiũ. Haud ſpernẽdũ exẽplũ ob oculos ad prætacita-
tá cõcluſionẽ nõ incõcinniter accommodabimus: Si
mercator vendat rẽ vni habenti bonam rei notitiam,
12. alteri ignoranti, vendat 15. Vel ſi quis non merca
tor ex cauſa vendat fundum ſuum minoris, quam re
ipſa valeat, & emptor nouerit pluris valere. nã his ca-
ſibus ac minimè diſſimilibus procedit indubitatò
pręallegata cõcluſio. Aut, vt nemo hominum (potiſſi
mũ lectione multa exercitatorũ) neſcit, poteſt gene-
raliter ſaluari prætacta cõcluſio: nẽpè legẽ ciuilẽ ac
canonicã permittere contrahentes inuicem ſe circũ-
ſcribere re ipſa. i. rem pluris vendere quã valeat, citra
tamẽ dimidiũ iuſti pretij, ita quod in contradictorio
& iudiciali foro talis vẽditio nõ reſcinditur. relinquit
tamen venditorẽ, qui rẽ pluris vendidit, quã valeat,
ſuæ conſcientiæ: quia ſi venditor ex hoc habeat con-
ſcientiam remordentem, quia rem tanti vendidit vl-
tra laborem ac impenſas factas ad reſtitutionẽ pro-
culdubio tenetur: neque eum tuetur lex canonica vel
ciuilis, quæ ſolũ loquuntur in exteriori ſiue iudicia-
li foro, idque contingit multis aliis in caſibus, in qui-
bus canon relinquit aliquem ſuæ conſcientiæ, vt in c.
mulieri. de iureiur. & in c. 2. de ſponſali. iũcta ibi opti
ma ac ſcitu digniſſima gloſſa, in verb. tollerari, & in c.
veniens qui cleri. vel vouen. matrim. contrahen. poſſ.
ſeruit textus in c. cum iam dudũ. de præbend. item fa-
cit quod Eccleſia tolerat & permittit paſſim proſti-
bula. c inter opera de ſponſalib. Similiter lex ciuilis
ob vitæ vtilitatem meretrices dignas legum obſerua
tione non credidit, inquit Cõſtan. in vulgata ac trita
l. quæ adulterium, ad finem. C. ad l. Iul. de adulte. &
ſtupr. item lex ciuilis permittit concubinatum. ff. de
concu. per vniuerſum titulum. Poſſetque dari exem-
pla, in quibus venditor rem pluris vendendo, vel em-
ptor minoris emendo, habere debeat conſcientiã le-
ſam, vt in caſibus præmiſſis & ſimilibus, vt quia mo-
dico labore vult nimis lucrari, quamuis citra dimi-
dium iuſti pretij. Deinde, quo præſentis opuſculi ſit
terminus, ne offendat vnius nimia longitudo, reſtat
demõſtrare, cuius efficaciæ ſit ſubhaſtatio, & vt quam
35 pauciſſimis enucleem. Tanta eſt ſubhaſtationis ſo-
lennitas, quòd vbi interuenit, abeſſe & ceſſare pro-
36 culdubio omnis doli fraudiſque ſuſpitio appareat.
Cui minimè diſſentit Impp. Valen. Theod. & Archa-
37 dij haud incelebris l. ſi quos. C. de reſcinden. vendit.
Præterea ſubhaſtatio eius eſt efficaciæ, vt firmet cõ-
tractum, ac ſibi perpetuò robur attribuat, Impera-
to. Conſtantino auctore in l. fin. C. ſi propter publ.
penſita. vend. fuer. celebrata, ibi. ſubhaſta diſtracta
comparauerit, perpetuã emptionis accipiat firmita-
tem, &c. Cui admodum ſeruit Imperatorum Diocle-
tiani & Maximiani textus notabiliſſimus in l. ſi hy-
38 pothecas. ad fin. C. de remiſſio. pig. ibi. Nã fiſcalis ha-
ſtæ fides facile conuelli non debet. cum ſimilibus e-
39 tiam iuribus, in gloſſa, in verbo, fides, allegatis. Ideo
gloſſa ordinaria ait ſubhaſtationis ſolemnitatem ne-
quaquam leuem ſolẽnitatem dicendam eſſe in auth.
de fideiuſſorib. §. primo ſuper verbo, ſimus, quam
plurimum ſignanter ponderauit Bald. in l ſæpè alle-
40 legata. l. ordo. C. de execu. rei iud. dicens quòd vende
re rem cum ſubhaſtatione, non eſt leuis ſolemnitas:
quod & paſſim & vulgò hiſce in partibus ad amuſſim
obſeruari cernimus. eſt etiam ſubhaſtatio tantæ effi-
caciæ, vt tollat præſcriptionem contra vendentem in
41 ſpec. de ceſſio. act. §. primo in 6. col. verſicu. ſed op-
ponitur. Et quid importent illa verba, quæ vt plu-
rimum & ſemper in ſubhaſtationibus ponuntur &
adiiciuntur, quòd plus offerenti dabitur, lubebit vi-
dere Baldum in ſuis conſiliis, conſilio. 191. in 3. par.
Quæ omnia ſurda aure non ſunt prætereunda, ſed
altius

altius infingenda animo, atque memoriæ ſcrioio cõmendanda.quoniam optima,notatu digna, vtilia & quotidiana ſunt.Cætera quippe, quæ pertinerent ad huius materiæ ampliorem enodarionem, noo licuit, per meorum negotiorum molem examinate ac ſciſcitari.Sed plura deſiderantem ac expectantem remitto ad Bartolũ in l. licitatio. ff. de publica.& vectigalib. necnon in l.1.C.de fiſt.inſtr.& iure haſt.fiſcal.lib. 10. Bald.in l.otdo.C.de exec.rei iud.& Speculatorem in titulo de cita.§. ſequitur ver.ſi verò ſubhaſtatio. quorum opiniones, & dogmata & interpretamenta (vt prius memini) hac in materia omnes paſſim ſequuntur, laudant & aſſerunt,nec eſt meo iudicio, etſi tenui,vlla iuris ciuilis pars,in qua adeo Bartolo,Baldo ac Speculatori aſſentiantur & tribuant ſcriptores, nõ ſolum ſpeculatiui, ſed etiam & practici.ita recepta eſt io hoc ſcribendi genere,eorum authoritas,vt pro lege (quamuis vtique nullis corroboretur legibus) apud omnes habeatur. Quocirca vt res taodem ad finem decurrat,bis impono finem huic Exegeſi, etiã ſi ſine numero alia pulchra,vtilia & quotidiana,huic materiæ minime incongrua,ſed admodum cõuenienria, in medium adferre facile potuiſſent,quæ,ne lectorem multis morer,poſthabeo, & omitto, atque ſtudioſo in rebus publicis nõ occupato,indagãda relinquo.Interim hoc piũ cãdidũq; rogãs lectorẽ, ſi in huiuſmodi Exegeſi,celeri calamo edita aliqua ſortaſſis oſcitãter per iocuriã aut imprudẽtiã mious rectè, ſyncerè ac dexterè,excuſa & abſoluta reperiãtur,ea& quæuis etiam alia præſcripta, ſaoiori ſemper iudicio peritorum atque melius ſentientium diſcutienda & ſciſcitanda benignè bumiliterq́ue ſubmitto.

FINIS.

TRACTATVS D. IOANNIS BAPTISTÆ CACCIALVPI DE S. Seuerino, De debitore ſuſpecto & fugitiuo.

CVM viderem ſæpiſſimè iudices & officiales egredi terminos iuris & æqui, in decernendis capturis contra debitores aſſertos de fuga ſuſpectos & fugitiuos:& huiuſmodi diſceptatio in partibus iſtis propter fines propinquos vicinorum quotidiana ſit:nam ſiue hinc cõfugiant,vel econtra,huc ſe recipiant, & ea propter curent diligentes creditores præuenire fugam: mecum ipſe volutans, otium fugare decreui, & breui compendio hoc genus diſceptandi,à Maioribus noſtris ſparſim & imperfectè examinatum, nobiſcum conferre,vt mutua diſputatiooe veritatem iouestigemus:& propter hanc rei huius digeſtionem, ſaltem detur mihi oecaſio in præmiſſis altius ſpeculandi: longeq́ue melius erit, diebus feſtis in huius rei cognitione verſari,quam vagari, vt quidam ſcholares faciunt,contra quos dixit Odofr.in l.diuus.ff. de feriis. antiquum fuiſſe prouerbiũ, ſcilicet. *Chi ogni feſta,feſta,non ſa mai Codico ne Digeſta.* Itẽ vagus ſcholaris nũquam efficietur magiſter, vt dicit gloſſ.not.in l.1.C. de tyronibus.lib.10.& qui parum ſtudet,parum ſcit: dicit gloſſ.1.l.vnicuique.C.de proxim.ſa.ſcri.lib.11. Item non ſufficit ſtare in ſtudio,ſed oportet ſtudere: vt eſt tex.optimus,vt in l.ſi qois ante.ff.de acqoi.poſſ. Item ſcholares ſi de domo non exeunt, tameo frequenter iocantur,& ſerò ad libros redeuot, dicuntur vagantes & errantes. Nec gaudent priuilegio ſcholarium, vt io terminis dicont Richar.& Raphia. in l. quis ſit fugitiuus.§.erronem.ff.de ædi.edic.& habetur per doctor.in l.ſumptus.de ſacroſanct. eccle. & in d.l.1.de tyronibus.& in l.ſcriniarios.de re milit. & per Cano.in ca. clericis.de ſo.compe.& per Archid. in procemio ſexti.

¶Hic tractatus,qui inſcribitur de debitoribus ſuſpectis & fugitiuis,ex infraſcriptis 16.quæſt.principalibus diſpici poterit.

¶Prima,quis dicatur ſuſpect⁹ de fuga, ſeu fugitiuus.

¶Secũda,ad cuius requiſitiooem,petitionem ſeu inſtantiam poſſit captura decerni

¶Tertia,Pro qua cauſa ſeu debito poſſit capi.

¶Quarta,A quo poſſit decerni captura,ſeu capi.

¶Quinta,Cootra quem poſſit dicta captura decerni aut exerceri.

¶Sexta,Qualiter iudex ſe habere debeat,à quo petitur commiſſio capturæ.

¶Septima,Vbi capi poſſit.

¶Octaua,Quando & quo tempore poſſit capi.

¶Nona,Quare & ad quem finem capiatur.

¶Decima, Ad quid teneatur impediens capturam, occulrans ſeu opem dans fugæ.

¶Vodecima,Quid fieri debeat per captum,vt carceres euadat.

¶Duodecima, Quanto tempore poſſit retineri per capientem.

¶Tertiadecima, ad cuius petitionem ſit relaxandus.

¶Quartadecima,Si captura fuerit noo bene conceſſa,vtrum poſſit quouis modo creditor indemnitati proſpicere.

¶Quintadecima,Vtrum per huiuſmodi petitionem capturæ,& capturam, videatur cœpta lis corã illo iudice,& inducta ſit litis peodentia.

¶Sextadecima quædam geoeralia,quæ in præcedentibus noo fueruot,annectemus.

SVMMARIVM.

1 Fugitiuus is dicitur,qui, vt ſe domino celaret,extra eius domum cauſa fugæ moratur.

Fugi-

Fugitiuus nemo eſt dicendus, niſi ex animo in aliquem actum extrinſecum ſit egreſſus.

2 *Seruus fugiens ab eo, cui per dominum fuerat commodatus, & ad dominum reuertens, non dicitur fugitiuus.*

Carceratus de carcere exiens, & ad domum poteſtatis veniens, an incidat in pœnam.

3 *Carceres euadens, qua ſit plectendus pœna, ſi ſponte ad poteſtatis domum venerit.*

4 *Ruſtico prætoris album corrumpenti, non penitus parcitur, ſed mitior pœna infligitur.*

5 *Fugitiuus dici poteſt qui ſe occultat, vt occaſionem fugæ nactus aufugiat.*

6 *Abſcondens ſe animo fugiendi, fugitiuus eſt cenſendus.*

7 *Aſſocians aliquem qui inimicum ſibi obuium occidit quando teneatur.*

8 *Aſſocians alium in itinere, ſi perpendat eum machinari aduerſus dominum vel rempublicam, quid facere debeat vt pœnam euitet.*

9 *Debitor quare & quando de fuga ſuſpectus dici poſſit.*

10 *Mercator quis de iudicio ſiſti ſatiſdare teneatur, & quis non.*

11 *Suſpectus de fuga quis teneatur, iudicis arbitrio committitur.*

12 *Suſpicio fugæ ex quibus indiciis colligi poſſit.*

13 *Falliti, in omnibus ſuſpecti ſunt & infames.*

14 *Poſſidens immobilia, quando de fuga ſuſpectus à lege præſumatur.*

15 *Accuſatus de crimine, ſi captus fuerit, in vinculis teneri debet, donec de cauſa cognitum ſit.*

16 *Suſpectus de fuga, in quo differat à debitore fugitiuo.*

QVÆRO igitur primò, Quid dicatur ſuſpectus
de fuga ſeu fugitiuus? Ad quod reſpondeo, quod
generaliter loquendo, fugitiuus diffinitur in l. 1. §. fu-
gitiuum ff. de ſer. fugit. & in l. quis ſit fugitiuus: per
totam l. ff. de ædi. edict. & in l. fugitiuus. ff. de ver. ſig.
& habetur in l. 1. C. de ſer. fug. pro quorum iurium de-
claratione aliquid videamus, quod in materia noſtra
1 non erit inutile, & aperiet intellectum ad multa † Fu-
gitiuus igitur eſt, qui extra domini domum, fugæ cau-
ſa, quo ſe à domino celaret, manſit: vt definit Vlpian.
in d. l. quis ſit fugitiuus. in prin. Cælius autem fugiti-
uum quoque ſcribit eum, qui ea mẽte diſcedit, ne ad
dominum redeat. Caſſius quoque ſcribit fugitiuũ eſ-
ſe, qui certo propoſito dominũ reliquerit, ſcilicet nũ-
quam redeundi: vt d. l. quis ſit fugitiuus. verſi. Cælius.
& ver. Caſſius Iulianus adiecit, fugitiuum fere animi
affectu intelligendum eſſe, i. quia non habet animum
amplius redeundi: non vtique à fuga, ſ. ſola, vt in ver.
Item apud Iulianum, eadẽ. l. quis ſit fugitiuus. Quos
tex. ibi doct. dicũt menti renẽdos, pro ſtatutis & ban-
nis de fugitiuis loquentibus. Patet ergo quod nemo di-
citur fugitiuus, niſi ex animo egreſſus in aliquẽ actũ,
extrinſecum: & eſt ratio ſecundùm Bal. vt ſ. quia eſſe
fugitiuũ eſt ex vitio animi: & ideo requiritur animus
& propoſitũ delinquendi. ¶ Ex prædictis iuribus co-
gnoſcere poſſumus, vtrum monachus ſit fugitiuus, an
non: & per conſequens, vtrum ſit apoſtata, ſecundum
Bald. ſubdit ibi tex. in d. l. quid ſit fugitiuus. glo. idem
2 probat in d. ver. apud. Iulia. quod † ſi ſeruus alicuius per
dominum commodatus, fugiſſet ab illis: & ad domi-
num veniſſet, nõ eſt dicẽdus fugitiuus, quem tex. qui-
dam dicunt ibi perpetuò menti tenendum: dicentes,
quod ibi eſt caſus, quod ille qui euaſit carcerem, & exiuit, &
ad domum Poteſtatis venerit, quod in nullam pœnã in-
ciderit: quia non dicitur fugiſſe, qui ad dominũ fuge-
rit: & ita refertur fuiſſe de facto deciſum per illũ text.
allegant etiã bonum text. in l. milites agrum. §. deſer-
torem. & §. fi. ff. de re mil. & quod no. per Sal. in l. ſi pro-
pter inſidias. C. de accu. nõ poſ. Pro qua vltra eos fa-
cit tex. inſti. de rei. d. §. in his. & quod no. per glo. in Cle.
paſtoralis. de re iud. & per do. Florian. in ſua diſputa-
tione quæ incipit inquiſitus. Aduertendum tamẽ pu-
3 to, nam iſtud videtur limitandum, † licet enim nõ ſit
puniendus pœna fugitiui carceres euadendis, eſſet ta-
men puniẽdus aliqua pœna leuiori pro carceris exitu
ſeu fractura, pro modo culpæ. text. eſt ſingularis ad
propoſitum in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Impera-
tores. ff. de adult. quem ſemper tene menti: per quem
Bal. in quadam ſua repetitione in l. cunctos populos:
de Sum. Tri. & fid. Cath. dicit, quod ſi ad ſubſtantiã cri-
minis & ad ſubſtantiam alicuius delicti requiratur
dolus, vt in furto: licèt ceſſante dolo, ceſſet pœna ci-
uilis, vt l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. pœna tamen
criminalis omnino non deerit: ſed imponetur: nõ pro
delicto conſummato, ſed vt pro attentato, vnde dicit
4 quod in l. ſi quis id quod de iuriſdict. omn. iudi. † ſi ruſticus
corrupit album, dato quod ei parcatur quo ad integram
pœnam ibi poſitã, tamen non omnino parcetur, ſed
leuiter caſtigabitur arbitrio iudicis, quod no. Bart. in
l. 1. ſi quis te. lib. eſſe iuſ. fue. & in l. aut facta. §. delin-
quis. ff de pe. & Cyn. in l. ſi quis non dicã. C. de epiſ-
cop. & cler. & ad d. l. ſi quis id quod ibi nullus tãgit: quin-
immo do. meus ibi tenet, quod etiã pro lata culpa in ter-
minis illius edicti, dolum requirentis & fraudem, nõ
puniatur aliqua pœna: & idem tenet in l. 1. C. ſi aduer.
delict. Cuius contrarium videtur verius, vt prædixi. &
vide dicta in l. omnes populi. in 6. q. prin. circa inter-
pretationem reſtrictiuam. ff. de iuſt. & iur. & l. ſi fugi-
tiui. C. de ſer. fugi. & eundem in l. 1. ff. de leg. & Abb.
5 in c. 2. de conſtitu. † Proſequendo rem, dico quod etiam
is qui ſe occultauit, vt fugæ nactus occaſionẽ, ſe ſub-
traheret, dicitur fugitiuus: vt d. l. quis ſit fugitiuus. §.
idẽ ait interrogatus. Si verò ideo latitaſſet, vt domini
iracundiam fugeret, tunc ſecus, vt ibidem: per quem
text. ibi dicunt, quod ſi quis dum eſſet captus a familia,
vel eſſet incarceratus, videns iudicem vel ſuperiorem
multum iratum, aufugit animo redeundi, tunc cũ do-
mini ira ceſſaſſet, quod non punitur tanquam fugerit
de carceribus, vel de manibus familiæ: quod not. Di-
cit etiam Bart. per illum tex. quod ſi quis aufugerit fauo-
rem familiæ poteſtatis, & poſtea citatus comparuit,
quod non dicitur fugitiuus: nec fuga eo caſu induceret
contra eum præſumptionem, vbi aliâs induceret in
terminis l. lege Cornelia. ff. ad Syll. tex. etiam in eadẽ
l. verſi. idem ait, vt nec eum videtur innuere illum fu-
gitiuum non eſſe, qui ſimpliciter latuit, niſi pedem
mouerit ad fugam. Sed videtur innuere. §. apud Cæ-
6 lium. ver. plane. ea. l. quis ſit fugitiuus: & ibi glo. † Sed
reſponde, quod qui ſe abſcondit animo fugiendi, fugiti-
uus eſt: vt ibi tenet glo. quam ſequitur ibi Rav. & Al-
ber. Item in ea. l. ſi quis ſit fugitiuus. §. idem Cælius.
dicitur, quòd exiens de domo vt fugiat: ſi capiatur,
etiam antequã exiſſet de fundo ſuo, dicitur eſſe fugi-
tiuus: ſecus, ſi vnum tantum pedem ad fugam promo-
uit, vel fugere cœpit: per quem tex. dicũt ibi quidam,

quòd ille qui incepit fugere,& poſtea fuit captus,nõ
dicitur fugitiuus: dicit etiam ibidem Bald. ꝙ ex illo
tex.verſi idem ait,nec vim ſumitur arg ad ſtatutũ pu-
niens fugientem ante familiam:vt intelligitur de eo,
qui capi non poteſt, ſecundo capto,ſed certè text.in
ver.præcedenti valde obſtat.Niſi dicamus ꝙ dictum
Bald.procedit,quando ille fugiens captus, lento paſ-
ſu fugiebat, quaſi fugiens fauorem familiæ: ſecus,ſi
celeriter,vt omnino euaderet, & tamẽ fuiſſet captus,
& ita loquitur verſicul. præcedens, vt eſt de mente
gloſſę,ibidem vel ſecundò dicendum eſt quòd in ver-
ſiculo idem ait: nec enim duæ negationes,vt ibi,nec
eum:& ibi,non eſſe:& ſic concordat, vt lege duobus
verbis.ff.de verbor.ſignifica.quod non diſplicet, di-
cit etiam text. in l.1.§. idem rectè: quod fugitiuus &
abſentatus,dicitur ſe poſuiſſe in ſpem cuiuſdam liber
tatis,ita etiam allegat illum tex.glo.& doct.in ea.l.in
fugam.C.ad l. Fal.de plagia.vide etiam in ea.l.in ver.
idem ait, ſi ſeruus. text. aureum, per quem dicit ibi
7 Guido de Suza.Richar.& Alberi. † ꝙ ſi quis vocauit
amicum ſuum,& non dixit ei quid velit facere,&quo
velit ire,ſed petit ꝙ eum aſſociet,& aſſociauit: & ille
qui eum requiſiuit,obuiauit inimico ſuo quem inter-
fecit:ꝙ aſſocians, domino dans auxilium ad malefi-
cium committendum,non tenetur.Sed Raph.ibi di-
ſtinguit,ꝙ aut iſte aſſocians,dum vidit illum velle in-
terficere inimicum ſuum, aufugit vel receſſit:& tunc
teneatur:per text.in d. verſic.vbi probari dicit diſtin-
ctionem illam, quam credo veram: ſed ex præſentia
ſit aduerſarius factus timidior, & ipſe audacior. not.
in c.continentia:de clerico percuſſore,cum tũc dica-
mur opem dare: ſecus, ſi is qui excuſaſſet cum inter-
fecto,aut interficienti prohibuiſſet, cum tunc nõ di-
camur opem dare, & iſtam puto fuiſſe mentem præ-
fatorum doct. Alb.& Rich. ꝙ facit ad ea quæ dicun-
tur.ĩ.q.10.& eſt profectò mirabilis tex.per quem de-
8 terminari poteſt, † ꝙ ſi quis vocauit amicum vt aſſo-
ciet eum, aliter cauſa non expreſſa: & in itinere iſte
perpenderit,ꝙ machinabatur aduerſus dominum vel
rempublicam ſuam, ſi quidem cõmoditatem habuit
recedendi & ſignificandi & non fecit,puniatur:ſi au-
tẽ redire non potuit & ſignificare,excuſetur.Inquan-
tum autem attinet ad præmiſſum tractatum, quẽ ag-
greſſi ſumus, videlicet quis dicatur ſuſpectus de fuga
ſeu fugitiuus debitor,alia indagatione opus eſt,gloſ-
ſator igitur noſter Accurſius,cuius authoritati eſt ma
gis credendum, cum iura melius cæteris intellexit,vt
atteſtatur Bart.in conſilio quod incipit factum ſuper
quo conſilium, à cuius etiam determinatione nõ re-
cedẽdũ,quãdo pedes firmat,in dubio ſum,vt pulchrè
dixit Iac.Butr.in l.1.C.qui pro ſua iuriſd.ſicut no.di-
xit in l.ſi fideiuſſor.§ fin ff. qui ſatiſd.cog.ꝙ aliquem
ſuſpectum faciunt, non poſſidere immobilia.l.ſi cre-
9 ditores.ff. de priuileg.credi. † Debitor igitur poteſt
dici ſuſpectus, quia in loco vbi cõueniri poteſt,& ſe-
paratur conuenire,non poſſidet immobilia aliqua,ſe-
cundum glo.vel ĩ. non poſſidet tanta immobilia, in
quæ cadat tãta affectio poſſeſſoris veriſimiliter,quæ
tollat ſuſpicionem fugæ.Ratio enim quare poſſeſſio
immobilium ſolet excludere præſumptionem fugæ,
eſt propter affectionem, quam reus veriſimiliter ha-
bet circa res immobiles:quia in rebus ſolidis proba-
biliter cadit affectio:non autem in rebus mobilibus,
vt l.ſi chorus de leg.3.Non.n.ſufficit ad excludẽdum
præſumptionem fugæ,ꝙ debitor poſſideat minimam
rem immobilem,aut minimam cruſtam terrę:nec re
quiritur ꝙ poſſideat immobilia æquiualentia debito
de quo agitur,ſed ſufficit poſſidere tot aut talia,quod
cõſiderata affectione ad illa, eſſet veriſimiliter ſuſpi-
cio fugæ,ſecundum Cyn.in d.l.ſciẽdum. q.2.vbi hoc
tenent Bar.Bal.Ang.& communiter ſcribentes,vt te-
net Cyn in l 1.C.vti poſſidetis,app.2.Et ideo Ang.&
10 Moder.referunt,† ꝙ mercator poſſidẽs multa immo-
bilia, & habens intricata nomina debitorum, cui de
facili non eſt receſſus poſſibilis propter multitudinẽ
mercantiarum vel grauitatem ipſarum, non tenetur
ſatiſdare de iudicio ſiſti, quia lex non habet eum de
fuga ſuſpectum. Similiter ſi poſſidet multa mobilia,
quæ de facili occultari non poſſunt, vel inde moueri,
vt magna ſupellectilia, vel magnam apothecã haber
in platea:dicit Bart.propter quæ ſit veriſimile,ꝙ non
receſſurus, nõ eſt habẽdus ſuſpectus de fuga:ſecundũ
11 doct. ibid.An † autẽ aliquis ſit cenſendus de fuga ſu-
ſpectus, relinquendũ videtur arbitrio iudicis,qui cõ-
ſiderans circũſtantias arbitratur, vtrũ ſit præſumptio
fugæ,cõtra eum de quo agitur, & hoc fortè voluit di-
cere iuriſconſultus magiſtraliter in d.l. fideiuſſor.§.
fin.ibi,ſi hoc iudici ſederit, de quo infrà 6.q.1.& eſt
gl.in l.omnib.ff.de iud.ver.iuſta cauſa,hinc reperi ſu-
periorib. annis fuiſſe conſultum & iudicatum in par-
tibus Lombardiæ, ꝙ ſyndicus vniuerſitatis conuẽtæ,
non tenebatur de iudicio ſiſti ſatiſdare, quamuis mo-
bilia non poſſidet,quia contra ipſum non eſt ſuſpicio
12 fugæ.†Colligitur etiam interdum hæc fugę ſuſpicio
ex aliis ſignis & indiciis:puta quia iam cœpit compo-
nere ſarcinulas, vt in ſimili habetur in l.ab hoſtibus.
§.ſi.ff.ex quib.cau.ma.vel apparẽt alia ſigna receſſus,
vt in ſimili dicitur in auth.omnes peregrini.C.omnia
de ſucceſ.& in auth.habi.C.ne fi.pro pa.& per Bar.in
tractatu repreſſalia.q.6. prin.in verb. ſed quæro & in
verb.ad ſeptimum, & dicetur ĩ.q.9. & eſt text.opti-
mus ad propoſitum in l.quæſitum.ff.de pig.quem ad
hoc no.Bald.in rubr.C.de reuo.hic quæ in frau.cred.
vbi ſubdit, quòd Barto.nullam bonam.l ad hoc pro-
13 bandum allegauit. † Illud ſcio, quòd omnis conie-
ctura creſcit contra fallitos, qui ſunt faciles ad men-
tiendum,ſunt etiam infamiſſimi, qui voce antiquiſſi-
mæ legis dari deberent creditorib.lacerandi,adeo ꝙ
propter dolum ſuum non debent habere beneficium
ceſſionis,ꝙ eſt ſubſidium miſerorum, non præſidium
doloſorũ,vt inquit Bal.in conſ.ꝙ incipit,ſuper libris.
ar.not.in l.1. C.qui bo.ce.poſ.& l. fin.§.quæ in frau.
cred.& l.pe. de iure do.& l.ſi quis ex argentariis.ibi,
humilis & deploratus.ff.de eden.cum ſi. Item ſi falli-
tus,ergo fraudator:ſic enim lex vocat eum, & appel-
latur edictum fraudatorium, quia à communiter ac-
cidentibus,falliti ſunt fraudatores, vt inquit Bald.in
14 in conſ.in q.do.Mediolani. † Nec etiam omittendũ,
ꝙ ſi quis poſſidet immobilia, quæ ſua natura releua-
rent poſſeſſorem à ſatiſdatione de iudicio ſiſti, & cõ-
ſequenter à præſumptione fugæ:ſi fuiſſet in ius voca-
tus,& fuerit contumax,cenſetur iterum futurus con-
tumax, & habetur à lege ſuſpectus, ꝙ nolit ſiſtere,&
ideo cogitur ſatiſdare de iudicio, tanquam ſuſpectus
de cõtumacia:vt dicit glo. not.in auth.de exhib.reis.
in § ſi vero.in ver.fideiuſſionem,quam omnes ſequũ-
tur in d.l.ſciẽdum.& Bart etiam ponit in l.hoc autem
ſi.ĩ.qui ex cau.in poſ.eat.Pro qua optimè facit tex.in
l.de die ver.plane.ff. qui ſatiſd.cog.& text. nota.in l.
15 Corn.ff.ad Syll.† vbi quis accuſatur de aliquo crimi-
ne,ſi poſtea capiatur, ſemper debet retineri vinculis,
donec de cauſa cognoſcatur,etiã ſi paratus eſſet dare
fideiuſſores,aliàs datis fideiuſſoribus,euitaſſet vincu-
la, vt l. ? .de cuſt.reo. facit.c.prouit.de dolo & contu-
macia. Creſcit igitur præſumptio legis, quæ vnum-
quemque debitorem reum appellat fugientem, vt l.
prope-

properandum §. ſin autem.C.de iu. contra illum qui
ſolitus eſt fugere : per prædicta bene facit.l.non om-
nis.§. à barbaris.ff. de re milit.& regula iuris, ſemel
malus ſemper præſumitur malus.& in l.3.ibi, niſi ſe-
16 mel.C. de epiſc. audi. † Illud intereſſe puto inter ſu-
ſpectum de fuga,& fugitiuum debitorem:nam ſuſpe-
ctus eſt quis,antequam fugere incipiat,aut latitare ſe
præparet,aut ſuus animus ad fugam diſpoſitus aliter
paret,ſeu à lege præſumitur, fugitiuus autem eſt,qui
in ipſo actu fugæ vitium mentis deduxit,vt probatur
ex præmiſſis, iuncta.l.fugitiuus.ff.de verb.ſign.quod
tene menti,quia à nemine reperio declaratum.

1 *Captura ad cuius inſtantiam aduerſus debito-rem fugitiuum decerni poßit.*

2 *Conſequens ſi concedatur, omne antecedens ne-ceſſarium ad illud,conceſſum cenſetur.*

3 *Procurator ad lites & cauſas ſententiam execu-tioni mandari petere nequit.*

1 SECVNDO principaliter quæro, † ad cuius peti-
tionem ſeu inſtantiam poſſit captura decerni con-
tra debitorẽ fugitiuum,aut de ſuga ſuſpectum & qui-
dem ad inſtantiam creditoris,vel ſui procuratoris,ta-
men quia procurator omnia facere poteſt, quæ non
inueniuntur prohibita : vt l. 1.§.vſus ff.de procur. Et
formaliter habemus gloſſ.iſtud decidentem in l.1. C.
vbi quis decuri.vel cohar.quam tenementi:& vna cũ
d.l.1.quæ ſæpius allegatur in hac materia per doct.vt
patebit in quæſtionib. infrà dicendis:vtrum autẽ ſuf-
ficiat ꝙ talis procurator habeat mandatum ad lites &
ad cauſas vel ad agendum,opinor ꝙ ſic.argu.l.ad rem
mobilem.& l.ad legatum.ff.de procu.& l.2.ff.de iur.
2 om.iud.cum ſit.† quia conceſſo conſequenti,videtur
conceſſum eſſe omne neceſſarium antecedens, vt l.
quamuis ſimpliciter.C. de fideiuſſo.cum ſimil.Item
quia iſte facere poteſt capi, vt ſiſtat in iudicio,& ſa-
tiſdet de ſtando iuri,& ſic mandatum ad hoc extendi-
tur. Item iſte caſus non eſt numeratus inter caſus re-
quirentes ſpeciale mandatum : quos ponit Specul.in
tit.de procu.§.1. verſ.item op.& Ioan. Andr.in c.qui
ad agendum.de procu.libr.6. & Bald. enumerauit in
quodam conſ.Nec prædictis obſt.quod dicunt Bart.
3 & ſcribentes in l.hoc iure.ff.de ſo.vbi dicunt, † quòd
procurator ad lites & cauſas,vel ad agendum conſti-
tutus non poteſt petere ꝙ ſententia mandetur execu-
tioni : quia hîc nulla petitur executio ſententiæ iam
latæ, vel iudicij finiti,ſed præparatum futurum iudi-
cium vnde eius poteſtas non eſt finita,& ibi vide la-
tius per doct.in l. ſi procurator.ff.de procu. vbi egre-
giè loquitur Paul.de Caſt.ad illam.l.hoc iure. & vide
quæ dicentur infrà 6.q.prin.

1 *Captura pro qua cauſa contra debitorem ſuſpe-ctum aut fugitiuum decerni poßit.*

2 *Captura an peti poßit & decerni pro debito in diem,cuius dies nondum aduenit.*

Captura decerni non poteſt nec peti pro debito quantitatis minimæ.

3 *Syndicus non tenetur denuntiare leuißimam cu-tis ſciſſuram, ſtante ſtatuto de denuntiandis percußionibus ſanguinolentis.*

4 *Scholaris pro doctore non poteſt legere.*

5 *Tranſgreſſus in modico,non eſt vituperandus.*

Debitor parua quantitatis non poteſt capi vt de fuga ſuſpectus.

6 *Fur nocturnus impunè occidi poteſt.*

7 *Pretium vile quod dicatur.*

1 TERTIÒ principaliter quæro, † pro qua cauſa
ſiue debito poſſit captura decerni contra debi-
torem ſuſpectum aut fugitiuum, aut captura exerce-
ri?hæc quæſtio diuiditur in plures. Et in primo,vtrum
pro debito conditionali ante conditionis euentum,
& certe etiam debitor ex iuſta cauſa cauere cogitur,
vt eſt caſus in l.omnibus.ff.de iudi. Iuſta autem cauſa
quæ ſit relinquitur arbitrio iudicis,vt ibi dicit gloſſ.2.
& Ange.exemplificat,quando debitor incipit eſſe de
fuga ſuſpectus propter culpam ſuam:ſecus,ſi abſque
culpa, & hanc doctrin.dicit haberi in l.ſi creditores.
ff.de pri.cre. quæ ſit in præbenda cautione prædicta,
cum fideiuſſione vel pignore poſſit creditor in poſ-
ſeſſionem mitti,& debitor detineri & capi:vt per do-
ctor.in d.l.in omnibus, quæ lex non ſolum habet lo-
cum in contractibus & iudiciis bonæ fidei, vt loqui-
tur,ſed etiam ſtricti iuris,ſubſiſtente iuſta cauſa,& eſt
caſus in d.l.ſi creditores,& vbique per doct.communi-
ter.& in l.in poſ.ff.ex quibus cauſ.in poſſ.eatur.vbi
per gl.& Bar.& in l.2.ff.ſol.matr.& in l.dedi.in prin.
ff.de condi.ob cau.vbi per ſcribentes & habetur in l.
pen.C.de oper.lib.quæ lex in omnibus habet locum
etiam in dona.cauſ.mor.caſus eſt ſingularis in l. Seia
2 verſi.bonæ fidei.ff.de dona.cauſ.mort.¶ † Secundò,
vtrum pro debito in diem cuius dies nondum venit,
poſſit captura peti & decerni, & ille ſatiſdet?& certũ
eſt ꝙ ſic,ſubſiſtente iuſta cauſa ſuſpicionis, quæ poſt
emerſerit ita determinat gloſſ.ordi.in l.quæſitum.ff.
de pig.& ibi tenet Bart. & Bald.non ſolum in debito
in diem, ſed in conditionali, quod nota. ¶ Tertiò,
vtrum pro omni debito cuiuſcunque quantitatis etiã
minimè?& dices quòd non, argum.gloſſ.no.in auth
minoris debitor.C.qui da.tu.poſ.& eſt glo.1.quæ al-
legat bona iura & ita determinat Bald. in indiuiduo
in auth.ſed iam neceſſe.per gloſſ. ibi.C. de don.ante
nupt.& nota.in l.1.ff.ſi cert.pet.bene facit quòd dixit
Bal.in rub.C.de reb.cre.& bonus tex in l.ſi tamen.§.
fi.& l.1.§.proinde.& §.vitium.ff.de ædil.edict.hic di-
xit Bald.in l.ſi prædium in 1.col.2.q.3.C.de ædi.act.
quòd modicum vulnuſculum nullum in ſe habet de-
3 lictum, vt d.§.in tantum. † Et ideo ſi ſtatutum, dicit
quòd ſyndici teneantur denuntiare percuſſiones ſan-
guinolentas,non erit denuntianda, quando fuit leuiſ-
ſima cutis ſciſſura, & conſequẽter etiam refert,quòd
leuis ſacrificatura non dicitur vulnus,& ſi in platea
eſſet de vulnere pœna manus, certè pro tali vulnuſ-
culo non imponetur tam atrox pœna,cum non pare-
retur infirmitatem, vt l.qui clauum.ff. de ædil.edict.
erit igitur d.caſu pro vulnuſculo imponenda pœna,
nõ ordinata per ſtatutum ſed arbitraria,vt dicit Ang.
in l.extat.ff.quòd met.cau.licet Albe.& Raph.in l.1.
§.ſciendum.ff.de ædi.edict.dixerunt, ꝙ fortè non eſt
ſecurum recedere à verbis ſtatuti:tenendum videtur,
quod dicit Bald. & Angel. in d.§. ſciendum. & l. ex
hac, ibi:& non deformitatis ratio.ff.ſi qua.pau.ſe.di.
& ibi per Florian.in l.1.§.pen.ff.ad Syl.& per Angel.
in l.quæritur.§.fin.ff de ædil.edict.& l.ſi vacantia.C.
de bon. vacan.libr. 10. & in l. ſi pignus.ff. de furt. &
pulchrè per Ang.de Aret.in ſuo opuſculo maleficio-
rum, in gloſſ.in ver.alia percuſſione.in vlt,q. bene fa-
cit, quòd nota.in c. cum illorum. de ſenten.excom.
in glo.ſingu.ibi & quòd no.in c.peruenit.eo.tit & in-
ſtit.de iniur.§.ſeruis.ad idem quod no.per Ioan.And.
in c. cum in contemplatione.de reg.iur. in Nouella.
& Bald.in l.obſeruare.in fin.1.col. C.quorum ap. ad

quod non ſcripſit Bart. in fin. in l. Seuia. §. pe. cui ad-
de Soc. in rub. C. de Fabricen. lib. 10. vbi etiam not.
Bart. ad idem etiam vide quod not. Inno. in c. 1 quod
met. cau. & refert Bald. in rubr. de reſcin. ven. de par-
uo dolo: vide etiam in ſimili text. & ibi Bat. in l. ſena-
tus §. Marcellus de leg. 1. adde Bald. in l. 1. §. 2. ff. nau.
cau. ſtab. ¶ Ad idem in ſimili vide textum & Bar. in l.
decurio fortunam. C. de decu. lib. 10. & bonum text.
in l. 1. in prin. ff. de leg. tute. & Bart. in l. pignora. §. fi.
ff. de pig. act. & in ſimili l. omnimodo. & ita nota de
impen. & quod not. in l. ſi de reuoc. do. C. de modica
Iniuria: & in c. fi. de ſimonia. de paruo dono. & 1. q. 3.
& epiſcopus. & vide glo. in cap. 1. de coniug. ſer. vide
etiam quod ſingulariter dicit Bald. in l. ſi mihi & Tit.
§. 1. de leg. 1. quem ſequitur Pontanus in rub. de arb. in
4. col. ad materiam. l. mag. C. de contrah. & commit.
ſtipul. vide etiam in ſimili no. text. in l. fin. in §. colo-
nus. ver. quod ſi paucis. ff. lo. & Bar. in l. præcipimus. C. de
eano. largi. tit. libr. 10. & tex. not. & ibi Barto. in l. 1. in
4 fin. ff. de vend. inſpi. ¶ † Solet etiam dici, quod ſcholaris
non poſſit legere pro doctore vt dicit glo. in l. 1. C. de
mancip. & colo. lib. 10. quod Bartol. in l. parabolani.
ver. except. & ibi Bal. C. de epiſc. & cler. tamen poſſit
legere pro paruo tẽpore, putà aliquibus diebus, aliàs
nec etiam doctor. ſubſtitutus admitteretur, etiam ſi
eſſet æqualis peritiæ: vt per Cyn. in l. 1. §. nec autem.
C. de cad. tol. & per Bart. in l. nemo eſt qui neſciat. ff.
de duob. reb. niſi in caſu neceſſitatis: dicit Bald. in d.
§. nec autem, niſi eſſet conſuetudo in loco, an ille cõ-
ductus erat conſuetus ſic facere, vt per Bar. in d. l. ne-
mo vidi in ſimili Bartol. in l. oleo. de ali. & cib. leg. &
Bal. in l. ædem. circa mediũ. C. locati. & doct. in auth.
qui rem. C. de ſacr. ſanct. eccl. & Sal. in auth. de pœna.
in tit. eo. & vide text. optimum in l. quod in conuiuio. ff.
de ale. iuncta gloſſ. & quòd pulchrè voluit per iſtum
text. Ange. de Are. in d. ſuo tractatu maleficiorum, in
ver. mettidunali. & Spec. in tit. de loca. §. fi. in ver. no-
nò quæritur. & in l. Seio. ff. de mino. & in l. idem eſt.
ff. de dolo. & bene faciunt quæ habentur in l. quæſi-
5 tum. ff. de re iudic. † Item quia parum tranſgreditur,
non vituperatur: vt in text. no. & ibi Bart. in l. quãuis.
de cond. & demonſt. ita conſueuit allegare Bal. illam
legem ſecundum Pau. de Caſt. ibi quam etiam ad hoc
ſæpiſſimè Old. vt dicit ibi Bart. circa quod vide eundem.
l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. Vide etiã
ad materiam Bart. notanter in l. Titium & Mæuium.
§. altero. ff. de adminiſt. tut. dum loquitur de commu-
nione paruorum lucrorum. per quæ concludo, debi-
torem minimæ quantitatis pro debito tanquam ſu-
ſpectum capi non poſſe, quænam ſit parua quantitas,
magna vel minima, relinquitur arbitrio iudicis, vt in
ſimili dicit glo. in auth. præterea. C. vnde vir. & vxor.
& gl. eleganter in l. illicitus. §. tenuis. ff. de offi. præſi.
in ver. lumine. & per Bar. not. in l. ſi conſtante. in prin.
6 ff. ſol. matr. & ad prædictà faciunt. † Nam licèt patro-
no occidere furem nocturnum, vt euitet periculum
rei: vt dicetur in q. illud verum, niſi res ſubtracta fue-
rit vilis aut parui pretij: quia tunc nullo modo liceret
occidere, ſed nec vulnerare, arg. l. ſi ex plagi. §. taber-
narius. ad l. Aquil. & l. adulteriũ. §. libetto. ff. de adult.
7 † Vile autem pretium erit, vnus vel duo aurei: nam in
quantitate pareitur fami, vt l. idem eſt. ff. de dolo. for-
tius morti & vulneranti procedẽdum erit, ita elegan-
ter determinat Matthæ. in ſuis notabilibus, not. 135.

SVMMARIVM.

*1 Iudex competens quis dicatur, cuius mandato ca-
pi poſſit debitor de fuga ſuſpectus.*

*2 Suſpectus de fuga, captus ab incompetenti iudi-
ce, non poteſt de incompetentia opponere.*

*3 Suſpectus de fuga, à iudice incompetenti poteſt
capi.*

*4 Suſpectus de fuga, ferijs vel alijs legalibus indi-
cijs non gaudet.*

*5 Debitor fugitiuus aut de fuga ſuſpectus, per quem
capi poſſit.*

*6 Occidere hominem quo caſu liceat ob res non per-
dendas.*

*7 Furem notum & habilem ad inquirendum non
licèt occidere.*

*Furem licèt occidere, quoties vertitur periculum
rei amittendæ.*

8 Malefactor an poſſit capi à quolibet.

*9 Malefactorem capere licet cuilibet in criminibus
publicis.*

*10 Debitorem ex contractu fugientem, capere licet
propria authoritate.*

*11 Debitori fugienti pecuniam mihi debitam au-
thoritate propria accipere poſſum.*

*12 Debitor fugiens quando poſſit capi, & res ſibi au-
ferri.*

*Debitor fugitiuus authoritate propria capi po-
teſt duobus concurrentibus.*

*13 Debitor fugitiuus authoritate propria non de-
bet capi, ſi copia iudicis poſſit haberi.*

*Rem propriam poteſt quilibet auferre propria
authoritate debitori fugienti.*

*14 Rem mihi debitam actione perſonali, authori-
tate propria auferre poſſum à debitore fu-
giente.*

*Debitorem fugientem ſine re mea aut mihi de-
bita, ſed perſonaliter obligatum, an poſſim
capere propria authoritate.*

*15 Debitor mihi obligatus, ſine re mea fugiens, iu-
dicis copia deficiente, poteſt capi propria au-
thoritate.*

*16 Lex id in potentia operatur, quòd fuga ipſa in
actu.*

*Debitor de fuga ſuſpectus, quod non poſſideat
immobilia nõ poteſt capi authoritate propria.*

*17 Creditor pignus habens à debitore, eum capere
non poteſt propria authoritate.*

*Creditor an poſſit exercere per procuratorem ius
capiendi debitorem fugitiuum ſibi competens.*

*18 Maritus non poteſt committere alteri ius occi-
dendi adulterum cum vxore repertum, quod
ſibi competit.*

*19 Ius ingrediendi propria authoritate quòd quis
habet, alteri committere poteſt.*

*20 Mandatario licere cenſetur, quod mandatori li-
citum eſſe reperitur.*

QVARTÒ principaliter quæro, à quo poſſit de-
cerni captura ſeu capi: hæc quæſtio habet du-
plicem inquiſitionem, videlicet quis ſit iudex cõpe-
tens, cuius mandato poſſit capi: ſecundo generaliter,
per

Digitized by Google

per quē poſſit capi. Super primò, quis ſit iudex com-
petens in faciēdo capi debitorem ſuſpectum & fugi-
1 tiuum:† quidem omnis ille iudex ordinarius, qui po-
teſt recitare, i. perſonali coërcitione coërcere debi-
tores ſuę iuriſdictioni ſubiectos, poteſt hoc facere: ꝙ
quibus cōpetat, habetur per doct. in l. 2. ff. de iuriſdi.
om. iudi. & in l. imperium. eod. tit. in delegato ab in-
feriore à principe communiter in d. l. 2. concludunt
doct. Moder. non licere ſibi recitare, i. capi facere: ar-
gu. text. in auth. vt nulli iu. §. ſi verò ignoti. Circa hoc
aduertendū eſt: nam Pont. in d. l. 2. limitat hoc, quan-
do ageretur de capiendo illum qui nō eſſet ſuſpectus
de fuga, in eo autē qui eſſet de fuga ſuſpectus, de quo
nos loquimur, dicit licere. arg. l. ait prætor. §. ſi debi-
2 torem. ff. quæ in frau. cred. † Itē ex eo quia ſuſpectus
de fuga, captus etiam ab incompetenti, nō poteſt op-
ponere exceptionem incompetentiæ: quia ſicut po-
teſt capi tempore incompetenti, i. feriato, vt not. glo.
elegans in l. ſi ſuper. ver. fideiuſſionis. C. de feri. & di-
cetur. in quæſt. 8. eodem modo & in loco incompe-
tenti, & à perſona incompetenti, arguendo de tēpore
ad locum & ad perſonam, vt l. miles ita. ff. de teſtam.
milit. & l. qui plures, de vulg. & pupil. & habetur in l.
3 vinum. ſi cert. pet. & l. fi. ff. de trit. & hoc, † ꝙ ſuſpectus
de fuga, poſſit capi etiam ab incompetēti, vel captus,
de incompetentia capientis non poſſit opponere, te-
nuit Petr. de Anch. conſ. 184. idem ſecutus eſt Ponta.
conſ. 239. vt refert & ſequitur Anch. vbi ſuprà, & hoc
habetur pro notabiliſſimo, nec aliud allegat. Idē te-
nuit in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de oper. no. nun.
dicens ſe ita conſuluiſſe in ardua quæſt. Florentiæ. Et
idem videtur de mente Bart. in l. 1. ff. de eo ꝙ cer. loc.
in 1. quæſt. vbi dum dicit, fugitiuum poſſe quolibet
loco conueniri, & arg. l. 1. C. vbi quis decuri. vel co. &
l. 1. C. vbi cauſa ſtatus. ſecūdùm Nico. de Mat. in qua-
dam ſua diſputatione. Idem videtur de mente Bal. in
quodam cōſilio, præſuppono, & in alio, primo opor-
tet, vbi dicit, ꝙ ſuſpicio fugæ facit competentem iu-
4 dicem, qui aliàs nō eſſet. † Idem dicit, ꝙ ſuſpectus de
fuga, non gaudet feriis, vel aliis iudiciis legalibus.
Ange. etiam in l. nemo carcerem. C. de exactio. tribu.
libr. 10. in vlt. chart. ſuæ repetitionis dicit, fugitiuum
poſſe quolibet loco capi in quo inuentus fuerit. arg.
d. l. 1. C. vbi quis decuri. vel co. de quo infrà, dicetur
q. 7. & dixi in d. l. 3. de iuriſdi. om. iudi. facit ad prædi-
cta: nam filium capere propria authoritate, vt infrà
dicetur in ſequenti membro, fortius videtur, quā per
iudicem hic incompetentem, nam quādo aliquis po-
teſt facere aliquid propria authoritate, ſi adeatur iu-
dex incompetens, non vitiatur, ſolet ad hoc allegari
glo. elegans inſtit. de lib. §. ſerui. pro quo facit, ꝙ not.
dixit Guil. de Cug. in l. extat. ff. quod met. cau. & in-
frà dicetur. Poſſet fortè dici, ꝙ aut loquimur de fugi-
tiuo, & de illo qui eſt in actu fugæ, & qui in ipſo actu
fugæ vltium mentis deduxit, vt dixi ſuprà, q. 1. & talis
poſſit à quocunque iudice loci, in quo fugiēs inuen-
tus fuerit, capi: maximè ſi ſit ordinarius in eo loco,
vbi inuenitur, i. iuriſdictionem haberet ipſum capiē-
di, ſi ſubditus eſſet, ita loqui videtur. d. l. 1. C. vbi de-
cu. vel cohar. iuncta glo. ordi. ibi ſuper verſi. à iudice,
vel dicit, ꝙ illa loquitur poſt capturam de iudice co-
gnoſcente de conditione perſonæ captæ, nō à iudice
capiēte, vt ibi videre potes, aut loquimur in ſuſpecto
de fuga inſtanti, quæ arguitur ex probabilibus conie-
cturis, & ſic adeundo iudicem competētem eſſet pe-
riculum & tunc idem in mora: arg. l. ſi alius. §. belliſſi-
mè. ff. ꝙ vi aut clam. & eorum, quæ infrà dicentur hęc
eadem q. in ſecūdo membro, aut loquimur de ſuſpe-
cto de fuga non inſtanti, & non periculoſa: puta ex eo
ſolo deducta, quia non poſſidet immobilia & tunc ſo-
lum poſſit iudex competens, de quo vide ꝙ dicam in-
frà q. 7. & 8. & cogita ſuper prædictis: quia nō reperio
à doctoribus tritè examinata, & ſupradicta diſtinctio
5 noua eſt. ¶ † Super ſecundò, per quem poſſit debitor
fugitiuus aut de fuga ſuſpectus capi, pro huius articu-
li euidētia præmitte, ꝙ interdum quis eſt debitor ex
maleficio, interdum ex contractu: ſi quidem ex male-
ficio, & tunc poſſum ipſum capere fugientem, & vin-
ctum ducere ad iudicem: & non occidere, ita dixit
Spec. in tertia parte in tit. de accu. §. 1. ver. idem fortè
in debitore. arg. d. §. ſi debitorem, & in auth. vt iu. ſine
quo. ſuf. §. neceſſitatem. col. 3. & auth. vt nulli iudi. §. ſi
verò quis. col. 7. Illud tamen non eſt ignorandum, ꝙ
furem nocturnum licet propria authoritate damnum
paſſo interficere, ſi non poteſt ipſum dimittere ſine
6 periculo ſuæ perſonæ vel rerum, † & ſic propter res
perdēdas liceat hominem occidere, & ideo ſi fur no-
cturnus ſubtraxiſſet mihi librum, & fugit cum eo, ſe-
curè ſagittabo eum, ſi aliter non poſſum mihi conſu-
lere pro conſecutione rerum, vt l. furem nocturnum.
ff. ad l. Corn. de ſica. & hoc in nocturno ideo eſt ex-
preſſum, in fure diurno videtur negatum pro tuitione
rerum, vt l. itaque. ff. ad l. Aquil. quia in fure nocturno
frequentiùs contingit ꝙ ſit periculum rei amittendæ:
quod tamen ſi contingeret in fure diurno, idem eſſet,
ſ. pro defenſione & recuperatione rei ſubtractæ, quā
aliter conſequi non poſſumus. ¶ Hinc dicunt doct. in
d. l. furem. & in l. fi. C. eo. tit. & pleniùs aliquo alio. Ia-
cob. de Rauen. in d. l. furem ꝙ poteſt eſſe, ꝙ fur diur-
nus non ſit notus, & econtra nocturnus ſit notus: quia
viſus eſt ad lumē lunæ, vel cum alio lumine puta can-
7 delæ. † Si ergo fur nocturnus ſiue diurnus eſt perſona
nota & habilis ad inquirendum, à quo poſſit res recu-
perari, licet ipſum non occidere, licet bene: licet rem
incontinenti recuperare, & vim cum moderamine re-
pellere. Si verò fur nocturnus, vel diurnus non eſſet
habilis ad conueniendum, nec notus: tunc liceret ip-
ſum interficere, ſi immineret rei amittendæ periculū,
ꝙ eſt not. Sed pone, fur eſt notus & habilis ad conue-
niendum: ſed ſi rem portaret, ego furtum paſſus non
poſſem probare de furto: quid tunc fiēdum? certè di-
cit Iac. de Ra. in d. l. furem, ꝙ licèt interficere: ex quo
imminet periculum rei amittendæ: ita tamen, ꝙ ſem-
per interficiat cum clamore ad latronem, & ideo lex
voluit ſemper interponere clamorem, vt facilius pro-
baret. in d. l. itaque & ſi iſte qui interfecit, non poterit
probare, ꝙ ille qui interfectus eſt, fuit ipſum aggreſ-
ſus: dicit: ꝙ niſi probetur, ꝙ interficiēs fuerit aggreſ-
ſus interfectum, ſemper abſoluetur, argu. l. ſcientiam.
§. cum ſtramenta. ff. ad l. Aquil. quæ verba tene pro-
8 prio cordi. Bald. in tit. de pa. iur. fir. §. 1. ¶ † Quærit,
vtrum malefactor poſſit à quolibet capi, & tandem
dicit, ꝙ in ipſo actu delinquendi vel immediatè po-
teſt quilibet eum capere, & iudici præſentare, vt l. c.
5 ff. de adult. etiam ſi delinquens eſſet clericus, vt ta-
men præſentetur epiſcopo, vt not. per docto. in c. vt
fame. de ſen. excō. in 6. aliâs ex interuallo nemo poſ-
ſet eum capere ſine commiſſione epiſcopi, vt no. ex-
tra, de iudi. c. cum non ab homine, & per Barto. in l. ſi
quis ſeruitute. ff. de furt. Idem Bal. in d. l. itaque. ff. ad
Aquil. dicit, ꝙ licet non inueniatur permiſſum, niſi in
fure & in adultero, tamen Inn. in d. cap. vt fame, dicit
hoc generaliter in quolibet, & ideo concludit Bald.
9 † ꝙ in publicis criminibus ſit licitum cuilibet cape-
re, & ius reipublicæ tueri: ſecus, in priuatis crimini-
bus: nam ſi non licet accuſare in iudicio, ergo multò
minus capere de facto. Ang. in d. l. nemo carcerem.
pen. chart. dicit quòd aut debitor fugiens, eſt debitor

ratione delicti atrocioris: qoia cũ deliquit, fugit immediatè, & tunc nedum erit licita captura illi qui tūc iniuriam paſſus eſt, ſed quicunque licitum eſt, delinquentem tempore criminis fugientem, capere & ad iudicem ducere l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. & d. l. c. 5. & in auth. vt iu. fine quo ſuff. §. neceſſitatem, & in auth. vt nulli iudi. §. ſi quis verò comprehenſorum. Et ita dicit ſeruari de conſuetudine, ꝙ in fraganti crimine multi capiuntur & ad iudicem ducuntur, & maximè fures, & ſtratores, & robatores, ex interuallo nemo audet comprehendere, argu. d. l. ſi quis io ſeruitu-
10 te. † Si verò ſit debitor ex cõtractu, & tunc in primis ſcias, ꝙ eum fugientem licet propria authoritate capere, vt l. nõ ſolum. §. de illo. de vſucap. & l. ſi quis curialis. C. de epiſc. & elet. & l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. confugiunt, & d. l. 1. C. vbi quis de cu. & cn. & l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poſſ. ita dicit Spec. in tit. de accu. §. in l. ver. item ſecundùm Marti. de fano. Alium verò debitorem noſtrum ex contractu vel quaſi fugientem, vel de fuga ſuſpectum, vtrum liceat nobis
11 propria authoritate capere non eſt ita expeditũ. † Sed aduerte io primis, ꝙ debitori meo fugienti, bene poſſum propria authoritate accipere pecuniam mihi debitam, vt in §. ſi debitorem, quem ita intellexit Dyn. inſti. de action. in prin. 2. col. & Ray. in d. §. ſi debitorem, & quidam alij, vbi Bart. etiam admittit, ſi licentiam iudicis expectare erat periculoſum, an autẽ propria authoritate liceat eum capere per perſonam, gl. toſt. de act. in princ. ſuper verbo, in iudicio, determinat ꝙ ſic: quod oot. idem determinat Bat. io d. §. ſi debitorem, non vt detineatur, ſed ad iudicem ducatur: arg. no. in tit. de pa. iu. fir. §. t. & l. generali. C. de dec. lib. to. & in d. l. t. C. vbi quis decu. vel cohær. Idem tenet Bart. in auth. vt iud. ſine quo. ſuff. §. neceſſitatem, per eadem iura. in glo. ibi. ſed Bal. io d. tit. de pa. iu. fir. §. 1. diſtinguit, cùm queritur, vtrum debitor fugitiuus
12 poſſit capi, & res ſibi auferri. † dic, aut res eſt capientis, & poteſt ei auferri, vt d. §. ſi debitorem, aut non eſt capientis, ſed ei debita obligatione perſonali: & tunc poteſt capi ipſe & res debita: tamen debet conſignari magiſtratui ipſe captus & res, arr. l. fin. C. de maleſi. & Matth. Si autem aufugiat ſine re, capi poteſt & debet iudici præſentari, vt l. interdum. c. qui furem ff. de fur. Ang. in l. extat. ff. ꝙ met. cauſ. dicit ꝙ debitor fugitiuus authoritate propria non poteſt capi, niſi duobus concurrentibus, ſ. ꝙ iudicis copia haberi non poſſit, vt capiatur ſecũdo, ꝙ fugiat cum pecunia creditoris, & ita dicit tenere Dyn. addit ipſe Angel. tertium, ſ. ꝙ poſt debitum contractum ſit factus fugitiuus, nam ſi fugitiuus ſeu de fuga ſuſpectus erat ante, imputet ſibi creditor, qui cum eo contraxit: vt d. l. ſi creditore de quo vltimo dicetur infrà q. 6. Idẽ Ang. in l. nemo carcerem, dicit, ꝙ aut eſt debitum tale, ꝙ propter hoc perſona debitoris poſſidetur, vel quaſi: & licitum eſt creditori eum capere propria authoritate: quia in capiendo capit ſuum potius, quam alienum, exemplum in curiali curiæ adſtricto, fugiente, & ita dicit loqui d. l. generalis. C. de dec. libr. 10. C. vbi quis decu. vel cohær. l. t. Si verò eſt dubium propter quod perſona debitoris oon poſſidetur, nec quaſi puta quia aliquis eſt debitor alterius in quantitate, vel in ſpecie: & tūc aut debitor fugit cum ſpecie vel quantitate debita, & poteſt capi, vt d. § ſi debitorem. & ita dicit loqui not. in d. §. neceſſitatem. inſt. de act. in prin. licet glo. ſimpliciter loquatur: aliàs ſi cum pecunia noo fugit, dicit capturaio non eſſe licitam, nec hoc reperiri iure
13 cautum, & vbicunque dixit Ang. † debitorem ex cõtractu vel quaſi fugientem poſſe capi propria authoritate, intelligit, ꝙ deſit copia iudicis, ita eius authoritas non poſſit haberi, vt eſt text. in l. generali, & gl. in l. ſi alius §. belliſſimè. ff. quòd vi aut clam. Breuiter collige, ꝙ hominem fugitiuum licet propria authoritate capere: ideo monachos vel religioſos apoſtatãtes ſugitiuos licet capere, vbi inueniuntur, ſecundùm Bal. & doct. in l. ſi curialis. C. de epiſc. & cler. & d. l. t. vbi quis decu. vel co. Similiter licet eadem authoritate propria debitorem, cuius perſona poſſidetur vel quaſi, & iſtud eſt expeditiſſimum, ſecundum Spec. & Ang. vbi ſuprà, quo etiam omnes aliæ conſenſiſſeot. Secundò conclude, ꝙ ſi debitor fugiens fugit cum re mea, poſſum illam ſibi auferre, vt d. §. ſi debitorẽ, quẽ ita intellexit Bald. vbi ſuprà, & eſt de mente aliorum doct. bene facit ꝙ no. in l. interdum. § qui furem. ff. de
14 fur. & per gl. in prima ſolu. & per ſcribẽtes ibi. † Tertiò conclude, quòd rem non meam, ſed debitum mihi actione perſonali, poſſum à debitore aufugiẽtem auferre propria authoritate, ſecũdum Ray. io d. §. ſi debitorem & habetur inſtit. de act. in princ. idẽ admittit Bald. io d. §. ſi debitorẽ. Bal. vbi ſ. dicit, ꝙ poteſt capi ipſe & res debita: dum tamen ipſe cum re conſignetur magiſtratui. Ang. in d. l. nemo carcerem, dicit ipſum poſſe capi, & idem dicit in d. l. extat. ſ. caſu quando deprehẽditur fugere cum re mihi debita. Quartò caſu, quando debitor aufugit, ſed ſecũ oon habet nec rem meam, nec mihi debitam: eſt tamen actione perſonali obligatus, dicit Ang. eo. modo, capturam non eſſe licitam: & iure cautum non reperitur vt prædixi, ſuper hoc dubio. Nam quando obligatus eſt perſonaliter, puta ad quantitatẽ, mihi non debetur magis illa quantitas, quam ſecum fert, quam alia vt l. incẽdium. C. ſi ſer. pet. & tamen licet capere, vt tenuit Dyn. Bar. Bal. & communiter doct. in locis præallegatis, ꝙ etiã Ang. vt ſ. conſenſit: & tamen ſi quãtitas debita eſſet, cauſa capturæ nõ licere capere perſonam, ſed auferre
15 ſibi quantitatẽ prædictã. † Vnde opioor, ꝙ etiã liceat capere perſonam ſine re mihi debita fugientem, ſi iudicis copia deſit, cuius authoritate mihi conſulatur: prout intelliguntur caſus præcedentes & io hoc ſtat fundamẽtum dictorum omnium iurium, & ita determinat Bal. in d. §. 1. & Bar. in d. §. ſi debitorem, & io d. § neceſſitatem. in d. l. generali. & glo. terminare videtur inſti. de act. in prin. & d. §. neceſſitatem, quæ ſimpliciter loquuntur, dicentes ſugitiuũ poſſe capi: quas ita intelligere videntur Bart. & Bal. in dictis locis, licèt Ang aliter dixerit & prædicta puto procedere, ſ. ꝙ liceat capere debitorem fugitiuum propria authoritate, & fugientem, i. in ipſo actu fugæ vitium mẽtis deduxit: quia veriſimiliter oon poſſum mihi cõſulere authoritate iudicis, & ita intelligit Ang. in d. l. nemo carcerem. pen. char. verſ. ſed tunc quæro. vbi vide. Idẽ dixit Ang. in ſumm. in tit. quæ io frau. cre. & Bal. in d. l. t. vbi quis decuri. vel cohat. & ita intellexit Bart. vbi ſ. quod propriè nota. Idem puta in eo qui nõdum eſſet in fuga actuali, ſed mentali, & ex ſignis colligitur ꝙ fuga eſſet inſtans, adeo ꝙ tunc ſi non interciperet, periculum eſſet in mora, vt eſt de mente doct. & bene facit. l. t. C. quando lic. vnicuique ſine iudic. l. vin & l. pen. de mili. teſt. cum ſimi. pro quo vide glo. ordi. in l. pe.
16 de pig. act. quæ ſemper allegatur, † quòd illud ꝙ operatur fuga in actu, lex operatur in potẽtia, & ita colligit Bal. ex ea. ibi. & ſimiliter Salic. dicentes illã perpetuo menti tuendam, ad quod etiam bonus tex. in l. quæſitum. ff. de pig. Debitorem autem ſuſpectum de fuga, non ex ſignis aliquibus apparentibus, ſed ex ſola non poſſeſſione immobilium, cenſeo authoritate propria non capi poſſe: quia tunc veriſimiliter iudicis copia haberi poteſt: arg. prædictorum, & ita intelligo Angel. in d. l. nemo carcerem, dum dicit, quòd ſuſpe-

ſuſpectus de fuga nondum fugiens, non poteſt authoritate propria capi, ſed iudicis authoritate, ad quod omnino vide quæ dicentur.ĵ.q.6. & faciunt quæ dixi in præcedenti articulo, & hanc conſideratione diuerſorum caſuū diligenter nota, quia nullus facit, & mihi
17 videtur veriſſima.† Vnum eſt certū, ꝙ ſi creditor haberet pignus à debitore, ꝙ non poſſent ipſum capi facere, & capere tanquam ſuſpectum propria authori. cum pignus in dubio cenſeatur idoneum vt.l.2.C. de pig.ita determinat Bal.in l. creditor qui non idoneū. ff.ſi cert.pet.ꝙ ſingulariter tene menti. Præmiſſis applicatur quæſt.elegans, vtrum iſtud ius capiēdi debitorem fugitiuum, propria authoritate mihi creditori competens, poſſim exercere per alium meum procuratorem & mādatarium ſeu ceſſionariū: & primo videtur ꝙ non, ar.gl.in l.cum fundum.§.1.quæ incipit, ex interuallo.ff.de vi & vi ar.quam ſequitur Bald.in l. accuſationis, ꝙ met.cau.C.pro iſta, dicens per illam gl. ꝙ ſi ſtatutum permitteret licere offenſo offendere offenſorem, non poſſet tunc illud per alium facere, & eandem opin.tenuit Bal.in d.ca.1. de pa.iur.fir.§.1.& per illam determinat q.de qua per eundem in d.l. accuſationis, & ſuprà retuli, & propterea ſubdit ibidē,
18 † quòd ius occidendi adulterum competens marito, nō tranſit ad alium cui commiſit: vt l. ſi quis in graui. §.ſi maritus.ff.ad Syl.vbi per Moder.ad idem ꝙ not. Bal.in l.1.C.vnde vi.col.12.verſ.ſed quid dicemus, & l.vt vim.ff.de iuſt.& iu.& in l.ſi à familia.ff.de iuriſd. omn.iud.& quod not.idem Bal.in l.ad officium.C.de commu.diuid.& in l.dudum, de contrahen.emp & in l.2.C.de pac.inter empt.& vend. In contrarium facit quod not.gloſ.ſing.in d.l.1.vbi quis decur.vel cohar. ſuper ver.ab his, ibi, procuratoribus, per quod hæc quæſtio videtur deciſa: nam loquitur nominatim in fugitiuo, & ita allegant ad hoc quidam Moder.l.1.§. vſufructuarius, de opera.no.nun. ſecundò pro eadem parte facit tex.opt.in d.§.vſufructuarius, per quē di-
19 cit ibi Bart. † ꝙ ius ingrediendi propria authoritate quis habere poteſt & alteri cedere, nec eſt in iure melior tex.ad iſtud, ſecundùm Bar.pro quo facit: nā illud ius ingrediendi conceſſum vni, per pactum tranſit ad hæredem, vt per Bal.in d.§.1.de pa.iur.fir.in fin. ergo eſt ceſſibile, vt nota.in l.ſi in pluribus, de admi.tut. ad idem bonus text.in l.1.ff.de remiſ. quem not. Ang.in d.§.vſufructuarius, ad idem bonus tex.in l.ſicut.§.debitori.ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.& quod not.Inn. in c.cum ad hæc.de cle.non re. Ad idem opt.tex.in l. metum.§.ſed licet.ff.quod met.cauſa.& l.2.§.ſi.ff. de reli.& leg.ſi quis in ſeruitutem.ff.de fur.& ibi Bar. & l.deuotū.C.de meta.lib.12.& c.qui ante, & c. dilect. de ſent.excomm.& c.ſicut viget.de hom.& 12.q.4.c. conſtitutus, & not. per Ioan. And.in add. Spec. in tit. de ceſſ.actio.§.1.verſ.iniuriarum actio. & quod not. gl.in l.2.& idem Nerua.ff.ne quis in loco publico.& quod not.Bal.in l.2.C.vnde vi.col.12.verſ.extra quęritur, circa fi.& vide §.1.de pa.iur.fir. ibi, ſed Accur. not.contrarium. Et hæc mihi placet, nec obſtāt leges ſuprà allegatæ, quæ ſunt in contrarium: quia loquūtur in iure perſonali, & perſonæ cohærenti.ad hoc tex. in l.ſeruus cohæredi.poſt prin.ff.de ſta.lib.ibi, perſonæ duntaxat eius qui demonſtratus eſt, adhæret, quinim-
20 mo Bal.in d.l.Gracchus, de adul.no.text.† ꝙ illud ꝙ eſt licitum in perſona mādantis, eſt licitum in perſona mandatarij, & ideo determinatur ibi, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ bannitus pro certo crimine non poſſit occidi, niſi à ſuo inimico, qui fecit eum banniri: certè ſi ille inimicus fecit eum aſſaſſinari per aliquem, neuter punietur: per illum tex. hoc tamen nō placet, quia cōtra allegata primo loco, quam credo veriora in cauſa dicti ſtatuti, nōn ob.d.l.Gracchus, qu[illegible] ſolum permittit filio adulterium paſſo: de alio n[illegible]il dicit, & in filio opinor intelligendam d. l. & ita etiam intelligit Bart.in l.non ſolum.§.ſi mandato.verſ.2.quæro.ff.de iniur.ꝙ not.perpetuò, ſed in quæſtione noſtra opinor per alium iſtud poſſe expediri: argum. iurium pro hac parte allegatorum, quę hoc probant, ſi diligēter ponderentur.

1 Minor ſeu pupillus aut infans, an poßit capi pro debito & carcerari.
2 Impubes non poteſt capi debito ciuili.
3 Minor viginti quinque annis pro debito nō poteſt carceri mancipari.
Contumacia non poteſt notari minor.
4 Minor ex procuratoris contumacia venditionem patitur & miſsionem.
5 Carceratio eſt in multis minori damnoſa.
6 Iudex quare notas habere debeat carceratorum ætates.
7 Minor quādo realiter citari poßit & carcerari.
8 Filiusfamiliâs quādo poßit capi pro debito ciuili.
9 Doctor pro cauſa ciuili, nullo modo debet carcerari.
10 Priuilegijs ſingulariū non derogat lex generalis.
11 Doctor legens per viginti annos, efficitur ſacri palatij comes.
12 Miles pro debito an poßit perſonaliter capi, & carceri mancipari.
Miles armatæ militiæ pro debito ciuili non poßunt perſonaliter capi.
13 Armigeri ad ſtipendia conducti, an gaudeāt militum priuilegijs.
14 Stipendiarij noſtri temporis, eccleſiæ Romanæ vel imperio militantes, militari gaudent priuilegio.
Milites inermis militiæ qui ſint, & an gaudeant militum priuilegijs.
15 Milites mercantijs incūbentes potius quā militiæ, non debent militum priuilegio gaudere.
16 Milites quos Papa facit, benedictione Papali cōſtituuntur.
17 Milites non ſunt quæſtioni ſubijciendi.
18 Clerici an poßint perſonaliter capi pro debito ciuili.
19 Clerici pro quo debito & per quem iudicem capi poßint.
Clericus pro debito fugiens, per quemuis iudicem capi poteſt.
20 Parti non permittitur, quod iudici denegatur.
21 Captura alias non permiſſa, ob fugæ ſuſpicionem permittitur.
22 Mulier pro debito ciuili non capitur regulariter.
23 Meretrix coniugata non læditur impunè.
24 Mulier honeſtæ vitæ, non poteſt carcerari pro debito ciuili.
25 Meretrix quæ omni legum & iuris auxilio renūtiauit, carcerari poteſt pro ratione redden-

da adminiſtrata tutela.
26 Mater vel auia quæ fuit tutrix filij, an poſſit conueniri vltra quàm facere poſſit.

QVINTO principaliter quæro, contra quē poſ-
ſit d.captura decerni ſeu exerceri? Hęc q. diuidi-
tur in plures. Prima, vtrum contra pupillum. Secūda,
vtrum contra puberem. Tertia, vtrum contra filium
fami. Quarta, vtrum contra doctorē. Quinta vtrū cō-
tra milites. Sexta, vtrum cōtra clericos. Septima, vtrū
contra mulierem. Octaua & vltima, vtrum cōtra alias
1 quaſdā perſonas priuilegiatas. ¶ † Redeundo ad pri-
mam, videlicet vtrum cōtra pupillum: dico in primis,
cōtra minorem infantem nullo modo, vt neq; impu
beres. ff. de in ius vocan. in maiore verò infante repe-
rio varias opin. nam auctor illius tractatus, qui intitu-
latur de carceribus, quem opinor fuiſſe domini Fran-
ciſci de Vbal. de Peru. vt colligitur ex allegationibus
Bart. & Bal. quos ipſe alleg. in 4. q. dicit pupillū doli
capacem, poſſe carcerari pro debito: licet dicat, com-
petere ſibi reſtitutionē in integ. ſi fuerit ex hoc læſus,
arg. l. fi. C. de cuſt. reor. quā intelligit procedere etiā
pro debito ciuili. Bar. not. in d. l. nā impuberes, & ex-
2 preſsè dicit contrarium: † dicens impuberes nō poſſe
capi pro debito ciuili, per text. illum, idem tenet Bal.
in l. 1. C. qui bon. ce. poſſ. ꝙ puto verius, & ita tenuit in
d. l. nec impuberes. Circa ſecundam quæſt. vtrum cō-
tra puberem minorem 25. ann. eſt multùm aduerten-
dum: nam præfatus doct. in dic. tractatu de carcere in
q. 4. tenet ꝙ ſic, arg. d. l. fi. de cuſto. reo. ibi, ætatemq;
vinctorum, idem videtur de mente Bal. in l. 1. C. in in-
teg. reſtit. poſtu. nil noui fiat, ſed idē Bal. in l. 1. C. qui
3 bon. ced. poſſ. pe. q. tenet contrarium, ſcilicet † mino-
rem. 25. ann. non poſſe pro debito carcerari, quaſi nō
ſtet per eum quo minus ſoluat: ſed propter beneficiū
ętatis, vt ibi latius. Ang. in d. l. nemo carcerē. de exact.
trib. in 2. char. ſuæ repetitionis dicit, ꝙ fortè non po-
teſt carcerari. Mouetur, quia incarceratio non poteſt
fieri niſi cum quis eſt contumax, ita ꝙ contumaciter
ſoluere ceſſet, vt d. l. nemo carcerem, ibi ad contuma-
ciam adducatur: ſed in minore non videtur iſta cōtu-
macia cadere, vt l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de legat. 2.
& l. cum & minores. C. ſi aduer. rem iud. etiā ſi fuerit
legitimè defenſus per ſuum procuratorem, licet enim
patiatur miſſionem ex ſecundo decreto & vēditione,
vt l. ſi minor. in prin. cum ſimil. de bo. aut. iud poſſ. ta-
4 men non patietur incarcerationem: † quia miſſionem
& venditionem minor patitur ex contumacia procu-
ratoris, non ex eo ꝙ ipſe ſit contumax, ſeu quia non
defenditur, vt d. l. ſi minor, & l. pupillus, & l. fi. de pri.
cre. ſed carceratio non poteſt fieri, niſi ex propria cō-
tumacia carcerati, vt d. l. nemo carcerem, quę propria
contumacia in minorem non cadit, cum ſibi rerū ſua-
rum adminiſtratio non ſit conceſſa. Item ideo patitur
miſſionem & venditionem, & non carceratione: quia
ex venditione & miſſione non læditur minor, cū de-
bitum ſatisfaciat: & ſi lęderetur, poſſet recurrere con-
tra curatorem, qui nō ſoluit cum potuit: vt l. 3. §. pen.
5 & fin. ff. de ſuſpect. † ſed carceratio eſt minori dānoſa
multipliciter, primò, quia per eum nō ſatisfit debito.
ſecundò, quia damnum carcerationis nō eſt poſſibile
recuperare per minorem à curatore, cum ſit damnum
perſonale, quare concludit, licèt ſub dubio, ꝙ minor.
25. ann. non poſſit pro debito carcerari, & ideo dubi-
tat, quia non reperitur iure cautum, hanc partē tenuit
Ponta. conſil. 118. ꝙ incipit, circa primum, & alle. ꝙ
Anc. vbi ſuprà, idem conſultum vidit per dom. Tho-
mam Doctium Senē, allegantem ſimiliter An. vbi
ſupr. allegat etiam Ponta. in d. conſil. quia ad hoc vt
quis poſſit carcerari, requiritur contumacia, vt l. con-
ſentaneum. C. quomodo & quando iud. minor autē in
contumacia verè conſtitui non poteſt, vt. ff. de mino.
l. minor. etiam ſi quaſi contumax, cum gl. ſua. Item al-
legat d. l. nam impuberes ad d. l. fin. de cuſt. re. reſpon-
det, ꝙ illa lex nihil probat: quoniam intelligenda eſt,
vt ętates carceratorum cuſtos oſtendebat deſcriptas,
ſcilicet carcerabilium, non autem inhabilium, qualis
6 eſt minor. † ideo autem carceratorum ętates lex iudi-
ci notas eſſe voluit: quia non ita exactam cuſtodiā in
carcerato ſene à cuſtode fieri vult, qualem in iuuene,
vt l. ſi vt certo. §. cuſtodiam. ff. commodati. Item quia
ſi proſpiciat ſenio confectum in carceribus exiſtere
ciuitatis, principi nuntiabit, quia fortè pietate motus
dimitti faciet: quemadmodum inquit Iuriſconſultus
in l. in metallū. ff. de pœnis, & de impera. in l. iudices.
C. de epiſc. audi. do. Martianus Soc. in ſuo commēto.
ſupr. rub. de dil. ar. 5. q. 20. dicit, opin. prędictā An. &
Bal. videri ſatis dubiam, maximè, quando prædictus
minor non habebat bona, qui requirerent in eorum
alienatione decretum, de quo in tit. de re. eor. Ex prę-
7 dictis dicit ſibi videri poſſe ſumi cautelam, † ꝙ ſi ex
forma ſtatuti minor poſſet adminiſtrare bona ſua ex
eo, quia fortè exerceret mercantiam: vel aliter, quòd
hoc caſu poſſet realiter citari & carcerari à ceſſante
ratione prędictorum, ſed hoc caſu capi faciens, debet
eſſe cautus in articulando qualitatem, propter quam
minori conceditur ſuarum rerū adminiſtratio. & hāc
cautelam procedere dicit, retenta etiam opi. Bald. &
Ang. contra relata, de cuius veritate dubitant, cū quā-
do immobilia haberet, poſſit ſibi prouidere, dādo in
ſolutum cū decreto iudicis, vel cedendo bonis cū iu-
dicis authoritate & decreto, & aliis ſolēnibus requi-
ſitis: & ideo videtur ſibi imputandum, & per conſe-
quens poſſit realiter citari. i. capi & carcerari.

8 ¶ † Tertiò quæro, vtrum contra filiumfa. gl. in l. 3.
§. ſed vtrum. ff. de mino. videtur induere ꝙ nō, ſed cō-
trarium eſt dicendum per tex. in l. pen. C. qui bo. ced.
poſ. per quē determinat ita pręfatus doc. in dicto tra-
ctatu de carcere. q. 3. & communiter tenetur, & vide
Bar. in l. ſi filio. ff. ſolu. mat. vbi hoc tenet per illū tex.
d. l. pen. vbi caſus poſſet gl. d. l. 3. §. ſed vtrum, quæ in-
cipit, ſed exactio differtur, fortè ſaluari in filiofa. mi-
nore 25. ann. de quo dixi ſuprà.

¶ Quartò quæro, vtrū cōtra doct. gl. l. medicos. C.
9 de profeſ. & medi. lib. 10. dicit per illum tex. † ꝙ pro
cauſa ciuili nullo modo poteſt capi, & ibi ſubditur, ꝙ
iudex qui doctorem realiter citauit. i. cepit pro cauſa
ciuili, capitaliter puniendus eſſet. Idē tenet præfatus
in d. tractatu de carc. idem tenet Matt. lib. 10. & ſub-
dit, ꝙ hoc priuilegio gaudent communiter filij. ar. d.
l. medicos, intellige, viuentibus patribus, dicit ibi gl.
Bar. in d. l. medicos, dicit, ꝙ ſibi videtur, ꝙ hoc proce-
dat in doctore q. actu legit in ſtudiis approbatis: aliàs
ſecus cū quo dicto ibi tranſit do. Io. de Pla. bene fa-
cit. l. ſi duas, de excu. tut. ſed doctor etiam nō legens,
vt ſuprà ſeu ambigua fata cauſarum adiuuās & defen-
dens patrocinando, gaudere videtur hoc beneficio, vt
not. gloſ. Bar. & alij ſequuntur in l. miles. ff. de re iud.
arg. aduocati. C. de aduo. di. iu. ꝙ procedit non ſolùm
in doctore legum, ſed etiam medicinæ & aliarū ſcien-
tiarum, nō in Poëtis, vt ſuprà expreſsè dicit Bart. vbi
ſ. & Matth. & Modernio. in d. l. miles, & hoc cederet
etiā ſi ſtatutum diceret, ꝙ quilibet poſſit pro debito
ciuili perſonaliter capi, argu. not. in l. ſi ſerui veſtri, de
10 nox. & in c. cùm dilectus, de conſuet. † & quia per ge-
neralem legem nunquam videtur derogatum priuile-
giis

giis particularium perſonarum,vt not.in l.de curionibus.C.de ſilentiariis.lib.12.& in 1.conſtit. C.§. quia verò,& nota in l.in teſtamentis.C.de teſt. immò fortius ſi ſtatutum diceret, quòd quilibet poſſit pro debito ciuili perſonaliter capi,non obſtante quocũque priuilegio:adhuc doctor, vt ſuprà, gaudet prædicta prærogatiua: quia per illa verba, non obſtante quocunque priuilegio,non intelligitur derogatum priuilegiis inſertis in corpore iuris,gloſſ.eſt not. in l. 2. §. omnes,& l.hæres abſens,in prin.ff.de ind. & in auth. quia in prouincia.C.vbi de crim.agi opor.& in dictis locis per doctor.& per Bart.valdè ſingulariter in extrauaganti,ad reprimendam ſuper verſ.non obſtantibus,quæ perpetuò tene mẽti.nec videatur tibi mirũ, quòd doct.legentes habeãt hoc priuilegium,vt ſuprà
11 dicebat Bart.† nam doct.qui legerunt 20. ann.in ſtudiis.efficiuntur comites ſacri palatij,vt l. 2.C.de profeſ.qui in vrbe Conſtan.& ibi per Bar.in l.Alexandrinos.C.de cur.per eundem in proœmio.C.in 4.col.& audiui ꝙ excellens docto.do.Ioan.de Graſſis doctor. Taurinen.cum legiſſet ann.25.& vltra fecit cõmitti cauſam de iure:& fuit declaratus comes, gloſſ. etiam in d.l. 1. videtur velle ꝙ fiat etiam dux, ſed ex rubro colligit,quòd fiat etiam comes.

12 ¶ † Quintò quæritur,vtrum contra militem,circa hoc diſtingue: quidam ſunt milites armatæ militiæ, quidam inermis militiæ,quidam cœleſtis militiæ. Milites armatæ militiæ perſonaliter capi nõ poſſunt pro debito ciuili,vt l.miles.ff.de re iud.ſi tamen illud debitũ contraxerit in caſtris:ſecus, ſi vagando per mundum,vel etiam domi,vt ibi dicit gl.cum qua doc.trãſeunt.Sed idem eſt certè dicendum in debito contracto extra caſtra, ob eam tamen militiam concernentẽ, puta pro armis & equis emẽdis,ſecundùm Odofr. ibi.& doc.ſequitur ibi do.meus,vbi omnino vide per Moder.circa prædicta,& vide quæ dicam. ℈. in q. de clerico.applicatur præmiſſæ. q. pulchra q. vtrum ſtipendiarij noſtri temporis,qui ſunt armigeri, nõ tamẽ milites,gaudeant hoc priuilegio, vt pro debito contracto in caſtris,vel occaſione caſtrorum non teneãtur,niſi inquantum facere poſſunt, quo milites gaudent:vt d.l.miles,hanc quæſtionem non reperio formaliter ab illis tactam,niſi quia Pau.de Caſt.in l.feri-
13 narios C.de teſta.mili.dicit, † ꝙ ſtipendiarij noſtri temporis qui ſunt conducti ad ſtipendia,exercẽt ſe in caſtris,& tamen non ſunt milites,non gaudẽt priuilegio militum:deinde ſubdit,ꝙ ſi quis eſſet ſtipẽdiarius ſuæ propriæ ciuitatis, & ſe in expeditione militari exercerer,non tamen eſt miles, ſed ſeruit ſuæ cõmunitate,conductus ad ſtipendium:puta, Florentinus à communitate Florentiæ,ꝙ licèt prima facie videatur quòd non habeat priuilegia militũ,quo ad bona quę haberet Florentiæ vel in comitatu, tamen putat contrarium.ſ.ꝙ gaudeat:licet olim gaudebant ciues Romani,qui recipiebant ſtipendia à Romanis,nec obſt. dicit præfatus doct. ꝙ iſti ſtipendiarij hodierni non iurent:quia hodie illa obſeruantia non eſt in vſu: hodie ſufficit,ꝙ eorũ capitaneus iuret pro omnibus, vel aliter,ſecundùm eundem,etiam iſti præſtant iuramẽtum fidelitatis de conſuetudine.Idem ſentit præfatus doct. de huiuſmodi ſtipendiariis noſtri temporis ciuibus,vt l. ſancimus. C. de teſt.milit.dicens ꝙ potius inſpicitur actus militaris,quam ciuilis, ꝙ hodie non fit in vſu,quòd omnes armigeri ſint milites: quinimmo pauci ſunt milites,non eſt curandum an ſint milites,vt ibi latiùs vide per eum. Angel.& Innoc.in l.il-
14 læ autem inſtitutiones ff.de hæred.inſt † dum loquũtur de ſtipendiatiis noſtri temporis,ſentire videntur, quòd ſi quidem ſint militantes in ſeruitium eccl. Ro. vel imperij,gaudeãt priuilegio militari. Videte ibi,& quæ dixi in l.licet. C. de pact. Vide etiam Ponta. in conſ 63.vbi dicit, ꝙ iura de priuilegiis militũ loquõtia, locum ſibi vendicare videntur in illis magnificis dominis,qui continuis armis dediti ſunt & exercitiis, licet non ſint milites veri tales, de quibus loquitur gl.in l.pe.ff.ex quib.cau.ma. & ex identitate rationis, vt in c.tranſlato.de conſt. Milites autem inermis militiæ,quales poſſunt dici milites noſtri temporis, calcaribus deauratis vtentes, quorũ militia maximè fulget in ſeſſionibus,& in bibendo prius, & in præcedẽdo,dixit Ia.Pet.Cy.in l.1.C.de iur.& fac.igno. Vtrũ gaudeant hoc priuilegio,de quo in d.l.miles, & ſuprà dixi,variæ fuerunt opin.nam Iac.Pe.Cy. & Bal. in d. l.1.dicunt, ꝙ non habent priuilegia militum. Idem Albe.in l.militum.C.de proc.& Bal.not.in l. in teſta-
15 mento.in vlt.q.C.de re mili.vbi dixi,† ꝙ milites Tuſciæ,& maximè Florentini,qui ſtudent magis in mercantiis,quam arti militari: & videntur non militare cauſa reipublicæ,ſed ad pompam,non gaudent priuilegio militari,ſed ſunt tanquã priuati homines, alleg. not.in l.eos.C.de offic.mag.mili.& in l.pe.ff. ex qui. cau.mat. & ita ſequuntur Cano.in capit.in noſtra. de procurat.& Modern.in d.l.miles.ff.de re iudic. & ſecundùm prædicta intelligendus eſt Spec. in titul. de procu.verſ.item quod eſt miles,ſed Bald.in l.1.in vlt. q.C.qui bonis ced.poſſunt,tenet.quod etiam milites noſtri temporis gaudeant priuilegio militum,& non poſſunt realiter citari. i. perſonaliter capi pro debito ex contractu,vel vt mouetur, quod non ſunt milites: aliàs falſo vocabulo vocarentur: quod dicere eſt fatuitas,& licèt non habeant inſignia veteris obſeruantiæ,tamen habent inſignia nouæ obſeruantiæ,ꝙ ſuffi-
16 cit:vt in capit. tranſlato.de conſt. † & quando fiunt à Papa,benedicuntur, & forma benedictionis habetur in pontificali.cap.33.& vide ibi.Tutius autem eſt, tenere quòd non gaudeant priuilegio: quia & doctor. qui non ſunt in expeditione ſuæ ſcientiæ,non gaudẽt, vt in pręcedenti quęſt.dixi,ſed reperio Guil.de Cug. in d.leg.pen.ff. ex quibus. cauſ. mat. diſtinguentem, quod milites habent quædam priuilegia, quorum ratio hodie non militat in militibus noſtri temporis, vt puta quod milites poſſint teſtari iure priuilegiato, & iſtud hodie non habent, quia etiam vetuſtius non cõpetebant,niſi in expeditione incumbentibus, vt l. 2. ff.de bo.poſſ.ex teſta.mili.cum ſimil. Quædam ſunt
17 priuilegia, quorum ratio hodie in eis remanet. ſ. † ꝙ milites non ſubiiciantur quæſtioni:quod priuilegium habebant,vt quia nobiles,vt l.nullus.C.ad l. Iul.mat. & de pa.tenen & eius violatoribus,cap. ſed miles, & hæc habent,in quo fundatur l.milites. C. de quæſtio. Vnum non tacebo, quòd qui eſt effectus miles cauſa litis fiendi,vel debiti,non ſoluendi, debet ſolui à militia inſtante creditore, vt l. 1. C. qui milit. non poſſ. lib.12. Itẽ milites debent abſtinere ab agrorum cultura, animalium cuſtodia, mercimoniorum quæſtu: aliena non peragant negotia, & ad ciuiles curas non accedant: alias priuantur militia & priuilegiis, vt l. nemo miles,cum ſe.C.de re mili.lib.12. ideo ad propoſitum bene dicit,dum talis ſit miles, qui honorem dignitatis militaris & onus decẽter obſeruet,in equis & armis & vniuerſo famulatu,& in aliis rebus,in quibus milites conueniunt honorari:haberent etiam milites noſtri temporis priuilegium, quòd non ſuſpendantur pro eo delicto, pro quo plebeius ſuſpenderetur: vt dicit gloſ. hodie obſeruari in l.deſertorem. §. pœna.ff.de re milit.

¶ † Sextò

18 ¶ † Sextò videndum eſt, vtrum contra clericum qui dicitur miles cæleſtis militiæ, vt not. in cap. 1. de cleri. ægro. in 6. quæſt. poſſit captura decerni aut exerceri pro debito ciuili. gloſſ. in dicta l. miles, ſentit ꝙ non, & ſic gaudeant in hoc priuilegio veri milit. idẽ tenuit Iacob. de Aret. inſtit. de actio. §. præterea. Et ideo tenet Angel. in d. l. miles, & Ludo. de Rom. etiam idem tenuit in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matr. in ſecundo membro principali. & in cap. Odoardus, de ſolut. Idẽ determinat in propriis terminis Ioan. And. in cap. ſi clericis, de ſenten. excom. lib. 6. ſcilicet ꝙ pro debito ex contractu vel quaſi, non poſſet, etiam ſi ſe obligaſſet perſonaliter capi, vbi hoc ſequuntur Moder. Et tenet Lapus allegatio. 118. & hoc exclamat Matth. in

19 ſuis notab. not. 61. dicens not. † quòd clerici in ſacris vel in minoribus conſtituti, non poſſunt capi per iudicem eccleſiaſticum pro debito ex contractu vel quaſi: pro debito autem ex delicto, vel quaſi ratione doli, quia contractauit depoſitum, poſſet, vt in cap. 1. de depo. & ibi hoc Anton. de But. Vide ad prædicta etiam Matthæ. not. 62. Circa quod eſt aduertendum: nam clericum fugientem pro debito, non tantùm iudex eccleſiaſticus, ſed laicus, poteſt capere. arg. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. cre. & eorum quæ dicit Bartol. in l. ſi quis ſeruitutem. ff. de furt. ſecundùm Abb. in cap. vt famę. de ſenten. excommu. & tenet do. Bert. in cle. 1. de off. or. & Collectaneus, & Car. in d. cap. cùm non ab homine, de iudi. vbi etiam hoc ſequitur dominus. Abb. quod videtur prædictis maximè contrariari. Igitur pro huius artic. ſcientia ſciendum eſt fortius, quòd præfatus dominus Abb. in cap. cum non ab homine, vult etiam, quòd laicis liceat capere clericum debitorem ſuum fugiẽtem, non ſolum ſi fugiat cum rebus ſolum ipſius laici, ſed etiam ſi ſit debitor in aliqua quantitate, vel etiam liceat ſociis ipſius laici ipſum adiuuare. Primum eſt de mente ipſius Ioan. And. ibi. ſecundùm confirmat do. Abb. ex his quæ habentur in cap. olim, de reſtit. ſpo. bene facit quod not. Bald. in l. vt vim. ff. de vi & vi. in quæſt. vtrum illi cui licet ſe vindicare ex forma ſtatuti, poſſint impunè opem ferre, & tamen iſta, vt prædixi, videntur incompatibilia cum doctrina Ioan. Andr. in dicto cap. ſi clericus, ſuprà firmata, ſcilicet quòd clericus pro debito ciuili nõ debet capi à iudice aliquo

20 modo: † quia factum partis cui permittitur aliquid fieri propria authoritate, quod regulariter pertinet ad iudicem, reſpicit gloſſ. ſuper conſtitutione regni, ſuper rubrica de iniuriis nobilium perſonarum, quædum loquitur de militibus, diſcernit factum iudicis. l. penult. & ibi Bal. de pignor. ac. cum ſi. Si igitur hoc non permittitur iudici, quomodo permittitur parti? dominus Maria. Soc. in dicto ſuo commento de dila. art. veræ. q. 17. fallentia 14. dicit fortè ſaluari poſſe ꝙ liceat capere eo caſu, quando aufugeret cum pecunia creditoris vel quando eſſet debitor ex delicto, poſſumus fortè latius intelligere, quòd vbi clarius ſit fugitiuus, vel in inſtanti actu fugæ poſſet capi, & hoc dicit præfatus dominus Abb. in cap. fin. de ſolu. bene facit,

21 † quòd licet aliàs de iure ciuili captura nõ ſit permiſſa, niſi in ſubſidium: eſt tamen permiſſa propter ſuſpicionem fugæ, nõ modo iudici, ſed etiam parti, vt etiã patet in præcedentibus quæſt. & patebit ex ſequentibus. Idem ergo dicamus in clerico: quia licèt alias non poſſit capi, poſſit tamen vbi eſt ſuſpicio fugæ. Ex hoc poſſumus inferre, quòd licèt doctor, miles & huiuſmodi non poſſint pro debito ciuili capi, vt ſ. dixi in princ. huius q. principalis. q. 4. & 5. tamen ſi eſſent fugitiui vel ſuſpecti de fuga inſtanti, poſſunt capi, ſicut & clerici capi poſſunt: ꝙ à nemine reperio attentatum, ideo cogita: quia eſſet ſingularis limitatio ad prædicta.

22 † Septimò quæro, vtrum mulier poſſet citari realiter, ideſt capi & carcerari pro debito ciuili, & regulariter dicendum eſt, quòd non, caſus eſt in l. 1. C. de offic. diuer. iud. & in authen. ſed nouo iure. C. de custo. reo. in authen. vt nulli iud. §. neceſſarium, etiam ſi fuerit debitum fiſcale, & contra faciens punitur grauiſſimis pœnis, vt in dictis iuribus, quod tamen limitat Primò, ſi eſſet mulier infamis, puta meretrix: nam iſta poterit pro debito carcerari, ſecundùm Cyn. in d. authen. ſed nouo iure. quem ſequitur præfatus doctor in dicto tractatu de carceribus, circa prin. & habetur in l. nemo. C. de exac. tribu. lib. 10. & tenet Bart. in d. §. neceſſarium, tenet Bal. in leg. cõſentaneum. C. quomodo & quando iud. circa fin, in authen. de teſt. & ea quæ pa. §. ſi. Hoc tamen Io. And. in addi. Spe. in tit. de iniur. & damn. dato, videtur limitare mirabiliter. ſ. vt procedat niſi ipſa meretrix ſit coniugata: quoniam tunc propter coniugium, detrimentum carceris eui-

23 tabit. † Vnde infert, quod conſtitutio reddens iniuriam ſeu offenſam illatam meretrici impunibilem, ita conſtringitur, vt non comprehendatur meretrix coniugata, fundat ſe per l. vxor. §. 1. ſecundùm communem intellectũ. ff. de adult. vbi patet, quod l. ſi ea. & l. quæ adulterium. ff. de adulter. prohibens accuſationem illiciti coitus cum meretrice commiſſi, non extenditur ad meretricẽ coniugatam. Et hoc dictum Ioan. And. laudat & ſequitur Pont. in l. ſi verò. §. de viro. ſol. matr. in ſecunda fallentia. Dubito valdè, vtrum hoc procedat, quando coitus illicitus regulariter impunibilis cum meretrice, ideo eſt impunibilis ratione mariti, quando eſt coniugata propter iniuriã quæ ſit viro, cui lex non vult fieri: ſed iſta carceratio pro debito ciuili, prohibetur de muliere fauore ſexus & pudicitiæ, vt d. leg. 1. C. de offi. di. iud. quem fauorẽ non meretur cum ſexum vituperauerit, vt elegãter in ſimili dicit tex. in d. l. quæ adulterium, nec poteſt hic con-

24 ſiderari iniuria mariti probabilis, vt. ſ. præterea † tex. dans hanc immunitatem mulieri, nõ loquitur ſimpliciter de omni muliere, ſed de muliere matrefamiliàs, ideſt, quæ non inhoneſtè viuit, vt apertè dicit text. in d. l. 1. de offi. di. iu. iuncta l. pronũtiatio. §. 1. ff. de verb. ſign. per quæ duo iura not. confirmatur opin. Cyn. & aliorum. ſ. relata. Illud opinor indubitanter, ꝙ ſi maritus dictæ meretricis eſſet leno vel infamis, quia toleraret tantam miſeriam, ꝙ tunc coniugiũ non obſtaret prædictis, arg. do. in d. l. quæ adulteriũ, & in auth. ſed nouo iure. C. de adult. ibi, huiuſmodi iniquitati nec conſentientibus, limitat ſecundo Bal. in l. 1. in 2. col. C. qui bon. ced. poſſ. quãdo eſſet diſtinctus carcer mulierum à carcere hominum: cum tunc dicat poſſe capi & carcerari hoc caſu, & licèt aliàs ſecutus fuerim in leg. plerique. ff. de in ius vo. tamen nõ placet, quod hæc diſtinctio carcerum, arguat in ciuili facultatem carcerandi mulierem. In criminali verò poſſet illud dictum tolerari, fortè ſicut obſeruat conſuetudo: de quo vtrũ in criminali procedat, vide in auth. ſed nouo iure. C. de cuſto. reo. Innoc. in c. lator. C. de pign.

25 † Limita tertio in muliere, quæ fuiſſet meretrix, & renuntiaſſet omni legum & iuris auxilio: cum tunc pro ratione tutelæ adminiſtratæ poſſit carcerari, vigore dictæ renuntiationis: ſecundùm Bar. elegãter in l. ſi ſub cõditione. ff. de teſt. tu. & in auth. matri & auię. C. quãdo mu. tu. off. fun. poteſt. quem ſequitur præfatus doc. in dic. tractatu de carceri. q. 2. & Matthę. not. 109. vt etiam eſt de mente Bal. in auth. matri & auiæ, dum

dum vult per prædictam renunciationem in omnibus redigi ad inſtar maſculi.quod dictũ, licèt dom. meus in l.plerique de in ius voc. dicat ſibi videri non verũ, ſcilicet quod mulier poſſit per dictam renuntiationẽ omni legũ & iuris auxilio,carcerari, quum ſit in præiudicium ſexus & ignominiam pudicitiæ,tamen mihi iſtud præſtantiſſimè placet : quia illud eſt fauore pupilli introductum,vt dicit Bart.in d.authen. matri & auiæ.in 4.col.in verſic. ſed quæro,quid ſi renuntiauit mulier, quæ in caſu illo eſt redacta ad inſtar maſculi,
26 vt ibi dicit Bartolus quem omnino vide. † Bene dico,ꝙ iſta ſit mulier quæ fuiſſet tutrix, eſſet mater vel auia illius, cuius tutelam geſſit, quòd ad ius haberet beneficium,quod haberet non quia mulier, ſed quia parens : quia tunc non videatur renuntiatum : & ideo haberet beneficium, vt non conueniretur niſi inquãtum facere poſſit,& ſimilia parentibus data, ita dicit idem Bart.in d.auth.matr.& auiæ,verſ ſed beneficiũ, quæ verba ſingulariter tene menti.nam Bartol. bene aſſerit,ꝙ mulier huic beneficio, ꝙ non poſſit capi regulariter,non poteſt renuntiare, ſed aſſerit quòd authoritate illius iuris in materia tutelæ permiſſum eſt: ſic non mulier,ſed lex diſpenſauit. Ex quo apertè colligitur,quòd in aliis caſibus,quam tutelæ & ſuprà talis renuntiatio mulieris,quo ad dictum effectum carcerationis,eſt inanis,tene menti,quia non eſt trahendum ad conſequentias, vt l. ius ſingulare.ff. de legi. quicquid aliter dixerim in l.alienam.C.de procu.

¶ Octauò & vltimò, vtrum contra alias perſonas priuilegiatas,de quibus in l.1.& 2. ff. de in ius vocan. ſit permiſſa captura,dic vt ibi.

1 *Creditor petens à iudice licentiam debitorem ſuſpectum capiendi,quid allegare debeat.*
2 *Cauſa quando ſit in libello inſerenda.*
3 *Creditor ſciens debitorem ſuſpectum tempore debiti contracti, ſibi imputet quod ei crediderit.*
Statuta à iure communi, interpretationem recipiunt.
4 *Creditor ſciens debitorem ſuſpectum,imputet ſibi ſi tacuerit.*
5 *Creditor licentiam petens capiendi debitorẽ,quãdo dicere debeat ſuſpicionem ſibi ortam poſt contractum debitum,ne ſibi imputetur.*
6 *Suſpicio quæ mouere debeat creditorem ad capiẽdum debitorem.*
7 *Suſpicio leuis aut modica non debet iudicem mouere ad dandam licentiam creditori debitorem capiendi.*
8 *Cauſa ſuſpicionis mouens creditorem ad ſuſpicãdum de fuga,duplex eſſe poteſt.*
9 *Iudici daturo licẽtiam capiendi debitorẽ de fuga ſuſpectum qualiter de debito conſtare debeat.*
10 *Teſtis vnus nõ plus debet iudicem mouere, quàm iuramentum actoris.*
11 *Debitum an debeat probari per inſtrumẽtum & teſtes,vel per ſolum actoris iuramentum.*
12 *Probatio per teſtes vel inſtrumẽta præſente parte facta,dicitur ſummaria, quæ plenaria dicetur,ſi fiat ea abſente.*
13 *Captura non pro debito incerto committi debet, ſed pro liquido.*
14 *Iudex aliquem capturus, quando cum prius monere debeat,& quando non.*
15 *Iudex ſolo creditoris iuramento poteſt capturam decernere aduerſus debitorem ſuſpectum,ſi in mora ſit periculum.*
16 *Creditor qualiter debeat iudici ſidẽ facere de ſuſpicione,& eius cauſis ſuper debitore ortis.*
17 *Debitor qualiter probari debeat ſuſpectus,vt cõtra ipſum poſſit captura committi.*
18 *Suſpicio cum ſuis cauſis, an ſufficienter probetur per iuramentum.*
19 *Creditor qualiter probare debeat,quòd cauſæ ſuſpicionum in debitore acciderunt debito iam contracto.*
20 *Suſpicionem ſuper debitore de nouo ad creditoris notitiã veniſſe,ſolo probari poteſt iuramento.*
Suſpicio in debitore poſt capturã plenè probari debet & iuſtificari, & debitum debet liquidari.
21 *Iuramentum emiſſum,iudice ipſum non deferente,nullius eſt valoris aut efficaciæ.*
22 *Iudex non cogitur dare familiam ad capiẽdum debitorem,ex eo ſolo,quòd immobilia non poſſidet ſuſpectum.*
23 *Examinatio cauſarum ſuſpicionis in debitore,& ipſa commiſſio capturæ,an debeant fieri iudice pro tribunali ſedente.*
24 *Creditor qualiter debitorem ſuſpectum ſibi allegare debeat coram iudice.*
25 *Debitor corã iudice allegatus, ſuſpectus per creditorem,quid facere debeat.*
26 *Captura debitoris an ſit nulla,ſi creditor non expreſſerit ſuſpicionem emerſam poſt debitum contractum.*
27 *Creditor ſciens debitoris ſui conditionem tẽpore contractus,non poteſt eam poſt modum improbare cauſa non allegata.*
28 *Dilatio ſecunda, conceſſa ſine cauſæ cognitione, eſt nulla.*
29 *Captura debitoris an ſit valida, ſi debitũ ꝑ quo capitur partim verũ ſit, & partim non verũ.*

SExto principaliter quæro, qualiter iudex ſe habere debeat,à quo petitur commiſſio capturę cõtra aſſertum fugitiuum,aut de fuga ſuſpectum. ¶ Hęc eſt vtiliſſima quæſtio, & quæ quotidie verſatur per manus iudicum : quam diuido in duas partes. Prima eſt, quæ debeant allegari per illum qui petit ſibi dari à iudice licentiam,quod talis capiatur,& prętereà familiam,per quam capiatur. Secũda pars erit, qualiter
1 de allegatis debet iudici conſtare. ¶ † Circa primam partem,videlicet quæ debeant allegari ſeu narrari:dicas, ꝙ in primis debet dicere ſe eſſe creditorem illius,quem capi petiit,in tanta ſumma, puta centum. Secundò debet allegare illum debitorem eſſe fugitiuum vel de fuga ſuſpectum,prout conuenit caſui de quo agitur,iuxta diſtinctionem quam feci ſuprà in 1. q principali. Tertiò debet allegare, quòd ſuſpicio emanauerit poſt cõtractum debitum, vel ſaltẽ ad notitiã ipſius petentis poſt contractũ debitum peruenit ſuſpicio,quod tantundem valet. Primũ probatur in l. hoc autẽ §.non defendi.ibi,conſtare debet,liquereq; prętori.ff.qui.de cau.in poſſ.ea.& in auth.ei qui.circa fi.ibi,iuſta tamẽ ſententia debiti.C.de bo.au iu.poſſ. & in

& in corpore vnde ſumitur, nam æquiparatur miſſio
in bonis & in perſona, vt ĩ.ſubdetur. Secundum de
ſuſpicione probatur in l.ſi fideiuſſor.§.fi. ff. qui ſatiſ.
cog.& in l.ſi arbitr.§.ex qui.cau.eo.tit.& in l.in om-
nibus.ff.de iud.& in l.ſi creditores.ff.de priuil. cred.
2 cum ſimi.† & quia cauſa petitionis ſeu libelli ſemper
eſt deducenda quando eſt talis cauſa, ſine qua petitio
non reciperetur, vt eleganter dicit Inn.in ca. ex parte
Abbatiſſæ de priuil.ꝙ refert & ſequitur Bal.pro mul-
tum not.in l.2.C.communi diui.& in aliis pleriſq; lo-
cis.Tertium probatur in d.§.ex quibus cauſis, & in l.
ſi is à quo.in fin.ff.vt in poſ.leg.& in l. qui bona.§.de
illo.& in l.fi.ff.de dam.infec.& in d.l.ſi creditor.in fi.
C.de ſponſ. vbi text. not. Si enim cauſa ſuſpicionis
ſubſiſtebat tempore debiti contracti, & creditor eam
ſciebat, quia non obſtante contraxit ſibi imputet: cũ
videatur perſonam debitoris talem qualis eſt, appro-
bare, vt in dictis iuribus, & in ſuſpicione quę tũc erat,
non poſſet ſe fundare, vt l.pen.ff. de iure dot. Et hæc
tria cõmuniter.ĩ.tradũtur per Bar.in d.l.ſi creditores,
& in l.ait prætor.§.debitorem. ff. quæ in frau. cre.in
d.l.fi.de ſponſ.& per ſcriben.in d.l.ſi fideiuſſor.§.fin.
& per Bal. in d.l. fi. de ſponſ. & C.de his quæ in frau,
cre.& per Ang.in d.l.ſi ab arbitro.§.1.& in repet. d.l.
nemo carcerem, & omnes ferè conſentiunt, quod iſta
tria concurrunt, tenet etiam Ant.de Butr.in c. fin. de
feriis, & Inn.in c.quẽadmodũ, de iureiur. & in c.pro-
pter. de locato. in 3.notab. Sed hic ſunt breuiter ad-
3 uertenda: †nam vt prædixi, ſufficit ꝙ ſuſpicio poſt cõ-
tractum debitum peruenerit ad notitiam creditoris,
non obſtante ꝙ eſſet eadem ſuſpicio tempore cõtra-
cti debiti, vt in fi.habetur in c.paſtoralis, de except.&
in c.præſentium.de teſtib.lib.6. & not.in l.ita demũ.
C.de procur.& in l.2.C.de conſor.eiuſdem litis, & in
l.Pompo.§.rati.ff.de proc.in quib. iurib. cõcluditur,
ꝙ paria ſunt, quid vel de nouo emergere, vel de nouo
ad notitiam peruenire, & hoc tenuit in indiuiduo in
noſtris terminis Bart.in l.fi.de ſponſ.& conſuluit hoc
Rofre.de Peruſio.& Paul.de Caſt. & pro indubitato
eſt habendũ, probat tex.expreſſus in d l.fi.de ſponſ.&
in d.l.ſi ab arbitro. & circa iſtud vide omnino Bal. in
rub.C.quæ in fraud. cred. de eo qui contraxit cũ fo-
renſi in nundinis aut alibi, & poſtea aliter, non dete-
riorata cõditione, petiit ſibi caueri.& adde prędictis,
ꝙ etiam ſi ſtatutum ſimpliciter diceret, ꝙ ratione ſu-
ſpicionis creditor poſſit facere capi debitorẽ, debet
illud ſtatutum intelligi, vt locum habeat quando ſu-
ſpicio ſuperuenit de nouo poſt contractum debitum,
& non aliter, ita ſingulariter dicit Bart.in d.l.fi.C. de
ſponſ.& eſt ratio. quia ſtatuta recipiũt interpretatio-
nem paſſiuam à iure communi.i.determinantur & di-
ſtinguntur à iure cõmuni, vt l.ſi ſerui veſtri.C. de no-
xalibus.& c.2.de conſuet. & dixi latè in l.omnes po-
puli.q 6.princ.circa partem reſtrictiuam, ꝙ nũquam
4 tradas obliuioni. ¶ † Secundò eſt aduertendum quia
dato ꝙ iſta ſuſpicionis cauſa allegata emerſerit poſt
contractum debitum, ſi tamen poſtquam creditori
notum fuerit, ipſe tacuit per multũ tempus antequã
peteret dictam licentiam, ſibi imputetur, ita ſingula-
riter dixit Ang.in d.l. ſi ab arbitro.§. fin.ff.qui ſatiſd.
cog.arg.text.not.in d.l. ſi creditores, circa medium,
quaſi fortè per illam taciturnitatẽ videatur eius per-
ſonam approbaſſe, licèt ſuſpectam, hoc eſt de mente
Iac.de Ra.in d.conſ.creditores, idem ſequitur Maria-
nus Soc.in ſuo commento de dilat.arg.20.q.28.verſ.
3.exigitur, ꝙ eſt perpetuo menti tenendum: quantum
autem iſtud ſit multum temporis, quo patiendo quis
ſibi præiudicat. Azo. dixit quinquennium, arg.l.1.§.ꝙ
dictum eſt.ff.de ſepa.ſed in d l.ſi creditor.tenet, ꝙ ar-
bitrio iudicis continetur, vt l.1.in fi. ff de iure deli. tu
vide tex.mirabilem in l. ſi maior fac.in quinto capit.
5 ¶ † Tertiò eſt aduertendum, quòd illud quod di-
ximus. ſ. quòd debet dicere, quòd ſuſpicio emerſit
poſt contractum debitum, habet locum, quando de-
bitum proceſſit ex contractu vel ex cõſenſu credito-
ris: tunc enim eſt quod ei imputetur, ſi ſciuit cauſam
ſuſpicionis eſſe cum contractu. ſi autem debitum ha-
bet ortum ex delicto, vel quaſi ex contractu, tunc non
eſt ꝙ poſſit creditori imputari, cuius conſenſu nõ fuit
contractum, vt l.1.ff. ſi cert. pet. & per Bart.in l. ſi is
qui.ff. commod. & ideo etiã ſi cauſa ſuſpicionis ſub-
ſiſtebat tempore contracti debiti ex delicto vel quaſi
contractu, vt dixi, & creditor ſciebat, eum non prohi-
betur capi facere: quia perſonam eius contrahendo
non approbauit, cum præter eius voluntatem & con-
ſenſum ille inciderit in obligationem, vnde ceſſante
cauſa propter quam prohibetur, ceſſat prohibitio. l.
adigere.§.quamuis.ff.de iure patr. ita eleganter con-
ſuluit Paul.de Caſtr.in conſil. pro pleniori examine,
quod perpetuo tene menti, bene crederem ꝙ ſi poſt
contractum debitum prædictum ex delicto vel qua-
ſi, vel ex quaſi contractu erit conſenſum, creditoris
creditor informatus eſt de cauſis ſuppoſitionum, tũc
vigentibus illis illas neglexerit, & per multum tẽpo-
ris tacuerit, & paſſus ſit ꝙ præiudicaret ſibi, arg. d.l.
ſi creditores, & eius quod dixi in ver. præce.eſt enim
quod imputetur ſibi, quaſi perſonam eius approbaſſe
videatur per ſilentium tanti temporis, quod ſimiliter
diligenter not. Item conſentiret, ꝙ licet ex illis cauſis
ſuſpicionis quæ tunc militabat, ipſum capere non li-
ceat: tamen ex aliis nouis cauſis ſuſpicionum, quas
nunquam probauit, bene poſſent hanc licentiam pe-
tere, ꝙ caperetur, vt colligi poteſt ex his quæ ſuprà
dixi.ar.l.fin.C.de ſponſ.cum ſimil. & ita reperio hoc
eſſe de mente præfati Mariæ Socin. vt ſuprà proximè
6 allegaui.ver.2.exigitur. ¶ † Quartò eſt aduertẽdum,
ꝙ non omnis ſuſpicio quæ reſideat in animo credito-
ris, eſt ſufficiens ad hanc capturam decernendam, de-
bet enim iudex inueſtigare cauſas ſuſpicionum, mo-
uentes animum creditoris ad ſuſpicandum, & illas di-
ligenter examinare, & ſi inuenerit illas probabiles &
iuſtas, poterit ad capturam procedere, conſtito de aſ-
ſertis: alias debet ipſam denegare, ad hoc tex.infrà, ar.
in l.2.ver.ſuſpectus.ff.ſolut.mat.cuius arg.hoc deter-
minat ibi Bart.& Bal.ſequitur Innoc. & Ponta. ibidẽ
fortiùs dicit Paul.de Caſt.in præallegato conſ.ꝙ non
ſufficit dicere, habeo talem debitorem ſuſpectũ: ſed
debet dicere, propter quod, ſeu propter quã cauſam
habet ſuſpectum, vt.ff.de procurat.l. item ſuſpectus.
In tex.& gl.& l.cum hi.& in l.cauſa.ff.de tranſla.& l.
1.C.de prædiis curi.lib.10.ibi, cauſis quibus trãſgre-
diatur, & hoc dicit voluiſſe Bal. dicere in leg. apertiſ-
7 ſimi.C.de iud.circa fin.l.† vnde dicta ſuſpicio nõ de-
bet eſſe leuis aut modica, ſed probabilis, & quæ ani-
mum boni viri moueat ad ſuſpicandũ de fuga.ar.not.
leg.plebiſcito.in fi.ff.de offi.præ.& l.1.in fi.ff.de ven.
inſpi.& tex.no.in d.l.ſi ab arbitr.§.1.ibi, inſignis cala-
mitas.arg.no.in c.fi.de crim.fal & in c. & ſi quæſtio-
nis.de Simo.& tex.no.iuncta gloſ.interlineari. in l.3.
§.q d deinde, ibi modica data occaſione.ff.de fideicõ.
lib.& eorũ quæ dixi ſupr.in 3.mẽbro in q.principali.
& hoc etiam voluit Põt.in d.l.2.ff.ſol.mat. & hoc eſt
quod dicit Bar.in d.§. ſi debitorem. quod ſi creditor
iuſtè timet, quia vidit indicia fugæ, & iudex cõperiit
timorem iuſtum, iudex poteſt dare familiam: ſecus, ſi
non eſſet iuſtus timor.l hæc autem in princ. ff. ſi cui
pluſquam

pluſquā per l.Fal.& d.l.2.in prin.ff.ſol.ma.& pro cer-
to illud voluit dicere Iuriſconſultus in d.l. ſi fideiuſ-
ſor. §.fi.ff.qui ſatiſdat.cogaut.ibi, ſi hoc iudici ſede-
8 rit.vt dixi etiam ſuprà in quæſt. 1. principali. † Hæc
autem cauſa ſuſpicionis poteſt eſſe duplex: vel quia
debitor non poſſidet immobilia, vel nec ad ſufficien-
tiam, vt dixi ſuprà in 1.quæſt.princip.quo caſu etſi nō
eſſet præſens fuga, appareat tamen hoc ſolum, quod
nō poſſideat immobilia redituum, vt ſuprà.hoc tamē
intelligit Paul.de Caſtro.in d. conſilio procedere, vt
reddatur ſuſpectus quantum ad hoc, vt iudex ad par-
tis inſtantiam, facta ſibi fide, ad hoc ſcilicet quod non
poſſideat immobilia, poſſit, ſi velit, capi facere debi-
torem, & detineri quouſque caueat de ſtando in iudi-
cium: nō autem, vt cogatur facere capi, ſi nolit, quaſi
iſtud ſit remiſſum in arbitrio iudicis. & hoc dicit
probari in d.l.ſi fideiuſſor.§.fi.ibi, ſi hoc iudici ſederit
vt.no.in l.quicquid.ff.de iudi.& habetur in l.1.C.quo
modo & quando iu. Alia cauſa ſuſpicionis eſſe poteſt,
quia allegantur ſigna vel indicia inſtātis fugæ: de qua
cauſa ſimpliciter dixi in 1.q.prin.ſuprà eo. & tunc di-
cit præfatus doct.in d.conſi.quòd iudex tenetur face-
re capi debitorē ſuſpectum, & cōcere de familiā: aliàs
teneretur in ſyndicatu: & hoc eſt ꝙ voluit Dynus &
Bar.in d.§.ſi debitorem.facit quod no.Bar.in ſimil.in
l.conſentaneum.C.quomodo & quando iud. ¶ Ve-
nio ad ſecundam partem huius ſextæ quæſtionis prin-
cipalis, qualiter iudici conſtare debeat de allegatis &
aſſertis per creditorem: & primò videbimus, qualiter
conſtare debeat de debito: ſecundo qualiter de fuga
vel probabilius ſuſpicione tertio, qualiter de nouo ſu
9 peruenerit ſuſpicio vel notitia ſuſpicionis. † Circa
primum, qualiter de debito conſtare debeat: ſolēt vt
plurimum iudices recurrere ad doctrinam Angeli in
dicta l.nemo carcerē, vbi dixit quod in debito requi-
ritur probatio talis, quæ ſi facta eſſet præſente parte,
eſſet probatio plena & ſufficiēs ad condemnationem,
ſed poteſt ſemiplena hoc reſpectu, quia abſente par-
te fit. allegat not.in authen. de exhiben. reis.§.ſi verò
quidam.verſi.declarati.& gl.in auth.ei qui. C.de bo.
auth.iud.& Specu.in tit.de contu.§.ſequitur.verſ. ſed
nunquid.& Cyn.in l.pen.C.vbi in rem actio.nec dicit
plus circa iſtum paſſum. & hoc ſequitur do. Marian.
vbi ſuprà.ver.quinto requiritur, idem Ang.in l. ſi ab
arbitro.ff.qui.ex cau.ff.qui ſatiſda.cog.dicit, ſi cautus
aduocatus actoris in faciendo fidem de debito per te-
ſtes vel inſtrumenta. Paulus de Caſtr. in dicto conſi.
quod incipit, Pro pleniori.dicit, quòd ſufficit fidem
facere per iuramentum: quia cum dicta probatio nul-
lum afferat quaſi præiudiciū, capto ſuper debito prin
cipali, quod patet, quia præſtita ſatiſdatione de ſtan-
do iuri relaxatur: & actor niſi ordinariè probet dictū
debitum propter quod agit nullū damnum patietur:
igitur dicit ſufficere iuramentum ſicut ex miſſione
quæ fit ex primo decreto, vt notatur in l. cum pro-
phanas.& auth.ibi poſita, & in corpore vnde ſumitur.
C.de bon.autho.iudi.poſſ.& per Bar.in extrauagan-
ti ad reprimēdum.ſuper.verbo.ſummariè. & in l.the-
ſaurus.ad exhibendum.& hoc dicit tenere Modern.in
dicta l.nemo carcerem: & patet per rationem: quia ſi
exigerentur probationes per teſtes vel inſtrumenta
propter periculum fugæ, non plene prouideretur, ꝙ
non eſt dicendum, cum tempus non patiatur plenius
deliberandi conſilium.l.1.in principio.ff. de exerci.
10 † Præterea dicit, non poteſt plus adiici ad fidem iudi-
cis per productionem vnius teſtis, quam per iuramē-
tū actoris: cum plura poſſint opponi cōtra teſtes, quā
contra iuramentū: quod non niſi ex magna cauſa re-
tractatur, vt in l.videamus. ante finem.ff. de in litē iu-
ran.& l.admonendi. ff. de iureiur. & hoc ideo dixit:
quia, vt dixerat in eodem conſilio aliqui dicebant, ad
minus conſtare debere per vnum teſtem, cū requira-
tur ſemiplena probatio, vt in cap.fi.de ſucceſſ. ab in-
teſta.quā ſemiplenā facit iuramentum: & ſubdit præ-
fatus doct.quod ita ſeruat totus mūdus, ſcilicet quòd
ſufficiat de debito fidem feciſſe per iuramētū. Miror
de hoc, quod dicit in practica obſeruari per totū mū-
11 dum: † nam in partibus iſtis practicatur oppoſitum,
ſcilicet quod de debito fiat fides per inſtrumentū vel
teſtes.& ſic plenè, vt tenuit Angelus, vbi ſuprà, & idē
Angel.in dicta l.ſi creditores.per text. idem ſequitur
Imol.referēdo Ang.in d.l.2.in prin.ſoluto matrimo.
& ita pluries conſultū vidi per excellentes viros, qui
ſecuti ſunt Ang.aliter veritate huius articuli in pūcto
iuris non inquiſita. Quare cùm hic magna diuerſitas
ſit inter Pau.de Caſtro vt ſuprà conſulentem & præ-
ciſè affirmantem, & alios doctores ſuprà relatos, ad-
uertendū eſt: nam ad primum decretum peruenitur,
cōſtito de debito per ſolum iuramentum actoris: vt
expreſſè tenet Bar.in l.ſi finita §.Iulianus.de dāno in-
fecto.& l.2. C.vbi in rem action. & in l.cùm propo-
nas.C. de bonis auth.iudic.poſſi.& per gl.ibi & in ex-
trauaganti, ad reprimendum ſuper verbo, ſummariè.
Et gl.tenet in auth.de exhibend. reis. §.ſin autem ſu-
per verbo, Declarato.& in l.ſi is à quo.ff. vt in poſſeſ-
ſion.lega.& communiter tenetur, quæ procedere vi-
dētur à pari, vt ſuprà dicebat Pau.igitur ſufficiat fides
facta per iuramentū. Ang.ideo fortè requiſiuit, quòd
de debito conſtaret per teſtes vel inſtrumenta: quia
12 idem ſentit in primo decreto, vt in dicto §.ſi verò.† ta
men illa probatio, quæ fieret per teſtes vel inſtrumen
ta, abſente parte, diceretur ſummaria: quæ facta præ-
ſente parte, diceretur plenaria, vt egregiè dixit Bart.
ſuper dicto verſ.ſummariè.in dict.extrauaganti.verſi
quia cōmunis opinio eſt, ꝙ ad primum decretū per-
ueniatur, cōſtito de debito per ſolum iuramentū, for-
tè in puncto iuris non eſſet reiicienda opinio Pauli,
vbi ſuprà, volentis ſufficere fidem factā ſolo iuramen
to in caſu noſtro contra fugitiuum vel ſuſpectū de fu-
ga.& hoc verū crederem, vt eſſet probabilis ſuſpicio
inſtātis fugę, vt ratione periculi tolleretur dicta pro-
batione ſi expectemus teſtes vel inſtrumenta, interim
euaneſcat prouiſio fienda creditori per fugā debitō-
ris, cū & hoc caſu, ſi quidem timeretur periculū, lice-
ret eū capere ꝓpria authoritate, vt dixi ſuprà, quæſt.
4. Si verò petatur debitor capi nō ratione fugę inſtā-
tis collectæ ex iudiciis, ſed ſolùm ex eo, quia nō poſ-
ſidet immobilia: tunc quia nō imminet illa celeritas,
& tamen agitur de nō paruo præiudicio, ſcilicet per-
ſonalis detentionis, vt caueat, videretur procedere
opin.Ang.& aliorū de quibus ſuprà.arg. eorum quæ
dixi ſuprà, quæſt.8.& infrà dicā, quæſt.8.& eorū quæ
doct.dicunt in d.l.2. C. vbi in rem actio. Dicit enim
Bal.in conſil.quod incipit, quæritur vtrum captura.
quod conſtito de debito, oporteret cōſtare per inſtru
mentū vigore ſtatuti ita diſponentis: ſi tamen credi-
tor ageret, vt hæres alicuius, & de debito authoris do
cuiſſet ſummatim.argu.dictę l. theſaurus. dū tamen ſi
poſtea negetur, probetur.allegat.no.in l.tertia. §.pe.
ff.de libe.& poſthum.leg.fi. §. ſi legat.1. nā hoc quod
ſit hæres, nō principalis cauſa eſt ſuper qua cōficitur
inſtrumentū, ſed magis eſt effectus illius cauſæ. quod
no. Hic inſurgit ſcrupulus non paruus: nam Bal. in l.
13 apertiſſimi, C.de iudic.dicit, † quod captura debeat
cōmitti pro debito liquido, non pro incerto. liquida-
tū autē eſſe nō poteſt, niſi parte citata: igitur videtur

côſundi hæc materia.& loqui videtur Bal. de captura
quæ fit ex cauſa ſuſpicionis ſed aduerte ꝙ inepte lo-
cutus eſt,vt dicit Paulus in dicto coofil. nam captura
quæ fit,vt ſatiſdet captus de ſtãdo iuri,ſemper fit pro
debito incerto,id eſt,non liquidato : aliàs non poſſet
capi quis vt ſuſpectus,niſi produceretur ſententia diſ-
finitiua coram iudice , vel inſtrumentum habens vim
ſenteotiæ paratam,puta guarentigiatum,ꝙ eſſet ridi-
culum. Igitur doctrina Bal.poteſt procedere in captu
ra,quæ fit vt debitor ſoluat,id eſt,ad executionẽ:non
autem de caurione,de qua nos loquimur.& hanc dif-
ferentiam inter capturam quæ fit pro executione vt
quis ſoluat , & illam quæ fit propter ſuſpicionem vt
quis caueat.facit Bar.in l.ſi pecuniæ.§.fin.ff.vt in poſ.
leg.per illum tex.ad hoc mirabilem.idem dicit Bart.
in l.ſi finita.§.ſi Iulian.in 6.col.ff.de dam.inſect.& in
l. conſentaneus. C.quomodo & quando iu. in 6.col.
per text. in d. leg. ſi pecuniæ. quem valde ſingularem
dicit: dixi poſt do.meũ in leg.nec impuberes.§. quis
in ius ff.de in ius voc.vbi tex.no.beoe facit etiã quod
nota. dixit Bal.leg.ſi quis curialis. C.de epiſ.& cleri.
14 † Vbi voluit,ꝙ licet iudex non debeat aliquem cape-
re , niſi prius moueat eum quando per executionem
capitur.Secus dicit eſſe in captura,quæ fit pro inſtru-
ctione vel cautione , quia ab illo poteſt iocipi.quæ
omnia perpetuò no.Poſſet etiam procedere doctrina
Baldi in d.l.apertiſſimi.ſ.vt pro debito incerto nõ fit
committenda captura cõtra ſuſpectum de fuga, quã-
do creditor nõ exprimeret quãtitatẽ, in qua ille eſſet
debitor ſed diceret eũ ſuum debitorẽ , puta pro dam-
nis & intereſſe.nam tũc quia poteſt eſſe ꝙ ſumma de-
biti erit paroa,iudex nõ debet cõmittere capturam in
diſcuſſo : quoniam pro paruo debito quis non poteſt
capi vt ſuſpectus,vt dixi ſuprà in 2.quæſt.tertiæ quæ-
ſtionis principalis.Et ideo reperio conſuluiſſe domi-
nũ Marian.Soci.domi.Lud.de Interanite.do.Philip.
de Piſto.pro quo vltra eos facit ꝙ no.dixit Bart. in l.
ſi Pedius.§.diuus.ff.de incen.rui.nau. & in l.aut facta.
15 §.quantitas.ff.de pœnis.ꝙ diligenter not. † ſtat ergo
concluſio de debitore aſſerto de fuga ſuſpecto, ſi pe-
riculum ſit in mora, ſufficere quòd ſit iudici fides fa-
cta ante capturam per ſolum iuramentum creditoris
præſertim ſi allegaret non habere in promptu inſtru-
meotũ vel teſtes arg.eorũ quæ ſuprà dixi, & quæ dixit
Ang.in d.l.nemo carcerem.in verſic. credobreoiter.
licet cautus ſit facere fidem per inſtrumẽtum vel per
duos teſtes vt dicebat Ang.& præfatus doctor,aut ſal
tem per vnũ,& iurameotũ creditoris,argumen.no.in
l.admonẽdi.ff.de iureiur. Sed vbi periculum nõ eſſet
in mora,puta quia iden peteretur capi,quia immobi-
lia non poſſideret:tunc iudex non ſit contentus ſolo
iuramento,ſed faciat ſibi fieri fidem de debito per te-
ſtes vel inſtrumentum vel æquipollens. Hæc diſtin-
ctio mihi videtur iuridica,licèt Ang.in locis prælle-
gatis & Imol ſimpliciter dicat,vt ſi fiat captura ſuſpe
cti de fuga, de debito per teſtes vel inſtrumentũ de-
bere liquere. Sed pone quòd ſtatutum dicit,quòd ca
ptura alicuius tanquam ſuſpecti de fuga , poſſit com-
mitti ad inſtantiam creditoris : vtrum tunc debeat in
primis conſtare , quòd ſit creditor , an vero ſufficiat
ſummatim , vt dixit Paul. de Caſtro in dicto conſilio
ſufficere ſummatim quãtum ad capturæ conceſſionẽ.
Tu dic,de credito conſtare debere , vt paulo ante di-
16 xi.† Quòd ad ſecundum , qualiter iudici fienda ſit fi-
des de ſuſpicione & cauſis ſuſpicionis allegatis,repe-
rio ſimiliter doctores vario modo loquẽtes.nam Bal.
in dicta l.apertiſſimi. C.de iudiciis.dicit , ſi ego volo
aliquem facere capi tanquam debitorem ſuſpectum,

credo quòd ſufficiat iuramentum, ſed debet allegare
cauſa quia foreoſis vel vagabundus, & non poſſidens
immobilia.probatis autem ſummatim iſtis cauſis tũc
ſufficit iuramentum ſuſpicionis,alias non:vt dicit l. ſi
creditores : & ideo iudex debet eſſe cautus in interro
gando de qualitate cauſæ ſeu cauſarum ſuſpicionis:
& ſi ſint cauſæ veriſimiles , tunc poteſt procedere ad
capturam:hæc ſunt verba Bal. qui imperfectè & ine-
ptè loquutus eſt,ſecũdum Paulum in dicto conſi. qui
dicit,quòd mẽs Baldi debuit iſta eſſe, videlicet quòd
non ſufficeret ſolum iuramẽtũ,quod habet talem ſuſ-
pectum de fuga , non allegata aliqua cauſa , propter
quam ipſum ſuſpectum habeat : ſed debeat eum alle-
gare,& ipſam fidem facere intelligit præfatus doctor.
I.etiam per iuramentum,& ſic in effectu per iuramen-
tum debet docere de cauſis ſuſpicionũ allegatis:de-
inde iurare quòd ipſum ſuſpectum habet:ita vult præ-
fatus doct. in d. conſi. & Ang. etiam in repe. l.nemo
17 carcerem.dicit ſe credere,† quòd vt fieri poſſit captu
ra , ſufficiat à principio fidem feciſſe de ſuſpicione &
cauſis ſuſpicionum per iuramẽtum creditoris:ſed ca-
ptura facta,oportet quòd iuſtificetur per aperriſſimas
probationes. hoc probat:nam vbicunque periculum
eſt in mora,ibi ad probationem ſuſpicionis ſufficit iu
ramentum,vt not.gl.& Innoc.in c.quoniam frequen-
ter.vt lit.non conteſtat.&.per Azo. in ſumma. C.vbi
in rem actio.ſed periculum eſt in mora, igitur. & pro
hoc dicit eſſe caſum in l. eorum. ff. de damn. infe-
cto ibi,timẽte.iuncta.l qui bona.§. ſi quis ſtipulatus.
ff.eod.tit.vbi autem non eſſet periculum fugæ , tunc
de ſuſpicione deberet probare. ita not.in c. ſuſpicio-
nis.de offic.delega. ſ. quòd ſufficiat per iuramentum
ab initio fidem feciſſe, tenet Imol. & Pon.in d.l.2.in
princi.ff.ſolu.matri.Bal.etiam in d. l. conſentaneum.
voluit ꝙ ſufficiat de iſta ſuſpicione fidem feciſſe per
indicia.arg l.non omnis.§.à barbaris. ff. de re milita.
18 communiter practicatur. † quòd ſuſpicionem & cau-
ſas ſuſpicionum ſufficiat probare per iuramentũ,quã-
tum eſt ad cooceſſionem capturæ , vt dicunt præfati
doct. Sed ſi quis ideo ſolum peteret debitorem capi,
quia forenſis eſt,& non poſſidens immobilia, alia ta-
meo iudicia fugæ oon eſſent, aut in mora periculum
arbitror quòd tunc debeat conſtare,ipſum eſſe foren
ſem & immobilia non poſſidere, per duos teſtes , vel
per alias probationes,i.taliter ꝙ ſufficeret,ſi parte ci-
tata fieret vt ſuprà fuit dictũ de debito:& hoc ſentit
fortè Bal.in dicta l.apertiſſimi, & ſatis videtur de mẽ-
te Ang.in d.l.nemo carcerem.ver.credo breuiter, dũ
vult igitur ſufficere iuramentum,quia periculum erit
in mora,quaſi ſentiat quod vbi periculum nõ eſſet in
mora, deberet plenè probari cauſa ſoſpicionis, & be-
ne facit ꝙ idem Ang.dixit in d.l.creditores, & quod
ſuprà dixi in 2.quæſtio.princ.& in 4.& dicetur in ſeq.
19 † Quòd ad tertiũ,ſ.qualiter debeat fieri fides,ꝙ cau-
ſæ ſuſpicionum emerſere poſt contractum debitum,
puta ꝙ debitori inſignis calamitas aut magna inopia
ſuperuenit,Ang.in d.l.ſi creditores.vult,ꝙ hoc pro-
babitur per teſtes vel alias,ita ꝙ iudicium conſtet ita
eſſe per illum text.idem Ang.in d.l.ſi ab arbitro. §.2.
idem ſeotit dum dicit, ꝙ ſi per hoc duos teſtes indu-
cat,quia cauſa cognita,ſaltem ſummariè conſtare de-
bet,& ita reperio conſuluiſſe.do.Ludo. de Interanite,
dum allegat Ange.in d.l. ſi creditores.& Bald. in d.l.
apertiſſimi. & dicunt eſſe de mente Bart.in l ait præ-
tor.§.ſi debitorem.ff.quæ in frau.credit.ſed idẽ Ang.
in d.leg.nemo carcerem.vult,quod ad concedendam
capturam ſufficiat de hoc fidem feciſſe per iuramen-
tum,& hoc ſequitur Imol.in d.l.2.ſolu.matr.& Paul.
in d.

in d conſi.& do.Marian.in d.ſuo commento, vbi ſu-
20 prà. Illud eſt certum,† quod ſuſpicionē de nouo perueniſſe ad ſui notitiam, probatur ſolo iuramento, vt in cap.paſtoralis de except,cum ſim.vulgaribus. Vnū perpetuò tene menti, quia poſito quod de ſuſpicione vel cauſis ſuſpicionum ſufficiat ab initio fidem feciſſe per iuramentū,vt ſuprà dixit Ang.in d.l.nemo carcerem.& Paul.& Imol.& Ponta. tamen poſt capturā debet ſuſpicio plenè probari & iuſtificari:aliàs captura redderetur iniuſta,& tanquam facta cōtra iuſtitiā, reuocanda eſſet.ita eleganter dicit Ange.in d.l.nemo carcerem.refert & ſequitur Imol.in d.l.2.ſolut. matr. in gl.ſuper verb.ſuſpectum.& do.Marian.in loco præ allegato verſic. 1. Ex his igitur dictis poteris multas impugnare capturas,prout aſſerit ſe feciſſe ſępius.idē proculdubio dicendū eſſet,quod captura debet poſtea iuſtificari reſpectu debiti liquidandi, præſertim ſi ante capturam non conſtitit de debito, niſi per iuramentum,ſecundùm opinionem Paul.de Caſtr.& hoc expreſsè dicit in dict.conſilio,ſi poſtea plenè non cōſtat de debito,reuocabitur captura tanquam obreptitiè facta vt l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & idem
21 ſentit Bal.conſi. prælallegato. † Item aduerte quod ſi in his,de quibus ſuprà dixi, ſufficeret fidem factā per iuramentum,ſit cautus iurans, vt non iuret ex ſeipſo, ſed iudice deferente:aliàs tale iuramentum nullam fidem faceret,& nullius eſſet valoris. vt l.3.in princi. & §.fi.ff.de iureiuran.& ibi per Bal.& l.videamus.§. deferre.de in litē iurā.& in c.vltra tertiam.in verb.præſtitum.de teſtib.vbi hoc formaliter voluit Ioan.And. ad hoc facit ꝙ eleganter dicit Bald.in conſi.in quæſt. prædicta conſiderandum occurrit. vbi voluit, quod ad hoc,vt iuramentum probet impedimētum ad cōcedendam ſecundam dilationem,oportet eſſe delatū à iudice,aliàs autem parte ſine iudicis dilatione iurāte, aſſignatio dilationis ipſo iure eſt nulla. & ita formaliter in caſu noſtro quando iuramentū eſt contra aſſertum fugitiuum,ſeu de fuga ſuſpectum, conſultū vide per præfatum do.Lud. de Inter.& eſt valde not. Sed tunc quæro,ſi cōſtat de debito,vt decet, & ſuprà eſt dictum. Itē de cauſis ſuſpicionū per iuramentū, vt dictum eſt, aliquid vltra requiritur iuramentum, ſuprà ipſa ſuſpicione fugæ:videtur requirere Bal.in d. l.apertiſſimi.& Ang.in dicta l.ſi ab arbitro. cum probata cauſa ſuſpicionis, ſ. quòd immobilia non poſſideat, eo ipſo ſit probata ſuſpicio, vt dixi ſuprà in q. principal. Reſpondet Paul.de Caſt.in d. cōſilio quod
22 incipit,Pro pleniori examine,quod ex eo ſolo † quod immobilia non poſſidet, iudex non cogitur dare familiam ſeu capi facere,licèt poſſit, ſi velit,vt in d.l.ſi fideiuſſor.§.1.ibi,ſi hoc iudici ſederit, quaſi hoc caſu ſit arbitrarium,& ideo non cogitur,vt l.nō quicquid. cum ſi. ff. de iudic. & ſuprà eſt dictum hac eadem q. prin.ſed ſi allegaretur inſtans fuga,& iure ſe ſuſpicari de proximo receſſu,tunc dicit præfatus doct.quòd iudex compelleretur,ad quod etiam vide dicta ſuprà in 4.q.princ. & quæ dicentur quæſt. 8. Cùm igitur ante capturam ſit fides facienda de præmiſſis tribus,quęro vtrum in hac cauſæ cognitione vertatur, quòd debitor contra quem captura procuratur,citetur ad vidēdum fieri fidem de debito & cauſis ſuſpicionum, & quòd de nouo emerſerint, an verò parte abſente, & non citata,fiat fides de pręmiſſis.omnes doctores cōuenerunt,quod ad hoc pars non ſit citanda, nec fuga inſtruatur.ita tenuit Iac.But.Bal.& Scriben.in l.conſentaneum.C.quomodo & quādo in §. ſi debitorem. l.ait prætor.quæ in fraud.cred.idem tenuit Bal.in l.1. C. de ſum. Trin.& in l.ſi quis curialis.C. de epiſc. & cler.& in l.creditor qui non idoneum. ff.ſi cert.pe. & Ang.in d.l.nemo carcerem & domi.meus no.in l.ſed
23 ſi hac §.prætor.ff. de in ius voc. quod no. † ſed vtrum iſta examinatio quam facit iudex & commiſſio capturæ debeat fieri pro tribunali,Paul.de Caſt.in d.conſi. quod incipit,pro pleniori.circa fi.ibi,ſecūdo ex prædictis ſequitur, dicit non eſſe neceſſe, iudicem ſedere pro tribunali tempore quo prædicta examinat, & licentiam capiendi concedit:cū modica cauſæ cognitio requiratur in præmiſſis:& ſic concludit,quòd fieri poterit in camera iudicis,vt l.noluit.ff.de inter.actio. & l.2.§.dies.ff.quia ordo in bon.poſ.ſer.bene facit ꝙ no.Bar.in l.à procedente.C.de dilat. vbi omnino, vide.& in l.4.§.hoc autem iudicium.de damno infect. & hoc perpetuò tene menti. Modò ſubdamus practi-
24 cam:nā actor, i.creditor † ſeu eius procurator debet narrare,quòd talis eſt debitor ſuus in tanta ſumma,& quod tempore debiti conuenti debitor de quo agitur,erat idoneus & ſoluēdo, & ita reputabatur,& quo ad notitiam ſui de nouo prouenit, & quod eidem debitoris inſignis calamitas aut magna ſuperuenit inopia,& quod ipſum habet ſuſpectum de fuga, vel quia ipſe non poſſidet immobilia,vel ex aliis cauſis ſecundum ſubiectam materiam,quare petiit,& immediatè offerat ſe paratam facere fidem de prædictis,& faciat vt prædixi vel per inſtrumentum,vel per teſtes vel iuramentum,ſecundùm diuerſitatem caſuum ſuprà poſitorum,& nihilominus iure delato ſibi à iudice iureiurando,quòd habet illum ſuſpectum de fuga, quibus factis,ſecurè iudex concedit ei licentiam capiendi & detinēdi.ita dicit Ang.in d.l.ſi ab arbitro.§.1. qui ſatiſd.cog.& dicit ſe infinities practicaſſe. vbi vide la-
25 tiùs.† Reus verò diligenter aduertat,ſi deeſt aliquod de iſtis requiſitis prædictis: & videat: ſi nominatim actor narrauit cauſas ſuſpicionis emerſiſſe poſt debitum contractum,aut de noua,i.poſt debitum contractum ad ſui notitiam perueniſſe,& ſi illas probauit,vt prædixi,in quo ſæpiſſimè erratur propter quod omiſſum dicit Ang. in d.l.ſi ab arbitro. §.1.ſe feciſſe relaxari multos captos tanquam ſuſpectos ex commiſſione imperitorum aſſeſſorum,ſequētium imperitos aduocatos. Caueas igitur ne ſis de illis.& vide eundem in l.ſi ſuſpectus.de procura.ff.& Imo.& Ponta.in d.l. 2.in princip.ſolu.mat.Sed pone quòd creditor in ſua petitione ſeu narratione omiſit allegare,qualiter cauſa ſuſpicionis ſuperuenit poſt contractam obligationem,vel ſaltem prouenit ad eius notitiam de nouo,& ſimpliciter de hac ante capturā nulla fuit facta fides, vtrum ad ſuſtentationem capturæ ſufficiat,quod poſtea hoc narret & probet, an verò captura ſit omnino nulla, tanquam deſit vnum ex tribus ſubſtantialibus. Paul.de Caſt.in quodam conſi.in cauſa dominæ Philippæ vxoris Antonij de Senis, in finalibus verbis dixit, quòd licet iſtud non fuerit expreſſum in petitione,& conſequenter nec etiam probatū,tamen captura non eſt nulla,dummodo illud poſſit poſt capturam incontinenti probare,licet enim iudex potuiſſet fortè repellere partem hoc non exprimentē, tamen ſi nō repellit,proceſſit petitio.arg.l.fin. C. de an.excep. & hoc venit poſtea executiendum in iuſtificatione capturæ:nam dicta expreſſio non requirebatur, niſi reſpectu iudicis:quia ex hoc non lædebatur, ſed ſufficit
26 quod hoc incontinenti poſtea probetur.† vndè concludit,quod licet in libello nō fuerit hoc expreſſum, ſ.dictam ſuſpicionem emerſiſſe,vt ſuprà tamē ex quo iudex admiſit,& pars hoc eſt parata probare incontinenti,non reuocatur captura:quia non intereſt capti, hoc fuiſſe in libello expreſſum,poſtquam hoc probatur in-

VV 2

tur incontinenti. Item iudex poſtquam petitionē admiſit, non debet eam nunc improbare. Iſta ſunt formalia verba ſua in d. conſil. nec plus dicit circa hoc. Tu aduerte: nam iſtud videtur expreſſè cōtra Ang. in d. l. ſi ab arbitro. §. 1. vbi dicit, ꝙ propter iſtud omiſſum fecit multos relaxati. Item contra eundem in d. l. item ſuſpectus de procurat. & in d. l. nemo carcerem. videtur etiam cōtra Bar. in d. l. ait prætor. §. ſi debitorem. licèt formaliter non ponat hanc quæſt. videtur etiam contra not. per Imol. & Ponta. in d. l. 2. ff. ſolu. matr. Sed videamus in puncto iuris, quid ſit verius, & certè tex. in d. l. leg. ſi ab arbitro. §. 1. videtur præſupponere, actorem non poſſe petere ſibi ita cito ſatiſdari propter inopiam fideiuſſoris ſibi dati, niſi probet inopiam ſuperueniſſe, cum iſtud ſit fundamenrum ad
27 nouam fideiuſſionem habendam: † igitur idē in propoſito creditor qui præſumitur ſciuiſſe conditionem, eius cum quo contraxit, non poſſit ipſius conditionē tunc improbare ratione ſuſpicionis, niſi alleget cauſam quare improbat ſuperueniſſe, & probet: præſertim cum ius præſumat ipſum potius temporis progreſſu ditari, quam depauperari. l. ſi defunctus. C. arbit. tutel. & in l. cura. §. deficiētibus. ff. de mune. & hō. igitur conſtito quod ſi pauper ſuſpectus, non præſumi debet ideo, quod fuerit pauper ſuſpectus: igitur allegari debeat & probari, quod de nouo ſuperuenerit, præſertim cum iſta cognitio fiat parte abſente & non citata: igitur impleatur iudicis præſentia & legis prouidentia, vt ea omnino allegentur & ſummatim probentur eo abſente: quæ ſi vera eſſent, concludent ad capturam, qua cauſę cognitione non facta, captura illa ſit nulla vel reuocanda, prout in ſimili cōſuluit Bar.
28 † quod ſecunda dilatio ſine cauſæ cognitione cōceſſa, eſt nulla, & dixit in l. ſi. ff. de fer. de hoc in contrariū facit. nam licet contra fideiuſſorem non ſit aperta via in effectu, niſi excuſſo principali, vt auth. præſente. C. de fidei. tamen pendente iudicio cōtra fideiuſſorem, ſufficit implicando docere, quod principalis non erat ſoluendo, vt no. in l. niſi duntaxat. ff. de pact. vbi dicit ſic in propoſito, ſi opponatur de probatione conditionis dicti pacti, facta per creditorem cum cōtraxit. ſufficiat implicari, quod immo ſuperuenit iſta calamitas. cogita: quia non reperio iſtud alibi formaliter tactum. pro nunc non recederem ab Ang. in d. l. ſi arbitro. in locis prællegatis ad hoc no. text. in l. plane. ff. vt leg. no. c. vbi allegatur noua cauſa. ¶
29 † Hic formatur pulchra quæſtio: quid ſi debitum pro quo quis eſt captus, tanquam ſuſpectus, reperitur pro parte verū, & pro parte non verum: vtrum tunc captura ſuſtenetur ſaltem pro debito vero, an vero ratione partis falſæ, captura in totum irritetur: videtur pro nunc, quod in toto irritetur: tamen quia actus principalis eſt induiduus, l. in hoc iudicio. ff. fa. erciſ. no. in l. 1. C. de error. cal. & in l. 1. C. ſi aduer. rem indi. ¶ Item quia, vt in præcedentibus quæſtionibus diximus, iſta captura habet in pluribus inſtar primi decreti: ſed primū decretum & etiam ſecundum interpoſitum, pro debiro partim vero & partim falſo, eſt nullum ipſo iure in totum, vt conſuluit Bar. & etiam Bal. & tenet Bald. in l. certi condictio. §. oportet igitur. ff. ſi cer. pe. & habetur in l. ſi non ſortem. per doct. in l. ſi cenſū. ff. de condi. inde. vbi hoc tenet Fulg & do. mens latè diſputat. reperi tamen Bal. in quodā conſi. quod incipit, Quæritur vtrum captura, quod ſi quis fecerit aliquem capi tanquam ſuſpectum partim ſuo nomine, & partim (vt habetur ſuprà) alieno quod ſi pro ea parte pro qua petiit, vt hæres non iuſtificauit, & conſequenter non valet captura, ſaltē valet pro alia parte. mouetur, quia quoties pluribus modis ſeu omnibus agitur, tunc poteſt pro parte vnius valere, & pro alia non. ff. de iuoi. l. non idcirco. ff. de app. l. perluſorio. & l. Africa. §. hæres. eo. titu. cogita ſuper prædictis, quæ à nemine reperio tacta. & vide doct. maximè Imol. in l. ſi is ad quem. ff. de acqui. hær.

1 *Fugitiuus vbique repertus, capi poteſt.*
2 *Fugitiuus in alieno repertus territorio, an poſſit capi authoritate propria.*
3 *Fugitiuus authoritate propria capi poteſt iudicis deficiente copia.*

VEnio ad ſeptimam quæſtionem principalem videlicet, vbi poſſit debitor fugitiuus aut de fuga
1 ſuſpectus capi. † Ad quod reſpondeo, quod fugitiuus poteſt capi vbicunque fuerit inuentus, quia in fugitiuo verificatur illud dictum: Vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Et hoc eſt expeditum in iudice illius loci, in quo fuerit inuentus, vt l. 1. C. vbi quis decu. vel c. oſcilicet in illo qui competens eſſet, ſi debitor ille eſſet de illo loco, quod ſi periculum eſſet in mora, liceret etiam alij iudici dicti loci, licèt aliàs eſſet incompetens, vt ſuprà latè demonſtraui in quarta q. princ. bene facit quod dixit Gul. de Cu. in l. extat. ff. quod met.
2 cau. in quæſti. 2. † An autem poſſit propria authoritate capi fugitiuus repertus in alieno territorio, in quo nec debitum contraxit, nec alia de cauſa forum ſortitur: eſt pulchra quæſtio, & fuit iam de facto hic Senis, vt refer Angel. in d. l. nemo carcerem. in vlt. char. quia cū quidam Peruſinus nomine Andreas mutuaſſet certæ pecuniæ quantitatem vni qui diligens & fidelis homo reputabatur, tandem ille debitor aufugit: quem cōſequēs Andreas, inuenit in hac ciuitate Sen. & ipſum authoritate propria cepit tanquam fugitiuum: tunc inſurgēte clamore familia poteſtatis huius ciuitatis cepit vtrunque, & tandē dictus Andreas fuit inquiſitus, & condēnatus de interceptione liberi ho-
3 minis. dicit Ang. vbi ſuprà, † quod malè fuit iudicatum. quia etiam capi poterat ſi copia iudicis deerat. vt d. l. 1. & 2. C. vbi quis decu. vel choar. quod eſt perpetuo menti tenendum. Et adde quæ dixi ſuprà, in 4. q. prin. vbi dixi, illud in eo fugitiuo locum habere, qui ſuſpectus de fuga inſtāti vel in procinctu propter periculū, vt ibi vide latè dicta. Poſſet hic quæri, vtrum poſſet capi in domo, vel in eccleſia, vel in hoſpitio, vel in apotheca, vel in caupona, vel in naui, vel in curru. dic vt per doct. in l. pleriq;. ff. de in ius voc. vbi dixi.

1 *Debitor fugitiuus quo tempore capi poſſit.*
2 *Suſpectus de fuga, non gaudet ferijs aut alijs legalibus beneficijs.*
3 *Feriæ inducta in fauorem miſerorum, quando ſint præſidium doloſorum.*

OCtauò principaliter quæro, quando & quo eam
1 pore poſſit † capi debitor fugitiuus, id eſt vtrū tēpore feriato vel aliter priuilegiato, puta vindemiarū vel mercati. & certe tēpore feriato ob neceſſitatē hominum, eſt expeditū ꝙ ſic: quia & eo tēpore poteſt fieri executio, vt in c. ſi. de iudi. & ita tenet Barto. in §. ſi debitorem. tempore verò feriato in honorē Dei vtrū poſſet, ſolet allegari gl. ſingu, in l. dies feſtos. C. de fer. ſuper verb. fideiuſſionis. quod ſic: quam Bar. & omnes ibi ſequuntur & tenet Bar. in d. § ſi debitorem. ſ. ad finem, vt ſatiſdatio præſtetur: non ad finem vt de debito co-

to cognoſcatur,hoc eſt,indubitatũ in debitore fugiẽte : & ſimpliciter in eo qui eſt ſuſpectus de fuga, de quo ibi loquitur gl. Barto.& ſcri.hoc limitat Paul.de Caſtr.in d.cõſi.Pro pleniori.ꝓcedere in ſuſpecto de fuga inſtanti propter iudicia ſeu ſigna fugã indicantia.ad hoc dicit intelligendam dictam gl.ſed quando non allegarentur ſigna inſtantis fugæ, ſed ſola carentia immobilium , dicit non poſſe hoc fieri die feriato in honorem Dei,quę perpetuò tene menti,quia à nemine alio reperio animaduerſum.& adde quæ dixi ſuprà in 4.q.prin.& in 6.Dicit etiam Bal.in cõſ.1.opor-
2 tet,† quod ſuſpectus de fuga , non gaudeat feriis vel aliis beneficiis legalibus,arg.d.gl.quam perpetuò tene menti.Ratio eſt:nam ne fugam inſtruamus, expectare receſſum non debemus eius qui non eſt reuerſurus.vt l.ſi legatarius.ff.de iud.nam propter periculum fugę videtur ordinatè fieri,quod ſine ordine fit,vt no. in l.extat.ff. quod me. cau. & quia in extraordinariis ordo eſt,ordinem non ſeruare, vt in c.ad noſtram. el. 3.de iureiur.bene facit ad prædicta, quod dicit Bart. ſingulariter in tractatu repreſſaliarum in verſ. pro te. 7.q.princ.ar.d.gl.& quod dicit Bald.in l.ſi vt propoſ nis.C.quomodo & quando iu.vidi multoties dubita-
3 ri † ecce tẽpore feriarum paſchalium & aliarũ dictarum eſt forma ſtatuti,quibus omnis captura debitorum eſt prohibita:in quibus durantibus etiam hi qui prius aufugerunt , de conſuetudine aut iſtis ſi approbarint,vtrum ſi aliquis qui nondum fugerit , ſed ſub clypeo illarum feriarum velit aufugere , vel eſſet in actu fugæ , poſſit capi. & certe ſi dicamus quod non, tunc feriæ inductæ in fauorem miſerorum,erunt prędidium doloſorum & fraudare volentium , quod non videtur de mente ſtatuti.ſuper quo tamen nihil præciſè dico,quia ſæpè ſub iudice lis eſt.

1 *Debitor fugitiuus ad quem finem capiatur.*
2 *Debitor ſuſpectus de quo ſatiſdare debeat.*
3 *Debitor captus & ſuſpectus relaxatur, ſi ſatiſdationem de ſtando iuri præſtiterit.*
4 *Debitor ob fugæ ſuſpicionem captus,relaxari debet,dato fideiuſſore de iudicio ſiſti.*
5 *Debitor poſſidens immobilia non æquiualentia debito an teneatur ſatiſdare de iudicio ſiſti.*
6 *Suſpecti de fuga quare potiſſimè capi ſoleant.*
7 *Debitor immobilia poſſidẽs debito æquiualẽtia, ſi cõtumax ſit ſatiſdare tenetur de iudicio ſiſti.*

1 NOno principaliter quæro,quare † & ad quem finem capiatur debitor fugitiuus , aut certè de fuga ſuſpectus.omnes dicunt,quod ideo capiatur vt ſatiſdet:& quod præſtita ſatiſdatione debet relaxari , vt l.ſenatuſconſ. §. ſi præſidis. ff. de offic. præd.& l.nec puberes.§.qui in ius.ff. de in ius voc. & l.ſi fideiuſſorib.§.fi.ff.qui ſatiſd.cog. & d.l. ſi creditores.ff.de priuileg.cred.& l.ſi pecuniæ.ff.vt in poſ.leg.ſtatim enim quod ſatiſdatum eſt cauſę,ob quam eſt facta captura, reuocatur captura,vnde ſi captus eſt , vt caueatur aut ſatiſdet,dato fideiuſſore,relaxatur:ſi autem captus eſt vt ſoluat,non relaxatur niſi ſoluat.ita probat tex.in d. §.qui in ius.& in dicta l.ſi pecuniæ.vbi Bar.ponit hãc regulam & in l.ſi finit.§.Iulianus.ff.de dam.infect. & in l.eum qui.ff.de priuil.credi. & in l. conſentaneum, C.quomodo & quando iud. & quicquid breuiter ſi re integra factum eſſet,impediret miſſionem in poſſ. aut tenutam,aut ſequeſtrum , aut capturam perſonæ, illud factum poſt miſſionem aut ſequeſtrum , aut capturam,facit tenutam reuocari , & ſequeſtrum & capturam ſeu captum relaxari.Caſus eſt in d. l. ſi pecuniæ:per quam in locis præallegatis tenet hanc regulã. Bar.& omnes ſequuntur.pro qua vide tex.apertum in c.ex parte.de verb.ſigni.Sed vna dubitatio magna ſu-
2 pereſt:† de quo debeat ſatiſdare:vtrum de iudicio ſiſti tãtùm,an verò de iudi.ſiſti & iudic.ſol. Bar.in l. ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in frau.credi.videtur dicere,quòd debeat cauere ſtando iuri.allegat glo. in l. dies feſtos.C.de feriis.vbi gloſſ. relata ad text. ſuper ver.fideiuſſionis.loquitur de fideiuſſione de iudi.ſiſti. & ideo dicit Bar.ſuprà d.gl.no. quòd quando aliquis eſt ſuſpectus ne aufugiat,poteſt capi die feriata in honorem Dei , vt det fideiuſſorem de ſtando iuri.gloſſ. etiam in d.l.ſenatuſcon.§.fin.& in d.l.fideiuſſor. §. fi. ſentit de fideiuſſione de iudicio ſiſti. Ange.in repe. in
3 d.l.nemo carcerẽ.C.de exact.trib.lib.10.dicit,† quòd præſtita ſatiſdatione de ſtando iuri , relaxatur captus. & ſuſpectus.idem ſentit Paul.de Caſtr.in d.conſi.pro pleniori.dom.meus in d. §. qui in ius. & in l. dies feſtos. ſentit ſimiliter de cautione de iudicio ſiſti. Iſtæ doctrinæ videtur fundatæ in vna ratione:nam poſſeſſor immobilium releuat à ſatiſdatione de iudic. ſiſti. vt l.ſciendum.in princip.ff.qui ſatiſda,cog.& qui poſſidet immobilia ſecundũ quod dixi ſuprà in 1. quæſt. princip. non incidit in hanc ſuſpicionem , vt de eius fuga timeatur,vt d.l.ſciendum.ergo de primo ad vltimum videtur inferri , quòd hæc fideiuſſio in caſu ſuſpicionis cum ſubrogetur loco poſſeſſionis immobilium , quæ æquippollet ſatiſdationi de iudicio ſiſti, præſtari debeat de iudicio ſiſti tantum,vt videtur eſſe de mente præfatum doctororum licèt nullus principaliter quæſtionem moneat:tamen practica eſt optima rerũ magiſtra, vt in Clem. paſtoralis de re iudica. & vſus qui eſt rerum magiſter egregius,vt inquit Cęſar in ſuis commentariis, ſeruari videtur , quòd detur fideiuſſor de iudi.ſiſti.& iudi.ſol.Itẽ Paul.de Caſt. in
4 d.§.qui in ius.dicit not.† quòd captus vt ſuſpectus de fuga , relaxari debet dato fideiuſſore de iudicio ſiſti. ſupple,& de iudic.ſoluẽdo.nec dicit plus,nec aliquid allegat.quid ergo dicẽdum in tanto inuoluto ? dominus meus in dict.l.ſciendum.dicit, quòd etiam , licèt poſſidens immobilia non æquiualentia debito,nõ teneatur ſatiſdare de iudicio ſiſti : ſed tamen contingat ipſum eſſe ſuſpectum de fuga,propter inopiam aut calamitatem quę ſuperuenit,& propterea captum,& ſic non ſolum ad finem , vt ſiſtat in iudicio : ſed etiam vt poſtea debitum ſoluat,cum ſuſpicio ſit, quòd non ſatiſfaciat & fugiat:certè tunc licèt poſſideat immobilia,tamen non æquiualentia, debebit cauere de ſiſtẽdo in iudicio,& quòd ſatiſfaciet debito : & hoc propter deterioratam conditionem poſt debitum:quæ ſi à principio fuiſſet,eadem conditio non deberet vrgeri ſatiſdare de ſatiſfaciendo. ita dicit ſibi videri concordandam eſſe theoricam doctorum in dict.l.ſciendum.volentium,quòd etiam poſſidens immobilia nõ æquiualentia,releuetur à ſatiſdatione de iudicio ſiſti.
5 † Cùm practica quæ ſic habet,quòd etiam poſſidens immobilia non æquiualentia,propter ſuſpicionẽ fugæ prędictam teneatur ſatiſdare etiam de ſatiſfaciendo.Et quod infert,quòd licèt ſuo nomine conuentus non teneatur ſatiſdare de iudi.ſol.vt l.1. C. de ſatiſda. & inſti. de ſatiſd. §. ſed hodie. licèt immobilia non poſſideat,ſed tantum ſatiſdare de iudicio ſiſti : tamen propter ſuperuenientem ſuſpicionem teneatur ſatiſdare de iudicato ſolui:quod dicit menti tenendum,vt aliter præfatus doct. domi. meus do. Io. Petrucij de Peruſio , quòd licet ſuo nomine conuentus , non te-

neatur ſatiſdare de iudicio ſiſti quando poſſidet immobilia,licèt non æquiualentia, vt dictum fuit ſuprà in 1.q.princip.tamen quando ſuſpicio emerſit,teneatur ſatiſdare de iudic.ſiſti:addit & de iudic.ſol. Et hæc dicit notabiliſſima & neceſſaria eſſe, quæ ſibi videntur vera licèt non inuenerit côteſtem ſibi in hoc. Super hoc aduertendum eſt, in primis.

6 † nam ideo maximè capi videntur iſti de fuga ſuſpecti,vt creditor ſe tutum reddat per dationem fideiuſſoris, quod debitum ſibi ſoluetur per fideiuſſorem,in defectum principalis de quo confidit:quia nihil immobile æquiualens poſſidet,& quia ſigna fugæ vidit, & reo aufugiête non eſſet ſibi creditori conſultum. vnde licet ſatiſdetur de indi.ſiſti, non videtur ſatisfactum huic cauſæ,propter quam principaliter capitur,ſcilicet vt tâdem habeat quem excutiat, & ex quo ſibi ſoluatur: igitur non relaxetur,niſi caueat de iudi.ſol.ar.d.§ qui in ius.& d.l.ſi pecuniæ.& eorum quæ in principio huius quæſtionis dixi. Et optimè facit text.in d. cap.ex

7 parte de verbor.ſignific.bene etiam facit † nam ſiue poſſidens immobilia æquiualentia,tamen ſi eſt côtumax,tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti,vt ſuprà dixi in prima quæſt.princip.quaſi iudicauerit per contumaciam primum ſe non comparaturum, poſtea eo modo ſigna fugæ oſtendens,licèt non teneatur regulariter ſuo nomine conuentus ſatiſdare de iudicio ſolui, vt ſuprà dixi:tamen tenetur propter ſuſpicionem fugæ,per quam videtur ſeipſum poſuiſſe in hac neceſſitate ſatiſdandi, arg. l. in omnibus. ff. de iudi.iunctis his quæ notantur in d.l.ſi debitori.d.cod. titul. Optimè etiam facit pro hac parte text.in d.l.ſi creditores. ff. de priuile. cred. ibi ſatiſdationem exigere poſſunt pro ſuo debito reddendo. Cogita ſuper prædictis quæ à nemine reperio dilucidata.& doct. vt ſuprà dixi videntur ſentire ipſum teneri tantum ſatiſdare de iud. ſiſti. Practica verò, quod etiam de iudicio ſolui.quod nimis eſt attento fine propter quem capiuntur. arg. l. minimè. ff. de leg. & vide omnino ad materiam quæ dixi, poſt Raph. in l.Iul.ff. qui ſatiſ.cog. contra Ang.

1 *Debitorem alienum occultans, an & quando ſe obligationis & periculi conſortem faciat.*
2 *Impediens aliquem capi vel captum duci, aut de manibus familiæ poteſtatis vi eum eximens, ad quid teneatur,remiſsiuè.*
3 *Statutum puniens receptantem fugitiuum, in quibus locum ſibi vendicare poſſit.*
4 *Animus occultandi quando præſumatur.*
5 *Fuga non eſt ſimpliciter maleficium ſed latitatio ipſa ſuſpicionem cauſans.*
6 *Conſilium dediſſe homicidio faciendo quando quis præſumatur.*

DECIMO principaliter quæro,ad quid teneatur impediens capi debitorem fugitiuum, aut occultans eum,qui propterea aufugit. Bal. conſil. quòd

1 incipit, in quæſt. domini Iuliani.† dicit, quòd licet quis ſcienter occultet debitorem alienum, non facit ſe ſuccedaneum obligationis.vel conſortem eiuſdem periculi,neque debitorem,niſi in caſibus ſpecialibus, ſ.in caſu l.ſi.C.de ope.lib. Item in debitore tributorum.C.de exac.trib.lib.10. l. quoties. Item quando quis debitorem vi eximit, vt l.ſi eximendi. §. item ſi quis.& l.pe.ff.ne quis eum qui in ius.itê quando quis impedit reum vel actorem venire ad iudicium, iuxta l fin.ff.de eo. per quem facta erit.ergo cû in dictis caſibus ſit ſpeciale,in contrarium eſt ius commune, ſecûdum Bal.in d conſ.allegat Inn.in c.paſtoralis.in fi.

2 de offi..deleg.& eo.tit.c.1.quod no.perpetuò. † Impediens vero aliquê capi vel captum duci,aut de manibus familiæ captum eximens, aut de carcere extrahens,ad quid teneatur.vide Bar.& Scribêtes in d.l.ſi eximêdi.§.itê ſi quis.& in l.3.ff.ad leg.Iul. maieſt. vide etiam Bal.in l.elegâter.§.idem Labeo.ff. de dolo. & in l.addictos.C.de epiſco. audi. & in d.l.ſi de ope. lib.& do.meum in l.fi.in fi. ff. ne quis eum.& per aliquos.Scribê.in l.quis ſit fugitiuus.§.idem ait interrogatus.ff.de ædil.edict.& vide dicta in d. §. item enim

3 ſi quis.† Adde etiam prædictis,quòd ſtatutum puniês receptantem fugitiuum.habet locum in eo qui retractat illum,qui ſaltem vnum pedem ad fugam moueat, & perueniat aliquo modo ad principium facti:non autem in eo qui tempore receptationis de ſe factæ,& tâtum conſilium fugæ in mente habuit, ſecundùm Bal. in eo.conſilio.ad quod vide latè dicta in ſuprà quæſt. princ.Subdit etiam Bal.in eo.conſi.quòd non præſumitur in dubio habuiſſe animum receptandi, qui in-

4 frà terminum paucorum dierum propalauit, † Dicit etiam quòd tunc præſumitur quis occultandi animû habuiſſe,quando ita celauit, vt nemini appareat. allegat Bar.in l.locû §.ſi quis dolo.ff.de tab. exhib.quod tene menti. Dicit præterea quod conſulere ſeruo aut ſerui.i. vinculo annexo quòd fugiat, eſt maleficium: idem,ſi ingenuo conſulat vt fugiat cum re aliena.nec eſt mirum, quia tunc conſuluit vitium. Subdit mirabilius,quod idem eſt,ſi conſulat ingenuo vt fugiat cû pecunia ſibi depoſita ad numerum,quæ olim fuit aliena,vt in terminis §.ſi debitorem. l. ait prætor. ff. quæ in fraudem cred. Pro quo tu vide omnino vltra eum Bartol.& Bal.& Moder.in dicto. §. ſi quis.Aliàs dicit

5 Bal.in d conſ.† quòd ſimpliciter fuga non eſt maleficium,ſed latitatio:& generat contra eum ſuſpicionê, vt l.Fulcinius.§.quid ſit latitare. ff. quibus ex cauſis in poſ.ea. Aliter ſtatutum punit præſtantem conſilium ad fugam.contigit, quòd probatur quod aliquis loquutus fuit cum illo qui aufugit paulo antequam fugeret:non tamen conſtat,quid ille dixerit illi qui fugit,quid iuris.confert ad hoc elegans doctrina Bar.in

6 l.ſi ventri.§.fi.ff.priuil.credit.dicentis. † quòd ſi quis eſt inquiſitus de eo quod dederit conſilium ad homicidium vi probetur ſolum iſtud,quod paulò ante homicidium loquutus eſt homicidæ: certè attenta breuitate ſpatij, præſumitur, quòd dederit conſilium ad homicidium,quod dictum videtur valde durum,quia in dubio potius videtur capienda coniectura, quod bene dixerit,quàm quod malè dixerit, vt l. non omnis.§.barbaris.ff.de re milita.& in regula iuris, ſemel malus ſemper præſumitur malus. & in l. merito. ff. pro ſocio:ſed tunc procederet,quando præceſſerunt cauſæ & iudicia odij contra eum. aliàs dicit, quòd dictum Bartoli eſſet omnino falſum. quod perpetuò tene menti.

1 *Debitor captus vt fugitiuus, aut de fuga ſuſpectus,quid facere debeat ad carceres euadêdos.*
2 *Cautioni iuratoriæ ſerui agentis aut conuenti pro libertate debet ſtari.*
3 *Obligatio nulla eſt ad impoſſibile.*
4 *Carcerari non debet is, qui in iudicio nunquam ſtetit, nec ſtare promiſit.*
5 *Deierare nemo præſumitur niſi probetur.*

6 *Obliga*

6 *Obligatus præciſè per legem ad aliquid, manu militari compellitur id implere.*
7 *Vſufructuarius ob inopiam ſatiſdare non valẽs, vſufructu priuatur.*
8 *Cauſæ non ſatiſfit per cautionem iuratoriam.*
9 *Cautio iuratoria quando admittatur.*
10 *Iuramẽtum vtilis perſonæ nullius ponderis eſt apud bonos & graues.*
11 *Iudex ſibi cauere debet, ſi cautio iuratoria offeratur, ne litem alienam ſuam faciat.*

VNDECIMÒ principaliter quæro, quid debeat facere captus vt fugitiuus, aut de fuga ſuſpectus,
1 vt carceres euadat, & à carceribus liberetur. † Reſpondeo, quòd in primis videat, ſi captura poteſt impugnari quouis modo ex cauſis de quib. ſuprà, & maximè in 6.q.prin. ꝙ ſi capturam impugnare non poteſt, det fideiuſſorem, vt dixi ſuprà q.9 & liberabitur: ſi autẽ fideiuſſorem non inueniret, & iuraret ſe non inuenire, & offertet iuraroriam cautionẽ: Arguo ſic, dicitur in auth.generaliter.C.de epiſc.& cler. ꝙ ſi actor ſatiſdare nõ poteſt, & paratus eſt iurare, ſtatur iuratoriæ cautioni: & indiſtinctè loquitur: ergo intelligatur tam in actore ſuſpecto, quàm non ſuſpecto, vt l.de pretio.ff. de publ.ſi iſtud eſt in actore, ergo idẽ eſt in reo: vt in regula, non licet.de reg.iur.in 6. Secundò videtur tex. in auth.cui relictum.C.de indic.vidui. Tertio videtur
2 tex.in l.1.in ver.omnes.C.de aſſer.tol. † vbi ſeruus ſiue agat ſiue conueniatur pro libertate, quæ eſt cauſa maxima, ſtatur ſuæ iuratoriæ cautioni, ſi cum fideiuſſore ſatiſdare nõ poteſt, & nota ꝙ loquitur in ſeruo qui eſſet potius incarcerãdus propter vtilitatem perſonæ & ſuſpicionem.arg.l.diuus.ff.de quęſt. Item quia à communiter accidentibus, ſi ſeruus eſt, ergo nequam.vt l. pen.ibi.nequitiam.& ibi Bal.C.de li.& eorum lib.alibi dicit glo.ſeruus, ergo fur.vt no.in l.Iul. circa princ.
3 ff.de act.empt. † Quartò, impoſſibiliũ nulla eſt oblig. impoſſibilium.ff.de reg.iur.ergo cum hæc ſatiſdatio quo ad eum, ſit impoſſibilis, fiat vt fieri poteſt.ſ.cum iuratoria cautione.bene facit.l.Cæſar.ff.de Publiciana.& in l.2.ff.ſi quis cau.& quod not.in l.quod te.ff.ſi cer.pet.vbi propter difficultatem dicit excuſari quem à mora.& bene facit.quod no.in cap.querelam.de iureiur. Quintò hoc videtur determinari in gloſ.ordin. in l.1.ff.qui ſatiſd.cogan.quæ incipit, generaliter.& in gloſ.dicta l.1.C.de aſſer.tol.ſuper ver.recedere, & in gloſ.ordin.in cap.ex parte.de verb.ſignif.vbi ómnino vide: quia loqui videtur in ſuſpecto & cõtumace. Sextò videtur text.in d.l.nemo carcerem.C.de exact.tri. lib.10. Septimò hoc videtur de mente Barto.in l.cum
4 ab eo.alias incipit, Labeo.ff.ad l.Iul.repet.ibi † dum dicit, quòd is qui nunquam ſtetit in iudicio, nec ſtare promiſit, non eſt carcerandus. & ibi, dum dicit quòd ſolum condẽnatus ad debitum, carcerandus eſt. Octauò dominus Franc.Tigrini de Piſis in d.l.1.qui ſatiſd. cog.dicit, quòd aut quis cogitur ad fideiubendum ſine alicuius commodi proſecutione in cauſa ciuili: & loquitur & procedit gloſ.ibi poſita.& iſte videtur caſus noſter aut in cauſa criminali, & loquitur in eos.§. ſuper his.ff.de appel.aut quis cogitur ad ſatiſdandum reſpectu commodi ad quod inuitatur, & loquitur.l.vſufruct.cum ſua gloſ.C.de vſufruct. Nonò, ſi iſte qui non poteſt ſatiſdare donec debitum liquidetur, deberet ſtare in carceribus: deterioris cõditionis eſſet iſte carceratus debitor, non gaudens beneficio ceſſionis, vt l.1.C.qui bon.cede.poſ.quam ille, qui eſſet certus debitor & condemnatus: qui cedendo bonis liberaretur: quod dicere videtur abſurdum. Decimò, cum inſtantia de iure cat.nullo temporis ſatis ſpatio ſit limitata, vt habetur in cap.fin.de iudic. & per docto.in l.properandum.C.eod.tit. Et ſic inſtantia poteſt durare plus quam vita hominis. Ergo ſi deberet detineri vſque ad finem cauſæ, conſequeretur inductio cuiuſdam quaſi perpetuæ ſeruitutis, vt l.1.ff.de lib.hom. exhib.& l.ob æs.C.de præd.min.& l.Titio centum ita relicta ſunt, vt à monumento non diſcedat.ff.de con-
5 ditione & demonſtratione. Accedit, † quòd nemo præſumitur deierare, vt in cap.cum contingat.de iureiuran.nec immemor æternæ ſalutis, vt l.iubemus. C.ad leg.Iul.pe.bene facit quod not.gloſ.fin in l.eadem.ff.ex quibus cau.maior.& hoc videtur determinare gloſ.in cap.cum in eccleſiis ſuper verſicu. iuramento.de maiori.& obed. quæ loquitur de ſuſpectis. vt ibi patet in ead.gloſ.vbi dicit, quòd ſtetur iuratoriæ cautioni, cum aliam præſtare non poſſint illi de quibus ibi, cum nihil habeant.& iſta videtur multum ſtringere, niſi reſpondeas quod ideo ibi: quia priori cui debebatur obedientia, & cui iuratur, aliter conſulitur, ſi periuraret, ſcilicet, per excluſionem à conſortio aliorum fratrum, vt ibi dicit tex.in fi.& in caſu noſtro, ſi debitor periuraret fugiẽdo, creditori non eſſet conſultum. In contrariam partem, quòd non admittatur ad hanc iuratoriam cautionem arguitur: ſic Iudicia non debent eſſe eluſoria, vt l.prætor.ff.de iud. cum ſimil.ſed eo admiſſo ad cautionem iuratoriam, veriſimiliter recederet, & eſſent iudicia eluſoria, vt experiẽtia docet, quia fides rara inuenitur: igitur, &c.
6 Et hoc videtur velle gloſ.in l.conſentaneum.C.quomodo & quando iudex.in ver.cogendum. † Secundò, quando lex præciſè obligat aliquem ad aliquid faciendum, tunc manu militari compellitur: & præciſè per detentionem & carcerationem.l.qui reſtituere.ff. de rei vend.& no.in l.ſtipulatio.§.ſine autẽ.ff.de ope. noui nunc.ſed iſte præciſè videtur obligatus ad ſatiſdandum, vt ceſſet timor fugæ: igitur, &c. Tertiò, hoc videtur tenere gloſ.inſtit.de ſatiſda.§ ſed hodie.ſuper verb.permiſſionem. & in l.2.§.ſi dubitetur.ff.de iudi. ſuper verb.permiſſionem.quas glo.ſemper tene menti. Quartò, bona mobilia perſonæ ſuſpectæ de baratatione, ſequeſtrantur vt l.ſi fideiuſſor.§.fin.qui ſatiſda. cog.& in l.Imperator.ff.ad Trebel.cum ſimil, ergo à paritate rationis, perſona rei ſuſpecti de fuga, ſequeſtretur donec ſatiſdet, vt l.illud.ff.ad leg.Aquil.& hoc arg.de ſequeſtratione rei, ad ſequeſtrationẽ perſonæ, faciunt doct.ibi, & Bald.& Modern.in d.l.dies feſtos.
7 C.de feriis. † Quintò, vſusfructuarius pauper & ſuſpectus, ſi non poteſt ſatiſdare de vtendo & fruendo, perdit vſumfructum: nec admittatur iuratoria cautio, vt per Cynum in l.vſusfruct.ff.de vſufructu. Igitur idem in caſu noſtro. Sextò, eadem æquitas quæ ſuadeat vt debitor condemnatus carceretur, vt conſequatur creditor quod ſibi debetur, vt l.1.& per totum.C.quib. bon.ced.poſ.ſuadet etiam, ſit cautum creditori contra forenſem & vagabundum, ſeu de fuga ſuſpectum vt ſatiſdet, & tandem poſſit ſuum cõſequi.igitur idem ius, vt dicta l.illud, ad l.Aquil.& l.1.ff.de fonte. Septimò, eędem cauſæ quę faciunt iſtum haberi ſuſpectum de fuga faciunt ipſum haberi ſuſpectum de periurio, arg.no.per docto.in l.ſi ex cautione.C.de non numerata pecunia.& in l.doli mali.§.aduerſum.ff.de noua. Octauò, bene facit.l.ſi creditori.ff.de priuileg.cred.l. de creationibus.C.de epiſcop.aud. † Nonò, videtur
8 probari, nam per huiuſmodi caut.iuratoriam non videtur ſatiſfactum cauſæ, propter quam eſt facta

captura:quia nõ eſt conſultũ plene creditori, vt de ſe patet.igitur non relaxetur,vt l.ſi pecuniæ.ff.vt io poſ. leg.& l.neq;.§.qui in ius.ff.de in ius voc. & c. ex parte.de verb.ſig.& bene faciũt,quę ſuprà dixi in prin.9. q.1.Decimo & vltimò hanc partẽ tenoit Pau.de Laza.in clem 1.de procur & ſecundùm hanc partem cõſuluerunt do.Lud.do. Fran. de Albergot. de Aret. & do.Nico.do.Fran.de Platea,& dom.Roſſus Orland. aduocati Florentini.eandẽ partẽ tenuit Ioã.de Platea de Bon.inſti.de act.§.actio.alleg.ad hoc gl. ſecũdùm eũ no.in d.l.2.§.ſi dubitetur.ff.de iudi.& pro hoc viderut quòd propter impotentiam onus ad ſatiſdandũ nõ remittatur.vide textum in l.filiusfamilias.§. idem princeps.ff. de leg.1. fortè poſſet adhiberi diſtinctio.
9 † quòd aut nõ inuenit fideiuſſores propter paupertatem & inopiam,quæ ſuperuenit caſu & citra eius dolũ,& nihil poteſt ei obiici corruptorũ morũ ſeu perfidiæ, & admittatur cautio iuratoria. nam maxima eſt pietas,quæ pro paupertare.facit ibi l. qui filium. §. 1. ibi,egeſtatem prætendebam.ff.ad Treb.& bene facit l.diuortio.ff.de neg.geſt.& text not.in d.l.ſi creditores.in verſ.plane.& loquuntur iura pro hac part.alleg. aut non inuenit fideiuſſores propter ſuos corruptos mores,& ſuam doloſitatem: & tunc non admitratur, cum non ſit credendum iuramẽto illius, cuius mores ſunt corrupti,arg.l. non omnis.§. à barbaris. ff. de re militia.& c.per veſtras.extra,de donat.inter virum &
10 vxo & l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecun.nup.† Nã vilium perſonarum dictum iuramentum , nullius põderis & quaſi pro nihilo reputatur apud bonos & graues.hanc diſtinctionem no.ſentit Bal.in auth,cui relictum.C.de indi.vidui.in 3.col.ver. itẽ no.quod idẽ cautio optimè facit gl.elegãs in cle.præſenti.de ſent. ſuper ver.non negotiando ibi , ſi perſonarum qualitas non diſſuadeat.& ꝙ pulchrè dixit Bal.in l.nõ hoc. C.vnde cogn.in 1.col.ibi,ſi iudici videbitur adferendũ ea qualitate perſonarũ actuũ per quæ dixi ſolet,licet in pendentibus ab animo , ſtetur iuramento eius de cuius animo agitur,vt dicit gl.no.inſti. de actio.§. alie. & in l.atqui natura.§.cum me abſente. ff. de neg. geſt.cum ſi tamen illud eſt commiſſum arbitrio iudicis,quòd non debet deferri vili ribaldo,vel ad periurium,prout certum omnino.vide ad hãc materiã tex. not.in l.de die.§ plane ff.qui ſatiſd.cog.& ibi dixi , & vide Ang.in l.ſi finita.§ idem videamus.ff.de dam.in-
11 fect.† Sis ergo cautus,& bene diſpice quid tibi agendum ſit , cum iudex eris , ſi offeratur cautio iuratoria in caſibus pręmiſſis. & caue ne alienam cauſam tuam facias.vide etiam ad hanc materiam quæ dixit dom. meus in l.1.ff.qui ſatiſ.cog.alleg.Bal.& Ang in l.ſciendum.eo.tit.Dicit ipſe dominus meus ibi,ſuprà in caſibus,in quibus eſt ſtãdum iuratoriæ cautioni in caſu impotentiæ:tunc releuat iſta iuratoria cautio,quãdo iurauit ad iudicis delationem. Si enim iudex arbitraretur,non eſſet deferendũ propter indicia & præſumptiones indicantes , quod ille poſſet inuenire fideiuſſores,ſi vellet:& tamen ſi ille ex ſeipſo , non ad iudicis delationem iuraret , non ſufficeret dicta iuratoria cautio,ſecundùm Bal.no.in l.1. ff. qui ſatiſd. cog. & Ang.in l.ſciendum eod.tit.

1 Creditor,propria authoritate capiens debitorem, quãto tempore penes ſe poſsit eum detinere. Detinens alium vltra viginti horas, in crimẽ priuati carceris incidit.

2 Creditor detinens creditorem minori ſpatio viginti horarum,qualiter puniatur.

1 DVodecimò quæro principaliter, † quanto tempore poſſit detineri per capientem , i.per illum qui propria authoritate cepit fugitiuum, antequã ducat illũ ad iudicem?Reſpondeo , quòd ſi quidem ipſe detinuerit vltra 20. horas , incidit in crimen priuati carceris,vt l.1.C.de priua.car. iuncta l. capite quinto. ff.de adul. Vbi hoc in indiuiduo nominatim tenet Bar.in debitore fugitiuo,& tene Ange. in d.l.1.C.de priua.car.dicens,quòd nõ ſolũ incidit in pœnam priuati carceris, ſi teneret ipſum incluſum in domo , ſed
2 etiam ſi in via detinuiſſet,vt l.2.ff.de lib.ho.exhi.† Si verò detinuerit minori ſpatio 20 horarum,& ſic non duxit ipſum captum immediatè ad iudicem:tunc etiã punietur,non tamen pœna priuati carceris, ſed minori arbitraria,vt in ti.de extraor.cri. & in ti.de cri. ſtel. ita tenet dominus meus in l.dies feſtos.C.de fer.quod totum erit in arbitrio iudicis in dimetiendo tempus quo diſtulerit,vtrum ſit imputandum necne,vt l.1. in ſi.de iure delib. Si vis igitur impune tranſire , ducas ipſum,immediatè ad iudicem.

1 Debitor captus vt ſuſpectus de fuga, ad cuius ſit inſtantiam relaxandus.

2 Petere aliquem eximi à carceribus,cui licitum ſit.

DEcimotertio quæro ad cuius petitionem ſit re-
1 laxandus,id eſt, † vnum ad inſtantiam procuratoris,ſpeciale mandatum non habentis, an ad inſtantiam coniunctæ perſonę coniunctorio nomine?dubitationem mihi facit , nam Bar.in conſ. in cauſa Statij. dicit ſingulariter,ꝙ quis non poteſt procuratorio nomine petere quem eximiui à carceribus , niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum alle.tex. in l. Pomponius. in prin.ff.de procurat,quod refero & ſequitus Nellus de ſancto Gemi.in tract.bannitorum,in tertia parte, ſecundi temporis.q.68.& in contrarium facit text. in l.3.§.ſi mulier vel pup.ff.de lib.hom.exhi.vbi coniũcta perſona admittitur ad petendum coniunctam eximi a carceribus,quę non admitteretur,ſi requireretur ſpeciale mandatum,cum in caſibus ſpeciale mandatũ requirentibus,coniuncta perſona non admittatur , vt habetur in l.exigẽdi.C.de procur.per doc.quare Põta.in conſi.238.dicit dictum Bar.in d.conſi.non poſ-
2 ſe procedere indiſtinctè,† & ideo concluſit,ꝙ aut loquimur in eximendo à carceribus perſonam, quæ eſt ſub patria poteſtate:& tunc procedat dictum Bar.in d.conſ.& loquitur tex.in d.l.Põponius aut loquimur de eximẽdo à carceribus perſonã,quæ non eſt ſub patria poteſtate,ſed ſui iuris:& tunc licet etiã coniunctę perſonæ,per iura præalleg: quia arg.de executione vnius perſonæ ad aliam,non procedit,vt l.1. §. hoc interdictum.ff.de lib.hom.exhib.dixi in d.l.Põponius. Poſſet etiam reſponderi ad iura ſuprà cõtra Bar. allegata,quod ideo admittitur ibi cõiuncta perſona,quia tanquam ſuam iniuriam proſequebatur. & vide in l. patri pro filio.ff.de min.cęterum aduerte,quia Bar.in d.conſ.licèt velit,quod vt procurator non poſſit quia petere quem eximi à carceribus ſine ſpeciali mandato,vt prædixi , ſentit tamen quod quilibet poſſit tanquam vnus de populo,quod perpetuò nota,& cognita,quia à nemine reperio tactum,niſi vt ſuprà.

1 Captura ſi aduerſus debitorem fuerit non ritè conceſſa, an creditor aliquo modo ſua indemnitati proſpicere poſſit.

2 Petens reuocationem tenutæ , repelli poteſt per exceptionem,dolo faeis.

3 Reuoca-

3 *Reuocatio capturæ non ritè conceſſæ, qualiter & per quem peti poſſit.*

4 *Captura quo caſu ſuſtentari poſſit, etiam debitò non liquidato.*

5 *Tenuta leue præiudicium inferente, non admittitur quis ad illius reuocationem.*

DECIMOQVARTO principaliter quæro, ſi captura nõ fuerit bene conceſſa, vtrum poſſit quo-
1 uis modo creditor ſuæ indemnitati proſpicere. † di-
cunt quidam, quòd poſito quòd captura eſſet non ritè
facta, ſi tamen cõſtat de debito per cõceſſionẽ captu,
vel alio modo conſtet ipſum in veritate debitorẽ, de-
bet detineri. alleg. ad hoc. l. fin. §. fin. ff. quod met. cau.
& hoc ſequitur Panl. de Caſtr. in conſ. in cauſa captu-
ræ Iacobi. Aſſignat rationem, nam & in cauſa poſſeſ-
ſionis recuperandæ, licèt ſpoliatus ſit ante omnia re-
ſtituendus, tamen ſi de proprietate manifeſtè conſtat,
ſcilicet quòd pertineat ad ſpoliatorem, denegatur re-
ſtitutio, vt in c. cum eccleſia. de cauſa poſ. & proprie.
not. in c. ad decimas. de reſtit. ſpolia. in 6. ita hic dene-
ganda ſit reſtitutio in priſtinam libertatem, ſi de debi
to conſtet. hoc d. præfatus doct. in d. conſi. pro quo vl
tra eum facit quod dixit Bart. in vlt. quæſt. in l. à diuo
Pio. §. in vẽditione. ff. de re iudi. vbi dixit, quòd ſi per-
ſonaliter captus eſt pro executione ſententiæ alia ſo-
lemnitate non ſeruata, dicendum eſt vt in d. l. fi. §. fi. ff.
quod met. cau. ita quòd voluiſſe videtur Bar. ibi alleg.
dictum text. quòd dicta captura teneat, quod Angel.
ibi nõ placet, qui dicit, q d §. fi. eſt correctus per l. me
minerint. C. vnde vi. Idem Ang. in l. ſi finit. in prin. ff.
de dam. infec. not. ibi gl. ſuper verbo liberetur, dicen-
2 do ſe pluries practicaſſe, † quòd petens reuocationem
tenutæ, poteſt repelli exceptione, dolo facis: præterea
tenutam reuocari eo, quia ſi reuocata ſit, tamen eum
interim habebo. & hoc ſequi videtur Imo. in c. ſua no
bis. in fi. de prob. Sed idem Imo. in d. §. in venditione.
dicit quòd ille §. fi. l. fi. quod met. cau. procedit in ſuis
terminis, videlicet vt propter executionem de facto
factam, non poſſit agi actione quod met. cau. per ve-
rum debitorem de facto exactũ: quia cùm dicta actio
detur ad intereſſe, & veri debitoris non interſit de iu-
re non ſoluiſſe, non poteſt dicta actione agere: non ta
men excluditur, quo minus dictus debitor agere poſ-
ſit aliis remediis, videlicet l. extat. ff. quod met. cau.
& d. l. meminerint. Pont. etiam in d. l. ſi finita. in prin.
3 dicit, † quòd ſi quidem tenura eſt inualida, quia non
ritè conceſſa, puta parte non citata, vel non probata
debito, & tunc poteſt peti reuocari, nec obſtabit ex-
ceptio, dolo facis, &c. licèt ibi aliter dixerit Ang. ſub-
dit quòd licèt prima facie videatur poſſe peti talem
tenutam confirmari, ex nouiter deducendis liquidan-
do debitum. arg. text. in d. l. fi. quod met. cau. & Briti-
nus. ff. quòd cum eo. & c. abbate ſane. §. ſubtilius. de re
iud. lib. 6. tamen contrarium opinatur, arg. text. c. con-
querentem. de reſtit. ſpol. & per id quod dixit Bart. in
ſua diſputatione quæ incipit, Lapus. vbi omnino vi-
de: quia notanda inuenies ad propoſitum, ad d. l. fi. §.
fin. quod met. cau. reſpondet, quòd loquitur in autho
ritate iudicis, non ritè interpoſita ad petitionem cre-
ditoris in compellendo, id eſt, carcerãdo debitorem:
qui ſi ſoluit, non datur recuperationis aut reuocatio-
nis ſoluti remedium, cum verus ſit debitor: ſecus dicit
eſſe in authoritate iudicis, non ritè interpoſita in ex-
pellendo: quia iudex immiſit creditorem in tantam
bonorum debitoris, etiam vero non ſeruato iuris or-
dine, id eſt, non probato debito, vel non citato: tunc
enim datur reuocatio ipſi debitori, nõ obſtante dicta
regula, dolo facis, &c. Et ſic facit differentiam inter
vim compulſiuam & expulſiuam, in caſu noſtro, ſu-
mus in compulſiua. Item durante cõpulſione, & non-
dum facta ſolutione: quo caſu, videtur quod facilius
ſuccurratur ipſi detento. ſed ideo dubitatur, quia inte-
rim debitum, vnde tota vis ſtat in intellectu, dicto §.
fin. & dicta l. meminerint. vbi Bartol. & Ange. præciſè
tenent, quòd ſi intentetur condictio illius legis recu-
perandum, non obſtet condicenti exceptio dominij.
per text. ibi, dum dicit, illicò, & tamen ibi loquitur in
expulſiuo. Remanet igitur maius dubium in caſu no-
4 ſtro, cùm ſimus in cõpulſiua. † Vno caſu videtur ma-
gis poſſe ſuſtentari captura ſeu tenuta, ita quòd nõ re-
ſtituatur quando debitum eſſet liquidatum per con-
feſſionem, ſecundùm Bald. in l. fundus qui Lucij Titij.
ff. de reſcin. vend. arg. no. in cap. Piſanus. de reſti. ſpol.
& eorum quæ dicit Bart. in l. ſi confeſſus ff. de cuſtod.
reo. & Angel. in l. denuntiaſſe. ff. de adulr. & Innoc. in
cap. qualiter & quando. el 2. de excuſ. & in clem. con-
ſtit. de elect. & hoc tenuit Pont. in ſuis ſing. not. 256.
Pro quo etiam facit quod notanter dixit Bartol. in l. ſi
prius. in 5. colum. ff. de no. ope. nunc. vbi voluit, quod
quando tenuta cauſat modicum & leue præiudicium,
nunquam admittitur quis ad illius reuocationem. Cæ
terùm pro differentia ſuprà facta inter ſpoliatũ vi ex-
pulſiua aut ablatiua, cui reſtitutionem petenti nõ ob-
ſtat exceptio in dicta l. ſi quis à ſe fundum. C. vnde vi.
& ſpoliatum in compulſiua, cui obſtat exceptio, vide
Bar. not. in hac materia à nemine allegatum in l. ſi ob
turpem. ff. de condit. ob turp. cauſ. & docto. in l. 3. C.
quod met. cauſ. & vtrobique dixit. Vide etiam mate-
riam huius articuli. Bald. in l. 1. in fin. C. de iur. & fact.
igno. & omnino vide, quæ dixi ſuprà, in 6. quæſt. prin.
maximè in verſ. ſed pone quòd creditor, & vt ſuprà di
xi, diligenter pondera verba Bart. in dicta diſputatio-
ne, Lapus, & cogita, quia à nemine reperio iſtud arti-
culum plenè expeditum: & altiorem requireret inda-
ginem.

1 *Lis an dicatur cœpta, & litis pendentia inducta per petitionẽ capturæ, aut per ipſam capturã.*

2 *Iudicium coram vno iudice cœptum, quando corã alio agitari poſſit.*

3 *Pendentia litis non inducitur per ſequeſtrationẽ bonorũ, aut capturã perſonæ de fuga ſuſpectæ.*

4 *Fideiuſſorem præſtãs de ſe repræſentando ad iudicis mandatum, cenſetur tacitè confiteri ſe iuſtè fuiſſe detentum.*

5 *Soluens indebitum neceſſitate præciſa compulſus, condictionem indebiti intentare poterit.*

1 DECIMOQVINTO principaliter quæro, † an
per huiuſmodi petitionem capturæ, & capturã,
videatur cœpta lis coram illo iudice, & inducatur litis
pendẽtia? Prima facie videtur quòd ſic, vt in l. vbi cœ
ptum. ff. de iudic. & quia ſicut per citationem verba-
lem dicitur iudicium cœptum, vt inſtitu. de pœna. te.
liti. §. fin. & per gloſ. & docto. in rubr. de in ius vocan.
ff. & C. ita longè fortiùs per citationem realem, id eſt,
capturam quæ præualet, vt per doct. in d. l. vbi captũ.
& l. ſi quis poſtea. de iudi. & Moder. in l. ſi pluribus. ff.
de legat. 1.
2 ¶ † In cõtrariũ facit: nam quandocunque corã vno
iudice fuit, vt ita loquamur, iudiciũ inceptum ex ne-
ceſſitate,

ceſſitate, puta ratione ſuſpicionis fugæ:vel quia actio peribat tempore, vel ex ſimili cauſa neceſſaria:tũc illud iudicium poteſt agitari coram alio iudice. ita eſt de mente Bald.& Ang.in d.l.vbi cœptum.arg.l.ſed & ſi reſtituitur.§ ædiũ.verſ.ſed & ſi dies.ff.de iudic.vbi etiam hoc ſenſit: & ideo quidã moderni in l.quanuis. ff.de dam.infect.dicunt, quòd ſi poteram conuenire te Peruſij & Aſſiſij, & incepi te conuenire coram iudice Aſſiſij ex neceſſitate, quia timebatur de fuga tua,
3 potero poſtea conuenire coram iudice Peruſino. † Et fortiùs inferunt, quòd propter ſequeſtrum bonorum aut capturam alicuius tanquam ſuſpecti de fuga, quæ dicitur ſequeſtratio perſonæ, non inducatur litis pendentia, quod eſſet mirabile: ſi procederet: nam licèt in l.ſed & ſi reſtituatur, permittatur, quòd iudiciũ alibi finiatur, non tamen ibi expreſsè dicitur, quòd non ſit inducta litis pendentia, & ideo eſſet diligenter aduertendum pro veritate huius dicti, propter id quod dicitur in l.nulli.C.de iudic.& per Bald.in l.ordin.C. de rei vend.& propterea quæ vltra doct.dixi in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure. circa prin.ad intellectũ l. diffamari.C.de ingen.& ma. Sed pone, iudex qui fecit ipſum capi, non ritè & ſine cauſæ cognitione requiſita relaxauit eum, dato ſibi iudici fideiuſſore de ſe repræſentando ad voluntatem iudicis, Iudex in ſyndicatu moleſtatur ab illo, qui dicit ſe fuiſſe male captum, vtrũ poſſit quomodolibet euadere: ſolet allegari Bar.
4 in dicta diſputatione, Lapus, † quòd per dictam dationem fideiuſſoris, videatur tacitè confeſſus ſe fuiſſe bene captum, & tacite approbaſſe capturam. Et ideo officiales conſueuerunt ſemper, quando liberant aliquem captum, ad cautelam accipere fideiuſſorem ab eo de ſe repræſentando. Sed hoc dictum ſemper mihi viſum fuit valdè durum, arg.no.per Bar.in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdict.omn.iud.& in auth.offeratur.C.de lit.conteſt.& eius quod dicit Ange.in l.ſi.§.ſi.ff.quod met.cauſa. Item quia dictam fideiuſſionem præſtant quodammodo compulſi: quia non relaxarentur, niſi illam darent: igitur nõ videntur approbare, arg.l.rem legatam.ff.de adi.lega.& eorum quæ ſuprà dicta ſunt in præcedenti quæſtione, hac eadem quæſtione prin-
5 cipali. † Item, quia is qui ſoluit, neceſſitate præciſa compulſus ex diſpoſitione legis Velleiani aliter, & vt pareat ſuperiori, qui ſic voluit, non perdit condictionem indebiti, ſed poterit poſtea repetere, vt in ſimili per Barto.in l.1.§.quod autem.ff.quod vi aut clam.& per docto.in l.1.C.de condi.indebi. & per dominum meum.in l.2.C.quod met.cau. & in l.ſi ob turpem.ff. de cond.ob turp.cau.

1 *Captura nulliter & abſque cauſæ cognitione conceſſa & facta, an poſſit reuocari die feriata.*

2 *Iudex qui parte non citata tenutam dedit, nullo temporis reſpectu habito, poteſt quod fecit, reuocare.*

3 *Poſſeſſor iniuſtus facto iudicis immiſſus, abſque citatione & cauſæ cognitione poteſt à poſſeſſione expelli.*

Fugitiuus eſſe cenſetur quis eo ipſo, quod eſt in banno poſitus.

4 *Contrahens cum aduena, quem ſcit illico receſſurum, non poteſt poſtea allegare eum de fuga ſuſpectum.*

DEcimoſextò & vltimò principaliter quæro, quædam à præcedentibus non tacta inſerendo. Et primò, vtrum ſicut die feriata poteſt capi fugitiuus, aut de fuga ſuſpectus, vt dixi ſuprà q.8.eodem modo
1 † ſi captura nulliter & ſine cauſæ cognitione cõceſſa & facta fuerit, die feriata poſſit reuocari. Bal. in l.dies feſtos.C.de feri.dicit quod ſicut poteſt fieri, ita reuocari.allegat glo.ſingul.in l.minor.in princ ff.de euict. præterea idem Bal.in l.ſi pacto quo pœnã.C.de pact. dicit quod ſi tenuta aut captura de facto ſit ſimpliciter, de facto reuocatur.allegat gl.in d.l.minor:& quia ſicut fuit facilis in mittendo, & ita debet eſſe facilis in extramittendo.l.1.§.1.ff.ſi muli.vent.nomine. Et ſub-
2 dit notabiliter, † quòd ſi iudex dedit tenutam parte non citata, vel fecit aliquẽ capi, debet ſimpliciter hoc reuocare ſine alicuius tẽporis citatione, quod eſt profectò mirabile.allegat Inn.in cap.querelam.de elect. idem latiùs tenuit Bal.in l.2.C.de ſeruit.& aqua.in 12. col.verſic.quarto quæro.vbi omnino vide.& in l.ſi.in 3.col.C.de edic.diui.Hoc idem ſecutus eſt Pontanus in ſuis notab.not.399. & hoc procedit ratione notoriæ iniuſtitiæ tenutæ vel capturæ nulliter conceſſæ: hinc dicere videtur idem Ponta.in l.2.ff.de re iudica. quòd licèt poſſeſſor etiam iniuſtus, nõ poſſit expelli, aut ſua poſſeſſione priuari abſque citatione, vt l.authoritate.& l.meminerint.C.vnde vi.& cap. inter quatuor.de maior.& obe.& c.in literis.de reſtit.ſpol.& c.
3 licèt epiſcopus.de præb.in 6. † tamen fallit in eo qui eſt iniuſtus poſſeſſor facto iudicis, qui immiſit in poſſeſſionẽ vel tenutam ſine cauſę cognitione: tunc enim iſte talis poteſt ſine citatione priuari ſua poſſeſſione vel detentatione, & ita dicit intelligendam glo.in d.l. minor.& Innoc.vbi ſuprà. vide de hac quæſtione per Modern.in l.1.§.nuntiatio.de ope.no.nun.& hoc perpetuò tene menti. ¶ Secundò eſt ſciendum, quòd ſtatim quod vnus eſt in banno poſitus, cenſetur eſſe in fuga, vt habetur in ti.de pa.tenen. §.ſi quis hominem. in vſi.feu.bene facit.l.ſi cùm Cornelius.& l.cum quis. ff.de ſolut.& quod habetur per Bal.& Mod.in l.rogaſti.§.ſi.ff.ſi cer.pet. ¶ Tertiò & vltimò ſciendum eſt, quòd Bald.in quibuſdam lecturis dixit in l. fiſtulas.ff.
4 de contrahen.empt. † ſi quis contrahat cum aduena illicò receſſuro, nõ poteſt eum allegare ſuſpectum & fugitiuum, ſi ſciebat eum aduenam, pro quo facit l.hęres abſens.§.ſi quis tutelam.ff.de iudi.& quod dixi ſuprà quæſt.6.principali, & tetigi in additione, ſed caue ne decipiaris: quia hoc debet intelligi ſane, quando rem emptam ſecum non portaret: quando verò rem ſecum portaret, tunc ſecus: quia licèt contrahens putare deberet ipſum receſſurum, non tamen debet putare illum receſſurum cum re, non ſoluto pretio, & ideo hoc caſu poteſt petere ipſum capi vt ſuſpectum & fugitiuum, ne detur occaſio recedendi cum re: vt l. ſi legationis.ff.de iudi. & hoc eſt quod notanter dixit Bald.in rubr.C.de reuocan.his quæ in fraud.cred.ibi omnino vide, & ſequuntur Moder.in l.qui bona.§.de illo.ff.de operis noui nuntia.vbi hoc tenet Pontan.& vide omnino Bald.in l.ſi donationis.C.de contrahenda emptione.

FINIS.

DE IVRE SISTENDI ET MANVVM INIECTIONE, QVAM VVLGÒ ARRESTATIONEM VOCANT, ſuccincta explicatio.

AVCTORE D. PETRO PECKIO ZIRICAEO, I.C.
& ordinario Iuris Profeſſore.

Summa Capitum huius Operis.

ARreſtum quid ſit, vnde dicatur. Cap.1
Quo iure arreſtum introducatur, & qua ratione ſuſtineatur. Cap.2
Quis res vel bona alterius ſiſtere ſeu arreſtare poſſit. Cap.3
Qui, aut quorum bona legitimè arreſteatur. Cap.4
Qui, & quorum bona ſeu res arreſtari non poſſint. Cap.5
Quo in loco arreſtatio fieri, vel nō fieri poſſit, Cap.6
Quo tempore arreſtū fieri, aut nō fieri poſſit. Cap.7
Cuius loci ſtatutum ad faciendum arreſtum ſpectandum ſit, & quæ conſuetudo, ſi in diuerſis locis alia & alia ſit, ſpectetur. Cap.8
De renuntiatione immunitatis & priuilegij de non arreſtando. Cap.9
Renuntiatio immunitatis an porrigatur ad hæredes. Cap.10
Quæ ſint neceſſaria, vt ad arreſtum perueniri poſſit. Cap.11
Vtrum arreſtum indebitè factū, ex alia iuſta cauſa confirmari poſſit. Cap 12
Qua actione teneatur, qui perſonā, aut res alterius indebitè arreſtari fecit. Cap.13
Arreſtatio quem fieri debeat. Cap.14
Vtrum Iudex per extraneum apparitorem arreſtare poſſit. Cap.15
An apparitores magni Senatus vbique arreſtare poſſint. Cap 16
De pœna apparitoris extra territorium arreſtantis. Cap.17
Quæ ſit pœna falſi & ſimulati apparitoris. Cap.18
De apparitore, metu, precibus, vel ſordibus victo, & arreſtum non faciente. Cap.19
Arreſtatus an credere apparitori debeat. Cap.20
Apparitori referēti ſe aliquem arreſtaſſe, an ſit credendum. Cap.21
Quis ſalarium apparitori ſoluat. Cap.22
De eo qui arreſtum violat. Cap.23
Arreſtanti apparitori an liceat reſiſtere. Cap.24
Arreſtanti reſiſtens, eandémque verberās, quo pacto puniatur Cap.25
De his qui arreſtatos eximunt, aut occultant in necem creditorum. Cap.26
Debitore fugiente, quomodo Commentarienſis teneatur. Cap.27
Debitor arreſtatus, quomodo ali & retractari debeat. Cap.28
Contractus cum arreſtato factus, an infirmari poſſit. Cap.29
De cuſtodia & periculo rerum quæ arreſtata fuerunt. Cap 30
Arreſtum qua ratione relaxetur. Cap.31
Arreſti reſolutio cuius authoritate fiat. Cap 32
Debitor an poſſet ab alijs recommendari in arreſto & aggrauari. Cap.33
Debitor an poſſit pro expenſis carceris à Commentarienſi retineri. Cap.34
De pacto quo alius debitum arreſtati in ſe ſuſcepit, & non ſoluit. Cap.35

Arreſtum quid ſit, & vnde dicatur.

Cap. I.

1 *Sententiæ ſupremarum curiarum cur arreſta dicta ſint.*
2 *A ſententijs ſupremæ curiæ non appellatur.*
3 *Clauſula hæc, quia tale eſt noſtrū placitum, quid ſignificet.*
4 *Arreſtare quid.*
5 *Arreſtare, & prahendere, quomodo differant.*

1 VARIA eſt arreſti appellatio. Supremorum enim tribunalium ſententiæ vulgò arreſta appellaotur, fortè à Græco verbo ἄρρηκτον, quòd ſignificat incorruptum, inuiolatumq́;, quod in illis ſupremis curiis ſententiæ incorruptæ & iuſtiſſimæ exeant, aut certè exire deberent, quæ inuiolatæ manent, nullaq́; prouocatione, ſeu appellatione infringi aut ſuſpendi poſſunt, l. prima. ff. à quib. app. non lic. Credit enim princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam,
2 explorata eorum fide ac grauitate, ad huius officij multitudinem aſſumuntur, non aliter iudicaturos eſſe

eſſe pro ſapientia & ſuce dignitatis ſuę, quam ipſe ſo
ret iudicaturus. l. 1. C. de offic. Præt. ideoque arreſtum
eiuſmodi, prætextu iniquitatis damnari non poteſt.
leg. ſi quis. vbi id no. Cyn. & Salic. C. de precib. imp.
offer. Budæus verò ad l. fi. ff. de Senat. & Budæum ſe-
cutus Franciſcus Conanus lib. 1. Comment. Iuris Ci-
uilis, capitu. vltim. numero 9. ἄρεστον Græcè, Latinè
placitum & decretum dici exiſtimat, ſicut in Regiis
diplomatibus poſt declaratas breuiter rationes, qui-
bus adductus eſt Princeps, vt quid iubeat, vetet, aut
3 permittat, poſtrema hęc tanquam rationum omnium
clauſula ſubijcitur. *Et quia tale eſt noſtrum placitum*,
Quibus verbis, voluntatem pro iuſto Imperio & ra-
tione habendam eſſe non cenſet Princeps: ſed vult in-
telligi rem illam ſe de ſuorum procerum conſilio ſta-
tuiſſe. Quamobrem placere principi putauit Vlpia-
nus, quòd ratione & conſilio ab eo factum eſſet. Nam
ciuilibus legibus, & vt ait Dion, ſcripto iure ſolutus
eſt. Cæterum naturali lege tam eſt adſtrictus, quã qui-
uis noſtrum, aut etiam multò magis. Prior explicatio
magis placet multis. Nam vt Rebuffus in conſt. Re-
gias, Tomo 2. tit. vt contrac. tex. ſent. & alij omnes ac.
Gallic. concip. verb. gl. 2. ait Placitum non magis cõ-
uenit Parlamentis ſupremiſque curiis, quàm inferio-
ribus, quia etiam ſententiæ inferiorum iudicum, arre-
ſta, id eſt, placita, dici poſſent, niſi per Antonomaſiã
dicas. Sed ita (inquit) de omnibus rebus dici poſſet,
quòd citatio, litis cõteſtatio, & omnia quæ Parlamẽ-
tis & curiis conueniunt, per Antonomaſiam de Par-
lamentis intelligeremur.

4 Alio modo arreſtum, prout nec Græca, nec Lati-
na, ſed merè Gallica vox eſt, ſignificat impedimentũ
ſiue interdictũ; ne res aut perſona, loco aut ſtatu ſuo
moueatur. Eſtque arreſtatio, iniectio manuum, cũ ali-
cui à magiſtratu interdicitur, ne excedat ex eo loco
in quo inuentus eſt, niſi rebus cum eo compoſitis, qui
de illo apud iudicem quæſtus eſt. Pyrrhus ad conſue-
tud. Aurel. Rubr. de execu. inſtrumen. c. 12. Lagus in
ſua Methodo, c. de execu. rei iudica. vbi etiam cũ res
alicuius quacunque ex cauſa pro ſecuritate noſtra, au-
thoritate publica detinetur, ita vt nobis inuitis ex lo-
cõ illo, negotio nondũ ſopito auferri non poſſit. Qua
ratione, ſunt qui arreſtare idẽ eſſe dixerũt, quod gra-
dum ſiſtere: quia poſtquam arreſtum factum eſt, ibi
ſiſtendum eſt. idem Pyrrhus d. loco titu. de execut. ex
locato, c. 7. verſ. Habes caſum. Porrò autem Cardina-
lis ad clemen. 1. De hęre. exiſtimat arreſtationem abſ-
que manuum iniectione fieri: pręhenſionem verò, ſi-
ne manuum iniectione fieri non poſſe. quod etiã verũ
eſſe aſſerit Molinæus ad conſuetu. Pariſien. tit. 2. glo.
5 1. ad verbum, *arreſter*. nu. 3. verſi. & dicendum, quia ſi-
cut plus eſt rem aliquam præhendere, quàm impedi-
re: ita plus eſt perſonam capere, quàm impedire vel
interdicere, ſeu vt vulgò dicunt, arreſtare. Eodẽ etiã
loco. nu. 11. & ſeq. latius explicat, quid arreſtum cum
ſequeſtratione, & miſſione in poſſeſſionem bonorum
commune habet, & quatenus ab vtraque diſtingua-
tur, quod & Paulum Pariſium quoque conſi. 107. nu.
72. lib. 3. feciſſe video, quæ omnia nos hoc vno loco
referre, non exiſtimamus eſſe neceſſarium. De hoc
autem arreſto dicere inſtituimus.

Quo iure arreſtum introductum ſit, & qua ratione ſuſtineatur. Cap. 2.

*1 Debitor fugitiuus propria authoritate capi po-
teſt.*
*2 Animal in agro alieno repertum, an retineri
queat.*
*3 Debitoris non ſoluentis quod olim ſupplicium
fuerit.*
4 Incipere ab executione non licet.
5 Arreſtatio quatenus iure ſit permiſſa.
6 Arreſti introducendi quæ fuerit ratio.
7 Arreſti vſus an ſit fauorabilis.

ILLVD in primis quæri poteſt, quo iure
iſtiuſmodi arreſtum ſuſtineatur. Sũt qui
exiſtimãt ex l. fi. C. vbi in rem act. exerc.
debe. probari, quod ſi quis equum, vel
aliam rẽ debitoris ſui forenſis hic inuenerit, ſiſtere &
arreſtare eam poſſit. Verba legis hæc ſunt, Actor rei
forum, ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit actio, ſequa-
tur. Sed & in locis, in quibus res, propter quas contẽ-
ditur, conſtitutæ ſunt, iubemus in rem actionem ad-
uerſus poſſidentem moueri. In cuius legis explicatio-
ne, diſputant Interpretes, an forenſis cum equo alie-
no per hanc ciuitatem tranſiens, conueniri poſſit. Quę
quæſtio propriè huc non pertinet, quia de ſola vindi-
catione non quærimus, in qua propter præſentẽ poſ-
ſeſſionem, aliquid amplius domino rei tribuendum
eſſe videri poſſet. Ipſeque Accurſius ibi res mobiles
non niſi ſuſpicione aduerſus debentem militante, de-
tineri poſſe reſpondit, ad quam ſuſpicionis exiſtẽtiã,
vſum arreſtorum non reſtringi conſtat. Sic cum æqui
tas poſtulat, lex concedit, debitorem fugitiuum, vel de
1 fuga ſuſpectum capi & detineri. l. Ait prætor. §. ſi de-
bitorem. ff. Quæ in fraudem creditorum. Permittit
etiam, ſi periculum ſit, damnum datum non recupe-
rari, & ſi dominus ignoretur, animal à quo damnum
acceptum eſt, retineri, & non aliter. Nã alioqui, quã-
uis alienum pecus in agro ſuo quis deprehẽderit, (in-
2 quit Pomponius) ſic illud expellere debet, quomodo
ſi ſuũ deprehendiſſet: quia ſi quid ex eare damni ac-
ceperit, habet proprias actiones. Itaq; qui pecus alie-
num in agro ſuo deprehendit, nõ iure id includit, nec
agere illud aliter debet, quam ſuprà diximus, quaſi
ſuũ: ſed vel abigere debet, ſine damno, vel admonere
dominum ſuum, vt recipiat. Arreſtum verò quo ho-
die nihil vſitatius eſt, tam arctis finib. non concludi-
tur, latiuſque patet, & ad neceſſitatem aliquã ſemper
non reſtringitur, eiuſque vſus etiam ex ſola vtilitate
agentis conſiſtit. Qua ratione permoti alij, aſſerunt,
3 leges nuſquam huius cohibitionis mentionem face-
re, cuius exemplum olim in LL. 12. tab. extitiſſe vide-
tur. Qua vt lib. 20. c. 1. teſtatur Gellius, confeſſis, con-
uictiſque debitorib. decem dies ad quærendam pecu-
niam dati fuerunt, intra quos ſi non feciſſet ſolutionẽ
contracti æris alieni, facta eſt manuum iniectio, &
neruo ac compedibus vincti ſunt. Quam legis 12. tab.
duritiem, ius noſtrum non patitur, ſed econtrà prohi-
bet, ne homines priuati, debitores ſuos tanquam iu-
menta ergaſtulis includant: præterquam quod admit-
tit, debitorem qui decoxit & obæratus eſt, (modo de
fuga ſuſpicio ſit) præhendi, & cuſtodia detineri poſſe.
l. 1. & aliis ll. C. qui bo. ced. poſſ. Conſtat ſane, omniũ
actionum inſtituendarum principium ab ea parte edi
cti proficiſci, qua Prætor edicit. de in ius vocando. §.
fi. Iuſti. de pœ. tem. litig. Ideoque creditorem ab exe-
ne, cuius ſpecies eſt arreſtatio, teſte Molinæo ad con-
ſuet. Pariſ. par. 2. ti. 2. gl. 1. n. 4. inuerſo iuris ordine, in-
4 cipere non poſſe. l. 1. C. de exec. rei iudic. l. ſi nulla, ff.
de re iudic. Oportet enim debitorem primò conuin-
ci, & ſic deinde ad ſolutionem pulſari. l. vnic. C. de ſeq.
pecu-

pecu.ue commoditate poſſeſſionis,& veluti fruitione
libertatis ſuę,quę maxima eſt,priuetur:adeo vt Iudex
à præcepto incipiens, partiq; aduerſæ deliberationis
tempora denegans,nulliter agit,nulloq; iure manda-
tum ſuum defendere poteſt,l.prolatum.C.ſen.Bal.ad
leg nec quicquam §.col.2.ff.de offic.Procon.l.hęres
in fi ff.de Iudic.quia executio fit officio iudicis mer-
cenario,q ſententiæ deſeruit, neque prius naſcitur,
quam ſententia tranſeat in rem iudicatam,licet actio
iudicati,ex quaſi contractu io ipſa ſententia oriatur.
Bald.ad d.l.1.Sunt quidem caſus, in quibus rerũ ne-
ceſſitas efficit vt ab executione incipiatur,& etiã ante
iudicatum,æquitatis intuitu permittatur manuũ inie-
ctio ſeu detentio,Feli.ad c.2.de offic.iud.deleg.in fi.
Alber.& alij ad d.l.1.in quos ſi reſpicias,ſatendũ erit,
arreſtationem iuri communi eſſe conformem, ſeu
potius ex eo naſci & prodire. Quatenus verò vlterius
egreditur,& ad quamcunque pene perſonam ſeu cau-
ſam ſe porrigit, ſcriptis legibus aduerſatur. Zaſius,
num.9.Iaſon 10 1 2.limit.l.finali ff.de iuriſd.om. iud.
veluti ſi ciuem Mechlinienſem præpotentem & diui-
tem, qui in ſuo tam propinquo foro facilè conueniri
poſſet,hic Louanij arreſtari curem.Nulla hic neceſſi-
tas ſubeſt,nullum fugæ periculum, ſola conueniendi
in meo foro vtilitas,& commoditas ſpectatur aduer-
ſus communes regulas,quibus cautum eſt, actorem,
rei forum ſequi debere.l.2.C.de iuriſdict.om. iud. e.
cum ſit. De foro compet. Quomodo intelligendum
eſſe exiſtimo, q loco mox citato voluit Moliniæus,
dum ait,quòd regulariter prohibita eſt arreſtatio,niſi
quatenus iure, conſuetudine, aut priuilegio apparet
eſſe permiſſa.l.negantes. C.de act.& oblig. Vnde fit
quod dubitem,vtrum Abbas conſ.42.lib.2.& Abba-
tem ſecutus Caſtrenſis conſ.59.bene dixerit, nullius
momenti ſtatutum eſſe, quo nulla verbali citatione
præcedẽte, captura permittitur,qua de re plura apud
Boërium ac conſuet.Bituricen.Tit.1.§.13.videre li-
6 cet.Ratio autem huius conſuetudinis eſt generalis,ad
vitandum ſumptus & expenſas, quæ fieri poſſent, ad
proſequendum debitorem,alibi commorantem: nẽ-
pe quod aliquando plus in proſecutionem ſolutionis
debiti expenderetur,quam valeret,contra l.mediter-
ranea.C.de anno è trib.lib.10. meliuſque eſt in tẽpo-
re occurrere, quam poſt receſſum rem perſequi. l. 1.
C.quã lic.vnicuique ſine iud.Rebuff.ad conſtit. Reg.
7 tomo 1.tract.de lit.oblig.art.6.gl.3.nu.41.Ex quibus
omnibus facilè intelligi poteſt,an vſus arreſtorũ tan-
quam fauorabilis, extendẽdus:an potius veluti odio-
ſus reſtringendus & coarctandus ſit,quod non modi-
cam in ſe vtilitatem habet. Aug.Beroius q.57.incip.
Statuto,num.3. Huiuſmodi ſtatuta inquit contra ius
commune & exorbitantia dicuntur, vt colligitur ex
iis quæ volunt Ang.Io.de Imo.& Alex.ad l. ſi cũ do-
tem.col.3.§.eo tempore.ff.ſol. mat.ergo reſtringẽda
ſunt,vt minus derogent iuri communi quam poſſunt,
c.quæ contra.de reg.iur.in 6. & ita ſunt intelligenda,
vt in cæteris cum iure communi concordent, & pro-
priè ac verè in caſu in quo loquuntur, dũtaxat locum
habeant,non autem ad alium, ſub illorum verbis non
comprehenſum,trahantur.Anton.in c.cum dilectus,
de conſuet.cap.dudum, de Priuilegi. quia hoc com-
mune & vulgare eſt, quòd ſi ſtatutum eſt contra ius
commune,certè ſit ſtrictè interpretãdum. l. quod ve-
rò. ff. de legib. & quicquid eſt contra ius commune,
ſimul etiam ſtricti iuris eſt,teſte Bart.ad l. Cæſar. ver.
ſecundò quæro. ff. de publ. ſimulque etiam odioſum
eſt,Panor.in c.quia in 3.not.de priuileg.& ad c.olim;
de verb.ſigu.& conſ.1.lib.1 Corneus conſ.89. lib. 3.
& conſil.27.lib.4. in quibus locis hoc veluti axioma
aſcribũt,omnis receſſus à iure communi, eſt odioſus.
l.cùm quidam.ff. de lib. & poſthu. Et odioſa omnia
ſunt ſtricti iuris.Bald.ad l.non poſſunt,in 2.lect.ff.de
legib.qua de re pulchrè Tiraquellus de vtroq; retrac.
in præfatione.num.62.cum multis ſequent.

Qui res vel bona alterius ſiſtere ſeu arreſtare poſſit. Cap. 3.

1 *Creditor excommunicatus an arreſtare poſſit.*
2 *Hoſpites an arreſtare viatorem pro expenſis queant.*
3 *Procurator creditoris quo modo arreſtum impetret.*
4 *Ceſſionarius vtrum iure arreſti vtatur.*
5 *Portitor literarum cum clauſula, Eius qui hanc feret, rectè arreſtum aduerſus debitorem petit.*
6 *Conſors litis quo caſu licitè arreſtari faciat.*
7 *Quid de ſocio dicendum ſit.*
8 *Coniuncta perſona an hoc iure vtatur.*
9 *Hæres creditoris an rectè arreſtum petat.*
10 *Scholaris creditor vtrum rectè ſiſtat debitorem.*
11 *Suburbani homines iure ciuium gaudent.*

HIs ita præmiſſis,quis vel res, vel perſonam alte-
rius arreſtare vel detinere poſſit,diſpiciendũ eſt.
Et principio quidem de creditore, cui quid quacun-
que ex cauſa legitima debetur,non dubium eſt.Ipſius
enim cauſa & ratione, vſus arreſtorum potiſſimum
introductus eſt:adeo vt etiam excommunicatus,quã-
tumuis canonibus & legibus exoſus, à fruitione eorũ
non repellatur.Franciſc.Ripa ad cap.1,nu.88.de Iud.
Panorm.ad c.cum inter.de excepr. Siquidem regula
generalis eſt,q excommunicatus agens aduerſus de-
bitorem ſuum,à limine iudiciorum repelli poſſit, ca.
intelleximus,de iud. etiamſi per procuratorem ſuum
actionem ſuam intendere velit.c.cùm inter.& ibi Fe-
lin.& alij,de excepr.quia procuratoris perſonam, ex
perſona conſtituentis metimur,cle.penul.de procur.
quo modo neque accuſare, c.1.quæ. 1.neque ſuã aut
ſuorum iniuriam proſequi,gl.ad c.omnibus.4.quæſt.
vlt.Frede.conſ.116.Ancho.ad c.1.de reſcrip.in 6.ne-
que ſpoliatus reſtitutionẽ petere poteſt.c.ex inſinua-
tione de procur.c.1.23.diſt.eſtq; infamis, c. infames.
6.q.1.Roma.ſing.675. & vir nõ bonus eſſe præſumi-
tur.Ant.de Butr.ad c.cum dilect.de purg.Can.Socin.
conſ.45.incip.viſa appellatione.col.2.verſ. quis autẽ
dubitat.lib.1.Ea tamen regula, vt omnes ferè ſolent,
reſtringitur,vt deficiat quando debitor excũmunica-
ti,de fuga ſuſpectus eſt. Abb.ad cap.2.de excepr.Lex
enim actionis exercitium ipſi aufert ad tempus, quia
ſine ſcandalo inter Chriſti fideles verſari non poteſt:
actionem tamen ipſi non adimit,præterquam q præ-
ſcriptionis rigorem aduerſus eum currere ſinit, ſi ab-
ſolutionis beneficium impetrare potuit, & tãto tem-
pore neglexit.Bal.ad c.1.in fin.de præſcripr. gl. ad c.
quia diuerſitatem,ad verbum ſuſpenſionis, de cõceſ.
præbend. quia qui poteſt facere vt poſſit, iam poſſe
videtur.l.qui poteſt.ff.de reg.iur.Eaq; ratione Felin.
ad d.c.2.num.16.non aliter creditori excommunica-
to debitoris fugitiui præhenſionem & arreſtationem
cõcedit,quam ſi periculum ſit in mora,ita vt interim

à iudice, vel à ſuperiore abſolutionem impetrare non poſſit. Cui non refragatur dictum c. Quia vbi nõ currit tempus præſcriptionis impedito, licèt impedimẽtum culpa eius euenerit. Ita enim illud accipi & intelligi debet ſi in petenda abſolutione negligẽs nõ fuit. Baldus in tractat. præſcrip. 4. par. 4. partis principalis, quæſt. 3. n. 6. col. verſ. Sed puto ꝙ iſta deciſio. Ex quibus ſatis colligi poſſe exiſtimo, non indiſtinctè conceſſam eſſe facultatem excommunicato, vt ſuum debitorem extraneum ſiſtere & arreſtare poſſit: ſed ſuſpectum de fuga vagabundum, & nullo certo loco domicilium fouentem duntaxat, non etiam illum, qui facultatibus idoneus eſt, & in ſuo foro atque domicilio facilè conueniri poteſt hoc enim aliquali præiudicio, facilius induceretur ad veri æterniq; luminis agnitionem. Et cum præhenſionis arreſtationiſq; eiuſmodi vſus, quatenus de fuga ſuſpecti debitoris limites excedit, iuri communi aduerſetur quod ſuperiore capite diximus: ſtrictè accipi atq; interpretari, nõ etiam ampliari, & ad homines legibus odibiles prorogari debet. c. odia de reg. Iur.

Hinc etiam intelligimus, hoſpites & caupones, cũ creditores ſint, pro conſumptis ius detentionis ac arreſtationis habere. Cũ enim publicè interſit caupones eſſe, apud quos extranei & aduenæ recipiantur. l. nauta. ff. vt nautæ. caupo. ſtab. publica vtilitas exigit, vt iis citiſſimè ſoluatur, ne tædio affecti, ab inſtituto deſiſtant quod ad rem ſubiectam not. Pyrrh. ad conſuet. Aurelia. tit. de execu. ex locato. c. 7.

Secundò, & is arreſti ac præhenſionis iure vtitur, qui creditoris procurator eſt, Ripa ad c. 1. num. 88. de iud. Iaſon. ad §. 1. Inſtit. de actio. Hippol. ad l. 1. num. 102. ff. ad l. Cornel. de ſicar. gl. vnica & ſingularis ad l. 1. iuncto textu. C. vbi quis de curiali, &c. facit ad hoc l. refectionis verſ. ego. & ibi Caſtren. ff. communi prædio. vbi dicitur, ꝙ illud, quòd poſſum facere per me, poſſum etiam facere per miniſtros meos ad hoc neceſſarios, cuiuſmodi ſunt procuratores. leg. 1. ff. de procurat. & conceſſo vno, omnia videntur eſſe cõceſſa, per quæ peruenitur ad illud. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudicum. Roma. ſing. 175. incip. conceſſo. Rebuffus expreſsè hoc de arreſto affirmat. ad ord. reg. tom. pri. art. 6 gloſ. 5. num. 59. verſ. & non ſolum. Quid enim ſi Titio mandatum dedero, vt meo nomine aduerſus Semponium debitorem agat? vtique & hæc mea videtur fuiſſe cogitatio, vt inuentum alibi, arreſtari faciat, & contra arreſtatum actionem intendat. Sed ꝙ ſpeciale mandatum requiratur, videri poſſet, cum ad relaxationem eius, qui detentus eſt, poſtulandũ, ſpeciale mandatum requiratur. Bartol. conſ. 84. incip. In cauſa Statij, lib. 1. Fauorabilior autem eſt relaxatio, quam apprehenſio & detentio. l. Arrianus. ff. de act. & obl. l. abſentem. ff. de pœnis. Tum verò, quãdo agitur de graui præiudicio afficiendi perſonam, requiritur, mandatum ſpeciatim & nominatim eſſe datũ ad illum actum l. nõ ſolùm. §. fi. ff. de procur. Atqui graue præiudicium ex arreſto eſt, & ſpeciem quandã ſeruitutis continet, arg. l. 1. & 2. ff. de libe. ho. exhib. & expreſsè Roma. conſ. 60. incip. mandatum, ait, ad capiendam alicuius debitoris perſonam, mãdatum ſpeciale requiri: quia certum eſt, ꝙ ſine ſpeciali mãdato, non poteſt procurator admitti ad faciendum ea, per quæ dominus in pœnam incidere poſſet. l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicent. l. ſi procurator. ff. ꝙ quiſque iur. Sed per capturam, vel arreſtationem iniuſtã, poſſet dominus in pœnã incidere. Igitur ſine ſpeciali mandato hoc procurator non poteſt, ne quando iniuſtè detentus contra creditorem agat, vel ad pœnã ex forma ſtatuti, vel ad id ꝙ intereſt ex iure cõmuni, neget ſe de capiendo & arreſtando mandaſſe. Adde ꝙ Vlpia. nõ omnes actiones per procuratorem inſtitui poſſe reſpondit, & ſpeciale mandatum requiri ait, vt liberi qui in poteſtate abſentis eſſe dicũtur, ducãtur. l. Pomponius, in princ. ff. de procur. qua ratione & Felinus quoque ad c. primi. nu. 11. verſ. itaque, de Iud. Bart. ſecutum eſſe video. Contra tamen Alex. cõſ. 133. incip. circa executionem inſtrumenti lib. 6. reſpõdit ſpeciale mandatum non requiri: quia regulæ, qua traditur tantùm operari generale mandatum quo ad genus, quantum ſpeciale quo ad ſpeciem. l. 1. ff. ꝙ iuſſu, certis tantum caſibus derogatur. Rebuff. ad cõcord. inter Papam Leonem & regem Galliæ Rubr. de elec. derogat. ad verbum, Speciale, inter quos iſte non reperitur: adeoq; incluſio, expreſſioque aliquorum, excluſionem aliorum operatur, c. nonne, de præſumpt. Sic & Ang ad l. generali. C. de decur. lib. 10. ait, procuratorem conſtitutum ad petendam pecuniam a debitore, poſſe eundem debitorem fugientem capere, ſicut creditor ipſe potuiſſet. Sed & Ioan. Bap. Caccialup. in tract. de debit. ſuſpect. 2. quæſt. princ. hanc eandem ſententiam ſecutus, ait, ꝙ cum talis procurator habet mandatum ad cauſas, lites, ſeu ad agendũ: mandato conſequenti videtur mãdatum eſſe & omne neceſſarium antecedens. l. ad rem mobilem. l. ad legatũ. ff. de procurat. l. quamuis. C. de fideiuſſ. & procurator omnia facere poteſt, quæ non inueniuntur prohibita. l. prin. §. vſus. ff. de procurator. Neque mouet, quod in aduerſantis opinionis confirmationem allegant nonnulli, procuratorem ad lites ſeu cauſas & ad agẽdum, executionem ſententiæ poſtulare non poſſe. Bartolus & alij ad l. hoc iure ff. de ſolut. quia hic nulla petitur executio ſententiæ iam latæ, vel iudicij finiti: ſed futurum iudicium per arreſtum præparatur, vnde poteſtas procuratoris non eſt finita. Caſt. ad dict. l. hoc iure. Ioan. Bap. d. loco, nu. 3. Sic & quod Bart. de exemptione & relaxatione incarcerati ſcriptum reliquit, pleriſq; diſplicet. Etenim d. l. Pomponius & l. 3. §. 1. ff. de lib. ho. exhib. quibus nititur ſuam ſententiã Bart. confirmare, alio & diuerſo caſu intelliguntur. ſ. quãdo ille, qui petebat detentum eximi, non cõparebat tanquam procurator detenti, ſed tãquam procurator alterius, cuius detentum eximi, intererat, Alex. d. conſ. num. 11. verſ. non obſtat, Roma. quoque conſ. 241. incip. Spectabiles domini, verſ. primum ꝙ aduerſarij col. fi. falſiſſimam eſſe ait Bar. opinionem, ex eo quod coniuncta perſona ad agendum non admittitur pro coniuncta perſona, in his caſibus, qui ſpeciale mãdatum requirunt, l. 2 ff. vt legat. no. c. gl. ad l. exigẽdi. C. de procurat. Ideoq; cùm conſtet coniũctam perſonã admitti ad petendam incarcerati relaxationem, abſq; mandato, l. 3. §. ꝙ ſi mulier. ff. de lib. ho. exhib. ſequitur, ſpeciale mandatum minimè eſſe neceſſariũ. Nec vim facit inquit d. l. Põponius, quia loquitur in petitione exemptionis eius perſonæ, quæ eſt ſub poteſtate paterna: nos autẽ loquimur in exemptione eius, qui eſt ſui iuris, & de vno ad aliũ non procedit arg d. l. 1. §. in hoc. ff. de lib. ho. exhib. Quæ ſolutio, etſi non ſit ſatis exacta & peremptoria, diligentius tamen inſpecta facilè ſatisfacit doctis. Porrò autem exiſtimo, vtramq; opinionem iuſta diſtinctione iuuari poſſe. ſ. vt liceat procuratori ad agendum conſtituto, debitorem arreſtare & detinere: niſi illius ſit dignitatis, ſplendoris & eminẽtiæ, vt veriſimile ſit, creditorem ipſum, eiuſmodi debitorem arreſtare noluiſſe, arg. d. l. non ſolũ §. fi. Procuratoris enim poteſtas, ad rationem & cõſuetudinem agendi creditoris, à quo conſtituitur, formari, regulari,

zed by Google

regulari,extēdi,& ampliari ſolet.l.1.& aliæ plures. ff. mandati. Nam & ſatelles,ſeu ſeruiens, qui generalem haber ex more poteſtatem citandi ſeu detinendi perſonas debitorum,citra ſpeciale mandatum officiū ſuū non extendit ad egregias perſonas:quia non eſt veriſſimilè hoc permittere voluiſſe eos,qui eum cōſtituerunt ad actus eiuſmodi exercēdos,Felin.in d.c.1.col. 5.qua de re latiùs inferiùs dicetur.

Sed vt omnis ambiguitas ceſſet , ratihabitio ſufficiet etiā in his quæ requirunt ſpeciale mandatū. l. ꝙ ſi de ſpeciali §.1.ff.de minori.Bal.ad l. ſi maritus. C. mād. Ang.ad l.licèt.ff.de iud. Et ideo ſi præhēſio ſine mandato ſpeciali facta eſt,exiſtimat Alc.d.conſ.133. nu.8.verſ.poſſet etiam ſufficere, ſi creditor id ꝙ factū eſt à procuratore,ratum habendo cōfirmet,qua de re admodum dubito,propterea ꝙ id nullum eſt, confirmari non poſſet,quia caret fundamento.

4 Tertiò,qui ius ſibi à creditore ceſſum habet,arreſtare poteſt.Rom.conſ.142.incip. quia ceſſionarius. Rebuff.ad ordin.reg.tomo 1.ar.6.gl.3.nu. 42.verſ.& quia meliùs eſt.Bal.ad l.per diuerſas, quæſtio. 10. C. mand. Nam cùm in eum tranſlatę ſint actiones,repręſentat iuris interpretatione primum creditorem.l. 2. C.de don. diciturque in qualiber diſpoſitione creditor.l.ab Anaſtaſio,in verbo alium creditorē. C. mād. & in libello ſe creditorem appellare poteſt. Bal. ad l. 1.quæſt.vlt.C.de act. & oblig. niſi diuerſa aut legiſlatoris,aut ſtatuentium mēs argueretur:vt quia eius rei facta eſſet ceſſio,quæ iure cedi non poſſet.l.ſi mulier. §.ex aſſe.ff.de iur.dot.E contrà verò,reus propriè ceſſionarij debitor appellatur , quia ab eo inuito extorqueri pecunia poteſt.l.debitor. ff.de verb.ſignific.& ſine exceptionis ope actio aduerſus eum competit. l. poſtquam. C.de hæred.vendit.o.l.emptori.ff.illo tit. & generale eſt, quod in fauorem ceſſionarij executio fieri poteſt,dummodu(vt quidam aiunt) fiat ea perſona cedentis,quod ceſſionarius dicere tenetur, licèt fiat ad ipſius vtilitatem.l.ſeruo.§.ſi.ff. ad Trebellia. Ang.& Imo.ad ille à quo.§.vtrum.eo.tit.& maximè, quando adpoſita eſſet illa clauſula in inſtrumēto ceſſionis,quod cedens ponit ceſſionarium in locū ſuum, Bart.in l.in prouinciali.ff.de noui.oper.nuntiat. Vnde cùm ceſſionarius dicatur creditor,fiet & permittetur illi ſicut creditori executio & arreſtatio. Bal. ad l. 1.in fi.C.de act.& oblig.& ad d.l.per diuerſas,quęſt. 10.C.mand.vt lites breuiores exiſtant, & ſumptus litium vitetur.Verùm Rebuff.d.loco & art.gl.2.n. 18. in fin.aſſerit,in foro non obſeruari iſtud : ſed ſufficere quòd ceſſionarius petat executionē nomine ſuo proprio , cùm vtiles actiones habeat neque ſeruiens vel apparitor iſta curat. Quòd ſi opponatur corā iudice, executionem ſeu arreſtationem nomine ceſſionarij eſſe factam,probabit ceſſionem præceſſiſſe,& ita ſeruari ait.Quamuis verò lex vel ſtatutum permittat petente creditore debitorem in carcerem duci, non ducet tamen ceſſionarius, niſi ceſſione demonſtrata , & niſi denontiauerit debitori ceſſionem ſibi eſſe factā: cum propter ignorantiam nihil poſſit imputari ei,qui non ſoluerit.Alc.ad l.1.num.74.ff. ſi certum petat,& ad l.quoties,num.69.ff.de no.op.nuntiatione.dicens ſe vidiſſe ſæpiſſimè à carceribus dimitti obæratos viros ob id,ſeu non legitimè detentos,& probat Bal.d. quæſt.10.Hippol.ſing.26.Boërius quæſt.10. Inno.ad c.quia , de iud. Vſu tamen receptum eſſe aſſerit idem Rebuff.non oſtenſa aliaque ceſſione, eiuſmodi quid fieri poſſe,niſi peteretur:quemadmodum & in ceſſionario denuntiante debitori,ne ſoluat creditori,nū eſt ei neceſſe inſtrumentum ceſſionis oſtendere , ac nec cauſam quidem huius denuntiationis exprimere,niſi petatur,quod pluribus & diuerſis authoritatibus , legibus,ac reſponſis confirmat Tiraq.in libro de vtroque retract.§.1.gl.10.nu.105.verſ.ſed conſequenter, ſufficitque in progreſſu cauſæ hæc producere.Quidā verò,ꝙ ceſſionarius in initio teneatur fidem ceſſionis facere,ita verum eſſe intelligunt , ſi nomine cedentis agat:ſecus,ſi ſuo & vtili actione, quia tunc ſufficit id fieri poſt litem conteſtatam.Spec.in tit.de ceſ.§.1.& in tit.de inſtr.edit.§.nunc dicamus, verſ.ſed quid ecce.Auferius deciſ.cap.Tholoſa.quæſt.3. Decius cōſ. 302.Rota deci.34.in nou.Doct.ad auth.ſi quis in aliquo.C.de eden. Nos de ea re latius ſub eo capite dicemus,quo quæ neceſſaria ſunt ad arreſtum impetrādum , explicabimus : egregiamque operam in huius articuli explicatione poſuit D. Rodericus ad l. Poſt rem in 7.extenſione.ff.de re iud.ſol.571.

5 Quartò huc etiam pertinere exiſtimo portatorem ſeu latorem literarum.Solet enim Titio creditori,vel portatori literarum,debitor promittere,& ideo iuxta ſuam obligationem tenetur l.iuriſgentium.§.ait prætor.ff.de pact.Rebuff.d.loco,tomo 1.art.1.gl.9.n.33. verſ.poterit tamen executionem,ita tamen,vt portitor ille reddat literas obligatorias, & cautionem indemnitatis præſter.l.diſſolutæ,& ibi Bal. C.de cond. ob cauſ ꝙ idem Rebuff.artic.2.gl.1.nu.75.verſ.præterea ſi quis,per Senatum iudicatum fuiſſe ait. Nihilominus tamen loco prius citato,num.34. reſpondit, non requiri ꝙ is qui defert literas ſeu inſtrumentum, probet ſibi à creditore illud eſſe traditum, quia poſtquam illud habet,præſumitur ſibi ab eo, vel eius voluntate traditum eſſe.Ioan.Gallus,in quæſt. per arreſta.quæſt.4.Boërius deciſ.154.incip.aliud ortum,per l.Labeo.& l.ſeq.ff. de pact. alioquin enim præſumeretur ſubtractio & delictum , contra l. merita. ff. pro ſocio.

6 Quintò arreſtum poſtulare poteſt cōſors litis , qui pro conſorte agere & excipere poteſt.l.2. C. de conſort.litis.Bellonus conſ.26. nu. 5. quia negotium eſt commune.Sed hoc reſtringitur,vt verum ſit,dūmodo aliàs habilis ſit ad agendum : quia conſortium nō poteſt duos ſupplere defectus,videlicet defectū mandati,& defectum perſonæ, cum duo ſpecialia cōcurrere non poſſint.l 1 C.de dotis promiſ.Doct.ad Clement. religioſus,de procurat.Franciſcus verò à Ripa , ad c. cùm omnes,de conſtit.nu.59.verſ.ex præmiſſis, latiùs hæc ſuo more expendens, vtraque & multa hincinde diſputans,limitans,& diſtinguens , tandem nouē eſſe neceſſaria,ait vt conſors litis pro conſorte agere poſſit,ꝙ & ego ad arreſtum antecedens trahendum reor. Primò,ꝙ cauſa ſit ciuilis: Secundò , ꝙ lis ſimul ſit ab omnibus conteſtata , quid enim ſi litē conteſtata ſuſpectus fiat de fuga debitor? Tertiò, quòd conſortes non prohibuerint:Quartò, quòd cōſortes ſint abſentes:Quintò,quòd cauſa non exigat ſpeciale mandatū: Sextò,quòd conſors ſit perſona habilis ad agendum: Septimò,quòd negotium ſit cōmune : Octauò , ꝙ ſit eadem cauſa,& idem ius agendi:Nonò,ꝙ conſors caueat de rato. Sed an omnia iſta indiſtinctè neceſſaria ſint,& quæ cuiuſque rei propria cauſa ſit,latè cum eo explicat d.loco Felin.Nos, ne commentatio hæc noſtra in immenſum excreſcat,ſola ratione erimus contenti , vt qui illius articuli tractationem ex profeſſo non aſſumimus.

7 Sextò, eadem eſt ratio in ſocio : quia ſocij inter ſe dicuntur aliquod habere tacitum mandatum ad ea, quæ ſunt vtilia ſocietati.Bal & alij ad l.nemo. ff. pro ſocio,eiuſmodi & arreſtum eſſe, ſuperiùs eſt oſten-

ſum quemadmodum & miſſionem in paſſionem rei communis pro debito ſocij reuocare.l.ſi is cui.§ ſi ex duobus.& ibi Bart. ff. vt in poſſeſſ. legato. & ex facto ſocij agere.Bald.ad l.cum te.C.ſi certum.petat.& pro ſocio conueniri.l.iuſtiſſimè.ff.de ædil.edict. poſſunt, & ſi diuerſis in locis negotientur, inuicem præpoſiti eſſe videntur.l.ſi hac.§.penult.verſ.ſi liberta. ff. de in ius vocan.l.traditio.in fin.ff. de acquir.rer.do.quemadmodum cum in eodem quidem loco, ſed diuerſo negotij genere: vel eodem negotio: ſed alternis vicibus,& alter altero abſente,mercantur.Satis enim eſt, ſocios eſſe,& communi ex vtilitate agere.l. ſi tamen, & ibi Bart.ff de exercit.act.Caſt.Alc.Bart.Iaſ. Rom. Zaſ.& alij ad l.eius qui in prouincia,circa fi.illius.l.ff. ſi cer. pet. quamuis extra illos caſus, communiter in viriles portiones ſolum obligentur, neque inuicem præpoſiti cẽſeantur.l.fi.§.ſi plures.ff.naut.caup. ſtab. Alex.conſ.vlt.lib.7.

8 Septimò, vt coniuncta perſona, pro cõiuncta perſona etiam ſine mandato agere.l.non ſolùm. ff. ſolut. mat.l.manifeſtiſſimi.§.fin.C.de fur.curatorem bonis abſentis poſtulare.l.3.C.de capt.& poſtli.reuerſ.procuratorem conſtituere.l.exigendi, & ibidem latè Iaſ. C.de procurat.reſcriptum in pleriſque caſibus impetrare.Feli.ad c.nonnulli.§.ſunt & alij,col.16.de reſcr. tutorem petere.l.quod dicis,& ibi Bar.C.qui da. tut. & denique appellationem interponere poteſt. dd. ad c.auditis, de elect. ita quoque & arreſtare coniunctæ perſonæ debitorem non prohibetur, vt facultate ſibi à lege conceſſa vtatur,& agat dummodo caueat eum pro quo id facit,ratum habiturum. l. ſed & hæc.ff. de procurat.leg.Pomponius.§.fi.eo.tit.ca.accedens, de procurat.Roman.ſingul.613.incip.Tu audiuiſti,&c. quia cum quid conceditur,vt hic conceditur facultas agendi,omnia cenſentur eſſe conceſſa,per quæ ad id, quod conceſſum eſt,perueniri poteſt.d.l.ad rem. d.l. ad legatum,& exactè Præſes Euerardi in loco à conceſſione conſequentis, col. 1. Cauere autem de rato debet,quia eius factum coniuncto non præiudicat. l. 3.§.1.ff.iudicare,ſolui:non enim cogitur, ſed poteſt habere ratum,niſi omnino vtiliter nomine illius actũ oſtendatur,vt notat Romanus & alij ad d.l.nõ ſolùm. Sed quibus caſibus agere non poteſt, iis quibus neq; arreſtare eum poſſe exiſtimo. Eiuſmodi ſunt. Primo, ſi ſanguine quidem coniunctus eſt,ſed ex damno coitu natus, quia ne filius quidem ex nefario congreſſu genitus,pro patre,ſine mandato patris, agere poteſt. Iaſon in d.l.exigendi, num.8. Ego de hac reſtrictione vehementer dubito, propterea quod eum qui magna amicitia iunctus eſt, agendi poteſtatem pro amico habere,grauiſſimis argumentis tradidit Iaſon.d.loco. num.4.Maior autem eſt amicitia patris & filij quantumuis naturalis,ob nexũ ſanguinis, quàm extranei. Verùm quidem eſt, quòd quo ad dignitates familiæ adipiſcendas,quæ ad inſtar ſucceſſionem deferuntur, non cenſetur eſſe de domo, familia, vel cognatione. Innocent.ad d.c.nonnulli,latè Guil.Benedic.ad cap. Raynutius,circa medium,de teſt.ſed quòd in his quę ſanguinis coniunctioni tribuuntur: & nullo eius lucro ſunt,excludantur: ad modum durum eſt, niſi dicas, patrem naturalem ex nefario illo congreſſu, eo commodo dignum non eſſe.Felin.quoque conſuętudinis patriæ rationem habendam eſſe oſtendit, multaq́ue accumulat, ex quibus ea finitio reſtringi poſſet,ad d.c.nonnulli.verſic.prædictis obſtant. Secundò, non habet locum, quando coniecta perſona habet tutores,vel curatores,vel etiam procuratores, ad illum actum directè aut indirectè conſtitutos. Iaſ. ad d.l.exigendi.Bald.ad l.Senatuſconſulto.C.qui accuſ. tum quia mandatum expreſſum facit ceſſare tacitũ.d. l.3.l.fin.C.de pact. conuent.tum quia qui veniunt ex iure ſpeciali nunquam admittuntur,donec illi qui veniunt de iure communi, ſint in mora conſtituti.l. ſepulchri violati.ff. de ſepulc. violat. tum quia coniunctus,procuratorẽ dimittendo,cenſetur aliis, ne agãt, prohibuiſſe,niſi procuratore illo exiſtente negligẽte. l.cùm prætor,& ibi doctor.ff.de iud. Exiſtimant etiã omnes,non admitti coniunctum in his, quæ requirũt ſpeciale mandatum.l. patri. l. illud. ff. de minoribus. Sed ſolus Decius reclamat,propterea quòd ad impetrandum reſcriptum, ſpeciale mandatum requiratur, & tamen coniunctus admittitur ad impetrandum illud pro coniuncto.d.c.nonnulli, agiturq́ue de modico præiudicio, quia coniunctus coniuncto non præiudicat,niſi ratificet. Sed reiectis iſtis rationibus, ad d.cap.cum M.Franciſcus Ripa.num.59.verſ. ſed iſtis non obſtantibus, communem opinionem ſequẽdam docet, quia lex non tam reſpicit præiudicium cõiuncti,pro quo agitur,quam conſiderat præiudiciũ eius, contra quem agitur c.fin.de procurat.lib. 6. Neque mouet d.cap.nonnulli.quia vt Felin.col.14.num. 52. Abbas & alij ibi annotant, ſpeciali iure recipitur, ꝙ coniuncta perſona, quæ in caſibus ſpeciale mãdatum exigentibus nihil poteſt,admittatur ad impetrationẽ reſcripti, propter modicum præiudicium quod ea in re verſatur, niſi tamen peteret tanquam procurator: qui alligando mãdatum, facit ſe alienum à legis prouiſione.l.maritus.C.de procurat. Adde quòd cõiunctus,pro coniuncto præſente non agat.Imola ad d.c. cum N. num. 40. aliiq́ue caſus inueniuntur plurimi, quibus poteſtas à lege coniunctæ perſonæ tributa, deficit,quos partim Alex.& Iaſ.ad d.l.exigendi, partim Feli. & alij ad cap. coram de officio deleg. partim etiam Petrus à Duennas,reg.122.tradiderunt.

Porrò autem,quãuis coniuncta perſona, perſonam debitoris detinere & arreſtare poſſit, ſolutionem tamen ab eo recipere non poteſt. Soluens enim non liberatur,d.l.non ſolùm.l.2.ff.vt in poſſ.legat.l.qui hominem.§.gener.ff.de ſolut.l.qui aliena.§.quanquam. ff.de nego.geſt.Alex.conſil.4.lib. 2. quia non magis debet operari tacitum mandatum ex diſpoſitione legis proueniens,quale eſt penes coniunctam perſonã, quam mandatum expreſſum. Sed habenti mandatum expreſſum ad agendum,non poteſt ſolutio fieri.l. ſed ſi tantum. ff. de pact. l.hoc iure.ff.de ſolut.ergo nec habenti tacitum. Verior ratio eſt, quòd ſi coniuncta perſona poſſet recipere ſolutionem,ſępè conſumeret pecuniam, & coniunctæ perſonæ creditoris præiudicaret,quę ratio ceſſat in agendo,quia cum agit,cogit tantùm debitorem ad deponendam pecuniam debitam apud iudicem. Bald.ad l.ſin autem. ff. de negot. geſt.Iaſon verò limitat hanc concluſionem ad d.l.nõ ſolùm vt locum habeat,pręterquam ſi coniuncta perſona ſit aliàs legitimus adminiſtrator, vel ſi ſoluatur coniunctæ perſonæ ex contractu cum eo celebrato, de quo latius ibi Rom.num.7.col.2.verſ. tamẽ dicta communis opinio.

9 Octauò, & hæres quoq; creditoris hoc iure vtitur, qui etiam debitorẽ ſuſpectum capere poteſt, quantũuis intra tempora cõficiendi inuentarij exiſtat: & ſi ex inſtrumento agendum ſit,nõ poſſet illi obiici,ꝙ in illo inſtrumento non eſt nominatus: quia nominato creditore,cẽſetur nominatus & eius hæres.Bal. ad l.1. C.quo.leg.Bart.ad l.poſtulãte.ff.ad Treb.Io. Crotus ad l.nemo.col.4.& ſeq.ff.de lega.1.& expreſsè in hac arreſti materia.Rebuff.ad ord.reg.tomo 1.ar.6.gl.3. nu.74.

nu.74.ver.tertiò amplia.& verſ.ſeq.Aug.ad l.1.§.1.ff. ſi cui plus quam per Falcid. Ripa.ad d.c.1.num.88.de Iud.Iaſon.ad l.vinum.ff.ſi cer.petat.Decius cõſ.262. Soc.conſ.141.lib.2.Cotta. in memorab. ad verbum, hęres cẽſetur.Boërius quæſt.10.incip.Ceſſionarius,in fi.dicens tamen,ꝙ poſtea oportet quod doceat ſe hęredem eſſe,cum alioqui nullum ius haberet ad debitũ.Sed Rebuffus dicto lib.art.3.gl.2.nu.14. exiſtimat hoc tunc tantum verum & neceſſarium eſſe, quando aduerſarius excipit,non aliàs. Ego Boëriũ ſequi malim,quia titulum ſuum nominare & demonſtrare debet,qui agit.Sed ꝙ diximus hoc habere locum etiam ſi hæres intra tempora conficiendi inuentarij exiſtat, intelligit Iaſon in d.l.vinum, nu. 13. quando debitor eſt ſuſpectus de fuga:qa aliàs regula eſt, quòd hæres exiſtens intra tempora conficiendi inuentarij, neque debitores hæreditarios conuenire,neque à creditoribus hæreditarijs conueniri poteſt.l.fi.§.donec.C. de iur.delib.ꝙ tamen falſum eſſe reſpondit Caſtrẽſis, ibi in fi.§.donec, quia hoc inductum eſt in fauorem hæredis,vt conueniri interim non poſſit.Sed quia hæres poſt mortem defuncti continuo ipſo iure hæres eſt, præcipuè attenta conſuetudine generali legem explicante, ideo interim non prohibetur dum conficit inuentarium,debitores conuenire hæreditarios.Tiraq. latè in tract. *le mort ſaiſit le viſ.* 2.par.decla.11.num.14. verſ.ꝙ autem poſtea. Boërius q.53.incip. Inſuper in audientia,circa medium.Ang.& Imo.ad d.l.1.§.1.ff. ſi cui plus.Bar.ad l.vlt.C.de fruc.& lit.expen.& ad d. §.donec.

10 Nonò,ꝙ ſi verſemur in patria iuris ſcripti, & in eo loco, in quo arreſtorũ nõ niſi aduerſus ſuſpectos nullus eſt vſus,niſi fortè ex priuilegio ſpeciali, certo alicui loco à Principe conceſſo, exiſtimo etiã ſtudioſos ſcholaſticos hoc priuilegio gaudere : quoniã ſcholares gaudent priuilegiis ciuium illius ciuitatis in qua agunt. Io. de Platea, & alij ad l.ciues.C.de inco.lib. 10. Econtra verò, ſi quæ ſunt grauamina ciuibus impoſita, illa ad ſcholares non extenduntur : qua de re plurima cumulat.Rebuf.in trac.de priui.ſcholari.ca. 125.cum c.ſeq.

11 Eodem modo gaudebunt hoc priuilegio homines ſuburbani.Rebuff.de art.6.gl.3.nu.42.ver. idem dicerem : quia ſuburbani in fauorabilibus appellatione ciuium veniunt.l.ædificia.ff. de verb. ſignif. ꝙ latiùs Alciat.Cæpola,& alij tum ibi,tum ad l.2.tum ad l. vt Alphenus,explicant.

Qui,aut quorum bona legitimè arreſtentur. Cap. 4.

1 Debitor manifeſtè inops, vtrum arreſtari poſſit.
2 Cedere bonis qui poſſint.
3 Cedere bonis an quis cogi poſſit.
4 Obligare ſe ad carceres an quis poſſit.
5 Arreſtari an poſſit aduena, quem quis ſtatim receſſurum ſciuit.
6 Citatio ante arreſtationem non requiritur.
7 Debitor in diem, vel ſub cõditione, an ſiſti poſſit.
8 Fideiuſſor an arreſtari poſſit.
9 Hæres debitoris an rectè arreſtetur.
10 Pecunia debitori debita, vtrum arreſtari queat.
11 Clericus debitor an & à quo arreſtetur.
12 Teſtimonij dicendi cauſa arreſtare licet etiã executores.
13 Ciuis an pro debito ciuitatis arreſtetur.
14 Res, quæ pro parte eſt debitoris, an tota arreſtari poſſit.
15 Creditor an rectè petat debitorem arreſtari, in cuius bona miſſus fuit.
16 Apparitor, cui mandatum arreſti datum eſt, an poſſit arreſtare, ſi Iudex mandans moriatur.

PRoxima huic quæſtio eſt,quis, & cuius res arreſtari poſſint. Et regulariter quidem conſtat, debitorẽ cuiuſq; legitima ex cauſa ſiſti & detineri poſſe,teſte Manſuerio in ſua praxi.tit. de execut. & ſubhaſtat.circa initium:ſicut ex legis diſpoſitione, cum periculum fugæ ſubeſt,capi & apprehẽdi poteſt,l. ait Prætor.§.ſi debitorem.ff quæ in frau. credit. l. gene-
1 rali.C.de decur.lib.10.adeò vt plerique exiſtimẽt nihil referre,etiamſi conſtet, debitorem illum propter manifeſtam inopiam ſoluere non poſſe, cùm & ex operis ſuis & mercede diurna, deductis tamen prius alimentis,tantundem corradere poſſet,vnde creditori fiat ſatis.Roma.num.8.& Angel.cum alijs ad l.pro hærede.§.ſi quid tamen.ff.de acquir.hære.non multò aliter,quàm is qui ab alio redemptus eſt, donec pretium redemptionis ſoluerit,detinetur.l.Senatus.§. ſi. ff.de leg.1.l.qui teſtamento.§.poteſtatis.ff.de teſtam. Quid igitur,ſi nec ex eo vlla vtilitas ſperari poſſit? qd ſi nihil penitus ſciat? Angel.citato loco, & Angelum ibi,nu.7.ſecutus Romanus,in ſimili reſpondẽt, quòd creditor non poteſt petere ſe immitti in ius vel rem debitoris,ſi ea immiſſio nullum ipſi lucrum adferret. Atqui mores noſtri acerbiores ſunt, etiamque hi aut carceri mancipantur,aut bonis cedunt. Cedere verò
2 non poſſunt, ſi nequitia, profuſione, culpáve ſua in paupertatem inciderint dolóve malo,cum de ſoluendo non eſſe ſcirent,contraxerint. l. Sunt.ff.de re iud.
3 docto.ad l.2.& vlt. C.qui bo.cede.Sũt etiam interdũ, qui in carcere manere quam aut creditori ſeruire,aut bonis cedere mallẽt. Sed ad ſeruitium pręſtandum ꝙ attinet, audiendos nõ eſſe reſpõdit Rodericus decla. l.2.foro LL.lib.3.c.incip.Quæro tertiò, exiſtimatq; præcedenti capite,ſtatutũ valere,quo cautũ eſt,debitorem operari debere creditori, donec debitũ fuerit ſatisfactũ,cum ſecundùm legem 12.tab. etiã dilaniãdus creditoribus datus fuerit. Videtur itaq; aduerſus Bar.& Romanũ ſentire,ex iuris cõmunis diſpoſitione illud non licere:quia ob æs alienũ ſeruire liberos creditoribus,iura compelli non patiuntur,reſpõdet Imperat.in l.ob æs.C.de act.& obligat. tũ quia hoc valdè extraneum & diuerſum eſt ab obligatione contracta, vt ibi ait Bal. tum quia hæc ſeruitus eſt contraria libertati,cui debitum pecuniariũ æquari nõ poteſt. l. planè.2.de leg.2.Sed hoc intelligũt alij, ſi vellet creditor debitorem vel in perpetuã ſeruitutem trahere, vel ad ſordidiſſima quæque obeunda vrgere. Salic. & Fulg.ibi.Tum verò conſtitutio illa,de liberis debitoris loquitur : de debitore verò qui promiſſum facere non poteſt, & cedere bonis non vult, non loquitur: aliaſq; qui ſoluendo non ſunt, carceri de iure mancipari poſſunt.l.2.§.tutores.ff.de ſuſpect.tutorib. Quapropter in ea opinione verſor,vt exiſtimem, debitorem,ſi aliud non habet, & cedere bonis non velit, aut non poſſit,in hoc damnari poſſe,vt deductis alimẽtis, ex operis ſuis ſatisfaciat,aut creditori liberaliter,moreque aliorum inſeruiat,iuxta ea,quæ not.Bald. ad d.
4 l.ob æs,in ver.extra gl.& alij ad d.§. tutores, & ad l. nemo,

nemo,de exact.tribut. Certum eſt enim,quòd poſſet quis alicui creditori ſe obligare ad operas ſuas tam diu, quouſque per pretium operarum pecunia debita ſolueretur:quia iſta non eſt ſpecies ſeruitutis,ſed quidam modus ſoluendi debitum,adhibita moderatione & miſeratione. Bal.ad l.1.col.pen.verſ.tu cócorda.C. qui bo.ced.poſ.

5 Quid autem,ſi quis cum eo contraxerit,quẽ ſtatim receſſurum eſſe ſciuit, cuiuſmodi eſſe ſolent aduenæ & peregrini? Hinc non poſſe arreſtare videtur. Qui enim cum forenſi vel aduena contrahit, ſciens eũ ſtatim receſſurum,cõuenire eum ibi non poteſt.l. hæres abſens.§.proinde.ff.de iud. ſemperq; præſumitur forenſis ſtatim receſſurus: & qui ſic cum eo contrahit, fidem illius ſecutus videtur, ſuſpectuſque vt ibi volũt interpretes dici non poteſt, & ad cautionẽ de iudicio ſiſti præſtandam,minimè compellitur Bart. ibi gl. ad l.2.§ ſed etſi dubitetur,eo.tit. Sed hoc ita accipiendũ exiſtimat,poſt Bart.Bal.Caſtrẽ,& alios. Rodericus d.loco,e.incip. Sed attende,num.37.niſi aliqua eſſent expedienda tempore contractus, vt traditio rei emptæ. Finge enim me equum peregrino vẽdidiſſe:nam niſi ea tempore pecuniam ſoluat, poſſum cum eo lege agere,ne detur illi fugæ occaſio cum re mea:quia fidẽ illius hoc caſu non videor eſſe ſecutus:& ſi nõ dat, videtur delinquere & me decipere.l.3.ff.de pig.& act.& ſic etiam qualicunque modo,ratione delicti cõueniri & arreſtari poſſe videretur. Nam & in ſimili, qui in nundinis mercantur,eius contractus ratione,nũdinis non obſtantibus,cõueniri poſſunt,licèt aliàs pro aliis contractibus arreſtari vel conueniri ibi nõ poſſent. l. vnica.C.de nund.& ibi doct.

6 Ea quibus etiã non difficulter intelligi poteſt,nulla hic citatione præuia opus eſſe, ſed ab ipſa arreſtatione incipiendum eſſe, alioqui enim fugam facilè adornaret debitor. Caſtr.conſ.vlt.lib.1.verſ. Secũdus articulus. Fel.in c.cum non ab homine. de iud. Bal.ad l.cum fratrem.C.de his quib.vt indig. & vbi periculũ eſt in mora ibi partis citatio nõ requiritur. Ale.& Iaſ. ad l.fideiuſ.§.ſatiſdatum.ff.qui ſatiſda. Iaſon. ad §. 1. num.89.Inſti.de act.

Quinimmò(quòd amplius eſt) etiam pẽdente lite arreſtari poſſet in eiuſmodi caſu: quia licèt pendente lite nihil ſit nouandum.l.1.ff.nihil no.ap.pen. tamẽ ſi periculũ fugæ immineat, vel aliàs æquũ iudici viſum fuerit,vrgebitur arreſtatus, vt caueat de iudicato ſoluendo,quia litis conteſtatio damnũ creditori adferre non debet.l.non ſolet.ff.de reg.iur. & remedium extraiudiciale non impeditur per litis pendentiâ ex noua cauſa, teſte Ripa.ad c.1.n.88.de iudic. Decius cõſ. 562. nu.8. Iaſon ad l.vinum,nu.3.ff.ſi cert.pet & ad l. 2.ff.de iuriſ.om. iudic. Alex.conſ.105.lib. 3. Ang. ad l.neminem.C.de exact.tribut.

7 Et hæc non ſolùm in debito puro,verum etiam in debito in diem,locum habent: quia licèt ante diem agens non ſolùm exceptione repellatur.l. cedere diẽ. ff.de verb.ſignif l.vnica.C.vt act.ab hæred.l. quod in diem.ff.de compẽ. Bart.ad l.ita ſtipulatus.ff.de verb. obligat.l.1.§ fin. quando dies vſusfr. leg. ced. verùm etiam à iudice ex officio repelli poſſit,gloſſ. ad l. vbi pactum.C.de tranſact. Bar.ad l lecta.ff.ſi certũ petat. nihilominus tamen,debitor in diem, ſi periculum eſt de fuga, & non aliter, ſiſti arreſtarique poteſt, teſte Bart. Bal. Roma.& aliis,ad l.ſi debitori.ff. de iudi. In omnibus enim bonæ fidei iudiciis, (inquit Papinianus) cùm nondum dies præſtandæ pecuniæ venit, ſi agat aliquis ad interponẽdam cautionẽ,ex iuſta cauſa condemnatio ſit. Quòd & in ſtricti iuris actionibus, vel iudiciis locum habet.l.2 & l.3.de conductor.eau. dat.l.ſi creditores.ff.de priuileg.credit. etiam vt quis chirographum ſuum agnoſcat,vt cenſuit Senatus Pariſiẽſis, teſte Coſtalio ad d.l.in omnibus:quia interea aut mori poſſet, aut fugere: Sed interim ſuſtinetur executio, donec dies aduenerit. l. Aquilia. ff. ad l. Aquiliam. Sic ſi commodato dedi alicui rem meam, poſſum repetere,non ſtatim, ſed aliquo tẽpore trãſacto.q ex iudicis arbitrio decernetur:quia ex quo dedi commodato,tẽpus aliquod tranſire debet,ne alioqui inutile eſſet commodatum.l. 3.C.commod. Si tamen commodato dedi alicui, de quo ſuſpicio eſt, ne fugiat etiam ante tempus repetere poſſum. Baldus & doct.ibi. Sic ſi eſt factum pactum inter creditorem & debitorem,vt liceat creditori ingredi propria authoritate poſſeſſionem rei hypothecatæ,non poterit creditor pacti illius vtilitate vti, niſi præcedẽte mora ſuper obligatione principali.l.debitores,& ibi Bart.C. de pigno.l.ſoluitur.§.1.ff.quib. modis pig. vel hypo. ſolut. Sed hoc verum eſt, niſi ſubſit iuſta cauſa, quia fortè dubitat probabiliter debitorem deceſſurum. Eo enim caſu,etiam ante morã ingredi poteſt,teſte Bart. ad l.3.verſ. Item quæro,quãdo &c.quia ius executiuũ ea pacto competens,poteſt ex cauſa exerceri ante tẽpus,dict.l.quæſitum.

Quibus rationibus motus vir eruditus Rodericus Zuares Hiſpanus,ad l.poſt rem iudicatam.ff.de re iudic.in declarat.legis regni,in ſeptima limita.oſtendit creditorem tempore priorem, ſed in diem, præferri aliis creditoribus poſterioribus, quorum dies iã ceſſerat,quãdo eſt periculum in mora. Quæ deciſio Roderici,cũ ſit elegans,ſitroque ſeruiens,ſubiiciam eius verba. *Quidam mercator diues* (inquit) *rupit & fugit, vt multoties faciunt eiuſmodi,quando vident ſe diuites eſſe,& dimiſit iſte mercator aliqua bona,non tamen tanta, vt ſufficerent omnibus:ſtatim fuga arrepta, venerunt multi mercatores.& inter omnes erat vnus,qui habebat obligationem cum hypotheca bonorum, qui erat prior tempore omnibus alys aliorum obligationibus: attamen dicta obligationis ſolutio erat in diem, qua dies adhuc non venerat. Petebant omnes executionem obligationum ſuarum. Iſte cuius obligatio erat prior tempore, petebat etiam executionem, & dicebat ſe præferendum ex regula, Qui prior eſt tempore, potior eſt in iure. Opponebatur verò ei, quòd non erat audiendus,quia nihil poterat petere, ex quo dies deſtinata ſolutioni, nondum venerat: & etiam quidam iudex dimiſit eum ex hac cauſa deſperatum,qui venit ad me pro remedio, & alys duabus vicibus habui de facto, & conſului in fauorẽ iſtius mercatoris.illum eſſe alys præferẽdum, dato quòd dies ſolutionis nondum venerat, ex eo,quia debitor fugerat: & motus ſui per text:ſingularem in d.l.quæſitum, vbi eſt caſus, iuncta gloſſ.quòd etiamſi dies penſionis & ſic ſolutionis,non veniſſet, tamen ex iuſta cauſa poteſt creditor perſequi pignora, & agere hypothecaria pro debito. vt quia receſſurus putabatur: Hinc eſt quòd Bartol.ad l.1. C. de condit. ex lege, commendat illum text.dicens eſſe ad hoc ſingularem, quòd omnis debitor fugitiuus poteſt capi & detineri ante diem.* Hactenus Rodericus.

Quod autem de debito in diem diximus, idẽ & in debito ſub conditione, locum habet,argum.l.omne æs.ff.pro ſocio.vbi ante conditionis euentum, ſi immineat periculum ſuſpicionis, poteſt creditor petere ſibi caueri per fideiuſſoris dationem,quòd & ibi contra debitores ſuſpectos,& pro eorum creditorib. annotat Bal.qua in re & dictum Rodericum iam dict.l. loco num.4.in fin.verſic.accedat tex.& Iaſonem ad l. vinum numero tertio.ff.ſi cert.petat.& Franciſcum à Ripa.ad c.1.num.88.de iudic.ſequaces habet, & ante hos

hos quidem, Ang. & alij plerique ex vetuſtioribus, ad d. l. quæſitũ, priores tradiderũt. Nam quod Albe. contrarium exiſtimat, ex eo ꝙ d. l. quæſitum, de debitore in diem loquimur, non de debitore ſub cõditione: & quòd quando debitum eſt in diem, eſt nata actio & obligatio: ſecus, quando eſt ſub conditione, d. l. cedere diem, nihil monet. Eadem enim eſt ratio, eadem eſt æquitas: eadem ergo debet eſſe iuris diſpoſitio. l. adigere. ff. de iure patro. Alioqui enim creditor ſub conditione, debito ſuo facilè fruſtrari poſſet, adeò, vt his Alberici rationibus, quæ in fronte aliquid habent, in receſſu verò nihil, nimis facilè motum fuiſſe Iaſonem arbitror, ad l. pecuniam, num. 9. ff. ſi cert. per. Ideoque etiam alibi de veritate huius ampliationis, quam ante animosè tutatus erat, cœpit dubitare. Porrò autem vniuerſa hæc cautionis interponendæ ratio, per quam arreſtum euitari poſſet, ex diſcretione & arbitrio eius, qui Iuriſdictioni præeſt, dependet. d. l. in omnibus, quòd & apud Tiraq. in tract. de vtroque retract. §. 1. gl. 18. nu. 44. cum ſeq. multis, videre licèt.

Eadem etiam ratio eſt fideiuſſoris: quia omnis fideiuſſor fugitiuus & ſuſpectus, ante diem eadem illa ratione ſiſti, capi & detineri poteſt, teſte Io. Conſtan. ad cõſtit. reg. art. 66. incip. *Et quant à celles*. col. fi. verſ. nota præterea. Bald. tamen, quem allegat, ad d. l. 1. C. de condict. ex lege. de debitore, nõ etiam de fideiuſſore loquitur. Quinimò vt Bald. voluit ad c. cùm contingant. col. 5. de dolo, quando reus & fideiuſſor obligarunt perſonã ſuam, & renunciatio facta eſt, reo capto ſeu detento, detineri etiã poteſt fideiuſſor, & non captura ſeu præhenſio, ſed ſolutio rei, liberat fideiuſſorem: ſicut pendente lite contra reum, nõ impeditur executio contra fideiuſſorem. Bald. ad l. fi. C. de fideiuſ. Quod quo pacto intelligendum & reſtringendum ſit, latius tomo 1. art. 11. glo. 3. nu. 25. cum ſequen. explicat Rebuf. & hunc ſecutus Pet. à Duennas ad reg. iuria 276. incip. Executio poteſt fieri. Quo in loco quatoor limitationes & reſtrictiones recenſet, ad illam regulam pertinentes. Quid igitur de eo cõſtituemus, qui tanquam principalis, alterius obligationi ſubſcripſit? Vnus ex multis reſpondet Zaſius ad l. Si ita. § Chryſogonus. ff. de verb. obli. nu. 4. eodem modo hunc conueniri poſſe, atque ſi principaliter ſcripſiſſet. l. fideiuſſor. §. 1. ff. de pig.

Idem quoque iuris eſt in hęrede debitoris: quia ad id, ad quòd poteſt compelli defunctus, poteſt cõpelli & eius hęres. l. poſtulante. ff. ad S. C. Trebel. Crotus in repet. l. nemo. ff. de leg. 1. Rebuf. d. loco, nume. 74. Iaſo. ad. l. diuortio. §. interdum, num. 6. ff. ſolu. matrimon. & ex perſona hęredis, qualitas ſeu natura debiti non alteratur. l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. Ideoque etiam inſtrumentum executorium, non ſolum contra principalem debitorem, verum etiam aduerſus hæredes illius, executioni mandari poteſt, licèt verbis legis vel ſtatuti id non exprimatur. Et ſi ex forma ſtatuti debitor poſſit carcerari pro debito, hæres etiã illius carceri mancipari poteſt, teſte Bartolo, & Angel ibid. quia licèt loquatur ſtatutum de debitore, tamen hæres debitoris etiam debitor dicitur: cùm ille propriè debitor ſit, à quo inuito debitum exigi poteſt, l. debitor. ff. de verb. ſign. cuiuſmodi hæredẽ eſſe conſtat. In qua ſententia reperio etiam fuiſſe Bald. ad l. per diuerſas. C. mandati. Caſtren. ad leg. ſi deceſſerit ff. qui ſatiſd. cogan. Rom. ad l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matrimon. Imol. & Ang. ad l. 1. ff. de his quæ in teſtament. delen. quia ex quo debitor eſt obligatus in inſtrumento, obligatio ſuorum hæredum etiam virtualiter continetur, licèt hoc inſtrumento non exprimatur. argument. l. 1. C. ſi cert. per. l ſi pactum ff. de probat. Et exceptio quæ quotidie verſatur in foro, de eo quod aduerſarius non eſt nominatus in inſtrumento, hic ceſſat: quia obligatio ſuorum hæredum etiam virtualiter continetur, licèt hoc in inſtrumento non exprimatur. argu. l. 1. C. ſi cert. pet. l. ſi pact. ff. de probat. & exceptio quæ quotidie verſatur in foro, de eo, quòd aduerſarius non eſt nominatus in inſtrumento, hæredi neque nocet, neq; prodeſt: quia nominato Titio, videtur in eodem inſtrumento eius hæres nominatus. Ang. ad l. Creditores. C. de pign. Alexa od. ad l. in ratione. 1. ff. ad l. Falcid. Vnde & Caſt. ad d. l. poſtulante, reſpondit, quòd etiam ſi ſtatutum dicat inſtrumentum eſſe mandandum executioni contra debitorem in ipſo inſtrumento comprehenſum vel deſcriptum, mandabitur nihilominus executioni cõtra hæredem, quamuis aliàs ſtatuta de perſona in perſonam non extendantur. l. ſi verò. § de viro. ff. ſolu. matr. quia talis diſpoſitio ſtatuti, intelligitur repellere illã perſonam, quæ non eſt, & non reputatur eadem perſona: ſecus, ſi reputatur eadem, vt in auth. de iureiur. à mot. præſt. Quo caſu, verè nulla extenſio, ſed potius incluſio, & interpretatio fieri dicitur. l. non erit. §. de eo, ff. de iureiu. neque enim hæres noua perſona eſt, ſed vna & eadem cum defuncto. l. hæredem. ff. de reg. iuris, & quæ eidem defuncto cum ſua cauſa & vitiis ſuccedit, l. vitia. C. de acquir. poſſeſ. adeundóque hęreditatem, & ſic cum creditoribus hæreditariis quaſi cõtrahendo, debito conſtituitur. §. hæres. inſtit. de obl. quæ ex quaſi contract. Chaſſa. ad conſuet. Burg. tit. *des cenſes*. §. 6. glo. vlt. l. quod ipſis. ff. de reg. iur. adeo vt priuilegium hæredis ſuccedentis, ſæpè non extinguat aut impediat ius executionis. Bar. & Iaſ. ad authent. quas actiones. C. de ſacroſ. eccle. Salic. ad l. 3. q. 5. & 7. C. de pignor. Decius conſ. 536. Gomeſius ad §. fuerat. inſt. de act. Rebuff. de tomo 1. de lit. ob arti. 3. glo. 3. nu. 9. & 10. & ſeq. Ex quo nata eſt quæſt. vtrũ clericus hęres laici, corã Iudice eccleſiaſtico conueniri poſſit: qua de re latiſſimè diſputat Dida. Couar. lib. pract. q. c. 8. & Rodericus Zuares d. l ac. nu 4. quem, ſi libet, vide.

Quinimmò, etiamſi hæres minor ſit 25. annis. nihilominus (vt exiſtimo) arreſtari bona eius poſſunt: ſed an ipſemet arreſtari poſſit, inferius dicemus. Ratio autem quæ me mouet, hæc eſt, ꝙ executio poteſt mortuo teſtatore fieri in hæredem, & ſi iſte hæres fuit minor, poteſt nihilominꝰ fieri executio in bonis quæ à defuncto ad eum peruenerunt. l. pupillus. iuncta gl. in §. ſed & ſi creditor. ff. de auth. tut. l. 1. C. quando decret. non eſt op. Et quod amplius eſt, arbitratur Iaſon conſ. 88. incip. In præſenti. vol. 3. nec fiſcum quidẽ & eum qui à fiſco cauſam habet ſucceſſionis, immunem eſſe. Sed cum de executione effusè & generaliter loquatur: dubito, an in materia arreſti eo iure vtatur fiſcus, de quo etiam paulò inferiùs latiùs dicemus.

Porrò autem ſucceſſorem debitoris ſiſti, vel arreſtari poſſe, non eſt indiſtinctè & ſemper verum. Sunt enim plerique caſus, quibus id non licet.

Principiò enim locum non habet infra tẽpua conficiendi inuentarij de bonis defuncti: quia intra illa tempora à creditoribus vel legatariis conueniri non poteſt, etiam ſi aduerſus defunctum ſentẽtia lata fuerit. l. fi. §. donec. & §. ſi præfatã, C. de iure delib. Bal. ad l. ait prætor. §. ſi quis. ff. de procur. Iaſ. ad §. fuerat nu. 61. inſt. de act. Boërius deciſ. 10. nu. 3. Chaſſa. ad conſuet. Burg. rub. *des ſucceſſions*. Rubr. 7. §. 14. nu 9. Bald. ad l. per diuerſas q. 10. C. mand Cornæus cõſ. 221. lib. 4. Præſes in loco a ratione leg. ſcrip. col. 4. Rebuff. ad ord. Reg. Tomo 1. art. 9. gl. 2. nu. 8. etiãſi hæreditas ſit

locupletiſſima,&notoriè ſit ſoluendo.Bal.ad d.§.donec.& §.cùm igitur:idque propter occupatiooẽ,quã habet in inueotario cõficiendo,teſte Roderico d.loco.nu.5.in fi.Latiùs verò Auguſt. Boërius q.57.inci. ſtatuto,reſpondet, ſtatutũ de arreſtando & capiendo debitorem contra hęredem ſub beneficio legis & inuentarij,locũ nõ habere, ſed via ordinatia cõtra eundẽ procedendũ eſſe, vt per Imo.ad l. 4.§. ſi prætor.ff. de dam.inſect. Et ſi contra hæredẽ tale quid iẽtatum eſſet,proceſſus,ſententia, & omnia acta, eſſeot ipſo iure nulla,vt idem Boërius ait.

Sed hoc non procedit in hærede cõuento vt reſtituat vſuras, quando defunctus iuſſit eas reſtitui, vel cauit ſecundum formam text.in c. quamuis de vſur. lib.6.nam tunc propter periculum animæ,quæ rebus omnibus longè præferenda eſt, reſtitutio non debet differri, vt in l.ſancimus.C.de ſacro. Eccleſ cap.cum infirmitas, de pœniten.& remiſſ. & banc limitationẽ ponunt doct.in d.§.donec,prætipuè Iac.de S.Georg. num.2.Philip.Cotnæ.num.t. Zuares in d.l. poſt rem iudicatam in 1. extenſione.num.6. fol.132.col.1.ff. de re iudicata:& ideò datur dilatio,quia omnibus remanat ius ſuum ſaluum: quod in iſto caſu non eſſet, cum animæ detrimentum iam illaium, non per hoc poſtea iollatur.argu.l.tutor,qui reperto.in princ.ibi, (niſi id quod dilaiionem modicam expectate non poſſet) ff.de adminiſtr.tuto.& pium defuncti propoſitum ſine vlla cunctaiione adimpleri cõuenit.l. oulli.C.de epiſcopis & clericis.

Secuudò non protedit, quoties hæres inquictaret alios ex cauſa hæreditatis:nam tunc poteſt reconueniri ab eo quem ipſe prior conuenit, arg.tex.in l.2.in § ſed ſi agant.ff.de ind.& in auth.conſequenter.C.de ſentent. uiſi illos conueniat hætes, uecelſitate compulſus:puta, quia debitores hæreditarij cum pecunia fugiebaot, quos fecit capi,vel domus vicioi minabatur ruinam ſuper doomm hæreditariam, vnde petat cauiionem damni infecti, vt in l.2.§. ſed ſi agant.ff. de iud. Ita expreſsè tenet Ang.in eod.§. ſed ſi agant, nume. 3.& idem Ang. vbi dicit ita vidiſſe ſe de facto practicari & iudicari,in l.1.hæc ſtipulatio.verſ.tertiò fallit,ff.ſi cui plus quam per l.Falci.quem ſequitur ibi Io.de Imo.nu.10.Philip.Corn.in d.§.donec,nu.2.& Rodericus loco mox citato.num.8.

Tertiò locum nõ habet,quoties petitur aliquid ab hærede pro impenſa funeris:tunc enim non opponit de inuẽtatio,ita expreſsè tenet An.in d l.1.§.hæc ſtipulatio, num.16.quem ſequitur Philip.Corn.in d.§. donec.num.2. ꝙ & ibi Iac.de S.Georg.nu.1.probat.

Quartò fallit, quando conuenitur hæres pro legatis piis, non ferentibus dilationem: vt ſunt alimenta pauperum,qui interim ſame perirent, vt expreſsè tenet Ang.in d.§.hæc ſtip.nu.16.verſi.2. fallit,quòd dictum ſequitur ibi Ioan.de Imol. num.10.vbi dicit ſe ita vidiſſe practicari. Eandem opinionem tenet Philip.Corn.in d.§.douec.nu. 2. Iacob.de S.Georg.nu. 1.Bar.de Chaſſa.in conſuet. Burg.in tit.*des ſucceßions.* §.14.col.1. num.9.fol.281. In his enim in quibus ius ſuum cuique ſaluum & integrum eſſe ac maoere poteſt,non in his quæ motam non admittunt, conceſſa eſt dilatio.l.tut.ff.de auth.tut.Rode.d.loco, in t.extenſion.

Poſtremò reſtringitur, quoties conuenitur hæres rei vendicatione, quia tũc cõuenitur vt quilibet poſſeſſor non vt hęres,vt in d.l.de eo,in §.penu.ff.ad exhib.ita expreſsè tenet Odoſre.Guil. de Cugneo.Bal. Salic.Paul.de Caſt.& ibi Philip.Cor.ou.1.Iaco.de S. Georg.nu.1. Ang.in d.§. hæc ſtipulatio.ou.16. & ibi Io.de Imo.nu.18.Rodericus Zuares in loco ſupta allegato.nu.7.Iaſ.conſ.88.lib.3. Socin.reg.135.fallen.

Secundò arreſtari vel conueniri ſucceſſor non poteſt,quando eſt ſucceſſor ex cõuentione: Nam quamuis regulariter hæreditas pacto dari non poſſit, l. ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.obliga. excipiuntur tamen caſus nonnulli, vel fauore militum.l. licèt.C.de paćt.vel in gratiã matrimonij conttahendi,Zazius & alij ad d.ſtipulatio,& his iiſdẽ caſibus,hæres eiuſmodi,in debitum hæreditarium non ſuccedit, quandoquidẽ oon iute hæreditario, ſed ex pacto & coouentione ſuccedit.Manſ.in ſua praxi, rub.de execu.§. Itẽ quæro, col.2. Ego verò hic ſubſiſto, & de ea reſtrictione admodum dubito:quia pactio eiuſmodi, licèt ex cõuentione naſcatur,facit tamen ſæpe,eum qui ſic pactus eſt,hæredẽ eſſe. Quid enim ſi de maxima parte bonorum inita ſit, nullúſque alius hæres inſtituatur,minima parte booorũ legatis exhauſta? Rurſum verò aperta eſſet via fraudibus, ſi hac ratione onus æris alieni liceret euitare. Memini mulierẽ quãdam, inter viuos facta donatione, ſibiq; ceterum omnium poſſeſſione ſeruata,ita cum nepote ſuo conueniſſe,vt omnia eius bona mobilia haberet poſt eius mortem, nulliúque creditorũ obnoxius,foret: cum tamen eo in loco,vbi id factũ fuit, apprehenſor bonorũ mobiliũ, ad exolutionem æris alieni teneatur.Conſulius cum aliis quibuſdam,reſpondi,ob prę́ſumptã fraudis coniectionem,nepotem illum ſtipulatorẽ, ab æris alieni præſtatione immunem nõ eſſe:quia alioqui facile deciperentur creditores,niſi haberent hypothecã. Interim veriſſimum eſſe credo, quòd ſi inter maritum & vxorem conuenerit in contractu antenuptiali, quòd vxor habebit pręmoriente marito mediã vel aliquam partẽ bonorũ,abſq; vllo onete ætis alieni:eo caſu,ipſa quidẽ creditoribus obnoxia erit:ſed cogẽtur hęredes mariti,aduerſus eoſdẽ creditores,eãdem vxorem indemnem conſeruare,atque defendere.In qua opinione etiã fuiſſe videtur Chaſſa.ad cõſue.Burg.Rub. *des droicts & app. des gents mariez.* §.10.Eodem modo accipiendum puto, ꝙ dicitur, in eum qui hæreditati renunciauit,executionem non dari:vt ſcilicet procedat,ſi nunquam alias hęreditatem adiit.Nam ſi adiit, & vendit:certè vt à creditoribus conueniri,ita etiam ſiſti poterit, Iure ſuo aduerſus emptorem hæreditatis ſaluo,l.ratio.C.de hæred.vel act.vend.

Singularis quoque ſucceſſor,& qui hæres non eſt, non ex promiſſione ſeu debito defuncti,qua minimè ligatur,ſed tantùm vt rei mobilis alienæ poſſeſſor,arreſtari poteſt.l.1.§. ſi hæres.ff.ad S. C.Trebel.l.fi. C. de hære.act. Et in his in quibus ſingularis ſucceſſor, cuiuſmodi eſt legatarius rei alicuius, paratam executionẽ habet,ſicut defunctus ipſe haberet, prout ſemper habere videtur.Bald.ad l.ex legato.C.de leg.Rodericus d.loco.in 1.extenſio,num.12.in fi.in iis etiam caſibus è conuerſo ſiſti poteſt.Doct.ad l.ſi debitori. C.ſi aduer.cre.præſcript. glo.ad l.ea lege.C.de condict.ob cauſ. Iaſ.ad l.quædam.§. nihil intereſt. nu.7. ff.de eden.& in l.Ait prætor.nu.10.ff.de iureiur.& ad l.ſi vnus,§.ante omnia,nu.5.ff.de pact.& ad d.l.1.§. ſi hæres.nu.4. Et ideo poſſeſſor bonorum hæreditatis, via executiua conueoiri non poteſt. Bar.ad l.controuerſia.nu.7.ff.de tranſact.

10 Quod de hærede debitoris diximus,idem in debito debitoris noſtri locum habet. Poteſt eoim creditor,id ꝙ ſuo debitori ab alio debetur,arreſtare,argu. l.2.C.quan.fiſc.vel priua.l hæres in fio.ff.ad Trebel. & debitorem debitoris, authoritate iudicis ad certum aliquem diem citare, vt veniat ſi velit, & audiat

rationes

rationes arreſti proponi, beneq; ac iuſtè factum eſſe declarari. Tunc verò (vt d. art. 6. glo. 3. nu. 64. tradidit Rebuff.) vbi in iudiciũ venit, interrogatur an & quãtum debeat, vel an res debitoris eiuſmodi, & quas res detineat: quod & ſub iuramento dicere cogitur. Si ſe aut debere, aut detinere confitetur: præceptum ei fit, ne cuiquam ſine iudicis, aut creditoris voluntate tradat, néve debitori ſoluat, quod deinde principali debitori ſignificatur, diéſque ei dicitur, quo die ſi comparet, & iuſtam cauſam non alleget, cur arreſtum ſuſtineri non debeat: Iudex ex ea pecunia ſic arreſtata, creditori, ſoluẽdum eſſe decernet, ſeu alias rem illam diſtrahi, & diſtractæ rei pretium, dicto creditori numerari præcipiet. Propius verò ad noſtros mores accedens Manſuetius, in ſua dicta praxi. titu. de execut. colum. 7. verſic. Item ſi creditor aſſerit, quo poſtquã, creditor pecuniam debitori ſuo debitam arreſtauit ſufficit vt præceptum fiat debitori debitoris ſub pœna, ne debitori ſoluat, vel res eius dimittat: & hic quidem, ſi rurſum debitori ſuo hoc ſignificauerit, ipſe à creditore ſuo ad ſoluendum, arreſto prius non amoto compelli non poteſt, quamuis à creditore creditoris ſui arreſtante, vrgeri poſſit ad pecuniam illam debitam apud Iudicem deponendam, ne alioqui eadem difficultate, ab eo conſequatur pecuniam arreſtatam, qua debitũ ab ipſo debitore aſſequi nõ potuit. Gaudent enim, & ſæpe etiam procurant debitores, vt quo facilius moram ſoluendi trahant, pecunia quam debent apud ipſos arreſtetur. Cum verò eam pecuniam petente creditore depoſuit, vel non petente, creditori ſuo non ſoluit: etiam ſi ad certum diem ſub pœna & addito iureiurando ſoluere promiſiſſet, non tenetur, quia iuſſus Iudicis, & à mora, & à pœna, & à periurio excuſat. l. non videtur, §. qui iuſſu, ff. de reg. iur. l. fi. ff. de leg. commiſſ. Rebuffus dicto loco, Lucas de Penna. ad l. vnic. c. C. vt nullus ex vicar. lib. 11. Prœctius Ferrar. in for. ſequeſt. ſeu ſaxam, col. penult. Bart. & Dy. ad l. creditor, ff. de ſolut. Anchar. conſ. 64. Decius conſ. 25. Iaſ. cõſ. 26. lib. 3. Deciſ. Neap. 150. Barb. conſ. 29. lib. 3. Cumanus conſ. 185. Caſtr. conſ. 852. lib. 1. præterquam, ſi debitor, debitoris (quod, vt dixi, ſæpè fit) ex malitia & improbitate ſua impedimẽtum iſtud arreſti ſolicitauerit. Fel. ad c. fi. de teſt. & ad c. fi. de for. com. argum. l. & qui data, ff. ex quib. cau. maio. Barba. conſil. 56. lib. 1. Hieronymus Cag. ad d. §. qui iuſſu, vel ſi tam notoriè videatur arreſtum eſſe iniquè aut perperam factum vt nullo iure defendi, aut ſubſiſtere queat, teſte Decio ad d. § qui iuſſu & latiùs Iaſ. d. conſil. 26. lib. 3. Arreſtata verò hæc pecunia cũ fuerit, dies, dici debitori principali debet, vt compareat, & ſe, ſi velit rationib. arreſto proponendis opponat. Et quamuis ſint qui exiſtiment, cogere hunc poſſe ſuum debitorẽ vt ſoluat, interpoſita cautione indemnitatis aduerſus creditorẽ arreſtantẽ, arg. l. pen. C. de poſ. l. Is à quo. ff. de rei vendic. Iaſon. ad l. nõ ſolum, §. morte. nu. 28. ff. de oper. no. nunciat. Contrarium tamen dicto loco tenuit Rebuf. qui ea in re Paul. Pariſium conſ. 107. lib. 3. ſequacem habere videtur, præcipuè cum in facultate arbitrioque eius poſitũ atque collocatum ſit, iuſta ſatiſdatione omnem facti arreſti vim diſſoluere. Quid igitur, ſi debitor debitoris ſe verum debitorem eſſe negauerit? Sane non poteſt creditor plus iuris aduerſus debitorem ſui debitoris habere, quam haberet ipſe primus debitor, idemque debitoris ſui creditor. Ideoq; in primis probare debitum oportebit l. ſi debitum, C. quan. fiſc. vel priuat. glo. ad l. 2. eod. tit. Ro. d. l. poſt rem c. incip. ſecundò quæro. fol. 675. Doct. ad l. à Diuo. Pio. §. ſic quoque, ff. de re Iud. Quod ſi verò res debitoris occultauerit, & ſe eas habere negauerit, iuſtis remediis huiuſmodi impudentia coercebitur legitimáſque mendacij ſui pœnas feret, de quibus inferius latiùs dicitur.

11 Clericos quoque debitores, arreſtari poſſe exiſtimo. Nam in his quæ pertinent ad proceſſum, etiam in foro eccleſiaſtico ſeruatur conſuetudo laicorum, c. cum veniſſet. in verb. Vellent procedere, de eo qui mit. in poſſ. Et cum eiuſmodi ſtatutum vel cõſuetudo nihil turpitudinis habeat, pertineatque ad abbreuiãdas lites bono publico, etiam à clericis ſeruari cõuenit, c. conſtitutus, de in integ. reſtit. gloſſ. in l. ex ea, ff. de poſtul. Ideoque Bartolus ad l. cunctos populos. 8. col. verſic. hoc præmiſſo, C. de Sum. Trinit. reſpondet, ꝙ cùm ex ſtatuto ciuitatis, inſtrumentum meretur paratam executionem, poterit laicus in foro Eccleſiaſtico, eiuſmodi inſtrumenti executionem, aduerſus clericũ poſtulare: quod & Rodericus quoque voluit, d. loco in 8. ampliatione, quantumuis ad d. l. cunctos. diſſentiat Baldus. Sanè, in clerico de fuga ſuſpecto, dubium non eſt, quin ex mandato iudicis eccleſiaſtici detineri poſſit, teſte Fran. Rip. lib. 1. de leg. reſpond. 13. & ad c. 1. de iudic. cum etiam, quod amplius eſt, à laico, ſi fugitiuus iam ſit, rectè capiatur. Panor. & alij in c. cum non ab homine. eo. tit. Bart. ad l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furt. Hippol. ſingu. 43. inci. debitor. Iaſon. in §. 1. de act. & in materia arreſti. Rebuffus d. art. 6. glo. 3. circa fin. verſic. Quintò amplia. nullaque fori præſcriptio in huiuſmodi neceſſitate opponi ſeu allegari poteſt. Iaſ. ad l. 2. num. 15. 16. & 17. ff. de iuriſdict. om. Iud. & ad l. ſi ab arbitro. nu. 9. ff. qui ſatiſd. cog. Idem in prouiſionalibus executionibus & namptizationibus dici ſolet: quia vt laicis, ita etiam clericis, ad prouiſionẽ ſeu (vt vocant) namptizationem, condemnatur, teſte Rebuffo d. tomo. 1. in prœmio glo. 1 nu. 69. præcipuè, ꝙ eiuſmodi prouiſio non tam deciſionem cauſæ, quam ordinem procedendi ſapiat: qua de re etiam Imbertus, Inſtit. forẽ. lib. 1. c. 24. & lib. 3. cap. 7. quædam annotauit. His rectè adiicias, quod Ioannes Fabri ad §. Is quoque, nu. 3. verſ. quid ſit clericus, Inſtit. de act. reſpondet, ꝙ ſi clericus ſe obligauit ad arreſtum pro debito ciuili, valet obligatio, arreſtumq; tenet, ita tamen, vt in curia eccleſiaſtica, non in ſeculari detineatur: detentus verò, neque carceri mancipetur, neque vinculis alligetur, quam Fabri opinionem & Guido quoque q. 81. ſecutus videtur, quod & Buerius q. 349. nu. 11. col. antepenult. probat.

12 Sed & teſtes vt teſtimonium dicãt: Tabelliones vt inſtrumenta exhibeãt: apparitores, nuntij, & executores, vt executionis teſtationẽ præbeãt. ſiſti atque arreſtari poſſunt. Imbertus libro. 1. Inſtitut. foren. c. 1. Rebuff. ad ord. Reg. Lom. 3. de citatio. arg 2. gloſſ. 5. nu. 19. & tradunt doct. ad tit. de teſtib. cog Bal & alij ad l. quibus diebus. in prin. ff. de cond. & demonſtra.

13 Adde, ꝙ ciuis pro debito ciuitatis detineri, ſiſti, & arreſtari, poteſt, quando ciuitas ſe & ſuos, ſuáque & ſuorum bona (ſicut fieri ſolet) ſolemniter obligauit: neque ſolum pro rata & portione ſua arreſtari poterit, ſed pro debito vniuerſo. Iaſon Franciſcus à Ripa, & alij ad l. 4. in initio. ff. de re iudicata. & ad l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. Nam quod plerique exiſtimant, vnumquenque cenſeri pro ſua parte obligatum, niſi aliud ſit expreſſum: reſpectu ciuium inter ſe, non reſpectu creditoris, verum eſt. Scire enim creditor nunquam poſſet, quota cuiuſque ſit portio: neque etiam illud in contrahendo actum ſeu cogitatũ fuiſſe dici poteſt, planeque vſus arreſti ſic tolleretur, &

particu-

Digitized by Google

particularis hæc prȩſtatio,plurima ſecum incommoda ſerret.l.planè.ff.fami.erciſcun:Porrù aurem,quòd ita arreſtatus vel detentus Præſtitit, damnique quod accepit,ȩſtimationem ac refuſionem à communitate vel ciuitate recuperare poteſt, vt teſtatur Laurentius Syluanus conſil.35. num.8.libr.1.Cardin. & alij ad l. Nam Seruius.ff.de neg.geſt. & ad l.ſecundam.§.fi.ff. de verb.oblig.Panorm.conſ.21. incip.in quæſt.libr. 2:& conſ.60.lib.1.Non me latet,quòd d.Henningus Goden.conſ.34.nu.33.fuſe admodum ſuſtinet,ciues alicuius ciuitatis pro debito eiuſdem capi, detineri, vel incarcerari à creditoribus ciuitatis non poſſe:ſed opinionis illius in hoc articulo,iuſta defenſio eſſe nó poteſt, tum quòd moribus noſtris contrarium ſeruetur,tum quòd non videtur loqui,quando res & bona ſingulorum nominatim creditoribus obligata & ſuppoſita fuerunt.

14 Sed & de eo dubitari poſſet, quid agendum ſit, ſi debitor & is qui arreſtatur,in re,quæ arreſtari debet, portionem aliquam indiuiſibilem duntaxat habuerit. Nihil referre aſſerit Rebuffus,d.art.6.glo.3.num. 33.nihilq;impedire exiſtimat,quo minus ratione partis,tota arreſtetur:ita tamen, vt arbitror,quod iſtiuſmodi debitor ſuo ſocio de dãno ipſius in altera parte accepto,teneatur:In ſimili enim receptum eſt,animal alterius publicari & fiſco adſcribi ſubinde poſſe: ſed ſuccurritur eo caſu domino animalis, vt contra eum, cuius culpa in commiſſum incidit, pro damno accepto experiatur. Roman. & alij ad l.dotem.§. dominis.ff.de public.& Vectig.& ad l.fi.ff.de pign.act. Præſumitur tamẽ(inquit Rebuffus)res apud debitorem inuenta,eſſe eius,argu.l.fi.C.de rei vend.& c.De cauſ poſſeſſ. Quomodo aduerſus generum quendam iudicatum fuiſſe ait,qui arreſto ſe oppoſuit,&equum apud ſocerũ repertum,ſuum eſſe dixit,nec aliter probauit. Ideoque debitor rem eiuſmodi alterius eſſe, incontinenti probare debet,ſi arreſtum euitare velit. Albericus ad l ſecundam C. ne vxor pro mar. quemadmodum vxor,ſi eo tempore quo aduerſus maritum ſententia mãdatur executioni,ſe opponat,& res quas apprehendit executor,ſuas eſſe contendat: hoc probare debet,quia mariti eſſe præſumuntur,teſte Bald. & Petro de Bellapertica ad eandem.l.a.

15 Immò quòd amplius eſt, ſi creditor petiit ſe mitti in poſſeſſionem bonorum ſui debitoris,& miſſus fuit, nihilominus tamen debitor ſiſti & arreſtari poteſt. Decius conſil.460.nu.9. Nam & Bart.ad l.conſentaneum,col.fi.verſ. a.quarto.C. quomo.& quan.iudex. & Bart.ſecutus Bal.ad l.ignorare.C.de reſtit.milit.& ad l.1.§.fi.ff.ſi quis ius dicend non obtẽperat,reſponderunt,ꝙ creditor immiſſus in poſſeſſionẽ bonorum debitoris ſui,curare nihilominus poteſt,eundem debitorem apprehẽdi,quia ſcilicet hæc remedia cumulatiuè competunt ad eũdem effectum, & per electionem vnius,alterum non tollitur. Neque mouet,ꝙ dicitur,eum qui viam iuris elegit,amplius ad viam facti redire non poſſe.l. ſi mulier.in fi.ff. ꝙ met.cau. Salic. ad l.2.in 10.quæſt.C. de ſeruit.& ad l.1.in prin.C.de execu.rei iudic. tum quia via arreſti eſt vera via iuris, tum quia regulæ illi nullus eſt locus,quando plura remedia ordinata ſunt ad eundem effectum,in fauorem actoris, teſte Decio,d.loco nu.12. Quo modo Boërius quæſt. 306.reſpõdet,eum creditorem qui pignus accepit,poſſe nihilominus perſonali actione debitorem vrgere. Neque audiendum eſſe debitorem, ſi dicat. Tu habes pignus,& es ſecurus,quòd & Cornȩum conſ.108.lib.4.voluiſſe ait. Et ſi quis in poſſeſſionem legati ſeu fideicommiſſi ſeruãdi cauſa miſſus eſt,contra hæredem adhuc agere poteſt, l qui legati.C.vt in poſſ.leg. Rurſum.qui ad petitionẽ creditoris excommunicatus eſt, nihilominus ad ſoluendũ vrgetur,non multo aliter, quam is qui hoſtagia (vt noſtri dicunt) ſeruare promiſit. Guido Papæ,conſil.99.incip. Ioannes Borelli,libr.2.Bart.ad l.1.ff.de lege commiſ. Sed paulò apertiùs idem Guido conſ.117. incip. Ex actis. verſi,vlteriùs not.& conſ.114.num.4.lib.2.ait, quòd ſi quis eſt incarceratus ad inſtantiam ſui creditoris, poteſt nihilominus creditor bona illius perſequi: & econuerſo,ſi primo cõuolauit ad bona debitoris,poteſt poſtea pro reſiduo adhuc facere capi perſonam debitoris. Ang. ad l.4.§.ſi ex conuentione, & ibi Zaſius num.8.ff.de re Iudic. tum quia carcer qui ad cuſtodiam deputatus & conſtitutus eſt, l.1.C.de cuſto. reor.l.aut facta §.ſolent.ff.de pœn.neque debitũ ſoluit, neque perimit aut extinguit obligationem: tum quia illa remedia ad vnum effectum tendũt,tum quia æquum eſt,illi vlterius ſuccurrere,cui vnũ remedium non ſufficit. Cornæus d.conſil.108.lib.4.Rebuffus d. tomo.1.art.11.gloſſ.3.num.12. Quæ omnia dubium non habent, vt videtur, ſi perſona & bona debitoris ſimul erant obligata,quòd fieri curant cauti creditores,vt d.loco,numer.8.ait Rebuffus non ignorantes, quòd abundans cautela non nocet, l.pen.C.de euict. Et quidem præcipuè hoc tempore, quo fides atque charitas friget, & aduerſarius noſter diabolus, mille artifex,nouas atque inuſitatas decipiẽdi formas quotidie ſuggerit debitoribus, ad fraudandum propenſioribus. Alioqui verò difficile eſſet,in vſum forẽſem, quæ dicta ſunt,adſerre,& rem ac perſonam debitoris ſiſtere vel arreſtare, quod multarum prouinciarum mores non admittunt.

16 Illud etiam notari poteſt,ſi Iudex qui arreſtare debitorem præcepit apparitori, ante factum arreſtum vel moriatur, vel officio defungatur, poterit nihilominus apparitor arreſtum facere, & præceptum ſibi factum exequi: quia præceptum Iudicis, illic modis non extinguitur,licèt aliud in commiſſione obſeruetur. Hippol.ad l.fi.nu.185.ff.de iuriſ.om.Iudic. Rodericus ad declar.l.a.Titul.*de los emplazamientos*, lib.2. fori,num 28.per text.in authentic.§. nulli Iudic.§.ſi verò.col.9. & l.fundi venditor.ff. de acquir.hæredit. Et licèt aliàs præceptum iudicis regulariter non duret vltra tempus ſuæ iuriſdictionis.l. fin.ff. de pœn.l. eum qui.§.magiſtratus.ff.de iuriſd.omn.Iudic.l.1.C. de poſtul.c.præſenti,de offic.leg.nume.6.hoc tamen verum intelligunt noſtri, niſi ſit factum cum cauſæ cognitione. Ideoque Ang. ad l.ſi per epiſtolam, ff.de acqui.hære.ait, quòd iuſſus Iudicis factus cauſa cognita, vt eius ſententiam exequatur apparitor, non perit eius morte:eademque ratione ibidem,quod hic dicimus,affirmat.

Qui & quorum bona ſeu res,arreſtari non poſſint. CAP. 5.

ARGVMENTA.

1 *Scholares & eorum bona arreſtari non poſſunt.*
2 *Quis probauit bona ſcholaris eſſe vel non eſſe.*
3 *Parentes ſcholarium num arreſtari poſſint.*
4 *Milites an rectè arreſtentur.*
5 *Commeatum ferentes ad caſtra, non ſiſtuntur.*

6 Fructus

Digitized by Google

6 Fructus beneficiorum an arreſtetur.
7 Quid ſeruetur in legatis Principum.
8 De Conſiliarijs,& aduocato Regio.
9 De Aduocatis & Medicis.
10 De muliere debitrice.
11 De ceßione bonorum.
12 De his qui exceptionem competentiæ habent.
13 De rebus alienis.
14 An pro debito minimo concedatur arreſtum.
15 Res immobilis non arreſtetur.
16 Boues,equi,& aratra,an arreſtentur.
17 Cadauer hominis mortui,an arreſtari poſsit.
18 Debitor qui tempore contractus non fuit ſoluendo,an poſsit arreſtari.

QVAMVIS verò regulariter,res aut perſona legitima ex cauſa debitoris, ſiſti ſeu arreſtari poſſit:recipit tamen ea regula exceptiones ſubſequẽtes.

1 Et principiò quidem ſcholares, eorumq́ue bona, arreſtari non poſſunt, adeo vt is qui auſu temerario contrarium facere tentauerit,non ſolum infamiæ notam contrahat, verum etiam ad quadrupli præſtationẽ teneatur, auth.habita.C. ne filius pro patre.Quis enim (inquit ibi Fredericus imp.) eorum non miſereatur, qui amore ſcientiæ facti exules, de diuitibus pauperes,ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt, & à viliſſimis hominibus, ſæpè (quòd grauiter ferendum eſt) corporales iniurias ſine cauſa perferunt? Et iſtud quidem in hac noſtra arreſti materia aſſerit Rebuff.d.Tomo.1.ad ordi.Reg. art.6.glo.3.nu.68.& in tract.de priuileg.ſcholarium, c.83.Ioan.de Platea, ad l.colonos.C. de agri.lib.10. Quòd etiam tunc locum habet, quando antequam ſcholares fierent,contraxerunt,vel ſcholares cũ ſunt, in patriam proficiſcentes, ibidemq́ue aut alibi, ſeſe obligarunt, ſi modo nõ ob crimen aliquod atrox admiſſum, vel ignominiosè dimiſſi,vel ab Vniuerſitate proſcripti fuerint teſte Rebuffo dicto libro de priuileg.cap.122.Nam quamuis ob tenellam & floreſcentem ætatem, in qua plerunque exiſtunt ſcholares,mitius puniantur, tum quòd adoleſcentia ſit veluti ſuaptè natura proprium & peculiare vitiorum irritamẽtum: tum quòd nondum ſit huic ætati plenum rationis iudicium atque conſilium:tum quòd ſpes eſt, eos emendatiores futuros,vitiaque vna cum adoleſcentia depoſituros,l.auxilium.§.in delictis,& ibi doctor.l.ſi ex cauſa.§ nunc.ff.de mino.l.1.§.impubes, ff.ad S.C. Syllian.omnino tamen impunitum delictum manere non poteſt.l.impunitas.C.de pœn.l.1.& 2.C.ſi aduer. delict.latè Tiraq.de pœn.temp.cau.7. Sed nec in loco quidem ſtudij, ob nõ ſolutam domus penſionem, ſeu aliam cauſam,arreſtari poſſe ait,cap.19.nullo ſcilicet tacito pignoris ſeu hypothecæ iure, hoc caſu à
2 lege aduerſus eos conceſſo. Iaſ.& Ang.ad §.Item Seruiana, Inſtitut.de actio. quomodo dicto loco idem Rebuffus ſe ad laqueum damnatos vidiſſe ait nonnullos ob eam cauſam, ꝙ recedentium ſcholarium libros detinuerãt & exuſſerant Tholoſæ, anno 1525. Sunt etiam, qui exiſtimant id adeo eſſe verum, vt arreſtari vel detineri non poſſint, quantumuis iuraſſent ex Academia non decedere,niſi prius ſoluto ære alieno, ſi modo iuſſu parentum reuocentur. Alex.& Roma.ad l.fi.ff. qui ſatiſd.cog.quia in omni iuramento, intelligitur excepta authoritas ſuperioris, c.veniens: de iureiur.Rebuffus in tract. concord.ad rub.de collat.§.1.ad verbum, Onus.verſic.& hanc reſidentiam. Quod tamen d. tract.de priuileg. cap.73. ita intelligit,niſi eiuſmodi euocationem parentum, malitiosè & ſtudiosè procuraſſent, & affectaſſent,miſſis literis præcatoriis,vt auocarẽtur,quod & Fredericum à Senis conſ.191.& Benuenutũ Stracham, in lib.de mercatura.ſub tract.de nauigatione,cap.1.num.22.ſecutos eſſe video. Quid igitur? credétne ſtatim contrahens extraneus, qui non in loco ſtudij cum ſcholare contrahit,ſcholarem eſſe, & ſic ipſum dimittet? Rurſum,credétne Publicanus nautis & nuntiis, res ſcholarium ſe portare afferentibus? Sanè Card.ad clem.1. de exceſ.prælator,reſpondet,clericum vel ſcholarem tantiſper detineri poſſe, donec ſe ſcholarem eſſe docuerit,qua in re & alios quoque ad c.Si iudex de ſent. excommunicationis,ſecum conſentientes habet. Ad nuntios verò vel nautas & aurigas quod attinet, exiſtimant noſtri,nuntios vel nautas & aurigas,ſi literas teſtimoniales ſcholaritatis adoleſcentis ſtudioſi habent, compellendos vlterius ad aperturam rerum nõ eſſe,ſed in omnem euentum, iuramento eorum ſtandum eſſe,gloſſ.ad clement.fin. De cenſ. Alexan.Iaſ. & alij, ad l. cætera.§. ſed ſi quis.ff. de leg.1. Rebuff. priuileg.147.Hæc tamen omnia quæ dicta ſunt,videlicet ꝙ ſcholares & eorum bona, quando recedunt, arreſtari non poſſint,intelligunt nonnulli, ſi aliàs de fuga non ſint ſuſpecti, & periculum ſit, ne creditor vnquàm aliàs ſuum conſequatur. Nam alioqui daretur eis poteſtas contra omnem æquitatem, ſub hac ſpecie alios fraudandi.l.ſi legationis.ff.de Iudi.quod & vſus fori recepit.Sic, ſi ſe laicos eſſe mentiti ſunt, vel dolo malo contraxerint,promittentes alibi paratam ſolutionem:graue erit,illis per hoc priuilegium, cum iniuria aliorum ſubuenire.l. Sunt qui.cum ll.ſequent.ff.de re iudic.

3 Quod verò de Scholaribus dictum eſt, etiam in parentibus eorum, eos viſitantibus, locum habet,vt ſcilicet in loco ſtudij arreſtari non poſſint, glo.ad 2. §.legatis.ad verb.ob aliam cauſam,ff.de Iudic. Expedit enim parentibus,proprios liberos, quos plus quã ſe diligunt, l.iſti quidem, ff.quod met.cau.viſitare, eorumq́ue vitam & mores perquirere. Quod tamen Rebuffus d.tract.de priuileg.c.77. intelligẽdum putat,niſi in loco ſtudij cõtraxerint,aut ibi ſoluere promiſerint,vel longo tempore illic in fraudem creditorum moram traxerint,aliáſve quacunque ex cauſa ibi domicilium ſortiti ſint. Quæ & in nuntiis & famulis ſcholarium, ſine quibus eſſe non poſſunt, locum habent, c.licet.de priuilegiis.Rebuffus dicto loco,priuil.166.Non me latet tamen,quam ſtudiosè nonnulli aduerſus hanc æquabilem iuris diſpoſitionem, abuſum contrarium inuehere conentur,ſed male.

4 Proximi verò his ſunt milites. Hos enim, eorumq́ue arma,animalia aut ſtipendia, quando ad bellum properant,ſiſtere & arreſtare non licet, glo.ad l.Nepos Proculo.& ibi doctor.ff. de verborum ſignific.l. ſtipendia, C.de executio.rei iudica. Rebuffus d.arti. 6.glo.3.nu.68.Iaſon ad §. Item Seruiana.Inſtitut.de act.Doct.ad l.commodis.ff.de re iudic.quia hi fauorem merentur, quòd armis ſuis ſanguine rutilantibus,Rempublicam defendunt,l.1.ff.de milit.teſtam. Et quantum ad forum attinet,priuilegium habent,ne alibi quam apud Magiſtrum militum conueniantur. l.Magiſteria.C.de iuriſdict.omn.iud.ſcilicet,ne à militia diſtrahantur. Quam ob cauſam adminiſtratio rerum alienarum militibus interdicitur, l.Milites.l. vlt.C. locat. Quòd ſi verò ignominiosè dimiſſi ſunt, adeoq́; pœnis potius quam beneficiis afficiendi ſunt

hoc

hoc priuilegio non gaudent, vt l.milites C.de quæſt. Quid igitur ſi equos, boues, aut animalia ruſticorum auferant, vt ſæpè fit, ſuſtinere poterunt? Sanè qui non tam militant, quam latrocinantur, nullo priuilegio digni ſunt, d.l.milites, ratusq; omnem honorem excludit, l.1.C.vbi Senat.vel clariſ.ideoque, ne detur ei contra omnem æquitatem poteſtas, ſub hac ſpecie, res alienas auferendi, videtur, quod ibi, vbi ſunt, coram magiſtro militum cõuenientur, vel ſi is nõ adeſt, coram ordinario iudice loci, res vindicabitur, arg.l. legationis, ff.de iud.quia vindicatio eſt ex præſenti poſſ. vel ſaltem eo nomine ibi cauebitur.Bald.ad l.fi. C.de iuriſd.omn.iud. doct.ad l.vnic.C. in quib.cauſ. milit.fori præſcript.non vtunt.

5 Eadem eſt ratio eorum, qui ad exercitum cõmeatum adferunt. Num quam enim arreſtari aut detineri poſſunt.l.ſemper, ff.de iure immu.l.1. C. de nauicul. Qua de re Caroli V.Impera.Auguſti, olim Principis noſtri potentiſſimi & clementiſſimi, extat conſtitutio, ann.44.die 19.menſis Maij.& ann.54.die 5.menſis Auguſti Bruxellæ edita.

6 Exiſtimant plerique, pro condemnatione clerici, fructus Præbẽdæ ſeu beneficij eccleſiaſtici, in executionem capi non poſſe, ſi alia bona clericus ille non habet.Bar.Alex.& alij ad d.l.Commodis, & ad l.diuo Pio.§.in vend.ff.de re Iudic.& ad c.peruenit.de fideiuſ.quòd & ad arreſtum forte non male trahas, vt ſcilicet arreſtari non poſſit, ſi aliud vnde viuat, non habeat, ne cõtra dignitatem ordinis mendicare, vel nudus incedere cogatur.c.1.de reſtit.ſpol.lib.6.c.Odoardus de ſolu.ſed alio modo conuenienti, Iudicis eccleſiaſtici cognitio aduerſus eum procedet.Rebuffus d.tomo primo, artic.2.glo.1.num.108.

7 Legati quoque principum ius reuocandi domum habent, etiamſi in loco legationis, ante legationem contraxerint.l.2.§.legatis.ff.de iudic.cap.vlt.de foro competen. Ex delicto tamen ſuo, ſuorumque tũc admiſſo, tenentur iudicium ferre.l. non alias.§. legati, ff.de iudic.Quod ſi alios ibi conuenire velint, eodem iure aduerſus eoſdem vti debent.doct.§. fin.ff. de iureiur.& ad d.l.legatis, & in actionibus tempore perituris, aliquid ſingularitatis conſtitui ſolet.l.2. §. ſed vtrum eo.tit. Qua de re, in libro variarum lectionum, ſub tract. iuris ſingularis, c.De priuile.reuocandi domum, agit Oldend.

8 Parem cauſam habere videntur Conſiliarij & aduocati Principis, quos propter præiudicium publicum, nuſquam ſiſti aut arreſtari conuenit, ſicut nec alibi conueniri poſſunt.l. iubemus.l. petitionum.C. de aduoc. diuerſ. iudic. Rebuffus in comment. concord.Rub.de elect.de rog.ad verbum Regium aduocatum.Guid.Papæ q.423.circa medium, & plura de priuilegiis iſtorum cumulat Boërius, in tract. de autho.Parlamenti vel mag.concil.

Sed & Manſuerius, nobilis Galliæ practicus, in ſua praxi.tit de execut.col.8.verſic.Item pro debito, reſpondet, ꝙ pro debito non priuilegiato, is qui ad curiam Principis venit, arreſtari non poſſit, quoniam in ſaluo conductu Principis eſſe videtur.

9 Aduocatus quoque, doctores non ſcholares, & in vniuerſitate non degentes, ac medicos, plerique opinantur ſiſti non poſſe, l.medicos.C. de profe.& med. doct.ad l.1.C.qui bo.ced. & ad l.miles.ff.de re iud.ꝙ tamen Iaſon.Caſtr.Alber.& alij, de facto non ſeruari conqueruntur. Lex hos capi, & carcerari pro debito non poſſe ait, vt nec mulieres, nec pupillos, qua de re latiſſimè agit Rodericus ad decla.l.2.Foro ll.lib.3.c. vlt.doct.ad l. neque impuberes.ff. de in ius voc.auth. Sed hodie.C.de offi.diuerſ.iudi. Iaſon ad l.Plerique, ff.de in ius vocan. auth.nouo iure.C. de cuſt.reor.arreſtari tamẽ & ſiſti poſſe, nõ niſi ſub generalibus verbis verar. Exiſtimo tamen, ex mente Legiſlatoris, ſub tit.de Profeſſ.& Medic.& ſub tit.de aduoc.diuer.iud. id ſatis colligi poſſe, multumque in eo verſari iudicis religionem, vt neceſſitatem ponderet, & facti circunſtantias colligat. Nuper enim medicum arreſtatũ ſententia Senatus Brabantici abſolutũ & dimiſſum fuiſſe intelligo, propter periculum quòd ægris ex longa abſentia illius, qui in parua ciuitate vnicus erat, imminebat.

10 De mulieribus quoque quòd dixi, non omnino expeditum eſt. Sunt enim, qui pro debito eas capi, & carceri mancipari poſſe putant. Barb.ad ca.2.de pig. Gomeſius ad c.2.num.22. de iudic.lib.6. Præpoſ.ad c.ex parte de appel. Hippo.in pract.cauſ.crimi.§.attingam.num.64.Bald.ad l.1.verſi.Quæro, cum in ciuitatibus.C.qui bo.ced. cum & mulieri ad euitãdum carceris ſqualorem, ceſſione ſuccurratur, l.fin.C.qui bo.ced.poſ.Mihi, nouo iure videtur priuilegiũ ſexui traditum eſſe, ne pro ciuili debito carceri mancipetur, d.auth.Hodie.C.de cu reor.cuius verba ſunt hęc: Hodie nouo iure nullam mulierem pro pecunia fiſcali ſeu priuata cauſa, in carcerem mitti aut includi, aut cuſtodiri concedimus.Sed ſi pro fiſcali aut priuato debito pulſetur, per virum ſuum, aut quẽ alium, legitimè reſpondeat. Quibus verbis, vſus arreſtationis non eſt interdictus. Vnde & arreſtari eas poſſe, vt reſpõdeant, & iure ibi ſiſtant, puto, quod & vſus probat. Tum verò quod dicitur, mulierem pro debito capi & carcerari non poſſe, in honeſta muliere locum habet, non in meretrice ſeu turpiter viuente. Has enim, vitæ vtilitas, dignas legum obſeruatione non credidit.l. quæ adulterium. C. de adult. ſequiturque Bal.ad d.l.conſentaneum.col.7.Rom.ad leg.ſi verò. §.de viro.ff. ſol.matri.l.ſi vxor.§.1.ff. de adult. Quinimmò vbicũque mulier eſſet obligata pro tutela, quã adminiſtrauit, & in aſſumptione officij renuntiauit S.C.Velleiano, omnique auxilio, capi & in carcerem mitti poteſt.Bartol.in auth.vt matri.& auiæ.C.quan. mulier.offi.tut.Alex.ad d.l.plerique.Et quamuis Andreas Siculus nouarum opinionum pro ingenij ſui dexteritate ſtudioſiſſimus, contrarium opinetur, ad d.c.2.Rodericus tamen, eius dictis non eſſe fidendũ, loco mox citato.nu.9. in fi.admonet.Certè Bal.ad l. etiam col.4.verſic.ſed nunquid Abbatiſſa, C.de execut.rei iudic.ait, Abbatiſſam per Epiſcopum pro debito monaſterij detineri ſeu capi non poſſe. Profeſſa enim, bona, quibus cedere, poſſet, non habet: & propter bona, non quidem recta via, ſed in ſubſidium, ad carcerem deuenitur.l.3.§. tutores.ff. de ſuſpect. tut. Latius verò & exactius hac de re agit Couarruuias, lib. Var.reſol.2.c.1.nu.3.ſicut & Boërius quæſt.345. col.penult.ait, de ſtylo & conſuetudine curiarũ Franciæ, pro emendã ſeu pœna pecuniaria, mulierem carceres non euitare ob ſuam paupertatem. Huc etiam pertinere puto eam diſputationem, vtrum quis ſe ad carcerem ſeu arreſtum obligare poſſit. Quidam enim exiſtimant, non valere hoc pactum, quaſi libertati repugnet. Salic.& alij, ad d.l.1.C.qui bon.cede.poſſ.& ad l.alia.ff.ſol.matr. Alij contra ꝙ per legem fieri poteſt, poſſe etiam per pactum fieri arbitrantur.l.nõ eſt impoſſibile.ff.de pact.Sed per legem, propter debitũ poteſt quis capi, & in carcerem deduci. d.§. tutores. ergo per pactum licere debet. Zaſius libro ſecundo ſing intellect.c.8. Henningus Goddem conſil. 103. num.56.d.l.ſuam & Seruius.ff. de nego.geſt. Bald.ad

d.l.1. Nam carcerari aliquẽ pro debito per magiſtratum, non eſt actus illicitus: à iure enim permittitur, vt not. docto. ad eandem. l. 1. & eſt apertus text. in l. nemo carcerẽ. C. de exact. trib. libro decimo. Cùm igitur talis actus illicitus non ſit, in pactum venire poteſt. Cui aſſertioni plurium nationum conſuetudo (vt Zaſius ait) ſubſcribit, vbi per magiſtratum, debitores ex pacto capiuntur, poteſtque debitor renuntiare exceptioni ex eo competenti, quòd ordine iuris executio fieri deberet. l. 3. C. de pig. præterquam, ſi carcer horridus vel ruinoſus eſſet, ex quo vitæ periculũ immineret: additque permiſſam eſſe conſuetudinẽ, hanc pactionem, ne debitor recedat à certo loco, debito prius creditori non ſoluto, licèt ad id iure fieri poſſit, ſpeciemque quandam ſeruitutis cõtineat, à pleriſque probabilibus argumentis in vtramque partem diſputetur, ad c. ex reſcripto, de iureiu. & pro parte affirmãte, eſt cap. expoſita.

11 Et quamuis ex his quæ dicta ſunt, ſatis intelligi poſſit ceſſionem bonorum, quæ petitionem actioniſque exercitium differt, arreſtum quoque impedire: plurima tamen exiſtunt, ex quibus ea ceſſio oppugnari atque reiici poteſt. Si enim creditores renuncient iuri carcerandi debitorem, ceſſio non admittitur. Ratio enim ſqualoris carceris, quæ locũ fecit flebili ceſſioni, d. l. 1. ceſſat, ideoque, eo caſu, prout ſingulis diebus lucrabitur debitor ille, creditoribus ſoluere tenetur. Bal. ibi colum. 3. A quo Baldo etſi diſſentiat, ibi Salicetus, pluribus tamen & quidem illuſtribus ingeniis probatur, quia fraudibus iſtiuſmodi nebulonum obuiam eundem eſt, l. in fundo. ff. de rei vendic. ne in eorum facultate ſit, creditoribus quibus ſoluere aliqua ratione poſſunt, præiudicare, & ne ignaui ac deſides alantur alieno labore, cum quemlibet deceat in ſudore vultus ſui comedere panem ſuum. Quam opinionem, tanquam animæ illorum magis conuenientem, Reipublicæ vtilem, & piam, ad d. l. 1. commẽdat Cynus, & Cynum ſecutus Rodericus ad d. l. 2. Titu. *de los Gouiernos*, cap. 1. nu. 13. Sic & is qui ea ſpe debita contraxit, vt bonis cedendo liberaretur, ceſſionis illius beneficio nõ gaudet. l. fi. §. fi. ff. de his quæ in frau. Ang. ad l. is qui bonis. ff. qui bon. ced. Felin. ad c. fi. de teſti. vt nec ille quoque, qui tẽpore contractus ſciuit ſe ſoluendo non eſſe l. penult. in fin. ff. de iureiur. dot. aut quis ex delicto vel quaſi delicto, vel Fiſci debitor exiſtit. l. 2. C. de exact. tribut. l. generaliter. ff. de pœnis. Eodem loco ſunt qui inuentarium bonorum hæreditariorum non conficiunt. §. ſancimus. in auth. de hæred. & fal. Bal. ad d. l. 1. verſ. Quæro an hæres. qui dilationem quinquennalem habuerunt, gl. & Ang. ad d. l. fi. C. qui bo. ced. qui à principio negarunt debitũ, Iaſon ad §. eum quoque inſtitu. de act. quiue alias inter eas perſonas numerantur, quas ad longum regula 46 fallentiarum ſuarum recenſet Socinus, & quæ cõſtitutione Principis noſtri Caroli V. Imper. adiiciuntur, quemadmodum & Boërius quoque reſpondet, quæſt. 215. nu. 6. decoctores, quos Banca Fallitos vocat, beneficio ceſſionis & immunitate debita nõ gaudere, ſicut nec quinquẽnali aut annali dilatione à Principe conceſſa gaudent, teſte eodẽ Boërio, quæſt. 340. nume. 10. Bal. conſ. 11. incip. In quæſtione, lib. 3. cum interim fugere poſſent hi, quod adferret parti præiudicium non modicum, in quo Princeps non intendit parti præiudicare. Iaſon latè ad l quoties. C. de precib. Imp. offeren.

12 Huc etiam trahere videntur nonnulli eos, qui niſi in quantũ facere poſſunt, conueniuntur, quandoquidem capi non poſſunt. Nam ſi filius qui ſe hæreditati paternæ immiſcuit, non eſt ſoluendo, mater pro dote in carcerem illum immittere non poteſt. Bal. ad l. lib. C. de cap. & poſtlimi. reuerſ. Aret. ad l. maritum ff. ſol. matr. Roderic. d. loco, nu. 3. Sed ego, quæ de carcere dicuntur, ad ſimplex arreſtum trahi poſſe non puto. Nam & multi conueniri poſſunt, qui in carcerem mitti non poſſunt. d. auth. Hodie. Tum verò, an & quantum facere poſſint, hic diſcuti poteſt, arreſtumque iuſta ex cauſa fiet, ſaltem vt debitum hìc agnoſcant. Quid enim, ſi coram certo iudice recognitio fieri debeat? Et quidem in ſimili, niſi apertè conſtet debitorem nulla habere bona, creditores citati ad videndam ceſſionem fieri, etiam lite pẽdente aliquando iure poſtulant executionem, vt teſtatur Aufrerius deciſ. cap. Thol. 28.

13 De rebus alienis non arreſtandis, vel ſiſtendis, nullum eſt dubium, vnde bona vxoris pro debito mariti arreſtari non poſſunt. Rebuff. d art. 6. glo. 3, nume. 51. niſi in ſe debitum illud tranſtuliſſet, vt in titul. C. ne vxor pro mar. Ne filius pro pat. Sed an bona præſumantur eſſe mariti, etiam ſi vxor claues habeat: partim ſuperiùs dixi, partim etiam conſil. 54. lib. 2. explicat Bertrandus.

14 Indecorum quoque eſſe videtur, quod quis pro minimo debito arreſtari poſſet: quia pro debito minimo aliquis ſuſpectus dici non poteſt. Roma. ſingul. 96. incip. Dic mihi quod non poteſt &c. Bal. ad auth. ſed iam neceſſe. C. de don. ant. nupt. Et ſtatum de debito loquens, ad debitum minimum ſe non extendit, neque ex eo cogitur debitor pro debito minimo cauere. Ripa. ad c. 1. num. 87. de iudic. Boëtius conſi. 42. nu. 10. latiſſimè verò omnium Tiraq. in trac. de iudicio in reb. exig. ferendo. Quamuis enim doct. qui hac de re verba faciunt, loquantur de captura & carceratione, non de ſimplici arreſtatione, quæ minus præiudicialis & ignominioſa eſt, Caſtr. ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & pleriſque in caſibus arreſtatio permiſſa eſt, in quibus captura non eſt permiſſa, Ioã. de Neuizanis, conſi. 52. nu. 29. puto tamen, in arreſtatione quoque idem obtinere, vt ſcilicet iis caſibus nõ concedatur, quibus ob vilitatem rei, actio non tribuitur, de qua re tractari ſolet, ad §. gallinarum. Inſt. de rerũ diuiſ. ad l. ſi oleum. ff. de dolo. Zaſius lib. 2. ſing. reſp. c. 26. In cuius rei cognitione arbitrium eius, qui iuriſdictioni præeſt, plurimùm verſabitur, iuxta ea quæ no. Hipp. ad l. quæſtionis, ff. de quæſt. Et hãc deciſ. quod arreſtare pro debito minimo nõ licet, apud Ripam reſp. 13. nu. 31. ſub titu. de leg. & long. conſ. item Dec. conſi. 75. videre poſſumus.

15 Arreſtari ſeu ſiſti ſimiliter non poterit rerũ noſtrarum immobilium poſſeſſor: ſed coram iudice, vbi res ſita eſt, competenti, iure conueniri debet, l. 2. C. vbi in rem actio. Rebuffus tomo 1. art. 3. gl. 2. & arti. 8. gl. 2. Qui verò res noſtras mobiles habet, non eſt in eadẽ cõditione: quia & hũc per eas detinere & ſiſtere poſſumus, quãuis interdum, quibuſdã in locis, rerũ immobilium poſſeſſores, tanquam earundẽ de fructuatores, arreſtari videamus. Regula autem eſt, non niſi pro debito, perſonali actione obligatũ debitorẽ, detineri, pręhẽdique poſſe, d. l. nemo, gl. ad d. §. tutores. Bal. in margarita. in verb. carceratus. q. 10. & in verbo, finis. q. 43. Iaſ. ad §. 1. nu. 50. inſt. de actio. Soc. in trac. de citat. art. 20. q. 24. Alex. conſ. 159. lib. 2.

16 Item arreſtari non debent boues araturi, equi ruſticorum, ligones, aratra, aut alia animalia vel inſtrumẽta ad culturam neceſſaria, arg. l. executores, C. quæ res pig. obli. poſ. cum. auth. ſeq. Bertach. in tract. de gabel. 2. parte 8. par. quæſt. 5. idque non ſolùm pro debito

bito priuato, immo nec pro tributis quidem, & Regiis denariis, teſte Rebuffo ad conſtit. Reg. tomo 1. art. 2. gl. 1. nume. 101. ne abductis ſqualere contingat arua aratris. Et quamuis leges ea de re loquentes, de pignoribus & executionibus loquantur: paritas tamē rationis efficit, vt & de arreſtis, quæ executionis formam continent, intelligantur. etiam ſi ruſtici nihil aliud poſſiderent, Petrus & Albericus ad dictā l. executores. Rebuffus dict. loco. nu. 105. licèt cōtrarium, & male, ſentiant, Hippol. ſibi cōtrarius, ad Rub. ff. de fideiuſſo. quæſtion. 27. num. 202. Ripa in tractatu de peſte. fol. 75. & ſeq. Gomeſius ad §. Itē Seruiana, Inſtitut. de actio. Petrus à Duennas. reg. 275. nu. 2. Qui omnes tamen, non tam quid ex iure fieri conueniat, quam quid vſu obſeruatum eſt, conſiderant: qui vſus vtique peſſimus, & reipublicæ, quæ plurimum ex agricultura pendet, pernicioſus, etiam noſtras ciuitates occupauit, contra textum in cap. fin. de treuga & pace. vbi textus ait: Ruſtici euntes & redeuntes, vel in agricultura exiſtentes, & animalia quibus arant, & ſemina portant: ad agrum, congrua ſecuritate lætentur. Qua de re, multa extant apud Matthæum de Afflictis ad conſtit. Neap. conſtitutio incipit ab officialibus, col. fi.

17 Quoniam verò, hominem mortuum ſepeliri debere, natura, humanitas, verecundia, & ſalubritas Reipublicæ docet: quod etſi facilis ſit iactura ſepulchri, tamen qui ſuperſtites ſunt, tam barbari eſſe non debent, nullam vt habeant humanitatis rationem: meritò cautum reperitur, ne mortui corpus debitoris, ſiſti ſeu arreſtari poſſit, ſub pœna amiſſionis debiti, & aliis Diuali conſtitutione compræhenſis, l. cum ſit. C. de ſepulchro violato. Boër. deciſ. 287. Ripa tract. de peſte, c. De præſeruatiuis remediis. nu. 101. Didac. Couar. lib. 2. variar. reſol. c. 1. num. 10. Et cum non minus expediat Reipubl. mortuos humari, quàm viuos conſeruari, vt ait Bal. ad l. fi. C. de nego. geſt. & latè Guil. Bened. ad c. Raynutius. ad verbum Mortuo itaque. 1. nu. 56. De teſtam. cadauera ſine obſtaculo, in memoriam humanæ conditionis, ſunt ſepelienda, l. quidam in ſuo, ff. de condit. Inſti. interdictaque eſt omnis appellatio, ne cadauer ſepeliatur, l. fin. ff. de appellation. recip. c. ex parte 1. de ſepul. Specula. ad titu. de appel. §. in quibus, etiamſi contra defunctum, & pro debito extaret inſtrumentum guarentigiatum, Felin. ad cap. ſicut Iudæi. verſi. Item nota, De Iudæis. Petrus à Duennas regula, 397. verſi. Et quia interdicta eſt. Licèt malè contra ſentiat Angelus in auth. vt defuncti ſeu funera, §. primo. quem rectè reprehendit Rodericus in 5. extenſ. l. poſt rem, ff. de re iudica. fol. 570. Nā ſi affines, fideiuſſores, & hæredes defuncti, intra nouē dies à tempore mortis debitoris, pro debito moleſtari non poſſunt, d. l. cum ſit, certè nec corpus mortui detineri poteſt: quia alias, quod vna via denegaretur, alia concederetur, ſcilicet detinendo corpus defuncti, propter debitum defuncti, quod ab hæredibus vel fideiuſſoribus eiuſdem ſoluendum eſſet, qua de re & Carolum Quintum Imp. cauiſſe memini. Quid igitur dicemus de multis Paſtoribus ruſticanis, qui cadauer in quolibet pago, per quem à loco mortis ad ſepelitionis locum defertur, pro iure quod prætendunt, curāt arreſtari: multoque his audaciores ſunt cuſtodes, & qui vix inter atriarios ſeu forcarios numerari poſſent. Certum eſt, quòd locus deſtinatus tantum inſpicitur, non is ad quem caſualiter peruenitur, l. quæſitū. §. fi. ff. de legatis tertio. Ideoque is, qui natus eſt in aliqua ciuitate, per quam mater tranſibat caſu, ciuis illius ciuitatis dici non poteſt, l. 1. C. de capt. doct. ad leg. huiuſmodi, §. legatum, ff. de leg. 1. & gabella, vbi noſtri lòquuntur, de his ſolui non debet, quæ caſu fortuito ad eum locum, vbi ſoluitur, perueniunt, l. interdum. §. ſi propter, ff. de pub. & vectig. Felin. ad c. Rodulphus, col. 8. de reſcrip. Soci. nepos conſi. 49. lib. 1. & conſi. 1. libro 2. Guido ſingu. 143. Bald. conſil. 59. lib. 2. & cōſ. 61. lib. 1. Alex. conſi. 66. lib. 4. Boërius deciſ. 13. nu. 51. Ripa. in trac. de peſte, in 8. priui. Bart. in tract. repreſſ. 7. 4. princip. verſi. ad decimum. ratioque funeralium, quę ſolum domicilium defuncti, laboréſque Paſtorum propriorum & adminiſtrationem Sacramentorum reſpicit, de quo doc. ad ca. 1. & alia, de ſepult. hic ceſſat: nulluſque noſtrum ignorat, cadauera per aërem deferri non poſſe ad locum ſepelitionis, facileque hoc pacto, libera ſepulturæ electio, quæ nulla ratione conſtringi poteſt, capit. de vxore, de ſepult. impediretur ob nimios ſumptus, quos hæreditas defuncti ferre non poſſet. Exiſtimo verò, hunc errorem & abuſum ex pietate ortum eſſe, ſicut ſemper humanarum rerum hæc viciſſitudo fuit à condito mūdo, quod optima quæque per abuſum corrumperentur paulatim ad prauitatem. Videntur enim olim homines religione atque pietate ducti, in ſingulis eccleſiis pagorum, per quos cadauera deferebātur ad locū ſepelitionis, mortuos depoſuiſſe, donec paſtores illi cū clero preces ſuas ad dominum effudiſſent pro defunctis. Sed cū hæc pia cōſuetudo tantū fuerit volūtaria, ad neceſſitatem vel ius trahi non potuit, eáque quæ ſunt meræ facultatis, non præſcribuntur.

18 Poſtremò autem, debitorem ſiſti non poſſe exiſtimant noſtri, qui tempore contractus non fuit ſoluendo. Ideóque, vt ad l. qui ab arbitro, ff. qui ſatiſd. cogā. ait Bar. male faciunt aduocati, qui debitorem, tanquā ſuſpectū de fuga, detineri cōſulunt, nulla Iudici prius fide facta de eo, quod debitor ille tempore contractus erat ſoluendo, poſteáque primum in peius mutauerit conditionem. Qua Bart. ſententia Angelus gloriatur, ſe mille capturas irritas feciſſe, in §. ſupereſt. Inſti. de act. quod ibi nu. 84. retulit Iaſon, quaſi ſcilicet ſibi imputare debeat, quod cum tali contraxit, cuius conditionem ſcire debuiſſet leg. qui cum alio, ff. de reg. iur. Bald. ad l. ſi is à quo. §. ſi ſemel, ff. vt in poſſ. leg. l. creditores. ff. de priuileg. credit. Sic & idem Bartol. ad l. fina. C. de Sponſa. ait, quod ſi ex ſtatuto, à debitore ſuſpecto cautio exigi poſſit, intelligi de eo debitore, aduerſus quem, poſt tempus contractus ſuſpicio illa primum haberi cœpit: quia non poteſt de paupertate conqueri, qui pauperem, vt diuitem, acceptauit, dicta l. ſi ab arbitro, §. qui ex cauſa, l. qui bona, § de illo. ff. de damno infect. Ideoque cautum eſſe oportere Aduocatum, admonet Ang. & Angelum ad l. ſi pro ea. C. mand. ſecutus Bal. vt cauſam ſuſpicionis, poſt contractum debitum eueniſſe alleget. Sed hæc ego ita intelligo, niſi creditor, tempore contractus, conditionem debitoris probabiliter ignorare potuiſſet, vtpote ſi campſor (vt aiūt) erat, publicè idoneus reputatus, ſed latenter & occultè inops. Ang. ad d. l. ſi creditores, per l. libetto, §. largius. ff. de ann. lega. l. creditor. C. de pig. act. Alex. in d. l. 2. ff. ſol. mat. Quomodo d. l. Qui cum alio accipi & intelligi ſolet, teſte Hier. Cag. ibi, nu. 15. quia quādo ignorantia eſt probabilis & iuſta, excuſatur cōtrahens, etiamſi aliter non inueſtigauit veritatem. Alex. conſ. 60. lib. 5. Caſtren. conſ. 34. Sic etiam ſi probari poſſet, quod debitor dolo creditorem ad contrahendum tanquam cum diuite, induxiſſet: doloſus ille debitor mitteret priuilegium allegandi ſe diuitem non tunc fuiſſe, cū contraheret. Caſt. ad l. etiam. ff. ſol. ma.

Alex.

Alex.ad d.l.2. Iaſon ad d.l.Si ab arbitro, & Rodericus vtramque hanc limitationem ſequens, loco mox citato,num.38.cum ſeq.aſſerens præterea præſumi in dubio creditorem conditionem debitoris ignoraſſe, & contrarium probari oportere,teſte Bald.ad l.fi.C. de ſponſa. & ad l.ſi legibus,C.de epiſc.audien.Quòd ſi tempore contractus incipit dilapidare bona ſua, non tamen tantum,quin adhuc ſatis diues eſſet ad debitum non diſſoluendum,etiamſi poſtea amplius deficere,minúſque ſoluendo fieri incipiat, detineri poteſt. Bald.ad dictam l. ſi pro ea.in prin.& Iaſ. ad d. §. Supereſt.num.37.

Qui in loco arreſtatio fieri, vel non fieri poſſit. Cap. 6.

ARGVMENTA.

1 *Debitor an in loco ſacro arreſtari poſſit.*

2 *Debitor an in monaſteriis arreſtari poſſit.*

3 *Debitor an in ſua vel aliena domo arreſtetur, & quæ ſit ratio.*

4 *Exiſtens in oſtio, vel ſcalis extra domum, an recte arreſtetur.*

5 *Scholaris vel alius debitor, vtrum in ſcholis publicis alicuius Academiæ, ritè arreſtetur.*

1 NVNC verò videndum eſt quo in loco arreſtatio eiuſmodi fieri poſſit. Sane in primis debitor quantūcūque ſuſpectus de fuga, capi in tēplo nō poteſt. Old.cōſ.54.Panor.ad c.inter alia, de immuni.eccle. Hippol.ad.l.vnicā. nu. 111.C.de raptu Virginū. Aufrerius deciſ.c.Thol.422.Boërius deci.215. num. 6.Ripa.ad c.1.nu.88.de iudic.Didac. Couar.lib.Variarum reſo.c.20.nu.14.Rode.ad l.2.tit.*de los gouiernos*, lib.3.fori.q.4.nu.1.à qua opinione, ſine ratione recedit Iaſ.ad l.vinum.nu.3.ff.ſi cer.pet. confutetúrque eius argumenta rectè à Gomezio,ad §.Supereſt. inſtit.de Actio.ideóque nec arreſtari illic debitorem poſſe arbitror:quia hæc immunitas à Deo Opt.Max. data & inuenta eſt,quę nullis Principum conſtitutionibus,nullis ciuitatum ſtatutis, nullis legiſlationibus conuelli aut eleuari poteſt,c.Eccleſia S.Mariæ.de cōſtit. Aufrerius dicta dec.422.Ioan.de Turre Cremata ad cap.ſacrilegium.10. q.4.Iniuria quippe fit Deo & ſanctis,quando in eccleſia Dei & ſanctorū quid eiuſmodi perpetratur,c.frater,c.miror,ibid.Nam quamuis iuxta communem ſententiam Interpretum Iuris, verbalis citatio in templo fieri poſſit, Bart.ad l.plerique.Alex.& al.j ad l.2.ff. de in ius voc.idem etiā Bar. ad l.præſenti,C.de his qui ad eccle.confug.in reali tamen citatione, cuiuſmodi eſt arreſtatio, hoc minimè permittitur,Panor.ad d.c.inter alia. Rober.Marāt. in trac.ordin.iudic.par.6.c.incip.Propoſuimus,nu.129. etiamſi eccleſia illa nondum eſſet conſecrata,ca.Eccleſiæ,de immu.eccleſ.Portius ad §.Sacræ,inſtitu. de rer.diuiſ.Reb.ad ord.Reg.tomo 2.ti.de immunit.eccleſ.art.1.gl.1.nu.10. Quòd vero practicus Pap. in ſua praxi,*in for.in quis*,gl.1.verſic.ex his,hanc immunitatem multum denigret,cum ſuo more faciat,conſiderandum non eſt, quia nullo bono iure nititur, Immo quod amplius eſt, exiſtimant plerique, eo hanc immunitatem etiam extendi,vt ſi non ex propoſito, ſed velocitate fugæ eo peruenerit debitor, ab inſequentibus ſatellitibus detineri non poſſit. Baldus ad dictam l. plerique, nulláque eſſe poteſt principij & loci ex quo fugit, ratio, quando principij & finis,hoc eſt loci ad quem fugit, diuerſa cauſa exiſtit. Alexan. ad d.l. plerique.Bal.ad l.Si quis nō dicā rapere.C. de epiſc.& cler.col. 5. Sed quoniam plerique putāt debitorē immunitate eccleſiæ non gaudere,vide quod tertio ab ſequenti capite, reſolutiuè ſum dicturus.

2 Eadem eſt ratio monaſteriorum,Alex. conſi. 145. incip. Viſo themate, lib. 7. eodemque iure gaudent hoſpitalia, Arch.ad c.diffiniunt,14 q.4 Bal.ad leg.ſi quis ad declinandam, 16.col.C.de epiſ.& cle. Roderic.d.loco cap.incip.Quintò quæritur & ſi Barbatio credimus,conſi.33.col.2.lib.4. etiam domus Canonicorum intra ambitum eccleſię exiſtentes,immunes ſunt.Quantò minus ſiſti poſſet debitor, qui corpori ſacerdotis, per plateam ſacroſanctum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti,deferenti adhæret,à quo, ne ob nephandum quidem crimen abſtrahi poſſet? Arch.dicto loco.Card.ad clemen.1.§.inſtitutione.de reliq.& vener.Sanctor.Oldr.conſil. 54.Nam ſi Adonias filius Dauidis, timens Salomonem Regem, fugiénſque in tabernaculum Domini, & tenens cornu tantùm altaris,immunis fuit, vt eſt 3. Reg.capitu. 1. quanto magis immunitas concedenda eſt illi, qui ad Paſtorem,deferentem tam pretioſum theſaurum, cibum angelorum,dominum cœli & terræ, iudicem & vindicem omnium,liberatorémque noſtrum, confugit,cum certè non ſit minus tribuendum Paſtori, in cuius manu eſſe dignatur dominus, quam eiuſmodi altari,in quo olim Deus colebatur, & ad quod Adonias confugiens,ſaluatus fuit?

3 Parem fere immunitatem habet domus cuiuſque. Nam vt in domo propria aut aliena, contradicente domino,capi debitor nō poteſt, l. nemo ex domo,ff. de reg.Iuris,& ſi captus fuerit,ſtatim relaxari debet, Roman. & Iaſon. ad dictam l. plerique:ita & vſus & identitas rationis probat,ſiſti vel arreſtari eum ibi nō poſſe.Lex enim illa, quæ immunitatem ædibus concedit, & domum tutiſſimum cuiuſque refugium appellauit, quia fauorabilis eſt, facilè ampliari & extendi poteſt. Roma. d. loco. Ideóque & in minimo viliſſimóque tuguriolo, & in ſtabulo iuncto domui, & in horto ad quem ex domo aditus eſt,& in molendino, quantumuis debitum ſit magnum, locum habet.Bald.ad auth.ei qui, C.de bon.auth.iud.poſſid.& ad l.1 §.1.ff.nau.caup. ſtab. l.hoc iure, §. ſtabulo. ff. quib.mod.pig.tac.ctōrah.l.fi.& ibi Bald ff. de ſeruit. vrb.pręd. & Iaſ.latè ad d.l plerique.Quinimò,etiā ad naues, quæ prædio vrbano æquiparantur, teſte Bald. ad l.certi iuris,col. 2.C.locati,arg.l.1.§.ſi quis de naui,ff.de vi & vi arm.hoc omnes trahunt, ad d.l.plerique. Alb. ad l. pen. §. fin. per illum text.ff.de his qui deie. vel effud. quamuis abſque iuſta ratione, vt mihi quidem videtur, ſolus diſſentiat Romanus, ad legem primam. §. domini, ff. ad S. C. Syll. quem imperiti iudices ſæpè ſequuntur. Quòd tamen ita intelligendum exiſtimo,niſi debitor tanquam viator,in naui exiſtat: quia, vt vſus & experientia quotidiana docet, quando quis eſt in hoſpitio publico tanquam viator,niſi priuilegium aliquod ſingulare ciuitatis repugnet,ibi capi,& multò magis arreſtari poteſt,prǽterquam,ſi ad annuum,longúmque aliquod tempus, habitandi quodammodo cauſa, cubiculum ibi conduxiſſet.l.1.§.habitare,l.pen.§.in factum. ff.nau. caupo.ſtabn.Iaſ.d.loco.Quo caſu,non vt aduena arreſtari,ſed tanquam is quodammodo domicilium ibi habet,ordinario iudicio quando nullus fugæ metus accedit,conueniri debet.

Eum quoque,qui in porticu domus hæret, non eſſe immunem crediderunt noſtri, non quidem indi-

ſtinctè,quod tamen ex verbis Bar.Baldi,& Angeli ad
dictam legem plerique videri poſſet:ſed ita demum,
ſi porticus ædibus non adhæreat. Zaſius ad legem,cę-
tera.§.hoc Senatus,& ibi Iaſon, numero 6. in verbis,
4 *Quia eſt ſeparata*, ff.de leg.1.Caſtr. ad l. ꝙ conclaue,
ff.de damno infecto. quemadmodum & de apotheca
& de aliis dici ſolet: quia connexorum eadem eſt ra-
tio,ſeparatorum verò diuerſa, ca. ſuper eo,De parœ-
ciis.Sic & quando debitor eſt in oſtio extra clauſurā
domus, præhendi poteſt, teſte Bartolo ad l.1.§.ſi ab
hoſtibus.ff.de cloac.quia quod fit in oſtio intra clau-
ſuram domus,hoc dicitur fieri in domo, nō quod ex-
tra fit.idem Barto. ad l.1.§.de inſpiciendo.ff. de vētre
inſpic. gl.l.fin.§.ff.de ſeruit.vrb. prædio. Quomodo
accipiendū erit,ni fallor,quòd Bal. ad rub.ff. ſol.mat.
voluit,videlicet eum,qui aliquem in oſtio domus exi
ſtentem inuadit, perinde teneri, atque ſi in propria
domo eum inuaſiſſet. Eandem putat eſſe rationem
eius, qui in ſcalis parieti domus incumbentibus, ſeu
appoſitis, extra domum eſt: quia & is extra domum
eſſe videtur. Bald. ad l. fiſtulam, §. ſcalas. ff. de ſer-
uitut. vrban. prædio. à quibus tamen, in explicatio-
ne d. l. plerique, Romanus diſſentire videtur. Sed
Bald. ſententia moribus noſtris magis videtur eſſe
probata.

Porrò autem, quod de immunitate ædium dixi-
mus,in debito fiſcali locum non habet. Bald.in lectu-
ra antiqua,Iaſ.nume.28.d.l.plerique. Nam cum for-
tunas omnes noſtras corpus etiam & vitam Reipu-
blicæ,cui nati ſumus,debeamus:bono autem publico
pecunia fiſci fit,quæ vna belli,pacis,otij, negotij, re-
rum denique quocunque tempore gerendarū,neruus
eſt,non iniquum videri debet, ſi debitor aduerſus fiſ-
cum non iuuetur. Non eſt abſimile, quod poteſt quis
capi, & ex propria vel aliena domo trahi ad officium
publicum aſſumendum, ad quod officium deputatus
vel aſſumptus fuit, l.ex omnib.C. de decurio.lib.10.
ideoque dicto loco Rom. conſultum eſſe exiſtimat
creditoribus,vt debitorem ad officium publicum aſ-
ſumi procurent, & ſic egredientem conueniant. Re-
nuntiari quoque poſſe huic priuilegio,verius eſt,teſte
Iaſ.ad d.l.plerique,nu.29.quod(vt ipſe ait)feciſſe vi-
detur is,qui omni Iuris auxilio renuntiauit, quomo-
do quotidie ex vſu receptum videmus,ruſticos omni
immunitatis auxilio renuntiare. Verſantur quoque
nonnulli in ea opinione,præcipuè quidem iam dictis
locis,Bal.& Iaſ.vt exiſtiment, debitorem omnino fu-
gitiuum,dictis locis detineri poſſe.

5 Poſtremò, quemadmodum Rebuffus de priuile-
giis Scholar.cap.102. ait: in ſcholis publicis alienius
Academiæ, capi aliquem non poſſe, vt ſcandalum &
tumultus vitetur:ita eadem ratione dici poteſt, quod
in ſcholis publicis debitor arreſtari non poteſt, quia
ſcholę in quibus doctores profitentur,ſunt veluti do-
mus propriæ ſtudioſorum.

Quo tempore arreſtum fieri poſſit,vel non poſſit. Cap. 7.

ARGVMENTA.

1 *Debitor an in feriis arreſtari poſſit.*
2 *Arreſtatio an poſt ſolis occaſum admittatur.*
3 *Nundinarum tempore arreſtare non licet.*
4 *Nundinæ non omnes liberant ab arreſto.*
5 *Contrahens in nundinis,poteſt ibi arreſtari.*
6 *Criminoſi priuilegio nundinarum non gaudent.*
7 *Debitor ſuſpectus de fuga, an in nundinis arre-ſtari queat.*
8 *Reſcriptum Principis impedientis arreſtum, an indiſtinctè admittatur.*
9 *Arreſtatus, an Iudicis incompetentiam obijcere poſſit.*

PORRÒ autem,quia de loco ad tempus inſita du-
citur argumentatio.l. fin. ff. de tritic. ordo eſt, vt
qui præcedenti c.de loco, in quo arreſtatio fieri poſ-
ſit,diximus,nunc etiam de tempore quo fieri debeat,
aut nō debeat,pauca quędā diſpiciamus.Et prima q-
dem dubitatio eſſe poſſet de feriis. Sanè de debitore
ſuſpecto,vno ore affirmāt omnes, capi & detineri eū
poſſe,etiā in feriis diuinæ Maieſtati dedicatis. gl. ad
l.finalē,C.de feriis. Alberic.& alij,ad l.ſi feriatis. ff.il
lo titulo.Iaſo.ad leg.1.eod.tit. & ad l.2. ff. de iuriſd.
omn.Iudic. Bald. ad cap.fina. de fer.adeo vt etiam in
ſummis ſolemnitatibus ac feriis id fieri, & fieri poſſe
dicat Albericus,quia periculum eſt in mora. Obiecit
quidem Eſaias capitu. 58. iis qui die ſancto & ieiunij
ieiunabant, quod omnes debitores ſuos eo die repe-
tebant,& exigebant debita importunè,ſed hoc eo nō
pertinet,quòd creditor fugitiuum debitorem ſolem-
ni die ſiſtere non poſſet, quia vt Palladius lib. rei ru-
ſtic.1.c.6.ait, Neceſſitas feriis caret:& notat (ni fal-
lor)duntaxat eos,qui nulla miſericordia ducti exter-
niſque & prophanis rebus veluti affixi, tempore ſan-
cto debitores ſuos importunè exigebant,ſicut ſeruus
ille nequam Euangelicus, & qui ieiunium in ſolis
exterioribus conſtituebant, nulla alioqui religione,
pietate,aut miſeratione ducti.Sed an aliud ſit in debi-
tore extraneo non ſuſpecto, vel in ciue alio migran-
te die feſto,nullus eorum,quos legi,dicit. Rodericus
Zuares in interpretatione l.poſt rem, ff. de re Iudic.
in 4.extenſ.in ſimili latè diſputat, an ius executiuum
vigore inſtrumenti, poſſit exerceri tempore feria-
rum: tandemque etiam concludit, quòd ſi executio
iſta cauſæ cognitionem requirat, aut periculum non
ſit in mora,exequi non poſſe, etiamſi feriæ eiuſmodi
ob neceſſitatem hominum duntaxat introductæ ſint.
Eoque modo accipiendum eſſe ait, quod ex c. Signi-
ficarūt,De iudiciis,ad l.omnes,C.de feriis,voluit Bar.
quod quando inſtrumenta guarantigiæ, ſiue confeſ-
ſionata,vt vocat,habent executionem paratam. ſicut
ſententiæ definitiuæ, capi poſſunt homines pro exe-
cutione diebus feriarum ob neceſſitatem hominum
introductarum,non etiam his feriis,quæ Maieſt. Di-
uinæ conſecratæ ſunt.quod & Baldus quoque,ad l. in
minorum,C.in quib.cauſ.reſti.& ad l.prouinciarum,
C. de fer. & ad auth. Sed omnino col. 10. C.ne vxor.
pro mar.aſſeruit. Ex quo videri poſſet,quod ſi ex mo-
re ciuitatis aut loci, cognitio aliqua ad arreſtum fa-
ciendum requiretur, & periculum fugæ non exiſte-
ret,fortè quod diues aliquis debitor Mechliniæ ha-
bitans,hic Louanij reperiretur, arreſtatio concedi nō
deberet.Conſtat ſanè, citationem die feſto fieri non
poſſe,etiam ſi in diem non feſtum citatio facta ſit.l.fi.
C.de fer. Pan.ad c.conq.eod.tit.Caſt.conſi. 270.l.1.
Multò igitur minus realis citatio,& detētio fieri poſ-
ſe videtur,præcipuè cum ne in nundinis quidem,quæ
cum feriis in honorem Dei introductis conferri nul-
1 lo modo poſſunt, arreſtari queant debitores. Rebuf.
verò ad ordo.Reg.tomo 1.artic.6.gloſſ.3.nu.60.ait,
etiam die feriato in honorem Dei,hoc cōcedi. Nam
ſi(inquit)debitor capi poteſt die feriato, multo for-
tius eo die arreſtum fieri poterit:quia periculum eſt
in mora,

in mora, iuxta ea quæ notat Iaſon ad l. pupillo. §.ſi quis riuos. ff. de operis noui nunciatione. qui tamen loquitur in debitore ſuſpecto de fuga. Intelligi itaque Rebuffus arreſtum concedi die feriato, ſi periculum eſt in mora, ſcilicet, quòd debitor illic amplius non inuenietur, etiam ſi eſt diues, & alibi habitet, vel quòd inops eſt, & periculum ſit, ne vnquam alibi vtiliter conueniri aut inueniri poſſet, quamuis ſecũdum leges ſcriptas & communes, debitor non ſuſpectus, eo tempore detineri non poſſet. Guido quæſtio 215. l. dies, l. omnes. de feriis Alex. conſ. 159. lib. 2. Et iſtud quidem mores noſtri hic quoque recepiſſe videntur, qui etiam ſolam facultatem conueniendi debitorem, quantumuis diuitem conſiderant, & in omnibus penè locis arreſtationem, nulla habita feriarum ratione, permittunt.

2 Eadem quoque ratione dici poſſet, debitorem extraneum, ſi periculum eſt ne abeat, etiam poſt occaſum Solis, & quacunque noctis parte, arreſtari poſſe: quod tamen vel iuris, vel conſuetudinis ignoratione, difformiter apud multos, magno Reipub. malo obſeruatur.

3 Illud in confeſſo eſt, tempore nundinarum, vt mox dixi, res aut perſonas alicuius ſiſti, vel arreſtari nõ poſſe. l. 1. C. de nundin. ſiue illæ nundinæ ſint ſeptimanariæ, ſiue menſtruæ, ſiue annales, ſiue luſtrales, ſiue ſeptennales, ſiue apparitionis, hoc eſt, quæ circa tempus natiuitatis Domini, quo ſtella apparuit Magis, celebrantur: ſiue ſint nundinæ Paſchatis, vel omnium Sanctorum, aut menſis Auguſti, quarum omniũ, conſ. 61. nu. 23. lib. 2. meminit Marianus Socinus nepos. Et ratio quidem eſt, vt merces quæ proculdubio ad huius vitæ conſeruationem neceſſariæ ſunt, liberius & maiore copia inuadantur & euehantur, qua de re plura extant apud Alexandrum ad l. ne quid, ff. De incen. ruin. & naufrag. Bal. ad l. Si quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. & ad c. 1. quæ ſunt reg. Signorolus de Homodeis. conſi. 108. Angelus conſ. 363. Deci. conſ. 51. Iaſo. conſi. 147. Zazius conſil. 14. & conſi. 15. lib. 1. Quod tamen ita accipi velim, niſi debitum ſit iuratũ. Quia ſicut conſtitutio tollens generalem aliam cõſtitutionem, non refertur ad conſtitutionem iuratã, Panor. ad c. 1. De his quæ fiunt à maiori parte capi. Ro. ſing. 7. & conſi. 517. & ſicut ſaluus conductus conceſſus alicui, non extenditur ad debita iurata, quemadmodum ſecundum diſpoſitionẽ Iuris, in Senatu Neapolitano concluſum & iudicatum fuiſſe dec. ſua 5. incip. Dominus Rex, recenſet Matthæus de Afflictis: ita etiam & ob eandem cauſam, ſiſti atque arreſtari poſſe videtur, ideoque conſultum de creditoribus, vt promiſſionem ſolutionis, vinculo religionis & iuſiurandi confirmari faciant.

4 Sed & hæ nundinæ, quas populus Principem aliquem ſuperiorem agnoſcens, nullo Principis ſui priuilegio, nullàve immemorialis temporis præſcriptione, veluti conniuente ſcienteque Principe, ſibi vſurpat, priuilegium iſtud non habet. dict. lib. 1. verſ. *Veterum indulto, aut noſtra authoritate.* & ibi Bal. & Salic. C. de nund. Immemorialis enim temporis conſuetudo, loco priuilegij eſt, ex certa ſcientia à Principe cõceſſi, ca. ſuper quibuſdã. §. præterea. de verb. ſing. Specula. ad titulum, de cauſa poſſeſ. & proprieta. §. quia verò verſ. Quid de colligentibus. Ideòque, qui immemorialis temporis iuſtam poſſeſſionem vel quaſi poſſeſſionem habet, poteſt ſicut Princeps, priuilegium ſtudij generalis concedere: Bartolus ad 1. conſtitutio. ff. arg. l. hoc iure, §. aquæ ductus. ff. de aqua quotidia. Alias verò, ſicut ſolus Princeps, ſaluum conductum dare poteſt. Bal. ad l. reos. nu. 43. ff. de accuſ. & ad cap. Imperialis, nu. 4. De pac. conſtãt. præterquã ſi etiam ciuitati, aut alicui alteri inferiori, propria iuriſdictio competat, quibus tunc quoque idem permiſſum eſt, teſte Petro Premo in tract. de Secur. promiſ. ca. 2. ita nemo alius nundinas inſtituere poteſt.

5 Solent etiam ab hac immunitate excludi, qui in ipſis nundinis contraxerunt. Bal. Salicetus, Fulgoſius, ad dictam l. primam. Nam & in ſimili literæ moratoriæ ſeu dilatoriæ ſolutionis, in eo quod quis a mercatore extraneo emit, locum non habent, ne materia, occaſio, & fomentum delinquendi tribuatur. Rebuffus dicto tomo 2. arti. 1. gl. 1. nu. 35. Et cum emptor recipit merces exteri mercatoris, eo animo accepiſſe intelligitur, vt mercibus illis receptis, illicò & ſtatim ſoluat pretium: ipſaque naturæ & humanitatis ratio dictat, exteros nullo modo eſſe moleſtandos, authen. omnes peregrini. C. Commun. de ſucceſſ. Vnde & eędem illæ merces, tanquam fide de pretio non habita, vindicari poſſunt, l. Aurelius. ff. de liber. leg. §. Venditæ Inſtitut de rerum diuiſione. Hæc tamen opinio minimè placet iis, qui exiſtimant eum, qui cum forenſi, quem mox habiturum noui, cõtraxit, fidem illius ſecutum videri. Sed quoniam aperto iure prior ſententia, quam & vſus probat, ſtabilitur d. l. 1. C. de nũd. ridiculum eſt, ea de re amplius dubitare: & cum lex ipſa de facienda ſolutione ita diſponat quilibet præſumitur ſecundùm legem contraxiſſe, l. quæro. §. inter locatorem ff. locati. ſi non aliud actum eſſe euidenter appareat.

6 Exules ſane & proſcripti, ſeu qui crimen aliquod contraxerunt, immunitate illa nundinarum non gaudent, etiamſi iniuſtè proſcripti eſſent: donec proſcriptio illa declaretur iniuſtè eſſe facta, l. relegati. ff. de pœn. l. diui fratres, eo. tit. Bal. d. l. 1. verſic. ſed nunquid banniti. Huiuſmodi enim homines exiſtimantur eſſe hoſtes ciuitatis, l. amiſſione. §. amiſſione. §. qui deficiunt, ff. de cap. diminut. l. 1. & ibi doc. C. de hær. Inſt. & §. neque homicidis, in auth. de mandat. Princ. & ibi gl. ad verbum, *Neque custodies,* l. 2. C. de exhib. reis. An in tract. malefi. ad verbum, *Quod dominus Iudex,* num. 58. Bar. ad l. 1. ff. ad leg. Iu. Maieſt. Ideoque in proclamatione & denunciatione nũdinarum, a ſecuritate atque immunitate earundem huiuſmodi perſonæ nominatim excipiuntur. Non enim talia admittentibus parcere conuenit, d. §. neque qui nõ niſi cum ſummo dolore & cruciatu multorum videri, vel in ciuitate verſari poſſunt, quique cùm ſemel mali eſſe cœperunt, metuendum foret, ne peſſimo exemplo, vel furandi, vel malignandi animo, ad nundinas accederent, pacemque publicam turbarent, & odioſas noxiáſque redderent nundinas, quas liberrimas & vtiles omnibus eſſe, maximè conuenit, quorum ob id malitię occurrendum eſt. l. in fundo. ff. de rei vendic. & in auth. de Monach. §. Si verò.

7 Exiſtimat tamen Rodericus loco mox citato, num. 27. quod tanta poſſet eſſe ſuſpicionis cauſa, vt ſaltem ad ſatiſdationem, in illo loco vbi nundinæ celebrantur, debitor compelli poſſet, motus eo, quod Angelus ad. dict. leg. dies feſtos, C. de feriis ait, quod licet ex forma ſtatuti Peruſini, veniẽs ad nũdinas, debeat eſſe ſecurus & liber, & eius bona detineri non poſſint, tamen ex maxima cauſa ſuſpicionis, capi poteſt, vt ſaltem caueat de iudicio ſiſti: quia ſi lex permittit debitorem à creditore die feriarum ob ſuſpicionem detineri, vbi aliter hoc permiſſum nõ eſſet: eodem modo, inquit, & in nundinis quoque id fieri debet, leg. ſi ſerui, C. de noxal. quod ad reſtringendam & limitandam

nundinarum partiæ, ciuitatis, ſeu Regni, libertatem, perpetuò menti tenendum eſſe ſuadet.

8 Quid autem, ſi quis à Principe literas impetret, ne tempore nundinarum ſiſti poſſit, etiam in eo caſu licitè arreſtabitur? Mouit quidem, ſed non reſoluit hãc quæſtionem, ad d.l.1.C.de nund.circa fin. Bartholomeus à Saliceto. Conſtat, quòd cum Princeps moratorias vel dilatorias literas ſolutionis alicui concedit, eo tempore pendente, neque perſona, neque res debitoris ſiſti vel detineri poteſt. Boërius dec. Burdeg. q. 296. incip. Princeps. col. 2. Rebuffus ad ord. Reg. Tomo. 2. tit. de dila. arti. 1. gl. num. 92. Sed iſtud generale reſcriptum, ad emptorem mercium extraneum, ſe nõ extender, & quod amplius eſt, etiam ſpeciale reſcriptum ſuper hac re impetrãtum ſi dicto Rebuffo ibi credimus, quia ad iniuriam alterius pertinet, non ſubſiſtet, tanquam per importunitatem veriſimiliter impetratum. Sane, ſi omnino conſtaret de mente Principis, eaque penitus eſſet indubitate exiſtimarem reſcripto eiuſmodi eſſe dandum, quia Princeps ex cauſa rei noſtræ dominum auferre poſſet, l. Item ſi verberarũ, ff. de rei vend. Fel & alij, ad c. quæ in eccleſiarum, de conſtitutio. modo tamen pro rebus emptis cautio interponeretur, aut alias venditor & creditor ab initio de illo priuilegio certior factus fuiſſet, iuxta ea quæ no. Iaſon & alij ad l. 2. & l. omnes, C. Si contra ius vel vtil. publicam. Nihilominus, quod dicimus, quòd ſi alicui conceſſa eſt à Principe dilatio & immunitas, præſtari debere idoneam cautionem ſuper ſolutione futura, intelligi debet, ſi parte petatur. l. peto. § fi. in verbis. *Quid ſi cautio non fuit deſiderata.* ff. de leg. 2. l. 3. § hinc autem. ff. de dam. inſe. Nam & in ſimili compẽſatio fit ipſo iure: ſed ita tamen, ſi petatur. l. vlt. C. de cõpẽſ. § in bonæ fidei. & ibi gl & Doc. Inſt. de actio. Falcidia reſecat ipſo iure, l. linea, ff. ad l. Falc. ſed demũ ſi hæres Petat, l. patrem. ff. de his quæ in fraudem credi. Teſtamentum ratione præteritionis eſt nullũ, ſi præteritus ipſe dicat & petat, non aliàs, l. filio. §. & gl. & docto. de iniu. irri & rup. teſt. aliáque huc pertinẽtia, ſuo more multa ad l. ſi vnquã. C. de reuoc. don. ad verbũ reuertatur, nu. 8. 9. & ſeq. cumulat Tiraquellus.

9 Poſſemus quoque & hic multa adferre de eo quod diſputant pleríque, an debitor de fuga ſuſpectus, & captus, incompetẽtiam iudicis allegare, & remiſſionem ad ſuum iudicem poſtulare poſſit, de qua re Iaſon ad d. § 1. n. 65. Bertrand. conſ. 182. lib. 1. & conſ. 304. lib. 3. latius idem Iaſon ad l. 2. ff. de iuriſd. omniũ iudic. & alij ex profeſſo agunt. Sed quoniã mores noſtri quocunque loco iudicem in hac re competentem faciũt, nolo in re per ſe clara, diutius inhærere. Dixi autẽ ſuperius, clericum, ob periculum fugæ à laico detẽtum, cuſtodie eccleſiaſtici iudicis tradendum eſſe.

Cuius loci ſtatutum ad faciendum arreſtum ſpectandum ſit, & quæ conſuetudo, ſi in diuerſis locis alia & alia ſit, ſpectetur. Cap. 8.

ARGVMENTA.

1 *Locus celebrati contractus quando conſideretur.*
2 *In ſoluendis gabellis quæ conſuetudo attẽdatur.*

SED cum de tempore loco, quo vel fieri, vel non fieri arreſtatio poſſit, diſputamus: incidit etiã hæc quæſtio, cuius loci ſtatutum aut conſuetudo ſpectari debeat, ſi in loco celebrati contractus, iure arreſti vel præhenſionis vtimur, & in loco deſtinatæ ſolutionis non vtimur. Quam quidem quæſtionem non in ſpecie aut (vt noſtri aiũt) in terminis, ſed in ſimili & propinquo admodum caſu, deciſiam inuenio Interpretes eum ad legem ſi fundus. ff. de euict. ad l. quæro, ff. de ſolutio. & D. Præſes Nicolaus Euerardi, conſ. 78. inci. Ex literis, col. 7. ver. aut quærimus, aiunt, quod ſi in loco celebrati contractus ſit ſtatutum, debitor poſſit capi & incarcerari, vel quod inſtrumenta notariorũ habeant executionem paratam: in loco verò deſtinatæ ſolutionis, non ſit ſimile ſtatutum, ſed ſeruetur ius cõmune: attendetur quo ad hoc mos, obſeruantia, ſtatutũ, aut lex loci deſtinatæ ſolutionis, quippe ꝙ in his quæ concernunt iudiciariam executionem, inſpicitur locus deſtinatæ ſolutionis. Bal. Ang. Albe. & alij ad l. hæres abſens. ff. de iud. Domi. Philippus Fran. Anch. ad c. Rom. De foro comp. lib. 6. ſicut & in his quę reſpiciunt extinctionem actionis, propter præſcriptionẽ ſtatutariam vergentẽ in vno loco, & nõ in alio, vel quo ad exactionem pœnæ adiectæ quantitati, quãdo ſtatuta & iura municipalia locorum, ſunt diuerſa, l. 3. § fin. ff de teſt. l. cũ clericis. C. de epiſc. & cleri. § fin. Inſt. de ſatiſd. Bar. & Ang. ad l. 1. ff. de vſur. ad d. l. ſi. fundus, & ad l. cunctos populos, C. de ſum. Trinit. Nam licèt quo ad ea quæ concernunt ſolemnitatem actus, ſeu eius perfectionem, inſpiciatur cõſuetudo loci celebrati contractus, l. magis puto. § illud. ff. de reb. cor. & Bal. ibi, ad l. 1. 5. q. C. de cõtrahen. emp. & ideo ſi ex ſtatuto loci requiratur certa ſolemnitas in ipſo cõtractu, vel ſi ad ſubſiſtentiã contractus requiratur ſolutio gabellæ, vel quid ſimile: tunc tale ſtatutum debet obſeruari, licèt in loco deſtinatæ ſolutionis nõ ſit ſimile ſtatutũ. Ia. nu. 55. in 2. lect. Bar. & alij. ad d. l. cunctos. Tamen in his quæ ſuperueniunt poſt abſolutum contractũ, & eo iam perfecto tendunt adiectus executionẽ: cuiuſmodi eſt arreſtatio, ibi locus deſtinatæ ſolutionis inſpicitur, ſibiq; imputare poteſt, qui ita cõtraxit: quia in executione eiuſmodi, nõ conſideramus cauſam de præterito, ſed locũ & tẽpus, vbi & quando fiet, teſte Bal. ad auth. Quas actiones, C. de ſacro. eccleſ. Io. de Platea ad l. miſſi, C. de exac. lib. 10, Iaſ. ad d. l. cunctos, io t. elec. nu. 20. Bar. ad l. à diuo Pio, § ſententiã, ff. de re iud. Doct. ad c. 1. De ſponſalib. Caſt. ad l. a. C. quemad. teſtam. aper. Et latiſſimè omnium quę ad huius rei confirmationẽ adferri poſſent, dicto loco cumulauit D. præſes, cuius argumẽtis, & per ſimilitudinem rei motus exiſtimo, ꝙ & in arreſtatione, ſi ſimilis caſus occurrat, locus deſtinatæ ſolutionis, & iudicij ſpectari debeat. Huc etiam pertinet, quod ſi cõditionis debetur, vt voluit Bal, ad l. multũ. col. vlt. ver. Pone ergo, dicit. & ibi quoque Sali. in fi. C. ſi quis alt. vel ſibi. Nam & aliàs contractũ fuiſſe videtur, non in eo loco quo negotium geſtum eſt, ſed quo pecunia ſoluenda vel tradenda eſt, iuxta ea quæ ſuperius dixi, ad hunc effectum, l. 3. ff. de bo. autho. iud. poſſid. contraxiſſe, ff. de act. & c. Romana de for. comp. lib. 6.

De renuntiatione immunitatis & priuilegij de non arreſtando. Cap. 9.

ARGVMENTA.

1 *Renuntiatio immunitatis nundinarum an valeat.*
2 *Nundinæ publicum fauorem continent.*
3 *Renuntiatio feriarum an ſubſiſtat.*
4 *Argumentum bonum eſt à lege ad pactum.*

5 Princeps

5 *Princeps ſua lege immunitati eccleſiæ non præiudicat.*

6 *Debitor an in eccleſia capi poſſit.*

ILLVD autem quæri poteſt, an ne debitor immunitati huic temporis aut loci renuntiare poſſit? Sane ad tempus quòd attinet, non dubium eſt, quin immunitati nundinarum renuntiare poſſit.

2 Quia licèt fauorem publicũ habeant Nundinę, ſcilicet, vt hincinde merces in ditionem vel ciuitatem, quibus illa eget, inuehantur: & rurſum alia quibus nõ indiget, diſtracta euehantur: principaliter tamen de priuatorum commodo agitur: & ſic regulę communi ſtandum eſt, quæ habet. Quòd quoties priuato fauore lex aliquid principaliter introducit, licèt ſecundario publicam cauſam annexam habeat, renũtiari huic fauori poſſe. & doctores ad l. ius publicum. ff. de pactis. Alciat. n. 33. & alij ad l. penultimam. C. de pactis. Bartolus ad l. vniuerſi. nu. 2. C. de leg. lib. 10. modo tamen renuntiatio iſta ſpecialis ſit & expreſſa. l. prima & ibi Roman. & alij. ff. ſi quis in ius vocat. Vnde grauiter peccare videntur nõnulli temporis noſtri pragmatici, qui generalem renuntiationem ſufficere arbitrantur, ſicut omnia inconcocto & indigeſto ſtomacho accipere ſolent. Bonus autẽ Iudex facilè animaduertet ex verbis fusè vel reſtrictè prolatis, quatenus renuntiatio ſeſe extendat, & an ad nundinarum libertatem ſeſe porrigat. Quòd ſi certo in loco, feriarum in honorem diuini numinis introductarum is honor & ea religio fuerit, vt in illis ipſis omnino ſiſtere debitorem nonliceat: exiſtimauero renuntiationi locũ

3 non eſſe, iuxta vulgatam regulam, quòd feriis in honorem DEI conſtitutis, renuntiare non licet. glo. ad c. ſi feriatis. De feriis. l. ſi. C. illo titulo. Iaſ. ad l. primã. nu. 4. ff. eodem. Sic etiam nemo conſentire poſſet, ni fallor, vt in loco ſacro capi poſſet. Iniuria quippe fit DEO & Sanctis, quando in Eccleſia DEI & Sanctorũ talia agũtur. c. frater. c. miror. decimaſeptima quæſtione 4. & aliàs qui in loco ſacro vel monaſterio exiſtit, pacto eiuſmodi ſuo immunitati monaſterij præiudicaret. Et licèt ius monaſterij pro futuro tempore non tolleret, eſſet tamẽ pleni res mala exempli, neque poſſet debitor renuntiare fauori ſuo mixto cũ fauore alterius. Paulus Pariſienſ. conſ. 73. nu. 41. & 42. libro 1. & in venerabilibus iſtis locis, cũ pace & quiete vota competit celebrari. ſ. denuntiamus. C. de his qui ad eccle. confug. adeo vt in præiudicium illius, Principes ſeculares diſponere non poſſent. c. eccleſię.

4 de conſtitution. Aufrerius deciſ. Tholo. q. 422. Quod vero lege aut ſtatuto fieri non poteſt, pacto quoque fieri nequit. l. ſi. C. de rebus alie. non alien. l. ſi. C. de fideiu. quia pactum, lex & ſtatutum æquiparantur. cap. ſacroſancta. cap. maſſana. de election. & maior eſt poteſtas legis, quàm hominis qui legi ſubeſt, vt ait Præſes ad locum à pacto ad legem. Cæterùm hic paulò altius inſiſtendum eſt. Sunt qui exiſtimant, quod ſi tenear reſtituere rem aliquam; & ad eccleſiam confugeto, nihil mihi immunitas prodeſt, l. 1. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. ibi, *Nec ante ſuſcipiantur, quã debita vniuerſa reddiderint.* Et quamuis textus ille loquatur de ſeruis, idẽ tamen iuris eſſe in libetis hominibus, concludit Azo in ſumma, ibi, quia debitor tributorum, pro debito in eccleſia capi, & ab ea extrahi poteſt, l. nemo. C. de exac. trib. lib. 10. quippe quod fiſcalium ratio & militibus & priuatis, & ipſis quoque templis, & vniuerſæ denique reibubl. vtilis atque neceſſaria eſt. authen. de mand. prin. §publicorum. col. 3. Old. conſ. 54. incipiente, aufugiens. Nam alias, ſi, cum ego rem meam tibi commodarem, vel mutuo centum numerarem, vel merces venderem, tu ad eccleſiam confugeres, & res meas conſumeres, daretur tibi occaſio delinquendi contra legem conuenire. ff. de pac. dotal. & immunitas eccleſię, quę ad vitę & mẽbrorum conſeruationem eſt cõceſſa, ius pecuniarum vel burſale partis, lædere non debet. l. 2. C. de in ius vocando. cap. de raptorib. 36. q. 1. ideóque prouiſio extrahend. conceſſa fuit à Senatu Burdegalenſi, quidam mercatori contra ſuum inſtitorem, teſte Boërio, q. 215. incipiente, incarceratus. & Rebuffo, ad ord. Reg. Tom. 2. Titu. De imm. eccl. gloſſ. 2. num. 2. Alij verò contrà dicunt, quòd Imperator non potuit per ſuum ius nouiſſimum præiudicare immunitati eccleſiæ à lege conceſſæ, cum iſtud priuilegium ſit datum non ſubdito, iuxta ea quæ no. ad cap. nouit. De iudic. Tum etiam canon generaliter loquitur, d. cap. miror, & immunitas iſta ex iure diuino profluxit, c. 2. lib. 3. Regum.

Alij verò opinantur, quòd inſpecto iure communi, debitor non poteſt in Eccleſia capi, nec iudex extrahi, l. præſenti, C. de his qui ad Eccleſi. confug. quia liber homo de iure nõ poteſt capi pro debito, niſi ſit ad hoc expreſſe obligatus, l. ob æs. C. de actionibus & obligationib. capit. lator. de pignor. Immo nec extra Eccleſiam caperetur, ſi bonis cedere velit, libro primo. C. qui bon. cedere poſſunt. inſpecto tamen iure municipali, ſecundùm quod capitur quis pro debito, ab eccleſia extrahi poſſet, cum perſona per cuius municipale ſit affecta, ne creditor defraudetur re ſua, vel ſibi debita.

Ego verò exiſtimo opinionem hanc, quòd renuntiare non liceat, eſſe veriſſimam, & reliquas eſſe falſas. Nam præterquam, quòd alias ſemper in dubio fauendum eſt Eccleſiæ & eius immunitati, dicta l. præſenti. nuſquam cautum eſt in hac ſpecie, eccleſiarum immunitatẽ non prodeſſe his qui ad eas confugiũt, & ideo regulæ ſtandũ eſſe reſpondent Abbas, in ca. inter alia, n. 22. de immu. eccle, per textum in d. l. præſenti, Rodericus ad l. 2. *De los gouiernos.* q. 5. Didacus Couar. lib. 2. Vari. reſol. c. vlt. nu. 14. verſ. ſed profecto & c. etiam ſi debitor ſit obnoxius publicis tributis, Cyn. ad d. l. præſenti. quia Nouellæ Cæſarum conſtitutiones, tanquam iuri Pontificio in hac re contrariæ, nõ ſunt recipiendę. Poſſet tamen fortaſſis (inquit Didacus) hoc admitti in mercatoribus & campſoribus, qui maximo Reipublicæ diſpendio, ex pecuniis & rebus alienis, dum negotiationem quæſtuariam exercent, operam vſuris & fœnoribus, ſtrenuè dantes, laute & opipare viuentes, & decoctores tandem verſuram faciũt, & ad eccleſiam fugientes, creditores omnes miſerè fallunt, quod quidem grauiſſimum crimen eſt, & ob id hi famoſi latrones appellantur. Sed (inquit) an iuſtè fiat, aliorum iudicium eſto, quamuis id iure fieri poſſe exiſtimet Boërius, d. deciſione 215. num. 7. quo in loco plura, de his mercatoribus tradit. Addis præterea Couarruuias, in ſupremo Prætorio Hiſpaniarũ Regis Principis noſtri, reſcriptum fuiſſe eccleſiaſticis iudicibus. vt præſtita per iudicem ſecularem cautione, de non puniendi criminaliter debitoribus, ipſos debitores quoſcunque ab eccleſiis abducerent, & eorũ bona ſi quæ in eccleſiam attuliſſent, auferrent. Sane mores noſtri oſtendunt, decoctores ad eccleſiam & monaſteria confugientes, abſtrahi non poſſe. Ex quibus omnibus etiam exiſtimo, huic iuri debitorem renuntiare non poſſe, quod ad diuini numinis venerationem eſt introductum.

Renuntiatio immunitatis an porrigatur ad hæredem debitoris. CAP. IO.

ARGVMENTA.

1 *Hæres eius qui perſonam ſuam obligauit, an capi poßit.*
2 *Priuilegium perſonale aut pactum, perſonam non egreditur.*
3 *Hæres compelli poteſt ad omne id, ad quod compelli poterat defunctus.*
4 *Inſtrumentum publicum meretur executionem contra hæredem.*
5 *Quilibet in contrahendo aut teſtando, præſumitur ſe accommodare legibus vel ſtatutis.*
6 *Renuntiatio immunitatis, quid tacitè in ſe contineat.*
7 *Hæres vtrum arreſtari poßit, antequam ipſi fides aliqua de debito facta ſit.*

PORRÒ autem, cum eadem ſit perſona hæredis & defuncti iuris poteſtate ac fictione: dubium eſſe poſſet, vtrum hæc fori & immunitatis renũtiatio, etiã ſtringat hæredem renũtiantis, veluti, ſi, vt ſæpè fit, debitor meus ruſticus renuntiet immunitati nundinarum. certum eſt enim, quòd eo caſu die nundinarum ſiſti atque arreſtari poterit: ſed an eo mortuo, hæres eius poſſit, quæſtionis eſt. Et quidem prima facie, negatiua pars probabilior videtur: quia quando debitor
1 obligauit perſonam & bona ſua, ratione huius obligationis, hæres capi non poteſt, licet debitor potuiſſet. Bart. ad l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cog. tum quia conuentio eſt merè perſonalis, quæ ad aliam perſonã non tranſit, ſicut etiam non tranſit priuilegium perſonale,
2 cap. priuilegium, de regul. iur. lib. 6. tum quia hæres ad hoc nõ fuit obligatus, nec potuit defunctus hæredem qui neque contraxit, ad arreſtum, & ſic per conſequẽs ad carcerem, niſi ſoluat aut caueat obligare, ſed illa obligatio cenſetur extincta per mortem debitoris, quo ad hæredes, teſte Benedicto de Barzis in tracta. de guarant. quæſt 9. primæ partis. Et ait Rebuffus dicto Tomo primo. articu. 3. gloſ. 2. nume. 13. ex differentia, quando lex vel ordinatio concedit ius capiendi debitorem, tunc etiam hæres detineri & capi poſſet, quia debitor eſt, & quia lex ſemper loquitur. l. Arriani. C. de hæreticis. Quod non eſt in tali contractu qui merè eſt perſonalis, & lege non adiutus. Et ideo ad hæredes non tranſit. Iaſ. ad l. ſi deceſſerit. colum. 3. ff. qui ſatiſdare cogantur. fecit l. 3. & ſeq. ff de cenſib. & ideo, inquit, is qui conuenit, vt non facta ſolutione, præſtita die poſſit detineri, & in carceres coniici, ſi non ſoluat tali die, capi poteſt, quia eſt in mora, & ſic in culpa. Sed hæres, qui in ius alterius ſucceſſit, iuſtam habet ignorantiæ cauſam an debeatur. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Ideo non eſt mora, & ſic nec in culpa, vnde detineri, aut in carceres detrudi non debet. Econtrario verò videri poſſet, affirmatiuam partem eſſe veriorem, quia hæres cenſetur eſſe vna eadẽmque perſona cum defuncto, vt in auth. de iureiur. à mor. præſt. col. 4. l. hæredem. ff de reg. iur. ſuccedítq; cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis. l. vitia. ff de acquiren. poſſeſ. l. Pomponius. ff. illo tit. & ad id quod poterat compelli defunctus, poteſt etiam compelli hæres eius. l. polluIaute. ff. ad S. C. Trebellian. licèt verbis legis non ex-
3 primatur. Ad cuius l. interpretationem reſpõdet Bart. hæredem debitoris, vinculis mancipari poſſe, ſi ipſe debitor potuiſſet: quia hęres debitoris etiam debitor eſt, à quo inuito debitum exigi poteſt. l. debitor. ff. de verbor. ſignifi. & inſtrumentum publicum quod me-
4 retur executione contra eius hæredem. Imol. & Ang. ad l. 1. ff. de his quæ in teſtam. delen. quia ex quo debitor eſt obligatus in inſtrumento, obligatio ipſius hæredis virtualiter quoque continetur in inſtrumento, licet hoc ibi non exprimatur, arg l. 1. C. ſi cert. pet. & l. ſi pactum. ff de prob. l. 1. quorum leg. vbi not. Bal. quòd exceptio, Tu non es nominatus in inſtrumento, non nocet hæredi, quia nominato auctore, cenſetur etiam hæres eius eſſe nominatus. Alexand. ad l. in ratione. §. ſi ſolio. colum. 5. ff. ad leg. Falc. aliaſq; in l. ex contract. ff. de re iudi. clarè deciditur ius executiuum tranſire contra hæredem, qui non eſt noua perſona, ſed eadem perſona cum defuncto, teſte Bartol. ibi. Et quanuis ius exequendi nondum natum, nõ tranſit ad hæredem, arg. §. ſeruus. inſti. de c. dimi. tamen quando eſt iam in eſſe productum, tunc illud ius exequendi formatum, tranſit ad hæredem. l. ſi ſuperatus. §. 1. ff. de pign. l. ſi mater. §. 1. & l. Iudicatæ. ff. de except. rei iud. Bart. ad l. 3. q. 4. C. de pig. Et quemadmodum ſtipulator cenſetur non ſolum ſibi, verum etiam hæredibus ſuis, etiamſi eorum nulla facta ſit mentio, ſtipulari. l. ſi pactum. ff. de proba. ita econtra & promiſſor quoque de hæredibus ſuis intellexiſſe, eoſque obligaſſe videtur l. 2. ff. de verborum obligationibus, ex quo generale illud axioma profluit, quòd omnia pacta actiuè & paſſiuè tranſeant in hæredes, etiamſi de illis mentio nulla facta fuerit, adeò vt pleríque exiſtiment, hæredem non excludi, etiam ſi in renunciatione, vel promiſſione adiecta fuerit dictio taxatiua: qua de re in vtramque partem multa ſuo more accumulat Tiraq, in tract. de vtroque retract. cap. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. num. 3. cum multis ſeq. quæ omnia hoc vno loco referre non expedit. Ego hîc conſidero, quòd in ſimili, licèt pactum non valet, quod debitor omiſſa citatione & cauſæ cognitione, capi & carcerari poſſet, vt exiſtimarunt, Bald. conſil. 185. lib. 3. Ripa ad l. obligatione, nume. 27. ff. de pign & hypothe. Angel. Alex. & alij, ad l. alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrimonio. Panorm. & Felin. ad cap. de cætero, de re iudic. valet tamen eiuſmodi conſuetudo, leg. miſſi opinatores. C. de exac tribu. lib. 10 Quamuis enim quicquid poteſt fieri per pactum, poſſit etiam fieri per cõſuetudinem, l. fina. & ibi id notant Bartol. Bald. Salice. & alij. C. de fideiuſ. infinita tamen ſunt, quæ per legem, ſtatutum, aut conſuetudinem introduci & fieri poſſunt, pacto autem deſendi non poſſunt. Caſtr. Bartol. & alij ad l. non impoſſibile. ff. de pact. præcipuè ſi ſtatutum aut conſuetudo, nihil quod ſit turpe, aut quod bonis moribus vel naturæ aduerſetur, contineat, vt latè explicat D. Præſes Nicolaus Euerardi, in loco à pacto ad legẽ, &c. Vnde non ſine ratione dixit Ripa loco mox citato, quod ſubmiſſi carceribus & arreſtis, paſſim arreſtantur abſque citatione, non quidem in vim alicuius pacti, ſed in vim conſuetudinis pactum approbantis, quæ tamen conſuetudo, cum in facto conſiſtat, niſi eſſet notoria, probari deberet, capitulo primo, de cõſtitut. lib. 6. Et hæc quidem Ripæ ſententia, proximè
5 ad deciſionem huius quæſtionis pertinere videtur. Nam cum quilibet contrahendo & renunciando videatur ſe retuliſſe ad leges patrias, iiſdemque ſe conformare voluiſſe. l. hæredes mei. §. cum ita. & ibi docto. ff. ad Trebel. latè Alciat. reg. 3. præſumpt. cap. 32. certè, debitor qui huic priuilegio fori renuntiat,
6 voluiſſe videtur, quòd conſuetudo vel lex patria

in hanc

in hanc renuntiationem more ſuo influeret, & hæredem contineret, qui ſe iniuria affici, ſi arreſtetur die nundinarum, conqueri non poteſt, cùm ſciat vel ſcire debeat, eam eſſe conſuetudinem atque ſtatutorũ conditionem & naturam, vt ſicut luna dominatur corporibus, iiſdemque qualitates ſuas immittit: ita etiã cõſuetudo vel ſtatutũ dirigit humanas actiones, & ſubintrat contractum, vt ſecundùm eius præſcripta ſeu obſeruationẽ, contractũ eſſe videatur, leg. 1. in. l. ff. locat. Chaſſ. ad conſuetud. Burg. *des droitz à gens mariez.* Rub. *femme mariee.* §. 2. ad verſic. *ſelon la generale conſtume*, nu. 1. 2. 3. & ſequen. Ceſſante verò conſuetudine aut ſtatuto, quamuis animus hic multum fluctuet, nõ auſim à communi opinione recedere, quæ eſt in proximis terminis, quod ſi debito in inſtrumento expreſſè conuenit, quòd ſi ſtato die non ſoluerit, poſſit incarcerari, præſuppoſito quod tale pactum valeat: hæres debitoris quamuis non ſoluat non tamen poterit in vim illius pacti incarcerari: quia hæc promiſſio, iuriſque renuntiatio, cohæret perſonæ, & ideo ad hæredem non tranſit. Ita decidunt. Bar. nu. 1. Iaſon num. 13. & alij, ad d. l. ſi deceſſerit. Tum etiam, quia plus poteſt ſtatutum quam pactum. Bart. ad l. omnes. ff. de iuſtitia & iur. & quando verba pacti ſunt dubia, contra eum qui ex pacto ſe fundat, & apertiùs de hærede dicere potuiſſet, fit interpretatio. l. veteribus, ff. de pac. Et quamuis hoc quod dixi, hæredem contineri renuntiatione, ſi modo aliàs ſtatutum iuuet ipſam renuntiationem, eidemque adſiſtat, intelligũt quidam, vt tamen hæres prius citetur, Baldus. ad l. per diuerſas, C. mand. Ang. & alij, ad l. intra. ff. de re iudi. doceaturque quod hæres eſt Caſtren. ibi. Ego tandem puto, quod arreſtum non impeditur, ne abeundi occaſio inſtruatur, & quod etiam de iure ſuffecerit, ſummariè iudicem informare, ampliorem que probationem offerre, quemadmodum & in huiuſmodi negotiis & rebus lex ſummariè & ſecundùm qualitatem negotij, procedẽdum eſſe monet, vt ſumptus litium qui multos conſumunt, euitenter, & ſic non fiat diuerſus proceſſus, vt ait Rodericus Zuares ad l. poſt rem, extenſione 1. nu. 3. ver. ego ſeruabam, ff. de re iud. & elegantiùs in 5. limitatione eiuſdem legis, nu. 5. verſic. conſilium eſt. Quod in noſtra hac prouincia dubium non habet, vbi (vt inferius dicemus) moribus receptum eſt, creditorem ſuo periculo arreſtare eum poſſe, qui legitima exceptione munitus eſt, licèt in progreſſu cauſę certum ſit, quod debet tanquam fundamentum intentionis ſuæ, probare arreſtatum hæredem eſſe, ad eoque perſonam illius eſſe talem, contra quam executio eiuſmodi fieri poſſit. Inno. in c. quia de iudica. Bald. ad l. ſi quis curialis, C. de epiſcop. & cler. Latè quoque libro 1. forenſium Inſtit. c. 4. tractat. Imbertus, vtrum inſtrumentum aduerſus hæredem in vim pacti, executioni mandari poſſit, & tãdem ait nõ poſſe, ſi pactum mere perſonale eſt, niſi tamen per ſtatutum probetur, veluti ſi caueatur ſtatuto, debitorem eiúſve heredem præhendi, & in carcerem mitti poſſe, quod etiam nunc probaui.

Quæ ſint neceſſaria, vt debitor vel quis alius arreſtari poſſit. CAP. II.

ARGVMENTA.

1 *Extraneus tantum, aut ciuis ſuſpectus, arreſtari poteſt.*

2 *Suſpectus debitor quando dicatur.*

3 *Arreſtatio non fit, niſi creditore poſtulante.*

4 *An ſi ante arreſtationem, apud iudicem facienda ſummaria aliqua probatio de debito.*

5 *Res arreſtata an præſumatur eſſe debitoris, quando apud eum reperitur.*

6 *Vxor quo pacto ſuarum rerum arreſtationi ſe opponat.*

7 *Bona arreſtata ſi apud tertium exiſtant, quid iuris.*

NON dubium eſt, quin graui iniuria afficiatur, qui ex cauſa non legitima ſiſtitur ſeu arreſtatur, cuiúſve bona nullo iure detinentur, quod ſequenti capite latius dicemus. Et ideo, antequam creditor ad arreſtum deueniat, curare debet iudex, vt citra omnem iniuriam cauſa inſtituatur. Nam vt Plato ait, legum ſanctio huc reſpicit, vt fœliciſſimi ciues ſint, ac maximè inter ſe amici. Qui ſanè amici nũquam erũt, ſi mutuis iniuriis vexentur, ſed ſi quã minimæ hæ ſint
1 atque pauciſſimæ. Igitur qui bona vel perſonam alicuius ſiſtere vel arreſtare intendit, obſeruare debet principio, quòd non niſi forenſis & extraneus ſiſti vel arreſtari poteſt. Ciuis enim coram ſuo iudice conueniri, iuxta conſuetũ iudiciorum ordinem debet, & ſi de lapidatione ſuſpectus eſſe incipiat, vt ſunt nonnulli, quorũ largitio fundum nõ habet, & de quibus illud Claudiani dictum videri poteſt: *Praeceps illa manus fluuios ſuperabat Iberos, Aurea dona vomens*, &c. tunc interdici ei poteſt, ne bona ſua alienet, Quæ tamen interdictio non temerè, ſed plenè cauſa cognita fieri debet, citato eo cui interdictio faciẽda eſt, vt leg. in cauſæ cauſa cognita. ff. de minor l. ſi deſerta, C. ſi propt.
2 pub. penſitat. ſicut etiam fieri ſolet, quando adoleſcẽti perdito & luxurioſo, mulierique luxurioſè viuenti, bonis interdicitur, leg. Si verò. §. adoleſcens. ff. mandat. l. mulieris, ff. de curator. furioſ. Quod ſi verò hic ſuſpectus ciuis debitor, iã abitum quoque paret, etiã bona illius ſiſti poſſunt, cùm ipſe eo caſu rectè detineatur. Bar. & alij ad l. de pollicitationibus. in fi. ff. de pollicit. Bal. ad l. per. diuerſas, C. mand. & ad l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſ. cog. vbi latè Iaſ. Roman. conſi. 241. inci. Spectabiles. Alex. conſi. 101. lib. 2. Suſpectus autem dicitur, ſi officina eius præter conſuetum morem clauſa maneat. Bar. Angel. & alij ad leg. ſciendũ. ff. qui ſatiſ. cog. ſi iam exercet ludos iure prohibitos: ſi ſub grauibus vſuris pecuniã accipit: ſi bona ſua mobilia teneat loco ſecreto, vnde facile auferri poſſunt: ſi multis fideiuſſionibus ſe implicat, vel ſi quid aliud faciat, ex quo Iudex in credulitatem ſuſpicionis adduci poteſt, de qua re, vt intelligo, latè Io. Ba. de S. Seuerino in trac. de ſuſpect. debit. q. 6. nu. 1. 2. & aliis, & (quem ego vidi) Paulus Pariſ. eleganti conſil 99. & conſilio 1. libro 3.

3 Secundò, hoc remedium creditori non datur, niſi fuerit poſtulatum, arg. l. 4. hoc iudicium, ff. de damn. infec. quia ad priuatam partis vtilitatem Iudex non impartitur officium ſuum niſi fuerit imploratum, d. §. hoc iudicium, ne ipſe qui inter vtramque perſonam litigatorum (vt ait Conſtantinus) medius eſſe debet, l. vbi. C. de fal. ſe quodammodo partem conſtituere videatur. Inter poſtulandum verò, aliqualem fidem facere oportet Iudici de debito, vel per oſtenſionem inſtrumenti obligationis, vt cenſuit Barbarius conſilio. 6. columna. 10. lib. 2. vel per teſtes, ſi fortè ſyngrapha ad manum non adſit, vel denique alia aliqua legitima & ſummaria probatione, per quam Iudex aliquo

aliquo modo credere poteſt, verum eſſe quod aſſeritur. Rebuff. ad conſtit. Reg. romo. 1. art. 6. gl. 3. nu. 43.

4 Sed an ſolum iuramentum creditoris ſufficiat, dubitatum fuiſſe video. Angel. enim ad l. nemo carcerem. C. de exact. trib. & Angel. imitatus Imol. ad l. 2. ff. ſoluto matrimon. illud exiſtimant ſufficere, propter periculum quod eſt in mora, quia vbicunque periculum eſt in mora, ad probationem ſufficit iuramentum. gloſſ. & Innoc. ad cap. quoniam, extra, vt lite non conteſta. iuxta l. eorum. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. ſi quis. eo. tit. ne ſi aliæ probationes requirãtur, quę ſæpe admodum nobis ad manum non ſunt, debitor interim aufugiat, Roma. ad dictam l. ſi fideiuſſor. §. fin. Salic. ad l. vnic. C. de proh. ſequeſtr. Ioan Bapt. d. loco. quæſt. 6. nu. 18. quam opinionem Caſt. quidem conſ. pen. lib. 1. per totum mundum ſeruari ait, ſequiturq; eam Paul. Pariſ. conſ. 107. nu. 54. lib. 3. quia non ſit plenum præiudicium debitori, quia ſola cautione arreſtum diſſoluere poteſt. Sed aliud viſum fuit Bald. ad l. apertiſſimi. num. 9. C. de iud. & conſ. 285. nu. 3. & 4. lib. 1. Alexan. ſibi contrario in d. l. 2. Iaſ. etiam ſibi aduerſanti, in §. 1. inſtit. de act. Alij verò multa ſimul requirunt. ſ. quòd de debito aliquo modo conſtet, & quòd præterea creditoris iuramentum accedat, quod iuramentum non quidem Seruienti ſeu Apparitori qui arreſtat, ſed apud iudicem præſtatur, teſte Rebuffo. d. loco, art. 6. glo. 3. num. 61. Sed vt eodem loco ſubdit, num. 43. in multis locis, etiamſi nihil iudici oſtendatur, nihilque iuretur, ad ſolam partis & creditoris aſſertionem conceditur arreſtũ, *à la charge* (vt dicunt pragmatici) *des deſpens, dommages & intereſts de la partie qui faict arreſter,* quòd & in hac patria obſeruari videmus, exiſtimo tamen illam conſuetudinem eſſe corruptelam, ſicut per Senatum eiuſmodi arreſtationem dicit ſe vidiſſe declarari nullam, quæ arreſtatio ad ſolam partis aſſertionem facta erat: quia pars quæ eam arreſtationem fieri deſiderat, nihil fortè habet cũ ſit inops: & ideo poſt ignominioſam iſtam arreſtationem, non eſſet alteri parti, tam graui ignominia affectæ, ſatis cõſultum. Arbitror conſuetudinem defendi poſſe, ſed nõ inconcoctè accipiendum eſſe. Iudex enim rationem perſonarum habere debet, & quid in huiuſmodi negotiis æquũ ſit, prudenter diſcutiet, iuxta ea quæ notat Hippol. de Marſil. ad l. Quæſtionis. ff. de quęſtionibus, vbi ad modum multos caſus refert, qui iudicis arbitrio committuntur & relinquuntur. Quid enim ſi actor ſit vir probus & inops, qui ſatiſdare pignoribus aut fideiuſſoribus non poteſt? aut idcirco iure ſuo excludetur, & impunita erit malitia rei? Abſit à iure iniquitas. Ideoq; hoc totum, vt dixi, religioni iudicis relinquendũ eſſe cenſuit Bal. ad cap. ſignificauit. circa medium, de teſt. per l. ſi creditores. ff. de priuilegiis creditorum. l. 3. ff. de cond cau. dat. l. in omnibus. ff de iud. Et quemadmodum iudex poteſt eo caſu, in quo id iure ſcriptum non eſt, cum ſibi æquum videbitur, iubere cauere, idq; ex arbitrio ſibi à lege dato. l. quòd ſi Epheſi. ff. de eo ꝙ certo loco. Caſtr. ad ſtipulationum. l. ff. de verb. oblig. ita etiam omittere & remittere poteſt cautionem, ſi ex iuſta cauſa ſibi videatur, latè Tiraq. de retractu. §. 1. gloſ. 18. nu. 45. cum ſeq Sanè, cùm debitor dicitur ſuſpectus de fuga, tunc Bal. ad l. apertiſſimi. C. de iud. dicit, ſuſpicionem, per ſolum iuramentum non probari, niſi prius ſummariè probentur aliquę cauſę, inducentes ſuſpicionem, puta, quòd nõ poſſideat immobilia, vel quod aliquid ex his concurrat, ex quibus ſuperiùs diximus huiuſmodi ſuſpicionem generari. Et ideo iudex cautus eſſe debet ad interrogandum de cauſis ſuſpicionis, quæ ſi veriſimiles reperiantur, poterit procedere ad arreſtum vel capturã, vt ibi per eum, quem refert & ſequitur Vitalis in tract. clauſ. in verbo, Nihil nouari dilatione pendente, Dec conſil. 75. Caſtr. conſil. 40. Anchar. conſil. 85. & ſuper iſta ſuſpicione reſpici poſſunt teſtes debitore non citato, ne fuga inſtruatur, vt ait Bald. ad l. conſentaneum. columna 5. verſic. Quarto vna cum Butrio. C. quomodo & quando iudex. Feli. in cap. Rodulphus. de reſcript. col. pen. in 3. fallen.

Sunt etiam qui requirunt, quòd ſaltem ſummariè conſtet, quòd tempore contracti debiti debitor erat idoneus & ſoluendo, & quòd ſibi aliqua calamitas inſignis euenit, aut aliter inops factus eſt. Si enim eius conditio non eſt mutata, imputet ſibi quòd cum eo contraxit: qua de re multa refert in ſuis memorabilibus Catel. Cott. ad verbum, Debitor. Sed quia cõſuetudo noſtra hoc nõ admittit, abundeq; ſuperiùs ea de re dictum fuit, articuli illius tractationem (ne actum agam) hoc in loco prætermittam.

Illud verò indubitatum eſt ꝙ quemadmodum res aliena pignori dari, aut hypothecæ ſupponi non poteſt, quoniam in rem alienam ius debitor non habet l. aliena. l. rem alienam. ff. de pignor. actio. ita etiam res quæ non eſt debitoris, arreſtari & ſiſti nõ poteſt: quia creditor in eam ius non habet, vt nec debitor ipſe, & nemo alterius odio grauari debet, c. nemo debet. de reg. iur. Et ſicut executio ſententiæ fieri non debet in rebus alterius quàm ipſius condemnati, ſiue ſint res alterius quo ad proprietatẽ & poſſeſſionem, ſiue quo ad poſſeſſionem tantùm, ſiue quo ad proprietatẽ tantùm, vt not. ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. & pulchrè Bald. ad d. l. ob maritorum, circa princ. C. ne vxo. pro marito. ita quoque neque arreſtario, quæ (vt ſuperiùs diximus) ſpeciem aliquam executionis continet. Sed an ſi dominium rei, debitori ſuperueniat, arreſtatio confirmabitur, alterius eſt loci, tractaturque ad d. l. rem alienam, & latè à Conano lib. 4. ca.
5 13. nume. 6. Sed nos ea de re latiùs ſuo loco proprio inferiùs dicemus. Præſumitur tamen, quod res pertineat ad debitorẽ, quę apud eum reperitur. l. ſiue poſſidetis. C. de probat. Docto. in cap. cum eccleſ. de cauſ. poſſeſ. & propriet. & quidem præcipuè, quando non principaliter, ſed duntaxat incidenter de dominio quæritur. Inn. ad cap. illud, de præſump. Imola ad cap. ex literis, de probat. Bal. ad l. 2. C. eod tit. Caſtr. conſi. 6. conſ. 94. conſ 320. conſ. 177. & cõſi. 30. Quo pacto Rebuf. d. loco. nu. 52. iudicatum fuiſſe teſtatur aduerſus quendam generum, qui ſeſe arreſto oppoſuerat, dicens eſſe ſuum equum, qui apud ſocerum repertus fuit, nec aliter probauit. Sed eſt in bonis vxoris & mariti: quia res exiſtentes in domo, in qua indifferenter habitant maritus & vxor, potiùs præſumentur viri quàm vxoris, propter præeminentiam. Vnde oportet quòd vxor probet eas eſſe ſuas. l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure dotium, vbi eſt textus notabilis, in quo deciſum eſt, quòd vxor id hodie poteſt probare per ſcripturam priuatam mariti, ſi modo veritas aliqua ratione etiam aliter ex circunſtantiis, vel ex ipſarum rerum qualitate appareat: vt quia ſunt veſtes muliebres, vel alia muliebria ornamenta, quæ vxores conſueuerunt habere tanquam res paraphernales, vt ait Bald. ad dict. leg. ob maritorum, verſicu. Sed nonne. Nam ex quo ſunt ad vſum eius deputata, eáque poſſidet, præſumitur eſſe earum domina, vt l. penult. ff. de cond. inſtit. l. 1. ff famil. erciſcun. quòd ego etiam tunc puto eſſe verum in his rebus, quando mariti ſcriptura non concurrit. Quod amplius eſt, ſi vxoris bona
6 arreſtentur, poſſet vxor etiam propria authoritate inicere

iniicere manus in res ſuas detentas per maritum, ſcilicet ne occupentur per creditorem, licèt prima facie adeſſe videatur contra leg. ſi quis in tantã, C. vnde vi. & l. extat, ff. quòd met. cauſ. & cap. ſi. eo. titulo. Sed verè non aduerſatur hoc factum legis diſpoſitioni: quia quamuis poſſeſſio fuerit in virum translata: tamen propter communiònem vitæ, ipſa dicitur poſſidere, & poſſeſſionem ſuam continuare, leg. aduerſus, C. de crimine expil. hæred. quod & Chaſſanæus, de bonis vxoris à fiſco propter delictum mariti apprehenſis, reſpondit ad conſuet. Burg. Titu. *Des confiſcations*, §. 4. numero 4. verſicu. In publicatione &c. Quinimò in grauiore caſu teſtatur Bald. ad d. l. ob maritorum in fin. res dotales capi non poſſe, etiam pro debito vtriuſque ſimul, quando ſcilicer alienari non poſſunt. Vnde ſi poſſent alienari, & vterque ſe ſuáque obligaſſer, alio iure vtendum foret. Salicer. verò eodem illo loco, verſi. Quæro quid ſi domus, &c. diſputat, an res mariti eſſe præſumantur, quando ipſa domus non erat mariti, ſed vxoris in quam maritum induxit. Quod quidem dici poſſe videbatur, quaſi poſſeſſio domus in maritum tranſlata fuerit, & ſic etiam res in ea exiſtentes poſſidere dicatur, quamuis econtrariò veriſimilè ſit, eam poſſeſſionem domus cui inſiſtit, ad maritum non tranſtuliſſe. Sed hanc quæſtionem aliis finiendam terminandámque relinquit. Sanè, ex his quæ latè notat Alciat. regu. 3. præſumpt. capi. vigeſimoſexto. mihi videtur, quod arbitrium iudicis plurimum in his poteſt, qui perpendet vtrum maritus pauper fuerit, vxor verò diues, vel an ſupellectilem intulerit in domum vxoris, necne, & alia pleraque huiuſmodi, vt ſic præſumat, bona illa vel vxoris, vel mariti eſſe aut fuiſſe. Quid igitur? an pendente hac altercatione ſuper proprietate rei, arreſtatio fieri poterit? Bald. dicto loco, verſicu. Quæro, nunquid, &c. aſſerit, pendente proteſtatione, miſſionem in bonorum poſſeſſionem fieri non poſſe, & factam, non ſubſiſtere, quia iudex perperam & inordinatè procedit, §. ſuper hoc, in auth. vt nulli iudic. Sanè ex diſpoſitione l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic. ſatis apparet, quod iudex ſummariam cognitionem ſuper hac re adhibere debet, & ſi aliæ ſint res quæ poſſint arreſtari, debet in has arreſti poteſtas exerceri, aliis dimiſſis, ne creditor diu cogatur ſuper eiuſmodi quæſtione litigare, teſte Rapha. Iaſone & Zaſio & ibi.

7 Quoniam verò ſuperiùs diximus, etiam ſolius poſſeſſionis rationem eſſe habendam: ex cõmuniore ſententia videtur, quod ſi debitor diu ante arreſtum tranſtulit bona hæc in tertium: tunc priùs agi debet reuocatoria, vt reſtituat res. Sin autem alienarit, cùm ſciret quod arreſtarentur, tunc iſta vitioſa poſſeſſio non prodeſt opponenti, nec vlla reuocatoria actione opus eſt, ſed recta via auocari poſſent. Quæ omnia, ad d. l. ob maritorum, notat eleganter Albericus contra vicinos & amicos dicentes eiuſmodi bona eſſe ſua, vt amicus vel vicinus executionem euadat. Quòd ſi res debitoris apud creditorem alium pignori obligata exiſtat, poterit nihilominus (ni fallor) arreſtari, & arreſtata poſt ſententiam vendi, ac diſtrahi à nouo iſto creditore, ſi modo creditori priori, cui pignori data fuit, debitum exoluat, d. l. à diuo Pio, §. Quòd ſi res. vbi dicitur, quod in cauſam iudicati creditor cogitur exhibere pignus ſuum conuentionale, vt in eandem cauſam diſtrahatur: ſed ius pignoris durat creditori, in quamcunque manum res peruenerit, donec pecunia ei ſoluatur, quod latiùs ibi cum aliis explicat Zazius.

Vtrum arreſtum indebitè factum, ex alia iuſta cauſa confirmari poſſit. Cap. 12.

Argumenta.

1 *Tenuta minus ritè conceſſa, reuocari non debet.*
2 *Spoliatus quando ante omnia reſtituendus.*
3 *Confirmare minus eſt quàm de nouo dare.*
4 *Facta multa tenent, quæ non facta prohibentur.*
5 *Captura non reſoluitur, quæ nulla fuit, ſi modo aliter de veritate debiti conſtare poſſit.*
6 *Cauſa non iuſtificata in propoſitione, non poteſt iuſtificari in probatione.*
7 *Creditor ſi plura bona exequendo vendat, quàm expoſcit debitum, an tota executio concidat.*
8 *Iudex qui de facto proceſſit, de facto reuocare iterum poterit.*
9 *Diuerſarum opinionum conciliatio.*
10 *Lex nihil fruſtra facit.*

PRÆCEDENTI quæſtioni proxima eſt hæc an omnia omnino corruant, & ipſo iure nulla ſint, ſi arreſtum aliter, atque oportet, factum ſit? Pone enim debitum, ob quod arreſtabatur perſona vel res debitoris, nullum fuiſſe: nihilominus tamen ipſum arreſtũ, aliàs ex cauſa, vel antiqua, vel de nouo ſuperueniente, eidem arreſtanti obligatum fuiſſe. Habet hæc quæſtio vtrinque ſuos aſſertores, neque adeò leuis viſa fuit veteribus, quin eam magni ingenij fatigatione, ne dicã, magna contentione examinandã duxerint. Sunt enim non pauci ſummæ authoritatis interpretes qui exiſtimant, arreſtum quod eſt nullum, ex alia cauſa iuſtificari poſſe. & licèt non loquantur propriè de arreſto, loquuntur tamen in captura, quæ arreſto proxima eſt. Et quidem in primis Aymo Crauetta conſil. 46 incipien. de ſtylo ciuitatis Gratianopolis. verſic. ad iſtud reſpondeo. num. 7. dicit, fuiſſe quoſdam incarceratos pro debito vnius floreni, quæ incarceratio fuit indebita & contra ſtylum illius ciuitatis, petebátque propterea relaxationem: ſed creditor obiiciebat non debere eos relaxari: quoniam erant obligati adhuc in alio debito, iuxta tenorem aliarum literarum, & ſi carcerati non eſſent, deberent nunc de nouo incarcerari, vigore illarum literarum. & reſpondet tandem Aymo, relaxandos non eſſe, motus ex verbis 1 Angel. & Alexan. ad l. ſi finita, ff. de damno infect. dicentium quod tenuta minus ritè conceſſa, reuocari non debet, quando ſi conceſſa non eſſet, de nouo eſſet concedenda, quod dictum refer & ſequitur Iaſon. ad l. à diuo Pio, §. in vendicatione, ff. de re Iudi. & in l. ſi pacto. nu. 5. C. de pac. Decius ad c. cum ceſſante, de appell. & conſi. 193. & 449. In qua opinione etiam eſt Caſtr. conſi. penul. lib. 1. his verbis Poſtremò, etiã ſi non ritè facta fuiſſet dicta captura, ſi tamen conſtat de debito, quia cõfitetur, vel alio modo apparet, de- 2 bet ſuſtineri, leg. ſi. §. ſi. ff. quod met. cauſ. Nam & in cauſa poſſeſſionis recuperandæ, licet ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, tamen ſi de proprietate manifeſtè conſtet: exiſtimant omnes, quod eſt deneganda reſtitutio. capitulo cum Eccleſia. De cauſ. poſſ. & prop. capitu. cum ſuper, de reſtitu. ſpol. Ita & hic deneganda eſt reſtitutio in priſtinam libertatem, ſi de debito conſtat, ex quo poterat capi. Hæc ille. Sequitur etiam hanc ſententiam Socin. conſilio. 113. incipiente. Quoniam in cauſa capturæ; circa fina. verſicu.

verſicu.Poſtremò,lib.3.Roma.ſingul.256. Anchara.
in ſimili,conſil 116.incipien. ſecundùm ordinem,nu.
9.Abbas conſil.29.in fin. Sic & Curtius Iunior conſi.
27.incip.noua & ingenioſa,nume.5.ver.accedunt ad
confirmationem ait, quod Iudex videos licentiā in-
grediendi poſſeſſionem alicuius de nouo conceden-
dam,non debet priorem licentiam, licet illegitimam
reuocare,ſed potius confirmare, ita vt superueniente
ſolenni authoritate iudicis,tenuta quæ fuit nulla,poſ-
ſit æqua & benigna quadam metamorphoſi,in aliquā
tranſmutari, ſicut quando appellatur a ſententia ini-
qua, appellatio deuoluit totum negotium ad iudi-
cem appellationis, adeò quod Iudex ex noua cauſa
poteſt ſententiam confirmare,vt & idem poteſt,quan
do coram eo diſputatur de nullitate tenutæ. Innocēt.
in cap cùm contingat,de offic.delegat. Bartol.ad l.ſi
expreſſim.ff.de appellat. quia ſi poteſt de nouo dare,
3 multò magis poteſt etiam confirmare. Eſt etiam in
hac opinione Ludouicus de Gozadinis, conſil 21.in-
cipien.Videtur dicendum,verſi.17.nume.31.dum ait,
miſſionem in poſſeſſionem non legitimè factam,con-
firmandam eſſe à Iudicibus, quando alias de non iure
aduerſarij poſtea conſtat. Quomodo & Iaſ.cum mul-
tis aliis, ad l.ſi pacta,C.de pactis, & Ioan. Neuizanus
conſil.77.reſpondent, quòd ſi debitor habet bona,
contra quæ prius debebat fieri executio, & eo non
obſtante carceratur, poſteaque ſoluit creditori, non
poteſt poſtquam fuit relaxatus, repetere ſolutum,
prætextu ordinis non ſeruati,illegitimeque factæ exe
cutionis. Rurſumque Caſtren.ad l ſi cum nulla.§.fin.
ff.de re iudicata.ait, quòd quando præceſſit ſenten-
tia, & in eius executione fuit omiſſum aliquid quod
non erat omittendum, tunc non reſtituitur debitum
exactum. Qua in re Fulgoſ. conſilio 178.incipiente,
Iacobus.col.prima.Iaffredum concl.130. Matthæum
de Afflict.in conſtit.circa violentiarum, ſequaces ha-
bet,idémque repetit conſi.19.lib.1.Cui accedit,quòd
conſil.51 lib.1.incip.Sapientiæ, conſuluit Barbatius,
quod exactum per vim ab executore,non reſcinditur,
niſi quatenus eſt indebitum: & quòd illud quod pro-
mittitur per metum,ſi de ſe eſt licitum & iuſtum, va-
let. Hippol ad l.Patre.colum.12.verſicu.Item etiam,
ff.de quæſtion.Bald.conſil.328.lib.1.quod reperitur
conſil 40.lib 4.Præpoſitus ad cap.vt debitus,col.12.
verſ.non obſtat,de appellat. Albericus quoque ad l.ſi
ante.§.fin.& ad l.ſi de vi.ff.de iudiciis.aſſerit, quòd ſi
notoriè de debito conſtat, & iudex non ſeruato ordi-
ne iudiciario, per executorem cogat debitorem, vel
ſoluere vel tradere, non poteſt contrauenire debitor,
quia per talem ſolutionem vel traditionem extinctū
eſt ius creditoris, quod iniquum eſſet retractare: quia
inordinata executio non retractatur, & quod debitè
fieri potuit, non reſcinditur propter indebitum mo-
dum: adeóque etiam propter authoritatem iudicis,
multa facta tenent, quæ aliâs fieri prohibentur.l.1.§.
biduum.ff.quando appellandum ſit.l.1.ff.ſi quis ius
4 dicend.Bald.in d.l.fin.§.fin. Sic & Socin.in tracta.de
citationibus. Si (inquit) quidam erat debitor meus in
diem, & ego timens ne antequam dies ſolutionis ve-
niret, fugam caperet, feci pro calumnioſo debito ip-
ſum capi,& in carcerem duci hac cognitione,vt dum
de eo diſputatur,cedat dies veri debiti, propter quod
eum arreſtare,& in carcere retinere poſſum, iure hoc
facio quoniam quæ ſunt nulla non defectu materiæ,
5 ſed formæ, poſſunt habilitate materiæ poſtea ſuperue
niente,ſcilicet vero debito, confirmare & reconuale-
ſcere, iuxta ea quæ notat Caſtr.ad l.ſed eximendi.§.
item ſi 15.ff.ne quis eum.& Vannutius in tract.de nul-
lit.proceſ.in vlt.par.num.131.& expreſsè Paul. Pariſ.
conſ.99.nu.45.lib.3.ait, non eſſe retractandam captu
ram,ſi aliâs de debiti veritate ex cōfeſſione capti con-
ſtare poteſt.& Rebuf.ad ordin. Reg.to.1.art.0.glo.3.
nu.45.ver.1.in fi & Io.Conſtant.ad ord.Reg.art.66.
Contrariam verò partem ſuſtinet Bald. conſilio 208.
incipien.In captura.& conſilio 231.incipien. in cauſa
carcerati. lib.4.quia captura vel detentio iniurioſa
confirmari non poteſt, ſed infirmandum eſt, quòd ſi-
6 ne ratione proceſſit,dicta l ſi cum nulla.l.1 §.hæc ver-
ba.ff.ne vis fiat.l cum vnus.ff de bon.auth.iud.poſ.&
cauſa legitimè non iuſtificata vel intentata in propo-
ſitione,non poteſt iuſtificari in probatione.l.1.§ fi.ff.
de iureiuran.& ideo (inquit) debitor relaxandus eſt,
pronuntiariq; debet detentio iniquè & perperam eſſe
facta: quia forma nō eſt ſeruata,& omiſſio formæ red-
dit actum ipſo iure nullum, & in qualibet minima par
te vitiat totum actū,etiamſi is reſpiciat piam cauſam,
l.cum hi.ff.de tranſac.l hac conſultiſſima.C.de teſta-
men.Iaſ.conſ.162.lib.2.Hipp.conſ.64. Et ſicut cum
7 creditor plura bona ſub haſta diſtrahit, quàm debitū
poſtulat,tota venditio retractatur, vt volunt de Affli.
deciſ.358.Bert.conſ.279.lib.3. Guid. Papæ conſ.43.
lib.3.Dec.conſ.493.Calcan. conſil.123. ita & illiuſ-
8 modi illicita detentio, ſeu arreſtatio, quæ de facto
proceſſit, debet etiam de facto retractari,ſicut de in-
debita executione,conſ.179 lib.9.dicit Alex.quia ini
tium cuiuſque rei eſt inſpiciendum,l.1.ff.de orig.iur.
cum ſimil.& quod ab initio non valuit,tractu tempo-
ris non conualeſcit.l.quod ab initio.ff de reg.iur.ca.
non firmatur,extra,eo ti.lib.6. Quam ſententiam ſe-
quitur Paul.Pariſ.conſil.101.lib.3.dum ait, capturam
minimè iuſtificatam aut nulliter factam, in primis de
clarandam eſſe ipſo iure nullam, & debitorem omni-
no eſſe relaxandum. Nec obſtat (inquit) quod poſtea
ceſſit dies obligationis & ſolutionis, & conſequenter
quod poterit iuſtè carcerari, & in carceribus recom-
mendari: quoniam iſta non impediunt relaxationem
& reſtitutionem ad priſtinam libertatem,qua fuit ſpo
liatus Primitus enim declarandum erit,dictam captu
ram fuiſſe nullam, & minus iuſtè factam, & ante om-
nia debitorem relaxādum,priſtinæque libertati reſti-
tuendum eſſe. Quo facto,poſtmodum poteſt iuris or-
dine de nouo procedi, iuxta deciſionē Bart.ad l.qua-
rundam.§.omnia.ff de acq.rer.dom. Sequitur Roma.
d.conſ.241.& in ea re cōſentientem ſibi habet Dec.
conſ.75.Bal.conſ.229.inci.De iure communi. lib.4.
Paridem de Puteo.lib.de ſyndicatu.in verbo,Captus,
qui vnanimi conſenſione reſpondent,quod præpoſte-
ratio ordinis vitiat capturam, etiam ſi ſuperueniant
probationes,& quod exactis probationibus, aut alia
cauſa iuſtificari non poteſt, quando legitimus ordo
non fuit ſeruatus,ſed debet pronunciari ipſo iure nul-
la, aut certè iudex debet contrario imperio arreſtum
relaxare, & debitorem dimittere, quia vis ſpoliatiua
propriæ libertatis dicitur capto inferri, quando iuris
ordo non ſeruatur, vt ait Cæpolla conſ.19.nu.2.quia
talia adſerre poſt iniquam arreſtationem, eſt ædifica-
re ſine fundamento.d.l.ſi cum nulla. Dec.ad c.ex ra-
tione de appel.Felin.ad cap.cùm dilecta.§.ordo ſcri-
pturæ.ante fi.de reſcript. Si enim fundamentū eſt ma-
lum,debet deſtrui quicquid eſt ſuperædificatum,cap.
cùm paulus.1.quæſt.1.vt pulchrè in hoc eodem caſu
reſpondet Ancharanus conſil.192.incipien. Videre-
tur,o.4.Nec obſtat (inquit.l.fi.§.ſt.ſi.quod met.cauſ.
quæ loquitur in vi compulſiua,quæ qualemqualem in
ſe habet conſenſum: ſed aliud eſt in vi ablatiua liber-
tatis, pro qua etiam prædo agit, capit.cum quis, de
reſtit.

reſtitutio.ſpol.quia ſicut iniuſtè & violenter priuatus
ſua poſſeſſione,debet ante omnia reſtitui,c.cóquerẽ-
te,de reſtitu. ſpolia.ita etiam priuatus propria liber-
tate.Accedit iterum in eandẽ ſentẽtiã Romanus cõſ.
320.incip. Hæc iſtorum quinq;.docẽs,capturã inde-
bitè factã,de facto irritandã. Nam(inquit),in ſimili,
ſi ſine ordine iudiciatio Iudex proceſſerit ad poſſeſ-
ſionẽ vnius alteri dandam,certè illã de facto auferre
poterit, quia quemadmodũ nimis facilis fuit in mit-
tendo,ita facilis eſſe poteſt in reuocãdo, ſicut in leg.
1.§.nuntiatio,ff.de no.op. nuntiat,latius oſtẽdit te-
nutam(ita enim appellitat)de facto datam , de facto
reuocati,& in eã ſententiam adducit tex.in l.fi.§.nul-
lo tẽpore,ff.de li.ho.exhiben.vbi deciſum eſt , nullo
tẽpore liberũ hominẽ non ritè carceratum detineri,
nullamq; ſuper ea re temporis prolongationem vel
dilationem eſſe concedendam , in qua opinione etiã
Alex.conſi.19.lib.3.fuiſſe videtur,eandemq; & Ioan.
de Neuiz conſi.52.num.43.probat.
9 Sanè,in tanto opinionũ fluctu atque diuerſitate,ſi
quid meum iudicium hic poteſt,exiſtimo vtrãq; ſen-
tentiam probabiliter conciliari poſſe,ſcilicet : quòd
ſi manifeſtè cõſtat arreſtationem non ritè eſſe factã,
etiamſi poſtea cauſa ſuperueniat , pronuntiãdam eſſe
nullam & inualidam, & aduerſus legem aut conſue-
tudinem conceſſam,eundémq; arreſtantẽ , in expen-
ſas & id quod intereſt,condemnãdum , qui per nouã
iſtiuſmodi cauſam,ius abſolutionis ex iniqua arreſta-
tione debitori acquiſitum,auferre non potuit , ſibiq;
acceptum ferre debet, qui ex cauſa illegitima arreſtũ
fieri procurauit. Nam ſicut Rex pugnaturus contra
aduerſarium Regem prius congregat exercitũ,& ſic
ſeſe prælio committit:ita quoq; & creditor futurúſ-
que actor,non niſi præparatus ad iudicium accedere,
& ſic debitorem arreſtare debet. Nec refert, optimæ
exiſtimationis ſit creditor , reus verò perfidus & de-
ploratus : quia quantumuis præſignis actor non pro-
bet,& cauſam ſuam nõ iuſtificet,reus abſoluitur. Alc.
ad l.qui accuſare,nu.25.cum ſequen.C.de edend. eâ-
que in re non qualitas rei,ſed ius actoris cõſideratur,
l.1.ff.ſi pars.hæredi.pet.l.fi. C.de rei vẽdi.Adde etiã,
quòd ea quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxi-
lio.l.de ætate,§.ex cauſa,ff.de interrogat.actio. & ius
iudicio conſtante vel poſtea adueniens,non debet a-
ctori proficere,c.vlti.vt lite penden.nota.in l. ſi rem.
§.vlti.ff.de pigno. actio. cùm in iudicium non vene-
rit.l.non poteſt videri,ff.de iudi.l.quæſitum.ff.de pe-
culio,& ideo meritò reus abſoluitur. Quo pacto enĩ
iudex ex alia cauſa iuſtificabit arreſtum , de qua ipſe
creditor non cogitauit,aut quam ſuo tempore nõ ex-
preſſit ? Cæterum propter eiuſmodi debitum de no-
uo apparẽs,exiſtimo detinẽdũ,& minimè relaxãdum
10 eſſe dictũ debitorẽ,qui ſi eſſet relaxatus , denuò capi
vel arreſtari poſſet. Lex autẽ nihil facit fruſtra. Qoam
cõciliationem,vel ſi mauis,nouam tertiam hanc meã
opinionem , abundè ex his ſtabiliri poſſe exiſtimo,
quæ eleganter & fuſè ad d.l.nõ poteſt videri.ff.de iu-
dic.notat Caſtrenſis,quæque conſi.46.refert Aymo
Crauetta,aliaque quædam quæ ad huius rei confirma
tionem pertinent.33.c.inferius.dicam.

Qua actione teneatur, qui perſonam aut res alterius indebitè arreſtari fecit. Cap.13.

ARGVMENTA.

1 Iniuria magna afficitur is qui indebitè arreſtatur.

2 Iniuria eſt, fideiuſſorem idoneum reſpuere.

3 Mercatores ex fide promiſſorum dependent.

4 Mercator etiam lucrum ceſſans petit.

5 Creditor malè arreſtans an ius crediti amittat.

6 Debitor non ritè arreſtatus, an approbet arreſtum dando fideiuſſores.

7 Proteſtatio vbi non ſit neceſſaria.

QVONIAM verò iniquam arreſtationem retra-
ctando,iudex non plenè ſatisfacit parti tã igno-
minioſè arreſtatæ:illud quoq; quæri poteſt,qua ratio
ne teneatur,qui vel perſonam,vel bona alicuius, nul-
lo iure detinuit vel arreſtauit? Et ſanè quòd iniuriarũ
1 teneatur,ex l.ſi creditores,in fi.ff.de priuileg.cred.&
ex l.pe.C.qui bon.cede.poſ.reſponderent Alex.conſ.
19.in fi.lib.3.Ioã.de Neuizanis cõſi.52.nu.29.Pet.de
Bella pertica, Alb.& Sal.ad l.ab executione.C. quor.
app.nõ recip.Henningus Golden.conſi.38.nume, 6.
Quomodo & ipſe Vlp.ait ,eum, qui alienius rem per
iniuriam occupauerit, vel non debitorem quaſi debi
torem appellauerit,iniuriarum teneri,l.Item apud La
beonẽ,§.ſi quis bona,& §.ſeq.ff.de iniu.& quod am-
2 plius eſt,etiam is qui duntaxat recuſat fideiuſſorẽ ido.
neũ recipere,actione iniuriarũ tenetur.l. ſi verò.§. 1.
ff.qui ſatiſda.cogan.Ratio autem hæc eſt,quòd eiuſ-
modi detentio ſine iniuria fieri nequit.c.ex parte. de
verb.ſignifi.Alci.ad l.1.nu.9.C. de in ius vocand.cũ
vtiq; infamet,& grauamen irreparabile adferre dica-
tur.Bal.ad l.ſi clericus,col.2.C.de epiſc.audien.& ad
l.s.C.de in integrum.reſtitu. Iaſ.ad l.4.§.condemna-
tum.num.31.ff.de re iudi. Cur.in tract de ſeq.q.8.Et
quidem præcipuè grauis eſt viro nobili , vel potenti
alicui mercatori,qui ſæpè ex ſola fide creditoque pẽ-
det,quod pulchrè d.conſ.nu.8.aſſerit Neuizanus. Tũ
verò,non dubium eſt,quin ad damna & id quod inte-
reſt teneatur,vt not.Ioan.Conſtantinus ad ordioa.Re
gias.art.77.verſ. quid ſi iniuſtè appareat, per l. ſi o-
leum.ff.de dolo.& Alex.d. loco. Quinimo ſi is qui
arreſtatus fuit,erat mercator,non ſolum damni acce-
pti,verùm etiam lucri ceſſantis ratio habenda eſt.l.3.
4 §.fi.l.ſociũ qui,ff.pro ſocio.Cardin.ad clemen. 1. q.
8.de vſur. Roma.conſ.517.Alex.ad l.diuortio.& ad l.
Inſulam.§.vſuris.ff.ſoluto matr.Soc.conſ.179.lib. 2.
Dec.conſ.16.Latè Rebuffus ad l.vnic.gl.vlt.nu. 23.
C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer. Neque
deſunt qui exiſtimant,iniurioſum impetitum ſeu im-
prudentem iſtiuſmodi , creditorem,in pœnam huius
temeritatis,quę certè cohibenda & reſtringenda eſt,
omne ius ſui crediti in vniuerſum amittere.Bal. ad c.
cauſam matrimonij,in fi.de offic.dele.& conſ.115.li.
5 1.antiq.impreſſion.incip.proponitur , & in noua im-
preſ.215.Iaſon ad l.2.ff.de iuriſd.omnium iud.col. an-
tepen.Dec.conſ.75.verſ.1.Rochus de Curte,ad cap.
ar ſi clerici,in 3.notab.de iudi. Quod tamen ego ni-
mis durum & acerbum eſſe cenſeo,præcipuè,cum Iu
dicis authoritate vel more ſolito,licèt nõ ritè , & pro
vero debito arreſtum factum ſit , aliaſq; etiam non
amittit creditor ius ſuum,niſi quando vel ſine Iudice
id quod ſuum aut ſibi debitum eſt,repoſcit,vel ius ſi-
bi dicit,leg.extat.ff.quod met cauſ.l.creditores.ff.ad
leg.Iuliã de vi,ſatiſq; punitur hæc eius temeritas mo
6 do antedicto. Videat tamen , & caute animum adii-
ciat debitor ne maiore facilitate & imprudẽtia hiſce
auxiliis excidat.Socinus enim cõſ.113.incip.Quoniã
in cauſa,lib.3. reſpondet, quod capturæ licèt iniquæ
conſentire cenſentur illi,qui vltrò preſtant fideiuſſo-
res de non recedendo.Nec obſtat(inquit)quod dici
poſſet,quod detentus videtur dare fideiuſſorem quo-

dammodo compulſus,cùm aliàs nõ telaxatetur , quia
præſumitur pro iudice,quod immo telaxaret eum, ſi
aliqualitet de cauſa inſtrueretut. Nec eſt veriſimilè
quod violentia ei inferretut,pręcipuè in actu apud iu
dicem facto,iuxta notat.ad l.nõ eſt veriſimile.ff quod
met.cauſ.Quomodo& Bal.ad leg.2.C.de ſer.fug.ait,
quod captus iniuſtè,ſi non reclamet,valet cõtra eum
ſeotentia & executio. Sanè vix eſt vt in hanc ſenten-
tiam accedere poſſim.Nam qui ſatiſdat,certè vt eui-
tet deteotionem,ſatiſdat, non vt aduerſus iniutiorum
arreſtantem noo agat, cum ſciat ius ſuum ſibi dutare:
ideoq́ue actus ſatiſdationis animum & intentionem
ſatiſdantis egredi non debet,leg.oõ omnis.ff. ſi cert.
pet. & hæ proteſtationes magis ſunt vtiles quam ne-
ceſſatię.leg 4.6.ſi in venditione,ff.quib.mod.pignus.
vel hypothec.ſol.Bar.ad l.2.§.quòd diximus,ff.ſi quis
cautio. Aret.conſ. 162.Panor.in cap.pletumq; de re-
ſcrip.& in cap.ex transmiſſa,vbi etiam Felin.de præ-
ſcrip.Caſtr.cõſ.2 t.iocip.in cauſa deſertionis,ita vt v-
bi lex aliam coniectioõẽ non remiſſi tutis habere po-
teſt,earum omiſſio ad extinctionem actioois debito-
ri coompetentis nullo modo ſufficiat. Quam ſenten-
tiam , & humaniotem & vetiotem eſſe aſſerit Iaſ. ad
leg.de pupillo,§.ſi quis ipſi,nu.2.verſ.Iſta ſecũda opi
nio.col. 3. ff.de no.oper.nuntiat.Et cùm proteſtatio
fiat dũtaxat ad iuris noſtri conſeruationẽ,l.fi.ff quib.
mod.pig.vel hypo.ſol.certè licet fuetit prætermiſſa,
dũmodo poſtea de iniuſtitia rei geſtę conſtet:oõ de-
bet tollere ius partis,ſicut aliâs multis locis vbi prote
7 ſtatio nulla interceſſit, ſola impedim. probatio ſuffi-
cit,in l.in priocip.ff.ſi quis cautio. leg. ſcire opotter,
§.ſufficit in vetbo,*Ignoſcendum ei eſt*.ff.de excuſ.tutot.
l.quibus diebus in princip & ibi Bar.ad fi.ff. de con-
dit.& demõſt.;Sẽper tamen cõſultius eſt proteſtatio-
ne vti,etiam ſi aliàs eo tempore quo interponitur, ad
euitandam iniuriam ſeu infamiam,apud imptobũ cre
ditotem non prodeſſet. Declarat enim affectum &
intẽtionem debitotis tam iniquo facto reluctantem:
abuodanſque cautela non oocet,hoc præcipuè ſecu-
lo,quo vel minima occaſione io abyſſum & veluti la-
byrinthum litium incidimus,vnde facilè nos etiam in
iuſta cauſa,extricare non poſſumus.

Arreſtatio per quem fieri debeat. Cap.14.

ARGVMENTA.

1 Bona debitoris ſine ſolẽni ritu in creditorem transferri non poſſunt.

2 Apparitor vtrum abſque mandato iudicis aliquẽ arreſtare poſſit.

3 Iniuriarum actio non ſemper reponit debitori famã,etiam ſi ſecundum ipſum iudicetur.

4 Conſuetudo in arreſtis attendenda.

5 Principes an ſine expreſſo iudicis mandato per apparitorem arreſtari poſſint.

1 PEt quem verò arreſtum fieri debeat,quæri poſſet.
Nam bona aduerſarij tui in te transferri citra ſo-
lemnẽ ordinem,fruſtra deprecaris,inquit Gordianus
l.ſi pacto quo pœnã.C.de pact.Sanè conſtat,neminẽ
2 in iudicio exhibẽdũ eſſe,niſi de cuius exhibitione Iu-
dex pronũtiauit l fi.C.de exhibẽd & trãſ. reis:ideoq;
exiſtimant Interpretes,apparitorẽ ſeu(vt vocant)Ser
uientẽ,abſq; mãdato & præceptione Iudicis,niſi peri
culũ ſit in mora,nõ magis debitorẽ alicuius detinere
& arreſtare quàm vinculis mãcipare,& in carcerẽ du-
cere poſſe.Bal.ad d.l.fi.& ad l.ſi quando 12.q.C.de te
ſtib.arg l 2.C.ſi in cauſ.Iudic.Maſuerius in ſua praxi,
tit.de execut.& ſubhaſtat,verſi.Itẽ Seruiens , q & in
Frãcia quoq; moribus receptum eſſe aſſerit Rebuff.
ad cõſtitut.Regias,Tomo 3.tit.de citat.artic.2.gl.4.
nu.10.dum ait,q licèt quis eo ipſo q factus eſt appa-
ritor,poteſt ſtatim ſine alia cõmiſſione ad ſolã partiũ
requiſitionẽ aduerſariũ citare:capere tamẽ,præhẽde-
re vel arreſtare,ſine Iudi[illegible] mandato nõ poteſt, q rex
illa grauior ſit,& nõ niſi cũ iactura aliqua rei familia-
ris,eiuſq; qui arreſtatur,ignominia & infamia fieri ſo
let.Sunt tamẽ qui exiſtimant,creditorem ſimpliciter
cũ apparitore publico,perſonam aut res ſui debitoris
ſiſtere & arreſtare poſſe, quaſi.ſ.eiuſmodi appatitor
mãdatum Iudicis ad eiuſmodi actus habere videatur.
Pirrhus ad cõſuetud.Aure.Titulo de execut.ex locat.
3 §.8.in fine.Sed hoc,niſi periculũ ſit in mora , perini-
quũ ac durũ foret.Homines enim imperiti,& nõnun-
quã etiam improbi,nulla facta diſtinctione,ſæpè gra
ues viros iniuria afficiunt,quæ ſola iniutiarum actio-
ne non ſemper ex integro eradicatur,inaniſque ſæpè
ad id quod intereſt , eſt actio , quam excludit inopia
eorũ qui arreſtant,argumen.cap.olim,de reſtitut.ſpo
liat.l.nam & is.ff.de dolo.Non me latet,quot & qui-
bus in locis ea licentia Seruientibus tribuatur:ſed re-
ctene,an perperam,aliorum iudicium eſto. Sæpè oc-
currit memorię meę,ſceleratí illius Medi,vnius ex pa
riſitis Alexandri,dictum.Is enim ſolet alios adhorta-
ti,ne metuerent quoduis crimen in quemuis intẽde-
re,aut iniuriam facete , adiecitq; ſcelerato præcepto
cauſam appoſitã,vt maximè,inquit , ſanet vulnus qui
delatus eſt,manet tamen cicatrix. Non arbitror quẽ-
quam eſſe diabolum tam impium,qui rem magis ne-
fariã poſſet ſuggerere.Idem & hic fieri poſſet , ſi ho-
mo grauis calumnioſè à paupere arreſtetur ſine cau-
ſæ cognitione.Nihilominus cùm Imberto capit.pri-
mo Inſtitut.forenſ.conſuetudinem cuiuſque loci ſpe
ctandam eſſe arbitror,quæ in iſtiuſmodi negotiis om
nia poteſt,teſte Ioanne Cõſtantino ad conſtitut.Re-
gias,artic.10.col.6.verſi.Præterea quęro.& Iacob.de
4 Belloviſ.in ſua praxi,titu.de fug.reorum.Hæc tamen
conſuetudo ad limites rationis & æquitatis trahenda
eſt.Vnde Ioan.Gallus in libro arreſtorum & deciſio-
num Parlamenti , ſcribit Seruientem vel apparitorẽ
authoritate propria, & ſine expreſſo cõſenſu Iudicis,
5 Parem Franciæ,ſiſtere vel citare non poſſe.

Vtrum Iudex per extraneum apparitorem arreſtare poſſit. Cap.5.

ARGVMENTA.

1 Iudex an poſſit per priuatum quemcunque hominem arreſtare debitorem.

2 Iudex an poſſit creditori licentiam arreſtandi ſuũ debitorem tribuere.

3 Iudex an poſſit per executorem ſuperioris curiæ arreſtare aliquem.

4 Salarium apparitorum arreſtantium aliquem,an omnibus æquale ſit.

CÆterum quia apparitores & Seruientes certis
territorij ſtationibus & locis deſignantur:video
& hoc quoque diſputatum eſſe,an Iudex proprio ap-
paritore

paritore neglecto ſeu omiſſo, alteri mandatum arre-
ſtandi & detinendi, dare poſſit? In ſimili quæſtione
Card. Alex. & Abbas ad c. cū ſit Romana de appell.
reſponderunt, poſſe iudicem priuatum hominem qui
apparitor non ſit, eligere, eidémque citandi & in ius
vocandi authoritatem dare, proprio etiam apparito-
re neglecto: Et quod amplius eſt, Bald. ad l. vt perfe-
ctius. C. de ann. excep. col. fina. in ea opinione verſa-
tur, vt exiſtimet poſſe iudicem parti aduerſæ man-
dare, vt aduerſarium ſuum citet. quod & Bartol. va-
riis locis, & Specula. in tit. de citat. §. ſequitur, col. 1.
ſecutum eſſe animaduerto. Sic etiam Iudex poteſt
dare licentiam parti, quod capiat poſſeſſionem, con-
ſtituendo eum executorem propria cauſa, teſte Bar-
2 tol. Alex. & aliis, ad d. l. iuſtè, & Iaſ. ad l. iubere cauere.
ff. de iuriſ. om. iudic. ita tamen, vt per epiſtolam, vel
alias ſufficienter, aduerſario, qui citatur, de mandato
& commiſſione Iudicis conſtare poſſit. Bal. ad l. ſi vt
proponis. C. quo. & quā. Iudex & ad d. l. vt perfectius,
de cuius deciſionis veritate cumulatiſſimè agit Re-
buffus. ad conſti. Regias Tomo 3. tit. de citat. in præ-
fat. nu. 80. cum multis ſequent. & Robertus Maranta.
in tract. ord. Iudic. parte 6. nu. 44. Tū verò Angelus
in tract. malefic. ad verbum. Petro publico & iurato
nuntio. nu. 4. verſi. tertio citatus. Reſpondet, quod li-
3 cet nuntius ſit curiæ deputatus per quem citatio fie-
ri poſſit, licere tamen Iudici, proprio illo nuntio ne-
glecto, ſuperioris curiæ nuntio vti, eidémque citandi
ſeu in ius vocandi poteſtatem dare, qua in re & Bart.
quoque ad auth. ad reprimendum. ad verbi. *per nun-
tium*, conſentientem habet. Simpliciter tamē Chaſſa-
næus ad conſ. Burg. tit. de Iuſt. & Iure. §. 6. nu. 5. verſ.
Sed tamen exiſtimat, Iudicem non poſſe mandata ſua
mittere executioni per alium, quam per nuntiū publi
cum illius prouinciæ vbi eſt Iudex. Sed quia Bartolū
allegat, videtur hoc intelligere, vt cuilibet iudici infe
riori, nuntio publico totius prouinciæ vti liceat. Sane
inciuile eſt, proprium nuntium negligere, & panem
filiorum extraneis tribuere. Vnde animaduertere de-
bet Iudex, quod non omne quod licet, honeſtum eſt.
l. nō omne. ff. de reg. Iur. & æquum eſt, ne creditores,
ex malitia mittant diabolicos executores, qui omnia
debitorum bona in expēſis executionis & arreſtatio-
nis conſumant, & ſi Iudex conſentiat, conuenit non
plus eos recipere, quàm ſi creditor, apparitoris illius
4 qui in eo loco in quo debitor eſt, opera vſus fuiſſet.
Rebuf. ad ord. Reg. tom. 2. tit. de lit. requiſ. gloſ. 4.

Vtrum apparitores magni Senatus vbique ar- reſtare poſſint. Cap. 16.

ARGVMENTA.

1 Apparitores curiæ iuſſa curiæ vbique exequuntur.
*2 Appellari an poſſit ab executione Apparitoris ma-
gnæ curiæ.*

HINC etiā dubitatū fuiſſe video, vtrum aulici &
magni conſilij apparitores, qui certum territo-
rium non habent, paſſim & vbique munus ſuum in
tota ditione exercere, ſiſteréque aut arreſtare de-
bitorem & eius bona poſſint. Ioannes Imbertus lib.
Inſtitu. foren. 1. cap. 1. pauca quædam huc pertinen-
tia annotaſſe videtur Alibi (inquit) apparitores certis
territorij ſtationibus, quas nos balliagia dicimus, de-
ſignātur, in quibus omnia ad eorū munus pertinēua
abſque Iudicis venia poſſunt gerere. Alibi verò nulla
locorum lege vel conditione, vtiq; e intra territorij
proprij (id eſt, Reſſortus) fines, coërcētur. itaq; appa-
ritor vni deſtinatus præfecturę, quā Seneſchaliā, ſeu
Balliagiū vocamus, in alterius ditione ſuis partibus
fungi non poteſt, data etiā à magiſtratu qui illi ditio-
ni præeſt copia. Quod ſi quid aduerſus ea fiat, omni-
no irritū erit, ſi modo appellatio ab eo interponatur.
Deinde verò adiicit, magni conſilij apparitores, eius
conſilij decreta in omni Gallia exequi poſſe, quippe
qui in hoc cōſenſu in regia agunt, vbiuis locorū in re
1 gno iudicāt. Proinde eorum officiales res ab iis iudi-
catas citra loci præfinitionem poſſunt executioni tra
dere. Porrò magis ambigua eſt quæſtio, vtrū cōſilij
apparitores, alias quā ipſius ſentētias, mādare queant
executioni. Nam cùm ex his apparitoribus quidam
debitæ ſolutionem indixiſſet, ab eo debitor appella-
uit ad ſupremam Pariſienſem curiam, apud quam
appellans, eam ſolam grauaminis cauſam adduxit, ꝙ
apparitor ille ius nō habeat id faciendi. verū curia rē
interiore cōſilio pronuntiauit agitandā. Hæc ille. Nō
eſt abſimile, ꝙ de eadē re Petrus Rebuff. tomo tertio
ad conſtit. Regum titulo de citatio. articul. primo.
gloſ. prima nu. quarto ſcriptū reliquit, ꝙ apparitores
magni conſilij, poſſunt vbiq; cōſilij iuſſa exequi. Sed
iuſſa inferiorum magiſtratuū exequi non poſſunt, ſi
2 adhæc prefecti à conſilio nō ſint. Vnde, inquit, inter-
dum vidi appellari ab executione facta ab apparitore
magni conſilij, eo quòd ſententiam inferioris iudicis
executioni demandarat. Nā ſicut Iudex extra territo-
rium habetur tanquam priuatus. l. tertia, ff. de offic.
præſi. ſic, & omnes viatores, vbi præfecti nō ſunt. Vn-
de in territorio in quo præfecti ſunt, virgam deferre
poſſunt regulariter, extra verò non poſſunt, niſi dum
iuſſa conſilij exequuntur. Et quemadmodum ipſe Se
natus Principis, ſuā cuique ciuitati & loco inferiori
relinquit cognitionem & iudicationē nullaq; ratione
pauciſſimis duntaxat caſibus exceptis, de cauſis apud
inferiora tribunalia agitandis ſeſe intromittit, quādo
inferioris illius magiſtratus negligētia nō accuſatur
& detegitur, qua de re multa ad titu. decret. de ſup-
plen. neg. præla. & ad l. per minorē, ff. de Iudic. anno-
tant Interpretes ita multò minùs inuito inferiore ali
quo magiſtratu, apparitur Senatus ſeu conſilij, actus
iſtiuſmodi arreſtationis & præhēſionis facere poteſt.
Quid igitur eſt ꝙ dici ſolet, Iudicē ſuperiorē in ali-
quo territorio, poſſe cognoſcere de omnibus cauſis,
de quibus cognoſcere poteſt inferior in eodē territo
rio, teſte Innoc. ad c. cum ab eccleſ. de offic. de lega.
& notāt Doct. ad l. 1. ff. de offi. prefect. vrb. Et rurſum,
quod Iudex maior fecit ceſſare iuriſdictionem mino
ris, Bart. ad l. final. ff. de offic. procon. Alex. ad l. iudi-
cium ſoluitur. ff. de Iudic. quodque pro regula tradūt
noſtri, quòd Iudex inferior in eodem loco habet iu-
riſdictionem accumulatiuè, & non priuatiuè, teſte
Aretin. conſil. 102. Ange. ad l. 1. §. ſi quis. ff. de appell.
& iudices ſpeciales in ciuitate, non præiudicant po-
teſtati loci, nec quicquam. ff. de offic procon. Non
inelegaoter hunc nodum diſſoluit Ancharanus ad ca
pit. volentes de offi. legat. dum ait, iudicem minorem
maiori cedere in his quæ apicem ſeu culmen dignita
tis & venerationem ſpectant, non etiam in his
quæ contentioſæ iuriſdictionis exiſtunt, per §. nulla
in authentic. de defenſ. ciuitar. columna 3 quo modo
epiſcopus in ſua ciuitate poterit exercere iuriſdictio-
nem ſuam ſuperueniente legato, ſed eo præſente ſo-
lemniter benedicere oon poterit. Tum verò, quando
inferioris & ſuperioris iuriſdictiones ita conſtitutæ

ſunt, vt altera per alteram iuuetur, & vt ſpecialis iuriſdictio generali adiungatur, tunc magis cumulatio quam priuato iuriſdictionum dici poteſt, vt leg. fina. C. de iuriſdic. omn. Iudic. Sed vbi iuriſdictiones iſtæ ſunt planè diuerſæ, vnus Iudex etiam maior, non intromittit ſe de iuriſdictione Iudicis inferioris, ne iudicia confundantur, l. hac conſultiſſima, C. de teſta. Et his quidem ceſſantibus, ſi vel ſtatutum, vel conſuetudo, vel præſcriptio, vel priuilegium exiſtat in contrarium, vt eſt in his ditionibus. Iudex maior & Senatus, de iuriſdictione inferiorum locorum, ciuitatum aut magiſtratuum ſe non intromittit vt notat latè Felinus ad c. paſtoralis, de offic. ordinar. Eodem igitur modo & apparitores ſeſe immiſcere rebus ad alios inferiores pertinētibus nō poſſunt. Ordine enim cūcta in Republica fieri cōparatum eſt, ea ratione quē natura quoque rebus oſtēdit, vnde harmonia ſeu cōcors rerum ſymmetria exurgit.

De pœna apparitoris extra territorium arreſtantis. Cap. 17.

ARGVMENTA.

1 Apparitor quando carcerari poteſt.
2 Regij viatores an poſſint ab inferiore magiſtratu incarcerari.
3 Cautela pro eo qui fecit arreſtum perperam.
4 Iudex inferior quando animaduertat in apparitorem Regium.
5 Apparitor egrediens limites ſuæ poteſtatis, tenetur iniuriarum.

CVlpa eſt, vt ait Pomponius immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti, l. culpa. ff. de regulis iur. Apparitor igitur qui in loco & intra limites ſuę functionis non manet, ſed pro libidine ſua quod ad ſe non pertinet, & in alio loco vbi hoc illi permiſſum non eſt, arreſtare audet, adeoque alienæ rei citra legis adminiculum ſeſe immiſcet, culpa carere non poteſt, turbato namq; ordine, facit quod ſua minus intereſt. Sed qua ratione & quo modo hæc culpa, quam pœnam vtiq; requirit, l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. coërcebitur quibuſque tandem vinculis reprimetur audax hoc & temerarium facinus, quæri ſolet. Sane, Ludoui-
3 cus Romanus qui pro ætate ſua multa in iure & in foro diligenter conſiderauit, ad l. nolle adire, nu. 3. verſ. quinimò nedū, ff. de acq hæredit. reſpondit, eiuſmodi apparitorē & nuntiū vinculis mancipari & in carcerę conijci poſſe. Nā & Iuſtinianus executorem, qui clericū ad vetitum tribunal laici Iudicis euocauit, ab Epiſcopo loci in loca decanica detrudi poſſe conſtituit auth. cauſa quæ. C. de epi. & cleri. quod & Bal. ibi verſ. vlt. nor. ſequitur cū gl. in §. 1. in auth. apud quos opor. cau. dic. monach. col. 6. Porrò autē Petrus Re-
2 buff. ad ordin. Reg. tomo 2. tit. de literis requiſ. gl. 3. nu. 32. ver. non poterit ſcribit, quod nō poteſt dominus loci detrudere in carcerem viatorē Regiū exequentē literas Regias ſine literis requiſitoriis, vt fuit prouunciatum Burdegalæ, prout refert Boërius q. 8. Sed arreſtare equum illius poterit, inquit, niſi Seruiēs executioni à ſe perperam & ſine permiſſu Iudicis factæ, renunciaret, quia tunc non debet equus eius teneri.
Ideo cautela eſt, quando Seruiens, temerariè & per-
3 peram fecit executionem, vt illi renunciet, ſecundum
eundem Rebuffum. Cæterum Ioan. Imbertus Rupellanus, inſtit. foren. capit. 1. ſecutus Fabrum ad l. in officiales. C. de offici. Rect. prouinc. per illū text. aſſerit, verum quidem eſſe, quod Iudex loci communiter manum in apparitoris huiuſmodi equum iubet iniiciendam, quoad iudicio ſe ſiſtat: & ei nonnunquā diem dicit, vt per ſe reſpondeat: aliquando verò carcere detentum cauſam dicere cogit, quoties iuſſu illius iudicis aliquem iuriſdictioni eius mancipatum, apparitor præhenderit, vt pro iudicantis arbitrio e-
4 ius temeritas mulctetur. Verū Iudex alius quā Regius nō poteſt in apparitores regios animaduertere. Ita vt quāuis Iudices inferiores ius perſequēdi aut ad ſummū pręhendendi hos apparitores haberent, per d. l. in officiales, oportet tamē eos ad Senatum, qui iuſtam pœnam infligere poſſet, tranſmittere. l. 2. C. de offic. mag. milit. Atqui Guido Papæ, nobilis Galliæ practicus, nō abſimilē quæſtionē tractās, q. 328. incip. Seruiēs. reſpōdit, iudicē inferiorē poſſe punire Seruiētē curię dūmodo hoc ſignificet curię illi ſuperiori. Quę ſentētia Guidonis non tam multum ab his quæ dicta ſunt ex Rebuffo & Imberto, diſcrepat, quā forte aliquibus prima facie videtur. Nā ſi carceri mancipatus aut aliter detentus ſit apparitor, Iudex qui manus in eum iniecit, Senatui hoc quod factum eſt, ſignificabit, & repetenti remittet illic puniēdum. Cæterum ſi Senatus non repetat, aut non reſpōdeat vel aliter diſſimulet, correctio inferioris in eiuſmodi apparitorē procedet, teſte Chaſſan. ad conſuetud. Burg. *des Iuſtices & droicts*. Rub. *l'amēde de ſimp. reſcouſſe*. §. 7. ad verbū *l'amende*, nu. 43. verſ. Quinta cōcluſio. Tutiùs eſt ſane hoc caſu eueniente, certū Senatus reſpōſum expectare, pluraq; de his, d. loco apud Boëriū vide. Ad actionē iniuriarū quod attinet, nihil hæſitādum eſt. Huiuſmodi enim apparitor per illicitam arreſtationē & Iudici & parti lęſę iniuriā facit, c. ex parte, de verb. ſign.

Quæ ſit pœna eius qui ſe apparitorem eſſe ſimulat, cùm non ſit. Cap. 18.

ARGVMENTA.

1 Apparitores multi ſunt concuſſores & maligni.
2 Maieſt. reus eſt falſus Apparitor.
3 Tabellio falſus qua pœna puniatur.

ANTIQVITAS nihil aliud exiſtimabat eſſe Deum, quam prodeſſe mortalibus, ex quo prouerbium natum eſt, Homo homini Deus. Sed quoniā paulatim abundare cœpit iniquitas, & refrigeſcit charitas, vt eſt apud Matthæum. 24. cap. Homo homini lupus factus eſt, milléque nocendi artes adinuentæ ſunt, quibus fraude & dolo alter in alterius fortunas irrumpat, & proximi honorem conuellat. Quo pertinet ſceleratum & deteſtandum hoc factum eorum, qui ſub authoritate publica, quo pecuniam ſubdole emungant & ab imperitis hominibus neſcio quid extorqueant, ſimulant ſe apparitores eſſe cùm non ſint, authoritatémque & poteſtatem arreſtandi, acce-
1 pto ob eam cauſam ſalario, ſibi vſurpant. Memini paucis ab hinc diebus miſellum quendam & ſimplicem ruſticum, eiuſmodi lupo prædam fuiſſe, ſimulanti, ſcilicet, ſe regium apparitorem eſſe, eóque titulo innocentem illum hominem ad iniquiſſima quæque adigenti. Sed quæ ſit huius tam nefarij facti, pœna, videamus. Et Vlpianus quidem. Qui nomine

Prætoris,inquit,literas falſas reddidiſſe,dictúmve ſal ſum propoſuiſſe dicetur,ex hac cauſa actione pœnali in factū tenetur,quanquam legis Corneliæ reus ſit, l. qui nomine.ff.ad l.Cornel. ſicut generaliter nuntius falſus de falſo tenetur,teſte Barto.& Alex.ad l.diuus, de cuſto.reor.Specul.de execut.verſ.ſed quęritur.Iaſon ad §.quadrupli,inſtit.de act.Felin.ad c.tertio loco,de probat.& in ſimili,appellans ſe Comitem,Doctorem,magiſtratum,cùm nō ſit, actúmque aliquem facit his congruentem tantùm, non minus falſi crimen contrahit, quam ſi alienum ſigillum aut nomen cum alieno incōmodo ſibi vſurpaſſet,l.ſi quis, & ibi Doct.C.de aquæduc.lib.11.ad c.1.de magiſt.ad c. tā literis.de teſtib.l.vnic.C.de mendi.valid. Chaſſa. ad conſue.Burg. *Des iuſtices & droicts* Rub. *meßiers*, ad verb *de leurs rapports*.nume.6.& 7.Grauiustane Hippol.de Marſil.ad l.eiuſdē,col.2.nu.6.ff.ad l.Corn.de Sicar.eū qui nunquā tabellio fuit,ſi vt tabellio inſtrumentum conficiat,morte plectendum eſſe reſpōdit, iuxta ſententiā Bal ad leg.data opera.C.qui accuſ.nō poſſ Ex quo dubia redditur Angeli opinio ad l.ſi vacantia.C.de bo.vacant.lib.10.exiſtimantis eū qui iuriſdictionē nō habet, ſed ſimulat:pœnę falſi obnoxiū non eſſe. Ego cum Modeſtino reſpōdeo, huiuſmodi ſimulatorem pro admiſſi qualitate ſecundū l.Cornel. de fal.grauiſſimè eſſe puniendū.leg.eus.§.ſi.ff.ad leg. Corn.de fal.licèt hac in re opiniones Doctorum variēt,& Senatus ipſe Tholoſanus, quid conſtituēdum eſſet,anxiè dubitauit,vt apud Aufrerium deciſ.401.videre licet. Et in hac quidē ſententia etiam D.Dāhouderiū in Enchitid.rer.crimina.c.123.nu.10. fuiſſe video. Sed vt apparitorū ipſorū malitia & infamis vita ſæpenumerò abundat in Republica,quo nomine multū conqueritur Andeeas de Iſernia in cōſtic.Neapol. de aſſig lit.citat.nu,5 in lectura peregrini. ſuntque vt
2 plurimū viles perſonæ,vt ait Rober.Maranr.in tract. de ord.iudic.par.6.nu.43.ita quoque ad falſitatē non diſſimilem,non rarò declinant, & mandatum arreſtandi ſe habere iactitant falſò & contra veritatem,vt hac mencita fide, à debitore mandatum veluti redimente,aliquid accipiant. Quod qui faciunt, procul-
3 dubio crimen concuſſionis contrahunt, leg.1. ff.de concuſ.& non ſolum ad quadrupli reſtitutionē obligati ſunt,falſumque committunt, ſed & concuſſionis nomine etiam alias criminaliter puniuntur,leg.quod euitandæ.ff.de condit.ob.turp.cau.Iaſon ad d.§.quadrupli.Odoſred.ad l.iubemus.C.ad leg.Iul.repetun. Bar.ad l.1.C.de nouel.lib.11.tex.& gl.in l.ſi quis cōſeric.C.ad l.Iul.ne vi. Vnde etiam in ſimili reſpondet Paris de Puteo.in tract.de ſyndic.ca.7.de Sindi. iudi.nu.7.quod officialis,qui vt componat cū eo, de cuius delicto nihil omnino conſtat,pœnam minatur, tenetur iniuriarum, & quòd Iudices qui ſimulant ſe habere mandatū capiendi,torquendi,moleſtandi,idque falſò,extra ordinē puniuntur,falſique admiſſi nomine tenentur.

De apparitore,metu,precibus vel ſordibus corrupto,& arreſtum non faciente. Cap.19.

ARGVMENTA.

1 Luxuries & auaritia homines plerumque ad ſcelera adigunt.

2 Metus omnis,turpis eſt in iudice.

3 Iudex negligens,aut Iuſtitiam non adminiſtrans, grauiter punitur.

4 Apparitores improbi,ab officio ſunt remouendi.

5 Remoueri quis poteſt ab officio ad ſolam negligentiam.

6 Iudex contra apparitorem improbum ſummariè procedit.

7 Remotus ab officio,an amplius ad idem vel aliud admitti poßit.

8 Seruitorem ſeu apparitorem delinquentem an Iudex remoueat, an vero is qui illum conſtituit.

1 DVæ ſunt res,inquit Cicero,quem maximè homines ad maleficium impellūt,luxuries,& auaritia.Vnde cùm plerique apparitores aut poculis aut nummis nimium addicti ſint, adeo vt in quibuſdam neque pecuniæ modus ſit neque cupiditatum, quos nulla prędavnquam improbè parta minuit,ſed auget potius atque inflammat:frequenter accidit, quòd cū arreſtandi ſeu ſiſtendi mādatū receperūt,vel pecunia corrupti,vel amore familiaritatis & comportationis excæcati,diſſimulant,officiumq; ſuū non faciunt, magno Reipub.malo & graui creditorū periculo ac de-
2 trimēto. Alios verò metus & potētia debitoris extra limites iuſtitiæ & propriæ functionis in tranſuerſum agit contra dictum Eccleſiaſ.c.7.de iudice loquenti. Noli fieri iudex, niſi valeas virtute perrumpere iniquitates,ne fortè extimeſcas faciem potētis,& ponas ſcandalum in agilitate tua. Hos igitur & ſua quoque
3 pœna iuſta manet. Nam ſi Iudex negligens vel corruptus.& parti requirenti iuſtitiam nō adminiſtrans, tā grauiter coërceatur & puniatur.l.1.C.de deſert.l. fin. C. pub. legit. latè Paris de Puteo, in trac.de ſynd.ad verb.negligentia,c.1.aliiſq;locis multis:quāto magis hoc genus hominū ignobile & vile, niſi apparitores Regios excipias,qui honoratiores ſortè aliquibus videntur,puniri debet? Sanè qualeſcunq; ſint,quando arreſtū facere nolunt poteſt pars in eū caſum cōtra eos proteſtari,condemnabunturq; eidē parti executionē ſeu arreſtū requirenti,ad expenſas,damna,& id quòd intereſt,vt ait Rebuff.ad ordinat reg.tomo 1.tract.de ſentēt.execut.argu.8.gloſſ.5.& tomò 3.in tract. de citat.in præfat.nu.80.ita vt non multò aliter ſeſe loco ipſius debitoris cōſtituere videātur,quā Iudex pro acceſtatione requiſitus & negligēs,vel iuſtitiā nō adminiſtrans,l.fi.& ibi doct.ff.de var.& extra ord.cog.pulchrè Caſtren.conſ.vlt.verſ.Secūda cauſa eſt, h.1.c.do-
4 minus noſter.23.quæſt.2.Sed & diui Principes Gratiā. Valent.& Theod huiuſmodi executores qui officiū ſuū facere ceſſauerūt, ab executione remouēdos, alioſque in locum eorum ſupponendos eſſe reſcripſe-cunt,vt ſciant cauſas à ſe non eſſe deludendas,nec lucri gratia aliquod eis vitium imponendum,l. ſi.C. de ſportul.Quo modo(quod amplius eſt)in multis aliis
5 caſibus.ex ſola negligentia,nō dico malitia & improbitate vel corruptione, eum qui publicam aliquam functionem ſuſtinet,ab officio remoueri,notat Bello-
6 uiſus in ſua praxi,ſub.titu.de citat. Ad quam quidem remotionem & arbitrariam coërtionem ex ea cuaſcētem,nō ordinario & ſolemni ritu ſeu ordine iudiciorum,ſed ſummariè,de plano,velo leuato,& ſine ſtre-
7 pitu procedendum eſſe teſtatur Baldus,ad d l.ſi. Sed an venia digni ſint,vt poſtea elapſo aliquo temporis ſpatio,denuo ad ſuas functiones admitti poſſint,quęſitū fuiſſe ſcio. Sanè ſi propter admiſſum huiuſmodi delictum per ſententiam iudicis remoti ſunt, quia iudex officio ſuo ſemel eſt functus, reſtitui ab eo non poſſunt,l.ſi quis decurio,& ibi Bal.C.de fal.& in ter-

m.nis decidit Chaſſaneus, *des iuſtices & droicts*. Rubrica *Meſsieurs & ſergents*, §.6.nu. 50. quemadmodum & quilibet alius officialis propter negligentiam vel culpam in officio cõmiſſam remotus, non admittitur ad aliud officium & alios honores, l. quicũque, C. de diuer. offic. libr. 12. etiamſi præterea ad omne damnũ parti illatũ, ad ſumptus omnes & ad id quod intereſt, teneâtur, præſtito aduerſus ipſos in litẽ iureiurãdo vt not. Paris de Puteo, in tract. de ſynd. ad verb. negligentia, cap. 4. Quinimò quod magis eſt, cap. 2. exiſtimat eiuſmodi officialem abſolutorium reſcriptum impetrare non poſſe, neque contineri hunc ſub generali indulto Principis ciuibus conceſſo, ſed ſimpliciter remoueri, etiam officio eius adhuc durante, l. ſi ali qui, C. de ſuſceptor. l. Iudices, C. de dignit. Sed breuius de his Alberic. ad l. ſi quos, C. de offic. præfec. pręto. orient, ver. ſed nunquid, ait, eos qui ob delictũ ſuũ remoti ſunt, ipſo iure ad idem vel aliud officium aſſumi iterũ nõ poſſe, l. placet. 10 ſi. C. de epiſc. & cleri. c. dictũ. 81. diſtinct. Cæterùm de gratia & ex ſpeciali diſpenſatione Principis, qui ſibi manũ non claudit, poſſunt. quod & vſu quoque receptum videmus.

8 Elegans autem eſt quæſtio, quis huiuſmodi apparitorem remouebit, ipſéne Iudex inferior, an potius Princeps vel alius quiſpiam, qui ex priuilegio ſibi à Principe conceſſo, illum conſtituit? Et quidem Ioan. Fabri, ad l. fin. C. de offi. pręfec. vrb. quem refert & ſequitur Ioan. Conſtant ad conſti. Reg. artic. 10. incip. *Que ſuiuant*, circa ſi. reſpondet, ꝙ Seneſchali nõ poſſunt auferre officia Seruientibus vel officialibus, qui delinquunt in ſuis officiis, quæ non habent ab eis, ſed a Principe, vt l. 1. C. de offic. præfec. Auguſta l. quãuis ipſos in officio delinquẽtes punire poſſint, l. ſi quis §. ſi quos. & ibi latè Bar. ff. de pœn. Sed & Paridẽ de Puteo, in tract. de Syndic. ad verb. poteſtas. nu. 2. in hac quoq; ſentẽtia fuiſſe reperio, dũ ait, quod is officialẽ remouet qui ipſum creauit. Secus, ſi fuerit creatus à principe, vel ab alio ſuperiore. Qua de re plura ibi àpud eundẽ Parid. videre licet. Non me latet, quã ſint ſæpe refractarij, in quos deponẽdi & remouendi poteſtatem nõ habet vir clariſſimus Pręfectus vrbis, qui horũ opera etiã in ſummo capitis ſui diſcrimine & vitæ periculo vti debet. Sed quiſquis remouẽdi poteſtatẽ habet vel non habet, vtique remoueri eos publicè atque priuatim expedit. Nam ſi in officiis ſuis cum aliorũ detrimento graſſentur vel delinquant, periculũ eſt illius qui hos cõſtituit, & propter malã electionẽ, his nõ ſoluẽdo exiſtentibus, ex propriis facultatibus damnum illatũ reſundere tenetur, teſte Ioan. Conſt. d. loco, Paride de Puteo etiã d. loco cap. 1. cum ca. 2. num. 3. & Angelo ad l. ne diu. ff. de pœn.

Arreſtatus an credere apparitori debeat. Cap. 20.

1 Apparitor eſſe præſumitur, qui pyxidem defert.
2 Offendens apparitorem non habentem ſignum, an eodem modo puniatur.
3 Mandatum an præſumatur.

VTRVM verò is qui arreſtatus eſt, credere debeat apparitori ſe apparitorem eſſe, ſiſtẽdiq; poteſtatem habere aſſeranti, dubium eſſe poſſet. Bartol. in tract. quo in læſæ maieſt. crimin. proce. in verb. per nuncium, reſpondet, credendum eſſe apparitori, etiam ſi non oſtendat literas ſui officij in loco & iuriſdictione intra quã eſt apparitor, c. cũ dilecti. de dolo & contu. præcipuè ſi aliquod ſignũ habeat, cuiuſ-
1 modi apparitores habere ſolent. Nam eo ipſo quod quis defert tale ſignũ, præſumitur quod ſit apparitor. Boerius q. 17... num. 4. Innoc. ad cap. quoniã contra, de probat. Peruſ. ad c. cum parati, col. 9. nu. 10. de appellat. Rebuff. ad conſtitu. Reg. tomo 3. tit. de citat. art. 1. gloſ. 2. nu. 3. verſi. creditur, ſicut econtra Salic. ad l. ſanctum, ff. de rer. diuiſ. & Salicetum etiam ſecutus Chaſſa. ad conſuet. Burg. rub. 1. §. 7. nume. 25. verſ. pro ſexta limitatione reſpondet, quod ſi quis offendat nuncium vel apparitorem non habentem ſignũ, in ea qualitate, hoc eſt tanquam offendens nuncium & perſonam publicam, non punitur, multúmque air ſignum eiuſmodi operari, vt illi qui ſe apparitorem
2 eſſe dicit, credatur vel non credatur, gloſ. ad l. magis puto. §. ne tamẽ ad verbum viatorem. ff. de rebus cor. quamuis alias Regiis & prouinciarum executoribus, non niſi oſtenſis literis, in grauioribus cauſis credatur, qua de re plura dicto loco. numero vigeſimoſeptimò Chaſſaneus. Sed hæc in citatione verbali dubiũ vix habent. Nam ſi apparitor vel ſignum iſtiuſmodi habet, vel plures poteſtatem hanc ſciente debitore exercuit, fidem ei adhibere debet. Bald ad l. exẽplum in ſi. C. de probat. Abbas & Felin. ad cap. ſuper his, de fid. inſtru. quia facilis hoc caſu eſt recurſus ad ipſum Iudicem, a quo, quæ ſit apparitoris illius qualitas, cognoſci poteſt, teſte Paulo Pariſio conſ. 17. nu. 11. lib. 4. Cæterum de citatione reali, in qua ſi ius ſcriptum ſequaris, cauſſæ cognitio (vt diximus) requiritur, & ad quam expreſſum mandatum Iudicis neceſſarium eſt, maior eſſe poſſet dubitatio, vtrum credatur apparitori ſe apparitorẽ dicenti & mandatum arreſtandi ſe habere allegãti. Sunt enim qui id negãt: ſunt etiã qui affirmant ex eo, quòd niſi præſumeretur præcedẽs cõmiſſio, ſequeretur ꝙ nuntius falſum ſciẽter cõmitteret. l. qui nomine. ff. de fal. Rom. ſing. 313. quæ quidẽ præſumptio minimè eſt accipienda, l. meriò. ff. pro ſocio, & pro nuntio præſumitur in his quę officiũ ipſius cõcernũt, l. ſecũd. C. de execut. & exact. libro 12. gl. & docto. ad dict. cap. cum parati. Vtrãq; ſententiã, ſuis argumentis rationibus validè vtrinque ſuffultã, libro præſumpt. regula tertia capite. 14. refert Alciatus, tãdemq; etiam opinatur, in reali citatione, quę aliqualẽ cauſę cognitionem deſiderat, neceſſariũ eſſe, vt de ea in actis conſtet. Sed ſi Iudex in vim illius realis citationis ad vlteriora procedat: tũnc (inquit) præſumi poteſt mandatũ pręceſſiſſe. l. ſi filius, vbi Bal. & Salicetus C. de petit. hæredit. Ego verò in ea ſentẽtia verſor, vt exiſtimẽ ad leges ſcriptas quòd attinet, in citatione reali, quam pręhenſionem ſeu arreſtationem non impedimentum rectius dixeris, commiſſionem & commiſſionis illius demõſtrationem eſſe neceſſariã, vt quis arreſtari poſſit, niſi tamen periculum ſit in mora, ꝙ ſuperioribus capitibus fuſius à nobis dictũ fuit. Sed vbi conſuetudo diuerſa eſt, vt plerunque hic & vbiq; eſt, periculo arreſtari procurantis, neceſſum eſt eum qui arreſtatur & impeditur, nũtio etiam non oſtendenti mandatum parere, modo inſignia apparitorũ gerat, aut pro tali publicè habeatur, quia cõſuetudo in his ſequenda eſt. Baldus ad l. neminem, C. de exhiben. re. Iaſon io d. §. quadrupli, & ibi Fab. idẽ Bald. ad l. ſi quando. C. de teſtib. 12. q. Corneus conſ. 210 ſi. lib. 4. Quæ tamen inte prudenter cauere ſolent magiſtratus, vt intra triduum actio aduerſus arreſtatum intendatur poteritque in eiuſmodi rebus eã moderationẽ Iudex adhibere, quam exiſtimabit propoſito negotio maximè cõuenire, argu. l. Qui pro tribunali.

bunali, ff. de re iudi. Porrò autem eundē hunc articulum latè ſuo more explicat Tira. de vtroque retract. latiùs verò & eleganter Hippo. ad l. de vnoquoque. num. 115. cum ſeq. de re Iudic. quos ſi libet vide.

Apparitori referenti ſe aliquem arreſtaſſe an ſit credendum. Cap. 21.

ARGVMENTA.

1 Apparitores an coram teſtibus arreſtare debeant.
2 Apparitor an apparitori teſtis eſſe poſſit.
3 Iudici aut arbitro ſoli non creditur.
4 Apparitoris falſitas quo pacto conuincatur, relatiuè.

Eadem quoq; ratione dubitari poteſt, vtrum ſoli apparitori credendum ſit, qui ſe debitorem ipſum, vel res eius arreſtaſſe affirmat. Rebuf. ad conſti. Reg. tomo 3. art. 2. gl. & moribus & legi Gallo receptū eſſe teſtatur, ne apparitores executionē faciant,
1 niſi duos teſtes adhibeant, qui teſtificari de illo actu poſſint: quia cùm ipſi regulariter viles ſint. l. prohibitū. l. defenſionis. C. de iure fiſci. lib. 10. falſaſque relationes facere, vt no. Doct. ad c. quoniam contra, de prob. & pro modico vini dolio ſæpè deierare ſoleāt, teſte Hoſtienſi in ſua ſumma, Rub. de contum. §. qualiter. verſ. cōtra. ideò duos debent adhibere teſtes. Nā in ore duorum aut trium ſtat omne verbum, capi. cū eſſes, c. relatū, de teſtament. Et iſti teſtes non poſſunt
2 eſſe apparitores: quia vt idem ille ait, vnus pro altero etiā falſum deponere poſſet. Nam vt vetus habet adagium, muli mutuò ſe ſcabunt. Non tamen requiritur ſubſcriptio teſtiū, ſed ſufficit apparitorē referre ſe arreſtaſſe talē in præſentia Ioannis & Petri teſtiū. idem Rebuff. dicto tomo 3. & gl. 4. nu. 16. verſ. Quintò requiritur. Porrò ad leges ſcriptas quod attinet, ſunt etiā nō inferioris loci interpretes, qui exiſtimant nuntio ſeu apparitori ſine teſtibus credendum non eſſe, per leg. vlt. C. de bon. vacāt lib. 10. & ꝙ vnius vox nec condēnat, nec iuſtificat, c. admonere. 32. q. 2. etiam ſi (vt ait Conſtantinus Imper.) præclare curiæ fulgeat honore. l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & ſi ſoli Iudici aut
3 arbitro non creditur, leg. ne in arbitriis. §. pen. C. de arbitr. & d. c. quoniā: certè multo minus apparitori ſoli credi debet cū magis pro Iudice præſumatur l. 2. de offic. ciuil. iudic. pro apparitore verò nequaquā. l. ne diu. C. de pœnis, quos & Salic. ad leg. tres denuntiationes. C. quo. & quan. Iudex, & Philip. Francus in c. cū teneamus, col. vlt. de appellat. viles ribaldos vocant. In qua ſententia fuit etiā glo. ad d. cap. quoniā. dū ait, ſoli nuntio publico & iurato credi in fundo ciuili ſecundùm cōſuetudinem. At de iure cōmuni, inquit, videtur non eſſe ei credendū, niſi aliter de veritate legitimè conſtet. Alij putant credendum huic eſſe, ſi non fuerit negatū, poſſeque debitorē iuramento euadere, ſi iuret ſe arreſtatū vel citatum non fuiſſe. Hoſtien. ad d. c. quoniā Ioan. Fab. ad l. ea quidem. C. de accuſ. glo. in c. propoſuiſti, ad verbum, nō probatur. 81. diſtinct. Alij verò dicunt non eſſe ei credendū in rebus magni præiudicij Bal. ad leg. magis puto. §. illud. ff. de reb. eor. & ad d. cap. cum parati. Lucas de Penna ad l. prima C. de curia. libro duodecimo. Conſtat autem ex his quæ antè diximus, arreſtationem maximi præiudicij eſſe. Alij hoc totum, an apparitori ſoli credendum ſit, Iudicis arbitrio & religioni relinquunt.

Quid enim, inquiūt, ſi apparitor ſit vitę diffamatę, & debitor integerrimus? Conſiderabit itaque Iudex qualitatem perſonarum atque negotij, & huic vel illi magis credet, vel iuramento ab eo exacto, vel etiam non exacto. Hoſtien. ad d. c. cum parati. & ibi etiam Panor. Arch. ad c. propoſuiſti. & ad c. venerabilibus. de ſentent. excom. lib. 6. latè Petr. Iacobi tit. de act. de conſtit. pecu. col. penult. verſicu. nec etiam deberet credi. Alij denique ſimpliciter aſſerunt apparitori eſſe credendum per l. 1. §. cura carnis. verſic. quies. & ibi Bald. ff. de offic. pref. vrb. & d. l. magis puto. §. ne tamen, & l. ſi quis decurio. C de fal. & l. apparitores. C. de exact. tribut. lib. 10. quam opinionē Decius, Imola & Philip. Franc. in d. cap. cùm parati communem eſſe teſtantur. Nam & Seruienti vel apparitori creditur ſuper eo, quòd inuenerit tales ludentes, vel animalia damnum facientia. Barto. ad l. ea quidem. C. de accuſati. maximè ſi ad inquiſitionem illius rei fuerit deputatus, vt ait Paris de Puteo, latè de Synd. ad verb. notorium, cap. vlt. nu. 3. Tiraquellus quoque de vtroque retract. §. 8. gl. 6. in princip. nume. 11. verſicu. & hæc quidem. hanc opinionē (quantum ad ius commune attinet) veriorē eſſe aſſerit, ſed id tamen cum moderationibus quæ ſequuntur. Primò, vt is apparitor ſit publicus & iuratus, gl. ad d. § cura carnis, Bald. ad l. 2. C. de ſport. non quod in quolibet actu iuramentum præſtare debeat: ſed ſatis eſt eum in principio iuraſſe ſe fideliter officium ſuum executurum, vt fieri ſolet & debet. Bal. ad d. l. magis. §. illud, & ad d. l. 2. Secundò, vt ei credatur ſi iſtiuſmodi negotium ad officium eius pertineat, vel ex eo dependeat. Cy. ad d. l. Ea quidem. Bar. & Bal. ad d. §. cura carnis. Latè Chaſſ. ad conſue. Burg. tit. de Iniuria, §. 6. in gloſ *par leurs Serments*. Quid autē ſi arreſtatus vel pars, falſam eſſe apparitoris relationē probauerit, quomodo apparitor punietur? Certè Rebuf. d. tomo 3. art. 5. gloſ. 4. verſ. qui ſi pars reſpōdet, quòd ſi pecunia corruptus hoc fecerit, pœna legis Cornelię de falſis punietur. l. 1. §. ſed & ſi quis ob renuntiandū, vbi gl. & Doct. ff. ad l. Cornel. de fal. quę hodie in multis iudiciis, & in Francia, eſt pœna mortis. Si verò non pecunia corruptus, ſed quadam iniuria vel ſimplicitate falſum cōmiſerit: ad id quod intereſt, actione in factum, & ad mulctā tenebitur, l. qui nomine. ff. de fal. Quam legis deciſionem eſſe ad hoc ſingularē, dicit Roma ſing. 313. & Guido Papæ q. 44. inci. teſtis in fine ſuoq; officio priuari debet Bald. ad c. fin. de dolo & cōtu. argu. § fin. in authen. de arm. quando ex ſimplicitate vulpina, qua vti ſolent, hoc fecit: ſecus, ſi ex ſimplicitate columbina, quæ dolum & fraudē nō nouit. Chaſſan ad conſuet. Burg. tit. 1 § 6. ad verbum, *de leurs rapports*, per l. 2. C. de ſportul. Iaſon ad §. quadrupli, de act. Mihi ad eam rem maximè accommodata videtur. l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. li. 10. quæ vetat, ne quis eorum, qui ſemel de huiuſmodi crimine conuicti ſunt, idem officium rurſum gerat. Quo loco, conſtitutionem illam de notariis, tributorum ſuſceptoribus, & aliis quibuſcunque in officio conſtitutis, intelligit Ioannes de Platea, antiquus & non indoctus Interpres, eoque etiam pertinet, quòd in l. Iudices. C. de dignit. libro 12. conſtituit Imp. dum ait: Iudices qui ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos quoſque & plebeios habeantur, nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſeipſos indignos iudicauerūt.

Rurſum in l.2.C.de palat.ſacrar.larg.lib. 11. Nullus, inquit, Theſaurariorum ſemel deprehenſus euerſor, quocũque pacto aut repetat militiam ſuam, aut aliã. Multa autem huc pertinẽtia, eleganter tradidit Antonius Capycius deciſio.noua Neapo. 121.incip.in cauſa officij, quo loco exactè inquirit, & latè diſputat, an hæc officij priuatio ipſo iure fiat, an verò ſententiã requirat, qua ratione falſitas apparitoris cõuincatur, & cui bona ipſius applicari debeant.

Quis ſalarium apparitoris ſoluere ei debeat. Cap. 22.

ARGVMENTA.

1 Expenſas ſoluere tenetur, qui actũ fieri deſiderat.
2 Inſtrumẽtum confici mandans, Tabellioni ſoluere debet.
3 Boui trituranti, os non eſt claudendum.
4 Apparitor plus accipiẽs quàm ſalarium, quo pacto puniatur.

MVLTOS paſſim reperias, qui lites libente rſuſcipiũt, ſed ægrè aliquid in has expendũt. Quo modo & in hac quoq; materia arreſti, qui arreſtum ſolicitant, & operam apparitoris exquirunt, nõ rarò eo facto nodũ in ſcirpo quęrũt, & ab ipſo debitore ar reſtato ſalariũ peti volunt. Sed iſtorum hominum ſordes, vnus ex multis, ad §.quadrupli, inſti.de act.confutat Faber, qui ea in re Iaſonẽ, Zaziũ & alios ſibi conſentientes habet, ꝗ executor ſeu apparitor non à debitore, quem vtique inuitum detinet vel arreſtat, ſed
1 à creditore arreſtũ poſtulante, ſalarium ſuum exigere debet. Nã vt ait Vlpi. quo loco de exhibitione agit, ille tenetur ad impẽſas, cuius gratia celebratur actus, l.ſed & ſi.§.1.ff.ad exhib. Expreſſius verò hæc, Accurſium ſecutus ad l.cum ſæpè.C.de erog.mili. anno.tradidit antiquus interpres Iac. Rebuff. Si quis, inquit, petit cuſtodiã militarem in ſui fauorem aut defenſionem, ſumptus præſtare debet. Si autẽ cuſtodia in eius odium vel detrimentum poſtulatur, puta quia eſt arreſtatus, vel aliàs cuſtoditur, eo caſu non ipſe ſumptus præſtat, ſed is qui fecit illum detineri, quia
2 gratiã ipſius fit, ideoq; tuentur, non multò aliter, quã tenetur ſoluere tabellioni, is qui ad ſuam defenſionẽ iuriſque proprij tuitionem, inſtrumentum fieri mandat. Quam ſententiam, etiam Io.Conſtant.ad ord. Regias, art.183.verſ.& reprobat.Io.Fab.ſecutum eſſe video, quippe quo reus ipſe nunquam ſolueret, & interim apparitoribus qui ex hoc ſuo officio victũ cor-
3 radere debent, ſoluendum eſt, ne boui trituranti claudatur os, c.cum ſecundum, de præbẽd.& tandẽ nõ inueniantur qui minus iſtiuſmodi ſubire velint. Et hac quidẽ occaſione Chaſſan.ad cõſuet.Burg.tit. 1. Rub. *de l'amende de ſimp.reſcouſſe*, §.7. ad verb.*l'amende*.nu. 44.diſputat, nũquid apparitores poſſint ſibi ipſis ſoluere, & pignora propria eorum authoritate à reo capere pro eorum ſalario: quod quidem prima facie fieri poſſe videbatur, per præ.tripli.Inſtit. de act. & per ea quæ not.Iacob.Bellouiſ.ad §.illud, in authen. de exhib.& tranſ. reis verſiculo quæritur decimo ſeptimò &c. Secutus tamen Iaſonem ad dicto §. quadrupli.in 2.notabil. eam conſuetudinem iuri communi & æquitati naturali aduerſariam eſſe ait, quem etiam Faber ibi.nu.10.verſi.& nota ꝗ,&c.licèt nonnihil fluctuans, per abuſum irrepſiſſe reſpondet. Quòd ſi talis ſeruiens excedat ſalarium ſibi taxatum, qua de re ex nullis cõſtitutionibus multa colligi poſſunt. auth. vt litig.in exor.& in auth.de ſanc. epiſc.§.ſportularum, in auth.de iudicib.§.nullo quoque, etiam ad quadrupli reſtitutionem eũ teneri, d.loco nu.6.aſſerit Iaſon.
4 Sed cùm hodie partim noua cõſtitutione Caroli V. Aug.partim ſtatutis particularibus locorum, ſalaria certa apparitoribus præfixa & cõſtituta ſint, an etiã hodie ſi plus exegerint & receperint, in quadruplum damnabũtur? Videtur quòd ita damnari debent, cùm eadẽ ſit ratio, & grande delictum eſt, in publicis officiis exercere quæſtũ ex arbitrio proprio, & vix quicquam minus ferendum eſt in republica, quàm furtum huiuſmodi manifeſtum. Faber putat ſatis æquum eſſe quod etiam hodie coërceatur temeritas iſtorum nuntiorũ pœna quadrupli, ſed putat de rigore durũ eſſe, cùm pœnæ extra caſum ſuum non ſint extendendæ, l. interpretatione, ff.de pœ.exiſtimatque propterea cũ Ioan.de Platea, extra ordinem iſtos coërcendos atq; puniendos eſſe. Cæterùm Iaſon tenet contrarium, putans poſſe extendi pœnam quadrupli etiam ad caſum ſtatuti, cùm non poſſit dari diuerſa ratio, vtpote quod idem ſit crimèn nuntij excedentis legem, & excedentis ſtatutum. Zazius verò ibi nu.5.putat hanc diſcordiam ita eſſe componendam, quòd ſi pœna excedẽti nũtio eſt in ſtatuto expreſſa, tunc vera eſt aſſertio Fabri, quia ceſſabit pœna quadrupli, cùm generi per ſpeciem derogetur, c.generi de reg.iur.l.ſanctio legũ, ff. de pœn. Si autem non eſt ſpecialis pœna appoſita in ſtatuto, pœna quadrupli locum habet quaſi dicat, ꝗ caſus omiſſus à ſtatuto, remanet in diſpoſitione iuris communis, l.cõmodiſſimè, & ibi doct.ff.de li.& poſthu. Sanè ſi apparitor operam dedit vt arreſtaret, & creditor pœnitentia ductus ab arreſto deſiſtat, nihilominus ſalarium debetur, argu.l.ſed addes.§.ſi.ff.locat. & quod ſingular.ſuo.66.incipiẽte, ſtante ſtatuto, notat Romanus.

De eo qui arreſtum violat. Cap. 23.

ARGVMENTA.

1 Debitor arreſtatus ſi in cuſtodiam ſequi nolit, quid ſit Iuris.
2 Iuramentum debitoris de non recedendo, quid operetur.
3 Actus omnis an prima vice abſumatur.
4 Mulier ob libidinem vitandam fugiens, pœna fracti arreſti non tenetur.

1 QVID autem ſi debitor arreſtatus ſequi nolit, & iuſſus ire in arreſtũ, refractarius ſit, atque ire recuſet? Iacobus Bellouiſius in ſua praxi iudiciaria, ſub rubri.de Inqui.in ſi.verſi.iuxta hoc quæritur. ait, ꝗ punitur ac ſi iuiſſet & arreſtum fregiſſet: quia (inquit) nõ licet prætorẽ cõtẽnere, iuxt.not.ff. de iuriſd. om.iud.l.ſi familia, & ff.de his qui not.infa.l. debuit, & ff.de arb.l.litigatores, & ff. de nou.oper.nũt.l.ſtipulatio, §.opus autẽ nouũ, & ff.de interrog.act.l.de ętate.§.q tacuit, & ff.ne quis eũ.l.ſi per aliũ circa prin.ad quod etiã allegatur l.relegati, §.pẽ.ff.de pœ.l.in ſeruorũ, §.1.& l.aut damnũ, §.quis eod.ti.& ff.de re mil.l.3. §.in bel. Porrò autem qui arreſtũ frangit, pro arbitrio Iudicis acriter punitur.l.1.ff.de effrac.& expil. Quòd ſi creditori iurauit debitor, ſe nõ receſſurũ ſine illius
2 permiſſione antequam ei ſatisfecerit, vel cum eo cõpoſuerit,

poſuerit,& poſtea creditor ei permiſerit abire,intelligitur de prima vice:ita vt ſi abierit & redierit,nõ po-
3 teſt amplius abire,niſi ille creditor iterũ abeundi poteſtatẽ fecerit,quaſi,ſcilicet, illa permiſſio ſit cõſumpta prima vice & abitione,vt not Bart.ad l.adulter,§. vlt.in princ.ff.de adult.Tiraq.ad l. boues , §.hoc ſermone.nu.90.ver.49.ff.de verb.ſignific. Oldr. quem citat Alber.ad l.vlt.col.2.verſi.prędicta etiam faciũt. C.de remiſ.pig.licèt contrarium velit Calderinus in ſua diſput.incip.ex octo ſtudentib. & Felin. voluerit vtrumque cõcordare in c.2.verſ.fallit tertiò.de treu-
4 ga & pace.meminitq; illius Tira.dicto loco,in tertia limita.nu.9.cum ſequen. Illud tamẽ obſeruandũ eſt, quod ſi mulier eo caſu quo licitè ob debitum capta fuit, à carcere aufugit,vel arreſtum fregit metu libidine Cõmentarienſis,antedicta pœna non tenetur,ſicut cum permiſſione cuſtodis ad templum iuit & rediit Bal.ad l.1.verſ. Sed pone,C.de ædil act. Nam etſi hoc permitti non debeat,tamen non ex eo quæ capta eſt,ſed Cõmentarienſis punietur: Boërius q.217.in fi. Aliud eſt in eo qui carcerem verè relinquere voluit, qui ſi in ipſo actu fugæ deprehenditur , tenetur ac ſi exiuiſſet,teſte eodem Boërio q.215.nu.12.& ſi fugit ruptis compedibus,inquit, etiamſi oſtiũ fuiſſet apertum,punitur iudicis arbitrio,& pro confeſſo habetur adiicitque ibid.nu.22.arreſtatum debitorem licèt citari denuò non debuerit ex iuris diſpoſitione,pro more tamen,per plateas ciuitatis à qua aufugit , ad tres dies breues citari,viſaque contumacia & defectu attento,eundem , etiamſi citatio ad notitiam eius non peruenerit,condemnari.Quòd ſi verò reuertatur,credetur iuramẽto eius,dicentis ſe ob cauſam iuſtam fugiſſe.Cyn.ad l.fi.C.de reg. iur.Corneus conſi. 58.li. 2.Hippo.ſing.115.niſi Iudici aliud videatur.

Arreſtanti apparitori an reſiſtere liceat. Cap. 24.

ARGVMENTA.

1 Captura eſt admodum ignominioſa.
2 Nobilem aut potentem mercatorem arreſtare plus eſt quàm alium plebeium.
3 Arreſtatio etiam licita, debet eſſe abſque iniuria.
4 Arreſtatus iniuſtè an impunè fugere & extrahi poſſit.

SANE in modo & forma arreſtãdi, diſcretum eſſe apparitorem conuenit, vt etiam quando arreſtatus arreſtum cautione diſſoluere nõ poteſt,ratione ſe
1 ratur,eamq; ſequatur. Nã vt ſuperiùs diximus,arreſtatio & captura cuique eſt admodum ignominioſa, adferens grauamẽ irreparabilẽ,teſte Bal.ad l.ſi clericus, C.de epiſc.aud.& multò magis infamat nobilem quã plebeium, famoſumque mercatorem, quam alium. Neuizanus conſi.52.nu.8. verſ.prædictis tamen non
2 obſtãtibus.præſertim cùm nos propenſiores eſſe cõueniat ad iuuandum mercatores peregrinos. Alex. conſ.130.incip.ſuper eo.ante fin.lib.7.multumque in huiuſmodi negotiis defertur nobilitati ſeu integritati perſonæ. Odofted. ad l.1. C. de cuſtod.reor. Alb. ad l.1.ff.eo.Luc.de Penna ad l.quoties.C. de dig. li. 12.Barb.conſ.62.lib.1.Quo modo & ipſe quoq; I.C. Claudius Saturninus,in l.aut facta. ff. de pœnis. ait, in delictis atque iniuriis æſtimandis, perſonarum ra-
3 tionem maximè eſſe habendam.Et quamuis licita ſit arreſtatio,tamen eſſe debet non iniurioſa. Petrus de Bella pertica,in leg.ab executione.C.quor. appellat. nõ recip.Ang.ad l.fi.ff.quod met.cau.vbi allegat pulchrum text.in l.ſi bene,ff.de vſur.ibi,contumelioſum ſe non exhibeat,ſed moderatum & cum efficacia benignum,& cũ inſtantia humanum.ideoq; Nizellus in concor.Bar.105.ait,quod eſt periculoſum ponere iuriſdictionẽ in manus ignorantium, qui capturas procedunt,non inſpecta, vel habita qualitate perſonarũ, quod vtique in magnum decus arreſtati redundat Neuizanus d.loco.nu.25.Et propterea,ſi quis illegitimè & perperam ob debitum capitur, poteſt etiam cũ armis reſiſtere.leg.prohibitũ,C.de iure fiſci.li.10.Affl. in cõſtit.Caſtellani,in 3.q.Paris de ſyndic.in verb. captura.Iaſon ad leg.1.§.qui Prętor,ff.de qui,eum qui.& rurſum cum Zazio ad §.quadrupli.Inſtit.de act.l.omnes,C.de decur.li.10.fi.in auth.quo oport. epiſ. Thomaſius Gram.voto.1.nu.15 & voto 32.nu.24.nõ multò aliter,quam Iudici malè exequẽti violenter reſiſti poteſt,non ſolum per eum qui iniuriam patitur , ſed etiam per tertium cuius nihil intereſt,vel vicinos.gl. ad c.ex literis.in verb.denuntietis.de offi.deleg. Specul.in titu.de citat.§.ſed nunquid.Felin.ad d.c. ex literis.Decius conſ.469,nu.3.Afflic.conſti.Neap.li.1. Rub.8.nu.78.Petrus à Duennas reg. 190. ampliat.8. Iſtud tamen mihi ſemper periculoſum viſum fuit.Nã etiam ſi iniuſtè detentus poſſet reſiſtere cũ armis, tamen ſe conficere in eam diſputationem, an iniuſtitia fuerit notoria necne,res periculo plena eſt,à quo omnes merito abhorrere debẽt,Ancho.ad c.ea quę fiũt, de reg.iur.li.6.col.3.Et quãuis ſint qui exiſtimant iniuſtè captũ poſſe defendere,etiã occiſis ſatellitibus, iuxta ea quæ no.Hipp.in pract.crim.§.attingam, nu. 40.Lucas de Penna.ad l.prohibitũ,Neuiza.d. conſil. nu.11.neque hoc tamen periculo caret,neq; in ciuili cauſa arreſti locum habere exiſtimo , de qua re Boërius quæſt.170.latiùs agit.

4 Sunt præterea in ea ſententia plerúmque ſummæ authoritatis viri, quod is qui iniquè detinetur , cautim & impunè è carcere fugere poteſt, in quẽ iniuria coniectus fuit,glo.in clemẽt.paſtoralis.in verbo, per violent.& ibi doct. de ſent.& re iudic.Bar. ad l. relegatur , ff.de pœn.Alex.conſil.144.libro.2.Socin.ad l.1.col.2.num.13.ff.ne quis eum.Iaſon ad l.admonẽdi in leg.ordin.col.18.verſiculo tertio limita.& iterum in repetitione , numero 175. ff. de iureiur.quia hæc omnia magis ad iniuriæ damnique iniurioſi , & iniuſti depulſionem,quam ad fraudem , vim , & iniuriam pertinent. Neuiz.conſi.61.nu.57.verſi.confirmo quia &c.etiam ſi iuraſſet nõ aufugere,ſed ibi manere.Aret.conſ.14.Hippol.ad l.1.n.104.ff.ad l.Corn. de ſicar.& ad l. prima. ff. de quæſt. Quod ego non puto eſſe verum. Nam vt Panorm. ait , ad capitulo inter alia in fina.de immun. eccl.qui iniuſtè detinetur , & relaxatus iurauit ad carceres redire , non poteſt contrauenire iuramento , ſed debet prius abſolutionem impetrare,niſi periculum mortis immineret , etiamſi iuramentum ex parte eius cui pręſtitũ eſt,foret illicitum,vt capitulo primo,capitulo ſecundo,c.ſi verò,capitulo debitoribus.de iureiurandi.Nã & iuramentum per metum præſtitum, abſolutionem requirit,capitulo ad aures , & capitulo ſeq. De his quæ vi. met. cauſ. quia ſine periculo ſalutis æternæ & corporis , ſeruari poteſt vt capitulo cùm contingat , de iureiur.gloſſ. ad capitulo primo. & ibi doctò. In dubio autem illi ſententiæ adhærendum eſt , quia magis conſulitur animæ ſaluti , capitulo conſilium,de obſeruat. ieiun. cap. inuenis. de ſponſ.

Tum

Tum verò, vi eximens iſtiuſmodi debitorem ex car-
cere nõ tenetur edicto, Ne quis eum &c. Iaſon ad l.t.
§.quod Prætor, num. 11. & ibi Doct. alij. ff. ne quis eũ.
& ad l. quoniam. C. de appel. Mihi verò magis Bartol.
Ange. & Romani dicto loco placet, exiſtimãtium eũ
qui vi eripit arreſtatum, parti arreſtanti iniquam cau-
ſam fouenti, ad damni refuſionem & ad id quod inte-
reſt, non teneri. Nihil enim verè intereſt cùm nihil de
beatur, & damnum quod quis culpa ſua ſentit, ſentire
non videtur, ff. de reg. iur. Sed quãtum ad iudicem at-
tinet, tenetur, ne res publica quotidianis iſtiuſmodi
violentiis, perturbationib. atq; diuexationibus diſtra
hatur & commoueatur, niſi tam notoriè eſſet iniqua
hæc detentio, vt palã & vulgo nota ſit omnib. Sanè
etiam ſi ita eſſet, ſentiant alij quod velint, ego vix ad-
mitterem particularem iſtam & priuatam rationẽ car
ceres aperiendi, & inuadẽdi, vt d. §. quod Prætor, & l.
vlt. §. cùm in eum, illo tit. quia aliqualis cognitio re-
quiritur.

Addunt nonnulli, quòd vbi in his rebus locus eſſet
appellationi iniuſtè detentus, etiam poſt tempora ap
pellationi præfixa, prouocare poteſt, quia grauamen
iſtud habet tractum ſucceſſiuum, & qui in arreſto de-
tinetur, adhuc quotidie & de præſenti grauatur. Iaſon
ad dict. l. eum qui, §. in popularibus, ff. de iureiurand.
Angel. de malefi. ad verb. Qui Iudex. num. 13. Sic &
exceptio habens tractum ſucceſſiuum, quãtumuis di-
latoria, quandocunque etiam poſt litem conteſtatã
opponi poteſt. Archidiaco. ad c. hortamur, 3. quęſt. 9.
& à grauaminè quòd ſemper eſt in fieri, cùm ſemper
ſit, ſemper appellare & prouocare licet, c. ex parte, de
appella. & ibi pulchrè Philip. Franc. verſi. Quintò &
vltimò infertur.

Poſtremò adde, quòd iniuſtè arreſtatus poteſt in
alia lite contra arreſtantem excipere, ſi in teſtẽ pro-
ducatur, quòd ſit eius inimicus: quia detineri faciens
aliquem in aliquo loco, aut in vinculis, cenſetur cum
eo inimicitias cõtraxiſſe. Bal. ad l. in ipſius, 2. no. C. fa-
mil. erciſcun. & ad l. ignorat. C. de exhib. Felin. ad ca.
cùm oportet, de accuſ. Hippol. conſil. 26. non multò
aliter, quàm is, qui aut bona alterius tollit, aut domo
alium expellit, c. idẽ quis, de reſt. ſpoliat. Marcus An-
ton. ad l. fin. nu. 97. cum ſeq. ff. de q.

Arreſtanti reſiſtens, eundémque verberãs, quo pacto puniatur. Cap. 25.

ARGVMENTA.

1 Reſiſtere apparitori an liceat.
2 Iniuria facta apparitori, cenſetur Principi & Iudici facta.
3 Reſiſtentis apparitori violenter, quæ ſit pœna.
4 Apparitori dicenti ſe percuſſum eſſe, an credatur.
5 Apparitor an poſsit debitorem reſiſtentem occidere, ſicut poteſt creditor.

1 QVEMADMODVM iniuſta arreſtatio neque cul
pa, neque pœna, caret: ita & is qui legitimè arre
ſtatur, reſiſtere, non debet. Et ſicut iniuſtè ac perperã
arreſtati vel detenti magna eſt excuſatio: ita legitimę
detentioni ſeſe opponentis, nulla iuſta defenſio eſſe
poteſt. Ideoq; ſi is qui arreſtatur, auſu temerario vel
verberibus excipiat, vel iniuria aliqua alia afficiat ap-
paritorem aut Seruientem munus ſuum exequentẽ,
2 vtique hæc vis & iniuria Principi atque Iudici illata
cenſebitur. Bar. ad l. iniuria, §. 1. ad l. item, apud La-
beonem, §. item, ad leg. lex Cornelia, ff. de iniur. Paris.
de Puteo in tract. ad Syndic. ad verbum, Familiaris.
c. 3. 11. refertq; Guido Papæ, deciſ. 557. incip. aliquis
verberat &c. eos qui ſic apparitoribus reſiſtũt & vim
illis adferunt, in Gallia, aut capite, aut certè manus il-
3 lius amputatione, qua facinus admiſſum fuit, puniri.
Bar. verò ad leg. ſi quis, §. ſi quos, ff. de pœn. & hũc cę
teri ſecuti interpretes ad l. 1. C. ne quis in ſua cau pœ-
nam arbitrio iudicis huic delicto ſtatuendam eſſe ar-
bitrantur, etiam aduerſus eum qui illius Iudicis ap-
paritorem læſit, nulla ſcilicet familiaritatis, domeſti-
citatis, vel fauoris exceptione hac in re ſuffragante.
Porro autem, an plena fides adhibẽda ſit viatori aſſe-
renti, ſe percuſſum eſſe à debitore, & aliter non pro-
4 bãti, quæritur. Et quidem communiore calculo pro-
batam video negatiuã partem. Ant. Imol. Pãnor. Phi-
lip. Franc. ad c. cũ parati, de appel. Per. Iacobi in ſua
praxi, tit. de conſt pecu. Caſtren. conſ. 165. incip. viſis
& ponderatis. lib. 2. Cardin. ad clem. 1. 8. q. de dolo &
contumac. Angel. ad §. quadrupli, inſtitut. de act. Gui
do Papę ſing. 409. Iaſon ad l. properãdũ, §. & ſi quidẽ,
col. 2. verſ. adde. Codi. de iudic. Imola ad l. ſi finita, §.
ſi plures, ff. de dã. infec. Stephan. Bertrãdi cõſ. 149. in-
cip. quoniã, col. 1. li. 1. Matthæus de Afflic. ad conſti-
tut. reg. Sicil. incip. in ciuilibus, in 2. notat. Tiraq. de
vtroque retrac. §. 8. gloſ. 9. nu. 14. Quia factũ hoc nõ
eſt inter ea quæ officio ipſius cõnexa ſunt, neq; ad il-
lud pertinet, ſeu priuatũ eſt tantùm, vt aiũt. Corneus
conſ. 79. li. 3. Ripa ad c. 1. de iudic. Bertr. conſi. 234. li.
3. Alex. ad l. ſciẽdũ, ff. de verb. obl. Nicolaus de milis
in ſuo dictionario, ad verbo. nuntius. Noluerũt enim
maiores noſtri, hãc patere inimicitiis viã, vt quẽ quiſ-
que odiſſet, eum teſtimonio proprio poſſe tollere.
Ẽmẽtiũtur enim ſæpè in eos quos oderũt. Cicero pro
Fõt. l. omnibus. C. de teſtibus quamuis conſuetudinẽ
huic iuris diſpoſitioni plurimũ & vbique ferè detra-
xiſſe fateãtur. quod & Guido q. 628. incip. nõ debet,
& quæſt. 557. incip. aliquis, probat. Et inter hos quo-
que ſunt qui exiſtimant, ꝙ etiam ex iure communi, in
arbitrio iudicis poſitum atque collocatum eſt, cui po
tius credi debeat, apparitórine, an debitori. Ad cuius
rei deciſionẽ, plurima ex circunſtantiis, rerumq́ue ac
perſonarũ qualitatibus deſumi poſſunt, & non tã alie-
nũ ab officio eſt hoc factũ, quàm vulgo exiſtimatur,
quippe quod ratione officij fiat hæc iniuria, adeoq́ue
etiam ad Principem atque Iudicem pertineat.
5 Quid igitur ſi reſiſtentem & vim inferentem, vel
etiam adiecta violentia paulatim fugientem, àppa-
ritor interimat? Amadeus Iuſtinus in tractat. de Sin-
dica. in præfatione numero 100. verſiculo ſed pone,
miles. Cyn. ad l. final. C. de requirend. reis. cum aliis
multis reſpondent, factum apparitoris eſſe impuni-
tum: cauendum tamen monent, ne Iudices, vel Ser-
uientes ad eiuſmodi facta facilè decurrant, quod ea
res non raro ciuium animos commouerit, & ex ſtul-
ta quadam atque imprudenti miſericordia, ple-
bem parum aut nihil per ſe intelligentem, ad ſe-
ditionem concitauerit. Quod amplius eſt, exi-
ſtimant omnes licere etiam creditori debitorem
inſequenti, eundem debitorem reſiſtentem, vim
inferentem aut telo ſe defendentem, ſi aliter eum
aſſequi non poſſit, occidere. Hippol. ad l. 1. in princ.
nume. 101. ff. ad l. Cor. de ſicar. Salic. ad l. Si vt alle-
gas, C. illo tit. quod quod & ad procuratorem quo-
que creditoris ibi extendit Baldus. Sed cùm Deus
tanta grauitate nobis ob oculos poſuit hoc præcep-
tum, Non occides, non facilè ad iſtiuſmodi ſubſidia
deflectamus.

De

De his qui arreſtatos eximunt, aut in præiudicium creditorum occultant. Cap. 26.

ARGVMENTA.

1 Debitorem eximens, debitum eius creditori arreſtāti ſoluere cogitur.
2 Conſulens debitori vt fugiat, an tenetur.
3 Occultans debitorem alienum, quomodo obligetur.
4 Creditores vtrum agere poſsint contra dominum domus, in qua eſt debitor, vt exhibeatur.

SEd quoniam nō ſolùm ipſi debitores, qui reſiſtūt apparitori & iuſtitię, hoc ſuo tam temerario facto creditori ſuo præiudicant, verū etiā & hi qui eis ſubſidium, opem, conſilium vel auxilium præbent, quo facilius elabātur, & ſine quibus diu latere non poſſent malo publico, arg. l. 1. ff. de recep. ſut. pauca quædam, quatenus præſentis materiæ ratio poſtulat etiam de his in medium mihi adſcrenda videntur.

Principiò itaque, is qui carceri mancipandum, aut incluſum, arreſtatum vel detentum è manibus familiæ, Prætoris, apparitoris, ſeu etiam carcere & vinculis eximit, ſuccedaneum facit debito, eius, qui ſic elapſus eſt, eodémque modo creditori, ad cuius poſtulationem detentus ſeu arreſtatus fuerat, omne æs alienum ſoluere cogitur, atque ſi fideiuſſorio nomine ſe pro eodē ante obligaſſet, l. quoties. C. de extract. tribut. li. 10. Quoties (inquit Conſtantinus) quis & priuati debitor inuenitur, & fiſci: abreptus ab vno officio, teneatur ad vniuerſi debiti ſolutionem. Qui eum abſtulerit, coërceatur, ac totius ſummæ exactionē in ſe ſuſcipiat, qui eundē auellendū ſubtrahēdúmq; crediderit, Accur. quidē ad legis illius explicationē videtur exiſtimare, ꝙ fauore fiſci hic aliquid cōſtitutū videatur: ſed cōmunis ſententia eſt hęc, quod ſicut textus ipſe de debitore priuati loquitur, ita etiā de ea intelligatur, Bal. ad l. addictos circa ſi. C. de epiſc. audiē. Ioā. Fab. & alij, ad §. Irē aduerſus, Inſt. de act. Bar. Ange. Caſtren. ad l. ſed etimēdi, §. 1. ff. ne quis eum qui. Iaſ. ad l. 1. §. is videtur, ff. ſi quis ius dicēti nō obtēp.
1 nihilq; æquius eſſe aut dici poſſet, q̄ quod is in obligationē incidat, debitúmq; ſoluat, qui vt aliter ab obligatione de facto eximeretur, & creditor debito ſpoliaretur, operā dedit etiāſi poſtquā exemiſſet eū, in poteſtatē illius creditoris rurſum reduceret. Nam per talem reductionem eximens non cenſetur libera tus obligatione, quam eximēdo contraxit, cū ex hoc tam improbo facto ſemel aduerſus ipſum ius creditori quæſitū fuerit, coniunctaque eſt eius obligatio priori. Boërius quęſt. 217. nu. 12. Ang. ad d. l. quoties, Salic. ad l. in bonæfidei, num. 16. ver. tene tamen mēti C. de reb. credit. Iaſon ad d. §. 16. videtur. Roman⁹ ad l. admonēdi, ff. de iureiur à quibus omnibus tamē ad §. pœnales. n. 49. Inſt. de act. recedit Gomeſius, ea potiſſimum ratione, ꝙ per pręſentiam debitoris res reducitur ad priſtinum ſtatum, l. quamuis. ff. de in ius vocand. l. hoc edicto, ff. alien. iudic. mut. cauſ. fact. Quæ Gomeſij ratio nō ſatis firma & generalis eſt quippe ꝙ ipſe debitor fortè nō tam ſit ſoluēdo, quàm is, qui eum exemit: adeoq; intereſſe poteſt creditoris, etiam ipſum eximentem obligatum eſſe, quòd in ſpecie nō multū abſimili reſpondet Caſtrēſ. ad leg. Stichum, §. ſi mandato, ff. de fideiuſſor. Sed & Vlpianus: In eum, inquit, qui vi exemit, in factum iudicium datur, quò non id continetur, quod in veritate, ſed quanti ea res eſt ab actore ęſtimata, de qua controuerſia eſt, l. ſi per aliū, §. ſi. ff. ne quis eum qui. Quibus verbis, reſutatis aliorū opinionib. exiſtimat inter alios, Phanutius in tract. de inſtr. iur. par. 1. c. 4. nu. 5. ver. reiecto itaq; &c. iuramentum permitti atque deferri creditori, de eo quod putauerit ſua intereſſe, debitorem exemptū nō fuiſſe. Quinimo, inquit, non videtur conueniēs, quod eximēs poſſit excipere, quod exemptus nihil deberet creditori prætenſo, per regulam iuris, quod de iure tertij nemini excipere licet, l. loci corpus, §. competit, ff ſi ſeruit. vendic. & latiùs Bald. ad l. cum ſeruum, C. de ſer. fug. Soc. conſi. 88. lib. 4. tantò minus eius rei diſquiſitio ad ipſum pertinebat, an creditor calūnioſè arreſtaret vel non. Quid enim ſi arreſtatus, ea qua cauſa arreſtatus eſt, debitor non ſit, ex ſuperuenienti tamen cauſa iuſta & vera, iuxta ea quæ ſuperiùs diximus, ſiſti, detineri, recommendari & arreſtari poſſit?

2 Eadem quoque videtur eſſe ratio eorum, qui ſciētes prudenteſque faciunt fugere eum debitorem, quē alioqui creditor ſiſtere & arreſtare potuiſſet, vel quia hoc futurum ſignificant vt arreſtetur, vel vt fugiat, & creditorem fallat, equos ſuos commodato concedūt, Anch. conſi. 340. nume. incipi. viſo themate. Ioan. de Anan. conſilio 55. incipit. quia dubia, numero. 4. Curtius ad leg. admonendi, numero 102. ff. de iureiurand. Iaſon ad leg. 1. §. quod prætor, ff. quis eum. & omniū latiſſimè apertiſſimeque Hippol. de Marſ. ſingul. 137. incip. In iure clarum eſt, &c. Bēuenutus in tract. de decoct. c. incip. circa propoſitam, n. 23 & 25. Boë. q. 215. quia qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, l. nihil intereſt, ff. ad l. Corn. de Sicar. Qua ratione & Vlpianus, ad l. 1. § 1. ff. de eo per quem fac. erit. actionem in factum ad id quod intereſt, aduerſus eū concedit, cuius cauſa factum eſt, quo minus iudicio ſiſtat. Et rurſum, Si compeditum ſeruum meum, vt fugeret, ſolueris, inquit, an de dolo actio danda ſit? Et ait Quintus Mutius apud eum notans, ſi non miſericordia ductus feciſti, furti teneris: ſi miſericordia, in factum actionem dari debere. l. & elegantet, §. Item Labeo. ff. de dolo mal. Ad cuius quidem reſponſi interpretationem notat. Bal. quòd miſericordia motua excuſat à dolo, ſed non impedit quominus is qui fugæ auctor eſt obligetur ac teneatur: quia hæc miſericordia in aliorum præiudicium tendens, non eſt regulara ſecundum limites rationis: quippe quòd dum per fugam vni cōſuluit quod ſoluere debuiſſet, alteri qui iuſtum debitum amittit, maiore iniquitate & inęqualitate damnum infert. Idcoque quamuis multi ſint, qui exiſtimarent oppido durum eſſe quòd quis ex ſola perſuaſione conſilioque & auxilio fugæ ad æris alieni exolutionē teneretur: ſi quis tamē in ipſam rationem quæ conſultos mouit, altius intueri velit, facilè intelliget omnia hæc æquitati atque rationi naturali eſſe conſentanea, & quidem potiſſimum inter mercatores, quibus ſi malè ceciderit fortunæ alea, quid reliquum eſt, niſi vt bis fiant miſeri, & quòd re ſperata fruſtrati ſunt, & quòd tantum irriti laboris exhauſtum, non ſine dolore meminerunt? Quo etiam pertinent vulgaræ iuris regulæ de fraudulento conſilio, de perſuaſione fugæ, & reliquis multis ſimilibus huc pertinentibus. capitulo nullus ex conſilio, de regulis iur. l. conſilij, ff. eodem titulo. l. 1. §. perſuadere, ff. de ſeruo corrupt. l. 1. & ibi doctor. C. de ſeruis fugitiu. Et quamuis aliqua ratione excuſari poſſet, qui homini crimen capitale committenti conſulit vt confugiat in locum ſacrum, qua de re diſputant Interpretes, quòd plerumq; tandem Deus & Iudex repetit innocentes: tamen quia

hic

hic agitur de particulari damno credtoris, qui fortè nunquam debitum ſuum aſſequetur iam elapſo debitore, æquum eſt, vt iſte auctor fugæ in periculum omne ſuccedat, ſi nõ debitor ipſe iã fugæ accinctus fuerat, iuxta no. per doc. ad d. l. conſilij. Pulchrè Bal. cõſ. 222. incip. In quæſt. D. Milani, lib. 3.

3 Eodem etiam loco eſſe exiſtimant eos qui debitorem iamiam ſiſtendum & arreſtandum occultant, vt tandem elabatur. Iaſon ad §. pœnales, Inſti. de act. nu. 103. Salice. ad l. fi. C. de oper. liber. quippe quòd vbique eadem eſt ratio. Et in ſimili, ſi quis ſeruum fiſcalem putauerit occultandum (inquit Impera.) non ſolum eum reſtituere, ſed etiam duodecim libras argenti pœnæ nomine fiſci iuribus dependente compellitur, l. penult. C. de ſeru. fugitiu. Et quicumque ſeruum fugitiuũ in domo vel agro inſcio domino receperit, eum cum alio pari, vel 20. ſolidis reddit, l. quicũque. eodem titu. Apertiùs verò in l. fi. C. de oper. liber. textus ait, eum qui alienum libertũ occultat, loco ipſius ad operarum præſtationem teneri. Et alibi conſtituit Archadius, eos qui aliorum perſonas cum detrimẽto aliorum occultant, ad quadruplum teneri, l. tertia. C. de Aſſeſ. Quibus conſtitutionibus motus Zazius, eandem quæſt. ad d. §. pœnales, nu. 33. pertractans ait: Sed quæres, ſi aliquis occultat debitores meos, ne poſſim

4 eos conuenire, id quòd ſæpè contingit, an iſte receptor vel occultator teneatur edicto, Ne quis eum &c. Bald. ad l. fi. C. de operis liber. putat eum obligari ad totum debitum qui debitorem occultat, quamuis tãdem in eo ſubſiſtat, & nihil affirmet. Iaſo. putat, quòd mihi plus placet, ꝙ eiuſmodi occultatores teneantur edicto, Ne quis eũ &c. quia ſatis dicũtur eximere, qui creditores fruſtrantur, morantur, vel eis facultatem agendi auferunt, dicta l. ſed eximendi, ſecundo reſpon. Hæc ille. Iaſonis verò verba ſunt hæc: forte non eſſe ponere os in cœlum, tenere quod in quæſtione ſuprà formata, contra illum competat actio in factum ex edicto, Ne quis eum qui &c. propter generalitatẽ verbi, eximere, ſecundũ quod declarat text. in d. l. ſed eximendi. in prin. iuncto §. Prætor ait. vel ꝙ ſaltem, quia non interuenit vis, ſed tantum dolus, competat actio in factum ex edicto, De eo per quem fact. & contra Bald. in d. l. fi. ꝙ immò teneatur ſoluere, tenet & fortè meliùs ibi Salice. Crederem etiam ꝙ iſto caſu prouideatur creditori, mediante titu. Si quis ius dicen. hoc modo, quia iudex pręcipiet illi occultanti, ne impediat executionem. & ſi contemneret præceptum, poſſet Iudex procedere ad mulctas & alia remedia, quę ad l. 1. d. titul. Si quis ius dicen. notari ſolẽt. Hactenus Iaſon Baldi ſententiam dicitur Innocen. ad c. Paſtoralis, de offic. deleg. & Seuer. in tract. de debit. ſuſpec. quæſt. 10. Hippol. ſingul. 43. incip. debitor, in fi. propterea quod omnia iura ſuperiùs adducta, loquuntur in caſu ſuo ſpeciali. Primò ſcilicet in debitore tributorum, l. quoties, C. de extract. tribut. Secundò quando quis debitorem vi eximit. l. penultim. ff. ne quis eum. Tertiò, quando quis impedit reum vel actorem venire ad iudicium, l. fin. ff. de eo per quem fact. Cùm igitur in his caſibus ſit ſpeciale, & ſpecialiter prouiſum, ſequitur quod in contrarium eſt ius commune l. ius ſingulare, ff. de legibus. Tum verò nemo cogitur prodere ſecretum, l. idem. §. ſi tibi iudicium, ff. de con dict. ob turp. cauſ. adeoque cum ſemel debitorẽ occultare cœpit, fidémque ei dedit, quòd eum non indicabit, turpe eſſet fidem fallere, l. 1. ff. de pact. quę etiam hoſti ſeruanda eſt. c. noli. 23. q. 1. putántque plerique, tit. ff. de recept. in ciuilibus cauſis locum non habere, vt refer Benuenutus dict. loco, num. 18. verſi. extra quæro. Cæterùm hæ rationes non ſunt ſatis firmæ, vt communem opinionem conuellant: quia vbicúmque ratio legis eſt amplior vel generalior dicto ſeu diſpoſito, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipſa diſpoſitio l. regula, §. fi. & ibi Bart. & Bal. ff. de Iur. & fact. ignorant. l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertull. præcipuè quia intereſt publicè, ne iſti debitores & fraudatores ſic elabantur. In fauorem autem publicum etiam pœnalis diſpoſitio ex identitate rationis extenditur, ſicut & in multis aliis caſibus huc pertinentibus, quos ad locum à ratio. leg. Larg. ſeu ampla, notat Nicolaus Euerardi. Et quamuis regulariter nemo ſecretum prodere cogatur, non tamen ideo in necem aliorum eiuſmodi debitorem occultare & executionem impedire poteſt. Nam ſicut aliud eſt, non accuſare reum & occultare reum: ita aliud eſt non prodere debitorem, & occultare debitorem. Edictũ verò de receptatoribus, non habere locum in cauſis ciuilibus, non eſt mirum, cùm plerumque corporalem pœnam, aut certè aliam huic non admodum diſſimilem inferat, ad quam nec ipſe quidem debitor eſt obligatus. In eo ſane conuenit cum hac noſtra materia, quòd ſicut vxor recipiens & occultans maritum crimino ſum non tenetur teſte Angel. in tractat. malefic. ad verbum, dicto maleficio, num. 25. Specu. de donatio. inter virum & vxorem. §. fina. ita quoque nec hoc caſu obligabitur, ſi occultet virum debitorem. Cæterùm, an in reliquis amicis atque conſanguineis illud admittendum ſit, dubito. Nam vbi eſt metus mortis, naturalis ratio monet, ac veluti vrget atque impellit, inuitoſque propemodum eo trahit, vt conſanguineorum, ſaluti, id eſt, noſtro ſanguini conſulamus, quæ quidem ratio in hac cauſa non adeo militare videtur. Qua tamen in re, animi pendeo atque ſubſiſto. Tu Tiraqu. de temp. pœn. cauſa, 20. 21. & 22. vide. In eo cõueniunt omnes, quod ſi debitor alia bona habet in quæ miſſio fieri poteſt, non compelli occultatorem vt debitorem exhibeat: verùm ſi bona debitoris non ſufficerent, de dolo vel iniuriarum actione agi poſſe. quam ſententiam etiam Boërius deciſione 174. cũ Benuenuto dicto loco probat. late que & eleganter de ea ſing. ſuo. 16. incip. diligenter nota, diſputat Petrus Gerardi de Petra. Nam ſi ſimpliciter ad exhibendum debitorem tenetur citra diſtinctionem & moderationem, fruſtra inducta eſſet iuris diſpoſitio, & multarum ciuitatum conſuetudo ſeu vſus, quod ob ciuile debitum nemo ex domo ſua vel aliena (vt latiùs ſuperiùs dictum fuit) inuitus extrahi poteſt, l. plerique. ff. de in ius vocan. Porro autem de his qui violenter & nobis inuitis apud nos latitant, nulla eſt dubitatio. Bald. ad l. in delictis, ff. de noxal. quia propoſitum & animus maleficia diſtinguunt, l. 1. ff. de Sicar.

Debitore fugiẽte, quo pacto Commentarienſis ſeu Cuſtos carceris teneatur. Cap. 27.

ARGVMENTA.

1 Debitor frangens arreſtum, compelli poteſt redire.
2 Cuſtos carceris eſt velut depoſitarius.
3 Cuſtos tenetur de negligentia.
4 Cuſtos, ſi debitor fugit, tenetur debitum ſoluere.
5 Cuſtos carceris tenetur de facto ſuorum.
6 Cuſtos carceris quando excuſetur.

7 Cuſtos

7 *Cuſtas carceris an teneatur, ſi debitor cum adultero cuſtode fugit.*

MAGNA quidem ignauia eſt apparitorum, qui vel non diligenter inſequuntur debitorem antequam elabi & occultari poſſit, vel non ſatis cautè ducũt, ne vi aut dolo eximatur. Sed multò maior culpa atque infamia eſt, ſi iam carceri aut vinculis mancipatum effugere ſinãt: quippe ꝙ facilius eſt, iam captum atq; comprehenſum cuſtodire, quã nõdum ductũ præhẽdere & detinere. Vnde & de his aliquid etiã nos dicere conuenit. Nam de ipſo debitore fugiente ſatis ſuperiùs diximus, ꝙ etiam per proprium Iudicẽ, in cuius territorio exiſtit & domicilium fouet, cogi poteſt vt ad locum arreſti redeat decis.c. Tolo.422.
1 ꝙ arbitrio Iudicis, cuius arreſtum fregit, puniatur, l. fi. ff. de effract. quod arctiore cuſtodia detineatur, Io. de Ana.conſ.55.nu.13. Romanus ad l. lex Cornelia, ff. ad Sylla. & alia multa ſimilia, quæ hoc loco iterum repetere non expedit. Cæterum ad ipſos Commenta-
2 rienſes quod attinet, cum loco depoſitariorum habeantur, vt ait Chaſſan.conſ.42. ſalariumque pro cuſtodia recipiant, de periculo & omni culpa atque negligentia tenentur, l. qui mercedem, l. videamus, & vtrobique glo. ff. locat. Bar. & alij, ad l. eum qui, §. epi-
3 ſtolam, ff. de furt. ideoque Iulius Paulus Carceri præpoſitus (inquit) ſi pretio corruptus ſine vinculis agere cuſtodiam, vel ferrum in carcerem immitti paſſus eſt, officio Iudicis puniendus eſt. Si neſcit, ob negligentiam remouendus eſt ab officio. Qua ratione Bal. conſ.177.incip. iſta captura, lib.2. Iaſon conſ.27.lib. 3. ad ſubiectam materiam eleganter admodum reſponderunt, commentarienſem ſeu cuſtodem carceris, ſi negligenter verſatus ſit, & reus vel debitor ela-
4 pſus ſit, non ſolùm ad exolutionem debiti à creditore compelli, vt l.3. C. de exact. tribut. libr.10. l. eum pro quo, ff. de in ius vocand. verùm etiã ad præſtationem eius ꝙ intereſt, teneri. Ioan. de Anan. conſil.55.incip. quia dubia, ad fin. Bal. ad c.1. in 5. col. de offic. deleg. & in c. dilectis, col. de appel. Salic. ad l. in bonæ fidei, C. de reb. cred. quia eos cuſtodiendos, in fidem ſuam ſuorumque recepit. Vnde etiam ſi non principaliter & direct. per eius negligentiam debitor elapſus eſt, ſed ſuorum quibus cuſtodiam illius mandauit, æquè & ipſe, & fideiuſſor ipſius tenetur. Bald. conſi.40. ſeq. lib.1. Floria. ad l. ſi fornicarius, ff. ad leg. Aquil. Oldra.
5 conſil.84.incip. Quidam dixit, argu. l. qui tamen non idoneum, ff. commo. §. penult. inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delict. quia explorare eum oportuit, cuius fidei atque innocentiæ eſſent, l. fi. §. ſeruorum, ff. naut. caupo. ſtabul. l.1. §. ſi quis igitur, eod. tit. Quod tamen ita intelligit idem Oldradus conſil.92.incip. Rex habet caſtrum &c. & Oldradum ſecutus Paris de puteo, in tract. de Sindic. ad ver. Carcer. c.5. nume.4. niſi illi carcerem commiſiſſet cuius fides & diligentia tempore commiſſionis & mandati: omnibus cognita atque ſpectata fuiſſet. argum. l.1. §. ſi magiſtratus, ff. de magiſt. conuen. l. litis, §. ſi pecuniam, ff. de neg. geſt. l. 3. §. ſi eo tempore, ff. de admi. rer. ad ciuit. pertinent. l. argentum. ff. commod. Et quamuis generaliter præſumatur pro quolibet officiali, l.1. C. de ſuſcept. lib. 10. adeo quod allegant i eius culpam, incumbat onus probandi, l.2. ff. de probat. Bart. ad l. ſi quis argentum, §. fin. ff. de eden. illud tamen locum non habet, quando aliquid factum eſt contra naturam officij, vt hic, Alciat. reg.3. præſumpt. cap.15. numer.4. verſicul. fallit etiam. Et ideo, inquit, ſi carceratus euadit, lex præſumit contra cuſtodem, l. fin. de cuſtod. reor. l. diuus, ff. de offic. præſidis, nec præſumitur quod ferrum & ſimilia poſſunt in carcerem deſerri ſine culpa & negligentia cuſtodis, dicta l. carceri in fin. & ideo meritò tenetur creditori ad id quod intereſt, Aretin. conſil.38. incipien. conſultiſſimè domine &c. etiamſi debitor per funes aut ex aliquo loco altiore ſe dimiſiſſet, d. l. fin. in verbo, vel ſe præcipitauerit: licèt alio iure vtamur ſi vel ſub terra foſſis actiſque cu-
6 niculis, vel alio aliquo loco abſcondito, & quo minimè expectari debuiſſet talis caſus, effugit. Amadæus in tract. de Sind. num.99. incip. item patitur cuſtodi &c. Pari ratione, ſi plures debitores facta cõſpiratione vim Commentarienſi adferant, & ſic ruptis compedibus fugiant, nulla eius culpa erit. Paris d. loco, c. 3. incip. An ſi in plures. Et in ſumma, ſi adhibuit omnem diligentiam ſecundùm qualitatem rerum & perſonarum, de caſu fortuito, vi, & his quæ præuideri cõmuniter non poſſunt, minimè tenetur, vt not. ad d. l. ſi negotia, ff. de nego. geſt. l. ſi vt certo, §. nunc videndum, ff. commod. latè Thomaſius Gram. voto 29. incip. Summi opificis, num.7. Paris d. loco, nu.6. & Anchar. conſ.340. In eo mihi videntur conuenire omnes, ꝙ ſi conſtabat debitorem arreſtatum verè debitorem non eſſe, neque ex alia cauſa detineri poſſe, nõ teneri Commentarienſem, ſi is qui erat arreſtatus, fugiat. Ang. ad l. ſi quis ſub conditione, §. fi. ff. de condi. inſtitut. Bart. & alij ad l. ſi pecunia, §. ſed ſi acceperit, ff. de condict. ob cauſ. Sed & Paris d. c.5. nu.4. col.4. ait, ꝙ carceratus impetraſſet literas ceſſionis bonorũ à Principe, cum mandato, ꝙ cedendo bonis liberaretur, & aufugeret negligentia apparitoris antequam Iudex decerneret ipſum eſſe admittendum ad ceſſionem bonorum, vel non admittendum, ſolùm tenebitur apparitor ille ad id quod intereſt, non ad totum debitum, ſi notorium erat, ipſum debitorem non eſſe ſoluendo. Ego quidem hæc locum habere poſſe aliquo modo admiſerim reſpectu creditoris. Interim
7 verò negligentiam ipſius, quæ in hoc vno facto admiſſa, in alijs ſimilibus aut maioribus negotijs periculoſa atque pernitioſa reipublic. eſſe poſſet, vel remotione ab officio, vel aliter arbitrio Iudicis coërcendam atque puniendam eſſe arbitror. d. l. carceri. Sanè ſi plures cuſtodes extiterint, & vnus cum ipſo debitore aufugiat, alter non tenebitur, qui illum caſum veriſimiliter præuidere non potuit, l. fi. §. interdum, ff. de cuſto. reo. Bald. ad leg. filio, §. eius. ff. de iniuſt. & irrit. teſta. Qua de re plura apud Boërium. q. 216. videre licet.

Debitor arreſtatus quomodo ali atque tractari debeat. CAP. 28.

ARGVMENTA.

1 *Carcer deputatus eſt ad cuſtodiam, non ad pœnam.*
2 *Carcer in quo eſt frigus & fames, cenſetur tortura.*
3 *Captus præſumitur mortuus culpa cuſtodis.*
4 *Capto debitori alimenta & lecti dari debent.*
5 *Debitor arreſtatus, à quo ſit alendus.*

QVONIAM verò, vt Vlpianus ait carcer ad continendos homines, non ad puniẽdos haberi debet, l. aut damnum, §. ſolent. ff. de pœn. cauere debet Commentarienſis, ne acerbitas adſit, ſed permaneat

debitor tãtum ſub fida cuſtodia. Nec ſedis intimæ te-
nebras pati debebit incluſus, ſed vſurpata luce vege-
tari, id eſt, ſubleuari, l. 1. C. de cuſto. reor. Qua ratio-
ne Honorius Imp. etiam illud ad iudicis officium in-
primis pertinere arbitratus eſt, vt de cuſtodia capti-
uos ſubinde interroget, ne his humanitas clauſis per
2 corruptos carceris cuſtodes negetur. l. Iudices, C. de
epiſc. aud. quia incarceratio in qua eſt fames & ſitis,
verius tortura appellatur. Bartol. ad l. 1. §. diuus, ff. ad
Syll. Et ſi, vt Licinius Ruffinus I.C. ait, qui victũ vel
ſtratum inferri in carcerem iudicato nõ patitur, vtili
pœnali vel iniuriarum actione cõueniri poteſt, l. ſi vi-
ctum, ff. de re iudica. quantò magis iniuriarum tene
tur Commentarienſis, qui victum aut lectos denegat
debitori? Doct. ibi, & Hennig. Goddem cõſ. 103. nu.
3 14. & 15. Quòd ſi reperiatur debitor in carcere mor-
tuus, lex præſumit culpã cuſtodis, niſi probet eũ ali-
ter periiſſe, l. fi. ff. de cuſtod. reo. Alciatus regu. 3. præ-
ſumpt. c. 15. num. 4. gloſſ. ſing. in l. cùm ita legatur, §.
ſpecies, ff. de leg. 2. l. cùm fili. §. 1. ff. de leg. 1. Paris in
4 tract. de Synd. ad verb. tortus, c. 3. num. 15. Porro au-
tem cuius impẽſis hic debitor arreſtatus ali & tracta-
ri debeat, quæſitum eſſe ſcio. Et ꝙ ipſe ſibi ſubmini-
ſtrare expenſas debeat, communi calculo proba-
tum eſt. Paris de Puteo, in tract. de Syndic. ad verbo.
carcer. c. 4. incip. an carceratus, qui allegat. l. quemad-
modum, ff. ad l. Aquil. & §. ſed vnum, in auth. vt cum
de appel. cognoſ. cum c. ne religioſi. extra. de regul.
Felin. ad c. 1. de libel. oblat. & ad c. ex reſcripto, in fin.
5 de iureiuran. Quòd ſi vero inops & pauper ſit, vt ale-
re ſe non poſſit, creditoris officio incumbit, vt & ali-
menta & reliqua vitæ ſubſidia porrigat arreſtato. glo.
ad l. fi. C. de erog. milit. annon. Aug. ad l. minime, C.
de appellat. ꝙ & Guido Papæ, quæſt. 211. incip. debi-
tor nõ poteſt. verſ. Sed quid ſi debitor &c. vſu proba-
tum eſſe refert. Vnde ſolẽt cauti apparitores nõ prius
curam & cuſtodiam debitoris in ſe recipere, quàm à
creditore expenſarum iſtarum refuſionem eſſent ſti-
pulati. Ex quo etiam facile intelligimus, non ſemper
ſatis conſultam eſſe arreſtationem, quæ ſi in perſonã
inopis debitoris facta eſt, cuius inopia omnem actio-
nem excludit, l. nam & is, ff. de dolo, c. olim, de reſtit.
ſpolia. duplici damno creditor afficitur, vt qui neque
id ꝙ ſibi debitũ eſt acquirit, neque expenſas vnquam
recuperat, & meliore pretio, maioreque voluptate,
aues domeſticas vel canes venaticos domi aluiſſet.
Boer. verò q. 302. nu. 2. exiſtimat, ꝙ debitor ex elee-
moſynis alendus eſt ſine periculo creditoris, niſi ali-
ter inter creditorem & Commentarienſem cõuenit.

Contractus cum arreſtato factus, an infirmari poſſit. Cap. 29.

A R G V M E N T A.

1 Arreſtati & eius qui captus eſt, eadem eſt ratio.
2 In vinculis eſſe quis dicatur.
3 Captus, vt contrahat, an ſufficiat deductum eſſe extra carcerem in domum alicuius ciuis.
4 Datio in ſolutum ab arreſtato facta, an valeat.
5 Præſumitur actus coram Iudice factus, ſponte factus.
6 Qui ſuo iure vtitur, nulli facit iniuriam.

1 EX his autem quæ dicta ſunt, ea quoque nata eſt
quæſt. Vtrum contract. cum arreſtato vel carce-
rato debitore initus, iure ſubſiſtat, nulloq; modo in-
firmari poſſit? Nam cum ſæpè flagirioſi ac improbi
cuſtodes, durius, quã par eſt, excipiãt arreſtatos: iuſt⁹
videtur eſſe metus, quo inducantur ad promittẽdum.
Quòd autem eadem ſit ratio incarcerati & arreſtati,
aſſerit Guido Papæ, q. 253. his verbis: Si quis dedit fi-
deiuſſores de tenendo arreſtum, vel de non receden-
do ab arreſto, & iurauit nõ recedere, an cẽſeatur car-
ceratus, & in vinculis detẽtus? Credo ꝙ ſic, & pro eo
2 videtur tex. notabilis ad l. in eadem, §. in vinculis, iũ-
cta gl. fi. & l. necnon, ff. ex quibus cau. maio. In vincu-
lis autẽ etiã eos accipimus, qui ita alligati ſunt, vt ſi-
ne dedecore in publico apparere non poſſint. Et hæc
ſunt ſingularia & attẽdenda: quia hinc apparet, ꝙ cõ-
tractus factus per talem arreſtatum non ſubſiſtit viri-
bus: Et ideo anno. 1459. die 3. menſis Nouembris,
curia Parlamenti reuocauit quãdam compoſitionem
factam per quendam de Roybonne per caſtellanum
Briſiacij, licet ille dictam compoſitionem ratificaue-
rit poſtea extra carceres, ipſe tamen adhuc exiſtens in
arreſto. Hactenus ille. Illud verò, an contractus cum
incarcerato initus, validus ſit, apertiùs notant inter-
pretes ad l. qui carcerẽ, ff. ꝙ met. cau. Quo loco Bart.
& hunc eleganti conſ. 64. incip. caſus ſuper quo, ſecu-
tus D. Præſes Nicolaus Euerardi, ait, promiſſionem
factam in carcere, vel ipſi detinenti, vel participanti
cum eo, nihil valere, nõ autem annulandam eſſe: quia
regula, ꝙ geſta per metum non teneant, & ſint reſcin-
denda, hic locum non habet. Panor. ad c. Abba. in 12.
fallen. Quod met. cau. ꝙ & ad dationem in ſolutũ ex-
tendunt, Calcaneus conſil. 112. col. 2. Aret. ad l. qui à
latronibus, ff. de teſtam. Alexan. conſil. 241. lib. 6. Fel.
ad c. fin. de treug. Hippol. conſ. 52. adeo vt idem Aret.
conſilio 14. exiſtimauerit illiuſmodi in ſolutum da-
tionem aut contractum, ipſo iure eſſe nullum. Alij
tamen eum exiſtimant valere ipſo iure, quando ini-
tus non fuit in vtilitatem incarcerati, ſed quod per
edictum, Quod metus cauſa, reſcindi poteſt, qua de
re latiùs Ioan. Neuizanus conſil. 52. num. 46. verſicu.
Secundum principale dubium, cum multis ſequent.
agit, aſſerens nullam hic requiri proteſtationem, ex
3 quo ſemper metus carceris durat. Decius conſil. 356.
Præpo. in c. 1. quo tempore miles. Iaſon. ad leg. qui
in aliena, §. interdum. ff. de acquir. hæredi. etiamſi ad
promiſſionem illam abſoluendam, in domum alicu-
ius ciuis à vinculis veluti remotam & liberam, eſſet
deductus, ſecundùm eundem Neuiza. ibi. Quia dum
adhuc eſt ſub cuſtodia, non eſt in plena libertate, cum
non ob aliam cauſam ad illam domum ductus fuerit,
quam ne poſtea diceret ꝙ in carceribus contraxiſſet.
Fabianus in tract. de empt. & vend. quæſt. 13. in 3. &
4. principali. Porro autem Albericus de Roſate, ſum-
mus pragmaticus, quãuis ad d. l. qui à latronibus, hãc
ſententiam ſecutus fuiſſe videatur, quẽ ſequitur Ang.
de Clauaſio, in ſua ſumma ad verb. carceratus, nu. 5.
tamen ad d. l. qui carcerem, vſu receptum eſſe ait, ꝙ ſi
debitor à creditore in carcerem coniectus, ei dederit
in ſolutum fundum aliquem, valet datio, quantumuis
4 in carcere facta: quia, inquit, fortè nunquam aliàs car-
cerem exire poſſet, & ꝙ d. l. qui carcerem, loquitur de
priuato carcere non de publico, qui vtique eſt licitus
& permiſſus & per quẽ idcirco neque vis, neque me-
tus inferri dicitur. Quam Alberici ſentẽtiam, Fulgo-
ſio quoque ibidem nu. 2. placuiſſe video, dum ait, cõ-
munem ſententiam eſſe veram in eo, qui iniuſtè ali-
quem in carcerem coniecit, non ſi legitimè & rectè,
Quomodo & Raph. Cum. conſ. 68. incip. in præſenti,
circa medium, hunc contractum valere exiſtimat, ſi
liberatio

libeꝛatio & vtilitas aliqua debitoris appareat,& Bal-
dus ad Rubricam C.de reſcinden.vend.verſ.item re-
quiritur ꝙ ille ait,promiſſionem in carcere factā non
ſubſiſtere,niſi vtilis eſſet ipſi carcerato, puta(inquit)
ſi tendat ad ipſius liberationem, non autem expreſsè
vel tacitè in vtilitatem indebitè carcerantis, ſicut fit
quando creditor ſuum recipit,& ſic de damno vitan-
do agit tantum. Sic & Caſtr.ad dictam.l. qui à latro-
nibus reſpondet,licite contrahi inter debitorē carce-
ratum,& creditorem qui fecit illum detineri:quia nō
dicetur metu eſſe factum, ꝙ fieri potuit iure permit-
tente.Imola verò ibi latiùs diſtinguens, Tu(inquit)
potes ſic concludere, ꝙ aut quis detinetur in carcere
priuato, & tunc non poſſit contrahere, vel teſtari ad
vtilitatem detinentis vel participantis, per not. in l.
qui carcerem ſed ad vtilitatem alterius,ſic.Quando-
que verò quis eſt detētus in carcere publico,qui pro-
priè eſt cuſtodia, l.ſi quis poſt ſuprà, eodem.Et tunc
conclude,ꝙ aut quis fuit detentus ritè & iuſtè, & tūc
poteſt contrahere ad cuiuſlibet vtilitatem, quia non
eſt veriſimile, ꝙ in cuſtodia publica aliquid per vim
illicitam cogatur facere. Aut fuit detentus iuſtè, ſed
tamen non ritè,vel fortè quia licèt erat debitor,tamē
non erat caſus in quo de iure capi poterat, & nihilo-
minus de facto fuit carceratus: & tunc videtur idem
dicendum,ac ſi in carcere priuato fuiſſet detentus.Et
multò fortiùs idem dicendum eſt,ſi nec iuſtè nec ritè
detentus fuit, propter potentiam aſſerentis ſe credi-
torem.Interdum verò quis eſt ritè captus,ſed non iu-
ſtè, vt quia fuit captus virtute inſtrumenti confeſſati,
cuius vigore ex forma ſtatuti poſſet quis capi,cùm re
5 vera erat ſolutum vel ſatisfactum, & tunc idem dicē-
dum,ac ſi ritè & iuſtè fuiſſet captus, quia nō eſt præ-
ſumptio,ꝙ ſibi fiat iniuſtitia,ſi petat ſe relaxari,& al-
leget debitum ſolutum:& ſic non eſt veriſimile,quòd
propter hoc cogetur, ad aliquid illicitè faciendum.
Et per hoc paret quid dicēdum ſit, ſi quis fuerit non
ritè captus,fortè non ſeruata ſolēnitate ſtatuti,tamen
hoc non fuit propter potentiam creditoris, ſed fortè
propter ſimplicitatem iudicis qui conceſſit, exiſti-
mans hoc fieri poſſe:nam hoc caſu videtur dicēdum,
ac ſi ritè & rectè fuiſſet captus,quò ad poteſtatē con-
trahendi & teſtandi: quia non eſt veriſimile, quòd
ſi dicat capturam nullam,& petat ſe relaxari,non mi-
niſtretur ſibi iuſtitia. Hactenus Imola.Ego in ea ſum
opinione,(vt paucis dicam quod ſentio)vt exiſtimē
contractum cum arreſtato & incarcerato initum per
creditorem, eſſe iuſtum & validum, præcipuè ſi de
veritate debiti conſtet,& promiſſio in conſpectu ma-
6 giſtratus vel ſcabinorum fiat. Quid enim conſidera-
mus metum, quando debitor non niſi quod verè de-
bet,& expenſas,ac vſuras, quas ob moram ſuam ſol-
uere tenetur,præſente auctoreq; iudice præſtare pro-
mittit,aut quid eo nomine in ſolutum tradit? Quam
iniuriam infert creditor, qui ꝙ ſuum eſt ſic recipit,&
debitorē vinculis ſeu arreſto exemptum liberat? Mi-
hi,niſi mea me fallat opinio,ipſe Paulus ſatis hoc de-
cidere videtur, ad l.ſi mulier.in princ.ff.Quod metus
cauſa.Sed ſi vltra id quod debetur,aliqua, quò citiùs
liberari poſſet,promiſit,ſic iudicis officium intēdere
oportebit,vt pro ſententia atque religione æſtimet fa-
ctum,& pro qualitate rei geſtæ,aut promiſſum reſcin
dat,aut certè moderetur,l.fin.d.tit.Eademque eſt ra-
tio ſi iniuſtè arreſtatus fuit.Et his quidem caſibus ni-
hil refert, quòd non ipſe arreſtatus vel captus, ſed
alius pro eo promittat.Quia cum huiuſmodi promiſ-
ſio fiat incarcerati nomine carcerati & ob libera-
tionem eiuſdem,perinde haberi debet,ac ſi facta fuiſ-
ſet per ipſum carceratum: quippe quod ſit meo no-
mine & mea voluntate,per me fieri videtur,perinde-
que habetur, ac ſi per me fuiſſet factum, nullóque
modò per tertium aliquem factum cenſetur,l.in ædi-
bus,§.quod filius,ff.de don.Pari modo ſubmiſſio ter-
tiæ perſonæ, fraudem & metum non minuit, ſed ar-
guit. Præſes d. conſil.54. Sed de his latiùs Gozadi
conſ.19.Hipp.ſingul.306.deciſ.Capel.Tholo.399.
Fulg.conſil.76.Afflict.deciſ.Neap.149.agunt.

De cuſtodia & periculo rerum quæ arreſtatæ fuerunt. Cap. 30.

ARGVMENTA.

1 *Res quæ perit, ſuo domino perit.*
2 *Apparitor de qua culpa teneatur.*
3 *Apparitor qui lecticas fregerat, fuit condemnatus ad damni refuſionem.*
4 *Fullo aut ſartor tenetur ſi mures veſtimenta rodant.*
5 *Res arreſtatæ ſi incendio pereant, an apparitor teneatur.*
6 *Impenſæ quales circa res arreſtatas faciēdæ ſint.*

ETsi ſecundùm communem regulam, vnaquæ-
que res pereat ſuo domino,l.pignus.C.de pigno.
1 act.l.damnum,C.de loc.& conduct.tamen ſi quis vel
dolo malo, vel culpa atque ignauia circa res alterius
verſatus ſit,periculum in eum tranſit,ſuoque inuento
proprio malum ſibi adfert, ex quo non niſi damni il-
lati refuſione & præſtatione ſeſe extricat,l.cōtractus,
ff.de reg.iur.Et hinc facilè intelligi poteſt, quantam
curam & diligentiam apparitor ſeu Seruiēs adhibere
debet circa res arreſtatas, fideique ipſius creditas ac
2 commiſſas, vtpote qui de dolo, culpa & negligentia
tenetur,nō ſolum debitori, ſi fortè ille ſoluto debito
bona ſua arreſti vinculo ſoluta repetat, verū etiā cre-
ditori,pro cuius indemnitate arreſtatę ſunt,nullumq;
aliud promptius ſubſidium,debitore ſecundùm con-
uentionem non ſatisfaciente aut pacta conuenta non
adimplente, habet.Qua ratione motum fuiſſe Sena-
tum teſtatur Rebuffus ad conſtit. Regias.Tomo.1.de
3 lit.obligat.artic.5.glo.2.nu.5.ver.4. ꝙ &c.vt appari-
torem vnum qui lecticas debitoris fregerat,& per fa-
brum lignarium(vt oportuit) diſiungi nō curauerat,
ad idq; intererat condemnaret,vt l.lectos ff.de peric.
& cōmo.rei ven.Nam & ipſe Vlp.lib.18. ad edictum,
in grauiore caſu reſpondit,magiſtratum,ſi damnū in-
iuria dederit, Aquilia teneri. Quia cùm pecudes ali-
quis pignori cepiſſet,inquit,&fame eas necaſſet,dum
nō patitur eis cibaria adferri, in factū actio dāda eſt.
Idē ſi dum putat ſe ex lege pignus capere,nō ex lege
ceperit,& res tritas corruptasque reddat, dicitur,le-
gem Aquiliam locū habere,l.quemadmodum,§.ma-
giſtratus, ff.ad l. Aquil.Vnde & Io.Conſtantinus ad
conſtit.Reg.ar.183.ver.adde vnum notabile verbum
&c.ait,Apparitorem ſeu Seruientē tam ſtrictè ad cu-
ſtodiam rerū arreſtatarum teneri, vt etiā morſus mu-
rium ad ipſum pertineat, & periculo ipſius fiat, non
multò aliter,quàm de fullone dicitur,ꝙ ſi veſtimenta
4 polienda acceperit, eáſque mures roſerint ex locato
tenetur,quia debuit ab hac re cauere,l.itē quęritur.§.
ſi fullo,ff.locat.l.1.§ ſi roſæ tabulæ,ff.de bon.poſſ.2.
tab.quia cùm hæc facilè præuideri poſſint,inter caſus
fortuitos nō numerantur.Cæterùm an in id ꝙ facere
poſſint,vel potius in ſolidùm codemnētur iſtiuſmodi
apparitores, apud eundem Paridem de Puteo,diſpu-

tatum eſſe video, in tractatu de ſynd. ad verb. negligē-
5 tia, c.1.nu.18 & 19. ad quem te remitto. Quid igitur
ſi domus apparitoris vna cum rebus ipſis arreſtatis,
flammis exuſta ſit? Sane niſi culpa eius appareat, do-
mino peribunt, hoc eſt, debitori, adeoque etiam cre-
ditori arreſtanti nulla aduerſus non culpoſum appa-
ritorem ſupereſt actio, d.l. pignus. & l. pignori. §. ſi. ff.
eo. tit. Exiſtimat tamen d. loco, art. 5. glo. 6. in fin Pe-
trus Rebuffus, creditorem ſi perperam arreſtū fecit,
quia ſaltem per indirectū cauſa & occaſio fuit, ꝙ res
illæ in domum apparitoris illatæ ſunt, ac deinde pe-
rierint, ad earumdem æſtimationem debitori eſſe
obligatum, vt per gl. & alios ad l. non omnis, §. ſi pu-
pillus, ff. ſi cert. pet. per text. in l. Titius, & ibi Iaſ. ff.
6 de præſcript. verb. Cautè etiam proſpicere ſibi debet
apparitor, ne inutiles ſumptus in rem arreſtatam im-
pendat, ſed cum iudicis poteſtate atque licentia om-
nia moderetur, Rebuſ. tom. in tract. de ſequeſt. art. 3.
glo. 1. ne pecunias alienas deglutire dicatur, ꝙ multi
facere ſolent, & ne etiam re vera multa perperā & ſi-
ne diſcretione exponat, quæ nimis graue eſſet debi-
tori aut creditori reddere, l. in fundo, ff. de rei vend.
Quod ſi verò pecunias arreſtatas degluriat & conſu-
mat, debitor quidem pro magnitudine & quantitate
eiuſdem illius pecuniæ, liberatus eſt, l. quæſitum, ff. de
diſtract. pign. ſed improbus ipſe apparitor tenetur, ꝙ
d. loco, artic. 77 in fin. ex Fabri ſententia reſpondit
Ioannes Conſtantinus. Si autem ſoluendo non fue-
rit, iudex à quo conſtitutus & præfectus eſt, cautioni-
bus tamen prius excuſſis, in ſubſidium tenetur, arg. l.
1. ff. de magiſtrat. conueniend §. pen. inſtit. de ſatiſda.
Rebuff d. loco, art. 105. glo. 3. nu. 5. verſic. Eſt tamen
differentia, &c.

Arreſtum qua ratione relaxetur, vel diſſol-uatur. Cap. 31.

ARGVMENTA.

1 *Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
2 *Arreſtum per ſatiſdationem relaxatur.*
3 *Satiſdatio de iudicio ſiſti, an in arreſto ſufficiat.*
4 *Cautio iuratoria quando non ſufficiat.*
5 *Satiſdatio in arreſto quatenus ſe extendat.*
6 *Fideiuſſores idonei qui ſint.*
7 *Fideiuſſores extranei & pignora alibi ſita, an ſufficiant.*
8 *Arreſtum diſſoluitur per ceſſionem bonorum.*
9 *Induciæ & literæ quinquennales quando arreſtum relaxari faciant.*

HIs ita cōſtitutis, ordo poſtulat, vt videamus quo
1 modo & qua ratione arreſtum diſſolui poſſit. Et
quidem in primis naturalis ac ciuilis ratio docet, ſo-
lutione eius ꝙ debetur, extingui obligationem, eaq́;
peremptа & finita, tanquam cauſa arreſti ceſſante, ip-
ſum arreſti vinculum relaxari, §. 1. inſt. quibus modis
tollitur oblig. c. cum ceſſante. de appel. Cautionē ve-
rò interponere de ſoluēdo debito, ꝙ nunc liquidū &
confeſſatum eſt, non ſufficit, l. 4. §. ait prætor. ff. de re
iud. l. ꝙ ſi non ſoluere. ff. de pigno. actiu. l. Item libe-
ratur. §. qui paratus. ff quibus modis pign. vel hypo. l.
promiſſor. §. vlt. ff. de cōſtitut. pecu. quod pluribus le-
gibus, rationibus & argumentis oſtendum. Bal ad l. ſi
rem, §. minus. ff. de pign. act & Tiraq. de vtroque re-
tract. §. 3 ad verb. *A payer*. glo. 3. nu. 14. cum ſequent.
2 Porro autē ſi debitor arreſtatus, vel rerum detenta-
rum dominus, ab initio neget debitū, ſtatim arreſtum
diſſoluitur, præſtita idonea cautione de ſtando iuri in
loco arreſti, & iudicato ſoluēdo, eligendoq́; ibidem,
quantum ad hanc cauſam attinet, domicilio, perſona
ſeu res eius vtique relaxabitur, l. ſi fideiuſſor, §. fin. ff.
qui ſatiſdare cog. D. Præſes Nicolaus Euerardi conſ.
102. incipien. venerabilis domine, Felin. ad c. legeba-
tur. de maiorita. & obedien. Ioan. de Anania, conſ. 21.
Iaſ. ad d. §. fi. nu. 17. c. 2. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. An-
charanus conſ. 85. incip. ex theoricis. Cornæus conſ.
137. incip. Viſis col. 2. lib. 4. Rebuffus ad ord. Reg. to-
mo 1. artic. 6. gl. 3. num. 55. facit etiam ad hoc l. ſi pe-
cuniæ, ff. vt in poſ. lég. & l. ſi creditores, ff. de priuileg.
credit. tenetúrque actione iniuriarum, qui oblata &
præſtita idonea cautione, non relaxat debitorem, te-
ſte Panor. & Felin. ad d. c. legebatur, quæ cautio non
apud ipſum apparitorem ſeu ſeruiētem, ſed apud ma-
giſtratum interponetur, qui arbitrabitur an ſufficiens
ſit, necne, vt ait Raphaël Cumanus conſil. 157. incip.
In cauſa Benedicti. col. 2. verſ. Cum ergo.
3 Plerique tamen verſantur in ea opinione, vt exiſti-
ment, duntaxat cautionem de iudicio ſiſti, non etiam
de iudicato ſoluendo, interponendam eſſe, ſi forenſis
aliquis receſſurus ratione debiti ſiſtatur vel arreſte-
tur. Ang. in l. ſi ab arbitro, ff. qui ſatiſd. cog. & in l. ne-
mo carcerem, ſuperiùs ſæpè allegata. Bald. ad l. fin. §.
& ſi præfatam. C. de iure delib. & ad l. cùm proponas.
C. de bon auth. iudi. poſſiden. Faber, Ang. & alij ad d.
ſed hodie, inſt. de ſat. gl. ad l. 2. §. ſi dubitetur, ff. de iud.
latè Rodericus Zuarez declar. l. 2. foro, ll. lib. 2. c. in-
cip. vlterius nota num. 4. titulo, *De los emplazamientos.*
ſi non debitum ſit confeſſus. Quæ ſententia ratione
ſua non caret: quia ſi perſona debitoris vellet abſque
dolo manere in arreſto, neque haberet alia bona, cre-
ditor deberet contentus eſſe cū perſona eiuſdem, vel
eundem relaxare, & iura non adſtringunt aliquem ad
maiorem cautionem vel fideiuſſionem dare, quā ipſe
ſit obligatus. Sed nō habens vnde ſoluat, implet cum
perſona ſua. ergo eiuſmodi cautionem dando ſatisfa-
cit, etiam ſi non caueat de iudicato ſoluendo: ideoq́;
etiam ſatis erit, ſi fideiuſſores promittant quod debi-
torem repræſentabunt & iudici exhibebunt, quoties
ab eis fuerit petitum: alias ſoluēt iudicatum. Quòd ſi
non fecerint, tenētur ad totum debitum, & ad totum
verum intereſſe, ad quod principalis tenebatur: & nō
habebitur ratio eius quantum petatur, ſed quantum
verè debeatur. l. 2. § in fideiuſſorem, & ibi glo. ff. qui
ſatiſd. cog. Rodericus d. loco. c. incip. nunc opportu-
nè, nu. 31. verſic. Quæro vlteriùs &c. Sed tamen quo-
rundam mores hac cautione ſola contenti non ſunt,
quos locorum foro ſequi oportet.
4 Hinc etiā facile intelligi poteſt, eiuſmodi iſta cau-
tio eſſe debeat, ſcilicet nō iuratoria, ſed datis fideiuſ-
ſoribus aut pignoribus: quia iuratoria cautio nō dici-
tur ſufficiens, glo. in c. qua fronte, de appell. & in c. ex
parte, de verb. ſignifi. & clemen. 1. de pœn. Curtius in
tract. de Sequeſt. 14. Ang. ad l. poſtquam. §. Imper. ff.
vt l. non. c. Soc. ad l. 1. ff. qui ſatiſd cog. Bald. ad l. 2. C.
de vſur. & fruct. lega. ideoque ad impediēdum vel re-
uocādum arreſtum minimè ſufficit. Spec. de ſeq. poſ-
ſeſſio. §. 1. verſic. ſed pone D. Anton. & Abbas in c. 2.
eo. tit. Bald. Ang. Imol. ad l. filiusfa. §. diui, ff. de leg. 1.
Doct. ad l. fi. C. de ord. cog & ad l. ſi cōſtante, §. quo-
ties, ff ſolut. matr. & ad l. 2. C. de debit. ciuitat. lib. 10.
quemadmodum in ſimili, vbicunque hæres non vult
aut non poteſt ſatiſdare de ſoluēdo legato adueniēte
die, mittitur legatarius in poſſeſſionem, nec audrtur

hæres

hæres cautionem iuratoriam offerendo, d.l.filiusfa.§. idẽ Princeps, ꝙ etſi primo Rodericus d.loco in initio tituli, nu.7. dixiſſet eſſe contra ius commune, poſtea tamẽ maioribus rationibus motus, in c.inci. Sed attende.nu.8.dicit eſſe ſecũdùm ius commune, ꝙ ex Fabro, latè eum articulum in §.is quoque.inſt.de act. tractante, ſuxiſſe videtur, & ſic tandem, ſi ſatiſdare nõ poſſit debitor, non ſolùm pro principali debito, verũ etiam pro expenſis litis, teſte Rebuffo d.tract.art.16. glo.10.non dimittetur, ſed propter inopiam ſuam vel carceri vel cuſtodiæ tradetur: ad quem carcerem tũc demum perueniendum eſt, quando aliud remedium non competit.§. quid autem in auth. de fideiuſſ. Roma.conſ.241. Alex.conſil.159.lib.2. qua de re latiùs, quoque tradidit Fel.in c.quo ad conſultationem, de re iudicat. ꝙ & vſus probat, & pluribus firmat Rodericus d.loco c.incip. Sed attende.nu.7. niſi tamen is qui atteſtatus eſt, ſit egregia perſona, aut multum nobilis, cuius iuramẽto ſtari poſſit. Nam & aliàs regulare eſt, ꝙ iſtiuſmodi perſonis ciuitas pro carcere detur, fideique illorũ credatur, & iudex hoc faciẽs, nulla ratione culpari poteſt, etiam ſi ſtatutum aut lex de debitore in carcerem coniiciendo loquatur. Angelus ad l.nullus, C.de exhib.reis. Curt.col.52.& alij ad l. admonẽdi.ff.de iureiur. Odofred.ad l.1.d.fi.C.de cuſto.reor. Alber.ad l.1.ff.eo. Lucas de Penna ad l.quoties, C. de dign. lib.12. Ang.rurſum ad l.penult.ff.ꝙ met.cauſ. Iaſ.ad l.ſi pecuniã, §.vlt.in fi.ff.de cond.ob cau. Catelia. Cotta.in ſuis memorab.ad verbũ, carceres, & omnium elegantiſſimè ac fusè Ioan. Neniza. conſ.52.nu.22.& Tiraq.in libro de temperandis pœnis, cauſa 31.& cauſa 51.cum aliis multis, ad ꝙ breuitatis cauſa te remitto. Et quamuis aliàs de iure communi nõ teneatur ſatiſdare, ſi poſſideat multa immobilia, l.ſciendum, ff qui ſatiſd.cogan.qua de re plurima ad propoſitum cumulat Rodericus d.loco, c. incip. Hæc lex ſituata eſt: vſus tamen forẽnſis ad relaxationem arreſti vlterius poſtulat, ꝙ etiam nominatim illa bona obligetur, & hypothecæ ſubiiciatur, quo facilius meliusque creditori ſit ſuſpectum.

6 Quòd ſi fideiuſſoribus datis relaxari arreſtum velit debitor, certè non omnes idonei erunt. Nam vt vnus ex multis tradit Rebuffus, aliorum traditiones referẽs, ad conſtitutiones Regias Tomo 1.de ſenten.executio.art.1.gl.16.nu.17.religioſi, vſurarij, clerici, ſcholares, prodigi, cõſiliarij principum, procuratores, leues & moleſti homines, nõ ſufficient, ne lis ex lite naſcatur, & dum vnam litẽ euadere conamur, incidamus in plures: & qui ante cum ſimplicioribus egimus, nũc cum doloſis metuẽdis, & maieſtate ſua difficilibus ad conueniendũ agamus, Ripa in c.cum N.de conſtitut. nu.117.l.4.§.ſi ex conuentione.ff.de re iudi. Boërius 315. Tum etiam hi fideiuſſores bona immobilia poſſidere debent, ſaltẽ pro quantitate debiti, vſurarum, & expenſarũ litis.gl.ad d.l.ſi fideiuſſor.& in auth.de exhibend.reis.§.ſuſcepto.l. quos nos.§.1.ff.de verbor. ſign.l.1.ff.de in ius voc.vt eat. Si tamen poſſidẽs fideiuſſor immobilia, reperiri non poſſit, ſufficiet in ſubſidium fideiuſſor multis mobilibus diues, quæ facilè occultari, ſubuerti, aut auferri non poſſunt. Ang.ad d. l.ſi fideiuſſor. Faber ad dictum §.ſed hodie. Docto.ad d.l.2.ideoque mercator multa mobilia poſſidens, ſed intricatus ære alieno non eſſet idoneus, quia bona nõ dicũtur niſi ære alieno deducto. Rodericus dicto loco.nu.14.cum ſequent.& Ang.ad d.l.ſciendum.& ſi quis poſſidet bona immobilia in loco periculoſo & obiecto euidenti periculo maris, non cenſebitur idoneus eſſe. Bar.ad l.2.§.1.ff.ſolut.matri.& ad l.3.§.fin. ff.de lib.legat. ſicut nec fructuarius, qui præter vſumfructũ nihil habet, niſi eſſet vſusfructus tam magnus & pinguis, vt ceſſare faceret omnem præſumptionem teſte eodẽ Roderico dicto loco, nu.271. Quid enim ſi pro debito cẽtum aureorum fideiubeat is, qui mille in vſufructu habet? Quid ſi dies vſusfructus ceſſit? Quid ſi fructuarius omni ære alieno ſolutus ſit? Sed vt omnia hæc ex multis cauſis variari, & pro qualitate rerũ ac perſonarũ æqua vel iniqua videri poſſunt, benigniore ſententia receptum eſt, ea religioni & ſapientiæ iudicis eſſe relinquenda, vt notant doct.ad d. l.ſciendum, l.arbitrio, l.ſi fideiuſſor. Hippolytus ad l. quæſtionis, ff de quæſtion. Faber ad dictum §.ſed hodie, ſoletque iudex decernere fideiuſſorẽ recipiẽdum eſſe, eundemque recipere, ſi idoneum reperiat, quantumcunque parte aduerſa, quæ nunquam cõtenta foret, reclamante. Periculoſum eſt tamen iudici partem non audire, quia ſi fideiuſſores ſint idonei, ipſe iudex poſt nominatores & certificatores, in ſubſidiũ tenetur, l.cum oſtendimus, ff.de fideiuſſor.tutor.quod & Rebuffus per ſententiam Senatus cõfirmatum fuiſſe aſſerit, Tomo primo de ſentent.execut.artic.1.gl.16. Quòd ſi creditor ſemel non idoneũ accepit, ſibi imputare poteſt, & alium poſtea dari non rectè poſtulat, l.3.ff.de fideiuſſorib.d.l.ſi ab arbitro, Alex.conſi. 60.lib.5. Aliud eſt, ſi tempore quo acciperetur, idoneus erat, & poſtea deſinat idoneus eſſe. Quia quæ de nouo eueniunt, nouo auxilio agent, l.de ætate §.ex cauſa, ff.de interrog.actio.l.hominem.ff.manda.

7 Illud quoque in conſideratione habendum erit, ꝙ fideiuſſores & pignora pro cautione data, minime ſufficiant, niſi imperio iudicis illius loci, in quo arreſtatio facta fuit, coërceri poſſint. Nam ſi debitor vel extraneos fideiuſſores, vel pignora alibi ſita, obligare aut hypothecæ ſupponere velit, non eſt audiẽdus, l.ſi fideiuſſor, §.ſi neceſſaria, ff.qui ſatiſd.cog.& ibi Iaſon nu.8.verſic. Puto contrarium. Ang.ad d.l.ſciendum. §.1.& Faber in d §.ſed hodie, & in §.ſi vero, Inſt.de ſatiſdat.nu.9.verſic.credo, quippe ꝙ ſic deterior fieret conditio creditoris, propter difficultatem fideiuſſores tales excutiendi, vel pignora illa proſequendi, cũ tamen in tali cõueniendi facilitate, vſus atque cõmoditas arreſti potiſſimum verſetur, abſurdumq; eſſet ad hoc creditorem cogi, vt debitorem quem præſentem habet, dimittat, & ad difficultatẽ alibi proſequendi pignora vel fideiuſſores ſe adſtringat. Etenim ſicut multum refert, quo loco debitum ſoluatur & recipiatur: vnde qui plus loco petit, in pœnam legis incid.1.§.plus autem, inſtitut.de action.quia ſcilicet, vt ait Iuſtinianus, vtilitatem quam haberet promiſſor, adimit: ita quoque nõ parum refert, quo loco debitũ exigatur, cum improbo fideiuſſore aut pro re pignori tradita litigetur. Et quamuis Bart.cuius ſemper feræ æquæ & benignæ ſunt opiniones, cum nonnullis aliis exiſtimet ad d.leg.ſi fideiuſſ.§.poſſeſſor, hoc non eſſe verũ, ſi in loco omnino vicino illa bona mobilia exiſtant: tamen Baldi, Aretini, Fulgoſij, Iaſoniſque ſententia directo illi contraria, & vſu & moribus populi magis recepta atque probata videtur, gl.in l.fi.C.de princip.agent.in reb.lib.12. Quod non ita præcisè intelligi velim, ſed quod ſufficit ea imperio magiſtratus illius loci eſſe ſubiecta, & coram eodem euinci poſſe, quod ex multis aliis pulchrè & latè explicat Rodericus d. c.incip. vlterius quæritur. quem omnino vide.

Iſti verò fideiuſſores tenẽtur ſoluere ſine nouo proceſſu, executioque in eos fieri poterit. Ea enim eſt fideiuſſionis iſtius natura & conditio, vt cenſeantur fideiuſſores vna cum principali debitore eſſe condem-

nati,l.fin.C.de vſur.rei iudic.l.1.ff.iudic.ſolui.glo.ad c.1.de iureiur.lib.6.adeo vt cum ferenda ſit ſententia contra debitorem,citari non debeant,quia iudicium cum ipſis nō agitur.Bal.ad leg. duobus.§.qui iurauit, verſ.igitur.ff. de iureiurand. licet tamen indirectè & per conſequentiam quandam,hæc ſententia ipſis noceat,qua de re apud Bart.ad d.l.1.apud Odofre.ad d. l.2.C.de vſur.rei iud.& latiùs apud Tiraquel.in tract. Res inter alios acta &c.videre licet.Nec obſtat quod fideiuſſor poſſet habere aliquas exceptiones,quas nō habuit debitor:quia (vt idem Bart.ibi teſtatur)in ipſa executione ſummariè de iis cognoſci poterit. Poteſt autem fideiuſſor,id ꝙ ſoluit, illico à debitore repetere,etiamſi arreſtatio fuit iniqua & iniuſtà, neque poteſt ipſi obiici, ꝙ ea de re aduerſus creditorem arreſtantem non excipit,niſi tamen ipſemet occaſio & cauſa fuerit arreſti malè atque perperam facti. Qua de re apud Matthæum de Afflict. deciſione Neapol. 149.incip.in cauſa magiſtri,num.4.verſic.tamen fuit dictum,latiùs videre licet.

8 Tertiò relaxatur arreſtum per ceſſionē bonorum, per quam & carcer euitari ſolet,l.fin.C.qui bon.ced. Bald.conſ.424.incipiente,ad euidentiam,lib.4.& ad l.1.C.qui bon. ced.Bart.ad l.1.ff. eodem tit.ſi modo in his caſibus verſemur,in quibus ceſſio illa bonorum quæ finibus ſuis reſtricta , certoque loco tempore & cauſa coarctata & limitata eſt,locum habeat.Iaſon & alij ad §.fi.inſtitut. de action.Socin. in regula.48.incip.ceſſio.Rebuf. de ſenten.execu.art.vlt.gl.1.nu.21. Quod cum ſit,tenetur debitor bona quæ tunc habet, omnia creditori dimittere,gl.in d.l.penult.Panor.in c.Odoardus,de ſolutio. his ſolis quæ ad neceſſitatem veſtiendi pertinent, exceptis.Quo modo & inuictiſſimus olim Princeps noſter Carolus V. Auguſt.anno 1541.die 28.Nouembris, ſtatuit , cedenti bonis non niſi lectum vnū cum ſuis ornamentis,item ex ſingulis rebus mobilibus non pretioſis,vnā eſſe duntaxat miſerationis gratia relinquēdam, ſatiſque erit debitorē in carcerem miſſum ad petitionem vnius creditoris tantum,hoc beneficiū ceſſionis impetraſſe,quippe ꝙ ceſſio tunc facta,& hoc pacto impetrata,cæteris creditoribus prǽiudicat,l.4.& ibi Doctores.ff.de ceſſio. bonor.Sal.ad d.l.1.nu.4 Guid.Pap.conſ.124.num.7. Didacus Couarruuias lib. variar.reſolut.2.c.1.nu.5. Iterum vero dum litigatur an ceſſionis beneficio gaudere debeat necne,in carcere detineri debet, & (ꝙ eſt amplius)exiſtimat Aufrerius deciſ.c. Tholoſ.28. executionem lite pendente aduerſus eum fieri poſſe, niſi pro certo ſciat iudex nulla bona ipſum habere. Sed hanc Aufrerij ſententiam quidā non probant,ne indulto Principis præiudiciū fiat. Quòd ſi in carcere exiſtens,debitoque probato aut confeſſato exire nolit, fieri etiam poteſt , vt inuitus & ex cauſa ad id cogatur. Quid.n. ſi improbus nebulo , valido & vaſto corpore,ex mera malitia illic manere,velit? Sanè Rodericus tit. *de los gouiernos*.c. incip. Quæro tertiò non eſſe hoc illi permittendum ait. Qua de re abundè ſu-
9 periùs diximus. Idem quoque dicendum videtur de literis dilatoriis & quinquennalibus, quia tempore illo dilationum pendente,nihil eſt innouādum , ſicut & in appellatione fieri ſolet,c.non ſolùm,de appellationib.in 6.Quæ tamen literæ, quādo de dote vxoris repetend.de cauſis alimentorum quę nullam dilationem patiuntur,l.ſi longiùs, §.fi.ff.de iudic.de debito coram magiſtratu recognito , de cauſa principis, aut de aliqua alia ſimili agitur,vires non habent,ꝙ Tomo 2.in tractatu de dilat.lit.art.2.gl.vnic. folio 88.latiùs explicat Rebuffus,magnaq́;pars eorum ex dicta conſtitutione Caroli V. Imp.depēdet. Et cùm debitores hac dilatione pendente , congrua ſecuritate gaudere vtique debeāt,c.ſi.de treuga & pace,l.vnic.C.de priuileg.vrbis Conſtantinopol.lib.11.adeo ꝙ præhēſio poſtea attenta reuocetur. Boërius q.296. incipiente, Princeps , & debitor fideiuſſores de ſe præſentando dare nō teneatur:ita & relaxari quoque debet,eidemque relaxationi ſi pertinaciter reſiſtat creditor ad id ꝙ intereſt,& in expenſas litis condemnatur , argum. eius quod notat Bald.ad l.per diuerſas,quæſtio.15.C. mandat.Rebuffus dicto loco,art.1.glo.1.in fin.Quin etiam, vt pleniſſimum effectum ſortiantur hęc beneficia,hac dilatione pendēte,nec vſuræ current,nec id quod intereſt , præſtatur,l.non ſolùm:2.§. illud.ff.de lib.leg.Albericus & docto.ad l. quoties.C. de precibus Imper. offeren.Interim tamen, de ſoluēdo debito tempore illo adueniente,cauendum eſt,l.vniuerſa. C.d.tit.& not. Guid.Pap.quæſt.109.incipiente , reſcripta , idque(vt dicta ſua cōſtitutione cauit Imper. poſt literarum illarum impetrationem intra mēſem. Non enim literæ illæ incipiunt currere à tēpore præſentationis,ſed à tempore datæ, & impetrationis earum duntaxat,c.eam.de reſcript.c.2. & c.dilectus.de decimis.c.ſi propter.de reſcr.lib.6.&(vt adiicit Guido)ad futuros creditores non extenduntur,argumen. l.Aurelius.§.Titius, & ibi Docto.ff.de lib.leg.neque ad impediendam executionē ſententiæ in Parlamento latæ ſufficiūt,d.Guido.q.98. Quod ego intelligo, niſi de mente contraria Principis plenè conſtaret, iuxta ea quæ not.ad l.ſi ita verberatum,ff.de rei vend. & in c.cùm omnes,& c.Eccleſia,de conſtit.

Arreſti reſolutio cuius authoritate fiat.
Cap. 32.

ARGVMENTA.

1 *Apparitor ſolus non habita licentia iudicis , arreſtat hodie periculo creditoris.*
2 *Apparitor ſolus debitorem non poteſt relaxare.*
3 *Iudex delegatus , officio finito,relaxat debitorē.*

1 TAmetsi moribus noſtris receptum eſſe diximus,licere apparitori,non expectata Iudicis authoritate vel licentia, periculo creditoris debitorem ſiſtere vel arreſtare,ſi non altiore aliquo loco conſtitutus,& excellenti aliqua dignitate decoratus fuerit: relaxare tamē & remiſſis vinculorum acerbitatibus, ſine Iudice eū dimittere atque abſoluere non poteſt. Bar.Alex.& alij,ad l.neque,§.1.ff.de in ius voc.Nam & Iulius Paulus de cuſtodia reorum:Si quos(inquit) ex iis qui in carceribus ſunt, celeriter & ſine cauſa ſolutos à magiſtratibus cognoueris, eos vinciri iubebis:& iis qui ſoluerint, mulctam dices,l.ne quis.ff.de accu.reor.Quo reſponſo, generalem conſuetudinem probari poſſe reſpondet Ang.ad d.l.neque,ꝙ apparitor non habita prius à iudice licentia acceptoq́;teſti-
2 monio,ꝙ Veteres bulletam vocant, debitorem non dimittit,quippe ꝙ maieſtas & reuerentia carceris,nō ex iudicio & poteſtate priuati alicuius apparitoris, ſed à Iuriſdictione ſuprema Iudicis tāquam miniſtri legis & principis, dependet.Vnde & ipſe debitor,vt relaxari poſſit,officiū Iudicis implorare debet.Bar.& alij,ad l.1.§.per hanc.ff.de rei veē.Et hæc quidē ea ratione conſiſtunt,quā ſequenti.c.latiùs ſum dicturus. Quod ſi creditor ipſe nōdū ſatisfacto debito,relaxationi reſiſtat,res dubitatione caret: Quia cùm Commenta-

mentarienſis ſit loco depoſitarij, vt ſuperiùs dictũ eſt:
ſequitur, ipſum debitorem veluti rem depoſitam, al-
teri quam creditori tanquam depoſitario, reddẽdum
aut dimittendum ſine cauſa legibus probata, nõ eſſe,
l. bona fides ff. depoſ. Paris in tract. de Synd. ad verb.
carcer. cap. 5. circa princ. Qua ratione reſpondẽt no-
ſtri, etiam à Iudice relaxari debitorem non poſſe, niſi
citato & vocato creditore. Bal. conſ. 424. lib. 4. 2. an-
tiq. impreſſion. & ad c. 1. 10 1. lect. de Iud. pręterquam
ſi aut de facto & notoriè iniquè in carcerem cõiectus
eſſet, aut omninò ac dilucidè conſtaret nihil eum de-
bere. Barb. ad d. c. 1. Io. Bernar. Diaz. reg. 69. Quibus
caſibus abſq; vlla interlocutione relaxari debet. Alex.
conſ. 179. lib. 1. l. nullus, in fi. C. de exhib. reis, non ſo-
lum à iudice ordinario, verùm etiam à Iudice delega-
to, & officio ſuo perfuncto. Rom. conſ. 320.

Debitor an poſſit ab aliis creditoribus, ſoluto debito pro quo arreſtatus fuerat, in arreſto retineri ſeu recommendari.

Cap. 33.

ARGVMENTA.

1 *Citatus à diuerſis iudicibus, an venire debeat.*
2 *Depoſiti reſtitutio an impediri à tertio poſſit.*
3 *Creditores plures poſſunt immitti in bona debi-
toris.*
4 *Creditore arreſtante non comparente, quid ſit
faciendum.*
5 *Debitor arreſtatus an alibi per procuratorem ſe
defendere cogatur.*

DOMITIVS Vlpianus lib. 5. ad edictum, reſpõ-
dit, in ius vocari non debere eum, qui apud Prę-
torem cauſam agit l. 2. ff. de in ius vocan. Quaſi dicat,
quod pars litigans coram vno iudice in vno tribuna-
li, non poteſt vocari ad aliud tribunal, niſi fortaſſe
aliud tribunal ſit maius. Nam vt ait Iulius Paulus, Is
qui ad maius auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoa-
tam deſerit, contumax non videtur. l. contra pupillũ.
§. fi. ff. de re iudicata. Quo reſponſo Vlpiani plerique
magni nominis interpretes permoti, exiſtimarunt de-
bitorem qui ad inſtantiam ſeu petitionem vnius cre-
ditoris captus vel arreſtatus fuit, ob aliud debitum, à
reliquis creditoribus poſtea emergentibus, aggrauari
& diutiùs in vinculis retineri non poſſe, quippe q̃ is
qui arreſtatur, & vinculis nonnunquam mancipatur,
quodãmodo in ius vocetur, & realiter (vt aiũt noſtri)
citetur l. plerique. ff. de in ius vocando. Et ſicut depo-
ſitum denuntiatione noua per alium facta non impe-
2 ditur. l. penul. C depoſiti. ita quoque & arreſtũ iſtud,
quo nunc cõſtringitur debitor, per ſe cõſiſtit, & ideo
reſtitutio & relaxatio arreſtati, tanquam rei alicuius
depoſitæ, facto & denuntiatione alterius creditoris
impediri non debet, q̃ & Bartolum ad d. l. 2. ſenſiſſe
video. Porrò autem & ipſemet Bar. ad d. l. 2. § 1. ff. de
cuſt. reorum. verſ. vlteriùs quæro contrarium ſentit,
& breuibus verbis eleganter ibi decidit, q̃ longa &
varia diſtinctione, multorumq; argumentorũ propo-
ſitione ac diſcuſſione, in quæſt. 6. incipiente, Lapus,
facere conatus erat. Nihil enim eſt, inquit, q̃ repu-
gnet, debitorem ab alio creditore recommendari. i.
pro alio debito retineri. Sed quemadmodum poſſunt
plures creditores immitti in poſſeſſionem bonorum
debitoris. l. ſi finita. §. cùm autem plures. ff. de damno
3 infect. ita nihil impedit, q̃ debitor etiam à pluribus
recommendari poſſit, Zaſius ad d. l. 2. num. 22. verſic.
Quid autem ſi carceratus, &c & idem Bar. in tract. de
carceribus, n. 21. cum aliàs ſemper, comparẽte aliquo
tertio & de iure ſuo probante, depoſiti reſtitutio im-
pediatur, negaturque etiam ipſi deponenti. l. bona fi-
des. ff. depoſit. & lex, ſi fugæ periculum imminet, de-
bitorem contra communes regulas ab ipſo debitore
capi patitur, manuſque creditorum armat ne is elaba- 1
tur, l. Ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in frau-
dem credit. Quod certè dubitationem nõ habet, ſi ſit
noua cauſa ob quam vel ab eodem vel ab alio credi-
tore arreſtatur, l. ſed eximendi. §. item ſi quis. ff. ad
exhib. dolúſque aut calumnia primi prætenſi credito-
ris, ſecundo verò creditori obeſſe non debet. Bart. in
d. q. Lapus. Guid. Pap. q. 61. in fi. Soc. conſ. 119. lib. 3.
Cæterùm vt refert Paris de Puteo, de ſynd. ad verb.
carcer, c. 1. nu. 1. quando non reperitur is qui debitorẽ
4 arreſtari fecit, publicè proclamationes fieri debẽt, vt
ſi quis habuerit iuſtam cauſam impediendi relaxatio-
nem, compareat, eamque alleget, nemineque veniẽn-
te, dimittitur. Bar. ad l ſi quis vxori § fugitiuum. ff. de
furt. Ang. ad l. ſi de exhibend. reis. Bald. ad l. ſi quis. §.
fin. ff. de condit. inſt. l. ea quæ. ff. de in ius vocan. l. ſi eo
tempore. C. de remiſſio. pig. l. t. §. cum dicitur. ff. ſi cui
plùs quam per Falcidiã. Et eiuſmodi proclamatione
etiam clerici continentur, cùm non ſit niſi conditio-
nalis quædam citatio duntaxat, quæ à iudice Laico in
quamuis clericum fieri poteſt. Bal. ad l. teſtamenta. C.
de teſtamentis, & ad l. ea quidam. Iſtam tamẽ procla-
mationum rationem mores noſtri ignorant, quia ne-
mine impedimentum vltro præſtante, debitor immit-
titur. Quid autem ſi aliquis eſt incarceratus pro debi-
to, & is citatur ab alio creditore coram alio iudice, an
teneatur comparere? an valeat alterius iudicis proceſ-
ſus? Videtur q̃ non, quia Vlpianus ad d. l. negat eum
in ius vocari poſſe, quia à loco nequeat diſcedere. Sed
Zaſius paucis verbis non inelegantet ad eandem. l. 2.
5 num. 21. diſtinguens ait, Quòd ſi iſte eſt iuſtè carcera-
tus pro debito, & potuit mittere procuratorem, qui
ipſum defenderet coram alio iudice, tunc valet pro-
ceſſus alterius iudicis, & imputabit ſibi incarceratus,
qui ſe per procuratorem non defenderat, iuxta cõmu-
nem regulam, quod nemo excuſatur abſens ex quacũ-
que neceſſitate, ſi iuſta fuit detentio, & procuratorem
mittere potuiſſet. l. Papin. ait. ff. de minor. & tenet
proceſſus, ſiue alius iudex ſciuerit eum eſſe incarcera-
tũ, ſiue ignorauerit. Caſt. ad d. l. 2. Bar. ad l. is qui reus.
ff. de publ. Iud. Aret. conſ. 132. Quòd ſi verò alterum
deficeret. ſ. vel quia nõ eſſet iuſtè carceratus, vel quia
non potuiſſet commodè mittere procuratorẽ, & alius
iudex ſciens citaret eum, tũc proceſſus eſſet ipſo iure
nullus. l. 2. & ibi Bal. C. ex quib. cau. maior. Sin autem
iudex ignorat, tunc proceſſus non eſt ipſo iure nullus,
ſed aduerſus eum reſtitutio conceditur. d. l. 2. & doct.
ad l. quæſitum. ff. de re iudica.

Debitorem an poſſit Commentarienſis pro expenſis retinere, & relaxationem eiuſdem impedire. Cap. 34.

ARGVMENTA.

1 *Retentionis vſus in iure eſt neceſſarius.*
2 *Præſumitur quod Commẽtarienſis aluit captiuũ.*
3 *Plus cautionis eſt in rem quàm in perſonam.*
4 *Actio eſt inanis, quam excludit inopia debitoris.*

5 *Actio quando datur alijs quàm ijs cum quibus actum fuit.*
6 *Plura remedia quis habere poteſt.*
7 *Retentio an habeat locum, quando obligatio eſt nulla aut inualida.*

RETENTIONIS vſus frequens ac neceſſarius
1 eſt in iure, vt qui in rem alienam quid impendit
bona fide, beneficio ſuo iuuetur, non decipiatur. l. in
commod. § ſicut, in fi. ff. commod. & c. vnic. eod. tit.
ideoque & is qui in alieno ædificat ſuo nomine, ne-
ceſſarias impenſas, implorato iuxta legum ſubtilitatē
Iudicis officio, ac veluti retentionis iure deducit. leg.
domum. C. de rei vendic. & qui inuenit bouem alienū
in fundo ſuo, eundemque tenuit per aliquod tempus
& aluit, licèt non pro damno ſibi illato, ſaltem pro
alimentis præſtitis iure eum retinere poteſt. l. Quin-
tus, & l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. Alciat. regul. 1. præſum-
ption cap. 50. & ad l. Sylua cædua, in fi. ff. de verb. ſig.
Eadem & de commodato pignore, depoſito, aliiſque
ſimilibus dici ſolent. Nam & depoſitum, & pignus, &
commodatum, propter expenſas in rem factas retine-
ri poteſt, l. in rebus. § finali. ff. commodat. gloſ. ad l. ſi
quis. C. depoſit. l. Paulus ff. de doli except. ff. de con-
dictio. indebiti. l. qui exceptionem. Et hinc quoque
2 nata eſt quæſtio, vtrum Commentarienſis debitorem
arreſtatum pro expenſis ſeu alimentis retinere, aut
eiuſdem relaxationem impedire poſſit? Video ꝙ ex
variis diſputationibus & contentionibus, tam in hac
quàm in aliis quæſtionibus, orta eſt pertinacia: pro-
greſſi ſunt quidem longiſſimè, & ratiunculis ſophiſti-
cis, leuibus, inualidis. magnum pondus rebus grauiſ-
ſimis detraxerunt, obortaque eſt his nubes vel affe-
ctuum, vel ignorantiæ, vel inconſiderationis denſiſſi-
ma, quæ conſpectum veritatis adimit. Sanè cū nemo
præſumatur vixiſſe de vento. l. final. C. de aliment. pu-
pill. præſtan. ſicut pupillus præſumitur alimentatus à
tutore, niſi probet ſe aliunde alimenta conſecutum vt
ibi ait Imperator Alexander, & ſicut creditor præſu-
mitur equum pignori datum, ſuis expenſis aluiſſe, ex
quo reperitur nutritus, niſi cōtrarium doceatur, Alc.
d. cap. 52. Bart. Alexand. Imol. Caſtrenſ. Iaſon, Zazius,
& alij ad l. cùm ſeruus ff. de verb. obligat. ita quoque
apparitor præſumitur debitori arreſtato expēſas om-
nes ſubminiſtraſſe, ſi non aliunde de contrario appa-
reat. Quæ alimenta cùm in vtilitatem ipſius ſint con-
uerſa, videtur quòd pro iiſdem retineri poſſit. Porro
autem alia hoc loco inſtituēda eſt cogitatio. Superiùs
enim oſtendi, Apparitorem aduerſus creditorem qui
arreſtum poſtulauit, actionem pro impenſis intēdere
poſſe, adeo vt ad ſubſidiarium hoc retentionis auxi-
lium, quando remedium ordinarium ſupereſt, recur-
rere non liceat, l. 4. ff. de damno infecto, d. l. Paulus, &
l. ſi in area. Atqui dices, vtilius eſſe rei incūbere, quàm
in perſonam creditoris agere. l. plus cautionis. ff. de
regul. iur. nihilque obſtare quominus apparitor vtrū-
que, creditorem. ſ. cuius mandato arreſtauit atque in-
cluſit, & debitorem cui expēſas ſubminiſtrauit, obli-
gatum habet. Reſpondeo, quòd ſi creditor diues eſt,
debitor verò inops, minimè dici poteſt plus emolu-
menti eſſe in ratione eius, quàm in perſonali actione
4 aduerſus eundem creditorem. Ecōtrà verò ſi creditor
egeat, inaniſq; ſit actio quàm inopia ipſius excludat,
debitor autem diues ſit & locuples, quod nonnun-
quam accidit, quantumuis res iſta dubitatione nō ca-
reat, propterea ꝙ ſibi imputare poſſet apparitor, qui
cautione aut fideiuſſione ab initio ſibi non proſpexit,
nihilque cum debitore, quem certè inuitum abduxit
& arreſtauit, egit vel contraxit: tamē exiſtimo in ſub-
ſidium dictum debitorem pro impenſis retineri poſ-
ſe, ea. ſ. ratione, ꝙ ex his nutritus & alitus ſit, debuiſ-
ſetque etiam ſi domi fuiſſet, tantum aut amplius ex-
pendiſſe. Antiquiſſima enim eſt iuris regula, neminē
cum alterius iactura fieri debere locupletiorem. l. nā
hoc natura. ff. de condictione indebit. l. iure naturæ.
ff de reg. iur. Dicitur autē locupletior factus qui ſuo
pepercit, gl. in l. ex diuerſo, circa medium, & ibi doct.
ff. de rei vend. Quòd ſi quis hāc naturæ legem contē-
nere velit, aduerſus eum iure noſtro prouidetur, &
lex non ſolùm retentionem & exceptionem, verum
etiam actionem in ipſum concedit, licet cum eo con-
tractum vel actum non fuerit, l. ſi me & Titium. ff. ſi
cert. pet. Nam ſi rem meam ſine cauſa habeas, quāuis
5 nullum negotium tecum geſſerim, mihi condictione
teneris, ſiue certi, ſiue indebiti, ſiue condictione, ſine
cauſa. l. ſeruus quem. ff. de actio. empt. l. ſi concubina.
§. non ſolùm. ff. rer. amot. l. pen. ff. de cond. indeb. l. 1.
ff. de cōd. ſine cauſa. Sed & alij etiam nobile officium
iudicis cōpetere poſſe illis caſibus aiunt, ſi aliter ſuc-
curri nequeat, quæ ſententia vera eſt. Hoſtien. & Ioā.
And. ad c. bonæ, de appella. quia ad iudicis officium
pertinet, ne quis iniquum lucrum aut damnū ſentiat.
l. illicitas, verſ. 1. ff. de offi. Præſid. Nec refert ꝙ quan-
doque aliter prouideri potuerit. Satis enim eſt, ꝙ in
præſentia cùm agitur, aliter non ſit prouiſum l. ſi §. 1.
& ibi Bar. ff. de cond. indeb. Ale. ad d. l. ſi me, nu. 8. vn-
de ſi negotiorū geſtor à debitore meo exegerit, egó-
que ratam ſolutionem haberè noluerim, eā tamen pe-
cuniam condicere deinde potero, ſi aduerſus debito-
rem mihi conſultum aliter nō ſit, vt Caſtrēſis & Alex.
cenſuerūt, ad l. diſpenſatorem, in fi. ff de ſolutio. & ad
l. cùm fundus. § fi. ff. ſi cert. pet. Neque remedium ꝙ
fortaſſis habuit apparitor aduerſus creditorem arre-
ſtantem, poſtea vel facultatibus lapſum vel fugitiuum
factum, ſi iam illud nunc non habet, d. l. Si me, æqui-
tatem impedit, ſicut nec impediretur, quando ineffi-
cacem actionem haberet. l. 2. de inſtit. actio. Loriotus
ad dictam l. ſi me, nu. 4. Neque etiam mouet, ꝙ dici
poſſet culpā imputari apparitori qui cautione ſibi an-
te non proſpexit. Nā ſi tempore arreſti facti creditor
adhuc diues erit, credere ei potuit. Si verò non erat
diues, ex Scæuolæ reſponſo conſtat, quòd cùm de in
6 rem verſione agitur, promiſſio & obligatio vnius, nō
impedit actionem aduerſus eū, in rē cuius cōuerſum
fuit. l. pen. ff. de in rem verſo, ſaltem in ſubſidiū. Quòd
ſi verò vterque diues ac ſoluendo eſt, creditor. ſ. & de-
bitor, ita vt aliter apparitori ſuccurſum ſit quam per
retentionem, vtpote quod creditorem cuius mādato
debitorem arreſtauit, conuenire poſſit, neque nunc
conuenire ipſum poſſe deſierit: æquiùs eſt, vt debitor
relaxetur, argu. eorum quæ not. Alc. & Loriotus ad l.
Si me. Cæterùm quod de retinendo debitore dixi, ita
accipi velim, ſi ob legitimā cauſam arreſtatus fuit. Nā
& Guid. Pap. q. 448. in grauioribus terminis ex Iaco-
bo Aretino reſpondit, ꝙ carceratus per ſententiam
judicis abſolutus, à Cōmentarienſi pro ſalario & ex-
penſis de iure retineri nō poteſt, cùm in ſimili, ſi obli-
gatio hypothecaria aut pignoratitia non valet, nullus
eſt locus retentioni. ſ. cum vitioſè, de pign. Bar. ad l. 1.
eo. tit. Ant. Neguſ. in trac. de pig. in 1. mēb. 3. part. nu.
17. verſ. Quartò quæritur. Nihilominus tamen, cōſue-
tudine multis in locis recepta, contrariū ſæpe obſer-
uari Guido monet, fortè ꝙ iniquum foret, apparitorē
cōiicere in hanc difficultatē, vt ipſe de iuſtitia aut ini-
quitate arreſti diſquirat, & ſemper cautionē à credi-
tore

tote exigat,vel periculum inſoluentię ipſius ſuſtineat, & quod huiuſmodi expenſæ ritè vel perperam factæ, in rem eius debitoris nihilominus controuerſæ reperiantur.Quæ conſuetudo ſuam quidem rationem habet,ſed dura eſt.

De pacto quo alius debitum eius qui arreſtatus eſt,in ſe recipit,& non ſoluit. CAP. 35.

ARGVMENTA.

1 *Satisfactum eſſe creditori quando dicatur.*
2 *Hæres conueniri debet à creditoribus, nō emptor hæreditatis.*
3 *Iuris ciuilis & Canonici maior eſt cōcordia quàm vulgo arbitrantur.*

OMNIS pecunia exoluta eſſe debet, aut eo nomine ſatisfactum,vt debitor conuictus vel confeſſus liberetur.Satisfactum autem accipimus(inquit Vlpianus lib. 28.ad edictum) quemadmodum voluit
1 creditor,licèt non ſit ſolutum:ſiue pignoribus caueri ſibi voluit, ſiue aliquo alio modo, licet in hoc ſit deceptus.l.ſi rem alienā.§.omnis.ff.de pig.act. Et quēadmodum quandiu non eſt integra pecunia creditori numerata, etiam ſi pro maiore parte eam cōſequutus ſit,non diſſoluitur pignoris ſeu hypothecę obligatio, l.quandiu.C.de diſtract.pig.l.qui pign.ff.de pign. ita quoque & debitor non niſi vniuerſo debito ſoluto liberatur,l.tutor.§.Lucius.ff.de vſur.l.acceptā.C.eod. tit.l.qui Romæ.ff.de verb.obl.l.planè.ff. fam. erciſc. Quid igitur ſi cùm creditor non niſi omni pecunia exoluta contentus eſſe vellet, debitor rē ſuam alicui, ea lege vt creditori ſolueret, vendidit aut ceſſit, an actio aliqua competat creditori aduerſus eundem? Non loquor hic de delegatione voluntate emptoris, ceſſionarij & creditoris facta, per quam vinculū obligationis diſſolui non dubium eſſe poteſt.§. delegare, l.ſi quis.ff.de nouatio. & deleg. neq; etiam ex ceſſione ſponte conſentienti & recipienti creditori oblata, quæ non minorem vim habet in re ſubiecta: ſed de venditione aut ceſſione ignorante vel non approbāte creditore cum alio inita,quæ inter alios acta,aliis neque obeſſe, neque actionem aliquam parere videtur. l. ſæpe.ff.de re iudicata.l.ſtipulat.§.alteri.ff. de verb. oblig. ꝙ vtique dicendum eſſe Imperatores Diocletianus & Maximianus eleganti exemplo,& his verbis reſcripſerunt:Cùm res filio tuo emancipato ea cōditione,vt creditoribus tuis ſoluere, te donaſſe proponas, ſi ſtipulatione vel incontinēti habito pacto huic rei proſpexiſti:creditoribus quidem non contra eum ex placito veſtro,ſed aduerſus te cōpetit actio. Eum verò cui tu certa lege prædicta donaſti, incerta ciuili actione ad placitorum obſequia vrgeri ſecundùm legem donationibus dictam conuenit.l.cum res.C. de
2 donatio.Et in ſimili Antonius Auguſtus, rationē iuris poſtulare ait, vt hæres creditoribus reſpondeat, quamuis alius ea lege emerit hęreditatem:vt creditoribus hæreditariis ſatisfaceret.l. ratio iuris. C.de hæredit.vel actio.vend. Rurſum vero, Si genero dotem dando pro filia (inquit Imp.) pater communis eam reddi tibi extraneo conſtituto per emancipationem ſtipulatus eſt,nec ſibi ceſſante voluntate,nec tibi prohibente iure quærere potuit actionem.l.ſi genero.C. de iure dot. Namquamuis cum pactum reſpicit ipſam rem cui cohæret,& cùm te coniunctum, adeoq; ferè intra rem eſt,tertio alicui actio quęri poſſet:nulla tamen actio acquiritur,quando aliquid extrinſecum,vt in re propoſita,pactū includitur. Bald.ad d.l.cum res. Æmilius Ferre.ad d.§.alteri, num. 10. Caueat igitur debitor in eas arreſti ſeu vinculorum anguſtias cōiectus,ne,dum ſe liberare ſtudet,noua atque maiore calamitate afficiatur ipſo non ſoluēte creditori, qui aduerſus ipſum emptorem ſeu ceſſionarium, fidem non ſeruātem,nullam penitus actionem habet, præterquā ſi notarius aut tabellio nomine illorū quorum intereſſe poſſet, ſtipulatus fuerit, vel actio à debitore ipſi cedatur. Iaſon ad d.l.qui Romæ §.Flauius,nu. 9.verſ. 2.limita.& alij ad d.§.alteri.d.§.ſeq. Sunt tamen qui exiſtimant, & æquitate & benignitate canonica cum duritie iuris ciuilis Romanorum pugnante, in ſubſidium,creditori ex hac ſtipulatione debitoris, vtilem actionem concedi. Soc.conſ. 236. lib. 2. Zazius ad d. §.alteri,nu. 27.arg.l.Caius.ff. ſolut.matr.& l.quoties. C.de donat.quæ ſub modo, qua de re admodum dubito:Nam ſi bene circūſpicias, multo certè rarior eſt
3 inter ius ciuilè & canonicum antinomia, quàm plerique exiſtimant,& quando nihil reperitur nominatim cautum in contrarium, ſacri canones leges ciuiles ſequi non dedignantur.Mouet autem hanc dubitationē Tiraq.de vtroque retract.§.1.gl.14.num.116.verſic. Si autem ſcire vis,&c.ſed eam non diſſoluit,quę certè ad multarum aliarum difficultatum explicationem & reſolutionem pertinere poſſet.

AVCTOR AD LECTOREM.

HÆC ſunt pie Lector, quæ de arreſtis & iure ſiſtendi dilucidè ac ſuccinctè ſcribenda exiſtimaui. Meminiſſe te velim, me & hominem eſſe,& vnum hominem, nec omnia vel amplius per me aſſequi, quàm ab homine mediocris ingenij atque inſtitutionis. Itaque ſi quid inueneris in hoc opere quod animi tui expectationi non ſatis reſpondeat exiſtimabis non eſſe hoc laboris vitium, ſed tenebrarum humanæ mentis, Dicam cum Lactantio: Quòd ſi vita optanda eſt ſapienti, profecto nullam aliam ob cauſam viuere optarim, quam vt aliquid efficiam quod vita dignum ſit,& quod vtilitatem legentibus,ſi non ad eloquentiam,quia tenuis in nobis facundiæ riuus eſt, ad iuuandum tamen proximum, & viuendum afferat:quod eſt maximè neceſſarium, Gloria Deo & Imperium in ſecula ſeculorum.

TRACTA-

TRACTATVS MVLTVM CONDVCIBILIS DE CARCERIBVS,

D. BALDI PERVSINI FAMA ſuper æthera noti.

SVMMARIVM.

1 *Sermo quilibet de quauis re ſeu negotio ſuſpectus, à diffinitione proficiſci debet.*
2 *Carcer quid propriè dicatur.*
3 *Carcer vnde dicatur, & quare ſic vocetur.*
Mulier quæ & quando incarcerari poſsit.
Doctor legum an poſsit pro debito incarcerari.
Filiusfamiliàs incarcerari poteſt, & cedere bonis.
Pupillus pro delicto an poſsit carceri mancipari.
5 *Appellatio intra decem dies à ſententia lata interponi debet.*
6 *Incarcerari nemo debet die feriato pro hominum vtilitate.*
7 *Iudex qui die feriata aliquem incarcerari fecit, die feriata poterit eum abſoluere.*
Debitor de fuga ſuſpectus, die feriato capi poteſt.
8 *Creditor debitorem de ſuſpecto accuſans, & eum capi petens, an debeat iudici oſtendere inſtrumentum crediti.*
9 *Carcerari nemo debet pro debito die feriata in honorem Dei.*
10 *Tonſura auferri poteſt ob enorme crimen die feriata etiam in honorem Dei.*

CAPVT PRIMVM de Carcere.

QVIA legum præcepta principaliter ſunt inuēta, ne pauperes perſonæ moleſtiis affligantur: ideo viſum eſt, ꝙ inter pauperes perſonas nulla adeo triſtior & pauperior inuenitur, quàm perſona incarcerata. Ideo de carcere aliqua ſum dicturus, & conſequenter de perſona incarcerata, & ſi-
1 militer de cuſtodibus.† Et quia, vt ait Tullius primo de officiis; Omnis enim qui de aliquo ſuſcipitur ſermo, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur q̄d ſit de quo loquatur, ad ꝙ concordat.ff.de mino. Ideo primò videamus quid ſit carcer, & vnde dicatur carcer. Et ſubſequēter videamus de perſona incarcerata, quis poteſt incarcerari, pro quo debito, & in quo loco poteſt incarcerari, & qualiter puniatur fugiens de carcere: & ſimiliter videamus quis poteſt eſſe cuſtos carceris. Veniamus ad primū.ſ.diffinitionē. Et poteſt
2 ſic diffiniri:† Carcer eſt locus ſecurus, horribilis, repertus non ad pœnā, ſed ad delinquentiū vel debitorum cuſtodiā. Primum membrum huius diffinitionis dū dicitur, locus ſecurus, colligitur ex l. in verbo, ſoluentis. C. de cuſt. reo. Nam carcer debet eſſe ſecurus, ne incarcerati effugiant: & ibidē debent eſſe catenæ ferreæ & cōpedes & alia ſimilia, quib. mediantib. poſſint ſub fida cuſtodia retineri, vt eſt text. in l. 1. C. de cuſt. reorū, vbi dicit, vt cruciatio deſit. Itē dum ſubdi-tur, horribilis. Nam carcer eſt locus horribilis, tū propter conuerſationis hominū priuationem, tū propter immunditiam, & iſtud colligitur in l. ſi quis in ea culpa. ff. de cuſt. reo. ibi, dum dicit, ſchalorū carcer. Nec tamē debet eſſe horribilis, ꝙ ad pœnam incarceratorum redundet: cum carcer ſit inuentus ad cuſtodiam, non ad pœnam, vt ff. de pœn. l. aut damnum. §. ſolent.
3 † fallit autē in vno caſu ſpeciali in l. 1. §. fin. ff. de alea. Hinc eſt ꝙ de iure ciuili nemo poteſt ad perpetuum carcerem damnari: vt dicto. §. ſolēt. Secùs verò eſt de iure canonico, in c. quāuis, extra. de pen. lib. 6. &c. reperiuntur in gloſ. Circa ſecundum, vnde dicatur carcer: poteſt dici, à claritate ſecluſus, quia ibi nulla claritas, vel poteſt dici, quaſi carens claritate, quia ibi eſt magna cæcitas & obſcuritas. Quidam aliter & aliter interpretantur ſecundùm diuerſas opiniones. Tertiò quæro, quis poteſt incarcerari? Et primò quæro, an mulier poſſit incarcerari. Sic diſtinguendum eſt: Aut quærimus pro debito ciuili, aut pro delicto. Primo caſu aut eſt mulier honeſtæ vitæ, aut eſt meretrix. Si eſt mulier honeſtæ vitæ, tunc non poteſt incarcerari, immo iudex capitis pœna punitur, qui facit eam incarcerari, vt not. in l. fi. de officio diuer. iudicum, & in authent. nouo iure. quæ poſita eſt. C. de cuſt. reorum. Vnum tamen dico, ꝙ ſi mulier ſubieciſſet tutelam filiorum ſuorū, & renuntiaſſet Velleiano & omni alteri exceptioni ſibi competenti, ꝙ per renuntiationē poteſt carcerari. Iſtud expreſsè & notabiliter tenet Bartolus. ff. de teſtam. tutē. l. ſi quis ſub conditione. Aut iſta mulier eſt infamis, vt meretrix. & tunc dico quòd poteſt incarcerari: non tamen debet poni in eodem carcere cum marito. & eſt caſus. C. de cuſtodia. reo. l. quoniam, & not. Archid. 18. q. 2. diffinimus etiā pro debito ciuili, vt no. de cuſt. reo. authēt. ſed nouo iure. ¶ Secūdo caſu principali cùm quæritur, an poſſit incarcerari pro delicto. vide in dicta auth. ſed nouo iu-
4 re. † Tertiò quæro, an legū doctor poſſit incarcerari pro debito. dicendum eſt ꝙ non, ſicut miles, immò puniuntur iudices capite. Iſtud notat gloſ. ſing. C. de profeſſo. & medi. l. medicos. lib. 10. Quartò quæro, an filiusfamiliàs poſſit incarcerari, dic ꝙ ſic, probatur, nam filiusfamiliàs poteſt cedere bonis, vt l. 1. C. qui bo. cedere poſſunt, ergo præſupponitur, ꝙ poteſt incarcerari. licèt gloſſa videatur tenere contra, in l. 3. §. vtrum. ff. de mino. ſed illa gloſſa reprobatur cōmuniter per doctores, & p Bar. ff. ſolut. mat. l. ſi filia. Quintò quæro, nunquid pupillus pōt incarcerari pro delicto? & videtur ꝙ non, vt not. in l. fin. C. de cuſto. reo. vbi dicit, eodémque, &c. Idem credo in debito ciuili, dūmodo non ſit doli capax, ſed an poſſit in integrum reſtitui, ſi aliquo caſu ſit læſus, vt l. partu. ff. de minor. Idem puto de quacunque perſona, ꝙ pro delicto poteſt carcerari. Idem pro debito, niſi creditores renūtiaſſent iure carcerandi, vt no. Bar. in l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt, dummodo non ſit ſoluendo. Nā ſi eſſet ſoluendo, de iure ciuili nō poſſet incarcerari, vt eſt gl. fin-

gl.ſingularis in l.1.ff.de ſuſpect.tuto. Et ſi incarcerē-
tur dum ſunt ſoluēdo, poſſunt à tali ſentētia ſuper in-
carceratione lata appellare,& reappellare poterūt in-
carcerati, ſi ſteterint per tres mēſes vel plures in car-
ceribus, numerando à die latæ ſententiæ ſuper incar-
ceratione , nec obſtat auth ſed nouo iure.C. de app.
5 † Et dic ꝙ appellatio debet interponi à ſententia lata
infra decem dies:quia illa intentatur in actu momen-
taneo. Sed ſi interponatur ab actu ſucceſſorio , vt eſt
in caſu noſtro, tūc appellatio ſemper poteſt interpo
ni:quia omni die dum tenetur , detinetur debitor in-
debitè in carceribus,vnde ſemper reſtat ſententia ſu-
per ipſa incarceratione omni die , ita videtur tenere
do.Bar.in l.3.C.de epiſc. audien.Secundò principali-
ter quæro,quando poteſt incarcerari , & pro debito,
& pro delicto?Et primò quæro , nūquid poteſt incar-
cerari die feriato ? Et iſta quæſtio poteſt ſubdiuidi in
tres. Primò,an poſſit incarcerari die feriato ad vtili-
tatem hominum.Secūdò, an die feriato ad honorem
6 D e i.Tertiò,an die feriarum repētinarū.† Ad primū
dico, ꝙ non poteſt incarcerari de iure die feriato ad
vtilitatem hominum, ꝙ probari poteſt ſic. Nam ſi de
quo magis videtur ineſſe,non ineſt:nec de quo minus
auth.multo magis.C.de ſacroſan. eccl. ſed ſic eſt , ꝙ
magis videtur ꝙ in tempore meſſium poſſit quis cogi
venire ad iudiciū:cùm ſit minor citatio verbalis, quā
perſonalis, ꝙ not.Cyn.in l.cum clericum.C.de epiſc.
audi.aliàs incipit, omnes,& tamen hoc eſt falſum , vt
l.1.in fin.ff.de ſer. ergo nec citatio perſonalis poterit
fieri. Et ratio,vt dicit text.ne homines ab agricultura
amoueantur,hoc eſt verum,niſi caperetur pro execu-
tione ſententiæ : quo tempore poteſt iuſtè fieri, iuxta
nota.per Inn.in c.fi.de iud.& ideo propter inſtrumē-
tum guarentigiæ,quod habet executionem paratam,
& per ſententiam ea forma ſtatutorum iuſtè poſſunt
tali tempore capere debitores, hæc ſunt verba Bar.in
l.6.ff.de fer.& Ioan.de Imol. Prædicta autē recipiunt
diſtinctionem, niſi renuntiaſſet debitor,ar.l. ſi quis in
conſcribendo.C.de pact.nam talibus feriis bene po-
teſt renuntiari,vt not.in cle.ſæpè,extrà. de verb.ſign.
7 † Item not. ꝙ ſi iudex in die feriata feciſſet aliquē in-
carcerari, ꝙ die feriata poterit eū e carcerare, vt not.
Accur.in l.minor.ff.de euict.Item ſecùs ſi debitor eſ-
ſet oriundus de partibus,vbi non recolligitur triticū,
neque vinum,neque alia neceſſaria ad victū, iuxta not.
per Inn.in ca.conqueſtus, extra.de feriis.Itē ſecùs eſ-
ſet,ſi debitor eſſet ſuſpectus, ita ꝙ de eius fuga time-
retur,iuxta not.per doct.inſt.de act.in princ.& in l.r.
C.de ſer.fug.Nam propter ſuſpicionem fugæ , poteſt
debitor capi in die feriata,vt eſt gl.in d.l. fi.C. de fe.
Et propria authoritate poteſt capi, vt ait prætor. §. ſi
debitorem.ff.de his quæ in frau.cre. Nec hoc caſu eſt
citandus debitor, qui accuſatur tanquā ſuſpectus per
creditorē,vt no. Bar.in l.ſi creditor,& in l. a.ff. ſi cer.
8 pet.† Sed circa prædicta quæro, nunquid quādo cre-
ditor accuſat debitorem ſuſpectum de fuga, & à iudi-
ce petit & requirit,vt ſibi det familiam , qua mediāte
poſſit capere debitorem, nunquid creditor habet ne-
ceſſe oſtendere iudici ſummarim inſtrumentū debiti
vel alia iura ? Reſpondetur ꝙ ſic , ſicut in ſimili vide-
mus. Nam ſequeſtrum quando fit ob timorem fugę,
non poteſt fieri niſi oſtendatur inſtrumentum debiti,
& text.in l.ex hoc.C.de ero.mili. anno. lib. 12. ergo
multò magis ꝙ debet perſona capi.& addit hoc Ioan.
de Imol.poſſe , ꝙ ſufficeret iuramentum petentis vel
vnius teſtis:ſicut dicitur de miſſione in poſſeſſionem
contra contumacem ex primo decreto, vt not.glo.in
c.quoniam §.in aliis, vt lite non conte. Circa ſecun-
dum.ſi an feriis inductis ad honorem Dei poſſit quis
9 capi pro debito.† dicendum eſt ꝙ non,vt in l.fi.C. de
fer. niſi eſſet timor fugæ,vt prædixi, ideo credo in fe-
riis repentinis ꝙ non poſſit capi,ſicut inductis ad ho-
norem Dei, ꝙ patet,quia prædictis non poteſt renū-
tiari,vt not.Ioan.And.in d.cle.ſæpè,niſi fortè ex for-
ma ſtatuti aliter diſponeretur. Nam ſtatutum ſecun-
dùm quoſdam poteſt tollere ferias inductas in hono-
rem Dei & hoc videtur ſentire gloſ.& Bart.in l.quin-
quaginta.C. de feriis.Sed Albertus de Roſiaco.in l.fi.
de feriis,tenet contrarium,de qua quęſtione ibi vide,
vbi ad plenum examinat iſtam materiam. Et prędicta
locum habent in ciuilibus:in criminalibus autē puto,
quòd quacunque die poteſt fieri incarceratio , dū ta-
men ſit graue delictum,vt not.in l.3.C.de epiſc.audi.
C.& ibi not.per Bart. ſecus ergo,ſi tantum eſſet leue
ſecundum dictum Ioan.de Imol. quia cum in leuibus
criminibus capi non debeant illo tempore,relaxātur:
vt eſt text.in illa l.3.C.de epiſc.audien.modo ergo nō
debent capi. ſecundùm Ioā.de Imo.Item ſecùs eſſet,
ſi eſſet periculum , nam propter enormitatē criminis
& periculi multa conceduntur, quæ aliàs non conce-
derentur in l.ſi quis filio exhære.§.penul.ff.de iniuſto
10 rupto & irrito teſtamen † Nam propter magnitudinē
criminis poteſt auferri tonſura in die feriato in hono-
rem Dei,vt ſingulariter not. Bar.& eſt tex.in l.3.C.de
epiſc.audi vbi omnia vide,quantum , ad tempus quo
poteſt fieri incarceratio.

ARGVMENTA.

1 Incarceratio fieri poteſt pro quolibet debito.
Incarceratio an fieri poſſit pro fiſcali debito.
2 Incarcerari poteſt quis pro collectis non ſolutis.
Debitorem eximens de manibus poteſtatis , an teneatur.
3 Incarceratus pro debito fiſcali,recommendari poteſt pro debito priuati.
4 Incarceratio in quo loco fieri debeat.
5 Carceres frangens ad fugiendum,cenſetur confiteri delictum.
Cuſtos carceris diſcretus eſſe debet.
6 Cuſtos carceris in officio delinquens,qualiter puniendus ſit.
Proceſſus qualis fiat in cauſis incarceratorum.
7 Perſona miſerabilis quæ dicatur iudicis arbitrio relinquitur.
8 Cauſa carceratorum & aliarum perſonarū miſerabilium, diebus in honorem Dei feriatis agitari poteſt.
Debitor non ſoluendo, & non habēs vnde ſe alat, cuius expenſis in carcere ſit alendus.

Caput ſecundum de carcerato.

RESTAT modo videre, propter quid poteſt fieri
incarceratio. Et primò quæro,an pro debito pri-
uato poſſit quis incarcerari. Secundò , an pro debito
fiſci. Tertiò,an incarceratus pro debito priuato poſſit
ibi recommendari pro debito fiſci. Item an incarce-
ratus pro debito,poſſit pro delicto recōmendari. Itē
1 an econtra.† Circa primum reſpondeo, ꝙ pro quoli-
bet debito poteſt fieri,vt not.l.3.§.tutores. ff. de ad-
mi.tute.& per canoniſtas,extra,de pig.c.2.in glo.36.
diſt.non ſatis,& in l.1. C.qui bon. ceder. poſ. pro de-
bito autem conditionali,nō puto, ꝙ poſſit incarcera-
ri, ſicut nec poteſt efficaciter peti. Itē puto ꝙ pro de-
bito

bitn naturali tantùm, vel ciuili tantùm, nõ poteſt fieri
incarceratin, arg. l. ſi is. §. Flauius. ff. de ſolu. & arg l. 1.
§. 1. ff. ne vis fiat ei. Circa ſecundùm ſ. an pro debitn
fiſci poſſit incarcerari, reſpondeo ꝙ ſi non vult inlue-
re, text. eſt in l. 1. de exact. trib. C. ſi. in. ꝙ probatur ra-
tinne, nam debitor fiſci pnteſt cedere bouis, vt eſt gl.
ſing. inſtit. prn ſocio. §. ſi quis & gl. in l. 2. C. qui bnuis
ced. pnſ. Sed ceſſio hnnorum fit, vt cedens liberetur à
2 carcerib. ergn, &c. † Sed nónne pro collectis poteſt
quis incarcerari de iure? Reſponden ꝙ ſic, vt ſi ſtatutũ
faciat collectam eſſe munus ordinarium, pnteſt, vt eſt
text. C. de iud. lib. 10. Dicn tamen ꝙ iudex propter
paupertatem poteſt collectam remittere, vt eſt gl. in
l. omnes. C. de mu. & ord. lib. 10. vnum tamen dico, ꝙ
ſi debitum eſſet iam ſnlutum vel ſatisfactũ, ita quòd
incarceratus fuiſſet iniuſtè, poteſt ab amicn cũ violẽ-
tia extrahi de carcere. Hoc tenet dominus Dynus in
l. nemn. C. de exact. tri. Nã iudici iniuſtè facienti pn-
teſt reſiſti vt priuato, vt infrà videbitur. Quid ſi iudex
nõ vult differre appellatinnem ab amicis interpoſitã
in cauſa criminali, ſed velit facere executionem infra
10. dies datos ad appellandum? dic ꝙ amici impedire
poſſunt, vt not. Inn. in c. ſi quãdo, extra, de offi. deleg.
& Bar. in l. addictos. C. de epiſ. audi. dico tamen in de-
bitn ciuili, qui debitorẽ de manibus familiæ eximе-
ret, tenetur ad illud debitum, ad ꝙ carceratus tenеba-
tur, vt C. de exact. trib. l. quoties, per do. Roſ. de Pe-
ruſin. & nnt. Inan. de Imn. ꝙ reus accuſatus de crimi-
ne, debet incarcerari. text. eſt ne dinarius 2. q. 8. quiſqs
3 & ibi etiam not. † Circa ſecundũ, an incarceratus pro
debitn fiſci, poſſit recõmendari prn debito priuati, &
reſpõdeo ꝙ ſic, vt eſt tex. in l. qnoties, de exac tri. Re-
ſtat videre, an incarceratus prn debitn poſſit pro de-
lictn recnmmendari, & ſecundùm doct dicitur ꝙ ſic,
not. Bar. in l. 3. ff. de cuſt. & exhib. reo. ſed ſi eſſet incar-
ceratus pro delicto, non pnſſet recnmmendari pro
debito, vt ibi notat Bart. Sed ſi eſſet in carcere pro
vnn delictn, an pnſſet pro alin delicto recõmendari.
Diſtingue: Aut delictũ pro quo erat prius in carcere,
erat tale, vt impediret talem executionem fiendam in
alin pro quo recõmendatur, & tunc bene poteſt fieri
recnmmẽdatio, vt ſi erat primò incarceratus pro ma-
nu, & tunc recnmmendatur prn capite: quia tunc illæ
exceptinnes ſe compatiũtur, vnde primo fit executio
in manu, deinde in capite, vt eſt gl. not. in l. cotem. C.
de dila. lib. 12 & prædicta ſufficiant circa debitum pro
quo poteſt incarcerari, & circa delict. Reſtat videre,
4 in quo loco poteſt incarcerari. † Et circa iſtũ paſſum
vnicn modn expedio: quia nullus debet incarcerari,
niſi in loco publicn & communi deputato: aliàs ipſe
qui incarcerat aliquẽ, ſi tenet ipſum per viginti hnras,
dicitur cnmmittere priuatum carcerem, vt not. C. de
priuat. carc. l. 1. & l. cap. ff. de adul. Fallit tamẽ ſi pater
incarceret filium ad corrigendum eum, nã tunc pater
dicitur committere priuatum carcerem, vt nnt. Cy. de
pri. car. l. 1. Imnn plus, ſi ipſe filius eſſet clericus, pa-
ter nõ incideret in cannnem, ſi quis ſuadente. 17. q. 4.
iſtud tenet Ray. in tit. de ſent. excom. §. ſequitur, vel
circa. Qund autem dixi, ꝙ nõ poteſt quis incarcerari
pro debito in lncn priuatn, eſt verũ, niſi debitnr ipſe
per ſuum iuramentum præſtitum promiſiſſet ad ſtan-
dum in aliquo loco, vt not. Inn. in c. ex reſcrip. extra.
de iureiur. Sin autem ſimpliciter ſuo iuramento ille
promiſiſſet debitum, tũc dico ꝙ per iſtam promiſſio-
nem non arctatur, vt no. Bar. ff. ſol. mat. l. alia cauſa. §.
eleganter, & per eundem, ff. de cond. & demon. l. Ti-
tio centum, hæc de loco ſufficiant: nunc reſtat videre
de pœna fugientis, dico ꝙ capite puuitur, vt l. 1. C. de
effrac. & expi. & vide In. An. in c. pen. de apoſtata ſu-
per gl. & certè ſciendũ eſt, ꝙ ille qui fugit de carcerib.
5 videtur delictum † confiteri, vt l. ad Cõmentarienſem.
C. de cuſt. ren. idem not. Archi. in c. vt cnmmiſſo. de
hæret. lib. 6. vnum tamen dico, ꝙ nunquam præſumi-
tur, ꝙ reus fugiat, ſi eſt ſpes de proximo ꝙ debeat re-
laxari, gl. eſt no. in l. ſi pecuniam. ff. de cond. nb cau. &
no. in l. argumentum. §. 1. ff. de re iud. Sed iuxta prædi-
cta quærn. quid ſi oſtium carceris erat apertum, & ef-
fugerit incarceratus, nunquid punietur? dico ꝙ ſic, fa-
cit nptimè text. in l. 1. §. 1. C. de exact. tri. & eſtra. Re-
ſtat modn videre, quis poteſt eſſe cuſtns carceris. Et
dicn ꝙ cuſtns carceris debet eſſe homn diſcretus, nã
eum ipſe habet incarceratos in cuſtodia, debet eſſe in
eo diſcretin. Et dico ꝙ prædicta debent eſſe in arbi-
trio iudicis. Et addit hic domi. Ioan. ꝙ quandoq; po-
teſt dari parti ad cuſtodiẽdum de authoritate iudicis,
ſi melius cuſtodiatur, vt dicit Archi. 2. q. 1. in primis.
Quærn vlterius, qua pœna punitur cuſtos carceris qui
6 delinquit in cuſtodia? † Dico ꝙ ipſe capite punitur, ſi
prnpter dolum vel culpam incarcerati ex delicto, ef-
fugerint, vt eſt tex. in l. miles, in fin. ff. de cuſt. reo. In
ciuili autem credn, ꝙ ipſe tenetur ad illã quantitatem
creditnri, ad quam debitnr erat obligatus, hoc tenet
Tullius & Claudiu in l. quoties. C. de exac. tribu. lib.
10. Et dic ꝙ agitur cõtra illum cuſtodem ex illa lege.
Vltimò quærn, nunquid plures pnſſunt eſſe cuſtodes?
Dico ꝙ quilibet familiaris poteſt cuſtos eſſe, & quili-
bet retinere vnam clauem carceris, gl. eſt in c. multa-
rum, de hæret. 4n. claues. Item quærn, qualiter in cau-
ſis incarceratorũ procedatur, dico ꝙ prnceditur ſum-
mariè & de plano. Nam in cauſis miſerabiliũ perſo-
narũ prnceditur ſummariè & de plann, ita tenet Cyn.
in l. 1. C. ſi quis alte. vel ſibi ita Spec. in l. 1. C. quando
Imperatnr inter pu. & vi. & ibi Bart. in l. ſi. C. de cuſto.
7 reor. † Nam miſerabilis perſnna dicitur illa eſſe ſecũ-
dùm ꝙ iudici videbitur, vt notat Pet de Bella Perti. l.
1. quandn Imperator inter pup. & vi. C. no. gl. in auth.
præteriti. C. de col. Quòd itaque ſint miſerabiles per-
ſonæ, patet, ꝙ relictum incarceratis, dicitur relictũ ad
pias cauſas, etiamſi ſint incarcerati prn debito, vt no-
tatur in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. Et ideo credo, quia
in tali cauſa procedatur ſummariè & de plano. Sed an
in cauſis incarceratnrũ pnſſit procedi diebus feriatis
in honorem Dei? & videtur ꝙ non: quia licèt in cauſa
poſſit procedi ſummariè, vt iam dixi, tamen in talibus
cauſis nnn prnceditur diebus feriatis in honorẽ Dei,
nota. in clementi. ſæpè, de verb. ſig. Contrarium putn
8 per tex. in c. ſi. cum gl. ſua de feriis. † vbi cauſa miſera-
bilium perſonarum poteſt tali tempore tractari, ſed
iſtæ ſunt miſerabiles perſonæ, vt hic dicit gl. & ad hoc
tex. l. iudices. C. de epi. audi. do. Io. de Imnl. dicit, ꝙ ſi
quis fecit ſuum debitnrem incarcerari, & nõ ſit ſoluẽ-
do, ita ꝙ non poteſt ſe ſuſtentare, debet de bonis cre-
ditnris ſuſtentari, facit ad hoc optimus text. 16. q. 6.
de lapſis, licèt gl. dicat, quòd rector carceris prouide-
bit. 17. q. 4. diffinitinnem, & vide ꝙ nnt. Inã. An. in c.
ex reſcripto de iureiur. Inan. de Imo. dicit, ꝙ creditnr
tenetur ipſum alere in carceribus, & iſtud tenet gl. in
l. fin. ſuper verbo, agnoſcere. C. de ero. milit. an. l. 12.
Iſtud tenet do. Ra. in l. iudices, C. de epiſ. aud. & quæ-
rit hic do. Ioan. de Imol. quid ſi aliquis incarceretur
pro debito deſcendente termino alias pendente, an
debeat relaxari, ſi præſtet cautinnem ſatisfaciendi? gl.
dicit quod ſic, in c. nuper allegato. Et hæc ſufficiant.

Explicit tractatus de Carceribus editus per dominum Baldum.

TRA.

TRACTATVS REPRESSALIARVM SEV DE INIVRIIS ET DAMNO DATO.

CLARISSIMI IVRISCONSVLTI IOANNIS Iacobi à Canibus.

PROOEMIVM INCIPIT.

CVM multa & maxima in iure ciuili & pontificio clariſsimè atque luculentiſſimè congeſta & ordinata ſint, adeo vt cuiuſque pluſquam mediocriter eruditi animo poſſint ac debeant optimè ſatisfacere illa tamen meo iudicio imminent, quæ Iuſtiniano Auguſto intercedente, cõpoſita & conſummata ſunt: ſeu quòd ſecula illa nitorem quendam & claritatem præ ſe ferebant: ſeu quòd Iuſtinianæ gentis tanta claritas, tanta gratia apud deos ſuperos atque inferos fuit, vt per ſe attollere atque illuſtrare omnem infirmam rem labentemq́; videretur. Sicut enim quondam dedit natura rerum gratiam quandam Scipionibus, vt Carthaginenſes Africamq́; contererent: Brutis, vt dominos Romanæ vrbi detraherent: Decijs, vt deuotis corporibus Reipublicæ victoriam adſtipularentur: Sic Iuſtinianæ genti hoc contulit munus maximum atque præcipuum, vt eius ſplendore ac gloria colluſtrati iurium codices, tanquam viuaci quodam ſpiritu ſeruarentur. Et idcirco cum ego quidem non iuris ſcientiam, ſed quoddã potius ſcientiæ iuris deſiderium præ me ferrem, inter legendum quidẽ Bonifacianos codices, in quandam incidi Pontificianam ſanctionem, quæ Repreſſaliarum ſeu pignorationum quæſtione videbatur attingere. In quibus quidem cùm vtriuſque iuris codices accuratiſſimè reuoluiſſem, & meſſem prioribus quidem ſeculis inuſitatam pertractaſſem: placuit eam in vnum compendium breue ſaltumq́; colligere, idque tuo nomini clariſſimo & pene diuino dedicare, vt quod in eo rude aut minus politum fuerit, tua prudentia dolet atque perpoliat: & deinde ſi quid non inutile fuerit, id tuo nomine inſignitum, aliorum amicorum vſui poſſit accommodari. Verùm quia magiſtralis hic ſtylus leniter fluere, & aures molliter demulcere non poteſt, veniam mihi dabit tua clemens benignitas, ſi eius auditum incomptus obtudero. Optimarum enim & exquiſitiſſimarum rerum lectio tum demum tuæ prudentiæ dulcior apparebit, cum hoc rudiuſculo & inconditiore ſtylo tanquam cibo viliore fuerit recreata.

¶ SEQVITVR TEXTVS SEXTI DECRETALIVM.

Gregorius X. in conſilio Lugdunenſis.

ETSI pignotationes, quas vulgaris elocutio Repreſſalias nominat, in quibus alius pro alio prægrauatur, tanquam graues legibus, & æquitati naturali contrariæ, ciuili ſint conſtitutione prohibitæ: & tamen earum prohibitio in perſonis Eccleſiaſticis tantò amplius timeatur, quanto ſpecialiùs in illis inhibentur, eas cõcedi contra perſonas prędictas ſeu bona ipſarum aut quatumcunque generaliter, prætextu cuiuſuis conſuetudinis, quam potius reputamus abuſum fortè conceſſas, ad illas extendi præſenti decreto diſtrictiùs inhibemus. Illi verò qui contrafecerint, aduerſus perſonas eaſdem pignotationes ſeu Repreſſalias concedendo, vel extendendo ad eas, niſi præſumptionem huiuſmodi reuocauerint, à conceſſionis vel extenſionis tempore infra menſem, ſi perſonæ ſingulares fuerint, ſententiam excommunicationis incurrant: ſi verò vniuerſitas, eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto.

SVMMARIVM.

1 *Repreſſalia quid fiat. Et an prohibita, & quo iure, 2. 8. Et cur inducta. 9. 14. 15. 18. Et quando concedendæ, 20. Et in quibus fallat, 21. 22.*
Pignoratio quid ſignificet.
Vocabula iuris obſcura, quomodo interpretãda & declaranda. 67.
2 *Vulgaris locutio plurimum momenti habet in interpretandis legibus & ſtatutis.*
3 *Ius non ſcriptum, efficaciſſimum eſt, vbi ſcriptũ non diſponit.*
4 *Conſuetudo clericis aut eorum rebus oneroſa, eſt reproba.*
Augmẽtum dotis, eodẽ gaudet priuilegio quo dos.
5 *Caſus in quo ſententia excommunicationis effectus ſuſpenditur.*
6 *Conditio dependens à poteſtate implere debentis, non retrotrahitur ad tempus ſententiæ.*
10 *Iudice inordinatim vel perperam iudicãte, quid diſponat lex. 11.*
11 *Leges ſeruandæ vbi deficiunt canones.*
12 *Papa iuſtitiam ſuam impertit, principibus eam exercere negligentibus, & quibus.*
13 *Bellum inter ſubditos imperio vel eccleſiæ, quãdo cenſendum iuſtum.*
14 *Punitiones multæ recitantur propter populi ſcelera.*
16 *Ius ſibi dicere quando cuique liceat.*
17 *Ius non ſcriptum, ſcripto par æſtimatur.*
Florentinæ vxores tenẽtur pro debito maritorũ.
19 *Aequitas iuriſgentium, iudiciorum ordinem præceſſit.*
21 *Dominus non faciẽs iuſtitiam, poteſt deprædari.*
22 *Repreſſalia nunquid poſsint delegari, & per delegatum expediri.*
23 *Conſilium vltra mãdatum requiritur in his quæ ſunt magni præiudicij.*
24 *Mundus totus informiter regitur.*
26 *Culpa vniuerſalis tranſit ad omnes ab vniuerſitate inſeparabiles.*
27 *Verba abſolutè poſita quid ſignificent.*
28 *Ciuium appellatione qui veniant.*
29 *Municipes qui dicendi.*
Artis priuilegia, eam non exercenti denegãda.
30 *Repreſſaliarum beneficium aduenis nunquid cõcedendum.*
31 *Bannitis repreſſalias petere an liceat.*
32 *Captus non relaxandus ob officialis delictum in creditoris damnum.*
33 *Pugna pro debito ciuili non committenda.*
34 *Repreſſaliæ an & quando die feriata cõcedendæ.*
35 *Bartolus molliter & effœminatè nonnunquã opinatus eſt.*
36 *Reſtitutio in integrum, non habet locum in exiguis.*
37 *Repreſſaliarũ quod ſit fundamentum & radix.*
38 *Maleficio futuro renuntiari non poteſt.*
39 *Ciuitas originis, præfertur ciuitati ex conuentione.*
40 *Repreſſalia nunquid poſsint concedi per ciuitatẽ conuentionis, contra ciuitatem originis.*
41 *Emphyteuta non ſoluiſſe canonem, tertius nõ poteſt opponere.*
42 *Iudex nunquid poſsit pro repreſſalijs capi in ciuitate, contra quam non facit iuſtitiam.*
43 *Scholares an gaudeãt immunitate aduerſus repreſſalias, & quando.*
Bedelli ſunt de appendicibus ſtudij.
44 *Legati an pro repreſſalijs poſsint detineri.*
Nundinæ à repreſſalijs ſunt exemptæ.
Peregrini ſine pera & baculo, non gaudent peregrinorum priuilegio.
45 *Captura eſt citatio realis.*
46 *Scholaribus libri pro repreſſalijs non auferendi.*
47 *Repreſſalijs abutentes, qua pœna puniendi.*

De iniuriis & damno dato. Rubr.

ETſi pignorationes.] Hæc decretalis diuiditur in tres partes. In prima parte ponit cauſam prohibitionis. In ſecunda, ibi, vt autem, ponit ipſam prohibitionem. In tertia, ibi, illi autem infligit pœnam cũ facultate reuocandi eam infra certum tempus. Quælibet autem pars poſſet ſubdiuidi per alias. Sed iſta pro declaratione ſufficiat. Summatur autem ſic, ſecũdùm doct. Ioan. And. & ſequaces. Repreſſaliæ contra perſonas eccleſiaſticas concedi, vel conceſſæ non debent extendi contrafacientes, ſi infra menſem non reuocent, ſi ſunt ſingulares perſonæ, ſunt ipſo facto excõmunicatæ: ſi ſunt vniuerſitates, ſunt interdictæ, hoc vult in effectu. Vel ſic, & breuiùs more noſtro.

Non apprehendatur pro quoquam clericus inſons.

Forma autem quæſtionis propoſitæ in cõcilio, elicitur fœliciter à quolibet mediocriter intelligente.

Sed antequam diſcutiatur difficultas huius ſanctionis, primò ſignabo textum cuiuſque particulæ, prout conſueuit, & poteſt melius allegari.

1 NOTA primò, † quod pignoratio, qua alius pro alio grauatur, vulgari nomine dicitur Repreſſalia. Pignoratio enim per verbi extenſionem ſignificat realem & perſonalem apprehenſionem: ꝙ à pugno eſt dictum, dicitur deriuaſſe, vt l. 1. ff. de pign. actio. & l. plebs. §. pignus. ff. de verb. ſignif. Et Repreſſalia, ſecũdùm quorundam locorum vſitationem dicitur, quando apprehenditur vnus pro alio, & res vnius pro re alterius. Ex quo cõficitur, ꝙ quãdo vocabula iuris ſunt obſcura, non ſolùm poſſunt declarari per particularẽ demõſtrationem facti quod exigitur in illa re: vt hic, dum dixit pignorationem qua vnus pro alio prægrauatur. Sed etiam poſſunt & debent declarari per vulgarem vſum loquendi: quoniam vſus loquendi ſecundùm vulgus & plebem, ſit magis notus & communis quàm alius, facit ad hoc. l. vulgaris. ff. de furtis. Et ꝙ notant legiſtæ in l. 1. ff. de vulg. & pupill. & canoniſtæ de pœni. diſtin. 1. vulgaris. Et in tantùm dicũt doctores debere attendi vulgarem locutionem, ꝙ nõ ſolùm in legibus & ſtatutis ſit ſecundum ipſam vocabulorũ interpretatio, vt l. cum de lanionis. §. aſinã. ff. de fundo inſtructo. & notat. Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure, & per Petrum de Anch. in c. 1. de conſtitutionibus:

Digitized by Google

2 tutionibus: † ſed etiam per talem vulgarē locutionē fit commutatio & alteratio ſignificationis ipſorum vocabulorum.l.librorum.§.ꝙ tamē.ff.de lega.3.l.4.& ibi nota.ff.de lega.1.& inſtit.qui da.tut.teſta.poſſ.§.pen.& ibi gl.& ſ̄.de rebus eccl.non alienan.c.hoc conſultiſſimo. Nota ſecundò, ꝙ Repreſſaliæ vidētur prohibitæ triplici iure.ſ.legibus, æquitate naturali, & conſtitutione ciuili. Et iſta poſſunt intelligi multipliciter: Primò enim poſſunt intelligi prohibitæ legibus diuinis, quæ ſemper fuerunt ab æterno in mente diuina. Et iſte intellectus ſatis eſt veriſimilis, cum poſtea dicat de æquitate naturali. i. de iure gentium, ꝙ habuit originem ſimul cum humana natura. §. ꝙ vero. inſtit.de iure nat.gent.& ciuil.& in decretis.1.diſtin.c.1. Et vltimò addit de conſtitutione ciuili. i. de iure ciuili & canonico, quòd appellatur conſtitutio, vt 3.diſtinct.in princ.& de conſtit.c.1. Itē omnia iſta verba poſſunt aliter intelligi, nam cùm primò dicit, ꝙ ſint prohibitæ legibus: poteſt intelligi generaliter de omni iure ſcripto, ſiue ſit ciuile, ſiue ſit canonicum, nā vocabulū legis generale eſt, vt l.1.& 2.ff.de legibus.
3 & 3.& diſtinct.c.1. † Et quod poſtea ſequitur de iure naturali, intelligit de iure non ſcripto, ꝙ etiam valde efficax eſt, ſi ei ius ſcriptū non aduerſetur, vt l.placuit. C.de iudicibus, & clemen.quamuis rigor. de appell. Et ꝙ vltimo ſubdit, de conſtitutione, intelligitur de ſtatutis & conſuetudinibus particularibus quorūdam locorum. Quidam tamen dicunt, ipſas Repreſſalias non eſſe prohibitas regulariter aliquo iſtorum iuriū. Sed ſolùm in certis caſibus ſpecialibus, de quibus. ȷ̄. tangam copioſiùs. Et hæc ſufficiant annotata circa primam partem text. Nota ex ſecūda parte huius capituli. Primò, ꝙ Repreſſaliæ ſiue pignorationes, de quibus eſt dictum, ſunt prohibitæ, non ſolùm in perſonis clericorum, ſed etiam in rebus ipſorum. Et ſic hoc priuilegium non ſolùm conceditur perſonis, ſed etiam extenditur ad res ipſorum, de quo in c.fi. de vita & honeſta.cleric.

4 Nota ſecundò ex eadem parte, ꝙ † cōſuetudo oneroſa clericis ſiue eorum rebus, non ſolùm reputatur introducta abuſu & corruptela, ſed etiam tanquā cōtra libertatem Eccleſiaſticam, mandatur vtroque iure caſſari & annullari, vt in auth.caſſa & irrita. C. de ſacroſanct.eccl.& in corpore vnde ſumitur, & in c.1.ſ̄. de iureiur.eo.lib. & ca.pen. & fin.de immuni.eccleſ. Ex tertia parte textus nota primò ꝙ pari pœna puniuntur excedentes Repreſſalias iam conceſſas cōtra clericos & eorum bona, ſicut puniuntur concedētes ipſas à principio contra eos: ſicut in ſimili dicimus, ꝙ eodem priuilegio gaudet augmētum dotis, quo gaudet ipſa dos, vt in auth. æqualitas.C. de pactis cōuen. & in authentica, ſed iam neceſſe.C.de donat.ante nuptias, & in auth.de æqualitate dot.§.1.& 2. colum. 7. Nota ſecundò, ꝙ delinquens, concedendo vel extendendo Repreſſalias ad perſonas vel bona clericorum, habet terminum menſis ad pœnitendum & purgandū reatum ſuum. Interim autē, an ſit excōmunicatus, ſatis ambiguum eſt, cùm textus non aperiat. Sed poteſt intelligi duobus modis. Primò, ꝙ talis tranſgreſſor ſit excommunicatus ſtatim, ſed tamen effectus ipſius excommunicationis differetur per menſem, infra quem
5 ille habuit facultatem pœnitēdi: † ſicut nos dicimus, ꝙ ſit venditio pura, licet interdum eius effectus ſuſpendatur in euentum certi temporis vel cōditionis. l.commiſſoriæ.C.de pactis inter empt. & venditorē, & l.1.ff.de in diē adiect.& erit caſus ſpecialis, in quo ſententiæ excommunicationis effectus ſuſpenditur, licèt regulariter ſententia excommunicationis ſuſpēdi non poſſit, vt c.ad hæc.de appel.& not.in c.1.§.& hæc eadem, de ſent.excom.lib.6.& elapſo menſe, intelligetur ſemper etiam ab initio excommunicatus. Secundo modo poteſt intelligi, ꝙ talis trāſgreſſor nō erit vllo modo excommunicatus, neq; in habitu, neq; in actu, ante euentum mēſis, ſed incipiet eſſe excommunicatus, cum erit præteritus ipſe menſis, & veniēte tempore: quoniam iſta excōmunicationis & interdicti ſentētia intelligetur eſſe cōditionalis, ſicut ſunt etiam aliæ ſententiæ, quę feruntur ſub conditione intrinſeca, vt l.2.§.biduum.ff.quando appel.ſit. & l.cū nemo.C.de ſent.& interlo.omn.iud. Et non trahetur retro talis ſententia ad tempus cōmiſſi criminis, quia licet alij actus conditionales trahantur retro ad tempus ſententiæ, vt l.ꝙ ſi pendēte.ff.de peri. & commo. rei vend.tamen quando conditio dependet à poteſta-
6 te debentis ipſam implere, † talis actus non retrotrahitur, vt l.potior.in pr.ff.qui potio. in pig. habe. & l. quidam cum filium.§.fi.ff.de verb.oblig.

Expeditus de literalibus, venio modo ad enodationem & declarationem dubiorū, quæ tanguntur principaliter in hoc textu. Et licèt poſſent tangi ſex difficultates, ſicut ſunt ſex notabilia, tamen non tangam niſi tres tantùm, ſecundùm ꝙ ſunt tres partes textus. Et in reliquis tribus leuiùs pertranſibo.

Et circa primam partem textus, vbi declaratur ſignificatio verbi, pignorationes, per vulgare idioma. Oppono, ꝙ immo declaratio verbi obſcuri debet fieri ex præcedentibus & ſequentibus verbis poſitis in eodē textu: & ex conſuetudine patrisfamiliàs qui loquitur, vel alia veriſimilitudine, vt l.ſi ſeruus plurium. §.fin.ff.de legat.1.& l.hæredes palam.§.ſed ſi notam. ff.de teſtamentis. Item nonnunquā fit declaratio per
7 demonſtrationem ad oculum tantum, † vel ad oculū & intellectum ſimul, vt l.ſi tā anguſti.ff.de ſerui.ruſti. prædio. l. hoc edicto. cum aliis ſimilibus. ff. de ope. nou.nun. Solutio vera eſt, ꝙ declaratio & interpretatio verbi obſcuri, poteſt fieri multis modis: Quādoq; per expoſitionē & interpretationem factam à proferente expreſsè, & iſta eſt vna de principalioribus, vt hic. Quandoque per verā vocabuli ſignificationē, vt l. non aliter.ff.de legatis.3.& l.1.§.igitur in re dubia.ff. de exercito, Quandoq; ex mēte cōiecturata, quę colligitur ex multis, vt nó.in l.ſi de interpretatione.ff.de leg.1.& c.intelligentia.ff.de verb.ſign.quas quidē cōiecturas & demonſtrationes ſi proſequi vellem, & declarare quę potior aliis eſſet, & quæ probabilior aut præferēda, opus eſſet arduum & difficilè, ꝙ alio tempore & alio loco congruentiore ſtatuo reſeruare.

8 Secundus articulus & principalis † qui tāgitur hic, eſt, an Repreſſaliæ ſint regulariter permiſſę vel prohibitæ. Et licèt tex.ſonet ꝙ ſic, tamen ad declarationem oppono, ꝙ immo Repreſſaliæ ſint permiſſæ iure diuino & humano, nam de iure diuino dicitur, ꝙ cōtra illam gentem quæ negligit nobis facere iuſtitiam, iuſta bella geri poſſunt, vt dicit Aug. in lib. quæſtionū, & tranſſumptiuè in decr.23.q.2.c. Dominus noſter, ſed Repreſſaliæ introductæ ſunt, quia non poſſumus habere iuſtitiam ab aliqua gente: ergo illa gens & homines ſui ſunt nobis obnoxij, & res ſuę iuſtè capi poſſunt, & nobis licitè acquiruntur, vt d. c. dominus noſter.& §.ea quæ ab hoſtib.inſtit.de rerum diui.& pro hærede.§.ſi quid inde.ff.de acquir.hæred. vbi eſt tex. ſing.ſecundùm Bar.& in decr.1.diſtin.hoc iure introducta. Item ſimiliter non videntur prohibitæ iure humano: quia conſuetudo quæ eſt ius non ſcriptū, & nō minus videlicet quàm ius ſcriptum, vt leg. de quibus. ff.de leg.1.& 1.diſtinct. conſuetudo, permittit iſtas

Repreſſalias & obſeruat, vt no gl. in auth. & omnino.
C. de act. & oblig. & Cyn. in auth. habita. C. ne filius
pro patre, ergo videtur ꝙ hæc litera prohibens eas
regulariter non bene dicat. Timore horum contra-
riorum, quidam doctores dixerunt, nihilominus te-
nendum eſſe ipſas Repreſſalias omnino prohibitas.
9 Idque multipliciter conantur oſtendere. † Primum
enim dicunt eas videri prohibitas iure diuino, quia
legitur Ezechielis 18. c. *Anima quæ peccauerit, ipſa mo-
rietur, & filius non portabit iniquitatem patris*, & habetur
2. quæſtio. 4. inde. Item videntur prohibitæ iure gen-
tium ſiue ratione naturali, cum legamus ꝙ vxor non
tenebitur pro marito, neque filius pro patre, vel ecó-
trà: & denique vnus non tenetur pro alio, vt l. cum te.
C. de actio. & oblig. & in toto tit. C. ne vxor pro ma-
rito, & in toto tit. C. ne filius pro patre, vel econtra.
& l. 2. §. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, & in c.
non debet, de regul. iur. Et præterea quia natura do-
cet, ꝙ nemo debet cum aliena iactura locupletari, vt
l. nam & hoc natura ff. de condictione indebiti. & in
c. locupletari. infra de reg. iuris, cum concordãtiis ibi
poſitis. Sed per Repreſſalias capiũtur perſonæ & bo-
na non debentium pro debentibus, & fit locupletatio
cum aliena iactura, ꝙ non eſt permittendum. Item vi-
dentur prohibitæ iure ciuili, quoniam ius ciuile per-
mittit, quòd liberè quis poſſit tranſire per agrũ alie-
num, & multò magis per viam publicã, vt l. per agrũ.
C. de ſeruitutibus. l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publico.
ff. de his qui deie. vel effuderunt. l. 1. §. 1. & in toto tit.
ff. de via publica fruenda. Item ius ciuile vult quod
10 ſeruetur ordo iuris, & adeatur iudex cõpetens: † alio-
quin ſententia non valeat, neque mereatur executio-
nem, vt § inordinatum, in authent. de hæred. & Falc. l.
prolatam. C. de ſent. & interlocuto. omniũ iudicum,
& in toto tit. C. ſi à non compe iudic. iudicatum ſit. l.
ſi quis ex aliena. ff. de iud. l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iu-
dicum. & l. à diuo Pio. ff. de re iudicata. & in toto tit.
C. de executione, de re iudicata. Et deniq; vult quod
ſi iudex aditus non faciat iuſtitiam, ꝙ addeatur ſupe-
rior, vt l. 2 ff. de appella. l. & in maioribus. C. eod. tit.
Et ſimiliter vult, ꝙ ſupplicetur principi, vt in toto tit.
C. quando libellus princip. datur, & in auth. quæ ſup-
plicatio. C. de precibus impe. offe. Et deniq; ſi iudex
malè iudicauit, contra ipſum agitur: quoniam videtur
feciſſe litem ſuam, vt l. fi. ff. de va. & extra ord. cogn. l.
ſi filius. ff. de iudi. ſed ſi Repreſſaliæ eſſent permiſſæ,
prohiberetur tranſitus, & non eſſet ſecurus, nedũ per
agrum alienum, ſed & per viam publicam, immò ca-
perentur liberi homines impunè, & contra formam
iuris. l. ob æs. C. de actio. & obli. & l. qui filios. C. quæ
res pigno. obligar. poſſunt, confunderetur ordo iuris
quia non adiretur iudex rei debitoris, vel eius ſupe-
rior, ſed iudex actoris quod eſt iniquiſſimum, vt l. iu-
11 ris ordinem. C. de iuriſdict. omni. iudicum. † Item non
fieret litis conteſtatio, & reprobationes, & demum
ſententia ac eius executio. Sed illis omiſſis, inchoaret
ab executione & ſequeſtratione perſonarũ & bonorũ
contra l. nimis properè. C. de execut. rei iud. Itẽ non
adiretur iudex ſuperior negligentis vel non facientis
iuſtitiam, ſed partis, quod eſt inconueniens, vt l. ille à
quo. §. tempeſtatiuum. ff. ad Trebell. l. nam & magi-
ſtratus ff. de arbit. Itẽ non adiretur princeps vel alius
ſuperior, neque ſupplicaretur principi, neque conue-
niretur ipſe reus iudex malè iudicans: ſed alius inno-
cens, contra legem quæ vult innocentem potius ab-
ſolui, contra nocentem condemnari. l. abſentem ff. de
pœnis. Item videntur prohibitæ iure canonico poſi-
tiuo, quoniam cũ ius canonicum permittat ſimiliter
liberum aditum per agros alienos & vias publicas, vt
in decret. 1. diſt. c. omnes leges, & de treuga & pace.
c. 2. Et ſimiliter ipſum ius canonicum habeat ordinẽ
iudiciorum & competentiam iudicum, vt in cap. at ſi
clerici, de iud. c. ad noſtram de conſuetudine ſignifi-
caſti, de foro compet. & in toto tit. vt lite nõ conteſt.
non procedendum ad teſtium receptionem. Et ſimi-
liter non velit hominem liberum capi pro debito, vt
cap. 2. ſ. de ſolut. Et iudex malè iudicans faciat litem
ſuam, vt in c. cum æterni, de re iudica. eod. lib. Et de-
nique mandetur leges ſeruari, vbi deficiunt canones,
vt c. 2. de oper. noui nunciat. & not. in l. priuilegia. C.
12 ſacroſanct. eccl. † Et facit ſatis apertè iſte tex. & ratio
etiam promptiſſima, quia deficiente iuſtitia in prin-
cipe vel regibus non habentibus ſuperiorẽ, Papa ſuã
iuſtitiam exercet, ſicut fecit Inn. 4. procedendo cõtra
Frederic. Imp. vt in c. ad Apoſtolicæ de re iud. eo. lib.
& Clemens V. contra Imperatorem Henricum, vt in
clem. Paſtoralis, de re iud. & ſicut fecit Inn. III. con-
tra regem Franciæ, vt c. nouit. de iud. & Alex. III.
contra regem Angliæ, qui reges ſimiliter non reco-
gnoſcunt ſuperiorem, vt c. non eſt. ſ. de ſponſ. quoniã
Papa reputatur maior, vt c. ſolitæ, de maior. & obed.
& c. venerabilem, de elect. cle. Romani. de iureiur. &
96. diſtinct. duo ſunt. Et regulariter iuriſdictio deuo-
luitur ad maiorem, vt c. licet ex ſuſcepto, & c. frequẽs
ſupra de foro compe. Et iſtam opin. tenuit Arch. hic,
dicens ita habuiſſe à domi. Guil. Spec. qui ſic no. hic.
Et idẽ tenuit Ioannes de Fan. in d. c. dominus noſter,
& Guido de Suza. & Franciſc. Veronẽ. Et fortè hanc
opin. habuit dominus Gregor. auctor huius conſtitu-
tionis. Non obſtat c. dominus noſter. 23. quæſtio. 2.
quoniam illud intelligitur de bello permiſſo ab Im-
peratore vel alio legitimo ſuperiore, contra illã gen-
tem negligentem facere iuſtitiam, quoniam quando
13 poteſt haberi copia iudicis vel ſuperioris, † nunquam
licet bellum gerere ſine eius authoritate, vt l. ait præ-
tor. § ſi debitorem. ff. de his quæ in fraud. cred. & l. ſi
alius. §. belliſſimè. ff. quod vi aut clam. l. nullus. C. de
Iudæis. Sed Imperator cenſetur dominus totius mũ-
di, vt l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam. de iactu. l. bene à
Zenone. C. de quadri. præſcrip. 12. q. 2. in apibus. Et
deficiente imperio, eſt Papa, vt c. venerabilẽ, de elec.
c. licèt eo ſuſcepto. de foro compe. & deficiẽte Papa,
ſuccedit collegiũ Cardinaliũ, vt clem. Rom. de elect.

Et interdum conſilium vniuerſalis eccleſiæ, idque
notatur 9. q. 3. cuncta per mundum. 40. diſt. c. ſi Papa.
aliàs bellum inter ſubditos imperio vel eccleſiæ non
cenſebitur iuſtum, vt not. Bart. in l. hoſtes, ff. de cap. &
Hoſt. in tit. de treug. & pace. §. 1. ver. ſi quid ſit iniuſtũ
bellum, & Inn. in c. olim, de reſtit. ſpolia. Adeo ꝙ ca-
pti non efficerentur ſerui capienti, nec bona conce-
derentur occupãtibus. l ſi quis ingenuam. ff. de capti.
& 23. q. 1. quid culpatur, & q. 2. c. 1. Non obſtat ſecũ-
dò, quod dicebatur de conſuetudine particulari quo-
rundam locorum vel vniuerſali, quoniam illa cùm ſit
contra ius diuinum & humanum, debet cenſeri potius
corruptela, quàm conſuetudo, vt ſenſit textus noſter
in auth. habita. C. ne filius pro patre. Et ſi iſta opinio
eſt vera, ex ea ſequuntur tres illationes. Prima, ꝙ ſta-
tuta locorum permittentia iſtas repreſſalias, non va-
lent de iure. Secunda, quod exigẽtes vel conſequẽtes
aliquid virtute talium Repreſſaliarum, poſſunt com-
pelli per Imperatorem vel Papam vel eorum delega-
tos, ad exacta reſtituenda. Tertia illatio eſt, ꝙ poſito
quod tales exactores non compellerentur per aliquã
poteſtatem ſecularem vel eccleſiaſticam, tamen non
poſſunt exacta tenere in foro conſcientiæ.

† Doctores

14 † Doctores tamẽ, tam legiſtæ quàm canoniſtę ſolent communiter tenere contrarium. Et putant ipſas Repreſſalias eſſe omni iure permiſſas. Non ſolùm argumẽto textu in c. dominus noſter, ſuperius allegato. & ſimiliter arg. gloſ. in auth. & omnino. C. de actio. & oblig. ſed etiam aliis modis. Primò, quia ſcriptum eſt Ezechielis 10. in princ. & Matthæi 21. tranſſumptiuè autem 27. q. 3. c. 2. 13. q. 3. ipſe ligãdi, & de offi. ordin. c. ſignificauit, *quod regimen auferri debet poteſtati delinquenti, & dari genti facienti iuſtitiam.* Sed ille iudex qui debeat iudicare de ſubdito ſuo, præſumitur negligens: ergo poteſtas & regimen ab ipſo aufertur, & conceditur alteri genti vel iudici illius qui eſt per hoc offenſus. Item probatur per exempla: Primò enim *peccato ciuium, theſauri Hiericho anathematizati legũtur.* Ioſue 6. cap. Item *peccato Amalechitarum animalia eorum iuſſa ſunt interfici,* vt lib. 1. Regum 15 capit. Item *peccato Aegyptiorum poſſeſſiones eorum grandini tradita; iumenta & primogenita eorum morte conſumpta ſunt.* Exod. 9. & 12. cap. Item *peccato Iſraelitarum arca domini Philiſtæis tradita eſt,* libro Regum. 4. cap. Item *terra Iſraelitarum qui ſuum auctorem noſcere noluerunt, in ſalſuginem verſa, ſegetibus eorum imbres aduerſi ſunt, animalia eorum ſterilitate & morbo confecta ſunt,* tertij Regum 17. & 18. *in deteſtatione peccati pecunia Simonis damnata eſt, cui dictum eſt: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri,* Act. 8. cap. Item vltimò probatur exemplis, quòd perſonę etiam propter peccatum aliorum paſſæ ſunt, *nam peccato Achan plebs Iſraelitica in manibus hoſtium tradita eſt,* Ioſue 7. cap. Item peccato filiorum Heli, *populus in manibus Philiſtinorum corruit,* lib. primo. Regum. 4. cap. Item peccato Dauid *qui populum numerauit, gladius Domini deſæuijt in pauperes,* lib. 2. Regum, 24. cap. Item peccato Sodomitarum, *cæleſtis ignis deſcendit in paruulos,* Geneſis 19. cap. Item peccante Cham, *filius eius Chanaan maledicitur,* Geneſ. 9. cap. *Giezi peccante, lepra eius tranſiuit ad poſteros,* lib. 4. Regum, 5. capit. Et *Iudæis clamitantibus, Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros, pœnæ mortis* CHRISTI *ad eorum reliquias deſcenderunt.* Matthæi 27. c. Et Ioſephus de bello Iudaico. Et idem in multis aliis exemplis, de quibus tranſſumptiuè in decretis habetur. 1. q. 4. §. item peccato.

15 Secundò videntur permiſſæ † iſtæ repreſſaliæ ratione naturali, quæ dicitur eſſe ius gentium, vt §. ꝙ verò inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. & l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iur. Nam ſi vna gens neglexit facere iuſtitiam, & æquitas naturalis dictat, quod contra ipſam iuſtum bellum geri poſſit, vt 23. quæſtio. 2. capit. Dominus noſter. In quo quidẽ bello licitè capi poſſunt homines, & bona capta detineri, vt prima diſtinc. hoc iure. 24. quæſt. 5. dicat. ff. de acquirendo rerũ dominio. l. naturalem. §. item ea quæſt. ſed quando vnus iudex deputatus ab vna ciuitate vel gente, negligit facere iuſtitiam, ipſa ciuitas mandans illi iuriſdictionem, tenetur ex mandato ſic, vt alij mandantes tenẽtur ex defectu mandatariorum, vt l. cum mandato. ff. mandati. cap. fin. compromiſſarius, de elect. c. ſanè, de ſenten. excommun. eo. lib. l. ciuitas. ff. ſi certum petatur. l. aduerſus. C. de vſur. l. ſi præſes, de tranſact. Nam tales ciuitates vel gentes ex negligentia culpam alienam videntur feciſſe ſuam propriã, vt ſecunda quæſt. negligere. 86. di. facientes, & 45. diſt. ſed illud: de ſent. excom. quanto. & ĩ. de ſent. excom. dilecto. Et hinc vulgariter dicitur, ꝙ non improbans, videtũr approbare. ff. furti. aduerſus nau. caupo. ſtabu. l. 1. ff. vlt. & not. 2. & 3.

16 † Tertiò vidẽtur permiſſæ iure ciuili, quia vbi copia iudicis haberi non poteſt, licèt nobiſmetipſis ius dicere. l. ait prætor. §. ſi debitorẽ. ff. de his quę in fraudem creditorum. l. nullus à contrario ſenſu. C. de Iudæis & licet capere debitorem fugientẽ propriis manibus, vt ducatur ad iudicem, vt l. dies feſtos, & ibi gl. C. de feriis. Sed populus vel gens negligens nobis facere iuſtitiã, dicitur eſſe debitor noſter, vt 24. q. 2. c. Dominus noſter, & ſuprà proximè, ergo ipſius populi perſonæ vel res poterunt capi à nobis propria authoritate. arg. l. pro hærede. ff. de acquir. hære. Et maximè, ſi copia iudicis & ſuperioris non ſit arg. l. creditores. C. de pig. ff. de acqu. poſſeſſ. l. poſſeſſio. Et hoc poſſet dilatari per 49. caſus collectos per Spec. in tit. de actore. §. 1. verſ. item ꝙ vult, in quibus habetur, ꝙ quis poteſt ſibi ius dicere, & per l. deuotũ. C. de metatis. lib. 12. vbi dicit, ꝙ nullus pertimeſcat crimen, vbi aliquid eſt ſibi iure permiſſum.

Quartò ſimiliter vidẽtur licitæ iure canonico, quoniam ius canonicum permittit, ꝙ propter delictum adminiſtratorum & gubernatorum puniatur tota vna prouincia, & vnum regnum vel vna ciuitas, vt ca. non eſt. ſ. de ſponſali. & c. ſi ſententia. de ſent. excomm. Et ideo ex culpa regentium poterit capi & detineri homo liber inuitus pro debito pecu. vt c. ex reſcriptio. de iureiur. & 23. q. 8. vt pridem.

17 † Quintò & vltimò poſſunt dici licitæ iure cõſuetudinum & conſtitutionum particularium, quandoquidem gl. in auth. & omnino. C. de actio. & obligat. dicit, ꝙ ciuitates hoc ſeruant, & conſuetudo ſiue obſeruantia communis dicitur eſſe ius non ſcriptum, ꝙ iuris ſcripto par æſtimatur, vt prima diſtinctio. c. conſuetudo. & in §. ex non ſcripto. inſti. de iure natu. gen. & ciui. Et ſi hoc non ſeruaretur de conſuetudine, tamen hoc poſſet induci nouo & particulari ſtatuto ciuitatem, ſicut poteſt probari ratione. Nã illud debet poſſe quælibet ciuitas in ſuo territorio, quod poteſt ciuile poſitiuum in omnes ſubditos ſuos. Sed ius ciuile permittit in multis caſibus, ꝙ illi de villa teneantur emendare damnum datum ab alio eiuſdem villæ, vt not. d. 1. l. ne quid. ff ne incen. rui. & naufra. per illũ text. & per l. 1. C. de omni agro deſer. lib. 11. vbi ordines ciuitatum compelluntur ſoluere pro fundis non habentibus pactiones, & facit. l. ſatis. C. in quib. cau. pig. tacit. contrah. & l. fin. de primipilo. vbi pro cauſa primipilari filius etiam non hæres patris tenetur, & bona vxoris ſimiliter obligantur. Et ideo nõ incommodè ſtatuerunt Florentini, quod pro debito mercatoris publici tenerentur vxores & filij, ſicut teſtantur doctores in iſta materia. Et iſtam opin. tenuit Inn. in cap. cum olim. de reſti. ſpo. Iac. de Bel. in auth. vt non fiant pignorationes. §. 1. Iaco. de Ra. & Cyn. in auth. habita. C. ne filius pro patre. Io. And. in c. non debet, in mercu. 1. de reg. iur. Bart. in ſuo tractatu. Bald. & Salic. in auth. & omnino. C. de actio. & oblig. & doc. Pet. de Anch.

18 Ad argumenta † autem contraria poteſt faciliter reſponderi, videlicet ꝙ ſecus eſt in Repreſſaliis, quam in caſibus. ſ. generaliter allegatis. Vel poteſt dici, ꝙ illi caſus ſunt ſpeciales, vt ĩ. videbimus, vel ſpecialius, dum dicitur ꝙ vnus non debet portare iniquitatẽ alterius. Iſtud eſt verum regulariter, ſed quandoq; vnus damnatur pro alio, vt ſ. monſtratum eſt. Ad ſecundũ, dum dicebatur ꝙ vnus nõ debet locupletari cum dãno alterius, reſpondendum eſt, ꝙ vtens Repreſſaliis, non locupletatur ex alieno, ſed ſuum conſequitur, & poſtea iſte exactus pro Repreſſaliis, habet remedium contra eum, pro quo exactus eſt, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè exactus ſit, vt not. Bar. & doct. in l. 2. in fin ff. de verb.

oblig. Et idem ſequuntur Raph. & Florent. per l. ſena-
tus. §. culpæ. ff. ꝙ metus cauſ. Ad illud vero ꝙ dice-
batur, non licere tranſire per agrum alterius, vel per
vias, dic illud verum generaliter, ſecus in particulari
caſu repreſſaliarum, vt hic. Et cùm dicitur, ꝙ hic non
19 ſeruatur ordo iuris circa repreſſalias: † dic ꝙ hoc eſt
verũ, quoniã in ipſis repreſſaliis proceditur de æqui-
tate iurisgentium, quæ fuit antequam introduceretur
ordo iudiciorum, vt l. ſecum. §. exactis, & §. deinde. ff.
de orig. iur. & l. 1. C. de formu. & no. inſt. de action. §.
ſeq. Et ſimiliter non aditur ſuperior: quoniam licet
Papa & Imperator de iure ſint omnibus ſuperiores,
tamen de facto non ſunt ſuperiores, & auxilium eorũ
de facto haberi non poteſt, vt in auth. vt diffe. iud. §. 1.
& 2. in auth. de q. §. ſi verò. Et licèt Bart. & doct. in l.
hoſtes. ff. de capti. dicant, inter ciuitates ſubditas vni
principi non poſſe fieri iuſtum bellum, nec ſequi ca-
ptiuitates & ſpolia per l. ſi quis ingenuam. ff. de capt.
illud procedit de iure ciuili: ſed tamẽ de æquitate na-
turali, poteſt eſſe iuſtum bellum cõtra omnes, vt l. ex
hoc. ff. de iuſt. & iure. & 1. diſt. hoc iure. Et de tali iure
potius, quam de iure ciuili poſitiuo, ſunt introductæ
repreſſaliæ vt d. c. Dominus noſt. 23. q. 2. Ad iſtũ autẽ
tex. & c. iura canonica, reſpondeo, quod ſunt exoſę in
multis caſibus, ſed non regulariter, & non debet dici
quòd iudex incompetens extra territorium ſuũ iudi-
cet repreſſalias committẽdo, quoniam immo dicitur
eſſe iudex competens, quia ciuis illius loci, contra
quem ſunt conceſſæ repreſſaliæ, dicitur ingrediendo
territorium illius iudicis, committentis ipſas repreſ-
ſalias, quodãmodo delinquere, & ratione delicti effi-
ci de iuriſdictione committentis ipſas repreſſalias, &
licitè e. arg. l. diuus. ff. de ſerui. ruſtic. prædior. & con-
ſuetudo ſuper hoc non eſt mala, neque peruerſa regu-
lariter, vt ſuprà dixi. Et ita dicitur tenuiſſe eas licitas
in foro conſcientiæ. B. Thom. in 2 ſecundæ, q. 40. dũ-
modo quis non cõmittat vel faciat eas animo iniquo
& crudeli, & ex affectione & cupiditate bellandi po-
20 tius, quàm ſui iuris conſequendi. † Et iſta ſententia
etiam placet mihi, tanquam pluribus & meliorib. ra-
tionibus & authoritatibus confirmata. Ex qua infero
ſecundùm Bart. in tractatu ſuo vi. pulchras concluſio-
nes, in quibus repreſſalię iuſtè concedi poterunt. Pri-
ma, quando vnus iudex non vult mittere executioni
ſententiam alterius iudicis ad ſe ſcribentis, vt dicitur
in legatione à diuo Pio. ff. de reg. iur. & in c. Romana.
de offic. ord. & de foro compet. §. eodem lib. Secun-
da, ꝙ quando non vult concedere arbitros, aut ſum-
matim procedere inter pupillos & viduas, ſecundùm
leg. 1. C. quando inter pupillos & viduas. Tertia, quod
quando iudex alterius non vult dare arbitros aut iu-
dices delegatos extra locum, vbi quis aduerſarij po-
tentiã perhorreſcit, vel ipſe aduerſarius non vult pro-
rogare iuriſdictionem iudicis non ſuſpecti, vt c. ſtatu-
tum. § cùm verò. de reſcrip. eod. libro. Quarta, quãdo
iudex alterius iniquè pronuntiat, & ciuitas ſua nõ pro-
uidet dando iudicem appellationis qui illam iniqui-
tatẽ corrigat & emendet, iuxta l. 1. ff. de appell. Quin-
ta, quando ciuitas habet iniquum ſtatutum cõtra fo-
renſes, quo ſubſiſtente, ipſi neceſſariò ſuccumberent:
& requiſita non velit ipſum corrigere vel cancellare.
Sexta, quod quãdo non vult reuocare ciuitas ſenten-
tiam latam à ſuo iudice ob gratiam ſui, ꝙ tũc poſſunt
concedi repreſſaliæ ei, qui eſt læſus, contra illã ciuita-
tem, quæ ipſum læſit, & conſequenter talis læſus iure
belli cõtra illam ciuitatem poteſt capere perſonas &
bona & ducere ad iudicem ſuũ vt de ipſis ſatisfaciat
per venditionem aut retentionem, iuxta l. ait prætor.
§. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraudem cred. & per
Ioan. And. in d. c. nõ debet, in fine de reg. iur. alioquin
capiens propria authoritate & detinens apud ſe pu-
niretur, vt in toto tit. C. de pri. car. & l. illicitas, in pr.
ff. de offi. præſi.
21 Fallit autem † ſupradicta regula in multis caſibus.
Primò, vbi pro alia iniuſtitia poſſet haberi recurſus
ad ſuperiorẽ, verbi gratia, eſt facta iniuſtitia ab vna ex
ciuitatibus regni, certè ex quo poteſt haberi recurſus
pro iuſtitia ad regem, non poterunt concedi vel facta
iniuſtitia ab vno ex ſubditis Imperatoris aut Papæ,
certè ex quo poteſt haberi recurſus ad ipſum Papam
vel Imperatorem, non poterunt fieri repreſſaliæ: vt in
auth. de quæſtor. §. ſuper hoc, poterunt ergo fieri ſo-
lùm, quando fieret iniuſtitia ab aliquo tyrãno vel po-
pulo erigente ceruicem, & non recognoſcente aliquẽ
ſuperiorem ſaltem de facto in terris ſuis, quoniam tũc
non habetur pro domino. vt notat Innocẽtius in cap.
nihil de elec. & facit l. decernimus. C. de ſacroſa. eccl.
Et iſtam fallentiam tenuit Iacobus de Bellapertic. §.
ſuper hoc, in auth. de quæſto. & auth. vt differ. iud. §. 1.
Item tenuit Iac. de Aret per l. ne quid. ff. de incen. rui.
& naufra. Idem tenuit Bart. per l. ſi alius. §. belliſſimè.
ff. quod vi aut clam. & Bal. in d. auth. & omnino. qui
allegat tex. quem dixit ad hoc eſſe meliorẽ de mũdo,
in c. de mili. vaſal. qui cõtumax eſt. colla. 10. vbi ſi do-
minus non facit iuſtitiam, poteſt deprædari. ꝙ dicit
Bart. in ſuo tractatu eſſe verum, quando poteſt haberi
copia ſuperioris faciliter, ſecus autem, ſi poſſet diffi-
culter vel cum magna expenſa: quoniam illa difficul-
tas æquiparatur impoſſibilitati, arg. l. cõtinuus. §. 1. ff.
de verb. obl. & l. mediterraneos. C. de ann. & trib. lib.
10. ff. de pign. actio. l. ſi ſeruus. Item quia paria ſunt, ꝙ
non poſſet adiri ſuperior ex defectu iudicis, vel ex de-
fectu partis, vt l. 1. ff. de diuer. & tempo. præſcr.
22 Fallit ſecundò, † vbi concederentur vel fierent per
iudices vel magiſtratus, non habentes merum vel
mixtum imperium, vt ſunt magiſtratus municipales
vel conſules mercatorum, vel alij ſimiles, qui non ha-
bent ius gladij & cataſtæ, vt l. quid erit. ff. de officio
procon. & lega. l. iubere cauere. ff. de iuriſd. omnium
iudic. Ex quo infert Baldus duo corollaria. Primùm,
quòd cùm hodie ex conſuetudine poteſtatis terrarum
habeant merum & mixtum imperium & ius gladij, ſi-
cut habebant olim præſides prouinciarum, vt l. illici-
tas. §. qui vniuerſas. ff. de officio præſi. ꝙ ipſi poterũt
concedere iſtas repreſſalias. Itẽ infert ſecundò, quòd
licèt repreſſaliæ poſſent concedi per vicarios gene-
rales ipſarum poteſtatũ, ſicut etiam omnes aliæ cauſę
quæ non ſunt ſanguinis, poſſunt per eos expediri, vt l.
a. & l. ſuggerente. ff. de officio eius qui vicem alterius
gerit, quod tamen iſta conceſſio non poterit delega-
ri, neque per delegatum expediri, ſicut neque aliæ
cauſæ meri imperij, vt in l. 1. ff. de offi. eius cui mand.
eſt iuriſdict. & l. 1. C. ne lice. poten.
Fallit tertiò, vbi nõ ſeruaretur debita forma in ipſis
concedendis, hæc autẽ forma, ſecundùm Bald. conſi-
ſtit in duob. Primò, vt magiſtratus faciat hac authori-
tate populi aut procerum vel Antianorum, habentiũ
libertatem à populo. Ratio eſt, quia in concedendis
repreſſaliis pugna quodammodo offertur, vnde debet
ibi requiri & interuenire authoritas populi, vt l. ſi le-
gitima. ff. de pact. l. hoſtes. ff de capti. facit quod not.
23 Inno. in c. olim de teſtit. ſpol. † Nam in his quæ ſunt
magni præiudicij, requiritur conſilium vltra manda-
tum, vt leg. Nauariorum, de nauicula lib. 11. & not. in
l. 1. §. 1 ff. ꝙ quiſque iuris. Et idem putat Bald. ſi iudex
faceret hoc authoritate ſtatuti vel cõſuetudinis illius
ciuitatis, quia vbi ſtatutum loquitur, populus loqui-
tur, vt leg. nam ipſum. ff. de iuſti. & iure. Et ideo dici
ſolet,

ſolet,quod fruſtra precibus impetratur, ꝙ iure communi conceditur, vt l.t.C.de theſau.lib.10.Secundò requiritur, vt in obſeruatione huius formæ adhibeatur cauſæ cognitio, vt ſummariè cognoſcatur & denuntietur parti,quod faciat iuſtitiam ſuo ciui & comparenti. Contrarium enim vult Baldus quod lis cum eo conteſtetur, quoniam ſecũdùm ipſum iſtud quod eſt iuriſdictio in iudice, in parte poteſt appellari officium iudicis maximè cum deſcendat ex æquitate, vt l.1.ff.de iuriſ.omn.iu.l. planè.ff.de peti.hæreditatis.ac etiã deſcendat ex moribus ciuitatum, ſicut dicimus in l. qui reſtituere.ff.de rei vend.& l.1.§. ſed hoc neceſſariò.ff.ſi mulier.vend.nomi.& ideo ſicut in reliquis ſuper officio iudicis proceditur ordinatè,vt c.1.de offi.

24 iud.ita etiam proceditur hic.† Et ſicut alias à iudice, cuius officium imploratur, poteſt appellari, ſi nõ iuſtè ſe exercet,vt no.in l.1.C.de bono.poſſ.ſecundùm tab.& l.4.§. hoc autem videndum.ff. de dam. infect. ita & hic Bart. autem dixit, quod immo iſtud neque erat actio,neque officium iudicis,ſed erat quædã poteſtas regia, qua totus mundus informiter regitur,vt l.2.§.1.ff.de orig.iuris.& ſi eſſet officium iudicis, vel actio de eo, eſſet aliqua lege cautum, quam tamen aſſerit ſe nunquam inueniſſe, ex quo ſequitur, quòd licet in conceſſione ipſarum repreſſaliarum, debeat interuenire iuſta cauſa, vt l.cùm verò §. ſubuentum. ff.de fideicommiſſ. libert. & l.1.§. hæc verba.ff.ne vis fiat ei, & notat.Iac.de Belui.in auth.ne fiat pignoratio.§.1.& S.Thomas,& Innocen.vbi ſuprà,tamen nõ requiritur libellus de neceſſitate, neque citatio in ipſius porrectione, & ſubſequens cauſæ cognitio,ſicut dicitur in l.2.§.cauſa.ff. quis ordo in bonor. poſſ.ſer.

Fallit quartò, vbi aliquis non fuiſſet culpabilis de iniuſtitia facta,verbi gratia,cùm prætor vellet habere inſtructionem conſil.ſuper deneganda iuſtitia,in qua quidem cõſuluit per ballotam ſuam ꝙ fieret iuſtitia,

25 & non ſtetit per eum,† quoniam tunc ipſe non poterit capi.& dicit Bald. ꝙ hoc caſu eſſet bonum, ꝙ ponens ballotam ſuam ꝙ fieret iuſtitia, faceret de hoc fieri publicum inſtrumentum vt l. quoniam iudices. C.de appellatio.Et idem dicit Bald.ſi quis receſſit de conſilio, cùm non poſſet loqui liberè ꝙ deberet fieri iuſtitia, vt l.quinque ſummates de decur. lib.10 Ratio,quia tales habentur pro contradicentibus, vt l.2. §.voluntate.ff.ſol.matr.& l.ſi cùm dotem.eo.tit.Plus voluit Baldus ꝙ etiãſi aliquis ciuis eius ciuitatis,contra quam ſunt conceſſæ repreſſaliæ, fuiſſet extra terram vel foris tempore iniuſtitiæ commiſſæ,quoniam non potuit citari,tanquam non habens ibi habitationem, ad quem debet fieri citatio ſecundùm iuris interpretationem, vt in ele.cum cauſam, de elect.facit quod dicitur, ignorantes non debere teneri, neque obligari vt l.ſi de decre.ab ord.fa.

Et eodem modo dixit Iacob.de Beluiſ. in aliis qui non ſunt de conſilio,& non poſſunt conſentire neque diſſentire in hac iuſtitia committenda:quoniam non poterunt capi neque ipſi,neque ipſorum bona,arg.c. Romana.§.fi.de ſenten.excom.& l.ſed ſi ea dolo.§.1. de dolo & ita trãſit Bal.& Salic.in auth.omnino.Bar. autem in duobus vltimis caſibus ſenſit contrarium, quoniam quilibet etiã non culpabilis debet poſſe capi & conſequenter eius bona. Primò quia vniuerſalis culpa tranſit ad omnes qui non poſſunt ab vniuer-

26 ſitate vel corpore ſeparari, † ſicut dicimus in ſententia interdicti lata cõtra omnes vt vnũ.de poſtul.c.1.& c.Romana de ſent.excom & hic in fi. Sed Bart.reſp. ꝙ illud eſt propter impoſſibilẽ ſeparationẽ culpabiliũ à non culpabilibus arg.l. fructuarius.§. ſi in viuariis.ff.de vſufr.ſecus autẽ,vbi poſſent diſcerni & ſeparari,vt hic,vbi magiſtratus & decuriones tãtum fuerũt in culpa,vt dixi ſ.facit ad hoc.l.1.ff.de magiſtrat.

Secũdò mouetur Bar,quia ſicut homo liber poteſt capi pro iure,ꝙ habet in eo dominus ſuus,vt l.pro hęrede.§.ſi quid.ff.de acq.hære.ita etiã ciuis poteſt capi pro iure,ꝙ habet in eo ciuitas ſua,vt l.de iure.ff.ad munici.Sed Bal.reſp.ꝙ illud ius ꝙ habet ciuitas in ciue,nõ eſt in cõmercio, ſicut ius ꝙ habet dominus in ſeruo, arg.l.quædã mulier.ff.fam.erciſ.in eo ꝙ ibi dicit de diuiſione libertatis.Tertia ratio Bar.eſt, qa ſicut furioſi & infames obligãtur pro collecta.vt l.1.§. quib'.ff.ꝙ cuiuſq; vniuer.nomi.ita etiã inculpabiles. Sed Bal.reſpõdet,quo pupilli & furioſi obligãtur cõplexiuè,vt ibi:ſed particulariter nõ poſſunt obligari, neq; pati aliquã ſentẽtiã vel miſſionẽ,vt l.neq; de ius

27 voc. Fallit quintò,† vbi illi qui eſſent capti vel detẽti nõ eſſent ciues naturales illius ciuitatis, quæ fecit iniuſtitiam,ſed eſſent de comitatu,vel eſſent aduentitij, quoniã verba abſolutè poſita, ſignificant naturalitatem,tamen de cõmuni vſu loquendi contra,vt l.1.ff. de tut. & cur.dat.ab his,ſecus, ſi referantur ad aliud: quia reſpectiuè poſſunt poni,vt etiam alios cõprehẽdant,puta reſpectu munerum, vt l.1.ff ad municip.& l.ſed reprobari.§.amplius.ff.de excuſa.tuto. Et ideo materia odioſa ſtrictè interpretatur,vt l.fin.C.de his qui veni.ęta.impe.&l.qui ab eo.de tutel.Et ita tenuit Rayn.& Bal.Bart.autem videbitur verius eſſe, ꝙ appellatione ciuium continerentur comitatenſes & incolæ:quoniã par eſt dicere, homo Florẽtinus,& municeps Florentinus, vt l.1.ff.ad munici.& l.ſed reprobari.§.amplius.ff.de excu.tut. Sed Bar.reſpondet, ꝙ illa iura intelligũtur reſpectiuè ratione munerum:ſecus,ſi abſolutè.Et hoc eſſet verũ quando eſſet nomen loci in ſpecie. Si autem eſſet nomẽ loci in genere vel vniuerſale, tunc bene comprehenderet etiam comitatenſes & incolas,ſicut cum dico,prouincialis.l.prouinciales,ff.de verbo.ſignifi.Sed opin.Ray.eſt verior apud Bal.Et idem dicit,ſi eſſet nomen prouincię exi-

28 ſtentis ſub vno præſide, ſicut eſt Marchianus. † nam continebitur etiam ille,qui deſeruit vnã ciuitatem,& incolit aliam ſub eodẽ præſidatu,vt l.in adoptiuis, & ibi gl.C.de adop.& eam tenet Bal.licet Bar.non placeat.Et ratio ſecũdùm Bal.eſt,quia homo principaliter naſcitur ciuitati, ſecũdariò prouinciæ,ſicut etiam qs naſcitur patri & auo, vt l.poſtliminij.§ 1.ff.de capti.& l.aſſumptio.ff.ad muni.Et eodẽ modo dicit, ſi vna ciuitas eſt redacta ad præſidatũ, quæ ante ſub eo non fuerat,vt eſt gl.in l.fi.C.de præſcr.longi tempor.

Fallit ſextò, vbi ille qui detinetur pro repreſſaliis, eſſet bãnitus à ſua ciuitate,nam aut ipſe eſt talis bãnitus,qui reputatur hoſtis & tunc ſine dubio nõ valent, cũ ipſe reputetur hoſtis & mortuus,vt l.tutelas.§.ſi libertate,ff.de tute.& l.1.§.fi.ff.de contra tab.Aut ipſe eſt bãnitus qui conſeruãtur,& tũc ſimiliter nõ poteſt capi:quoniam nõ reputatur eſſe de vniuerſitate cùm ſit bannitus,arg.l.1.C.de hær.inſt.Item quia ipſe putatur abſens talis,qui citari & moneri non poteſt.

Fallit ſeptimò,vbi rebelles,bãniti,vel aliter abdicati ab aliqua ciuitate,peterẽt ipſas repreſſalias,quoniã iniuria ſiue iniuſtitia eis facta, nõ videtur propriè facta ipſorum ciuitati,cum non ſint eius ſub protectione.ff.ex quibus cauſ.maio.l.inter transfugas, & C.de patr.poteſta.l.abdicatio.& l.fin.ff.de legi.facit quod no.in l.amiſſione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimi.

29 Fallit octauò † in aduenis,petẽtibus ipſas repreſſalias pro ſe fieri:quoniã cùm non ſint ſub protectione ciuitatis in qua habitant,vt l.ſi non ſpeciali.C.de teſtam non eſt æquum quòd ciuitas quam inhabitant, debeat pro ipſis pugnare, vel ipſos vindicare. Item

quia non ſubit munera, noo poteſt propriè dici mu-
niceps, vt l.1.ff.ad muni. Itē quia qui nō habet onus
non debet habere commodum:ſed contra, vt l.mani-
feſtiſſimi.§. ſed cùm in 2.C.de fur.& l.ſecundum oa-
turam.ff.de reg.iur. Quæ ergo confirmo: quia namo
debet habere priuilegia alicuius artis, niſi qui eā eaer-
cet, vt l.nemini.C.conſul.lib.21.facit lex, ſed & mili-
tes.§.quoniam.ff.de eacut.tut.ꝙ ad hoc optimè con-
gruit.l.ſcriniarios.C.de teſt.milit.ſub prætextu.C.de
ſacroſ.eccleſ. & l.1.C.de incolis.lib.10.facit. Ea quo
infero duo. Primum, ꝙ ſi aliquis aduena non probaret
ſe ſuſtinere onera & factiones, ꝙ non poſſet gaudere
beneficio repreſſaliarum concedendarum à ciuitate
in qua habitat. Item ſecundò infero, ꝙ ſi aliquis ad-
uena probauerit ſe coluiſſe factiones, cùm aliis ciui-
bus, ꝙ ipſe poterit vti hoc beneficio: quoniam ea iſta
ſolutione per ipſum aduenam facta, videtur probari
quidam quaſi cōtractus cum aliis ciuibus, ꝙ ipſe ſol-
30 uat, & ipſi eum defendant.† Et idem impleuerit con-
tractum ex parte ſua, debet poſſe agere, vt l.Iulianus.
§.offerri.ff.de actio.empt.& l.ex placito.C.de rerum
permuta. Plus voluit Bal.in d.auth omnino, ꝙ tales
adueoæ non poſſent habere beneficium repreſſalia-
rum, etiam ſi ſtatutum diceret ꝙ ipſi aduenæ tracta-
rentur & reputarentur pro ciuibus: quia aliud eſt, ali-
quam eſſe ciuem: aliud, eum haberi pro ciue, & aliud
eſt, aliquē eſſe filium, vel haberi pro filio.l.1.in prin.
ff.de ſuis & legiti.l.quidam cùm filium.ff.de verbor.
oblig. Item quia per tale ſtatutum non ciues non ef-
ficiuntur ciues, l.mentis appellatione, & ibi gl.& Ia-
cobus de Arena, ff.de verb.ſign. Erunt ergo ciues quo
ad aliqua, ſed non quo ad omnia.

Quòd limitatur duobus modis: Primò, vt noo pro-
cedat ꝙ dixi, quando ſtatutum loqueretur generali-
ter, volendo eum reputari & tractari pro ciue, quo ad
omoia, quoniam hoc caſu haberet etiam repreſſalias
per legem non dubito, ſecundum vnum intellectum.
C.de capti.& nota. Bartol.in ſuo tract.in 5.quæſt.ſuæ
vltimæ quæſt. Item limitatur ſecundò, quòd non pro-
cedat quando talis aduena læderetur cootemplatio-
ne ciuitatis, in qua habitat: quia tuoc ipſa teneretur
eum vindicare, vt l.3.ff.de offi.præſi.

31 Fallit nonò,† vbi iniuſtitia eſt facta ciui, qui tem-
pore iniuſtitiæ ſibi factæ nō erat ciuis: ſed fuit factus
ciuis poſtea, quoniam repreſſaliæ conceduntur ciui,
qui eſt ciuis tempore iniuſtitiæ tantùm, non poſteà,
vt l.in delict.§. ſi eatraneus.ff.de noaa.l.1.§.ſi ſeruus.
ff.depoſiti.l.quęcunque.ff.de act.& oblig.ſecundùm
Bar.qui dicit ibi eſſe optimas concordantias.

Et idem puto, ſi bānitus fuerit eaemptus de banno
poſt conceſſionē repreſſaliarum, nam non poteſt pe-
tere repreſſalias cōceſſas tempore ſui bāni.l.diui fra-
tres.ff.de pœnis.& videtur placere Bal.in auth.& om
nino.ff.de actio. & oblig. idem tamen Bald. in auth.
& omnino puto ſic poſſe diſtingui: aut quis patitur
iniuſtitiam ſuper datione pecuniæ vel ſolutione, aut
alio actu momentaneo, & procedit ꝙ ſuprà dixi, aut
quis patitur iniuſtitiam ſuper aliquo actu continuo,
ſicut quando detinentur res; & tunc poſſent concedi
ſibi repreſſaliæ inſpecto præſenti ſtatu, non autem de
prætorio, vel de futuro, argumen.l.ſi dominum.ff.de
furt.& l. eum qui.§. in popularibus.ff. de iureiurand.

Fallit decimò, vbi repreſſaliæ fierent vel concede-
rentur contemplatione ciuis alterius ciuitatis haben-
tis fœdus vel ius ſociale cum ciuitate, quæ debet re-
preſſalias concedere: quoniam ſecundùm Bal.hic vnū
eatremū non influit in aliud. Secus autem eſſet, ſi vna
ciuitas eſſet ſub protectione alterius, ſicut eſt hæc ci-
uitas ſub dominio Veoetorum: quia tunc repreſſaliæ
eoncessæ Patauinis, poſſent haberi etiam a Venetis,
qui habent in Patauinos ius dominationis, & ita po-
teſt intelligi l.necnon.C.de eap.

32 Fallit vndecimò,† vbi ille qui peteret ipſas repreſ-
ſalias pro ſe fieri, eſſet electus miniſter quo ad hoc.
Et in capiendis hominibus debitum modum excede-
ret, captos vulnerando, vel aliter verberando. Nam
talis retentio videtur concedi ſine iniuria, vt l.miles.
§.iudicati.ff. de re iud. Et ideo propter nimiam cru-
delitatem quis excluditur à dominio & iure ſuo, vt l.
non ex ſingulis.ff.de regul.iur.& inſti. de his qui ſunt
ſui vel alie. iur.§. in domioorum. Si autem executio
committeretur miniſtris vel officialibos, vt fit com-
muniter, vt dicit l.is cui.§. miſſos.ff vt in poſſeſſ.leg.
propter delictum officialis oon debet relaxari ca-
ptus, & fieri damnum principali creditori, vt l.non eſt
veriſimile.ff. quod metus cauſa, & l.ioterdum.§. qui
ſe furem.ff.da furt.

Fallit duodecimò, vbi debitum pro quo peteren-
tur, eſſet debitum ciuiliter tantum, ſicut eſt promiſ-
ſum in chirographo ea cauſa mutui poſt biennium, ꝙ
verè non fuit numeratum, vt l.in contractibus. C.de
non numer.pecu.& inſt.de literarum obliga.in prin.
vel ſicut eſt deductum in ſeotentia condemnatoria
eius, qui in veritate non erat debitor, vt l.Iulianus
verum debitorem.ff. de condit.indeb. ſicut eſt debi-
tum ea virtute alicuius ſtatuti, obligātis aliquem cir-
ca rationem naturalem, vt l.omnes populi.ff.de iuſti.
& iur. Et notatur de his debitis ciuilibus in l.cū quis
C.de iur.& fact.igno.& l.1.ff. de condi.indeb. Et ra-
33 tio eſt, † quia non licet pugnam committere de iure
gentium, quod ratione naturali dicitur introductum,
niſi pro debitis iuriſgentium, vt l.cùm amplius.§. is
natura debat.ff.de reg.iur.& facit quod not.Innoc.in
c.quia plerique.extra de immu.eccleſ.ſed pro debito
ciuili non dictat ratio naturalis, quod committatur
pugna aliqua. Et ita eoncludit Bald.in ſupra allega-
ta authen.& omnioo.

Fallit decimotertiò, vbi peterentur die feriata in
honorem Dei: quoniam executio facta tali tempore,
non valeret, niſi eſſet ſuſpicio de fuga, quæ præſumi-
tur ex qualitate perſonarum, vt l.ait prætor.§.ſi debi-
torem.ff. de his quæ in frau.cred.& l.dies feſtos & ibi
glo.C. de fer.ſecundùm Bald. Et niſi talis conceſſio
facta, alias eſſet inutilis: quia illi cōtra quos ſunt con-
ceſſæ, ſunt diſſaotes & nō venientes ad locum, niſi ra-
ro & diebus feriatis: quoniā tunc die feriata poterūt
cōcedi, vt l.1.& 2.ff.de feriis.& l.2.C.eo.ti. Quod qui-
dem iudex habebit æſtimare, vt l.de pupillo.§.ſi quis
tiuos.verſ.toties.ff.de damo.infect. Et hoc teoet Bar.
34 in ſuo.tracta.in 9.q.art.pen. Item † limitatur ſecun-
dum Bar.vbi ſup. vt non procedat ſupradicta fallētia,
quoties eſſet conceſſum per populum vel habentem
poteſtatē legis condendæ, ꝙ dicta captura poſſet fie-
ri die feriata in honorem Dei, ꝙ ipſi poterunt, arg.l.
prouociarum.C.de feriis. Si verò eſſent feriæ intro-
ductæ propter vtilitatem homioum, ſicut ſunt feriæ
meſſium & vindemiarum: & tunc poſſent concedi, ſi-
cut conceditur executio rei iudicatæ & aliarum ſum-
mariarum, vt c.fi.eatra.de iudi.& no.in l.1.ff.eod.tit.
Quod eſt verū, niſi referatur quæſtio de dictis rebus
tāquam ad alium pertinētibus: quoniā tūc res ſeque-
ſtrabitur vel ſatiſdabitur, & ſuperſedebitur interim.

Fallit decimoquartò, vbi ciuitas non poſſet ſe vin-
dicare per repreſſalias, niſi etiam alicui ſuo ciui face-
ret iniuriam, verbi gratia, ſi concedentes repreſſalias
Venetis contra Mediolanenſes, non poſſent facere
repreſſa-

repreſſalias, niſi de Titio ciue Mediolanēſi & Veneto. Nam tunc iſto caſu non valet conceſſio, ne redundet in iniuriam concedentis, ſecundùm Bar. arg. l. 1. §. habet itaque. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fue. Item quia nemo debet ſtatuere contra ſeipſum, vt l. ſi peculium, ff. de pecu. lega. & quia cùm par debeat eſſe affectio omnium ciuium, non debet ſtatui aliquid pro vno, ꝙ ſit contra reliquum. argumen. l. non ſolum. §. de vno. ff. de ritu nup. & l. aſſiduus. C. qui po. in pignor. habe. ad hoc. ff. de procur. l. ſi is qui duos. & ff. de pig. l. obligatione generali. Et hoc placet Bart. arg. 3. ſuprà de
35 moſſi. teſtam. Quod † tamen ipſe limitat, niſi iſte talis qui eſt captus, eſſet in culpa propria & certa: quia tūc non eſt dignus eximi, cum comprehendantur noxij. arg. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Plus voluit Bar. ꝙ etiā talis ciuis, ſi eſſet noxius non includeretur in iſta cōceſſione per rationes ſupradictas, niſi ſpecialiter & nominatim exprimeretur in illa culpa, arg. c. cōſtitutionem. de ſenten. excomm. ſed iſta ſentētia Bar. eſſet nimium mollis & effœminata, & ideo non tenenda, nam c. conſtitutionem, loquitur in caſu ſpeciali, videlicet quando ferenda eſt excommunicatio cōtra participantes, ergo ſecus in alijs, arg. l. ius ſingulare. ff. de legi. & l. 1. ff. ad munic. Quidam tamen voluerunt diſtinguere an ille ciuis conuerſetur magis in vno loco quam in alio, vt iudicetur de illo, in quo magis conuerſatur, arg. l. cū de lanionis. §. Sabinus. ff. de fundo. inſtr. & l. quæritur hermaphroditum. ff. de ſtat. hom. Sed iſta eſt nimium ſeuera crudeliſque opinio: ideo teneamus opin. Bal. quæ videtur eſſe communior.

Fallit decimoquintò in clericis & perſonis eccleſiaſticis, vt probatur in hoc tex. & ita tenet gl. & doct. ſuprà ea.

36 Fallit decimoſextò, † vbi eſſet denegatiua iuſtitia ſuper re parua ſeu modica: quoniā ſicut remedia ſubſidiaria & odioſa, qualis eſt in integrum reſtitutio, nō cōpetunt pro re modica, vt l. ſcio. ff. de in integ. reſt. l. ſi oleū. §. fi. ff. de dolo, ita repreſſaliæ quæ reputantur remedium ſubſidiarium, & hoc. c. nō debet valere. Et per eandem reſponſionem poteſt dici, quòd ſi iudex rei fuerit iniquè interlocutus ſuper poſſeſſorio rei mobilis, cuius eſt vilis & abiecta poſſeſſio, vt l. ſi rem mobilem. ff. de acquir. poſſ. & in toto tit. C. ſi de momen. poſſeſſ. fue. appel. vel de aliare cuius damnū eſt reparabile per appellationē à deffinitiua, vt l. ante ſententiæ. C. quorum appel. non recipiam, & l. ante ſententiam. ff. eo. tit. ꝙ tunc hoc caſu non debebunt nec poterunt concedi repreſſaliæ, immò conceſſæ non valebunt, & ita tenet Bart. in 4. q. 2. quæſt. princ.

Fallit decimoſeptimò, quādo repreſſaliæ peterentur vel concederentur ab aliquo principe vel ciuitate recognoſcente ſuperiorem, ſicut ſunt Barones ſub rege, & vna ciuitas ſub alia: quoniam ſicut ipſæ repreſſaliæ conceduntur, nec valent niſi contra non recognoſcentem ſuperiorem: ita nec concedi poſſunt, nec conceſſæ valent, niſi à nō habente ſuperiorem ſaltem de facto. Et eſt ratio, quia ſolùm ciuitas vel princeps habens ſuperiorem, habet ius belli indicendi, vt per Bar. in l. hoſtes. ff. de capti. & per Innoc. in c. olim. de
37 reſtit. ſpol. Quod limitatur duobus modis: † Primò, ꝙ non procedat quādo ille Baro vel Princeps ſubditus ſeu ciuitas alteri ſuppoſita, haberet facultatem cōcedēdarum repreſſaliarum à domino vel ciuitate ſuperiore: quoniam tunc vice ſuperioris concederetur: vt l & quia. ff. de iuriſd. omn. iud. & l. 1. ff. qui mandata. ff. de offi. eius. Item ſecundo nō procedit, quoties nō poſſet haberi recurſus pro repreſſalijs cōcedendis ad ſuperiorem etiam de facto, niſi cum difficultate: quoniam ſicut difficultas ex parte eius, cōtra quē conceduntur, attenditur, vt dixi ſ. primam fallentiā ex parte eius pro quo cōceduntur, attendi debet, arg. l. ait prętor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in frau. cre. l. ſi alius. §. belliſſimè. ff. ꝙ vi aut clam. & l. nullus. C. de Iudæis.

Fallit decimooctauò, quando captus pro repreſſalijs, eſſet paratus reſarcire damnum ei qui fecit eum detineri, vt 23. quæſt. 2. c. vulgò. Nam tunc ſoluendo pro alio, etiam inuito & nolente, eum liberat, vt l. ſoluendo. ff. de nego. geſt & l. ſolutionem. ff. de ſolut. & conſequente, tolletur radix & fundamentum ipſarum repreſſaliarum, arg. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pa. & c. ceſſante de appel.

Fallit decimononò, quādo detētus pro repreſſalijs, eſſet paratus docere de iuſtitia partis ſuæ, & de iniuſtitia eius qui imperauit ipſas repreſſalias: quoniā tūc præſtita cautione idonea de ipſa iuſtitia, cognoſcetur an fuerit denegata potēti repreſſalia, vel fuerit miniſtrata, arg. auth. ei qui iurat. C. de bo. auth. iudi. poſſ.

38 Fallit vigeſimò, † quando ipſe impetrans repreſſalias renūtiaſſet in cōtractu celebrato cum alienigena iure petendarum repreſſaliarum: quoniam licèt non poſſit renuntiari maleficio futuro, vt l. ſi vnus. § illud. ff. de pact. & l. ſi neminem. C. de pactis conuen. poteſt tamen dici ꝙ ſi iſta non ſit renuntiatio maleficij: quia repreſſaliæ maleficium nō ſiunt. Sed videtur renunciari quidem querelę ad ſuperiorem quod eſt permiſſum, ſicut dicimus, renuntiari appellationi vel reclamationi futuræ, vt l. 1. §. ſi quis autem, & l. fin. C. de tempo. appell.

Fallit vigeſimoprimò in his qui ſunt ciues, vel habentur pro ciuibus, quoad quid tantum & limitatè, vt ſunt ſcholares, qui quo ad perſonam & ea quæ ſecum habent vel ducunt cauſa ſtudiorum, habentur pro ciuibus, vt in prima conſtitutione forum, & auth. habita. C. ne filij pro pat. Item ſtipendiarij, qui ſunt ciues quo ad ſtipendium & militiam ſuam in eo loco vbi ſunt cauſa militiæ, vt l. municeps. §. fin. ff. ad munici l. hæres abſens. §. fi. & ibi glo. ff. de iudiciis. Item officiales alij qui ſunt in officio, nam ratione officij & in his quæ cauſa officij agunt, reputantur pro ciuibus vt l. ciues. & ibi glo. no. C. de incol. Nam non poſſunt petere repreſſalias ab ea ciuitate, in qua habent ius limitatum ratione ſtudij, militiæ, vel officij, niſi pro ipſis iniuria ſibi illata eſt, neque contra capi pro repreſſaliis poſſunt, niſi intulerint iniuriam occaſione dicti ſtudij, vel officij vel ſtipendij, arg. l. 2. § legatis. ff. de iudiciis. & facit. l. magis. ff. de acq. re. domi. & ita tenet Bald. in 5. quæſt. ſuæ quæſt. quintæ principalis.

39 Fallit. 22. † quādo aliqui eſſent ciues alicui' ciuitatis ex conuentione vel ſtatuto, & peterēt repreſſalias cōtra ciuitatem origini propriæ, quoniam ex quo facto mihi quæritur ius, in eodē, ſi agam, non obligor.

Sed ſi fieret iniuria huic ciui, acquireretur ius repreſſaliarum ciuitati ſuæ originis, vt l. liber homo. in prin. ff. de verb. oblig. ergo non debet acquiri hoc ius contra ipſam ciuitatē originis. Secundò quia fructuarius non poteſt nunciare nouum opus cōtra dominū, vt l. 1. in fi. ff. de ope. no. nūtia. Similiter ille qui habet Publicianā, non poteſt eam intētare aduerſus dominū verū, vt l. penult. ff de Publician. Ergo & poteſtas iſta nō debet concedi huic ciui cōtra propriā ciuitatem. Tertiò, quia ſicut remedium extraordinarium non datur contra patrem, vt l. fin. C. qui & aduerſus quos, ita nec debet dari contra patriam, quæ patri præfertur, vt l. veluti. ff. de iuſtitia & iu. & l. poſt liminium. §. reuerſus. ff. de capti. præſertim cùm ciuitas originis præferatur ciuitati ex conuentione, vt l. aſſumptio.

ſumptio.§.filius.ff. ad muni.& not.C. de incolis.leg.
40 ciues.lib.10.Et † poſſit ſtatuere in ciuem ſuum,ante-
quam in aliam ciuitatem aſcriberetur, vt l.fin. C.de
pact.conuen.& l.ſi vnus.§. antequam.ff. de pact. Iſta
tamen fallentia non eſt vera. Sed communiter repro-
batur & determinatur, ꝙ ciuitas conuentionis poſſit
repreſſalias cõcedere contra ciuitatẽ originis. Quo-
niam facultas concedendarum repreſſaliarum ſucce-
dit in locum ſuperioris iudicis, vt dictum eſt ſuprà
circa regulam. Sed ſi ciuitas originis faceret alicui iu-
ſtitiam, non eſt dubium ꝙ poſſit adiri ſuperior ipſius
ciuitatis originis pro reformatione illius iniuſtitiæ,
vt l.metum.§.animaduertendum.ff.ꝙ metus cauſa, &
l.ſed ſi ex dolo.§. 1.ff.de dolo, ergo valebit iſta con-
ceſſio. Item ſecundò, quia quando ſunt duo qui habẽt
vnum ſubditum, quilibet poteſt eum defendere con-
tra iniuriam, quæ ei infertur ab alio, vt patet: quia ſi
pater infert iniuriam filio, patria non defendit: vt in
toto tit.ff.& C.de parricidiis,& ſi patria opprimit fi-
lium, pater pro eo appellat, vt l.non tantùm.ff de ap-
pel.& l.Lucius.eod.tit. ergo idem erit in propoſito.
Tertiò ciuitas originis vel alia poteſtas attenditur,
cùm ſubditũ defendit,& ei iuſtitiam facit, nõ autem
eum ſpoliat & grauat, vt l.qui fundũ.§.ſi tutor.ff pro
emptore l. interdum.§. qui tutelam, ff.de furt.ſed in
propoſito noſtro ciuitas originis fecit iniuſtitiam, &
acquiſita ex conuentione facit iuſtitiam: ergo atten-
detur ſecunda, & non prima. Et per has rationes faci-
lis eſt reſponſio ad argumenta in contrarium.

41 Fallit vigeſimotertiò, † vbi aliquis eſſet ciuis ali-
cuius ciuitatis originarius,& tamen non faceret in ea
factiones ex contumacia: quia ciuitas ſua, à qua pete-
ret concedi repreſſalias, iuſtè poſſit eas ſibi denegare,
ſi vellet, vt ff.ex quibus cauſ.maior.l.ſed & ſi per præ-
torem, §.ſed ſi dum decreto. Sed ſi vellet concedere
repreſſalias ciui,& alter tertius vellet opponere, quod
non valeret conceſſio: quia facit factiones ex contu-
macia, dicit Bart.in c.5.art.2. ꝙ talis oppoſitio tertij
non attenditur, ſicut tertius nõ poteſt opponere em-
phyteutæ, quod non debitum canonem domino ſuo,
vt not. glo.in l.1.ff. ſi ager vectig. vel emphy.peta. &
no.in l.1.C. de iure emphyt. Et hoc reputatur nota-
bile, quia licet ciuilitas acquiſita ex priuilegio vel
alia conceſſione poſſit tolli eo ipſo, ꝙ quis non ſoluit
factiones, vt in l.1.ad munic.tamẽ ius ciuilitatis com-
petens ex origine iuris, non tollitur niſi ciuitas etiam
velit, vt ſuprà dixi.

Fallit vigeſimoquartò, vbi aliquis iudex exiſtendo
in alia ciuitate feciſſet iuſtitiam, quod ipſe debet pu-
niri eo loco, in quo ipſe deliquit, & nõ in alio, vt l.1.
C.vbi de cri.agi oport.C. vt omnes iudic.tam ciuiles
quàm milit.l.1.& in auth. vt iudi.ſine quoquo ſuffra.
§.neceſſitatẽ. Et ita tenet Bar.in 1. quæſt. 6.quæſtio-
nis principalis. Sed Iacob.de Bal.in auth.vt non fiant
pignor.§.1.diſputãdo tenuit, quod immò poterit pro
repreſſaliis capi in ea ciuitate, contra quam non fecit
iuſtitiam, per l.1.ff.quod quiſque iur.& de ſenten.ex-
42 com.c. Roma.infrà eo.lib. Nam † licet durante offi-
cio non poſſit conueniri coram ſuperiore, vt l.pars li-
terarum.ff. de iudic.& l. nec magiſtratus.ff. de iniur.
Sed ſolùm poſt tempus ſyndicatus, & conſequenter
non videantur debere poſſe conueniri per populum
concedentem repreſſalias, ſuccedentem in locum ſu-
perioris, vt ſuperiùs dictum eſt, illud procedit de ri-
gore iuris. Sed tamen inſpecta æquitate naturali, qua
introductæ ſunt repreſſaliæ, videtur quod poſſit quã-
doque conueniri.

Fallit vigeſimoquintò in mulieribus, quoniam mu-
lieres in perſona capi non poſſunt, nec detineri, vt in
authen.ſed hodie.C.de offic. eius qui vicem alte.ger.
& in authent. ſed nouo iure C. de cuſto.reor.& iſtud
firmãt doct. quia licèt in bello mulieres capi poſſent
inſpecto iure naturali,& redire iure poſtliminij, vt l.
5.ff.de capti.tamen leges debent intelligi de captiuis
ciuiliter, arg.l.is.cui.ff.de ſeruitu.

Fallit vigeſimoſextò in ſcholaribus, in quibus hoc
ſpecialiter indultum eſt de iure communi.auth.habi-
ta.C.ne filius pro pa. Et idẽ exprimit illa auth.de fa-
43 miliaribus & nuntiis eorum.† Et doct.extendunt per
identitatẽ rationis ad ſcriptores & bedellios, qui ſunt
de appendiciis neceſſariis ipſis ſcholaribus in ſtudio,
arg.l.1.in fi.& l.ſcriniarios.ff. de teſt.mili.iuncta pri-
ma conſtitutione.ff.in fi. Et idem putat Bar. in patre,
qui veniret ad viſitandum filium exiſtẽtem in ſtudio,
vt ff de iud.l.2.§.idẽ Claudio.in glo.ſuper verbo, ve-
nerant.ff.de iudic. Et iſtud eſt verum, dum modo iſti
ſcholares ſtudeant in loco habẽte priuilegium ſtudij,
vt in prima conſtitutione.ff.§.hæc autẽ tria, ſecus au-
tem in alio loco. Secũdò requiritur, ꝙ tales ſcholares
vadant aut ſtent gratia ſtudendi, vt habetur in authen.
habita, quòd optimus index arbitrabitur ex qualitate
perſonarum, rerũ & conſuetudine eundi & redeundi,
& multis aliis coniecturis, vt l.non omnes.§.à barba-
ris.ff.de re mili.& l.naturalem.§.pauonũ, ff.de acqui.
rerũ dom. Et iſtud placet propter id ꝙ dicitur, ꝙ pri-
uilegia dantur ſcholaribus ſolum in loco habẽte pri-
uilegium ſtudij, vt § hęc autẽ tria ſuprà allegato, quia
ille tex.loquitur ſolum de ſcholaribus iuris, nam alij
habent priuilegium vbicunque ſtudeant, vt l.ſi duas.
§. eſt autem.ff. de excu. tutor. quanquam hodie iura
etiam poſſint vbique doceri propter multitudinem
petitorum, & ſic ille text. videtur correctus ex qua-
dam generali conſuetudine & interpretatione.

Fallit vigeſimoſeptimò in legatis ſiue ambaſiatori-
bus, qui mittuntur ab aliqua ciuitate ad Principẽ vel
44 alium locum inſignem: † Quoniã tales non debẽt ne-
que in itinere, neque in loco deſtinato capi aut deti-
neri de iure gentium, vt l.ſanctum.ff.de rerum diui.&
l.2.§.legatis.ff.de iudiciis,& ibi not.glo.in verbo de-
ſtinati. Et idem putant doctores de famulis & ſerui-
toribus ſuis, ſicut diximus ſuprà de ſcholaribus. Et il-
lud quod in legatis dicitur, idem fortè erit in his, qui
inuiti vel cauſa teſtimonij deſtinantur ad aliquem lo-
cum, vt not.in d.l.2.de iudic.

Fallit vigeſimooctauò in euntibus ad nundinas:
quoniam in loco nundinarum capi aut detineri non
poſſunt, vt l.1.C.de nũdi. Sed tamẽ tranſeũdo per lo-
ca prohibita, poterunt capi, cum non reperiatur pro-
hibitum, nec poterunt ſe æquiparare legatis in hoc,
de quibus ſuprà dixi, quia legati reputãtur inuiti trã-
ſire pro legatione. Sed euntes ad nundinas, non vadũt
ex neceſſitate, ſed ex voluntate,& ita ſenſit Bar.& do-
minus Pet.de Anch hic. Quod non placet: quia ſcho-
lares non vadunt ad ſtudium ex neceſſitate, & tamen
habent priuilegium eundo & ſtando, vt dixi ſuprà.

Fallit vigeſimononò in euntibus ad indulgentias
famoſas & approbatas, vt in authen.omnes peregrin.
C.communia de ſucceſ.ibi liberè hoſpitentur.& glo.
tenet hoc in l.2.§.idem Claudio.ff.de iudic. Et idem
putat Bar.dicendum de famulis & ſeruitoribus iſto-
rum peregrinorum, & de euntibus ad tenendum ibi
hoſpitia pro ipſis recipiendis, ſicut dictũ eſt de ſcho-
laribus, dummodo tales peregrini habeant peras &
burdones & alia inſignia peregrinorum, quibus vti
conſueuerunt: ſicut olim legati etiam certis inſignia
vtebantur, vt dicitur in l.ſanctum.ff. de rerum diui.

Fallit

45 Fallit trigeſimò † in his, qui vi ventorũ appulerũt ad aliquem locũ, quo non deſtinauerãt ire: quoniã in eo poſſunt detineri, vt in auth. nauigia. C. de fur. quæ hoc expreſsè voluit. Ad idem l. 1. C. de naucu. & C. de naufra. & l. 1. lib. 11. & facit, l. Cæſar. ff. de publi.

Fallit trigeſimoprimò in his, qui non poſſunt vocari in ius beneficio iuris communis, de quibus fit mentio in l. 2. & 3. & l. neque impuberes, in prin. ff. de in ius voc. quoniam capi nõ poſſunt: quia captura dicitur eſſe citatio realis, quæ in tali prohibetur, vt in dictis iuribus. Et ideo infert. Bart. quod ſi quis duceret vxorem, vel funus ſociaret: quod non ſolùm non poſſet capi in loco, in quo ſunt nuptiæ vel funus, ſed etiam in aliis locis per quæ ipſe tranſit.

Fallit trigeſimoſecundò in rebus propriis ſupradictarum perſonarum, quæ ratione ſuæ perſonæ non poſſent detineri, vt ſunt mulieres & res ſimiles, vt l. ſatis. ff. de in ius voc. & in auth. vt nulli iud. §. neceſſitatem, & §. ſi verò mulier, quoniam veſtes ac ſimilia nõ poſſunt eis auferri. Secus autem, ſi perſonæ non poſſent detineri ratione certæ cauſæ, non autem ratione perſonæ: vt ſunt ſcholares, qui gaudẽt priuilegio propter ſtudiũ & ſciẽtiã, & ſicut ſunt ambaſiatores, quoniã in aliis rebus ſuis poterunt repreſſaliæ concedi & exerceri, vt l. ſi publicanus. §. in reb. ff. de publicanis.

46 Fallit trigeſimotertiò † in rebus etiã alienis neceſſariis ſuperſcriptis perſonis pro ea cauſa, quæ facit ſibi indulgeri priuilegium. Nam ſcholari non poterũt auferri libri pro repreſſaliis etiam alieni ei accommodati pro ſtudio, & ambaſiatori non poterit auferri equus vel roncenus accommodatus pro ambaſiata, vt l. in l. cenſoria. ff. de verb. ſignifi.

Fallit trigeſimoquartò, quãdo aliquis caperet pro repreſſaliis eũ cuius ciuitas denegauit facere iuſtitiã propria authoritate, nã hoc ſibi nõ licet, quia vendicatio vnicuique eſt interdicta, vt l. ſciẽtiam. §. qui cura. aliter ff. ad legem Aquiliam, facit. l. extat. ff. ꝙ met. cau. & l. meminerint & l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.

Nec obſtat ꝙ licet bellũ indicere etiam ſine authoritate iudicis, vt l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. quia illud eſt verum, quando non poteſt haberi ſuperior. Sed iudex iniuſtitiam paſſi, ſuccedit loco ſuperioris, vt ſuprà dictum eſt ergo eius debet haberi licentia.

Nec obſtat titulus. ff. ꝙ quiſque iuris: quia ille titulus non dicit quòd debeo vti iure iniquo contra ius dicentẽ propria authoritate, ſed potius debet intelligi cũ authoritate ſuperioris. Ex quibus ſequitur, ꝙ ſi nõ poſſit haberi copia iudicis concedere debentis repreſſalias, & aliquis fugeret, ita ꝙ non eſſet veriſſimilis ſpes, quòd facta conceſſione aliquis haberi poſſet, ꝙ licebit capere propria authoritate & deducere ad iudicem, vt l. dies feſtos. C. de feriis. & ibi glo.

47 Item ſequitur ſecundò, ꝙ ſi aliqua ciuitas conceſſit inique repreſſalias contra ciuitatẽ noſtram, ꝙ nos eodem iure poterimus capere ciues ſuos. Et ita ſentit Bar. in fine cõmenti ſui. Et ex omnibus ſuprà ſcriptis ſequũtur duo corrolaria. Primùm ꝙ ſi ſit aliquod ſtatutum cõcedens repreſſalias indiſtinctè, ꝙ ipſum ſtatutum erit iniquum & iniuſtum, in caſibus fallentiarum ſuprà expreſſis. Item ſecundùm, ꝙ abutentes repreſſaliis in caſibus ſuprà prohibitis, punientur in amiſſione iuris ſui, & in quadruplo, ac damnis & intereſſe, vt l. 2. & ibi per Iac. de Are. de verb. obli. l. ſi te. C. de iur. delib. & auth. & omnino. C. de action. & oblig. & l. nam & ſeruus. ff. de neg. geſt.

SVMMARIVM.

1 *Repreſſaliæ in clericis & rebus eorum prohibitæ, quomodo intelligendæ.*

2 *Pontifex ſummus eccleſiaſtica ſine diſcrimine moderatur.*

3 *Clericorum beneficio qui gaudere debeant. 4. 5.*

4 *Fratres & ſorores tertij ordinis, habent regulam approbatam.*

5 *Incluſi, ſunt ſub iudice eccleſiaſtico.*

6 *Nouitijs an & quando eccleſia ſuccedat.*

7 *Statuta quæ ſint, quæ contra eccleſiaſticam libertatem feruntur.*

8 *Clericis in condendis teſtamentis, iuris ciuilis ſolemnitas eſt remiſſa.*

9 *Clericis quid conſuluit Romanus Pontifex.*

10 *Statuens poteſt ſubditum compellere ad vendendum certis perſonis.*

SECVNDA PARS.

Circa ſecundam partem huius capituli, qua dicitur, ꝙ repreſſaliæ ſunt prohibitæ in perſonis &
1 rebus perſonarum, † eccleſiaſticarum, aduertendum ꝙ hoc poteſt intelligi duobus modis: Primo modo, quando concederentur ab epiſcopo vnius diœceſis contra clericum alterius diœceſis, de quo non poſſit haberi iuſtitia per epiſcopum vel iudicẽ ſuum, & iſto caſu nõ procederet iſte text. ſecundum Bar. in 8. q. arti. 5. quoniã ſicut in laicis ſunt permiſſæ, ita etiam debent eſſe permiſſæ in clericis, quando ſubeſt eadẽ ratio, ſ. defectus iuſtitiæ. Nec obſtat ſecundùm ipſum iſte tex. quoniã iſte text. ſecundùm eum nõ debet intelligi hoc primo modo, ſed ſecundo modo, ſ. quãdo propter defectum iuſtitiæ iudicis ſecularis caperẽtur clerici. Sed iſta opi. Bar. non eſt vera, & canoniſtæ tenent contrariũ per iſtũ tex. qui prohibet generaliter fieri repreſſalias in perſonis clericorũ, & ideo in nullo caſu valebunt: quia iſte text. voluit in hoc priuilegiare ipſos alioquin iſtud capitulum nullũ tribueret priuilegiũ clericis, cũ ante ipſis eſſet cõceſſum ꝙ à ſecularibus poteſtatibus capi vel detineri non poſſent, vt in authen. ſtatuimus. C. de epiſc. & cler. & in c. 1. de
2 cler. coniug. eo. lib. & c. 2. 3. de foro comp. Item † quia in eccleſia habetur de facto recurſus ad ſummũ pontificem, & ei ab omnibus epiſcopis obeditur, vt videmus de facto. Secundo modo poteſt intelligi, quãdo concederentur ab vno iudice ſeculari cõtra perſonas eccleſiaſticas propter defectum iuſtitiæ in alio iudice ſeculari, quia hic determinatur, quòd non valeant iſtæ repreſſaliæ ſpecialiter per iſtum tex.

Sed eſt dubiũ, quæ dicantur perſonæ eccleſiaſticę, quæ gaudeant hoc priuilegio clericali. Et primò de clericis ſecularibus ſine dubio tenendum, ꝙ ſic, incipiendo à primo gradu, videlicet ab oſtiario vſque ad ſupremum, vt 21. diſtinct. cleros.

Secundò quæro, quid de templariis. Gof. hic reſpondet, ꝙ idem quandoque hi qui ad cuſtodias templorum deputantur, licèt ſint laici, nihilominus gaudẽt beneficio clericorum, & ita etiam tenuit gl. in c. 2. de foro compet. 12. q. 2. c. eccleſiarum ſeruos.

Tertiò quæro, quid de hoſpitalariis. Gof. hic reſpondit, ꝙ idem. Sed tamen. Zen. tenuit, ꝙ ſi hoſpitalarij ſint laici, & viuentes in matrimonio, vel habẽtes filios, ꝙ eſſe poteſt, vt in cle. quia contingit, de relig. do. quòd ipſi non gaudebunt hoc priuilegio, immo erunt ſub iudice ſeculari. Et ita tenet Card. in d. cle. quia contingit. & Proſdo. in c. 2. de foro competẽti.
3 Quartò quæro, † quid de conuerſis, & gl. hic concludit, quòd idem in ipſis ꝙ aliis clericis, per c. parochianos.

chianos.de ſent.excom. ꝙ tamen non tenẽt doct.niſi ſint in aliquo ſeruitio eccleſiæ, & non viuant ſeculariter,vt no.Proſdo.in d.c.2.de foro compet.

Quintò quæro, quid de famulãtibus in domo clericorum.doct.tangunt in c.cum non ab homine: ſuprà, de iudi.& concludunt, ꝙ gaudent priuilegio,& idem tenet glo. in cle.1.de deci. Et idem de tota familia dicit Proſdo.in d.l.c.2.de foro compet.

Sextò quæro, quid de eremitis.Zen.in cle.per literas,de præben.videbatur ſentire, quòd nõ gauderent beneficio clericali,iuxta ea quæ dixi cũ glo.in c.vno. in fi.ſuprà,de exceſ.prælat.Communiter tenetur contrarium.c.cùm monaſterium: ſuprà.de elect.& tenet glo.16.q.1.qui verè.Et idem ſenſit Domi.de Ieſuatis.

Septimò quæro, quid de fratribus & ſororibus tertij ordinis, quidam dicebant eos eſſe ſub iudice ſeculari,& iſtam opin.tenuit Guil. Lauden.& Freder.de Senis conſ.45.idẽ Ioann.de Ligna.ita aſſerens conſuluiſſe in quadam cauſa Peruſina,& ita aſſerens ſeruari Peruſij doct.in clem.ex eo.de ſent.excom.& Proſdo.
4 in c.nullus de foro comp. tenet contrarium:† quoniã hodie tales habẽt certã regulam approbatã per Inno. III. & hoc ſequitur Bart.in l. ſemper.§.ex quibuſdã. ff.de iure immu. Et ita tenet Imo.in d.cle.cùm ex eo, dummodo ille habitus non ſit aſſumptus in fraudem, vt c.1.de oblig. ad ratioci.& arg.c.ſedes.de reſcript. Et dummodo non ſit ei reſcriptum vt erat Peruſij, vt c.ſi de terra.& c.accedentibus,de priuilegiis.

Octauò quæro quid de clericis coniugatis.Bart.in 8.q.art.5.tenet,quòd gaudeant priuilegio quo ad criminalem cauſam,dummodo incedant in habitu,vt in c.vno de cleri.coniu.lib.6.

Nonò quæro, quid de ruſticis eccleſiæ.gl.89.diſt. c.iudicatum tenet, quòd non ſemper ſunt ſub iudice eccleſiaſtico.Spec.in tit.de comp.iud.adi.§.1.ver.27. ponit tres caſus in quibus conueniuntur ſub iudice eccleſiaſtico.

Primò,quando hoc eſt conceſſum eccleſiæ ab Imperatore.

Secũdò,quãdo habet adminiſtrationẽ ab eccleſia.

Tertiò, quando conuenitur pro re quam tenet ab eccleſia, de quo d.c.vt ibi.idem tenet Proſdo.in c.2. de ſo.compe.

5 Decimò quæro, † quid de ſocietate fruſtratorum. Butr.& Proſdo.in c.2.de foro compet.tenent,ꝙ non gaudeant priuilegio clericali cum nõ reperiatur hoc cautum, & ideo cõueniuntur ſub iudice ſeculari, & idem putat do.in Fratalia diſciplinatorum.

Vndecimò quæro, quid de militibus gaudentibus. Bart.in l.ſemper.§.diuus.ff.de iure immuni.tenet, ꝙ gaudeant priuilegio clericali, quia dicuntur Deo deuoti.Et omnes Deo deuoti & perſonę regulariter viuentes, ſunt ſub iudice eccleſiaſtico, vt 12.q.2.duo ſunt.Et ita dicit conſuluiſſe Dyn.& Archi.& multos doctores de curia. Ad hoc eſt text.& glo. de electio. c.indemnitatibus.lib.6. & de maior. & obed.c. dilecta & c.pen.

Duodecimò quæro,quid de incluſis? nunquid ſub iudice eccleſiaſtico ſunt?Conclude quòd ſic,per glo. quæ communiter approbatur.11.quæſt.1.de perſona.

Decimotertiò quæro,quid de vxore clerici cõſtituti in minoribus,qui poteſt vxori,vt in c.Ioã.de cleri. coniug.& quid de filiis ipſorum?quidã tenent ꝙ gaudeant priuilegio, vt 32.diſt.eos.Sed Io.Andr.in Nouel.in c.1.de cleric.coniug.lib.6. tenet contrarium, & meliùs, quia illa opinio communiter approbatur.
6 Decimoquartò quæro,†quid de nouitiis?& Domi. ſentit ꝙ gaudeant priuilegio, adeo ꝙ ſi in nouitiatu moritur,eccleſia ei ſuccedit,dũmodo nõ habeat propinquiores,vt c.ſi religioſo: ſuprà,de ſenten.excom.

Decimoquintò quæro,quid de oblatis?Et dic,ꝙ ſi ſtant in loco religioſo,& non multùm exeunt,ꝙ gaudent priuilegio,dũmodo ſint oblati perpetuò,vt c.ex parte.& c.cùm & plantare, de priuilegi.& per glo.in cle.pri.de decimis. De Bighinis autẽ & Biſochis aliter non diſputo:quia reprobãtur à iure,vt in cle.1.de relig.domi.Et hæc ſufficiant,quantũ ad hũc articulũ.

Sed circa hanc ſecundam partem quæro, quæ ſtatuta & quæ conſuetudines dicantur cõtra libertatem eccleſiæ? & Innoc.in c.nouerint de ſent. excom.dicit,quod illa ſunt cõtra libertatem eccleſiæ quæ ſunt cõtra priuilegia conceſſa à Deo vel pontificibus, aut Imperatoribus eccleſiæ vniuerſali,quæ multa ſunt,vt ibi dicitur.Secus autem, ſi ſunt contra eccleſias particulares: quia tunc bene illis derogari poteſt, vt in authen.quas actiones.C.de ſacro.ſanct.eccl.Et iſtam opin.laudat.Ioan.Andr.& Cyn.in auth.caſſa & irrita. C.de ſacroſ.ſanct.eccleſ. Sed iſta ſententia eſt nimis anguſta,& non comprehendit omnes neceſſarios caſus ipſis eccleſijs.Et ideo dom.Raph.Fulg.in d.auth.
7 caſſa & irrita.dicit, † quòd non ſolùm iſta ſtatuta & conſuetudines poſſent dici contra libertatem eccleſię,quæ ſunt cõtra priuilegia conceſſa à Deo & Pontificibus & Imperatoribus eccleſijs & earum perſonis,ſed etiam ſi ſint contra ius commune,loquens de ipſis eccleſijs & earũ perſonis,quia fortiùs eſt ius cõmune de ipſis loquẽs, quàm ius ſpeciale, l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de teſtam.milit.l.antiqua.C.ad Velleianum ex quo ipſe infert, quòd ſi ſtatutũ dicat, quod clericus declinans iuriſdictionem poteſtatis,ſit extra protectionem cõmunis,& quòd poteſtas ei ius non reddat,quòd tale ſtatutum non valebit: quia eſt contra ius commune,quod concedit clericis facultatem declinãdi iudices ſeculares,vt in capitulo ſi diligenti, ſuprà de foro competenti,& authentic. ſtatuimus. C.de epiſcopis & clericis.Item ſecundo infert, quòd ſi ſtatutum dicat,quòd teſtamenta non inſinuata infra ſex menſes,nõ valeant,quod tale ſtatutũ non valebit,neque habebit locum in teſtamentis clericorum:quia cũ eis remiſſa ſolẽnitas iuris ciuilis, & permiſſa facultas teſtãdi coram duobus teſtibus vt capi.
8 cùm eſſes,& c.relatum, ſuprà de teſtamen. † videtur quòd iſta conceſſio ſibi infringatur in conſequẽtiam non permittendo hæredem habere hæreditatẽ, argu. l.tertiæ.§.qui habet.ff.de ſeruit.ruſtico.præd.Bal.tamen ſentit, ꝙ in vtroque caſu valebit ſtatutum, non inquantum tollit beneficium iuris cõmunis, quia nõ poteſt tollere, neque diminuere priuilegiũ eccleſiæ. Sed in caſibus iſtis videtur potius non concedere priuilegium ſuum,quod ſibi permiſſum eſt: quoniã poteſtas ſecularis poteſt dare,ꝙ priuilegium vult laicis, & non dare illud clericis. Et ideo ſtatuentes poſſunt dare iuriſdictionem poteſtati ad iuuãdum eos,qui ipſum nõ declinãt.Sed quãdo aliqui eum declinant,nõ auferunt declinanti priuilegium ſuum:ſed ſolum priuilegium iuris ſtatutarij, ſcilicet non dando iuriſdictionẽ poteſtati in aliquibus caſibus, quòd poſſunt.

Item licèt ſtatutum non poſſit diſponere circa teſtamenta clericorum, tamen poteſt diſponere circa laicos qui debent illud teſtamentum exequi, vt not. in c.omnes: & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſt. Et ideo conſuluit clerico,quod non declinet,ſed ſolùm alleget priuilegium ſuum.
9 Item † conſuluit clericis, quod ſcribant hæredes clericos aut eccleſias,& non laicos,quia ſtatutum nil poterit in ipſis, ſed iſta ſentẽtia eſt nimium captioſa. Et ſi eſſet vera,per quãdam viam indirectam eccleſię fraudarentur ſuis priuilegiis.Et ideò Bar.dixit,quòd non

non ſolùm ſtatuta dicuntur contra libertatem eccleſiæ, quę ſunt cōtra priuilegia eccleſiæ expreſſa in corpore iuris, vel extra, ſed etiā illa per quæ clerici efficerentur timidiores, & laici contra eos efficerētur audaciores l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum act. non detur. Ex quo ipſe infert, quod ſi poteſtas ſecularis fecerit ſtatutum, quod occidens clericum, puniatur in decem libris: & illa ſtatuta acrius puniant homicidas, ꝙ tale ſtatutū videbitur eſſe contra libertatem eccleſię conſiderato potius effectu, quā verbis, vt in c. quāto §. de priui. c. fi. ſuprà. eod. lib. de immu. eccle. Et ſimiliter infert Do. Ioan. And. in d. c. fi. de immu. eccle. in Nuuella. ꝙ ſi ſtatutū laicorū prohibet bona immobilia laicorū alienari extra iuriſdictionem ſtatuentiū vel perſonis ſibi non ſubditis ſub pœna annullationis contractus & confiſcationis bonorū, ꝙ licet iſta ſta-
10 tuta ſint licita de iure ciuili & cōmuni: † quia ſtatuēs poteſt cōpellere ſubditū ſuū ad pendendū certis perſonis, & conſequenter prohibere vendi aliis l. dudùm. C. de contrahen. emp. l. cum ita. ff. de condi. & demō. l. vna. in prin. c. non lice. habita. metro. loca ſua in extraneos transferre. lib. 11. & C. de. cōmer. & merca. l. mercatores. tamen nō ſunt licita, inquātùm prohibēt alienari & vendi perſonis eccleſiaſticis: quia hoc eſſet per indirectum diminuere eorū priuilegia, à Deo, Pōtificibus & Imperatoribus cōceſſa, vt ſuprà dixi. Idcirco nō valent c. quæ in eccleſiarū. & c. cùm omnes. de conſtit. Sed iſta ſententia Bar. eſt nimium ſeuera pro laicis. & idcirco Frede. de Senis cōſilio ſuo 178. dicit, quòd in ſupradicta quæſtione ſtatutū excludēs eccleſiā, in totū nō valebit tāquā continēs odium irrationabile, vt ſuprà dixi, Sed ſi ſtatutū augeret partem debitā filiis de iure naturæ, ſicut eſt hic Padue, vbi dicit, ꝙ mulier habens filios vel filias nū poſſit teſtari niſi de quarta parte bonorū ſuorū, tūc tale ſtatutū valet: quia cōtinebit odiū rationabile. Et iſta opin. eſt æqua & ſatis placet pro qua facit l. cùm tale. §. mulier. ff. de cōdi. & demō. & l. cum ita, eo. tit. & 12. q. 5. c. fin.

SVMMARIVM.

1 *Menſis iuridicus quot dies habere debeat.*
2 *Interdictum in quibus diſſideat ab excommunicatione, & in quo concordet.*
3 *Appellatio cenſuræ quid comprehendat.*
4 *Communicatio cum interdicto, non eſt prohibita.*
5 *Interdictum non ligat epiſcopos.*
6 *Excommunicatio non fertur pro aliena culpa.*

TERTIA PARS TRACTATVS.

1 CIRCA vltimā partē quæro primo, † quot dies debeat habere mēſis, de quo fit hic mētio, vtrum 28. vel 30. an verò 31. & Ioan. And. in gl. 1. c. quā ſit. de elect. eo. li. & Bar. in l. cū biſſextus ff. de ver. ſig. quos fere omnes doct. ſequuntur, dicunt, quod iſte menſis debet habere tot dies, quot habet ille menſis quo incipit dilatio. & ita eſt tenendum.

Secundò quæro, in quo cōcordēt, & in quo diſcordēt, ſententia excōmunicationis & interdicti, de quibus hic dicitur. Et quandoq; parificātur, & quādoque diuerſificātur. Et ex intētione tex. & doct. in c. ad hoc ſuprà de appel. & in c. 1. §. penult. infrà de ſentē. excō. Dic quod in decē concordant & in totidē differunt.

Primo enim concordant, quia forma c. 1. de ſenten. excom. lib. 6. eſt ſeruanda in qualibet earum, vt in c. 1. de ſen. excom.

2 Secundò † quia præcedēs appellatio tuetur appellantem, ſequens non ſupra, de appellat. § ad hæc, quoniam & c. paſtoralis. & infra eodem. [illegible]

Tertiò quia neuter debet celebrare diuina ex quo ſunt interdicti. q. de cler. excom. mini. c. 2. & ca. poſtulaſti §. fin.

Quartò, quia vtranque ſententiam debet præcedere monitio. ſupra, de appel. c. reprehenſibilis.

Quintò, quia vterque iurat priuſquam abſoluatur, vt ſupra eo. c. venerabili.

Sextò, quia vtraque ſententia ſuperioribus eſt ſeruanda. ſuprà de offi. ordi. c. cùm ab eccleſiarum.

3 Septimò, † quia durante ſententia, neuter eligere vel eligi vel teſtificari poteſt, ſupra de conſue. c. cùm dilectus & ſuprà, de elect. cùm inter. de excep. apoſtolicæ. de teſti. veniens 1.

Octauò, quia non debet ſuperior de ipſis aliquid diſponere, partibus nō vocatis. ſuprà, eo libro de app. Romana. § ſi & infrà, eo. c. Romana in princ.

Nonò, quia ſpirituales filij Apoſtolicæ ſedis nulla iſtarum pœnarum poſſunt legati infrà, eo. tit. veniens & de priuile. ſoleant. in fi.

Decimò, quia appellatio cenſuræ comprehendit ambo prædicta. de verb. ſignifi. quærenti.

Differunt autem in decem.

4 Primò, in participatione, † quia cum excōmunicato nō licet participare, vt c. ſacris, ꝙ metus cauſa. cum interdicto vel ſuſpenſo ſic regulariter loquendo, vt ff. de pœnis. l. moris. & l. cui pacto. ff. de ſeruis expor.

Secundò, quia homo propriè excommunicatur vel ſuſpenditur: & loca propriè interdicūtur, licèt quādoque abutamur his verbis. 5. de ſpō. c. non eſt ſupr. de relig. dom. cùm dilectus de cle. excō. poſtulaſti. in fin. facit. §. oportet. in auth. de manda. prin. collat. 3.

Tertio, quia effectus excommunicationis non poteſt ſuſpendi: ſed interdicti & ſuſpenſionis ſic. de quo ſatis in decretali ad hæc. de appella.

5 Quartò, † quia ſuſpenſio generalis vel interdictū, non ligat epiſcopos, excommunicatio ſic, vt ca. quia periculoſum. de ſenten. excom. lib. 6.

Quintò, quia excommunicatus poteſt abſolui ad cautelam, vt c. ſolet. & c. venerabilibus. ſed interdictus vel ſuſpenſus non: vt c. præſenti, de ſen. excom. lib. 6.

Sextò, quia excommunicatio nō debet fieri in vniuerſitatem, vel collegium, ne ligentur innoxij. c. Romana. § caueantur. de ſenten. excom. lib. 6. Sed interdictum vel ſupenſio ſic. c. non eſt. de ſponſa.

Septimò, quia interdicti, & ſuſpenſi, admittuntur ad pœnitentiam & ſepulturam: excommunicatis non, niſi pœniteant in mortis articulo.

Octauò, quia interdicti admittuntur in feſtiuitatibus Natiuitatis Domini, Reſurrectionis, Pētecoſtes, & Aſcēſionis beatæ Mariæ, ad diuina officia ob reuerentiā dierum, ſed excōmunicati nō, vt c. fi. §. dum tamen. & §. in feſtiuitatibus. de ſentent. excom. lib. 6.

6 Nonò, † quia excōmunicatio non fertur pro aliena culpa. 24. q. 3. habes. interdict. verò & ſuſpēſio ſic c. ſi ſentētia. §. 1. de ſenten. excō. lib. 6. ſecūdum Ioā. And.

Decimò, ſecūdum Io. Cal. in tractatu de eccleſiaſt. interdicto, in primo mēbro, quia interdictū generale in locū nō poteſt fieri ſine ſpeciali licētia Papæ, vt in extrauagāti, Prouide attendētes Bonifacij 8. Secus in excōmunicatione, vt ca. præterea requiſiſti. de appel. Cætera ſunt facilia & conſulto prætermiſſa.

FINIS.

SOLEMNIS AC PERVTILIS TRACTATVS CLARISSIMI IVRISCONSVLTI D. MARTINI Laudenſis de Repreſſaliis.

SVMMARIVM.

1 Repreſſaliarum cauſa productiua quæ fuerit.
2 Repreſſaliæ non erant tempore, quo Deus humanam naturam creauit.
3 Repreſſaliæ quare concedantur, & infrà.nu.9.
Deus per quos mundum rexit.
4 Remedio ordinario ceſſante, ad extraordinarium recurritur.
5 Repreſſaliarum conceſſio, belli iuſti ſpecies eſt.
6 Vniuerſitas eſt corpus myſticum, cui ſingulos de ea defendere licitum eſt.
8 Repreſſaliæ a quo concedi poſſunt.
9 Bellum indici non poteſt, niſi per ſuperiorem non recognoſcentem.
10 Repreſſaliarum remedium extraordinarium eſt.
11 Repreſſalias concedere non poteſt poteſtas ciuitatis ſuperiorem non recognoſcentis, ſed ipſa ciuitas ſic. Limita, vt ibi.
12 Repreſſaliæ an iure actionis, vel officio iudicis concedantur.
Repreſſaliæ quo iure prohibeantur, & quo iure concedantur.
13 Officium iudicis etiam ex æquitate quadam conceditur.
14 Manus militaris, iudicis officio imploratur.
15 in repreſſaliis concedendis libellus & litis conteſtatio requiritur. Et infrà num.17. vbi limitatur.
Manus regia dicitur officium iudicis.
16 Princeps licet actionem tollat, iuſtitiam tamen non tollit.
Limitatio ad l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt.
17 Repreſſaliarum ab iniuſta conceſſione an appelletur.
Appellatio licet non admittatur præſcripto prætorio, tamen ſuperior per viam ſupplicationis vel querelæ aditur.
18 Repreſſaliarum cauſa an delegari poſſit.
Repreſſaliæ an concedantur per vicarium generalem.
19 Superiorem etiam de facto non recognoſcens iura imperialia habet.
Imperator cauſas meri & mixti imperij delegare poteſt.
20 Repreſſaliæ an concedendæ ſint.
Papam in ſuperiorem quilibet de iure habet.
21 Spoliatus quando vim vt etiam ex interuallo authoritate propria repellere poſſit, & rem ſuam recuperare.
22 Repreſſaliæ an incolis concedendæ ſint.
23 Ciuitas an poſſit priuilegiare incolam, vt exemptus ſit à muneribus.
24 Priuilegium Peruſinis conceſſum, an incolas comprehendatur.
25 Repreſſaliarum beneficio an gaudeat incola receptus ad ciuitatem: quia actu non incumbunt, ſed eſt in extimo.
26 Quid quando non eſt in extimo, nec poteſt extimum fieri, quia non eſt tempus id faciendi?
27 Repreſſaliæ an poſſint bannitis per ciuitatem concedi.
Bannitis ea quæ iuris gentium ſunt, conceduntur.
28 Repreſſaliæ in ſubſidium conceduntur.
Banniti priuilegiis & beneficiis ciuitatis non gaudent.
29 Repreſſaliæ an per conuentionem poſſint concedi per conuentionem ciuibus contra ciuitatem originariam.
30 Carceratus an poſt decem dies à die carcerationis iniuſtæ, appellare poſſit.
31 Repreſſaliæ ciuibus confœderatis an concedi poſſint.
Fœdus quotuplex ſit.
32 Confœderationes effectus quis ſit.
33 Repreſſaliæ an concedi poſſint ciuibus vnius ciuitatis ſi per ſtatutum habeantur pro ciuibus alterius ciuitatis.
34 Repreſſaliæ an poſſint concedi, ſi ſtatuto caueatur quòd fœneratores cum leuibus vſuris venientes ad habitandum ciuitatem, habeantur pro ciuibus.
Et an valeat tale ſtatutum.
37 Statutum Senenſe eſt, quòd veniens ad habitandum in ciuitate, non poſſit pro debito conueniri, niſi à ciuibus Senenſibus, ſi alio ſtatuto ibi caueatur, quod Catelani habeantur pro ciuibus, & contingat Florentinum debitorem Catelani, venire ad habitandum Senis, an Florentinus ibi conueniri poſſit.

36 Statuta

36 *Statuta propriè intelligi debent.*
37 *Repreſſaliæ an poßint per ciuitatem cõcedi, vt capiantur res exiſtentes in teritorio ciuitatis cõtra quam conceduntur.*
38 *Ciuitas cui ſcribitur, an teneatur ad literas concedentis repreſſalias eas exequi.*
Et quid de executione ſententiæ.
39 *Repreſſaliæ an & quando contra magiſtratum concedi poßint.*
40 *Magiſtratus etiam durante officio, de Barataria ſyndicari poteſt.*
L. ſenatuſconſulto, ff. de offi praeſi limita.
41 *Magiſtratus ſeu officialis, an in patria ſua de commißis in officio conueniri poßit.*
Officialis poſt officium debet in loco officij per 50. dies ſtare, vt ſyndicari poßit.
42 *Repreſſaliæ ſi ſint contra Florentinos conceſſæ, an intelligantur conceſſæ contra Florentinum Senis habitantem.*
43 *Repreſſaliæ an poßint contra clericos concedi, ſi Epiſcopus, qui eſt magnus tyrannus, non timens ſuperiorem, nolit laicis contra clericos iuſtitiam facere.*
44 *Iura & leges licèt niſi in locis priuilegiatis doceri debeant, medicina tamen & philoſophia vbique doceri poſſunt.*
45 *Repreſſaliæ an contra infantem vel furioſum concedi poßint.*
Repreſſaliæ concedi non poſſunt contra eos qui in ius vocari non poſſunt.
46 *Repreſſaliæ ſi concedantur contra ciuitatem, vel ſingulares perſonas de ciuitate, an illius ciuitatis Banniti comprehendantur.*
47 *Bannitus de ciuitate quo ad commoda, non dicitur de vniuerſitate ſecus, quo ad incõmoda.*
Delinquens non debet eſſe melioris conditionis, quam non delinquens.
48 *Repreſſaliarum executio an fieri poßit in diebus feriatis ob hominum neceßitatem.*
Quid in ferijs in honorem Dei caſu neceßitatis, & 1. num. 50.
49 *Actus iudiciales exercentur etiam die feriato in honorem Dei propter neceßitatem.*
51 *Repreſſaliarum executio ſi facta ſit, an ſuper ea quis audiatur.*
52 *Actor & reus vbi ſunt diuerſarum ciuitatum, ciuitas actoris ad eius inſtantiam poteſt ſcribere ciuitati rei, vt reum in vna tertia ciuitate litigare cogat.*
53 *Repreſſaliæ pro debito iniuſto cõcedi non poſſunt.*
54 *Pro repreſſalijs quis capi non poteſt, ſi tranſiens gabellam ſoluerit.*
55 *Pro repreſſalijs illicitis quomodo quis puniatur.*
56 *Repreſſaliæ illicitæ à ſuperiore corrigi debent.*
57 *Repreſſaliæ concedi poſſunt, ſi mercatores, aut ſcholares per aliena territoria tranſeuntes derobantur & iuſtitiam prædæ à ciuitate, vbi fuerunt derobati, obtinere non poſſunt.*

CHRISTI & glorioſæ virginis Mariæ, omniũque cæleſtiũ ciuiũ nominibus innocatus,
Incipit tractatus additionũ ad diuerſos tra-
ctatus, & maximè Bar. & quoniã optima re-
rum inuentio, etſi verborũ lenociniis deſtituta ſit, ip-
ſo tamen ſui natura ſeipſum exornat, teſte Quintilia-
no, vt refert Ioan. And. in cle. ſæpè, circa principium.
in gl. de verb. ſig. ideo omiſſis præludiis oratoriis, ad
rem ipſam proficar, & principiò aggrediar additio-
nes ad tractatum Bart. de repreſſaliis, in quo hũc or-
dinẽ obſeruabo. Quia primò faciam additiones circa
cauſam productiuam ſiue efficientẽ. Secundò, circa
cauſam materialem. Tertiò circa cauſam formalem.
Quartò & vltimò, circa cauſam finalem.
1 † Quæro ergo, quæ ſit cauſa productiua Repreſſa-
liarum, id eſt, qui ſint illi, qui poſſint concedere Re-
preſſalias. Pro cuius rei clariori doctrina, altiùs exor-
diendũ arbitror. Præmitto itaque ex mẽte Innocẽ. &
2 doct. licet ex ſuſcepto de foro compet. † quòd Deus
creauit cælũ & terrã, mare, angelicã humanãque na-
turã, & reliqua, & per ſeipſum rexit, vt patet in Gene-
ſi, & hoc tẽpore non fuit opus repreſſaliis. Ratio, quia
3 DEVS miniſtrat iuſtitiã, † & repreſſaliæ concedun-
tur propter neglectũ iuſtitiæ, 23. q. 2. c. Dominus no-
ſter. cũ ſimil. Deinde & ſecundò Deus per Noë rexit
populũ, deinde & tertiò rexit De' per Reges, iudices
& magiſtratus. Deinde & quartò ſuperuenit CHRI-
STVS, verè Dominus & rex. Deinde ſucceſſores, Pe-
trus, & alij Pontifices. Deinde imperiũ. Et quia iſti
vtebantur iuſtitia, non erat opus repreſſaliis. Sed po-
ſteaquã ſuperuenit iniuſtitia ex parte eorũ, qui non
recognoſcebãt ſuperiorem, quia imperiũ cœpit exi-
4 naniri, & nõnulli populi nolebant recognoſcere, † &
ſic deficientibus remediis iuris ordinarij, opus fuit
recurrere ad remediũ extraordinariũ Repreſſaliarũ.
arg l. in prouinciali. ff. oper. nou nũciat. & l. in cau-
5 ſæ ff. de minor. cum ſimi. † Nã eſt quædã ſpecies bel-
li iuſti conceſſio Repreſſaliarũ, cùm liceat ſuſcipere
arma ob defenſionem rerum & corporis ſui. l. vt iure.
ff. de iuſtitia & iur. capitul. olim. & ibi per Innocen-
tium de reſtitution ſpoliato. Quinimo & pro defen-
6 ſione corporis myſtici. † nam vniuerſitas eſt corpus
myſticũ, ꝙ continet partes ſuas id eſt, ſingulos de vni
uerſitate. l. prima, & l. ſicut. ff. ꝙ cuiuſque vniuerſ. &
ideo licitũ vniuerſitati, defendere ſingulos de vniuer-
7 ſitate, tanquã partes corporis myſtici. † I t ex prædi-
ctis concluditur, quòd finaliter Repreſſaliæ conce-
duntur, ne pereat iuſtitia: occaſionaliter verò, propter
neglectũ iuſtitiæ, inſurgentẽ ex defectu vel negligẽ-
tia regẽtiũ, vt hæc omnia quo ad effectũ, ponit Ioã-
nes, de Lignano in tractatu Repreſſaliarum, in 1. col.
8 † Hic ſic præmiſſis reſpondeo ad quæſitum, quòd po-
teſt concedere Repreſſalias, qui non recognoſcit ſu-
periorem. Ratio quia (vt dictum eſt) ſic Repreſſaliæ
ſunt quædam ſpecies belli iuſti, ne pereat iuſtitia.
9 † Sed bellum nemo poteſt indicere, niſi qui non re-
cognoſcit ſuperiorem, vel habeat licentiam ab eo. l.
10 hoſtes. ff. de capti. & not. in c. ſicut. de iureiuran. † Itẽ
quia poſtquã poteſt adiri ſuperior, & ſic poſſumus &
iure & de facto, vt ordinario remedio iuris, non debe-
mus recurrrere ad remedium extraordinarium Re-
preſſaliarum, dicta. l. in prouincialis. Ex quibus infert
Bartolus in tractat. Repreſſaliarum in tertia quæſtio-
11 ne principali † Quòd ſi ſit poteſtas ciuitatis, quæ ci-
uitas non recognoſcat ſuperiorem: certè poteſtas nõ
poterit concedere Repreſſalias, ſed ciuitas quod di-
ctum Bartolũ limitatur eſſe verum, quando eſt mãda-
tum poteſtatis limitatum. ſecus, ſi omnimoda pote-
ſtas ciuitatis ſit tranſlata in præſidẽ: arg. l. procurator

eum libera.ff.de procur. ſecundùm Ioã.de Lignano,
12 in dict.tract. Repreſſaliarum,col.2.in t.fol.† Itẽ infert
Bar.quod Repreſſaliæ non concedũtur iure actionis.
neque officio iudicis Ratio,ſecundùm eum , quia of-
ficium iudicis nõ datur vel oritur à iure canonico vel
ciuili,ſed lege canonica vel ciuili Repreſſaliæ prohi-
bitæ ſunt.c.1.de iniur.lib.6.in authen.vt non fiant pi-
gnoration.ſed cõceduntur de iure diuino, & iure gẽ-
tiũ.d cap. Dominus noſter. Et ideo manu regia expe
diuntur,quia mundus iure gentium vniformiter rege
batur.l.2.circa prin.ff.de orig. iur. ſed Baldus in auth.
& omnino.C.ne vxor ꝓ mari.& Ioãnes de Lignano,
in tracta.in 2.col.tenent contra Bart.quod immo of-
ficio iudicis implorantur Repreſſaliæ. mouentur pri-
13 mò,quia † officium iudicis non ſolũ conceditur à le-
ge canonica, vel ciuili:ſed etiam ex quadam æquita-
te.l.plane.ff.de peti. hæredita. quam legem in termi-
nis,in officio iudicis alleg.Bart. in l.i.de iut.omn. iu-
dic.ſed Repreſſaliæ conceduntur ex quadam æquita-
te , ne pereat iuſtitia, vt dixi.ſit ergo ex illa æquitate
14 competit officium iudicis. † Item pro hac parte be-
ne facit texrus in l.qui reſtituere. ff.de rei vendic. vbi
manus militaris imploratur officio iudicis.Item quia
executio ſententiæ,prout executio Repreſſaliarũ peti
tur officio iudicis.l.ſi interdict.& ibi.Bar.ff.de re iudi.
15 † Ex quibus infertur,quod requiritur libellus,& li-
tis conteſtatio.c.ſi.de offic.iudic.& bene facit, quod
not.Bal.in d.auth.& omnino. nam & manus regia di-
citur officium iudicis,ſecundùm Anton.& Imol.in c.
16 quæ in Eccleſiarum.de conſtitut.† vbi licèt princeps
tollat actionem,tanquam creaturam iuris ciuilis, ta-
men non tollit iuſtitiam:quia licèt careat actione,ta-
men implorabo manum regiam,id eſt,officiũ iudicis.
ita inquit Anton.in d.l.2.& ſic erit clarè caſus,in quo
datur remediũ agendi.de iure gentiũ,quamuis ſit ſub-
lacta actio , quod nota ad limitationem l.ſi pupilli.§.
videamus.ff.de nego. geſt.& nota.in leg. edita. C. de
ẽden.& in c.dilecti.de iudic.† Ex prędictis concludi-
17 tur,libellũ & litis conteſtationem eſſe neceſſariam in
repreſſaliis cõcedendis,quod dictũ limitabis eſſe ve-
rũm,niſi reuera fuerit contumax , & deficiant alia re-
media Nam tunc etiam litè non conteſtata,procede-
tur ad diffinitiuam ſententiam. l.in cauſæ.§.cauſa co-
gnita.ff.de minor.& Spec.in titul. de integ reſt. § ſe-
cund.& plenè ſcripſi poſt Imol.in c. ſi.de offic. iudic.
18 † Rurſus Bald.in d.auth.& omnino C. ne vxor.prò
marit.concludit,quod appellatur ab iniuſta cõceſſio-
ne Repreſſaliarũ.l.1.C.de bonor poſſeſ.ſecund.tabul.
Sed videtur ꝙ hoc dictũ Bal.non poſſit ſuſtineri:quia
appellatio fit ad ſuperiorẽ.ca.non putamus.de cõſue.
lib.6.cũ ſimil.ſed cõcedẽs Repreſſalias, nõ recogno-
ſcit ſuperiorẽ.vt vidiſti.ſic ergo nõ poterit appellari.
Sol. declarando Bal.vt intelligamus de appellatione
impropriè.i.de quęrela , vel ſupplicatione.vt adea-
tur ipſemet,qui nõ recognoſcit ſuperiorẽ per viã ſup-
plicationis,vt dicitur in ſentẽtiis præfecti prætorio.l.
vnica,C.de ſenten.præf.prætо.& facit c.cùm ex lite-
ris.de in integ.reſti.vel aliter , & ſecundò reſpondeo,
intelligẽdo propriè de appellatione,quando poteſtas
ciuitatis virtute ſtatuti poſſit cõcedere Repreſſalias:
tũc ab eo ad populũ ciuitatis appellabitur , tanquam
ad maius tribunal.

Rurſus Bal.in d.auth. & omnino.concludit , quòd
cauſa repreſſaliarũ non poteſt delegari , quia eſt meri
& mixti imperij.l.1.ff.de offi.eius.& per Bar. in l. im-
verbis vel factis &c.ff.de le.l.de quibus. in fi. itē quia
conuiciū dicitur iniuria.ff.de iniur.l.itē apud Labeo-
nē.§.2.& §.ex his.nec refert quemadmodū fiat,dū ta-
mē fiat.ff.de leg.3.l.fieri.quemad.teſta.aperiā.l. fi. in
39 duobus.§.1.cōtrariū credo,† quia in frangenda ſecu-
ritate factū requiritur, nec videtur ſolo verbo frangi
ſecuritas,ſicut nec furtū fit.ff de furt.l.ſi quis vxori.§.
neque verbo.ſic nec terror quæſtionis eſt quæſt.ff.de
iniu.l.itē apud.§.quæſtionē, & §. quæſtion. itē quia à
verbis ſecuritatis in dubio nō eſt recedēdū,de.l.3.l. nō
aliter.itē quia ſecuritas eſt cōtra ius cōmune, ergo ꝙ
frangatur de iniuria verbali,nō debet intelligi.arg. ff.
de muni.l.cōſtitutionibus.& l.certę formę.C.de iniu.
40 † Item hoc probo ſic. vaſallus qui ingerit manus im-
pias in dominū perdit feudū, vt in feudis,quibus mo-
dis feudū amittatur.§ porro.ſed quid ſi nō intulit,ſed
fortè laborauit vt inferatur,vel dixit iniurias, nūquid
perdit feudū?dico quòd nō, vt in feud.de capita. qui
cur.vēd.§.ſi verò.vnde talia verba iniurioſa nō crede-
rem ſufficere ad hoc,vt ſecuritas fracta videretur, niſi
ſuū poſſe fecerit:quo facto,adimplerer,vt ibi dicitur,
41 vt arg.ff.de fur.l.qui ea mente. † Sed pone,ꝙ promiſi
tibi ſecuritatē,poſtea cū quodā alio fregi,quæro nū-
quid ille qui mecū fregit,teneatur pœna fractæ ſecu-
ritatis,ſicut ego? videtur caſus legis,ff.de patricidiis.
l.vtrū.& l.1.in fi.cū gl.& ad l.Iuliā. de priua. l. nec in-
tereſt.& ſic in iudice.ff.ad l.Iuli.repetund.l. comites.
& pro hoc ꝙ ſcientes & conſentiētes,&c.extra,de of-
fi.& poteſta.iud.dele.c.1.& hoc verū,ſi ille fuerit præ
ſens in facto criminis, vt videtur caſus C. de Nili ag-
ge.l.vna.ſed ſine aliqua diſtinctione hæc pars videtur
vera.per l primā.C.de inceſt.nup.& l.cū ancillis.& vi
detur lex.ff.de ſtat.l.ſtatu libera.§.1. & hæc ſufficiant.

Explicit materia ſecuritatis,tractata per D. Guilielmum à Cuneo.

TRAC-

TRACTATVS PERVTILIS ET QVOTIDIANVS, DE ASSECVRATIONIBVS ET SPONSIONIBVS MERCATORVM,

à D. Petro Santerna Luſitano I. V. D. editus.

DE SPONSALIBVS MERCATORVM: *PRIMA PARS.*

SVMMARIVM.

1 *Mercatores maris pericula penſitantes, an res ſuas in caſu aduerſæ fortunæ per ſtipulationem tueri poßint.*

2 *Conuentio, qua vnus alterius infortunium in ſe ſuſcipit, pretio periculi conuento an licita ſit habenda.*

3 *Aſſecurationis materia, an in terris maritimis ſit practicabilis.*

4 *Qui res ſuas per mare deferri patitur, an depauperari dicatur.*

5 *Conuentio qua quis pretium periculi in ſe ſumit, an de iure valida ſit cenſenda.*

6 *Aſſumere periculum ſimpliciter in ſe, non facit illicitam ſtipulationem.*

7 *Aſſecurationis ſtipulatio, an ſit contractus nominatus vel innominatus.*

8 *In contractibus innominatis, an ſuſceptio periculi facit illicitam conuentionem.*

9 *In mutuo ſemper vſura eſt prohibita ſecundum canoniſtas & Theologos.*

10 *Diſtinctio certa circa materiam c. fi. de vſur.*

11 *Cap. fi. de vſur quomodo à doct. intelligatur.*

12 *Si mutuans pecuniam, recipit pretium periculi, & ipſam aſſecurauit, nec conſtat de animo, an is vt vſurarius ſit iudicandus.*

13 *Animus ſemper in dubijs bonus præſumitur.*

14 *Verbum, Cenſemus, an ſignificat iudicare.*

15 *Dictio quoque, an ſit implicatiua ſequentium.*

16 *Papa an iudicet de occultis.*

17 *Intellectus nouus c. fi. mente tenendus.*

18 *Verus ſenſus c. fi & communis ſecundum docto.*

19 *An papa loquatur in caſibus dubiis.*

20 *Papa an iudicet aliquem in dubio vſurarum.*

21 *In dubiis an præſumatur delictum.*

22 *In dubiis ſemper debemus præſumere factum eo modo quo licet.*

23 *Facta ſemper debent intelligi eſſe concepta bono animo.*

24 *Vna præſumptio aliam tollit.*

25 *Dictiones, quoque, & aliæ, aliquando ſtant impropriè.*

26 *Recipiens pecuniam cauſa portandi vltra mare, ſi pretium in ſe accipit: an vſurarius ſit iudicandus.*

27 *Omnis vſura etiam nautica eſt prohibita.*

28 *Suſceptio periculi in ſe, non facit illicitam conuentionem.*

PARS PRIMA.

VARIIS atque aſſiduis Mercatorum illecebris adductus ego Petrus Santerna Luſitanus vtriuſque Iuris Doctor, vt opuſculum de aſſecurationibus & ſponſionibus mercatorum, quæ vulgari ſermone apoſtæ nuncupantur, cõficerem: etſi mihi rem fore arduam, magnique laboris, & cunctis hominibus quoquo modo prodeſſe nõ dubitarem, cùm tamen pro comperto haberem, materiam ipſam & illis cæteriſque amicicis noſtris fore admodum fructuoſam, pro viribus noſtris, eorum votis ac poſtula-
1 tionibus minimè deeſſe volui, & quia ſæpiſſimè † prouidi mercatores maris pericula penſitantes, aſſecurationis clypeo res ſuas contra ſæuam fortunam tuentur ac defendunt ab aliis ſtipulando in caſu aduerſæ fortunæ, cuius inopinabili impetu ſæpè omnem rem familiarem amittunt, vt l. planè ff. vt in poſſeſſ. leg. vel fide, & vt ait Senec. lib. 5. ſuæ Rhetoric. Ludit de ſuis fortuna muneribus: & quæ dedit, aufert: quæ abſtulit, reddit: nec vnquam tutius eſt illam experiri, quam cum locum iniuriæ non habet. Circa quam conuentionalem aſſecurationem, non mediocres ſolent inter ipſos mercatores naſci & oriri diſſentiones. Ea
2 propter inprimis videndum erit, † an talis cõuentio, qua vnus infortunium alterius in ſe ſuſcipit pretio periculi conuento, ſit licita eo modo, quo fieri conſueuit: deinde circa ipſos contrahentes exponemus, mercatorias quaſdam alias conuentiones & ſponſiones, vulgo à Luſitanis apoſtas nominatas, quibus inter ſe homines, maximè negotiantes certant, promittentes vel ſtipulantes certum quid, ſi tale aliquid contingat,
vel

vel nõ cõtingat. Vltimò circa res in tali aſſecuratione
deductas, plures quæſtiones ponemus quotidianas
3 iuxta materiam, † quum ſit materia peregrina & vti-
lis, ab alijs nõn declarata, & multum practicabilis &
frequentata, maximè in ciuitatibus maritimis, vt eſt
Vlysbona, Venetiæ, Ancona, Neapolis, & Genua, &
alibi in diuerſis mũdi partibus & prouincijs: vnus ta-
men bonus effectus iſtius aſſecurationis nõ eſt omit-
tendus, ad ea quæ ſingul. no. & doct. in l. 2. ff. ſol. mat.
4 † q licèt verè credatur pauperiorem fieri, cuius res
nauigio deferuntur, negotiando per mare quo ad ef-
fectum, de quo ibi, vel res ſuas ſub vſuris dari, ſi tamẽ
talis ſuarũ rerum aſſecurationẽ ſtipulari conſueuerit,
& de hoc conſtat: ceſſat præſumptio illa, & hoc argu-
mẽto ratione ceſſante. c. cum ceſſante, de appel. l. 1. ff.
de cond. ob turp. cauſ. l. eum qui, ff. de iureiur. l. ſi re-
5 munerandi. §. ſi cui. ff. mand. † Quo ad primum, qui-
buſdam videbatur. iſtam conuentionem, qua quis in
ſe periculum ſumit pretio periculi, nõ valere per tex.
in c. fi. de vſur. cum generaliter loquatur. l. 1. §. & gene
raliter. ff. de leg. præſtand. ſed tex. in d. c. fi. nil facit, vt
infrà patebit, & breuiter eſt dicendum, q iſta cõuen-
tio valeat, ex quo nõ reperitur aliquo iure prohibita.
l. ſtatuas. C. de relig. & ſump. fune. in l. necnon. ff. qui-
bus ex cauſis ma. cum concord. & q ſit licita, eſt de
mente Pau. de Caſt. in l. naue Saupheli. ff. loca. & Ro-
dulph. in tract. c. conſului. de vſur. Io. de Ana. in d. c.
in 3. q. & Alex. in l. à Titio, de verb. oblig. nu. 3. & Ba-
tis de Neapol. in tract. Lud. in 3. char. in ver. An quã-
do mercatores, pro quo facit text. in l. opus & in ad-
uerſione. & l. hæc diſtinctio. ff. locat. & q no. in l. cum
proponas. C. de naut. fœno. & in l. ſi periculi. ff. eo. tit.
Poteſt. n. quis in ſe per pactum periculum ſumere, vt
in dictis iuribus, & q quis ſtipulari ab alio aſſecura-
tionem poſſit, textus eſt notabilis ad hoc in l. decem.
6 ff. de verb. obl. † ſuſceptio quidem periculi ſimplici-
ter non facit conuentionem illicitam, niſi aliàs ſit il-
licita, ſicut in d. c. fin. patet hoc exempli cauſa in mul-
tis contractibus, vt in d. l. in naue, & in d. l. opus, & in
l. iuriſgentium. §. item ſi quis pactum. ff. de pact. & in
l. s. c. eod. tit. & in l. & Ariſt. ff. manda. & in l. 1. & l. Si
in venditione. ff. de peri. & comm. rei ven. & alij in di-
uerſis locis. Sicut ergo in contractibus innominatis,
de quis in dictis iuribus ſuſceptio periculi non facit
7 conuentionem illicitam, † ſic etiam in iſto contractu
aſſecurationis, qui eſt innominatus: ſed ſi ſuſcipio pe-
riculum vt des pecuniam, q eſt ex mẽte Bal. in l. cun-
ctos populos. num. 10. C. de Summa Trinitate & fide
Catholica, & cum aſſimiletur emptioni vendi. loca.
propter pretium q datur ratione periculi, d. l. pericu-
li, iuxta nota. in l. fin. C de prædiis curia. lib. 11. debet
regulari ſecundùm naturam contractus innominati,
de quo magis partici. l. ſi gratuitam §. 1. & in l. natura-
lis. §. ſed ſi facio. ff. de præſcrip. verb. cum ibi not. per
Bart. in l. 1. §. fi. ff. de æſtima. act. l. 1. §. ſi quis fundum.
ff. depo. & in l. eum qui. ff. commod. cum ſimilibus.
Quòd autem iſte contractus aſſecurationis ſit inno-
minatus, eſt de mente Baldi, vt dixi in d. l. cũctos po-
pulos, in quæſt. An vſuræ ſint prohibitæ in fi. & D. Pe-
trus Cor. in l. paſcenda. C. de pact. in 1. quæſt. princi-
pali, ibi, dum dicunt, alius eſt contractus innomina-
tus. Facio vt des pecuniam, quia ſuſcipio periculũ vt
des pecuniam, & Bal. in d. l. periculi. in recollectis an-
tiquis. Salicetus in l. tenetur. §. 1. nu. 2. ff. de actio. em-
ptio. cùm enim contractus ex lege cõuentionem ac-
cipiant. l. 1. §. ſi conueniatur. ff. depoſiti. l. in conuen-
tionalibus. ff. de verb. obli. ex quo cõtrahenti ita pla-
8 cet ſuſcipere periculum: † non debet propter hoc ſo-
lum contractus illicitus iudicari, quando de ſe nõ eſt
illicitus alio ex capite, vt in d. c. ſi. & ibi Io. Calde. &
ad c. fin. ibi, pro eo quod ſuſcepit periculum, &c. Eſt
namque dicendum q loquitur in caſu mutui, in quo
reperitur formaliter, vſuram eſſe prohibitam, Luc. 6.
c. Matth. cap. 5. & c. conſuluit, & in c. in ciuitate, cum
ſimilibus. eod. tit. & vbique doct. & in c. conqueſtus,
9 & Hoſti. in ſumma eo. tit. & Frede. in conſ. 53. † & eſt
cõmunis concluſio Iuriſtarum & Cano. & Theolog.
quòd in mutuo ſit prohibita vſura tantùm, vt in eius
diffinitione patet, ſed nũc quãdo iuxta prædicta mu-
tuaui mille alicui mercatori ſine aliquo pacto pro
emẽdis mercibus deferendis per mare, qui ante ſtipu-
latur aſſecurationem illius pecuniæ mutuatę ſub pre-
tio periculi, an liceat? Videtur q non, per dictum c.
fin. ſed contrarium credo verius, vt ſtatim declarabo:
10 & tãgo in recollectis illius c. fi. quia † aut mutuo pe-
cuniam eo pacto ſuſceptionis periculi, hoc eſt, aliter
non mutuaturus, niſi illud periculum in me ſumam,
vt loquitur d. c. fi. nec tũc videtur procedere ex mera
charitate, aut mutuo ſimpliciter, & ſine vllo pacto,
hoc eſt, quia à principio nõ hoc geſſi in mẽte, & ſine
illo eram mutuaturus, licèt ex poſtfacto ex cõuentio-
ne aſſecurationem ſibi faciam & pretiũ periculi ha-
beam, non eſt dicenda vſura ea ratione: ratio eſt, quia
hic ſunt duo cõtractus ſeparati, vnus nominatus mu-
tui, & alius innominatus aſſecurationis, nec vnus ab
alio præciſè dependet, ita quod vnus ſecundùm mu-
tuũ ſit immediatè cauſa alterius, ſcilicet aſſecuratio-
nis, ſed tantum ſuſceptio periculi, ex quo poteſt ſumi
indubitata concluſio, quod aut ſuſceptio periculi eſt
immediatè cauſa eius quod vltra receperit, vt in aſſe-
curatione prædicta, quia ideo habeo certũ quid, quia
in me ſuſcipio periculum, & non eſt vſura, aut mu-
tuum eſt cauſa immediata, & eſt vſura. Nec excuſatur
11 quis hoc caſu ratione periculi, vt in d. c. fi. † quem ſic
intelligo. Vnco mutuum cauſam immediatam, quan-
do aliter nõ eram mutuaturus, niſi recepturus aliquid
vltra ſortẽ. Secus eſt in primo caſu, aliter eſſet abſur-
dum contra l. nam abſurdum. ff. de operis libe. & l. exi-
ſtimo. ff. de verb. obl. quod ſi mutuo alicui pecuniam,
non recepturus aliquid vltra ſortem, & ipſe velit ſti-
pulari aſſecurationem illius pecunię ab aliquo, quod
licet (vt in primo dictum fuit) quod non poſſit ſtipu-
lari à me, quia mutuaui illam pecuniam quam aſſecu-
rat. In iſtis quidem inſpiciendum eſt, q principaliter
agitur, iuxta no. in l. ſi quis nec cauſam, & ibi Soc. ff. ſi
cert. pet. c. ad quæſtiones de rer. permu. & in l. qui ex-
ceptionem. ff. de condi. inde. & ibi Salic. & q princi-
12 paliter, vel ſecundario venit tanquã augmentũ, † quia
lucrũ ſecundario prouenïens in contractu mutui, non
facit vſurã, vt in d. l. nota. & per S. Bernardũ in tract.
de contract. ſermone. 36. art. in c. 3. quem refert D. Pe-
trus Cor. in d. l. ſi paſcenda, q tale lucrum nõ eſt pec-
catum mortale, nec veniale, vt 61. diſt. quæ prohibet,
& 69. c. ſi officium. Subſequenter quæro de vtili quę-
13 ſtione, quid in dubio, † quando mutuans recipit præ-
tium periculi, & aſſecurauit dictã pecuniã, non tamen
conſtat quo animo id fecit, & an eſſet aliter mutuatu-
rus vel ne, pro qua quæſtione facit, quod dixit ſolen-
nis & ſubtilis Doct. D. Pet. Cor. in d. l. ſi paſcenda, vbi
dixit vnum menti tenendum pro intellectu d. c. fin. q
ſibi viſum fuit quãdo d. c. legebat, licet (vt dicit ipſe)
à Doctor. non ponatur, q Eccleſia iudicet iſtum vſu-
rarium in caſu dubio in d. c. fin. vbi Papa videtur po-
tius iudicare, quã ſtatuere de nouo. Mouetur ſubtili-
ter more ſuo, propter verbum, Cenſemus, poſitum in
14 d. c. fin. §. quod ſignificat, ſecundùm † propriã ſigni-
ficationem, iudicare præmiſſa deliberatione, gl. not.
in cler. 1. de prob. in verb. Cenſemus, quæ dicit, quod

Digitized by Google

iſtud verbũ,Cenſemus,ſigoificar, iudicare ſtatuimus
& delibetamus,& aliaglo.eſt in cle.t.de conceſ.præ-
ben.in verb.Cenſemus. Cõfirmar etiam hoc propter
15 dictionem,† quoque, quæ eſt implicatiua in ſequẽti-
bus caſibus,in quibus ille contrahens in d.c.fi.nõ te-
putatur vſurarius,& tamen poſſet eſſe, ꝙ habeat pra-
uam intentionem , iuxta not.in 1.c.ciuitate.eo.tit.de
vſu.& ſic eſſet vſurarius,licet & ecõtrà ſi haberet bo-
nam, & nõ cortoptã intentionẽ.Non enim eſſet vſu-
16 rarius,† propterea,quia Papa noo noſcit ſecreta cor-
dis,nec poteſt diuinare,iudicat enim veriſimiliora &
à cõmuniter accidentibus,& ideo quãdoque fallitur,
c.à nobis, de ſent.excom.Vnde nõ ſequitur,Eccleſia
iudicat iuſtũ vſurarium,ergo eſt vſurarius:& econtra,
iudicat oon vſurariũ,ergo non eſt.Senſus itaque præ-
fati Coroei,& ſecundùm me eſt,ꝙ in 2.teſpõſo illius
c.fi.licet ille conttahens in dubio nõ teputetur vſura-
rius , tamen in primo reſponſo in caſu dubio reputa-
tut & iudicatut vſuratius, quamuis poſſet eſſe,ꝙ non
habeat prauam intentionem,& ſic in veritate nõ erat
17 vſutarius.† Iſte intellectus debet eſſe menti tenẽdus
propter eius authoritatem,& eſt nouus,& ex eo poſ-
ſet ſequi vnum notandum,quod quum Papa ibi iudi-
cet in dubio ex veriſimiliotibus,& ſuper tali pręſum-
ptione ſtatuatut de nouo , vt patet ex verbo , Cenſe-
mua , ſecundùm D.Cot.quod licètille mutuans , vel
aliquis alius,vellet probare in conttatium, illum non
eſſe vſurarium, ꝙ non admitteretur iuxta not.in c.is,
qui.de ſponſa.& in l.ſi qui adulterij.C.ad l.Iuliam,de
adul.& antiqua.c.ad Velle.& l.fi. C.de pign.& l.fi.§.
fin.C.ad Maced.l.fi.ff.vbi pupillus edu debe.cum ſi-
milibus. Sed ille intellectus Corn. mihi videtur du-
bius.Primò,quia text.in d.c.fi.in primo teſponſo,nõ
loquitur in caſu dubio.Secundò,quia eſt contra illud
c.in ſecundo reſponſo, vbi Papa non vult aliquem in
dubio præſumi,nec iudicari vſutatium , nec per coo-
ſequens eſt dicendum velle in primo reſponſo à pari-
tate rationis.l.à Titio ff. de verb.oblig.l. illud.ff. ad
18 l.Aquil.cum vulg.† circa quod pro veriori intellectu
illius capituli eſt aduertendum,quia literæ illius c.fi.
poſſunt dupliciter intelligi.Primò , vt illud verbum,
eo ꝙ ſuſcipit in ſe periculum , tecepturus aliquid vl-
tra ſortem,&c. refetatut ad proaima præcedentia:&
eſt ſenſus,quòd ideo mutuabat illam pecunię quanti-
tatem,quia volebat periculum illius pecuniæ in ſe ſu-
ſcipete,vt aliquid hac de cauſa ſuſciperet vltra ſortẽ.
Iſte eſt verus & communis intellectus , & probat ibi
verbum,recepturus aliquid:quaſi dicat,aliter nõ mu-
tuaturus,vt ibi declarat gl.quia ſuſcipiebat tunc peri-
culum loco cuiuſdam compenſationis eius quod vl-
tra ſortem tecipiebat,& ſecundum iſtum intellectum
19 non eſt dicendum, † ꝙ Papa ibi loquatur in caſu du-
bio,alio modo poteſt illa litera intelligi, ꝙ verbum,
eo ꝙ ſuſcepit in ſe peticulum, referatur ad ſequentia:
& eſt ſenſus,ꝙ ideo vſutarius eſt cenſẽdus , eo quòd
ſuſcepit in ſe periculum, & iſtum intellectum videtur
ſequi D.Corne.dum dicit,ꝙ Papa iudicat in dubio il-
lum vſurarium , qui in ſe ſumit periculũ pecuniæ mu-
tuatæ,iſte intellectus,vt diai,non placet, propter ſe-
20 cundum reſponſum illius c.fin. † vbi in dubio Papa
non vult præſumere aliquem vſurarium. Ratio eſt ſe-
cundùm gl.ibi,quia hęc eſt pars minor,vt c.2.de reg.
iur.in l.interpretatione.ff.de pen.argen.l. Arianus.ff.
de act.& obl.& c.ea literis de probar.ita etiam nõ eſt
veriſimile,cum velle iudicare vſurarium in primo re-
21 ſponſo in dubio eadẽ ratione, † ne præſumatur deli-
ctum l.in crito.ff pro ſocio.& in dubiis debemus pre-
22 ſumere factum eo modo quo licet , & non aliter.† vt
hic,vt à delicto excuſetur per d.l.ex merito.quod no.

Bart.in l.non ſolum.§. ſed vt probari.ff. de no.oper.
nunt.nu.3.Nec eſt aſſerẽdum,ꝙ ille qui mutuat,præ-
ſumatur eſſe malo animo & cortupta intẽtione, quia
23 cum quærimus quo animo facta ſiãt,† debemus præ-
ſumere,ꝙ bouo animo,vt in c.2.de reg.iur.& Bartol.
in l.libellotum.col.5.ff.de accuſat.& pet conſequens
non eſt veriſimile, quod Papa contra tales iuris præ-
ſumptiones velit in dubio præſumere aliud , vt ibi in
ptimo reſponſo voluit præfatus docto. Teneodus eſt
igitur primus intellectus tãquam verior,& ad prædi-
ctam quęſtionem eſt dicendum,quòd in dubio nõ eſt
præſumendus vſutarius , niſi eſſet ſolitus aliquid fœ-
nerari,quia tunc fortè eſt præſumendum quòd ſuſci-
24 pit in ſe periculũ fœnerandi animo, † quia in hoc ca-
ſu vna præſumptio tollit aliam.c.t.de pręſumpt.l.qui
adulterij, ſuperiùs allegata.Bal.in l.fi.in fi.C.de pro-
bario.Alex.conſ.103.vlt.col.1.vol.Bal.in l.Pacuuius.
in fin.ff.de hære inſtit.& in talibus inſpicitur conſue-
tudo conttahentis.l.qui ſemiſſes.ff.de vſu.d.c.fin.illo
vos.de pign.cum ſimilibus.Nec obſtat prædictis, ꝙ
ponit glo.in l.rogaſti.ſi cer.pet.in verb.ſi ſibi condi-
ci.dum dicit , quòd in mutuò non debet fieri diſtin-
ctio.Eſſet ſolitus fœnerari vel non,ſed quãdo aliquid
recipitur vltra ſortem, eſt vſura , quia illud habet lo-
cum in volente fœnerari, & de quo conſtat:ſecus au-
tem in caſu noſtro,in dubio,quia potuit aliquid reci-
pere noo principalitet proptet mutuum, ſed propter
aſſecurationem,quæ potuit de pecunia mutuata,ſicut
alij Mercatotea , & hoc quando erat aliter mutuatu-
rus,vt ſuperiùs declaraui.Nec obſtat verbum,Cenſe-
mus, poſitum in d.c.fin.quia illud verbum etiam ſtat
in alia ſignificatione,vt in d.glo.& eſt veriſimiliùs ꝙ
ſtatuat de nouo,quàm vt iudicet in caſu dubio,vt dixi
ſuprà, quia non eſt præſupponendum in caſu dubio,
25 vt in d.c.fi.in 2.reſpon.Nec obſtat,† qnod dicitur de
dictione, quoque : quia licet ſui natura ſit implicati-
ua,in l.plane.§.ſi cõiuncti.de leg.1.& repetitiua,vt in
d.§.actiones quoque.inſtit.de actio.& in §.pœnales.
tamen iſtæ & ſimiles dictiones,ſecundùm ſubiectam
quandoque materiam ſtant impropriè,& alterantur.
l.eas cauſas.iuncta glo.ff.de condit.& demonſtra.So-
cin.in l.creditor.nu.6.ff. ſi cert.pet.& illam glo.not.
Alexand.Imol. cauſa euitandæ abſurditatis & repu-
gnantiæ.l.ſi ab hoſtibus.ff.ſol.matr.quemad.dos pet.
Poſſet aliquis dicere quòd iſta conuentio aſſecura-
26 tionis nõ ſit licita,† quæ fit de pecunia ſeu rebus,quæ
per mare deferuntur, cùm videatur fœnus nauticum,
& ſic probibitum,ſicut alia vſura,de iure canon.& ci-
uili, per not.in auth.de eccle.vt c.r.& ibi gloſſ.& in
auth.ad hæc.C.de vſur. & per Ano.in ſumma.eo.tit.
& Bart.in l.inſula.ff.ſol.mat & in l. cunctos popol.C.
de Summa Trinit.in 3.col. & alij doct.ibi. & alibi in
vatiis locis. Sed ad hoc poteſt reſponderi vna cum
glo.in d.auth.ad hæc, & in d.§.t.vel verius iuxta not.
per ea quæ ibi dicit Barto.in d.§.t. & alibi eſt dicen-
27 dum,ꝙ licet hodie † omnis vſura ſit prohibita,etiam
nautica , attenta diſpoſitione c.fin.ſuperiùs allegati,
ꝙ illud procedit in vera vſura, ſicut in l.periculi pre-
ciſum.ff.de naut.fœ.Bal.conſ.395.nu.8.5.vol.& conſ.
115.num.12.2.vol.& conſ.579.num.2.4.vol.vt puta
quando mutuò alicui pecuniam , & prout ibi exem-
plificat gloſſ.quam volo mihi reddi , ſi nauis ex Aſia
venerit:& ſi non venerit, volo mihi reddi cum vſuria
centeſimis, quia in tali conuentione eſt vſura,ſecun-
dùm d.c.fin.& c.conſulit.eod.tit.ratio principaliter,
quia augmentum illud apponit vt ſuper ſorte in caſu
deficientis conditionis,ſed in aſſecuratione(vt ſuprà
dixi)mutui,non eſt cauſa immediata lucri , ſed eicci-
tur de per ſe periculum quandoque per mutuantem,
qui

qui erat etiam ſine hoc mutuaturus, vt ſuprà fuit declaratum, quãdoque per alium. De pecunia autẽ nautica ſeu traiectitia, de qua in l.1.ff. de naut. fœno. nota. vide D. Innocen. & Cald. in d.c. ſi. vbi volunt, ꝙ ſi nauigans pretium in ſe accipiet, vt talem pecuniã ſecum reportet, vltra mare, ſiue periculum eius pecuniæ, per pretium ſumat, ſiue non, non eſt vſura ſecundùm Salic. in rub. ff. de vſur. in princ. quòd not. ad ea quæ ſu-
28 prà in principio diximus, † quia ſuſceptio periculi nõ facit contractum illicitum ſimpliciter: & in hac materia vide pulch. conſil. Bald. 311. num. 1. & 2. 5. vol.

SVMMARIVM.

1. *Nuda conuentio & ſine cauſa, non valet.*
2. *Conditionalis conuentio, quæ à facto alterius dependet, an de iure valida ſit cenſenda.*
3. *Solus conditionis euentus, an pro cauſa ſit habendus.*
4. *Conuentio de matrimonio contrahendo inter talem & talem, an valida ſit cenſenda.*
5. *Sponſio facta in ludo prohibito, an valet.*
6. *Senatus prohibet pecuniam ludere, & ſponſionem facere de pignore ponendo.*
7. *Vbi cauſa ſponſionis inhoneſta eſt, ſponſio non valet.*
8. *Aduerſam fortunam liberi hominis expectare, inciuile & turpe eſt.*
9. *Turpis ludus & inhoneſta conuentio non valet.*
10. *Ad delinquendum non debet quis inuitari ſpe lucri.*
11. *Sponſio quæ contra bonos mores concipitur, non valet.*
12. *Stipulatio qua quis inuitatur ad delinquendum, non tenet.*
13. *Malitijs hominum ſemper eſt obuiandum.*
14. *Delinquendi occaſio non eſt danda.*
15. *Expectare mortem inimici fidei Chriſtianæ, inciuile non eſt.*
16. *Conuentio, qua quis ſibi triſtem euentum expectat, an de iure valida ſit habenda.*
17. *Stipulatio, ſi hoc anno Imperator coronabitur, vel ſi in Italiam venerit, an de iure teneat.*
18. *Sponſio, ſi tibi naſcetur maſculus aut fœmina, an de iure valida ſit.*
19. *Omnis cauſa non inhoneſta & extranea, iuſtificat ſtipulationem.*
20. *Conuentio, ſi pluet hodie vel cras, an valeat.*
21. *Vbi non licet ludus, minus licet facere ſponſionem.*
22. *In ſponſionibus inter Mercatores non curatur de apicibus iuris.*
23. *Sponſiones magis cauſa ſalarij, quàm lucri concipiuntur.*
24. *Ludus vbi de conſuetudine toleratur, non tenetur quis ad pecuniæ reſtitutionem.*
25. *Ludus introductus cauſa virtutis exercendæ, regulariter non eſt prohibitus.*
26. *Conditiones an ſuſpendant actus.*
27. *Exceptio competit contra nudam cõuentionem.*
28. *Conceptio ſtipulationis ſub conditione inhoneſta, an toleratur.*
29. *Conditione appoſita in alterum ex contrahentibus non improbata, an ſimilis conuentio de iure valida ſit habenda.*
30. *Ludus in ſe regulariter eſt prohibitus.*
31. *Repetitio inter ludentes, datur in ludo prohibito.*
32. *Sponſiones mercatorum ſine cauſa an ſint prohibitæ.*
33. *Ludentibus licitum eſt facere quicquid poſſunt, vt vincant.*

SECVNDA PARS.

AB antiquis & modernis Iuriſperitis ea eſt frequentiſſimè quæſtio pertractata circa conuentiones, ſeu ſponſiones Mercatorum, quæ ſub variis ac diuerſis componitur formulis, videlicet ſi Imperator hoc anno morietur, dabis centum: ſin autem, dabo tibi: vt dicit Pau. de Caſt. quem etiam Alex. de Imol. & D. Franc. de Are. referunt in l. à Titio, de verb. oblig. fuit in practica Florentina quæſtio circa iſtã conuen-
1 tionem an valeat: & videbatur nõ valere, † quaſi eſſet nuda cõuentio, & ſine cauſa, per l. 2. §. circa. ff. de doli except. & per d.l. à Titio, & fuiſſe conſultũ & iudicatum, quòd valeat etiamſi fuiſſet concepta ſub conditione quæ depẽderet ex facto alterius, & incertæ per-
2 ſonæ: † vt, promittis decẽ, ſi quis, vel ſi Titius Capitolium aſcenderit, vel ſi quis à me decem petierit, vel ſi qua nupſerit, & ad §. circa, reſpondet Paul. quòd loquitur in obligatione pura, ſecus in iſtis formis cõdi-
3 tionalibus, † quia ſolus conditionis euentus habetur pro cauſa d.l. à Titio, & quòd bene fuerit iudicatum, probat Alex. in l. cum ad præſens. nu. 1. ff. ſi cer. pet. & per dictum Hoſtien. in c. gemmæ. de ſpon. vbi voluit. quòd ſi vnus promittat alteri decem, ſi fiat matrimo-
4 nium inter Titium † & Bertam, & econtrà alius, ſi nõ fiat, promittat tibi idem, valet conuentio, ſicut ſi fuiſſet concepta ſub quauis alia conditione, & hoc quando ſunt extranei à Titio & Berta: ſecus quando ſub nomine Titij & Bertæ fierent ſponſalia, ſub pœna, vt in d.c. gemma, & in l. Titia. de verb. oblig. & Alex. in d.l. cùm ad præſens.

Circa quas tamen ſponſiones oportet inſpici cauſas, ſuper quibus interponunr etiã formam in admittendo ſimpliciter ſimiles conuentiones, argumenro eorum quæ habẽtur in l. 3. ff. de alea luſ. & in l. ſi rem.
5 §. ſi quis. ff. de præſcript. verb. † quia ſicut in ludo prohibito ſponſiones non valent, ita eſt dicendum ſimiliter de aliis conuentionibus, quando ſuſcipiuut aliquid non honeſtum, vt ſtatim declarabitur, facit ad hoc quod ponit Odofredus in titulo de libellis, in vltima parte relatus à Paride de Put. in ſuo tractatu de ludo, vt ſi aliqui dicunt, cùm aliquid negamus. ponamus pignus, quòd ita eſt, vt ego dico, & ſic ponũt, di-
6 cit ipſe, ꝙ ſæpiùs damnatur, quia † Senatus prohibet pecuniam ludere, & ſponſionem facere in huiuſmodi pignore, niſi quando fit cauſa virtutis oſtendendæ. l. ſecunda. ff. de aleæ luſ. & aleator, & l. 2. quarum rerum actio non datur. & per conſequens, quando cauſa veſcendi ponũtur iſta pignora, & ꝙ vnus comedet pluſquam alius, non valet. c. à crapula, de vit. & honeſt. idem & in ſimilibus ſponſionibus, quæ ſunt contra debitũ honeſtatis, ꝙ dic, vt in d. §. ſi quis, vbi text.

7 not.& ibi Salice.† quòd cauſa ſponſionis fuerit inhoneſta,ſponſio non valet,& per conſequens competit repetitio,quod datur in illo tamen exemplo, ſi princeps moritur etiam in tali tempore, vt in alio ſimili, vel ſi perdet terram,vt refert, præfatus ſolemnis Doctor Paulus voluit conſulere, quia videtur iſta ſapere
8 inhoneſtatem, ſicut ludus Taxillorum: † pro quo facit, quia expectare caſum aduerſum liberi hominis, eſt inciuile & turpe.l.inter ſtipulãtem.§.ſacram.ff.de verborum obligationibus,& per conſequens ſponſio & ſtipulatio in aduentu tali concepta,non valet.l.generaliter.ff.eod.tit.cum l.ſequenti, & quod not.in c. ſecundo de conceſ.præben.& vt in ſimili dicit tex.in l.fin.C.de pact.iſtæ conuentiones poſſunt dici plenæ ſtrictiſſimi euentus & periculoſi propter inſidias quæ reperiri poſſunt,vitæ eius,in cuius morte talis conditio verificatur,quid enim ſi quis ita conciperet ſponſionem,ſi iſto anno Titium non occideris, promittis decem:& econtrà ſi contingat,ipſe eadẽ decem pro-
9 mittat:† quis non dicet,tales ſponſiones & ludos turpes & conuẽtione nõ valere? per dictã l.Generaliter. & d.§. ſi quis ſuperius allegat.& l.ex eo.C.de inutilibus ſtip.in fine.Idem ſi dicit,ſi non adulteraueris tali
10 die cùm vxore Titij.† poſſet enim quis inuitari ſpe lucri ad delinquendum.l. cõuenire.ff. de pactor.dot. & ſic non valent per not.in d.l.generaliter.& ibi Bar. & in l.ſi plagij.eo.tit.& in l.penul.ff. de cond.ob tur. cauſam,& in l.iuriſgentium.§.ob maleficium,& in l. ſi vnus.§.illud.ff. de pact.& d.l.ex eod.& hoc ſiue cõcipiatur tale quid in perſona alterius ex ſpondentibus,ſiue ex perſona alterius,ſ.tertij,vel etiam incerti, vt infrà dicetur,quia in vtroque eſt par ratio.l.à Titio de verbor.obligat.l illud.ff.ad l. Aqui.& ſemper quis
11 poteſt inuitari ad malum,† & ſemper ſpectatur triſtis euentus hominis,vt ſi non occideris,vel occiderit talis talem, vel talis occidatur, quicquid ſentiat gloſſ. in d.l.ſi plagij,in exemplo,ſi Titius fecit plagiũ circa hoc eſt aduertendum, quia Bar.ibi dicit,quod huiuſmodi cõceptio poteſt eſſe bona,quia Titius eſt meus coniunctus vel amicus,& non faciet, vt ego incidam in pœnam, nec iſto caſu eſt cõtra bonos mores:ſecus autem ſi eſt conſanguineus ſtipulatoris, quia poſſet inuitari ad malum l.conuenire,& l.hæres meus.§.fin. de cond.& demonſt. Facit quod not.Bart.in l. ſi reo,
12 §.ſi.ff. de fideiuſſ. † vbi dicit ꝙ ſi conſortes inuicem faciunt pactum,vt eſt in Tuſcia, quod vno condemnato pro maleficio,omnes contribuunt,quod nõ valet prædicta ratione, ne quis incitetur ad delinquendum, idem tenet Iacob de Aren.Salic.& Synus.in d. l.ex eo.de inutili ſtip.& cum opin. Bart.tranſit Imol. & Cuman.& Paul.de Caſt.qui vltra dixit, ꝙ quando ille Titius eſt penitus extraneus promiſſori & ſtipulatori, ꝙ bene valet ſtipulatio, ſicut ſub quauis alia conditione, quod non placet per rationem Iacob.de Arena,quia licèt ſit penitus extraneus, poteſt induci & ſolicitari per ſtipulatorem ad illud committendũ, prout dixit Imol.in d.l.ſi plagij, poſſet paciſci ſtipulator de quota lucri cũ Titio, vel aliquid aliud ei per-
13 mittere, vt illud delictum committat:† Item quia eſt occurrendum malitiis hominum.c. quanto.de diuor. l.in fundo.de rei vendit.& ſic poſitis iis,videtur concludendum,quòd non ſit faciẽda differentia, ſit amicus,vel non,ſtipulatoris vel promiſſoris, vel penitus extraneus, cùm ſit ob turpem vel inciuilem cauſam,
14 † ex qua poſſet ex altera parte dari occaſio delicti. Quid autem ſi ita concipiatur ſponſio,ſi Turcus iſto anno morietur vel occidatur? dic quod ſic, & bene
15 valet,† quia non eſt inciuile, expectare mortẽ inimici fidei,& procedit dictum Salicet.in d.l.ex eo,quod refert D.Alex.in d.l.ſi plagij, quod ſi delictum committendum,continet in ſe bonum publicum,vt ſi apponatur mors illius, qui nocumẽtum facit patriæ,valet ſtipulatio ſeu ſponſio,ſicut ſub aliqua nõ inhone-
16 ſta conditione.† Quid autẽ ſi cõcipiatur,ſi aliter noſtrum non conualuerit? dic ꝙ valet:quia ex quo contrahentes ſibiipſis hoc deſiderant.nõ eſt iudicãda inciuilis,quo ad eos,argumento ad ea l.fi.C.de pact.de qua exceptione vide text.in l.periculi pretium ff. de nau.fœno. Quid autem ſi fiet hoc modo, ſi talis non venerit hoc anno? textus eſt in l.ſi quis ita ſtipulatus decem, & in l.ſi ita ſtipulatus.§. ſed & ſi.ff.de verbo. oblig.idem in illa,ſi Imperator hoc anno venerit,vel
17 non venerit in Italiam l.hoc iure.eod.tit.† Idẽ ſi hoc anno coronabitur.l.ſi quis Titius.eo.tit.& l.ita ſtipulatus.eod.tit.de verb.obl.idem ſi ceperit, vel non,talem terrã.art.l. ſtipulationes non diuiduntur.§.ſi quis ita.eo.tit.& l.à Titio. Idem ſi vxorem ducat vel non. d.l.à Titio.de verb. oblig. cum aliis ſimilibus exemplis,quæ non reperiũtur prohibita, nec ſunt in ſe turpia, vt ſi regina peperit filium maſculum vel fœminam,aduerte tamen quia in hoc vltimo exẽplo,Odofredus in loco ſuprà allegato, Azo in ſumma,quos
18 refert Paris in d.tractatu de ludo, † tenet, ꝙ quando fit ſponſio vel pignoratio ſub aliquo euentu incerto, licèt honeſto, non valet: vt ſi tibi naſcetur filius maſculus,dabis decem mihi:& ſi fœmina,dabo tibi: ta-
19 men videtur ꝙ valeat, † quia omnis cauſa non inhoneſta etiam extranea, iuſtificat ſtipulationem,in d.l.à Titio,ſicut valet promiſſio, ſi nauis veniet,argumẽto eius ꝙ dicimus de emptione iactus piſcatoris.l.ſi iactum retis, de actio.empt.& vendit. vt ipſe refert D. Marianus Soc.in c.inter dilectos. de exceſ.præla. tenet, ꝙ valet ſponſio,ſi Imperator veniet in Italiam
20 † & ſi tali die pluet, vel tali die nauis redibit, per tit. de verb.oblig.& facit ſecundum eum.l.ſcrupuloſam. l.ſi de contrahend.ſtipul.& eo.§.poſt mortem. Idem in q.ſi pluet, allegat Pau.in l.ſi quis cum debitore.ff. de iureiur.in exẽplo, ꝙ pluet die ſequenti,licet in lectura mea Paduana,hoc Paulus nõ dicat,& licet Paulus in hac q.non conſuluerit, quia videbatur ſibi quidam aleæ luſus propter dictum Rofred. tamen dicit præfatus Doct.ꝙ l. quibus.ff. de aleæ luſu.per quam mouetur Rofred.hoc non probat, ſed voluit ibi iuris
21 conſultus, † quòd in caſibus in quibus non licet ludere,non liceat facere ſponſionem,non autem ꝙ voluerit ibi prohibere pacta ſub conditione caſuali,vel mixta,licet dictæ cõuentiones videantur ſapere pluſquã oportet, & ſit quid ſuperſtitioſum. Aduerte,quia cùm hodie mercatores ſint in cõſuetudine,quaſi per totum mundum faciendi iſtas ſponſiones, cum inter eos fieri poſſe non ſit dubitandum,ſub quauis condi-
22 tione, non intelligo de turpi vel inhoneſta: † nec in iſtis ſponſionibus eſt multum curandum de apicibus iuris, argumento eorum quæ notantur in l.ſi fideiuſſor.§.quidam.ff. manda.& quæ ibi dicit Bart. & in l. Quintus Mutius. eod.tit. ſed ſolum admittentur illæ ſponſiones, quæ non ſapiunt inhoneſtatem, maximè,
23 † quia magis ſolatij cauſa, quàm lucri,concipiuntur: Præterea cum ſimiles ſponſiones nõ reperiantur prohibitæ, & conſuetudo inter ipſos mercatores eas approbet,non videtur locus repetitioni, ſi ſoluantur in foro iudiciali,vel in foro animæ, attenta not.doct.S. Thomæ,de qua meminit Bal.in rub. de cond.ob turpem cauſam.& Io. Aud.in c.clericorũ. de vita & ho-
24 neſt.cleri.in Nouella. † ꝙ vbi de conſuetudine ludus eſt iuſtus, licèt aliàs de ſe ſit illicitus,nõ tenetur quis adre-

ad reſtitutionem, hoc tamen limitat Io.Petrus in l.1. C.de alea.nõ procedere in perſonis prohibitis, vt in auth.interdicimus.C.de epiſc.& cle.ſed idem credo in illis, ſi conſuetudo valeat. Ceſſante autem conſuetudine, credo, ꝙ bene fecerit Pau.de Caſt.in eo ꝙ noluit conſulere, vt dicunt Doct.quia ex quo iſtæ ſponſiones fiunt per modum cuiuſdam ludi, regulariter
25 † omnis ludus qui non fit cauſa virtutis exercendæ, eſt prohibitus, probatur in l.2.& 3.ff.de alea. Tales.n. ſponſiones nõ debent valere, vt in d.l.3.expreſsè habetur, & licèt multis ex prædictis formis in ſtipulationibus reperiantur de iure approbatæ, vt ex ſuperioribus patet, & quaſi per totum titulum.ff.de verb.obl. tamen quãdo fiũt loco ludi, nõ credo ꝙ facere liceat per d.l.3.vbi expreſsè tex.dicit, ꝙ vbi pro virtute certamen nõ fit, non liceat facere ſponſiones, hoc etiam ſentit gl.in l.ſi rem.§.ſi quis ſponſiones.ff. de præſcr. verb.in verbo, victori, quæ vult, ꝙ ita demum ſpõſio debet habere effectũ, ſi ludus ſit licitus. Extra caſum ludi, ſi quis ſtipuletur ab alio decẽ ſub aliqua ex prædictis formis nõ inhoneſtis, valebit:& ſufficiet cõditio ꝓ cauſa, vt dicũt doct.in locis ſuperiùs allegatis.

Poſito quod cõſuetudo approbet inter ipſos mercatores iſtas ſponſiones, eſt dubitatio, an in eis apponatur cauſa de præterito quantumcunque turpis, nihilominus valeat, verbi gratia, ſi ponatur ꝙ talis interfecit regem, vel ducem talem, &c.not.Sal.in d.l. ex eo.C.de inuti.ſtipul.tenet ꝙ valeat, etiã in delicto de præterito, ſoluat gloſſ.in d.l.ſi plagi, pro quo dicit Alex.facere quæſitũ Pau.in l. à Titio ſuperius allegata, per l.cùm ad præſens.ff.ſi cert.pet.& ꝙ ibi no.Bar. quia ſtipulatio facta ſub conditione etiã impropria, de præſenti vel præterito, valet nõ adiecta alia cauſa:
26 facit, † quia licèt tales cõditiones nõ ſuſpendũt actus, l.conditio in præteritum, de verb.oblig.tamen benefaciũt, vt ſtatim valeat diſpoſitio, vel perimat.inſt.de verb.oblig.§.conditiones: ſecus tamen tenet Alex.in exemplo, ſi talis mortuus fuit, quia non poteſt negari quin contineat turpem cauſam, quæ ratio ſola ſufficit ad inualidãdam ſtipulationem.d.l.ex eo.in fi.& l. generaliter ſæpiùs allegata, aduerte circa hoc, quia poteſt dici, quando ſic ſpondẽtes ſunt tales perſonæ, & in tali loco, ꝙ non ſit veriſimile poſſe illud fieri facere, ſub cuius conditione ſpõdent, ꝙ tunc valeat, quia ceſſat ratio doct. & non poteſt dici dare occaſionem delinquendi, etiamſi videtur tunc appoſita illa cõditio, tamen quicquid eſt contingibile, &c.non poteſt dici, ꝙ ſpectatur triſtis aduentus, qui iam fuit de præterito, niſi dicas, ꝙ cenſetur interpoſita contra bonos mores: ſed tunc dubitari poteſt, an ſit talis ſtipulatio ipſo iure nulla, vel ope exceptionis, cùm hic non poſſit dari turpitudo magis ex vna parte, quàm ex alia, ex quo eſt concepta & appoſita in tertium, nec poteſt
27 dari opera, vt illud ſequatur, † credo exceptionẽ cõpetere tanquam contra nudam conuentionem.l.2.§. circa.ff. de doli except. quia talis cauſa eſt reputanda nõ cauſa, per nota in l.Iuriſgentium.§.ob maleficiũ. ff.de pact.ſi tamen fiat ſolutio, habebit locum l.pen. ff.de condit.ob turp.cauſ.nec obſtat d.l.ſi plagij, quia debet intelligi, quãdo aliqua turpitudo eſt adimplẽda per aliquem ex contrahentibus, vt in d.l.generaliter. Vel per tertiũ mandato, vel ſolicitudine, ſeu contemplatione alterius contra tertium, hic verò ſolùm cenſetur turpitudo ratione expectationis euentus triſtis, & cauſæ, vt habeatur pro non cauſa, & obſtat exceptio per d.l.2. ſed non competit repetitio per d.l. penult.in fin.vel poteſt aliter dici, ꝙ ex quo ſpõdentes ſciant iſtam cauſam haberi pro non cauſa, & ſic cauſam ſolutionis non ſubeſſe, ꝙ valeat inter ipſos ex cauſa donationis, & ſic ceſſat repetitio, facit.l. qui fundum.§.ſeruus.verſic.ꝙ ſi ſcierit.ff.pro empt.in ratione, ibi, ꝙ ſi ſciuerit, & repetit quaſi ſciens ſoluat, & l.cuius per errorem.ff. de reg.iur. allegat.per d.Soci. in rub.de condit.ind.nu.2.Bald in l.1. C.ne filius pro pat.& Car.Flo.in c.ſi.de ſol. & firmatur tunc talis ſolutio ex cauſa liberalitatis, per ea quæ adducit Bart. in d.§. circa quod tene menti pro iſtis ſponſionibus mercatorum in ſimilibus caſibus cõceptis, quia vterque eſt in cauſa talem conditionem apponendo & ſic ſpondendo, & ſic non erit locus repetitioni per d. l.penultimam, nec eſt contra ea quæ ibi, & in d.l.generaliter, & in d.l. ſi plagij, & in §. ob maleficium, not.Bart.& doct. ſi rectè aduertis. Immo in iſto caſu eſt dicendum, ſicut communiter dicitur in illo quando ambæ partes ſciunt cauſam non ſubeſſe, de illa autem conceptione, ſi Dux Carolus vicerit, quæ multùm fuit practicata in morte Ducis Burgundiæ, vide d.l.cùm ad præſens, & d.l.conditio in præteritum, & adde, quòd ex quo illa expectatio nõ poteſt eſſe damnoſa alicui, quia eſt de præſenti vel præterito, fortè tolerabitur conceptio ſub prædicta conditione, quia
28 non ſuſpendit. Tutius tamen eſt, † ita facere ſponſiones, vt non ſint cõtra bonos mores, maximè vbi magna pecuniæ quantitas interponitur, vel quando ſumus in caſu, in quo ſpe futuræ ſponſionis in mortem alicuius aliter ex contrahentibus & paciſcẽtibus potuit illum prius facere occidi, & ſic alio ignorãte poſſet formare ſponſionem in eius mortem, videlicet ſi talis tali die mortuus fuit, vel ſi talis mortuus eſt, ꝙ ſemel, vt audio, euenit de facto, adde tamen prędictis de illa cõceptione, ſi talis morietur.bon.tex.in l.quibus diebus.§.quidam Titio.ff.de condi.& demonſtr. ſed poteſt reſponderi, quòd ibi ſpectatio triſtis aduẽtus non eſt cauſa legati, ſed ſolùm differtur eius præſtatio. Vel proprius, ꝙ ibi non cenſetur turpis, quia ita voluit teſtator, cuius voluntas per l.ſeruetur.l. in conditionibus.ff.de condit.& demonſt.l.pater Seuerinam.§.conditionum.ff.eo.tit.Bald.in l.pen.& fi.C. de neceſſa. ſeruis hæred.inſt. & in auth. de nupt.col. 4.& in l.prædia.& in l.voluntatis.C.de fidei. cùm ſit quod magis ibi dolebat mors matris, quàm legatarij: & argumento eius, quod not.in l.fi.C.de pact.poſſumus dicere in iſtis ſponſionibus, & idẽ in quibuſcunque aliis contractibus, vt conditio non cenſeatur turpis, nec habere triſtem euentum, ſi conſentiat ille in cuius mortem talis cõditio apponitur, quòd nota & tene menti pro iſtis ſponſionibus, & ex prædictis po-
29 teſt ſumi concluſio, † quòd ſi conditio apponatur in incertam perſonam, ſiue certam, ſiue in alterã ex cõtrahentibus valet conuentio, dummodo non ſit conditio imbrobata, vel ludus per not.in d.l.à Titio, & inſti.de verb.oblig.§.ſub conditione.& in l.ſi rem.§. ſi quis ſponſionibus.ff.de præſc.verſ.& in l.2.& 3.de alea.ff. & tene menti illum.§. ſi quis pro luctantibus & currentibus, &c. & adde prædictis, ꝙ non ſolùm habent locum inter ludentes inter ſe, vt ſi dicam te, vel plus te vel velocius curram: ſed etiam inter inſpicientes ipſos ludentes, & apponentes conditiones in
30 eorum fortunã, ſicut fit in ludo pallæ, & pilæ, † quando ludus in ſe eſt prohibitus, non ſolùm ſponſio inter ipſos principaliter ludentes non valet, vt in iuribus ſæpè allegatis, ſed etiam quæ fit inter inſpicientes ludos, facit tex.in l.tertia de alea, qui generaliter loquitur.l.de pretio.ff.de publica.l.1.§.& generaliter.ff.de lega. præſt. & eſt eadem ratio.l. à Titio.de verbor. obli.facit etiam ꝙ not.in l.interdicimus.C. de epiſc. & cleric.de inſpicientibus ludum, qui æquè puniũtur
31 vt ludentes:& adde, & tene menti, † quòd ſicut inter

ludentes in ludo prohibito, competit repetitio eius quod datur & promittitur in ludo, vt in d. §. ſi quis & in l. fin. ff. de alea, & in l. 1. c. eod. tit. ita etiam competit inter ipſos inſpicientes ludum, & ſpondentes in cauſa illius ludi, hoc probatur in d. l. 1. vbi text. pariter loquitur in ludentibus, & ſpondentibus, & ludum inſpicientibus, & cum poſtea dicat, & ſi contra factũ fuerit, nulla ſequitur condemnatio, ſed ſolutum reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab iis quæ dederunt, & dari debet pauperibus ſecũdùm Iaſonem in l. ſingularia. nu. 15. ff. ſi cer. pet. & c. nõ ſolum debet intelligi de ipſis ludentibus inter ſe, ſed etiam de inſpicientibus, qui etiam ludentes poſſunt dici ſuo modo, eo quod ſponſiones faciunt ſuper fortunam ipſorum, principaliter ludentium, aliàs fruſtra, in d. l. fieret mentio de inſpicientibus, argu. l. ſi quando. d. l. 1. quia per l. interdicimus. C. de epiſc. & cleric. prohibetur intereſſe ludis prohibitis, nec ob hoc, his quæ ſuprà diximus, circa ludos mercatorũ, quia procedũt
32 in ludis non prohibitis, & valẽt illæ ſpõſiones, † licèt cauſa non ſit aliqua inter ſcientes: ſecus, quãdo omnino prohibitus eſt ludus, quia tunc licèt turpitudo ſit ex vtraque parte, tamen in hoc caſu valet, licèt allegãt turpitudinem, vt nota. in d. §. ſi quis ſponſionis, & in d. l. 1. C. de alea. ſed de his hactenus vſque modo. Veniamus ad materiã aſſecurationis, in qua per ordinem plures quotidianas quęſtiones ponemus, circa tamen prædictos ludos, quando eſt facta ſponſio, & alter nõ vult adimplere, & de iudice aſſumpto in tali ludo, quales eius partes ſint, vide glo. & ibi nota. in d. §. ſi quis, & tene menti, quod ibi in vltimo loco ponit Bar. ꝙ poſtquam ludẽtes ſunt in ludo, licitum eſt eis facere
33 † quicquid poſſunt, vt vincãt. Ego vidi de facto ſemel in feſto S. Ioanis. Florentiæ, cum equi currerent ad brauium, aurigæ Florentini Laurentij percuſſerunt cum loris Mantuæ aurigam, qui præibat & ſuperauit, & vicit tamẽ in iſto caſu, quia factum fuit per dolum, non crederem licitum, ſed de conſuetudine aliter ſeruatur, & de aliis ad materiam facientibus, vide Bald. in rubr. de cond. ob turp. cau C. & Bar. in l. ſi filio. §. ſi in alea. ff. quarum re. act. non datur, adde prædictis, ꝙ quis poteſt ſtipulari pœnam ab amico, ne ludat, & valebit, l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pact. l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verb. obl. & ibi do. Fran. de Are. poſt Imo. Iaſ. & alios, quo caſu, ſi ipſe non ludat, ſed faciat per alium ludi, committitur fraus, ſtante pacto prædicto, ſecundùm Par. de Neapo. in ſuo tract. in pen. col per glo. in d. §. ait prætor. in verſ. ſenatuſconſult. & per ea quæ Bald. & Guhel. ponit in authen. Interdicimus. C. de epiſcopis & clericis. Quod nota, & tene menti.

SVMMARIVM.

1 *In aſſecurationibus maris conſuetudo ſemper eſt inſpicienda.*

2 *Inter mercatores non iuris rigor, ſed æquitas ſpectatur.*

3 *Conſuetudo introducitur ab eo, qui habet poteſtatem legis condendæ.*

4 *Villæ & oppida ciuitatum ſubiecta, non habent iuriſdictionem.*

5 *Qui poſſunt ſtatuere, poſſunt conſuetudinem introducere.*

6 *Allegans conſuetudinem introductam, illam probare debet.*

7 *Conſuetudo non ſe extendit de vno loco ad alium locum.*

8 *Generalis conſuetudo vbique eſt obſeruanda.*

9 *Mercatores ſuſcipientes in ſe periculum rerum per mare ferendarum, ſi res ipſæ vi maris periclitantur, tenentur actione oneris aduerſi.*

10 *Conductores mercium per mare; an teneantur de caſu fortuito.*

11 *Falſa cauſa non vitiat ſtipulationem.*

12 *Promiſſio mercedis videtur eſſe ſemper conditionalis.*

13 *Contractus aſſecurationis regulatur ſecundùm naturam contractuum nominatorum.*

14 *Falſa adiectio vitiat contractum nominatum.*

15 *Legatum factum de aliquibus bonis exiſtentibus in aliquo loco, ſi ibi res non reperiantur, legatum non valet.*

16 *Falſa demonſtratio an vitiat contractum aſſecurationis.*

17 *Mercatores regulariter ſolent eſſe prouidi.*

18 *Dictio quis vel qui eſt ſui natura relatiua.*

19 *Promiſſio periculi non tenetur, niſi merces in naui delatæ ſint.*

20 *Falſa demonſtratio per naturam, an in ſponſionibus teneat, & promiſſorem obliget.*

21 *Vendens vſufructum quem habet in tali re, licet venditor vſumfruct. non habeat, an venditor teneatur de euictione.*

22 *Mercator habens merces in naui, & emit euentum periculi, ſi merces non poſſunt ex aliqua cauſa nauigari, an ad pretium periculi agere poſſit.*

23 *Dominus mercium an æquiparetur emptori.*

24 *Contractus aſſecurationis eſt contractus conditionalis.*

25 *Aſſecurationis contractus quibus verbis concipiatur.*

26 *Nauis propter publicam vtilitatem poteſt conuerti ad publicum vſum.*

27 *Intentio contrahentium ſemper eſt inſpicienda.*

28 *Aequitas eſt obſeruanda ſemper inter mercatores.*

29 *Limitatio ad l in executione. §. fin ff. de verbor. obligationib.*

30 *Aſſecuratio ſimpliciter facta, de prima ſemper nauigatione eſt intelligenda.*

31 *Promiſſio de aliquid optando vel faciendo, intelligitur ſemper de prima vice tantum.*

32 *Vendens fructus vel roſas viridarij, intelligitur de primis.*

33 *Verba debent intelligi per prius, & non per poſterius.*

34 *Quantitas pretij multum eſt attendenda in contractu aſſecurationis.*

35 *Si merces de vna naui in aliam transferantur & depereant; an promiſſor teneatur de tali periculo.*

36 Aſſecu-

Digitized by Google

36 *Aſſecurator non tenetur de rebus deperditis in ſcapha nauis cauſa exonerandæ mercis.*
37 *Nauis appellatione ſcapha non venit.*
38 *In aſſecurationibus multùm ſunt pōderāda verba aſſecurationis.*
39 *Quæ in portu fiunt, perinde habentur ac ſi in ciuitate facta eſſent.*
40 *Qualiter fiat æſtimatio rerum ſeu mercium deperditarum in caſu aduentus periculi: an tempore infortunij, vel emptionis, vel ad tēpus quo vendi poterant.*
41 *Quando merces certo loco ſunt dādæ, an ibi æſtimatio inſpici debeat.*
42 *Contractus aſſecurationis eſt contractus conditionalis.*
43 *Aeſtimatio quandoque fit tēpore contractæ obligationis.*
44 *Contractus ex conuentione cōtrahentium legem accipit.*
45 *L. 4. C. de reſcind. vend. locum habet in contractibus hinc inde obligatorijs.*
46 *Aeſtimatio ſemper refertur ad iuſtum pretium.*
47 *Aſſecurator mercium aſſumit periculū in certo tēpore, ſi dominus mercium nauigationē diſtulit in alio tempore non bono, & res pereant, an de iure teneatur pro rebus deperditis.*
48 *Nauta & Magiſter nauis excuſatur à caſu ſubmerſionis, quando non eſt in culpa.*
49 *Verba ſub periculo rerum mearum tā ad res præſentes quam futuras referuntur.*
50 *Aſſecurator ſemper tenetur ad magnam æſtimationem in aduentu periculi.*
51 *Publicatio bonorum non trahitur ad futura.*
52 *Aſſecuratio ſimpliciter concepta, ſemper ad primam nauigationem refertur.*
53 *Nauis donec ſalua portum non appulit, ſemper periculum eſt aſſecuratoris.*
54 *Caſus infortunij nauium portum non applicantium, notabilis diſtinctio.*
55 *Maris conſuetudo ſemper eſt obſeruanda.*
56 *Debito futuro poteſt accedi fideiuſſor.*
57 *Qui promittit pro alio, videtur promittere vt fideiuſſor.*
58 *Promiſſio de ſoluēdo facta alicui, quatenus à debitore non exegerit, non dicitur fideiuſſio, ſed conditionalis obligatio.*
59 *Si princeps eximit caſtra alicuius nobilis, intelligitur eximere ea, quæ ſunt ſua propria, & non communia cum alio.*
60 *Stante ſtatuto, quod blada extrahantur de proprio fundo, an poterit de communi.*
Locutio in ſuis, an verificatur in communibus. 60.
61 *Aſſecuratione facta in caſu tempeſtatis, an veniat caſus latronum.*
62 *Futurum an numeretur inter caſus fortuitos.*
63 *Latrones dicuntur, qui in mari vi prædantur.*
Impetus latronum & rapinæ, an dicantur caſus fortuiti. 63.
64 *Diffinitio propria caſus fortuiti, eſt inopinatæ rei euentus.*
65 *Caſus improuiſus dicitur, qui ſolent imprudentibus contingere.*
66 *Caſus fortuitus diſtinguitur à caſu improuiſo.*
67 *Futurum vel latrocinium, an numeretur inter caſus fortuitos.*
68 *Ribaldaria patroni nauis, an includatur inter caſus fortunæ.*
69 *Pietas incarceratis eſt habenda.*
70 *Vir nobilis bonæ conditionis & famæ, detentus in carceribus, ſi aufugit, non eſt veriſimile ex fuga delictum commiſiſſe.*
71 *Qualitas perſonarum facit æſtimari caſum ab alijs commiſſum, quod aliter non æſtimaretur.*
72 *Caſus inſolitus dicitur quando raro contingit.*
73 *Vſus loquendi plurimum eſt attendendus.*
74 *Suſcipiēs in ſe periculum caſus fortuiti, an intelligatur de caſibus fortuitis inſolitis.*
75 *Renuntiatio de caſibus fortuitis, an intelligatur de inſolito, vel communiter contingenti.*
76 *In ſuſceptione caſus fortuiti, an intelligatur de inconſuetis, & inſolitis.*
77 *Inter caſus fortuitos an niues inſolitæ numerentur.*
78 *Natura producit omnes res ſuo debito tempore.*
79 *Caſus fortuitus contingit duobus modis.*
80 *Niues immoderatæ, ſolent communiter corrūpere frumenta.*
81 *Appellatio caſuum fortuitorum intelligitur de ſolitis, & non de inconſuetis.*
82 *In ſuſceptione generali caſus fortuiti, an includantur ribaldariæ patroni.*
83 *Caſus qui rarò contingunt, non includuntur inter caſus fortuitos.*

TERTIA PARS.

VTILE admodum erit intelligere materiam aſſecurationum, quòd cum regulariter fiāt circa
1 res, quæ deferuntur per mare, † an ſemper erit inſpicienda conſuetudo, ſicut de conſuetudine maris dicitur obſeruanda, vt conſuetudo ciuitatis in authent. de vſu. nau. §. fi col. 9. & in l. de precario. ff. ad l. Rhod. de iac. Bald. in conſil. 58. nu. 2. in 2. volum. & in cap. 1. §. quia qui feud. dare poſ. vbi dicit, quòd cōſuetudo habet vim decreti, niſi ſit reprobata, & contra iura, vt Odof. in l. prima. C. de erogat. milit. anno. num. 2. & l. neminem de decur. lib. 2. & cùm fiunt iſtæ aſſecurationes inter mercatores, non eſt tantùm in eis curan-
2 dū de ſubtilitate † iuris, quātū de bona æquitate inter eos ſeruāda, iuxta nō. per Bal. conſ. 400. nu. 10. & 382. nu. 17. in 5. vol. & in l. ſi fideiuſſor. §. quendam, & in l. Quintus Mutius. §. cùm mādauero. ff. de mand. & per Bar. ibi. Vnum tamen non omitto, ꝙ vt dicatur con-
3 ſuetudo inter ipſos mercatores, oportet † quòd ſit introducta ab habentibus poteſtatem ſtatuēdi circa illud de quo eſt conſuetudo, aliter non dicitur conſue-

tudo. Oportet quidem, quod ſit introducta ab eo, qui
habet poteſtatem condendi legem, iuxta no. per Bal.
in conſ. 338. num. 3. in 4. volum. vbi localia ſtatuta, &
conſuetudines ſunt in poteſtate principum, & in l. de
quibus. ff. de leg. & ibi per Bartol. & alios, & Franciſc.
4 de Aretio. in l. teſtamenti. ff. de teſtam. † vbi dicit, quod
ex quo villæ & oppida ciuitatum ſubiecta, non habẽt
iuriſdictionem ſecundum Bartol. in l. 1. in primo, de
damno infecto. ff. non poſſunt ſtatuere, vel inducere
conſuetudinem, ſecundùm Baldum in conſ. 292. nu.
1. 2. volum. Iſta enim æquiparantur de iure. Id quod
poteſt fieri per ſtatutum poſſe etiam per conſuetudi-
5 nem, vt in d. l. de quibus nota. † & qui poſſunt ſtatue-
re, poſſunt conſuetudinem introducere. Ita Iaſon ibi
num. 75. & 84. Item oportet, quòd fiat animo indu-
cendi conſuetudinem ſecundùm Doct. aliàs licet per
mille annos aliquid fiat, & obſeruetur, non propterea
dicetur conſuetudo introducta, pro quo Alex in l. 1.
ff. ad l. Fal. allegat. not. in l. 2. §. final. de ſupel. legat. ex
quo infertur, quòd ſi mercatores qui aſſecurationem
6 faciunt, dicant aliquid eſſe de conſuetudine † eorum,
oportet quòd probent eſſe introductam à curia mer-
catorum, quando habet poteſtatem ſtatuendi circa
ea, quæ ad ipſos mercatores ſpectant, ſicut eſt in ali-
quibus ciuitatibus, de quo vide not. in l. 2. ff. de con
ſtitut. princip. & per Bald. in ſuo tractat. conſtitut. &
quid ſi talis conſuetudo eſt in loco vbi aſſecuratio-
7 nes faciunt? † & ſi alibi fit, non ideo extendenda eſt
de loco ad locum, ſecundùm gloſſ. in d. l. 2. neque ex-
tenditur regulariter de caſu ad caſum, l. 3. §. ſi quis
boc. ff de iur. actuque priu. & per Inn. in c. delicto de
offi. Arch. Bal. in d. l. de quibus Bart. in dict. §. ſi quis.
Bald. in cap. 1. de feud. cognit. Aret. in l. continuus, de
verb. oblig §. ſi ab eo, niſi eſſet aliqua cõſuetudo, quæ
8 in pluribus locis ſeruatur, † quia tanquam generalis
conſuetudo eſt obſeruanda, ad hoc ſecundum Bal. in
cap. 1. de not. for. fidelit. per quem text. ibi dicit, quòd
illud quod fit in pluribus curiis, idem Baldus, in conſ.
219. num. 1. 2. volum. vbi inſpicitur generalis conſue-
tudo fœneratoris ciuitatis, quod not. quia cùm con-
ſuetudo ſit ſtricti iuris, non facilè extenditur. Serua-
bitur igitur conſuetudo, vt dixi circa iſtas aſſecura-
tiones, de quibus infrà dicetur, ſicut ſeruatur in mul-
tis aliis caſibus nota. in l. 2. de aqua. plu. arc. & in tit.
de pact. conſtant. & ibi Bal. in verb. ſicut, & in l. certa.
capit. loca. & in l. domini. cap. de agri. & cenſ. & in l. ſi
prius de aqua plu. l. ſemper in ſtipulationibus, de reg.
iur. & in l. quod ſi nolit. §. aſſid. de ædili. edic. & in l. ſi
iactum, iuncta gloſſ. de actio. empt. cum ſimilibus, &
Ideo non incautè Bartol. in l. impenſa, de impenſ. in
re. Do. conſuluit fieri poſitionem de conſuetudine,
quando aliquid obſeruatur de conſuetudine. Itẽ præ-
mitte ea quæ dicit Paul. de Caſtr. in l. in naui Sauphe-
9 li. ff. de loca. † quòd iſti mercatores, qui ſuſcipiunt in
ſe periculum rerum, quæ portantur per mare, & reci-
piunt certam mercedem pro centenario, & promittũt
emendare in caſu, in quo perdãtur tempeſtate maris,
vel certis aliis caſibus, ſi dictæ res perdantur, tenentur
actione oneris aduerſi, eo quod ſuſcipiunt in ſe peri-
culum huius oneris, & concurrunt ea quæ neceſſaria
ſunt ad talem actionem, vt ibi latiùs per eum, & hoc
quando non interuenit ſtipulatio. aliàs tenetur ex ſti-
pulatione, & quis contractus ſit iſte vide Bald. conſil.
453. num. 2. 3. volum. Item an iſti tales tenentur de
caſu fortuito interueniente ſine culpa ſua, ratio eſt,
10 † quia ex quo conducunt merces ad vehendum per
mare, non poſſunt in illis culpam committere, & ideo
non poteſt dici quod obligentur ad periculum obue-
niens non ſua culpa, quæ nota bene pro aliis infrà di-
cendis. Sed pone quod ſtipulator dixit, ſe habere in
naui merces mille aureorum, cùm in rei veritate ni-
hil haberet, vel minus, & promiſſor, qui ſimpliciter
ſumpſit in ſe hoc onus, dicat mille, certa mercede
pro centenaria conſtituta de prædicta illa naui, an te-
11 neatur ad dictos mille: & videbatur quòd ſic: † quia
in contractibus ſtricti iuris, falſa cauſa nõ vitiat obli-
gationem. l. ſi diuortio. ff. de verbor. obligat. & ibi Ia-
ſon, & quod nota. in l. ſi ſeruus §. qui quinque. ff. de
leg primo. facit etiam l. hæredes eius. §. final. ff. famil.
erciſc. vbi eadem eſt diſpoſitio rei inuentę vel non in-
uentæ in hæreditate. Item patet hoc ratione, quia cla-
rum eſt, vt infrà patebit, quod promiſſor poteſt pe-
tere mercedem conuentam pro periculo, licèt in na-
ui propria nõ poterit dici eſſe periculum ſuſceptum,
in qua nullæ res ſtipulatoribus fuerint, argum. l. de-
cem, de verbo. obligat. ff. de hæred. & actio. venditio.
12 l. cùm hæreditatem, & l. ſequenti cum ſimilibus: † &
promiſſio mercedis videtur eſſe ſemper conditiona-
lis, ſcilicet ſi extiterit in re vera: quo caſu, verificari
poteſt euentus periculi. Item facit quod habetur in l.
ſi quis cùm fundum. ff. de action. emption. vbi tenet
venditio, licèt in fundo nullum dolium ex venditis
reperiretur, tamen his non obſtantibus, & aliis quæ
breuitatis cauſa omitto, credo iſtum non teneri, ſi in
tali naui deperdita non erant merces ſtipulatoris: ra-
tio, quia iſte contractus aſſecurationis, vt ſuprà in
principio dixi, eſt contractus innominatus, & ita eum
nominant doctores in locis ibi per me allegatis. Bal-
dus in l. ſi periculi pretium. ff. de nau. fœdo. & in l. cũ-
ctos populos. C. de ſumma Trinitate & fid. in quæſt.
an vſuræ ſint prohibitæ in fine. & Petr. Cor. in l. ſi pa-
ſcenda pecora. C. de pact & hoc ſiue cum dicimus, fa-
cio vt des, attenta perſona promiſſoris, qui ſuſcepit
periculum: ſiue, do vt facias, attenta perſona ſtipula-
toris, iuxta notata per Bartolum in dict. l. naturalis. §.
ſed ſi facio. Iſtum tamen contractum exiſtimo po-
tius, do vt facias: propterea quia dominus mercium
conſueuit aſſecurationem procurare, & promittere
pretium periculi volenti aſſecurari, & principaliter
fit ſui gratia, licèt doct. exemplificẽt ſic facio vt des?
ſcilicet, ſuſcipio periculum, vt des pecuniam: tamen
vtrumque directè, diuerſo reſpectu, vt in dict. §. nnt.
13 Igitur † dicamus quid ſit contractus innominatus: dic,
quòd debet regulari ſecundùm naturam contractuũ
innominatorum, quibus aſſimilantur per not. in iuri-
bus ſuperiùs allegatis. Aſſimilatur autem emptioni,
vt ibi dixi, ratione pretij quod datur: quia, qui aſſecu-
rationem facit propter pretium, dicitur emere euen-
tum periculi. Facit quod dicit gloſſ. in l. periculi. ff. de
nau. fœno. & ratione exiſtimationis mercium, quę fit
regulariter in aſſecuratione, iuxta not. per Bart. in l. ſi
gratuitam. ff. de præſcr. verb. & alibi in l. 1. ff. de æſti-
ma. act. & in l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. ff. commo.
14 & per conſequens † ſicut falſa adiectio vitiat contra-
ctum nominatum, vt eſt textus, nota frequenter no-
minatus, in l. ſi quis fundum. ff. de cond. & demon. &
in l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque, ſuprà allegata. Ita
etiam videtur, quod vitiat iſtũ contractũ aſſecuratio-
nis, ſiue dicamus nominatum emptionis & venditio-
nis l. 1. & l. ſequenti, cum ſimilibus. ff. de hæredit. act.
vend. cum quo dominus nõ habuerit merces in naui,
quas ibi dixit habere, meritò in præiudicium promiſ-
ſoris aſſecurantis non debet valere, argumento d. l. ſi
quis fundum, & l. cùm hæreditatem, cum ſequenti ſu-
periùs allegata, præſertim etiam quia videtur peccare
in re ſubſtantiali contractus, facit quod notat. in l. do-
mum,

mum,& in l.ſequenti.ff.de act.empt.& in l. 1. & 2. &
in d l.1.cùm hæreditatem,& l.quod ſi nulla.ff.de act.
& hæred.vend.& videtur deficere conſenſus, quia ſu-
ſcipiens periculum, ignorabat ibi non eſſe merces, vt
in d.l.domum.§.ſi autem, & videtur tacitè inter ipſos
contrahentes fieri derogatoriã ſponſionẽ, ſi ibi mer-
ces non eſſent, facit quod dicit Bart.in l prima.§ ſi ſtipu-
lanti.in 2.col.ff.de verb.oblig.l.Imperator ff de po-
ſtulan.in fine,aliàs diceretur aſſecurare corpus, quod
non erat,contra d.l.prima.& l.ſi ſeruus.l. § quinque.
15 ff.de leg. 1.& l. 1.§.pen.de dot.præle. † vbi ſi lego ali-
quid, quod eſt in aliquo loco, & ibi non reperiatur,
non valet legatum,quaſi legaret corpus, quod nõ eſt
in rerum natura,& daretur priuatio ſine habitu, cõtra
l.decem.de verb.oblig.& c.ad diſſoluendum de ſpõſ.
impub.cum ſimilibus. Confirmantur etiam prædicta
manifeſta ratione, quia ſicut non valet ſtipulatio rerũ
quæ non ſunt.l.ſi homo mortuus,de verb obligat. ita
etiam de æſtimatione, illarum rerum debet valere,
quæ refertur ad tales res, prout ſunt, vel in tali naui
fuerunt,cum æſtimatio in aſſecurationem ſuccedat il-
larum rerum loco.l.ſi iactum.ff.de act.empt. & ſic eſt
concludendum, quod falſa demõſtratio & aſſertio il-
lius,qui dicit ſe habere merces valore Ducatorũ mil-
le,quas in veritate non habebat, vitiat iſtum contra
ctum aſſecurationis in odium ſui, & fauorem aſſecu-
ratoris.Ratio eſt,quia alias non erat contracturus iſte
qui aſſecurationem promiſit, ac periculi euentum in
ſe pretio ſumpſit,ad hoc tex.notab.ſecundùm Bal.ibi
in reportatis antiquis,l. ſi ita ſtipulatus hanc ſummã.
16 ff.de verb.oblig.† per quam legem,dicit, falſam de-
monſtrationem vitiare, quando aliàs contrahentes
non erant contracturi,ſicut eſt in caſu quæſtionis no-
ſtræ,quod tene menti, quia nullus ſanæ mentis ſuſci-
17 peret periculum rei quæ nõ erat, † quãto magis mer-
catores,qui ſolẽt eſſe prouidi? & iſtam partem credo
de iure veriorẽ, tam ex his quæ dicta ſunt in legatis,
de quibus valet.arg.ad contractum.d.l.ſi diuortio. de
verb.obligat.l. ſeruum filij.§.eum qui d.l.1.l.pactum
inter hæredem.ff.de pact.Bart.in l fin.cap.communia
prædio.& in l.illud.C.de leg.Salic.in l.1. C. de l. fuſ.
cao.Soc.conſ.48. circa finem primi volum. & conſil.
73.in 2.vol.cum ſimilibus,quam etiam alia pro ipſis
contractibus adducta,fatendum tamen eſt, quod ille
qui ſuſcipit in ſe periculi euentum, ac promiſit, pro
ea parte tenebitur, pro qua merces in dicta naui re-
periuntur fuiſſe tempore periculi,per d. §. quicũque,
aliàs non. Eo enim quod quis dicit,Aſſecuro merces
quas habes in tali naui: præſupponere videtur ſubſtã-
18 tiam mercium per relatiuum,quis † vel qui,cuius na-
tura hæc eſt,ſignificare ſecondùm gloſſ.in d.l 1.C. de
ſent.quæ pro eo quod intereſt.Doct in l. omnes po-
puli.ff.de iuſt.& iur.Dec.in l.actus legitimi,n.4.ff.de
regul.iur.Nõ obſtat d.l.ſi diuortio, pro alia parte ad-
ducta,quia vt ibi & alibi Doctores dicunt,illa l.pro-
cedere dicitur,quando ſciẽter à partibus ſit talis con-
tractus, quia tunc illa falſa demonſtratio non vitiat,
Soc.in l.demonſtratio nu. 2.& nu.8.ff.de cond.& de-
monſtr.ita ibi Bar.poſt gloſ. Rubr. in primo oppoſi-
to in reſponſione ad l pen.§ ſi mulier. ſolut. matr. &
Bal.in l.ſi.C.ſi ex fal.cauſa,& in l. Sed & ſi quis. §.itè
quæritur.ff.ſi quis caution. ad d.l.ſi cùm ſeruus.§. qui
quinque reſpon.quod potius non obſtat,bene tamen
probat, quod ſuſceptio periculi tenet pro ea parte, pro
qua merces tempore periculi fuerunt in naui, non ta-
men in plus, vel quod nullis mercibus exiſtentibus
in naui deperdita,teneatur qui aſſecurationes promi-
ſit,ad l.hæredes.§.fin.ff fam erc.Reſponde, quod ibi
eſt eadem ratio, vt quis teneatur de pecunia inuenta
vel non in hæreditate,quia fuit relicta,vt quãtitas, de
quo Bart.in d.§ qui quinque. Secus in caſu aſſecura-
tionis,quia non eſt par ratio, vt quis ſoluat æſtimatio-
nem rei non deperditæ in veritate, ſicut quando fuit
verè deperdita, iuxta ſuperius dicta ad l. ſi cùm fun-
dus.ff.de act.empt.reſpon. quòd ibi tenet obligatio,
in odium temerè aſſecurantis, illum tamen text.not.
ad ſequentem quæſtionem præſuppoſito iuxta prædi-
19 cta,† quod promiſſor periculi non teneatur niſi qua-
tenus merces in naui fuerint deperditæ, poſſet dubi-
tari, an teneatur reſtituere pretium, quod habuit à
tanto pro centenario, eo quod ibi in veritate nõ fue-
runt merces vt præmittitur,vel ſaltem teneatur rebus
ibi exiſtentibus,ſed non tot, ad illud plus quod rece-
pit:& videbitur per ſupradicta,quod ſic, quia eadem
ratione, qua ipſe non tenetur de periculo rebus non
exiſtentibus in naui, eo quod non potuit propriè di-
ci periculum, eadem ratione teneatur reſtituere pre-
tium, quod recepit ob cauſam illius periculi. ff. de
conditio.ob cauſam, per totum: tamen contrarium
eſt verius,immo poteſt dici,quod non ſolum non te-
neatur reſtituere, quando prius fuit id actum, immo
quod poſſit illum denuò petere, & hoc manifeſta ra-
tione, quia licèt emptio periculi nõ teneat in totum
in præiudicium promiſſoris, per ea quæ dicta ſunt in
præcedenti quæſt.tamen in eius fauorem, & in præ-
iudicium falſa aſſerentis, bene tenet per dictam l. ſi
quis cùm fundum, iuncta gloſſ.& per ea, quæ dicit
gloſſa.in l.rem.ff.de contrahend emption.& Bald. in
dict l.falſa demonſtratio, vbi nota. concludit in illa
20 quæſt † an falſa demonſtratio vitiet,per dict l. ſi quis
cùm fundum,quòd licet res,cui adijcitur illa falſa de-
monſtratio, non reperiatur in rerum natura: nihilo-
minus ille qui falſam demonſtrauit,tenetur, & quan-
do falſa demonſtratio inducat defectum rei ſubſtan-
tialis,vide D.Iaſo.in l.poſthumus.§ fin.num 18. ff.de
libe.& poſth.Confirmatur hoc alia ratione, quia illa
pecunia quæ datur ratione pericoli,videlicet data ob
cauſam,vt dixi,& ideo vocatur periculi pretium,quia
tamen iſta cauſa ceſſat facto domini mercium, eo quod
nullas res miſit in dicta naui, nihilominus debet te-
neri,atque ſi in veritate,periculum enim potuerat ibi
eſſe rebus exiſtentibus,per nota.in l.in executione.§.
finali.ff.de verb.oblig. Facit etiam quod in ſimili no-
tat.glo.quod in leg.ſi quis ſponſionis.ff.de præſcript.
verb. de illo per quem ſtetit quo minus ludus fieret,
videtur hoc enim tacitè agi, vt de illo periculi pretio
teneatur, licèt merces non poſuerit in naui. lege, ſi
oleum ff.de dolor.Facit l. Iulianus §.ſi venditor,& §.
idem Iulianus.ff.de actio.emptio.& quod not.dict.l.
Dom. Paul.de Caſtro.prout refert Aretin.in l ſi quis,
21 in §.differentia.ff. de acquirenda poſſeſſio.† quòd ſi
vendo tibi vſumfructum quem habeo in tali re,quod
ſi ego venditor non habebam vſumfructum, nihilo-
minus teneor de euictione,propterea quod decepi cõtra-
hentem aſſerendo me habere, quod non habebam.
Adde etiam ad prædicta textum in l.officij.§.1.ff.de
contrahenda emption qui multum facit. Item, quod
non teneatur reſtituere, facit l Campanus in fine de
oper.liber.& in leg. ſi quis delegauit. ff. de nouat. &
quod not. in l. ſi quis. §. finali ff. de calumn videtur
enim donare ille, qui pretium periculi ſoluit,ſciens ſe
nullas merces in tali naui habuiſſe, ſuper quibus aſſe-
curationẽ procurauit,vt Bald in conſ.378 nu.15.vol.
& conſ.183.num.14.volu.nec obſtat ſi dicatur,illud
pretium eſt receptum ſine cauſa, eo quod periculum
nõ poteſt dici vbi merces nõ ſunt, per d.l.decẽ. ff. de
verb.

Digitized by Google

verb.oblig.& per conſequens,non debet tenete talis
promiſſio pretij,neque ſolutio,vt notatut in l.2.§ cit-
ca. ff. de doli except. quia hic licèt ceſſet peticulum,
nondum ceſſat cauſa promiſſionis & ſtipulationis ip-
ſius ptetij,vidclicet aſſecurationis,maximè ioter ſciẽ-
tem,& imputetur ei qui mentitur , & decipit contra-
hentem,& quando licitum ſit, contrahentes ſe inuicẽ
decipete,vide Bald.conſil 133.nu.3.in 3.volum.Iaſo.
in l.ſi quis in conſcribendo,nu.4.C.de pact. Nec ob-
ſtat l.cum hæreditate.C.de hære.& act.vend.vbi pre-
tium condicitur,quando non tenet venditio , quia il-
lud habet locum in fauorem eius , qui noo decipit:
22 † Sed ponamus,quòd mercator habuit merces in na-
ui,quando aſſecurationem ptocurauit emendo euen-
tũ peticuli , quæ quidem metces aliqua de cauſa non
potuetunt enauigari,tum quia publicatæ erãt,vel ali-
ter detentæ: tum etiã quia forte proptet ſortunã , na-
uis non potuit exire portũ:an nihilominus, qui peri-
culũ, illatum mercium in ſe aſſumpſit,poſſit agete ad
ptetiũ periculi in ſe ſuſcepti, ſi tale pretium nõ ſuſce-
pit in primis,vt fieri ſolet:vel ſi habuit, an poſſit illud
tepetere dominus merciũ, & in hac quæſtione , vide-
batur diſtinguendum. Quod autem impedimentum
petuenit proptet caſum ſortuitum , vt q̃a nauis rum-
pitur,vel alitet non poteſt exire pottum,& non poſſit
agere ad pretium,& teneatut reſtituere,ſi tecepit, ar-
gumento l.maritus ff.loca. Secus autẽ,ſi hoc proueoit
ex vitio rei,vt puta,quia ille merces ſunt publicatę ob
crimen domini,vel alitet detentę per not.in l. Lucius
23 Titius.ff.de euict.† æquiparatur enim dominus mer-
cium emptoti, vt dixi. Facit etiam l ſi fundus.ff.loc.
vbi quando impedimentum ptouenit vitio materiei,
temanet nihilominus obligatus qui ptetiũ per inſulã
fabricandam ſumpſit, vel promiſit: ſic etiam videtut
in iſto,qui ptetium promiſit,pet euentum periculi, &
tenetur, licet euentus periculi nõ poſſit exiſtete vitio
tei,quia noo poteſt nauigari,ad idem facit l. Neceſ-
ſario,& ibi Salic.& l.id q̃.ff.de petitione, & commo.
tei venditæ vbi damnum rei venditæ pettinet ad em-
ptotem. Ita demum ſi eſt perfecta vẽditio , poteſt hic
intelligi damnum , q̃ non ſequatut ille euentus peri-
culi,vt poſſit habere æſtimationem:ſed contra primũ
membtum facit l.penult.C.de cond.ob cauſam , vbi
ſi cauſa pro qua pecunia datut, non ſequatut ſine cul-
pa tecipientis,ſed fortuito caſu , non datur repetitio.
& ad l.maritus , poteſt dici,q̃ ibi res pro qua pecunia
dabatur,non ſuit perfecta:hic veto dabatur ſolum, vt
aſſumeretut euentus peticuli , vt ſi quis promitteret
aſſecurationem,quod factum eſt eo ipſo,quod ille ſu-
ſcepit in ſe euentum periculi,promittendo, ſi euenif-
ſet caſus coottarius , valorem metcium: & ſic in ſpe
euentus tenet venditio.l.nomine,& l ſi nomen. ff. de
hære.& act.venditio.& l.ſi iactum,de cont.empt. vel
aliter,vt per glo. in d.l.penul.quia hic etat cauſa, quæ
ab accipiente non pendet.ſ.euentus periculi. Breui-
ter his omiſſis , in hac quæſt.alitet eſt dicendum , &
24 præmitto,vt alibi dixi , † quòd iſte contractus aſſecu-
rationis,eſt contractus conditionalis,vt patet in l. pe-
riculi pretium,ſæpius allegata. Concipitur enim con-
tractus aſſecurationis hoc modo , ſi contingat io hac
nauigatione res tuas ſiue merces deperdi ob tẽpeſta-
tem,vel latronum ac piratarum, ergo promitto valo-
25 tem tuarũ metcium:& hoc, dũmodo mihi des † octo
pro centenario,vel quicquid , aliud vt inter ipſos pa-
ciſcentes conuentum eſt,ſiue conſuetudo fert,vnde ſi
ante euentu conditionis ſactum eſt,q̃ res nauigent,&
conſtat de euentu periculi proſpeto vel contrario,nõ
poteſt dici conttactus perfectus,vt in d. l. neceſſario,
de pet & com. tei vendit. & per conſequens impedi-
mentum ante conditionẽ exiſtentem prouenięs, uoo
poteſt dici emptoris euentus periculi : Immo potius
ipſius venditoris,qui pretiũ periculi recepit , niſi im-
pedimentum proueniat ex facto ipſius emptotis. per
not.in l.in executione.§.fi.ff.de vet.obl. vt puta quã-
do nauis nõ nauigat cum illis metcibus,eo quod dñs
merciũ,qui emptor dicitur,hoc procurauit,vel cauſa
fuit,petinde eſt iudicandum, atq; ſi extitiſſet cõditio
in fauorẽ aſſecurantis. In omnibus igitur aliis caſib.
in quib. impeditur nauigatio, vt ſi ſit cõbuſta in por-
26 tu,vel deſtructa,vel rex,vel Impetatot eam † aſſumat
pro ſuis neceſſitatibus & publicis,iuxta no.in l. iube-
mus.C.de ſact.ſan. eccl. & impediatur conditio aſſe-
curationis , quia tunc nõ poſſet imputati conditionis
defectus magis vni patti,quã alteti,oullus alteri tene-
bitur,tex.eſt no.in l.ſi venditot ff.de hære & act.vẽd.
& ſic ptetiũ periculi oon poteſt peti,& ſolutũ repete-
retut,quaſi cauſa non ſecuta. Nec obſtat l. penult. ſu-
periùs allegata , quia non loquitut in contractu cõdi-
tionali,cuius defectus facit coorractũ imperfectũ pet
d.l.neceſſario,nec quãdo nõ ſtetit per conttaheotẽ,d.
l.ſi vẽditot.Idẽ quòd.ſ.dixi, quando impeditur naui-
gatio culpa emptoris euentus periculi , intelligẽdum
eſt,quãdo culpa ſine facto vẽditoris illius euẽtus,qui
aſſecurator dicitut,euenit,vt puta,ſi erat dominus na-
uis,& voluit vt nauigaret,vel aliter fuit in impedimẽ-
to,tenebitur quidem ad pretium aſſecuratioois,& ad
teſtitutionem:facit.l.ſi mulier.ff.de cond.cau.data.&
probatut in d.l.ſi vẽditor,à contrario ſenſu, ſed an te-
neatut hoc caſu,perinde atq; ſi illa conditio deperdi-
tarum metcium extitiſſet,& videbatut q̃ ſic,per d. §.
fi. contrariũ tamẽ credo veriùs ratio eſt quia illa con-
ditio deperditarũ merciũ non ſuit appoſita, niſi cauſa
euitandi damnum aduerſæ fortunæ, & nõ cauſa lucri,
eo q̃ nõ plus etat conſecuturus in eius aduentu,quam
ipſe habuit io metcibus,nec eſt par ratio ex l.fi. C.de
codicil.aliàs operaretur vltra intentionem cõtrahen-
27 tium,† quæ intentio inſpicienda eſt.l.in cõuentiona-
libus.ff.de verb.obl.l.fi.C.quæ res pig.obl.poſ.Alex.
in d.l.etiam filios.§.licèt in dotalibus.num.5.ff.ſolut.
mat.Bald.conſ.417.nu.2.5.vol.& maximè , quia hoc
28 dictat æquitas,† inter mercatores obſeruanda,vt oot.
io l.ſi fideiuſſor.§.quædam tamen.ff.mand.& io l.Lu-
cius,eo.tit,Bald.conſ.34.n.2.4.vol.Alex.in l. ſi ſeruũ
Stichum,nu.4.ff.de verb.obl.& deciſ.in l.ſi tibi pecu-
niam.ff.ſi cer.pet. nu.6. & ob hoc poteſt ſumi nota-
bilis limitatio ad l.in executione.§.fi.ff.de verb. obl.
29 quod tunc † demum conditio in contractu habeatur
pro impleta , quando per ſactum alterius impeditur,
niſi q̃ eius implementum reſultatet ad fauorem im-
pedientis vel quando ſi reſultaret in eius odium fieret
contra inteotionem coottahentium q̃ oota,quia ſi in
cnntractu aſſecurationis iſta euenirent , conditio ha-
beretut pro impleta,& res fuiſſent ſaluæ,& ille impe-
diens teportatet luctum:ſi aut habeatur pro impleta,
quod ad perditionem mercium, quæ oon ſunt deper-
ditæ,dominus mercium conſequeretur illud lucrũ,de
quo non cogitauit,ſatis eſt & habere merces,quo ad
valorem quæ fuit eius intentio,& non tes,& ęſtima-
tionẽ,ne locupletetur cũ alterius iactura, & in regula
locupletari,de regul.iut.oe actus agentium opererur
vltra eorũ intentum, contra l.obligationũ ſubſtantia.
ff.de act.& obl.& l.non omnis,ſi cer.pet.Bal.in cooſ.
102.n.3.in 3.volum.Cot.cooſ.251.4.vol. & Decius in
d.l.non omnis,nu.1. eod. tit. Licèt alibi quandoque
extra q̃ agitur, naſcatur obligatio. l. ſi his , qui in fi-
ne.ff.commodat.quia dictum fuit , quòd formæ aſ-
ſecura-

Digitized by Google

ſecurationis ſolent eſſe, ſi merces deperdantur in hoc
viagio, ſiue in hac nauigatione. Quæro qd ſi ſimplici-
ter fiat aſſecuratio, non facta aliter expreſſione de na-
uigatione, ſed ſolùm, aſſecuro merces, quas deuehi fe-
30 ceris, in tali naui: † an intelligatur de quocunq; via-
gio, an tãtũ de prima nauigatione, maximè ſi eſſet na-
uis quæ ſolet bis in anno petere certum portũ, vt no-
ſtræ Piſarum petunt, vel Flandriæ, dic quòd intelligi-
tur rantùm de primò viagio ſeu nauigatione per text.
in l. fideicommiſſa. §. ſi quis ita de legat. 3. per quem
tex: dicit not. Bald. in l. licèt. c. loca. in 4. q. quòd ille
31 qui promittit aliquid reaptare, intelligitur † pro pri-
ma vice tantùm, ſed de iſta quæſt. eſt expreſſa deciſio
in l. dotem. ff. de iure dot. vbi dicit Ang. ibi eſſe tex. ꝙ
qui promiſit, vel fecit ſecuritatem bãnito, intelligitur
de prima vice tantum. Iaſ. in l. diuortio. § quod in an
no. nu. 15. ff. ſolut. mat. Alex. in d. l. §. ob diuinationes,
num. 7. & idem Iaſ. in d. l. duobus. §. ſi ei qui. ff. de iur.
num. 10. Alex. in conſ. 16. 4. vol. Ita in propoſito, qui
aſſecurat merces alterius, intelligitur de prima naui-
gatione, niſi aliud exprimatur, facit l. boue. §. hoc ſer-
mone. de verb. ſignificat. & l. qui bis, de verb. oblig.
& arg. 1. l. eum qui Calen. eodem tit. cum materia fa-
32 ciat ad prædicta, † quæ ponit Bald. in d. l. diuortio. §.
quod in anno. ff. ſolut. mar. poſt Cyn. & Iac. de Aren.
in quæſt. illius qui vendit vuas vel roſas viridarij, quæ
ſolent fructuare bis in anno, ꝙ non debet habere niſi
primum fructum, adde notab. in l. qui libertis. ff. hæc
33 verba. ff. de vulg. & pup. † Qualiter autẽ in dubio ver-
ba debent intelligi, dic per prius, & nõ per poſterius,
hoc eſt, de primo actu, & nõ de ſecũdo, ad idem Bart.
in l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt. & dicit ꝙ ſicut petit pecunias
eundi & redeundi, eſt indeterminatè conceſſa, intel-
ligitur de prima vice tantũ, per d. §. hoc ſermone, &
tene menti illam diſtinctionem Bart. de qua ibi, quia
multum prodeſt in iſtis ſecuritatibus, quãdo fiunt de-
terminatè appoſita ad ſtipulationẽ determinatam, &
quando eſt permiſſa indeterminata, & poſtulata hac
determinata, & econtrà. Item quando ſtipulatio in
determinata, & permiſſa eodem modo, vt in q noſtra.
Item adde ea quæ recitat Abb. in cap. fin. de treug. &
pace. D. Alexand. & Ro. ad dictum Bal. & Cyn. & Ia-
cob. de Aren. in q. de vuis & roſis, niſi quãtitas pretij
eſſet æquiualens, pro omnibus vicibus, quia multum
facit ad iſtã quæſ. quia ſi ſolitũ eſt aſſecurare ab octo
pro cento, & quis indeterminatè promittat, à ſexde-
cim pro cento, videtur conſentire pro alia ſecũda na-
uigatione, habita conſideratione pro tali ſecuritate
præſtãda ad quantitatẽ pretij, hoc multũ iuuat in iſtis
34 ſimilibus, † attendere qualitatẽ pretij aſſecurationis,
& perſonæ aſſecurantis, & domini mercium per not.
per Bart. in l. cùm quidam. ff. de ann. leg. in quæſtio. de
pitantia relicta indeterminatè fratrib. Minoribus, in
feſto S. Franciſci. Adde ad prædicta not. per Alex. in l.
grege, ff. de fideiuſſ. in repor. & in dict. §. hoc ſermo-
ne. Adde ad prædicta quæ ponit Bart. in l. triticum. ff.
de verb. oblig. & Alex. in l. qui bis. eod. tit. de ſtipula-
tione, quando interponitur bis, & nõ conſtat an ſuper
35 eadem, an diuerſa ſpecie, † quid autem ſi in vna & ea-
dem nauigatione merces transferãtur de vna naui in
aliam ſi nouiſſimè deperdãtur cũ mercibus, an tenea-
tur promiſſor de tali aduentu periculi? & in tali quæ-
ſtione eſt inſpicienda forma aſſecurationis. l. 1. §. ſi
conueniatur. ff. depoſi. & in reg. cõtractùs, de reg. iur.
Si autem fiat de mercibus, quæ ſunt in tali naui, & tũc
eſt diſtinguendum per l. fi. §. ſi ea conditione. ff. ad l.
Rhodiam. de iac. ſi autem vtraq; nauis fuit deperdita,
& tunc tenetur venditor periculi ad æſtimationem,
quãdo ſine dolo malo & culpa factum fuit, vt vtraque
nauis non perierit, ſed ſolum illa in qua nouiſſimè res
poſitæ ſunt: & tunc venditor periculi non tenetur, eo
ꝙ mentionem non fecit de dicta naui, & in §. ſi ea cõ-
ditione. Ratio eſt, qa non eſt par ratio aſſecutationis,
quãdo merces deuehuntur in vna naui, & quãdo in al-
tera, immo ſolet id principaliter conſiderari inter ip-
ſos aſſecutãtes, facit l. Itẽ quęritur. ff loc. §. 1. etiam 2.
36 † Sed nunc quęro, quid ſi fiat exoneratio in ſcapha, in
introitu alicuius portus, vel fortè in mari, an ſi pereãt
dictæ merces in ſcapha prædicta, teneãtur ſuſcipiens
periculũ, & videbatur dicendũ ꝙ nõ, ex quo de ſcapha
in contractu aſſecurationis non fuit habita mẽtio ali-
qua, arg. l. quicquid de verb. obl. maximè qa appella-
tione nauis non venit ſcapha. l. fi. ff. de fund. inſtr. im-
mo videtur dicendũ ſicut in q. prædicta, quando no-
uiſſima nauis fuit deperdita, prima remanente, ex quo
ſcapha reputatur alia nauicula de per ſe, nil coniunctũ
habens cum naui. l. ſcapham. ff. de euict. & ideo caſus
37 contingens in naui, † nõ extenditur ad ſcaphã ſecun-
dùm Bal. in l. cùm proponas. C. de naut. fœno. vbi di-
cit, ꝙ cõfiſcata naui, nõ venit ſcapha, inde Soc. in l. 1.
C. de ſent. quæ pro eo, ꝙ intereſt, num. 122. Bar. in l. fi.
ff. de fund. inſtr. & l. imperium. in 5. gradu meri Impe-
rij. ff. de iur. om. iud. Breuiter in hac quæſtione poteſt
dici, ꝙ quãdo merces fuerunt tranſlatæ in ſcaphã cau-
ſa nauis exonerandæ, & tunc iactura & caſus contin-
gens in ſcapha, debet perinde iudicari, atq; ſi cõtigiſ-
ſet in ipſa naui. l. nauis, primo reſponſo. ff. ad l. Rhod.
ſecus autẽ, quãdo alia de cauſa ob nauis neceſſitatem
hoc fiat, per iura ſuperiùs allegata, quia alia eſt nauis,
& alia eſt ſcapha. d. l. ſcaphã, & vide quæ habentur in
l. itẽ quæritur. §. 1. & 2. ff. loca. ſed tunc iuxta prædicta
remanet pulchra dubitatio. Ponamus ꝙ nauis appli-
cat ad portum ſecura, adeo ꝙ non poteſt iã eſſe peri-
culum, nauis, tamen dum merces exonerãtur, deper-
ditur nauicula, ſeu ſcapha cum dictis mercibus, an ſit
locus aſſecurationi prędictę, & in hoc multũ ſunt põ-
38 deranda † verba aſſecurationis, per l. in conuentiona-
libus, de verb. oblig. quia tunc, vſq; quo periculũ quis
acceperit, eo ipſo ꝙ applicauerit nauis ſalua, dicitur
ceſſare periculum, per not. in l. 1. C. de naut. fœno. Si
autem eouſque in terra merces portentur, & tunc eſt
aliud, quia eo ipſo videtur ſentire de ſcapha: quia non
ſolent aliter in terram merces à naui deferri, niſi per
medium ſcaphæ vel nauiculæ. Si autem dicatur, Aſ-
ſecuro, quouſque nauis ſeu merces veniant ad talem
ciuitatem, & intelligitur de portu ipſius ciuitatis:
39 † quia quod eſt in portu ciuitatis, & quod ibi ſit, vi-
detur factum in ciuitate: vt no. in l. inſulæ. ff. de iudic.
allegat. per Bal. in conſ. 357. num. 1. 5. vol. ſed aduer-
tendum eſt, quòd tunc demum caſus contingens in
ſcapha, reputatur fieri in naui ſiue contingere, quãdo
aliter nauis non poſſit intrare portum ciuitatis ſeu
oſtiũ, quia hac de cauſa facta exoneratione in ſcapha,
perinde iudicatur, vt in naui. per l. nauis ſuperiùs alle-
gatã, aliàs diceretur eſſe in culpa de tali exoneratio-
ne, facit quod not. in l. Item quæritur. §. 1. reſpon. 2. ff.
loca. & ex hoc poteſt inferri ad q. quam ſępius vidi de
facto in ciuitate Piſarum, quia poſtquam nauis ap-
pulit in portum Liornæ, mercatores exonerant nauẽ
in ſcapha: ſi autem cõtingat, quòd ille merces capiã-
tur in ſcapha per aliquos, vt tũc ſæpius ibi fit per Ge-
nuenſes de portu Venetiarum, vel per alios latrones,
ꝙ non ſit locus contributioni inter alios mercatores,
quia illa exoneratio non fit immediatè cauſa nauis,
cùm ſit in portu ſecuro, quo caſu debet ceſſare con-
tributio. cùm nõ fiat hoc propter omnes, vt exigitur.
l. 1.

l.1.ff.ad l. Rhodiam de iact. & videtur de hoc caſu in
2.§.ſi nauis.ff.eod.tit. imputetur quidem mei catoti-
bus,qui ſuas merces deuehi faciunt per ſcapham,ſiue
barcam,quandoquidem ſibi aliter prouidere poſſunt
per terram deferendo, vel agatur contra magiſtrum,
ſi ipſe ſine eorum voluntate hoc fecit per d. 1. & 2. &
d.l. Item quæritur , & ita fieri iuſſi in quibuſdam pre-
tioſiſſimis rebus & magni valoris , quæ mihi cōmen-
datæ erãt, ſi quidem Chriſtianiſſimo & ditiſſimo Re-
gi inuictiſſimo Portugaliæ ad cultum diuinum deſti-
natæ , quas vt pupillam oculi cuſtodire tenebat , ob
domini mei excellentiam rerumq́ue pretioſitatem.
40 † Qualiter autem fiat exiſtimatio prædictarum mer-
cium in caſu aduentus periculi an debeat haberi re-
ſpectus ad tempus infortunij & naufragij,vel ad tēpus
emptionis,quando dominus eas emit, vel ad tempus,
quo poterant vendi,ſi naues ſaluę ad portum fuerant,
& videbatur quòd ad tempus infortunij,per l. 2. §.ſed
in his.ff.ad l.Rho. Item quia vt ſuprà , aliàs dixi , iſte
contractus aſſecurationis eſt cōditionalis,& per con-
ſequens debet incipi tempus conditionis periculi,
nota.in l.quoties, in die de verb.obl.& l. ſi Calendis,
de re iud.breuiter puto dicēdum , quod aut quis pro-
41 mittit ſalutem mercium in certo loco,† vt puta Vlis-
bonæ , & tunc eius loci exiſtimatio inſpicienda eſt. l.
ſi.ff.de triti. cond. aut nõ promiſit dare merces ſaluas.
in certo loco, ſed tantum æſtimationem vel valorem
mercium in caſu periculi.ſ.ſi nauis periret, vt fieri ſo-
lent , etiam inſpici debet tempus obligationis:& ſic,
prout tunc valebant,debet fieri æſtimatio. l. fundum
Cornelianum.ff.de noua.cum concor. Ratio eſt,quia
tunc æſtimatio debetur iure obligationis, & ſic vide-
tur promitti id quod tunc valebant,vt ibi declarat.gl.
Item ille qui procurat in aduentu periculi æſtimatio-
nem rerum ſuarum,videtur magis prouidere damnũ,
ne patiatur in amiſſione rerum,non autem conſiderat
lucrũ:& per conſequens venit illud,in quo tunc dam-
num ſentire poteſt quando ſtipulatur,& non venit lu-
crum.Ad hoc facit bonus textus,in l.2.§.portio autē.
ff.ad l.Rho.de iac.non ub.l.2 §.ſed in his.ſ. allegata,
quia ibi æſtimatio,debetur loco rei,vt probatur , ea-
dem.l.1.§.ſed in iis,quia fit exoneratio collationis, ſi
res iactæ apparuerint:& ideo non immeritò conſide-
rarunt tempus iacti,& non quando emptæ , ſed quãdo
vendi poſſunt , nec obſtat d.l.quoties , quia licet iſte
42 contractus.† vt pluries dixi, ſit conditionalis , habito
reſpectu ad aduentum periculi,tamen non poteſt di-
ci debitor rei,ſub cōditione vel modo,vt in d.l. quo-
ties, ſed ſemper dicitur debitor illius æſtimationis
quam promittit quãdo ſe obligat,quæ æſtimatio erat
certa quando promittitur quanti res eſt,vt in d.l.fun-
dum Cornelianum iuncta gloſſ. vel aliter poteſt di-
ſtingui,prout Bart.in d.l.fundum,& in d.l.quoties, &
prout not.in l.vinum.ff.ſi cert.pet. quod hic debetur
æſtimatio iure obligationis,eo quòd principaliter ad
43 eam ſe obligat.† & ſic inſpicitur tempus cõtrahendæ
obligationis ſuper tali æſtimatione. Quid autem ſi
dominus mercium æſtimauit merces ſuas in mille, &
in rei veritate erant minoris valoris : an adueniẽte ca-
ſu periculi,promiſſor aſſecurationis teneatur ad præ-
dictam æſtimationē:& in hac quæſt.puto diſtinguen-
dum,quia aut dixit,ſi res meæ peribũt, dabis mille:&
44 in hoc caſu , nulla eſt dubitatio , † ex quo ſic placuit
contrahentibus:regula,contractus.de reg.iur.& in l.
contractus,eo.tit.ff & in l.in conuentionalibus. ff.de
verb.oblig. Aut dixit æſtimationem ſuarũ mercium,
& ſubiunxit,quæ valent mille,& in hoc caſu,ſi reperi-
tur deceptus ipſe aſſecurãs, reſcinditur prædicta æſti-
45 mario per not.in l.2.C.Quæ res vend.† quia vt ibi di-
cit Bart.& Bald.& alij, æquitas illius l. ſe extendit ad
contractus, de quibus tunc hinc inde par debet naſci
obligatio:& hoc ſecundum naturalem æquitatem, &
eſt de mente gloſſ.in l.ſi quis cum aliter.§.ſi.de verb.
obl.ibi,dum dicit,ꝙ ſi pro parte ſum ſtipulatus rem,
quam minoris emi quam dimidia iuſti pretij parte, &
ſic ſi dominus mercium plus æſtimationis petat , quã
valeant ſuæ merces,promiſſor ſe tuebitur exceptione
doli,& d.l.ſi quis cum aliter.§.fin.ibi Bar. & commu-
niter Doct.quòd nota,quia quotidie euenit de facto,
quod quis dixit,aſſecura mihi,ſi non erant tantę æſti-
mationis,non teneatur promiſſor ad tantum. Idẽ in-
tellige de aliis æſtimationibus aliarum rerum.ad pręe-
dicta bene facit,quòd nota.in l.fin.§.1.de l.2. & l. cũ
46 pater.§.pater qui filio.eod.tit.† vbi verbum æſtima-
tio,ſemper refertur ad iuſtum pretium,licèt ſimplici-
ter proferatur, & in l.ſi fundum. §. ſi liberatus. ff. de
leg.1.Prætetea quęro,quid ſi dominus mercium dixit
ſeparatum ad nauigandum in certo tempore , ꝙ non
erat tanti periculi nauigatio:& hac de cauſa aſſecura-
tor facilius aſſecurationem promiſit , an ſi dominus
mercium diſtulit nauigationem,& non in bono tem-
47 pore , † ſed fortè in menſe Decembri , quo tempore
ſolent tempeſtates naſci in mari,& nauigatur,ſi nauis
cum mercibus pereat,an teneatur promiſſor periculi,
ad hoc eſt dicendum,quod non teneatur.text.eſt in l.
qui Romæ.§.Callimachus.ff.de verb. oblig. per quẽ
text.dicit ibi Bald. notabiliter in reportatis antiquis,
quòd ille qui non nauigat tempore debito , ſi poſtea
nauigat,erit ſuo periculo,quod tene menti,quia quo-
tidie accidit , & maximè Magiſtris nauium , & aliis
nautis,qui quando detinentur in portu à mulierculis,
vel dulcedine vini Capatichi de Vlisbona,'quod ſi ſi-
ne cauſa expectant in portu , & poſtea nauigant tem-
pore vt plurimum periculoſo , eorum erunt pericula
nauis,& tenebuntur mercatoribus ad intereſſe actio-
ne locati,per l.item quæritur.§.1. ff. loca. Adde , ꝙ
not.in l.fin. ad l.Rho. de iactis, & hoc manifeſta ta-
48 tione,† quia ſicut nauta & magiſter nauis excuſatur à
caſu ſubmerſionis & periculi, quando non fuit in cul-
pa,vt nota.in d.iuribus, item quando eſt in culpa na-
uigando tempore indebito,teneatur per dic.§. Calli-
machus,& per d.§.1. facit quod not. gloſſ. in regula,
imputari,de reg. iur.in 6. de illo qui culpa incidit in
caſum,dicitur enim nauigatio certo tempore pericu-
loſa.l.ciuitas.C.de offic.præto.prouin.& in d. l. item
quæritur.§. 1. ſ.alibi not. Quid autẽ ſi dominus mer-
cium procurauit aſſecurationem omnium mercium
ſuarum , & tempore aſſecurationis habebat in naui
merces ducatorum duorum millium , poſtea autem
alias merces valoris mille habuit , & immiſit in dictã
nauim,an ſi contingat, quòd merces pereant , aſſecu-
rator , qui ita indeterminatè aſſecurauit , ad valorem
trium millium teneatur'& videbatur quòd ſic, leg.fi.
c.quæ res pigno.obligat.poſſ. vbi text. eſt not. quòd
iſta verba,ſub periculo rerum mearum, in contractu
49 appoſita, referuntur † tam ad res præſentes quam ad
futuras, ſed contrarium in præmiſſa quęſtion. credo,
per rationem illius l. fin. cùm ſit iuſtum , voluntates
contrahentium,magis quam verba inſpici,vt Bald.in
conſ.417.num.3.in 5.vol.Concordantias vide ibi per
gloſ.cum quo aſſecurator videatur habere reſpectum
ad illas merces,quas de pręſenti habeat in naui , non
debet teneri ad periculum aliarum mercium poſt ha-
bitarum,facit quòd nota.in l.ſi ita,& in l. ſi Plautius.
ff. de auro & argen. leg. & quòd per dicta iura dicit
gloſſ.in dict.l.fin.& Bart.in dict.l.fi. §.1.de leg.2.one
obſtat

obſtat d.l.fin.in cõtrarium,quia loquitur ſpecialiter,
propter modicum præiudicium,quod eſt in pignore.
ſecus eſt, vbi agitur de magno præiudicio, vt hic,
50 †quia aſſecurator tenetur ad magnam æſtimationẽ,
in aduentu periculi,& idem Barto.in dict.l. ſi ita per
l.ſtipulatus §.cum ſtipulamur.& l.ſi à colono. §. fin.
ſ.obliga.& in d.l fi.C.quæ res pig. obliga.poſſ. Iſta
eſt communis cõcluſio Doct.quòd licet ſimpliciter
diſpoſitio concepta, trahatur ad futura parum præiu-
dicialia,vt in d.l.fina.ſecus tamen ad maximè præiu-
dicialia.patet in l.ſi mandauero.§.is cuius.ff.mand.in
51 fi. † vbi publicatio bonorum non trahitur ad futura,
vide Bald.in conſi.337.nu.3.vol.1.vbi ſingu.adde ta-
men ad prædicta,text.not.in l.cùm ita.ff.de leg.ſecũ-
dò.per quẽ tex.iſta quęſt.ſecuritatis de mercibus quę
erat in naui,decidatur.quia nõ videtur ſecurare mer-
ces quę poſtea in naui fuerunt,per ignorantẽ,qui aſſe
curationẽ promiſit,illatæ. Prædicta tamen intellige,
niſi forma aſſecurationis referatur aliter ad merces in
hoc viagio ſiue nauigatione deuehi ſolutas, & ſubſe-
quenter quæro,ſi forma aſſecurationis fuerit cõcepta
in caſu naufragij & ſubmerſionis.cũ autẽ nauis vellet
intrare portum timore piratarũ,qui ſibi erat,aufugit,
& iterum redijt ad locũ à quo aufugit,vel diſceſſit,de
nuò cùm ita nauigaret.ſubmerſa eſt in via, an tenea
tur aſſecurator de tali aduentu periculi, & videtur ꝙ
nõ,per ea quæ dicta ſunt in verſ.quia dictum fuit,vbi
52 habetur†ꝙ aſſecuratio ſimpliciter concepta,refertur
ad primam nauigationẽ,ſed in cõtrarium facit, quia
nauigatio prima fuit inutilis, & per conſequens non
debet impedire effectum aſſecurationis ſecundę naui
gationis,arg.eorum,quæ de actu primo inutili dicun
tur in l.ſi ita ſtipulatus §.Chryſogonus.ff. de ver.obl.
maximè quia non potuit imputari in prima nauiga-
tione portum ſi non petiit,regula imputari.ff.de reg.
iur.Item conditio ſolita nauigatione,ſ.ſi nauis acceſ-
ſerit ſalua nõ verificari potuit in prima nauigatione,
cuius nõ extitit,debet eſſe eſſe aſſecurãtis potius quã,
domini mercium.arg.l.maritus.ff.loca.Itẽ donec na-
53 uis ſalua non appulit ad portũ,†ſemper periculũ ſub-
merſionis ſolet eſſe aſſecurãtis.l.opus quòd in aduer
ſione.ff.loca.in princ.circa iſtã quæſtionẽ, puto di-
cendũ.ꝙ aut aſſecuratio fuit cõcepta,donec nauis ap
pulerit,ſeu applicauerit,vt in l.1.C.de naut.fœno. &
tunc naue non intrãte,nõ poteſt illud verificari de ap
pulſu ad aquã,vt dicitur in l.1.ff.de ſerui.ruſt. præd.
ſemper periculum ſubmerſionis erit aſſecurantis,do-
nec accedat ſalua.ſi autem hoc nõ fuit dictum, & tũc
54 puto diſtinguendũ, † quòd aut nauis non appulit ad
portũ deſtinatum vi tempeſtatis.& licèt redeat ad pri
ſtinum locum,& de nouo ſubmergatur,erit nihilomi
nus periculum aſſecurantis.Facit l.Cæſar. de publ.ex
quo verificata fuit cõditio ſubmerſionis,aut hoc pro
ceſſit impedimẽto latronum,quia ſi latrones nõ fuiſ-
ſent in portu,nauis appulerat ſalua, & videtur quòd
non teneatur aſſecurator.arg.l.ſi fundus.§.fi.ff. loca.
iuncta.l.per inde.eo.tit.In hoc tamen puto aduerten-
dũ quia in cõtractu aſſecurationis videtur eſſe duplex
cõditio,Vna,qua exiſtente, promiſſor lucratur pre-
tiũ periculi:altera,quę deficiẽs facit aſſecurãtẽ teneri
ad æſtimationẽ rerũ perditarũ. Verb.gratia, Si nauis
fuerit ſalua cum mercib.& ſi ſubmergatur prima ſine
defectu domini mercium & nautarũ culpa,& ſic non
debet ei imputari,vt in d.regula,imputari, & in l.Ti-
tia.§.Seia.ff.de leg.2. aliàs haberetur pro impleta in
ſui odium,vt in d.l.executione.§.fi.de verb.obl. quia
tamen hic iſta conditio deficit facto tertij, eo quod
impeditur facto piratarum in portu exiſtentiũ, opor-
tet quod denuò impleatur.l.quibus diebus.ff.de cõd.
& demonſtr.in principio, quia nõ potuit denuò im-
pleri,immò defecit per contrariam conditionẽ ſub-
merſionis exiſtẽtis iſtius contrariæ conditionis, facit
vt ille promiſſor omnino teneatur ad dictam legem,
ſi fundus,§.finali,eſt dicendum, quòd non loquitur
in contractu, qui procedit ab euentu conditionis, vt
hic.cogita,& prædicta confirma cum maris conſue-
55 tudine,†quæ ſemper obſeruanda eſt in ſimilibus, vt
in auth.de vſu nau.§.fi.colum.6.& l.deprecatio. ad l.
Rho.de iac.Bal.conſ.57.nu.2.2.vol.Soc.repe.l.2. de
vulg.& pup.in primo.Ale.in l.1.nu.51.& 52.ff. ſolut.
mat.& l.imperium. nume. 1.ff.de iur.omnium iudic.
An autem poſſit dominus mercium, cui promiſſor,
euentus periculi aliam aſſecurationem ſuæ aſſecura-
tionis facere,verbi gratia: Timeo ne ille qui aſſecu-
rationem promiſit,poſſit ſoluere æſtimationem mer
cium mearũ. & procuro ab alio ſuper hoc aſſecurari:
dic,quòd ſic,tex.eſt nota.in l. decem.ff.de verb.obl.
& in l.ſi decem.ff.de ſolut.poteſt enim quis ſtipula-
ri,quantò minùs ab alio fuerit conſequens,vt ibi,du-
bium facit,eo quòd nondũ ille primus tenebatur,ſed
nõ obſtat.per nota.in l. quidam cùm filium.§. fi.ff.de
56 verb.obl.†vbi futuro debito accepit fideiuſſor. idem
in l.eo tẽpore.§.1.ff.de pecu.& vbique Bar.& moder
ni. An autem iſte talis qui promittit, quatenus alius
non ſoluendo ſit, dicatur fideiuſſor, & videtur quòd
ſic,per gloſ.not.in l.Titia.§.idem text.ff.de verb.ob-
liga.quam Bal.ibi in reportat.antiquis commendat,
57 & Alex.in l.vbi.eod. tit.§.illud,quod in dubio, † qui
promittit pro alio, videtur promittere vt fideiuſſor,
hoc tamẽ procederet,quãdo ad eius inſtantiam. vide
tamen Bart.in l.ſi ita ſtipulatus fuero.eo.tit. vbi facit
differentiam.an quis promittat nomine alterius, an
ſimpliciter,quòd Titius debet, in quæſtione tamen
præmiſſa dic,quòd non eſt fideiuſſor,ſed potius obli
gatus de per ſe, & conditionaliter factum, id eſt, ſi
alius non ſoluerit,vel quantò minùs,vt in d.l. decem,
eo quòd non illius nomine,ſed ſuo promittit indem-
nitatem pro alio,de quo vide Fran.de Aret.in leg. in
huiuſmodi.de verb.oblig.& quæ dixit Barto.in l.1.C.
de conuent.fiſci debito,& in l.1.C.de decu. lib.10.&
vide tex.not.quem allegat Aret.in l.penul.in fi. de fi-
deiuſ.tuto.per quem tex.dicit,not.quòd ego promit-
to tibi,quatenus à debitore principali exigi non po-
58 terit,†quòd non eſt fideiuſſio,ſed obligatio conditio
nalis, conſtituens aliam ſpeciem actionis & obliga-
tionis. quod not. Quæritur inſuper iuxta materiam
aſſecurationis,de vtili quæſtione,qui aſſecurauit mer
ces alicuius,quæ ſunt in tali naui,quæ merces in veri-
tate erãt cõmunes,& ſic diuerſorum mercatorũ, qui
faciebant ſocietatem,an aſſecuratio prædicta intelli-
gatur eſſe communis,licèt prædictæ merces ſint cõ-
munes,& ſic adueniẽte periculo pro omnibus tenea-
tur, an verò propter res quæ ad illum attinẽt tantũ:
& videbatur,quòd pro parte etiam aliorum, arg.eius
quòd dicimus de re ſimpliciter,iux.nota. & l.ſi rẽ. &
ibi bona gl.in verbo totam.ff.de rei vend. & per Bal.
in l.Titia.§.Lucius de leg.2. & Bart.in l.prædiis, eo.
tit.& in l. Pomponius.§.ſed ſi,ff.de procurat.In con-
trarium tamen credo in quęſt.iſta.immo quòd tãtum
videatur pro parte aſſecurator.per l.ſi ita. §. Chryſo-
gonus.ff.de verb.oblig.ſed nunc quæritur, an in ſua
parte teneatur:videtur quòd non,per ea quę not.Bal.
59 in d.l.legatis, vbi eleganter dicit,†quòd ſi Princeps
eximit caſtra alicuius nobilis, intelligitur eximere
tantum ea quæ ſunt eius propria,& nõ quę ſunt ei cõ-
munia cum alio.& idem Baldus in l.cętera.§. duobus

de leg primo. vbi dicit, quòd non obſtante ſtatuto,
poteſt quis ad propriũ,& non ad commune territoriũ
extrahere:ſed in caſu propoſito contrarium credo,&
hoc clara ratione,quia ex quo volebat maius pericu-
lum aſſumere, credẽs illas merces eſſe totas illius in-
ſolidum à minori debet videri pro parte.argumẽ. de
re integra,& ad non integram,quo vtitur Bal.in l.prę
tor.§ hoc idem.ff.de damn.infect.in fin.facit l. in to
to.ff de reg iur.& l.ſi quis eum totum,de excep.rei iu
dic. procedit enim argumẽtum de maiori ad minus.
l.in ſuis de libel.& poſthu.& l.in eo ꝙ plus.& l. non
debet cui plus ff.de regul.iur. & in regula , cuilibet.
extra lib.6.Socin.in l.prima,quis & quo nu.17. ff. de
leg.primo l.Quæ delegato.nume.4.& ibi Iaſon. Nec
60 obſtat quia in aſſecuratione dixit res ſuas ; † quia illa
locutio verificatur etiam in cõmunibus , & ſic in ſuis
ſecundũ quòd d. l. illud.ff.de ritu nuptia.l.ſerui ele-
ctione.§.de leg.primo , immo in hoc caſu locutio aſ-
ſecurationis prædictæ , licèt aſſecuratio ſimpliciter
fiat,intelligitur ſemper pro parte tantum ei attinẽte.
l.nã & ſi tur.§.ſi ſeruus communis.ff.ſi certũ petatur.
& quod not.in d.l.ſerui.§.fin. Item eſt bonus tex.per
quem videtur decidi iſta quæſtio in l.ſi plures. ff. de
damn.infect. Alex.in l.ſi quis in ſuo.C.de inoffi.teſt.
poſt Bar.quem teoe menti. Nõ obſt.quod dicit Bald.
de immunitate & exẽptione, quia cum ius publicum
lædatur,non mirum ſi reſtringatur facit nota.in l. 1.
ff.de iu.immuni.§.ſi nec dictum indiſtinct. probatur
per d.l.legatis. cum alia verba ibi ponantur , magis
mentem defuncti denotantia,ibi dum dicit,eius cau-
ſa parata.in caſtro autem res non videtur poſſe ſecer-
ni,& ne ſit exempta alterius pars , contra mentẽ exi-
mentis, non extenditur ad commune , immo potius
nulla cenſetur exempta. Ideo quæſt ſtatuti, quia il-
lud eſt facere Reip.ex natura ſtatuti , vt reſtringatur
l.quicquid adſtringendæ ff de verb.obl.Quid autem
ſi in forma aſſecurationis fuit mentio de caſu tempe-
ſtatis? Verbi gratia, quia aſſumens euentum periculi,
61 dicit: Aſſecuro tuas merces a caſu tẽpeſtatis, † an ve-
niat caſus latronum piratarũ,ſiue furum.leg.vel con-
tra.& videbatur,quod non, eo quòd nõ fuit dictũ per
not.in leg.quicquid adſtringendæ ff de verb.obl.de-
62 ciſio iſtius quæſtionis dependet ab illa , † an furtum
imputetur inter caſus fortuitos,de qua latiſſimè di-
xi.inſt.de actio.in §.ſed iſtæ quidem.in gloſ.à caſu.&
quòd caſus latronum dicatur fortuitus,videtur tex. in
l.1.C.de poſſ.& in l.cum qui.§.idem ſcribit.ff.de furt.
63 †Quod autem iſti qui prædantur in mari, dicantur la
trones,vide tex.in auth ne nulli iud §.pen. col.8. in
verſ eos verò.Ratio, quia ex quo in mari per vim res
aſportantur,latrones dicuntur,ſicut ſi fuiſſet in terra,
vt ibi. Quòd autem non ſit caſus fortuitus,ſentit gl.
in d.§ ſed iſtæ quidem , quæ ſolent ibi commendari
in hoc,per Ang.& alios.& allegat Socin. in leg.cum
duobus.§ damna. ff pro ſoc.Quidã tamen moderns
Iaſon in d.§ dicit ꝙ illa gloſſ.ibi hoc non dicit. ſed
vt ibi declaraui , bene hæc gloſſ. dicit hoc modo , in
eo quod propoſui,quòd res poteſt amitti caſu,& non
poteſt amitti quocunq; alio modo,ſub iſtu,Quocun
que alio modo,glo.intelligit non caſum:ſi intelligas
& addas fortuitum,gloſſ. eſt clara:quia exemplificã-
do prædicta verba,quocunque alio modo , exprimit
furtum aut rapinam.ſi intelligas pro quocunque alio
modo , non caſum , id eſt , fortuitum , & idem
eſt. & ſic. gloſſ., bene ſentit illud ad quod alle-
gatur per Ang.ſed an illa gloſ.dicat verum,eſt alia cõ
ſid.ratio. & quod impetus latronũ | & rapinæ dicatur
64 caſus fortuiti facit l.1.C.depo & l.contractus.de reg.

iur.& l.quæ fortuitis.C.de pig action & quòd nõ ſit ca
ſus fortuitus,ſentit gl.in d.§.ſic itaq; & in d.§. damn.
& in l.nautæ.in gl.ſi.ff.de nau. cau.ſta.eſt materia quę
traditur per canõ.in c.1.de cõ.& ibi Abb. Pau. in pẽ.
col.& Alex.de Imol.in l.ꝙ Nerua.ff.depo.in reporta
tis antiquis.& veritas dependet à deſcriptione caſus
fortuiti,& dic ꝙ in dictis locis ſolent allegare tex.in
c.Ioã de hom.ad probãdũ quid ſit propriè caſus for-
tuitus,†quod eſt inopinatæ rei euẽtus , cui prouideri
65 nõ poteſt.vbi autẽ diligẽtiſſimus præcauiſſet, & pro-
uidiſſet,nõ dicitur propriè caſus fortuitus. probatur
itaque etiã in hoc in l. 2. §. eo tẽpore.ff.de admi.rerũ ad
ciuitatẽ pertinẽt.vbi bonus text.de quo meminit A-
lex.in d.l.ꝙ Nerua,& in l.ſi quis.§.quæſitũ. ff. ſi quis
cautio.& ex hoc ſumitur illa differẽtia,quã Bal.in l.1.
C.ad l.Corn.de ſica.dicit alibi non inueniri,& Alex.
in dictis locis,quã ponit gl.in l. 1. inter caſum impro
uiſum.& caſum fortuitũ,†quia improuiſus dicitur, ꝗ
66 ſolet imprudẽtibus contingere ſeu inuenire , de quo
per Bal.in l.ſi.C.de tempo.appella.in 1.& 2.col.Bal.
cõſ.270 in 5.vol.vbi ſing.ſecundùm meã Impreſſ. &
minus merciũ redimat eas pecunia, quia videtur eas
emere,& tamen paſſus fuit caſum fortuitum in dictis
mercibus:cogitabis,& notabis,quia quotidie contin
30 git de facto , & facit dubium pecunia data,†quæ ſuc-
cedit in loco rei,non tamen poteſt dici caſus fortui-
tus,facit quod notat gloſſa prima in c.1.de eo qui mit
titur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, eo quod qui
habet voluntatem faciendi malum,& non fecit, &c.
cum concordan.ibi allega.ſed multùm vrget d l.nam
& ſeruus ,† qui licèt quis ex vna parte procuret ſuam
ſalutem , nihilominus quatenus tertius participat,
tenetur,ſed contrarium facit,gl.not.ibi. ex quo aſſe-
curator non mandauit hoc fieri , nec illud prouenit
ex facto aſſecurationis,nec propter eius factũ, prout
ibi Bar.ac Bal.notant & communiter alij,vbi de ma-
teria traditur ſatis copioſè. Quod autem de caſu con
31 tingente in naui in dictis mercibus,†vt ſi propter hu
miditatem conſumantur & deteriorentur,vel à tinea,
vel à muribus rodantur , an de iſto teneatur aſſecura-
tor , qui in ſe ſumit periculum caſus fortuiti ? credo
quod non amplius,quàm quod notatur & habetur in
l.2.§.ſeruorũ.ff.ad l. Rhodiam,de iactu. quia in hoc
caſu etiam ceſſat cõtributio,item quia talis caſus ma
gis eſt improuiſus,proueniens ex alterius culpa , quâ
fortuitus.l.Item quęritur.§.ſi fullo.ff.loca.qui textus
32 eſt no.ad multos,& maximè cõtra Iudęos,†qui tenẽt
pignora vſurarum,& contra cuſtodes Montis , ſi non
excutiunt puluerẽ, quanquam à rebus ſibi datis in pi-
gnus,& hac de cauſa rodantur à tinea,ſecundùm Iaco
bum de Bel.in d.§.ſi fullo.& ſecundùm Bal.ibi,& cõ-
tra bidellos ſcholarium,& tutores,& curatores,nô ſo
lum ſi permutant vnum pro alio,vt ibid.dicit Baldus.
quod ſi contingit habere libros ſcholarium', vel alias
res in pignus doctoratus ,& eos non excutiunt à pul
uere & aliis nocumentis,& deteriorentur , quod te-
nentur.Aduertendum tamen puto circa hunc caſum,
quia licet non poſſit propriè venire ſub nomine ca-
ſus fortuiti,vt alibi ſuprà latius declaraui , tamen po-
teſt venire ſub nomine periculi generaliter & abſolu
tè ſuſcepti , niſi aliter de conſuetudine intelligatur
per hoc verbum inter ipſos mercatores , vt ibi latiùs
dixi , maximè attento,quod non habebat merces in
poteſtate,vt dicit Paulus in leg.naui Sauphei.ff. loca,
nec alterius,ſed caſus fortunæ, & iſto contractu aſſe-
curationis communiter vtantur iſtis verbis inter ſe
ipſi mercatores riſco , fortuna, ſiue periculũ merciũ,
& quaſi quod idem reputant,licèt ſint differentia, ta-
33 men in cauſis ipſorum,vt alibi ſæpiùs dictû fuit,†non
ſunt curandi apices iuris,ſed magis vſus eorũ & ęqui-
tas,& Bal.conſ.400 nu.10.& conſ.466.nu.5.in 5.vol.
& l.ſi fideiuſſor.§.quidam.ff.de mand. & ibi Bart.&
alibi. Quia verò videmus quotidie perquiri per pira-
tas & alios maritimos fures & latrones nauis,an in eis
ſint res ſeu merces ſuorũ inimicorũ , eſt vtile videre,
an ſi dominus merciũ ſit de gente eis inimica, & hac
de cauſa merces miſceantur , dicatur caſus fortuitus,
proueniẽs culpa domini merciũ,vt per hoc excuſetur
aſſecurator,ſic quãdo dominus eſt cauſa,vt in l. Cum
proponas.de naut. fœno.& Bartolus in l.nam & ſer-
uus.ff.de neg geſt.& per illum textum infert ad vnum
per quod prædicta quæſtio videtur decidi poſſe , di-
34 cit ipſe,†quòd ſi aliquis eſt captus in aliqua ciuitate
pro repreſſaliis conceſſis propter factum ſui commu-
nis , vel ſpecialis perſonę : & ſoluit,quod poteſt re-
petere à communi vel ſpeciali illa perſona : & ſi op-
ponatur , quod eſt ſibi facta iniuria , reſpondet Bar-
tolus , quòd iſta iniuria eſt facta propter factum al-
terius. Cùm ergo ille qui damnum patitur propter
occaſionem & factum alterius , poteſt repetere : er-
go ſequitur , quòd pericula latronum contingentia
propter inimicitias gentis aſſecurati , vel principis
ſui , non debet eſſe damno aſſecuratori,immò potius
aſſecurator qui' poterit poſtea repetere ab illo ſuæ
gentis,cuius principali occaſione ſuę merces fuerunt
ſubtractæ & captę.videtur enim fieri propter factum
aſſecurati,quando ſit propter factum ſuæ gentis,ciui
tatis,vel alterius ſpecialis perſonæ.Idem tenet Albe-
ricus in illo qui paſſus eſt damnum propter repreſſa-
lias val delictum alterius , in l.ſi vero.§.cùm autem.
ff.de his qui deii.vel effu.& in d.l.nãq; & ſi ſeruus.idẽ
tenuit Gulielmus de Suza,publicè diſputãs,prout ip
ſe refert prima parte ſtatu.quæſt.53.nu.in pẽ.col. per
l.quæ vtiliter.ff.de neg. geſt. quia ille dedit cauſam,
quare fuit cõpulſus,& ideo tenetur l.qui occidit. §.
in hac.ff.ad l.Aquil.hoc tenet Iacobus.de Arer.in l.2.
§.itẽ ſi in facto.de ver.obl.quod doctores dicũt pro-
cedere in repreſſaliis iuſtè factis propter damnũ,do-
lum,vel culpam alterius:ſecus ,ſi iniuſtè:cùm hoc trã
ſit Bal.in l.nam & ſeruus in d.§.facit.l.ſi per impudẽ
tiam.ff.de euict.in principio.licet Bal.in d.l.cũ mer-
ces.§.culpa , ſimpliciter ſumat illam legẽ,tamẽ gloſ-
ſa dicit illam tenere Iacob.de Arè.in l.exceptione.ff.
de fideiuſſor. Bart.autem,vt dixi in l.nam & ſi ſeruus.
ſimpliciter cõſiderat damnum datum,& latiùs in ſuis
repreſſaliis.quæſt.decima principali,per textum in l.
cùm merces.§.culpa.ff.locat.& l.pen.ff.ſol. matrim.
35 in quibus iuribus videtur hoc probari,†qood ſi dam-
num eſt mihi datum in odium tui,ſiue tua culpa, ſiue
non,cõpetit mihi contra te regreſſus.Ludouicus Ro
manus in d.§.item ſi in facto, cum quo tranſit domi-
nus Franciſcus de Aret.conſiderat an iuſtè fuerint fa-
ctæ repreſſaliæ,ſiue damnum datum paſſo,& tunc da
tur regreſſus,aliàs non.quæ opinio ſatis habet æquita
tis,pro quo facit regula,Nõ debet aliquis alterius o-
dio prægrauari quæ regula licèt videatur cõtra,tamẽ
facit pro iſta opinione , conſiderãdo grauamen factũ
per derobantes.adducunt præſati moderni.gloſ.in d.
§.culpa.& dicunt,qood iſta gloſſ.non vult,ꝙ odiũ ſi-
ne aliqua culpa,ſit cauſa regreſſus contra eũ,cuius o-
dium late quid ſit,immo requirit,quòd vel culpa fue-
rit cauſa inimicitię,vel quod ille qui erat inimicus ſi-
ne culpa,fuerit negligens, & minus cautus quàm de-
buit,quod dicit Aretinus probari in l.pen.bene pro-
ſpicienti,vbi fuit deciſum, quòd regreſſus eſt cõceſ-
ſus cõtra eum qui fuit cauſa damni,quia fuit in culpa,
ex quo datur intelligi , ſecus,ſi fuit in culpa.pro quo
dicit Aretinus,do tibi caſum in terminis,quẽ ibi not.
Bar.in l.cum tabulis §.quoniã.ff.de his quibus vt in-
36 dign.†vbi non excloditur à lucro legatarius, ſi factus
eſt inimicus teſtatoris ſine culpa ſua:ergo multò mi-
nùs inducitur inimicitia vt quis incurrat dãnû , quia
non eſt par ratio,&c.l.ſi.c.de cond. Item quod not.
Bartol.in l. nó diſtinguemus.§.cùm quidam.ff.de ar-
bitr.confirmat Roma prædicta per d.l.qui occidit.§.
in hac.

in hac.& l.ſi putator.ff.dict.l.Aquil.quæ fuerunt iura Guiliel. de Suza, vt ſuprà retuli, licèt ipſe non faciat mētionē. Aduerte circa prædicta, quia nō ſemper im-
37 putatur culpoſo. † ea quæ ſequuntur ex ſua culpa, vel propter ſuam culpam.c.adueniens ad nos.de ſponſal. l.verum ff.de furtis.& l.qui iniuriæ in princi. & l.ſed hi qui.§.ſiue autem.ff.de publ.& vect.quæ ſunt iura gl.in ca.quia diuerſitatem.de conceſ.præben.vbi bonus tex.oportet enim quòd hoc vel culpoſo imputetur id quod ex culpa ſequitur, vel quod culpa eius ſit immediata cauſa illius quod ſequitur, vt declarat Abb.Panor.in d.c.quia diuerſitatem.in fi. col. quod probatur euidēter in d. c. vbi inſpicitur cauſa immediata,& nō culpa procedens,quæ cauſa, vt dicit Abbas,regulariter debet inſpici potius quam immediata.allegat c.de occidendis.23.q.5.& tex.cū gl.in c.de cætero.de homicidio.ex quibus ſequitur, quod ſit cōſiderāda ipſa culpa.ſi ergo non eſt culpoſus ille,cuius occaſione dānū datur,nō videtur ei imputandū. Præterea in caſu,in quo ille ſit culpoſus,nō poſſumus dicere,quod eius culpa ſit cauſa immediata illius dāni, ſed ipſa ſpoliatio & derobatio eſt cauſa immediata,licèt culpa ſit mediata: & ſic non deberet ei imputari per notata in d.c.quia diuerſitatē.ſed ſi in iſta ſic quocūque caſu præcedēti, tamen poſſet dici,ꝙ ſiue iuſta ſiue iniuſta repreſſaliæ fiāt, nunquam datur regreſſus contra illum,cuius occaſione fit:quia non eius culpa, ſed ipſa repreſſalia ſeu detentio eſt cauſa immediata damni illati,qui regreſſum vult habere,& ad c.qui diuerſitatē,poteſt reſponderi, quòd ideo ibi inſpicitur cauſa mediata,propterea,quia culpa & ſuſpenſio, nō habebat eundem effectū.Opinio Bal.in d.l.nā & ſeruus.videtur eſſe magis communis,quā ipſe tenet.&in d.§.itē ſi facto.& Io.& Aretin.vt dixi.& Paul.& Imo. & in l.penultima,ſoluto matrim.Alex.in d.§. Item ſi in facto.& in d.l.pen.ſoluto matri.dat plures concordantias per doctores circa prædicta,tertia,quęſtione in variis locis.quæ opinio,vt dixi, videtur magis æqua,vt inſpiciatur cauſa inimicitiæ,ratione cuius dānū fuit illatū,quia textus expreſſè hoc vult in d.l.pen. licèt in d.l.ſi merces §. culpæ. indeterminatæ loquatur.ſ.propter inimicitias eius.tamē gl.ibi per d.l.pe. idem tenet, de qua doctores communiter faciūt mētionem.ſed contra prædictam opinionem facit regu-
38 la iuris,† qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur:pondero verbum,occaſionem,quod denotat non veram cauſam.cap.ſolita.de maior. & obedi. Bald.in conſil.237.nume.5.in 1. volum. Iaſon in rubrica.C.qui admitt.nume.9. vbi dicit, quòd occaſio denotat cauſam remotam.patet etiam in c.1.de ſtatu. regul.in 6. vbi cauſa denotat veram & rationabilem.
39 & hoc differt cauſa † ab occaſione,vt not.in d. c. ſolitæ,& alibi in locis,quę non expedit allegare.facit illud quod dicit gloſſ.de lupo,qui quærit deturbare aquam.in authent.de defenſ.ciuit.licèt quandoq; bona occaſio reputatur, vt in l.nam & vt ait Pædius. ff. de legib. Siue ergo inimicitia ſit vera, quo caſu dicitur propriè cauſa, quando ipſe erat cauſa inimicitiæ, quia culpoſus:ſiue ſit ſine culpa, quo caſu dicitur dare occaſionem: vtroque modo videtur dicta regula militare, per quam ſe videntur fundare tenentes illā partem, quod omnes allegant dicta leg. qui occidit. §.in hac.ad l.Aquil.& ibi Florent. vbi ponitur dicta regula:nec obſtat dicere, quod inſpiciantur culpa per dict.l.penultim quia in caſu, quod culpa ceſſet in eo cuius occaſione damnum datum eſt, non tamen ceſſat cauſa, quod detur regreſſus,& ſuccedit regula ſine culpa,niſi ſubſit cauſa de reg. iur. Cauſa eſt enim rationabilis,quod ex quo pro parte damnum patior, vt reſarcias,per not.in l.nam & ſeruus. Nec obſtat in l.ſi per imprudentiam allegata per modern. quia poteſt reſponderi,vt reſpondebat Guil.de Suza,relatus ab Alberico de Roſa. 53. quæſtio. in prima part.col.
40 fi.quod verum eſt,† quòd iniuria facta vni, non debet nocere alteri,niſi hoc contingat facto illius, vt quia contra ſe iudicem prouocaſſet. & opinionem iſtam ſecutus fuit Richard. per l. ſi ſerua.§.cum autē de his qui deiect.vel effud.quam l.dicit Alberic.beneſacere pro iſta opinione.Allegat etiā plura iura, de quibus ibi per eum.ſed ad dict.§.cùm autem. poteſt reſpon-
41 deri,quod ibi non ceſſat culpa locatoris,† quod talibus locauit, qui damnum dederūt,deiiciēdo aliquid vel effundendo,argument.de eo quod dicitur de mala electione.l.ſi.§.ſeruorum.ff de nau caup.ſtab.l. cū mādato.§.1.ff.de mino licèt cōtra tales electos poſſit agere per d.§.cùm autē.&l.qui proprio.§.procurator ff.de procu. Credo,ꝙ opin.Bald & Cy & modernorū per iura eorum ſit ſubſtantialior, in quibus ſit mētio de culpa maxima.in dicto §.in hoc.in fine.vbi ceſſante culpa, excuſatur quis de dāno dato eius occaſione propter ignem,pro qua opinione allego bonū tex.in l.itē quæritur.§.ſi quis ſeruum.ff.locat vbi quis tenetur de dāno ab aliis dato,quādo eſt in culpa, aliàs nō aliter,vt dicebat Cynus relatus à Baldo in d.l.pen. ff. ſol.matri. Eſſet enim contra naturalem culpā & ęquitatem,vt caſus enumeretur culpæ,quando culpa non præcedit caſum,tene menti illam diſtinctionē Bald. in eo quod facit differentiā.Aut inimicitia, cuius oc-
42 caſione damnum datū fuit, † erat inimicitia generalis,aut inimicitia ſpecialis:vt in primo caſu non annumeretur culpæ,per l.Item quæritur.§.exercitu & l.ſi merces.§.vis maior.& l.hęc diſtinctio. ff.locati. in ſecundo autem caſu ſecundùm diſtinctionem Cyn. inſpiciatur,an inimicitia fuit cōtracta cum cauſa,vel ſine, quia iſta ſunt multa vtilia in materia aſſecurationis,quādo tēpore guerræ capiuntur merces inimicorum inimicitia generali, vt faciunt Genuēſes Florētinis. Pro primo autem membro,vide tex.in l.nam & Seruius ſuprà ſæpius allegata: quia noſtri Luſitani erāt illa tēpeſtate ſecundum gloſſ.inimici populi Romani:& hac occaſione cœperunt illos tres, de quibus ibi,qui poterunt habere recurſum contra ciuitatem Romanā,propter damnū illatum eius cauſa, & in tali inimicitia poteſt procedere bene,quod ibi dicit Bar. & in l.contra.§.qui maximus. de public. in verſi. nūc ad quæſtio. Erat quippe præſumptio cōtra Romanos illos, qui ea tempeſtate cuncta deuorare tentabant, nec in dubio præſumitur bellum iuſtū ſecundum Hoſtienſem in ca.ſicut de iureiurando. quem ibi Abbas & Aretinus in conſi.24.in 5.col.referūt.Ratio poteſt eſſe,quia eſt contra ius naturale primæuum,quo omnes æquales & liberi erant.vt inſtit. de iure perſo. in principio.ex quo omnia erant cōmunia,vt inſtitu.de rerū diuiſio.§ & quidē. alio tamē reſpectu poſſumus præſumere pro Romanis,per ea quæ dicit de eis Inno.in c.quod ſuper his.de voto.prope finē. Adde in prædictis,ꝙ à fortiori procedunt,quādo merces fuerunt captæ propter inimicitias domini mercium per dictam l.pen.ſolu.matrim.& d.l.ſi merces.§. culpa. ſæpius allegat. Idem à fortiori, ſi fuerit propter inimicitias aſſecuratoris: quo caſu videtur ſua culpa factum, quòd non, & declara, vt per Docto. vt dictis locis, & tene menti, quia quotidie de facto euenit. Sed iuxta materiam quæro, an aſſecuratorpericuli ſubmerſionis nauis cum mercibus te-
43 neatur, † ſi nauis tantum fuit deiecta. text. eſt

no.ad hoc in l.cum depreſſa.ff.ad l. Rhod.de iact.vbi
iſta duo æquiparantur,ſubmerſam,vel deiectam.Hoc
tamen intelligo procedere in aſſecuratione nauis, ſi
deperdatur propter deiectionem ad terram.nam mul
toties veniunt naues *à la coſta*,vt noſtris vtar verbis,&
tamen ſuccurritur illis,& nõ perdũtur,nec nauis, nec
merces,vt contingit in illa omnium honorificentiſſi-
ma & validiſſima noſtri Feliciſſimi Regis, quando ad
terrã deiecta , ob ſui nimiam magnitudinẽ Vlisbonã
peruenit. Si autem nauis non fuit ſubmerſa aut deie-
cta,ſed tantũm merces deiectæ in mari ob timorem
tẽpeſtatis,vt crebro fit cauſa leuandæ & ſaluandę na-
uis,& hoc ſiue merces aſſecuratæ mittuntur in vndas
ab aliis,(vt fit) ſiue à domino inuolũtariè ſecundum
quid,an teneatur de iſtis mercibus,atq; ſi aliter de ſe
cum naui eſſent ſubmerſæ.Quotidie cõtingit iſte ca-
ſus,& videbatur quòd non , maximè ſi per dominum
proiiciatur,quod ſecundum quid voluntariè facit,ſe-
cundum philoſophum,quando principium mouendi
iſtas noſtras partes,in nobis eſt,& dicitur voluntariè
facere,qui coactè facit iuxta illud,
44 *Sicq; volens factus,quod nollem,velle coactus.*
vt in l.ſi mulier.§.fi.& ibi glo.ff.quod metus cauſa. In
contrariũ autem credo,immò quod aſſecuritas mer-
cium teneatur de iſtis mercibus iactis ob maris fortu
nam.æquiparantur autem iſti iactus aſſecurationis &
deperditionis propter fortunam , l.nauis.ff.ad legem
Rhodiam.de iactu,in principio.& in l.fi.Idem ſi ſunt
determinata ad hoc.per ibi notata. cùm autem locus
ſit contributioni propter iſtum iactũ,vt in d.l.& qua
ſi per totum titulum,ſubleuabitur aſſecurator,in tan-
to minus ſoluẽdo,quam dominus fuerit conſecutus.
Nec poteſt aſſecurator imputare iactum, quãdo non
ſit ſine cauſa,ſed neceſſario,tunc enim licet quidẽ fie-
ri,vt patet in dicto titulo,ad legem Rhod.& in l. ſer-
uandarum ff.de præſcriptis verbis.vbi textus expreſ-
ſus facit,quod not.in l.ſi alius. §.eſt & alia.ff.quod vi
aut clã. vt enim quis euitet damnum ſibi , poteſt alij
quãdoque damnum imputare, vt patet in illo qui de-
ſtruit domum vicini propter ignẽ , ne ad domũ ſuam
perueniat,vt ibi.etiam not. Bar. in l. t.ad l.Rhodiam.
de iact & ibi Bal.idẽ dicit,& hoc licet de iure per no-
ta.vbi ſupra,& in l ſi quis ſummo.§.1.ad l.Aquil. quia
45 quãdo aliquid fit,videtur potius factum cauſa † defen
ſionis,quam offenſionis,vt ibi Bal. nõ tamen dicetur
hoc factum ſine periculo,quando propter maius eui
tandum fit:quia tamen iſtæ merces iactæ ſunt in dam
no aſſecuratori , collatio eſt facienda , per l. t. ad l.
Rhod.ſuprà cum ſequentibus. proderitque ei qui dã-
num patitur.Quid autem erit dicendum,ſi merces ia
ctæ in mari cauſa leuandæ nauis , & maius periculum
euitandi,fuerint poſtea in littore repertæ, vel alibi?
cuius erunt?vtrũ domini,an aſſecuratoris facit dubiũ,
ex quo aſſecurator tenetur ad eorum ęſtimationẽ.Ea
forma aſſecurationis videtur,quòd ſint ſuæ. eo quod
dominus ea illa æſtimatione,quam habet, facta,ſaltẽ
dicitur habere iã ſuam rem.Facit quod dicit Bart. de
illo,qui habet,æſtimationem in l. Mæuius.§.cũ duo-
bus.ff.de leg.2.& ibi latius vbi eſt materia ꝓpria.l.t.
ff.de æſtimario & in l.ſi vt certo.§. nunc videndum.
ff.commod. Item dominus mercium propter pretiũ
periculi quod dat , videtur emere æſtimationẽ ſuarũ
mercium, & breui manu illas merces in caſu periculi
dare aſſecuratori,pro quibus æſtimationem cõſequi-
tur Sin contrariũ autem credo,immo in caſu quo res
deperditæ reperiantur,ſunt domini qui eas perdidit,
& tanto minus ſoluet aſſecuratori,facit l 2.§.pen.& l.
qui leuandæ ad l.Rhod.de iact. Aſſecurator enim ex
quo tenetur ad æſtimationem reſpectu merciũ, dan-
du dictas merces vel ipſarũ aliquas poſt repertas,pro
46 illa parte liberabitur.in leg.ſi verò.§.fin.& ibi Bar.ff.
ſol.matr.†Qui enim tenetur ad certam quantitatem,
reſpectu certæ ſpeciei,dãdo illam liberatur,vt ibi.Itẽ
certum eſt(vt alibi ſuprà dixi)quòd iſte cõtractus aſ-
ſecurationis,eſt conditionalis, ſi merces deperdãtur:
non autem dicuntur deperditæ , ſi poſtea reperiãtur,
vt illic non cenſetur damnũ illatum per d.l.qui leuan
dæ.& d.§.pẽ.& d.l.2.& auth. Nauigia.C.de fur.& tã-
to minus ſoluet aſſecurator,quantum fuerunt æſtima
tæ per d.§.per quem tex.ſingulariter intellige,dũ di-
cit,quod exoneratur.collatio enim fit rebus apparen
tibus.ſ.ſi appareant in illa bonitate priſtina , aliter fit
exoneratio,non in totum,ſed prout tunc valent.Præ-
terea nõ eſt verum,quod iſte videatur emere æſtima-
tionem ſuarum rerum , quia emit ſpem tantum, vt in
quæſtion.in fin.tractatus:immo dicam,licet ille aſſe-
curator in aduentu teneatur de illa æſtimatione.
47 † Quid autem ſi aſſecurator iam ſoluit ęſtimationẽ
& poſtea res appareant ? an poſſit cogere dominum
accipere illas res , & reddere ſibi quod dedit ? vide
not.in l.in cõmodato.§.fin. & in l ſi rem mihi. ff. cõ-
modat. An autem aſſecurator poſſit opponere aſſecu
rato quæſtion.quod res non erant ſuæ , & per conſe-
quens,licèt ſint deperditæ,nõ debet habere earũ æſti
mationẽ,textũ habes not.in l.cõmodare, iuncta.l.ſe-
quẽti ff.cõmod.& ibi Bart.not.& Bal.in reportat.an-
48 tiquis,†quòd quando aliquis cõuenitur ex cõtractu,
non poteſt opponere cõtra agẽtẽ quęſtionẽ dominij,
ꝙ not.quia iſti aſſecuratores quando venit tẽpus ſol-
uendę æſtimationis,multa perquirunt,vt excuſentur,
vt non ſoluant.Itẽ adde,quòd multò minùs hoc opor
tet,vt aſſecuratus rebus ſaluis,quando conuenitur ad
pretiũ aſſecurationis,immò licet non ſint ſuę,tenebi-
tur argum.l.ꝗ ſi nulla.ff.de hæreditat.& act.vẽdit.ex
49 quo in naui aſſecuratæ erant tales merces. † An autẽ
aſſecurator,qui expreſſit in aſſecuratione caſum pira-
tarũ,teneatur ſi in aliquo portu de nocte furtim mer-
ces à naui ſint ſubtractæ à latronibus terreſtribus ,&
videtur quòd nõ,quia piratæ differunt à latronibus.l.
in rebus.ff.commod.& in l.2.§.ſi nauis a piratis.ff.ad
l.Rhod.de iact. ea quo enim de iſtis nõ fuit expreſ-
ſum,non debet teneri.l.quicquid adſtringendũ.verb.
obl.cum ſimilibus. Deciſio iſtius quæſtionis depen-
50 det ab illa,†vtrũ pirata dicatur fur,an latro, & è con-
trario:& credo,quòd inter piratam & latronem non
ſit alia differentia ,niſi quia pirata deprædator eſt in
mari,& poteſt dici ſur & latro maris, quia latrociniũ
& furtum ſicut fit interra ita fit in mari , vt in auth. vt
nulli iud.col.9.§.pen. & in auth.ſed de nouo iure.C.
de ſer.fugit. & ideo credo,quòd ſi dicat , aſſumo ca-
ſum latronum , veniat caſus piratarum & è contrario
in mari:ſecus autem videtur de latrocinio ad furtum.
Ratio eſt,quia inter iſtos eſt magna differentia,vt in
51 d.auth.†patet enim quòd furtum vt plurimum fit ne-
gligentia non bene cuſtodientium,ac qui patitur fur-
tum.l.cum duobus.§.damna.ff pro ſoc. Secus autem
in latrocinio,vt ibi not.& ſuprà,alibi,vt credo, dixi,
niſi quando fiat per fidatiſſimos domeſticos,à quibus
quis non præcauiſſet. latrocinium propriè quãdo fit,
vt per eum ſi fiat in loco publico,dicitur caſus fortui
tus,vt patet in d.§.dãna. & in l.res pupillorum.ff. de
adminiſtrat.tutor.iuncta gloſſ. & ad l. ad eos.ff.com-
mod.in rebus.ff.loca.l.ſed & damno ff.locati , & l.
contractus.ff.de regulis iuris, quæ iura ad hoc decla-
rat Bartolus in l.his rebus.ſolut.matr. Tu tene menti
illam gloſ.in § damna.quę ſecundum Baldum melius
declarat,

Digitized by Google

declarat,quando furtum dicatur fieri culpa paſſi, quã
alibi,in inſtitut.quibus modis cont. oblig. §. penult.
Adde & tene menti circa iſtos piratas ea quæ dixit
Baldus in d.1.in fi. C.qui bo.ced.poſ. qui non poſſunt
52 eſſe milites,† & poſſunt impunè à quocunque occidi,
tanquam hoſtes patriæ,vt ipſe not.in d.auth. nauigia.
C.de fur. & vt faciunt nonnulli, ter in anno Papa eos
excommunicat ſecundum Hoſtien.in tit. de ſent. ex-
communic. Adde prædictis bonum textum in l.in re-
53 bus.ff.commod.vbi caſus latronum,hoſtium,† & in-
cluſus piratarum inſidiæ & naufragium,& incendium
æquiparantur & dicuntur caſus fortuiti, & per cõſe-
quens veniunt in aſſecuratione caſus fortuiti, ſimpli-
citer idem in ſuſceptione periculi, quod declara &
intellige,vt ſupra alibi dixi. Item quia ille text. dum
54 dicit,piratarum inſidiis,videtur probare, † quòd pi-
ratæ ſint fures potius quam latrones, eo quòd per in-
ſidias faciunt,aduerte pro declaratione, quia inſidiæ
piratarum non ſunt ſimiles inſidiis furum,qui furãtur
de nocte & clam, vt in d.auth.ſed nouo iure, immo
deprædantur per vim:ſed ideo vocantur inſidiæ, quia
vt plurimum piratæ veniunt,vt noſtri dicunt, *de aſſal-
tu*,de quo *aſſaltu* vide Bald.in c.1.§. ſimiliter, quibus
mod.feud. amit. & ſunt quando in maritimis oris la-
tent occulti,vt non videantur,ſed poſtquam te vide-
runt,non occultè ſed per vim inſurgunt, dando vela,
& rapiunt naues: maior quidem eſt eorum audacia,
quam furum,& ſic non intelligas,quod ſint fures. Fa-
55 tendum enim eſt,† quod latro poteſt dici fur, ſi occultè
primum,poſtea & ſine vi furetur aliquid:non autẽ fur
latro,occultè furãdo & ſine vi,dici poteſt. Adde præ-
dictis,quod non obſtat dicere,alius eſt latro, alius eſt
pirata:quia licet aſſecuratio fiat per ſtipulationem in
qua verba communiter reſtringuntur, d.l. quicquid
adſtringendæ,tamen vt communiter ibi doct. dicunt
& bene,in ſtipulationibus fit extenſio ad caſum furũ,
quando poteſt comprehendi ſub vocabulo, de quo
alibi indicat, ſi quis igitur aſſecurat de caſu latronum
an veniat pirata,quia latro dici poteſt pirata, & è cõ-
tra,vt in d.auth.ſed nouo iure,ſuperiùs allegata, quia
vt plurimum noſtræ naues deferunt coria Vlisbonen-
ſia,& coria Porti ad portũ Piſarum, & coria Hyber-
niæ,inter quæ eſt differentia magna. Ponemus quod
habẽs omnia iſta coria,volebat aſſecurare coria Por-
ti,tamen indeterminatè locutus eſt aſſecurator,dicẽ-
do: Aſſecuro tua coria: an talis aſſecuratio valeat, &
de hoc videtur caſus in l. ita ſtipulatus. ff. de verbor.
56 obligat.† vbi ſi id quod pondere,numero & menſura
continetur,ſine expreſſione numeri vel menſuræ ſti-
pulatus ſit,non valet ſtipulatio, quia ex quo contra-
hentes intendebant ſentire de certis, & non conſtat
de quibus. Verbi gratia,erant 15. millia coriorum. 5.
millia Vlisbonenſium.5.millia Porti.5.millia Hyber-
nicorum,& mercatores ad inuicem fecerunt verba de
volendo aſſecurare 5. millia coria Porti, & ſequenti
die ille ſtipulatus eſt ſtipulationem certiorum ſimpli-
citer,& alius dicit, Aſſecuro: quid autem, ſi habẽs tria
millia coria, ſtipulatus aſſecurationem mille in caſu
aduerſæ fortunæ, quorum coriorum mille erant *ma-
gagnata*,mile *depilata* aut *fracida*, (ſunt nomina quorũ
ſignificationem quære à coriariis,) eſt quidẽ magna
differentia in valore,an aſſecurator, qui ſuſcepit in ſe
periculum, teneatur ſoluere æſtimationem mille co-
riorum maioris æſtimationis, an habebitur reſpectus
ad *magagnata* & *fracida*,textus eſt notabilis in l.qui ex
pluribus.ff.de verborum obligatio. nam in poteſtate
eſt promiſſoris qui promiſit incertum,de incerto da-
re,quod elegerit vt ibi. Nec obſtat ſi dicas,quòd pro-
miſſor aſſecurationis non promittit coria mille,& ſic
incertum de certis,ſed tantùm promittat coria mille,
& ſic incertum de certis, ſed tantum promittit æſti-
57 mationem in caſu aduerſæ fortunæ, † quia cum iſta
æſtimatio ſuccedat loco coriorum, perinde debet
æſtimari & eligere ex illis tribus millibus,pro quibus
mille æſtimationem velit ſoluere, dummodo in eli-
gendo de quibus ſenſit, ſequitur æquitatem per not.
in l.generaliter de legat.1.adde prædictis, quòd ſicut
ille qui habet æſtimationem rei, dicitur fictè habere
rem,vt dicit Bartolus in l.Mæuius.§.duobus de lega-
tis.2.in quarta oppoſ. Ita poſſumus dicere, quod pro-
mittens æſtimationem fictè, cenſetur promittere rẽ,
& in eo poſſit habere locum diſpoſitio.d.l.qui ex plu-
ribus,quia æſtimatio ſuccedit loco rei,iuxta not.in l.
1.de æſtimat.& in l.ſiue certo.§.nunc videndum.ff.de
commo.l.ſi gratuitam.§. ſi margaritas. ff. præſcript.
ver. Prædicta procedunt, quando æſtimatio non eſſet
certa, quia in hoc caſu ſi conuenerint de tali æſtima-
tione in aduentu periculi,vtique ſeruanda eſt.l.1. §. ſi
conueniatur.ff. depoſ.l. contractus de regul. iur. non
enim poteſt dominus mercium ſpecialiter petere æſti-
mationem coriorum mille, quæ erant ſana magis,
58 quàm illorũ quæ ſunt *magagnata* aut *fracida*, † immò
contra eum qui potuit l. apertius dicere, videtur in-
terpretatio facienda.l.in contrahenda.ff.de regul.iur.
& in c.contractum,eo d.tit. lib. 6. & per conſequens
procedat quod habetur in d.l. qui ex pluribus. Cogi-
tabis tamen circa prędicta. Quid autem ſi quis trahẽs
in naui coria diuerſorum animalium, & ſimpliciter
facit aſſecurationẽ pro mille illis quæ habet in naui,
59 de quibus intelligitur,&c. † an valeat aſſecuratio hoc
modo facta?& in hoc videtur dicẽdum, ſicut in rebus
quæ habẽt certos fines à natura, quia licet ſint diuer-
ſorum animalium,attamen bene cognoſcuntur, quã-
do ſunt adhuc cum pillis,diſcernitur quod eſt corium
bouis,& corium equi,& cerui, & per conſequens va-
lebit contractus aſſecurationis per not.in l.ſi domus.
ff.de leg. 1. Elegit equidem aſſecurator pro quibus
ſentit, vt de illis ſoluat æſtimationem in caſu deper-
ditorum,arg.d.l.ſi domus,& l.legato,generaliter eo-
dem tit.ſi autem erant coria eiuſdem ſpeciei, vt puta
boum vel ceruorum de per ſe, & ſunt diſtincta per ſi-
gna & marcas, & ſic facto hominis, ſed in diuerſas
prouincias, verbi gratia, quis habet bis mille coria
boum Vlisbonenſium & Hybernię,inter quæ eſt ma-
gna differẽtia in valore,qui aſſecurat mille coria boũ,
quæ habet in tali naui,videtur & quod ſtipulatio non
60 valeat aſſecurationis, † eo quod qui promittit aſſecu-
rationem incertorum de incertis,per ea quæ not.in l.
ita ſtipulatus.ff.de verb.oblig.& in d.l.ſi domus, quæ
habẽt fines facto hominis,& in d.l.cum poſt.§. gene.
ff. de iure dot. Contrarium tamen crederem in iſto
caſu, arg. à ratione ceſſante, nam in illis iuribus ideo
eſt, quia legatum poteſt eſſe deriſoriũ ſeu promiſſio.
hic autem ſecus: immo, quod de domo dicitur in d.l.
ſi domus, maximè, quia & iſta coria Hyberniæ licèt
ſint eiuſdem ſpeciei, tamen cognoſcuntur, item hic
videtur promiſſio incertorum de certis, quo caſu ha-
bet locum id quod dictũ fuit in præcedenti quæſtio-
ne,per l qui ex pluribus, quod ęxẽpli gratia diximus
61 in coriis,intellige etiam de aliis mercibus.† Quid au-
tem ſi aſſignantur mille ballæ lanæ in tali naui, & re-
periatur ibi diuerſa lana,vt puta lana Hiſpaniæ & An-
gliæ,de qua intelligitur? dic vt dixi de coriis, quia ea-
dem eſt ratio, & adde circa iſtam lanam. l. ſi cui lana.
ff.de legat.3. quæ lex poteſt multum practicari in aſ-
ſecurationibus,idem de aſſecuratione argenti: quãdo

erat argentum in pacta, & opera, vt Tatas, & adde l.
quæſitum §. illud fortaſſis, eodem titulo. An autem in
aſſecuratione mercium veniat pecunia, vt ſi dominus
mercium habebat capſam plenã aureis Cruciatis, vel
iuſtis noſtræ monetæ, vide l. merces l. 1. ff. de verborũ
ſignificatione, facit dubium generalitas aſſecuratio-
nis ſub nomine mercium, eo quia in contractu, & ſi
non exprimatur, venit id quod ſub ſignificatione vo-
cabuli comprehendi poteſt quantumcunque facta, vt
not. doct. in l. quicquid aſtringendæ, de verb. oblig. &
62 alibi, licèt non ſit, † vtrum noſtrum ſit, conuentionẽ
extendere regulariter, dic ꝙ non, vt in l. fideiuſſores
magiſtratuum. ff. de fideiuſſ. §. pro Aurelio, in pactis
quidem ceſſat extenſio, vt dicit Bald. in tit. de feud.
cognit. in primo, ſecũda col. Mercium enim appella-
tio licet ſit anguſta, vt in l. 1 §. 1. ff. de trib. tamen quã-
doque generalis eſt. eod. tit. l. procurator. §. merces,
maximè quia in d. l. merces, ſumitur pro omni re mo-
bili, & ſic videtur venire pecunia, tamen in contrariũ
facit gl. in l. 2. ad l. Rhod. de iact. in verſ. ſiquidẽ, dum
ibi dicit, ꝙ gemmæ & margaritæ & annuli non ſunt
merces, breuiter circa hoc poſſumus dicere, ſicut de
63 pecunia dicimus. ſ. † ꝙ veniat inſpiciendus vſus cõ-
munis loquendi, qui debet præualere, vt in pecunia
dicit Bar. in l. talis ſcriptura. ff. de legat. 1. per l. libro-
rum. §. ꝙ noſter Caſſius de legat. 3. & l. Labeo. de ſub
leg. Quid enim ſi mercator, qui aſſecurationem pro-
miſit, non habet in naui niſi pecuniam, quam ſecum
deferebat ad merces emendas? quid tandem ſi ſeruos?
quid ſi tantum annulos, margaritas, vt faciunt Veneti
quandoque? quid eſt, ſi aliud, quod non ſoleat dici
merces propriè, nonne dicemus nos, ꝙ aſſecuratio
mercium extendatur ad iſta? certè ſic, aliàs talis aſſe-
curatio non eſſet vtilis, nec haberet effectum. l. ſi ſti-
pulatus, de verb. oblig. per quam l. Bartol. in l. omnes
populi, in materia ſtatutorum ponit regulam, quod
etiam in diſpoſitione ſtricti iuris ſit extenſio, vbi ſi nõ
64 fiat, eſſet ſine effectu, † Quando autem haberet alias
merces, & pecuniam vel margaritas, & annulos, eſt
maius dubium an veniat, & credo quod ſic, ſi erãt de-
ſtinatæ ad vendendum, nec illa gl. ſimpliciter proce-
dit, quia text. in d. l. 2. in §. cùm in eadem, vocat illas
res merces, & ſic occaſione earum habet locum con-
tributio ſicut aliarum, vt ibi patet. Item in caſu, quo
prædictæ non ſint merces: propriè tamen loco mer-
cium habentur, vt dicimus in l. ſi ſeruos. §. eum qui de
65 legat. 3. per quẽ tex. clarè patet, † quòd quælibet res,
quam quis habet ad vendendum, habetur loco mer-
cium, & ſic eſt tenẽdum in iſtis aſſecurationibus mer-
catorum, vt in eorum conuentionibus potius apices
iuris, quam veritas obſeruari videatur, contra nota. in
l. ſi fideiuſſor. § quædam tamen ff. mandat. licèt enim
ex interpretatione iſta dicantur merces, tamen largè
comprehenduntur, eo quod ſunt ad negotiandum, vt
in d. §. eum qui, & ſit extenſio, vt ſupra dixi, & vide
nota in l. cùm proponas. C. naut. fœno. & ibi Baldus
66 in 3. nota. † quòd confiſcatio mercium nauis extẽdi
tur ad pecuniam numeratam, quæ ibi erat, licet ſecus
in ſtatutis, vt ibi per eum, per l. primam. ff. de re per-
muta. & l. ſi charum. §. 1. de legat. 3. quod autem fiat
extenſio quandoque ad caſum fictum etiam in ſtipu-
lationib. eſt bonus text. in l. Deo nobis. §. 1. de epiſc.
67 & cleric. † vbi ſtipulatio in cauſa mortis extẽditur ad
ciuilem, licèt ea proprietate verborum non veniat
mors ciuilis in naturali. l. ex eſt in l. ea parte. §. inſulã.
de verb. obligat. Bal. in conſ. 148. nu. 11. in 4. vol. Soc.
in l. Gallus §. & quid ſi tantum, num. 4. ff. de libe. &
poſthu. Iaſ. in §. inſulam l. ex ea par. num. 2. ff. de verb.
oblig. & in l. ſi quis poſthum. §. ſi filium. num. 42. ff. de
lib. & poſthu. Dominicus de ſancto Geminiano in c.
ſuſceptum. de reſcrip. in princ. col. 3. vbi dicit, quòd
ſi mors ciuilis ex toto habet eundem effectum, quem
mors naturalis, nunc mors ciuilis habetur loco natu-
ralis. Item ſit extenſio ad caſum ſimilẽ ex mente con-
trahentium, in quo eſt eadem ratio, dictum fuit nota.
per domin. Franc. de Areti in l. quicquid adſtringen-
dæ, de verb. oblig. in fin. col. quod tamen ipſe decla-
rat, quando talis caſus ſaltem ſub larga ſignificatione
vocabuli poterat ſub expreſſis verbis comprehendi,
mouetur per d. l. Deo nobis ſuperiùs allegatã, & per
68 l. fi. C. de re alien. non alien. † vbi ille qui promittit nõ
alienare, non poteſt rem hypothecare, & tamen iſtud
ea proprietate ſermonum non venit, de quo vide per
eũ, & in l. Gallus §. & quid ſi tantũ ff. de lib. & poſth.
ex quippe materia latiſſima, quæ variis locis per do-
ctor. ponitur, quos non expedit allegare ad propoſitũ
noſtrum. Quatenus tamen facienda ſit iſta extenſio,
quæ ſit & fieri debet in caſu nõ extendibili ad caſum,
latè ſub ſignificatione vocabuli comprehenſum, ſi vis
videre hanc materiam, vide vltra ea quæ Aret. dicit in
d. l. quicquid. vide eum in l. ſtipulationum alta. §. fin.
& Alex. de Imol. in l. 2. de legat. 1. & in l. Marcellus ad
Trebell. & in l. 1 § 1. in fin. col. ff. ad l. Falcid. & in l. ſi
quis prior e. ad Trebell. & l. cætera. §. ſed ſi quis poſt
glo. in d. l. & in l. cùm filius. §. dicit, eodem tit. & in l.
in commune. §. quod vulgò. ff ad l. Falcid. in quibus
locis & alibi dat plures concord. Tene menti tamen
pro limitatione d. glo. clementi. 1. quæ ſæpiſſimè ſo-
let allegari per doct. qui ad hoc, vt fiat extenſio ad ca-
ſum, qui comprehenditur ea lata ſignificatione voca-
buli, oportet, quod ſit omnimoda identitas rationis,
aliàs nõ, ita ſingulariter dicit doct. Alex. in d. l. Mar-
cellus in 2. charta. allegat ad hoc glo. not. in clemen-
69 tin. 2. in verſic. eiuſdem, de ætate & qualitate. † quid
autem quando Patronus nauis fecit & procurauit aſ-
ſecurationem nauis ſuæ ſimpliciter, an intelligatur aſ-
ſecurare tantum corpus nauis, an verò merces? Idem
contra aſſecurat merces, an veniat nauis? & iſta quæ-
ſtio, eſt de contento, & de continente, ad quam fa-
ciunt verba Baldi in l. cum proponas C. de naut. fœn.
ponitur quidem quandoque vnum pro reliquo, l. pe-
nultima, de pignor. vbi appellatione Tabernæ pigno-
ri datæ veniunt merces, quæ ibi erant, & poſtea illa-
tæ ſunt, facit l. ſancimus. C. ſacroſanct. vbi ponitur
contentum pro continenti, & in l. ſolent. de offi. pro-
conſul. & legat. in hac quæſtione, credo cùm ſint di-
uerſa corpora, & aſſecuratio poteſt verificari in vno,
ſicut in aliquo, quod non fiat extenſio, niſi eo modo
quo ſuprà tetigimus in præcedenti quæſtion. quan-
70 do in altero aſſecuratio eſſet inutilis. † Ponamus ꝙ
habent merces tantùm in naui, dicit velle aſſecurare
illam nauem mercium, certè non intelligit de conti-
nente, ſcilicet quia non erat ſua, ſed de mercibus. Idẽ
è contra ſi dominus nauis qui nullas merces habe-
bat, aſſecurat nauem, non enim videtur ſentire de
mercibus, facit quia propria appellatione contenti
non comprehenditur cõtinens, quia oportet eſſe dif-
ferentiam inter vnum & reliquum, ſed quando vnum
venit ſub nomine alterius, eſt in propria ſecũdùm gl.
71 no. in d. l. ſolent. vt ſuprà. † Verba autem in dubio ſu-
muntur propriè, & non impropriè. l. nõ aliter, de leg.
3. Iaſo. in l. poſthumo. num. 33. C. de bono. poſ. cõtra
tab. & in l. 2. §. 1 nu. 4. ff de in ius voc. deci. in l. vt ver-
borum, nu. 7. C. quia ad bon. niſi ſit aliqua ratio eui-
dens improprietatis, vt ſuprà dixi in præcedenti quę-
ſtione, vel quando nõ poſſunt ſumi propriè, quia tūc
oportet

oportet ꝙ ſumantur impropriè ſecundùm Bart.in l. ſi
tibi.ff.ſi certum petatur,facit quod not.Bar.in l.1. de
dona.vbi dicit, ꝙ donatio intelligitur de propria in
dubio, & nota de illa quæ eſt ſub noſtro. Præterea
quando ſumus in dubio, licet ſit aliquod verbum ꝙ
poteſt ſignificare contentum & continentem in du-
bio,ſignificat continentem.C. ſi cui de ſententia ex-
commu.lib.6.& in c.ſi ſententia,& c. ſi ciuitas. §. fin.
72 eod.titul.& quod ibi Moder.& Aret.in conſ.79. † ſi
ergo aſſecurat nauem in dubio,videtur ſentire de ipſa
naui, niſi ex coniecturis aliud præſumatur cõtra ipſos
contrahentes, ſi autem vnus idem fuerit dominus na-
uis & mercium,& aſſecuraret nauem, an videatur de
vtroque, dependet ex coniecturis, in dubio quidem
intellige tãtùm de naui per ſuprà dicta,prædicta om-
nia videntur eſſe de mente Bart. rectè inſpicienti, in
dicta l.penult.ff. de pigno. inter quæ eſt de Taber. &
mercibus.

S V M M A R I V M.

1 *Vbi eſt eadem ratio,ibi idem ius ſtatu debet.*
2 *L.2.de reſcind.vend. non habet locum in tracta aſſecurationis.*
3 *Sciens,renuntianti æquiparatur.*
4 *Res communiter valet quantum vendi poteſt.*
5 *In tranſact. an habet locum l. 2. C. de reſcind. vend.*
6 *In aſſecurationibus practica æſtimandi eſt quã-tum communiter aſſecuratores percipiunt.*
7 *Caſus contingens ante euentum conditionis facit contract.imperfectum.*
8 *Factum iudicis iniuſte,dicitur caſus fortuitus quo ad partes.*
9 *In ſpem cadit emptio & venditio.*
10 *Si aſſecuratio eſt cõditionalis,ceſſante nauigatio-ne,an aſſecurator habebit pretium periculi.*
11 *Super re aliena an quis poſſit contrahere.*
12 *Bona fides inter mercatores eſt ſeruanda.*
13 *Dolus eſt delictum.*
14 *In dubijs fraus & dolus non præſumitur.*
15 *Nullus tenetur allegare turpitudinem ſuam.*
16 *Iudæi tanquam hoſtes fidei Chriſtiani, an ſint delendi.*
17 *Iudæi multa faciunt in contemptum Chriſtiano-rum,& fidei.*
18 *Melior eſt conditio Hebræorum, quã Maranorũ.*
19 *Turcæ & Africani ſunt inimici Imperij Chri-ſtianorum.*
20 *Papa prohibet pecunias & bona Iudæorum au-ferri.*
21 *Iudæis de iure non eſt prohibita mercantia.*
22 *Iudæi poſſunt mercari & negotiari cũ fidelibus.*
23 *Omnes Iudæi communiter ſunt maledicti & ri-baldi.*

QVINTA PARS.

PRoperantibus nobis iam ad calcem, & metã pro-
pè tenentibus circa iſtum cõtractum aſſecuratio-
nis nauium, probabiliter & rationabiliter in dubium
venire poterit, An aſſecuratio reſcindi poterit vigore
diſpoſitionis.l.2.C.de reſcind. vend.eo ꝙ ille qui vẽ-
dit euentũ periculi aſſecurator,multo plus ſoluit vltra
dimidiam iuſti pretij, ſoluendo æſtimationẽ merciũ,
recipiendo tantum octo vel decẽ pro centenario ęſti-
mationis,& videbatur ꝙ ſic, & hoc ſiue exiſtimes iu-
ſtum contractum nominatum.ſ.emptionis, eo ꝙ qui
emit euentum periculi per l. periculi pretium. ff. de
naut.fœn.cum notatis in l.fi.C.de prædiis cur.lib. 11.
ſiue eum dicas contractum innominatum. ſ. facio vt
des,ſiue ſuſcipio periculum vt des pecuniam:vt ſuprà
dixi,quia vtroque modo d.l. 2. habet locum, ſiue in
contractibus nominatis,ſiue innominatis, ſecundùm
Bald.ibid.& Aret.in l.ſi quis ante.ff.de acquir.poſſ.in
1 4.col.& hoc maximè,† quia vbi eadem ratio, idẽ ius
conferri debet de vtroque.l.1. §. ſi quis ſeruum.ff. de
poſit.& in l.ſi Titius.ff.de præſcript.verb.bon.& in l.
naturalis.§.ſed ſi facio.ff. eod. tit. æquiparatur enim
ei de quo magis participat,vt ibi,& in l.gratuitã. §.1.
eo.tit.& alibi,& ibi per Bart.& doct. vt ſuprà dixi in
alia quæſt.Bald.ſing.in conſ.494.nu.1.in 3.vol.dicit
quod ex tribus cognoſcitur, in qua ſpecie ſit contra-
ctus,& in conſ.396.num.3.6.vol.aduerte in hoc,ꝙ ſi
hoc eſſet,verũ in contractu aſſecurationis, nulla ſub-
inde aſſecuratio fieret:qa vt plurimùm domini mer-
cium mouentur ad procurandam aſſecurationẽ, quia
pro vili pretio domini non ſumerent periculum ma-
2 gnarum mercium.† Dic igitur, ꝙ d.l.non habet locũ
in iſto contractu,ratio eſt, quia nõ habet locum inter
ſcientes,vt ibi not.Bart.Bald.& alij doct.quia ſcienti
3 non fit dolus,vt in regula,ſcienti:de regul. iur.† & vt
dicit ibi Baldus quod ſciens æquiparatur renuntiãti,
alleg.l.quæritur.§ ſi venditor.ff.de ædil.edict. Idẽ in
conſ.394.num.5.& in 4.vol.& in conſ. 446. in nu 5.
in vol.5. ꝙ quis nedum proprium factum ſcire pręſu-
mitur,ſed etiam eius circumſtantias: quando enim aſ-
ſecurator aſſumit in ſe periculum cẽtum pro decem,
certus eſt,quòd plus valet centum.Et ideo nõ videtur
poſſe reſcindi per d.l.2.in qua requiritur deceptio vl-
tra dimidium iuſti pretij: quæ non cadit verè in iſto.
Item poteſt dici, quod aſſecurator iſte vendidit tan-
tùm ſpem futuri euentus, in qua bene poteſt extare
venditio,vt l.ſi pactum.ff.de contrahend.empt.l. no-
mina rerum,iuncta gl.ff.de hæred.& act. vendit. quæ
ſpes ex quo eſt incerta, non videtur eſſe tãtæ æſtima-
tionis, vt ipſius reſpectu dicatur excedere dimidiam
4 iuſti pretij † eius quod valet, non enim hic æſtimari
debet,quantum reuera res ſeu merces futura in aduẽ-
tum periculi, ſed quantum veriſimiliter æſtimaretur
dubius euentus: quo caſu videtur conſtitui iſtud pre-
tium reſpectu illius ſpei non reſpectu eius, ꝙ poſtea
verè euenit,& ſic æſtimationis mercium:facit ad hoc
text.in l.nomina.& in l.ſequenti.ff.de hære.vel actio.
vend.& in d.l.nomina & in l.ſi pactum. ff. de contra
hend.emptione quo caſu fatendum eſt,facta pręd icta
æſtimatione eo modo,quo dixi: ſi reperiatur alter ex
prædictis,videlicet aſſecuratus, vel aſſecurator dece-
ptus vltra dimidiam iuſti pretij,quod fiat reciſio per
d.l.2.& pręd icta videntur eſſe de mente Aret.licèt ad
aliud propoſitum loquatur, & non in contractu aſſe-
curationis,in l.ſi quis cum aliter.ff.de verb. oblig. in
8.9.& fi.col.vbi prædictam æſtimationem, prout eſt
ſpei,conſiderat,& nõ prout poſtea euenit in illa quæ-
5 ſtione, † An in tranſactione habeat locum d. l. 2. de
reſcind.vend.& an l.2.de reſcind.vend. habet locum
in contractu diuiſionis,vide Bal.in conſ. 386.nu.1. 1.
vol.& quid in mercede Bald.conſ.108.num.2. 1.vol.
Adde ad prædicta, quòd not. in d.l.1.§.ſi hæres.ff. ad

Trebell.de æſtimatione ſecundum qualitatem rei &
dubij euentus : quæ tene fixa cordi , pro reſcindenda
6 vēditione,cuius practica erit hęc.† ęſtimabitur enim,
quantum communiter aſſecuratores conſueuerūt ac-
cipere in pretio pro ſuſceptione periculi æſtimatio-
nis centum. Et ita cognoſcetor,vtrū minus iuſto pre-
tio receperit an oon: & item an alius aſſecuratus plus
dimidia dederit ei necne: Verbi gratia, ſolērdari pro
periculo mercium valoris ducat.150.aurei 30. ſi ego
recepi tantum 20. poſſunt dici deceptus in tali aſſe-
euratione vltra dimidiam iuſti pretij: Idem in aſſecu-
rato ſi ſoluit ſexsginta poteſt agere ad aliud plus , vt
reſciodatur aſſecuratio,& hoc etiam, nam expectato
alio periculi euentu , idem & poſt euentum , quo ad
pretium aſſecurationis , quia ille euentus in re nō im-
pedit , quod factum fuit in ſpe quo ad effectum præ-
dictum,quia ſupradictum fuit in verſiculo,ſed pona-
mus,quod mercator:ſed ſi nauis non poteſt nauigare
& exigere portum, vt quia merces fuerunt publicatæ
aut aliter detentæ, ita ꝗ aſſecuratot non poteſt agere
7 ad pretium periculi ſibi promiſſum , † quoniam iſte
contractus aſſecurationis conditionalis & cootingēs
ante euentum conditionis,facit eum infectum. Corn.
conſ.185.l.1.vol. 2. Adde quod de oatura huius cōtra-
ctus non eſt vt ſit conditionalls, poteſt quidē cōtrahi
ſimpliciter & purè. Verbi gratia : Aſſecurator vendit
periculum purè & ſimpliciter , quo caſu ſiue merces
pereant , ſiue non ſemper recipit pretium periculi in
ſe ſuſcepti, aliàs ſi ſemper eſſet cōditionalis rebus ſal-
uis , non haberet pretium quaſi contractu exiſtente
imperfecto, propter conditionis defectum. l. neceſſa-
rio. ff. de pericu. & commod. rei vend. Poteſt tamē , vt
dixi, cuntrahi cooditionaliter, vt ſiue merces pereaot,
ſiue non, dabis decem pro centum. Ego autem in ca-
ſu aduerſæ fortunæ, dabo tibi tuarum mercium æſti-
mationem. Vnde quando ſimpliciter fit , non adiecta
aliqua conditione per dominum , ſi nauis aliquo caſu
non nauigat, nihilominus dominus mercium, qui di-
citur emptor aduerſus & ſpei, tenetur ad pretium, ne-
que repetit ſolutum: ratio eſt, quia cōtractus emptio-
nis & venditionis periculi, fuit celebratus, & ideo ca-
ueant ſibi aſſecurantes aſſecurato clarè contractum
concipere. Quid autem ſi in iſto aduentu & ſpe peri-
culi cadat emptio? ſuprà latiùs declaraui, dic ꝗ ſic, ſi-
cut ſub quauis alia re, vt probatur in l. ſi periculi pre-
tiom. ff. de naut. fœnor. & quaſi per tutum. ff. & C. &
in l. ſi iactum. ff. de actionib. emption. vbi bonus tex-
tus in dicta l. ſi nomen , & l. nomina. ff. de hæred. vel
actio. vendit. l. ſpe. C. de donat. & l. nec emption. ff. de
contrah. emption. cum ſimilibus , ſi verù impediatur
nauigatio per alterum ex contrahentibus in aſſecura-
tore, vel aſſecurato, quo caſu vnus poteſt agere cōtra
alium per dictam l. nec emptio, & in d. l. ſi iactum, ſi-
ue per alium tertiū : qui caſus poteſt reputari fortior,
quo ad ipſos contrahentes, per ea quæ not. Bart. in l.
exceptione, num. 4. ff. de fideiuſ. Bal. in l. pignus. C. de
8 pign. actio. Aug. in conſ. 26. † vbi dicunt ꝗ factum iu-
dicis iniuſtè dicitur caſus fortuitus , quo ad partes.
Vtroque modo eſt habenda prædicta conſideratio,
ſed perfecto contractu, ſoluto pretio , vel habita fide
de eo, vt inſtit de empt. & vendit. §. cùm autem peri-
culum, ſine dolo malo cōtingens, pertinet ad empto-
rem: periculum hic nō intelliges ſimpliciter merciū,
ſed caſus contingens pertinet ad emptorem : cuius
ratione non poſſit nauigari: qui caſus cenſetur pericu-
lum reſpectu ſpei euentus : quæ ſpes fuit empta & vē-
9 dita eodem modo, prout ſuperiùs dictum fuit, † quia
in ipſa ſpe poteſt emptio & vēditio dari, vt in iuribus
præallegatis, ita oportet in ipſamet ſpe dari periculū,
quod facit eam ceſſare, & non poſſe ſpectari, nec am-
plius dici ſpes: aliàs diceremus in venditione ſpei non
habere locum titulum de peric. & commod. rei vend.
quod non eſt dicendum, nec mirum, quia etiam vide-
mus ſpem æſtimari , vt ſuperiùs latè dictum fuit in q.
præcedentibus. Verbi gratia, ſi emo ſpem, ſicut ad ad-
uentum alicuius naois, naui non nauigante, ceſſat ſpes
illa: Si facto venditoris , ipſe tenetur emptori: ſi em-
ptoris, ipſe venditor: ſi tertij , pertioet ad emptorem
per dictam l. neceſſario, intelligendo, prout ſuperius
dixi, & per l. 1. C. eod. titul. Nec videtur mirum, quod
ex iſto aſſecurationis contractu vnus & idem domi-
nus mercium teneatur ad pretium pericoli, & nihilo-
minus ceſſat ſpes periculi: ſed illud fuit , eo quia ille
tantùm emit ſpem, & non conſideratur an illud, ſuper
quo talis ſpes poſita fuit, ſequatur necne , quo ad va-
liditatem contractus, vt in dict. l. ſi iactum: licèt bene
quo ad alia, vt ibi notatur, & vt ſuprà dixi, quæ omnia
tene menti pro his , quæ dicta ſunt in d. verſicul. Sed
ponamus in 18. & 19. colum. quia ibi dicta procedūt
quando aſſecuratio fit ſub conditione : ſecus , ſi ſim-
10 pliciter & purè, & tene mēti ea quæ ſuprà dixi, † quia
aſſecuratio fuit conditionaliter concepta : aſſecura-
tio non haberet pretium periculi ceſſante nauigatio-
ne, ad quæ pauci ex ipſis aſſecuratis aduertunt, & mi-
nus aſſecuratores. Item dum ſuprà dixi in verſicol. an
autem aſſecurator, in prima & ſexta colum. quòd non
poteſt aſſecurator opponere aſſecurato, quòd merces
non erant ſuæ per ootata in leg. commodare. ff. com-
mod. & ibi. Bartol & Bald. & in l. ſi alienum ff. ſoluto
matr. & ibi Alexand. latiſſimè, & adde quod hoc noo
videtur ſimpliciter procedere in iſto contractu aſſe-
curationis : quid enim ſi erant piratarum vel aliorum
inimicorum fidei Chriſtianæ, an poſſint licitè capi
per quoſcunque ? iuxta notata in authent. nauigia. C.
de furtis, vel erant illorum qui res prohibitas deferūt
Saracenis, vt in capit. ſignificauit, de Iudæis, & in cap.
quid olim, eodem tit. cum concordantiis, quæ res ex-
portari non debent. l. 1. C. de Epiſc. audi. prout multi
faciunt, quorum nomina ego taceo propter honeſta-
tem, quæ etiam potuerunt iuſtè capi , per ea quæ ha-
bentur in ca. quorundam, de Iud. & Saracenis , prout
iſti faciunt cum aliquo mercatore, qui dicunt res iſtas
ſuas, & eas aſſecurant vt ſuas : certè in hoc caſu credo
quòd liceat aſſecuratori , ſi prædictæ merces hac de
cauſa capiantur, dicere. Tuæ non erant res, & hoc non
11 tantùm ex natura contractus , † quia ſuper re aliena
quis poteſt contrahere, vt notatur in dictis iur. quan-
tum ex quadam bona fide iſtius contractus aſſecura-
tionis : quia iſte aſſecurator non erat aliter aſſecura-
tus , ſi ſciret merces eſſe prædictorum infidelium.
Item quia iſte aſſecuratus videtur eſſe in dolo & frau-
de hoc tenendo, vt io l. iur. gent. § dolo. & §. ſequenti.
ff. de dolo. Item credo ſi merces erant talis , qui habe-
bat inimicitias ſeu bellum cum gente illius portus ad
quem dictæ merces vehebantur, vel cum capientibus
dictas mercea , vt ſunt Genuenſes & Senenſes cum
Florentinis, vel cum Catalanis, & ſæpè hoc fit , & vi-
di fieri , quia vnus rogat amicum ſuum qui habet pa-
eem cum eis, vt dicant illas res ſuas, & faciant aſſecu-
rationem nomine ſuo: & hoc , vt dixi , non ex natura
12 contractus, ſed ea bona fide, † quę maximè inter mer-
catores obſeruanda eſt , cùm inter eos non conuenit
de apicibus iuris diſputare, vt Baldus conſ. 400. num.
10. & conſilio 466. numer. 5. in 5. volumine, vt l. ſi fi-
deiuſſor. §. quidem tamen. & in l. Qointus. ff. mandat.
Bartol. Baldus & alij ibi, eo maximè, quia aſſecuratus
videtur

videtur eſſe in aliquo dolo, vt dixi per d.§.dolo, cum
ſequenti.& per conſequens deliquit, vt in l.1.§. nunc
tractemus, verſic. planè.ff. de tutor.& rati.diſtra. & in
l.2.ff.de crimine Stellion. Quæ iura allegat Alex.in l.
13 ſi quis nec. ff.ſi cert.pet.ad probandum † q dolus eſt
delictum, facit quod dixit Bartol.in l.commodare.ff.
commo.in fine, licèt ad aliud propoſitum. Dũ dixit,
quòd bona fides non patitur, vt in cõtractibus oppo-
natur exceptio dominij, ſecus autem, quando ex deli-
cto probatur dolus, aut fraus ex interpoſitione ipſius
aſſecurati: qui eſt media perſona ſimulata, argumẽto
14 l.ſi bis qui bona.ff.de acquir.hæred.† in dubio autem
non præſumitur dolus neque fraus vulgata. l. merito.
ff.pro ſocio,& per Abbatem Panorm. conſ. 68. in 1.
vol.& Baldum in l.obſeruare.§.1.in penult. col. ff.de
offic.proconſul.in quæſt.de iudice niſi dicas, vt ipſe
ibi: quia qualitas facti non poteſt fucari. cognita autẽ
fraude, non credo quod aſſecuratus fraudulenter poſ-
ſit reb. captis ad æſtimationem agere per ſupradicta,
quid autem è contra? an rebus ſaluis poſſit ipſe aſſe-
curatus dicere aſſecuratori petenti pretium periculi,
Res non erãt meæ, ſed infidelium vel inimicorum, &
15 ita non ſum aſſecuratus: dic quòd non, † quia nõ de-
bet quis allegare turpitudinem ſuam in hoc, ſecũdùm
gloſ.not.in l.cum res.C.de probat.& ibi Bar.l. ſequi-
tur, dum exemplificat in venditore qui dixit, Res non
erant meę, quæ omnia tene menti, quia quotidiana &
vtilia: & quia ſuprà mentio facta fuit de mercibus ini-
micorum fidei, poteſt probabiliter in dubium venire,
an merces Iudæorum, qui per mare negotiantur, poſ-
ſint occupari, vt merces inimicorum fidei, per auth.
nauigia. C. de furt. prædleg. & per ea quæ habentur
23.quæſt.7.c. de rebus. Labores enim iuſtorum pij
edent.& conſueuerunt piratæ & multi alij hoc colore
quærere naues mercatorum, an habeant merces Iu-
dæorum, & licèt in piratis non cadat hoc verbũ, pij:
16 † quia potius ſunt delendi tanquam hoſtes patriæ, vt
not.in d.auth.nauigia.& quod prædicta cõtra Iudęos
fieri poſſint, facit dicta auth. Nauigia, quę generaliter
loquitur ibi, niſi talia ſint nauigia, quæ piraticã exer-
ceant prauitatem, aut noſtro Chriſtiano nomini ini-
mica, per hoc quòd dicitur inimica, videtur ipſos Iu-
dæos comprehendere, cum quibus iuris rigor potius
quam æquitas ſiue humanitas eſt ſequenda, vt in c. 2.
17 in fin.de Iud. Faciunt quidem multa † in Chriſtiano-
rum opprobrium & contemptum Saluatoris noſtri,
& eius beatiſſimi nominis, vt in c.in nonnull.eod. tit.
& in c.& ſi Iudæos,& c.1.& c.cum ſit, eod. tit. & in l.
Iudæos.C.eod.tam in blaſphemando ipſum, quàm in
aliis, vt in dictis locis patet,& alibi nota. quæ non ex-
pedit allegare, maximè in fine legis cælicolarum, co.
titulo. vbi text. dicit eſſe cõtrarium Chriſtianæ fidei,
quicquid ab ea diſcrepat, quod verbum in Iudæis nõ
eſt dubium verificari. Multa alia ad hoc propoſitum
poſſent adduci, quæ breuitatis cauſa omitto. In con-
trarium facit, quia ſancta mater Eccleſia eos tolerat,
dict.cap.& ſi Iudæos.in l.Chriſtianis. C. de pag. Bal.
conſ.315.num.2.primo vol. vbi ponit, in quibus caſi-
bus tolerantur: & conſ.428.num. 6.in 5.vol. maximè
quia hodie Iudæi quos ſua pœna ſubiecit & peccatũ,
vt in d.cap.& ſi Iudæos: verſantur enim per ciuitates
Chriſtianorum, vt Romæ, Venetijs, Neapoli,& apud
18 nos, & alios, † qui meliores videntur, quam Marani
ſint, vt Bald in conſ.428.num.2.in 5.vol. vt in regno
Caſtellæ, quorum commixtionibus ferè ſunt in fa-
ctionibus illius prouinciæ. Iſti Iudæi cùm ſint homi-
nes pacifici, & ſubditi Chriſtianis principibus, non
poſſunt dici hoſtes propriè imperij, nec inimici iuxta
notata in leg hoſtes.ff.de capt.& poſtlimi. reuerſ.per
Bart.& ita credo, quod ſumitur verbum, inimici, in d.
19 auth.nauigia. ſicut ſunt Africani & Turcæ, qui † pro-
priè ſunt inimici imperij & Chriſtiani nominis, eo q
Chriſtianos perſequuntur, & à propriis ſedibus eos
expellunt,& de hoc ſunt decreta & leges, quæ prohi-
bent eorum commercium,& eis deferri aliquas res, vt
dicto cap.ad liberãdum de Iudæis.& in c.ſignificauit,
& in c.quod olim,& in c.ita quorundam & in l.2. C.
quæ res expor. non debent, cum concordantiis, nec
videtur par cauſa iſtorum & Iudæorum. c. diſpar. 23.
quæſt.8.eo quod illi expellunt Chriſtianos, Iudęi au-
tem parati ſunt ſeruire & obſequium præſtare, vt ibi.
ad idem bonus textus in dicta.l.Chriſtianis, vbi Im-
perator prohibet, ne Iudæorum bona auferantur. Idẽ
20 facit Papa, vt in capit.ſicut Iudæi, de Iud. † vbi etiam
prohibet pecunias eorum auferri, quod verbum eſt
generale. Immo tenetur eos protegere, vt Bald. in d.
conſ.428.num.6.ergo & ipſos comprehendit,& om-
nes ſuas res,& merces.l.pecuniæ.ff. de verb. ſignif.&
hoc quia agitur de fauore eorum,& quod notat. Bart.
21 in l.talis ſcriptura.ff.de leg. præſt. † nec reperitur de
iure Iudęis prohibita mercatura, vt in c.fi. de iud.& in
c.fraternitatem.54. diſtinct. per quæ iura idem notat
Ioannes de Anania ſolemnis doctor. Bon.in cap.1.de
iudic.in fin.colum. vbi dixit, quòd licitum eſt Iudæis
22 exercere mercaturam inter fideles, † & licitum eſt
Chriſtianis dare eis pretium pro mercibus emptis, vt
fit Venetiis, Vliſboæ, & alibi, quia ſunt ditiſſimi
mercatores, licet omnes Iudęi ſint maledicti & ribal-
23 di: Caueant igitur capientes † merces Iudæorum in
mari, vel in terra prędicto colore, & pœna eas deti-
nere, vt dict.l.Chriſtianis. C. de pagan. & quę Iudęis
permiſſa ſint, vide Baldum in conſ.315.num.1.1.vol.
cum ſequenti conſilio, & hæc volui dixiſſe per breui-
ter & ſuccinctè, deuictus inſtãtia certorum mercato-
rum mihi clariſſimorum, qui de his dubitabant, & ſæ-
pe de facto interrogatus, eis de iure reſpondi per ea
quę proponebantur. Ad laudẽ Domini noſtri IESV
Chriſti, qui ſit benedictus in ſecula ſeculorũ. Amen.

FINIS.

BREVIS AC PERVTILIS TRACTATVS DE SEQVESTRATIONIBVS,

PER DOMINVM IACOBVM DE ARENA.

SVMMARIVM.

1 *Conuentionalis ſequeſtratio quæ dicatur.*
2 *Iudicialis contentioſa quæ ſit ſequeſtratio.*
3 *Caſus ſpeciales, in quibus eſt licita ſequeſtratio iudicialis, & num. 10. & 11.*
4 *Sequeſtrarius an ante tempus poſſit officium ſibi datum deponere.*
5 *Quæ actio competat contra ſequeſtrarium, ſi tēpore reddendi nolit reddere ſequeſtrata.*
Dolus ſequeſtrarij an veniat in ipſa actione, ibidem.
6 *Cauſæ facientes perſonam ſuſpectam.*
7 *Contentio ſi ſit de poſſeſſione fundi, & vterque velit colligere fructus, an fiat ſequeſtratio iudicialis.*
8 *Actore petente in actione reali an debeat iudex præcipere reo, vt ſaluos faciat fructus.*
Quid in cauſis ſcriptis, ibidem.
9 *Sequeſtratio quo caſu tolli poſſit per fideiuſſorem, & quo non. & num. 10. & 11.*
12 *Sequeſtratio quanto tempore duret.*
13 *Melius eſt non incipere, quàm à cœptis turpiter reſilire.*
14 *Caſus rei, non debet nocere actori.*
15 *Succurrendum nō eſt ei, qui ſibi neceſsitatem impoſuit.*
16 *Quid in caſu mutationis vel mortis iudicis.*
17 *Ille penes quem ſit ſequeſtratio, an debeat eſſe idoneus pro quantitate ſequeſtrata.*
18 *Sequeſtrarius cadēs à poſſeſſione rei ſequeſtratæ, an habeat actionem ad ipſam recuperandum.*
19 *Sequeſtrata res ſi ſeruando ſeruari non poteſt, an poſſit vendi per ſequeſtrarium.*
20 *Deſcriptionem bonorum debitoris fieri an peti poſſit, vt ſciatur quid eſt in bonis eius.*
21 *Caſus in quo fieri debet depoſitio fructuum, licet de iure prohibita ſit ſequeſtratio.*
22 *Iudex pacatam & quietam debet habere prouinciam ſuam, hominesq́; ſingulos, nec pati venire ad arma & rixam, quos ſua iuriſdictione compeſcere poteſt.*
23 *Poſſeſſio ſi conſtat quòd ſit ſeminata per tertiū, vt per colonum, & vtraque pars contendēs hoc fateatur, ruſticus interim omnes fructus habebit, ſaluo iure eius qui dominus apparebit.*
24 *Quid ſi vnus vult ſatisdare colono de cōſeruando eum indemnem aduerſus alterum.*
25 *Quid ſi non conſtet, tertium vel alium ſeminaſſe.*
26 *Quid ſi vterque ſeminauit, vel fructus ſint naturales, vel non appareat quis ſeminauit.*

SEqueſtrationum alia conuentionalis, alia iudicia-
1 lis, ſeu contentioſa.† Conuentionalis dicitur, de-
poſitio rei ſine iudice facta à pluribus, certa condi-
tione adiecta de cuſtodienda ea & reddēda, vt l. pro-
pter. & l. is penes quem. C. depoſit. & l. propric. ff. eo-
dem & l. is apud quem. §. 1. & 2. eodem tit. & eſt notā-
2 dum quòd hæc ſequeſtratio non eſt prohibita.† Iudi-
cialis ſeu contētioſa ſequeſtratio, eſt depoſitio à plu-
ribus litigantibus de re, de qua controuerſia eſt, facta
iudicis authoritate apud officium, vel ædem ſacram,
vt l. ſequeſtrum, de verb. ſignif. & l. licèt. de poſſ. & l. ſi
fideiuſſor. §. final. ff. qui ſatiſd. cogantur. Hæc tamen
ſequeſtratio regulariter eſt prohibita, vt l. 1. Cod. de
3 ſequeſtr. pecun. niſi in † caſibus ſpecialibus qui ſunt
ibi, ſcilicet ſi res mobilis petatur à perſona ſuſpecta,
& non cauente de iudicio ſiſti, & re non baratanda,
vt l. ſi fideiuſſor. §. fin. qui ſatiſdat. cogan. & l. ſenatus,
de offic. præſid. Item ſi vir, vxore furioſa, diſſipet res
dotales, vel ab eo diſſipari ſuſpicatur, vt l. ſi cùm do-
tem. §. ſin autem, ſolut. matr. Cæterum vxore in ſenſu
manente, dos apud eam daretur, vt l. vbi adhuc. C. de
iure dot. Item ſi ſuper quæſtione agri appellatum eſt,
& ipſius agri depopulatio de fructibus timeatur, vt l.
Imperator. §. final. ff. de appel. & l. ab executione. C.
quo appel. non recip. Item ſi ſit contumax in cauen-
do de collatione facienda, vt l. 1. §. ſi frater. ff. de col-
lation. bon. Item ſi ſeruus proclamauit in libertatem,
vt l. 1. §. ſuper. C. de aſſer. tol. & l. final. C. qui ad liber.
proclam. Item ſi ſit controuerſia inter dominum &
colonum de dominio rei, & colonus noluerit vel non
potuerit præcauere de ſoluendis fructibus ipſius rei,
vt l. litibus. C. de agricol. & cenſi. Sed facta ſequeſtra-
tione in conuentionali, vel iudiciali, quis poſſidet? di-
co, ipſi ſequeſter, niſi aliud in ſequeſtratione dictum
eſſet expreſsè, vt l. intereſſe, de acquir. poſſ. & leg. licèt
4 in fin. de poſ. Sed † an poſſit officium ſibi datū depo-
nere ſequeſtrarius ante tempus? dico, quòd non, niſi
ex cauſa iuſtiſſima, & tunc iudicis authoritate depo-
nenda eſt ſequeſtratio in æde ſacra. vt l. is apud quem.
§. ſi velit. ff. depoſ. Item tempore reddendi aduenien-
te, quo loco res eſt à ſequeſtratio exhibenda? dico, eo
loco quo actum eſt. Sed ſi de pluribus locis ſit actum,
tunc remittitur arbitrio ſequeſtrarij. Si autem de lo-
co nil actum eſt, tunc coram iudice exhibenda eſt, vt
5 l. is apud quem. §. 1. de poſſ. Sed † ſi tempore reddendi
non velit eam ſequeſtratius reddere, quæ actio com-
petit contra eum? dico depoſita ſequeſtratione, dicta
l. is apud quem. §. 1. licèt alij dicant, præſcriptis verbis
l. ſi rem. §. fin. de prӕſcript. verbis. Sed an dolus ſeque-
ſtrarij veniat in hac actione, dico ſic, vt l. ſi hominem
depoſi & l. qui reſtituere, de rei vend. Sed ſi perſona-
li actione conueniam perſonam ſuſpectam, eò quòd
non poſſidet rem immobilem, an de eius re immobili
fiat ſequeſtratio iudicialis? dico, ſic debitore nōdum
condemnato. arg. l. ſi fideiuſſor, §. fin. qui ſatiſda. cog.
& eſt

&c eſt caſus in §. die.inſtit. de ſatiſda. Si autem con-
demnatus eſſet, tunc eſſet in carcerem mittendus, vt
l. t.C.qui bon.cede poſſ.
6 Sed † quæ cauſæ faciunt perſonam ſuſpectam? dico
mali mores, vt in §.fi.inſtit.ſuſpect.tuto. Item ſi prius
malè fecit, vt l.ſi cui, §.iiſdem, de accuſ. Item ſi non
poſſidebat immobilia, vt l.ſciendum, in princ.qui ſa-
7 tiſd.cog. Item ſi † contentio ſit de poſſeſſione fundi,
& vterque vult colligere fructus, an fiet ſequeſtratio
iudicialis? dico ſic, iudicis officio.l.æquiſſimum, in
princ.vſufr.& l.in venditione.§.ſi de bon.auth.iudic.
8 poſſi.& l.ſi.de tabul.exhib. Item an † in actione reali,
petente actore, debeat iudex præcipere reo, vt ſaluos
faciat fructus? dico ſic, vt l.diuus.de pe.hære.& l.fin.
§. ex quadrante.ff. de except. Quid autem faciet
iudex in cauſis ſcriptis? nam conſuetudine obtinetur,
quod iudices noſtri temporis communiter & indi-
ſtinctè fieri faciunt ſequeſtrationes, non inſpecto, an
ille contra quē fiunt, ſit ſuſpectus vel non, vel an reali
vel perſonali conueniatur actione, & ſic derogatur
huic.l.ſi fideiuſſor.§. fin.qui ſatiſda.cog. Item refert,
an fiat ſequeſtratio, vel ſimpliciter interdictio, vt re
illa non vtatur, donec diſcutiatur cuius ſit, & an tunc
ille contra quem ſit, poſſidebat, an alius tempore ſe-
9 queſtrationis. Si † poſſidebat ille contra quem ſit ſe-
queſtratio, tunc eo ſatiſdante de parendo iuri, & re nō
baratanda, ſine aliqua alia ratione ſiue petitione de-
bet reuocari ſequeſtratio, per dictam l. fideiuſſor.§.fi.
Si autem alius poſſidebat, tunc ſi ille qui poſſidebat,
ſummatim probauit de poſſeſſione ſua aliquali peti-
tione data, debet reuocari, nulla ſatiſdatione data vel
fideiuſſione, argument.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper.de re
10 iudicata. Si † verò fuerit interdictio ſola, tunc aut ille
contra quem facta eſt, poſſidet ſolus, aut ſimul cum
alio, qui eam fieri fecit: ſi poſſidet ſolus, & de hoc iu-
dici conſtet, & parti ſatiſdatione data, debet reuoca-
ri. Si verò poſſidebat ſimul cum alio, qui eam fieri fe-
cit: tunc tandiu durabit ſequeſtratio, quandiu de iure
vtriuſque diſcutiatur, ſi iudici videbitur, argument.l.
æquiſſimum, de vſufruct. Si verò ſit dubium, quis poſ-
ſideat tempore interdicti, tunc habebit locum d.l.
æquiſſimū, & in hoc caſu qui ſe dixerit poſſidere, ha-
bebit offerre petitionem ſuam, & de iure ſuo ſumma-
tim probare ab initio: quia ſequeſtratio de iure fieri
non debet, quando perſonalis actio fieri ſperatur, ſed
tantùm in reali actione locum habet, & ſic intelligi-
11 tur d.l. ſi fideiuſſor.§.fin. Item † ſi perſona ſuſpecta
non ſit, etiam in reali locum non habet, immò plus
dico, quod & vbi perſona ſuſpecta eſt, vt in d.§.habe-
12 tur. Sed † quanto tempore durabit ſequeſtratio? di-
ſtingue, aut actor paratus eſt procedere in cauſa, aut
non: ſi conſtat ꝙ agere & procedere paratus ſit tan-
diu durat, quandiu fuerit ſatiſdatum, vel lis finem ac-
ceperit. vt d.§.dicitur. Si verò non procedat in cauſa:
& tunc aut ſtat per eum, aut per iudicem, vel per ca-
ſum, quia fuerunt feriæ indictæ. Si per eum ſtat, ſta-
tuendum eſt ei tempus à iudice, infra ꝙ agat, vel age-
re incipiat, vltra verò non auditur, & tenet ſequeſtra-
tio, argumen.l.ſi per prætorem.§. ait prætor.ex qui-
bus cauſis maiores, & l.diffamari.C.de ingen.& ma-
numiſ.& l.mancipiorum, de option.lega.& c.paſto-
ralis, de except.& vide glo.in l.ſi oleum, de dolo. Sed
hoc caſu quantum temporis aſſignabit ei iudex? dico
recorrendum ad id, quod dicitur in l.cùm proponas.
C.de bonis authoritate iudicis poſſidentis, licèt alio
caſu loquantur illa iura. Vel dic, duorum menſium, vt
in § t.in authent.de exception. Tu dic, moderandum
tempus arbitrio iudicis, argum.l.1.§ fin.de iur.delib.

arbitrariæ enim ſunt tales actiones.l. ſiue pars.C. de
dilation. Si vero ſtat per iudicem, ſequeſtratio ab eo
fieri non debet, nā iudex ſi aliquo caſu impeditur, vel
aliqua ex cauſa, tunc eis impedimentū non debet ali-
cui partiū onerosum fieri, vt in l. 1. in fi.ff.ſi quis cau.
13 & §.1.in authen.de appellatio. Melius † eſt enim non
incipere, quam ab inceptis turpiter reſilire. argumen.
§.omnem, in fi.de litig. Si verò per caſum, tūc ſi caſus
ſuperuenerit ex perſona actoris, reuocabitur. Si verò
14 ex parte rei, tunc facienda reuocatio nō eſt, quia † ca-
ſus rei, actori nocere non debet, argum.d.l.colonus,
15 & l.non debet. de re iudi. nec † ſuccurrendum eſt ei,
qui ſibi neceſſitatem impoſuit, argumen.l.non exigi-
16 mus. Quid † ſi infra tempus ſtatutum iudex ipſe mu-
tetur, vel moriatur, & alius ſubrogetur loco illius, vel
lite pendente, & mota hæc cōtingat, vel nullo termi-
no aſſignato, vel cauſa inchoata deceſſerit iudex, vel eſt
mutatus, quid erit in caſibus iſtis? Certè videtur lex di-
cere, quod tandiu duret, donec fuerit ſatiſdatum, vel
lis finem acceperit, vt d.§.dicitur. argument. l.me-
miniſſe.de offic.proconſul.& leg.& l.fin.de peo.leg.
& l.cùm apud.ff iudic.ſol.
17 Quæro, an † ille penes quē ſit ſequeſtratio, debeat
eſſe idoneus pro quantitate rei ſequeſtratæ? textus
eſt, quòd ſic, in l.litibus.ff.de agrico.& cenſi.lib.11.
18 Quæro, † an ſequeſtrarius cadens à poſſeſſione rei
ſequeſtratæ, habeat actionem ad ipſam recuperan-
dam? dico quòd ſic, vt l.poſtquam.§.Imperator.ff.vt
in poſſeſſ.leg.
19 Quæro, an † ſi res ſequeſtrata ſeruando ſeruari non
poſſet, poſſit vendi per ſequeſtrarium? dico quòd ſic,
per dictam l. litibus & l. ſi magiſtratus, de priuileg.
credit.& l.18.cui.§.legatorum, vt in poſſ.leg.& l.fin.
de requir.re.
Quæro, quid ſi ille cuius eſt res ſequeſtrata, non ha-
bet aliunde vnde viuat, an petere poſſit ſe ali de fructi
bus rei ſequeſtratæ, vt re ipſa? text.eſt quòd ſic. in l.fi.
C.de agricol.& cenſi.
20 Quæro, † licèt nō poſſit fieri ſequeſtratio, vt l.1.C.
de prohibit.ſeq;. poteritne peti, vt fiat deſcriptio bo-
norum debitoris, vt ſciatur quid eſt in bonis eius? tex.
eſt quòd ſic, in l.1.§.pen. de ven.in poſſ.mit. & no.in
l.facultas.C.de iur.fiſc. lib. 10. In caſibus tamen po-
teſt fieri ſequeſtratio, vt habetur in glo.in lib.1.C.de
prohib.ſeq.& l.fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſd.cog.cum
ſua glo.
21 Quæro, † canonici S.Euſebij agunt contra comitē
interdicto vti poſſid. ne inquiret eorū poſſeſſionem,
quid iudex faciet de fructibus, quia quilibet vult eos
colligere? quod debeant ſequeſtrari, nō reperitur le-
ge cautum, immò prohibita eſt ſequeſtratio genera-
liter, vt l.1.C.de prohib.ſeq.pec.niſi in caſibus inter
quos nō connumeratur, ar.tamen eſt, ꝙ debeāt depo-
22 ni: quia † iudex pacatam & quietā debet habere pro-
uinciam ſuam & homines ſingulos, nec pati debet ve-
nire ad arma & rixam, quos ſua iuriſdictione compe-
ſcere poteſt, vt l.cōgruit.de offic.præſid.& l.ſi eius.§.
ſi inter duos.de vſufruct.nō obſt.l.1.de ſeq.pecu.quia
ibi agebatur de pecunia, ſicut in ipſo text.patet, hîc
autem de fructibus, & ꝙ apud aliquē habeāt deponi
fructus, eſt argu.in l.ſi.ff.de tab.exhib. vbi dicitur, ꝙ
ſi inſtrumentū falſum dicatur, ſtatim debet iudex ip-
ſum accipere, & penes ſe cuſtodire. ſed poſſet aſſigna-
ri ratio diuerſitatis, ꝙ propterea deponitur inſtrumē-
tū, ne aliquid falſitatis addatur, vel ne aliquid detra-
23 hatur, quid dices? dico † ſi cōſtat ſeminatas poſſeſſio-
nes per tertium, vt per colonum, & hoc vtraque pars
cōfitetur ruſticum coluiſſe, planum eſt quod rultieus

interim omnes fructus habebit, ſaluo iure illius, qui dominus apparebit, vt l. cuiuſque. §. 1. de vſufruct. leg. nam poteſt qui hoc genus depoſiti impetrat, nec dicitur interuertere poſſeſſionem, cùm habeat iuſtam cauſam, vt l. ſi quis rem. de acq. poſſ. & in hoc caſu ille reſtitutus poterit fortè facere gratiam vni litigatorum, vt l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. de leg. 2. Quid
24 † ſi vnus vult ſatiſdare colono, de conſeruando eum indemnem aduerſus alterum? dico quod ipſe præfera
25 tur. Quid † ſi non conſtat tertium, vel alium ſeminaſſe, tunc fructus debent deponi in locum quem elegerit iudex, vt l. 1. §. apud Iulianum depo. poſſet tamen dici quòd in hoc dubio pro illo præſumatur qui agit, quia lex dat conſilium, vt illi demum agant, qui ſpem obtinendi habent. vt l. 1. de inoffi. teſtam. Si autẽ vnus litigatorum ſeminauit, vel ſeminari fecit, apud eum eſſe debent, præſtita ab eo cautione de cuſtodiendis
26 fructibus. Quid † ſi vterque ſeminauit, vel fructus ſint naturales: vel nõ apparet quis ſeminauit? in omnibus iſtis caſibus debet iudex inuenire bonum virum, cui fructus committat ſaluo iure vtriuſque partis, vt l. intereſſe, de acq. poſſ. & l. in venditione, de bon. autho. iudic. poſſi. §. fin. & hoc de mente iuris, & ex conſuetudine generali.

FINIS.

TRACTATVS SEQVESTRORVM, EDITVS PER CLARISSIMVM ET PRÆSTANTISSIMVM D. DOCTOREM

Dominum Franciſcum Curtium Papienſem, ordinarium Iuris Ciuilis de mane in fœlici ſtudio Ticinenſi legentem, ſub anno 1483. de menſe Octobris, in commento legis vnicæ. C. de prohibi. ſequeſtra. pec.

IN QVO VTILES ET QVOTIDIANAS quæſtiones in materia ſequeſtri facilè iuris ſtudioſus inuenire poterit,

Cum Summariis nouiter additis.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ dictio, qualiter ſiet, & quot modis capiatur.*
2 *Pecuniæ appellatione in ſtatutis odioſis, in dubio venit pecunia numerata.*
3 *Pecunia & nummus ad paria referuntur.*
Nummus vnde dictus.
4 *Nummus eſt futuræ neceſſitatis fideiuſſor.*
Pecunia eſt vita hominis.
5 *Conſuetudo populi Romani ad pecuniam reponendam, qualis fuit.*
6 *Sequeſtratio de quibus rebus ſit prohibita, & in quibus caſibus fallat. 7. 9. 12.*
7 *Poſſeſſionis commoditas nemini eſt auferenda.*
8 *Sequeſtratio vbi eſt dilapidationis timor, an poſſit obtineri, nondum lata ſententia.*
9 *Dilapidationis rei & fructuum iuſtus timor quando dicatur in poſſeſſore ad ſequeſtrationem petendam.*
10 *Poſſeſſor, pendente ſequeſtro fructuum, an & quando ex eis ali debeat.*
11 *Monachus cum Abbate litigans, litis expenſas & alimenta à monaſterio capit.*
12 *Sequeſtratio litigioſi fundi per partes tumultuantes petita, qualiter per iudicem concedenda.*
13 *Pretium rei emptæ an prius numerandum, quàm res tradenda.*
14 *Sequeſtratio poſſeſſionis & fructuum beneficij, lata ſententia, quando fieri non poſſit.*
15 *Inuentarium fructuum & rerum per partem peti an poſſit, ſequeſtratione licèt prohibita.*
Deſcriptio ſimplex ſine incorporatione contra omnem malitiam occurrit.
16 *Patrimonium non totum pandi omnium intereſt.*
Tutor, cui per teſtatorem remiſſum eſt inuentarium, an pati debeat bonorum deſcriptionem fieri, ne bona baratentur.
17 *Teſtator an poſſit vxori remittere inuentarij confectionem, & cautionem de vtendo arbitrio boni viri.*
Inuentarium caput eſt rationis reddendæ.
18 *Sequeſtrandi modus triplex.*
19 *Sequeſtratio quotuplex ſit, maximè quæ iudicis mandato ſit. 22. 24.*
20 *Sequeſtrationis diffinitio, & vnde dicta. 25.*

21 Sequeſter

21 Sequeſter dicitur, qui certantibus interuenit medius 26.
23 Dignitas tanquam vni ſemper deſponſata, duos non debet habere viros.
24 Sequeſtratio facilius inducitur in iudicio vniuerſali, quàm ſingulari.
Poſsidens vniuerſa, ſingula non poſsidet.
Sequeſtratio quotuplex ſit, & quibus modis fiat.

QVOTIES in hac lege vnica poſita in titul. de
prohib. ſequeſt. pecu. C. ante principium ſtudij
anni præſentis Tractatum & materiam Sequeſtri in-
ſerere & ordinare inſtitui: quia commodius alibi tra-
ctari non poſſet. Sic commentando legem iſtam, in
ore vulgi, & in ſcholis, & in foro ſæpè diuulgatam.
Diuiditur in tres partes. In prima ponitur dictum. In
ſecunda, ratio dicti. In tertia, ratio rationis, ſecunda
ibi, oportet enim, tertia ibi, quam rem, ſecundum Sa-
licet. h. d. Sequeſtratio eſt prohibita. h. d. & ad hoc
quotidie allegatur.
1 Nota † primò ex text. ibi, pecunia poſtulatur iun-
cta gl. 1. & rubrica tituli, quod verbum pecuniæ, ſumi-
tur largè per text. in l. 2. infrà de conſtituta pecunia. l.
pecuniæ verbũ ff. de verb. ſign. & ita tranſeũt omnes.
Credo omnes errare, quia nedũ largè, immò largiſſi-
mè ſumitur, vt videbimus inferiùs, quæ etiam ſeque-
ſtratio eſt prohibita de re immobili. Pecuniæ enim
verbũ, tribus modis ſumitur. Strictè pro pecunia nu-
merata tantùm. l. ſed Iulianus §. mutui donationẽ. ff.
ad Macedo. Et ſic intelligimus ſecundùm cõmunem
vſum loquendi, dicit Bart. not. in l. talis ſcriptura. ff. de
leg. 1. ſubiiciens probandum eſſe de iſto cõmuni vſu,
quaſi ſentiat, quod niſi probetur de cõmuni vſu, ali-
ter intelligeretur. Dubitaui ſemper, quia immò abſq;
probatione communis vſus, videtur in dubio intelli-
gendum de pecunia numerata, per text. in d. §. mutui
dationem, ibi, ait enim ſenatus mutuã pecuniam de-
2 diſſe. † tamen iſtud verbum Barto. ſequuntur omnes:
quia ſic etiam videmus in ſtatutis exorbitantibus &
odioſis, vt in illis intelligatur de pecunia numerata,
vt ſentit Bart. in d. l. talis ſcriptura, & idem Bart. in l.
ſingularia. in 3. col. ibi. Quartò eſt ſpeciale. ff. ſi cert.
per. & ita intelligitur Bal. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert.
pet. Et idem etiã in reſcriptis ſecundùm Ludo. Rom.
ſingulari. 215. incipiente, Tu habes gl. vbi pulchrè lo-
quitur, allegat Innoc. in c. ſedes Apoſtolica. extra. de
reſcrip. & ibi per Imol. & doct. Secundò ſumitur lar-
gè, pro his quæ ponderè, numero vel menſura conti-
nentur. l. 2 §. creditum. ff. ſi cer. pet. & d. l. 2. ℥. de con-
ſti. pecu. Tertiò ſumitur largiſſimè, pro omnibus re-
bus & corporibus. d. l. pecuniæ verbum, ita declarat
Bar. in d. l. talis ſcriptura, poſt glo. idem glo. & doct.
3 in d. §. creditum. † Pecunia enim & numinus ad paria
referuntur, vt ſentit Bart. in d. l. ſingularia, ſed Salice.
ibi & Roma. non ponderantes Bart. dixerunt nummũ
capi ſemper ſtrictè pro pecunia numerata, mihi nun-
quam placuit fretus authoritate Philoſophi, 5. Ethi-
corum dicentis, nummum dictum à nomine *νόμος*
quod eſt lex: quia à lege fuit inuentus nummus & pe-
4 cunia. l. 1. ff. de contrahen. empt. † Et ideo Ariſtoteles
dixit, ꝙ nummus eſt fideiuſſor futuræ neceſſitatis, vt
dicit Bal. poſt glo. in l. 2. infrà, de conſt. pec. Et pecu-
nia eſt vita hominis. tex. cum glo. in l. aduocati, ſuprà
5 de aduoca. diuerſo. iudi. † Immò dixit gl. in l. 2. de nu-
mera. & actua. lib. 12. quod cõſuetudo populi Roma-
ni fuit ab initio, vt pecuniam quam ex tributis perci-
piebat in marſupium reponeret: & ſi marſupium non
ſufficeret, ad fiſcum, id eſt, ſaccum deueniretur, & ſi
fiſcus non ſufficeret, deuentum eſt ad ærarium, eo ꝙ
ibi æs reponebatur, æris appellatione fortè tunc tem-
poris omnis pecunia cõtinebatur, & ita populus Ro-
manus fuit auctus, ſecundùm glo. ibi, & ſic remanet
expedita glo. 1. noſtra.
6 Secũdò † not. ex text. regulam prohibitam ſeque-
ſtrationis pecuniæ, quia omni iure eſt prohibita ſe-
queſtratio regulariter, ſiue de rebus mobilibus, ſiue
immobilibus, ſiue de rebus corporalibus, ſiue incor-
poralibus, ſiue de profanis, ſiue de ſpiritualibus. Ioã-
nes Andr. & doctores poſt glo. in c. examinata. extra,
de iud. glo. & doct. in c. 2. in verbo, fructus ſequeſtra-
ri. extra, de ſequeſtratione poſſeſſ. & fructuum, & ibi
Panor. plenè poſt alios. Hoſt. in c. fin. eo. tit. Salic. hîc
poſt glo. & Bald. verb. quæro, an de rebus incorpora-
libus. Melius eſt per Ioan. Mon. quem refert Io. And.
in c. locupletari. de reg. iur. lib. 6. in mercurialibus, &
Archid. latè in c. quia res. tt. q. 1. glo. & doct. in l. ſi fi-
deiuſſor. §. fin. ff qui ſatiſd. cog. in l. Imperatores. §. fi.
ff. de appella. Card. Flo. in cle. 1. de ſequeſtrat. poſſeſ.
7 & fruct. & alibi ſæpè. † Ratio huius regulæ prohibiti-
uæ ſequeſtri illa eſt, quia cõmoditas poſſeſſionis quæ
magna eſt, §. commodum. inſtit. de interdict. nemini
eſt auferenda. c. 1. extra, vt lite pendente. c. 1. extra, de
ſequeſt. poſ. & fruct. cap. volumus. 16. q. 4. Nam ante
ſententiam nimis properè executio petitur. l. 1. infra,
de executio. rei iudic.

Fallit iſta regula in pluribus caſibus enumeratis,
per gl. Hoſt. Archid. & Panormi. in locis allegatis, ex
quibus recenſebo vtiles & quotidianas, aliis omiſſis.
Primò fallit pendẽte appellatione ab executione ſen-
tẽtiæ in caſibus, in quibus de iure appellari poteſt ab
executione. Nam licèt aliàs requiratur ſuſpicio fugæ,
vel dilapidationis: tamen iſto caſu non requiritur ali-
qua ſuſpicio, ita declarant Bald. & Lud. Rom. in d. l.
ſi fideiuſſor. §. fi. Quia præſumitur appellatũ malitioſè
ſeu cauſa morãdæ vel impediendæ executionis. l. ſatis
apertè. infrà, de falſis. d. Anto. Card & Imo. in c. poſt
electionem. de conceſ. præb. Ang. in l. 4 §. cõdemna-
tum. ff. de re iud. Iſtã rationem aſſignat Panor. in d. c.
2. extra, de ſequeſt. & fruct. in 2. col. Secundò fallit,
quotieſcunque peteretur res immobilis: ſi dubitetur
de dilapidatione fructuũ in cauſa principali, poterit
ſequeſtratio fieri, ita Panor. in d. c. 2. in 1. col. & clariùs
in c. fi. eo. tit. ſubiiciẽs, ꝙ vbi inſurgit æquitas vel præ-
ſumptio mouere debens iudicem ad ſequeſtrandum,
vel quod timeatur de conſumptione rei & fructuum,
vel ꝙ litigetur cauſa deferendi iudicij, & capiendi in-
terim fructus: iudex poterit ſequeſtrari facere, quaſi
ſentiat, quod ſequeſtratio ſit multũ arbitraria iudici.
Quòd nõ puto verũ, niſi in caſibus iure expreſſis, ſeu
omnimodã ſimilitudinẽ habentibus, vt patebit ex in-
8 frà dicendis. † Contrariũ tamen, quòd regula prohi-
bitiua ſequeſtri, in cauſa principali procedat: teneo,
vt ſequeſtratio prohibeatur nondũ lata ſententia, etiã
ſi oriretur timor depopulationis fructuum vel dilapi-
dationis rei: quia licet reperiatur iure cautũ penden-
te appellatione, ſi timeatur de dilapidatione fructuũ,
poſſet ſequeſtrari, d. l. Imperatores. §. ſi à cõtrario ſen
ſu erit prohibitio firma, ſi reus eſt ſoluendo, vt nõ fiat
ſequeſtratio in cauſa principali, ſecundùm Salicetum
hîc, motus: quia ſpeciale videtur in dote, l. ſi cùm do-
tẽ, § ſin autem in ſæuiſſimo. verſ. ſi verò dotem. ff. ſol.
matr. Quia licet dos tranſierit in dominium mariti,
tamen oneribus matrimonij & mulieris eſt ſubiecta.
l. in rebus & l. vbi adhuc, infrà, de iure dotiũ, nimirũ
ſi ſequeſtratio permittitur: ergo in contrariũ erit ius
commune,

cõmune,& iſta opinio videtur ſubtilior & verior, & ſatis dependet à proximè dicendis in tertia fallentia.

• Tertiò fallit vbicunque ſubeſt timor ꝙ appellatus poſſeſſor, lite pendente, fructus in alimoniam ſuam
9 vel ſuæ familiæ cõuertat,† quia dicitur ſubeſſe iuſtus timor dilapidationis ad concedendam ſequeſtrationem,textus eſt cum gloſſa,quem ad hoc põderat Angelus in l. diuus.la 1.ff. de petitione hæreditatis. Archidiaconus in d.cap.quia res. Panormitanus in d.c. 2.Angel.in d.l.Imperatores.§.fin.& ibi Moder.Bald. in d.l.ſi fideiuſſo.§.fin.& in c.1.§.fin.in tit.quo tempore miles. Contrarium tenuit Io. de Anania in d.l. Imperatores,quia appellanti debet cõſeruari ius ſuæ poſſeſſionis.c.non ſolũ,de appel.lib.6.iuncta.l.Titia. de ſolut.ergo poterit cõuertere in vſus.ſuos. Et idem tenet dom.Card.in d.c.ſi. quia ſi poſſeſſor vtitur fructibus ſicut prius,niſi diſſipet, id eſt publicè depopuletur fructus,id eſt, quãdo verſatur aliter quã ipſe ſolet,vel quã ſolet prudẽs paterfamilias:tunc pendente appellatione,fieri poteſt ſequeſtratio,aliàs nõ.ita intelligit tex.in d.l.Imperatores.in fi. & gl.in l.ab executione.C.quorũ appel.nõ reci. Primã tamẽ opinionem tenet Bal.& Ludo.Rom.in l.ſi ſeruum.in fi.ff.de acq.hær.dicentes,paria fore ad concedendum ſequeſtrũ,vel ꝙ dilapidet,vel ꝙ conſumat in proprios vſus. Et ſequitur Pan.& communiter doct. poſt Innocentium in d.c.ſi.in hac difficultate Ang. Aret.in d.l.Imperatores.§.fi.& ante eum Panor.in d.c.ſi.cõcordando opi.diſtinguunt.Aut appellans eſt aliàs ſoluendo, ſi vtatur eo modo quo prius,nõ cõcedetur ſequeſtrũ. Si autem non vtatur eo modo,ſed dilapidet, diſſipet & depopuletur,tunc fiet ſequeſtrũ,quamuis foret ſoluendo,propter præſumptionẽ ortam ex ſententia contra appellantẽ,& propter ſiniſtrã ſuſpicionẽ ortam ex dilapidatione vltra ſolitum morem,& ita tenet Ioan. Monac.in d.c.locupletati,& Imo in cle.1.de ſequeſt. poſſeſſ. Nec huic obſtat,quòd ſit ſoluendo: quia ipſi fructus principaliter debentur,de quibus magis contẽdebat dominus,quàm de ipſa æſtimatione. Et licèt iſta ratio militet in cauſa principali,tamen non militat præſumptio inſurgens ex prolatione ſententiæ:igitur non debet impediri,lite pendẽte,vti ſua poſſeſſione. Aut poſſeſſor nõ eſt aliàs ſoluendo: tunc procedat opinio contraria,quod conuertente illo in ſuos vſus, fiat ſequeſtrum. Et ſic nõ erit ſpeciale in cauſa appellationis:quia idem foret in cauſa principali,ſecũdùm Panormitanum,ibi, & eſt æqua & ſubtilis inueſtiga-
10 tio, vt dixi in præcedenti fallentia.† Circa iſtam fallentiam incidenter quæro,an pendẽte ipſo ſequeſtro (ſi non habeat ille cuius fructus ſunt ſequeſtrati vnde ſe alimentet)debeat ſe alimentare ex eis.text.nota.in d. l.is cui.§.cui legatorum.ff.vt in poſſeſſio.leg.quem ponderat Bart. ibi dicens ſingularem, decidit quòd ſic,& ſequitur Ludo.Roman.in d.l.ſi fideiuſſor.§.fin. in d.l.ſi ſeruum.§.fin.Et ſic debebunt tot fructus ſufficientes ad litem & alimenta ſibi relaxati arbitrio iudicis.l.fin.C.de ordin.cogn.& ibi expreſsè ponderat Sal.poſt Bald.ibi, quod eſt notan.Idem Salic.hic
11 adducens † ſimile in monacho litigante cum Abbate:quia debet habere expenſas litis & alimoniẽ à monaſterio,ne cogatur litem deſerere, & ab illa deſiſtere,allegat.cap.ex parte.extrà.de accuſa.

Quartò fallit, quando vtraque pars contendit ſe poſſidere,& iuſtè timetur,ne partes deueniant ad arma in colligendis fructibus, l.æquiſſimum.ff.de vſufruct. Et ita tenet Bartolus per text.ibi in l. ſi vſufructus.§.ſed ſi inter duos.ff.de vſufruct.quia poterit iudex prohibere vtrique parti ingreſſum,ne veniant ad arma & rixas.Bartolus in l.fina.de edict.diui Adrian. tollen.docto.in dicto capitul.ſecundo.Specul.titulo de ſequeſtra.poſſeſſion.& fruct.in princip verſiculo, ſed nunquid, & ita tenent omnes, & ſuper hoc periculo & ſcandalo diſcutiendo requiritur partis præſentia, nec crederetur verbis iudicis ita aſſerentis. Angelus in conſilio 103. in fine.quod incipit, Iacobellus & Lucas.Circa prædictam fallentiam incidenter quæro. Sempronius agit contra Titium ad fundum cum fructibus, timetur ne partes ad arma, rixam, aut ſcandalum perueniant: an iudex poterit ad alterius partis ſuggeſtionem fundum cum fructibus ſequeſtrari facere ſine præiudicio iurium vtriuſque
12 partis. Baldus hic mouet & decidit, † quòd vbi conſtat iudici alterum tantum poſſidere,nõ debet ſequeſtrare, ſed mandare aduerſario ne accedat & turbet poſſeſſorem, ita intelligit dictam l.æquiſſimum.& d. l.ſi oleum.quando dubitabatur quis poſſideat,& partes ſunt in procinctu armorum. Illud fuit dictum Innoc.in cap.in præſentia.extra,de probation. Immò ſi non apparet quis poſſideat, debet ſummmatim ſe informare,& tueri quem inuenerit poſſidere,ſecundùm Innocentium ibi Cyn.in l.1.C.vbi poſſ.Bald.in l.quidam æſtimauerunt. ſi cert.pet. in l.ordinarij.ff. de rei vendic.in l.ſi diſceptetur.ff. vbi pupil.educa.debe.in l.2.C.de Summa Trinitate.in l. ſuper poſſeſſione, & ibi dixi ſuprà, de tranſactionib.in l. edicto.de edict. diui Adriani tollend. & alibi ſæpè. Iſtud Bald.exclamat.& voluit pulchrè Specul.tit.de libel. concept.§. nũc dicendum.verſ.21.& Practicus Papienſis in operè ſæpè allegato,vbi multũ eleganter loquitur. Quintò fallit,in odium cõtumacis:quia permittitur ſequeſtratio c.ex literis,extra de dolo & contumacia.& ibi not.Bald. & doctor. idem Bald.in d.l. ſi fideiuſſor.§. fin.& in l.conſentaneum.in 8.not.infrà, quomodo & quando iudex.Salic. hic Ang.Aret. in d.l. Imperatores.§.fin.quia ſi in parendo vel ſiſtendo in iudicio eſt contumax, poteſt ſequeſtratio fieri. Innoc.in c.1.de ſequeſtrat.poſſeſſ.& fruct.Tractat.latè Card.Flor.in d.cle.1.in 22.quæſt.Sextò fallit.lata ſententia in iudicio vniuerſali,puta aliquem eſſe hæredem: tunc omnes res de quibus dubitaretur, ꝙ eſſent hæreditariæ, ſequeſtrari poſſunt.Bal.in l.ſi.C. qui ad liber.procla. non licet.Septimò fallit,vbi venditor non vult tradere rem venditam,niſi habeat pretium, & emptor non vult dare pretium,quia alter non confidit de alio,tũc deuenitur ad ſequeſtrum.l.ſi ſoluturus.§.fin.ff.de ſolution.Hoc caſu quando emptor & venditor nõ confidunt inuicẽ,fit ſequeſtrũ momentaneũ hinc & inde
13 d.l.ſoliturus.† De natura tamen contractus eſt,quòd prius pretium numeretur:ſicut emptor prius nominatur,quã venditor.l.1.ff.de rerum permutatio.ita dicit Bal.in c.1.de ſequeſtr. poſſeſſ.& fruct. Octauò fallit, lata ſententia contra aliquem ſi timeatur de dilapidatione fructuum, iudex incõtinenti poteſt ſequeſtrari facere.d.l.Imperatores.§.fi.Immò vbi fertur ſentẽtia ſuper beneficio,incõtinenti fit ſequeſtratio poſſeſſio-
14 nis & fructuũ beneficij: † niſi reus tenuiſſet illud per triennium.clement.1.de ſequeſtr.poſſ.& fruct.Quod limitat Ioan.And.in addition.Specu. in tit.de ſequeſtra.poſſeſſ.& fruct.in 2.col.& ſequitur latè dominus Cardi.in d.cle.1.verſ.4.quæro, niſi reus primo obtinuiſſet ſententiam, quia licet poſtea ſuccubuiſſet per ſententiam in cauſa appellationis,nõ fieret ſequeſtratio.de qua in d. cle. 1. ſed oporteret expectare aliam ſententiam.Et ſic no.limitatur.d.l.Imperatores.in ſi. quod eſt no. Cæteras fallentias traditas per glo. Ioan. Mona. Hoſtien. Panor. & alios poſt Archid. in locis allegatis

allegatis omitto: quia ſunt plurimæ, adeo ꝙ poſſent conſtituere regulam permiſſiuam, vt dicit gloſſ. alibi in §.ſi quis alij, inſtit.de inutil. ſtipulatione, quarum multas inferius in diſcurſu tractabimus.

15 Illud † tamen ſciendum & notandum eſt, ꝙ licet ſequeſtratio regulariter ſit prohibita: tamẽ pars ſemper petere poterit deſcriptionem fructuum & rerum fieri ad hoc, vt ſciatur quantitas, ad faciliorem probationem, ſecũdùm Bartolum & Salicetum hîc Bartol. Ang. & Modern. in dicta l. Imperatores. §.fi. Bartol. poſt Andræã de Barulo in l. facultas. de iure fiſci. lib.10. Bald. in d.c. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. do. Anto. in c.2. eod. tit. Bald. in d.l. ſi fideiuſſor. §.fin. Bart. in l. poſt contractum. in fin. ff. de dona. in l. fi. de requiren. reis. Barto. per text. ibi nota. in l.1.§.fin. ff. de vend. in poſſeſſ. mitten. Ratio diuerſitatis aſſignatur per Ang. & Moder. in d.l. Imperatores. §.fi. quia per ſimplicem deſcriptionẽ abſque incorporatione occurritur contra omnem malitiam, nec ex ea priuatur poſſeſſor ſua poſſeſſione, ꝙ eſt nota. Prędictam tamen deciſionem limitauit Bald. hîc dupliciter. Primò vt procedat in deſcriptione ad probãdum tantùm, & non in ea quæ fieret ad incorporandum per tex. not. in d.l.1.§. eligitur. ff. de ven. in poſſeſ. mitten. Allegat not. per Innocentium in c.fi. extra, de hæreti. Secundò limitat Bal. ſi deſcriptio fieret abſq; iniuria partis, vt puta deſcri-
16 bendo fructus agri. Secus, † ſi quis vellet deſcribi facere bona in capſis vel ſupellectilia: quia iudex debet eſſe diſcretus, vt res procedat ſine iniuria: cùm interſit cuiuſcunque, ne totum patrimonium pandatur. l.2. de alimentis pupil. præſtan. & l.2. infrà, quibus & quando, quando quarta pars debe. lib.10. facit ꝙ pulchrè voluit Bald. in conſil. incip. In Chriſti nomine, Amen. petitus tutor à matre, per text. in d.l. facultas. Licèt teſtator remiſerit inuentarium tutori, tamẽ debebit pati fieri deſcriptionẽ bonorum ad faciliorem probationem, & ne bona baratentur, ꝙ eſt menti tenendum. Ego ſoleo allegare tex. in l.1.§ rectè autem. ff. quemad. vſufr. caue. Faciat ꝙ voluit Paul. de Caſtr.
17 conſ.190. incip. Antequam veniam ꝙ ſicut † teſtator non poteſt remittere vxori cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri. l.1. & ibi not. C. de vſuf. l. ſcire, infrà, vt in poſ. leg. arg. l. conueni. ff. de pact. dota. Ita nec confectionem inuentarij, ꝙ ordinatur ad prædicta: cum ſine eo non poſſit bene ſciri, an vſa ſit arbitrio boni viri, & an dictas res reſtituerit, meritò ſolet fieri deſcriptio, ꝙ appellatur inuentarium, d.l. facultas. & d.l.1.§. eligitur. Ita Paul. de Caſt. ibi. Nam inuentarium dicitur caput rationis reddendę. Bald. & Imol. in l. cum tale. §.1. de condit. & demonſt. Et prędicta quotidiana multum nõ ſunt. Et ſic remanet expedita glo. magna, ponens multas fallentias, vt in gl.

18 Reſtat † oportuno loco ſequeſtrationis materiam attingere. Inuenio tria fore diuerſa, ſequeſtrationem, deſcriptionem, & inhibitionem, dixit Bal. in d.l. ſi fideiuſſor. §.fin. & modum ſequeſtrandi triplicem eſſe, ſecundùm Sali. hîc. Aliquando perſona & non res ſequeſtratur, putà, iudex mandat partibus vel alteri, ne ad locum accedant cauſa rixæ & ſcandali euitandi. l. fi. ff. de offic. procu. Cæſa. Aliquando res & non perſona. Exemplum, mandat iudex cautiones communes deponi, & iſtis duobus poſſeſſio nõ perditur, quia in primo caſu res non traditur tertio. Et in ſecundo, quia quilibet cohæredum poſſidet, & quilibet copiam accipit, & originalia etiam exhibentur in iudicio vbi opus eſt. Aliquando ſequeſtratur res & perſona, & iſta eſt propria ſequeſtratio, de qua tractat lex noſtra: quia res à perſona, & perſona ab ipſa re ſeparatur. Et in hoc, an ex iſta perdatur poſſeſſio in dubio, videbimus infra in q.20.

19 Quarto † igitur primò, an ſequeſtratio ſit multiplex Archi. in d. cap. quia res. & Ioan. And. poſt Ioan. Mo. in in d. cap. locupletati. Bald. & Salic. hîc Bal. in d.c.1. de ſequeſt. poſſ. Card. in d. Clemen.1. dicũt duplicem eſſe ſequeſtrationem, Alteram voluntariam ex beneplacito & conuentione partium, & iſta ſemper eſt permiſſa. l. intereſſe puto. ff. de acquir. poſſeſſ. Altera dicitur iudicialis, quia fit à iudice, & iſta fit altero de duobus modis, aut de re non contentioſa, vel ad iuris ſui conſeruationem. Exemplum in hęredibus volentibus ius ſuum conſeruare in poſterum ſuper tabulis teſtamenti, & cautionibus communibus: quia ſi ius nõ concordat, vel ipſi cõuenire nõ poſſunt, iudex facit illa ſequeſtrari. l. ceteræ. & l. ſi quæ cautiões. ff. familiæ erciſcũdæ. l. fi. ff. de fide inſtrumen. vel ad euitationem oneris. Exemplum, quando debitor ad euitandum curſum vſurarũ vult ſoluere ſortẽ, & creditor nõ vult recipere: ſequeſtratur ipſa pecunia, id eſt, deponitur penes alium. l. acceptam. ℸ. de vſur. l. debitor.
20 ff. eod. † Et in iſtis caſibus ſic diffinitur ſequeſtratio. Sequeſtratio eſt rei liquidæ, ſui iuris tuendi ſeu oneris euitandi gratia, depoſitio, ſecundũ Ioannem Monuchũ, Archidiaconũ & Ioannem Andr. Si verò fieret de re contentioſa, ſecundùm eos ſic diffinitur: Sequeſtratio eſt rei poſſeſſæ ſeu detentæ, quæ in cõtrouerſia vertitur, aut fructuũ eius à poſſeſſore ſeu detinẽte iudicis officio ex cauſa ſeparatio. Nimirum quia dicitur à ſequeſtrando & ſeparando, vel aliter diffiniri poteſt: Sequeſtratio eſt rei, de qua facta eſt cõtrouerſia, depoſitio. l. licèt. in princ. ff. depoſi. vt refert Cardina-
21 lis Florentinus in d. clem.1. in 15.q. † Et in prædictis omnibus ſequeſter dicitur, qui certãtibus medius interuenit, ſecundùm Iſido. Archid. & Ioan. Andr. vel in voluntaria, ſecundũ Panor. in c. examinata. de iud. Diffinitur ſequeſter in tex. l. ſequeſter. ff. de verb. ſign. ille apud quem plures eandem rem, de qua cõtrouerſia eſt, depoſuerit, dictum ab eo, quod occurrenti, aut quaſi ſequenti eos qui contendunt, committitur. d.l. ſequeſter, & ita tranſeunt omnes: quia vterque de cõtendentibus fidem eius ſequitur, vt declarat dominus Cardi. in dicta clemen.1. in 15. quæſt. Aduertendũm
22 tamen eſt, quod † iſta quæ fit mãdato iudicis, poterit fieri altero de quatuor modis. Primo modo ex mero officio præſidentis, quando videt aliquos paratos ad arma & rixas, quos poteſt ſua iuriſdictione compeſcere, quando videt neutram partem curare adire iudicem. dicta l. æquiſſimum, quæ aliàs incipit, Sed ſi vſuſfructus. §. ſed ſi inter duos. Exemplum, iudex dicit, Recipio contentionem veſtram in manu mea, & rem cuſtodire faciam, ideo iubeo coram me compareatis, ius veſtrũ proſequuturi. Iſtud ſæpè fit in Normandia, & in Italia, ne contendentes ad arma proſiliant: & ſic iudex facit coli, & vincenti reſtitui fructus. de quo diximus ſupra in quarta col.

Secundo modo fit ſequeſtratio per officium iudicis mercenarium deſeruiẽs ſequeſtrationi: quia ſi ſeruitium eſt debitũ, poteſt fieri ſequeſtratio, exemplum beneficiatus non vult ſeruire beneficio: pręſidẽs habet ſic curare, quòd eius officium non negligatur, ſequeſtrari faciendo fructus quo ad hoc, vt beneficium officietur, non obſtante appellatione, cap. peruenit ad nos quòd cùm V. extra, de appellationib. vel exẽplum in l.3. infrà, qui ad liber. procla. nõ licet. & in l. prima. §. ſuper peculio. infrà, de aſſertione tollenda. Sic dicunt præfati doctores, quòd vbi duo contendũt de beneficio, quorũ nullus eſt pacificus poſſeſſor, donec

donec controuerſia ſopiatur, poterunt fructus ſequeſtrari: quia non capit duos, ſed vnum tantùm. c. cùm contingat, extra, de reſcriptis. † Nec dignitas duos
23 ſponſos habet, ne inofficiata interim remaneat, fructus ſequeſtrantur viua ratione. Nam vbicunque iudex videt alicui incumbere onus quod non implet, præſes illum monere debet, & ſi non faciat, ſequeſtrabit, dicta l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo, ſoluto matrimonio. cap. per noſtras, extra, de dote poſt diuor. reſtit. Et ſic, ſecundùm Ioannem Monachum, Archidia. Ioan. And. & doct. officium iudicis mercenarium deſeruit ſequeſtrationi faciendæ, vel propter onus rei incumbens, quod non expletur: vel propter rei conceſſę abuſum, dicto §. ſin autem. dicto c. peruenit. d. c. 2. de ſequeſtration. poſſeſſio. vel ex qualitate perſonarum, vbi ex facti natura inducitur incompaſſibilitas prouidendo partibus per cautionem. Exemplum: aliquis proclamat in libertatem aduerſus exiſtentem in poſſeſſionem ſeruitutis, confitetur aliquas res acquiſitas ex re poſſeſſoris: vel ex operib. ſuis, & iſta ſtatim debet reſtituere poſſeſſori: aliàs aſſerit ex donatione vel legato proueniſſe: quia detecta libertate deberent ipſi aſſignari, ideò ſequeſtratio dicitur neceſſaria. d. §. ſuper peculio. & hoc vbi poſſeſſor cauere nõ poteſt, intra, de ordin. cognitio. Si autẽ qualitas vnius perſonæ hoc induceret, & peteretur fieri ab altera parte per iudicẽ, diceretur caſualis ſeu ſpecialis contra regulã noſtrã prohibitiuam. † Et ſecun-
24 dùm præfatos doctores, facilius inducitur ſequeſtratio in iudicio vniuerſali vel quaſi. l. fin. ff. de tabul. exhiben. d. l. fi. de ordin. cogni. d. l. 3. & d. §. ſuper peculio. & l. 1. §. frater. ff. de collat. bono. quam in iudicio ſingulari, vbi aliquis petit ſuum, vel ſibi debitũ: quia non eſt præſumptio, quòd reus ad aliquid ſit obligatus, niſi probetur. Secus, vbi cõtenditur ſuper vniuerſitate: cùm poſſidens vniuerſa, ſingula non poſſideat. l. qui vniuerſas, in principio, de acquirenda poſſeſſio. vel vbi non eſt iam efficax præſumptio pro detinẽte. Et ideo decidunt, quòd ſi duo contenderent de beneficio, & pro altero apparerent potiora iura, quod ille foret in poſſeſſione tuendus vel mittendus. l. fi. infrà, de edict. diui Adria. tollen. Ergo multò magis audiretur ad impetrandum ſequeſtrum, quod minus eſt.

Tertiò modo fit ſequeſtratio ad petitionẽ ſequeſtri. & de hoc eſt tex. in l. ei apud. §. ſi velit. ff. depoſi.

Quartò modo fit ad petitionẽ partis per iudicem, & iſta propriè eſt materia legis noſtræ quotidiana.

Vel aliter, ſecundum Bal. hic multiplex eſt ſequeſtratio. Altera permiſſa & voluntaria, Altera prohibita & temeraria, Altera paſſibilis & cauſatiua, id eſt, quæ cauſatur ex aliqua iuſta cauſa. Altera præceptiua & neceſſaria. Vel ſecundùm eundem triplex eſt: Voluntaria, quæ procedit ex conuentione partium: Prætoria, quæ fit à iudice ante ſententiam, ex qua non amittitur poſſeſſio: Iudicialis, quæ fit per ſententiam & rem iudicatam, per quam amittitur poſſeſſio, ſicut fit in immiſſione. l. diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. de re iud. Sicut dicimus de prætorio & iudiciali pignore, ſecundùm Bald. hic. Et ſic remanet expedita prima quæſtio.

SVMMARIVM.

25 Sequeſter an dicatur officialis, & quod habeat officium.
Sequeſtrum acceptare inuitus non cogitur.
Actio qualis competat aduerſus acceptantem ſequeſtrum.
26 Sequeſtrum eſt officium voluntarium.
Iudex ex officio qualiter cogat recipere ſequeſtrum.
27 Sequeſter an & quando poſſit deponere ſequeſtrum.
28 Sequeſtrum an fieri poſſit apud eundem iudicem, vt deponens liberetur.
Viri ſummi interdum dubitant conſulere.
Iudex cui data eſt electio, ſeipſum eligere non poteſt.
29 Differentia inter depoſitum & ſequeſtrum quæ ſit.
Depoſitum fieri poteſt ſine lite.
Sequeſter in dubio poſſidet.
30 Sequeſtratio priuſquam concedatur, quàm requirit probationem.
31 Viatores ſunt ſemper ſuſpecti niſi ſatiſdent.
Nundinæ quemlibet conſtituunt in præſumptione fugæ.
Viatores & muliones vbi forum ſortiantur.
32 Iudex quando teneatur aſſentire allegantiſuſpectum, & ſequeſtrationem petenti.
33 Suſpectum de fuga quatuor faciunt, & an de neceſſitate requirantur copulatiuè.
Conductor domus, vt ſuſpectus, capi non poteſt.
Suſpicio ex perſonæ qualitate perpenditur, & eſt in iudicis arbitrio.
34 Mores mali an reddant debitorem ſuſpectum ad ſequeſtrandum.
Intellectus ad regulam, qui ſemel malus de reg. iur. lib. 6.
35 Debitorem non poſſidens immobilia, an reddatur ſuſpectus ad rem immobilem petitam ſequeſtrandam.
36 Immobilia pauca poſſidere, qualiter intelligẽda.
Poſſeſſor modicæ ceſpitis, non habendus pro immobilium poſſeſſore in magnis debitis.
Domus vilis & exigua, non habetur pro domo in ſtatutis.
37 Debitor pro modico debito à tutela non remouendus, & idem de creditore.
38 Statutum ſuper ſuſpectis de fuga pro debito capiendis, an includat parua debita. Et idem de vulnere.
39 Vulnus vnum modicum, nullum habet in ſe delictum.
40 Sequeſtrum omiſſa citatione, an dicatur nullum.
Iudex contra fugitiuos de facto ſine iuris ordine procedit.
41 Abſentia partis quãdo nihil noceat in proceſſu.
Iudex copiam creditori ad capiendum debitorem, vt ſuſpectum, faciens, ſex conſideret oportet.
42 Iuramentum aſſerentis ſuſpectum, an operetur probationem ſuſpicionis fugæ ſine alio adminiculo.
43 Perſonæ detentio non includit modicum præiudicium, ſed maximum.

44 Suſpicio

44 *Suſpicio fugæ quæ tempore contractus ſuberat, ſed per creditorem contrahentem ignorabatur, an idem ſtatuat, ac ſi de nouo ſuperueniſſet.*

Debitori incumbit onus probandi ſcientiam creditorum.

Pœnæ liquidiſſimam requirunt probationem.

45 *Debitor ſuggerens creditori ſe eſſe ſoluendo, an gaudeat beneficio cedendi bonis.*

46 *Debitor in diem, per ſuperuenientem ſuſpicionem detineri poteſt.*

47 *Sequeſtratio an poſſit fieri die in honorem Dei feriato, & quando.*

Incarceratus an poſſit recommodari in carceribus die feriato in Dei honorem.

48 *Sequeſtratio an poſſit reuocari die feriata.*

49 *Sequeſtrum impetranti an incumbat onus probandi debitum per inſtrumentum.*

50 *Poſſidens iudicis authoritate, qualiter immiſſionem probare debeat.*

51 *Sequeſtratio perſonæ an correſpondeat ſequeſtrationi rerum.*

Salarium doctorum vel militum qualiter ſequeſtretur.

52 *Sequeſtratio an poſſit fieri ante ſententiam.*

Appellans priuatus, non audiendus in debitis liquidis.

53 *Bartolus ſuſpoſita habet in ſua lectura.*

54 *Modus in procedendo, pacto ſequeſtro.*

55 *Satiſdationis remedium contra ſequeſtrationem fuit inductum, quod quatuor modis limitatur.*

56 *Cautio iuratoria an impediat ſequeſtrationem.*

57 *Præſcriptio quo caſu per interpellationem non interrumpatur, nec perpetuetur.*

58 *Sequeſtrarius cui teneatur rem reſtituere.*

59 *Actio depoſiti datur contra ſequeſtrarium, & interdum præſcriptis verbis.*

60 *Iudicis mandatum excuſat debitorem à pœna & periurio ſequeſtrando.*

61 *Debitores non creditoribus iuſſu iudicis ſoluentes liberantur.*

62 *Debitorem detineri faciens authoritate iudicis incompetentis ſcienter, ius crediti perdit.*

63 *Captum propria authoritate nemo detinere debet.*

Iudex incompetens quomodocunque procedat, ſemper grauare dicitur.

64 *Aduenæ quo loco conueniendi.*

Intellectus noui in corpore iuris aſſiduè oriuntur.

65 *Sequeſtrum lite pendente factum, an duret in cauſa appellationis.*

Sequeſtratio non finitur cauſa appellationis ſiue prima, ſiue ſecunda, durante.

66 *Pignora arbitratori data, an durent in cauſa reductionis ad boni viri arbitrium.*

Reductio ad arbitrium boni viri eſt quædam appellatio.

Lis finita dicitur per tranſitum in rem iudicatam.

67 *Satiſdatio non cedens, niſi tranſiuerit in rem iudicatam, quæ ſit.*

Fideiuſſio de iudicio ſiſti quando finiatur, & an duret coram iudice appellationis.

68 *Satiſdatio de iudicio ſiſti ſequeſtri releuatoria, in qua forma præſtanda.*

69 *Formulæ ſunt ſublatæ in diſpoſitione legum.*

70 *Tutor qua promiſſione ſatisfaciat formulæ l. fin. §. omnem. C. de adminiſtratio. tuto.*

71 *Poſſeſſio rei ſequeſtrationem an amittatur.*

72 *Debitori de fuga ſuſpecto iudex interdicere alienationem immobilium poteſt.*

73 *Clauſula in debito appoſita, ſi non ſatisfecerit creditor, propria authoritate capere &c. quid operetur, & an includat bonorum ſequeſtrationem.*

74 *Conuentio hominis quid operetur, & an tollere poſſit iudiciarium ordinem.*

Proceſſus ab executione de iure non poteſt inchoari.

75 *Sequeſtratio dicitur executio.*

Ordo iudiciarius, pactis priuatorum tolli non poteſt.

76 *Argumentum de pacto ad ſtatutum, an procedat.*

77 *Fructus ſequeſtrati quando diſtrahendi.*

78 *Iudex an poſſit ſalarium ſequeſtrario conſtituere.*

Sequeſter iacturam pati non debet.

79 *Iudici ſalarium conſtitui non poteſt.*

80 *Iudex an poſſit ſequeſtrum apud duos ſequeſtrarios facere.*

81 *Sequeſter an poſſit rem ſequeſtratam reſtituere ad mandatum ſolius iudicis.*

82 *Iudicem fauorabilem quo caſu bonum ſit habere.*

25 SECVNDO quęro, † an Sequeſter dicatur officialis. tex. in dicta l. ſi fideiuſſor. §. fin. ibi apud officium iuncta gl. exponente. l. apud officiales, probare videtur quod ſic. Veritas eſt, ſecundùm Angelum ibi, quod propriè in eo non eſt officiũ authoritate publica, ſed largo modo: ex quo infertur, quod nemo inuitus cogitur acceptare ſequeſtrum. Ita Angelus ibi per textum, in l. fin. circa medium infrà, de bonis authoritate iudicis poſſidendis, quia obligatur ex quodam quaſi contractu, & contra eum competit actio præſcriptis verbis: & ſi ſoluendo nõ ſit Sequeſter, contra deponentem agitur de dolo. l. ſi. oleũ. §. 1. & ibi Baldus hoc etiam tenet. ff. de dolo. Idẽ Angel. hic. Et † ſic officium ſequeſtri eſt voluntariũ non 26
neceſſarium, ita Bartolus in l. litibus. de agricol. & cenſi. libro. 11. per tex. in d. l. ſi. Immo ſi ſtatuto nõ caueretur, quod quis cogi poſſet ad ſequeſtrum recipiendum, tamen iudex ex ſuo officio poſſet ex cauſa compellere: ita tamen, vt non impẽdat aliquid de ſuo, ſed ſolam operã ponat. d. l. fin. §. fi. & l. ſi. ff. de requirẽ.

reis. Iſta ſunt verba Bal.in l.prima.ff.vbi pupillus edu cari debeat.

27 Tertiò quæro, † an Sequeſter poſſit renuntiare & dicere: Nolo amplius eſſe Sequeſter. textus eſt notabilis in d.l.& apud quem.in fine.ff.de poſit.quem textum declarat Baldus in rubrica,infra,depoſit.in fine. vbi dicit & declarat illum textum,quod poſſit deponere officium ex cauſa,& iudice interueniente. Idem Ang.hic Bal.in d.l.ſi oleum.d.Cardin.in d.clementina 1.in 21.quæſt.& ſi ſequeſter patiatur damnum vel perdat rem ſequeſtratam apud ſe idem cōpetit actio, ſecundùm Salicetum hic in penulti. quæſtione, per tex.nota.in l.is cui.§.qui ſeruandorum.in fi.ff.vt lega. nomi.cauea.& allegat Bar.in d.l.intereſſe puto.

28 Quartò † quæritur,an ſequeſtrum fieri poſſit apud eundem iudicem,vt deponens liberetur. Iſta quæſtio fuit in ciuitate Feltrēſi, vbi Magiſtratus fecerat apud ſe deponi. Et conſuluit dominum Raphaēlē, an rectè feciſſet: dubitauit Raphaël conſulere. Prima facie videbatur quòd ſic per textum cum gloſſa in d.l.ſi fideiuſſor.§. fi. ſed ex aduerſo vrgere videtur. quia iudex cui data eſt electio,non poteſt ſeipſum eligere.argu. l.planè.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.l. ſi tibi mandauero.§.ſi tibi centum.ff.mandati.vbi ſi dedi tibi centum,vt dares cui velles, non poſſes pro te retinere. Subiicit tamen Raphaël in d.l. ſi fideiuſſor. ꝙ non dubitaſſet conſulere,quòd ſic potuiſſet fieri,ſi vidiſſet gl.in l.ſenatuſconſulto. in verbo, deponatur.ff. de officio præſidis.& ſequuntur Ludouicus & Alexander in d.l.fideiuſſor.§.finali.

29 Quintò † quæro, quæ differentia ſit inter depoſitum,& ſequeſtrum,ex mēte Iacob.Butriga. & docto. in l.licet.ff.depoſiti.gloſſa.& doctores in dicto c.examinata. differre videntur: quia ſequeſter dicitur ille, apud quem res in litigiū deducta, à litigatoribus deponitur: ſed depoſitum fieri poteſt ſine lite aliqua. Iſtam opinionē decidit dominus Antonius in dicto cap.examinata: quia ad validitatem ſequeſtri non requiritur quòd ſit in iudicium deducta. Panormitanus tamen ibi reprobat dictum Antonium male ponderātem gloſſam,quia non dicit,deducta in iudicium, ſed in litigium,quod poteſt intelligi de extraiudiciali,puta altercantibus partibus & concurrentibus ad aliquā rem poſſidendam.d.l.æquiſſimum. Et ita ſentit Ioannes Andræas in dicto capit.locupletari.& Cardi.in dicta clem.1. in 15.quæſt. in diffinitione ſequeſtranti, hoc modo: Sequeſtratio eſt rei,quæ in controuerſiam deducitur,conſenſu concertantium apud tertium depoſitio.d.l.licet. Secundò differunt, quia ſequeſtrū fit à pluribus, Depoſitum ab vno tantum fieri poteſt in voluntaria ſequeſtratione, non in neceſſaria, vt declarat Panor. in dicto capit. examinata. Tertiò differunt, quia ſequeſter in dubio poſſidet.d. l. licèt. in fine.& dicta.l.intereſſe puto.depoſitarius non, vt declarat Ioannes Andr.in dicto capit. locupletar. in Mercurialibus.

30 Sextò † quæro,quid probandum ſit coram iudice, antequam concedat ſequeſtrationem.tex.not. in d.l. ſi fideiuſſor.§.fi.velle videtur, quòd ſi conuentus pro re mobili ſit ſuſpectus,nec poſſit ſatiſdare, res debet ſequeſtrari. & illum textum ponderauit Angelus ad practicam quotidianam contra muliones, ſtipendiarios, & forenſes venientes ad ciuitatem cum equis & mulis. Quia cum ſemper ſint in itinere,pedem teneāt in ſtapedio,ſemper dicuntur ſuſpecti,ſi ab eiſdem petantur equi vel muli, vel aliquid aliud niſi ſatiſdent. ideo practicatur, quod ſequeſtrum ſit ſecundum Angelum.bene facit quod notat Bartolus in l. hæres ab-

31 ſens.in fine.ff.de iudic.vbi † viatores ſemper dicuntur ſuſpecti de receſſu. Facit quòd voluit Baldus in l. ſi verò donationis. infrà, de contrahenda emptione. vbi licet re vendita præſumatur in dubio habita fides de pretio.gl.in l.quòd vendidi.ff.de cōtrahenda emptione.in §. venditæ, inſtitut. de rerum diui. Tamen iſtud non procedit, ſi venditio fiat in nundinis: quia quilibet præſumitur eſſe ibi in fuga. quod eſt not. Faciat quòd voluit Bal. Angel. & Imol. in l. ſi cùm dotem.§.fin.ff.ſolu.matrim.Bald.poſt gloſſ. in l. inciuile. C. de rei venditca.Bartol. & Bald.in l. ſi cùm venderet. ff. de pignoratitia actione. Contra tamen hanc communem practicam vrget, quia multoties & viatores ſeu forenſes non ſortiuntur forum in alio loco etiam ratione contractus,etiam ſi ibi inueniantur, niſi haberent pergulam vel armarium,vt notatur in l. hæres abſens.§.1.ff.de iudic.cap. Romana.§.contrahentes.de foro compet.lib.6. Si ergo ratio eſſet præſumptæ ſuſpicionis de fuga, ſequeretur quod omnis iudex cenſeretur competens contra ſuſpectos de fuga, vt videbimus in 21.quæſt. Ergo nunquam haberet locum dict.§.contrahentes.cum ſimilibus. Cogitabitis, quia à nemine tactum. Ponderandum etiam eſt quod text.in dict.l.ſi fideiuſſor in fine.in verbo, ſi hoc iudici ſederit.exponente gloſ.ſcilicet in animo

32 probare videtur quòd iudex † non teneatur aſſentire allegant ſuſpectum, & petenti ſequeſtrationem, niſi in animo ſuo ſedeat illum eſſe ſuſpectum iuſtificato animo ex actis,vt declarat Ange.poſt Bar.ibi. Exemplum ſecundùm Bart. ſi fortè actor perſonam aduerſarij aliquo modo approbaſſet, argumento,l.creditores.ff.de priuil.cred.l.ſi is à quo.§.fina.ff.vt in poſſeſſ. legat.& ita communiter tenetur. Ponderandum etiā

33 eſt ſecundùm gloſ.ibi in verbo,officium: † Quatuor, inquit,fore facientia aliquem ſuſpectum. Primò,non poſſidere immobilia.l.ſciendum.cod.titu. Secundò, pauca immobilia poſſidere.argumen.dicta l.creditores. Iſtud ſecundum damnat Roman. in dicta l. fideiuſſor.§.fina.quia habens conductam domum, non poteſt capi vt ſuſpectus. allegat Bald.in l.ſi hæres abſens.ff.de iudic.quem nunquam inueni. Poſſumus tamen dicere,quod quātitas debiti potius faciat ſuſpectum, quando poſſideret immobilia pauca. per text. ibi in verbo,ſi hoc iudici ſedeat. Tertiò,mali mores, quos modo haberet.§.fina. inſtitut.de ſuſpect. tutor. Quartò, ſi prius male feciſſet.l.ſi cui.§.iiſdem.ff.de accuſat. Sine dubio, ſecundùm doctor. iſta quatuor ſimul accumulata, faciunt debitorem ſuſpectum, & de neceſſitate non requiruntur copulatiuè. Nam quādoque ſecundùm quod contingent, ſufficit alterum arbitrio iudicis, ſecundum Bartol. Alberic. Angel.& Modern.ibi,& ſic arbitrio iudicis ęſtimantur,an quis ſit ſuſpectus. Iacob.de Aret.per text.ibi, in l.ſi tutor. ff.de ſuſpect.tutor. Et ex qualitate perſonæ perpenditur ſuſpicio,vel ex timore fugę,vel receſſus,vel baratationis, vel quòd dolo deſineret poſſidere, vt de-

34 clarat Bald.in d.l.ſi fideiuſſor. † Circa prædicta indiſtinctè quæro,an procedat indiſtinctè,quod mali mores reddant quem ſuſpectum ad ſequeſtrandum. In hoc teneo quòd non: quia debent eſſe mali mores ordinati ad fugam vel dilapidationem,inferentes in effectum ſuſpicionis, quia de aliis moribus non eſt curandum, ſecundùm Marc. Silima. Iaco.Butri. Bald.& Modern.in dicta l.fin. Illa enim regula.§.iiſdem,&c. qui ſemel malus.de reg.iur.lib.6.procedit in eodem genere mali.gloſſ.in dicto cap. ſemel malus. Bartol. in l.Caſſius.ff.de ſenator.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.de noui.oper.nunciatio. Bald.in l.fina.ff.de hæredi.

hæredi.inſtituen.Et ſubtiliter tangit, Bar.in l.ſi prius. in 5.oppoſit.3.partis principalis.eo.tit.de noui operis nunt.Cum grano etiam ſalis intelligenda ſunt prædicta,niſi per triennium continuũ, poſtea bonæ fuiſſet conuerſationis: quia ampliùs non præſumeretur maius & ſuſpectus,ita.Ange.in §.hinc nobis.in auth. demonachis.Et exclamat domi. Alexand.in d. l. ſi fi-
35 deiuſſor.§.fin. Secundò,† incidenter quæro, an iſtud ſolùm quòd debitor non poſſidebat immobilia, reddat debitorem ſuſpectum ad rem mobilem petitam ſequeſtrandam.Salicet.hæc gl.Bart.& Ange. in d.l.ſi fideiuſſor.§.fi.Spec.& Ioan.And.in additio.tit.de ſequeſtra.po.& fruct.§.1.verſi.ſed pone.d.Ant. in d. ca. 2.decidunt quòd ſic.Contrarium tenet Iaco. de Are. & Bal.in d.l.ſi fideiuſſor.§.fina.per tex.ibi,in verbo,ſi hoc iudici ſederit. qui arbitrio iudicis relinquit. & ſi eppo.contraria procederet, foret poſitum in neceſſitate. Et ideo,vt retuli ſuprà, perpēdenda eſt ſecũdùm Baldum qualitas perſonæ, circa cauſandam ſuſpicionem.Iſtam opin.ſequitur Paul. de Caſtro conſilio 38. incipiente pro pleniore.Alberic.verò in d.l.ſi fideiuſſor.§. fin. diſtinguere videtur. Aut illa res mobilis eſt ſuper qua diſceptatur, & tunc poſſit ſequeſtrari. Aut eſt alia, & tunc,niſi laboret alia ſuſpicio,quia nõ poſſideret immobilia, ne non ſufficiat. Et circa iſta multùm ſe inuoluit. Ego ſequor opinionem Bal.quia illam ſequitur Paul.de Caſtro.& Moder. quia reſpondendo ad tex.ibi,prout facit Bar. quod iudex procedere poſſit ad ſequeſtrationem contra perſonã ſuſpectam,vel non poſſidentem immobilia, niſi ex aduerſo appareat,quod actor approbauerit perſonam debitorum.d.l.ſi creditores.Illud eſt violare illum tex.& ni-
36 mis reſtringere.Vltimo † incidenter quæro, quomodo intelligatur illud verbum gl.vel pauca immobilia poſſidere.gl.in l.ſciendum.& titu.declarat,quod poſſeſſor modici ſeu vilis ceſpitis terræ in cauſa magnæ quãtitatis pecuniæ, non habetur pro poſſeſſore immobilium, & ſic intelligit verbum, pauca immobilia poſſidere,ſcilicet tam pauca & minima, quæ auferat ſuſpicionem.idem tenet Ang.per gl.ibi,in verbo, facultatem,in §.hinc nobis.in auth. de monachis. alias de hæredi.& Falci.vbi Ang. infert ad ſtatutum diſponens,non poſſidentem domum,poſſe tanquam ſuſpectum detineri,quia poſſidens viliſſimam domum, nõ gaudebit beneficio ſtatuti.Faciat textus in l. ſi Senatus. Marcellus.& ibi Imol.& Moder.ff.de leg. 1. vbi ſtatutum diſponens. forenſem non poſſe immobilia acquirere:tamen non intelligitur prohibere vnam domunculam,paruulam, vel ſaltem cabanam ſine tecto & parietibus,vt voluit Bal.in c.ſi duo fratres.in communi caſa.in tit.de duo. fra. de nouo benefi. inueſtit. Faciat quod voluit Bal.Salic.& moder. in auth. præterea.in vlt.q.infrà,vnde vir & vxor.Vbi diſpoſitio dictæ auth.præterea.loquens in matrimonio ſine dote, procedit, etiam ſi dos eſſet parua. Faciat quod voluit Bal.in l.ſi pro ea.in princ.infrà mand.Vbi dixit, non attendi dilapidationem, niſi ſit ordinata ad ſuſpicionẽ,id eſt,quod taliter dilapidet, quod temerè debeat de ſuo credito:quia ſi debitor de centum, habens in bonis mille,alienaret ſeu diſſiparet forte ducenta, nõ propterea poſſet allegare ſuſpicionem,quod dicit facere ad ſtatuta permittentia iurari de ſuſpecto.Faciat quod voluit gloſſa,Bal.& Salicetus in auth.minorum
37 debito.infrà.quib.da.tut.poſſunt.† vbi debitor & creditor qui remouentur à tutela, nõ remouebuntur pro modico debito vel credito, nec pro modica communione vel vili poſſeſſione. Quod eſt notatu dignum. Faciat quod voluit Panor.in c. vt ſuprà.extra,de rebus eccl.non alie.vbi decidit, ꝙ res modica ſeu modicæ vtilitatis,non includitur ſub iuramento prælati, iurantis non alienare immobilia, Romano pontifice inconſulto. Et ad hoc allegat conſilium Frederic. de Senis,vt ibi latè per eum. Faciat quod voluit Ang. in §.hoc etiam.in fi.in auth.de alien. emphy.vbi diſpoſitio auth.hoc ius porrectum.12.quæſt.2.non procedit in prælato alienante rem immobilem paruam eccleſiæ.per textũ in c.terulas.12.q.2.& ſequitur Panor. in d.c.vt ſuper.Faciat & melius quod voluit Bal. not. ad propoſitum in auth.ſed iam neceſſe.infrà,de dona.
38 ante nup.† vbi decidit,etiam ſtante ſtatuto, ꝙ ſuſpectus de fuga,capi poſſit pro debito,non habebit locũ in captura debitorum modici ſeu parui debiti. Et illud dictum exclamat Ludouic.conſi.330.& melius in ſingularibus, ſingulari 93.incipien. Dic mihi, tu habes.Pro quo bene facit tex.in l.1. §. ſed ſciendum. ff. de ædil.edic.Ibi proinde leuis febricula.& ibi vel venuſculũ modicum,per quẽ textũ deciditur, ꝙ ſtatutũ loquens de vulnere, non intelligitur de modica ſciſſura,ſeu ſgrafignatura, vel excorticatione ,ſecundùm Baldũ in l.fi.C.de ædili.actio.Ang.in l. ſi pignore.§. furem.ff.de fur.in l.extat.ff.quod met.cau.Bal.in ca. cum adeo.extra.de reſcrip.Lud.in l.1.§.fi. ff. ad Syllæ. Sic conſtitutiò pœnalis pro ſanguinis effuſione, non intelligitur de minima ſeu modica.Bal.in d.cap. cùm adeo. Bal.& Imol.in d.l.ſenatus. §. Marcellus.
39 † Et ſic vulnus vnũ modicum, nullũ habet in ſe delictum, vt dicit Bal.in d.l.ſi.faciat.cap. pro illorum. in ſi.extra.de ſent. excõ. & ita tenet Panor. in capi. propoſuiſti.extra.de conſe.eccleſiæ vel altar. Vbi infert, ꝙ ſtatuta diſponentia de ſanguinis effuſione,non vẽdicant ſibi locum in effuſione modici ſanguinis. Sed contra prædicta facit l.ſi ſcapha.ff.de euict. vbi appellatione nauis continetur etiam ſcapha: quæ eſt parua naucula.& per ea quæ voluit Bal.in l.1.§.ſed de exercitatore.ff.nau.cau.ſtab. Vbi ſtante ſtatuto de comburente domum,vel mittente ignem in domũ,vt puniatur pœna mortis, comprehendit comburentẽ domũculam.per illum text. qui tamen nihil probat, quam deciſionem non puto veram ex præmiſſis.

40 Septimò principaliter quæro,an ſequeſtrum nullũ cenſeatur omiſſa citatione. Bal.in d.l.ſi fideiuſſor, §. fi.decidit partem non citandam,ſi timetur de fuga,ne fuga inſtruatur: quia contra fugitiuos proceditur de facto ſine ordine iuris,d.l.ait prætor.§ ſi debitorem, l.penult.infrà,de pign.actio.l.quæſitum.ff. de pignoribus.iſtud etiam ſequitur Panor.in d.cap.2.Bal. in l. creditor.la.2.ff.ſi cer.pet.in l.conſentaneum.in 5. colum.infrà, quomodo & quando iud. Contrarium tamen tenet d.Cardi.in d.cle.1.25.q.Ioan.Imo. & Ioã. And.in d.c.locupletari.Archi.in d.cap.quia res.Quia requiritur citatio partis, contra quam conceditur ſequeſtrum.Si enim præmitti debet cauſæ cognitio,vt probat tex.in d.l.ſi fideiuſſor.§.fi.ibi,Si hoc iudici ſederit.vt tenet Bal.hic ergo requiritur citatio l.in cauſæ.§.cauſa cognita.ff.mino.leg.3. §.cauſa cognita.ff. de bon.poſſeſ.argu.l.de vnoquoque ff.de re iudic.Et iſtam partem ſequitur Ang.Are.in d. l. Imperatores. §.fin.Bal.in l.2.C.de ſer.fugi.Bal.in l. ſi quis curialis. de epiſc.& cleric.Iac.But.& Bal.in l. conſentaneum. C.quomodo & quando Iudex.Et refert Paulus conſ. 37.incipiente,in cauſa capturæ.Et iſtam partem credo veriorem, cum grano tamen ſalis, niſi periculum eſſet in mora,ne fuga inſtruatur.Et hoc ſit ſpecialiſſimum ſecundùm Bal.in d.l.conſentaneum.Et iſtud ſequitur dominus Alexan. in d.l. fideiuſſor per ea quæ no.Imol.in cap.ſignificauit.extra de teſtib.vbi etiam

41 procedi poteſt parte abſente: † ſi periculum eſſet in mora, vbi aliàs requireretur partis præſentia. & per d. §. debitorem cum ibi not. per Bart. Nimirũ, quia vbi periculum eſt in mora, poteſt procedi ad capturam & ſequeſtrationem etiam diebus feriatis in honorem Dei, vt dicam in 10. quæſtio. Et iſtud ſemper tenui, & obſeruari vidi. Sciendum tamen eſt ex præmiſſis, quod antequam iudex concedat licentiam creditori, capi faciendi debitorem veluti ſuſpectum, multa ſunt neceſſaria. Primò, quod ſummariè, ſaltem ſemiplenè fiat fides de credito. Secundò, quòd debitor à tempore contractus citra, deteriorauit conditionẽ ſuam. Tertiò, quod illa deterioratio & inopia ſuperueniens, fuerit inſignis & magna d. l. ſi fideiuſſor. §. fina. Ideo articulari debet quod poſt contractum deuenit ad magnam inopiam, aliàs relaxaretur captus, & ſequeſtrum, ſecundùm Ludouicum conſi. 330 Quartò, quòd non poſſideat immobilia in iuriſdictione dicti iudicis, vel mobilia ſufficientia, quæ faciliter non poſſent occultari. Quitò, quod poſt calamitatem non tenuerit diu: ſed quam primum ſciuit inſtituit apud iudicem. d. l. ſi creditores. ad finem. Vltimò, quod ſit ſuſpectus de fuga per exteriores præſumptiones, indicia & argumenta. Et iſtis concurrentibus, præſtito iuramento de ſuſpicione, ſecurè impetrabitur captura & ſequeſtrũ: aliàs dici poſſet nulla. Plura ex his ponit Angelus de Peruſio: quem ſequuntur Raph. & Moder. in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. Angelus in repetitione l. nemo carcerem. de exact. tribu. libro. 10. idẽ Ang. poſt. Bar. in l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. & in d. l. ſi creditores. in l. ſi is à quo. §. fi. vbi Bar. & Ang. per text. ibi. ff. vt in poſ. leg. in l. ſciendũ. ff. qui ſatiſd. cog. idem Bart. in l. quæſitum. ff. de pign. in l. fi. ſuprà, de feriis. Bar. Bal. & doct. in l. fi. infrà, de ſponſa. Baldus in l. ſi pro eo. infrà, man. in l. vniuerſa. ſuprà de precib. imperat. offeren. in l. cõſentaneum. infrà, quomodo & quando iudex. Bal. Imol. & Moder. in l. 2. in prin. ff. ſol. mat. Bal. & Ang. per tex. ibi cum gl. in verbo. recuſare. in l. apertiſſimi. ſuprà, de iudi. Ang. Aret. pulchrè, inſt. de act. in prin. in gl. in verbo, iudicio. Et ideo Ang. in d. l. qui bona. §. qui damni. decidit, quod ſummatim iudex debet inueſtigare veriſimilia & cõiecturas antequam capi faciat aliquem veluti ſuſpectum & fugitiuum, quod eſt tenendum menti perpetuò.

42 Octauò principaliter quæro, † An probatio ſuſpicionis fugæ, quoad impetrandum capturam vel ſequeſtrationem, ſufficiat per iuramentum aſſerentis ſe habere ſuſpectum. Ang. in repetit. d. l. nemo carcerem, quẽ ſequitur Imol. in d. l. 2. ff. ſol. mat. tenet quòd ſic, per l. cum proponas. cum glo. infrà, de bon. autho. iudic. poſ. vbi ad effectum conſequendi miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, ſufficit probatio ſuſpicionis per iuramentum. ergo idem in captura perſonæ. Sic arguit Baldus hic, quòd cauſæ cognitio requiritur in ſequeſtratione, quæ requiritur in primo decreto propter ſimilitudinem, quam habet cum ipſo. Idem tenet Salicetus hic ad effectum conſequendæ ſequeſtrationis, vt ſufficiat cauſam ſuſpicionis probari per iuramentum, argumento l. theſaurus. ff. ad exhibend. idem Ludonicus Romanus in dicta. l. ſi fideiuſſor. §. fin. Et meliùs Paul. de Caſtr. in prædicto eleganti conſi. 38. incipiente, pro pleniori examinane, vbi dicit, quod ita ſeruat totus mundus. Contrarium videtur veriùs, quod non ſufficiat iuramentum, neque ad probationem debiti, neque ad probationem ſuſpicionis fugæ, quantum ad concedendam capturã & ita tenet Bal. & Ang. in d. l. apertiſſimi. Ang. Paul. de Caſtr. & Imo. in d. §. de illo. Bal. in d. l. creditor. la. 2. Angel. in d. l. ſi ab arbitro. Bald. in d. l. conſentaneum. & in d. l. ſciendum. per textum in d. l ſi creditores. in verbo, docere. vbi Angel. ibi pulchrè loquitur. & hoc tenet, & etiam ſequitur dominus Alexand. in d. l. ſi fideiuſſor. Dixerit Roma. ibi quicquid voluerit, dicens quod vbi debitum eſt modicũ, poſſit cauſa ſuſpicionis per ſolum iuramentum probari:

43 † quia vbi agitur de captura perſonæ, non dicitur agi de modico præiudicio, quoniam fit iniuria perſonæ. Secus modò in primo decreto & ſequeſtratione, & in his terminis loquitur Salicet. hic & Paulus de Caſtro in prædicto conſilio. Et ſequitur dominus Alexand. in dicta l. 2. & Angel. Aret. in loco allegato. inſtit. de actio. in princip. vbi conſtituit differentiam inter ſequeſtrationem rerum & capturam perſonæ, quod dicit eſſe ſingulariter menti tenendum: quia propter hoc multos proceſſus capturarum aliter factos caſſari fecit.

44 Nonò, quia in ſeptima † quæſtione in verſic. ſciendum tamen eſt, deciſum fuit, quod cauſa ſuſpicionis debet ſuboriri poſt contractum. Pone, tempore contractus ſuberat: ſed ignorabat creditor contrahens, quid iuris. Videtur quod idem iudicandum ſit de illa, ac ſi ſuperueniſſet de nouo. ita dicit Barto. in d. l. quæſitum. Bal. in dicta l. creditor. la 2. Bart. & Bal. in l. fin. infrà, de ſponſa. & ſequuntur Moder. in dict. l. 2. ff. ſolu. matri. quibus addo Ang. pulchrè decidentem in d. l. ſi creditores. Quid autem in dubio? an præſumatur creditor ſciuiſſe conditionem debitoris? textus nota. in dicta l. fi. verb. ſi quidem hoc probatum fuerit, apertè probat incumbere debitori onus probandi ſcientiam creditorum, ex quo tex. colligit Bald. quod allegans aliquem præſciuiſſe, debet hoc probare. & idem dixit Bal. in l. ſi legibus, ſuprà, de epiſcop. audi. Contrarium tenet Paul. de Caſt. in l. etiam. ff. ſol. mat. quia eſt in culpa non inueſtigans creditor cõditionem debitorum, cum quo debet cautè negotiari. leg. qui cum alio contrahit. ff. de regulis iuris. leg. 3. in fi. ff. de fideiuſſ. Nec obſt. d. l. fin. quia ibi agitur de pœna, vbi debet interuenire liquidiſſima probatio. Bal. in capi. 1. in titu. qualiter dominus feu. priuileg. allegans text. in l. in teſtamento. ff. de condition. & demonſt. hîc verò agitur de captura, quæ releuabitur preſtita ſatiſdatione de iudicio ſiſti, & ſtando iuri. Contra tamen facit regula l. verius. ff. de probat. Limitatur tamen doctrina Bartol. in d. l. creditores. cum aliis concorda. de quibus ſuprà, niſi debitor dolo induxiſſet creditorem ad ſecum contrahendum: quia tunc perderet bene-

45 ficium dicendi ſuſpicionem allegatam fuiſſe etiam tẽpore contractus. arg. l. pen. in fin. ff. de iure dot. † per quem tex. Bartol. in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matr. decidit, quod debitor perſuadens creditori ſe eſſe diuitem & ſoluendo, quamuis non mutauerit conditionẽ ſuam, tamen ex veteri ſuſpicione nouiter detecta po-

46 terit detineri, nec gaudebit beneficio cedendi bonis. Addo etiam, † quòd debitor in diem propter ſuſpicionem ſuperuenientem poteſt capi, per not. per glo. in verbo, intereſt. in l. quæſitum. de pignor. quam allegat. Bald. in l. 1. in fin. ff. de condit. ex lege. in l. ſi debitori. ff. de iudi. & concordat gloſſ. in l. penult. in fi. ff. de pigno. actio. Addo. quoque, quod ſtabitur iuramento creditorum, quod cauſa ſuſpicionis ſuperuenerit poſt contractum in materia ſequeſtrationis rerum, vt decidit Paul. de Caſtro in d. conſi. 38. incip. pro pleniori examine. Et in hoc ponderanda eſſet doctrina Bar. in l. ſolent. ff. de ali. & ciba. leg. Bald. & Sal. in l. 1. C. de rebus credi.

Decimò

47 Decimò quæritur,† an ſequeſtratio poſſit fieri die feriato in honorem Dei? Bald. & Salic. hic decidunt quòd ſic, ſi periculum eſt in mora in expectando diẽ non feriatam: quia vbi mora eſt periculum allatura, tunc captura & ſequeſtratio poteſt fieri die feriato in honorem Dei, aliàs non. gl. in fi. in verbo, fideiuſſionis. & ibi Bartolus. & doct. ſuprà, de fer. quæ reputatur ſingularis. Si enim perſona debitoris ſuſpecti de fuga, poteſt capi, cur non. & res ſequeſtrari tempore feriato in honorem Dei? Idem tenet Bal. in d.l. ſi fideiuſſor, §. fi. in l. ſi vt proponis, infrà, quomodo & quãdo iudex. in c. 1. extra, de ſequeſtratio. poſſeſſ & fruct. Bartol. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraud. credi. Petr. de Anch. in conſilio commemorando. infrà, in 17. quæſtione, & ita ſeruatur in practica. Dicit Alberi. in l. ſi feriatis. ff. de feriis. Addo mirabile videri quod ſuſpectus de fuga, & ſi poſſit capi & detrudi in carcerem, tamen non poterit recommendari in carceribus die feriato in honorem Dei. Stupẽdum fuit dictum Bal. in l. cùm proponas, cum authen. ibi poſita. infrà, de bonis authoritate iudicis poſſidend. Ego non habeo iſtud pro expedito: quia ſi relaxaretur, vt in ſequenti quæſtion. non eſſet ſuccurſum impetranti recommendationem: quia ſi ante fuerat ſuſpectus de fuga, ſiniſtra ſuſpicio orietur: & fortiùs, ſi aliàs aufugiſſet, vt dicit Salic. hic in princip. 2. colum.

48 Vndecimò, principaliter † quæritur, an pari modo poterit ſequeſtratio reuocari die feriata? Bal. & Salicet. hic decidunt, quod ſic authoritate glo. not. in l. minor. in principio. ff. de euiction. quam commemoraui pro ſingulari poſt Baldum. & ibi multa allegaui in l. ſi pacto quo pœnam. ſuprà de pactis. quia ſicut poteſt fieri die feriata, ita & reuocari. & ſicut facilis eſt in faciendo iudex die feriata, ita debet eſſe facilis in reuocando. & cum iſta opin. Bal. & Salice. hic reſidet Ang. Are. in d.l. Imperatores. §. fi. Ego ſemper putaui iſtam deciſionem periculoſam. quia in reuocatione ſequeſtri nulla eſt ſuſpicio fugæ, ſicut in concedendo ſequeſtrum die feriato.

49 Duodecimò quærendum eſt, † an oporteat & neceſſe ſit, quod impetrãs ſequeſtrum, probet debitum ſuum per publicum inſtrumentum. Iſta quæſtio eſt memoratu digna & quotidiana, ideo expedit illam clarè attingere. Bar. in l. litibus. in fine. & ibi Angel. in addition. per tex. ibi de agric. & cenſi. lib. 11. & idem Bar. in l. per hanc, per tex. ibi, de erog. mili. annonæ. libro. 12. decidunt non poſſe fieri ſequeſtrum de re alicuius, niſi creditor oſtendat publicum inſtrumentum crediti ſui: aliàs non teneat ſequeſtratio. Idem tenet Baldus in cap. olim. ex literis. in 3. col. extra, de reſcriptis. alleg. Bal. in l. litibus. idem tenuit de Matthæ. Matthe ſil. in tractatu ſuo de carcere. inferẽs, quod pari modo non poterit concedi captura perſonæ debitoris ſuſpecti de fuga, niſi conſtet de debito per publicum inſtrumẽtum. & eſt notabilis deciſio. Et pro hoc facit verbum Bal. in d.l. conſentaneum. in verſi. quæro vna cum Butrig. vbi dicit, quod antequam procedatur ad capturam, debitum debet eſſe liquidum. Facit quod not. Bartolus, Angel. & communiter Moder. in l. fin. C. de edict. diui Adrian. tol. in 7. col. verb. ſumus expediti. de glo. vbi notat ibi eſſe caſum, quod inſtrumentum habet executionem paratam, quando ex eius inſpectione nõ apparet de vitio. Et melius facit, quod voluit idem Bar. in d.l. ſi. in vltimis verbis, vbi colligit

50 notabile, † quod ille qui poſſidet ex licentia iudicis, debet probare immiſſionem per publicum inſtrumẽtum, nec ſufficeret probare immiſſionem per publicum inſtrumentum, nec ſufficeret probare per teſtes. Contrarium ſententiam tenet Ioannes de Imol. & ſequitur Are. in d.l. Imperatores. §. fi. Panor. in dicto c. 2. quòd incipit, cùm dilectus. in fine. Ioan. de Platea in d.l. per hanc. Alex. de Imol. in d.l. ſi fideiuſſor. § fin. & in d.l. litibus. & in d.l. per hanc. in additionibus. Et reuera iſtud tenuit Bal. hic, dum dicit illam cognitionem ſummariam requiri ad concedendum ſequeſtrũ, quæ requiritur in primo decreto. non autem requirit quod appareat publicum documentum. Et pro hac

51 parte mouetur Ang. Aret. † quia quando conceditur ſequeſtratio perſonæ, quod eſt maius, non requiritur niſi quod de debito conſtet, ſaltem ſemiplene. allegat l. nemo. & Angelus ibi in repetitione de exact. tribut. libro 10. Ergo idem quando conceditur ſequeſtratio rerum. Et reſpondet ad d. l. per hanc quod ibi eſt caſus ſpecialis in militibus deſcriptis, recipientibus ex publico ſalarium quod non poſſit ſequeſtrari ab alio: niſi conſtet per publicum inſtrumentum de debito fauore militum. Et pari modo dicere debemus in ſalario dictorum. l. fori. & l. aduoca. de aduo. diuerſorum iudicum. ſecundùm dominum Alex. in d. l. per hanc. in additio. Licèt in contrarium faciat quia tex. in d.l. per hanc. loquitur in certo numero militũ. 30. deſcriptis: ergo in contrarium erit ius commune. l. ius ſingulare. & l. quod vero contra. ff. de legit. Vel aliter reſpondetur ſecundùm Panor. ad d.l. per hanc. & l. litibus. quod non negãt quin debitum aliter probari poſſit. Mouetur Panor. etiã, quia ſi duo ſufficiunt ad debitum principale probandũ, quanto magis quãdo agitur de minori præiudicio ſequeſtrationis fiendæ? Et pro hac parte optimè facit tex. in d. l. ſi fideiuſſor. §. fin. & quod ibi not. Bar. Bal. Angel. & doctores. Nam ibi duo tantùm ponderantur in textu ad concedendum ſequeſtrum, quod perſona ſit ſuſpecta, & quod non poſſit ſatiſdare. Non autem ibi requiritur, quod conſtet de debito per publicum inſtrumentum. Et iſtam partem indubiè tenet Angelus in l. ſi creditores. ff. de priuil. cred.

52 Reſtat reſpondere † ad authoritates. Primò, ad authoritatem Bal. in d. c. olim. Ego ſemper dixi non cõtradicere, quia Bal. ibi dicit quod ſequeſtratio non poteſt fieri ante ſententiam. leg. facultas. & ibi Barto. de iure fiſc. lib. 10. niſi per inſtrumentum conſtaret de iure agentis. d. l. litibus. per Barto. Et ſic ſentit, quòd ſemper poſſit fieri ante ſententiam, ſi conſtat per inſtrumentum nimirum, quia vt dicit Angel. in l. Abſtinendum. infrà, quo app. non recip. vbi debitũ eſt euidens per publicum inſtrumentum, non auditur etiam priuatus appellans. Non autem negat, quin in caſibus vbi aliàs fieri poteſt, quod requiratur inſtrumentum.

53 † Ad doctrinam Barto. reſpondent aliqui, parum cõſiderantes quòd illa non eſt deciſio Bar. in d.l. litibus: nec in d.l. per hanc. quia non commentauit, vt ex eius ſtylo apparet, niſi vſque id dimidium 11. libri. & refert Alex. in rubri. ff. de acquirend. hæred. & in l. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. Vbi dixit, quòd non legit niſi vſque ad titulũ de periculo eorum qui pro magiſt. interue. referẽs An. de Peruſio, ita dicere ibi in addi. Ego credo illa fuiſſe dicta à Bar. quia iſta atteſtatur Bal. in d. c. olim. Panor. in d. c. 2. & Ino. & Aret. in d. l. Imperatores. §. fin. licèt illud dictum Bart. ſemper dixerim non eſſe verum.

54 Decimotertiò vtile eſt quærere: † de caſibus, in quibus ſequeſtrum fieri poſſit. Si fiat, quis tenebatur probare de iuribus ſuis? Bal. & Salic. hic. & Bar. & docto. in d.l. ſi oleum. ff. de dolo. decidunt quod ille tenebatur probare de iure ſuo, qui tenebatur ante ſequeſtrum

queſtrum:quia quo ad onus probandi, nihil immuta-
tùr per ſequeſtrum. Quis ergo modus erit in proce-
dendo, facto ſequeſtro?Sic eſt cõcludendum aut fuit
factum contra ius, & iſto caſu petenda erit reuocatio
& caſſatio ſequeſtri officio iudicis eatenus de facto
proceſſit. Aut factum fuit in caſibus à iure permiſſis,
aut de re principaliter, aut de fructibus rei. Primo
caſu impetrans ſequeſtrum, debet producere libel-
lum ac ſi nullum ſequeſtrum, factum foret & ſuas
facere probationes. Aut de fructibus tantùm iam
oblato libello, & lite pendente ſuper re ipſa: &
tunc ſecundùm euentum ſententiæ fiet relaxatio ſe-
queſtri, vt not. Bartol. in d.l. ſi oleum. Aut fuit factum
nulla præcedente lite, & tunc dabitur libellus, & co-
gnoſcetur de iure agentis, & ſtatim iudex, facto ſe-
queſtro, aſſignabit terminum actori impetranti, vt
ſtatim debeat libellum ſuum producere & probare
de iure ſuo, quod ſi non fecerit, ſequeſtrum relaxabit.
Et idem obſeruabit dato fideiuſſore: quia conue-
niens foret, quod fideiuſſor ſemper remaneret obli-
gatus. ita declarat Practicus Papienſis in opere ſuo in
forma ſequeſtri.

Decimoquartò cenſeo quęrendum, quia dicit Bal.
hîc circa princ. 2. col. quod ſequeſtratio fit contra re-
gulas iuris remedio extraordinario, cùm ad illam nõ
deuenitur niſi in ſubſidium. Quo modo ergo releua-
bitur ſequeſtratio? Baldus hîc verb. vltimo not. deci-
55 dit,† quòd contra ſequeſtrationum inductum fuit re-
medium ſatiſdationis. l. fi. infrà, de ordin. cogni. & d.l.
litibus. ſecundùm Cynum, quem ſequũtur communi-
ter doct. hic. & in d.l. ſi fideiuſſor. §. fi. & in c. 2. extra,
de ſequeſt. poſſeſ. & fruct. Bar. in d.l. litibus, Ioã. And.
& docto. in c. examinata. extra, de iudi. Practicus Pa-
pien. in dicto opere ſuo in forma ſequeſtri. & ita com-
muniter tenetur & ſeruatur in practica, niſi ſtatuto ali
ter caueatur, vt in regia ciuitate noſtra Papien. Limi-
to tamen iſtam deciſionem pluribus modis. Primò,
vt non procedat, ſi fiat ſequeſtratio pendente appel-
latione, vt declarat Practicus Papienſis in loco alle-
gato. Secundò limito, quando ob litem agitandam
fieret ſequeſtrum: ſecus, ſi ad executionem vt debitor
ſoluat: quia tunc ſatiſdatione non releuabitur ſeque-
ſtrum: ſed opus eſt ſolutione. textus, qui non eſt alibi
ponderatus à Bar. & doct. in l. ſi pecuniæ. §. ſin. ff. vt in
poſ. lega. Bar. in d.l. cõſentaneum. in pen. col. C. quo-
modo & quando iudex. Paul. de Caſtr. & Mod. in d.l.
ſi fideiuſſor. §. fi. Bar. & Ang. in l. ſi is qui bona. §. 1. ff.
de pig. Secundò limito, ſecundùm Baldũ, hîc. quãdo
ſumus inter perſonas, inter quas non cadit ſatiſdatio.
alleg. l. Imperator. ff. ad Trebellia. Pau. de Caſt. in d.l.
ſi fideiuſſor. §. fi. idẽ Salic. hîc allegat caſum in l. ſi. C.
de ord. cog. Tertiò limito non procedere in caſu cler.
2. de ſequeſtra. poſ. & ſi quando fieret ſequeſtratio rei
mobilis, non tantùm propter ſuſpicionẽ perſonæ, ſed
ex aliquibus caſibus, de quibus inferiùs dicemus: puta
in cauſa dotis, ſecundùm Salic. hic. vel ſi fieret pendẽ-
te appellatione, ſecundùm Practicum Papien. in dict.
opere. allegãdo gl. in d.l. fi. infrà, qui. ad liber. procla.
nõ licet. ſecũdùm Io. An. in addi. Spe. in rubri. de ſe-
queſtra. poſ. ver. & not. cũ ſequẽti. allegat c. eũ qui. de
eo qui mitti. in poſ. lib. 6. Imol. & docto. in d.c. exami
nata. Panor. poſt do. Anto. in d.c. 2. de ſequeſtra. poſ.

Vltimò limito, quando ſequeſtratio fieret propter
ſcandalum: quia non ceſſaret ſuſpicio ſcandali per ſa-
tiſdationem. ideo non reuocaretur. cap. literas. ad fin.
iuncto c. tranſmiſſa. extra, de reſtit. ſpol. arg. §. pe. inſti.
de ſatiſ. Circa præmiſſa incidẽter quæro: Pone, facto,
ſequeſtro, forenſis fortè non reperit fideiuſſorem: &
vult præſtare iuratoriam cautionem ad remouẽdum
ſequeſtrum, an admittatur. do. Ant. Imol. & Panor. in
d.c. 2. ſequentes Spec. in tit. de ſequeſt. poſ. §. 1. verſi.
56 ſed pone.† decidunt, quod non ſtatur iuratoriæ cau-
tioni ad impediendam ſequeſtrationem. allegãt dict.
l. ſi fideiuſſor. §. fina. vbi Albericus dicit ſemper ita vi-
diſſe practicari in palatiis. Bal. in l. fi. in 2. & 3. no. in-
frà, de ord. cog. Bal. Ang. & Imol. in l. filius familiàs.
§. diuus. de lega. 1. Vbi per illum text. dicunt, quod
vbicunque poteſt cõſuli petitori alio remediò, quàm
per iuratoriam cautionem non valenti ſatiſdare, nun-
quam ſtatur iuratoriæ cautioni. l. ſi conſtante. §. quo-
ties. & ibi ponderat Paul. de Caſt. ff. ſoluto matrimo.
Fallit tamen in caſu l. 1. cum gl. in verbo, iuratoriæ.
C. de aſſer. tol. quæ multùm aduerſatur deciſioni præ-
miſſæ, niſi dicamus ſecundùm Modernos in dicto §.
fin. quod ibi ſit ſpeciale in illo caſu, in quo multùm
exorbitanter permittebatur ſequeſtratio contra ius
commune, non ſubſiſtente ſuſpicione. Secũdò & alio
modo reuocatur ſequeſtrum lite finita, quia debet re
laxari obtinenti. l. ſi oleum. & ibi Bart. ff. de dolo. niſi
actor foret negligens in mouendo litem, quia tunc re
uocatur infrà modicum tempus, vt d.l. ſi oleum. & ibi
Bar. & doct. facit gl. in c. placuit. l. 2. §. poteſt. 16. quę-
57 ſtio. 3. † ibi licet per interpellationem interrũpatur
præſcriptio, & perpetuetur à die interruptionis ad
40. annos. l. fi. C. de præſcriptio. 30. annor. tamen fal-
lit, niſi actor malitioſè litem proſequi diſtuliſſet, quo-
niam nec interrumpitur, nec perpetuatur. quod tene
menti. Et iſta ſatiſdatio non durat, niſi triennio, vt
colligitur ex verbis Bartol. in d.l. litibus. Veritas mi-
hi videtur, quod ſi fiat ante litem conteſtatam, vel tẽ-
pore litis conteſt. ſequeſtratio finiatur triennio, ſicut
finitur lis. Sed ſi fieret lite pendente, tunc tantùm du-
rat, quantùm duraret pendentia litis. Et ſic pari mo-
do, abbreuiata inſtantia per ſtatutum. Et iſtud vide-
tur de mente Ioannis de Imol. & Ang. Are. in d.l. Im-
peratores. § fi.

58 Decimoquintò principaliter quæro: † ſequeſtra-
rius ſi vult reſtituere rem vincenti, cui tenetur illam
reſtituere lite finita, & non ante, niſi per partem ſtete-
rit, quo minus finem accipiat ſecundùm Bar. in d.l. ſi
oleũ. qua actione tenebitur? Breuiter ſic, ſi ſequeſtrũ
fuerit factum authoritate iudicis, compellitur ſeque-
ſter remediis prætoris captis pignoribus mulcta in d.
§. pen. inſtit. de ſatiſda. Si verò de partium voluntate,
& tunc cùm ſequeſtratio pręſcriptis verbis agitur, &
in ſubſidium ſequeſtrari faciens, tenebitur de dolo, ſi
ſequeſtrarius non ſit ſoluendo. d.l. ſi oleum. & ibi Bar.
& doct. Et ſic impetrans, tenetur parti læſæ ad inter-
eſſe, vt declarat Practicus Papienſis in dict. opere. in
vl. col. Et ita colligitur ex verbis Bar. & doct. in d.l. ſi
fideiuſſor. Ang. & doct. in d.l. intereſſe puto. Are. in d.
l. Imperatores. §. fin. Sali. hîc in fi. Communis videtur
ſententia ſecundùm doct. in d. ca. examinata, Bal. in d.
59 l. ſi oleum. per tex. in d.l. licèt. §. 1. cum gl. † quòd con-
tra ſequeſtrarium regulariter detur actio depoſiti, ni-
ſi conuentio, ſub qua fuit factum ſequeſtrum nõ fuiſ-
ſet perfeſtè impleta: tunc ageretur contra ſequeſtra-
rium præſcriptis verbis, quando pecunia ſibi pro mer
cede dabatur. Iſtud eſt diuinare ſecundùm Bal in d.l.
ſi oleum. & doct. in d.c. examinata. & ſequitur d. Alex.
in d.l. intereſſe.

60 Decimoſextò quæro principaliter: † Titius promi
ſit ſub pœna ſoluere Sempronio creditori ad Calen-
das Martias, & iurauit. Modo iudex ad inſtantiam al-
terius creditoris Sempronij, ſequeſtrari fecit apud ip-
ſum Titium omnem pecuniam debitam Sempro. an
excuſabi-

excuſabitur Titius à pœna & periurio, ſi non ſol-
uat in termino? Breuiter, veritas eſt, quod mandatum
iudicis excuſat ſequeſtrari faciendo. tex. eſt no. quem
ponderant doct. in l. fin. ff. de legat. commiſſoria. fa-
cit. c. venientes. & ibi not. doct. extra. de iureiuran. ex.
imperialem. in fin. titu. de prohi. alie. feu. per Frede.
l. Imperatores. ff. ad municip. l. non videtur. §. qui iuſ-
ſu. & l. liberorum. in fin. ff. de his qui not. infa. Vbi ex-
61 preſſè dicitur, † quod iuſſus iudicis excuſat. & illum
tex. in d. l. fin. allegat Bar. in l. non ſolùm. §. morte. in
2. quæſtio. principaliter. circa. 11. colum. ff. de ope.
noui nunt. Et in propoſito decidit Practieus Papienſ.
in d. opere ſuo. Quia videmus quod debitores ſoluē-
do alij quàm creditori, mandato iudicis excuſantur
& liberantur. l. Paulo Callimacho. in fin. de legat. 3.
l. in liberto. §. Lucius. ff. de ann. legat. Cyn. & Bart. in
l. creditor. in princip. ff. de ſolut. facit quod not. Bart.
& Bald. poſt gloſſa. in l. ait prætor. §. permittetur. ff.
de mino.

62 Decimoſeptimò quæro: † Forenſis debitor meus
Papiam accedit, vbi non ſortitur forum, nec ratione
domicilij, nec contractus, nec delicti. Accedo ad Po-
teſtatem: & dico iſtum forenſem eſſe debitorem, &
ſuſpectum de fuga & receſſu. impetro ſequeſtrari e-
quos. quæritur, an teneat ſequeſtratio. Videtur quòd
non, quia poterit petere ſe remitti ad ſuum domici-
lium, ſi ſatiſdatio. ſecundùm iura. l. ſenatus ff. de offic.
præſi. d. l. ſi fideiuſſor. §. fin. Tamen Bal. in l. fin. infrà,
vbi in rem action. decidit, quòd in defectum ſatiſda-
tionis poterit ſequeſtratio fieri: quia fit ad finem, vt
ſatiſdetur de ſtando iuri, ita Baldus ibi poſt cæteros.
Et pro hoc facit ſtupendum dictum Pet. de Anch. cō-
ſilio 192. incipiente, in auxilium veritatis. vbi deci-
dit, quia debitor captus tanquam ſuſpectus de fuga,
non poteſt opponere exceptionem incompetentiæ
iudicis capi facientis: quia etiam à priuato capi potuiſ-
ſet, & die feriato in honorem Dei, vt dictū eſt in 14.
quæſtione. Et mirabiliter cōmendat Rom. conſ. 242.
in l. 2. ff. de iur. omn. iu. in l. de pupillo. §. meminiſſe. &
in §. ſi quis riuos, in addi. nouiſſimis. ff. de noui oper.
nunt. Ego aliàs in facti contingentia conſului con-
trarium, & adducebam doctrinā Bal. in c. cauſa matri-
monij. in fi. extra, de offi. delega. decidentē, quòd de-
tineri faciens verum debitorem authoritate iudicis
incompetentis ſcienter, perdit ius ſui crediti. alleg.
Cyn. in l. fi. ff. quod met. cauſ. gl. in l. extat. eo. titu. in l.
in criminali. ſuprà, de iuriſdi. omn. iudicū. Secundò
inducebam Specu. tit. de competentis iudicis aditio-
ne. §. 1. verſ. quid ſi quis per locum meum. vbi tenere
videtur, quòd ſequi debeat forum debitorum, & quod
ſatiſdare debeat de iudicio ſiſti, & de re non baratan-
da. Et idem dicere videtur Speculator tit. de ſatiſda. §.
63 dicto in prin. † Tertiò adducebam, quòd nemo pote-
rat captum propria authoritate retinere, ſed præſen-
tare debeat iudici competenti, vt declarat Bar. in l. ait
prætor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraudem cre-
ditor. in l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furtis. Quartò ad-
ducebam, quia iudex incompetēs ſemper dicitur gra-
uare qualitercunque procedat, dixit Bal. in l. magiſte-
riæ. ſuprà, de iuriſd. omn. iudi. & bene facit quod not.
64 Bal. in d. l. in criminali. in 3. not. Vltimò † adducebam,
quia forenſis & aduena nō poteſt conueniri etiam in
loco contractus, niſi ibi teneat pergulam vel arma-
riam, vt dixi in ſeptima quæſtione principali. Et ita
tunc conſului antequam ſtampatæ eſſent lecturæ do-
mini Alex. Et gaudeo quod dominus Alexand. in d. l.
2. teneat etiam iſtam partem, licet nō alleget, præmiſ-
ſas authoritates. Quia modo ſemper nouæ intellectio

nes generantur in corporibus noſtris. videtur nunc
quod doctrina Petr. de Anch. & Rom. ſuſtineri poſſit:
quia ratione ſuſpicionis & fugæ concedi poterit ſe-
queſtratio & captura, ad hoc vt ſatiſdet de iudicio ſi-
ſti coram iudice competenti, & de re non baratanda.
Et hoc modo remittentur partes ad iudicem compe-
tentem, & ita procedant notata verba Baldi & docto-
rum in d. l. ſi vbi in rem actio. Secus ſi committeretur
pro executione alicuius ſententiæ vel præcepti: quia
retractaretur facta à iudice incompetenti. Et ſic deci
ſio Petri de Anchara. procedat, quod ad hoc, vt ſatiſ-
det de iudicio ſiſti in loco domicilij. Vel diſtinguere
poſſumus. Aut loquimur in vero fugitiuo & ſuſpecto,
& iſto caſu procedat opinio Petri de Anchar. Aut in
præſumpto, vt contingit in mulionibus, ſtipendiariis
& ſimilibus. Et tunc procedat, quod non poſſit capi à
iudice. niſi ſortiatur forum. Cogitabis, quia eſt noua
conſideratio.

65 Decimooctauò quæritur, † an ſequeſtrum factum
lite pēdente, durabit in cauſa appellationis. Dubium
facit, quia tex. in d. l. ſi fideiuſſor. §. fi. dicere videtur,
durare ſequeſtrum vſque ad finem litis: quia reuoca-
tur vel præſtita ſatiſdatione, vel finita lite. Et ſic lata
ſententia, videtur finita ſequeſtratio. Contrarium ta-
men verius eſt: quia non dicitur finita, donec appel-
lationis cauſæ durant, ſiue ſit primæ, ſiue ſecundę tex-
tus in d. l. finem litibus ſecundū Bald. in d. l. ſi fideiuſ-
ſor. §. fi. Et hoc allegat Spec. in titu. de ſequeſtra. poſ-
ſeſ. & fructuum. §. 1. verb. ſed pone. Et latiùs declarat
Angel. Are. in d. l. Imperatores. in fin. per ea quæ not.
Bar. in d. l. ſi Deum. & in d. l. ſi fideiuſſor. quod limitat
verum, niſi per actorem procraſtinātem ſteterit, quo
minus lis debito tempore finiretur: quia tunc ſeque-
ſtratio reuocabitur, & res reſtituetur reo. d. l. ſi oleum.
in fi. princ. & ibi Guil. de Co. & Bal. Angel. & Imol. in
d. l. intereſſe puto. Sed contra prædictam deciſionem
Bal. in d. l. ſi fideiuſſor. §. fi. videtur gl. ordin. quam ſe-
quitur Bart. ibi, in verſic. quærit gloſ. vtrum pignora.
66 in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. † Vbi
pignora data arbitratori non durār in cauſa reductio-
nis ad arbitrium boni viri, quæ eſt quædam appella-
tio. l. non diſtinguemus. §. cùm quidam ff. de arbitris.
Secundò, quia Specula. non dicit illud, ad quod Bal-
dus allegat. ſolùm dicit, ſequeſtrationem reintegran-
dam de nouo. Ego ſequor Baldum, quia textus ibi
dicit, quouſque lis finem accipiat. & dicitur finita,
quando tranſiuit in rem iudicatam. gloſſ. in l. ſecunda
ſuprà, vt lite penden. Secundò, quia Inno. in c. Quin-
tauallis. extra, de iureiurand. quem ſequitur Bal. in l. fi.
in 8. col. infrà de contrahen. empt. Reprobat gl. in di-
cto § arbitrorum. Et ſi quiſpiam dixerit, per ſatiſda-
tionem de iudicio ſiſti. reuocatur ſequeſtrum d. l. ſi fi-
deiuſſor. §. fi. quæ ſatiſdatio finitur lata ſententia. l. grę
cè. §. poſt litem. ff. de fideiuſſor. Reſpondemus, quod
hic non eſt ſimplex ſatiſdatio de iudicio ſiſti, sed eſt
67 de re non bararanda & reſtituenda. † quæ ſatiſdatio
non cadit, niſi poſtquam tranſiuerit in rem iudica-
tam. l. ſciendum. §. ſi fundum. ff. qui ſatiſda. cogan. Sic
videmus quòd appellāte aliquo à ſententia, dubitan-
te actore de dilapidatione fructuum, poteſt iudex ſe-
queſtrari facere. d. l. Imperatores in fin. Sed ſi appel-
letur ab executione ſententiæ in caſu à iure permiſſo,
fieri poterit ſequeſtratio abſque eo quod dubitare-
tur de dilapidatione. l. ab executione. infrà, quo ap-
pel. non recip. Et ſic non videtur mirabile, prout di-
cit Aretin. in d. l. Imperatores. quod duret in cauſis
appellationum ſequeſtratio, cùm fideiuſſio ſucce-
dat in locum ſequeſtrationis d. l. litibus. Quia lata

ſententia, finitur fideiuſſio de iudicio ſiſti, ſi eſt ſimpliciter interpoſita coram vno iudice: quia non durabit coram alio iudice etiam appellationis. text. not. & ibi Bart. & Doctor. in l eum apud. ff. iudic. ſol ui. Sed non conuertit Angel. Aretin. quod iſta ſatiſdatio non eſt de iudicio ſiſti ſimpliciter, ſed de re non baratanda & etiam reſtituenda.

68 Decimononò quæret aliquis, † in qua forma debebit præſtari iſta ſatiſdatio ad releuandum ſequeſtrum. Bar. in l. litibus decidit, quod non ſufficit ſimplex ſatiſdatio de iudicio ſiſti, & de re non baratanda: ſed debet etiam adiicere iſta verba, De reſtituendo rem abſque vlla procraſtinatione & mora: aliàs ſatiſdatio non releuaret. Et illud dictum Bar. ſequuntur Angel. in addition. Ioan. de Platea. ibi. idem Imol. & Angel. Aret. in d. l. imperatores. § fin. in fin. vbi dicit, quod non ſufficit ſatiſdatio etiam idonea ad impetrandũ ſequeſtrum, vel cõceſſum reuocandum, niſi addãtur formaliter iſta verba. Promittens rem reſtituere abſque aliqua procraſtinatione, ſecundùm Bartol. ad d. l. litibus. quod dicit eſſe menti tenendum in titu. ita in practica eſt diligenter not. ſecundum Ludo. Rom. & Alex. in d. l. fideiuſſor. § fi. Et idem ſequitur Panor. in d. c. 2.

69 † Ego ſemper tenui contrarium. motus, quia formulæ ſunt ſublatæ in diſpoſitione legum. in quibus magis oportet conſiderare ſenſum, quam verba l. quoniam indignum. infrà, de teſtam. Doctrina eſt Bal. in l. fin § omnem. infrà, de adminiſt. tutor. vbi dixit ſufficere impleri per æquipollens, ergo ſi ſatiſdat de iudicio ſiſti, & de re non baratanda, ſed reſtituenda, lite finita, ſatis erit, quamuis formula illorum verborum, ſine aliqua procraſtinatione, non adiiceretur, & nihil melius ad propoſitum adduci poſſet, vt oſtendam in vltimo argumẽto. Secundò, quia glo. in d. l. ſi fideiuſſor in fin. in verbo ſatiſdatio. magiſtraliter ponẽs formam ſatiſdationis continentem duo, & vtrũque probando, ſcilicet de iudicio ſiſti & de re non baratanda, non facit mentionem de verbis ſine aliqua procraſtinatione. Et pro hoc bene facit verbum Baldi, in l. fin. infrà, qui ad liber. proclam. non licet. Ibi, aut fuit idoneè cautum de reſtituendo, & tunc ceſſat ſequeſtrum, d. l. ſi fideiuſſor. § fi. quod eſt bene no. ſecũdum eum. Et ſic non requirit appoſitionem illorum verborum, ſine aliqua procraſtinatione. Sic etiam Specul. in titulo de ſatiſdatione. § dicto. in princ. & Salice. hic dicentes, præſtita ſatiſdatione de iudicio ſiſti & re non baratanda, ſed conſeruanda & præſtanda, hoc eſt, de non baratanda, de illo loco ad alium non ducendo, ſed de repræſentando quoties opus fuerit, vt declarat Specul. Tertiò me mouet verbum Ange. in d. l. ſi fideiuſſor. § fin notans gl. ibi, quod ſequeſtrum ſatiſdatione præſtita ſecundum gl. ibi. de iudicio ſiſti & re non baratanda, incontinenti reuocatur, & ita dicit practicari.

70 † Vltimò moueor, quia ſic videmus, ꝙ tutor promittere debet ſuſcipere defenſionem pro pupillo ſine vlla dilatione, ſpecialiter d. l. fi. § omnem. & tamen ſufficit, ſi promittat vtilia facere, & inutilia prætermittere, & pupillũ indefenſum nũ relinquere: ſatisfit formæ tũc traditæ in dicto §. omnem. quia illud æquipollẽs eſt vt declarat dominus Alex. in l. prætor. ff. de noui oper. nun, & melius conſ. 131. incipiente ponderatis his. & ita ſemper tenui. ſine dubio procedit ſecũdùm communem practicam ſatiſdatione præſtita per illa verba, ſecundùm formam iuris & ſtatutorum, vt ſentit dominus Alex. in apoſtillis d. l. litibus.

eſſe actiones.arg.ff.de ſolutio.l.ſi duo rei.Item quæ-
ro,quis debeat iurare de calumnia dominus, an pro-
4 curator † in rem ſuam datus? Reſpond.ipſe procura-
tor,cùm ſit principalis perſona, & ſuum negotiũ ge-
rat,vt not.Acc.C.de procurat.l.qui ſtipendia & C.de
act.& obl.l.1.& de hæred.vel action.vend.l.emptor.
(Adde in l.non ſolùm in prin.in 1.col.in fic.verſi.ſe-
cundo modo poteſt.ff.de procur.Bart.in l.2.§.ſinau-
tem.C.de iura.calum.in 2.col.verſi. reuertor ad gl.&
in l,1.§.in propria.ff. quando appel.ſit.) Item ſi ven-
didi actionem,& ille alij vendat eam,cui competant
vtiles actiones? primo,an ſecundo,an vtrique? hanc
quæſtionem ponit Accurſ.inſolutam, in d.l.emptor.
C.de hæredi.vel actio.vendita.Sed ſolue,vt plene di-
cit,quod actiones directæ non transferantur,quia oſ-
ſibus ſunt affixæ, vt dixi ſuprà, §.quæ actiones cedi
poſſunt:ergo, Quæro,an dominus qui eas ceſsit, poſ-
ſit agere? & dic, niſi interuenerit ſcilicet conteſtatio
litis,vel partis receptio vel denunciatio,vt tantum ſi-
bi ſoluatur, quæ denunciatio debet fieri.C.de noua.
l.3.Itẽ ſolet quæri,vnde prædictæ actiones,quæ con-
petunt procurat.in rem ſuam,naſcantur, quod dic,vt
not.Azo.in ſumma de actio.& oblig.§.pen.&c.

S V M M A R I V M.

1 *Actiones cedere qui compellantur.*
2 *Socius ſocio in actione pro ſocio cedere cõpellitur.*
3 *Procurator ſimplex compellitur domino cedere. Et quid de nuntio.*
4 *Negotiorum geſtor gerens ſine mandato, cedere compellitur.*
5 *Pupillus quando cogatur actionem tutori cedere.*
6 *Exceptio cedendarum actionum, quando cedi poſſit.*
7 *Exceptio cedenti obſtans, ceſſionario nunquid obſtet?*
8 *Ceſſio in iuribus in corporalibus tantùm operatur, quantum traditio in corporalibus.*
9 *Libellus neceſſariò præcedit litis conteſtationem.*

§. Sextus.

1 ACTIONES † compellitur cedere vẽditor hæ-
reditatis, vel alius eius nomine actiones ex em-
pto cedere compulſus. (Adde quòd ceſſio fieri debet
ſumptu & periculo cedentis. l. ſi incerto. §. nunc vi-
dendum.la 2.& ibi Bart.ff.commod.) Item hæres qui
ex Treb.ſenatuſconſulto reſtituit hæreditatem. Item
hæres contra quem petita eſt bonorum poſſeſſio cõ-
tra tabulas.ſ.accepta filio, probatur de primo. ff. de
hæredit.vel actio.vend.l.2.l.non ſolùm,& l.vendito-
ri.primo reſpõſo.l.emptor.C.de ſolut.l. nulla. & not.
Azo.in ſumma de hæred.vel actio.vend.§. firma pro-
batur de ſecundo.ff. ad Trebell.l.ſi hæres pecuniam,
primo reſponſo.& ff. de bon.poſſ. contra tabulas.l. ſi
emancipatus,in princ.hæc iura intellige in his,quę ex
ſuis perſonis acquiſiuerunt ipſi poſſidentes occaſio-
ne ipſorum bonorũ,vt dictis legibus colligitur, cùm
in actionibus aliunde quæſitis, vtiles actiones cõpe-
tant ſine ceſſione, vt not.ſuprà, quæ actio competat
procur.in rem ſuam,vndecunque naſcatur. Itẽ com-
2 pellitur cedere actiones ſocius † ſocio, ꝑ actione pro
ſocio. Item hæres cõpellitur cedere cohæredi, cui aſ-
ſignatum eſt nomen à iudice per officium iudicis, vt
ff.famil.erciſ. l. plane, vel per actionem ex ſtipulatu,
aliquãdo deficientibus ſtipularis cogitur hæres cede-
re cohæredi:per actionẽ præſcriptis verbis. C. famil.
3 erciſc.l.licèt pacta.in fi. Item procurator † ſimplex &
non in rem ſuam, & nuntius compellitur cedere ipſis
dominis, vel cui volunt ipſi domini nomina & actio-
nes alias obligatis, alias obligationes acquiſitas ex
officio ſuſcepto per actionẽ mãdati,vt ff.mand. l. idẽ.
§.ſi cùm mandauero,& l.ſi procurator.in fi.& ſi man-
datum in fi.& ff depoſit.l.1.§.ſi te rogauero. Item ne-
4 gotiorum † geſtor, qui aliena negotia ſine mandato
geſſit,compellitur cedere per actionem negotiorum
geſtorum vtilem:vel per actionem depoſiti,vel gene-
raliter cuiuſcunque contractus ex quo penes eum ge-
ſtorem fuit pecunia, vel res ex qua actionem acquiſi-
uit. C.ſi cert.pet.l.abſentis,& gl.in l.quamuis,eo. tit.
Item prædicti,procurator ſimplex & nuntius,habent
deſiderare ſibi actionem cedi à domino pro oppoſi-
tione exceptionis cedẽdarum actionum, ad exemplũ
tutoris cui fit ceſſio à pupillo, aduerſus contutorẽ re-
medio exceptionis prædictæ. C.de contrario iudicio
tute.l.2.& ff.de tutel.& ra.di.l.2.§.non tamen. Item
aduerſus magiſtratum ſi quis ſatis nõ accepit à tutore
5 pro opinione exceptionis,cõpellitur pupillus † cede-
re actionem ipſi tutori ſoluenti.ff.de magiſt.conue.l.
quòd ſi tutor,quæ continuatur cum præcedenti.Item
fideiuſſor aduerſus fideiuſſorem,vt agere poſſit.debet
ſibi cedi à creditore actio ante ſolutionem,vel ſtatim
poſt,

poſt,vel etiam ex interuallo,dummodo prius conuenerit de actione cedenda, & ad hoc compellitur,non per actionem , ſed per appoſitionem exceptionis.ff. de fideiuſſor.l. fideiuſſor. in fine. igitur non cogitur ſolum creditor cedere mãdatori & fideiuſſori actionem contra fideiuſſorem & mandatorem, per oppoſitionem exceptionis cedendarum actionum, vt proximè dixi,ſed etiam aduerſus principalem,vt ff.de fideiuſſ.l.2.& l.cùm aliter.& ff.mand.l. ſi quis alicui.§. fi.& ff.de ſol.l.Stichum.§.pe. Sed quando poteſt op-
6 poni hæc exceptio † cedendarum actionum?reſpon. quandoque poſt ſatiſdationem etiam poſt ſentẽtiam, vt ff.de tu.& ra.diſtra.l.1.§.non tamen.C. de contrario iudic.tutel.l.2.& ff.de fideiuſſoribus.l.fideiuſſor. §.idem reſpõdit &c.(Materiam exceptionis cedendarum actionum , vide in Specu.de renuntia.& conclu.verſ.ſed pone cum ſequent.& omnino per Bar.in l.grauius.de fideiuſſo.& Alexan.pleniùs in l.de die.§. ſi fideiuſſor.qui ſatiſd.cogan.)

7 Annotatio. An exceptio † quæ obſtat edenti,obſtet & ceſſionario, vide Bart.& doct.in d.l.apud Celſum.§. ſi cum legitima.ff. de doli except. & in l. doli.ff. de noua. An autem exceptio competens cedenti, competat ceſſionario , vide no.in l.qui ſtipendio.C.de procuratorib.

Annotatio. Pluribus obligatis inſolidum ceſſante beneficio diuiſionis iure antiquo,vel renun. ſi agatur contra vnum inſolidùm,ille contra quẽ agitur,poteſt petere, vt actor ſibi cedat actiones contra alios &c.Sed tunc notat, ꝙ ille ceſſionarius nõ poterit agere contra aliquem ex obligatis inſolidum, ſed pro parte tantùm glo.eſt in l.cùm apparebit.in fin.in verſic.recuſet.ff.loca.

8 Annotatio. Tantùm operatur ceſſio † facta in iuribus incorporalibus,ſicut traditio facta in corporalibus rebus ſuper glo.in l.fin.§.quando fiſcus vel priuatus debitoris ſui debitorem exigere poſſit.

Annotatio. Quid ſi non interuenit aliquod de his tribus , ſed debitor aliter ſciuit de ceſſione, an ſoluendo cedenti liberetur? Albe.in l.3.C. de noua. format hanc quæſtionem, & dicit quod glo.variant. Nam glo.in l.fin.ff.de tranſact.tenet, quod ſufficit,ſi ſciat,ſed glo.in l. nomen.§.quæ res pign. oblig.poſſ. tenet contrarium.Cyn. primam glo. & illam quæ eſt in l.nomen.reprobat hanc quæſtionem, dicit ſe Alb. plures habuiſſe de facto, & aliquando obtinuiſſe pro vna parte,& aliquando pro alia, & quod ſufficiat ſola ſcientia,facit.l.aliud,& ibi per Iac.de Bel.ff.de ſolut. l.licet ibi dicatur, denuntiauerim, tamen in ipſo eodemq; caſu, idem eſt etiam ſi non denuntietur,vt eo. tit.l.vero procu.§.1. & pro hoc bene facit.ff.de peti. hęred.l.item veniunt §.à quo & ad l.Aquil.l.quia foueas & gl.in l.emptor.C.de euictione,videtur etiam tenere hanc opin. licèt dicat tutius eſſe, denuntiari. Item ꝙ ſola ſcientia ſufficiat, facit : quia procurator contra quem lata eſt ſententia, tenetur appellare vel denuntiare,quòd lata eſt ſententia:ſi tamen dominus ſciat, non tenetur nuntiare,extra, de procura.c.cùm iniuſtè,& ibi no.in contrarium facit, quia denuntiamentũ videtur de ſubſtantia,& nõ fit ſolùm ad ſcientiam inducendam,ſed etiam , vt denuntians præferatur illi qui ceſſit, & vbi denuntiamentum eſt de ſubſtantia,non ſufficit ſola ſcientia:vt ff.de adul.l.denuntiaſſe.& de inoffi.teſt.l. quemadmodum:& hanc opinionem tenet dic.in d.l.denuntiaſſe , & in c.eum qui certus eſt,de re iud.lib.6.& Spec.in tit.de procura.§. fin.verſ.pen. & hanc opin. tenet etiam Iac. de Bel.& pro hoc facit.cap.prudentiam,de offic.deleg.cum ibi no.Item ſi diceremus ſolam ſcientiam ſufficere , iam caſus qui ponitur in d.l.4.C. de noua.de lit.conteſta. ſuperuacuus eſſet , & nunquam poſſet habere locum
9 Nam libellus † habet neceſſario præcedere lit. conteſt.l.1.& auth.offeratur.C. de lit.cõteſt.(Adde Spe. de libel.concep.§.1. in ptinc.& no.in c.fin. de libell. oblat.& in l.edita.C. de eden.per Hoſtien. in ſumm. eo.tit.de libelli concept.)per libellum autem fit certioratio,&efficitur quis ſciens.l.edict.C.de eden.igitur ſolus libellus ſufficeret,& lit.conteſt.opus non eſſet.Vnde opinionem , ꝙ denuntiare opus ſit, credit. Alb.meliorem, & ad l.denuntiaſſe poteſt dici , quod eſt ibi ſpeciale fauore matrimonij,& odio accuſator, vnde dicendum , ſecundùm Iac.de Bel. & Dyn.quod aut denuntiatum eſt de ſubſtantia,& non ſufficit ſola ſcientia:aut non eſt de ſubſtantia & ſufficit ſola ſcientia.Sed operæpretium eſſet videre quando denuntiamentũ fit de ſubſtantia,& quãdo non:de quo per Albe.in d. l. 3.C. de noua.cuius ſunt omnia verb.prædicta,ſed hoc vide in 2.§.volũtatẽ.ff. ſol.mat.per doct.

FINIS.

SOLEMNIS AC PERVTILIS TRACTATVS DE CESSIONE ACTIONVM PER DOMINVM Iacobum de Arena.

SVMMARIVM.

1 *Actionem mandare,quot modis accipiatur.*

2 *Cedendo,nihil remanet penes cedẽtem:ſed mandando,remanet directa,quantumcumque faciat eum procuratorem in rem ſuam.*

3 *Ceſſio actionis quomodo fieri poſſit,& nu.10.*

4 *Per ceſſionem actionis transferri dicitur ipſa actio in alium.*

5 *Actio in tantum transfertur ex ceſſione, vt à iure lis propria appelletur eius, cui ſeu in quem ſit facta.*

6 *Ceſſio facta potentiori, ratione officij publici cui præſit,occaſione cuius officij poſſit eſſe terribilis aduerſario,an valeat & teneat.*

7 *Quid ſi non potentiori fiat ſi res tamen ſit in iudicium deducta,vel litigioſa effecta, an ceſſio facta valeat.*

8 *Caſus in quibus ceſſio facta valet & non refert an potentiori fiat,ratione aliqua,vel non.*

9 Potentior quis intelligatur in his caſibus.

11 Actio non poteſt pro parte vendi, & pro parte donari, quia iura in dubio præſumũt talem contractum ſimulatum.

12 Idem eſt, ſi minori pretio empta ſit, quia in dubio præſumitur ſimulata.

13 Ceſsionis titulus ſi deficiat in inſtrumento, an non valeat ipſa ceſsio: & nu. 14.

15 Contrahentibus licitum eſt inter ſe decipere, dum tamen vltra dimidiam non decipiatur.

16 Cauſa quare ceditur, neceſſaria eſt, vt in inſtrumento exprimatur.

17 Sententia eorum qui præſumunt donationem intelligi in ceſsione, in qua cauſa ceſsionis non continetur, non eſt vera.

18 Quid ſi in fine vel alibi in inſtrumento reperiatur, quòd per prædicta cauſa cedens, aliquid habuiſſe, vel ſibi ſatiſdatum eſſe confeſſus ſit, an cauſa ex hoc intelligatur expreſſa ſaltem venditionis: & nu. 20.

19 In contractu emptionis & vend. præſumitur emptorem bona fide emiſſe.

21 Quid ſi in ceſsione pretium interueniat aliter, quam in pecunia, puta in frumento vel alia re, nunquid valeat ceſsio.

22 Nomine debitoris vẽdito vel ceſſo, an ſtatim acquiratur dominium ceſsionario de eo quod debet.

23 Iura & actiones cedunt & transferunt generaliter omnes qui eas habent, ſi etiam ſe obligare poſſunt.

24 Omnia conceſſa, iuris permiſsione intelliguntur, niſi reperiantur inhibita, & nu. 41.

25 Infamis nunquid cedere poſsit actiones.

Plures alij caſus, in quibus ceſsio fieri non poteſt actionum ibidem enumerantur, & nu. 27. & 28. & 31. 33. & 38.

26 Pupillus non poteſt obligari, niſi inquantum locupletior ſit factus.

29 Ceſsio quando fieri dicatur ex neceſsitate.

30 Reſtitutio in integrum, quibus competat ob leſionem ex ceſsione.

32 Filiusfa. poteſt ex omnibus cauſis obligari, præterquam mutuo, & in voto.

34 Venditio non fit per procuratorem; & ceſsio eſt venditio.

35 Procurator alium procuratorem facere non poteſt ante litis conteſtationem, & nu. 37.

36 Hæreditas per procuratorem reſtitui poteſt, in qua reſtitutione tranſeunt actiones.

39 Directa & vtilis non ſunt duæ actiones ſed vna duas habens.

40 Statutum contra rigorem iuris inductum, non eſt ad conſequentias trahendum.

42 Priuilegiatus, puta ſcholaris, habens ius ceſſum ex iuſta cauſa à priuato, nunquid vtetur ſuo proprio priuilegio? & nu. 45. & 49.

43 Fiſcus, qui priuilegiatur in multis, ſuccedens in locum priuati, vtitur iure priuati, & plures alij caſus, in quibus ſuccedens vtitur iure principalis. Ibid.

44 Priuilegium alicuius, in alterius iniuriam porrigi non debet.

46 Fauores ſunt ampliandi, & odia reſtringenda.

47 Plura contradicentia dictis ſupra. nu. 43.

48 Legatus Romæ hæres inſtitutus, habet ius reuocandi domum.

50 Ceſsio facta de laico in clericum, an valeat.

51 Priuilegiato cedente actiones priuato, nunquid iſte vtetur illius priuilegio etiã quo ad forum?

52 Senatuſcon. Velleianum competit etiam hæredi mulieris.

53 Priuilegium cum rebus cõceditur, cum ipſis tranſit ad quemlibet ſucceſſorem.

54 Actiones omnes ceduntur, quæ verbo actionis, largè ſumpto vocabulo, continentur.

55 Actiones quæ ſunt ex delictis, an cedi poſsint.

56 Ceſsio partis debiti an fieri poſsit.

57 Actio realis nunquid cedi poſsit.

58 Realis pendens ex perſonali, an ſine perſonali cedi poſsit.

59 Quid ſi cedatur actio à cedente acquiſita per dolum vel fraudem, an doli exceptio obſtabit procuratori in rem ſuam.

60 Actio iniuriarum an poſsit cedi.

61 Actiones quibus cedi poſſunt, & pro quibus non, ibidem per totam illam rubr.

62 Seruus in iudicio eſſe non poteſt.

63 Actiones quæ competant ceſsionarijs facta ceſſione, & hæ vnde naſcantur, ibidem, & per totam illam rubricam.

64 Caſus in quibus, ſine ceſsione competit vtilis ex natura præcedentis contractus, ſine cauſæ.

65 Actio vtilis eſt auxilium extraordinarium.

66 Vtilis actio quæ ab initio competit, an deficiat vel moriatur ſtatim facta ceſsione directè.

67 Ceſsionarius iurium ſimpliciter, poteſt proſequi pignora & agere contra fideiuſſorem.

68 Hypotheca viuit & moritur vt acceſſoria, quãdocunque ipſa principalis moritur, quomodocunque moriatur.

69 Actiones cedere quis compellantur, ibidem & per totam illam rubr. quæ ibi ſequitur.

70 Socius tenetur acquiſita conferre & communicare.

71 Exceptio cedendarum actionum quando poſsit opponi.

72 Creditor qui emit bona debitoris, agens contra fideiuſſorem qua exceptione repellatur.

73 Agens ex iure ceſſo, an cogatur fidem facere, de ceſsione in litis conteſt. petente aduerſario, vel ſaltem rato cauere.

74 Iudicium ſi ſit incompetens, nullum eſt iudicium.

75 Ceſsionarius an teneatur defendere cedentes, cum ſit factus procurator in rem ſuam.

76 Libellus

76 *Libellus qualiter formetur in actione ceſſa.*
77 *Cauſa ex qua fit ceſsio, an exprimi debeat in libello.*
78 *Habens obligatum nomen debitoris, nunquid poſsit cõuenire debitorem ipſius debitoris, antequam cõueniat illum ſuum debitorem principalem, & nu. 79. & 81.*
80 *Incorporalia quaſi poſsidentur.*
82 *Mulier habens expreſſam hypothecam, poteſt prius conuenire debitores mariti, quam exentiat bona eiuſdem mariti, vel hæredum ſuorũ.*
83 *Iurare de calumnia quis teneatur, an dominus, vel procurator in rem ſuam.*
84 *Quid ſi cedens ſponte veniat in caſu præcedẽti, & confiteatur, vel dicat aliquid contra ceſsionarium.*
85 *Dominus qui actiones ceſsit, an poſsit agere, vel eas alij cedere.*
86 *Ceſsionarius vtrum poterit producere teſtes in cauſa, qui à cedente produci non poterant.*

PRÆFATIO.

QVONIAM in corpore iuris ſparſus & diffuſus articulus de ceſsione iurium inuenitur, & à nemine huc vſque collectus in vnum, duxi ipſum opus in præſenti aggredi colligendum, & hunc ordinem ſecundùm meæ paruitatis ſciẽtiam ipſius oris & labij à Deo altiſsimo inſtillatam perficere, videlicet vt prætermittam inquirere, quæ ſit differentia inter Cedere & Mandare, vt ſit ſummam proſequendo, demum ipſum articulum ceſsionum, dicendo primò, qualiter fiat ceſsio iuris & actionis: deinde, quis cedere poſsit: Item quæ actiones cedi poſsint: Cui etiam, & in quem transferri poſsint iura & actiones: Item quæ actiones competant ei qui iura & actiones per ceſsiones acceperit, & hæ vnde naſcantur. Alio etiam loco, quãdo compellatur quis cedere actiones, quo iure. Vltimò de his, quæ fiunt circa iudicium agentis ex iure ceſſo. Quibus omnibus ſic per ordinem enarratis, leue erit peroptantibus falcẽ ſuam prato iuris ciuilis alere ac nutrire: circa ipſum articulum ceſsionum, neceſsitatem à natura offuſcatam ex variis paſsionibus, nunc puriſsimè elimatam agnoſcere.

Quæ differentia ſit inter Cedere & Mandare. RVBRICA I.

1 EST ergo ſciendum, † quòd mandare actionem,
tribus modis accipitur: Vno modo, quando mãdatur tantùm executio actionis, vt poteſt videri in quolibet ſimplici procuratore: & tunc poteſt actio, commiſſa propriè dici, non etiam mandata vel ceſſa: quo caſu non tranſit directa, nec vtilis ſecundùm Petrum & omnes. Secundo modo accipitur mandare actionem, pro delegare: quo caſu tranſit vtilis & directa, vt fit quando quis delegat alicui debitorem ſuũ, vt ff. de nouation. & de leg. dicitur per totum. Tertio modo accipitur, vt quando facio aliquem procuratorem in rem ſuam, vt C. de nouation. l. 3. ibi, vbi dicit, mandaueris, & C. de hæred. vel actione vendita. l. emptor hæreditatis. ibi, vbi dicit, mandatis, & tunc dicit Ioannes, quòd mandare, eſt idem quod cedere: quia cedendo transfertur vtilis in eum cui ceditur, & directa remanet apud creditorem, ſic & mãdando, vt procurator in rem ſuam faciat, transfertur vtilis in eũ qui ceditur, & manet directa ſecundùm eum. Alij dicunt,
2 etiam hoc caſu eſſe differentiam: quia † cedendo nihil
remanet penes cedentem: ſed mandando, remanet directa, quantumcunque faciat eum procuratorem in rem ſuam, arg. C. de nouation. l. ſi delegatio. Alij, vt domini Hug. & Azo, dicunt idem quod Dominus Io. quantùm ad cedentem & mandantem: quia ſemper directa remanet apud cedentem & apud mãdãtem. Sed quantùm ad eum cui ceditur vel mãdatur, diſcordant à Ioanne, & dicunt differentiam eſſe inter eum cui ceditur, & eum qui mandatur: quia ceſſione legitimè facta, poteſt intentare directam nomine domini ex ceſſione, vel vtilem ſuo nomine. Ille autẽ cui mandatur, non poteſt agere, niſi directa nomine domini, vel vtili, etiam quibuſdam caſibus, quibus competit vtilis ſine ceſſione, quos dices infrà, quæ actiones compet. ei qui iura & actiones per ceſſionem accepit, & hæ vnde naſcantur, & hæc omnia not. Accur. in glo. Ordinaria. C. de actionibus & obligationibus, l. 1. ſuper verbo, mandatas.

Qualiter fiat ceſsio iuris & actionis. RVBRICA 2.

3 SCIENDVM eſt, † quod ceſſio actionis fieri po-
teſt quocunque titulo vero, non ſimulato, vt C. mand. per diuerſas, & C. pl. va. ꝙ agitur, quam quod ſi con. per totum. Ex quo. i. titulo rei dominium trans-
4 ferri poſſit ad alium, nam † per ceſſionem actionis
transferri dicitur ipſa actio in l. alium, vt C. mandat. l. fin. vbi dicit ſeruus nulli, &c. & ff. de iure dotium, ſi mulier. §. ex aſſe. & in tantum transferatur actio ex
5 ceſſione, vt à iure lis † propria appelletur eius, cui, ſeu
in quem ſit facta, vt ff. de procur. quia omnia. §. planè, quia & in rem ſuam dicitur procurator, vt ff. mand. ſi procurat. §. dolo autem, in fin. & ff. de in rem verſo. l. 3. §. idem Labeo ait, & loco etiã domini eſſe dicitur, vt ff. de pact. ſi tantùm, & C. de hæred. vel actione vẽdita. l. emptor. non tamen dominus verè eſt ſecũdum

Axonem, vt ſumma de rei vend.in princ. Hic omnia
ſunt vera,ſiue ſit titulus ille per quem fit ceſſio de his,
quæ fiunt inter viuos,vt C.& ff.de hæred. vel actione
6 vend.per totum, niſi † fiat potentiori ratione officij
publici cui proſit. Occaſione cuius officij poſſit terri-
bilis eſſe aduerſario,vt C.ſi qua pe.po.l.1.& C.ſi rec.
pro l.vna.C.de his qui pot.not.l.1. & C. quòd metus
cauſa ſi per impreſſionem,& l.fin.quia tunc non valet
ceſſio, immò amittit ius crediti per ſententiam, non
ipſo iure. C.qui dare tuto.poſ.auth.minoris, & nota.
Accurſ.C. ne li.po.l.1.& 2.facit, extra. de ali. iudic.
mutan cau.fac.cap. 2. vel alia ratione potentiori quã
officij,quia tunc habebit locum titulus de alien. iudi.
7 mutan. cau. fac. vel † ſi etiam non potentiori aliqua
ratione fiat,non valet,ſi tamen res ſit iam in iudicium
deducta & litigioſa effecta,niſi quibuſdam caſibus,vt
C.de litig.l.1.& 2.in fi.ſiue cauſa mortis vt ff.de don.
cauſa mortis.l.mortis.§. Titia, vel in alia vltima vo-
luntate,vt ff.de l.3.l.nomen debitoris,& de leg.l. le-
8 gaui.& nota † quòd his duobus caſibus quãdo fit ceſ-
ſio cauſa mortis,vel alia vltima voluntate, non refert
an fiat potentiori ratione aliqua,vel non,vt arg. ff. de
alie.iud mut.cauſa fac.l.ex hoc edicto.§.hæredem,li-
cèt interſit litigioſa vel non,vt C. de litigioſis, auth.
nunc ſi hæres,& intelligo ſecũdùm Dominum Odo-
9 fredum † potentiorem dici illum, cui ceditur reſpe-
ctu cedentis,non eius contra quem fit ceſſio,& ita in-
10 telligitur titulus,ne li.po. Poteſt † itaq; transferri,ſeu
cedi actio titulo donationis,vt C.mand.l.final. Idem
titulo emptionis & venditionis,vt d.l.per diuerſas, &
C.& ff.de hære.vel actione vend per totum. Itẽ titulo
dotis,vt C.de action.& obligat.l.nominibus in dotẽ,
& ff.ſolut.matrim.l.Mæuia marito.1.reſp. Item titul.
ſocietatis,vt ff.pro ſocio.l.1.& 2.& 3.& ff. de pecu.l.
ſi Sticho Item titulo ſolutionis.ſ. in ſolutum, vt C.
de noua. l. 3. & de actionibus & obligationibus. ſ.in
ſolutum. Item titulo legati,& fideicommiſſi,vt C. de
leg.l. ex legato nominis,& argu.C.de leg. vel fideic.
l.2. Hic tamen fallit, niſi res iam eſſet in iudicium de-
ducta,quia tunc actio non transfertur, ſed hæres litem
exequitur, & præſtat legatario totum id quod conſe-
quitur,vt C.de litig.l.quidquam, & authent.nunc ſi
hæres. Item transfertur etiam actio titulo inſtitutio-
nis ſeu ſubſtitutionis.C de litigio.l.quidquam. Item
transfertur actio etiam titulo feudi, veluti dando no-
men debitoris in feudum vt argum.in vſibus feudorũ
de iure fidelita.nec tamen competit vtilis ſine ceſſio-
ne,ſecundum Accurſ.de Rhegio, quia iſte non eſt de
caſibus enumeratis, quibus competit vtilis ſine ceſ-
ſione, argum.ad hoc.ff.de adop.l patre furioſo. & C.
de Epiſcop.& cleric.l.ad inſtitutiones, in fine. Caue
tamen quòd licet dixerim ſuprà,ꝙ actio poſſit donari
11 & vendi,tamen † non poteſt pro parte vendi, & pro
parte donari, quia iura in dubio præſumũt ſimulatum
12 talem contractum,vt C.mand.l.fin. † Idem eſt,ſi mi-
nori pretio empta ſit,quia in dubio præſumitur ſimu-
lata,vt argum. ff.de tranſactio.l cùm hi § modus, his
duobus caſibus agit is, cui ceſſio facta eſt, ſolùm ad
id,ꝙ dedit in ſuperfluo,nec ipſe, nec qui ceſſit agere
poſſunt niſi ſint de perſonis nominatis.C.man.l. per
13 diuerſas, verſic.exceptis † Item ſi deficiat titulus ceſ-
ſionis in inſtrumento,non valet ceſſio, vt C.mand. l.
per diuerſas,& not. Accurſius.C.ne liceat po.l. 1. vbi
autem non dubitatur,licet certum eſt,eam non ſimu-
latã,tunc indiſtinctè valet, nec locus eſt præſumptio-
ni prædictæ,vt de hæred.vel actione vendita.C. & ff.
per totum. Idem dicas, & ſi certum ſit cauſam ſimu-
latam eſſe,vt C.pl val.quod ag. quam ſi con. per to-
14 tum,& not. Accurſ.C.ne liceat po.l. 1. † Poteſt etiam
dici ſecundum quoſdam, quòd tit. ceſſionis non exi-
gatur, licèt Accurſ. & multi alij hoc innuant debere
inſeri in inſtrumento,in princ.per l. C. mand. per di-
uerſas,& not. Accurſ.C.ne li poſt l.1.dicũt enim,non
reperiri lege cautum de titulo inſerendo, & vbi lex
deficit,nec vtilis actio danda eſt,vt ff. ſolut. matr. l. ſi
verò.§.de viro. nec l.per diuerſas, hoc dicit, ſi rectè
inſpiciant,nam dicitur ibi, quòd redimendi nomen,
reſtituatur pretium,quantum datum eſt pro ceſſione,
licèt nomen vẽditionis inſertum ſit. Videbatur enim
quod non deberet reſcindi vẽditio facta minori pre-
15 tio, quia † licitum eſt contrahentibus inter ſe deci-
pere,vt ff.loc & conduc.l.Item,pretio.§.quemadmo-
dum,& ff.de mino.l.in cauſæ ſecund. dum tamẽ vltra
dimidiam non decipiatur,vt C.de reſcind. vend.l. 2.
Ego hanc probo, quod non ſit ex neceſſitate nomen
16 tituli inſerendum in ceſſione,dumtamen † cauſa qua-
re ceditur ſit inſerta, quæ neceſſaria eſt ſecũdùm Ald.
& dominus Vber.de Bob. iſta ratione conſentit cum
eo,quia ſicut nuda traditio corporaliter ſine cauſa fa-
cta,non transfert dominium rei mobilis, vt ff. de ac-
quiren.rerum dominio.l.nunquã nuda,ita nuda quaſi
traditio actionis non transfert vtilem actionem,neq;
directam, Difficilius enim acquiruntur incorporalia,
vt ff pro ſoc.l.1.§ penult.& l.2.& 3.in princip.& ff.de
17 pecu.l.quis ergo.† Nec eſt vera (dicit ipſe) ſententia
eorum, qui præſumunt donationem intelligi in ceſ-
ſione,id eſt, in qua titulus,id eſt, cauſa ceſſionis non
continetur,arg.ff. de condit.indeb. l. penultima & ff.
de regulis iuris.l.cuius per errorem,quod de regulari
iure nemo præſumitur donare.vt ff.de probat. l.cùm
de indebito. Addo,ego & aliam rationem: nam con-
ſtat quod ex cõtractu innominato ſit ceſſio actionis,
vt C.de actionibus & obligationibus.l.1. & de præd.
vrba.l.naturalis, circa principium. Quomodo ergo
poterit nomen inſeri,cùm cõtractus ſit innominatus,
& careat nomine? Vnde vera eſt ſententia, quod ſuffi-
ciat cauſam ceſſionis inſeri.vt argum.C. de procurat.
l.qui ſtipẽdia,& ff.de prob.l. cùm de indebito. §. fin.
18 † Sed quid ſi in fine, vel alibi in inſtrumento reperia-
tur, quod pro prædicta cauſa ceſſionis confeſſus fuit
creditor cedens, ſe tantùm accepiſſe, vel ſibi ſatisfa-
ctum eſſe,vel ſolutum? nunquid cauſa intelligitur ex
hoc expreſſa, ſcilicet,vẽditionis ſaltem? Arguo quòd
ſic.C.de præd.cauſ.l.fin.lib 10.& ff.de prędiis vrban.
l.naturalis,in fi.1.reſponſo.ibi,vbi dicit, & ſi quidem
pecuniam.& fac.C. de actionibus & obligationibus,
l.1. & ſecundùm hoc ſi præſumitur, quod ſit contra-
ctus emptionis & venditionis,vera præſumitur ceſſio,
19 quia in † contractu emptionis & venditionis præſu-
mitur, emptorem bona fide emiſſe,vt C. de euict. l.
penult.& de re milit.l.non omnis. §. à barbaris. Sed
20 contrarium dico, † quòd vbi cauſa debuit ſpecialiter
exprimi, non ſufficit eam intelligi expreſſam ſecun-
dùm dominũ Homobon. de Mot. & Accurſ.de Rhe-
gio,per l.C.de procurat.l.qui ſtipendia.& de non nu-
merata pecunia.l.qui ſtipendia.l.generaliter.& ff. de
21 cond.ſine cauſa.l.1.& de except.doli.l. 3. † Sed quid
ſi in ceſſione pretium interuenerit aliter, quam in pe-
cunia numerata,puta in frumento,vel vino, vel equo,
vel aliqua alia ſpecie? nunquid valet ceſſio? & videtur
quod ſic,argumento.ff.depoſiti. l.1. §. qui ſeruitij, &
facit quòd not.in ſumma.C.de rerum permutation. §,
22 notandum quòd ſatis ſuſtineri poteſt. † Item quid ſi
vendidiſti mihi nomen debitoris tui & ceſſiſti omnia
iura quæ habebas contra eum in ipſo debito, nũquid
ſtatim acquiritur mihi dominium de eo quod tibi
debet?

debet?arguo ꝙ ſic.C.de hæreditate, vel actione ven-
dita.l.ſi.Sed contrarium puto verum, vt C.de hæredi-
tate,vel actione vendita.l. penult. ſecundùm Accurſ.
de Rhegio,quoniam potius videtur mihi tradere vo-
luiſſe actionem,quam ipſam rem, vt ff. de iure dotiũ.
l.ſi ſponſalibus,in fin. Addo & aliam rationem, quia
non poſſet cedens reuocare ceſſionem, ſecundùm. l.
C.de noua.l.3.

Quis cedere poſsit iura & actiones.
RVBRICA 3.

23 IVRA † & actiones cedunt & transferunt generali-
ter omnes qui eas habent, vt ff. de hæreditate vel
actione vend.l.ſi nomen,ſi etiam ſe obligare poſſunt,
vt notat dominus Albertus de Gallis,in ſumma ſua de
quæſtionibus.Rubr.de procurato.in rem ſuam, circa
24 principium. Etenim † omnia intelliguntur iuris per-
miſſione conceſſa, niſi reperiantur inhibita, vt ff. ex
quibus cauſis maior l.necnõ.§.quòd eis, ſuprà de ac-
cuſat.l.qui accuſare. C. de relig. l. ſtatuas. C. de iure
dotium.l.null.& ff.de procu.l.mutus. Circa hoc quę-
25 ro,† nunquid infamis poſſit cedere actiones? Reſpõ-
deo,non:quia nec ipſe obligari poteſt, vt ff. de verb.
oblig.l.1.in princip.& l.mulier,& ff.de cond.indebit.
l.quòd pupillus. Sed nunquid tutor ipſius poterit ce-
dere?Reſpondeo,ſic,vt ff.ad Trebell.leg.reſtituta.§.
1.ſed quid de pupillo?nũquid poteſt cedere? Reſpõ-
26 de,non,ſi habeat tutorem, † cùm nec poſſit obligari
ſine tutoris authoritate, niſi inquantum locupletior
ſit factus,vt ff.de ſolut.l. ſi pupilli. & ff. de action. &
obligat.l.obligari,niſi naturaliter, vt ff.de nouat.l.1.
in fine,& inſtit.quibus modis tollat,oblig. §. penult.
27 † Sed quid ſi nullum habeat tutorem? Reſpondeo,
tunc poteſt cedere,vt argum.ff.de adminiſtrat.tut.l.ſi
plures,& de tute.& ra.diſt.l.cùm pupillus,& de ſolut.
l.Stichum.§.ſi mandato. cum decreto tamen iudicis,
vt C. de iure deliberand.l.ſi infanti, in fin. niſi fortè
fiat ex neceſſitate, quia tunc etiam ſine decreto iudi-
28 cis poſſet credere,vt ff.ad Treb.l.reſtituta.† Sed quã-
do dicitur fieri ceſſio ex neceſſitate? Reſp. ſecundùm
dominum Iacobum de Aret. quòd illa dicitur neceſ-
ſaria ceſſio,quæ fit de procuratore in dominum velu-
ti de actione quæſita per procuratorem, vt ff.de acq.
poſſeſ.l.poſſeſſio quoque.Item & ea etiam, quæ fit in
vltima voluntate,vt ff.de alien.iud.mut.cau.fac.l.hoc
edict.§.ſi hære.Item & ea,quæ fit ex tit. nõ lucratiuo,
neceſſitate rei familiaris vrgẽte,vt C.de reſcind. vẽd.
l.non idcirco, nam nemo in neceſſitatibus liberalis
exiſtit,vt ff.de adimen.leg.l.rem legatam, nec illam
dico neceſſariam quam pręceſſit pactio,licet quidam
illud dicant,quia initium illud fuit voluntarium, ſed
29 finis eſt neceſſaria,vt C.de act.& oblig.l.ſicut. † Sed
nunquid authoritate tutoris poterit cedere ipſe pu-
pillus?Reſp.ſic,vt d.l.de nouatione, & ff. de authori-
tate tutorum.l.poteſt pupillus. Sed nũquid ipſe tutor
ſine pupillo poſſit cedere?Reſp.non, vt ff. ad Treb.l.
reſtitut.§.pupillus,& C.de iure delib.l.potuit, & l. ſi
infanti,& C.ad Treb.l.ſancimus. Item quid de adul-
to,nunquid cedit?Reſp.non:ſi habeat curatorẽ, cum
nec ſe obliget ſine eius authoritate, vt C. de in integ.
reſtit.mino.l.ſi curatorem.Sed quid ſi non habeat cu-
ratorem?Reſpondeo, tunc poteſt cedere, quia obli-
gari,vt eadem l. ſi curatorem.Sed nunquid ipſe cura-
tor poterit ſine adulto cedere?Reſp.non, cum nec eũ
30 obliget,vt C.de tuto.vel curat l.ſi creditor.† Sed nun-
quid infans,pupillus,& adultus poſſit reſtitui in inte-
grum aduerſus ceſſiones, à ſeipſis cum tutoribus vel
curatoribus factas,vel ſine,vel à tutoribus vel curato-
ribus ſolis,ſi ſint læſi in ipſo contractu? Reſpondeo,
ſic,niſi decretum iudicis interueniat, vt C.de prędiis
minor.l.ſi quidem cum ſimilibus,vel niſi iuramẽtum
interuenit in adulto,vt C.ſi aduerſus vendito.authen-
31 tica ſacramenta.Præterea † quid de furioſo, nunquid
poteſt cedere adulto?Reſpondeo,non, vt C.ad Tre-
bellianum.l.ſancimus.Item quia ipſe nec obligari, vt
ff.de actionibus & obligationibus.l.1.§.furioſum, &
eſt ratio,quia nec tacitè, nec expreſsè poteſt conſen-
tire, vt ff.loca.& conduct.l.qui ad certum,niſi quãdo
pater exegit dotem filiæ furioſæ,quia tunc tacitè cõ-
ſentire dicitur,vt ff.ſoluto matrimonio.l.2.§. volun-
tate.Sed quid de curatore furioſi? nũquid poterit ce-
dere?Reſpondeo,ſic,vt ff.ad Trebellianum. l. hæres,
& C.ad Trebellian.l.ſancimus.Item quid de ſurdo &
muto?Reſpondeo,non poſſunt cedere, nec obligari,
vt ff.de verb.oblig.l.1.in princ.& inſtit.de inutil. ſti-
pulat.§.mutum,& §.ſeq.ſed nũquid curator muti po-
teſt cedere?Reſponde,ſic,vt ff.ad Trebellianum.l.ſer-
uo inuito.§.fin.Sed nunquid hoc eſt verum in quoli-
bet ſurdo?Reſpondeo,non,ſed tantum de eo qui nul-
lo modo exaudit,vt ff.de actionib.& obligationibus,
l.1.§.fin.An filiusfamiliâs poſſit cedere de actionibus
acquiſitis ex Caſtrenſi vel quaſi Caſtrenſi,vel aduẽti-
32 tio lucro,quæro?Reſpondeo,ſic,† cùm poſſit obliga-
ri ex omnibus cauſis præterquam in mutuo, & in vo-
to, vt ff.de re iudicata. l. tam ex.& de actionibus &
obligationib.l.filiusfamiliâs,& ff.de noxa. l. quoties,
& ff.de pecul.l.ſi quis filio.& l.& ideo & ff.de edẽdo.
l.prætor.§.Sed ſi filius & ff.de pollicita.l.ſi quis rẽ.§.
voto.Sed tamen hodie non poteſt actiones cedere,in
quibus patri exercitium competit, niſi cõſenſu ipſius
patris,vt C.de bonis mater.l.1.& de bonis quæ libe-
33 ris.l.ſi.§.vbi autem in vnum.† Sed nunquid pater ſo-
lus cedere actiones filij in ſua poteſtate manentis tã-
quam legitimus adminiſtrator ipſius poteſt? Reſpon-
deo,nõ:niſi filius ſit infans,vel abſens.C.de bon. quæ
liberis.l.ſi.§.vbi.autem in vnum,& l.ſolut.matr l.2.§.
volunt.Item ſi filiusfamil.ex re patris propria aliquos
contractus fecit,nunquid pater poterit cedere iura in
hoc contractu ſine filio?Reſpondeo ſic, cum his quæ
iuris ſunt,tota obligatio ſit patri acquiſita per filiũ,vt
ff.de verb.obl.l.quodcunque.1.reſp.& §.ſi.& rẽ pup.
ſaluam fore.l.ſi filius.Secus autẽ in his quæ facti ſunt,
quia tunc non egreditur perſonam filij,niſi ſtipulatus
fuiſſet ipſi patri,vt ff.de verb.obl.l.quòd dicitur.Item
quæro,an commiſſarius poſſit cedere actiones ſi quas
habet?Reſpõdeo,ſic,vt ff.ad Treb.l.1.§.ſi autem col-
legium.Item quid de eccleſia? nunquid miniſter eius
poteſt cedere actiones?Reſpondeo,non,vt ff.de libe.
leg.l.prætor ait.§.qui ſic,vel dic,quòd ſic,ſicut pupil-
lus qui non habet curatorem, vel dic ꝙ pro re mobili
poſſit,& immobili nõ poſſit,arg.C.de ſacroſan. eccl.
l.iubemus,& l.ſacroſanctæ,& not.Accurſ. in auth. de
non alien.aut permuta.rebus eccl.§. hoc ergo nos,in
gloſſ.ſignata ſuper verbo,numeranda.

Item quid de ſimplici procuratore ad hoc ſpecia-
liter conſtituto?nunquid poteſt cedere actiones? do-
minus Accur.de Rheg.& dom.Homobonus de Mor.
dicunt,ꝙ nõ,per l.ff.ad Trebellianum. l.reſtituta. vbi
dicitur, quòd tutor pupilli non poteſt cedere, multo
ergo minus procurator poteſt cedere,argumen. ff. de
regul.iuris.l.non debet, dominus Alber. Pap. & do-
34 minus Iacobus Bald.dicunt idem,quia † per procura-
torem non fit venditio,vt ff.de procur.l. procurator,
& ceſſio eſt venditio,vt ff.de fideiuſſo.l. ſi dubitet, in
35 fin.primo reſponſo.& l.his. Item quia † procurator
alium

alium procuratorem facere non poteſt ante litis con-
teſtationem, vt C. de procurat l. quod quis. & l. neque
& qui iura cedit, ſolet facere procuratorem in rem
ſuam eum cui cedit, vt C. de hæreditate, vel actione
vendita. leg emptor. & ff. mand. l. ſi procurator. §. do-
lo autem, in fin. Alij vt Alber. de Gallis, & Oldr. qui-
bus aſſentio, dicunt, quod procurator ad hoc ſpecia-
liter conſtitutus, poteſt cedere, quia per procurato-
36 rem † hæreditas reſtitui poteſt, in qua reſtitutione
tranſeunt actiones, vt ff. ad Trebellianum. l. reſtituta,
37 & † procurator habens ſpeciale mandatum, poteſt
alium procuratorem etiam ſimplicem facere, ſecun
dum domin. Odofr. licèt prædicti ſapientes contradi-
cunt. Item quæro, an ille qui habet ius ceſſum, poſſit
alij cedere? Reſpondeo, ſic, & transfert vtilem, quæ
erat apud eum, vt nulla remaneat apud eum qui ſe-
cundo ceſſit, ſecundùm D. Alber. de Gall vt ff. de mi-
noribus. l. ſed vtrum, vbi ponit eam Accur. in ſolutam.
C. de hære. vel actione vendita. l. emptor. Sed dic vt
nota. ipſe Accurſ. ff. ad Trebellianum. l. extitiſſe. An
38 † bannitus poſſit cedere iura & actiones, qui per ſe
agere prohibetur ex forma ſtatuti? Reſpondeo, ſecũ-
dum D. Alber. de Gall. quod ceſſio non valet, ſi ban-
nitus ſit ex cauſa, ex qua bona publicantur, quia actio
& petitio fiſco & contra fiſcum competit, vt ff. de ca.
diminutio. leg. 2. ff. pro ſocio. l. actione. §. publicus, &
hæc eſt ipſa veritas, ſin autem bona non ſint publica-
ta ex illa cauſa, tunc & idem Alber. de Gall. diſtinguit,
vtrum fiat titulo lucratiuo, an oneroſo. Primo caſu
obſtat exceptio banniti auctoris, vt ff. de contrahen-
da empt. & venditione. l. dolia. §. 1. ff. pro ſocio. l. idém-
que in fi. ff. de reg. iur. in l. in his. § non debeo. Secũdo
caſu non obſtet, vt ff. de exceptio. doli. leg. apud Cel-
ſum. §. de auctoris, & §. ſi cum legitima. Alij ſubdi-
ſtinguunt hoc membrum, quando fit titulo non lu-
cratiuo, vtrum fiat bona fide, & tunc non obſtat: an
mala fide, & tunc obſtat, vt argum. ff. de exceptione
doli. l. apud Celſum. §. de auctoris, vbi dicit, cum ſit
bonæ fidei. Hoc non placet: nam ipſa. l. apud Celſum.
§. de auctoris, & §. ſi cum legitur, intelligitur quando
exceptio competit contra auctorem, propter ipſam
rem occaſione perſonæ fortè dolum committentis in
ipſa re acquiritur, & quando vult vti adminiculo, aut
occaſione ſui auctoris, vt not. Accurſ. in d §. ſed cum
legitima, & facit prædicta. l. ff. de reg. iur. l. in his. §. nõ
debeo, cum ſimilibus. Alij diſtinguunt aliter, vtrũ fiat
ceſſio ex cauſa voluntaria, an neceſſaria, argumẽto. ff.
de procuratoribus. l. ſeruum quoque. §. ſi. ff. de damno
infecto. l. cùm poſtulaſſem. §. ſi. Nec hoc placet, quia
illa l. ſeruum quoque. §. ſi. loquitur in exceptione pro-
curatoris, quæ demum aduerſus procuratorẽ obiicia-
tur, vt repellatur, non defendat quæ exceptione non
competit contra cedentẽ: nec ex ſua perſona, quòd ſecus
in exceptione fori banniti auctoris. Alia etiam l. cum
poſtulaſſem. §. ſi. loquitur in eo, qui ius habebat in rẽ
ipſam ante ceſſionem ex contractu cedentis, quòd ius ſe-
quebatur rem, ad dominia quorumlibet trãſeuntem:
ſecus eſt in noſtro caſu. Alij diſtinguere voluerunt,
vtrũ agatur directa nomine domini, an vtili nomine
ſuo. Primo caſu obſtat exceptio. Secundo non, argu-
mento de ſolutionibus. l. ſi duo. Nec hæc placet, quia
39 † directa & vtilis, non ſunt duæ actiones, ſed vna duas
habens qualitates, ſecundùm Ioannem, vt dicã infrà,
quæ actio competit ei qui iura & actiones per ceſſionẽ
acceperit: & hæc vnde naſcantur, & l. ſi duo, loquitur
in eo qui habet duas actiones diuerſo iure competẽ-
tes eidem ſuo nomine, licet ad eãdem rem, vt ipſe le-
ge colligitur. Poſſet etiam dici ſecundum alios, quòd
illa l. ſi duo. loquatur de exceptione reali, licèt hęc ex-
ceptio forbanniti auctoris, eſt perſonalis. Tu dic, ſal-
ua ſemper meliori ſententia, quòd indiſtinctè poſſit ce-
dere, nec obſtet exceptio prædicta, cum ipſa ſit per-
ſonalis, ergo perſonam non egreditur, vt ff. de legatis
2. l. cũ patronus, & de adminiſtratione tutor. l. ex plu-
40 ribus, cum ſimilibus, † & quia ſtatutum contra rigorẽ
iuris inductum eſt, nec ad conſequẽtias ſit trahendũ,
vt ff. de legib l. quòd contra rigorem. Item quia nulla. l.
41 prohibetur cedere, licèt ſit bannitus, † & quæ non re-
periuntur prohibita, videntur iuris permiſſione con-
ceſſa. vt ff. ex quibus cauſis ma. l. nec nõ. §. 1 & notatur
ſuprà in principio huius tit. quis cedere poſſit, & hæc
quæſtio fuit diſputata, & ſic determinata Paduæ in
ſcholis per dominũ Oldinum de Biraga in ſuis ſcho-
42 lis: † Priuilegiatus aliquis ſcholaris puta, habet ius
ceſſum ex iuſta cauſa à quodam priuato, nunquid vte-
tur ſuo proprio priuilegio priuilegiatus? Reſpondeo,
videtur quòd non poſſit vti priuilegio ſuo, & hoc di-
43 cunt quidã plurib. rationibus: & primo, quia † fiſcus,
qui priuilegiatur in multis, ſuccedens in locũ priuati,
vtitur iure priuati, vt ff. de vſuris. l. cùm quidam. §. fiſc.
Item quia pupillus eodem modo ſuccedens in locum
maioris, vtitur iure maioris, vt C. de nõ nu. pec. l. ſi in
certa, & C. de hæred. action. l. ſi prætextu. Itẽ quia ex
perſona hæredũ conditio obligationis immutari non
debet, vt ff. de verb. oblig. l. 2 §. ex his, & de præt. ſti-
pulat. l. prætorem, & C. de reſt. mino. l. quę à patre. Itẽ
quia abſurdum eſt, ſucceſſorem plus iuris habere, quá
defunctum, vt ff. de regulis iuris. l. aliud. §. abſurdum.
Item hæres ibi eſt defendendus, vbi erat defendẽdus
defunctus, ſi tamen ibi inueniatur, vt ff. de iud. l. hęres
abſens. Item ſi res reſtituatur in locum alterius, eiuſ-
dem eſt poteſtatis, vt ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi
donatæ. §. ſponſus. Item quia id venit in actione ſub-
ſtituta, quòd in ea in cuius locũ, alia ſubſtituta eſt, vt
ff. de vſuris. l. ſi ſtipulatus, & ff. ſi quis caut. l. eum qui
44 iniuriarum. Item quia alicuius † priuilegiũ in alterius
iniuriam porrigi non debet. ff. de adminiſtrat. tuto. l.
impuberi. & ff. ne quid in loco. l. 2. §. ſi quis à princi-
pe. Item quia non debet eſſe quis melioris conditio-
nis, quàm auctor ſuus. ff. de reg. iur. l. in is quòd nõ debeo,
45 & l. in ipſis. Alij contra dicunt, † quòd vti poteſt pri-
uilegio ſuo, multis & varijs rationibus: & primò quia
propria eius cauſa dicitur, cui facta eſt ceſſio, vt ff. de
procuratoribus. l. qui ſtipendia. Item cùm fauorem
46 contineat, † fauores ſunt ampliandi, & odia reſtringẽ-
da, vt ff. de liberis & poſthumis. l. cùm quidã. Item quia
priuilegia ſunt benignè & pleniſſimè interpretanda,
vt ff. de conſtitut. princ. l. ſi. extra, de verborum ſigni-
47 ficatio. c. olim. † Item quia & fiſcus ſuccedens priua-
to, vtitur priuilegio ſuo, vt ff. de iure fiſci. l. fiſcus. 2. re-
ſponſ. & ff. de vſuris. l. cùm quidam. §. debitores. Item
quia minori etiam ſuccedenti maiori, ipſo iure non
currit tempus, quòd maiori ſupereſt, niſi factus maior, vt
ff. de mino. l. interdum. C. de temp. integ. reſtit. l. ea.
Item quia præſcriptio quę currebat contra defunctũ,
ſi finiatur cõtra minorem, aliquo caſu infringitur per
48 in integrum reſtit. vt ff. de mino. l. ait prætor. † Item
quia legatus Romæ hæres inſtitutus, habet ius reuo-
candi domum, vt ff. de iudic. l. 2. §. legatis, & l. de eo.
Item quia hæres vtitur priuilegio, quod defuncto non
competebat, veluti in re ſeculari, quæ peruenit ad Ec-
cleſiam, quia tunc excuſatus à lucratiuorum deſcri-
ptione, vt in authent. de eccl. tit. §. ſi qua. colla. 9. C. de
ſacr. ſan. Eccl. l. pen. Item quia & ſucceſſor plus habet
quam defunctus, vt C. ſi pen. appel. l. fin. ff. de in inte.
reſtit. l. abſtinere. Tamen ego puto, ſalua meliori ſen-
tentia,

49 tentia,† quòd priuilegiatus habens ius ceſſum,& pri-
uato poſſit vel priuilegio fori iam induſto , vt ff. de.
iud.l.1.§. legatis, & l.de eo. & etiam aliis priuilegiis,
dummodo experiatur pro tempote futuro, & ex per-
ſona & facto ſuo, licèt competat ei ex cauſa ipſius ce-
dentis,& ſic intelligo omnia iſta iura proximè alleg.ſi
verò ſit fori priuilegium indulgendum,tunc ſecus, vt
ff.de iud.l.hæres abſeos.1. reſpon. vel experiatur etiã
io aliis priuilegiis ex tempore præterito, vel ex per-
ſona & facto domini cedentis, & ſic intelligo leges
50 ptima parte allegatas.Sed ego quæro,† nunquid ceſ-
ſio facta de laico in clericum,valeat?Reſpondeo , ſe-
cundùm Gof.quòd ceſſio non valet , immo adimitur
actio ea ratione, quia facta videtur potentiori ratio-
ne officij,vt ratione priuilegij fori , vt notatur extra.
de alienat.iud. mutand.cau.fact. cap. 2. & argum. C.
ne li.po.l.1.& 2. Sed tu dic de iure ciuili, quod valet
ceſſio,nec obſtat ille tit. C.ne li.po.l.1.& 2. quia lo-
quitur in eo,qui eſt potentior ratione officij.Secus,ſi
ex alia cauſa ſit potẽtior, ſicut accipitur de alienatio.
iudic.mutand.cauſ.fact.l.3.& C.ſi ex noxal. cauſ. aga.
l.a. Vel dic quod ille tit.ne li.po. loquitur in Clariſ-
ſimis & Illuſtribus, nam video quòd ſi ceſſio ſit facta
militi,valet.C.de procur.l.qui ſtipendia,licèt ſit arg.
contra.ff.de alien.iudic.mutand.cauſ.fact.l.cum mi-
les,ſed quod ibi prohibetur miles agere,non quia mi-
les , ſed quia iudicij mutandi cauſa ceſſio facta fuit.
Sed dic quod illud eſſe non poteſt , quia ille titulus
loquatur tantùm in Clariſſimis & Illuſtribus , quia hi
nec in propriis cauſis poſſunt intereſſe , vt C. de pro-
curat.l.fin.nec militis honor officium eſt , ſecundum
Accurſium , ſed eſt genus hominum priuilegiatorum
51 in expeditionibus. Sed pone † priuilegiatum ceſſio-
ne iura & actiones priuato , nunquid iſte citetur pri-
uilegio cedẽtis, etiam quo ad forum?& videtur quòd
ſic,ad exemplum maioris ſuccedentis minori, qui pe-
tit in integrum reſtitui ex perſona defuncti, vt C. de
temporibus in integrum reſtitutio.leg.tertia, & l. ea
quæ, Item quia hæredes omnium eorum , qui in inte-
grum reſtitui poſſunt,reſtituũtur in integrum ex per-
ſonis defunctorum,vt ff.de in integrum reſtitur.l.non
52 ſolùm. † Item quia & auxilium ſenatuſconſulti Vel-
leiani competit etiam hæredi mulieris , vt C.ad Vel-
leian.l.hæredes. Tu dic,quia non poſſit vti priuilegio
aliquo perſonali ex perſona defuncti , cũ dicatur do-
minus litis.ff.de iure do.l.mittendo,cum ſimilibus,&
quia tale priuilegium non egreditur perſonam, vt ff.
de reg.iur.l.in omnibus,& l.priuilegia, & ff. de cẽſit.
l.forma.§.quanquam.l.3.§.fin.& ff.de iure immu.l.1.
§.perſonas,& l.ſemper.§. immunitatis , & ff. de aqua
quotidiana & æſti.l.1.§ permittitur,ſecus in reali pri-
uilegio,qui eo bene vti poterit , argumen.legum pro
prima parte allegatarum,& maximè illius.C. ad Vel-
leia. l.hæred. Sed quid ſi actio ipſa ſit priuilegiata?
Reſpondeo, tunc ille , cui facta eſt ceſſio , poteſt vti
ipſo priuilegio.ff.de reg.iur.l.in omnibus,& l. priui-
53 legia. ſicut etiam quando † priuilegium ipſis rebus
conceditur, quia cum ipſis rebus tranſit ad quẽlibet
ſucceſſorem.ff.de aqua quotidia.& æſti.l.1.§. permit-
titur,& ff.de cenſi.l.3.§.fin.

Quæ actiones cedi poſſunt. RVBRICA 4.

54 ACTIONES † ceduntur omnes , quæ verbo
actionis continentur , largo modo accepto vo-
cabulo, vt accipitur. ff. de actionibus & obligationi-
bus.l.actionum genera.§. actiones, non etiam largiſ-
ſimo,vt accipitur in eodem titulo l.actionis verbo,&

eſt ratio,quare largiſſimo modo non accipitur , quia
tunc etiam directa trãsferetur,vt ibidem dicitur, quæ
non poteſt cedendo transferri,cum ſit oſſibus ita infi-
xa,vt ſeparari non poſſit,vt C.de nouatio.l.3.Et notat
Accurſ.ff.de pec.l.quis ergo caſus in gl.1. debitorib.
& l.ſi Sticho peculium,in gl.cum actiones. Itẽ & alia
ratione.ſ.ne criminalem & publicam actionem com-
prehendat,vbi nec ſimplex interuenit procurator , vt
ff.de publ.iud l.accuſatorem.§. ad crimen , & oẽ pri-
uatam & popularem cõtineat actionem, vbi etiã non
interuenit procurator ſimplex, niſi quãtum pertineat
ad priuatum commodum, quo caſu & cedi poſſet , vt
ff.de procurato.l.licèt primo reſponſo. & §.1. & ff.de
iniuriis.l.iniuriarum actio in bonis, vbi hoc , & notat
Accurſius in gl. & ff.de furt.l.ſi vendidero.§.final.niſi
fortè ad defendendũ,& ff.de po.ac.l. qui populari , &
55 l.ſeq. Sed nunquid † actiones quæ ſunt ex delictis,poſ-
ſint cedi?Reſpondeo,& dico quòd ſic.ff.de petitione
hæreditatis. l. ꝙ ſi in diem. §. Iulianus. Sed nunquid
56 † ceſſio partis debiti demum poteſt fieri? Reſpõdeo,
& dico ꝙ ſic.ff.de petitione hæred.l. quòd ſi in diem,
de adminiſtratione tuto.l.ſi plures, & de tutor. & ra-
tio.diſtra.l.pupillus.& ff.de pec.l.quæſitum. §. ſed ſi
pro parte. ff.de cenſi.l.cum poſſeſſor.& no.Acc. ff. de
fidc.l.ſi fideiuſſores.& l.Modeſtinus, licèt alij cõtra-
57 dicant, vt not.Acc.d.l.de fideiuſſor.Modeſtinus.† Itẽ
nunquid actio realis poſſit cedi?Reſp. ſic , quia quan-
tum ad articulum ceſſionum ,nihil diſtat realis a per-
58 ſonali,vt C.de hære. vel actione vendita. l. fin. † Sed
nunquid realis,& quando pendet ex perſonali , veluti
hypothecaria poteſt cedi ſine perſonali? Reſpondeo,
nõ,quia hypothecaria accedit perſonali actioni,vt ff.
de pign.l.res hypothecæ , & acceſſorium non tranſit
ſine principali,vt arg.ff.de reg.iur.l.cũ principalis, &
C.de vſur.l.eos qui.1.reſp.& C.depoſit.l.ſi depoſitũ.
ff.quib.mod.pign.vel hypothe.ſolua.l.Paulus.§.fi. &
de diſtract.pig.l.fin.ff. ad Treb.l.patri. & ꝙ cedi non
poſſunt no.Acc.C.de hæred.vel actio.vend.l.fi.licet
ſit arg.cõtra.ſ.ꝙ cedi poſſit tam realis, quam perſo-
nalis,vt d.l.de hæred.vel act.vend.l.fi.& ꝙ hæc ſint in
re probatur inſti.de act.§.Seruiana.Item videtur poſ-
ſet cedi,quia officium iudicis poteſt cedi,vt ff.de mi.
§.1.ſunt arg.pro hoc.C.mand.l.per diuerſas,vbi dicit
exceptis,& ff.de excep.rei iud.l.fi.§.Latinus Largius,
& C.de iure dotium.l.in rebus,vbi dicit,nolumus ita-
que,&c.&.arg.C.per quas perſonas nobis acquir.l.1.
C.de præſcript.triginta annorum.l.cum notiſſimi,in
fin.& ac.pig.l.2.hoc ſecundùm Accur.de Reg. Addo
ego optimam rationem pro eo quod cedi non poſſit,
quia ſemper cedens realem,retenta perſonali , poſſet
reuocare ipſam quam ceſſit , & ceſſionem infringere,
veluti extinguendo perſonale,quia ſublato principali
extinguit acceſſorium,vt C.de vſuris.l.eos.1.reſponſ.
& ſic poſſet & etiam poſt litis conteſtationem,& poſt
denunciationem, vel partis ſolutionem reuocare ceſ-
ſionem,quod eſſet contra l.C.de nouat.l.2. Sed nun-
quid debet ſtipulari; cui ceditur ab eo,cõtra quem fit
ceſſio?Reſpondeo,non,quia tunc eſſet delegatio,im-
mo eo inuito & ignorãte , poteſt fieri ceſſio inter ab-
ſentes.Reſpondeo,etiam ſic , ad exemplum ſimplicis
procuratoris,vt ff.de procur.l.1.& not Accur. eo. tit.
59 in cauſæ.§.ſed & ſi procurator,in gloſſ.† Item quid ſi
ceditur actio acquiſita accedente per dolum vel frau-
dem ,nunquid dolo exceptio obſtabit procuratori in
rem ſuam?Reſpondeo,ſic.ff.de doli except.l.apud. §.
60 ſed cum legitima.& ibi not.† Item nunquid actio in-
iuriarũ poteſt cedi?Reſpondeo,non,ſecũdum Io. qa
non eſt bona ante litis conteſtationem,& poſt effici-
tur

tur litigioſa, vel dic, quòd ſic, vt not Accurſ. C. de hæred. vel actio. vendit. l. final. & ad hoc facit quòd not. ff. de hære. vel act. ven. l. ſi nomen. Sed facta ceſſione, cuius eſt poſtea periculum actionis ceſſę, ſi vt ff. mād. l. inter cauſas, debet enim cedens præſtare debitorem eſſe ei contra quem cedit iura, non etiam locupletetur, vt ff. de pignori. l. periculum. & ff. de ſolutio. l. pupilli. §. ſotor. ff. de hæred. vel actio. vendit. l. ſi nomen, arguo tamen contra. ff. de pignor. actio. l. eleganter. §. ſi vendiderit.

Cui & in quem transferri poſſunt iura & actiones. Rubrica 5.

61 Possvnt iura cedi † & actiones quibuſcunque perſonis, argumēto. C. de actionibus & litigationibus. l. ſicut in princ. & quia omnia ſunt iuris permiſſione cōceſſa, niſi reperiantur prohibita, vt ff. ex quibus cauſis manu. l. necnon. §. quòd eis, cum ſimilibus, excipiuntur perſonæ quæ acquirere non poſſunt, vt C. de iure deliber. l. ſi infanti, quia infanti actiones cedi non poſſunt, nec poſſunt ſibi acquirere, vt ff. de verb. obligat. l. 1. primo reſponſo, & de actionibus & oblig. l. 1. §. furioſum. Idem in ſurdo, qui nullo modo exaudit, & in muto, qui nullo modo loquitur. ff. de act. & oblig. l. 1. §. mutuum, & inſtit. ſtipulatio. & mutuum. Sed quid de ipſorum tutoribus & curatoribus? nunquid poterit eis ſolis fieri ceſſio? Reſpondeo, ſic, nomine ipſorum, vt d. l. ſi infanti, & C. ad Trebell. l. ſcimus. 1. reſpon. Sed nūquid poteſt fieri ceſſio ſupradictis perſonis, cum authoritate ipſorum tutorū, vel curatorum? Reſpondeo, videtur quòd ſic, vt ff. ad Treb. l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. Sed dic contra, quòd non, vt C. de curat. furio. l. ſi. §. ſin autem perpetuus, & ille. §. ad Treb. l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. loquitur, & intelligitur de maiore infante. Item quid de pupillo & adulto? Reſpondeo, poteſt ei fieri ceſſio, & pręſtari etiam ſine tutore & curatore, quia in acquirendo non eſt neceſſarium tutoris vel curatoris authoritas, vt ff. de acquirendo rerum domi. l. pupillus, & C. de auth. præſtan. l. obligari, niſi ex cauſa ceſſionis deberent obligari ſe vel ſua bona fortè pro euictione vel pretij reſtitutione, vel qua alia ratione, qua tunc nō poſſent eis cedi actiones, ſine tutorum vel curatorum authoritate, vt ff. de authorit. tutor. l. obligari. & l. pupillus, §. 1. & C. de in integ. reſtitut. minor. l. ſi curator habēs & tunc nihilominus reſtituuntur in integrum, ſi ſint læſi. vt ea. l. ſi curator. Sed nunquid ſolus tutor pupilli vel curator adulti recipiet iura & actiones? Reſp. non, vt C. de iure debitor. l. potuit. Sed quid ſi non habeat curatorem adultus, vel tutorem adultus, vel tutorem pupillus? nūquid poſſit eis cedi? Reſp. poſſe ſibi cedi, ſed reſtitutio in integrum eis læſis competit, vt decretum interceſſerit, vt dictis legibus, ſi curator, & de prædiis mino. l. ſi quidem, vel niſi ab adulto interuenerit iuramentum, vt in auth. ſacramenta ſignata ſu-
62 per l. 2. C. ſi aduerſus vendit. † Item nunquid ſeruo poſſint cedi iura & actiones? Reſpon. ſic, ſed id totum acquirit domino, vt ipſe dominus ſeu procuratores domini agant ex ipſa ceſſione, cum ſeruus in iudicio eſſe non poſſit, vt ff. ſi quis cautio. l. quoties, & C. de iudiciis. l. ſeruus. Item nūquid poteſt fieri ceſſio procuratori? Dic ꝙ ſic: cum & procurator fieri poſſet, vt notatur ſuprà, qui cedere poſſunt, & ff. ad Trebel. l. reſtituta. Item nunquid filiofamiliās poſſint cedi iura & actiones? Reſp. ſic, & patri acquiritur ſecundùm vetera iura, vt ff. de verb. oblig. l. quid dicitur, & ff. de reg. iur. l. filiusfamiliās, niſi in caſtrēſi peculio, vbi acquiritur ſibi, etiā iure antiquo, vt inſtituta, per quas perſonas nobis acquiritur, in princ. & ff. de Caſtrenſi peculio. miles, & l. ex nouo. Sed hodie ſibi acquirit iure moderno, vt C. de bonis quæ liberis. l. cùm nō ſolum. Sed tamen adminiſtratio rerum, & exercitium actionum patri competit, vel etiam ipſi filio, patris cōſenſu interueniente, vt C. de bonis maternis, l. 1. in fin & d. l. cùm non ſolùm. Sed nūquid poteſt fieri procurator in rem ſuam etiam ex parte rei? Reſp. ſic, vt ff. de condictione indebi. l. ſi. §. Titium, & inuito actore, vt ff. famil. erciſcun. l. plane.

Quæ actiones competunt ei, qui iura & actiones per ceſſionem acceperit, & hæc vnde naſcuntur. Rubrica 5.

63 Facta ceſſione legitimè, † actiones competunt quandoque directe nomine ipſius cedentis, quādoque vtiles nomine eius cui ceditur, vt C. de hæreditate vel actione vendita. l. fin. in gloſſ. poterit ergo. In directis enim propriè dicitur de procuratore in rē ſuam, in vtilibus verò dominus, vt C. de hæreditate vel actione, vendita. l. emptor hæreditatis, in gl. ſi directis, in fi. l. ipſe, directè demū facta ceſſione, ex ipſa ceſſione competunt ipſi procuratori in rem ſuam nomine domini, vt prædicta. l. emptor hæreditatis, vbi dicit mandatis, nam exponitur ibi. ſ. directis, vtilis verò competunt ſuo nomine tribus ex cauſis, ex natura contractus, vt ab initio ſine ceſſione, vt C. de hæreditate vel actione vendita. l. poſtquam, & hoc accidit quibuſdam caſibus demum, quos infra dicam. Alia in ſubſidium etiam poſt ceſſionē factam, & deficientem poſtea, vt C. de actio. & obl. l. 1. Alia ex qualibet ceſſione iuris facta. Apparet ergo ex prædictis, ꝙ ſemper vtilis competit ex ceſſione facta quocunque contractu nominato, ſiue vltima voluntate. Aliàs nunquam competit vtilis ſine ceſſione, niſi demum in ſubſidiū, vt dixi, vel niſi certis caſibus, quibus etiam ſine ceſſione competit vtilis ex natura præcedentis contractus ſine cauſæ, qui hi ſunt.

64 † Primus in emptore, vt C. de hæreditate vel actione vendita. l. emptor. & C. de actionibus & obligationibus. l. 2.

Secundus in nomine dato in ſolutum, vt C. quādo fiſc. vel priua. l. fin.

Tertius in nomine pignori dato, vt ff. de pignor. l. cum conuenit.

Quartus eſt in dote, vt C. de actionib. & obligationibus. l. 2.

Quintus in legato nominis, vt C. de leg. l. ex legato nominis.

Sextus eſt hodie in donatione, vt C. de do. l. illam, & hos ſex caſus not. dominus Acc. in gl. ordi. quæ incipit, non vt eam, quæ eſt. C. de act. obl. l. 1. Addo ego & alios, vbi competit ex præcedenti cauſa vtilis ab initio & ſine ceſſione, valet in tutoribus, curatoribus & magiſtratibus, cæteriſque ſimilibus, vt ff. de tuto. & ratio. diſtrahen. l. nunc tractemus, & C. de confir. iud. tuto. l. 1. & 2. C. de magiſtr. conuen. l. 1. & ff. de neg. l. ex facto, & poteſt eſſe ratio, quia ex neceſſitate obligatur, & ideo eſt ſecus in fideiuſſoribus & mandatoribus, qui ex voluntate ſe obligant, vt C. de neg. l. tutori. poteſt & alia eſſe ratio diuerſitatis prædictorū, quia nullum regreſſum habent tutores & cæteri prædicti aduerſus aliquos, vt arg. ff. de procurat. l. ſi minor. in princ. quod ſecus eſt in fideiuſ. & mandatis, vt ff. de fideiuſſoribus, l. vt fideiuſſor, & in not. Accur. competit vtilis

vtilis ſine ceſſione geſtori, qui mutuauit pecuniã abſentis nomine ipſius, nec ſtipulatus eſt ſibi reddi, nec ratũ habetur à domino, vt C. ſi cert. pet. l. ſi abſentis. l. & quamuis. & in ſum. Azon. ſi cert. pet. §. datur autẽ. Item competit vtilis indebiti ſine ceſſione ei qui ſoluit indebite per errorem facti pecuniam ab alio debitam, & ab eo ſorte iam exolutam, eodem, cuius nomine ſolutum ſit, ratum non habente, vel actum non mandante, vt C. de condi. indeb. l. ſi pignora, nam facti, cum not. Acc. Item pupillo aduerſus fideiuſſores qui promiſerunt rem pupilli ſaluam fore, datur vtilis ſine ceſſione, vt C. de magiſtra. conuenient. l. t. in fin. & ibi not. Accurſ. Item competit vtilis ſine ceſſione, cui reſtituta eſt hæreditas ex Trebelliano ſenatuſconſulto, vt ff. ad Treb. l. ſi hæres pecuniam. & ff. de fide. leg. hæres à debitore, item ei filio emancipato competit vtilis ſine ceſſione, qui petit & accipit bonorum poſſeſſionem contra tab. l. cùm emancipatus, in prin. & dicta l. ff. de fideiuſſor. l. hæres à debitore, & eſt ratio ſecundùm Accurſ. de Rheg. quare vtilis actio ſine ceſſione competit demum prædictis caſibus, quia

65 † actio vtilis eſt auxilium extraordinarium, vt C. ad exhiben. l. ſi res, vnde extraordinarium auxilium non datur, niſi ſpecialiter lege caueatur, quia quibus caſibus lex deficit, nec vtilis actio danda eſt, vt ff. ſolut. matrimon. l. ſi verò. §. penul. Hinc eſt ſciendum, quòd bis caſibus ſupradictis nil proficit ceſſio directę, cum vtilis tantundem valens, competat ſine ceſſione, vt not. dominus Azo in ſumma de hæred. vel act. vend. §. ſumma autem. & not. etiam dominus Accur. C. de hære. vel act. vend. l. emptor. Item caue tibi, quia his caſibus etiam ſupradictis nec vtilis competit, nec directa cedit, ſi dolus eius cum cedi debet, interceſſit in præcedenti contractu, vel cauſa, vt ff. de adminiſtrat. tuto. l. ſi plures, & de tutor. & rat. diſtra. l. ſi ex duobus. & ff. de ſolution. l. Stichum. §. penult. & ff. de except.

66 doli. l. apud Celſum. §. de auctoris. Sed nunquid † hæc vtilis, quæ ab initio competit, prædictis caſibus deficit ſeu moritur ſtatim facta ceſſione directę? Reſpondeo, non, ſecundum Ioan. Immò directa & vtilis competit, nec tamen ſunt duæ, ſed vna, duas habens qualitates: vnam iure contractus, alteram iure ceſſionis, vt hoc not. Accurſ. C. de hæred. vel act. vend. l. emptor. in gloſſ. agit ergo. Alij dixerunt ſtatim vtilem annihilari facta ceſſione directæ, & duas eſſe actiones, argumento ad hoc. ff. de ſolut. l. ſi duo rei. Item ſolet quæri, vtrum prædictæ vtiles actiones quæ competunt procuratori in rem ſuam naſcantur, quod dic. not. domin. Azo in ſumma de actionibus & obli-

69 gat. §. pe. Item pone, habeo debitorem, contra quem habeo perſonalem actionem, puta certi eõdictionem de mutuo & hypothec. ex pignorum quæſtione, vendidi ſimpliciter tibi nomẽ iſtius debitoris, quæ actio tibi cõpetit? vtilis, perſonalis, vel hypothecaria? Quidam dicunt, quod competit vtilis hypothecaria, vt ff. de pign. l. pignoris proſecutio. & Ioſt. de actionibus, & item Seruiana. & facit bene pro hac ſententia. C. de hæreditate vel actione vendita. poſtquã. & in hac ſententia eſt dominus Homobonus de Mor. & dominus Lanfran. & dominus Azo in ſumma. C. de pignorib. licèt dominus Accur in gloſſ. ordinaria dicat contra. C. quæ res pig. obligari poſſunt. l. nomen. & d. l. hæreditatem. ſed hæc. l. hæredem. non obſtat ſecundũ eos, & Accurſ. de Rheg. quia loquitur ſecundùm vetera iura, quando mulier non habebat tacitam hypothecam: ſed hodie ſecus eſſet, vel dic ꝙ aliud eſt in tacita hypotheca, quàm in expreſſa. Ego puto hoc vtrumq; vtile, ſicut cedens habebat directas, ꝙ probo tali ra-

67 tione, † quia ſi ei ceſſa ſunt iura ſimpliciter, poteſt proſequi pignora, & agere contra fideiuſſorem, vt C. de actionibus & obligationibus. l. hoc à creditore, & l. ſi ſolutum, & notat Azo in ſumma de hæreditate vel actione vendita in ſi. l. ſic arg. contra. ff. de verb. obl. l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. in fin. & l. aliquid. & C. de hæreditate vel actione vẽdita. l. venditor. & l. ſi filij. & l. emptori, quæ videntur innuere, quòd etiam contra fideiuſſorem & pignora ſit facienda expreſſa ceſ-

68 ſio. Item & alia ratione probo, quia † hypotheca viuit & moritur vt acceſſoria, quandocunq; ipſa principalis moritur, quocunque moriatur, vt C. de luition. pigno. l. intelligere præterquam ſi præſcriptione triginta anno moritur principalis, quia tunc durat quadraginta annis hypotheca. vt C. de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum. l. cum not. Accur. dicta l. intelligere, vt tũc forte mortua, ſeu extincta præſcriptione principali, poſſet cedi ſola hypotheca, quæ adhuc durat: aliàs ſola principalis ſine hypotheca cedi poſſet, vt dixi ſuprà, quæ actiones cedi poſſunt. §. Sed nunquid realis, &c. Sed nunquid principalis poſſet ſola cedi, vt notatur ſuprà, quæ actiones cedi poſſunt §. ſed nunquid ceſſio partis, interueniente vno de his tribus, quæ dicit lex. C. de nouationibus. l. ſi de legato. puto ipſam acceſſoriam extinctam eſſe, nec amplius reſuſcitari poſſet ſine nouo facto debitoris, vt argument. C. de re pignorat. l. cùm ex cauſa. in fine. Item, quæro, ſi facta ceſſione pignora vel fideiuſſores adiiciantur & acquirantur ipſi obligationi & nomini vendito ſiue ceſſo. Reſpondeo ſic, vt ff. de hæreditate vel actione vendita. l. emptori. Sed eſt nunquid opus noua ceſſione pro his pignoribus vel fideiuſſoribus? an ſufficiet ſibi vetus ceſſio nominis facto? Reſpondeo, non ſufficit vetus, ſed noua ceſſionis opus eſt, vt ff. manda. l. hæredem fideiuſſoris, licet dicta lex emptori, videatur innuere, quòd etiam ſine alia ceſſione proſit ei. Item nunquid in exceptionibus competentibus poſt ceſſionem factam venditori, proſint emptori ſine ceſſione? Reſpondeo, ſic, vt ff. de poſt. l. ſi tibi §. pactum conuentum. ff. de contrahenda emptione & venditione. l. dolia. in fine. Poſſet tamen reſponderi illi. l. ſi tibi. §. pactum conuentum, quòd illud pactum fuit factum venditori in re vendita, & hoc not. ff. de petitio. hæredi. l. etiam ſi. §. penult. in glo. ordinaria.

Qualiter & quando compelletur quis cedere iura & actiones. Rubrica 6.

69 Actiones † cedere compellitur venditor hæreditatis vel nominis actione ex empto compulſus. Item hæres, qui ex ſenatuſconſulto Trebel. hæreditatem reſtituit actione ex teſtamento. Item hæres, contra quem bonorum poſſeſſio petita eſt & accepta à filio defuncti. Probatur de primo ff. de hæredirate vel actione vendita. l. 2. §. non ſolum & l. venditor. primo reſponſo. & §. t. & l. emptori. & C. ſolutionib. l. nullo. & not. domin. Azo in ſumma de hæredit. vel actione vendita. §. ſumma. probatur de tertio. ff. de fide. l. hæres à debito, primo reſponſo. & ff. de bono. poſſeſ. contra tab. cùm emancipatus, in princ hæc vera intellige in his, quæ ex ſuis perſonis acquiſiuerunt ipſi cedentes occaſione ipſorum bonorum, vt ex prædictis legibus colligitur, cum actionibus antea acquiſitis vtiles actiones comparantur ſucceſſione, vt nota. ſuprà, quæ actio compet. procuratori in rem ſuam facto, & hæc vnde naſcatur. Item compellitur magiſter merci nauali præpoſitus per actionem ex

locato,vel mandati cedere domino, qui eum præpo-
ſuit,actionem quam habet contra eum, qui ſecum in
dicta merce contraxit, vt ff.de exercitat.l.1. in fin.1.
reſpon.& §. econtrario.& nota.etiam Rofr. in ſuo li-
bello de exercit.action.in fin.item compellitur cede-
re actiones ſocius ſocio per actionem pro ſocio,vt ff.
pro ſocio.l.3.prima.reſpon.Sed quid ſi ſit ſocius om-
nium bonorum,& poſt contractum ſocietatis aliquid
acquiſiuit? nũquid cogetur cedere actiones in acqui-
ſitis pro parte ſocio ei contingente? Reſpondeo ſic,
70 actione pro ſolutione conuentus,† cum & poſtea ac-
quiſita teneantur conferre & communicare,vt ff.pro
ſocio.l. ſi quis ſocietatem cõtraxit:in ſumma domin.
Azonis pro ſocio.§.competit autem, ideo dico,ſi nõ
ſit ſocius omniũ bonorum in his quæ acquiſiuit poſt-
ea,pertinentibus ad id,de quo ſocietas contracta eſt,
item hæres compellitur cedere iura & actiones co-
hæredi,cui aſſignatum eſt nomen à iudice per officiũ
iudicis.vt ff.famil. erciſ.l.per familiæ.§.fin. alioquin
deficiẽtibus ſtipulationibus,cogitur hæres cohæredi
iura & actiones cedere, per actionem de præſcriptis.
verbor.C.famil.erciſcun.l.licèt in fin. Item procura-
tor ſimplex,id eſt,non in rem ſuam, & nuntius com-
pellitur cedere ipſis dominis,vel cui voluerint domi-
ni, nomina & obligationes acquiſitas ex officio ſcri-
pto per actionem mandati,vt ff.de acquir.poſſ.l.poſ-
ſeſſio.& C.per quas perſon. nob.acquir.l.1.§.fi. & ff.
manda.l. idemque.§. ſi cui mandauero.§.fin.& l. qui
mandatum in fi.& ff. de poſ.l.1.§.ſi te rogauero, item
negotiorum geſtores,qui aliena negotia ſine manda-
to domini adminiſtran. cõpellũtur cedere per actio-
nem depoſiti, vel generaliter ex quocunque contra-
ctu, ex quo penes ipſum geſtorẽ fuit pecunia vel res,
ex qua actione acquiſiuit, vt C.ſi cert.pet.l.ſi abſen-
tis.& ff.de neg.geſt.l. nam & ſeruus.§. fin.& no.Acc.
C.ſi cert.pet.ſuper.l. quamuis in glo. vtili &c.Item ſi
credebam Seium teneri Titio,& ſolui nomine Seij,ei
quẽ Titium credebam, cum non eſſet,non tranſtulit
dominiũ, vt ff.cond.cau.da.l.ſi procurator in fi.& ſic
accipiens tenetur mihi ſoluẽti cõdictione,furti,vt C.
de fur.l.falſus.& ff.de fur.l.falſus creditor.§.creditor.
Si autem ratũ habeat Seius dominus,tunc dominium
eſt tranſlatũ in accipientẽ,& ſic cõpetit mihi,qui ſol-
ui indebitè cõditionẽ indebiti, quã domino pro quo
ſoluo,compellor cedere per actionem neg.geſt.item
qui conuentus eſt rei vendication.ad ſeruum,ſi illum
dolo deſierit poſſidere, & tunc alius eum occiderit
per officium iudicis, cogitur cedere actiones actori,
ſi malit potius eas ab eo habere quam pretium, vt ff.
de rei vendic.l.ſi hominem.§.quòd ſi dolo.item poſt
litis conteſtationem ſuper vendit.animalis, ſi ab alio
occiſum ſit animal,compellitur reus cedere actiones
contra occiſorem,ſi velit euitare ſolutionem æſtima-
tionis litis motæ de dicto animali,vt ff.ſi quadru.pau
pe.fecif.dicatur.l.pen.§.ſi poſt. itẽ minor qui accepit
pecuniã mutuo,& eã mutuauit alij fortè egenti,ſi per
officiũ cõpellitur cedere ſuo creditori iura quę habet
contra eũ,cũ ipſe mutuauit,vt ff.de minor.l.patri.§.ſi
pecuniã in verſ.quod ſi agẽti. Item hæres tenetur per
actionẽ ex teſtamẽto legatario cedere per actionẽ le-
gis Aquil. pro ſoluto legato vulnerato ante aditã hæ-
reditatẽ,vt ff.ad leg.Aquil.l.huic ſcripturæ.Item mi-
nor qui negotia maioris geſſit, ſua ſpõtanea volũtate
cõpellitur cedere ipſi maiori ius reſtitutionis, ꝙ ha-
bet aduerſus eos,cũ quib.contraxit ex illa quęſtione,
ſi vult euitare actionẽ negotiorũ geſtorum,quam do-
minus poteſt intẽtare cõtra eum pro ipſa geſtione, vt
ff. de minoribus.l. ꝙ ſi minor.primo reſponſo. Item
fulloni & ſarcinatori, qui veſtimenta ad lauandum
amiſit ſua culpa,cõpellitur dominus cõcedere actio-
nem,& vendicationem eorum per oppoſitionẽ exce-
ptionis,antequam ſoluat ipſi domino pretium rerum
vt.ff.locat.& conduct.l.ſi merces.§.fin.vel per actio-
nem ex conducto,etiã poſtquam ſoluitur, vt ibidem
innuitur.Item ſupradicti procurator, ſimplex,nũtius
& negotiorum geſtor,habent deſiderare ſibi actiones
cedi à dominis, per oppoſitionem exceptionis cedẽ-
darum actionum ad exemplum tutoris cui fit ceſſio à
populo aduerſus contutorem remedio exceptionis
prædictæ, vt C. de contra.iud. tut.l.2.ff. de tutor. &
ratio.diſtrahen.l.1.§.non tantùm. Item aduerſus ma-
giſtratum,qui ſatiſdationem accepit à contutore,per
oppoſitionem exceptionis compellitur pupillus ce-
dere actionem ipſi tutori ſoluenti, vt ff.de magiſtrat.
conuenien.l.quod ſi tutor.quæ continuatur cum prę-
cedenti.Itẽ fideiuſſor aduerſus fideiuſſorem,vt agere
poſſit, debet cedi à creditore actio ante ſolutionem
vel ſtatim poſt, vel etiam ex interuallo, dummodo
prius conueniatur de actione cedẽda,& ad hoc com-
pellitur non per actionem,ſed per exceptionis oppo-
ſitionem, vt ff.de fideiuſſoribus.vt l. fideiuſſor.& ibi
notat Accur.Illud idem dicas de mãdatoribus, quod
dixi de fideiuſſoribus, vt ff.de fideiuſſorib.l. fideiuſ-
ſor. & cõtra mandatorẽ per oppoſitionẽ exceptionis
cedẽdarum,vt proximè dixi,ſed etiam aduerſus reum
principalem, vt ff.de fideiuſſorib.l. cum his.& C. de
fideiuſſoribus.l.2.& l.cùm alter.& ff.manda.& l.quis
alicui.§.fi.& ff.de ſolu.l.Stichum.§.pen.Sed nunquid
creditor inuitus compellitur cedere actiones fideiuſ-
ſori volenti ſatisfacere contra debitorẽ principalem,
& contra & fideiuſſorem pro portionibus eidẽ con-
tingentibus? Reſp.ſic.ſecundũ Accurſ.Reg.vt ff.de fi-
deiuſſorib.l.fideiuſſorẽ ſuccurri.& C.loca.& cõduct.
71 l.ſi diuiſa.Sed ego quæro,† quãdo poſſit opponi hæc
exceptio cedendarum actionum? Reſp.quandocunq;
ante ſatisfactionem etiam poſt ſentẽtiam, vt ff.de tu-
to.& ratio.diſtr.l.1.§.nõ tantùm.& C. de contra.iud.
tut.l.2.& ff. de fideiuſſorib.l. ſi fideiuſſor.§. idẽ reſp.
72 Item nota quòd † creditor qui emit bona debitoris,
agens contra fideiuſſorẽ, repellitur per exceptionem
cedẽdarum actionum hoc modo,quia creditor cogi-
tur cedere fideiuſſori ſoluenti iura & actiones contra
reũ principalẽ & eius bona,remedio exceptionis ce-
dendarum actionum,vt dixi ſ.eodem.§. ſed nunquid
creditor,ſed hoc facere non poteſt, quia aduerſus ſe-
ipſum non poteſt cedere iura,quòd ſua culpa contin-
git,quia emit bona, quia cùm non poſſit cedere pro-
pter ſuam culpam aduerſus bona dicti debitoris,me-
ritò repelli debet à fideiuſſoribus,vt ff.de ſolutionib.
l.Stichum aut Pamphilum.§.ſi creditor.ff.loc.& cõ-
duct.l.ſi merces.§.culpæ.ff.de ſol.l.in his.& ff.de ad-
mini.tut.l.ſi pupillus.

De his quæ fiunt circa iudicium agentis in iure ceſſo. RVBRICA 7.

73 QVÆRITVR,† nunquid ille qui agit ex iure ceſ-
ſo,& cogatur facere fidem ceſſionis in litis con
teſtatione, petente aduerſario, vel ſaltem cauere de
rato? & eſt argumentum, ꝙ teneatur cauere, ſi fidem
non faciat de ceſſione ad exemplum tutoris, vt ff.de
adminiſtratione tutorum.l.vulgo & ſyndici ſeu acto-
ris vniuerſitatis,vt ff.ꝙ cuiuſque vniuerſitatis nomi-
ne.l.item eorum.§. actor.in fine.& facit.ff.de procu.
l.nõ ſolùm.§.qui alieno.& l.1.§.ſed interdũ. Econtrà
videtur,

videtur, ꝙ debeat cogi fidē facere de ceſſione, nec cauere de rato volens admittitur, quia iudiciũ eſt actus trium perſonarum, de quibus primò debet inquiri. ff.
74 de iudiciis. l. ſi quis ex alien. C. de except. l. fi. quia † ſi iudicium ſit incompetens, nullũ eſt iudicium. Idē ergo in actore, ſi actor ſit incompetens, facit ad hoc. C. mand. l. per diuerſas, & lege ita tamen. Item idē dicimus in cohær. ff. fam. ercil. l. 1. & 2. facit. C. de mand. princ. l. 2. ff. ad Treb. l. qui ita. §. etiam, & hoc placeret quia poſſet eſſe, quia tentatiuè ageret, vt videret vtrũ poſſet vincere, & cum videret ſe poſſe vincere, tunc faceret ſibi cedi iura, cùm adhuc nō eſſent ceſſa, & talis ceſſio ſibi prodeſſet, in quacũq; parte iudicij eſſet facta, dummodo ante ſententiã, vt ff. de iud. l. licet, & qui ſatiſd. cog. l. Iulianus, & ff. de rei vendic. l. ſin autē.
75 Item quæro, † nũquid iſte cui ſunt ceſſa iura, teneatur defendere ſedētē cũ ſit factus procurator in rē ſuam, ſecundũ. l. ff. de proc. l. ſeruum. §. fi. & l. ſeq. & l. procu-
76 rator. Sed qualiter † formatur libellus in hac actione ceſſa? Reſpon. ꝙ formãdus eſt ſic, ſecundũ dominum Benedictũ de Sergma. Proponit Titius contra Seiũ, donata & ceſſa ſibi actione à Caio, quod dictus Gaius mutuauit dicto Seio vnciam auri. Quare petit dictus Titius, donata & ceſſa ſibi actione prædicta à dicto Gaio, dictũ ſeruum ſibi condemnari ad ſoluẽdum dictam quãtitatē pecuniæ, vel ꝙ dictus Seius ei reddat dictã pecuniam, ſaluo iure addendi &c. Sed nunquid qui tenetur tibi vtili actione, te agente nomine tuo & non nomine cedentis, eſt tibi obligatus ita, vt poſſis dicere in libello, eũ tibi obligatum? Quidã dicũt, ꝙ non, ſed lex permittit tibi agere, id eſt, ad vtilitatē
77 tuam. Sed nunquid † cauſa ex qua fit ceſſio, debet exprimi in libello? arguo ꝙ ſic. C. de edict. diui Adria. ſol. l. edicto cum ſimilib. Sed cũ actio vtilis cōpetat ei, qui ceſſæ ſunt actiones ex ceſſione vel in ſubſidiũ, vel ex natura contractus ſine ceſſione, nunquid debet eligere & exprimere agendo, qua velit experiri? directa nomine domini, an vtili ſuo nomine? Reſp. ſic, ſecũdùm D. Albertũ de Galliot. per. l. ff. de ſol. l. ſi duo. & ff de leg. 1. l. ſi mihi & tibi, tamen arg. eſt contra, vt in ſumma prædicti D. Alberti de Galliot. Sed quid ſi ſimpliciter egit, nec fuit petitum ꝙ illud exprimeret, quaſi dicemus eum intentaſſe? dic vt dicunt in eadem
78 ſumma domini Alberti de Gallioto. Item quæro, † ſi habeo obligatum ſpecialiter nomē debitoris mei ab ipſo debitore meo, nunquid poſſim debitorem debitoris mei conuenire, antequam conueniam ipſum meum debitorem principalem ſecundùm. l. C. de act. & oblig. l. aduerſus. & l. fi. Dicunt quidam, quòd primò debeo conuenire debitorem meum principalem iſta ratione, quia fiſcus qui habet tacitè obligata bona ſui debitoris, ff. quib. cau. pign. taci. cont. l. 2. & ſic nomine quoque, vt ff. de verborum ſignificatio. l. bonorum, non poteſt conuenire debitorē debitoris ſui, niſi prius excutiat bona ſui principalis debitoris, vt. C. quando fiſc. vel priuat. l. nō prius. Item & quia nec. poſſeſſor eſt, pignoris ſui debitoris poterit conuenire. fiſcus antequam conueniat debitorem principalem, vt ff. de iure fiſci. l. Moſchis, vnde cùm fiſcus ex ſua tacita hypotheca non poſſit, meritò nec priuatus debet poſſe ex ſua expreſſa, per authent. C. de actionibus & obligation. authentic. ſed hodie. Sed dominus Albertus & dominus Ot. & dominus Iaco. Bel. dicunt con-
79 trarium, † ſcilicet quod poſſit conuenire debitorem debitoris ſui, etiam debitore prncipali nō excuſſo per illas duas ll. aduerſus. & l. fi. C. de action. & obligat. quæ nō ſunt mutatæ iſto caſu, vt dicunt, & ſic ſtare nō prohibentur, vt C. de teſtamen. l. ſcimus, & de appell. l. præcipimus. nam authen. ſed hodie. dicit de poſſeſſoribus pignorum, ꝙ vltimo loco conueniatur, at debitor debitoris nō dicitur poſſidere pignus aliquod, licet debitor ſic contineatur iure incorporali, & incorporalia non poſſidentur, vt inſtit. de rebus corporalibus & incorporalibus. & ff. de acquir. rer. do. l. ſeruus. §. incorporales. Nec contra hoc facit, quòd quaſi
80 † poſſidentur incorporalia, vt inſti. de petit. hæredi. l. etiam. §. j. quia nec quaſi poſſeſſor, dicit authen. Item
81 † nō obſtat in auth. de fideiuſſ. §. ſed neque. vbi dicit, ſed neque ad res debitorum, quæ ab aliis detinentur, quia ſenſit legiſlator de poſſeſſore pignoris, & nō debitore. Item nō obſtat idē. §. ſed neque. ibi, vbi dicit, ideo eſt dicere, vel ſi quos habuit homines ſibimet obligatos, ex hypothecaria actione teneri poſſunt, quia intellgitur de obligatis ipſi creditori occaſione ipſius debitoris: aliter tanquã fideiuſſores mãdati, vel ſponſores, ꝙ poteſt eſſe, ſi promiſiſſet eum ſeruare indemnem de mutuo & credito, quē faciebat obligãdo ſe perſonaliter & bona ſua iure pignoris & hypothecæ, & ideo dixit, quia hypothecaria teneri poſſet. Itē non obſtat. l. nō prius ſuperiùs allegata in contrariũ, quia illa loquitur in tacita hypotheca, ſecus in expreſſa. Item non obſtat. l. ff. de re iud. lege à diuo Pio. vbi dicitur, quod vltimo venitur ad nomina: quia illa loquitur in executoribus ſententiarum. Ex prædictis in præcedenti quæſtione, poſſum dicere ſecun-
82 dum Accurſium de Reg. † ꝙ mulier habēs expreſſam hypothecam, poteſt conueniri prius debitores mariti vel hæredum ſuorum. Secus autem, ſi omiſiſſet expreſſam: quia tunc non poteſt ex tacita, vt ſuprà dixi, in fiſco, per l. non prius. C. quando fiſc. vel priuat. Itē
83 † quæro, quis debet iurare de calumnia? dominus, an procurator in rem ſuam? Reſpondeo, ipſe procurator, cum ſit principalis perſona, & ſuum negotium gerat, vt not. Accur. C. de procur. l. qui ſtipendia, de actionibus & obligationibus. l. 1. de hæredi. vel actione vendita. l. emptor, & ita tenet Accur. in glo. ordin. ff. de procur. l. non ſolùm, in princ. in glo. 1. grata. ſuper verbo, interrogationibus, licet aliter dixerit. D. Paulus, ſi tamē dicatur idoneior, & melius ſcire veritatem debet venire, & iurare de veritate dicenda, vt not. Accur. C. de iura. calum. l. 2. §. ſin autem fuerit: & præiudicat, ſi confiteatur, vt ff. de leg. 1. l. ſeruũ filij. §. 1. ſed Acc. de Reg. dicit, ꝙ non hoc caſu debet compelli facere venire cedētem, cum propria ſit cauſa illius, cui ceſſa ſunt iura, & dictæ duæ ll. C. de iuramen. calum. l. ſecũ. §. ſin autem. & ff. de procura. l. nō ſolùm. in princip. loquuntur in eo qui alterius nomine agit.
84 Sed † quid ſi cedens ſponte veniat, & confiteatur, vel dicat aliquid cōtra eum qui ceſſit? tunc dicit Acc. de Reg. ꝙ bene præiudicat, ſi ſit ſoluendo ipſe qui confeſſus eſt, aliàs nō, ſi fortè ſit quidã Spauoldus, & ita iudex variè debet conſiderare ſecundùm eum, & arg. ff. de rei vend. l. in fundo. ff. de act. & obli. l. ſi. & in hac ſentẽtia fuit. D. Vber. de Bobio, licèt ſit arg. cōtra. ff. quēadmo. ſerui. amit. l. ſi parte. §. 1. ſed cùm actiones directæ nō transferantur, quia ita ſunt oſſibus infixæ,
85 vt dixi ſ. quæ actio cedi poſ. ego quæro, † an dominus qui eas ceſſit, poſſit agere. vel eas alij credere? Reſpōdeo ſic, vt C. mãd. l. ſi pater, niſi aliquod de tribus interuenerit. ſ. cōteſtatio litis, vel partis receptio, vel denuntiatio, vt tamen ſibi ſoluatur, quæ denuntiatio debet fieri debitori, vt C. de nouatiō. l. 3. & ſic, altero iſtorum interueniente, vtilis præfertur directæ, alias non, & ſic intelligitur. l. ff. de procurator. l. in cauſę. §.
85 fi. ſecũdùm Acc. de Reg. Sed † nunquid ille, qui ceſſio facta eſt, poterit pducere eos teſtes in cauſa, qui pro-

duci non poterant à cedente, puta domeſtici & familiares, vel parẽtes & ſimiles? Reſpondeo, quòd poteſt producere in teſtes & cedentem & domeſticos, & familiares eius, & ſimiles, dummodo aliquod commodum dictę cauſæ non ſpectet ad ipſum cedentem, nec pro munere, nec pro alia quacunque cauſa vel ratione, vt C. de iure dotium. l. 1. ff. quando appel. ſit. l. 1. §. in propria. & facit. C. de euict. l. 2. & quia non eſt prohibitum, cùm edictum de teſt. ſit prohibitorium, vt arg. ff. de teſt. l. 1. & maximè, quia de propria cauſa eius qui iura ſibi ceſſa accepit, vt ff. de procu. l. quæ omnia. §. placet. licèt ſit arg. contra. ff. de acqui. poſſ. l. Pomponius. §. cùm quid &c. & hæc dicta ſufficiant. Deo gratias. Amen.

FINIS.

TRACTATVS CESSIONVM INCERTO AVCTORE.

SVMMARIVM.

1 *Vtilis actio an ſine ceſſione competat.*
2 *Cedens ceſſione facta, ſi agat directa actione, an præferatur ei, cui facta eſt ceſſio.*
3 *Actio hypothecaria an tantum nudam poſſeſſionem reſpiciat.*
4 *Res ſi duobus ceſſa ſit, ad quem ratio maximè ſpectet.*
5 *Confeſſio quando non præiudicet.*
6 *Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur.*
7 *Concedendo iura, an quis faciat procuratorem vt in rem ſuam.*
8 *Procurator, non dominus eſt, ante litem conteſtatam.*
9 *Ceſſio facta principali, an valeat.*
10 *Ceſſio hypothecaria quando non valeat ſine principali.*
11 *Ceſſio facta ſine cauſa, an valeat.*
12 *Interueniente pretio, emptio præſumitur non ceſſio.*
13 *Probare cuius ſit pecuniam datam fuiſſe.*
14 *Vtilem qui habeat actionem, an directam habere queat.*
15 *Experiri nemo poteſt ſine actione.*
16 *Fideiuſſor an teneatur, ſi principalis pignus debitori reddidit.*
17 *Iura & actioner an debeant cedi pro parte vel inſolidum fideiuſſori.*
18 *Iura & actiones an ſpecialiter in fideiuſſorem cedi debeant.*
19 *Debitorum nomina ſunt incorporalia.*
20 *Cedens an ceſſionarium in ius vocare poſſit.*
21 *Minor an actione cedere poſſit.*
22 *Ceſſio, an venditio cenſeatur.*
23 *Vendito nomine, venditur inſtrumentũ nominis.*

CESSIONVM materia vtilis multùm, non multis eſt cognita: & aliàs ſæpè vidi conſuli peritiores, & malè reſpondere. Idcirco breuiter tractabo ea, quæ de hac materia mihi vtilia videbuntur. Et primò antequam ad alia procedam, ſciẽdum eſt, quòd vtilis
1 actio nunquam † ſine ceſſione cõpetit alicui. Et hæc eſt regula generalis, quæ quidem fallit in quinque caſibus ſpecialibus. Primus eſt in actione ex vendito, vt C. de act. vel hæred. vend. & l. 2. & 3. & l. emptor. & l. poſtquam. Secundus, in nominibus in dotem datis, vt C. de act. & oblig. l. nominibus. Tertius, in nomine in ſolutum dato, vt C. quãdo fiſc. vel priua. l. fi. Quartus, in legato nominis, vt C. de leg. l. legato nominis. Quintus eſt, ff. de pig. act. l. ſi conuenerit. In iſtis ſolũmodo quinque caſibus, & non in aliis, eſt ſpeciale.

2 ¶ † Quæro: Procedendo vlterius, ponamus: Aliquis ceſſit mihi actionem in decem: facta ceſſione, poſtmodum ipſe egit in actione directa ſuo nomine, Ego, cui facta eſt ceſſio, egi vtili. Quis præferatur in agendo? Ego qui ceſſi. vt ff. de procurato. l. in cauſæ. §. pe. Et hoc verum videtur in tribus caſibus. Primus eſt, ſi denuntiaui debitori antequam ageretur vt ſolueret illi qui ceſſerat iura. Secundus eſt, ſi litem fui iam conteſtatus. Tertius, ſi partem recepi pecuniæ. Iſti caſus not. c. de do. l. fi.

¶ An autem cedens poterit agere, de hoc vide plenè per Bar. in l. ficta. §. ſi hæres. ff. ad Trebel.

¶ Quæro, Quid ſi cedens mihi exigit, nunquid repetam ab ipſo, vt mihi reſtituat? Dico ꝙ ſic. argu. ff. ſi ager vecti. vel emphy. pet. l. 1. §. qui mihi competit.

¶ Quid erit? Quidam obligauit mihi nomen debitoris ſui, quæ actio mihi datur? Quidam dixerunt, ꝙ datur mihi hypothecaria, vt C. de hæred. act. l. hæredẽ. Sed Mar. Syllanian. dicit, ꝙ peſſimè dicunt, quia
3 † natura hypothecariæ eſt tantùm aduocare nudam poſſeſſionem, vt ff. de empt. & vend. l. ſi cùm vẽditor. vnde dicit, ꝙ datur inutilis ex contractu, ex quo ille poterat agere directa: quia ſi poterat ille agere directa ex mutuo, & certi conditione & vtili, argum. l. nomen. C. quæ res pignor. obligari poſ. Nec obſtat de act. vel hæred. vend. quia illa loquitur in tacita hypotheca. Et ita videtur innuere. gl. ordinaria in l. & cùm ipſe. & ita dicit gloſſ. ordinaria ſuper. l. nomen. §. & actiones contra debitorem meum ipſe qui geſſi.

4 ¶ Quæro, ceſſi alicui iura aliqua. † Nunquid illi cui vltimo facta eſt ceſſio, habeat actionem, & agere poſſit? domin. Ioan. dicit ꝙ non, ex eo quod infinitas eſt euitanda: vt C. de ſacro. ſanct. & l. inter diuinum.

¶ Quid erit? Aliquis in rem ſuam agit contra me, dico ego, tu nõ potes agere nec experiri, quia ſatisfeci illi, qui tibi ceſſit ante ceſſionem factam: dixit iſte, non eſt verum: dixi ego, faciam eum venire coram iudice: dixit ipſe, libenter. finaliter, venit ille qui ceſſit, & con-

& confeſſus eſt me ſibi ſoluiſſe: iſte, non obſtãte con-
feſſione, vult agere, dicendo quod non præiudicat
ſibi talis confeſſio. Nunquid poteſt? & certè videtur
quod talis confeſſio ſibi faciat præiudicium, arg. l. 2.
C. commun. de leg. & de vſur. l. fi. ff. finium regundo-
5 rum. l. eos. † Econtrà videtur, quod non præiudicat
talis confeſsio. arg. ff. quemad. ſer. amit. l. ſi partem. §.
1. d. Vber. de Bobio ita diſtinguit in quæſtion. iſta, &
refert quæ ſit perſona confitentis, vt ſi eſt talis perſo-
na, quæ poſsit ſatisfacere vtrique, & tunc non faciet
præiudicium: ita iudex debet varia ſtatuere ex per-
ſonis & cauſis. ff. de rei vendicatione. l. in fundo. & a-
ction. & oblig. l. fin. C. ſi quis Imperator. maledixerit
l. 1. cum ſuis ſi. nota. per Bart. in l. 1. in princip. ff. quod
actiones competentes vni, dentur alij, intelligitur de
vtilibus, non de directis, & ibi, quid ſtatutum dicat,
quod per liberam perſonam quæretur nobis actio,
vbi diſtinguit.

¶ Quæro, aliquis conſtituit procuratorem ſuum,
& dedit ei poteſtatem liberam, quod poſſit cedere iu-
ra & actiones fideiuſſoribus cõtra debitorem ſuum:
dicit fideiuſſor conuentus, Ecce ego ſum paratus ſol-
uere, cedas mihi iura quæ habet dominus contra de-
bitorem principalem, cuius ſum fideiuſſor: dicit pro-
curator, Paratus ſum, dummodo ſoluas, & oſtẽdit in-
ſtrumentum procuræ ſuæ & mandati ſui, videns fide-
iuſſor dictum mandatum, dicit: Non habes mandã-
tum ſpeciale ſuper hoc, & ideo volo te condemnari,
quia non potes cedere. Nunquid debebit condem-
nari? & videtur quòd non, argumento. ff. de fideiuſſo-
ribus. l. ſi mandati. & l. ſi cui. l. fina. eodem titu. & ff. ad
Trebellia. l. reſtituta. de authoritate tutorum. l. pupil-
lus. Contra videtur argumẽtum illius generalis dicti,
6 Qui † per alium facit. &c. vt. ff. de adminiſtrat. tuto. l.
ita autem. §. geſſiſſe. de vi & vi armata. l. 1. §. dixiſſe. ne
quis eum, qui in ius voc. eſt, vi exi. l. ſi per aliud. §. 1. nõ
facit tanquam ipſe, ſed tanquam alius, vt ff. de adopt.
l. ſi pater. §. qui duos. Item verba debent aliquid ope-
rari. ff. de legat. 1. l. ſi quando. ff. ad municip. l. 1. ſed do
minus Albertus Papienſ. & do. Vbertus de Bobio, di-
cunt quòd ipſe non poſſet cedere iura in hoc, tali ra-
tione, quia cedendo iura, faceret procuratorem, vt in
rem ſuam, vt ff. de condi. indebit. l. fi. §. Titius. & l. ſi
procurator. & C. de procu. l. quod quis. & l. neque tu-
tores. ff. de procu. l. Pomponius. & ſi ceſſerit, non va-
let, vt puto. immò dicebat Do. Albert. Papienſ. quod
quicũque aliter dicit, hæreticus eſt: ſed D. Homobo-
nus Cremonenſ. reſpondebat huic argumento, dicit
ipſe, certè hæreticus non ſum, & tamen dico cõtrariũ.
Nec obſtant argumenta allegata, quia ego bene con-
7 fiteor, quod cedendo iura, facio † procuratorem vt in
rem ſuam ſecũdùm dominum Albertum, ſi habet ad
hoc ſpeciale mandatũ, bene poterit cedere alteri an-
te litem conteſtatam, & facere alium procuratorem
in rem ſuam, cùm in aliis iudiciis & litibus procura-
tor non poſſit alium procuratorem conſtituere ante
8 litem conteſtatam, quia non eſt dominus † ante litem
conteſtatam, vt ſuprà dict. l. neque. & l. quod quis. Sed
ſi habent ſpeciale mandatum ad procuratorem cõſti-
tuendum, & certus eſt ille qui debet conſtitui, nũquid
poterò conſtituere? Certè ſic. argumen. ff. de procur.
l. 2. Sed nónne certus eſt iſte, cui debent cedi iura &
conſtitui procura. vt in rem ſuam? Si ergo eſt bene
certus, bene poteſt conſtituere ipſum procuratorem
in rem ſuam, & ita poterit cedere iura & actiones, &
facere procuratorem in rem ſuam: & ita non obſtat
opin. do. Alberic. maximè argumentum ſuum. Et hęc
argumenta ipſa veritas. & in hoc videtur concor. glo.
ordin. quæ eſt. ff. de procu. l. 2. Ego in quodam conſi-
lio fui, & feci in tali caſu dari fideiuſſores, vel alter ſa-
tiſdari ab illo procuratore, qui erat paratus cedere cũ
illo mandato, per dominum qui conſtituerat ratam
habere illã ceſſionem, cuius nomine fiebat, quia erat
in longinquis partibus. Et hoc tolerari poſſet, vt eui-
tetur fraus iſtius procuratoris petentis, & cedere vo-
lentis. Et nota hanc quæſtionem, quæ ſæpè venit de
facto.

9 ¶ Quæro, Aliquis ceſſit † ſuo principali, nũquid va
let ceſſio? Et videtur quòd ſic, vt ff. de action. vel hær.
vend. l. fin. & C. mandat. l. ſi. & l. ab Anaſtaſio. & l. per
diuerſas. eo. & ff. de excep. rei iudic. l. ſi extante. §. La-
tinus. Contra videtur, & ita dicit glo. ordinaria, quod
quæ eſt acceſſoria, nõ poteſt cedi ſine principali. arg.
ff. de reg. iur. l. cùm principalis. Et quod ſit acceſſoria
probatur. ff. de inſtito. l. pupillus. §. præſcribere. Do.
Mar. ibidem dicit, quod credit ꝙ ſic, non tamen pro
certo aſſerit, arg. l. fin. C. de actio, vel hæred. vend. vbi
gloſ. ordinaria dicit, quod cedi non poteſt, quia ſi di-
ceremus, iam hoc eſſet abſurdum: quia ſi cedens age-
ret actione principali, alius hypothecaria cauſa, per-
deret ſuam naturam actionis realis hypothecaria. &
ita dicit gloſ. ordinaria. Ego autem adhibeo diſtin-
ctionem: aut iſte qui cedit habet principalem actio-
10 nem hypothecariam: & † tunc non valet ceſſio hypo-
thecaria ſine principali, quia fortè ſtetit per triginta
annos, quòd ipſe non egit. Et tunc bene valet ceſſio,
vt C. de luitio. pigno. l. 2. in gloſ. quæ incipit, intelli-
gere debes quod fuerit ſublata principalis tanto tem
pore. not. C. de præſcript. long. tempo. triginta anno.
l. cùm notiſſimi. §. 1. quæ omnia ſunt vtilia.

¶ Quid ſi aliquis ceſſit alicui actiones vtiles, dire-
ctas, ciuiles & prætorias contra debitorem ſuum, &
conſtat in inſtrumento, quod præcepit eum occaſio-
ne iſtius ceſsionis, tamen non continetur cauſa in in-
11 ſtrumento, nũquid valebit talis ceſſio † facta ſine cau-
ſa? Et certe videtur ꝙ nõ arg. ff. de his qui not. infam.
l. 2. & l. ignominiæ & de tranſactio. l. cum hi. §. cauſa.
& C. de procurat. l. qui ſtipendia. & de probat. l. exem
plo. Contra dicitur. C. de præd. curialium l. fin. vbi di-
citur, quod poſtquam pretium interuenit, pręſumitur
12 † emptio & venditio. & ita præſumuntur omnia ſolẽ-
niter acta, vt ff. de præſcript. verbis. l. natura. Sed ego
contra per l. qui ſtipendia. ſuprà allegatam. & hæc eſt
veritas, & faciunt iura allegata pro iſta parte, quòd nõ
valet ceſſio.

¶ Quæro, quid ſi in inſtrumẽto apponatur, quod nõ
13 ſit data pecunia, nunquid debebit pecuniam † datam
probare iſte, cui ceſſa ſunt iura? Videtur quòd ſic, vt
de non num. pec. l. ſi ex cautione. de rei vend. l. dolus.
& l. per diuerſas. C. manda. & l. ab Anaſtaſio. eod. tit.
Sed do. Mar. Sylla. contra, & ego, quia præſumo om-
nia ſolemniter acta, vt inſti. de fideiuſſo. §. fin. & C. de
contrahen. & commit. ſtipul. l. 1.

¶ Quæro, aliquis promiſit mihi codicẽ ad aliquid
in quodam inſtrumento, & promiſit omnes expenſas
quas faciam in exigendo illum codicem, poſtea ceſſi
omnia iura & omnes actiones alij, nunquid iſte pro-
miſſor meus tenebatur ad expenſas illi cui ſunt ceſſa?
Et videtur quòd non, quia ille fuit principalis qui me
ruit hoc priuilegium, arg. ff. de adminiſtr. tut. l. ex plu-
ribus. ff. de leg. 2. l. patronus. ego contra vt inſtitu. de
verb. oblig. §. ex conditionali.

¶ Quæro, aliquis agit contra me iure ceſſo: dico ſi-
bi. Vtrum agis ex perſona tua, an non? id mihi ſpecifi-
ces, & ipſe dicit, Nolo tibi exprimere: nunquid coge-
tur? videtur quod ſic, vt ff. de tributio. l. quod in hære.

dem §.eligere. itẽ quia directa competit ex mente,
vtilis ex verbis , vt ff.de negotior.geſto.l.negotiorũ.
14 Item alia † poſſum cùm habeo directam,quæ nõ poſ-
ſum cùm habeo vtilem.nam ſi exprimat,tunc eris in-
ſtructus.argu.ff.de eden.l.2. Ecõtrà dicitur quod nõ,
vt ff. de pet.hæred.l.nec vllã.& l.ſi quis ſciens.de eui-
ctio.l. minor. Item tantùm conſequitur per directã,
quantùm per vtilẽ.l.action.ff.de nego.geſt. Quid di-
cemus? dico quod tunc exprimerem per l. ſi duo. ff.
de ſol.

¶Quæro,quid ſi egit quis contra me,& nõ habet
animum litigandi,& cum facta eſſet litis conteſtatio,
& aſſignati termini & dilationes vtriq; parti ad pro-
bandum,& cum factæ fuerint probationes , & con-
cluſum in cauſa,dum eramus prope ſententiam,vidẽs
iſte quod ſuccumbebat in cauſa,iuit ad quendam de-
bitorem ſuum,& dixit ei, Nonne talis debet tibi cen-
tum,quæ mihi debes?dixit ipſe,ſic,dixit iſte,cedas mi
hi iura & actiones quæ habes. & ceſſit.& iſte habens
talia iura ceſſa , facit talem poſitionem mihi : pone
quod debes centum tali,ex tali cauſa,item quod cõ-
rra te & tua bona habeo iura ceſſa dèbito iſto , mo-
do excipio ego & dico:quid ad te,ſi debui illi?iſte di-
cit,reperio inſtrumentum,qualiter idẽ mihi ceſſit iu-
ra,quòd facere potuit;vt C.de probatiõ.l.ad probat.
Modo quæritur,nunquid talis poſitio admittetur, ex
quo habuit ius petendi ante ſententiam diffinitiuam,
ita quod condemnatio fiat?Et videtur quòd ſic,vt ff.
ad exhib.l. tigni. & de rei vendi.l.ſi autem.& l. ſi mã-
dauerit.mandati.de pignor.l.ſi rem.§.finali. & l.ſi ita
argumẽ.iſtarum legum, quod actio competat cũ ef-
fectu.E contrà videtur quòd non admittatur, vt ff. de
iudiciis.l.non poteſt.de aqua pluuia arcenda.l.hacte-
nus.ad fi.& pro derelicto.l.aut pars.C.de fideicõmiſ-
ſaria liberta.l.inter.ff.communi diuidũd.l. ne fundũ.
Quid ergo dicendũ? Ego ita diſtinguo. Aut iſte eſt li-
tem conteſtatus nomine ſuo aut alieno. Hoc ita intel
ligas,aut directa agit,&videtur nomine illius qui ceſ-
ſit,& tũc tenet iudiciũ,quia poſtea cedẽdo ratificare
videtur,vt ff.de iud.l.licet. Aut ſimpliciter egit , & e-
tiã tunc habet locum dicta l.licet. 1.nomine meo vti-
li iure ceſſo,vel ſi ſuo,tunc poſt litem conteſtat.argu.
cùm proſequitur,ſi alieno,dic quòd ſic.ff.de iudi.l.li
cèt.ff.qui ſatiſda.cog.l.iudic.& de mino.l.& ſi fine.§.
fi.& in hac opinione ſum.& fuit domi.Guido de Su-
za:quia hæc ſine dubio eſt vera opinio.

¶Quęro,habeo debitorem,& fideiuſſor vult ſatiſ-
facere,ſi volo ſibi dare pignus,vt C.de fideiuſ.l. 2.&
l.fideiuſſor.ego nolo dare,nũquid poterit me cogere
15 ad dandum ſibi pignus?Et primò † videtur quòd nõ,
qua autem actione,nõ video:& nemo ſine actione ex-
peritur , vt ff.de petitione hæreditat.l.ſi quid poſſeſ-
ſor.Ego dico contrariũ per duo iura,vt C.loca.l. ſi di
uerſa.ff.de fideiuſſ.l.ſi fideiuſſor.ſuccurri debet. Sed
quod iure cogetur?Reſpondeo,iudicis officio. Nec
obſtant leges,quæ allegantur à quibuſdam.l.nulla.C.
de ſolut.quia illæ loquuntur in extraneo qui nõ fide-
iuſſit , ſed volebat ſatisfacere creditori , & volebat
quod cederẽtur,& darentur ſibi pignora, quæ dari ſi-
bi non debebant per leges allegatas.

¶Quæro,habeo fideiuſſorẽ,debitorem & pignus,
& poſtea venit & rogauit me , quod eidẽ cõcederem
licentiã vendendi pignus prædictum,dicendo , tu es
bene ſecurus de debito:amore mei concedas mihi li-
centiã. Et dixi,libẽter,facta ceſſione,ego poſtea con-
tra fideiuſſorem ago,quoniã principalis aufugit cum
omnibus ſuis bonis. dicit fideiuſſor , cedas mihi pi-
gnora,vel iura in pignore quæ habes , & paratus ſum
ſatisfacere tibi. Dico ego,facere nõ poſſum,quia feci
gratiam debitori vt pignora vẽderet. dicit fideiuſſor,
id tibi imputes,hoc nolo redundaſſe in mei præiudi-
ciũ.quid dicendũ?Certè quidam malè intelligentes,
16 ſcripſerunt,† quod fideiuſſor nõ teneatur ad ſolutio-
nẽ,per l.Stichũ aut Pãphilũ.ff. de ſolutionibus. Ego
autem dico & credo expreſsè,quod ſi feci gratiã de-
bitori vt venderet pignus , certè hoc non obſtante,
quod non poſſit cedere pignus & materiam pignoris
ipſi fideiuſſori,nihilominus ipſe fideiuſſor cogitur ad
ſolutionem,argumẽ.l.1.ff.quib.modis pignus vel hy-
potheca ſoluitur.& de his quæ in fraudem creditorũ.
l.ſi pignus,quæ lex eſt aurea ad materiam iſtã.& hoc,
niſi dolo fecerit gratiam debitori.nec obſtat l.Stichũ
aut Pamphilum.§.penultimo.quæ in cõtrarium alle-
gatur, quia illa lex loquitur in perſonalibus:non con-
tingit culpa ſua , quia fecit pactum de non petendo.

¶Quæro,ago contra fideiuſſorẽ : dicit fideiuſſor,
17 paratus ſum ſoluere,cedendo mihi † iura & actiones
contra fideiuſſorẽ meum.Nunquid debeo cedere in-
ſolidum vel pro parte? Et certè videtur quòd inſoli-
dum,vt ff.de legat.1.l.ſi res obligata in fi.Tu contra,
& dicas quod pro parte tantùm.ff.de tuto.&curat.l.ſi
plures.& de pecu.l.quæſitũ. & eſt gloſ. C.de duobus
reis.l.1.& hæc eſt veritas.

¶Quęro, Aliquis bãnitus ceſſit mihi iura & actio-
nes,an potero experiri & agere tali iure ceſſo à bãni-
to ſeruo?Aut ceſſit mihi ex cauſa lucratiua , aut ex o-
neroſa. Si ex lucratiua,tunc non poſſum , vt quia do-
nauit. Si oneroſa,ſic,vt ff.de exceptione doli. l. apud
Celſum.& dic vt ibi per Bartolum.& l.ſi procurator.
& l.pater.

¶Quæro,vendidi nomen debitoris & actionẽ quã
habebam contra debitorem,& in ceſſione nihil dictũ
fuit de fideiuſſore.venit operæ emptor , & vult agere
cõtra fideiuſſorem ex iſto iure ceſſo, An poteſt? Et vi
detur quod ſic.ff.de actionibus & obligationibus. l.
3.& de lega.3.l.nomẽ.in princi. Ecõtrà videtur quod
duo iura,quia ad hoc vt poſſit agere iure ceſſo:opor-
18 tet quod ſpecialiter cedãtur † iura & actiones contra
ipſum fideiuſſorem.argu.duarum ll.ff.de hęredita.vel
actione vendi.l.qui filij nomine.& l.antepe.ergo cũ
non ceſſat,non valet ceſſio,nec agere poteſt. Itẽ alio
argu. Nam ceſſio eſt ſtricti iuris, vnde potius videtur
omiſſum per l.quicquid adſtringendæ.ff. de verborũ
oblig.& ad hoc.ff.de fideiuſ.l.vt fideiuſſor. Et ſic di-
co,quod nec ex ceſſione,nec ex vi ceſſionis , fideiuſ-
ſor talis poterit conueniri,argu.præalleg.ll.

¶Quæro,iuxta prædicta,nũquid iſte fideiuſſor pe
tere poſſit aliquo iurę? Et dico quòd ſic , ſi illa actio-
ne quæ poſita eſt emptori,eo ipſo quod emit , vt C.
mãd.l.1.ſed ex ceſſione nõ , cùm nõ fuerit facta con-
rra ipſum. Et hoc verum,licet quidã aliter voluerint
dicere.

¶Quęro,quidam obligant debitori,vt ff.ad Tertu
lianum.l.ſi legatarius. §.1. volo agere contra debi-
torem debitoris hypothecaria.mihi obiicit,quod pri
mò debeam res & bona debitoris principalis excute-
re,nunquid cogetur? Reſpondetur,aliàs fertur d. Al-
ber.Papien.reſpondiſſe in quodam conuentu,vtili ar-
gumen.cuiuſdam l.pen. C. de actionibus & obligat.
quia videtur hoc tantùm contingere in hypo. pigno-
ris,ſed in nominibus debitorum aliud debetur de iu-
19 re cenſeri,quia nomina debitorũ † incorporalia ſunt,
ergo nullo modo poſſunt poſſideri,vt ff.de acquir.re-
rũ domin.l.ſeruus.§.incorporales,& ff.de vſuris.l.ſe-
quitur.§.ſed noſtra.& quod non mutatur, quare ſtare
prohibetur.l.ſancimus. C.de teſtamẽ. & de appellat.
l.prę-

l.præcipimus.in authen.quibus mod.na effi.ſui.§. tribus. Tu dicas contrarium,vt C.quando fiſc.debit.ſuū quę.l.nō prius.ff.de iure fiſci.l.Moſchis.ſed d.Alber. eſt illis iuribus contrarius,& dicit non obſtare , quia loquitur in tacita hypotheca,nō expreſſa.ſed ita non intelligitur lex illa,vel poſſumus dicere ſpecialiter in fiſco.

¶Quæro,aliquis agit contra aliquem,& non dimiſit procuratorem,quòd facere potuit:nunquid imputabitur ſibi?videtur quod non,quia non tenetur mittere.glo.ordi.dicit,quod nō.ff.ſi quis cau.l.2. Ecōtra videtur mittere,& dimittere.argumēto.ff.de proc. l.1.§.iuſti.& de mino.l.Pāphil. & ex quibus cau. maio. l.ſed & ſi per prætorem.§.aduerſus:tu ita potes dicere & diſtinguere,An ſit grandis ille contra quem agitur, an non.Et ſi grandis ſit,nō tenetur.ff.de proc.l.in pecuniariis extra.de procur.c.quærelam.ſi ſecus ſit, tūc tenetur.

¶Quid ſi dictū eſt in citatorio,quod veniat & habuit reſponſalem,nūquid tenetur mittere procuratorem? Reſpōd. Sic continuat Ioannes Teutonicus decretorum doctor extra.de dolo.& cōtuma.c.cùm dilecti.ff.de diuer.& temp.pręſcr.l.1.& iſta ſunt illa,quę pro maiore parte conſueuerunt notare communiter Nico.Mata.& poſtea Iac.de Are.

¶Sed iuxta hoc quęro,Quid ſi tibi ſub pœna promiſi,nō facere aliquod opus in ſolo meo?poſtea alienaui ſolū,& emptor fecit,An teneat? Et an emptor etiā teneatur?vide per gl.in l.3.§.2.ff.de alię.iud.mut. cau.fact.& in l.fi.ff.de contrahen.emp.

¶Sed quod das exemplum?vēdidi tibi fundum, in quo ante vēditionem, dānum factum fuerat.ego non egi,ſed poſt venditionem volo agere.An poſſum, ita quod emolumentum meū ſit?dic quod ſic.vt l. is qui imput.§.ſi poſtea.ff.quod vi aut clam.& per Cy.in ſimili.ff.de iuriſd.om.iudic.l.fi.in quæſtione ſi. Et plura alia vide vt ſcripſi in d.l.3.§.2.ff.de alie.iudi.mutā. cauſa fac.

20 ¶Sed an † cedēs ad petitionem ceſſionarij teneatur venire in iudicium cùm conuenitur?dic quod ſic, vt de euictione tenetur. vt quia ceſſit cauſa onerosa, quia ad eum ſpectat commodum & incommodum, iuxta l.1.§ in propria.ff.quando app.ſit, pro quo facit.C.de vſur.rei iudic.l.fin.§.& antiquitas.ff.de pœnis.leg.quod dictum.aliàs,ſi ex cauſa lucratiua, non tenetur venire,facit l.quod ad res donatas.ff.de ædil. edicto.

21 ¶Sed an † minor poteſt cedere actionē?dic quòd ſic,vt no per Bar.in l.1.fuit quæſitum.ff.ad Trebel.

¶Sed an tutor poſſit cedere actionem pupilli ? dic quòd non per Bart.in l.Reſtituta.§.pupillus.eod.tit. Laus Deo.

¶ Nota,quòd cedens iura contra debitorem , non transfert ius agendi in ceſſionariū contra debitorem, niſi in tantùm quantùm ſoluit. Et ſic cedo tibi iura contra Titium,niſi ad illa.l.quæ mihi ſoluiſti.l.per diuerſas & l.ab Anaſtaſio.C.mandati.

22 Item nota,† quòd ſi ſtatuto cauetur,quòd debitor non poſsit detineri pro debito,quòd ceſsionarius nō poteſt facere detineri debitorē pro debito ſibi ceſſo, ita notat Bald.in l.planè.ff.famil.erciſc.

¶Item nota,quòd ceſsio actionis & iurium cenſetur quædam venditio, & vt alterius rei venditio regulari debet, probatur in l.ſi is.& l.ſi dubitetur.primo reſpon.§.fin.Spec.in tit.de ceſsio.act.§.1.verſic.ſed nunquid minor.& verſi.ſequitur.tangitur in l.2.C.de reſcind.vend.

¶Item nota,quòd vendens nomen tenetur tradere inſtrumentum nominis, vt no.per Bald.in l.inſtrumenta prædiorum.C.de fideicom.

FINIS.

TRACTATVS SINGVLARISSIMVS RENVNTIATIONVM IVRIS CIVILIS, EXIMII LEGVM PROFESSORIS

D. Iacobi Butrigarij Bononienſis Doctoris maximi nominis, ac Bartoli ipſius diſcipuli.

SVMMARIVM.

Renuntiari quibus legum beneficijs in contractibus & inſtrumento ſoleat. Et ſeriatim enumerantur hic 53.Iuris renunciationes.

¶ *Beneficio Epiſtolæ Diui Adriani.*

CONSVEVIT renuntiari epiſtolæ Diui Adriani, & eſt beneficium, quodquando aliqui ſunt obligati inſolidum per huiuſmodi beneficium,ſi omnes pręſentes ſint ſoluendo tempore litis conteſtat.poſſunt poſtulare, vt actio diuidatur inter eos, vt vnuſquiſque pro virili portione conueniatur,& non inſolidum:& ſi huiuſmodi beneficio fuerit renuntiatum,creditor poterit, quem velit,conuenire, vt C.de conſtit.pecun.& l.fin.& Inſt. de fideicommiſ.§.ſi plures.cum ſuis ſimil.& habet locum inter plures fideiuſſores,& conſtitutores,& mandatores,& tutores &c.& hoc ſecundùm iura antiqua. Et hodie habet locum inter principales debitores in ſolidum obligatos,per auth.de duob.reis.

¶ *Beneficio auth.præſente.C.de fideiuſſorib.*

Item conſueuit renuntiari beneficio nouæ conſtitutio de fideiuſſoribus, per quod beneficium ſuccurritur fideiuſſoribus & mandatoribus & ſponſoribus: nam poſſunt poſtulare quod reus primo cōueniatur, ſi ipſe reus principalis præſens fuerit & ſoluendo:vel ſi præſens non fuerit reus, datur tempus arbitrio iudicis fideiuſſoribus, vt infrà illud tempus reum principalem

palam repræſentent:& poſt conuenietur fideiuſſor, ſi reus non venerit:& ideo renuntiatur illi iuri,vt creditor poſſit conuenire quem voluerit : vt C.de fideiuſſ. auth.præſente.

¶ Beneficio auth.hoc ita.de duobus reis.

Item conſueuit renuntiari beneficio nouæ conſtitutionis de duobus reis, per quod beneficium ſubuenitur de duobus reis debendi:nam poſſunt poſtulare per illud beneficium non inſolidum, ſed pro parte poſſe conueniri,quod poterat fieri de iure antiquo:licet nõ eſſent inſolidum expreſsè obligati. Sed hodie niſi expreſſe agant, quod quilibet inſolidum ſit obligatus, vel alter ex reis ſit non ſoluendo in totum, vel in parte, vel ſit abſens, non dicuntur quilibet inſolidum obligari:& ideo renuntiatur illi iuri, vt creditor illis interuenientibus poſſit quem voluerit inſolidum conuenire,vt C.de duobus reis,auth.hoc ita. & habẽt locũ iſta beneficia quotieſcũque duo vel plures principaliter ſe obligant:vnus enim pro altero intercedere videtur, quando ſe obligant vltra partẽ ipſum tangentem.

¶ Beneficio cedendarum actionum.

Item conſueuit renuntiari beneficio cedendarum actionum, per quod beneficium poteſt poſtulare fideiuſſor, & alij qui ſunt obligati in vna obligatione, ſibi cedi iura & actiones, quas creditor habet contra alios fideiuſſores, vel contra alios pro quibus ſunt obligati : alioquin niſi cedantur eis à creditore, poteſt recuſare ſolutionem,& ideo illi iuri renuntiatur:vt ff. de fideiuſſoribus.l.fideiuſſoribus.& de ſolutio.l.Modeſtinus.& l.Stichum aut Pamphilum.eo.tit. Et prodeſt creditori, quòd ſi fuit renuntiatum, poterit creditor eligere quem voluerit de fideiuſſoribus vel aliis conreis, & alteri gratificari:& ille à quo exigit debitum,poterit petere vt cedantur ſibi actiones aduerſus alios,quibus creditor vult gratificari, cum iam fuerit renuntiatum.

¶ Beneficio feriarum.

Item conſueuit renuntiari beneficio meſſium, vel vindemiarum,vel aliarum ob neceſſitatem hominum introductarum : nam tempore meſſium vel vindemiarum non debet aliquis vocari in iudicio, niſi illis feriis fuerit renuntiatum:aliis autem feriis in honorem Dei introductis renuntiare nemo poteſt, vt habetur de his omnibus. C.de feriis.l omnes dies. cum ibi nota.& ff.de feriis.l.1.& extra.de feriis.capit.fina. cum ſimilib.

¶ Beneficio exceptionis non numeratæ pecuniæ.

Item conſueuit renuntiari exceptioni non numeratæ pecuniæ, non traditæ nec redditæ rei, quæ conſiſtit pondere, numero, vel menſura : & iſta exceptio quandoque habet locum infra biennium,quandoque infra triginta dies,aliquando infra annum,& aliquando infra tres menſes, nam ſi debitor confitetur ſe pecuniam accepiſſe, quam in veritate non accepit, poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ infra duos annos à die confeſsionis:& vt eam nõ poſſit opponere,renunciat illi exceptioni in inſtrumẽto. Quandoque debet opponi infra 30.dies. nam ſi creditor confeſſus fuerit ſpe futuræ numerationis ſe recepiſſe creditum à debitore ſuo, habet exceptionem non numeratæ pecuniæ infra 30.dies, & præmiſſa locum habent in mutuo,non in aliis rebus.vt C.de non numerata pecunia.l.in contractibus.prope prin.cum ſimil. Quandoque habet locum infra annum, vt ſi maritus confeſſus fuerit ſpe futuræ numerationis ſe recepiſſe dotem,quam reuera non accepit,competit ei exceptio nõ numeratæ dotis infra annum poſt ſolutum matrimonium. Et hoc ſi matrimonium durauit minus duobus annis. Si verò plus biennio durauerit, ſed minus decennio,tunc infra tres menſes eſt opponenda.& ideo ne poſſit opponi, iſti renuntiatur , vt C.de dote cauta nõ nu.l.fi.& auth. quod locum.ibi poſita.

¶ Beneficio erroris calculi.

Conſueuit renuntiari beneficio erroris calculi. nã ſi partes in aliquo contractu errauerint in computatione,iterato debet fieri computatio, licèt plures fuerint factæ, niſi illi iuri fuerint expreſsè renuntiatũ, vt C.de errore calculi.l.vna.

¶ Beneficio clauſulæ generalis.l.1.ff.ex quibus cauſis maiores.in fin.

Conſueuit renuntiari clauſulę generali,ſi qua iuſta cauſa mihi videbitur.nam dicit lex,ſi aliquis fuerit læſus ex aliqua cauſa : & ideo petit ſe reſtitui in integrũ, prætor vel iudex debet reſtituere ex quadam æquitate,ſi iuſta cauſa ſibi videbitur, vt in l.1.ſuprà alleg. & ideo quandoque illi legi renuntiatur.

¶ Beneficio recurſus ad arbitrium boni viri. C.de contrahen.empt.l.fi.cum ibi nota.

Conſueuit etiam quandoque renuntiari recurſui ſeu appellationi ad arbitrium boni viri:nam ſi aliquis iurauerit, vel promiſerit aliquid dare, vel certas operas facere, prout ſi ego eſſem arbitratus, ſi ego iuſtè arbitror:tenendum eſt arbitrium meum,aliàs non:immò promiſſor habet recurſum ad arbitrium boni viri.vt ff.de oper.liber.l.ſi libertus. Et de hoc vide plene in repet.§.arbitrorum.in l.ſi proprietatem.ff.pro ſocio. Vel pone exemplum, ſi aliquis promiſit mihi vendere fundum arbitrio Titij, ſi Titius benè & rectè arbitretur,benè eſt:aliàs recurſus habetur ad arbitrium boni viri, vt C.de contrahenda empt.l.fi.cum ibi notatis.& ff.de re iudicata.l.in perſonam.§.generaliter.& l.ſocietatem.ff.pro ſocio.& habet actionem mecum,niſi iſti iuri fuerit renuntiatum. Aliqui tamẽ dicunt, quod iſta renuntiatio non valet : quod credo verum, niſi fortè hoc fieret mediante iuramento, & eſt bonus vir iudex ordinarius, ſub quo ſunt partes contrahentes, vt ff.de verborum obligation.l.continuus.§.cùm ita.

¶ Beneficio ne quis condemnetur, niſi inquantum facere poteſt.

Conſueuit etiam renunciari, vt quis non condemnetur, niſi inquantum facere poteſt:ita habita ratione,ne egeat in futurum:quod ſi maritus vel eius pater conueniatur ab vxore pro dote,quam receperat, non debet condemnari inſolidum, immò ſolùm, in quantum facere poteſt, ita deducto,ne egeat, &c. hoc eſt dictu, quod aliquid penes eum debet remanere, ex quo poſſit ſe alimentare in futurum, ob reuerentiam præteriti matrimonij. Sunt & aliæ perſonæ habentes iſtud priuilegium, vt ſocij omnium bonorum:& ideo ſi vnus conuenit alium actione pro ſocio, ille qui conuenitur,non debet condemnari,niſi inquantum facere poteſt,&c. Et idem in patrono à liberto conuento, & idem in ſocero à genero cõuento, & idem in patre à filio vel à filia conuento. Et quod dictũ eſt de vxore, quando cõuenit maritũ vel patrẽ pro dote quam promiſerat, idem eſt ſi ipſa vel pater eius conueniantur à viro pro dote quam promiſerat. de iſto habetur. ff.ſoluto matrimon.l.maritum.argumen ff.de re iud.

Iſiunt

l.ſunt qui.& l.ſequenti, cum ibi notatis. Itē competit hoc beneficium donarori cōuenro à donatario, vt ff. de re iud.l.inter eos, in fi. Item competit ei qui bonis ceſſit, eo poſtea conuento per creditorem, cum perueniſſet ad pinguiorem fortunam, vt l.is qui bonis.ff. de ceſſion.bonorum, & quibuſdam aliis perſonis ſecundùm quoſdam, ſed huic beneficio ceſſionis bonorum renuntiari non poteſt. Sed cum eorū reuerentia, crederem tamen, cum iuramento valere renuntiationem, quia tale iuramētum ſaluari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ.

Beneficio l.ob æs.C.de action.& obligat.

Conſueuit renuntiari iuri, dicenti quod vbi aliquis debitor eſt pluribus creditoribus obligatus, & ipſe debitor cùm non ſit bene ſoluendo, cōuenitur à creditoribus, habet electionē an recipiat inducias quinquennales ad ſoluendum, vel cedat bona ſua creditoribus, Et ſic renuntiatur induciis, quinque annorum, & ſucceſſioni bonorum: & ſi inducias nō petierit, nec bonis ceſſerit: ſed paſſus fuerit ſe in debito illo condemnari, debet in carcerem detrudi: vt C. qui bonis cedere poſſ.l.pen.& fi. licet quidam dicant, quòd huic beneficio renuntiari non poteſt, & ita not.

Beneficio induciarum duorum vel quatuor menſium.

Conſueuit renuntiari quandoq; iuri, dicenti ꝙ vbi debitor eſt condēnatus ad ſoluendū debitū creditori, dantur debitori inducię duorum menſium, de iure digeſtorum, & de iure.C. quatuor menſes, computātur à die cōdēnationis, vt C.de vſu rei iud.l.2.ff.de re iud. l.debitorib.& extra.eod.tit.c.ad conſultationem.

Beneficio l.2.ff.de re iudicata.

Conſueuit renuntiari iuri, dicēti quòd licet lex det certum tempus iudicatis, alias condemnatis ad ſoluēdum, tamen iudex illud tempus, prout ſibi videbitur, poterit arctare vel prorogare: nec ſemper tempus à lege ſtatutum habet ſequi, vt ff. de re iudic.l.2. cū ſuis concordant, & ideo debitor huic iuri renuntiat, cum ſit in eius fauorem introductum, vt ſi iudex daret aliquod tempus ad ſoluendum, debitor illo tempore vti non poſſet.

Beneficio l.à diuo Pio.ff.de re iudicata.

Conſueuit renuntiari quandoque iuri, dicenti ꝙ ſi ſit licita ſententia lata contra aliquem, vt ſoluat creditori id, in quo eſt condemnatus, debet ſeruari ordo in alienatione rerum debitarum: nam primò mobilia & per ſe mouentia, poſtea immobilia, poſtea peruenitur ad iura, vt l. à diuo Pio. ſuprà alleg. cum ibi notatis: & ideo quando debitor recipit pecuniam à creditore, renuntiat huic iuri, vt adueniente die vel tēpore ſolutionis, poſſit executio fieri in bonis, in quibus voluerit creditor: quod fieri non poſſet aliàs, niſi iuri illi renuntiatum fuiſſet.

Beneficio authenticæ, hodie, de appel. & l.1.& 2.C.de tempo.appel.

Conſueuit renuntiari iuri, dicenti ꝙ vbi aliquis eſt condēnatus ad ſoluendum vel dandū, vel faciendū aliquid creditori ſuo, datur ſibi ſpatiū decē dierum infra quos poteſt appellare, & ſic per cōſequens, omni alij remedio appellationis debet renuntiare, vt C.de app. auth.hodie, & C.de temp.appel.l.1.& 2.cū concord.

Beneficio l.ſicut.& l.cum notiſſimi.C. de præſcript.30. vel 40.annor.

Conſueuit renuntiari iuri, dicenti quod actiones perſonales vel hypothecariæ competentes contra aliquem debitorem pro aliquo debito, pro quo ſe obligauerat, tolluntur triginta vel quadraginta annorum ſpatio, niſi infra illud tempus intentatæ fuerint, vel ſuper illis fuerit lis conteſtata: vt dictis ll. alleg.

Beneficio induciarum viginti dierum oblati libelli.

Conſueuit etiam renuntiari iuri, dicēti ꝙ vbi ad iudicium aliquis vocatur ex aliqua cauſa, libellus debet ſibi offerri, & nihilominus debent ſibi induciæ dari.ſ. 20.dierū, vt poſſit deliberare, vtrū cedat vel cōtēdat, vt C.de lit.conteſt.auth.offeratur, & auth.libellum.

Beneficio.§.alteri.inſtit.de inutili ſtipulatione.

Conſueuit renuntiari, ꝙ vbi aliquis ſtipulatur pro aliquo abſente, niſi interſit ſtipulatoris, non quæritur obligatio abſenti ex illa ſtipulatione, vt in §.alteri, allegat.cum ſuis concor.vbi eſt notabilis gl. pro hoc.

Beneficio l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.

Conſueuit enim renuntiari iuri, dicenti ꝙ ſi conuentum eſt inter partes, quod ſi aliquis alius iudex, quam cuius iuriſdictionis ſunt, iudicat, ſeu inter partes cognoſcit, quod antequam lis conteſtetur, licitum eſt ei pœnitere, & ab ipſa conuentione diſcedere, vt d.l.ſi conuenerit.ff.de iuriſ.om.iud.

Benefic.quod in obligationibus ſeruatur.

Conſueuit renuntiari potiſſimè in obligationibus vnius cauſæ coram diuerſis iudicibus non debere ventilari, & ſi fiat, imponatur pœna agenti. vt C. de iudic.l.nulli.

Beneficio c.ſtatutum, extra de reſcr.lib.6.

Conſueuit renūtiari obligationi.ſ.ꝙ quando actor & reus ſunt diuerſarum diœceſ. reus vltra vnam dietā à finibus ſuæ diœceſ.non poteſt ad iudicium aduocari, vt c.ſtatutum, alleg. Item quando actor & reus ſunt eiuſdē ciuitatis ſiue diœceſ.non debet à fine ſuę diœceſ.vltra vnam dietā conueniri, vt in eod.cap. alleg.

Beneficio l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cauſ.

Conſuetum eſt, in huiuſmodi obligationib.renuntiare iuri, dicenti ꝙ vbi aliquis promiſit aliquid, & cū pœna certa de ſiſtendo in iudicio, & nō ſiſtat illa die, poteſt poſt tres vel quinque dies purgare morā, comparendo in iudicio & ſuiipſius copiam faciendo, & non incidit in pœnam, vt l.& ſi poſt tres alleg. De hoc vide no.per doc.in l.ſancimus, de fideiuſ.

Beneficio l.1.ff.ſi quis in ius voca.non ierit.

Conſueuit renuntiari iuri, dicenti quod vbi aliquis ad iudicium vocatus eſt ex eo fortè, quia ſi non poſſidet immobilia, datis fideiuſſoribus de ſiſtendo in iudicio, ſi fideiuſſores non ſunt de foro illius iudicis, debet renuntiare priuilegio ſuo: aliàs non valet fideiuſſio, vt d.l.1.

Beneficio fori.

Conſueuit renuntiari priuilegio fori, nam reus debet conueniri coram ſuo iudice, & non coram iudice actoris, iuxta regulam, actor forum rei ſequitur, & nō econtrà, vt l.iuris ordinem.C.de iuriſ.om.iud.& l.fin. C.vbi in rem actio.

Beneficio pro ſcholari.

Item renuntiāt ſcholares priuilegio ſuo, vt coram non ſuo iudice poſſint ex cauſa conueniri, quòd regulariter fieri non poteſt, vt C.de epiſc. & cleri authent. ſtatui-

ſtatuimus, contrarium videtur, ꝙ immò poſſit renunciari, arg. C. de pactis. l. ſi quis in ſcribendo, cum ibi notatis per doc. hoc verũ, ſi laici vel clerici coniugati: ſecus, ſi clerici ſoluti, per c. ſi diligenti. extra de foro competenti, & per auth. habita. cum notatis, C. ne filius pro patre.

¶ Beneficio, ne quis ratione minoris ætatis reſtituatur.

Conſueuit renũtiari beneficio in integrum ratione minoris ætatis, quia ſi minor propter facilitatẽ ſui in aliquo contractu fuerit læſus, reſtituitur in integrum per prætorem vel iudicem. vt. C. de in integrum reſtit. mi. & ff. de mino. per totum, licèt ſecundùm gl. huic beneficio renunciari non poſſit, vt l. ſi iudex. ff. de minor. Credo tamen quòd ſi ſit pubes, valebit in iuramento, per auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vend. & habet locum dicta auth. non ſolùm in contractibus & ſi vltro citroque obligatoriis, immo in donationibus & ſtipulationibus: & hoc ſecundùm gloſ. vt dicta auth. in donationibus, non eſt verum, ſecundùm doct. in dicta. auth.

¶ Beneficio l. rem maioris. C. de reſc. vend.

Item renunciatur quandoque iuri, dicenti ꝙ quando emptor dando plus in aliqua re, quam valeat, eſt deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, debet reſcindi contractus, vel ſibi reſtitui ꝙ plus dedit quam deberet: & idem econtrà in venditore decepto vltra dimidiam. C. de reſcin. vend. l. rem alie. cum ibi notatis. & ne oriatur controuerſia propter tales deceptiones, renunciatur iſti iuri, de quo dic vt ibi.

¶ Beneficio l. emptor. C. de euic.

Conſueuit renunciari iuri, dicenti, quòd quando emptor aliquam rem emit à venditore, & illas res incipit euinci per tertium, ſi emptor non denuntiauit vẽditori, quòd illa res ab eo euincitur, & quod veniat ad defendendum eum, licèt res illa ab eo euincatur, emptor non poterit agere de euictione contra venditorem, vt l. concordan. alleg. & ff. de euic. ſi fundo. §. ſi cùm poſſet, cum concor. Et ideo in fauorem emptoris fuit introductum, vt venditor huic iuri ſiue legi renuntiet, ne emptor ei denuntiare teneatur.

¶ Beneficio l. qui rem. C. de euic.

Item renunciat venditor iuri, dicẽti quod licèt res empta appareat eſſe aliena, vel alteri obligata, emptor non poteſt agere de euic. contra vend. donec res ab eo emptore fuerit euicta per ſententiam, etiam ſi ipſam appareat euinci poſſe in futurũ, vt d. l. qui rem, & l. non tamen. ff. de euic.

¶ Beneficio actionis redhibitoriæ.

Item renunciatur iſtius actionis beneficio, nam ſi ego ignoranter emi rem morboſam ab aliquo venditore, poſſum agere contra venditorem actione redhibitoria infra ſex menſes vtiles, vt mihi reddat pretiũ, & ipſe rem recuperet: & ideo ſi emptor huic beneficio renuntiauerit, non poterit poſtea agere cõtra venditorem, vt l. ſciendum. §. fi. infra alleg.

¶ Beneficio actionis quanto minoris.

Conſueuit etiam renũtiari per actorem hic actioni: nam ſi ab aliquo emi ignorãs rem eſſe morboſam, poſſum agere contra venditorem infra annum vtilem illa actione, vt mihi reddat pretium ſeu partem, quam non dediſſem, ſi rem illam vitioſam ſciuiſſem, & hæc duo probantur. ſ. beneficium proxi. dictum, & illud. ff. de redhib. act. l. ſciendum. §. fin. & l. ſeq. cum multis concor. Et iſtis duobus caſibus valet renuntiatio facta per emptorem, & prodeſt venditori, ſi vẽditor vitium ignorat: alias ſi ſciuiſſet, nec emptorem certificauit ratione ſui doli, non valet renuntiatio, vt ff. de redhibi. actio. l. quæritur. §. ſi venditor. & §. ſequẽt. Et poſito ꝙ venditor ſcienter vendens rem morboſam, dicat emptori, ſe ei nulla teneri ratione alicuius vitij, fortè ꝙ ſubeſt in re vendita, dum tamen emptor id ignoret, & emptor in hoc conſentiat, non tamẽ obligando ſe per pactum de non veniendo contra venditorem ratione morbi, (quia tunc poſtmodũ non poſſet quis venire, arg. l. ſi quis in conſcribẽdo. C. de pactis,) quòd adhuc, non obſtante tali conſenſu, poterit emptor contra eum venditorem actionibus pro ſ. dictis experiri, ſi reperiatur illa res morboſa, iſta eſt doctrina, quæ traditur per doctores modernos à l. 1. §. 1. vſque in finem. l. ff. de actio. emptio. & vẽd. quod eſt valdè notatu dignum, quia quotidie venit de facto.

¶ Beneficio l. penult. C. de donatio.

Item renuntiatur iuri, dicenti ꝙ ſi quis fecit donationem in perſonam alicuius excedentem ſummam quingentorum aureorũ ſiue ſolidorum, ſine inſinuatione ſeu decreto iudicis, non valet in eo ꝙ excedi-tur, immò in eo poteſt per donatorem reuocari, niſi illi iuri renuntiauerit, vt dicta l. penult. in fine.

¶ Beneficio l. fi. C. de reuo. donatio.

Conſueuit renuntiari iuri, dicenti ꝙ ſi facta eſt donatio in filium emancipatum vel alium qui non ſit in poteſtate, vel alium extraneum, donator poteſt reuocare donationem, ſi donatarius ei iniuriã fecerit, vel manus impias in eum inferat, vel damnum irroget in bonis donatoris, vel vitæ eius inſidietur vel cõditionem appoſitã in donatione donatarius nõ impleat, vt d. l. fi. hoc verum non eſt, ſecundùm quoſdam, quòd talis renuntiatio valeat, vt nota. per Guil. de Cun. in l. qui exceptionem. §. pactus. ff. de cond. indeb.

¶ Beneficio l. ſiue emancipatus. C. de donatio.

Item renuntiatur iuri, dicenti ꝙ ſi pater donauerit filio in ſua poteſtate conſtituto, non valet, vt d. l. ſiue emancipatus, alleg. & ideo renuntiatur illi iuri, ne poſtea pater poſſit donationẽ reuocare: & tũc eſſet bonum conſilium pro filio, quia pater remitteret vſumfructum rerũ donatarũ filio, vt ſic quo ad proprietatẽ vel vſumfructum res donata abdicetur à bonis patris.

¶ Beneficio l. vbi. ff. de donatione cauſa mortis.

Conſueuit autem renuntiari iuri, dicenti, quod vbi donator fecit donationem cauſa mortis, ꝙ nullo caſu poſſit reuocari, non valet vt donatio cauſa mortis, vt l. vbi alleg.

¶ Beneficio ſenatuſconſulti Velleiani.

Item renuntiatur per mulieres beneficio ſenatuſconſulti Velleiani: nam ſi mater vel auia velit ſubire onus tutelæ filiorum vel nepotum, renuntiat ſecundis nuptiis cõtrahendis & beneficio ſenatuſcõſulti Velleiani, vt C. quando mulier tu. officio fungi poteſt l. ſi. & auth. mater. eodem tit. Item renuntiant mulieres huic beneficio in multis aliis caſibus: nam ſi mulier alienam ſuſcipit obligationem vel participauit. ſ. mãdando vel fideiubendo, conſtituendo vel cauſam in ſe transferendo, promittendo animo nouandi, ꝙ alius debet vel iudiciũ in ſe ſuſcipiendo pro alio, etiã animo nouandi habet ipſam exceptionem ex huiuſmodi beneficio, & ad hoc vt ex præmiſſis valeat obligari, eſt neceſſarium ꝙ renuntiet huic beneficio, vt C. ad Vellea-

Velleianum.l.1.& 2.& 3.& ff.d.l. 2.§.omnes,& l.fi.§.vl.cum ibi notatis.intellige hoc, ſi fuerit de iure ſuo certificata,aliàs non,vt ibi not.de quo dic,vt l.penul. C.ad Velleia.

¶ Beneficio auth.ſiue à me.C.ad Velleianum.

Item renuntiat mulier iuri,dicenti quòd ſi mulier, maritus vel extraneus pro eo faciat donationem propter nuptias vxori, maritus bona illius donationis nec obligare,nec alienare poterit. Sed ſi in hoc contractu conſenſus mulieris interuenerit,debet huic iuri renuntiari: quia aliàs ſemper remanet ſalua actio in rebus donatis propter nuptias,vt ibi, niſi mulier ſecundo poſt biennium profiteatur firmando primum conſenſum,niſi aliæ res ſuperſint viro,ex quib.mulieri conſuli poſſet:nam iſtis interuenientibus, valebit alienatio vel obligatio aliàs non,vt d.auth.

¶ Beneficio l.ſi mulier eodem titulo.

Conſueuerunt etiam mulieres renuntiari iuri, dicenti quod ſi mulier perfectæ ætatis poſtquam pro alio interceſſit, ſeu cauit, vel pignora dedit, iterato poſt primam cautionem ex eadem cauſa pro illo cautionem expoſuit,vel pignus dedit,infra biennium adhuc ſibi non præiudicatur,quin poſſet excipere de ſenatuſconſulto,ſi poſt biennium exponatur,tunc obligatur,vt dicta l.ſi mulier.

¶ Beneficio auth.ſi qua.eodem titulo.

Item mulieres renuntiant, iuri dicenti quod vbi maritus recipit mutuũ ab aliquo, ſi inſtrumentũ crediti ſeu obligationis mulier conſentiat marito, vel ſe ſubſcribat,propriam ſubſtantiam vel ſe obligãdo pro illo debito,non valet nec tenet aliàs obligatio, licèt ſemel vel pluries pro huiuſmodi re faciat, ſiue debitũ fuerit priuatum,ſiue publicum,niſi probetur,manifeſtè, illam pecuniam in vtilitatem mulieris fuiſſe conuerſam,vt dict. auth. ſi qua mulier,ſecundùm doct. iuris ciuilis & gloſ.non valet renuntiatio, etiamſi iuramentum interueniat,tamen de iure canonico expeditum eſt,quod immò, videlicet etiã in alienatione rei dotalis,quod eſt fortiùs per ca. cùm contingat,extra. de iureiur.in antiquis,ibi in gloſſ.Bernardi.& per c.2. de iureiur.lib.6.& per c. 2.de pactis,lib.6. & hoc tractat Dy.extra. de regu.iur. ca. non eſt obligatorium, lib.6.& ibi vide.

¶ Beneficio l.antiquæ.C.eo.tit.

Conſueuit renuntiare mulier iuri, dicenti ꝙ ſi mulier pro aliquo ſe obligauerit, non valet talis obligatio,niſi aliquid acceperit,vt pro illo obligaret ſe,vt l. alleg. Sed tamen ſecundùm Guido.de Cun.etiã poſito ꝙ renuntiauerit pro aliquo ſuſcipiendo in obligationem,non valet renuntiatio.& ratio eius eſt,quia eadem ratione qua inducitur ad obligandum,illa etiã ratione inducitur ad renuntiandum Velleiano,& hoc poſito,quod fuerit certificata de iure ſuo,nam fragilitas mulieris tanta eſt,& aſtutia hominis tantùm abundans, quòd blandis verbis per maſculos decipiuntur, argument.l.1.§. paucis. C. de raptu vir. ſuper verbo, inſidiis,&c.de quo dic.per dictum Guil. in l. generaliter.C.ad ſenatuſconſ.Velleia.cum ibi latè nota. per eum, quia plures ll. pro hoc allegat. pro quo facit. §.quæ onerandæ,in l. 1. ff. quarum rerum actio non datur.

¶ Beneficio l.Iuliæ,de fundo dotali.

Item renuntiat mulier beneficio l. Iuliæ de fundo dotali,vbi cauetur, quòd ſi mulier dedit in dotem viro ſuo prędium ruſticum vel vrbanum,maritus ipſum obligare vel alienare non poteſt regulariter aut vxore conſentiente,& hoc ipſum propter prohibitionem illius l.Iuliæ.de qua fit mentio.C.& ff. & inſtitut. qui alienare licet,in princip.& §.1. & ideo ad hoc, vt valeat alienatio vel obligatio facta per maritum, vxor illi iuri renuntiare poteſt,vt not.de iureiuran.ca. cùm contingat.

¶ Beneficio iuris actionis hypothecarum.

Conſueuerunt renuntiare quãdoque mulieres iuri hypothecarum, quod ius competit vxori in bonis viri:nam omnia bona viri,ſunt hypothecata ei pro dote tacitè,& iſti iuri poteſt mulier renuntiare,vt C.de rei vxor.act.l.vnica.§.1. & plenius. ff. ad Velleianum. §. pen. Item renuntiant quandoque iuri hypothecarum creditorum cum bona debitorum ſunt eis tacitè vel expreſsè obligata,vt ff. de pigno.per totum,& C.quę res pigno.oblig.po.l.fin.

¶ Beneficiò ſenatuſcon. Maced.C.& ff.

Renuntiatur quandoque ſenatuſcon. Maced. nam ſi quis filiofa.mutuet pecuniam, ille filius nõ tenetur eam ſoluere,nec exiſtẽs in patris poteſtate, nec poſt, nec eius hæres, nec fideiuſſor. vt C. & ff. ad Maced. per totum, ſed huic beneficio ſecundùm gl.renũtiari non poteſt,vt no.C.eo.tit.l.fin.cum ibi not.niſi fieret cum iuramento:quia tunc fortè valeret.

¶ Beneficio §.exactio.de l.vnica C.de rei vxor. act.

Renuntiari cõſueuit illi iuri quo cauetur, quod vbi fit dotis repetitio ſoluto matrimonio,quod res dotales ſi conſiſtant in rebus mobilibus vel ſe mouẽtibus, debent poſt annum à morte viri computandum, reſtitui ipſi mulieri,& quo ad iſtud caput,prædictũ priuilegium eſt introductum in fauorem viri vel ſuorum hæredum, vnde iſti priuilegio ipſe maritus poteſt renuntiare.ſ.quia non poſt annum, ſed poſt viri mortẽ immediatè, dictæ res dotales mobiles, ſiue ſeſe mouentes, ipſi mulieri reſtituãtur per hæredes dicti mariti. Item eſt in eodem.§. aliud priuilegium introductum in fauorem mulieris, quod eſt.ſ. quòd vbi dos conſiſtit in rebus immobilibus,vel ſe nõ mouẽtibus, quòd ſicut olim debebant reſtitui poſt mortem viri annua,bima,trima die: de iure nouo.C. debet immediatè & illicò poſt viri mortem mulieri reſtitui: & ſi aliàs fiat,hæredes viri tenentur ad fructus perceptos, & ad legitimas vſuras, vt in §.infrà, ſtatim alleg. cauetur, & ideo vt mulier non poſſit ſtatim poſt mortẽ viri dictam dotem conſiſtentem in rebus immobilibus repetere, illi iuri renuntiari per eam poteſt in fauorem hæredum:& conſulo, quòd in omnibus prædictis interueniat iuramentum: aliàs enim quantũ eſt inductum in priuilegium, parum valeret renuntiatio ſimplex,cum ſit cõtra iuris diſpoſitionem,vt eſt text. in l.de die.ff.de pac.dota. & not. in §. vtputa. in l. iuriſgentium. ff. de pac.

¶ Beneficio l.vbi acceptum.ff.de iudi.

Renuntiatur iuri, dicenti quòd vbi cœptum eſt iudicium,ibi finem accipere debet,vt d.l. ibi allegat. Ideo ex hoc fuit extracta illa renuntiatio, quæ ponitur in inſtrumento, cùm quis ſe obligat viribus plurium & diuerſarum cauſarum, & quando dicitur ibi, & quòd per vnam cauſam fuerit receptum circa executionem per aliam, nihilominus in bonis obligatis executio perfici valeat pluries ad electionem creditoris, non obſtante tali priuilegio leg. vbi acceptum.

¶ Bene-

Beneficio.l.2.§.legatis.ff.de iudic.

Renunciatur quandoque iuri, dicenti, quòd vbi aliquis reperitur in aliquo loco, vbi domicilium non habet, nec ibi contraxit, ibi non tenetur reſpondere: eſto quòd ibi ad aliquem cauſam venerit, tamē habet ius reuocandi domum, vt d.§.& §.omnis.ea.l.& c.fin. extra.de fo.compet. Item renuntiatur iuri, dicenti quòd vbi fit pactum inter creditorem & venditorem, & debiti ſolutio non poſſet probari, niſi per teſtes vel inſtrumenta, ſolùm tale pactum non valet: vt notauit gloſ. in auth. vt ſine prohibi. matres debitrices, creditrices.§.penul. credo tamen quòd cum iuramento valeret, & renunciari poſſet.

Beneficio conditionis indebiti.

Conſueuit renuntiari condictioni ſine cauſa, quæ dicit, quòd obligatur ſine cauſa vel iniuſta cauſa, non tenetur, & ideo illi iuri renuntiatur, vt ff.de condict. ſine cauſa.per totum.

Beneficio actionis in factum, & ſine cauſa.

Conſuetum eſt renuntiari condictioni ſine cauſa, quæ dicit quòd obligatus ſine cauſa vel iniuſta cauſa, actio in factum datur, quæ oritur ex variis figuris cauſatum, vt poteſt eſſe vbicunque æquum eſt ex l.actionem dari, nec in actione quòd metus cauſa.vt l.1.ff. quòd metus cauſa. & in caſu l.ſancimus.C.de ſacroſanct.eccle.& in multis aliis caſibus, quos enumerari eſſet impoſſibile: vnde poſſet contingere, quòd alicui de contrahentibus competeret actio in factum, & ſic forte infringeret contractum: & ideo ſi illi iuri fuerit renunciandum poſtmodum, nō poterit contrahens venire contra. Et eſt bonum conſilium, quòd ſemper in huiuſmodi renuntiationibus interueniat iuramentum: quia forte ſi alias ſine iuramento non valeret, valebit tamen cum iuramento, & eſt magna tutio contrahentium.

Beneficio exceptionis doli.

Renuntiatur beneficio exceptionis doli, quæ competit, cùm aliquis aſſerit ſe de dolo vel calliditate alicuius inductum: ad aliquid faciendum, dandum vel promittendum. de quo loquitur d.excep.doli.C.& per totum.

Beneficio iuris & facti ignorantiæ.

Conſuetum eſt renūtiare iuris & facti ignorantiæ, errori & titubationi, & omni exceptioni, quæ de iure pro eis poſſet competere: nam lex quandoque ſubuenit ignoranti factum ius, vel ignoranti ſeu titubanti, vt ff.de iuris & facti igno.l.iuris ignorantia.& l.error. & l.2.cum ibi notatis. & l.1.C.eo.tit.l.cum falſa.cum l.ſequenti. & l.non ideircò.vnde quia ex huiuſmodi ignorantia vel eius prætextu poſſet competere actionum exceptio, & ſic non valeret quod eſſet actum inter partes, ideo illi iuri renunciatur.

Beneficio actionis & exceptionis, quod metus cauſa.

Renuntiatur iſti, ſi aliquis per metū fecit vel promiſit aliquid, vel per metum aliquid ab eo eſt extortum vel exactum, ius ſibi ſubuenit dando actionem vel exceptionem, vt ff.C quod metus cauſa. quaſi per totum.ff.de except.doli.l.apud.§ pen.& fin. Et ideo nē prætextu huiuſmodi metus, id quod agitur inter partes valeat reſcindi, renuntiatur iſti actioni, quod metus cauſa.

Renuntiatio valde vtilis.

Item poteſt renuntiari iuri, dicenti quòd vbi aliquis iuri ſuo renuntiat, debet illud ſcire, vt in authen. quomodo oportet epiſcopus & cler.§.igitur.cum ibi notatis.

Sequitur renuntiatio generalis.

Conſuetum eſt renuntiare in inſtrumentis, quandoque omni iuris auxilio tam canonici quam ciuilis. & vult quòd omnes caſus iuris ciuilis ſeu canonici, per quos contra præmiſſa poſſet ſe iuuare ſeu tueri, habeantur perinde ac ſi ſpecialiter & expreſsè eſſent enumerati, quibus omnibus ex certa ſcientia renuntiatur. Et licèt de iſta generali renuntiatione videatur facere mentionem lex C.quando mu.tu.officio fungi poſſit, tamen dicunt docto. quòd modicum valet, niſi dicatur quòd renunciatur iuri dicenti generalem renunciationem non valere, niſi præceſſerit ſpecialis, vt ff.ſi quis cau.l.ſed ſi quis.§.quæſitum. Item poteſt renūtiari quibuſdam remediis, ſeu aliis exceptionibus, quæ magis in facto conſiſtunt, quam in iure exprimatur, vt pura renuntiatur priuilegio literarum, ne teneatur ſatisfacere creditoribus ſuis de certo tempore ratione guerræ, ſeu etiam priuilegio conceſſo alicui nouæ baſtidæ. Item quòd non poſſit petere dilationem aliquam ratione ſolutionis eius, pro quo ſe obligauit. Item quòd omnis iudicialis aditus ſeu actus ex iſta cauſa ſibi denegetur. Item quòd nec fecit, nec dicit: nec faciet, nec dicet in futurum aliquid, propter quòd præſens contractus minorem obtineat robori firmitatem. Et ſi contrarium faceret, vel reperiretur feciſſe, promittit nomine pœnæ 10. per firmam & validam ſtipulationem, quam pœnam in ſolidum committi voluit in caſu quolibet, in quo deficeret, de præmiſſis, Iurauit, &c. Alias renuntiationes inuenire magis eſſet laborioſum, quam vtile: nec ſubtile, niſi ſecūdùm diſtinctionem contractuum qui fierent: nam contractus dant regulam ſeu materiam renuntiandi.

Butrigarius.

LAVS DEO.

TRAC

TRACTATVS MATTHÆI BRVNI ARIMINEN. I.C. CLARISS.

DE CESSIONE BONORVM. IN LXVII. quæſtiones diuiſus.

CESSIONIS Bonorum materia quã ſit vtilis, quamque frequens & neceſſaria, docet quotidiana forenſiũ cauſarum experientia, & tam in foro ſeculari, quam etiã in eccleſiaſtico, & præcipuè ob malis horũ temporũ cõditiones, in quibus quamplurimi honorificè viuentes, ad tantam redacti ſunt paupertatem & inopiam, quod vix ſibi victum acquirere poſſunt. Tractaturus itaque hãc ceſſionis bonorum materiam, variis in locis per Legiſtas & Canoniſtas ſparſam, in vnũ tractatum recolligere duxi, vt quærentibus facilior pateat aditus, & pro faciliori intelligentia, illum in 67. quæſtiones diuidere cẽſui: quas antequam aggrediar diuinum imploro auxilium, iuxta textum, in §. & inchoetur mox, & ibi gl. in auth. vt præpo. nomen Imperato. & gl. in proœ. inſtit. cum vulga. ſine eo enim ſapere, deſipere eſt, Aug. in c. 5. Meditationum in princ. & qui abſque illo ambulat, in tenebris ambulat, & neſcit quo vadit, Io. cap. 12. & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt, idem Ioan. c. 1. & Aug. cap. 5. Soliloquiorum. Omnia ergo quæ facimus aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine Ieſus facere debemus. Paul. ad Coloſ. c. 3. & cap. non liceat. 26. quæſt. 6. quia per ſe homo nihil ſine diuina gratia poteſt. Aug. c. 15. Soliloquiorum, Vt igitur per viam veritatis ambulemus indiuiduæ Trinitatis ſolito more ſuffragium inuoco vt hiſce laboribus noſtris, ad alienam potius quam ad noſtrã vtilitatem reductis, ſit præſens & adiutorium noſtrum.

SVMMARIVM.

1 Ceſsio bonorum quid ſit.
Ceſsio bonorum, dicitur remedium miſerabile & flebile, ibidem.
Inopia & miſeria, eſt cauſa ceſsionis bonorum admittendæ, ibidem.
2 Ceſsio bonorum acerba, iniurioſa, & terribilis dicitur.
3 Sordeſcere dicitur quis propter paupertatem.
Melius eſt mori, quam indigere, ibidem.
Victum cogitans, vitam non habet eo.
4 Dignitas & honeſtas per familiarum diuitias conſeruatur, & ob earum inopiam perit.

Quid ſit bonorum ceſſio.

Quæſtio 1. Prin.

DEVENIENDO itaque ad hanc ceſſionis bonorum materiam, à diffinitione incipiam, eloquentiæ patrem & magiſtrum imitando, in primo officiorum dicentem, quod omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, à diffinitione proficiſci debet, vt intelligatur quid ſit id de quo diſſeritur.
1 Primò igitur principaliter quæro, quid ſit bonorum ceſſio. Alij diffinierunt, vt Rofre. in tract. libello. in rubr. de offic. iudic. quo cura. datur bo. alicuius qui cedit bonis, in princ. verſic. In primis attende, quod nihil aliud eſt, niſi dimittere bona creditoribus ad inſtantiam & petitionem creditorum, quæ diffinitio defectiua videtur, cùm omnia, quæ in hac bonorum ceſſione de neceſſitate requiruntur, non comprehendat, vt infrà patebit. Alio modo per Azonem diffinitur in ſumma, tit. noſtro in prin. quod eſt, dimittere & relaxare debitoris bona, creditorum improbitati & inſtãtiæ. Quæ ſimiliter diffinitio nõ videtur rectè adaptari poſſe. Ponamus enim bonis ceſſiſſe debitorem bonis ac probis creditoribus, ceſſio quidẽ erit bonorũ, non tamen creditorum improbitati dimiſſio. Vnde ita diffiniendam arbitror: Ceſſio bonorum, eſt beneficium ſiue remedium miſerabile & flebile, debitori pro carceribus euitandis conceſſum: vt probatur in l. 1. pen. & in fin. C. tit. noſtro, & hoc modo comprehẽdentur omnia, quæ in ceſſione bonorum requirũtur. Dixi quòd eſt beneficium, nam verè beneficium eſt, quia bene facit debitori, ne in carceribus detineatur, vt dicit text. in d. l. 1. Dixi, quòd eſt remedium miſerabile & flebile: nam verè miſerabile eſt, quia miſerum facit cedentem ex eo, quòd propter tantam eius paupertatem & inopiam ad quã vergit, vix ei dimittitur interula ſecundùm Baldum in d. l. fi. in pr. verſ. Nota quod ceſſio bonorum, & Alb. de Roſa. in d. l pen. quia ipſa miſeria & inopia flebilis eſt cauſa ceſſionis admittendæ, vt tradit Imo. in c. Odoardus, col. pen. in prin. verſ. Quærit etiam hic dominus Petr. num. 24. extra de ſolut. quæ non competit niſi miſeris & inopia tentis, vt in §. quod autem, in authentic. de fideiuſſo. ibi,
2 agnoſcant autem creditores. Et dicitur etiam ceſſio acerba, iniurioſa & terribilis, ſecundùm Fred. de Sen. conſ. 193. in quæſtione vertente. Vnde Ang. d. l. pen.
3 notat, ꝙ qui cedit bonis, ad adiutorium flebile venit, quia propter paupertatẽ quis ſordeſcere dicitur adeo quod de tali ſordenti vita eſt ſupplicium, & mors ſolatium, vt l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. vnde melius eſt mori quam indigere, quia victum cogitans, vitam non habet. Ideo dicit Io. And. in add. ad Spec. in titu. de ſucceſſion. ab inteſta. in prima add. quem ſequitur Alex. conſil. 134. Animaduerſis, col. 1. in princ. vol. 6.
4 quod per familiarum diuitias conſeruatur dignitas & honeſtas, quæ ob earum inopiam perit, firmat Bald in l. maximum vitium. col. 1. & 3. C. de lib. præteri. Soc. ſen. conſ. 47. Facti narratione, col. 1. in fi. verſ. Ex quibus patet, num. 6. vol. 3. cum aliis plenè congeſtis per Pariſ. conſ. 1. Vulgatum eſt, col. 2. in fi. verſ. Et certiſſimum eſt, nu. 28. & conſ. 18. eſto quod col. penult. in princ. ver. Quoniam ſine bonis, vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Ad utilitatem ceſsionis bonorũ quæ requirantur.*

2 *Debitor bonis cedere volens, debitum agnoſcere tenetur.*

Debitum qualiter per debitorem agnoſcatur. Ibidem.

3 *Debitor fatendo debitum, licet condemnatus ſit, bonis cedere poteſt.*

4 *Debitor inuito creditore ad ceſsionem nõ admittitur, ante quam debitum recognoſcat.*

5 *Ceſsio bonorum, litis conteſtationem impedit.*

6 *Debitor negans debitum, an ceſsionis beneficio gaudeat.*

Beneficium ceſsionis nõ datur neganti debitum, ſed confitenti: & qualiter & quando proſit & non proſit confeſsio, ibidem.

7 *Debitor ſi bonis ceſsit, deinde noui ſuperueniunt creditores, qui illum in carceribus confirmari faciunt, an iſtis ſuperuenientibus talis noceat ceſsio, ſi per cedentem opponatur.*

Ceſsio prima pro omnibus creditoribus tã præſentibus quã abſentibus ſufficere debet, ſicut vna inuentarij confectio. ibidem.

8 *Ceſsio prima creditoribus poſt ceſsionem creatis, in bonis de nouo quæſitis non præiudicat.*

Debitor qui ceſsit bonis, ſi ad pinguiorem fortunam peruenit, à creditoribus ante ceſsionem creatis non conuenitur, niſi inquantum facere poteſt: quo vero ad poſt ceſsionem creatos, inſolidum tenetur. ibidem.

9 *Ceſsio prima aduerſus nouos creditores nõ prodeſt.*

10 *Debitor poſt condemnationem trium ſententiarũ, debitum confitens, an ad bonorum ceſsionem admittatur.*

11 *Exceptio ceſsionis bonorum, executionis actum, & non obligationis ſubſtantiam, reſpicit.*

12 *Sententia vna quæ tranſiuit in iudicatum, & quæ executionem meretur, tribus ſententijs æquiparatur.*

13 *Ratio eadem vbi militat tã in vno, quam in altero, vna & eadem ratio decidit omnes illos caſus, nõ per extenſionem, ſed ſicut genus ſpecies comprehendit, ſic generalis ratio diuerſas ſpecies.*

Non eſt curandum de caſuum diuerſitate, dummodo in omnibus caſibus ſit eadem ratio. ibidem.

Non ſufficit diuerſificare caſus, niſi diuerſitatis ratio reddatur, eod.

Quæ requirantur ad validitatem ceſſionis bonorum.

Quæſtio. 2. Princip.

1 SECVNDO principaliter quæro, quę ad huius ceſſionis validitatem requirantur? Reſp. ꝙ nolens ce-
2 dere bonis, debitum agnoſcere debet. l. pen. & ibi gl. & Bar. ff. tit. noſtro. Qualiter autem agnoſcere debeat dic cum gl. in d. l. pe. & ibi Bar. ꝙ vno modo debitum agnoſcere dicitur, illud extraiudicialiter confitendo, vel fideiuſſorem præſtando, vel pignus aliquod, ſiue cautionem interponendo ſecundùm iura ibi allegata.
3 Alio modo vt in iud. debitum fatendo, vel patiẽdo ſe factis, legibus, probationibus cõdemnari, quia cedere poteſt, quando debitum fatetur, etiam ſi ſit condẽnatus, ſecundùm Cyn. in l. 1. q. 3. C. tit. noſtro, quem ſequitur Albericus de Roſa. in rubrica eo. tit. in 2. col. in princ. ver. Item quæro quando quis poſſit, & tenet Hoſtien. in ſumma. tit. noſtro. col. 1. verſ. Cedere autẽ poteſt. Rofred. in tract. libel. in rub. de offic. iud. quo cura. datur bonis, col. 2. verſ. Eſt ſecundum neceſſa. & Bal. in §. fi. col. pen. ver. Item quæro quando debitor. inſtit. de act. & dicemus infrà. Et hoc totũ eſt fauore creditoris, quia creditor, inquit, poſt bonorũ ceſſionem ita bene cum alio agere nõ poſſem, ſicut tecum ideo volo, ꝙ contra te teſtes examinentur, & prius quam cedas, probationes fiant, & hoc quia iura volũt eſſe in creditoris electione, an ante debiti recognitionem, vel poſt, debitorem ad ceſſionem admittere ve-
4 lit, & ſic inuito creditore, ad ceſſionem, antequã debitum recognoſcat, admitti non poteſt. Et ratio eſt, ſecundùm Imo. in c. Odoardus, col. 2. verſ. In eadem gl. ibi, audiri non debet, extra. de ſolut. Quia creditoris intereſt, ne ante fiat ceſſio ratione probationũ de debito fiendarum, quas hodie habet, & forſan illas probationes in futurum habere non poſſet: ideo conueniẽs fuit, ꝙ inuito creditore, ad ceſſionem ante debiti recognitionem non dimittatur. Sed contra prædicta opponi poteſt, quia ſecundùm ea videtur, quod
5 bonorum ceſſio litis conteſtationem non impediat, quod eſt contra text. in l. 3. ff. tit. noſtro in l. ex cõtractu. C. de bon. authori. iud. poſ. & in l. item ſi vnus, in prin. ff. de arb. vbi bonorũ ceſſionis exceptio, ad proceſſum impediendum opponi poteſt, vt inferiùs dicetur in 16. q. princ. Tu dic ꝙ leges contrariæ intelliguntur ſecundum dictam l. pen. ff. tit. noſtro: quia bonorũ ceſſio, litis conteſt. impedit, & ſic ad proceſſum impediẽdum opponi poteſt, vbi debitum eſt liquidũ, vel deb. illud extra iud. agnoſcere paratus eſt, alioquin impedire non poteſt, vt d. l. pen. ſi ergo cre. debitum liquidare nõ curaret, ſed diceret, cedat deb. quia ego quando voluero, probabo tunc ad ceſſionẽ, quanuis debitum liquidum nõ eſſet, admittitur, & ita tenet gloſſ. ibi. quam ſequitur Azo. in ſumma, tit. noſtro & Hoſt. in d. verſ. Cedere autem poteſt, & eam ſequitur
6 ibi Bart. & Ang. & idem Ang. in l. 4. ff. eo. Si verò debitum negat ceſſionis benef. non habet, vt d. l. pen. & per gl. & doct. in dicta. l. 1. C. eo. & in d. §. fi. vbi Aret. in 3. col. verſ. Et aduertas ꝙ ad hoc. Inſtit. de action. qua ceſſionis benef. non neganti, ſed confitenti debitum datur, vt per d. gl. Bal. Ang. Salic. & alios in d. l. 1. Si verò non fatetur, nec negat, & idem, quia deb. negandi benef. habet, ſecundum. d. gl. ibi, quæ ſecundũ, Bal. ibi in pr. eſt not. Si verò debitum confitetur, tũ ad ceſſionem admittitur, vt dixi, dummodo ſic fateatur, ꝙ nulla negandi occaſio relinquatur, ita Bal. ibi in 1. col. verſ. Secũdò oppo. & Aret. in d. §. fi. d. verſ. Et aduertas ꝙ ad hoc. Alioquin de benef. non habetet. Si verò à princ. negauit, vt poſt ſententiam & condẽnationem confeſſus fuit debitum, tunc diſtinguit Bald. in d. l. 1. col. 1. verſ. Sed hic quæritur: Aut iſte negans, iuſtã negandi cauſam non habuit, & ante ſententiam pœnituit, & confeſſus fuit, & tunc ad benef. ceſſionis admittitur: aut nõ pœnituit, & dictũ benef. nõ habet.

Si

Si verò iuſtam negandi cauſam habuit, & tunc dicit ipſe, ꝙ cùm hoc benef. ſit contra ſententiæ executionem, & ſic in eius executione deb. ad ceſſionem admittitur, prodeſt ei cõfeſſio, & ſic poterit tunc cedere bonis, dummodo ſe ciuiliter & naturaliter teneti cõfiteatur, quia hic propriè debitum fatetur: ſi verò diceret, fateor me de rigore ſententiæ teneri, ſed non inſpecta cauſæ veritate, non dicitur plenè fateri, quia teneri ſe naturaliter negat. l. Iulia. ff. de cond. indeb. & ideo ad ceſſionis benef. non admittitur. Salicetus verò in dict. l. 1. col. 1. verſ. Iuxta hoc mouet hoc idem dubium, quærens quid ſi debitum negauit, & eſt per ſententiam condemnatus: deinde fatetur, an ralis cõfeſſio ſibi proſit, vt bonis cedere valeat: inquit videri quòd non creditore ſibi opponente. l. eum qui. ff. de iureiurand. maximè quia actorem ab onere probandi non releuauit, immo quia in mendacio vſque ad ſententiam perſeuerauit, impunè pertrãſire non debet. l. ſi dubitet. §. 1. & ibi Barto. ff. de fideiuſ. §. item mixta, inſtit. de actio. & l. conductores. C. loca. & pro hoc facit gloſ. penul. in d. l. 1. in verbo iudicati. C. tit. noſtro quæ dicit, quod ceſſio ante ſententiam fieri debet, & ex conſequenti confeſſio. Contrarium tamen decidit per text. in d. l. 1. qui cõdemnationem præcedere ceſſionem ſupponit & vt plurimùm negantes & cõuicti condemnantur, confitenri verò fit de ſoluẽdo præceptum, vt l. ſi deb. ff. de iud. Ad gloſſ. in verbo iudicati, reſpondet, eam non bene dicere ſecundùm Iacobum But. & doct. Et pro hac opin. text. inducit in d. l. pen. ff. eo. qui alternatiuè loquitur dicens ꝙ aliquo caſu condemnationem factam fruſtra requireret, ſi poſt eam cedere non poſſet, item quia ceſſio fit vt à carceribus libereтur detentus, vel ne detrudatur, vt eſt textus in d. l. 1. C. tit. noſtro. & tales carcerationes vt plurimum pro execu. ſententiæ fiunt, ergo poſt ſententiã & condemnationem ad ceſſionis benef. admittitur. Item quia ſi verè prius non erat deb. & efficax. l. 1. C. de cond. indeb. ergo poſt ſenrentiam debet poſſe cõfiteri, & cedere bonis, & hanc opin. putat eſſe veram, & eam declarat litera d. l. pen. quæ duas tantùm ponit alternatiuas, videlicet quando extra iud. confeſſus eſt, & illa confeſſio non ſufficit, niſi condemnetur, ideo alternatiuè adiicit, vel cõdemnetur, ſecunda eſt, quãdo in iud. confitetur, & ſic pro iudicato habetur, vnde tunc ſolum de ſoluendo præceptum, ſecundum eum, ſufficeret. Are. verò in d. §. fi. col. 3. verſ. Quæro, quid ſi à prin. negauit, in hoc vlt. dubitat, quia quũ aliquo probandi onere non ſit alleuiatus cre. ſecũdum eum neceſſario ſequitur, ꝙ debitor per eius mendaciũ ceſſionis benef. perdere debeat, refert tamen opin. Salic. de qua ſuprà; ſaluari poſſe, ſi debitor poſt condemnationem appellaſſet, per quam appellationem pronuntiatum extinguitur, vt l. 1. in fi. & ibi gl. & Bartol. ff. ad Turp. tunc ſi debitum fateatur, bonis cedere poterit, arg. l. qui cum maior. §. accuſaſſe. ff. de bo. lib. & cum hac opin. Aret. trãſit ibi Iaſ. in 3. col. in fi. verſ. 7. ſuprascripta regul. & ſecundum hanc Aret. declarationem deciſum fuit in conſ. Neap. vt refert Affl. in dec. 296. Quidam debitor, & ſequitur Pariſ. conſ. 100. Certiſ. eſt col. 1. verſ. Nec dom. Albert. vol. 3. & ſic apparet, quod Aret. & ſequaces ſequuntur opin. d. gloſſ. pen. in verbo, iudicati. quæ communiter à Doct. reprobatur, vt atteſtatur Alberic. in rub. C. tit. noſtro, in 2. col. in princ. verſ. Item quæro quando quis, & Salic. in d. l. 1. col. 1. verſ. Nec ob. gl. & idem firmat Affl. in dec. 379. In quadam cauſa, in fi. conſ. tamen Neap. ibi in opin. Salic. & ſequacium inclinauit, ꝙ etiam poſt ſententiã condemnatus confitens debitum ad ceſſionis benef. admittitur, & ita deciſum fuit vt ibi verſ. fi. atteſtatur Affl. & ita tenendum cenſeo, cùm etiam eandem opi. tenere videatur Bar. & Ang in d. l. pen. ff. tit. noſtro. & ante eos Cy. in d. l. 1. in 3. q. cum aliis, de quibus ſuprà verſ. Alio modo vt in iud. nu. 3. Pro huius opi. confirmatione Panorm. adduco in c. Odoardus, col. 2. verſ. In gl. 2. extra. de ſolut. vbi atteſtatur, communiter teneri, debitorem antequam cõdemnetur, vel debitum fateatur, bonis cedere non poſſe, qui cred. periculoſum eſſet, ſi per prius admitteretur ceſſio. Nam fortè debitor tempore quo ad pinguiorem fortunam perueniret, credit. per mortem vel teſtium abſentiam debitum probare nõ poſſet: ideo debitum primò liquidari debet, & poſtmodũ debitor ſi vult, bonis cedere poterit, ergo opi. gloſ. pen. in verbo iudicati, Aret. Iaſ. & ſequacium non eſt vera. Tenẽda eſt igitur opi. Salic. tanquam verior, & magis communis & ab ea in iudicando non eſt recedendum. In eo tamen ꝙ Salic. inquit, deb. in iud. confitentem, pro iudicato haberi, & ſic ſecundùm eum, ſolummodo de ſoluendo præceptum ſufficeret, dic ꝙ ſi debitor ceſſionis benef. vti velit, præceptum de ſoluendo ſibi fieri non poteſt, quinimo ſtatim ꝙ in iud. confeſſus eſt ſe ad bonorum ceſſionem admitti petere poteſt, & illa ſibi denegari non valet, vt eſt textus in dicta l. pen. ff. de tit. noſtro. vbi verò ceſſionis beneficio gaudere nolet, ſed ſoluere paratus eſſet, tunc ipſi confitenti de ſoluendo præceptum fieri poteſt, & non aliter, & ita procedit textus in d. l. ſi debitori. de iud. Quid autem ſi confeſſus debitum eius, vel eorum qui in carceribus detinebantur,
7 tur, bonis ceſſit, deinde noui creditores ſuperueniunt, qui illum in carcere confirmari faciunt, an bonorum ceſſio, quo ad primos creditores, facta ſuperuenientibus noceat, ſi contra eos per cedẽtem opponatur? dic quòd ſic, textus eſt in l. 4. §. Sabinus. ff. titulo noſtro. Albericus in dicta. rubr. col. pen. in pr. verſ. Item habet effectum. & Guid. Pa. conſ. 124. Circa materiam, col. fin. verſ. Nec ſunt neceſſario. Quod intelligit eſſe verum. Salic. in d. l. 1. col. 1. in fine. verſ. ſecundum dubium eſt, quem ſequitur Gui. Pa. in d. ver. Nec ſunt neceſſariò. Si cedens horum ſuperuenientium debitum in iud. fateatur. Adde tu, vel illi citati fuerint, & non comparuerint, aliàs non, cùm illis non præiudicet, quorum debitum non agnouit, vt d. l. pe. nec illis, qui citati non fuerint, vt per Are. in d. §. fi. col. 3. in fi. verſ. Quæro, debitor vult cedere bonis, ſub nu. 6. & dicemus infrà in 9. & 21. quæſt. princ. Et illa prima ceſſio pro omnibus ſufficere debet, ſicut vna inuentarij cõfectio pro omnibus creditoribus etiam ex poſtfacto
8 comparẽtibus ſufficit. l. fi. §. licentia. C. de iure delib. Et prædicta intellige, niſi qui ceſſit bonis, de nouo bona acquiſiuiſſet; quia reſpectu illorum bonorũ illis non præiudicet, quorum reſpectu ceſſio facta nõ fuit, ſecundùm Salicetum ibi. Et prædicta vera ſunt reſpectu creditorũ, qui ceſſionis tempore creditores erãt. Nam quo ad eos, qui bonis ceſſit, & nũc ad pinguiorem fortunam peruenit, non tenetur niſi inquantũ facere poteſt, non autem reſpectu creditorũ, quos poſt ceſſionem creauit. Illi enim bene poterunt eum inſolidum conuenire, ita limitat ſing. Io. Fab. quẽ ſequitur Iaſ. in d. §. fi. col. 2. in pr. verſ. Limitate tamen hunc text. & ibi Aret. in pen. col. verſ. Aduertas tamẽ ad id, niſi ipſe iterum bonis cedat, cùm poſſit etiam quo ad hos nouos creditores, ad bonorũ ceſſionem admitti,
9 quia actus eſt reiterabilis. Et prima ceſſio aduerſus nouos creditores, quoad bona de nouo quæſita, non proficit, ideo eſt admittenda l. nec non. §. ꝙ eis. ff. ex quib. cauſ. maio. & ita tenet Salic. in d. l. ex contractu,

10 in fine.dicemus.§.in 9.q.princ. Sciaſtamen ꝙ ſi poſt
trium ſententiarum condemnationem debitum cõfi-
teretur,ad ceſſionem non admitteretur, quia condẽ-
nato per tres ſententias non datur beneficiũ ceſſionis
bonorum,nec beneficium ca.Odoardus,extra.de ſo-
lutio.vt concluſit Rota in quadam cauſa Senenſi, quã
refert & ſequitur Sarnen. in commento reg. in com-
pendio vtriuſque ſignaturę,in fi.per not.per Bal.in d.
l.1.& per Aret.& Iaſo.in d.§.fin.de quibus ſuprà. Sed
hęc concluſio dependet ab his quę ſuprà dicta fuerũt,
ex quibus apparet,hoc dictum non eſſe verũ,& tantò
magis,quia hoc ceſſionis beneficium,cõtra & in exe-
cutione ſententiæ datur,vt inquit Bal.in d l.1.verſic.
ſolu.aut nõ habuit iuſtam cauſam, & idẽ firmat Salic.
ibi in 1.col.verſ.Contrarium videtur verius,dũ dicit,
ꝙ iſtę carcerationes & intruſiones in executione ſen-
tentiæ fiunt.idem Salic.in l.cùm & filij,col.fi. verſic.
Item attende.C.tit.noſtro:dicens ꝙ in illo tex. vide-
tur caſus quo quis pro executione ſententiæ carcerari
poſſit,quamuis bona poſſideat, niſi bonis cedat, nec
refert ꝙ à principio negauerit, & poſtea conuictus &
condemnatus fuerit,quia ſufficit ipſum eſſe condem-
natum, vel ꝙ in iud.debitum fateatur, vt dicit textus
in d l pen.& Imo.in d c.Odoardus,in 1.col.in fi.verſ.
Item nota,ꝙ exceptio.Lex enim illa alternatiuè,non
autem copulatiuè, loquitur: & ſic ſufficit in vno caſu
verificari,iuxta nota in reg.in alternatiuis, de regulis
iur.in 6.& ſentit Rofr.in tract.de offi.iud.quo curat.
datur bo.col.2.verſ. eſt ſecundum neceſſarium. Nec
illa lex diſtinguit,ſi iuſtam negãdi cauſam habuit,vel
non, ergo nec nos diſtinguere debemus.l.de pretio.
vbi gl.& Bar.ff.de publ.actio.Si ergo ad has intruſio-
nes euitandas in executione ſententię,debitor ad ceſ-
11 ſionis benef.admittitur,& hoc eſt, quia ceſſionis bo-
norum exceptio,executionis actum, & nõ obligatio-
nis ſubſtantiã,reſpicit,vt declarat Imo in d.c.Odoar-
dus,in 1.not.ergo conſideratio habẽda nũ eſt, an tres
fuerint latæ ſententiæ,vel vna tantum, quæ in iudica-
tum tranſiuerit, cùm vna ſententia quę in rẽ iudicatã
12 trãſiuit,& quæ executionem meretur, & à qua appel-
lari non poteſt,vt pleuè ſcribit Iaſ.in rub.ff.de re.iud.
col.2.in fi verſ.In ſecunda parte gl. tribus æquipare-
tur,à quibus appellare nõn licet l.1.& ibi doct.C. ne
liceat tertio prouo.ꝙ eſt verum,etiam quando ſentẽ-
tia poſt appellationis tempus in rem iudicatam tranſ-
ire non ſolet,ſecundùm gl in c.fraternitatis, in ver-
bo,fornicatio.extra.de frigi. & malefic. Ant.de But.
Imol & Panor.in c.latur,& in c.tenor.extra de re iud.
ergo nedum in executione vnius ſententiæ,ſed etiam
trium cedere poterit,cùm eadem ratio in vna militet,
quæ militat in tribus: & vbi eadem ratio militat tam
in vno quã in altero, vna & eadem ratio omnes illos
caſus decidit, non per extentionem, ſed ſicut genus
13 omnes ſuas ſpecies, ſic generalis ratio diuerſas caſuũ
emergentium ſpecies comprehendit: ideo expreſſo
vno caſu, veniunt omnes, in quibus eadem ratio vi-
get,ſecundum Bal.in l.de quibus.ff.de legib. ꝙ dictũ
pro eleganti refert & ſequitur Pau.de Caſt.conſ.441.
pro declaratione eius,cõl.fi.verſ. ſed quando eſt alius
caſus:voluit in nouis,& conſ.83 præſens caſus,col.2.
verſ.conſtat autem quod quando vol. 2.in nouis, de
quo mentionem facit Aymo.conſ.183. Regula.nu.3.
verſic. alibi ſcribit,vol.1.& ante eos idem voluerunt
Per.& Cyn.in l.iura non in ſingulas.ff.de legib. quòd
refert Tiraq.in tract.ceſſan.cauſa in 1.part.ſub n.137.
verſ. nam vbi eſt omnimoda ratio. cum aliis cum or-
dant,ibi per eum citatis,& ſequitur Dec.in c.2.requi-
ris,poſt prin.de appel.Non enim curandum eſt de ca-
ſuum diuerſitate,dummodo in omnibus caſib.eadem
ſit ratio.gl.in l.ſed ſi lege §.item ſi rem diſtraxerit.ff.
de petit.hæred.quia caſus diuerſificare nõ ſufficit,niſi
diuerſitatis ratio reddatur.Aymo.conſ.150.ꝙ in præ-
ſenti,col.1.nu.2.vol.1.Sed in caſu præd.nulla diuerſi-
tatis ratio reddi poteſt, ergo eadẽ ratio eſt in execu.
trium ſententiarum habẽda, quæ in executione vnius
habetur, à qua appellari non poteſt, & ſic concludo
debitorem tam per vnam ſententiam condemnatum,
quæ in rem iudicatam tranſiuit, & executionẽ mere-
tur,quam per tres, ad ceſſionis refugium admitti de-
bere:Quod verum eſſe probatur per not. per Imol.in
l.ſi filiofam la 2.in 2.col.in princ.verſ.Sed aduerte.ff.
ſolu.mat.quam Aret.ſequitur in d.§.fi.col.2.verſ.Sed
opin.Bartol.vbi concludit,ꝙ eo ipſo quòd de debito
per iudicialem confeſſionem conſtat,vel etiã per ſen-
tentiam,quæ in rem iudicatam tranſiuit,ſi debet, in-
fra tempora iudicatis conceſſa non ſoluat, vt l.debi-
toribus.ff.de re iud. pro debito capi & carcerari poſ-
ſit,niſi bonis cedat, etiam ſi bona mobilia ad debitũ
ſufficiẽtia habeat:& ſic non obſtãte re iudica,in cuius
executione carceratus fuit bonis cedere poteſt,& au-
ditur, ita in executione trium ſententiarum conclu-
dendũ eſt,&c.ita ſentire videtur Ioan.Ferra.in pract.
Papi.in for.execut.ſent.diffi.in gl.1.col.pe.verſ. Pro
cuius latiori doct.vbi inquit, ꝙ in caſibus, in quibus
ceſſio bonorum admittitur,omni & quocunque tem-
pore fieri poteſt,ergo etiam poſt tres ſententias.

SVMMARIVM.

1 Ceſſio bonorum quid operetur, & ad quid proſit.

2 Debitor pro ciuili debito carcerari non poteſt,niſi primo ſit condemnatus.

Debitor ſi non ceſſit bonis,in carcere priuato detineri non poteſt,in publico ſic,eodem.

3 Statutum, quòd quis in carcere publico detineri poſſit,valet,non autem in priuato.

4 Statutum quamuis diſponat, quòd inſtrumenta guarentigiata per debitorum carcerationẽ & omni modo quo creditori placuerit, executioni mandentur,debitor tamẽ bonis cedere poterit, ne in carcerem detrudatur.

5 Cedens bonis, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, conuenitur tantùm in id quod facere poteſt pro eo, in quo debitor poſt ceſſionem remanſit.

6 Cedens vituperosè bonis,etiam ſi ad pinguiorem fortunam perueniat,à debito liberatus eſt.

Clericus,vel doctor,aut ſcholaris,vel miles, breuiarium,aut libros neceſſarios,vel arma poſt ceſſionem acquirentes, creditoribus dare non compelluntur.

Debitor qui bonis ceſſit, nec capi, nec carcerari poteſt,eod.

7 Corpus defuncti debitoris,ad creditoris inſtantiã ſequeſtrari non poteſt.

Vſurarius manifeſtus in terra ſacra ſepeliri non poteſt,ſecus in profana.ibidem.

8 Debitor an omnibus ſuis bonis cedere debeat, ita quòd nudus remaneat?

Veſtes viles cedentis bonis relaxantur, ſicut ad vltimum

vltimum ſupplicium damnatis relaxantur,eo.
Alimenta an etiam ei relaxentur,ibidem.

10 *Clericus de patrimonio nihil habens, admittitur cedens fructibus beneficij, deducto eo, quod pro diuinorum adminiſtratione ſufficiat.*

11 *Clericus ad ſimilitudinem militis priuilegium habet vt non conueniatur vltra quam facere poſsit.*

12 *Diſpoſitio l.1.C. de iur.& fact. ignor. quid contineat.*
Clericus iura ignorare non præſumitur.eod.
Turpitudinem ſuam quis allegare non poteſt, eodem.
Aduocatus militare dicitur,ibidem.

13 *Clericus pro repreſſalijs conceſsis capi non poteſt etiam ſi ſit coniugatus.*

14 *Clericus actione reali conuentus, an benef. gaudeat quòd non conueniatur vltra quam facere poſsit?*
Maritus rei vendicatione ex cauſa dotis nõ procedente conuentus,beneficio nõ gaudet , ne cõueniatur vltra quam facere poſsit,eod.

15 *Clericus mercator,fori beneficium & immunitate alijs clericis conceſſus perdit.*

16 *Clericus debens beneficij penſionem,quod poſsidet non gaudet beneficio,vt non conueniatur vltra quam facere poſsit.*
Scienti & volenti non fit fraus neque iniuria, ibidem.
Iuramentum per ipſum iurantem in forma ſpecifica impleri debet.

17 *Clericus quamuis pro ciuili debito capi nõ poſsit, fugiens tamen per creditorem capi poteſt.*
Clericus obligatus occaſione depoſiti,per creditorẽ laicum capi poteſt.ibidem.
Clericus pro periurio capi & carcerari poteſt,non tamen bonis cedere poterit.eod.

18 *Cedens bonis , bona per teſtatorem alienari prohibita retineri poteſt,item vſumfructũ,feudũ, & emphyteoſim eccleſiaſticam quam poſsidet, ſed earum commoditates creditoribus pro eorum credito dantur.*

19 *Ceſsio bonorum ſoluit compromiſſum.*
Ceſsio bonorum non corã arbitratore, ſed coram arbitro locum habet,eod.

Quid operetur Bonorum Ceſſio.

Quæſtio. 3. Princip.

1 TERTIO principaliter quæro , quid operetur bonorum ceſſio,& ad quid proſit? Reſp. operatur q debitor ad inopiam conuerſus , volens cedere bonis,in carcerem non detrudetur.l.s.& ibi gl. Bart. Bald. Ang. Sal.& Paul. de Caſtr. C.tit.noſtro.Bart.in rub.ff.eod. Alber.in rub.C.eod.col.2.in fi.verb.Item
2 quæritur,quid ſit beneficium ceſſionis,& Abb. in ca. Odoardus,vol.2.verſ.& prodeſt hæc ceſſio.n.8. extra. de ſolu.Et eſt ratio,quia quis pro ciuili debito in carcerem poni non poteſt , niſi primo condemnatus ſit. d.l. 1. à quo carcere cedendo bonis liberatur , vt ibi. Si verò bonis nõ ceſſit, in carcere priuato detineri nõ poteſt.l.ob ęs,& auth.immò,ibi poſita.C.de actio.& obl.ſed in carcere publico ſic.l.3.§.pen.& ibi Bart & Bald.ff.de ſuſp.tuto.ſequitur.Aret.in §.fi.col.1.in fin.
3 verſic. ſi verò eſt maior.inſtit.de actio. Et ideo valet ſtatutum,quo quis in carcere publico detineatur , nõ autẽ in priuatis carceribus,ſecũdùm Bal.in d.l.1. col. 2.in pr.verſ.modo quæritur, in gl. & prædicta in tan-
4 tùm ſunt vera , q etiam ſi diſponeret ſtatutum , q inſtrumenta guarẽtigiata per debitorem carcerationũ, & omni quo creditori placuerit modo executioni mandẽtur,nihilominus debitor bonis cedere poterit, ne in carcerem detrudatur,idem Bal.in d.l.1.col.2.in princ.verſ.quæro,ſi ſtatutum dicit, quem refert & ſequitur Ancha.in repet.c.canonum ſtatuta,col. 18. in 6.princ.quæſito.verſ.pone exemplum, cùm ſtatutum dicit.extra.de conſtit. Sed in hoc contrarium tenet Ang.in l.nemo carcerẽ,in vlt.ſol.C. de exacto. tribu. lib.10.& in l.alia.§.elegãter, in fi.ff.ſol.mat. vbi Pau. de Caſt.refert contrarium vidiſſe ſeruari Florentię,& q de dicto Bal.truffantur,& idem Ang.in l.4. in fi.ff. tit.noſtro.quã opi.inquit veriorem Alex.in apoſt. ad Bal.in d.verſ. quæro ſi ſtatutum. Sed pro concordia dicas, Baldum optimè loqui, vbi ſimpliciter diſponit ſtatutum, q inſtrumenta per carcerem vel alio modo executioni mandentur:ſecus , ſi plus vltra diſponeret ſtatutum,videlicet q carcerati non relaxãtur,quouſq; ſoluerint, vel q obligati per inſtrumẽta guarẽtigiata, ponantur in carceribus , de quibus exire non poſſint, niſi ſoluãt,prout loquitur Ang.& Pau.de Caſt. & tũc carcerati bonis cedendo nõ audientur, & ita cõſuluit Corn.conſ.212.placet,vol.2. Idem dicendum eſt , ſi ſtatutum diſponeret , q perſonaliter obligatus capi poſſit,& in palatio detineatur , vel in carcere , donec de ſuis bonis renutam legitimam,ſufficientem, tãtiq; valoris , ac tertiæ partis pluris pro legitimis expenſis aſſignauerit,iuxta ſtatutum noſtrum Arimin.ſub rub. quòd quicunque obligauerit ad detinendum perſonaliter,&c.niſi aliter per aliud ſtatutum diſponatur,vt in alio noſtro ſtatuto ſub rubr.deciſione bonorũ, vbi diſponitur , q in caſibus à iure permiſſis quilibet debitor bonis cedere valeat, etiam ſi cum iuramento ſe obligaſſet poſſet perſonaliter detineri , non obſtante etiam ſi cum iuramento ceſſionis beneficio renũtiatum fuerit. Itẽ operatur quòd in eo,in quo vltra bo-
5 na ceſſa remanſerit debitor, ſi poſtea,ad pinguiorem fortunam peruenit,conueniri poſtea non poterit, niſi inquantum facere poteſt.l.4.in prin.ff. titulo noſtro, & l.ex contractu,cum ibi not.per gloſſ.& Doct.C.de bon.autho.iud.& poſ.& ſic deducto , ne egeat , alioquin nullum eſſet priuilegium.l.in condemnatione,& ibi gl.ff.de regulis iur.& gl.& Doc. in l.ſunt qui in id ff.de re iud.Azo in ſumma.tit. noſtr. verſ. eſt autẽ remedium ceſſionis. Roſ. in tract. libel. in rub. de offi. iud.de quo cura.datur bo.col.1.in fi.verſ Eſt & aliud beneficium.Salic.& communiter doct.in d.l.1.col.2. in pr.verſ.oppo.4.& in d.l.ex cõtractu,& doct.in §.fi.
6 inſt.de actio. Niſi vituperosè bonis ceſſiſſet ſecũdùm formam ſtatutorum,nates ſuper lapidem percutiẽdo, vt dicemus.J.in 6.q.princ. Nam tunc à debito liberatur,ſi ad pinguiorem fortunã peruenerit,ſecundùm gl.in c.ſicut dignum. §. hi quoque in verbo ſi habent in fine extra.de homic.quã ſequitur Gui.Pap. in dec. 343.Cedens bonis.Ideo in aliquib. locis de cõſuetudine ſeruatur, & extat ſtatutum noſtrum Arimin. ſub rubr.de debitoribus,ne currant faciliter ad beneficiũ

Digitized by Google

ceſſionis, ꝙ cedens antequam ad ceſſionis, beneficiũ
admittatur, coram officiali creditorib. ſatisfacere pro-
mittit, ſi ad pinguiorẽ fortunam peruenerit, & eſt bo-
7 na cautela pro indemnitatis creditorũ cõſeruatione.
Prædicta tamen in clerico, poſt ceſſionem breuiariũ
vnum acquirente, non procedunt, vel in doctore, aut
ſcholari, libros ſibi neceſſarius, aut in milite arma ac-
quirente, quia talia bona creditorib. dare non cõpel-
luntur, vt noſtra gl. in l. nepos Proculo. ff. de verb. ſig.
Bal. in rub. C. tit. noſtr. Cy. & Salic. in d. l. 1. in vlt. col.
13. q. ſequitur Are. in d. § fi. col. pen. verſ. aduertas ta-
men & illud. & ibi Iaſ. in 2 col. verſ. 3. limitate, & in §.
Item Seruia. col. 9. ver. Per iſta etiã dicit Ang. nu. 64.
inſt. de act. Item operatur hæc bonorũ ceſſio, ꝙ is qui
bonis ceſſit, realiter nec citari, nec carcerari poteſt,
quia liber ire debet quo vult, vt no. gl. & ſeqtur Imol.
in c. lator. extra de pign. & Marianus Soc. in tract. de
citatio. art. 5. in 17. fal. num. 40. per tex. in d. l. 1. C. tit.
noſtro. Operatur etiam hæc bonorum ceſſio, vt credi-
tores venditionis remedio earum indemnitati conſu-
lant, quatenus debitoris ſubſtãtia paritur, excuſſo de-
bitore vſque ad vltimum quadrantem, & vſq; ad ſubli-
gar, vt inquit Azo in ſumma. tit. noſtro. ver. Effectus
8 autẽ ceſſionis. Quid autẽ ſi bonis nõ ceſſit, ſed credi-
toribus nondum ſatisfactis deceſſit debitor, an credi-
tores petere poſſint defuncti debitoris corpus ſeque-
ſtrari, ne ſepeliatur donec de debito ſatisfacti fuerint?
Spec. in §. in quib. verb. Octauo, quando res dilationẽ
nõ capit. tit. de appellatione tenet, nõ audiri credito-
rẽ, appellantẽ ne defuncti corpus ſepeliatur, qa eſt res
dilationem nõ recipiens: ergo ſequitur ꝙ tale corpus
ſequeſtrari nõ poteſt. Intereſt enim reipublicæ, ꝙ de-
functorum corpora inſepulta non remaneant pro ci-
uitate conſeruãda à peſtilentia, quã fœtores inducũt,
vt docet experientia rerum magiſtra: quinimo credi-
tores id petentes, hodie in confiſcatione tertiæ partis
bonorum puniuntur, cedunt ab actione, & tantũdem
defuncti hæredibus erogare tenentur, & efficiuntur
infames, vt pulchrè declarat Ripa. in tract. de peſte in
primo remedio præſeruatio, n. 101. ver. & primò quę-
ro. & in l. oblig col. 6. in fi. nu. 34. verſ. viſo de libero
homine. ff. de pign. per textum, in l. cùm ſit iniuſtũ &
auth. ſeq. C. de ſepul. viola. Quòd tamen reſtringitur
ſecundùm Ang. in auth. vt defunct. ſeu funer. eorũ, in
prin. ſi ex forma ſtatutorum inſtrumẽta confeſſionata
deberent ad voluntatem creditoris, inſtrumentũ cõfeſ-
ſionatum præſentantis, executioni demandari, hoc
enim caſu, mortuo debitore, poterit creditor iudicis
authoritate ſequeſtrari facere, & corpus ſui debitoris
mortuum retineri, ne ſepeliatur quouſque de debito
ſibi ſatisfiat, quod dictum refert & ſequitur Marſ. in l.
finali columna penult. num. 63. verſ. item adde etiam
prædictis. ff. de quæſtionib. & in ſing. 196. in iure ex-
preſſum. Felin. tamen in c. ſicut Iudæi, il 1. in 2. col. in
princ. ver. vnde dixit Spec. extra. de Iudæ. non credit,
hoc dictum de æquitate procedere, niſi opponeretur
vſurario manifeſto, vt eſt tex. in c. quanquam, de vſur.
lib. 6. & not. Ang. vbi ſ. in ver. not. hic caſum pro vſu-
rario, qui quamuis in terra ſacra ſepeliri non poſſit,
vt ibi, non tamen prohiberi poterit, ne in terra profa-
na ſepeliri debeat, quia reipublicæ intereſt, ne etiam
anathematizatorum corpora inſepulta iaceant, vt per
Ripam vbi ſuprà, num. 102. verſ. qua pœna non ple-
ctuntur. Quinimmo Tho. Gramma. in deciſ. 82. inci-
dit ſermo, damnat illud dictum Ang. & refert credi-
tores id petentes, ſemper fuiſſe à magna curia expul-
ſos & idem ꝙ ſupra tenet Firman. in tract. de epiſc.
in 3. par. quarti libri, in 13. q. verſ. acceſſoriè hoc inſe-
ro, nu. 24. quamuis contra quàm plura defunctorum
corpora viderim in patria mea obtẽtum, etiam nullo
extante ſtatuto, & male per prędicta. An autẽ ꝙ ſuprà
dictum eſt, ſit verùm, ꝙ debitor omnibus ſuis bonis
9 cedere debeat, ita ꝙ nudus remaneat! videtur dicen-
dum ꝙ ſic. l. cum & filij. C. tit. noſtro. gl. 1. in l. qui bo-
nis, & gl. fi. in l. pe. ff. eo. tenet Cyn. in l. 1. C. eo. quem
refert, & ſequitur Alber. in d. rub. col. 2. in pr. verſ. hĩc
quęritur quibus bonis, & Bal. in d. §. fi. col. 2. in fi. verſ.
quæritur quib. bonis, inſt. de actio. Albi dixit gl. in l.
fi. §. fi in vlt. gl. ff. quæ in frau. credit. ꝙ cedenti bonis
vſque ad ſacculum & peram auferri debet, & nihil ſi-
bi relinqui, nec etiam vnus minimus denarius, vt vo-
luit gl. in d. l pen. Contrarium tamen determinat Bar.
in d. l. pe. Alber. & Bal. vbi ſuprà, & Cyn. & Salic. in d.
l. 1. col. 2. ver. Quęro ſecundò, an omnia bona, dicẽtes
ꝙ ſaltem viles veſtes ei relaxantur, cùm ille etiam ad
ſupplicium damnati relaxentur, vt l. diuus. ff. de bon.
damna. & ita tenet Ang. in d. l. cùm & filij, & in l. ſi la-
borantẽ. §. cùm in eadem, in fine. ff. ad l. Rhod. de iac.
& ita communiter in practica ſeruatur, ſecundùm Al.
ber vbi ſup. & ita communiter teneri arreſtatur Imo.
in d. c. Odoardus, col. 2. in pr. ver. Sed in primo caſu,
nu. 14. & ſequuntur Ioan. Fab. Are. & Iaſ. in d. §. fi. &
iſta opin. æquitate nititur ſecundùm Salic. in d. verſ.
Quæro ſecundò: Canoniſtæ etiam tenent, ꝙ alimẽta
ſunt ſibi relinquenda, vt not. in d. c. Odoardus, vbi Pa-
nor. & Imo. in d. verſ. Sed in primo caſu. & doc. in ca.
ſtudeat. l. diſtinct. Quod eſt verũ, dixit Albe. in d. rub.
in 2. col. verſ. Canoniſtæ etiam, num. 5. de iure ciuili in
bonis poſt ceſſionem quæſitis, in quibus nõ eſt frau-
dandus alimentis quotidianis, vt eſt tex. in d. l. qui bo-
10 nis. ff. tit. noſtro. quæ lex eſt not. in hac materia. Dixit
tamen Collect. in d. c. Odoardus, vidiſſe in Curia Ro-
man. ſeruari, ꝙ clericus nihil de patrimonio habens,
admittitur cedẽs fructib. beneficij, deducto eo ꝙ pro
diuinorum adminiſtra. ſufficit, & illum refert Imo. ibi
in vltima col. verſ. vltimo hic poteſt opponi, & Cac-
cialup. in tract. de penſ. p. 11. in vlt. col. verſ. & Colle-
ctarius in c. Odoardus, de quo etiã per Gigan. in ſuo
tract. de penſ. q. 39. n. 4. Et eſt ratio, quia clericus pri-
11 uilegium habet, vt non conueniatur vltra quã facere
poſſit ad inſtar militis armatæ mili. vt dicit gl. ord. &
cõmuniter approbata in l. miles, vbi Bar. Alex. & Iaſ.
poſt alios. ff. de re iud. Gemi. & Peruſ. in c. ſi propter,
in prin. in 2. no. de reſcr. in 6. & Staphyle. in tractat. de
literis gratiæ, & inſt. fol. 154. ver. Pręterea hoc eſt pri-
uilegium, in primo impreſſis, & ita reperio deciſum
fuiſſe in Capel. Tholoſa. in dec. 245. Itẽ fuit quæſitũ:
aliquis presbyter, & ibi diffusè per Euffre. in addit. &
per eundem in addit. ad deciſ. 213. Item fuit traditus
libellus, vbi de communi opinio. atteſtatur & tenet
Nico. Euerard. in tractat. de modo arguen. in 22. arg.
locus à milite arma milit. ad mili. cœle. mili. in princ.
litera f. & a. quamuis cõtrarium tenere videatur Mat-
thæſ. & malè in ſing. 62. not. ꝙ clerici, quem ſequitur
12 Iaſ. in l. 1. col 2. in prin. verſ. quid autem. C. de tut. &
fac. igno. Sed illud procedit in caſu d. l. primæ, nõ au-
tem in caſu noſtro. Nam diſpoſitio illius l. eſt diuerſa
à caſu noſtro, caſus enim illius legis, priuilegiũ conti-
net contra ius commune, ergo non eſt extendendum.
l. ſi verò. §. de viro ff. ſol. matrim. & ratio eſt, quare in
dicta l. prima ad milites cœleſtis militiæ non ſit extẽ-
ſio, quia ibi illud eſt priuilegiũ propter ſimplicitatem
militarẽ, iuxta l. fi. in pr. C. de iure delib. ſed iſta ſim-
plicitas non cadit in milite cæleſtis militiæ, cùm ille
iura ignorare non præſumatur. l. repetita cũ glo. C. de
epiſc. & cle. tradit Alex. in d. l. miles, col. fi. in pr. verſ.

fallit

fallit in priuilegiis. Aret.in §. appellantur col.3.verſ. Quæro an.d.l.1.inſti.de except. & Euer.in d.22.arg. ante fin.litera A.il 2. Si enim clericus ſe ius ignoraſſe diceret turpitudinem ſuã allegaret.fac.tex.in l.2.Seruius Sulpitius.ff. de orig.iur. quã allegare nõ poteſt. c.inter dilectos.vbi gl.& doct.extra. de donat.& latè per Iaſ.in l.iuſiurãdum.§. procurator.col.6.cũ tribus ſeq.ff.de iureiur.Sed in d.l.miles.tale priuilegium ob publicã vtilitatẽ & honeſtatẽ datur, ergo ad militem cœleſtis militiæ extenditur,& ad aduocatũ,qui etiam militare dicitur, l.fori.& l.aduocati.C. de aduoc.diuer.iud.quia in eis eadẽ honeſtas viget,& ita communiter tenent doct.Iac.But.Cyn.Bal.Sal.& alij in d.l.1.& ita tenendũ eſt, quia eſt optima ratio,& idem firmat Fel.in c.cũ ex officij.col.1.ver.ſimiliter Pet.de Anch. extra.de præſcr.reprobando dictũ Mattheſil.& comprobat Marian.Soci.in tract.de citation.in 5.ar.q.17.
13 in 14.fallen.Vbi etiã addit ꝙ pro repreſſaliis conceſſis capi nõ poteſt ſecundũ Bar.in tract. repreſſalia.7. q.priu.ver.Ad quintum, niſi ſit coniugatus.vt ibi per eum. Immò dic, ꝙ etiam coniugatus capi non poſſit, vt eleganter decidit Lapus in allega.118. Quæritur. col.1.& 2.maximè,quãdo clericus eſſet cum vnica & virgine coniugatus,& in habitu & tonſura incederet, iuxta tex.in c.1.de cler.coniug.in 6. Et propterea domini de Rota ſolent,quãdo agitur,vt rei iudicatæ pareatur,quoad fructus & expenſas, ſi beneficiũ d.c.Odoard.opponitur, annuatim aſſignare de fructib.cuicũque clerico quantũcunque infimo, pro victu & veſtitu ducatos 24. auri de camera. & ſi quid vltra habeat, victori vſq; ad integrã ſatisfactionẽ cõſignare, niſi cõdẽnatus eſſet miles,doct.vel aliàs qualificatus, cui ex arbitrio augẽt perſonæ qualitatẽ:& patriæ,vbi habitat,habita fertilitatis & ſterilitatis conſideratione, vt refert Caſſad.in deciſ.6. Firma eſt propoſitio. col.4.in prin.ver. Sed quomodo conſideratur nu.6.in rub.de appell.ꝙ tamen non procederet in clerico,qui
14 actione reali cõueniretur, quia eo caſu tali beneficio non gauderet, prout eo ſimiliter nõ gaudet maritus, ſi rei vendicatione conuenitur , nam tunc vt quilibet poſſeſſor conueñitur,ideo dictum beneficium nõ habet, maximè , ſi rei vendicatione ex cauſa dotis non procedente conuenitur,ſecundùm Aret.in §.Itẽ ſi de dote.col.1.ver. In ea gl.in fi.inſt.de act.ꝙ eſt notandum ad intellectum.d.c. Odoardus.de quo tamen di-
15 cemus infrà in 20 q.4.q.prin.in 1.caſu. Idẽ in clerico mercatore,& ſe in negotiis ſecularibus immiſcente dicimus,qui perdit fori priuilegiũ & immunitates aliis clericis cõceſſas, vt latè ſcripſerũt Mod.Anchoni.in tract.de mercat.in 3.par.in prin.nu.4.cum mul-
16 tis ſeq.& pulchrè per Guid.Pap.in dec.196.Nobiles. Similiter in clerico penſionis debitore nõ procedit, quãdo ipſe eius impoſitioni perſonaliter cõſenſiſſet. nam tali caſu,ex quo in eius conſenſu iuramẽtum ineſt,& in forma cameræ obligatur,haud honeſtũ eſſet, poſtquã beneficium habet,ad cuius regreſſum ob nõ ſolutionem ſe obligauit,ꝙ exceptione d.c.Odoardus vel alia ſimili tueatur, potius enim beneficium quòd accepit,dimittere & reſtituere debet,quam penſionẽ non ſoluẽdo, iuuari beneficio dicti c.Odoardus. non enim cõcedens,eſt retinere beneficium, & pẽſionem nõ ſoluere:alioquin ei peierandi occaſio daretur,nec iſto caſu illi fieret iniuria, ſi ei auxilum d.c. Odoard. denegaretur:quia ſcienti & volenti nõ fit fraus neque iniuria.reg.ſcieti.de reg.iur.in 6.& quia iuramentum perſonale eſt,per ipſum iurãtẽ in forma ſpecifica impleri debet.c.debitores.& c. ad noſtrã.extra.de iureiur.alioquin cẽſuras & pœnas, de quib.in reſeruatione pẽſionis habetur, incurrit.Cùm ergo pẽſionis debitor non habeat vnde penſionẽ ſoluere poſſit,ad beneficiũ d.c.Odoard.admitti non debet,ſed ob nõ ſolutionẽ dictæ penſionis,beneficio priuatur, vt voluit Sarnen. in commento regul. cancel.in reg. de annali poſſ.q.54. & in compendio vtriuſq; ſignaturæ.col.fi. nu.86.ver.Eſt tamen vnũ. Ex quo vt plurimũ in penſionis aſſignatione beneficiatus illam ꝗ.certũ terminũ,ſub excõmunicationis pœna, & ſucceſſiuè priuationis beneficij ſoluere promittit:& ita obſeruat Rota,vt refert Caſſado.in dec.2. Apertiſſimi iuris.col.1.
17 nu.3.de loca.Sed mirabile videtur, ꝙ clericus quãuis priuilegium habeat,vt pro ciuili debito nõ teneatur, niſi inquãtum facere poteſt,à iudice pro eodẽ debito realiter citari nõ poſſit, & nihilominus illũ fugiẽtem pars realiter citare poſſit,etiã propria authoritate ipſum capiendo, vt traditur in cap.cum nõ ab homine, vbi Abb.in 4.col.in fin.verſic.quoad ſecundum num. 17. extra. de iudi. Ego verò arbitror illud, quod de clerico fugiente dicitur, habere locum reſpectu delicti , vel etiam ſi cum pecunia creditoris aufugeret: quia videtur quòd tũc etiam laico licitum ſit realiter citare,& ipſum capere,vt ſingulariter dixit Imo.in c. vt famæ.de ſent. excommu.quem refert, & ſequitur. Matt.in ſing.43. Debitor.& tenet Imol.in cap.lator. quod legit cum c.1.col.3.ver.Item fallit. de debitore fugiente.extra. de pignor. vbi ita communiter teneri atteſtatur,ſubdit tamen quòd ad iudicem eccleſiaſticum duci debet, latè per Marian.Soci.in d.c.cum nõ ab homine.ſuper 1.gl.in 1.membro.& latiùs in c. peruenit.in 11.princip. artic. per quatuor membra principalia , maximè in ſecundo & quarto de ſentent. excom. Sed extra crimen & quando cum creditoris pecunia non aufugeret,non video quòd pars vllo modo eum etiam fugientẽ capere poſſet, niſi occaſione depoſiti ex contractu debitor eſſet,vt tradit Mattheſ.in ſingul.60.no.quòd clerici, & ibi latè per Mod.in addi. Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.ſi ſatiſdatum.col.1.in 1.not.in fin.ff.qui ſatiſd.coga.& Afflict.in deciſ.24. Quidam clericus.col.1.in fi.numer.3.& niſi debitum eſſet iuratum. Nam tunc pro periurio carcerari poſſet, ſecundum Afflict.in conſtit.Regni.incip.Si quis clericus.ſub rubr.de cleri. conuen.in 6.not. Quia periurium eſt graue in clerico,ipſe carcerari poteſt,vt legitur & not.per Peru.in c. ſi clericos de ſenten.excom. in 9.Nõ tamen poterit ipſe periurus cedere bonis,ex quo ceſſionis beneficium non habet,vt in c.peruenit. extra de fideiuſſ.Ant.de But.in d.c. Odoardus.& per Vitalem in tract.clauſula.in rub. An poſ.renunt.ceſſ. bonor.col.9.verſ. Adde hic , quòd periurus,quamuis Bald.in l.fin.verſ.Item pone,iuro.C.de non.num pecul. teneat ꝙ debitor quamuis iurauerit infra certum terminum ſoluere, & non ſoluerit, & bonis cedat, nõ per hoc dicatur propter ceſſionem periurus. Item
18 bonorum ceſſio prodeſt,quia cedens bona,per teſtatorẽ alienari prohibita, retinere poterit.Itẽ vſumfructum,feudum,& emphyteuſim eccleſiaſticã quã poſſidebat,ſed earum commoditates creditoribus in eorum ſatisfactionem cõceduntur.argum.l. neceſſario. §.fin.ff.de peric. & commod.rei vend. & eorum quæ not.per doct. & præcipuè per Alexandr. in l.ſi finita. §.ſi de vectigalibus.colum.7. in princ.nume.17.ff.de damn.infect. & conſil. 19.ſuper ead. colum.peu.verſ. Caſum noſtrum nu.16.col.5.Anto.Rube.conſil.164. circa primum.colum.fin.in prin.ver. Pro reſolutione & Ruin.conſ.176.primò quæritur.col.2.& fi.vol.1 & Bald.in l.1.col.3.in prin.ver.Quæro,nunquid ille qui cedit,& ibi Salic.in 2.col.ad fin.verſi. Sed dubitatur,

quid ſi poſſideat.C.tit. noſtro ſequitur Iaſ.in d.§.col. pen.in fi.ver.Quid autem ſi in ceſſione bonorum Inſtit.de actio.Et eſt ratio, quia quæ plenè acquiri non poſſunt, quoad commoditatem acquirunt d.l.neceſſario.§.fin.& l.fin.C.de vſufr. Bald.in l. cùm oportet. col.4.in fin.verſic.quæſt. eſt de feudo.C.de bon.quæ libe.Poſtremò bonorum ceſſio operatur, ꝙ compromiſſum ſoluit,vt l.item ſi vnus in prin.& ibi Bal.ff.de arbi.per quam legem dicit Bald.in l.fin. in prin. verſ. Quid ſi inter pares.C. communia de lega. quòd bonorum ceſſio coram arbitratore locum non habet, ſed coram arbitro tantum.

SVMMARIVM.

1 *Quis poſſit cedere bonis.*

2 *Pater & filius poſſunt cedere bonis, etiam, quòd filius habeat vel non habeat caſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe, vel aduentitium, vel profectitium.*

Peculium legari poteſt ei, qui in peculio nihil habet,eo.

3 *Pater malè adminiſtrata republica vel alia cauſa cedens bonis, filijs emancipatis in bonis per eos quæſitis, etiam ex donatione eis per patrem facta,non præiudicat.*

Nec præiudicat in donatione facta filijs in poteſtate conſtitutis propter eorum merita, maximè antequam per patrem debita contracta fuiſſent.ibid.

4 *Executio in bonis filij condemnati,in quibus pater habet vſumfructum, etiam durante patria poteſtate, & etiam in perſona fieri poteſt,ſi bonis non cedit.*

Executio in bonis profectitijs filij, durante patria poteſtate,an fieri poſſit,eo.

Filius delinquendo patri præiudicare non poteſt, ſed contrahendo ſic,ibid.

5 *Damnatus pro crimine, non cedit bonis.ſed luit in corpus,ne delicta impunita remaneant.*

Multa ſi ob paupertatem delinquenti remittitur, abſque eo quòd luat in corpus, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, non vexabitur aliter,eo.

6 *Seruus aut monachus ſi condemnati fuerunt, ex ſententia non obligantur,nec executionem quæ fit in cauſa iudicati,patiuntur.*

Monachus non poteſt cedere bonis, & quando hoc non procedat,eo.

7 *Filiusfami. mercator ad carceres euitandos qua cautela vti debeat.*

8 *Filiusfamilias debitor ſi emancipatus,vel ſui iuris effectus eſt,beneficio gaudet, vt non conueniatur, niſi in id quod facere poteſt, etiam ſi creditor in maiori paupertate conſtitutus eſſet, niſi decoxiſſet, & in decoctione fraudem & dolum commiſiſſet.*

Quis poſsit cedere bonis.

Quæſtio.4.princip.

1 QVARTÒ principaliter quæro, quis poſſit cedere bonis. Are.in §.ſunt præterea.col.fi.ver.no.ꝙ quilibet.Inſti.de act.& Iaſ.in §.fi.col.2.in fi.verſ. Ex-
2 tra gl.eo.tit.dicunt, ꝙ cuilibet debitori beneficium à lege indultũ eſt,vt bonis cedere poſſit,& cedẽdo carceres aufugiat,tu ergo dic ꝙ non tantũ pater,ſed etiã filiusf.bonis cedere poteſt,ſiue habeat,vel nõ habeat peculium caſtrenſe,vel quaſi caſtrẽſe,vel aduẽtitium, vel profectitium, nã & patrifami. qui nihil habet,admittitur ceſſio,ne iniuriã patiatur, quia bona in futurũ habere poterit.l.pe.C. tit.noſtro.fac.tex.in l.quæſitum in prin.ff.de pecu.ſecũdùm Azonem in ſumma. C.tit.noſtro.prout ei,qui in peculio nihil habet,peculium legari poteſt,& legatum propter ſpem quærẽdi valet.ei quoque.ff.de pecun.leg. Alberi.in d.l.pen.& ideo debitor qui in bonis nihil habet,ratione ſpei bonis cedere poteſt,cùm bona acquirere poſſit ſecundũ glo.in d.l.pen.in verbo, & ſi nihil.quam ibi ſequitur Bal.& Salic.in prin.& ſi bonis ceſſerit pater, ex eo ꝙ malè rem publicã adminiſtrauerit,vel alia ex cauſa,filiis emancipatis in bonis per eos quæſitis non præiudicat.l.ſi pater.vbi Bar.Bal.Ang. Sali.& Pau.de Caſt. C.eo.& ideo filij ſui iuris bona ſibi à patre donata ad-
3 uerſus patris creditores defendere poterunt, niſi donatio in fraudem creditorum facta fuiſſet,quæ præſumeretur,ſi poſt cõtracta debita, vel paulò ante donauerit eis, vel niſi in fraudẽ creditorum emancipatio facta fuiſſet,quæ nõ valet, ita Bal.& Salic.ibi in prin. & ꝙ in donatione filiis facta dictum eſt, idem dicas in donatione facta filiis in poteſtate conſtitutis, tan-
4 quam extraneis propter eorum merita, & antequam per patrem debita cõtraherentur, vt determinat Bal. ibi.Quem etiã ſequitur Salic.ibidem. An autẽ merita præcisè præſumantur, vel per filios probari debeant: quia ad materiam noſtram nõ attinet, remitto me ad not.per Bart.Alex.Iaſ. & doct.in l.ſi donatione.C.de collat.& ad deciſ.conſ.20. in cauſa iſtorum fratrum, quem refert & ſequitur Ripa in primo reſponſo. incip.Peſtiferatus.in fin.in tit.de donat.cauſa mortis,& ad ea quæ dixi in cauſa fratrum de Capellis conſ.111. pro reſp.dubiorum in 1.& 3.col.Si verò filiusfam.cõdẽnatus fuerit,durante patria poteſtate,executio fieri poterit in illis bonis,quæ habet,etiam ſi pater in illis vſumfructum habeat,non obſtante ꝙ illa illa ſine patris licentia voluntaria alienari nõ poſſint,vt in l.fi.§. filiis autem.C. de bon.quæ lib.ſecus, ſi ex neceſſaria cauſa fieret alienatio, vt not.in d.l.pen.per Bal.Salic. & Pau.de Caſt.in princ. Executio igitur ob debitum filij,in eius peculio fieri poterit, & filius ipſe tale debitum de peculio ſoluere poterit,quãuis peculij proprietas ſit patris, vt voluit Bald.in l.ſi filiofam.la 2.in prin.ff.ſolut.mat. & nõ ſolùm in bonis executio fieri poteſt,ſed etiam in perſona ipſius filiusfa.cùm ipſe ſi bonis non cedit, carcerari poſſit, vt per Bald.in ſua Marg.in verbo, filiusfa.per Ang.& omnes in d.l.pe. & firmat Bart.in l.3.§.vtrum, reprobando ibi glo.in 1.col.ver.Item oppon.& videtur.ff.de fideiuſſ.quem ſequuntur doct. vt refert.& ſequitur Pariſ. conſil.94. ſpectabiles col.2. in prin.ſub nu.8.col.1. cum multis concord.ibi per eum citatis.In profectitio verò decidit gloſſ.1.in d.l.pen. executionem ſententiæ contra filiumfa.latè fieri non poſſe, idem tenet Bal.& Salic. ibi in princ.ſubdẽtes, niſi commune patris & filij debitum eſſet, vt in dote reſtituenda d.l.ſi filiofa.& l.2.§. ꝙ ſi patris.ff.ſol.mat. Sed Bart.in l.quoties.ff. de noxali.tenet, ꝙ etiam in profectitio executio fieri poteſt.quia pater ſicut ex quolibet contractu de peculio tenetur,ita ex ſententia, in qua quaſi contrahitur.l.3. §.idem ſcribit.ff. de pecul.idem tenet Bart. in d.l.penultima diſtinguit.Aut condemnatus eſt,& defenſus, ita quòd in iudicio quaſi contraxit,& tunc in peculio profe-

profectitio executio fieri poteſt, vt probatur in d. §. idem ſcribit. Aut condemnatus fuit vt contumax, & tunc ſecus, vt plene cõſuluit Abb. conſ. 66. Quãquam in 2. par. quẽ ſequitur Aym. conſ. 39. proponitur. col. fi. ver. pro quo facit. nu. 12. vol. 1. & ita loquitur gl. in d. l. pen. Hanc diſtinctionẽ ſequitur Ang. ibi cũ declaratione, ſi filius ex contractu vel quaſi damnatus fuit, ſecus ſi ex delicto, quia patri delinquẽdo prǽiudicare non poteſt, vt voluit Bal. in Marg. in d. ver. Filiusfa. & in d. l. ſi filiof. ver. ſi. vbi ſecus in criminali, ſed contrahẽdo, vel quaſi ſic, cùm pater concedendo ei peculiũ, contrahendi, non autem delinquendi, poteſtatem dederit. Eandem diſtinctionem tradit Barto. in l. finita. §. ſi de vectigalibus in vlt. col. verſ. ſed melius etiam ſi filius cõdemnatur. ff. de dam. infect. quem ibi cõmu-
5 niter ſequũtur doct. & ſequitur Paul. de Caſt. in d. l. 3. §. filiusf. verſ. Ex iſto tex. ff. de pec. Sed quare patri delinquendo non præiudicatur? Reſp. quia in criminali potius vindicta, quæ ad patrẽ nõ delinquentem porrigi non debet, quam pecuniarum commodum ponderatur, ſecundum Bal. in d. l. ſi filiofa. circa fi. & quia etiam damnatus pro crimine, non cedit bonis, quinimò cedendo nõ liberatur, ne delicta impunita remaneant. l. ita vulneratus. §. cùm neque, cum ibi not. per gloſ. ff. de Aquil. ſed luit in corp. l. 1. §. generaliter. ff. de pœnis. & l. fi. ff. de in ius vocan. Ioan. Andr. in reg. peccatum. in 1. gloſſ. de reg. iur. in 6. refert & ſequitur Ang. in l. 4. tit. noſtro. interdum tales damnati amore Dei in ſolemnitatibus Natiuitatis & Reſurrectionis Domini noſtri excarcerantur, & alibi quidam Maieſtati offeruntur, & per ciuitatem mitra alba (vt Florentiæ vadunt) vt refert Ang. in l. 2. C. tit. noſtro. interdum ob paupertatem abſque eo quòd luãt in corpus, multa remittitur, vt l. illicitas. §. pe. ff. de offi. præſid. & iſti tales ſecundùm Angel. in d. l. 2. & in d. l. 4. quamuis ad pinguiorem fortunam perueniant, aliter non vexabuntur, Ioan. And. in d. reg. peccatum. Alb. in rub. C. tit. noſtro. in vlt. quæſt. Bald. in l. fin. ff. de in ius voc. & Boërius in deciſ. 349. quæritur an ciuiliter. col. 2. in prin. ver. itaque multa num. 4. Iſtud tamen ꝙ
6 in filiofam. dictum eſt, in ſeruo aut in monacho non procedit, vt voluit Bal. in d. l. ſi filiofam. verſ. ſecus tamen eſſet. Quia illi ex ſententia nõ obligãtur. & ideo hanc executionem quæ fit in cauſa iudicati, nõ patiũtur, l. nõ idcirco. §. poſtea. ff. de iud. & l. 1. C. tit. noſtro & cõſequẽter monachus bonis cedere nõ poteſt, Rota in deciſ. 237. Nota ꝙ monachus in antiq. ſequitur Fel. in c. cùm dilecta. col. 26. ver. & Rota dixit nu. 80. de reſcript. & hoc verum eſſe poteſt, niſi eſſet monachus, qui adminiſtrationẽ haberet, quia illa loco filij emancipati habetur, ſecundũ Bal. in d. ver. ſecus tamẽ eſſet. In hoc tamen reperio cõtrarium fuiſſe deciſum in capella Tholoſa. quæſt. 313. Itẽ fuit traditus libellus. Sed Eufre. ibi in addi. hęc dicta cõcordando quãuis nullã de Bal. faciat mentionẽ illam deciſionem, & ibi dicta declarat procedere in ſimplici monacho, adminiſtrationẽ ſeu benefic. perpetuum nõ habente, ſecus in prioratum perpetuum habente, cùm talis abſque Abbatis licentia agere & conueniri poſſit, c. cùm deputati. & ibi Doct. de iud. Abba. in d. c. cũ dilecta. in vlt. col. ver. & generaliter cùm quæritur & ibi pulchrè per Fel. col. 20. verſ. monachus nõ agit. Eandem declarationem ſentit idem Feli. ibi in 21. col. ver. Fallit quarto d. regula dum inquit, quod monachus aliquam adminiſtrationẽ habens, agere & cõueniri poteſt, declarat dummodo talis adminiſtratio ſub ſe aliquam habeat obedientiam, ſecus, ſi alicuius villæ vel poſſeſſionis adminiſtrationẽ haberet? vt per Inno. in cap. edoceri in fine ver. Item dicimus extra. de reſcri. quem ſequitur Abb. in dicto verſiculo & generaliter cum quæritur. Nam hoc caſu potius quandam cuſto-
7 diam, quàm veram adminiſtrationem habere diceretur, ideo intellige de monacho Prioratus aut dignitatis adminiſtrationem habente, & non aliter. Sciẽdum tamen eſt, ꝙ ſi filiusfa. mercator, pro patre fideiuſſerit, vel cum eo inſolidum ſe obligauerit, ſi euitare velit, ne in carcerẽ detrudatur, cautela vti debet, quam docet Bal. quẽ ibi ſequitur Sali. in l. ſi ex alio. C. ꝙ cũ eo. Veronen. in caute. 13. Scis ꝙ filiusfam. Alex. in l. ſi
8 dubitet. §. filiusf. ff. de fideiuſ. & Pariſ. d. conſ. 94. col. 7. in prin. ver. & ideo Pau. de Caſt. nu. 49. ꝙ ſe a patre emancipari procuret, quia quamuis durãte patria poteſtate inſolidum teneretur. l. pe. ff. ꝙ cum eo. Pau. de Caſtr. in l. 1. eod. tit. l. tam ex contractib. ff. de iud. per Alex. in l. qui cũ ſe. in prin. ff. de re iud. Si tamẽ poſtea per emancipationem, vel aliter ſui iuris effectus fuerit, illo gaudere debet beneficio, ne excutiatur, niſi eatenus, quatenus facere poterit. l. 2. ff. quòd cum eo. Quòd quidẽ beneficium fuit ſumma æquitate inductũ, vt tradit Azo in ſumma. C. eo. ti. in prin. gl. Bar. & alij ſcribentes in rub. ff. eo. & pulchrè Pau. de Caſt. in d. l. 1. & in d. l. 2. poſt Sal. eo. tit. & hoc procedit, etiã ſi creditor in maiori paupertate cõſtitutus eſſet, vt habetur per Bal. in l. 2. ad fi. verſ. 4. quæro. C. ꝙ cum eo. per Alex. in rub. ff. eo. tit. ſequitur Pariſ. conſ. 94. col. 7. verſ. & procedũt iſta, & dicemus infrà in 13. quæſt. Fallit tamen, ſi filiusfam. decoxiſſet, & in decoctione dolum & fraudẽ commiſiſſet, quia eo caſu nec ad ceſſionis beneficiũ tanquam eo beneficio indignus, nec ad ſupradictum beneficium. tit. ꝙ cum eo. nullatenus admitteretur, vt pulchrè declarat Pariſ. d. conſil. 64. col. ad fi. verſ. nec iſtis obſtabit, & col. pen. verſ. quoniã vt ex verbis, & Mode. Anchon. in tract. de merc. ſub rub. de decoctoribus in 3. quæſt. ſub nu. 12. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro ciuili debito, an bonis cedere poſſit, & non cedendo, in carcerem detrudatur?*

2 *Mulier pro adminiſtratione tutelæ obligat a ſenatuſconſ. Velleian. & omni alij auxilio &c. renuntiando, an carcerari poterit, & an hoc in matre procedat?*

3 *Meretrix pro priuato debito carcerari poteſt, niſi eſſet coniugata, & quomodo hoc intelligatur, vide etiam nu. 5.*

4 *Renuntiare quis non poteſt his, quæ in fauorem publicum introducta ſunt.*

6 *Maritus notitiam habens de adulterio per vxorem commiſſo, ſi non indignatur, præſumitur leno.*

Mulier an bonis cedere poſſit.

Quæſtio 1. quartæ q. princip.

1 RVRSVS primò quæro, nũquid mulier pro ciuili debito bonis cedere poſſit? Reſp. ꝙ niſi cedat, in carcerem detrudetur. text. in l. p. C. tit. noſtro, in litera. ibi, vtriuſque ſexus. vbi Salic. & Bald. & idem Sal. in l. 1. col. 2. in fin. verſic. Quæro, nunc quartò. C. eod. Are. in §. fin. col. 1. ver. Aduertas tamen, & colum. 3. in prin. verſ. & aduertas quia. & ibi Iaſ. in 3. col. in princ. inſti. de action. Et hoc procedit ſecundùm iura C. ſecus de iure hodierno, quia pro debito priuato vel fiſcali nulla mulier regulariter carcerari poteſt. §. neceſ-

ſariũ.in auth.vt nulli iud.auth.ſed hodie.C.de off.di-
uer.iudic.& auth.nouo iure.C.de cuſto.reo.& ita te-
net Alex.in apoſt.ad Bal.in d.l.1.col.2.ad fi.ver.quæ-
ro cùm in ciuitatibus,& in l.plerique.col.fi.ver.Item
2 illud.ff.de in ius voc. Limitatur tamẽ hoc in muliere
pro adminiſtratione tutelæ obligata, quam ſenatuſ-
conſ. Velleia.& omni alij auxilio renunciando aſſum-
pſerat.iuxta auth.matri & auiæ.C.quãdo mulier tute.
officio fun.poteſt,& §.quia verò multũ.in auth.vt ſi-
ne prohibi.matres debi. non procedere. Nã huic be-
neficio renunciaſſe videtur,ideo tũc mulier carcerari
poterit Bart.in auth.prædicta,matri & auiæ.col.pen.
verſ.quæro 15.& ibi Alex.& idem Bar. in l.ſi quis ſub
conditione.col.5.verſ.vnde puto.nu.18.ff.de teſta.tu-
te.Bart.in tracta.de Carceribus.col.1.verſ. Secundò
quæro.Ang.in l.quoniam.C.de cuſto.reorum. Rom.
conſ.120.circa primum.circa fin.verſ. Secundũ verò
pœna.Alex.in d.l.plerique.col.fi.verſ.Item fallit.nu.
12.Marian.Soc.in tract.de citat.art.5.q.17.in 16.fal-
len.& Iaſ.in l.ad egregias.col.2.in fi.verſ.glo.1.diui-
ditur.ff.de iureiur.in d.l.plerique.col.fi. in prin. verſ.
circa primum caſum.& in l.fin.in prin.col.2.verſ.ad-
de tu notabilem effectum.ff. ſi cert.pet. Intellige ta-
men in matre non procedere, quia mater beneficio
gaudet,ꝙ non excutiatur in plus,quam facere poteſt,
vt eſt tex.in l.ſunt qui in id.in fin.ff.de re iudic. Ergo
carcerari non poterit,& ita tenet Cardi. Alex.in c.ex
parte.col.fi.extra.de appel.firmat etiam Bart.& Sali.
in d.auth.matri & auiæ.illein pen.col.num.13.ibi, &
ideo puto hic in 16.q.& Bart.in d.l.ſi quis ſub condi-
tione.in 5.col.verſ.puto tamen, nu.20.quod priuile-
gium ceſſat,quia mulier,nõ quia mater.& eandẽ opi.
tenent Mod.Bono.in §.attingam.nu.65.in pract.cri-
mi.niſi doloſè mater tutelã adminiſtraſſet,ob dolum
enim priuilegium perderet iuxta textum, & ibi gl.in
l.pen.ff.de iure dot.& in l.fi.in fi.ff.quæ in frau.cred.
Nam qui ratione doli cõuenit, nõ gaudet priuilegio,
ne cõueniatur vltra quã facere poſſit. Veronen.conſi.
9.Quidam ex delicto.nu.4.& dicemus infrà in 24.q.
3 verſ. Et hoc caſu reſpectu doli.ſub nu.2. Quo ad aliã
verò mulierem, in vno tantùm caſu puto limitationẽ
prædictam procedere poſſe, ſi ex ſtatuti diſpoſitione
prouideretur, vt diſponit ſtatutum noſtrum Arimin.
ſub rubrica de tuto.dand.pupil. quod tutelam nõ ſo-
lũ mater & auia,ſed & ſorores & amitæ aſſumere poſ-
ſint,hæ enim cùm beneficium, de quo ſuprà,non ha-
beant, ſi tutelam aſſumpſerint, pro adminiſtratione
reddenda carcerari poterunt, & hoc idem tenuiſſe vi-
detur Bald.nouel.in tract.de dote.in 5. priuil.7.part.
in princ.ibi intellige tamen hoc in alia muliere,quod
eſt valde nota.Fallit etiã in meretrice,quæ etiam car-
cerarari poterit, Bal.in l.cõſentaneum.col.fi.in prin.
ver.in gl.ad cogendũ.nu.46.C. quomodo & quando
4 iudex.Ang.in d.l.quoniã.C. de cuſto.reor. Bart.in d.
tract. de carceri.in 2.q.Iaſ.in d.l. ad egregias.col.2.
in fin.ver.2.limitã.& Guid Pap.in deciſ.256.mulier,
niſi matrimonio copulata eſſet.Ioan. And.in addi.ad
Spec.in tit.de iniu.& dam.dato,in rub.Barb.in addit.
5 ad Bal.in d.l.conſentaneum,& ibi Alex.ſub d.nu.66.
Iaſ.in d.verſ. Secundò limita.& in d.l.plerique.in d.
verſ.circa primũ caſum. Bal.nouel.in d.5.priuil.verſ.
præterea videmus. Quũ illa etiã beneficio dictæ au-
thenticæ,nouo iure renũtiare non poſſit,& plenè per
Marſil.in ſingula.247. Conditio mulierum, & Boër.
in deciſ.349. Quæritur an ciuiliter col.pen.verſ. Re-
ſpectu verò mulieris.Ex quo renunciare quis non po-
teſt his,quæ in fauorem publicũ introducta ſunt.l.ius
publicum ff de pactis.glo. magiſtra.in §.quia verò in
verbo.ſenatuſ conſult.in authent. vt ſine prohibi ma-
tres debi.tradit.Gozad.conſ.80.ſtatutum Bononiæ,
col.fin.verſic. aut aliquid.num.20. Ego tamen hanc
limitationem de meretrice cõiugata intelligo, dum-
modo cum eius viro habitet,ſecus ſi à mariti conſor-
tio & habitatione ſeparata,luxurioſè viueret, hoc.n.
caſu haberetur,ac ſi nupta nõ eſſet,& limitatio Ioan-
nis Andreæ & ſequacium,procedit ob honeſtatẽ ma-
trimonij,&ne marito fieret iniuria,ſi enim more me-
retricio ſeorſum à marito luxurioſè viueret,vtiq; ma-
rito non diceretur iniuriam inferri,ex quo hanc ſepa-
rationem ipſe tolerat,& volenti & conſentienti nõ fit
iniuria.regul.ſcienti,de reg.iur.in 6.cum vulg.Idẽ in-
telligo ſi maritus,etiam quòd cum ea habitaret,leno-
ciniũ tam cum ipſa, quam cum alia committeret, vel
infamis eſſet. Nam coniugium hoc caſu nõ obſtaret,
quin talis meretrix pro priuato debito carcerari poſ-
ſet, vt tradit Caccial.in tract. de debit.ſuſpect.& fu-
giti.q.5.principali.col.4.ver.Septimò quæro, vtrum
mulier quod dictũ pro ſingul.refert & ſequitur Mar-
ſi.in ſingula.271. Dixi tibi.de quo latè per Sarnen.in
c.mulieres.nu.13.vſque ad nu.25.de iud.in 6.Item di-
co etiam ſi maritus lenocinium nõ actualiter,nec ex-
preſsè, ſed præſumptiuè committeret, puta quia de
adulterio per vxorem cõmiſſo notitiam haberet,tunc
enim ſi de adulterio per eam commiſſo non indigna-
tur,præſumitur leno.l.mariti lenocinium.ff.de adult.
Bar.in l.1.§.præuaricatorẽ.ff.ad Turpill.Are.in tract.
maleſi.in gl.& ad querelã.verſ.quæro,an & quãdo in
fin.Ferrari.caut.14. Iura ſunt vulgaria.in fin.nu.6.&
Neuiſ.in ſylua nupt.col.13.in prin.ſub ver.Concluſio
ſupraſcriptorũ eſt.nu.31.inſerta in 7.vol.tractatuum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an bonis cedere poſſit.*
2 *Vniuerſitas clericorum, ſcholarium, fabrorum, pelliparіorum,& ſimilium perſonarum, bonis cedere poteſt.*
3 *Eccleſia neminem conuenire poteſt, niſi in quantum facere poteſt.*
4 *Decimam an eccleſiæ quis ſoluere teneatur,ſi periculum eſſet,quod eam ſoluendo fame periret.*
Furtum non committit quis alteri ob neceſſitatem famis ſubtrahendo,ibidem.

Eccleſia an bonis cedere poſsit.

Quæſtio II. quartæ q.princip.

1 SECVNDÒ quæro, an eccleſia bonis cedere poſ-
ſit,videtur dicendum ꝙ non,quia principalis cau-
ſa, per quam ceſſio introducta fuit,eſt, ne debitor in
carceribus detineatur.l.1. C.tit.noſtro. Sed Eccleſia
carcerari nõ poteſt,ergo &c.Tu dic,ꝙ cedere poteſt,
vt eſt text.ſing.& peregrinus in §. ſi quis autem adie-
cerit,in auth.vt determi.ſic nu.cler.quem tex.allegat
Nic.de Neap.in §.fi.inſt. de act. quẽ ibi ſequitur Iaſ,
in 3.col.in prin.& illum tex.allegat Rom.ad hoc pro-
2 poſitum in ſingul.565.Quæro an Eccleſia,& Euſtr.in
addi.ad Capell.Tholoſa.q.136.Item fuit quæſitũ,an
exceptio ceſsionis.Ex quo infert Are.in d.§ fi.col.pe.
verſ quæro,an cedenti bonis, quòd ſicut clericorum
vniuerſitas,apud quos ſumma fides & obſeruantia eſ-
ſe debet, vt l.presbyteri.C.de epiſc.& cler.bonis ce-
dere poteſt,à paritate rationis quælibet alia vniuerſi-
tas.ſ.ſcholarium,fabrorũ pelliparіorum, & ſimilium
bonis

bonis etiã cedere poteſt, allegat.l. 4 §.ſi aucto.ff.de
re iud.l fi.& ibi Bar.& doct.C.de iuriſd.omn.iud.l.ſi-
cut.§.1.ff.ꝙ cuiuſque vniuer.& l.fi.& ibi Bartol.ff.de
collegi.illici.ꝙ dictum pro no.ſequitur ibi Iaſo.in 3.
col.in prin.ſub nu.10. & ita firmat ante eos Alberi.in
rub.C.tit.noſtro.in vlt.col.verſ.item quæritur.nu.14.
3 & quãuis eccleſia bonis cedere poſſit, aliquem tamen
conuenire nõ poterit, niſi in quantũ facere poteſt, gl.
4 eſt ſingul.in cap.quicunque.il 1.16.q.7.quem text. in
propoſito allegat Abb. in c.cùm homines. in pen.q.
extra.de decim. Vbi quærit, ſi quis non recollegit niſi
tantum quantũ ſibi pro eius & familiæ victu ſufficit,
nunquid decimam ſoluere teneatur? arguit pro & cõ-
tra tandem concludit, ꝙ ille decimam ſoluere teneatur.
Sed Eccleſia remittere illi tenetur tantum, ꝙ viuere poſſit, cùm Eccleſia de ſuo ei prouidere teneatur, tanquã mater & omniũ animarũ cultrix, & dictat æquitas ꝙ eccleſia nullius miſeriam quærat. Subdit etiam, ꝙ vbi tanta eſſet inopia, ꝙ ille fame periret, ſi decimam ſolueret, ꝙ ille ad ſolutionem decimæ non teneatur, quia in tali neceſſitate omnia ſunt cõmunia, & ideò licitè & abſq; furti vitio de alterius bonis ſubtrahere poteſt, vt no.in c.ſicut.47.diſtin.& in c.ſi quis propter.extra, de furt. Ex quo ſequitur, quòd iſte talis qui decimam ſoluere tenetur, ſi non habet vnde ſatiſfacere poſſit eccleſiæ, beneficio gaudere poterit, ne excutiatur vltra quàm facere valeat: ſed intelligi poſſet, dummodo non ſit quoque eccleſia in neceſſitate conſtituta, per ea quæ dicemus infrà, in 13.quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Minor an bonis cedere poſſit, & non cedendo capi & carcerari valeat, & nu.14.19.& 21.*
2 *Infans capi non poteſt, nec etiã verbaliter citari.*
3 *Infans quomodo & qualiter citari debeat.*
4 *Pupillus quomodo & qualiter citari debeat.*
5 *Infans ſeu pupillus ſi citantur vt legitimè compareant, ſi contumaces erunt, contra ipſos ad primum decretum procedi non poterit.*
6 *Curator infanti dari non poteſt, ſed quo caſu dari poſſit, vide ibidem.*
7 *Impubes doli capax pro ciuili debito capi & carcerari poteſt, ſed in integrum reſtituitur: ſed contra, nu.11.*
8 *Minor 25.annorum, ſecundùm decretum patitur, ſed vide num.12.& 16.*
9 *Statutum, quòd contumax pro confeſſo habeatur, locum habet etiam in adulto.*
10 *Impubes doli capax ob contumaciam mulctari & excommunicari poteſt, ſed in integrum reſtitutionem habet.*
12 *Impubes quis dicatur.*
13 *Minor pro ciuili debito banniri non poteſt.*
15 *Minor in contumacia conſtitui non poteſt, ex quo ſeipſum defendere non valet, & nu.20.*
17 *Carceratio fieri non poteſt, niſi ex propria carcerati contumacia in non ſoluendo.*
18 *Carceratio ex duplici cauſa minori damnoſa eſt.*
21 *Minor ſi eius bona in cauſa mercantiæ ex ſtatuti diſpoſitione, adminiſtrari poteſt, hoc caſu capi & carcerari poterit.*

Cautela ad articulandum & probandum ſuper qualitate mercatura, per quam minori conceditur bonorum ſuorum adminiſtratio, & contra ipſum ad carcerationem deueniri poſſit.eod.

Minor an bonis cedere poſsit.

Quæſtio III. quartæ q. princip.

1 TERTIÒ quæro. an minor bonis cedere valeat,
& non cedendo contra ipſum ad capturam de-
ueniri poſſit, & in carceres detrudatur? Reſponde ꝙ
contra infantem nullo modo decerni poteſt.l. neque
impuberes.ff.de in ius voc. Quinimo etiam verbali-
ter citari non poteſt, d.l. neque impuberes.& l. 4.in
prin.& ibi Bart.ff.eod.not.in l.1.§.ſufficit.ff.de admi.
tut.tract.Spec.in §.verſ.Item non valet, in tit.de cita-
tion.& §.1.col.1.verſic.& quidem excipitur.in tit.de
actore, & in tit.de reo.col.4.in fin.verſ.item non po-
teſt agi contra infantes, tenet Bal.in c.1.de mili.vaſal.
2 qui contu.eſt.vbi ſubdit, quod creditor, qui ab infan-
te ſuum conſequi velit, iudicem adire, & coniunctos
ac infantis affines citari facere debet.l.ergo ff.ex qui-
bus cauſis maio.ꝙ idem ſequitur Afflict.in conſti.re-
gni.incip.Edictorum.col.7.ver.tertia quæſtio eſt, &
3 in deciſ.Neapol.262. Fuit in conſ.col.1.in prin.& ſe-
quen.vbi inquit, ꝙ iudex infantem citare non poteſt,
ꝙ legitimè compareat, per id ꝙ dicit Io.And.in ad-
dit.ad Spec.in tit.de reo.col.4.ſub ver.item ſi fiſcus,
in verbo, authoritate, vbi tenet, ꝙ ille qui vult alicu-
ius hæredes conuenire, prius diligenter inquirere de-
bet, ſi aliquis hæres eſt infans infrà ſeptẽ annos, & ſi
ibi ſit infans, contra ipſum vt hæredem, citationẽ non
faciat, ꝙ legitimè compareat, quia citatio nulla eſſet:
ſed per tutorem, ſi haberet: citari faciat, per text.in d.
§.ſufficit, & tenent hoc Bar.& Pau.de Caſt.in l.2.ff.de
4 cond.furt.& firmat Bal.in l.donatatum.ad fi.C.de ac-
quit.poſſ.& ſi tutorem nõ habeat, agnatos & cogna-
tos citari faciat, vt ad ipſum infantem defendendum
veniãt, & idem dicit Bar.in d.§.ſufficit. Si verò maior
eſt ſeptennio, citabitur pupillus ꝙ legitimè compa-
5 reat. Io.And in d. verſ.itẽ ſi filius, & Bart.in d.§.ſuffi-
cit, & ſequitur Marian.Soci in tract.de cita.artic.20.
q.19. Sed hæc opin.communiter damnatur, vt refert Alex.in d.l.neque impuberis, & Cagnol.in l.vnica.§.ſi procurator.col.7.verſ.Conſiderabam aliàs, nu.32.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.quia ſi tutorẽ habet, ille citari debet: ſi verò nõ habet, cõiuncti ipſius pupilli ad ipſum defendendũ citari debent, vt cõtumax reddatur pupillus, & ſic contra ipſum ad primum decretum procedi poſſit per l.hæc autem.§.1. & ibi not. Bart.in fi.ff.ex quib.cau.in poſſ. eatur cum concord. relatis per Alex.in l.ſi ex legati cauſa.in pen.col.ver. extra glo.colligit.ff. de verb.obligat. & ita conſuluit Abb.conſ.43.Ex omnibus.col.1.ver.ſed his non obſt. in 2.par.& ita iudicari vidi. Et tantùm prædicta ſunt vera, ꝙ ſi citatur ille qui eſt infans, vel maior infante, vt legitimè compareat, ad primum decretum procedi non poterit. Imo.in l.contra pupillum, & ibi Alex. ff.de re iudic.& conſuluit Abb.in d. conſil.43.in primo dubio. Quinimò ſi infans citatur vt legitimè cõpareat, & ſic nulliter, & pro eo tutor compareat, eũmque defendit, proceſſus non valebit, quamuis valeat, quãdo maior infante citatur, vt legitimè compareat, & pro eo comparet tutor, & ipſum defendit ſecundũ Paul. de Caſtr. & Alex.in dicta l. contra pupillum in

vltima

Digitized by Google

vltima col.verſic.ſed Paul.de Caſt.dicit,volens igitur
creditor infantem citare,iudicem adire debet,&con-
6 iunctos affinesque infantis citare,& facere ac curare,
vt illi tutor detur. Nam curator ſibi dari non poteſt,
cùm non detur, niſi petenti.l.qui habet.§.ſi pupillus.
ff.de tutel.& habetur per Afflict. in d.deciſ.262.dicit
tamen Bart.in l.Fulcinius.§. adeo.ad fi. verſic.fateor
tamen.ff.ex quib.cauſ.in poſſ.eatur, ꝙ ſi bona infan-
tis peritura eſſent,vel æs alienum graue immineret,ꝙ
iudex ex eius officio liti curatorem dare poſſet,quod
dictum intelligit Bal.in d.c.1.col.5.ad fin.verſ.de ci-
tatione infantis, de mili.vaſ. qui contum.eſt in vſib.
feud.procedere, dummodo iudex cum conſilio con-
iunctorum infantis curatorem decernat, & in ſubſi-
dium,quando non reperitur tutor, idem ſequitur A-
lex.in d.§.adeo,mouetur Bal.ibi,quia ſi iudex ex me-
ro officio curatorem vel tutorem remouere poteſt,
ergo & decernere.l.1.§.exigere,ſecundo reſponſo.ff.
de magiſt. conuent. erit igitur ſecundùm eum caſus
ſingul.in quo per inquiſitionē datur liti curator con.
tra not.in §.inuiti.inſt. de curat.mouetur etiam quia
ſi bonis abſentis ad creditorum inſtantiam datur cu-
rator,vt l.ab hoſtibus.§.1.ff.ex quib.cauſ.maio.eodē
modo infanti dari debet,quem certum eſt haberi pro
abſente. Item certum eſt ꝙ ventri datur curator re-
ſpectu eius qui eſt in vtero, ergo & infanti.l.1.§. ge-
neraliter.cum§.ſeq.ff. de vent. in poſſ.mitten. Dicit
tamen Bal.ibi,ꝙ nulla lex hoc expreſsè & clarè dicit,
ideo doct.in d.§.ſi pupillus.variant.refert tamē Pett.
ſimpliciter tenere,ꝙ infanti curator ad litem dari nō
poſſit per text.in d.§.ſi pupillus,ſed remedium credi-
torum eſſe,ꝙ coniuncti & amici pupilli, quos veriſi-
mile eſt,infantem defenſuros eſſe,citētur:& ſi defen-
dant,bene eſt:ſi verò non defendant, procedetur ad
miſſionem in bonis defuncti ad eorum venditionem,
ſi infans ex contractu defuncti conueniatur per l.hęc
autem in princi.& l.apud Iulianum.§.fi.ff. ex quibus
cauſ.in poſſeſſ.eatur,& hoc nedum in infante, verum
etiam in pupillo maiore infanti procedit, vt dixi ſu-
prà per ea quæ conſuluit Abb. in conſil.43.in primo
dubio, dicens, ꝙ contra pupillum ad primi decreti
interpoſitionem deueniri nō poteſt, niſi prius tutore
citato.Si verò pupillus tutorem non habear, cognati
vel affines requirēdi ſunt, & ſi qui fortè alij ſint,quos
veriſimile eſt defenſionem pupilli non omiſſuros,vel
per neceſſitudinem,vel per charitatem,vel alia ratio-
ne, vt probatur in d.l.hæc autem.§.non defendi.cum
ſequen.Bal.ramen vbi ſuprà, ait conſiderandum eſſe,
quod ſi infans ex contractu conueniatur, oportet ꝙ
in hæreditate ſe immiſcuerit, vt nota in l. ſi cùm do-
tem.§.tranſgrediendū.ff.ſol.mat.ſed hoc abſque tuto-
re fieri non poteſt.l.potuit.C.de iure delib.ergo,&c.
Quidam reſpondent quod immixtio.l.12.tabularum
ſufficit,vt l.2.& ibi per Cyn.ff.de cond.furti.ſed hæc
ſolutio ſecundùm eum dubia eſt in ſe,& in infante ex-
traneo falſa:vnde inquit, quod ſuppoſito caſu,infan-
tis extranei hæreditas iuncta eſt, hæreditati iacenti
dabitur curator.l.debitor.ff.de neg.geſt. Barto.in l.ſi
bona.ff. de bon.autho. iudi.poſſi.& in l. ſi quis inſti-
tuatur.§.fi.ff.de hæred.inſt.alioquin hæreditas iacens
tanquam res inanimata, latitare non poſſet,& ſic nec
ſecundùm decretum pati.d.l.ſi quis inſtituatur, in fi.
& ita per eademmet verba tradit Maria.Soc. in dicto
tract.de cita.in quinto articulo q. 18.Redeundo igi-
tur ad propoſitum noſtrum,ſi infans carcerari nō po-
teſt,vt dixi,etiam bonis cedere non poterit.Sed nun-
quid contra impuberem doli capacem realis citatio
7 committi poſſit? Bart.in tract.de carcerib.in 4.q.te-
net.pupillum doli capacem pro debito carcerari poſ-
ſe:verumtamen ſi aliquo caſu læſus fuit, in integrum
reſtitui poteſt per titulum.ff.de minor.Contra quam
opin.Caccialup.in tract.de debi.ſuſpect.& fugi.in 5.
q. principali allegat Bart.contrarium tenentem in d.
l.neque impuberes, dicens non poſſe in impuberem
pro ciuili debito capi per illum tex. idem tenet Bald.
in l.1.col.fin.ante fin.verſ.5. Quæro an minor poſſit.
C.titu.noſtro.& hoc putat Caccialup.eſſe verius,quā
opin.etiam ante eum tenuit, & eam ſibi placere dixit
Marian.Soc.in d.5.art.q.19.verſic.ſi verò loquimur.
Iaſ.autem in d.l. neque impuberes, primam opin.te-
net,ꝙ pupillus doli capax per tria fundamenta carce-
8 rari poteſt. Primo, quia minor.25.annor.ſecundùm
decretum patitur.tex.eſt in l.ſi minor.ff.de bon.auth.
iud.poſ.& tamen non interponitur, niſi adſit contu-
macia.l.Fulcinius.§.1.ff. ex quib. cauſis in poſ.eatur,
9 apparet igitur quod minor 25.annis, in contumacia
eſſe poteſt.Secundo per ea quæ not.vult Bal.in l.vni-
ca.col.14. ad fin.ver. Iuxta hoc quæro an adultus. C.
de confeſ.vbi tenet,ſtatutum diſponens quod contu-
max pro confeſſo habeatur, & in banno poni poſſit,
& in adulto ſibi locum vendicare, quia ex cōtumacia
banniri poteſt, & fuit originalis deciſio(quamuis ip-
ſe non dicat) Guido de Suza.in l.1. ff. ſi quis ius dic.
non obtemp.prout refert & ſequitur Io.And.in addi.
10 ad Spec.in § reſtat.verſi.ſed pone pupilli cum verſic.
ſeq.in addit.magna, in tit.de primo & ſecūdo decre-
to. Tertiò mouetur per ea, quæ vult Ange.in d.l.ne-
que impuberes,quod impubes doli capax, ob contu-
maciam mulctari & excommunicari poteſt, ſed be-
neficium reſtitutionis in integrū habet,allegat Spec.
in §.fi.in tit.de contumac.prout etiam dicit Bar.in d.
11 tractat.de carceri.in 4.quæſt.tu verò ſecundam opi-
nionem tene, ꝙ carcerari non poteſt, ex quo contu-
macia vera in minorem 25. annorum cadere non po-
teſt,vt infra dicemus,tanto minus in impubere etiam
doli capace. Ad primum fundamentum Iaſ. reſpon-
detur, ꝙ quamuis minor ſecundum decretum patia-
12 tur. carcerationem tamen nō patitur:quia miſſionem
non patitur,nec ex eius contumacia bonorum vendi-
tione,ſed ex curatoris contumacia, & nō ex eo,quod
ipſe fuit contumax, ſed quia non defenditur, vt infe-
riùs declarabo,prætcrea contra pupillum ad interpo-
ſitionem primi decreti, niſi prius citato turore deue-
niri non poteſt,vt ſuperiùs dictū eſt, per ea quæ con-
ſuluit Abb.d.conſil.43.in primo dubio,ergo, &c.Ad
ſecundum reſpondetur,differentiam eſſe inter impu-
berem,& adultum, impubes enim vſque ad 14.annū
dicitur:adultus verò, maior eſt 14.annor.vt probatur
in l.hæreditatum, & ibi not. glo.& doct.ff.ad l.Falc.
in l. qua ætate in princ.ff. de teſtamen.tradit Sal.in l.
mora.in 2.col.verſ. Nunc videamus.ff. de vſur.& Iaſ.
poſt alios in l. ſi frater.C. qui teſta. fac. poſ. ideo de
13 vno ad aliud non bene infertur, ex ea maximè quia
ibi in cauſa criminali, non autem in debito ciuili lo-
quitur,cùm iure cautum non reperiatur,adultum pro
ciuili cauſa banniri poſſe,vt voluit Bal.& Sal.in d.l.1.
col.2.verſ.oppo.6.C. tit noſtro. quamuis ibi glo.di-
cat,quòd loco carceris debitores hodie in banno po-
nuntur,ſed illa glo.ad terrarum ſtatuta reſpectum ha-
buit, diſponentia quod debitores ex publico inſtru-
mento ſi ad mandata non deuenerint, in banno po-
nantur, vt declarat Sal.in d.6.oppo.& ita intelligitur
quod no. Bald.in d.l. vnica de confeſ. Ad tertium per
not.per Ang.in d.l.neque impuberes, reſpōderi poſ-
ſe videtur, quod quamuis Ang. ibi teneat, impube-
rem doli capacem carcerari poſſe, cōtrarium tamen
ipſe

ipſe voluit in l.nemo carcerem. C. de exact.tribu. li. 10.quia ſi minor 25.annis, qui plus eſt quam doli capax,pro priuato debito carcerati non poteſt, vt infrà dicemus,tãto minus poterit impubes doli capax:quia ſi id de quo magis videtur ineſſe, nõ ineſt, nec etiam id de quo minus:& quod maiori non licet, non licet, etiam minori.tex.eſt in cap.ſi ergo.8.q.1.& ibi nota. per gl.& eſt bon.tex.in cap.ſi Paulus,& ibi gl.32.q.5. cum aliis concord. traditis per Nic. Euerar. in tract. de modo arguendi.argum.66.locus à maiori.in prin. & ſic concludo,quod impubes doli capax, bonis cedere non poteſt,quin carcerari non valet, & ita concludit Alex.in d.l.neque impuberes,nedum in pupil-
14 lo,ſed etiam in adulto.Deſcendendo modo ad minorem 15.annis, an contra ipſum ad realem citationem procedi poſſit.Dicit Bal.in d.l.1.col.fi.verſic.Quæro an minor.C.titu. noſtro. diſtinguendo: Aut eſt pupillus, & bonis cedere non poteſt, nec etiam pro debito carcerari:Aut eſt adultus,& ipſe etiam bonis cedere non poteſt,niſi ad creditoris petitionem,& cum iudicis decreto, quũ ceſſio ſit vniuerſorum bonorum alienatio.& l.magis puto.§.ne paſſim.ff.de reb.eo.nec carcerabitur, quia per ſe non ſtat, quo minus ſoluat, ſed per ætatis beneficium, quod in carcerem reſolui non debet.l.ꝙ fauorem.C.de leg.& ita per eadẽ verba ſequitur Sali. ibi in vlt.col.verſi.Quæro 11.an minor. quod autem carceri non poſſit, probatur ſecundùm Ang.in d.l.nemo carcerem.col.5. verſi. Ex prædictis.quem ſequitur Rom.conſ.120.Circa primum. poſt princ.verſi.Secunda igitur fuit opin.quia carceratio fieri non debet,niſi quum quis ſit contumax,ita quod contumaciter ſoluere ceſſet, & ſic requiritur quod contumacia præcedat,vt probatur in d.l.nemo. carcerem. & expreſſius probatur in l.conſentaneum C.quomodo & quando iud. ſecundùm vnum intellectum Iacob. Bar.& Bal.Clarum autem eſt, minorem
15 contumacem verè conſtitui non poſſe,cùm ipſe ſe defendere nequeat.vt d.l.contra pupillum. de re iudi.l. ſi minor.ff.de bon.auth.iud.poſ.l.cùm & minores.C. ſi aduer. rem iudi. & clariſſimè probatur in l.minor
16 etiam,ſi quaſi cõtumax.cum ſua gl.ff.de mino. Quod procedit, etiam ſi minor fuerit per ſuum curatorem legitimè defenſus, quamuis enim ex 2. decreto miſſionem & bonorum venditionem patiatur, vt d.l.ſi minor.cum ſimil.non tamen carcerationem patietur, quia minor ex curatoris contumacia non ex eo quod ipſe ſit contumax,ſed quia nõ defenditur, miſſionem & vẽditionẽ patitur,vt d.l.ſi minor.l.pupillus. & l.fi.
17 ff.de priuil.credi.Atqui carceratio fieri nõ poteſt,niſi ex propria carcerati contumacia in non ſoluendo, vt d.l.nemo carcerẽ. quæ propria cõtumacia in minorẽ non cadit,cùm ſibi rerũ ſuarũ adminiſtratio nõ ſit cõmiſſa:ideo miſſionem & bonorum venditionem,non autẽ carcerationẽ patietur:quia per miſſionem & vẽditionem non læditur minor, cùm debitum ſatisfaciat:& ſi læderetur, cõtra curatorem qui creditori nõ
18 ſoluit,cùm potuit,recurrere poſſet.l.3.§.pe.& fi.ff.de ſuſ.tuto.Sed carceratio multipliciter eſt minori damnoſa.Primò,quia per eum nõ ſatisfit minoris debito. Secundò, quia impoſſibile eſt à curatore per minorẽ carcerationis damnum recuperari, cùm ſit perſonale damnum. facit l.ſi quis prouocationem. C. de appel.
19 Quare concludit Ang.in d.l.nemo carcerem,ſub dubio tamẽ,quod minor 25. annis pro debito carcerari non poſſit, quia in minore iure cautũ non reperitur, ideo cogitandũ relinquit Ang.ibi.Eandem opin.con
20 ſulendo tenuit Tho.Doctius Senen.allegando Ang. & Rom.vbi ſuprà.Nam ad hoc vt quis carcerari poſſit,contumacia requiritur d.l.conſentaneum. Minor autẽ in cõtumacia verè cõſtitui nõ poteſt.d.l. minor. etiamſi quaſi contumax,cum gl.& ibi declarat Bar.ergo,&c. Aduertendum tamen eſt,ꝙ deciſio Bal.de qua ſuprà,ſatis dubia videtur,quãuis fauorabilis ſit,& præſertim quando minor bona non haberet,quæ ad alienationem iudicis decretum requirerẽt, vt d.§.ne paſſim.& per totum titulum.ff.de reb.eo.C.de præd.mi-
21 no. Vnde ex prædictis cautela ſumi poſſe videtur, ꝙ ſi ex forma ſtatuti minor bona ſua adminiſtrare poſſit,ex eo ꝙ fortè mercaturã exercet,vel quid ſimile,ꝙ hoc caſu,ceſſante prędictorũ ratione realiter citari & carcerari poſſet:hoc tamen caſu creditor cautus eſſe debet,vt articulos & probationes de illa mercaturæ qualitate faciat,per quã minori rerũ ſuarũ adminiſtratio cõceditur,vt minoris carcerationem obtinere valeat,& cautela hæc procedit, etiã retẽta Bal.& Ange. opi.de qua ſuprà,de quo tamẽ ſatis dubito,vt dixi,pręſertim ſi minor ſolũmodo bona mobilia aut ſe mouẽtia,vel iura & actiones,& nõ immobilia poſſideret,ex quibus mobilibus,iuribus & actionibus ipſe minor ſatisfacere poſſet,& etiã hoc caſu bonis cedere,& ideo videtur ꝙ carcerari poſſit. Itẽ quia ſi immobilia haberet, ſibi prouidere poſſet in ſolutũ dãdo cũ iudicis decreto,vel etiã bonis cedendo cũ authoritate & decreto iudicis,& aliis ſolemnitatibus requiſitis,& ideo imputandum ſibi videtur, & conſequenter citari realiter,& carcerari poſſe videtur.Cogita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad factum,an bonis cedere poſſit.*
2 *Maritus & vxor cõpelli poſſunt, vt in vnum redeant,& ſimul cohabitent, nec intereſſe præſtando liberantur.*
3 *Obligatus ad votum præciſè, ad illud exequendũ compellitur,nec ſufficit intereſſe præſtare.*

Obligatus ad factum, an poſſit cedere bonis.

Quæſtio quarta, quartæ quæſt princip.

1 QVARTÒ quæro, nũquid obligatus ad factum, bonis cedere valeat?Cy.in l.1.q.2.C.tit.noſtro. diſtinctionem ponit.Bat. verò in l.is qui bonis.§. Sabinus.ff.eo.refert,ꝙ quando lex dicit quẽ præciſè teneri iuxta not.per gl.& docto.in l.ſtipula.§.habet. ff. de not.ope.numia.& per eundem Bar,in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obl. ad ceſſionem non admittitur.Albe.de Roſa.in rub.C.tit. noſtro. col.1. verſ.Item quæro,nũquid ſimiliter Cy. ſequendo diſtinguit,aut debitor ad factũ, ad intereſſe cõuenitur, & tunc,inquit,prout in obligato ad dandum,ꝙ bonis cedere poteſt.d.l.1.Aut ad factũ conuenitur, & tunc ſi factũ tale eſt,à quo,intereſſe præſtãdo,liberatur, ꝙ eſt,quando perſonæ induſtria electa non erat, & tunc quia intereſſe præſtando liberatur, bonis cedere poteſt.Si verò perſonæ induſtria electa erat,tunc cedendo non liberatur.rationẽ diuerſitatis ibi aſſignat,quia in primo caſu creditori conſulitur,quia de bonis ſibi ſatisfieri poteſt,ſed vbi ad tale factum obligatus eſt, quod per alium expediri non poteſt, & ſic bonis cederet,& bonis ſatisfieri non poſſet, tunc ad bonorum ceſſionem non admittitur, ſed ad factum, etiam eum in compedibus retinendo,præciſè compellitur, ſicut de ſcriptore notatur in d.l.ſtipulatio. §. ſiue de no.

ope.nūtia. & habetur per Spec.in §.1.col. antep.verſ. Item eſt beneficium in tit. de renuntia. & concluſio. & pro hoc allegat tex.in l.vnica.§.ne aurē. C. de cad. tol.& in l.propter.C.tit.noſtro. Eandem diſtinctionē tradit Bal.in §.fi. col.pen. verſ. Secundò quæro. Inſt. de act.Bar.in d. §.Sabinus.hanc de electa perſonæ induſtria diſtinctionē redarguit per ea,quæ ipſemet latè ſcribit in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.in 8.q. vbi Alex.& Iaſ.in penu. col.ſequuntur eum. Idem tamen Alb.in l.qui bonis,in prin.ff.titu.noſtro dicit,ꝙ ſi ad factum præciſè compelli poteſt,ad ceſſionē non admittitur.ſecus,ſi non poteſt.& ad nor.per eum in d. §.ſiue,vbi de hoc plenè ſe remittit. Io. Fab.quem ſequitur Iaſ.in d.§.fi.col.3.in princ. verſ. Tertiò fallit. Inſt.de act. inquit, quod quando quis eſt ad factum obligatus,ad ceſſionē non admittitur,nec cedendo liberatur.rationem adducit, quia cauſa per quam quis cedendo liberatur, eſt impotentia ſoluendi:vbi ergo quis ad factum tenetur, talis impotentia ceſſat, quia facere poteſt,ergo cedendo non liberatur. Nec ſecūdùm eum dicatur,quod ad factum obligatus,intereſſe præſtando liberatur.hoc enim ſecundùm eum procedit,vbi illud præſtari poteſt:ſecus,ſi non poſſet.l.in ſtipulationibus.§.fi.& ibi doct.de verb.obl.Tu dic,ꝙ ad factum obligatus,bonis cedendo non liberatur,vt in ſcriptore tenuit Bal.in d.l.1.col.2.verſic.Quæro an obligatus.& ibi Sal.in 2. col.in fi.verſi. Quæro quintò,vbi hoc eſſe verum limitant, ſi obligatus faciendi facultatem habet,alioquin ob impoſſibilitatem & impotentiam ad intereſſe deuenitur,& ſic impoſſibilitate attenta,ad factum obligatus,ad bonorū ceſſionem admitteretur,conſiderato intereſſe, quod ob non faciendi impoſſibilitatem præſtari debet:& ſic creditor tot de bonis ſuis, quantum eius erit intereſſe factum non præſtari,accipiet.& ita reſtringit Io.Fab.vbi ſuprà,quem ibi etiam ſequitur Iaſ.in d.verſ.Tertiò fallit.Aduerte tamen,ꝙ dum Bar.in d.§.Sabinus.inquit, ꝙ vbi lex dicat,quem ad factum præcisè teneri, tunc non admittitur ceſſio,ſed præciſè compelli poteſt,nō videtur bene dictum,per regulam illam, quam tradit idem Bar. in d.l.ſtipulationes non diuiduntur, quem ibi ſequuntur omnes in 8.q.ſecundæ partis, quod ad factum obligatus,ex legis diſpoſitione ſemper præciſè facere tenetur,quamuis hoc expreſſè lex non dicat. Pro hoc adduco not.per Abba.in c.1.in vltimo nota-
2 bil.ſponſali.vbi tenet, quòd maritus vel vxor præcisè compelli poteſt, vt in vnum redeant,& ſimul cohabitent.nec intereſſe præſtando liberantur,quia ex diuina & humana lege ad cohabitationem obligantur, & ibi Barto.allegat in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.
3 Adduco etiam facere quod in voto præcisè compellitur obligatus ad votum exequendum, nec intereſſe præſtari ſufficit.c.quòd ſuper his.& ibi Abb.in 1.not. extra de voto.rationem aſſignat,quia iure diuino quis ad votum obligatur.c.licèt.extra, eod.& habetur per Prophetam Regium Pſalmo 75.dicentem:*Vouete,& reddite domino Deo veſtro, &c.* & Pſalmo 115.*Vota mea domino reddam,&c.*cùm ergo talis facti obligatio à lege inducatur, illa abſque eo quod exprimatur, ad factum præcisè eſſe dicitur, & ſic ad factum præcisè compellitur,nec intereſſe præſtari ſufficit.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores falliti,an ceſſionis bonorum beneficio gaudeant.*

Mercatores falliti appellantur cedentes foro,& fraudatores, & ſunt infames & infamiſſimi, eod.

Mercatores falliti, creditoribus laniandi tradi debent,ibidem.

2 *Statuta quod mercatores falliti creditoribus dentur lacerandi,valent.*

3 *Beneficium ceſſionis,eſt miſerorum ſubſidium, & non doloſorum præſidium.*

4 *Mercatores falliti, qui à communiter accidentibus deceptores & fraudatores ſunt, non excuſantur ob aduerſam fortunam, & dilatione quinquennali non gaudent.*

5 *Debitores omnia ſua bona in fraudē creditorū ſtudioſè dilapidātes, beneficiū ceſſionis nō habent.*

Debitor omnia ſua bona vel maiorem partē alienās,præſumitur dolo & fraude inops factus eo.

Idem, ſi in perditionis ludo, vel in meretricibus bona conſumpſit,vel poſteriores creditores prioribus præpoſuit,ibid.

6 *Receptās mercatorē fallitū in ſua domo,an illū indicare teneatur, & creditoribus exhibere, vel ad intereſſe teneatur ſi bona falliti nō ſufficiūt.*

Mercatores falliti,an bonis cedere poſſint?

Quæſtio quinta, quarta quæſt.princip.

1 QVINTÒ quæro, nunquid mercatores falliti, quos Bar.in l.ſingularia.col.6.verſi.ego dico cāpſori.& ibi,Purpura.nu.93.ff.ſi cer.pet. vocat cedentes foro.& Bal.conſ.382.in quæſtione M.col.fi.circa fi.verſ.item ſi fallitus.ſub nu.19.vol. 5.fraudatores appellat,ceſſionis beneficium habeant? Bal.conſ.40. in
2 libris theſaurariæ,col.2.in prin.verſic.item quia ſunt. nu.4.eo.lib.5.dicit,ꝙ quum iſti infames & infamiſſimi ſint,(qui more antiquiſſimæ l.12.tabularū,creditoribus laniandi tradi deberent, vt voluit gl.fi.in l.fi.C. tit.noſtro.quæ tamen in hoc cōmuniter damnatur,vt refert Affl.in deciſ.378. quidam debitor ſupplicauit. nu.2.Sed Bal.ibi in 2.col.in princi.verſ.quid de falſis mercatoribus. nu.4. inquit valere ſtatutū contra tales cum pecunia aufugientes,ꝙ creditoribus dentur lacerandi,ꝙ declarat Sal.ibi in fi.cōtra doloſè fugientes, non ex fortuna, procedere, vt etiam conſuluit Pariſi. conſ.94.ſpeciales.col.pen.in prin.nu.60.vol.1.& latè Mod.Anchoni.in tract.de mercatu.in 3.par.ſub rub. de Decoctorib.) ceſſionis beneficiū, ꝙ eſt miſerorū ſubſidium, non doloſorum præſidium, ob eorū dolū nō habēt,vt not.in l.fi.in fi. ff. quæ in fraudē credi.& in l.pē.ff.de iure dot.& tradit Boëri.in deciſ.349.Quæritur an ciuiliter, col.10.verſic.& iſta opi.& in deciſ. 215.Incarceratus pro delicto.col.3.in prin.verſ.Adeo quod propter Ruin.conſ. 90. viſa locatione.col.9.in fi.verſ.Ex alioquoque.ſub.nu.13.vol.1.& Ioan. Bap. de Plot.in repeti.l.ſi quando.nu. 179.verſ. Sic & cōtractus.C.vnde vi. Plus inquit Bel.d.conſi.382.in fi. nu.20. ꝙ cùm à communiter accidentibus falliti ſint deceptores & fraudatores, omnibus ineſſe præſumitur,ꝙ quaſi omnibus eſt commune,nec ob aduerſam fortunam excuſantur, & tales etiam quinquennalis dilationis beneficio non gaudent,vt conclūdit Boëri. in d.deciſ.346.col.8.in fin. verſ.nec per conſequens. & col.ſeq. de cuius veritate infrà in 26. q. principali patebit. Et ſupradictis infertur, ꝙ omnes debitores qui ſtudioſè omnia ſua bona in fraudem creditorum dilapida-

dilapidauerunt,ita vt aliqua non reperiantur, debent in carceres detrudi, & ceſſionis beneficium non habent.d.l.fi.§.fi.& ibi glo.& Bar.quæ in frau.credi. & idem Bar.in l.alia.§.eleganter.ad fin.ff.ſol.mat,Bald. in d.l.1.col.2.verſ.quæro,vtrum ille.& col.fi.verſ.iſtã autem renũtiationem,C.titu.noſtro vbi exemplificat in eo,qui dolo & fraude factus eſt inops, & præſumitur ſi omnia bona ſua vel maiorem partem alienauit, l.omnes.§.Lucius ff.quæ in frau.credit. ſiue ſimul & ſemel,ſiue interpellatis vicibus,vt l.nomen.§.filio.de lega.3.vel bona ſua in perditionis ludo conſumpſit,vt l.ſi quis cùm ſciret.ff.de vſucap.pro empt.vel in meretricibus quæ perditorũ animas deuorant.vt l.1.C. de natu.libe.& dicetur infrà in 28.quæſtio.vel prioribus creditoribus poſteriores præpoſuit,quod facere non debuit,cùm pro rata ſolui debeat,vel ſecundum prius & poſterius,ſi habent hypothecas, niſi ex legis vel ſtatuti diſpoſitione ſoluens hoc faciat.vt l.fi.§.& ſi præfatam.C.de iure delibe.& iuxta ea quæ cõſuluit Paul. de Caſt.conſ.179. Viſo puncto ſupraſcripto & allegationibus.vol.ſecũdo in nouis.prout infrà dicemus in 24.q.in prin.& ita tenet & proſequitur Sal.in d.l.col.fi.verſ.ſed iuxta hoc moueo. Aret. in §.fi.in prin. verſ. Nonò prædicta regula.Inſt.de act.& Vitalis in tract, 6 clauſula.ſub rubr. An poſt renunt.beneficior. ceſ.bo. col.2.in prin.& dicemus infrà in 28.quæſt.Sed quid ſi talem falli tum fugientem,in domum meam recepaui?an illũ creditoribus iudicare & exhibere , vel ſaltẽ ad eorum intereſſe tenear? Bal.d.conſ.382.col.pen.in prin.verſ.ſubſequenter eſt videndum.tenet,quod illũ indicare non teneor, & minus ſecundùm Gerard. in ſing.17. Diligenter no.viuum exhibere,ſed ad intereſſe teneor , ſi fallitus ſufficientia bona pro creditorũ ſatisfactione non haberet,vt ibi per eum,in fin.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæreditatem adiens, non confecto inuentario,an ceſſionis beneficium habeat.*

2 *Debitor ſi poſt ceſſionem deceſſit,& eius hæres hæreditatem adiuit,non confecto inuentario,an inſolidùm teneatur,vel vti poterit ceſſionis exceptione.*

Hæres inuentarium non conficiens:creditoribus vltra vires hæreditarias tenetur: & quomodo hoc procedat,ibidem.& nu.2.

Hæreditas tranſit ad hæredes cũ ſua cauſa,ſuiſque vitiis,eo.nu.2.

3 *Debitor non habens vnde ſoluere poſſit,carcerari non poteſt,ſi vult cedere bonis.*

Debitor ſi poſt ceſſionem ad pinguiorẽ fortunam peruenerit, non conuenitur niſi in quantum facere poteſt,eod.

Hæres eadẽ perſona cum defuncto cenſetur, ibid.

4 *Delictũ in cõmittendo maius eſt quã in omittẽdo.*

Conditio hæredis & defuncti, inæqualis eſſe non debet,eo.

5 *Debitor ſi in id quod facere poteſt , condemnatus eſt,an eius hæres idem beneficium habebit?*

6 *Filiusfamilias ſi per imperitiam tulit ſentẽtiam, quo caſu non tenetur vltra quam eius patiãtur facultates, an eius hæres nõ cõfecto inuentario,idem priuilegium habebit.*

7 *Hæres non confecto inuentario, allegare nõ poteſt tot & tanta eſſe in hæreditate bona,& illa nõ eſſe ſoluendo:ſecus,ſi confecto inuentario.*

8 *Beneficium quod datur certis perſonis, vt non teneantur vltra quam facere poſſint,non tranſit in hæredem,nec in fideiuſſores.*

9 *Beneficia perſonalia ad hæredes non tranſeunt,*

10 *Beneficiũ reſtitutionis in integrum, quo ad quãdã perſonale eſt:quo ad quedã , reale dicitur.*

11 *Hæres in foro pœnitentiali,non confecto inuentario,vltra vires hæreditarias non tenetur.*

Hæres non confecto inuentario, an bonis cedere valeat.

Quæſtio ſexta,quartæ quæſt.princip.

1 SEXTÒ quæro, nunquid hæres qui non confecto inuentario hæreditatem adiuit,ceſſionis beneficiũ habeat? Reſpond.quòd non,quia in eo dolus & bonorum ſubtractio præſumitur.§.ſancimus.auth.de hære di & Falcid.Bald.conſi.382.in quæſt.M.col.fi. ad finem.verſi.item ſi fallitus.nu.9.vol.5.Idem,ſi rem aliquam furto ſubtraxit.l.non dubium.C.de lega.Bal.in l.1.col.2.in prin.verſ.Quæro an hæres.C.tit. noſtro. & Iaſ.poſt alio in §.fi.2.verſ.An autem ille.nu.9.inſtitu.de act.Sed quid ſi debitor poſt bonorum ceſſionẽ 2 deceſſit,& eius hæres non confecto inuentario, hæreditatem adiuit,creditoreſque ab eo petunt , vt totum ſoluat,an inſolidum teneatur hæres,& ad ceſſionis beneficium, non admittatur, an verò vti ceſſionis exceptione poterit,vt defunctus poterat? Videbatur dicẽdum,quòd inſolidũ teneatur, & ceſſionis beneficium non habeat per ea quæ ſuprà dicta ſunt,cùm etiã hæres de iure digeſtorum & C.inuentarium non conficiens, creditoribus vltra vires hæreditarias teneatur. l.quæ dotis.ff.ſol.matr.& l.fin.§.& ſi præfatam,& §.ſi verò poſtquam,C.de iure deliberandi.& § ſi verò nõ fecerit.in auth. de hæredi.& Falcid. cum concordan. relatis per Boërium conſ.53.Sæpè.in 2.col.nu.3.Bal. verò in l.fi.in fine.C.titul.noſtro contrarium determinat,dicens,quòd ad totum non tenetur, quia licèt inuentarium non fecerit, habet tamen defuncti beneficia , quia cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis tranſit hæreditas, nec in plus tenetur hæres quàm defunctus:& beneficia per defunctum adepta , ad hæredes tranſeunt: & eis tam in agendo,quam in excipiendo,competũt. 3 Quæ opinio confirmari videtur. Nam certũ eſt,quod ipſe principalis debitor , ſi non habet vnde creditori ſatisfacere poſſit,carcerari non poteſt , ſi vult cedere bonis.d.l.1.C.tit.noſtro.& ſi bonis ceſſerit, & poſtea ad pinguiorem fortunam peruenerit, conueniri non poteſt,niſi inquantùm facere poteſt,iuxta l.qui bonis. ff.eod.& l.ex cõtractu.& ibi doctores,C.de bonis authori.iud.poſſiden.idem ergo erit in hærede, cùm eadem perſona cum defuncto cenſeatur §.1 auth.de inceſt.reiur.à morien.præſti.cum vulga.& maior videtur eſſe ratio in hærede,quod inquantùm facere poteſt,cõueniri debeat,quàm in defuncto,qui cũ creditoribus contraxit,& non ſoluendo,inmò bonis cedẽdo,qua-4 ſi deliquit.hæres autem omittendo delinquit ex co, quod inuentarium facere neglexit.Sed maius delictũ eſt in cõmittendo,quam in omittendo.l.ſeruum.ff.de verbo.obligat.Rom.conſi.330.circa primum col.penul.circa finem.nu.23.& ſi viueret defunctus & ceſſiſſet

ſiſſet bonis, & de nouo facultates & bona acquiſiuiſſet, nō teneretur niſi in quātū facere poſſet.d.l.qui bonis.& d.l.ex contractu:ergo nec etiam hęres:quia defuncti & hæredis conditio inæqualis eſſe nō debet, & ex perſona hæredis obl.cōditio non mutatur.l.2.§.ex his de verb.oblig. His tamē non obſtan.cōtrariā opi. tenet Salic.in d.l.1.in fi.C.ti.noſtro qui mouetur per text.in d.§.ſi verò non fecerit. vbi præſumptio eſt, quòd hæreditatem opulentam & ſoluendo hæres inuenerit, & hæreditaria bona ſuppreſſerit, & ſic præſumpta pinguedo exceptiones prius ab inopia cautatas ceſſare facit,& hæc ratio ſecundùm eū fortis eſt,
5 nihilominus cogitandum relinquit. Ego verò pro huius opinio.confirmatione contrà Bal.eundem Bal.adduco in l.2.vers.Tertiò quæro.C.q cū eo.vbi quærit, condemnatus eſt aliquis in quantū facere poteſt, nunquid eius hæres idem habebit beneficium?arguit quòd ſic,quia licèt non ſit de ſe tranſitoriū hoc beneficiū,argu.l.verum.§.1.ff.pro ſocio.propter ſententiā tamen ſit ei tranſitio,quaſi nūc ex iure ſententiæ,non ex iure contractus agitur,arg.l.3.§.idem ſcribit.ff.de pecul.contrariū tamen determinat,ne condēnato vel eius hęredi condēnatoria profit.arg.l.euidenter.ff.de excep.rei iud.ſecundū Nic.de Matta.& aliam rationē adducit ſecūdùm eū ſubtiliorē, quia quāuis iſta verba ſint in ſententia declarata,iſtud tamen eſt iuris beneficium,& non ſententiæ,vt l.miles.§.1.ff.de re iudi.& ideò ad hæredem non tranſit,quia perſonale,arg.l.nō ſolū.§.ſi puellæ.ff.de ritu.nup.& l.quia tale.ſol.matr.
6 Eundē Bal.etiam adduco in auth.ſed cū teſtator in ſi. verſ.Itē extra quæro.C.ad l.Falc.vbi quærit, filiusfa. per imperitiam tulit ſententiam, eius hæres inuentariū nō fecit,certum eſt quòd filius non tenetur niſi in quātū bono viro æquum videbitur,id eſt, non tenetur vltra quā filij facultates patiantur inſpecto ſententiæ tēpore.l.ſi filiusfa.ff.de iudi.Paris de Put. in tract. de ſyndi.in §.iudex malè iudicans.col.3.nu.7.verſ.Iudex qui iudicauit per imperitiam,nunquid eodē modo eius hæres tenebitur, qui inuentariū non cōfecit?
7 Respond.Bal.quòd non:ergo inſolidum tenebitur,& ſic ad ceſſionis beneficium propter nō confecti inuētarij dolū,non admittitur. Adduco etiā quòd hæres allegare non poteſt tot & tanta bona etiā in hæreditate,& illa non eſſe ſoluendo,niſi inuentarium confecerit.vt declarat Alex.& doct.in l.ſi conſtante,in princ. col.6.verſ.Tertiò reſpondet,ſol.matr.& Iaſ. in l.fi.§. licentiā col.1.in fi.verſ.Ego omiſſo.C. de iure delib. vbi inquit, quod quāuis vera & communiter approbata ſit gl. in l. cùm de lege.ff.de probati. quæ voluit quòd probare volens defuncti facultates non eſſe ſoluendo, ſufficit quod dicat tota bona eſſe in hæreditate,& non plura. Nihilominus intelligitur,quādo præſumptio cum eo ſic aſſerente cōcurrit, prout patet in tex.d.§.licentiam. Ex quo enim hæres ſolemniter inuentarium fecit,præſumptio eſt quod plura nō ſint in hæreditate bona,& tunc probatio per modum prædictū ſufficit,& ita tenet & proſequitur Alciat. in tract. de præſumpt.in 20.præſumptione tertiæ regulæ.Si ergo inuentarium non fuit confectum, per hæredem, allegari non poteſt, hæreditatē non eſſe ſoluēdo:immò niſi contrariū probetur,ſoluendo eſſe præſumitur non confecto per hæredē inuentario:& ideo concludendū videtur,quod nō cōfecto inuētario, hæres ceſſionis exceptionem opponere nō poſſit.& cōtra Bal. tenet Alex.in d.l.fi.§.& ſi præfatam poſt prin.verſic. Alius eſt caſus. nu.4.C de iure delib.dicēs,quòd hæc opin.Bal.eſt cōtra tex.in l.maritum cum l.ſeq.ff.ſolu. matr. Non obſt.adducta per Bal. quia per eum allegata,eius intētionē nō probant.fateor enim quòd in integrū reſtitutionis beneficiū q minori defuncto cō-
8 petit,in hæredem tranſit.Sed beneficiū q certis datur perſonis,vt nō teneatur niſi inquantùm facere poteſt, de quibus meminit Iuriſconſultus in l. ſunt qui in id. cū duabus legibus ſequen. ff. de re iudic. in hæredes nō trāſit,vt d.l.maritū,& ibi Alex.poſt alios, in prin. nec fideiuſſ.immò ipſi inſolidū tenētur,vt eſt tex. expreſſus in l.ſciendū.ff.de re iud. in l.etſi fideiuſſ.eodē tit.in l.ſed & ſi ex pa.te.§.ſoli autem.ff.quod cū eo.& in l.verū.§.1.ff pro ſoc.vbi apertè probatur, q hoc beneficiū hęredibus nō cōpetit,nec ſucceſſoribus illius, cui tale beneficiū cōpetebat.ratio eſt,quia hoc eſt beneficiū perſonale,vt dicit textus.in d.l.verū.§.1.& gl.
9 in d.§.ſoli autē.beneficia autē perſonalia ad hæredes non trāſeunt.d.l.quia tale.& l.eū cū ſimil.ff.de priuil.
10 beneficiū autē reſtitutionis in integrū,quo ad quædā, perſonale eſt,vt in caſus in quibus ad fideiuſ. nō tranſit,quo ad quædā,reale dicitur,vt quo ad tranſmiſſionē ad hæredes,vt l.minor.§.ſi.ff.de minori.& l.nō ſolùm.ff.de in integrum reſti.ſecundùm Bartolum in l. fi.verſ.Sed contra hoc C.de fideiuſſo. mino.& eſt ratio ſecundùm Bald.in l.1.eod.tit. quia hæres perſonā principalem in eadē obligatione repræſentat,fideiuſſor verò non:& ſi quis eſt ibi reſpectus, in diuerſa eſt obligatione: quia à principali diuerſa eſt fideiuſſoris obligatio.At in caſu noſtro beneficiū quod defuncto competebat,qui bonis ceſſit,tale erat quod conueniri non poterat niſi inquantùm facere poteſt,vt d.l.qui bonis, & d.l.ex contract. ergo ad eius hæredē trāſire non poteſt,ergo nō confecto inuentario, in foro iudiciali conuenitur,nō in id quod facere poteſt, ſed in
11 integrū, vt inquit text.in d.l.ſciendum. quod tamen in foro pœnitentiali ſecus dicendum eſt,in quo hæres vltra vires hæreditarias non tenetur, quamuis inuentarium non confecerit,ſecundùm Ioan.And.in capit. quanquā de vſur.in 6.in nouel.ſuper gl.in verbo,dicebat.& in addi.ad Specu.in §. dicto in verſ. nunc dicamus de inuentario.in addit.incip. an in foro conſciētiæ.in tit.de inſtrumen.editio.quem refert. Angel. in rubr.ff.de acquiren.hæredita.& in l.more.eodem tit. & in l.1.§.hæc ſtipulatio.col. 2. verſ.Sed in foro conſcientiæ.nu.3.ff.quis plus quam per l.Falci. cum aliis citatis per Boëri.conſ.53.nu.3.cum ſeq.& ita concludendum puto contra Bald.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui non moleſtatur à ſuis creditoribus, an bonis cedere poſſit?*

2 *Beneficium ceſſionis, eſt miſerabile & ſubſidiarium auxilium, inuentum vt quis carceres euitare poſſit.*

Debitor non moleſtatus à creditoribus,an bonis cedere valeat.

Quæſtio ſeptima, quarta quaſi princip.

1 SEPTIMÒ quæro, nunquid debitor qui ab eius creditoribus non moleſtatur,bonis cedere poſſit? Iac.de Aretin. quem refert & ſequitur Albe. de Roſ. in rubr.C.tit.noſt.in 2.col.in fin.verſi. Item quæritur nunquid debitor.& Cyn.in l.1.q.8.eo.tit.quem etiam ſequitur Bal.in §. fi. col.fin.ver.Quæro vlterius, nunquid debitor.vbi Ioā.Fab.& Iaſ.in pe.col. in prin.verſic.8.

ſic.8.prædicta reg. Inſti.de actio.tenet,quod non ratio eſt,quia ceſſionis beneficiū miſerabile eſt, & ſub-
2 ſidiarium auxilium adinuentum,vt quis carcerem euitare poſſit:cùm ergo à creditoribus non moleſtetur, non eſt ad ceſſionem admittendus.quamuis enim debitor creditoribus non inſtantibus ſoluere poſſit,non tamen bonis cedere valet.Præterea ſi creditoribus nō petētibus admitteretur ceſſio, de facili poſſet in bonis quęrendis creditoribus magnū fieri præiudicium, quod eſſe non debet,& ita firmat Boēri.in deciſ.349. Quæritur an ciuiliter.col.8.verſ.Sic etiam debitor.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio communicationis, an excommunicato impedimentum præſtet,vt ad bonorum ceſsionem non admittatur.*

2 *Clericus conuentus ab eius creditore,quā cautelā in excipiendo vti poſsit.*

3 *Excommunicatus per ſententiam ab auditore ſacri palatij,admitti non poteſt per auditorem cameræ Apoſtolicæ ad bonorum ceſsionem.*

Excommunicatus an bonis cedere poſſit,

Quæſtio octaua, quartæ quæſt.princip.

OCTAVÒ quęro,nunquid excommunicationis exceptio præſtet excommunicato impedimentum,vt ad bonorum ceſſionem nō admittatur? Videtur dicendum quòd ſic,per tex.in c.intelleximus, extra de iudic.Fred.tamen de Senis. contrarium conſuluit cōſi.193.In quæſtione verrente.& ſic debitor.nō
1 obſtāte excommunicatione, bonis cedere poterit,& per ceſſionē ab excōmunicatione liberabitur, vt ſentit gl.in c.Odoardus.in verbo,nō valentem.ibi,ſi ceſſiſſet bonis.& gl.ſi.ſecūdùm Abb.ibi extra.de ſol.vbi Imol.latè in penult.col.verſiculo iuxta prædicta quęritur,an exceptio excōmunicationis.Sed aduertendū eſt,quod quamuis gl.& Fred.ſentiant quod per ceſſionem ab excōmunicatione liberabitur, hoc tamen nō eſt ita paſſim & abſolutè verum, cùm in d.cap. Odoardus. debitor non fuerit carceratus,quamuis debitū agnoſceret,nec ceſſit bonis, nec cedere paratus erat: nec aliqua de ceſſione fit mentio, immò ſecūdùm An
2 cha.& Abb.ibi in fine.clericus debitor ad cedendum non arctatur,ſed tantùm in id quod facere poteſt, & non vltra conuenitur,habita ſcilicet ratione ne egear, cùm alimentis quotidianis non ſit fraudandus, vt diximus ſuprà in 3.q.nu.10.cum ſequen.& tenet Hoſt. in ſum.tit.noſtro,in prin.& pauci hoc priui.habēt ſecundum Roſre.in tract.lib.in tit.de offi.iud.quo cura datur bo.col.1.in fi.verſi.Eſt & aliud & ꝓpterea Affli.in conſt.reg.incip.Si quis cle.in 6.no.caut.cle.pręſtat,quod quādo ipſe pro ciuili debito & actione perſonali conueniretur,non dicat,cedo bonis,quia tūc per creditorem dimiſſis ei ſolùm veſtimētis ſpoliari poſſet,ſed excipiendo dicat:ego ſum priuilegiatus,quòd non poſſum niſi relictis mihi alimentis conueniri. & ita per ſupradicta iura.tenet Imo.in d.c.Odoard. quē ſequitur Iaſ.in l.miles. col.pen.ff. de re iud. poſſet tamen cedere bonis,ſi beneficio prædicto gaudere nollet,vt tenet Ro.in ſing.565.quæro an eccl.in fi.& Eufre.in addi.ad Capel.Thol.ſuper q.136.Itē fuit quæſitū,an exceptio ceſſionis:Tu dic ꝙ quamuis in dict. decretali Odoard.nō appareat,debitorem fuiſſe carceratum,nec ceſſiſſe bonis,non negatur tamē ipſum, etiamſi voluerit,cedere poſſe iuxta tex.in l.1.C.ti. noſtro & per Roman. vbi ſuprà, & cedendo ab excommunicatione liberabitur,cùm illa decretalis aliud nō exigat, niſi quòd conſter debitorem in totum vel in partem ſoluere non poſſe, quod per ceſſionem, vel per teſtes, vel quia bona ſua fortuito caſu perdidit, vel etiam per proprium ſuum iuramentum conſtare poteſt, & tunc ab excommunicatione abſoluendus erit ſecundùm dominos de Rota in deciſi. 567. vtrum poſſit in vltima col. verſicu. nam dico in an-
3 tiquis. Scias tamen quod excommunicatus per ſententiam ab auditore ſacri palatij, ad ceſſionis beneficium per auditorem cameræ Apoſtolicæ admitti non poterit, vt concluſum fuit per dominos de Rota, vt refert Ægidi. in deciſio. 196. vtrum auditor cameræ.

SVMMARIVM.

1 *Subditi ad euitandum onera & collectas à ſuperiore impoſitas,bonis cedere non poſſunt.*

2 *Debitor fiſci quando non eſt ſoluendo,poteſt ab impoſitas collectas cedere bonis:ſi verò eſt ſoluendo,capitur:ſed ſub aperta cuſtodia in palatio detinetur,donec ſoluerit & nu.4.*

3 *Debitor fiſci ex delicto non cedit bonis, & cedendo non liberatur.*

4 *Debitor fiſci ex cauſa tributaria carcerari non debet,ſed ſub honeſta cuſtodia, etiam ſi ſit in ſoluendo contumax,detineri.& nu.6.*

5 *Debitor fiſci ex contractu vel quaſi, cedendo bonis à carcere liberatur, etiam quòd in ſoluendo ſit contumax.nu.6.*

7 *Collecta pro modo ſubſtantiæ, id eſt, per æs & libram imponi debet.*

Collectæ naturaliter ſunt onera rerum, ſed formaliter ſunt onera perſonarum eo.

Munera mixta quæ dicantur,ibid.

Munus quale ſit collecta,ibidem remiſsiuè.

Subditi ob collectas impoſitas, an bonis cedere poſſint.

Quæſtio nona,quartæ quæſt.princip.

1 NONÒ quæro,Subditi, quibus aliquod imponitur onus publicum, vel collecta, an bonis cedere poſſint? Reſp.quod non, vt eſt tex.in l.propter, vbi Bald.& Sali.C.titu.noſtro, ſequitur Iaſ.in §. fina. colum.3.in fin.verſic.6. ſupradicta regu. Inſt. de act. Immò ſi ad ceſſionis beneficium fuiſſent in fiſci fraudem admiſſi, non obſtante ceſſione, ad collectarum ſolutionem compelli debent, & onera publica, pro bonorum quantitate, quæ poſſident, ſubire tenentur ſecundùm Paul. de Caſtr. in d.l.propter.Dicit tamen
2 Ioan.Fab.in d.§.quod fiſci debitor,propter collectas bonis cedere poteſt. Sed Cyn.in d. l. 1.quæ.3. C. tit. noſtro, limitat hoc procedere, quando non eſt ſoluendo, quod ſequitur Iaſo. in d. §. fin.colum.3.verſ. Quinta ſuprà ſcripta regula.nume. 14. Si verò eſt ſoluendo,tunc capietur ſed non carcerabitur,donec ſoluerit. idem ſentire videtur Bald. in d.l.1.col.2. verſi.

quæro nunquid debitor fiſci. Sal. ibid. col. 3. in prin. verſi. quæro ſexto debitor fiſci, quem ſequitur Aret. in dicto §. fi. col. 3. in prin. verſ. quæro, an nõ tantùm
3 debitor, diſtinguit: Aut fiſci debitor, ex delicto debitor eſt, & cedere non poteſt, nec cedendo liberatur, ne delictum impunitum remaneat l. ita vulneratus. §. penulti. ff. ad l. Aquil. & etiam quia non valens ſoluere
4 in ære, luit in corpore l. quicũque cum vulg. C. de ſer. fug. Aut eſt debitor fiſci ex cauſa tributaria, & tũc carcerari non debet. l. nemo. C. de exacto. tribut. lib. 10. intellige tamen ſecundùm Albe. in l. diuus. ff. de custo. reo. ſi ſoluere paratus eſt, tot ſoluere nõ poteſt, vt no. per Dy. in l. ſacrilegi. la. 2. ff. ad l. Iul. pecul. & per Cyn. vbi ſuprà. & tũc honeſtè ſub cuſtodia detineri debet, etiã ſi in ſoluẽdo ſit cõtumax, vt d. l. nemo. verſ. ſi quis, & per Albe. in d. l. diuus. & eſt ratio ſecundùm Sal. Quia tributa rebus, vel perſonæ propter res imponuntur. vt nota. in l. indictiones. C. de ann. & trib. li. 10. Ideo cùm reperiatur vnde ſolui poſſit, noluit lex ꝙ talis debitor carceretur, ſed tãtùm detineri iuſſit: ipſo verò cõtumaciter non ſoluente, bona eius per fiſcũ venduntur, vt in d. l. nemo. & ideo inquit Alb. in d. l.
5 diuus. in fi. quod eſt ſatis mirabile, quòd prius perſona detineatur, quam bona capiantur. Aut eſt fiſci debitor, ex contractu vel quaſi, & tunc indiſtinctè cedẽdo bonis, ſecundùm eũ, liberatur. & eſt gl. in §. pen. in verbo, debita. Inſt. de ſociet. quã allegat Guliel. de ludo. in ſuo ſing. 44. incip. gl. eſt, ꝙ debitor fiſci. quã prius allegauit Veronen. in cõſ. 9. quidã ex delicto. in prin. quamuis Cy. in d. 3. q & Bar. in d. l. ſacrilegi. §. fi. aliàs l. cum eod. in fi. ff. ad l. Iul. pecul. dicant, quod ſi in ſoluendo contumax erit, bonis cedere non poterit, aliàs ſic. ſed hoc in debitore latitante, & debitũ non confitente procedit, vt declarat Sal. vbi ſuprà, cuius opi. mihi placet, quia ſi ceſſionis beneficium cuicũque debitori cõceditur, vt carceres effugere valeat, vt diximus ſuprà in 4. q. principali, in prin. etiã in executione ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, vt etiam in 2. q. princ. dictum eſt, ergo in iudicio, cõparendo, & debitum agnoſcendo, quamuis contumax ſemper fuerit ex quo carcerari poteſt, ad ceſſionis beneficiũ admittetur, & ſic cedẽdo liberabitur. d. l. 1. C. ti. noſtro, alioquin ſequeretur, ꝙ dictæ leges, quæ non diſtinguunt, in debitore tantùm confitente & ſoluente, intelligerentur: quod non eſt dicendum, immò etiam in debitum agnoſcente, & illud nõ ſoluente procedunt, vt ex illis colligitur. Si enim debitor ſolueret, vtique non carceraretur, nec bonorum ceſſio requireretur: ſed ex
6 quo eſt in ſoluendo contumax, carceratur: ideo vt à carceribus liberetur, ad ceſſionis beneficium admittitur. Concludo igitur cum Sali. quod debitor fiſci ex contractu vel quaſi, etiam quod in ſoluendo ſit contumax, debeat ad ceſſionis beneficium admitti, ſi in iudicio debitum agnouerit, & carcererur, prout carcerari poterit, ne deterioris cõditionis ſit fiſcus, quàm ſit
7 priuatus, vt inquit Salic. vbi ſuprà. & quia ſuperius de collectis mentionem feci, ſciẽdum eſt quod tales collectæ, pro modo ſubſtantiæ imponi debent, quod vulgares per æs libram appellãt, & iſtæ collectæ naturaliter ſunt onera rerum, id eſt, patrimonialium, ſed formaliter ſunt perſonarum ſubiectarum onera, quę perſonis inducuntur: & quia forma & materia vnum totũ faciunt, ideo munera mixta dicuntur. Bal. in d. l. propter, & in l. prædia. C. de fideicom. & tradit Petr. de Vbal. in tract. de collect. in primo conſi. col. 4. ad fi. verſ. reſtat modo nu. 8. & 9. & quale munus ſit collecta, declarat Sal. in l. placet. in vltima col. verſ. ſimiliter videtur. C. de ſacroſanct. eccleſi.

SVMMARIVM.

1 *Doctores legum ſi non habent vnde creditoribus ſoluere poſſint, an bonis cedant, vel beneficium habeant, ne conueniantur, niſi inquantum facere poſſunt, & nu. 3.*

2 *Inopia & miſeria, eſt cauſa bonorum ceſſionis admittendæ.*

3 *Doctor pro ciuili debito nec capi, nec carcerari poteſt, quod etiam in medicinæ doctore procedit.*

Nec à iudicis familia requiri poteſt, an penes ſe habeat arma, eod.

4 *Priuilegiis particularium perſonarum per generalem legem non derogatur.*

5 *Stante ſtatutò quòd quilibet pro ciuili debito, non obſtante quocunque priuilegio perſonaliter capi poſſit, ſub hoc ſtatuto non comprehenditur doctor.*

6 *Clauſula, non obſtãte quocunque priuilegio, nõ facit priuilegijs in corpore iuris inſertis derogari.*

7 *Doctores qui per viginti annos legerũt in ſtudijs, ſacri palatij comites efficiuntur.*

8 *Doctores qui cõmodè ex aduocatione viuere poſſunt, priuilegium non habent, vt non conueniãtur vltra quam facere poſſunt.*

9 *Doctores qua cautela vti debeant, quando actione perſonali conueniuntur.*

10 *Doctores aduocationis officiũ non exercentes, nec publicè legentes, ſed ſolo nomine ſunt doctores, non gaudent beneficio, vt non conueniantur vltra quam facere poſſint.*

Idem ſi procuratoris officium exercent, eo. & numero 15.

11 *Procuratoris officium eſt vile, & non eſt dignitas, ſed onus.*

Infantis quilibet poteſt eſſe procurator, eo.

12 *Tabellio dignitatem habere non dicitur.*

Notariatus officium, onus eſſe dicitur, & eſt officium vile, eo.

13 *Nobilis officium notariatus exercens, nobilitatem perdit, niſi ſit Principis aut communitatum notarius.*

14 *Aduocati officium eſt laudabile, & eſt dignitas & honor.*

15 *Aduocatus procuratoris officium exercens, infamis dicitur, niſi ſit Principis procurator.*

Doctor & aduocatus quotidie militare dicitur, eo.

16 *Doctorelli, doctorum priuilegio non gaudent, & militibus noſtri temporis poſtponendi ſunt.*

17 *Doctores mercaturam exercentes, & pergulã tenentes, doctorũ priuilegio non gaudent, nobilitatem perdunt, & mechanici ac viles ſunt.*

Milites mercaturam exercentes militiam & militiæ priuilegia perdunt, ibid.

18 *Doctores per alios mercaturam exercentes, rationémque interdum excutientes, doctorum priuilegio non gaudent.*

Docto:

Doctores an cedant bonis.

Quæſtio decima quartæ quæſt princip.

1 DECIMÒ quæro, an legum doctores cedant bo-
nis, ſi eorum debita perſoluere non poſſunt? vi-
detur dicendum quod ſic, cùm hoc beneficium flebi-
le & miſerabile concedatur non habentibus vnde ſol-
2 uere poſſint l.1.& l.fin.C.tit.noſtro, & ipſa miſeria &
inopia ſit ipſius ceſſionis admittendæ cauſa, ergo mi-
ſeris & inopia tàtis competit, vt conſuluit Freder. de
Senis conſ.193. in q. vertente.& tradit Imol. in cap.
3 Odoardus col.pen.in prin.verſi.Querit etiam hic do-
minus Petr.extr.de ſolu.Contrarium, tamẽ eſt verius,
quia ipſi priuilegium habent, vt còueniri non poſſint
niſi inquantùm facere poſſunt:& hoc eſt, quoniã do-
ctor pro ciuili debito realiter nec citari, nec carcera-
ri poteſt, vt eſt tex.ſing.& ibi no.gl.& Bar.in l. medi-
cos.C.de profeſ.& med.li.10.& no.Mattheſil.in ſing.
li.10.Not.quòd legũ doctores.& ibi etiam dicit Bar.
quẽ ſequitur Paris de Put.in tract.de Syndi.in §.Do-
ctor.familia poteſtatis, in princip.quod nec ab officia
lis familia perquiri poteſt vtrum habeat arma. idẽ te-
net Bar.in tract.de carce.in 3.q.& in l.ſi libertus ff.de
in ius voc. Quod tamen inquit Bartolus dicto §.me-
dicos, eſſe verum in doctore actu legẽte in ſtudiis ap-
probatis: aliàs ſecus, & ibi quoque tenet Io. de Pla-
tea.pro quo dicto allegari poteſt tex.in l.ſi duas.ff.de
excuſator.tuto.ego vero idem dicendum puto in do-
ctore aduocationem exercente.nam & patroni cauſa-
rum, quales ſunt aduocati, dictum priuilegium habe-
re dicuntur.gl.eſt not.in l.aduocati.C.de aduo.diuer.
iud.facit tex.in l.1.§.pen ff.de bo.poſ.ex teſta.mili.ſe-
quitur Bar.Io.de Imol.Alex.& Iaſ.in d.l.miles. idem
contra Bar.in d.l.medicos, probat Guil.Pa. in quæſt.
83.Sed quæro, verſ.& credo quod iſta, & in quæſt.388.
Quod verò & Rip.in 2.lib.reſponſorum.ca.20.nu.9.
alias reſponſo.1.ſub rubri. de munerib.& hono. tam
nobil.quam cle.& quod in legũ doctore diximus, idẽ
in medicinæ doctore procedit, & in aliis, de quibus
in d.l.medicos.Sed in poëtis & calculatoribus, de qui
bus ibi gl locum non habet, & idem in filiis & docto-
rum doctorum familia procedit, viuentibus, tamẽ ip-
ſis doctoribus, & non poſt eorum mortem ſecundum
gl.ibi.Quod etiam procedit, ſi ſtatutũ diſponeret, ꝙ
quilibet pro ciuili debito perſonaliter capi poſſit, ar-
gu.no.in l.ſi ſerui noſtri.C.de noxali.& in c.cùm dile-
4 ctus.extra.de conſuetu.Quia per generalem legẽ nũ-
quam particulariũ perſonarũ priuilegiis derogarũ vi-
detur, vt no.in l.decurionibus.C.de ſilẽtia.li.12.& in
§.Quia verò in 1.conſt.C.& nor.in l.in teſta.C.de te-
5 ſta.Immò fortius ſi ſtatutũ dictaret, ꝙ quilibet pro ci
uili debito perſonaliter capi poſſit, non obſtãte quo-
cũque priuilegio, adhuc doctor vt ſuprà eadẽ gaudet
6 prærogatiua, quia per illa verba, non obſtante quocũ-
que priuilegio, non intelligitur priuilegiis in corpore
iuris inſertis derogatum gl eſt no.in l.2 §.omnes.& l.
hæres abſens in prin.ff.de iudi.& in auth. qua in pro-
uincia.C.vbi de cri.agi opor.& in dictis locis per do-
cto & per Bar.valde ſingulariter in extrauag.ad repri
mendum. ſuper verbo, non obſtantibus. & per Mat-
theſil.in d.ſing.lib.10.No.quod legum doctores.quę
perpetuò tene menti. Nec ibi.mirum videatur, quod
doctores legentes, hoc priuilegiũ habeant, vt ſuprà
7 dicebat Bar.Quia doctores qui per 20.annos legerũt
in ſtudiis, facti palatij comites efficiuntur, vt l.1.C. de
profe..qui in vrbe Conſtant.lib.12.& ibi per Bart. in
l.Alexandrinis. C. de decurio. lib. 10. per eundem in
procœmio. C. in 3.colum.verſic. ſed ſi legiſſet, nume.
2.Si ergo capi & carcerari non poſſunt doctores, de
quibus ſupra.igitur non cedũt bonis, ſed priuilegium
habent, quod conueniri non poſſunt, niſi inquantum
facere poſſunt, deducto ne egeant, vt voluit gloſſ.
Bartol. Alexand. Iaſ. & communiter doct. in dicta l.
8 miles. Intellige tamen ſi commodè ex aduocatione
viuere non poſſunt, vt declarat Paulus de Caſtro in l.
maritum colum. 2. ad fin. verſi. In gloſſ.prima.quem
ſequitur Alexand. ibi in apoſtil.ad Barto.ff.ſol.matr.
Cauti igitur eſſe debent doctores prædicti quando
9 actione perſonali conueniuntur, vt non cedant bonis,
ſed opponant, & in iudicio priuilegium prædictum
allegent, vt de clerico diximus ſupra in 8.quæſt.num.
10 2. fallit tamen in doctoribus, qui aduocationis offi-
cium actu non exercent, vt in quampluribus locis vi-
demus, vt quia in iure non allegant, nõ conſulunt, nec
publicè ob eorum ignorantiam legunt, ſed ſolo no-
mine doctores ſunt, vt per Alexan. in l. centurio. col.
4. in princip. nume. 17. ff. de vulg. & pup. & procu-
rationis officium exercent. tale enim officium eſt vi-
11 le, ſecundùm Rom.in ſing. 814. Tu habes quod offi-
cium non eſt dignitas, ſed onus.gl. in l.1.§.hoc edicto.
in verbo, certis perſonis, ff.de poſtulan.& eſt tex.cum
gloſſ.in l.ſi quis procurationem. C.de decurion. lib.
10. Si enim dignitas eſſet, in infamem cadere non
poſſet, prout cadit l. 2. C. de dignit.lib.12.& ibi latè
per Bartolum. quilibet infamis, procurator eſſe poſ-
12 ſit. §. finali inſtit. de except. ſicut de tabellione dici-
mus, qui dignitatem habere non dicitur, quia tabel-
lionatus officium onus eſſe dicitur, vt no.gloſſ ſing.in
l.fina.C.qui mi.non poſſ.lib.12.& plenè per Bar.in l.
eadem §.1.ff.ad l.Iul. repetun. & per Aretin. in dict.
§.fin.& eſt officium vile, vt pulchrè per Aymo. conſil.
13 163. Videndum eſt. in princip. vol. 1. vbi notariatus
officium exercens, nobilitatem perdit; niſi ad latus
Principis eſſet tabellio, vt eſt textus in l. 1. C.manda.
princip.& tradit Aretinus vbi ſuprà.tunc enim digni-
tatem habere diceretur. Barb. in tracta. de præſtan.
Cardi.in 1.quæſtio.Baſilica primæ part. numero.40.
ſub verſic. 7. Cardinales ſunt conſiliarij. & plura ad-
ducit diplomata in apoſtil. ad Barto conſi. 184. Ser.
Ioannes.ſub nume. 9 in 1. par. & Moder. in addi. ad
Roma. in d. ſingu. 814. & latè ſcribit Boëri. in deci-
ſio.222.Secretarij. colum. 5. numer. 12. & 13.Quod
14 eſt not, pro Principum & Communitatem Cancella-
riis. Aduocati verò officium eſt laudabile. l. laudabile.
C.de aduoca.diuer. iudic. & eſſe aduocatum, eſt ho-
nor & dignitas, vt ibi.& tradit Bart.in l.fi.C.de Iudæ.
& in prima conſti. C. colum. 3.verſic. Quarto circa
hæc, vtrum doctoratus. & ibi Salicet.vbi allegat tex.
in cap.quanto. extrà. de magiſtr. & ibi tenet Abb. &
eſt communis opin.ſecundùm Ioan. de Ana. ibi in 2.
colum.vt refert deciſi.conſi.161. Pro domino præpo-
ſito.colum.1.verſic. Tertiò conſiderandum eſt cum
aliis relatis per Alexand.in dicta l.centurio. colum.3.
in princip.verſic.& quod doctor præferendus, & do-
ctori multa dantur priuilegia, vt in l.ſancimus.la 1.C.
15 de aduoca. diuerſ.iudic. Aduocatus igitur Procurato
ris officium exercens, infamis videtur ſecundùm Io.
Fab.& Aretin.in §.prætetea, il ſecundo, in 2.colum.
in fine, & in d.§.fin.col.fi.ver.& ideo doctores.Inſtit.
de excep. & hoc eſt quia doctor & aduocatus quoti-
die militare dicitur.l.aduocati.C.de aduoca. diuerſo.
iudic. & ſic cùm ſit in exercitio ſuæ militiæ, procura-
tor eſſe non poteſt, nec propter vtilitatem procura-
toris officium exercere, Bartol. in l.vniuerſos.& in d.l.

ſi quis procurationem.C.de decurion.libr.10.niſi eſ-
ſet Principis procurator,quia tunc poſſet, ex quo eſt
dignitas & officiũ nobile,vt eſt tex.in l. nemo præfe-
ctus.C.de dignita.libr.12.quem multum no. Rom.in
dic.ſing 814.vt refert & ſequitur Iaſ.in rubr.C.de ꝓ-
curat.in quinta differentia vel officium aduocati non
exerceret.eo. enim caſu procuratoris officium exer-
16 cere poſſet,vt diſtinguit Aret.in dicto §.præterea col.
3.in prin.& propterea dixit Bal.in proœ.digeſtorũ in
fi.quem ſequitur Alex.in d.l.cẽturio.col.2.poſt prin.
ver.Octauò pro hac facit & Aret.in dicto §.præterea.
col.2.in fi.verſ.An aũt miles,quòd huiuſmodi docto-
relli,doctorum priuilegio minimè gaudent,& conſe-
quenter militibus noſtri temporis poſtponendi ſunt.
17 Fallit etiam in doctoribus mercaturam exercẽtibus,
vel pergulam tenentibus,quia per tale exercitium no
bilitatem perdunt & dignitatem,quæ cum tali exerci
tio non compatitur.l.antepenulti.C.de cohortali, &
prioc.libro 12.& l.3.C.de commer.& merca.& tradit
Guil.Pa.in q.196.Nobiles, cùm iſti tales mechanici
& viles ſint,ſecũdùm Bal.in l.in teſtamẽto.in fi.C. de
teſta.mili.Sicut milites per talẽ negotiationem mili-
tiã perdunt,vt in l.vnica,C.negotia,ne mili.lib.12.&
latè ſcripſerunt Mod.Anchoni.in tract. de mercatur.
in 3.parte mercaturæ,nu.2.verſi.Remouetur etiã cum
18 ſequen.& quamuis hoc procedat quando per ſemeti-
pſos id faciũt,tali vacãtes exercitio, vt voluit Cagno.
in l.is damnum.col.2.verſ.Hinc etiã eſt nu.4.ff.de re-
gulis iur.& Aymo.dicto cõſi.163.col.1 Nihilominus
& locum habet in his,qui interdũ rationes excutiunt,
emũtq́ue merces,& illas poſtmodum per alios venun
dari faciũt,vt tradit Rom.Aret. & Iaſ.in l.ſcriniarios.
C.de teſta. milit.& Alcia.in l.mercis. la 2. de verbo.
ſig.ff.quos Mod.prædicti referunt in d.tract.in 1.par.
mercaturæ.nu.66.verſi.Scio & illud.

SVMMARIVM.

1 Miles non cedit bonis,ſed priuilegium habet, ne teneatur niſi in quantum facere poteſt, etiam quod debitum ob militiam cauſatum extra, caſtra contraxerit.

Miles pro ciuili debito nec capi,nec carcerari poteſt,eod.

2 Stipendiarij noſtri tẽporis,qui ſunt armigeri, nõ tamen milites, priuilegio gaudent vt non conueniantur,niſi in quantum facere poſſunt.

Stipendiarij non iurant eo modo,quo milites iurare tenentur,eod.

3 Milites inermis militiæ,qui equites nũcupantur, priuilegio non gaudent,quo veri milites gaudẽt, & nu.9.

4 Equites licet inſignia veteris obſeruantiæ non habeant,quæ in militibus requirebantur,inſignia tamen habent nouæ obſeruantiæ,quæ loco veteris ſucceſſerunt.

Equites qui à Papa creãtur,ab eo benedicãtur,eo.

5 Doctores aduocationis officium non exercentes,doctorũ priuilegio non gaudent, quia in actu & exercitio doctoris non ſunt.

Milites qui domi ſunt,vel vagabundi,priuilegio non gaudent,vt non conueniantur vltra quam facere poßint,eod.

6 Iura de militibus loquentia, in veteranis qui rei militari non inſiſtunt,locum non habent.

7 Milites noſtri temporis, negotijs & mercantijs inſtantes,militare non dicuntur:ſecus ſi armis vacarent, & ad reipublicæ ſiue regni defenſionem parati eſſent.

Milites rei militari non vacantes,militari priuilegio carere debent,eod.

Ceſſante priuilegij cauſa, priuilegium ceſſare debet,ibidem.

8 Miles ſi non eſt matriculatus, vt ſunt hodierni temporis milites,cenſetur vt priuatus ſeu tanquam paganus.

11 Milites noſtri tẽporis hodie priuilegium non habent, quod iure priuilegiato teſtari poßint,ſed habent quod nõ torqueantur,& nõ ſuſpẽdatur pro eo delicto, pro quo plebeius ſuſpenderetur, & nu.12.

Priuilegiũ militibus conceſſum vt nõ torqueãtur, ratione dignitatis & nobilitatis conceſſum, fuit.eo.

Nec valet conſuetudo aut ſtatutum, contrarium diſponens,eo.

Doctor, etiam ſi ignoratißimus ſit, torqueri non poteſt,nec conſuetudo contraria valet, eo.

Doctor in crimine læſæ maieſtatis,proditionis populi,falſitatis & ſimoniæ,torqueri poteſt, ſed prius degradari debet,ibidem.

12 Miles ob turpitudinẽ ad furcas ſuſpẽdi nõ poteſt, nec etiam de conſuetudine,niſi ob latrociniũ.

13 Milites noſtri temporis,à quibus rebus & negotiis ſe abſtinere debeant.

14 Miles qui litis fiendæ vel debiti non ſoluendi cauſa effectus eſt, inſtante creditore, à militia ſolui debet.

15 Miles renuntiare non poteſt priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere poteſt.

16 Milites, clerici, & doctores pro ciuili debito capi & carcerari poſſunt,ſi fugitiui vel de inſtanti fuga ſuſpecti ſunt.

17 Carceratus pro ciuili vel criminali cauſa,an pro alio recommendari poßit.

18 Cauſa minor maiori præiudicare non debet.

19 Pœna vnius delicti,pœnam alterius excludere nõ debet quandò plura ſunt delicta.

20 Impoſitio maioris pœnæ, per minorem differri non debet.

21 Carceratus pro fiſcali debito, pro priuato debito recommendari poteſt.

22 Tractatus de carceribus,quamuis Bartolo attribuatur,editus tamen fuit à Baldo.

23 Carceratus pro priuato debito,poteſt pro fiſci debito & pro delicto recommendari.

24 Captus pro ciuili debito, ſi captura fuit nulla, pro alio debito retineri non poteſt.

25 Adhærens ſemper adhærere debet in eo ſtatu,in quo inuenit id qui adhæret.

26 Captus

26 *Captus ſi quis eſt pro ciuili debito, & captura tenet, & de iure cõmuni loquimur: captura perſona fieri non poteſt niſi in in caſu iudicati.*

Carceratus, dato eius filio fideiuſſore, excarcerari debet, dummodo filius ſit idoneus, eod.

27 *Creditores duo ex cõntractu ſi eandem cauſam non lucratiuam prætendunt, & pro ſe ſententiam habent & de capiendo licentiam, ſi debitor ad vnius inſtantiam captus & carceratus fuit, etiam ad alterius inſtantiam pro eius credito recommendari poteſt.*

Captura eſt quædam realis citatio, eod.

Præſens citari non debet, ſed ei præcipitur vt non diſcedat antequam ſoluat, ibid.

Præceptum de non recedendo, debitori factum, quædam noua citatio dicitur, ibid.

28 *Captura & recommendatio facta die feriata in honorem Dei, non valet, nec tenet.*

29 *Debitor per ſuſpicionem poſt contractum ſuperuenientẽ, die feriata in honorem Dei, capi poteſt.*

30 *Recommendari non poteſt in carceribus debitor, qui per ſuſpicionem ſuperuenientem captus fuit in die feriata in honorem Dei.*

31 *Cautela pro creditore contra debitorem captũ in honorem Dei, ad alterius creditoris inſtantiam, & die feriata relaxatum.*

Carceratus ſi die feriata in honorem Dei relaxatur, ad alterius creditoris inſtantiam, ratione nouæ ſuſpicionis fugæ, iterum capi poteſt. eo.

32 *Carceratus ad creditoris inſtantiam pro ſe ſententiam habentis, non poteſt in carceribus ad inſtantiam alterius creditoris, ſententiam pro ſe non habentis, recommendari.*

Cautela pro debitore, vt à carceribus relaxetur, antequam ibi ad alterius creditoris inſtantiã recommendetur, eod.

33 *Carceratus pro delicto pro ciuili debito, recommẽdari non poteſt, & nu. 35.*

34 *Saluus conductus ſi eſt datus de ſtando & liberè veniendo, intelligitur etiam de liberè recedendo datus.*

36 *Cuſtos carcerum, depoſitario parificatur.*

36 *Captus ſi cũ iuramẽto de reuertendo relaxatur, & nõ reuertitur, an periurij pœna puniatur?*

38 *Carceratus iniuſtè, an pro iuſta cauſa recommẽdari poſſit?*

39 *Captus & carceratus per vnum iudicem, per alium relaxari non poteſt.*

Miles an cedat bonis?

Quæſtio vndecima, quarta quæſt. principalis.

VNDECIMÒ quæro, nunquid miles ad bonorum ceſſionem, admittatur, ſi carceres euitare velit, aut priuilegium habeat ne conueniatur vltra quam facere poſſit? Reſpon. quod triplicis generis reperiũtur milites. Aliqui ſunt armatæ militiæ, quidam inermis militię, nõnulli cœleſtis militiæ. Quo ad primum, communis eſt concluſio, quod ex quo pro ciuili debito perſonaliter capi & carcerari nõ poſſunt, vt eſt tex. & ibi not. communiter ſcribẽtes in l. miles. ff. de re iud. & declarat Bal. in l. 1. in fi. C. tit. noſtro. dũmodo tamen debitum illud in caſtris, & non vagãdo per mundum, vel domi moram trahendo cõtraxerint, ſecundùm glo. in d. l. miles. cum qua trãſeunt ibi doc. & tenet Sal. in d. l. col. fi. verſi. Quæro 12. Quinimò etiã pro debito extra caſtra contracto, cauſato tamen ob militiam, puta pro armis & equis emendis. Caccia lup. in tract. de debi. ſuſpect. in 5. q. principali. col. 2. verſi. Quintò quæritur, nu. 12. & doct. in d. l. miles, nõ coguntur cedere bonis cùm priuilegio gaudeant, vt cõueniri non poſſint, niſi id quod facere poſſunt, deducto ne egeant, vt cõmuniter tenent doct. in d. l. miles. & ita cõcludit Bal. in d. l. 1. in fi. quẽ ſequitur Alex. in l. centurio, col. 5. in prin. verſic. Accedat quod pulchrè. ff. de vul. & pup. & Euerar. in tract. de modo arg. arg. 22. locus à mili. arma. mili. ad mili. cæleſt. mili. in litera A, il primo. Vtrũ autẽ ſtipendiarij noſtri tẽporis, qui armigeri ſunt, non tamen milites, hoc priuilegio gaudeant, vt pro debito in caſtris contracto, vel caſtrorum occaſione non teneantur, niſi in quantum facere poſſunt? Reperio Pau. de Caſtr. in l. ſcrinarios. C. de milit. teſt. dicentẽ, quod milites noſtri tẽporis, qui in actu militari non ſe exercent, priuilegiis militũ nõ gaudẽt. allegat Cyn. de iur. & fact. igno. idẽ tenet Bar. in l. ex eo. ff. de milit. teſta. & Bal. in rub. extra maio. & obedien. in 1. col. dicens, quod qui nõ eſt miles, nõ militet: ergo militis priuilegio gaudere nõ debet. idẽ firmat Sal. in d. l. 1. col. fi. d. verſi. Quæro 12. Deinde ſubdit Pau. de Caſt. quod ſi quis ſtipendiarius ſuæ ciuitatis eſſet, & in expeditione militari ſe exercet, nõ tamen eſt miles, ſed ad ſtipendium cũductus ſuæ cõ-
2 munitati ſeruit, puta Florentinus à Republica Flurẽtina, an militũ priuilegio gaudeat quo ad bona, quæ in eius ciuitate, vel ſuo comitatu poſſider, inquit, ipſe primo videri ꝙ non, quia non iurat eo modo, quo milites iurare tenentur, in l. pe. ff. ex quibus cauſ. maio. & quia ſtipendia recipiunt, ſicut alij extranei. contrariũ tamẽ determinat, quod gaudeat ſicut olim in ciuibus Romanis, qui ſtipendia recipiebãt, vt in tit. de erog. mili. anno li. 12. & ita tenet & ſequitur Alex. ibi in fi. dicens quod ſolẽnitas & ordo, qui olim in aſſumptione ſeruabatur, in vſu eſſe deſiit, remanet tamen effectus. Non obſtat ſecundùm eũ ibi, quod iſti hodierni ſtipendiarij nõ iurẽt, quia hodie illa obſeruantia non eſt in vſu, & ab aula receſſit. ſed ſufficit quod eorũ Capitaneus pro omnibus iuret, & dicit quod etiã ipſi fidelitatis iuramentum de conſuetudine pręſtant. idem tenet Pau. de Caſt. in l. ſancimus. C. de teſt. milit. dicẽs, ꝙ milites noſtri tẽporis qui pro republica nõ occupantur, ſed per plateas vadunt, & propria gerũt negotia, & in feſſionibus honorãtur, militum priuilegia non habent: ſi verò ciuitas propria guerram haberet, & ipſi ad ciuitatis ſtipendia permanerent, ſicut alij ſtipendiarij, priuilegia in eorũ ciuitate habere debẽt, ſicut Romani milites habebant qui in expeditione militari pro republica ſtabant, & tamen ſtipendia habebant non ſolũ militis, ſed quorumcunque armorũ hominũ, qui ſtant ad ciuitatis ſtipendia: & potius militaris actus, quã cingulum inſpicitur: & hodie non eſt in vſu, ꝙ omnes armigeri milites ſint, & ideo cùm pauci milites ſint, nõ eſt curãdum an ſint milites. Ang. & Im. in l. illa aũt inſtitutio. ff. de hæred. inſt. dũ de ſtipẽdiariis hodierni temporis loquuntur, ſentire videtur, quod ſi in Eccleſiæ Romanæ vel imperij ſeruitiũ ſint

militan

militantes, militari priuilegio gaudent. & hanc opi. ſe
quitur Socin. in l. centurio. col. 1. & ibi Ripa in 3. col.
verſ. ſecundo dubitatur. de vulga. & pup. vbi inferunt
ad milites Rhodianos, qui ſemper pro Chriſtianæ re-
ligionis defenſione mortem oppetere parati ſunt, &
eandẽ opi. ſequitur Decius. conſ. 578. viſo conſi. col.
3 1. verſ. Primò, an teſtator. Circa ſecundum de militi-
bus inermis militiæ, quales noſtri temporis milites
dici poſſunt, qui equites nuncupantur, vtentes deaura
tis calcaribus (& prout etiam ſunt in hac Romandio-
læ prouincia milites Lauretani) qui vt refert Cyn.
poſt Iaco. de Ra. in d. l. 1. in 6. q. C. de iur. & fac. igno.
enſe cinguntur, aqua balneantur, antecedere præten-
dũt in ſeſſionibus, in potu, & in honore pellis varij, &
deauratorum calcariũ, cum quadam reuerentiæ, præ-
rogatiua ſalutari quærunt, an eodem priuilegio, quo
veri milites gaudeant, vt non teneãtur niſi in id quod
facere poſſunt, variæ fuerũt opin. Nam Iac. Pet. Cyn.
& Bal. in d. l. 1. partem negatiuã amplectuntur, ex quo
otiis vacant, & quotidie ſtãt ſuper banchis, & plateas
ambulãt. idem firmat Alberic. in l. militem. C. de pro
curat. vbi refert ita de facto obtinuiſſe: idẽ tenet Bal.
in l. in teſtamento. in fi. C. de milit. teſta. dicens quod
milites Tuſciæ, & maximè Florentini, qui magis mer
cantiis, quam gloriæ militari ſtudent, & non Reipub.
cauſa, ſed ad pompam militant, militum priuilegiis
non gaudent, quia tanquam priuati ſunt. allegat. not.
4 per gloſſ. l. eos. C. de offic. magiſtr. mili. & in l. penul.
ff. ex quibus cau. maio. & ita tenent Cano. in c. in no-
ſtra. extra de procura. Bald. tamen in d. l. 1. in fi. C. tit.
noſtro. tenet, quod etiam noſtri temporis milites, vt
pronominati ſunt, militum priuilegio gaudent, &
pro contractus vel vltimæ voluntatis debito carcera-
ri non poſſunt, quia veri milites ſunt alioquin falſo
vterentur vocabulo, quod dicere fatuitas eſſet: &
quamuis veteris obſeruantiæ inſignia non habeant,
quæ in militibus requirebantur, de quibus per gloſſ.
in d. l. pe. & declarat Abb. in d. c. in noſtra. col. fi. verſi.
ex qua colligitur. habent tamẽ nouæ obſeruantiæ in-
ſignia, quæ iure cuiuſdam tranſlationis loco veteris
ſucceſſerunt, vt habetur in c. tranſlato, & ibi Felin. in
3. col. in prin. verſi. & adde Bald. extra de conſtitu. &
maximè. quando à Papa creantur, qui ab eo benedi-
cuntur, vt de benedictionis forma patere dixit in Põ-
tificiali, in 1. par. 163. aliàs 133. & idem refert de his
qui à Principibus creantur, & quamuis ab eis non be-
nedicantur, eiſdem tamen gaudent priuilegiis, quid
5 tenendum? Reſpon. quod tutiùs eſt tenere, quòd veri
militis priuilegio non gaudeãt. Quia & doctores qui
in expeditione & aduocationis exercitio non ſunt,
ſed ſolo nomine, & non actu ſunt doctores, vt refert
Alex. in d. l. centurio. col. 4. in prin. nu. 17. verſ. & ſic re
manet concluſio doctorum priuilegio, qui actu & e-
xercitio doctores ſunt, non gaudent, vt in præceden-
ti quæſt. in prima fal. diximus. & ita tenet Salic. in d. l.
1. in vltima col. verſi. Quæro 12. dicens, quòd milites
qui domi ſunt, vel vagabundi, priuilegiũ non habent,
de quo in in d. l. miles. per glo. & Bart. & potiſſime qui
domi ſtant, & non in caſtris, vt ſunt prænominati, &
ita concludit Alex. in d. l. centurio. in 4. colum. verſic.
6 Secundò iuxta expoſitionem. Quia videmus quod iu
ra de militibus loquentia in veteranis, qui rei militari
non inſiſtunt, locum ſibi non vendicant. l. ad veterani.
ff. ad l. Falci. l. filiusfam. §. veterani. cum ſeq. ff. de pro-
cura. præterquam quo ad quædam enumerata in l. 1.
7 & quaſi per totum. ff. de priuileg. vetera. Præterea mi
lites noſtri temporis ſi negotiis & mercantiis vacant,
non propterea militare dicuntur. l. vnica. C. nego. ne
milit. 12. faciunt quæ habentur. in d. l. pen. ff. ex qui-
bus cau. maio. & Inſt. de teſta. milit. in prin. & §. fi. in
auth. de manda. prin. vbi gloſſ. apertè voluit quòd mi-
lites illi, de quibus ibi, non obſeruantes, priuilegiis
non gaudent. Cùm ergo milites noſtri temporis non
obſeruent, pro militibus haberi non debent. l. ſi quis
C. fabricenſ. lib. 12. & l. nominationes, C. de appel. &
dato quod in aſſumptione militiæ ſolemnia interue-
niſſent, ſi tamen rei militari non incumbunt, priuile-
gio militari carere debent. l. qui ſub prætextu. C. de
reſtitut. milit. cum concord. Præterea ceſſante priuile
gij cauſa, priuilegiũ ceſſare debet l. Titio Seio. §. vſu-
ras. de leg. 2. l. generaliter. C. de epiſco. & cler. & c. cũ
ceſſante. eum mater. de appella. ſed in milite ſtatutum
fuit, vt armis ac reipublicę tuẽdę foret intentus, quod
in iſtis militibus noſtri temporis non ſeruatur: ergo
8 eorum priuilegium ceſſare debet. Vltimò ſi miles nõ
eſt matriculatus, vt ſunt hodierni temporis milites,
cenſetur vt priuatus, ſeu tãquam paganus, ſecundùm
gloſ. in d. l. eos, C. de offic. magiſtr. mil. quam reputat
not. Bal. in l. non ignorat. col. 5. in prin. verſic. in cle-
ricatu credo. C. qui accuſ. non poſſ. & d. l. ſcriniarios.
ergo militis priuilegio gaudere non debet, de quo in
9 d. l. miles, & in hanc ſententiam, quod milites noſtri
temporis, veri militis, qui ſe in caſtris exercet, priuile-
gio non gaudeant, cõcordat Spec. & Ioan. And. in §.
1. verſi. Item quod eſt miles. in titu. de procurat. & in
§. 1. verſ. Item excipitur quod eſt miles. in titu. de ac-
cuſa. & Io. And. in c. cùm deſideres. & ibi omnes Ca-
non. extra. de ſen. excom. & Alberi. in d. l. pen. ex quib.
cau. maio. vbi refert quòd magis communiter ſeruari
vidit, quòd viri militis priuilegio non gaudeant. & ita
tenet Marian. Soc. in tract. de citatio. in 5. articulo. q.
18. verſic. Decimoſeptimò fallit cum multis concord.
relatis per Alex. in d. l. centurio. col. 4. ante fi. verſic. &
10 in hanc ſententiã. Fallit tamẽ ſecundùm Iac. de Ra. in
d. l. 1. de iur. & fac. igno. quem ſequitur ibi Cyn. in 6. q.
& ibi Salice. in 4. col. ſub nu. 9. niſi ratio & cauſa ſub-
eſſet, propter quam aliquod militibus priuilegium à
iure conceſſum fuiſſet. Vnde ſi quiſpiam ex militibus
noſtri temporis vacaret armis, & ad reipublicæ, Ciui-
tatis, aut regis domini ſui defenſionem paratus eſſet,
prout ſunt in regno Neapolitano, priuilegiis militari
bus gauderet, vt potius priuilegij cõceſſi cauſa, quam
creationis modus & forma conſideretur, vt dicta l. qui
ſub prætextu, alioquin ſi ratio & priuilegij cauſa in
eis ceſſat, tunc illo priuilegio non gaudent, vt patet
in dicta l. ex teſtamento. C. de teſt. milit. & declarat
Albericus in dicta l. penul. verſicu. & quod dicatur, &
ſic milites noſtri temporis, qui ad pompam & extra
ſolemnitatem antiquam, de qua habes pulchram gl.
in l. milites. ff. ex quibus cauſis maiores, creãtur. non
gaudent d. priuilegio. Quare cum in illorum ſumptio
ne multa inueniantur deficere, nec illa obſeruentur
quæ in antiqua militia oportebat obſeruari, militan-
tibus priuilegiis non gaudebunt, & in Authentica de
mandatis principum. §. fi. colla. 3. cũ ibi notatis Quẽ-
admodum ſi non ſeruatur ſolemnitas fabricenſium,
cum quis fabricenſis creatur, non habentur pro fabri
cẽſibus, & illi fabricenſiũ priuilegia denegabuntur. l.
ſi quis conſortiũ. C. de fabricenſib. lib. 11. arg. l. genera
liter. verſ. eos. tamẽ. C. de Epiſc. & cleric. ita & in hu-
iuſmodi militibus: & quo hi nulla eſſent dignitate nec
in ſpecie nec in genere, ſed ſimplex militia non eſt di
gnitas. gl. in l. 1. C. de equeſtri. dignitate. Bart. in ea. l.
tempore in ff. de teſtam. milit. Et hoc ſine dubio pro
11 cedit in illis qui non ſunt matriculati. Tales enim cẽ
ſentur pagani aut quaſi, ſeu non milites. Aliud in veris
militi-

militibus diceretur, qui ſine priuilegiato teſtari vt di-
citur, non poſſint, habent tamen hoc priuilegium vt
non torqueantur neque ſuſpendantur pro eo delicto
quo plebeius ſuſpenderetur, & ſufficit quòd effectu
alio vllam dignitatem armis ſe exerceant. Alexan. in l.
ſcriniarios. C. de teſtamen. milit. Tenendũ ergo quod
de iure milites verè quæſtionibus non ſubiiciantur,
quod priuilegium habebant, quia ratione dignitatis
& nobilitatis conceſſum fuit, vt l. nullus. C. ad l. Iuliã
maieſta. & ca. ſed miles. de pace tenen. & eius viol. in
vſib. feudo. & hæc priuilegia hodierni milites habẽt.
l. milites. C. de quæſtionibus. ſecundùm Sali. in d. l. 1.
col. 4. in fi. 5. q. de iur. & fac. igno. quẽ etiã ſequitur A-
lex. in d. l. centurio. col. 5. in prin. verſ. Ex his infert. nu.
24. & Brunus in tracta. de iudic. & tortu. in 4. q. prin.
ſecundæ partis col. 4. in prin. verſ. Sed quid de militi-
bus. & Euerard. in d. 22. argu. locus à mili. arma. milir.
ſub litera A & B. il primo, vbi etiã ſubdit conſuetudi-
nẽ vel ſtatutũ diſponens milites torqueri poſſe, nõ va-
lere, iuribus ibi per eũ allegatis, & plenè per Moder.
in addi. ad Roma. in ſing. 494. Milites. Idẽ priuilegiũ
habet doctor, vt torqueri non poſſit, quãuis ignoran-
tiſſimus ſit, ne dignitas doctorea dehoneſtetur, vt per
Ripam in d. l. cẽturio. col. 6. in princ. ſub nu. 17. verſi.
Qua ratione. & ita cõmuniter tenetur, nec contraria
conſuetudo valet, vt tenet Rom. in dicto ſingu. 494.
Paris de Put. in tracta ſyndi. in §. An doctor ſeu aduo-
catus poſſit torqueri, vbi plenè, & Marſi. in ſing. 556.
Plura, vt credo, quẽ ſequũtur Moder. Rhegi. in ſua pra
cti. crimi. ſuper repe. l. obſeruare, in prin. ſub nu. 180.
ibi. itẽ excipiuntur doct. C. quorũ appella. & latè tra-
dũt Mod. in addit. ad Matheſil. in ſing. 59. Nota ꝙ le
gũ doctores, vbi tenẽt hoc procedere in doctore actu
legẽte, & nõ in aliis, quinimo concludũt Marſi. & Mo
der. Rhegi. vbi ſuprà, ꝙ in caſibus in quibus doctor
torqueri poſſet, vt in crimine læſæ maieſtatis, prodi-
tionis populi, falſitatis, & ſimoniæ, doctor primo de-
gradari debet, antequã torqueatur, quãuis indifferen-
ter cõtrariũ obſeruetur, & malè per prædicta. Habent
etiã milites vltra prædicta aliud priuilegiũ, ꝙ hodie
de conſuetudine nõ ſuſpendũtur pro eo delicto, pro
quo plebeius ſuſpenderetur, vt inquit gl. in l. deſerto-
rem. §. pœna, in verbo, torquentur. ff. de re militari. &
ideo dixit Paris de Put. in d. tract. ſyndi. §. An ſi ſtatu-
12 tũ. col. 2. in fi. ver. Vnde iudex, ꝙ propter turpitudinẽ
miles ad furca ſuſpendi nõ poteſt, nec etiam de con-
ſuetudine niſi propter latrocinium, per quòd omne
13 priuilegium eximitur. Sed tales hodierni temporis
milites ab agrorum cultura, animalium cuſtodia, &
mercimoniorum quæſtu abſtinere debent, in quibus
hodie auaritiæ cauſa immerſos quamplures in variis
Italiæ locis agnouimus, aliena non peragant negotia,
& ad ciuiles curas non accedant, alioquin militia &
priuilegiis priuantur. l. nemo miles. C. de re milit. lib.
14 12. iuncta d. l. vnica. C. negot. ne milit, eodẽ lib. Scias
tamen ꝙ qui litis fiendæ vel debiti non ſoluẽdi cauſa
effectus eſt miles, inſtãte creditore, à militia ſolui de-
bet. l. 1. C. qui mili. nõ poſſ. lib. 12. & ideo ad bonorũ
ceſſionẽ admitti non debet, iuxta tradita per Bar. in l.
1. §. 1. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fue. & quæ dicẽtur in-
15 frà in 30. q. Non poteſt tamẽ hic miles renũtiare huic
beneficio, ꝙ habet ne cõueniatur vltra quã facere po
teſt, vt latè declarat Alex. in l. alia. §. elegãter. col. pen.
nu. 16. ff. ſol. matr. quia priuilegiũ illud ratione perſo-
16 næ, non ratione contractus militi cõpetit. Circa ter-
tiũ de militibus cœleſtis militiæ, quia ſatis diximus
ſuprà in 3. quæſtio. principali, aliud dicendum nõ cu-
raui, niſi quod quamuis pro ciuili debito non poſſunt
tam hi, quam milites armatæ militiæ & doctores, de
quibus in præcedenti quæſti. carcerari: capi tamen &
carcerari poſſent, ſi fugitiui vel de inſtanti fuga inſpe-
cti forent, vt in clerico diximus ſuprà in dicta 3. quæ-
ſtio. princ. verſ. ſed videtur mirabile. nu. 17. per ea quæ
tradit Abb. & alij in c. cum non ab homine, extra, de
iud. & Bal. & doctor. in l. ſi curialis. C. de epiſc. & cle-
ri. & in l. 1. C. vbi quis de cu. vel cohor. Materiam hãc
de ſuſpicione fugæ, ponit latè Ioan. Bap. de ſancto Se
veri. in tracta. de debitore ſuſpect. & fugit. ideo ad ibi
17 dicta per eũ, me remitto. Solũ duo dicam, quæ ab eo
ſcripta non reperi, quãuis extra materiam tituli noſtri
ſint: primo, nunquid ſi quiſpiam fuerit pro aliqua ciui
li vel criminali cauſa carceratus, pro alia in carceri-
bus recõmendari poſſit? Bar. in l. 2. ff. de cuſtodia reo.
multũ prolixè in hac materia loquitur. Ang. vero ibi
breuius & melius loquitur ſecundũ Ang. de Arimi. cõ
cinẽ noſtrũ, in add. ad Ang. in tract. maleſi. in gl. fama
publica. verſ. 7. quęro, an carceratus. Nã Ang. in d. l. 2.
reprehendit Bar. ibi in fi. dicentẽ, ꝙ prima executio
differtur, ſi cauſa ſuper qua debet ſecũdo cognoſci, e-
rat delictum grauius, quàm eſſet primum: quia ſecun-
dùm Angelum, iudex per legis interpretationem ad
minorẽ pœnã procedere debet. l. ſi de interpretatio-
ne. ff. de pœnis. & ex quo ambæ imponi non poſſunt.
Ego autem puto Angelum nõ bene dicere, ex quo nõ
18 ſumus in dubio: ideo eius reſponſio fundamentũ Bar.
qui bene loquitur, tollere non videtur: pro cuius di-
cto tres adduco rationes: nam clarum eſt, quod mi-
nor cauſa maiori præiudicare non debet. l. ſi quis for-
19 tè. ff. de pœnis. & l. cum reis. C. eo. Secũdò pœna vnius
delicti pœnam alterius excludere non debet, quando
plura ſunt delicta. tex. eſt in l. nunquam, & ibi not. ff.
20 de priuat. delict. Tertiò & vltimò maioris pœnæ im-
poſitio per minorem differri non debet, vt not. in l. is
qui reus. in fi. gl. magna, ff. de publiciana. iudic. ergo
vbi delictũ eſt grauius, & minor pœna imponi debet,
illius executio, & non minoris, fieri debet, & ita te-
nendum puto, non obſtantibus per Angel. allegatis.
Redeundo ad quæſt. noſtram, dicas quod ſi quiſpiam
21 fuit pro fiſcali debito carceratus, pro priuato debito
recõmendari poteſt. Bar. in l. quoties C. de exact. trib.
22 li. 10. & Bal. in ſuo tract. de carceribus. Qui tract. quã-
uis, Bartolo attribuatur, à Bald. tamen editus fuit,
ſecundùm ea quæ ibi allegantur. & ita dixit Barb. in
cap. olim. colum. 7. numero 41. extra. de præſcript.
idem firmat diplomata in apoſtil. ad d. tract. & ita Bal
do attribuitur, vt hodie in 3. vol. tractatum reperitur
impreſſus, quamuis teneat Caccialup. in d. tracta. de
debit. ſuſp. & fug. in 5. q. principali. in princ. illũ eſ-
ſe domini Franc. domini Bal. de Peruſio. quod idem
firmat Boẽri. in deciſ. 349. Quæritur an ciuiliter. in
4. colum. ad fin. veritas eſt, Bartolum nunquam il-
lum compoſuiſſe, vt etiam atteſtatur Marian. Socin.
in tractat. de citation. in 5. articulo. quæſt. 17. in 12.
fal. & clarè patet ibi in pe. col. ſub verſi. Circa ſecũ-
dum dum allegat l. 3. & ibi per eum nota. C. de epiſ.
aud. & in eadem col. in fin. ibi, Nam iudici iniuſtè.
dum allegat not. per ipſum in l. addictos. C. eo. Nam
Bartol. ibi nihil. ſcripſit, ad quod allegatur, immo
Bal. vtrobique ſcripſit, & adducit ea quæ in dict. trac.
23 allegat in eodem propoſito. Dico igitur, quod eodẽ
modo ſi pro priuato debito fuit carceratus, pro fiſci
debito, & pro delicto recommendari poteſt, vt tra-
dit Bartol. in d. l. quoties, & declarat idem Bartol. in
l. cum ea. alias, l. ſacrileg. §. fina. ff. ad l. Iul. pecul. &
diffuſiùs in d. l. 2. de cuſto. reor. & ſequitur Bald. in
dict. tract, de carceri. col. fi. in prin. ver. Reſtat quarto
videre,

cutione, ſequeſtratio autem petitur pro proceſſus ex-
peditione, pro cauſa ſummaria & ciuili, & ideo fieri
nõ poteſt, cum ſint diuerſæ ſpeciei, ſicut dicitur in re.
conuentione, & prorogatione vt no. in l. ſi quis ex cõ-
ſenſu. de epiſco. audi. per Cyn ff. de iudi. l. 1. extra. de
iud. c. at ſi clerici. C. de ſent. & interlo. om. iudi. l. cùm
Papinianus, & auth & cõſequenter. ſecus, ſi eſſet eiuſ-
dem ſpeciei arg. ff. de iur. om. iud. l. ſi idem cum eodẽ
de mur. peti. c. 1. & 2. & ita intelligendum eſt, ꝙ not.
Bart. in l. 2. §. fi. ff. de cuſto. reo. & maximè in caſu no-
ſtro, vbi non poteſt reuocari ſecuritas data, pro quo
facit regula, qui ſemel, cùm ſua materia lib. 6. & me-
lius probatur per iura ſuprà allegata. Ex quibus om-
nibus cõſulo, ſequeſtrationẽ huius debitoris fieri nõ
poſſe pro debito ad inſtantiam creditoris, & ſaluum
conductum reuocari non poſſe, donec dictus debitor
in libertate propria reperiatur. Sed an caſu prædicto
primo poſſit impunè offendi, etiam ſi ſciatur eius ſe-
curitas à priuato. vide Alb. de Roſa. in tract. ſtat. in 2.
par. q. 9. & ibi tractatur à quibus poſſit iſta ſecuritas
concedi, & quando ſeruanda eſt, & quando non, & de
cauſa. 1. q. 1. Vide etiam Nellum in tracta. bannito. in
2. tempore. in 3. par. q. 17. vbi etiam habes, ſi eſt data
talis ſecuritas, an intelligatur pro vna vice, vel pluri-
bus, ibi vide. Quid autẽ ſi poſitus ſit in carcere ꝓ vno
debito, an poſſit pro alio recõmendari, vide text. in l.
2. & ibi Bar. ff. de in ius voc. & in l. ſed eximendi. §. itẽ
ſi quis. ff. ne quis eũ qui in ius voc. eſt, vi exi. contrariũ
tamẽ videtur per tex. in l. ſi cui crimen. §. idem Impe-
rator & §. fin. ff. de accuſa. tamen quæſtio iſta eſt ſatis
dubia, vide Bar. in d. l. 2. de cuſto. reo. in pen. col. in fi.
& ſeq & in diſputa. Lapus fuit captus, vbi latè diſpu-
37 tauit, & in l. cùm vnus. de bo. auth. iud. poſ. Quid autẽ
ſi vnus illicitè capiatur, adeò ꝙ debeat ſtatim relaxa-
ri, an ſtatim iterum & licitè capi poſſit? dic ꝙ non. l.
naturalem ff. de accuſ. Quid autem ſi captus relaxetur
cum iuramento, vt debeat reuerti, an ſi nõ reuertatur,
propter hoc poſſit de periurio puniri? de hoc dic ꝙ
legitur per glo. in l ſuccurritur ff. ex quib. cauſ. maio.
Bal. allegat. l. nam & Seruius. ff. de neg geſt. Cano. ha-
bent glo. in cle. paſtoralis. in verbo, per violentam. de
re iud. Io. And. in addit. Spec. in tit. de iureiur. de hoc
eſt text. iuncta gl. de iure ciuili. in l. quinta. ff. de cap.
& poſtli. reuer Et ita dico & cõſulo vt ſuprà. Ego Lu-
douicus de Roma &c. Iuxta hæc dubitari poſſet, an
carceratus iniuſtè pro iuſta cauſa recommendari poſ-
ſit? hãc q. latè diſputat Bar. in d. diſputatio. Lapus fuit
captus, qui multum ſubtiliter arguit ad partes & ſol-
uit, & quia longum eſſet hic omnia recẽſere, ideo à te
ipſo poteris ibi dicta per eum videre, & vide eundem
38 Bart. & Ang. in d. l. cùm vnus cum aliis ad ſaturitatem
per Moder. Bono. relatis in d. §. attingam. nu. 34. ver.
Sed dubitari poteſt, in ſua pract. crimi. Secundò nun-
quid debitor qui per vnum iudicem captus & carce-
ratus fuit, per aliũ iudicem relaxari poſſit? Hanc quæ-
ſtionem habui de facto, & dixi ꝙ ex quo per aliũ iudi-
cem relaxatus fuerat, iterum veluti nulliter relaxatus,
capi & carcerari debeat, & per iudicem, qui cum de-
tineri & ſequeſtrari iuſſerat, de nouo relaxari, cùm
certum ſit ꝙ ab eo, qui illum carcerari fecerat, rela-
xandus erat, vt not. dixit Ang. in l. neque impuberes.
§. fi. ff. de in ius voc. dicẽs practicam eſſe, ꝙ carcerum
cuſtodes pro debito captum, ad inſtãtiam creditoris
non relaxant, niſi primò iudicis bulletã habeant, qui
eum carcerari fecit, cùm iudicis authoritate carcera-
tus, abſque eius licentia etiam de creditoris conſenſu
relaxari non poſſit ſecundum Bart. in l. qui neque. ff.
de in ius voc. quem ibi ſequitur Bal. per no. in l. 2. ff.
de offic. procura. Cęſa. prout declarat Paris de Put. in
tracta. ſyndi. in §. licèt dicatur. in fin. & eſt ratio ſecun
dum Ang. ibi, quia eius eſt relaxare, cuius eſt carcera-
re, vt in regula iuris, nihil tam naturale. ff. de reg. iur.
& in regula, eius eſt ſaluare, cuius eſt deſtruere. Idem
firmat & ſequitur Angelus cõciuis noſter in addi. ad
Angel. in tract. malefic. in glo. fama publica, ſub verſ.
Et aduertas tu iudex. Idem comprobat Anchar. conſ.
340. Viſo themate prædicto. in fi. vbi põderat quod-
dam ſtatutum mandans captum relaxari, dicens ꝙ ex
quo ſtatutum nõ diſponit à quo relaxari debeat, ꝙ ſe-
cundùm ius intelligi debet, ſcilicet authoritate iudi-
cis, qui eum detineri, & ſequeſtrari, vel cõmendari fe-
cit, ad idem not. Bal. conſ. 91. Sed pone, dictat ſtatu-
tum vnl. 5. & ita obtinuit, & hæc duo addere poteris
ad ea quæ tradit Caccialup. in d. tracta. de debito. ſu-
ſpect. & ſugi. tanquam magis ad illum pertinentia.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad rẽ in ſpecie, non poteſt cedere bonis.*

Obligatus ad rem in ſpecie, an cedat bonis.

Quæſtio duodecima, quartæ q. princ.

1 DVODECIMÒ quæro, an obligatus ad rem in
ſpecie, bonis cedere poſſit? Reſpond. quòd non,
quia prouiſio tituli noſtri non eſt in tali obligatione
neceſſaria, vt no. probat Bart. in l. continuus. §. illud
de verb. oblig. quod eſt no. ſecundum Alex. in l is qui
bonis la 2. ff. tit. noſtro. in prima ap nſtil. ad Bart. vbi
allegat etiam not. per Azo. in ſumma. C. de his qui in
primo credi. loco ſucced.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui eſt inops, & in pari egeſtate cum creditore, ad bonorum ceſſionem non admittitur, niſi ſtatum ſuum mutaret.*

Debitor an ad bonorum ceſſionem admittatur, ſi creditor reperitur pauperior.

Quæſtio decimatertia, quartæ q. princ.

1 DECIMOTERTIÒ quæro, an debitor ad be-
neficium ceſſionis bonorum admittatur, ſi cre-
ditor non habet vnde viuere poſſit, & ſic eſt paupe-
rior, vel in pari egeſtate cum debitore. Reſpon. ꝙ ſi
creditor cauſam ontroſam prętẽdit, melior eſt agen-
tis conditio. Nam cùm actor & reus eiuſdem ſint pri-
uilegij, potentior eſt actor, qui de damno euitando
certat, quã reus qui certat de lucro captãdo, & ſic de
alterius debito retinendo, ergo ad ceſſionem non ad-
mittitur. ita Bal. in l. 2. ver. Quatto quæro. C. ꝙ cũ eo.
Guil. de Cug. & Paul. de Caſt. in l. in traditionibus. §.
ſi quis crediderit. ff. de pact. idem Bal. in l. ſi maritus.
in id. vbi Bar. Alex. & alij, ff. ſol. mat. & idem Alex. in
l. maritum. col. fi. in prin. ff. eod. vbi in marito loqui
tur, qui nõ conuenitur niſi in quantum facere poteſt,
cui hoc denegatur priuilegiũ, ſi eius vxor eſſet inops,
ſicut ipſe maritus, & hãc opin. dicit ibi Alex. eſſe ma-
gis communem, & eam ſequitur Iaſ. in l. quòd nomi-
ne. col. 1. verſ. quartam limitationem. ff. de cond. in-
deb. & Are. in §. item ſi de dote. & ibi Iaſ. verſ. Secun-
dò vltra glo. nũm. 10. inſt. de act. cum aliis concord.

relatis per Marſi in ſing. 99. Priuilegiatus. Intellige
tamen prædicta eſſe vera, niſi debitor ſtatum ſuum
mutaret, nam tunc indiſtinctè ipſe vtitur priuilegio,
quia ſatis eſt actori, ꝙ contra iuris rigorem agit mo-
dificato modo. Bald. in d. verſ. 4. quarto, quem ſequi-
tur Alex. in rub. ff ꝙ cum eo. & Ferm. in ſuo reperto-
rio in verbo, debitor pauper, nu. 23. & in verbo, filius
conuenitur. nu. 26. cum aliis quæ allegaui ſuprà in 4.
q. principali. circa fi. verſi. & hoc procedit.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus bonis propter guerram, priuilegium habet ne conueniatur vltra quam facere poteſt.*

Spoliatus bonis propter guerram, an cedat bonis?

Quæſtio decimaquarta, quarta q. princ.

1 DECIMOQVARTÒ quæro, nunquid ſpoliatus
bonis propter guerram, inſolidum excutiatur,
adeo ꝙ bonis cedere debeat, ne in carceribus deti-
neatur? Reſp ꝙ inſolidum non condemnabitur, ſed
priuilegio gaudebit, vt nõ conueniatur, niſi in quan-
tum facere poteſt, ſecundum Ioan. Fab. in §. fi. Inſtit.
de act. quia maior ratio eſt in ſic ſpoliato, quam in ce-
dente, cum hic ſpoliatus præter eius voluntatem bo-
norum perditionem patiatur, cedens verò ex volun-
tate per ceſſionem. l. 2. §. ſi quis tamen. ff. ſi quis cau-
tio & l quæ fortuitis. C. de pig. act. & hanc deciſionẽ
refert Iaſ. ibi in 2. col. verſ. vltimo, notatu eſſe mirabi-
lem & notandam.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus, ad patriam & ad bona olim confiſcata reſtitutus, ad beneficium ceſſionis bonorum admittitur.*
2 *Bannitus ad patriam & ad bona olim confiſcata reſtitutus, omnia recuperat.*
3 *Bannitus per deportationem ab omnibus paſſiuis obligationibus exutus eſſe dicitur, ſi poſtea reſtitutus fuit, omnia bona acceptare compellitur.*
4 *Dos filiæ data in bonis ſtabilibus, ſi chaſmate vel alluuione peryt, non imputatur in legitima filiæ poſt obitum patris.*
5 *Bannitus, ad patriam & ad bona reſtitutus, ab emptore bona per fiſcum alienata non recuperat, nec debitorum nomina, qui ad iniuriam banniti, fuerant exacti.*
6 *Bannitus, ad patriam & ad bona reſtitutus, actionem contra fiſcũ pro bonis ab eo alienatis habet ad id, in quo fiſcus locupletior factus eſt.*

Bannitus ad patriam & ad bona reſtitutus, an cedat bonis?

Quæſtio decimaquinta quarta q. princ.

1 DECIMOQVINTÒ quæro, vtrum bãnitus cu-
ius bona per fiſcum publicata & confiſcata fue-
runt, ad patriam & ad bona reſtitutus, ad bonorũ ceſ-
ſionem admittatur? Diſtinguendum arbitror: aut iſte
2 reſtitutus omnia bona cõfiſcata recuperat, aut nihil.
Primo caſu; cùm ad patriã & ad bona reſtitutus om-
nia recuperet. l. 1. & l. fi C. de ſen. paſ. videtur dicendũ,
illum creditoribus teneri abſque ceſſionis beneficio,
quatenus illorum bonorũ ſuppetens vires, ſecundùm
Rom. in ſing. 212. Deportatus. & in l. alia. §. elegãter.
ff. ſol. mat. per text. quẽ dicit eſſe ſing. & literis aureis
ſcribendum in l. 2. in fin. ff. de ſen. paſ. quem etiam ſe-
quitur Vital. in tract. clauſu. in rub. An poſſ. renunci.
beneficio ceſſ. bon col. 9. in prin. verſ. Secũdus, ſi poſt
publicationem. Io. de Arno. Epito. 82. & Iaſ. in §. fin.
col. pen. in prin. verſ. Item fallit vbicunque. nu. 22. in-
ſtit. de actio. & alium tex. in l pe. & fi. C. de ſen. paſ. al-
legat Socin. in tracta. fallen. reg. 65. Cedens bonis. in
15. fallent. In hoc autem puto, Rom. Soci. & ſequaces
non bene dicere, quoniam illi tex. hoc non probant.
ibi enim ſolum dicitur, ꝙ reſtitutus etiã ad bona ceſ-
ſionis beneficio vti non poteſt, quin etiam bona cum
3 ſuis obligationibus actiuis & paſſiuis acceptet, illa
enim repudiare non poteſt, vt ſe à creditoribus exo-
neret. Nam licèt per deportationẽ ab obligationibus
paſſiuis eſſet exutus, iuxta l. 1. C. de fideiuſ. & l. 3. C. ad
l. Iul. vnde vi. ſi tamen reſtituitur, acceptare bona cõ-
pellitur. d. l. 2. nec per hoc inferri poteſt, ergo bonis
cedere nõ poterit, ſtat enim ꝙ acceptare poſſit, & il-
lico bonis poſtea cedere, quoniam inter acceptare, &
Bonis acceptatis cedere, non parũ diſtat: primo enim
caſu nullo modo in primæuas obligationes à quibus
per deportationem erat exutus, incideret: ſecũdo ve-
ro caſu quamuis cedat bonis, non per hoc tamẽ à cre-
ditoribus liberatus dicitur, ipſe enim ad pinguiorem
fortunam perueniens, integrè ſatisfacere tenetur, de-
ducto tamen ne egeat. l. ex contractu. C. de bon. au-
tho. iudi. poſ. l. 4. & l qui bonis. ff. tit. noſtro. reproba-
ta gl. in l. vbicunq;. ff. de fideiuſ. quæ cõtrariũ tenet. &
malè ſecundũ Bar. & doct. ibi. & dicemus infrà in 19.
q. princ. Præterea non videntur congrue allegari d. l.
2. & d. l. pen ꝙ reſtitutus ad bona, non poſſit cedere
bonis: quoniã in diuerſis terminis loquuntur. ſ. quãdo
reſtitutus per principẽ ad bona, quorũ confiſcatione
liberatus erat à creditoribus, tũc filiũ obligatũ habẽ-
tibus, & quorum reintegratione reincidẽs in primas
obligationes, nõ poterit, & refutando bona reſtituta,
& allegando pœnam quam paſſus eſt, ſe defendere,
quin creditoribus ſoluat, vt ante ſententiam ſoluere
tenebatur: verùm ante confiſcationis bonorum ſen-
tentiam ſi competiiſſet, condemnato contra credito-
res refugium ceſſionis bonorum, poſſet etiam ad bo-
na reſtitutus cedere bonis, non eo prætextu & allega-
tione, vt dicitur in d. l. 2. & in d l. pen. ſed ex iure pri-
mæuo ante ſententiam competente, ad quod ſimul
per reſtitutionem & indulgẽtiam cenſetur repoſitus,
vt d. l. fi. ibi. Ideoque tantum ad reſtitutionem, &c. C.
de ſenten. paſ. & l. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino.
4 Secundo caſu quando nihil recuperat, aut illa bona,
quæ non recuperauit, caſu & fortuna deperdita fue-
runt, puta quia res chaſmate periit, vel eius debitores
effecti ſunt non ſoluendo, & iſto caſu puto cùm abſq;
eius culpa hoc euenerit, ꝙ beneficium ſibi à iure in-
dultum ad bonorum ceſſionem perdere non debeat,
cùm ipſe creditoribus ſatisfacere nõ valeat. l. 1. C. tit.
noſtro, prout dicimus de dote data filiæ in bonis ſta-
bilibus, quę chaſmate vel alluuione perierũt, quę poſt
patris obitum ſibi in legitima non imputantur, cùm
teneatur filium redotare, ſi poterit, vt tradit Bald. no-
uel. in tract. de dote. in 6. part. in 5. ſpeciali. art. eorum
quæ

quæ tradit Io. And. in c. nõ poteſt. in ver. in primis de præbẽ. in 6. de quo per Tiraq. in reper. l. boues. §. hoc
ſermone. in regu. ver. decimooctauo. in d. c. ſub nu. 31.
ibi. Item ſi primũ. ff. de ver. ſig. Aut illa bona, quæ nõ
recuperauit, fuerũt durãte bãno per fiſcũ alienata, &
5 iſto caſu cùm reſtitutos illa, ab eo qui emit à fiſco, nõ
recuperet ſecundum Bart. in d. l. fi. col. 3. in prin. verſ.
pro declaratione eius. C. de ſent. paſſ. & in l. Gallus. §.
& quid ſi tantùm, cum cõcor. de quibos ibi per Alex.
de libe. & poſth. per Abb. & Imol. in c. inter quatuor.
& ibi Fel. in pen. & fin. col. extra. de maio. & obedi. &
idẽ Fel. in c. ſuper eo. nu. 4. ver. Quod nõ valet, de offi.
deleg. & eſt cõmunis doct. opi. vt atteſtatur Calcan.
conſ. 52. Licet his. col. antep. in fi. verſ. & ſic per cõſe-
quens ſub nu. 12. Nec etiã debitorũ nomina recupe-
ret, quãdo debitores ad bãniti iniuriã exacti fuerunt,
vt cõſuluit Ruyn. cõſ. 22. in q. col. 1. ver. ſi verò fuerũt
vol. 5. & aliàs contingentia ad fauorẽ Iacobi de Cuſi-
nis contra Pirottum Magnanum Arimi. obtinui. Sed
cõtra fiſcum, qui bona illa alienauit, vel exigit, actio-
nem habeat ad id, in quo locupletior effectus eſt ſe-
cundùm Bart. in d. verſi pro declaratione eius, quem
ſequuntur cõmuniter doct. vt refert Nellus de S. Ge-
mi. in tract. bãnito. in 1. par. tertij temporis, & Pau. de
Grillan. in tract. de hæreti. in 6. q. ver. ſed quæro retẽ-
tis, & in tract. de relaxa. carcera. in 2. part. in 4. & 5. q.
videtur dicẽdum, ꝙ ad dictũ ceſſionis refugiũ admit-
ti non debeat. Quia cùm ex ſua culpa hoc contigerit,
ex eo ꝙ culpa caſum præceſſerit, ei imputãdum vide-
tur, regul. damnum, quod quis, de reg. iur. in 6. Dyn.
in regul. peccatum, in fin. eo. tit. & tradit Bal. in c. quæ
in eccleſiarum. col. 3. in prin. verſ. accipio. 2. gl. extra.
de cõſtit. qui quamuis hanc opin. ibi ſecutus fuerit ea
ratione, quia dignum eſt ꝙ malè meriti egeſtate labo
rent. l. bona fides. ff. depoſi. verius tamẽ puto, debito-
rem hoc caſu non perdere ceſſionis beneficium, quo-
niã ob huiuſmodi culpã nõ offendit directè credito-
res ſuos, ſed alium. l. etiam. §. licèt, cum glo. in verbo,
quemlibet, cum ibi no. per Alex. in 1. col. ff. ſol. matr.
Præterea cùm requiratur dolus, & culpa non ſufficiat
vt quis beneficio ceſſionis priuetur, vt eſt tex. in l. ve-
rum. §. tẽpus. ff. pro ſoc. no. in l. fin. in fi. ff. quæ in frau.
cre. tenet Bal. in l. 1. col. 2. & ſi C. ti. noſtro, & diximus
ſ. in 5. q. & dicemus j. in 20. q in 18. caſu nu. 31. cum
6 ſeq. & in q. 28. nu. 1. 2. & 3. ad ceſſionis refugiũ admit-
tetur, & ſic ab opin. quam ſequitur Alex. in d. §. licet.
nõ eſt in iudicãdo recedendũ, quoniã non eſt in iure
expreſſum, ꝙ in d. caſu debitor, ceſſionis beneficio,
priuetur, & nemo priuationis pœnã pati debet, vbi nõ
eſt à iure expreſſum. §. cùm igitur. in auth. de non eli-
gen. ſecundo nuben. & per illũ tex. ſufficit dicere, non
eſſe lege cautũ, ꝙ imponatur dicta priuationis pœna
ſecundum tradita per Bal. in auth. ex teſtamento. ſub
nu. 5. C. de ſecun. nupt. Nec obſtat dicta ratio, ꝙ malè
meriti debeãt egeſtate laborare: Quoniam reſpõde-
tur, ꝙ ſatis egeſtate laborabit debitor, ꝙ ceſſerit bo-
nis, cùm cedenti denarius vnus remanere nõ debeat,
ſecundum glo. fi. in l. pen. ff. tit. noſtro & diximus ſ. in
3. q. princ. nu. 9. ver. An autẽ ꝙ ſ. dictum eſt. Præterea
Bal. ibi loquitur in eo qui conuenitur in id ꝙ facere
poteſt, quamuis etiam eo caſu contrarium ſit verius,
vt dicemus infra in 29. quæſt. in fin. non autem in de-
bitore bonis cedente, vt in caſu iſto, ergo, &c.

SVMMARIVM.

1 Debitor diues & ad ſoluendum idoneus, an ad ceſſionis beneficium admittatur?

2 Debitor pro ciuili debito nec capi, nec carcerari poteſt, niſi prius facta fuerit eius bonorum excuſsio, quod bona non reperiatur.

Debitor diues an cedere poſſit?

Quæſtio decimaſexta, quarta q. princ.

1 DECIMOSEXTÒ quæro, nunquid debitor di-
ues, & idoneus ad ſoluendum creditoribus, de-
beat ad bonorum ceſſionẽ admitti? Videbatur dicen-
dum ꝙ ſic, ex eo ꝙ debitor ad euitãdos carceres ceſ-
ſionis beneficiũ habet, vt eſt text. in l. 1. C. tit. noſtro,
& ita determinat Cyn. ibi in tertia q. per tex. ſing. in l.
illud. §. quid tamen. ff. de tribu. actio. vbi pater vel do-
minus ſi nõ vult inter creditores, qui in illam cauſam
cũtraxerũt, merces æqualiter diſtribuere poteſt mer-
cibus vel peculio cedere, & ex illo tex. colligũt Guil.
de Cug. & Ang. de Piſis, ꝙ licet quiſpiam ſit diues, &
ad ſoluẽdũ idoneus, ſi vult, bonis cedere poteſt, ne il-
la vendendo & ſoluendo, laborẽ ſubeat. Eandẽ opin.
tenet Ray. de Forli. in l. legis Iuliæ. C. tit. noſtro. Con-
trarium tamen decidunt Guil. & And. vbi ſuprà, quos
ſequitur ibi Pau. de Caſt. & Bal. in l. 1. col. 2. verſ. quæ-
ro nunquid ille qui habet. nu. 10. & ita conſuluit Fred.
de Senis, conſ. 193. in quæſtione verſ. Nunc eſt diſcu-
tiendum, idem tenet Soc. in tract. fallen. regn. cedens
bonis. in 11. fallen. ſequitur. Iaſ. in §. fi. col. pe. verſ. 12.
& vltimo. inſti. de actio. Ad d. §. quid tamen reſpõdet
ibi Albe. de Roſa. quod ibi eſt quędam obligatio rea-
lis peculij, ideo cedendo liberatur, & ꝙ ibi non bo-
nis omnibus, ſed mercibus tantùm cedebat, & ita fir-
mat Iaſ. in d. verſ. 12. & vlt. Quod ego quoq; affirmo,
& huius concluſionis ratio eſſe poteſt, quia pro ciuili
debito ad capturam & carcerationem debitoris non
deuenitur, niſi prius facta bonorũ excuſſione, ꝙ bona
non reperiantur, cùm captura nõ fiat, niſi in ſubſidiũ,
vt eſt glo. ſingularis in l. 3. §. pe. ff. de ſuſpect. tuto. quã
ſequitur ibi Bar. & Bal. & ijdẽ in d. l. 1. col. 2. ver. quæ-
2 ro nunquid ille. C. tit. noſtro. & Bal. in ſua Margarita,
in verbo, filiusfa. immo in c. Odoard. col. 3. in ſi verſi.
item nõ videtur eſſe verum, extra de ſolut. Alex. conſ.
149. Circa primũ dubiũ in fi. vol. 1. & in l. à diuo Pio.
§. in venditione. col. 2. in fi. ver. iuxta hoc incidit. ff. de
re iud. vbi refert illam gl. eſſe communem. vnde dicit
Fel. in c. ꝙ ad conſultationem. col. 7. ſub nu. 17. in fi.
extra, de re iud. ꝙ periculoſum eſſet in practica rece-
dere ab opi. d. gl. & ita tenet Ioan. Pet. de Ferra. in ſua
pract. Papi. in foro execu. ſenten. in glo. 1. col. pe. poſt
medium, ver. Sed an ſit neceſſaria excuſſio bonorum,
quãuis interdum vel cõſuetudine, vel ex forma ſtatu-
torum, hoc non ſeruetur in practica ſecundùm eũ ibi.
Si ergo bona reperiũtur pro creditorũ ſatisfactione,
ergo ad bonorum ceſſionem deueniri non poterit.

SVMMARIVM.

1 Condemnatus pro delicto ad pœnã pecuniariam, quamuis non habeat vnde ſoluere poſsit, non tamen ad ceſsionem bonorum admittitur.

Qui in ære ſoluere non poteſt, luit in corpus. eod.

2 Pœna ſi venit fiſco applicanda, commutari poteſt, etiam inuito accuſatore, ſecus, ſi eſt parti applicanda.

Commutatio pœnæ an & quando fieri non poſsit. eod.

3 Regula, qui in ære ſoluere non poteſt, luat in corpus, quomodo procedat.

Condemnatus pro delicto an cedat bonis.

Quæſtio decimaſeptima, quartæ q. princ.

1 DECIMOSEPTIMO quæro, debitor ob deli-
ctum condemnatus ad pœnam pecuniariam, ex
quo pœnam ſoluere non poteſt, an bonis cedere poſ-
ſit? Reſp. q non, ſed pecuniaria pœnæ in corporalem
2 reſoluitur, quia in ære ſoluere non poteſt luit in cor-
pus. l. fin. in fi. C. de ſepul. viola. l. quicunque. C. de ſer.
fugi. l. fi. ff. de in ius voc. & l. 1. §. generaliter ff. de pœ.
eum vulg. ita tenet Ang. in l. 4. nu. 4 verſ. in criminali
verò. ff. tit. noſtro. & ita conſuluit Veronenſ. conſ. 9.
quidam ex delicto, & in tantum hoc eſt verum, q etiã
poſtquam luit in corpus, ſi ad pinguiorem fortunam
peruenerit, non vexabitur, quia corporalis pœna loco
ſatisfactionis eſt, vt no. Io. And. in regu. peccatum. de
reg. iur. in 6. quem refert & ſequitur Ang. in d. verſ. in
criminali verò & prædicta intellige quando fiſco eſt
applicanda pœna & criminaliter & ad vindictam agi-
tur. Nam eo caſu etiam inuito accuſatore fiet com-
mutatio ſecundum Archid. in c. ſi res. 14. q. 6. Secus
quando parti pœna venit applicanda, vt in furto. eo
enim caſu commutatio in corporalem fieri nõ debet,
niſi actore conſentiente. argu. c. fraternitatis. 12. q. 2.
inuito enim actore, commutatio fieri nõ poteſt. Bal.
in l. fin. ff. de in ius voc. per illum text. & in l. quòd ſi
maior. §. ſi ſeruus. ff. de mino. Non tamẽ hoc caſu pro-
3 pter eius dolum in furto cõmiſſum, ad ceſſionis bene
ficium admittitur, vt per Veronenſ. d. conſ. 9. quia in
delictis bonorum ceſſio locum non habet, vt no. Bal.
in l. ſed ſi ex parte. in prin. arg illius text. ff. q cum eo.
vbi pro hoc allegat eſſe expreſſum in l. fin. §. fi. ff. quæ
in frau. cre. Si verò ad intereſſe conueniatur, ſiue ex con-
tractu, ſiue ex quaſi delicto agatur, tunc in corporalẽ
pœnam non fiet commutatio, ſed expectabitur, do-
nec ad pinguiorẽ fortunã peruenerit, vt in c. Odoar-
dus. extra. de ſol. & in c. olim vobis. extr. de reſti. ſpo-
liat & l. nam is. ff. de dolo. ita tenet Abb. poſt Io. An.
in d. c. Odoard. col. 1. in 1 opp. cum quo tranſit Euſre.
add. ad Capel. Tholoſa in q 61. Item fuit quæſitum,
an ceſſioni bonorũ quamuis. Io. Fab. in §. fi. & ibi Iaſ.
in 3. col verſ. quarta ſupraſcriptæ regu. inſt. de act. q ſi
quis iniuriarum actione agat, concludatque ad pecu-
niam & ſic ciuiliter, & reus cõdemnatus bonis cedat,
nõ liberat ſe, ſed pecuniaria pœna in corporalem re-
ſoluitur. & non bene per prædicta. Attende tamen q
ſupradicta regulæ, qui in ære ſoluere non poteſt, luat
in corpus, in mulcta locum ſibi nõ vendicat, quia tũc
diminutio vel moderatio fieri debet l. illicitas. §. fi. ff.
de offi præſi. & ibi per illum text. inquit Bart. in fin. q
eadem regula non vendicat ſibi locum quando pro
delicto pecuniaria pœnæ extraordinaria imponi de-
bebit, ſed tantum quando ordinaria imponitur.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius in foro contentioſo ad bonorum ceſſio-
nem admittitur, niſi dolo bona diſſipaſſet.*
2 *Vſurarius ſi ab vſuris ſpe conſequendi à debitore
vel à Principe veniam, pecunias mutuauit, ceſ-
ſionis beneficium perdit.*
3 *Vſurarius poſt ceſſionem ſi bona acquiſiuit, inſo-
lidum tenetur in foro pœnitentiali, ſecus in fo-
ro contentioſo.*
4 *Diſpoſitio legis poſitiuæ ſi ſuper veritate fundata
eſt, in foro conſcientiæ eſt ſeruanda.*
5 *Prouidere quis debet in foro conſcientiæ alteri in
ſumma neceſſitate conſtituto.*

Vſurarius an bonis cedere poſsit.

Quæſtio decimaoctaua, quartæ q. princ.

1 DECIMOOCTAVO quæro, an vſurarius ad ceſ-
ſionis beneficium admittatur? Reſpond. quòd ſi
nõ habet vnde vſuras reſtituere valeat, nulla pœna in
foro conſcientiæ mulctari debet, cùm ſatis eum noxa
paupertatis excuſet, inquit text. in c. cum tu. extra, de
2 vſuris. ſed in foro contentioſo tenetur aut integrè ſa-
tisfacere, vel bonis cedere, quia talis peccator ſem-
per in mora eſſe dicitur. Hoſt. in ſumma de pœnit. &
remiſ. §. ſi col. pen. verſ. quid ſi nullam, & Archi. in c.
quanquã. col. 1. ver. ſed nunquid in hoc caſu, de vſuris
in 6. niſi dolo bona diſſipaſſet, nam hoc caſu ceſſionis
beneficio vti non poſſet, ſecundùm Imol. in l. etiam.
§. licèt. quem ibi ſequitur Alex. in fi. ff. ſol. matr. prout
etiam dicemus infra, in 28. q. Idẽ, ſi mutuaſſet ſub vſu-
ris pecunias ſpe veniam à debitore vel à principe cõ-
ſequendi, nam ob eius damnatam intẽtionem, bono-
rum ceſſionis beneficiũ perdit. Dyous in regul. pec-
catum in fine. de reg. iur. in 6. & Alex. in l. xlia. §. ele-
ganter. col. 5. ver. Confirmo per id q voluit. ff. ſolu.
matr. ceſſante ergo doloſa bonorum diſſipatione, &
praua intentione veniam conſequendi, cùm ad ceſ-
ſionis beneficium admittatur ſecundùm Archidiaco.
Quòd ſi bona poſt ceſſionẽ acquiſierit, an habebitur
ratio ne egeat, vel inſolidum exigetur? gl. in d. c. cum
tu. in verbo, facultatibus, dicit, quod inſolidum ſicut
prius tenebitur, quã gloſſam ſequitur Clauaſi. in ſua
ſumma. in verbo, vſura. 2. num. 16. verſi. Decima pœ-
na eſt, quod intelligere verum in foro pœnitẽtiali ſe-
3 cundùm Ioannem And. ibi ſuper gloſſ. in verbo, & li-
cet, quem ſequitur Ancha. in repe. d. regulæ, peccatũ.
in 8. colum. in fin. verſ. In vſurario verum, & idem fir-
mat Abb. in d. c. cum tu. ſecus eſt in foro cõtentioſo.
nam in acquiſitis de nouo, exigetur ſolũmodo inquã-
tum facere poterit, & non vltra, reſeruatis ſibi quoti-
dianis alimentis, vt eſt textus in l. qui bona. & l. ſi de-
bitoris. ff. tit. noſtro. & not. in c. 2. extra; de pignor. &
4 in l. ex contractu. C. de bon. auth. iudic. poſ. & ita de-
clarat Abb. poſt alios in d. c. cùm tu. in 2. col. in princ.
ver. in gl. in verbo, facultatibus. Sed fortè illa doctri-
na in dicto c. cùm tu quod in foro cõſcientiæ debitor
poſt ceſſionem etiam inſolidum teneatur, non eſt ve-
ra primò, quia cùm lex ciuilis non nutriens peccatũ,
aliud ſtatuat fundãdo ſe ſuper veritate, nõ ſuper præ-
ſumptione, videtur q diſpoſitio illa legis poſitiuæ ſit
5 in foro conſcientiæ ſeruanda ſecundùm ea quæ tra-
dit Bald. in l. cum quis. col. 5. in fin. verſic. Poſt hoc
ſciatis, nu. 14. ibi in ſecundo verò caſu, quando ius eſt
fundatum ſuper veritate, C. de iur. & fact. igno. & Ar-
chi. in regula, poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Secundo, quia
etiam in foro conſcientiæ debet quis in ſumma ne-
ceſſitate conſtituto prouidere, vt eſt tex. in c. Paſchæ.
35. diſt. & in l. necare. ff. de libe. agno. & bene facit
tex. in c. ſicut hi. 47. diſtin. & in c. ſatis. 86 diſtin. ergo
multo fortius ei relinquere debet id, quod eſt debi-
tori neceſſarium ad ſuſtentationem vitæ. arg. text. in
c. 1. extra. de natis ex libe. ventre. Cogita.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui per imperitiam iudicauit, & in ſyn-
dicatu condemnatus fuit, an ad ceſſionis be-
neficium*

neficium admittatur.

2 *Iudex qui per imperitiam iudicauit, & in ſyndicatu condemnatus fuit, de conſuetudine in carceribus poni debet, donec integrè ſatisfaciat.*

3 *Iudex qui doloſè iudicauit, & in ſyndicatu condemnatus fuit integrè ſatisfacere tenetur, & priuilegium non habet, vt non conueniatur vltra quam facere poſſit.*

Iudex per imperitiam iudicans, condemnatus in ſyndicatu, an bonis cedere poſſit.

Quæſtio decimanona, quarta q. princ.

1 DECIMONONÒ quæro, vtrum iudex, qui per imperitiam iudicauit, ex quo litem ſuam fecit, in ſyndicatu condemnatus fuit, ad ceſſionis beneficium admittatur pro carcere euitando? videtur dicendum, quòd quamuis non ſit ſoluẽdo, pœna corporali puniri debeat, cùm ex quaſi maleficio teneatur, vel ſaltẽ de cõſuetudine in carceribus ponatur, donec integrè ſoluat, vt voluit Bal. in c. 1. §. iudices. col. 1. in fi. ver. Itẽ no. quòd iudex de pace iura. firmam. in vſi. feudor. quem ſequitur Aluarot. ibi ſub. §. qui verò ſubdẽs vidiſſe ita Florẽtiæ & Senis practicari, & hoc dictũ refert Alex, in l. fi. ff. de vari. & extraordi. cogni. Contrariũ determinat gl. in l. ſi filiusfa. ff. de iud. vbi vult, quòd ſolùm teneatur in quantum facere poteſt, & illã gl. ſequuntur communiter Doct. vbi differentiam ponunt, quando per imperitiam, & quãdo per dolum iudicauit, primo 3 caſu condemnatio arbitrio boni viri modificatur, quòd eſt, inquantũ facere poteſt, ſecundùm Bal. in c. canonum ſtatuta. col. 2. in fin. verſic. quæro, quid ſi iudex extra de cõſti. & Roman. in ſingul. 162. Iudex qui admittit, cum cõcord. ibi per Mod. in eius addi. Secundo vero caſu non modificatur condẽnatio, immò totaliter & integraliter condemnatur, & ita procedant, quæ in contrarium adducuntur, vt declarat idem Bal. in auth. ſed cùm teſtator. col. fin. circa fi. verſ. Item extra quæro. C. ad l. Falc. & in rub. C. de pœna. iud. qui male iud. in 1. col. verſ. quæro, vtrum iudex. nu. 5. & in l. mancipia. in prin. ver. Si autem iudex. C. de ſer. fugi. & Rom. in d. ſingu. 162. Vnde dixi idem Bal. in l. quæ fortuitis. col. 6. verſ. Redeo ad primum. C. de pig. act. quòd iudex qui per imperitiam iudicauit, & in ſyndicatu condẽnatus fuit, ſi non eſt ſoluẽdo, nõ carceratur, ſed tenetur ſolùm in quantũ facere poteſt, quòd dictũ refert & ſequitur Alex. in d. l. ſi filiusfa. & in l. 4. §. in eum. ad fi. ver. Sentit etiam. ff. de dãno infect. vbi allegare voluit Bald. in d. l. quæ fortuitis, quãuis ipſum allegct in l. pignus. C. eo. vbi nullum verbũ de hoc facit, idẽ tenet Paris de Put. in tract. ſynd. §. An ſi poteſtas. col. 4. ver. Et ſi officiales non ſint ſoluẽdo. nu. 16. & ſequitur Firm. in ſuo repertorio, in verbo, officialis ſyndicatus. nu. 44. Sed ad hoc euitandũ hodie practicatur, quòd facta per eum ad generalem inquiſitionẽ reſpõſione cõtra ipſum in ſyndicatu formatam, fideiuſſionẽ præſtat de ſoluendo omne & quicquid in quo cõdemnatus fuerit, niſi cõtra ipſum ſpecialis inquiſitio formata eſſet de homicidio, valde alio delicto pro quo corporalis pœna veniret imponẽda, iuxta tradita per Bart. in l. 1. ff. de custo. reo. tunc in carceribus retinetur, & ſub fideiuſſoria cautio. non relaxatur, vt ibi per Bart.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an in dotis reſtitutione ad ceſſionis beneficium admittatur, vel gaudeat priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere poſſit.*

Maritus in cauſa dotis nec carcerari, nec bonis cedere poteſt, ibid.

2 *Maritus ſoluto matrimonio actione reali cõuentus ad fundum in dotem datum, tenetur inquantum facere poteſt, niſi in dotali inſtrumento precarium eſſet appoſitum.*

3 *Maritus conuentus actione de dote ad rem dotalem, quæ extaret, vel ad aliam ex pecunia dotali acquiſitam, & per eam reſtituere nollet, non gaudet priuilegio, quod conueniatur in id quod facere poteſt, ſed inſolidum cõdemnatur.*

4 *Maritus actione perſonali deſcendente ex maleficio conuentus inſolidum tenetur.*

5 *Depoſitarius vtens pecunia in ſacculo ſignata, furti tenetur.*

6 *Maritus ſi eius bona in fraudem vxoris doloſè alienauit, ſeu diſſipauit priuilegio mariti non gaudet, ſed inſolidum tenetur.*

7 *Maritus ab vxore actione negotiorum geſtorum conuentus, quæ ſucceſſit propter eius negligentiam loco actionis de dote, perdit beneficium quod habet à lege, & inſolidum condemnatur.*

8 *Maritus ab vxore conuentus actione ſeparata ab actione de dote, id eſt, ex contractu celebrato poſt ſolutum matrimonium, inſolidum conuenitur.*

9 *Maritus putatiuus priuilegio non gaudet, quod non conueniatur, niſi in id, quod facere poteſt, ſed inſolidum tenetur.*

10 *Maritus ſua ſubſtantia male vtens, ab vxore conuentus, conſtante matrimonio inſolidum conuenitur, & non gaudet beneficio ſibi à lege conceſſo.*

11 *Maritus ſciens à principio ſe non poſſe dotem integram reddere, ſi eam accepit, vel habuiſſe confeſſus fuit, an ex hoc in dolo fuiſſe præſumatur, & ſic inſolidum condemnari debeat, vel beneficium habeat, vt non conueniatur vltra quam facere poſſit?*

Intellectus ad l. pen. ff. de iure dot. eod.

12 *Maritus ab vxore conuentus, ſi inter eos matrimonium cõtractum fuiſſe negauit, beneficium ſibi à lege conceſſum perdit, & ad integrum dotis ſolutionem condemnatur, & hoc ſi mendacio eſſet dolus ſeu lata culpa: ſecus, ſi dolus & culpa ceſſaret, & nu. 16.*

13 *Maritus matrimonium negans, ſi poſtea pœnitet, & ante litem conteſtatam confitetur, ſibi non præiudicat, niſi vxor talem recuſaret acceptare confeſſionem, & offerret ſe contrarium probare, & nu. 14.*

15 *Maritus negans negata prout narrantur, & petita prout petuntur in libello, in quo de matrimonio & dotis traditione fit mentio, ſibi non præiudicat, nec beneficium perdit vt non*

conueniatur vltra quàm facere poteſt.

17 *Maritus ſi dotem alteri quam mulieri reſtituere promiſit, ad integram dotis ſolutionem tenetur, nec beneficio gaudebit, vt non conueniatur vltra quam facere poſſit.*

18 *Maritus alteri quam vxori dotem reſtituere promittens per hæc verba, videlicet, promitto ꝙ mea vxori debeo, non conuenitur, niſi inquantum facere poteſt, ſecus, ſi dixiſſet centum ex cauſa dotis reſtituere promitto, quia eo caſu inſolidum condemnabitur, etiam ſi delegatio ex lucratiua cauſa facta fuiſſet.*

19 *Maritus ſi certã dotis quantitatem negauit, offerens ſe ſtare vxoris iuramento, ſi de tanta quantitate creditrix eſſet, & ipſa in iudicio iurauit maritum ex dotis cauſa centum ſibi debere, inſolidum condemnatur.*

20 *Maritus ſi ad dotis reſtitutionem ab vxore longiorem habuit dilationem, quam de iure communi & conſequi debeat, elapſo termino, priuilegio gaudet, vt non condemnetur, niſi inquantum facere poteſt.*

21 *Opin. vltima glo. in dubio ſemper approbata cenſetur, quando non apparet, quam opi. ipſam approbare voluerit.*

Debitor qui à creditoribus quinquennalem dilationem, vel etiam minorem habuit, bonis amplius cedere non poteſt. eo.

22 *Maritus nõ poteſt pacto expreſſo nec tacito etiã cum iuramento renuntiare beneficio, quod non conueniatur vltra quam facere poſſit.*

23 *Glo. quãdo plures opiniones recitat primam ſimpliciter, in ſecunda verò ait, quidam dicunt, vel alij dicunt, tunc prima opin. glo. cenſetur approbata, & non ſecunda.*

Dictio, alij, perſonam loquentem excludit. eo.

24 *Beneficiũ ceſsionis bonorũ, propter ꝙ no tenetur debitor in acquiſitis poſt ceſſionẽ, niſi inquantũ facere poteſt, non eſt à iure reuerentiali cauſatum, prout eſt beneficium marito conceſſum.*

25 *Maritus vel eius filij ſi artifices ſunt, ex quo artificio victum ſibi acquirere poſſunt, nõ gaudet beneficio ſibi conceſſo, ſed inſolidũ condẽnatur.*

26 *Maritus excipiens cõueniri nõ poſſe niſi inquãtũ facere poteſt, ſi recta eius exceptione inſolidum condẽnatur, & nõ appellauit, nõ poterit in executione ſententiæ de huiuſmodi beneficio excipere: ſecus ſi ante ſententiam appoſuiſſet.*

27 *Exceptio inuẽtarij confecti ſi oppoſita fuit, & per iudicem reiecta per proceſſum ad vlteriora, nec appellatum fuit, amplius opponi non poteſt: ſecus ſi ante ſententiam non fuit oppoſita, quia in executione ſententiæ opponi poterit.*

Exceptio quæ ſententiam non impugnat, etiam in executione ſententiæ opponi poterit, ibid.

28 *Maritus pauper & inops effectus, poſt ſententiã in qua ad integrã dotẽ cõdẽnatus fuerat, beneficio nõ gaudet, ꝙ cõueniatur inquãtũ facere poteſt.*

29 *Maritus ꝓ dote cõfiſcata ex delicto vxoris à fiſco cõuẽtus beneficio gaudet, ꝙ non cõueniatur, niſi inquãtũ facere poteſt: ſecus ſi maritus cõfiſcatus fuit & fiſcus à mariti creditoribus cõueniatur, quia fiſcus mariti priuilegio minimè gaudet.*

30 *Maritus ab vxore inope conuentus, inſolidum condemnatur, & beneficio non gaudet, vt non conueniatur vltra quam facere poteſt, niſi ob ſtatus mutationem priuilegiatus eſſet.*

31 *Maritus in bonorum ſuorũ & ſuæ vxoris adminiſtratione dolum committens, perdit priuilegium quod habet à lege, & inſolidum condemnatur, nec ad ceſſionis beneficium admittitur.*

32 *Maritus ſi lata culpa, bona propria dilapidauit, non perdit priuilegium ꝙ habet à lege, ſecus ſi lata culpa vxoris bona dilapidauit, & nu. 33.*

34 *Maritus & nõ vxor electionem habet, an quinquennales velit inducias, vel cedere bonis.*

Maritus in reſtitutione dotis an cedat bonis?

Quæſtio vigeſima, quarta q. princip.

1 VIGESIMÒ quæro, nunquid maritus ab vxore pro ſuarum dotium reſtitutione conuentus tam conſtante quàm diſſoluto matrimonio ad integram dotem teneatur, ita quòd ne in carceres detrudatur, bonis cedere debeat, an verò beneficium habeat, ne teneatur vltra quam facere poſſit, deducto, ne egeat? Reſpon. ꝙ quamuis regula ſit, ꝙ conueniri aut excuti non poſſit, niſi quatenus facere poteſt, vt eſt text. in l. maritum. vbi Bart. Alex. & communiter docto. ff. ſol. matr. in l. patronus. & l. nõ tantùm. cum l. ſequenti. ff. de re iud. & ſic carcerari non poteſt, & ex conſequẽti nec cedere bonis, vt probatur in d. l. maritum. iuncto §. fi. Inſtit. de act. & tradit Baptiſta de ſancto Blaſio in tract. de priuil. dota. in 350. priuilegio. nu. 50. In multis tamen caſibus reperitur, ꝙ inſolidum tenetur, ne igitur in carceres detrudatur, ad bonorum ceſſionem admittetur. Primus ergo videtur eſſe caſus, quãdo ſoluto matrimonio actione reali conuenitur, puta quia domus vel fundus in dotẽ traditus fuit, nec alienatus reperitur, & tunc ex quo non vt maritus, ſed vt quilibet extraneus poſſeſſor conuenitur, iuxta l. ſi fundus. §. in venditione. ff. de pignorib. inſolidum tenetur, vt videtur eſſe tex. in l. Neſennius. §. fundum. ff. de re iud. & in l. ex facto. §. fi. ff. de pecul. ſecundum Bart. in d. l. maritum. & in l. ſi cõſtante. in prin. in 8. q. vltimæ partis. col. pen. verſ. Ad cuius declarationem. ff. ſol. matr. Contrarium tamen teneas, ꝙ immò conuenitur tantùm in eo ꝙ facere poteſt, vt cõmuniter tenent doct. quos citat Alex. in d. l. ſi conſtante. in 6. col. in princ. verſ. Item adde ꝙ inquantum Bar. in l. ſi filiofam. la 2. ff. eo. & in d. §. fundum. in prin. ver. No. ꝙ conuentus, idem tenet Bal. in l. ꝙ nomine. quem ibi ſequitur Iaſ. in 2. limitatione. ff. de condict. indebi. Ad contraria reſponde, ꝙ illa procedũt & ſunt vera, quãdo dos per maritũ erat conſtante matrimonio reſtituta, vel quia de bonis mariti inſolutũ datio facta fuit mulieri, & ſic dominium in ipſam mulierem fuit de iure communi tranſlatũ, iuxta l. traditionibus. C. de pact. & l. ſi ager. C. de rei vend. Si enim poſtea illorum bonorum poſſeſſio ad manus mariti peruenerit, tunc mulier ſoluto matrimonio rei vendicatione cõtra maritum de iure communi aget tanquã contra quẽlibet rerum ſuarum extraneum poſſeſſorem, & ſic non cõuenietur vt maritus, nec ex cauſa dotis, ideo beneficiũ non habebit, vt exi-

vt exigatur inquãtum facere poteſt, ſed cogi poterit,
vt integra bona reſtituat.l.nam & maritus.ff.de cõdi-
ctione indebiti tradit Tiraquel.in tractat.de iure cõ-
ſtitut.in prima parte, nu.28.verſ.Hinc item fit. Secus
ergo, ſi mulier ſoluto matrimonio rei vendicatione
contra maritũ ageret, ex cauſa dotis nondum ſibi re-
ſtitutæ,quo cauſa de iure ſpeciali, quo dominio rerũ
dotalium ſoluto matrimonio ipſo iure tranſit in mu-
lierẽ abſque aliqua traditione,per l.in rebus.C.de iu-
re dotiũ,maritus conuenitur,vt maritus,& non quili-
bet extraneus poſſeſſor, meritò ſecundùm magis cõ-
munem opinionem tenetur, quod tunc beneficiũ ha-
beat,vt non teneatur vltra quã facere poſſit, & in his
terminis loquitur Bar.in d.l.ſi filioſa.& in d.§.fundũ,
vbi etiam Alex.in 1.col. verſ. Sed Bart. hic fatetur,&
Are.in §.item ſi de dote.col.1.in fin.verſ.Aut maritus
conuenitur,inſtit.de actio.& ita declarat Iaſ. in dicta
l.ſi conſtante,in prin.col.20.in prin.verſ.Sed tu inge-
nuè dic. Reſtringe tamen hanc communẽ opinionem
niſi in dotali inſtrumento precarium eſſet appoſitum,
quia ſic incontinenti ſoluto matrimonio, non ſolùm
dominiũ in mulierem tranſlatum eſſet, per dictam l.
in rebus,ſed etiam poſſeſſio,iuxta l.interdũ cum vulg.
ff.de acqu.poſſeſ.hoc caſu inſolidum teneretur, & d.
priuilegiũ non haberet. Bal.Ang.& Rom.in d.l. ſi fi-
lioſa.quos Alex.ſequitur in d.§.fundum.col.1.nu.3.&
3 Tiraq.in d.verſ.Hinc item fit. Si verò maritus ad rem
dotalem,quæ extaret,actione de dote conuenitur, &
eam reſtituere nollet, quia eo ipſo diceretur eſſe in
dolo,dictũ beneficium nõ habet, ſed inſolidum con-
demnari debet.arg.l.in bonæ fidei.ff. de pecul. Alex.
in d.l.maritum,col.1.verſ.Decimò fallit, & iſto caſu
etiam ad ceſſionis beneficium ob eius dolum non ad-
mittitur.l.fin.cum ibi not.per gloſ.fi.ff.quæ in fraud.
cred.& l. pe.ff.de iure dot.& ex quo videtur ad rem in
ſpecie obligatus,vt diximus ſuprà in 12.q. Idem ſi res
dotalis nõ extaret. Sed alia ex re & pecunia dotali ac-
quiſita.l.vxor marito. ff.de donatio. inter virũ & vxo.
& l.ſi cùm dotem.§.fin.ſolut.matr.cum alijs per Are.
4 citatis in d.§. Item ſi de dote,col.2.verſic. Sextò fallit
& ibi per Iaſ.circa fin.verſicul. Tertio limitatur not.
Secundus caſus eſt,quãdo actioni perſonali ex male-
5 ficio deſcendente conuenitur, puta rerum amotarum
actione, vel actione depoſiti pro pecunia in ſacculo
ſignata,qua depoſitarius vſus eſt,quo caſu furtũ com-
miſiſſe dicitur,vt colligitur ex notatis per glo.in l.die
ſponſaliorum.§ ſi.ff.depoſit.& eſt text.& ibi not.in l.
ſacculum.ff.eo.& eſt deciſ.Tholoſ.168. Itẽ fuit quæ-
ſitum,ſi pecunia fuit alicui tradita,& optimè declarãt
Mod.Fanen.in tract.de pign.in 3. mẽbro quintę par.
6 nu.13.verſ.& obſignatio, & tunc inſolidum tenetur,
vt eſt tex.in l.ſi rerum.ff.de re iud. An autem hoc caſu
ad bonorum ceſſionem admittatur,videatis quæ dict.
ſunt ſupr.in 17.q. Tertius caſus eſt vbi doloſè aliena-
uit,ſeu bona in fraudem ſuæ vxoris diſſipauit,eo enim
caſu inſolidum tenetur,vt eſt text.in leg.ſi quis dolo,
in prin.& ibi no.gl.ff.de re iud.& in l.etiam.§.licèt,&
ibi gl.Bar.& ſcribentes.ff.ſolut.matr. & hoc caſu ceſ-
ſionis beneficio caret,gl.in d.l.fi.quæ in fraud.credit.
& tradit Bal.in l.1.col.2.verſic.Quæro vtrum ille. C.
7 titul.noſtro & dicemus infrà in 18. caſu. Quartus ca-
ſus eſt, quando conuenitur actione,puta negotiorum
geſtorum,quæ loco actionis de dote ſucceſſit ob eius
negligentiam,iſto caſu perdit beneficium ꝙ habet,&
inſolidum tenebitur,vt eſt tex.in l.diuortio,vbi gloſ.
& docto.ff.de nego.geſt ſed hoc caſu ad ceſſionis be-
8 neficium admittetur.d.l.1.C.tit. noſtro. Quintus ca-
ſus eſt, vbi alia actione prorſus ab actione de dote ſe-
parata conuenitur,& ſic ex contractu poſt diſſolutum
matrimonium celebrato, & hoc caſu inſolidum ex-
cutitur,vt tenet glo.in d.l.diuortio & Dyn. in §. præ-
terea.inſt.de act.quem ſequitur Bart.in d.l.maritum,
& Aret.in d.§.item ſi de dote,col.1.ver. ſi verò con-
ueniatur. Sed tamen pro euitandis carceribus ad be-
neficium ceſſionis bonorum admittetur.d.l.1. Sextus
9 caſus eſt,quando maritus non eſſet verè maritus, ſed
putatiuus;nam talis non gaudet beneficio,ne conue-
niatur vltra quam facere poſſit,ſed inſolidum tenebi-
tur,& ſic carcerari poterit,vt eſt text.no.in c.1.in ver-
bo,totam,ſecundùm communem intellectum Doct.
extra.de don.inter vir.& vxor.idem tenet Bal.Pau.de
Caſt.Imol.& Alex.in l.diuortio.§.impendia.in fi.ſol.
mat.quamuis gloſ.in d.c.1.cõtrarium teneat,& malè
ſecundùm Alex.ibi, & hoc caſu ad refugium ceſſionis
10 admittetur.d.l.1.Septimus caſus eſt,vbi maritus con-
ſtante matrimonio ad dotem conueniretur, eo quia
ſubſtantia ſua malè vteretur: nam hoc caſu inſolidum
conuenitur,& dicto beneficio non gaudet ſecundùm
gl.communiter approbatam in l.vbi adhuc,in verbo,
ad ſuſtentationem.C.de iure dot.per rationem ibi aſ-
ſignatam, & cum illa tranſit Cyn. & Bald.ibi in pen.
col.verſ.Pone ꝙ vir conſtante matrimonio,& idẽ Bal.
in l. ſi quis credidit. ff. de pact. & ita tenent Paul. de
Caſt.Imo.Rom.& Alex.in d.l.ſi conſtante, in pr. col.
5.ad fin.verſ. In gl.ibi & cum tẽperamento, & ibi Iaſ.
in 13.col.verſ. In vltima parte gl. quamuis cõtrarium
teneat gl.& malè in d.l.ſi conſtante in gl.fin.ibi, & cũ
temperamẽtis,& hoc caſu ad bonorum ceſſionis be-
11 neficium admittitur. Octauus caſus eſt, vbi maritus à
principio ſciẽs non poſſe dotem integrã reddere, illã
accepit,vel habuiſſe confeſſus fuit,eo enim caſu inſo-
lidum tenetur,& dictum beneficium non habet.gloſ.
eſt notabilis iuncto text.in l.penult.in gl.fi.ff. de iure
dot.& not.Bart.in l.alia.§.eleganter,in fi.ff.ſol.matr.
Sed iſte caſus ad regulam de qua ſuprà,adaptari poſſe
non videtur, quia dicta l. pen. in ſocero viri loquitur,
qui pollicitus fuit id, in quo ſe incontinenti non eſſe
ſoluẽdo ſciebat:caſus autẽ noſter in marito loquitur,
qui licet tempore receptionis dotis ſe inopẽ eſſe ſci-
ret,& illam pro vſu quotidiano ſe conſumpturum, vt
pauperes ruſtici faciunt, nihilominus illã accipere &
cõſeruare,& ſic totam reſtituere poterat,vnde ex hoc
dolus in ea argui nõ debet. Quinimò dici poteſt ada-
ptari poſſe,quoniam ſi maritus dotem recipiens ſciat
ſe præter dotem nihil habere,quãuis eam vſque ad re-
ſtitutionis tẽpus integram conſeruet,non ignorat ta-
men quod dicto tempore tãtùm de dote ipſa retinere
poterit,quod nõ indigebit,ideo ſequitur,quod ita re-
cipiens,in dolo verſatus fuerit. Hoc tamen non ob-
ſtante,concludo ipſum non eſſe in dolo, quia quãuis
ſciret ſe tempore receptionis vltra dotem nihil habe-
re,nihilominus quia ſtatim & incõtinenti ad illius re-
ſtitutionem ſe non eſſe obligatum,ſed ſolùm diſſolu-
to matrimonio ſciebat,cogitare poterat,quod ſoluẽ-
do efficeretur,cùm in futurum,antequam fortè reſti-
tuendæ dotis dies eueniat,ditari præſumatur, argum.
l.ſi defunctus.C.arbitr.tute.& l.cura.§.deficientium.
ff de muneribus & honoribus,ita Alex.in d.l. maritũ,
in 9.fallen.& in l.ex diuerſo,in prin.col.fi.verſ.Secũ-
dus caſus.ff.ſolut.matr.ceſſante ergo dolo, ceſſat di-
ſpoſitio.d.l.pen.quæ in debitore doloſo loquitur, vt
12 latè dicemus infra in 22.& 31.q.ſuper materia d.l pe.
& hoc caſu ad ceſſionis beneficiũ admittitur d.l.1. C.
tit.noſtro. Nonus caſus eſt,ſi maritus per mẽdacium
negauit illud quod erat cauſa beneficij, puta ꝙ nun-
quam inter eos contractum fuerit matrimoniũ, nam

bationе ſecundi intellectus gl.dicta ſunt, reſpõdetur
quod regula illa non procedit.quando gl. primã opi.
recitat,in ſecunda verò dicit, alij dicunt, vel quidam
dicunt,& tunc prima opin.cenſetur gl.& non ſecũda,
ita probatur ex gl.in rub.ff.ſi certum peta.iuncta glo.
in l.certi condictio.in prin.eod. tit. & facit etiam ratio,quia dictio,alij,loquentẽ excludit,vt habetur per
Bald.in l.conuenticulam.col.4.in princ. C. de epiſc.
& cleri.cum aliis per Pariſ.adductis conſ.79.Videtur
prima.col.3.in prin.ver.quæ dictio.num.21. vol.2.&
ita limitat Iaſ.in d.l.ſi idem cum eod.in 3 limita. Sed
24 ita inquit gloſſ.in d.§.ſed an etiam,ergo,&c.Ad l.fin.
ſuprà allegatam reſpondent Alex.& Compeg.vbi ſuprà,quod illud beneficium ceſſionis bonorum, propter quod debitor in acquirendis poſt ceſſionem non
tenetur vltra quàm facere poſſit,iuxta l.4.& l.qui bonis.ff.tit.noſtro,& l.ex contractu. C. de bonis autho.
iudic.poſſid.non eſt à iure reuerentiali cauſatũ, prout
in beneficio marito conceſſo,vt in d.§.eleg?ter,& in
l.vnica.§.cùm autem ibi reuerentiæ debitũ. C. de rei
vxo.actio.Sed in illa l.fi.nulla debetur à creditore debitori reuerẽtia, immò debitor dicitur ſecundùm eos
25 quaſi creditoris ſeruus,vt not.gl.in l.fideic.§.ſi ratio,
de leg.3.& in l.3.C.de nou.ergo,&c.Decimustertius
caſus eſt,ſi maritus,vel eius liberi artifices ſunt,& artem aliquã exercent, qua mediante victum ſibi quærere poteſt,nam hoc caſu excipere non poteſt,ne exigatur niſi inquantùm facere poteſt, ſed inſolidũ condemnabitur.text.eſt & ibi not.gl.ſi. in l. ſi maritus in
id,vbi Bar.Alb.Bal.Pau.de Caſt.& Alex.ff.ſol.mat. &
Amanel.de claris aquis,in ſing.188.Item not ꝙ maritus,quam glo.dicunt eſſe ſing.Nice.de Neap.& Pau.
de Caſt.in d.l.maritum,nu.8.& ſimilis gl. habetur in
l.ſi quis argentum.§.ſed & ſi quis,in gl.fin. C. de donatio.cum aliis concord.relatis per Iaſ.in § item ſi de
dote.col.1.verſ.Nam ſi eſt perſona ſub num.7.Inſtit.
de actio.quamuis Aymo.conſ.199. Ad ſubtilia, col.
pen.in princ.verſ.nec ob.glo.vol. 1. ꝙ dicat gl.illam
non procedere ſine dubio per ea quæ ſcribit Soc.ſen.
conſ.30.in cauſa dominæ Agnetis.col.fi.verſ. Cõfirmatur hoc.vol. 4. & hoc caſu ceſſionis bonorum beneficio gaudebit,iuxta text.in d.l.1.C.tit.noſtro. Decimusquartus, caſus eſt, ſi maritus exceptionem oppoſuit, ꝙ conueniri non debet, niſi in quantum facere poteſt,& ea reiecta,iudex eam inſolidum condemnauit,à qua ſententia maritus non appellauit, nõ poterit poſtmodum in executione ſentẽtiæ de huiuſmodi beneficio excipere.glo.eſt notabilis in d.l. Neſen-
27 nius.§.fi.ff.de re iud.quamuis poſſet, ſi ante ſententiã
non fuiſſet oppoſitum.vt ibi not.prout in exceptione
inuentarij confecti dicitur,quæ ſi oppoſita fuit,& per
iudicem ad vlteriora procedendo nõ fuit admiſſa,nec
à non admiſſione fuit appellatum, talis exceptio amplius opponi non poterit, nec ſupet ea quæſtio refricari,vt habetur in clementi.fin.de appella. & ca.ſuborta.extra de re iud.per Bartol.in l.nec quiequam.§.
vbi decretum,col.2.in princip.verſ. Sed quæro circa
hoc.ff.de officio proconſul.& legat. per Ancha. pulchrè conſ.6.viſo themate quęſtio.col.1.verſ.Quo ad
ſecundùm,Alex.conſ.3.in cauſa & lite,colum.1.verſ.
Sed quid opus eſt,vol.2.Rom.conſ.384.In caſu propoſito.in fin. Calcan. conſ.115.licèt copioſè, in prin.
& in fi.& Dec.In c.quoniam contra.col.19.in fi.verſ.
Dicunt tamen Modet.extra, de probat.& nihilominus ſi ante ſententiam non fuit oppoſita, in executione ſententiæ opponi poterit,vt tradit Bart.& Docto.
in l.ex diuerſo.§.fi.ff.ſolut.mat.vbi Alex.hanc eſſe cõmunem opin.atteſtatur, & ita deciſum fuit in Capel.
Tholoſ.q.321.Item fuit quæſitum,an hæres poſſit,&
& Arela.tradit in §.appellatur,col.13.in fi verſ.ex quo
ſequitur.Inſtit.de except.& Eufred.in add.ad Capel.
Tholoſ.q.258. Item fuit quæſitum. Socer & ſocrus,
Nec eſt mirum,quoniam regula eſt, quod omnis exceptio quæ ſententiæ non repugnat, etiam poſt ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam,& ſic in executione opponi poteſt.l.1.cum ibi nota.per gloſſa.&
Doctor.C.de iur.& fac.ignor.& ex text. & ibi gloſſ.
& Pau.de Caſt.in d.l.Neſennius.§.fin.cum concord.
per Aret.citatis in § ſed & ſi quis cum parente col.fi.
verſ.Quæro,quando poteſt opponi: & ibi Iaſ.in vltima col.verſ.Quando autem,num.13.inſtit. de act. &
per Mod.Fanen.in tract.de pign.in 4.membro quintæ par.num.10. verſic.ſecunda concluſio ſit. Si ergo
28 inſolidum hoc caſu conuenitur, beneficio ceſſionis
bonorum gaudebit,vt carceres effugere valeat, iuxta
text.in d.l.1.C.tit.noſtro. Decimusquintus caſus eſt,
vbi maritus poſt ſententiam pauper & inops effectus
eſſet, nam ſi hæc inopia poſt ſententiam etiam abſq;
29 eius culpa ei obuenit,inſolidum tenebitur,& nõ gaudet beneficio, quod exigatur quatenus facere poteſt,
ita probatur in l.rei iudicatæ, in princ.ff.ſolut.matr.
quod eſt valdè notandum, gaudebit tamen beneficio
d.l.1.C.titul.noſtro.Decimusſextus caſus eſt,vbi dos
ex delicto vxoris eſſet confiſcata,nam maritus à fiſco
pro dote conuentus, non vtitur beneficio ſibi à lege
conceſſo,ſed inſolidum damnabitur ſecundum Bal.in
l.quod nomine.ff.de cond.indeb.Contra Bald.multũ
exclamat Alex.in d.l.maritus,in 2.colum.in 20.fal.&
Campeg.in d.tract.de dote.q.238. quando maritus,
circa fin.verſic.Vigeſimò fallit.in 5.par.dicentes,aut
lectura Bald.eſt defectiua,aut ipſe malè loquitur. Iaſ.
etiam contra Bald. duo fundamenta adducit in d. l.
quod nomine,vbi de Bald.miratur, qui cùm ſit tãtus
iuriſta,dixerit contra expreſſum caſum legis, videlicet contra l.ſi maritus,la prim.ff.ſolut.matr.& ibi reprehendit Alexand.qui non viderit d.l.ſi maritus, &
tandem concludit, quod in hoc caſu maritus habeat
ſuum beneficium, vt inſolidum non damnetur. Sed
Baldus in lectura mea dum allegat l. ſi marito publico.ff.ſolu.mat.allegat ad quæſtio.ſi maritus fuit confiſcatus,& fiſcus à creditoribus conueniatur, ꝙ ipſo
priuilegio marito conceſſo non vtetur, quia illud eſt
perſonale,quod perſonam non egreditur.l. quia tale.
ff.ſolu.matr.dum verò format quęſtionem de dote ex
delicto vxoris confiſcata,concludit quod maritus cõtra fiſcum gaudebit priuilegio,quod habet à lege, ne
conueniatur vltra quam facere poſſit, & pro hoc allegat d.l.ſi maritus.la 1.quam allegauit Iaſ.contra Bal.
ex quibus igitur patet,Bald.bene locutum fuiſſe, ſed
eius lectura,quam habebãt Alex.Campeg. & Iaſ.erat
defectiua,& arbitror illam lecturam fuiſſe ex his verbis,Quid ſi dos eſt cõfiſcata delicto mulieris, an maritus contra fiſcum habebit beneficium mariti?dic ꝙ
non,quia beneficium perſonale non tranſit in fiſcum.
l.ſi marito publico.ff.ſoluto matri.Sed vera Baldi lectura,quam ego habeo,talis eſt: Quid ſi dos eſt cõfiſcata delicto mulieris, an maritus cõtra fiſcũ habebit
beneficiũ mariti?dic ꝙ ſic.ff.de ſoluto matrimonio l.
ſi maritus,la 1.Quid ſi maritus eſt cõfiſcatus,an fiſcus
habeat beneficium mariti?dic quod non,quia beneficium perſonale non tranſit in fiſcum.ff.ſol. matr. l. ſi
marito publico iudicio damnato. Stante igitur hac
lectura,bene locutus fuit Bald. nec ab alio reprehẽdi
potuit,ideo caſus iſte ad materiam noſtrã adaptari nõ
poteſt, quod ſecus fuiſſet, ſi lectura de qua ſuprà,
30 procederet. Decimusſeptimus, caſus eſt, vbi mulier
inops

uerſo.in pr.& d.l.ſicut.& l pen ff de iure dotium, va-
rio modo locuti ſunt, & pro tanta Iuriſconſultorum
euitanda varietate gl.in d l ex diuerſo.in verbo, tutũ
eſſe, conatur ad concordiam dicta iure reducere, &
vult ꝙ vterque ſocer ſupradictum beneficium habeat
indiſtinctè,tam conſtante matrimonio,quã eo diſſo-
luto, niſi in inſtrumento promiſſionis dotẽ reſtituere
iorauerit, tunc enim contra iuramentum venire non
poteſt,niſi prius abſolutione à iuramento obtenta,vt
3 concluſum fuit in curia Tholoſ.q.258.Item fuit quę-
ſitũ,Socer & ſocrus,& niſi dolus à principio ex parte
patris mulieris interuenerit, qui generum ad matri-
monium cum eius filia contrahendum induxerit ſub
ſpe dotis promiſſæ,quam ſuadebat ſocer ſoluere poſ-
ſe, cùm non poſſet,per text.in l. pen. in fin. ff. de iure
dot.& cum d.l.gl.tranſit Bar. & communiter doct. vt
refert Alex.in d.l.ſicut,cum d.l.non tãtùm,col.3 ver.
In gl.vtimur,nu.13.excepto Paul.de Caſt qui inquit:
Aut in patre mariti loquimur, & tunc plenè gaudet
hoc beneficio. quia actio ad dotẽ reſtituendã dicitur
ſol.matr.nata,non ante:& iura dicunt, eum gaudere,
ſed in hoc malè loquitur Pau.de Caſt. quia etiã con-
ſtante matrimonio,de dote conueniri poteſt.per d.l.
ſi conſtante.§.quoties ſol.mat.quo caſu,locum habet
etiam d.beneficium,vt per Bar.in d.l.ſi cõſtitutione,
in pr.col.4.verſ.Septimo quæro,quid in ſocero.item
quia non diſtinguit Pau.in caſu matrimonij diſſoluti,
an dolum commiſerit ſocer, vel non:& ſic dicit cõtra
text.in d.l.pe.Idem tamen Pau.in d.l.non tantum,ſe-
quitur gl ſupradictã,vt non ſit differentia, an cõſtan-
te,vel diſſoluto matrimonio conueniatur,& an ſimus
in patre mulieris, vel in patre mariti, ceſſante dolo.
4 Sed adhuc reſtat dubium vnum non leue, quid enim
ſi ſocer viri à principio fuit in dolo, dotẽ promitten-
do,quam ſciebat ſe ſoluere non poſſe,vt dixi, & con-
ſtante matrimonio conueniatur,nunquid dictum be-
neficium habeat?certum eſt, ꝙ ſi ſoluto matrimonio
conueniatur, non habebit.d.l.pen. Sed conſtãte ma-
trimonio,hoc opus,hic labor eſt:ſi tenemus gl. ſ. re-
latam in d.l ex diuerſo, quæ contrariari videtur d. l.
pe.& l.ſed hoc ita.de re iud. & ſic tanta eſt inter do-
ctores varietas ex dictarum legum varietate,ꝙ vix de-
fendi poſſunt,videtur tamen dicendum, ꝙ dictũ pri-
uilegium non habeat propter d.l.ſed hoc ita,in fin.in
verbo doli,& l.vetũ.§.tempus autem.ff.pro ſoc. facit
text.in l.etiã §.licet.ff.ſol. mat. & hoc tenere videtur
Paul.de Caſt in d.l.ex diuerſo,& idem ſentit Bar.in l.
alia.§.eleganter.in fi.ſol.mat.dum allegat d.l pe. vbi
Bar. non videtur aliquam cõſtituere differentiã inter
patrẽ viri,& patrẽ vxoris,quia ſiue pater mariti,ſciens
ſe non eſſe ſoluẽdo,dotem recipiat, ſiue pater mulie-
ris dotem promittat,ſciens ſe ſoluere non poſſe, cùm
in dolo videantur,dictum beneficium perdunt.In cõ-
trarium facit,quia ſi hoc verum eſſet.ſ.ꝙ beneficium
perderent,ſequeretur quod nunquam eſſet differẽtia,
ſiue ſocer viri conſtante matrimonio, ſiue ſoluto cõ-
ueniatur,cuius contrarium voluit litera in d.l.ſicut.in
fi.cum l.ſeq.& d.l.pe.iuncto fine cũ principio:& hoc
in puncto iuris veriùs videtur,ſecundùm Alex. in d.l.
ex diuerſo. in vlt. col. verſ. Sed adhuc mihi remanet,
quando tempore contractæ obligationis dolus fuit
commiſſus, alioquin non videtur talem contrarietatẽ
tutè defendi poſſe. Ad cõtraria.ſ.de l.ſicut ita. & l. ve-
rum inquit reſponderi poſſe ꝙ loquitur de dolo, qui
ex poſt facto interuenit,hoc eſt, ante ſoluẽdi faculta-
tem,non autẽ à principio cõtractæ obligationis: quo
caſu,ſiue conſtante,ſiue ſoluto mat.conueniatur, be-
neficium perdit,vt ibi Imo.in d.l non tantùm in hoc
paſſu, cogitandũ relinquit,vnde Alex. inquit, vtinus
peccatũ eſſe,cogitandum relinquere, quã Iuriſcõſul-
torum varias ſententias demonſtrare, quoniam ſalua
eorum pace,nõ poteſt eorum varietas vllo pacto tutè
defendi. Nihilominus ipſe aliter loquendo in d. l. ſi-
cut,in gl.in verbo,vtimur, varias refert opiniones &
tandem dicta iura concordare conatur, dicens nõ vi-
deri bene dici poſſe,dolum,de quo loquitur tex. in d.
l.pen.adaptari ad ſocerum mulieris, cùm incertus ſit
caſus,& tempus reſtituẽdæ dotis incertum,& ſpes ſit,
talem ſocerum alia bona acquirere,vt etiã in 8. caſu,
20.q.dictum eſt.ſ.per tex.in l.ſi defunctus.C.arb. tu.
cum vul.ex hoc fortaſſe d.l.ſicut: vult inter ſocerũ vi-
ri,& ſocerum mulieris differentiã conſtitui:alioquin
difficilè forſitan eſſet,diuerſita.rationem reddere, &
ita arbitratur d. iura fore intelligenda & ita idẽ Alex.
tenere videtur in d.l.ex diuerſu.col.fi.circa.fin. Ver.
Secundus eſt caſus.Sed talis reſp. non tollit cõtrarie-
tatẽ d.l.ſicut in fi.iũcta d.l.ſed hoc ita in pr.& d.l. pe.
tex enim in d l.ſicut,in fi.& d.l. ſed hoc ita in pr. vo-
lunt ſocerum viri,non ſoluto mat. ſed dũtaxat,eo du-
rante beneficiũ habere:lex verò pe.ibi,ſi dirẽpto ma-
trimonio,vult contrarium, ꝙ etiam matrimonio diſ-
ſolutu habeat d.beneficium,niſi in dolo fuerit, com-
muniter tenent doct.in d.l.ſicut,vt atteſtatur Ale. ibi
nu.13.verſ. in gl.in verbo,vtimur,& ſic iſta iura adin-
uicem contrariantur,quam contrarietatẽ impoſſibile
eſt euitati poſſe,niſi ex mẽte gl.& doctorum dicatur,
d.l.ex diuerſo.diſtingui per d.l ſicut.in d.l ſed hoc ita
in prin.an manente vel ſol.matr. contra ſocerum aga-
tur à marito,& dictã l ſicut & d.l.ſed ita.per d.l. pen.
ſubdiſtingui,an ſoluto matrimonio ſocer à principio
dolum contra generum commiſerit. Cogita tamen.

SVMMARIVM.

*1 Procurator vel defenſor mariti, gaudet priuile-
gio mariti,eo viuente:ipſo autem mortuo, con-
demnatur inſolidum, niſi filius eiuſdem ma-
trimony marito ſuceeſsiſſet.*

Procurator vel defenſor mariti,an ce-
dat bonis.

Quæſt.vigeſimatertia,quartæ q.princip.

1 VIGESIMOTERTIÒ quæro,nunquid procu-
rator vel defenſor mariti viuentis, de dote con-
uentus, ad beneficium ceſſionis bonorum admittatur,
vel priuilegio gaudeat, quòd eius principalis habet?
Reſp.ꝙ vtitur mariti priuilegio,ne condemnetur,ni-
ſi inquantùm facere poteſt:mortuo autem viro, inſo-
lidum condemnabitur,tex.eſt in l.ſi cum procurato-
re,& ibi oo.Bart.Alex.& Iaſ.ff.de re iud. & hoc caſu,
ad ceſſionis refugium admittetur.l.1.C.tit.noſtro,ni-
ſi eſſet eiuſdem matrimonij filius, qui marito ſucceſ-
ſiſſet,vt eſt gl.ibi,quam ſequitur Bar. & communiter
doct.vbi Iaſ.in pe.col.verſ.In gl.in verbo inſolidum.
Pet.de Vbal.in tract.de duo.fra.in vlt.part.col.3.in fi.
& Anch.conſ.411.Et prima facie,col.1.verſ. Tertio
iſtud.num.5.& dicemus.ĩ.in 26.quæſt.

SVMMARIVM.

*1 Socius,ſoluta ſocietate,gaudet beneficio,quod non
condemnetur vltra quam facere poſſit, niſi in
inſtrumento ſocietatis iuramentum interue-
nerit, & niſi dolum vel latam culpam in ſo-
cietate commiſerit,& nu.2.*

Quod

Digitized by Google

Qaod procedit tam in ſocio omnium bonorum, quam vnius rei, num. 4.

3 *Negans id quod eſt cauſa ſui beneficij, perdit beneficium: ſecus, ſi debitum negaret, & num. 5.*

Socius an ad bonorum ceſſionem admittatur?

Quæſt. vigeſimaquarta, quartæ q. princip.

1 VIGESIMOQVARTO quæro, vtrum ſocius
ſoluta ſocietate, ſi non habet vnde ſoluere poſ-
ſit, ad bonorum ceſſionẽ admittatur, vel beneficium
habeat, vt non damnetur, niſi inquantùm facere poſ-
ſit? Reſp. ꝙ d. beneficium habet text. eſt in l. ſunt qui
in id. ff. de re iud. vbi ſocius non exigitur in plus, quã
facere poſſit. ſ. commodè ſecundùm eius qualitatem,
vt habetur in l. in condemnatione. ff. de reg. iur. & cō-
modè dicitur facere poſſe, deducto, ne egeat: non ta-
2 men æs alienum deducit, d. l. ſunt qui in id, & hoc in-
tellige verum, niſi in ſocietatis inſtrumento iuramē-
tum interuenerit, eo enim caſu, beneficio prædicto
nō gaudet, iuxta ea quæ not. in Capel. Tholoſa. q. 258.
Item fuit quæſitum, ſocer & ſocius, & procedit, dolo
ceſſante: ſi verò dolum vel latam culpam in ſocietate
commiſerit, inſolidum tenetur, cùm neque ſit æquũ,
dolum ſuum quenquam releuare. l. verum. §. tēpus au-
tem ff. pro ſoc. & l. ſed hoc. ita in fin. ff. de re iud. & l.
qui cum ſeq ff. eod. & latè conſuluit Corn. conſ. 128.
Circa hanc, vol. 3. & hoc caſu reſpectu doli perdit etiã
ceſſionis beneficium, vt eſt gl. ſingul. in l. fi. ff. quæ in
frau. cred. & d. l. pe. ff. de iure dot. Is enim qui doli ra-
tione conuenitur, ceſſionis refugium non habet, nec
priuilegio gaudet, ne conueniatur vltra quam facere
poſſit, vt tradit Veronen. conſ. 9. Quidam ex delicto,
nu. 4. & vidimus ſuprà in 14. quæſt. Idem ſi negauerit
ſe ſocium. Nam negãs id ꝙ cauſa beneficij, beneficiũ
3 perdit. d. § tempus autem, & d. l. ſed hoc ita. §. ꝙ autē
in fi. l ſi vnus, in fi. ff pro ſoc. not. in d. l. ſunt qui in id.
& l. ſi dubitet. §. 1. ff. de fideiuſ. fac. tex. in l. ſed & ſi ex
parte. §. interdum, & ibi doct. ff. ꝙ cum eod. & tradit
Iaſo. cum multis ſimili, in l. quod te. col. 11. in medio.
verſ. Eodē modo ſi quis. ff. ſi cer. per. & in l. qui cum
4 ſeq. ff. de re iud. & intellige non ſolum de ſocio om-
nium bonorum, ſed etiam vnius rei. d. l. verum, in pr.
& not. in d. l. ſunt qui in id, & in his caſibus carcerari
poterit, à quo carcere etiam cedendo nō liberabitur,
d. l. quæ in frau. cred & d. l pen. prout etiam in marito
diximus. s. in 9. caſu, 20. q. num. 12. ſi vero debitũ ne-
garet, priuilegio gaudebit, vt non exigatur vltra quã
facere poteſt, vt tradit Bartol. in d. l ſi dubitet. Multa
alia in propoſito ſcri. Aretin. in dict. § ſi ſocius, & ibi
Iaſo. ſub §. ſed & ſi quis, in 3. not. inſt. de ac. quos om-
nino vide.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non gaudet priuilegio principalis habentis priuilegium, ne conueniatur vltra quàm facere poteſt, ſed inſolidum conuenitur.*

2 *Priuilegium conceſſum marito, ſocio & alijs, de quibus in l. ſunt qui in id. ff. de re iud. nō tranſit ad fideiuſſorem, ex quo eſt perſonale.*

3 *Fideiuſſor datus à marito, ſoluto vel conſtante matrimonio pro dote reſtituenda, non gaudet priuilegio mariti: ſecus, ſi datus fuit à principio, & num. 4.*

5 *Fideiuſſor quo caſu poſſit ſe defendere, vt inſolidũ non cōdemnetur, ſed teneatur ſolùm quatenus facere poteſt.*

Fideiuſſor an cedat bonis, vel gaudeat priuilegio principalis debitoris.

Quæſt. vigeſimaquinta, quartæ q. princip.

1 VIGESIMOQVINTO, quæro, an fideiuſſor
datus ab his, qui non conueniuntur vltra quam
facere poſſint, ſi nō habet vnde ſoluere poſſit, eodem
2 priuilegio gaudeat quo gaudet principalis, vel inſoli-
dum teneatur, ita vt volens ſe à carceribus liberare,
bonis cedere debeat? Reſp. ꝙ inſolidũ tenetur, & ſui
principalis priuilegium non habet, quia illud eſt per-
ſonale, & ad fideiuſſorem non tranſit, vt eſt tex. in l. &
ſi fideiuſ. vbi gl. Bart. & Alex. quem vide omnino ſub
l. ſed hoc ita. § ꝙ autem, nu. 9 & ibi Iaſ. ff. de re iud. &
dictum eſt ſupr. in 6. q. verſ. Sed beneficium ꝙ datur,
num. 8. ideo ad bonorum ceſſionem admittitur, idem
firmat Aret. in §. fi. verſ. Io ea, ibi, de re iud. Inſt. de re-
plica. dicens, hoc beneficium fideiuſſori nō prodeſſe,
quamuis procuratori & defenſori proſit: ratio diffē-
rentiæ eſt, quia fideiuſſor ex ſua obligatione vel ſtipu-
latione conuenitur. l. blanditus. C. de fideiuſſor. Sed
3 defenſor & procurator ex obligatione ipſius rei prin-
cipalis cōuenitur, vt ibi. & no. in l. alia. §. eleganter. ff.
ſol. mat. & hoc vendicat ſibi locum etiam in fideiuſ-
ſore mariti dato pro dote reſtituēda, ſi fuit ſoluto ma-
trimonio datus: ſecus, ſi à principio, vt voluit Bart. &
4 communiter doct. in l. ſi conſtante. §. quoties. col. 1.
ſolut. mat. & procedit etiam ſi conſtante matrimonio
datus fuit, quando maritus incipit ad inopiam verge-
re, iuxta tex. reputatum ſing. in c. per veſtras, vbi Bald.
ad hoc not. extra. de dona. inter virum & vxor. de quo
5 per Iaſ. in d. l. & ſi fideiuſſor. in fi. & in d. l. ſi cōſtante,
in princ. col. 1. verſ. Tertiò not. amplia. & col. 10. in fi.
verſic. Sed æquiuocat dominus Alex. Poterit tamen
d. fideiuſſor. à dicta ceſſione ſe defendere, vt nō con-
demnetur, niſi quantum facere poteſt, ſi principalis
comparendo in ſe iudicium ſuſcipiat, tanquam neceſ-
ſarius defenſor, ex perſona ſua propria exceptionem
opponendo, quod facere poteſt. l. idemque. §. genera-
liter, & ibi Bart. & doct. ff. mand. & not. Bart. in d. l. &
ſi fideiuſſor. & in l. verum, in princ. ff. pro ſoc. Aret. in
§. ſed ſi quis col. fin. verſ. & prædicta exceptio. Inſtit.
de actio. & ibi Iaſo. in vlt. col. in princ. verſ. Nunquid
autem, & idem Aret. in d. § verſ. Aduertas quòd licet.
inſtit. de replica. vel fideiuſſorem procuratorem ſuum
conſtituat, vt declarat etiam idem Aret. in §. in om-
nibus, col. 2. verſ. An priuilegium, cũ verſ. ſeq. inſt. de
fideiuſ. alioquin ſi nō comparauerit, & inſolidum cō-
demnetur fideiuſſor, etiam principalis ad idem con-
demnabitur, & ſic per indirectum excludetur princi-
palis à beneficio ꝙ habet, vt non teneatur vltra quam
facere poſſit, vt pulchrè declarat Alex. in d. l. etſi fide-
iuſſor. ad quē me remitto, vbi etiã quæſtionem ponit
de eo, qui pro vſurario fideiuſſit, an vltra vſurarij fa-
cultates exigi poſſit, iuxta c. quanquam. de vſur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Hæres mariti legantis in teſtamēto vxori dotes ſuas, ſi non habet vnde ſoluere poſſit, an gaudeat*

deat mariti defuncti priuilegio, vel ad ceſſionẽ bonorum admittatur, & num.3.

2 *Priuilegium quòd maritus habet, ne cõueniatur vltra quam facere poſſit, conceditur à lege marito ad tempus.i. vſquequo ad pinguiorẽ fortunam peruenerit, vel quoad vixerit, & ad filios primi grad. eiuſdem matrimonij tantũ extẽditur, non ad nepotes, vel pronepotes, & num. 4. & num.7.*

Hæres mariti ſi filius eſt eiuſdẽ matrimonij, gaudet eodem priuilegio quo gaudebat maritus defunctus vt non conueniatur niſi inquãtum facere poteſt.

5 *Filiorum appellatione in priuilegijs non comprehenduntur nepotes, & num.9.*

6 *Sobolis appellatione veniunt liberi, nepotes, pronepotes, & vlteriores.*

8 *Priuilegium filijs conceſſum, in præiudicium tertij ad nepotes non extenditur, ſecus, ſi tertij præiudicium non concernit.*

Hæres mariti an cedat bonis, vel gaudeat defuncti priuilegio.

Queſt. vigeſimaſexta, quartæ q. princip.

1 VIGESIMOSEXTÒ quæro, nũquid hæres mariti, in ſolutione dotis, vxori in teſtamento relictæ, ſi non habet vnde ſatisfacere valeat, ad bonorum ceſſionem admittatur? vel gaudeat priuilegio, ne cõueniatur vltra quã facere poſſit, quo maritus defunctus vti poterat? Videbatur dicẽdum, ꝙ ad ſolutionẽ integræ dotis relictæ teneretur, per text. in §. ſed ſi vxori. inſt. de leg. & ꝙ ibi no. & eſt ratio, quia priuilegium illud perſonale eſt, & ad hæredes non tranſit. l. maritum, & l. quia tale. ff. ſolu. mat. Nã hoc priuilegiũ
2 ꝙ maritus habet, vt non exigatur vltra quã facere poſſit, ad tempus marito à lege conceditur, vſquequo ad pinguiorem fortunam peruenerit, ad quam lex ipſum venire præſumit, arg. tex. in l. ſi defunctus, cum vulg. C. arb. tute. vel quoad vixerit, & ſic cũ ipſius vita extinguitur, vt declarat Bar. in l. ex diuer. §. ſi in iudicio
3 in fi. ff. ſol. mat. merito ad hæredẽ non tranſit. Tu dic ꝙ gaudet mariti priuilegio, ſi hęres erit filius ex eodẽ matrimonio natus. tex. eſt in l. etiam, in pr. & ibi not. Bart. & cõmuniter doct. vbi latè per Alex. ff. ſol. matr. gl. eſt no. in l. ſi cum procuratore, & in l. ſciendũ. ff. de re iud. & eſt gl. in l. liber captus, in fi. & ibi not. ſignat Bal. C. de poſtl. reuer. vbi quærit, an mater petere poſſit filiũ pro dote carcerari, & reſpondet, ꝙ non, quia filius ad dotis reſtitutionem matri non tenetur, niſi quatenus facere poteſt, & allegat d. l. etiã, idẽ firmat Pet. de Bellaper. in §. ſunt præterea. col. I. ver. Aduertatis iſtud priuilegium. Inſt. de act. & ideo dixit Ang.
4 in d. l. etiam in pr. cum quo tranſeunt Imol. Roma. & Paul. de Ca. ꝙ priuilegium marito conceſſum, ne exigatur niſi inquãtum facere poſſit, ad filios primi matrimonij, non autem ad nepotes vel pronepotes, extenditur. Quia ex alio matrimonio ſunt nepotes, & fi-
5 liorum appellatione in priuilegiis nepotes non comprehenduntur. l. ſed & milites, verſic. Hic autem. ff. de excuſa. tuto. Bart. tamen in dicta l. ſi cùm procuratori in fi. tenet illud priuilegium tranſire ad omnes de ſo-
6 bole. per tex. in author. ſi qd. C. qui pot. in pig. habet. Quia ſobolis appellatione liberi, nepotes, pronepotes, & vlteriores veniunt, vt eſt textus in §. ſi quis autẽ defunctus, in author. quib. mod. natu. effi. ſui. probatur in ſecunda. C. de infan. expoſi. iũcta. l. 1. C. de alen. libe. & cõtra Ang. tenet Iac. But. quem ſequitur Bart. in l. liberorũ. col. 5. verſ. his præmiſſis, reducamus hãc materiam. ff. de verb. ſign. Alex. verò in d. l. etiã, in 1. col. ver. Sed pro concordia diſtinguit: Aut loquimur
7 de priuilegio, de quo in d. l. etiam, & tunc quia litera clarè de filiis ex eod. patre, & eadem matre loquitur,
8 non comprehenduntur nepotes, nec vlteriores, & ſic procedit opi. Ang & ſequacium, & hoc eſt, quia priuilegium filiis conceſſum, ad nepotes in præiudicium tertij non extẽditur. Bar. in d. l. liberorum, col. 4. poſt prin. verſ. Quæro quod in reſcripto. & Anch. in cle. 1. col. 3. verſ. Tertiò quæro. de baptiſm. Aut tale priuilegium tertij præiudicium non concernit, & tũc trãſit ad nepotes. l. diuo Marco.. C. de quæſt. & hanc diſtinct. vtitur Bald. in leg. maximum vitium, col. 2. & 3. C. de lib. præter. & in d. l. ſed & milites Aut loquimur de priuilegio dictæ authenticę, ſi quid, & tũc quia ille text. expreſsè de ſobole loquitur, ad nepotes trãſit, & ideo dictum Bart. in d. l. ſi cum procuratore, non plenè probatur in d. auth. ſi quid. Quia in caſu q. Bart. de priuilegio priuilegium tertij concernente agebatur, nec illud in d. auth. ſi quid exprimitur, niſi dicas ſecũdùm Iaſ. in d. l. ſi cum procuratore, col. pe. in fi. ver. Tu pondera diligenter defendendo Bartol. ꝙ nepotes ex eodem matrimonio. ſ. aui & auiæ deſcendũt, cuius vigore agit contra iſtos nepotes ad dotem. Ipſe tamen contra Bar. tenet, non obſtãte ſupradicta Alex. diſtin. Quia in priuilegiis, quæ ſtrictè interpretanda ſunt, filiorum appellatione nec nepotes, neque pronepotes veniunt, vt aſſerit Ang. & ſequaces, præſertim vbi priuilegium filiis conceſſum, tertij creditoris pręiudiciũ concernit, vt dictum eſt. Concludo igitur ꝙ in caſu noſtro filij tantùm, non autem nepotes, priuilegium habent eius qui non tenebatur, niſi inquantùm facere poterat, & iſta eſt communis opinio, quam refert & ſequitur Neguſan. in tract. de pign. in 4. membro ſecundæ par. nu. 95. verſ. Sed difficultas eſt. Et ideo non filij, ſed nepotes ad integram dotem tenẽtur: & ſi nepotes non habent vnde ſoluant, ad bonorum ceſſionẽ admittuntur. l. 1. C. tit. noſtro.

SVMMARIVM.

1 *Donator factus inops ante tempus traditionis rei donatæ, priuilegium habet, vt nõ exigatur niſi quatenus facere poteſt, deducto, ne egeat, & ære alieno deducto.*

Cautela excipiendi pro donatore, qualiter fieri & proponi debeat, ibidem.

2 *Donator inſolidum donatario tenetur ad rem & fructus penes ipſum exiſtentes, ſeu dolo conſumptos ſi poſſeſſio rei donatæ iterũ ad manus ipſius peruenerit, & rei vendicatione ad rem illam donatam conuentus fuerit.*

3 *Donator negans bona donata donaſſe, inſolidum conuenitur à donatario.*

4 *Donator inſolidum conuenitur, ſi donauit in opus publicum conſtituendum.*

5 *Donator ſi conſtituit ab initio ſe rem donatã nomine donatarij poſſeſſurum, in ſolidum conuenitur.*

6 *Donator renūtiare poteſt beneficio quod habet, vt non conueniatur vltra quam facere poßit.*

Donator effectus inops ante traditionem rei donatæ, an cedat bonis?

Quæſt. vigeſima ſeptima, quartæ q princip.

1 VIgeſimoſeptimò, quæro, donator, qui purè & ſimpliciter ex ſua mera liberalitate donauit, & donatario bona donata infra certum diē tradere & conſignare promiſit: vtrum factus inops ante tempus traditionis, benef. habeat. ne conueniatur vltra quàm facere poſſit, vel inſolidum teneatur, ita ꝙ ſi ſoluere non poteſt, ad ceſſionis beneficium admittatur? Reſp. ꝙ beneficium habet, vt non exigatur niſi inquantùm facere poteſt, deducto, ne egeat, & alieno ære deducto. text. eſt in l. inter eos. §. is quoque, & l. exhæredatum, & l. ne liberalitate. ff. de re iud. & facit text. in l. maritus facere ff. ſol. matr. Cautelam autem excipiendi pro donatione ponit Aretinus in §. appel-
2 lantur, col. 4. ante fi. verſ. Vltimò not. inſtit. de except. Fallit tamē, ſi rei donatæ poſſeſſio ad manus donatoris peruenit, & rei vēdicatione ad rem illam donatam à donatario fuit conuentus, nā iſto caſu beneficio de quo ſuprà, non vtitur, ſed inſolidum tam ad rē ipſam quàm ad fructus penes ipſum extantes, ſeu dolo conſumptos, pro quibus iuratur in litem, cōdemnatur, vt eſt tex. & ibi pulchrè per Alex. poſt alios in l. Neſennius §. fundū. ff. de re iud. & eſt text. in §. ſed & ſi quis. verſ. Idem ſi quis, vbi Aret. & Iaſ. Inſtit. de act. & quæ ad rem & fructus penes donatorem extantes, ad bonorum ceſſionem admittitur: quo verò ad fructus dolo conſumptos, ceſſionis beneficium perdit, iuxta no. per Paul. de Caſt. in l. etiam. §. licèt, num. 2. verſ. Quę-
3 rò quid in aliis. ff. ſol. mat. Fallit etiam, ſi negaret donans bona illa donaſſe, nam eo caſu inſolidum cōuenitur, vt eſt tex. in l. ſed hoc ita. in fi. ff. de re iud. & hoc caſu per eius dolum ceſſionis beneficium perdit. l. fi. in fin. & ibi gloſſ. ff. ſi quis in fraudem cred. & dixi ſuprà in 24. q. ſub num. 2. Fallit quoque niſi eſſet dona-
4 tio in opus publicum conſtituendum quo caſu inſolidum tenetur. Alex. in l. qui ex donatione. ff. de donat. An autem hoc caſu ceſſionis beneficio gaudeat, vide
5 quæ ſuprascripſimus in nona q. Item fallit, ſi donans ſe ab initio donatarij nomine poſſeſſurum conſtituerit, qui poſtea rem ipſam à donatore petit, nam hoc caſu donans, eo beneficio vti non poterit, non magis quàm ſi rem ſemel realiter tradidiſſet vt not. tradit Tiraq. in tract. in iure conſtit. in 1. parte num. 29. verſ. Et in ſimili. An autem donator beneficio, vt nō conueniatur in plus quàm facere poteſt, renūtiare valeat, conclude quòd ſic, vt per Alex. in l. alia. §. eleganter, col. pe. num. 16. ff. ſolut. matrim.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui malitioſè bona ſua in fraudem creditorum diſſipauit, omnia ſua bona alienādo, vel maiorem partem, perdit beneficiū ceſsionis bonorum, & puniri debet etiam extra ordinē.*

Debitor qui bona ſua in ludo, vel in meretricibus conſumpſit in fraudem creditorū ad bonorum ceſsionem non admittitur, eo.

2 *Debitor ſi doloſe cum creditore verſatus eſt, ceſsionis beneficium perdit.*

3 *Nemo ex proprio delicto debet præmium reportare.*

4 *Debitor condemnatus ſi ſtatim ad mandatū alterius iudicis dat alteri bona inſolutum, ob eius fraudem ad ceſsionis refugium non admittitur.*

5 *Debitor qui malitioſè & in fraudem creditorum bona ſua conſumpſit, ſi ad pinguiorem fortunā peruenerit, non gaudebit beneficio, quòd non conueniatur vltra quam facere poſsit, ſed inſolidum exigetur.*

6 *Debitor quamuis bona immobilia doloſè alienauerit in fraudem creditorum, ex quo poterunt illa per creditores actione Pauliana reuocari ab his, qui ea poſsident, poterit tamen cedere bonis.*

Debitor bona in fraudem creditorum diſſipans, an bonis cedere poſſit?

Quæſtio vigeſimaoctaua, quartæ q. princip.

1 VIgeſimooctavò quęro, nunquid debitor qui bona ſua in fraudem creditorum omnia, vel maiorem partem alienādo, iuxta l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credito. malitioſè diſſipauit, vel in ludo perditionis bona ſua conſumpſit, vt l. ſi quis cum ſciret. ff. de vſucap. pro emptor. vel in meretricibus, quæ perditorum animam & corpus deuorāt, vt l. 1. C. de natura. liber. beneficium ceſſionis bonorū habeāt? Reſp. ꝙ non, vt eſt tex. in l. fi. ſecundum gl. fi. ibi communiter approbatam. ff. quæ in fraud. creditor. l. pe. ff. iure dot. l. ſi quis dolo. in prin. ff. de re iud. & §. item ſi quis in fraudē, & ibi Doct. Inſt. de act. Pet. Iac. in ſua pract. tit. noſtro. in pen. col. verſ. Item ſi quis Domini de Rota in dec. 83. No. ꝙ vbi monachus, in fi. in antiquis, Imol. in c. Odoardus, col. 3. in prin. verſ. In gl. fi. ibi, quia periurus, nu. 18. extra. de ſolu. Bar. in l. alia. §. eleganter, in fi. ff. ſol. mat. firmat Bal. in l. 1. col. 2. verſ. Quæro vtrum ille qui ſtudioſè, & col. fi. verſ. Iſta autem renuntiatio. & ibi Angelus, qui illam l. in fi. dicit eſſe ſing. & alibi nō reperiri. C. tit. noſtro. idem Ang. in d. §. eleganter, num. 4 & Bald. in §. fi. ad fi. Inſtit. de actione. Salic. in d. l. 1. col. 2. in prin. verſ. oppo. tertio. Ang. in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. libr. 10. & in l. 4. ff. titulo noſtro, cum concorda. per Alex. citatis in d. §. eleganter, col. 5. in princip. verſ. Et in quantum Bart. Aret. in d. §. fin. in princ. & ibi Iaſo. in 2. colum. ad fin. verſic. In ea. glo. & col. penul. in prin. verſ. Nono prædicta regul. vbi addit Aret. quòd talis debitor cercerari poteſt, & etiam extra ordinem puniri, & tali caſu non iuuatur cedendo bonis. Prædictam concluſionem firmat Imol. in c. ſlator. col. 5. in prin. verſ. Primus eſt, extra de pignor. Veronen. conſ. 9. Quidam ex delicto. verſiculo & eandem opin. num. 4. vbi tenet, quod qui ratione doli conuenitur, ceſſionis beneficiū non habet, nec priuilegio gaudet, ne conueniatur niſi inquantùm facere poteſt, Baldus nouel. in tractatu de dote, priuileg. 4. ſeptimæ par. & latè conſuluit Pariſ. conſil. 94. Speciales, col. 2. verſ. Minus etiam poterūt, & col. 7. in fin. verſ. Nec iſtis obſtabit, & col. penult. poſt princip. verſic. Quoniam vt ex verbis, volum. 1.
2 Quod etiam procedit, ſi debitor cū creditore doloſè verſatus eſt, vt conſuluit Pau. de Caſt. conſ. 129. Viſo puncto ſuprascripto & allegationibus, ad fin. vol. 2. in nouis,

nouis,quem ſequuntur quidam in apoſt.ad Bartol. in dicto 2.eleganter,& in l.etiã.§. licèt,in vltima apoſt. ff.ſoluto matr.& Eufred.in additi.ad Capel.Tholoſ.in deciſ.456.Item fuit quęſitum.Quidam monachus,&
3 ratio prædictæ concluſionis reddi poteſt , quia nõ eſt æquum,quemquam ex proprio dolo vel delicto releuari,& præmium reportare.l.verum. §. tempus autẽ. ff.pro ſoc.& c.intelleximus,extra.de iud.per Ioan. de Ana.conſ.80. Viſis & intellectis,ante fin.fac.text.in l. non fraudantur.§. nemo ex ſuo delicto. ff. de regulis iur.& l.relegatorum , in fin.ff.de interdict & releg.&
4 prædicta procedunt, ſi debitor condemnatus fuit , & ſtatim poſt condemnationem ad alterius iudicis mãdatum dat alteri bona in ſolutum,ex hoc enim pręſumitur fraus, per quam ad ceſſionis beneficium nõ admittitur , vt determinat Rota in recollectis Belleme.
5 in deciſ.261.In cauſa mea. Et intantùm eſt vera prædicta concluſio , ꝙ etiam ſi talis conſumptor ad pinguiorẽ peruenerit fortunam , non habebit beneficiũ, de quo in lib.quarto & quinto.ff.tit.noſtro. & in l. ex contractu.C.de bonis autho. iud. poſſ. ſed inſolidum conuenietur,vt eſt text.ſingul.ſecundùm vnam lectu. gloſ.ibi per Bart.approbatam in d.l.fin.quæ in fraud. cedi.quam ſequitur Iaſ.in d.§.fi.col.2. in princ. verſ. Secundò ego limito.Inſt.de actio.& ideo incarcerari poſſet,& in carceribus mori,ſecundum Pau. de Caſt. in d.l.etiam.§.licet verſ.Quid in aliis debitorib.ſolu. matr.Reſtringitur tamen prædicta concluſio,ſi bona
6 conſumpta erãt mobilia , ſecus ſi immobilia , nam ex quo immobilia ineſſe reperiuntur, licèt penes alium, poſſunt per creditores actione Pauliana reuocari ab his,qui illa poſſident iſto caſu,dicit Pau.de Caſt.in d. verſ.Quæro quid in aliis debitoribus, ꝙ talis cõſumptor & fraudator poterit cedere bonis , allegat. Dy. ita tenere in d.§.Item ſi quis in fraudem, idem firmat & ſequitur Ale.in d.§.eleganter.in 5.col.ver. Vbi hoc limitat.num.14.quòd eſt valdè notandum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor priuilegiatus, qui ex delicto commiſſo effectus eſt inops, & nõ habet vnde ſoluere poſſit,retinet priuilegium quod habet , ne conueniatur vltra quàm facere poſſit.*

Debitor priuilegiatus effectus pauper ex delicto commiſſo,an retineat eius priuilegium , vel cedat bonis?

Quæſt.vigeſimanona,quartæ q.princip.

1 VIGESIMONONÒ quæro, vtrum debitor priuilegiatus,qui ex maleficio ꝙ commiſit,ad tantam deductus eſt paupertatem, ꝙ debita perſoluere non poteſt,& eſt de illis qui nõ exiguntur in plus quã facere poſſunt,dictum beneficium retineat,vel bonis cedere teneatur? Videtur dicendum ꝙ illud non retineat,quia dignũ eſt ꝙ malè meriti egeſtate laborẽt.l. bona fides.ff.depoſi.facit tex.in l.pen. quæ eſt ad hoc ſing.in fi.ff.de iure.In contrarium videtur, quia illud maleficium contra creditorem agentẽ non fuit commiſſum , ſed contra tertium.arg.l.Fulcinius , quid ſit latitare.ff.ex quibus cauſ.in poſ.ea.Bal.tamen in cap. quæ in eccleſiarum,col.3.in pr.verſ.Accipio ſecundã gl.extra de conſtit.quem refert Iaſon in l.ꝙ nomine, verſ. Vltra quas.ff.de cõd.indeb.decidit ꝙ dicto priuilegio priuatur ob eius latã culpam vel dolũ, qui ad caſum ordinatum proceſſit,ideo ſibi imputare debet. alleg.tex.in c.Odoardus,extra.de ſolut.& l.Titius.ff. de procur.& l.ſiue hæreditaria.de nego.& fac.text.in reg.damnum ꝙ quis,& ibi Dyn.de regulis iur.in 6.& per eundem in reg.peccatũ.ad fi.eo.tit. Tu dic ꝙ non ſolùm ob culpam quis non perdit beneficium ꝙ habet,ne cõueniatur vltra quam facere poſſit,vt eſt text. in l.verum.§.tempus,pro ſoc.& tenet Bar.in l. etiam. ff.licet.verſ. quæro quid de aliis.ff.ſolut. matr. quem ſequuntur ibi Doct.& refert & ſequitur Iaſo.in d.l.ꝙ nomine.d.ver. Vltra quas. Sed nec etiam qui dictum beneficium non habet , ceſſionis bonorum beneficio priuatur,vt vidimus ſuprà in 15.q.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui ſub ſpe ceſſionis bonorũ debita cõtraxit,ad ceſſionis beneficium non admittitur.*

2 *Venditor ſciens ſuper frumento futurum edictũ,ſi illud vendit ſtatim carius , ad reſtitutionem tenetur.*

Idem de expendente monetas,quæ ſtatim per edictum prohiberi debent.ibid.

Debitor ſub ſpe ceſſionis contrahens, an poſſit cedere bonis?

Quæſtio trigeſima,quartæ q.princip.

1 TRIGESIMÒ quæro, nunquid debitor qui ſub ſpe ceſſionis bonorum debita cõtraxit ad bonorum ceſſionem admittatur? Reſp. ꝙ non , ſecundùm Dy.in reg.peccatũ,in fi.de reg.iur.in 6.ſequitur Ang. in l.4.ver.Item non gaudet.ff.tit.noſtro.bene facit ꝙ not.Bar.in l.1.§.1.ff.ſi quis teſt.li.eſſe iuſ.fue.de præfecto Vrbis Romæ,multa debita contrahẽte ſub ſpe, quòd ab omnibus eius debitis in aduentu Imperatoris liberetur,& quòd not.idẽ Bar.poſt.Guil. de Cun.
2 in l.cõtra legem.ff. de leg. de eo qui ſciebat ſuper frumento futurum edictum, & illud incontinenti carius vendit,ꝙ per eius dolum ad reſtitutionem tenetur,de quo latè ſcribit Veron.in l.quæritur.§.fi.q.1.num.11. cum ſequentibus.ff.de ædili.edic. Quòd idem firmari poteſt de eo,qui prohibitionem monetarũ futuram ſciebat,ſi illas ſtatim expendidit,vel de illis creditori ſatisfecit,illas recipere tenetur , & bonas ac expendibiles loco earum reſtituere,ſequitur Iaſo.in §. fi. col. pe.in pr.ver.Vndecimò fallit.inſt.de act.Mod.Bono. in rub.ff.de fideiuſ.n.88.ver.& facit optimè,& Mod. Anchoni. in tract. de mercatura ſub rub. de ſponſ. in 4.par.ver.Item quæro, Vincentius,ſub nu.2.& Boêri. in add.ad Dy.in d.reg.peccatum in fi.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui tempore contracti debiti ſciebat ſe nõ eſſe ſoluendo, ad bonorum ceſſionem nõ admittitur & quomodo procedat,nu.4 6.& 7.*

2 *Tex.in l.pe.ff.de iure dot.quomodo procedat.*

3 *Prodigus ſi ad emendum emptorẽ induxit,ex quo dicebat doctoris habere conſilium , non valere curatoris dationem , & bonorum interdictionem,emptori non præiudicat,& ob ſuum dolum non poteſt cedere bonis.*

Prodigus non excuſatur in delictis,ibi.

4 *Deceptis,& non decipientibus,iura ſubueniunt.*

 5 *Bene-*

5 *Beneficium ceſsionis bonorum, dicitur eſſe de iure ſpeciali, id eſt, contra generales regulas iuris communis.*

6 *Debitor ſi tempore contractæ obligationis pauper erat, nec hodie eius conditionem deteriorauit, bonis cedere poteſt.*

Debitor tempore debiti ſciens ſe non eſſe ſoluendo, an ad bonorum ceſſionem admittatur.

Quæſtio trigeſimaprima, quarta q princip.

1 TRIGESIMOPRIMÒ, quæro, an debitor qui
tempore contracti debiti pauper erat, & ſciebat
ſe non eſſe ſoluendo, ad refugium ceſſionis bonorum
admittatur? Reſp. q nõ, tex. eſt multum not. in l. pe. in
2 fi. ff. de iure dot. per quem tex. ita no. decidit Bar. in l.
alia. §. eleganter in fi. ſol. mat. cum quo trãſit ibi Ang.
& cõmuniter Doct. excepto Raph. Cuma. qui aſſerit
caſum in d. l. pe. non probare hanc generalẽ doctrinã
Bar. quoniam ibi priuilegium perditur, q iure ſpeciali
introductum eſt, non autem de beneficio iure cõmuni
indulto loquitur, vnde nimirũ facilius perditur, q
de iure ſpeciali conceditur. arg. l. eius militis. §. militia
miſſus. ff. de teſt. mili. Non recedas tamen ab opi.
Bar. cum quo etiam tranſit Ang. in l. 4. ff. ti. noſt. not.
Bal. in § fi. in fi. Inſt. de actio. per tex. in d. l. pen. Card.
& Imo. in c. lator. col. 5. in prin. verſ. ſecundus eſt ſub
nu. 19. ext. de pig. & in c. Odoardus, de ſolut. & nouiſſimè.
Io. Bap. de Plot. in repet. l. ſi quando, n. 179. verſ.
Sic & contrahens. C. vnde vi. Quòd dictum Bar. confirma
per id q voluit Pau. de Caſt. in l. etiã. §. licet, ad
fi. verſ. Item quid ſi non diſputauit ff. ſolu. mat. dicens
tex in d. l. pe. intelligi debere, quando debitor aſſerẽdo
ſe idoneas habere facultates creditorem ad ſecum
3 contrahẽdum dolo induxit, ita ſonat ille tex in ratione
ſui ſecundùm ipſum. Pro quo faciunt, quæ in no. q.
ad propoſitum dixit idẽ Pau. de Caſt. conſ. 248. viſis
& ponderatis omnibus, col. 2. circa medium, verſ. Plus
dicitur q cùm Thadeus, vol. 2. in nouis quẽ refert &
ſequitur Aymo conſ. 192. Caſus ita habet. col. 6. verſ.
Alibi ſcribit Pau. de Caſt. vol. 1. q ſi prodigus emptori
dixit ne emere dubites, quia conſiliũ doctoris habeo,
qui conſuluit curatoris dationem ac bonorũ interdictionem
tanquã prodigo factam, non valere, &
ipſe emptor ſuaſione & dolo ipſius fuit ad credẽdum
inductus, ipſum venditorem alienandi poteſtatẽ habere,
etiã ſi vera non habebat, nõ debet ſibi emptori
imputari poſſe, cur illi crediderit, quia dolo verſatus
eſt, immò ſubueniri debet, cùm deceptis, & nõ decipientibus,
iura ſubueniant. l. 2. §. verba. ff. ad Vell. & l.
ſi decipiendi, cum ſimili. C. eo. & propterea prodigus
hoc caſu inſolidum ab emptore conuenietur ad rem
venditam, & ideo tam per ea quæ diximus ſuprà in 12.
q. quam etiam ob eius dolum, nõ poteſt cedere bonis
vt no. per gl. fi. in l. fi. ff. quæ fraud. & per Veron. cõſ. 9.
Quidam ea delicto, vbi concludit, q quando quis ratione
doli conuenitur, non poteſt cedere bonis, cum
etiam prodigus non excuſetur in delictis, vt per Bart.
& ſcribentes in l. is cui bonis, de verb. obl. cũ concor.
de quibus per Mod. Rheg. in repet. l. obſeruare, ſuper
verbo, Circa quartũ, nu. 21. verſ. An autem prodigus
excuſetur. ſol. & C. quorum appel. non reci. vbi etiam
ſub nu. 25. in fi. dicitur, q dormiẽs ſi eius vitium ſciebat,
& doloſè dormierit, vt homicidium cõmitteret,
nõ excuſatur: ita ergo in caſu noſtro, cùm doloſè emptorem
ad rem emendã induxerit, vt ſuprà, ceſſionis
beneficium, perdit, & cũ Bar. tenet. Iaſ. in l. ſi ab arbitro.
col. 2. verſ. Limita quatuor notabilibus modis. ff.
qui ſatiſd. cog. & Boër. in dec. 349. Quæritur, an ciuiliter.
col. 9. ver. & pro deciſ. q. noſtræ. Si verò dolus nõ
interueniſſet, tunc videretur creditor ſecũ contrahẽdo,
eum velut idoneum approbaſſe, arg. l. 3. ff. de fideiuſſ.
& l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Ratio igitur illius
tex. in d. l. pe. non fuit ſpecialitas, ſed debitoris dolus,
vt etiam ſatis ſuprà dictum eſt in 22. q. ſuper materiã
d. l. pe. quæ vult, ſincerum viri dotis debitorẽ, per eius
dolum beneficio q habet à lege, priuari, quia generũ
5 creditorem inſidiari voluit. Non obſt. Raph. ratio, qa
etiam beneficium ceſſionis bonorum, dicitur eſſe de
iure ſpeciali. i. cõtra generales iuris cõmunis regulas,
quæ habent, q ius creditori acquiſitum (puta de con-
6 ueniendo debitorem ſolidum) ſine facto ſuo à ſe auferri
nõ debet. l. id q noſtrum. ff. de reg. iur. Nec obſt.
ſi diceretur, q debitor tempore contractæ obligationis
pauper eſſet, & hodie eius conditionem nõ deteriorauerit,
bonis cedere poteſt, ex quo imputari creditori
debet, qui cum eo ſic paupere contraxit. l. is à
quo in fi. cum l. ſeq. ff. vt in poſ. leg. & l. qui bona. §. de
7 illo. ff. de dam. inf. Quia iſtud procedit, ſi à principio
nullus interuenit dolus: ſecus, ſi debitor inducendo
creditorem ad ſecum contrahendum, dolũ commiſit,
vt dictum eſt ſuprà, vel niſi creditor iuſtam credendi
cauſam, ipſum eſſe ſufficiẽtem, habuiſſet, ex quo diues
reputabatur, & de nouo poſt contractam obligationem
ad eius peruenit notitiam, ipſum non eſſe: iſto
caſu excuſandus eſt creditor, nec ipſi imputari debet,
arg. in confirmãdo. ff. de confir. tutor. & c. paſtoralis,
extra. de excep. & ita tenet Paul. de Caſtr. in l. in omnibus.
ff. de iud. & in d. l. etiam. §. licet in fi. ff. ſol. mat.
quem ſequitur Felin. in c. ſignificauerunt, col. fi. in pr.
verſ. Limita. niſi tempore contractus, nu. 31. extra. de
iud. ideo debitor per eius dolum & fraudem in contrahendo
commiſſam, ad ceſſionis beneficiũ admitti
non debet d. l. fi. in fi. & ibi gl. quæ in fraud. cred. & d.
l. pen. de iure dot. & Veronen. d. conſ. 9.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator ad ceſsionis beneficiũ admittitur, etiã q ſpoliatus nõ fuerit integrè reſtitutus ad fructus, in quib. ſpoliator fuerat condẽnatus, niſi ipſe per dolum fraudem, & cum inuaſione ſpoliauerit.*

Spoliator cõdemnatus ad fructus, an ante illorum reſtitutionem bonis cedere valeat.

Quæſt. trigeſimaſecunda, quarta q princip.

1 TRIGESIMOSECVNDÒ quæro, an ſpoliator volens cedere bonis, audiendus ſit antequã ſpoliatus integrè reſtitutus fuerit ad fructus, in quibus ſpoliator condemnatus fuit? Videbatur dicendum q non, arg. tex. in c. alma mater. §. illis, in fin. de ſent. excom. in 6. vbi ſi quis delictum commiſit, propter q lata fuit interdicti ſententia, niſi prius de ipſo delicto ſatisfecerit, aut cautionem præſtiterit, non debet ei aliquatenus pœnitentiæ beneficium concedi. fac. tex. in l. eo. & ibi. Bar. ff. tit. noſtro, & q not. Imo. Abb. & alij in c. Odoardus, extra de ſol. & doc. in l. 1. C. ti. noſtro. & vidimus ſupr. in 2. q. principali, q nõ audiatur debitor, niſi prius debitum confeſſus fuerit, vel fuerit condemnatus. Contrarium tamen decidũt domini de Rota in dec. 554. Vtrũ ſpoliator, In antiquis, per not.

per

per Arc.in c.quia ſæpe.in fin.de elec.in 6.& in c.quãquam ver.Sed nunquid de vſur.eo.lib. & per Spec. in §.1.col.4.ver.Sed cùm ſpoliatus,in tit. de pet.& poſ. Limitatur tamen,niſi per dolum,fraudem,& cũ inuaſione ſpoliauerit: quiatunc ad ceſſionis refugium nõ admittitur,vt reperitur dec.in Capel.Tholoſ.466.Itẽ fuit quæſitum, quidam monachus, & ita tenuit prius Rota in deciſio.83. Nota quòd vbi monachus, in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Colonus partiarius ſi non habet vnde debita cũ domino cõtracta ſoluere valeat, beneficio gaudet,ne exigatur vltra quã facere poſſit, niſi in inſtrumẽto obligationis iurauerit domino ſatisfacere, & niſi doloſè contraxerit, & animo opponendi d. beneficium tempore ſolutionis, & num.2.*

Colonus partiarius æquiparatur ſocio. eo.

3 *Beneficium,ne quis exigatur niſi in id quod facere poteſt,deducto,ne egeat,operatur,vt ipſe neceſſe non habeat cedere bonis.*

Colonus partiarius an cedat bonis?

Quæſtio trigeſimatertia,quartæ q.princip.

1 TRIGESIMOTERTIò,quæro,nunquid colonus partiarius,ſi debita cum domino cõtraxerit, & tempore ſolutionis nõ habeat vnde ſoluere valeat, ceſſionis bonorum beneficio gaudeat, vel beneficio, ne exigatur vltra quam facere poteſt?Reſpondeo, ꝙ cùm ipſe ſocio æquiparetur,beneficio gaudet, ne cõueniatur niſi inquantùm facere poteſt,ſicut alij ſocij, vt in l.verum,in princ.ff.pro ſoc.& in l.ſunt qui in id. ff.de re iud.ꝙ tenet expreſsè Fulg.in l.ſi merces.§.vis maior.ff.loca.quem ſequitur Ang.de Peri.in tract.de pale.& oliuis.col.3.verſ. Ad tertium autem reſpondeo,ibi,ex quibus etiã tertia differentia. de qua mentionem facit Pet.de Vbal.in tract.de duob.frat.in 11. parte quæſt.9.ſub nu. 10. verſ. ex quibus etiam tertia differentia colligi poteſt.Quod intellige verum, niſi colonus ipſe in inſtrumento obligationis iurauerit domino ſatisfacere, nam ratione iuramenti, illo 2 beneficio non gaudet,& illud opponere non poterit, iuxta ea quæ tradit Curia Tholoſ.q.258.Itẽ fuit quæſitum, Socer & ſocrus. Nec etiam ad bonorum ceſſionem propter periurium admittetur, ex eo ꝙ infrà terminum debita non ſoluit,vt dixi ſuprà in 3.q.prin. ſub num.17.Limita etiam, niſi debita doloſè cõtraxerit,& animo ac intentione d.beneficium opponẽdi tempore quo ſolutionis venerit dies,vt dictũ eſt ſupr. 3 in 30.& 31.q.Aduerte tamen, ꝙ hoc beneficium, ne quis teneatur vltra quam facere poſſit, operatur, ne habeat debitor neceſſe cedere bonis: nam cùm non teneatur in plus quam facere poſſit, habita ratione egeat,iuxta l.in condemnatione.ff.de regul. iur. cum ſimilibus cogi non poteſt cedere bonis, ergo pro tali debito carcerari non poteſt,& conſequenter non cedit bonis,ita Aret.in §.ſed & ſi quis,in princ.Inſtit.de actio. alioquin ſi in carceribus detineri poſſet bonis cedere cogeretur iuxta tex.in l.1.C.tit.noſtro,& hoc vtitur argumento Bald.in l.liber captus.in final.C.de poſtli.reuerſ.

SVMMARIVM.

1 *Debitor offerens rem meliorem quem habeat, in ſolutum,carcere euitat, & non cogitur cedere bonis,niſi in inſtrumento obligationis iurauerit in pecunia ſoluere.*

Debitor offerens rem meliorem quam habeat,in ſolutum,an cedat bonis?

Quæſt.trigeſimaquarta,quartæ q.princip.

TRIGESIMOQVARTò quæro, quid ſi debitor nolẽs cedere bonis, creditori rem offert meliorem quam habeat, in ſolutum, an ex hoc carceres euitare valeat?Reſp.ꝙ ſic,ſecundum Imo.in l.ſi filioſa. la 2.in 2.col.in prin.ſub num.7.ff.ſolut.mat. ſequitur Fir.in ſuo repertorio in verbo,debitor pauper. nu. 8. Quòd tamen intellige verum,niſi debitor in pecunia ſoluere iurauerit,nam eo caſu carcerari poterit, & tẽ meliorem offerendo, non liberabitur, vt conſuluit Gozadi.conſ.27.in cauſa conductorum,col.pe. in fi. num.28.ſub verſ.non obſt.ad leg.in contrarium, & conſ.32.Dominus labia mea aperiet,col.1.ad fi. verſ. Secundò ego moueor,num.19.

SVMMARIVM.

1 *Creditores ſcientes debitorem bonis cedere velle, ſi iuri incarcerandi renuntiãs, debitor ad ceſſionis refugium non admittitur.*

Renuntians expreſsè iuri incarcerandi, tacitè renuntiat iuri debitorem inſolidum conueniẽdi.

Taciti & expreſſi idem eſt iudicium,eo.

Creditor ſi iuri incarcerandi renuntiat, an debitor bonis cedere poſſit?

Quæſt.trigeſimaquinta,quartæ q.princ.

1 TRIGESIMOQVINTò quæro, quid ſi debitor bonis cedere volens,creditores hoc ſcientes renuntiant iuri, ꝙ habent ipſum carcerari faciendi, vtrum ex hoc bonis cedere valeat? Reſp.Bald.in l. 1. col.pen.in prin.verſ.Quæro.ff. creditores. C. tit. noſtro. ꝙ ad ceſſionis beneficium non admittitur, quia ceſſante ratione beneficij,ceſſat beneficium.l.fi.ff.de diuor.c.cum ceſſante cum vul.extra.de app. ſed ratio ceſſationis beneficij huius eſt, ne primo in carcerem detrudatur,vt d.l.1. ergo &c.& ſecundum eum creditoribus proderit,quia tenebitur eis, ꝙ dietim lucrabitur,ſoluere non attento,ne egeat, quod dictum ſequitur Vital.in trac.clauſul.in Rubr.An poſſit renunciar.beneficio.ceſ.bon.col.2.pr. verſ.Et ſi creditores renuntiant,col.9.ante mediũ,verſ. Item ſi creditores renuntiant iuri.Sali.verò in d.l.1.col.pe. verſ. Quæro octauo, aſſerit hanc eſſe cautam pro creditorib. prouiſionem,ſi vera eſſet: dubitat tamen quia nõ ſufficit quòd ſimpliciter iuri debitorem carcerãdi renũtient, ſed ſecundùm eum requiritur ꝙ etiam iuri eum inſolidum conueniendi renũtient, ei dando facultatem, vt deducat,ne egeat,alioquin cedere poterit, ego autem Bal.opi.amplectendam cenſeo.nam licet iuri incarcerandi renuntiante creditore, iuri ipſum debitorem inſolidum conueniendi expreſsè nõ renuntient,

tacitè tamen renuntiaſſe videntur, & hæc tacita renũtiatione operatur, ac ſi expreſsè renuntiatum fuiſſet, cùm taciti & expreſſi idem ſit iudicium, cùm quid, cum vulg. ff. ſi cer. pet. Clarũ eſt enim, ꝙ ſi noluĩt eum in carceribus detineri, nolunt etiam inſolidum cõueniri, quia ſi inſolidum conueniretur, & poſtea carcerari non poſſet, fruſtratoria eſſet talis inſolidum conuentio, ſi ergo inſolidum conueniendo carcerari non poſſet, ergo in id ꝙ facere poterit, excutietur: ergo iuri incarcerandi renuntiando, dicitur etiam renuntiatũ eſſe, vt inſolidum conueniri non poſſit.

SVMMARIVM.

1 Debitor bonis cedere volens, tenetur omnia bona quæ habet indicare, & nu. 3.

Mercatores falliti & fugitiui torqueri poſſunt, vt pecunias ſibi ad mercandũ traditas indicẽt, eo.

2 Debitor qui rem aliquam ſcienter occultat, eam non indicando, ceſſionis beneficium perdit.

Debitor rem aliquam occultans, cùm neganti ſit ſimilis, in duplum eius quod occultauerit, puniri debet, ibid.

3 Fruſtra legis auxilium inuocat, qui in legem committit.

4 Negans primo aliquid, ſi poſtea cõfitetur, præmiũ non conſequitur per eius mendacium, niſi negatio ante litem cõteſtatam reuocata fuerit, ſecus, ſi poſt litem conteſtatam.

Negatio ante litis conteſtationem reuocari poteſt, eod.

5 Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, quid operetur.

6 Vxor, mortuo eius viro, bona mobilia hæredibus mariti indicare tenetur: alioquin ſi non reperirentur, præſumitur vxorem illa ſurripuiſſe, & contra eam agi poſſet.

7 Vaſallus omnia bona quæ in feudũ recipit, domino indicare tenetur, ſi de feudo inueſtiri velit.

Debitor bonis cedere volens, an bona omnia indicare teneatur?

Quæſtio quinta princip.

1 QVINTÒ principaliter quæro, an debitor volẽs cedere bonis, teneatur omnia bona, quæ habet indicare: ſi rem aliquam fraudauit, ceſſionis beneficiũ perdat? Dic ꝙ ſi vult ad ceſſionis refugium admitti, bona omnia iudicis officio indicare tenetur. gloſſ. eſt no. in l. pe. & ibi Bart. & Ang. no. ff. tit. noſtro, gloſſ. & Cyn. in l. 1. in 7. q. & ibi Bald. in 2. col. in princ. verſic. Quærit gl. an iſte. Sal. ibi. in 2. col. n. 5. 1. ver. Redeo ad q. & Pau. de Caſt. c. eo. Idem Bal. in §. fi. verſ. Sed nũquid cedens, Inſtit. de act. Alb. de Roſa. in rub. C. tit. noſtro. col. 2. ante fi. ver. Itẽ quærit an cedens, vbi allegat tex. in l. præſenti. § ſicubi. C. qui ad eccl. cõfugi. & in l. fi. §. licẽtia. C. de iure delib. ſequitur Iaſ. in d. §. fi. col. 2. verſ. An autem qui cedit, nu. 8. & ideo per illã gl. in d. l. pe. dixit Paris de Put. in tractatu ſyndic. in §. Pone ꝙ commiſſa eſt executio ante final. ꝙ officialis executor poterit debitori dicere, bona in quibus executio fieri poſſit, exhibeas: alioquin in perſona tua, & carcerando, executionem faciam, & ita refert pluries executoribus conſuluiſſe, & ibi ſubiungit, ꝙ alias per illam gl. dixit, ꝙ cedens bonis, qui bonorum occupatione inſpectus eſt, à iudice torqueri poſſet, vt bona exhibeat, prout etiam de mercatore fallito & fugitiuo dicitur, qui torqueri poteſt, vt pecunias ad mercandũ ſibi traditas indicet, quas habere nunc denegat, & eas aſſerit perdidiſſe, vt referũt moder. Auchoni. in tract. de mercatura, ſub rubr. de decoctori. nu. 2. & Moder. Rheg. in ſua pract. crimin. ſuper repet. l. obſeruare, in prin. ſub n. 179. verſ. Circa ſecundũ, in quib. caſib. ibi, quòd mercatores falliti. C. quorum app. non recip. & Mod. Bono. in ſua pract. crim. in §. expedita. nu. 67. Si ergo non iudicauit, priuatur ſecũdùm omnes illo be-
2 neficio, ex quo ſequitur, ꝙ ſi rem aliquam ſcienter occultat, cum neganti ſimilis ſit occultans. l. hæreditatum. §. fi. & ibi Pau. de Caſt. & Alex. ff. ad l. Falc. in duplum eius ꝙ occultauerit, puniri debet, arg. l. fi. §. illo videlicet. C. de iure delib. Bal. in d. l. 1. col. 2. in princ. verſ. Quæro quid ſi cedens, iuncto verſ. Quærit gl. an
3 iſte Sali. ibid. in 2. col. verſ. Redeo ad q. & ſequtur Are. in d. §. fin. col. 1. poſt prin. & col. pen. verſ. Quæro aliquis ceſſit, nu. 8. Quod comprobari poteſt per ea quæ nota. Doct. in l. ſed hoc ita. §. ꝙ autem. ff. de re iud. & per text. in l. ſed & ſi ex part. §. interdum & l. eum qui. ff. quod cum eo. & per Bart. in l. etiã. §. licet. vbi Ale. col. 2. verſ. Succeſſiuè quærit. ff. ſoluto matr. de eo. qui negauit quod eſt cauſa ſui beneficij, vt vidimus ſuprà in 20. q. in 9. caſu, num. 12. & in 24. q. numer. 3. Nam cùm iſte omnia bona indicare teneatur, & vti ceſſionis beneficio valeat, ſi poſtea reperitur, quòd non omnia indicauit, ex hoc mendacio ceſſionis beneficio priuatur: fruſtra enim legis auxilium inuocat, qui in
4 legem committit. c. quia fruſtra. extra. de vſur. & l. auxilium in fi. ff. de min. & propterea dixit Baldus in l. eum qui. ff. de iureiur. quod ſi quiſpiã primò negauit poſtea confeſſus eſt, præmium non conſequitur, quiã per eius mendacium videtur indignus, argum. cap. 1. extra vt eccleſia. benef. & l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem de leg. 3. Solùm enim poteſt in ſui odium & præiudicium confiteri, non autem ad præmiũ conſequendũ, vt ibi per eum, quẽ latè proſequitur ibi Alex. prædicta tamen intellige, niſi talis negatio ante litis conteſtationem reuocata fuerit, nam tunc talis negatio reuocari poſſet, ſecundùm Bald. & Alexan. vbi ſupra per eundem. Alexand. in d. l. hæreditatum. §. fin. & per Bald. in l. quidã æſtimauerunt, in vltima col. verſ. Sed quid ſi in prima. ff. ſi cer. pet. & iſto caſu ceſſionis beneficiũ conſequi poſſet: ſecus, ſi poſt litẽ conteſtatam reuocata fuiſſet: nam tunc ſibi non prodeſſet, vt concludit Alex. in d. l. eum qui. col. 2. in fin. ver. Puto veriorem. Quid autẽ ſi fuit inſerta clauſula, ſola facti
5 veritate inſpecta, in precib. debitoris & in reſcripto, in quibus dicitur, quod conſtituto ſibi ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, oratorẽ ad alterũ de duobus beneficiis admittat, an dictam negationem reuocare, ſeu bonorum occultationem propalare poterit? videbatur dicendum ꝙ non, quia clauſula illa operari non debet, vt mendax beneficium conſequatur, vnde videretur quòd clauſula illa materiam & anſam delinquendi præſtaret, & ſic ex ſuo delicto præmiũ reportaret, contra l. non fraudatur. §. nemo ex ſuo delicto, & ibi pulchrè per Cagnol. ff. de regul. iur. Tu dic, quòd ſiue ante, ſiue poſt litis cõteſtationẽ dictam negationẽ reuocauerit, & bona omnia propalauerit, ceſſionis beneficio priuari non debet, cùm in cauſa, in qua ſola facti veritate inſpecta, proceditur, non attendantur ea, quæ ſunt de ordine & de apicibus iuris, vt voluit Roman. in ſing. 767. Quid important Moder. Fanen. in tract. de pignori. in primo mẽbro. 8. par. nu. 28. ver.

10.

10.fallit reg.& nu.31.ver.Ego putarem,& pulchrè per Grammati.in deciſ.19.lata ſentētia:& in deciſ.62.In cauſa magnificorū.col.fi.nu.31.cum ſeq.Immò in tali cauſa iudex iudicare debet, ſecum ꝙ Deus iudicatu-
6 rus eſſet,vt ibi per eum,& ex prædictis infertur,quod vxor mortuo eius viro bona mobilia hæredibus mariti indicare tenetur.l.2. C. quando & quibus quarta pars debe.lib.10.Pet.Iac.in ſua practica ſub titul.noſtro.col.2.in prin.ſub verſ. quinto eſt notandū,& tenet Bal.in l. ordo.col.2.in fi.ver.quæro, vtrū vxor.C. de executio.rei.iud.Quod facit ad ſtatutum noſtrum Ariminenſe, ſub rubrica de Inuentario faciendo per vxorē de bonis defuncti.Vbi diſponitur, ꝙ vxor teneatur,mortuo eius viro,infra quinq; dies,in ſcriptis regiſtrari facere per notariū publicum omnia bona mobilia,quæ in domo mariti reperiuntur,ita ꝙ hęredes, & defuncti creditores copiā dictæ ſcripturæ habere poſſint,& vxori cōtrafacienti vel fraudem committenti pœnam irrogat. Vnde ſtantibus prædictis vxor nedum inuentarium conficere tenetur, verùm etiam bona indicare:quia ſi ipſa inuentarium cōficit, de illis bonis eſt certa,ideo tenetur illa hęredibus aſſignare:alioquin præſumeretur, ſi omnia bona nō reperirentur, vxorem illa ſurripuiſſe, & ſic contra eam agi poſſe rei vendicatione,aut hæreditatis petitione,
7 non autē rerum amotarū actione,vt eſt tex.& ibi glo. fi.in l.contra nurum.§.fi.ff.rerum amota. & prædicta locū habēt etiam in vaſallo, qui ſi de ſuo recto feudo ſe inueſtiri petit, bona quæ in feudū accepit,domino indicare tenetur. Ang.in l.pen.ff.tit.noſtro, & Petr. Iaco. in ſua practi. in d.verſic. quarto eſt notandum. Quod tamen non procederet in receptante in domo ſua mercatorem fallitum fugientem, vt vidimus ſuprà,in 5.q.4.q.principalis,in fi.num.6.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio bonorum qualiter fieri debeat.*
Solemnitas aliqua non requiritur in ceſſione bonorum,eod.

2 *Amaltiſani quomodo & qualiter cedant bonis.*
Ceſſio bonorum coram teſtibus fieri poteſt,eo.

3 *Cedens bonis ſine aliqua ſolemnitate, non efficitur infamis.*

4 *Cedens bonis vituperosè, efficitur infamis infamia facti,non autem infamia iuris.*

5 *Ceſſio bonorū ex conſuetudine & diſpoſitione ſtatuaria,fit in aliquibus locis modo vituperabili.*
Romæ,Papiæ, & alibi qualiter debitor cedat bonis eodem.

6 *Statuta & conſuetudines ſuper ceſſione vituperoſā,an valeant.*

7 *Princeps reſcribens ꝙ carceratus facta bonorum ceſſione relaxetur, dicitur illa ignominioſa remittere,quæ ex municipali diſpoſitione ſeruantur.*

8 *Creditores debitoribus carceratis alimenta præſtare debent alioquin per iudices relaxantur.*

9 *Cautela pro creditore antequam debitor dilationem quinquennalem petat,vel cedat bonis.*

Ceſſio bonorum quomodo & qualiter fieri debeat.

Quæſtio ſexta princip.

1 SExtò principaliter quæro, quomodo & qualiter ceſſio fieri debeat? Reſpond. quòd ſimplici verb.fieri poteſt,per nuntium,& per epiſto.& nō tantùm iudicio,ſed extra.iudic. agnoſcendo prius debitum, & præſente & abſente aduerſario. Azo in ſum. tit.noſtr. Alb.de Ro.in rub.C.eo. col. 2.verſic. Item quæritur, qualiter debeat fieri ceſſio, nec aliqua in hac ceſſione facienda, deſideratur ſolemnitas, ſicut Amaltiſani faciunt (vbi hodie milites Hieroſolymi-
2 tani morantur) qui ſiteamen & pecten habent,& eorum caput in terram ſedēdo pectinant,dicēres,Cedo bonis vt refert Rofred. in tract.libel. in rub.de offic. iudic.quo cura.datur bo.col. 3.in prin.verſ. Item non deſideratur,de hoc eſt text.in l.in omni.C.tit.noſtro, & in l.fin.vbi Bart.ff. eo.& etiam coram teſtibus fieri poteſt, ſecundum Petrum Iac.in ſua practica tit. noſtro.col.1.in prin.ver. Secundo eſt notandum & ſola voluntatis profeſſio ſufficit,dummodo debitū ſit cer-
3 tum vel per confeſſionem,vel per ſententiam,vt l.pe. ff.eod.& hoc modo talis cedens, infamis non effici-
4 tur.l.1.& l.fin.& ibi glo.in verbo,æſtimatione.C.eo. & l.debitores.C.de infami.Immò etiam ſi vituperosè cederet,non efficeretur infamis. Petrus Iac.in d.tit.n. col.1.in 3.no.in fin.& Guid.Pap.conſ.124.Circa materiam col.fin.verſ. Non eſt tamen ipſe Guaſpardus intellige tamē hoc eſſe verum infamia iuris,ſecus in-
5 famia facti,vt per Albericum in d.l.debitores,& in d. rub.in fi.Scias tamen,ꝙ in multis partibus ex conſuetudine vel ſtatuti diſpoſitione fit modo vituperabilis ceſſio,ſecundū Bar.in l.fi.ff.tit.noſtro,vbi refert Cyn. dicentē ꝙ Accurſ.dum hanc materiā legeret,cedendi modum in charta oſtendebat, vnde dixit Angelus in d.l.fin. ꝙ in partibus Italiæ inoleuit conſuetudo, ꝙ cedens bonis, in publico & notorio loco vadat nudus, vt poſteriora ter ad lapidem vel columnam percutiat,clamando,Cedo bonis,de qua cōſuetudine & obſeruantia meminit etiam Bal.conſ.301.ad euidentiam.vol.5.Romæ enim bonis cedere volens, Leonē marmoreum in ſcalis Capitolij aſcendit, & ibi nates percutiens dicit,Cedo bonis.Cyn. in d.l.1.C.tit.noſtro,& Albe.in d.verſ.Item quæritur,qualiter debeat fieri ceſſio. Papiæ ſimiliter lapidem cū natibus percutit,dicēdo,Cedo bonis. Alibi fit,campana pulſata,& cum tubis ducitur cedere volens ad ſedendū ſuper lapidē depoſitis ſarrabuſis,dicens,Cedo bonis.vt refert Sali.in d.l.in omni. Laudis etiā nō ſine infamia & vituperio cedēs,cū ano nudo ter lapidē percutit,dicēs, Cedo bonis,vt atteſtatur Hoſt.in ſumma, tit.noſtro, poſt prin.verſ. Fit autem Laudis. Alibi introductum eſt, vt cedens bonis, baſſatis brachiis in curia ter de ano in quadam regula percutiat,dicendo qualibet vice,Cedo bonis,& apud Auinionem,dimiſſis brachiis, in Peyrono Curiæ ſcinditur ſibi cūbar.& inquit, Cedo bonis,vt refert Petrus Iac.in dicto 3.nota. Arimini etiā patriæ meæ extat ſtatutū ſub rub.de debitoribus ne currant faciliter ad beneficium ceſſi. aliàs ſub rubr.de ceſſio.bono.facta.per debitores,vbi diſponitur,quòd recognito debito coram iudice, & indicatis omnibus bonis,cum iuramēto aſſerēs ſe velle bonis ſuis cedere, exui debet vſque ad interulam, & ſic expoliatus,cum ſono tubæ ante ipſum iudicem ducitur ad lapidem magnificū prope palatium, & ibi ſuper lapidem ter ponat ſe ad ſedēdum cum anō nudo, dicēdo ter,Cedo bonis.Sed quæri poteſt,an hæc ſtatuta & conſuetudines valeant?Cyn.in d.l.1.q.5.C.tit.
6 noſtro,quem refert Bal.in l.fi. poſt prin.eo.tit.tenet, tale ſtatutum & conſuetudines non valere, quia ſunt contra bonos mores, & contra l. fin.ff.eod.& d.l. in

omni, & quia res eſt turpis & mali exēpli & oculi vi-
dentium infeſtantur, vt l.cùm ſuprà virentes.C. de re
mil.lib.12.Idem etiam tenet Albe.in d.verſ. Itē quæ-
ritur, qualiter debeat fieri ceſſio, & in prima parte ſta
tutorum.q.38.incipi.Item quæritur, an valeat ſtatu-
tum, vbi decidit non valere ſtatutum Patauinum, ꝙ
quis nō poſſit cedere bonis, niſi cum ſolēnitate inho-
neſta cedat, quia turpis eſt eius effectus, & contra bo-
nos mores. Immò, inquit Bal.d.conſ.301.ſub num.3.
quod talis obſeruantia in ſe fœda eſt, & creditoribus
nihil vtilitatis accreſcit, & contra d.ſtatuta ſic diſpo-
nentia arguit Salic.in d.l.in omni. dicens ea eſſe con-
tra l.illā, quæ vult ceſſionē ſine aliqua ſolēnitate vale-
re, & ꝙ ſola ac nuda volūtate cedi poteſt, idem firmat
ibi Pau.de Caſt.& tenet Aret.etiā in §.fin.col.3.in fi.
ver. Quæro, quomodo nu.6.Inſt.de act.& cū hac opi.
tranſit ibi Iaſ.in vlt.col.verſ. Nunquid ergo, vbi alle-
gat Card.& Imol.in c.Odoardus, in vlt.col.in fi.ver.
Adde ꝙ de iure cōmuni, extra.de ſolution. & inquit
Guid. Pap.d.cōſ.124.in vlt.col.verſ.quæ tamē cōſue-
tudo.nu.9.ꝙ cùm conſuetudo & ſtatutū ſit cōtra bo-
nos mores, nō ſunt ſeruanda, ſi ergo cōtra bonos mo-
res nō eſſent, & in ſe fœdū non haberēt, vt puta ſi in-
ducerent eos qui bonis ceſſerunt, debere, cū veſtibus
ſeu biretto crocei coloris ſub grauiſſimis pœnis ince-
dere, vt extant ſtatuta Lucæ ſub banno vitæ: arbitror
illa valere, vt aliis ſint exēplo, quāuis etiā Pet.Iac.in
d.3.not.quē refert Guid.Pap.in d.ver.quæ tamē con-
ſuetudo, dicat, ꝙ prędicta ſtatuta & cōſuetudines ſunt
laudāda, ex quo hodie hominū malitia excreuit, quo-
rū multi pecunias mutuo accipiunt, qui ſatis bibunt,
& parū comedunt, in ſuis negotiis vigilātes, & poſtea
cum ab eorū creditoribus requiruntur, ipſi abſconſis
bonis quæ ſibi ſuperſunt, vel maiori parte, nō verecū-
dantes bonorū ceſſionem facere, bonis ſuis cedunt:
& ideo ne faciliores & ad ceſſionis refugium prom-
ptiores eſſent, ſed potius aliis ſic inhiantibus eſſent
exemplo: cōcludit, quod tales prædicta pati perſona-
liter deberent, nec ob ſtatutum ſeu conſuetudinem
legitimè præſcriptam audiri deberent, & hæc opinio
multùm mihi placet ad fraudes debitorum reprimē-
7 das, & ad obuiandum creditorum præiudicio. An au-
tem eo ipſo quod Princeps reſcribit, quod carceratus
facta bonorū ceſſione relaxaretur, videatur illa igno-
miniosa remiſiſſe, quæ in loco debitoris ex munici-
pali diſpoſitione ſeruantur? Bal.d.conſ.301.tenet, ꝙ
ſic, cum quo tranſeunt quidam in apoſtil.ad Bar.in l.
alia eleganter.ff.ſol.ma. Sed hæc deciſio Bal.confun-
di videtur per ea quæ ipſemet tradit in l.ſi quando, in
prin.verſ.Sed hic quæro.C. de inoffi.teſta.& l.1.verſ.
Sed pone.C. ſi propter puber.penſit. niſi dicatur, ꝙ
aliàs ſtatutum inducens turpem cedendi modum no
valet, vt dictum eſt.ſ.in ver.Sed quæri poteſt. Debe-
ret tamen per Principem aliqua ſuper hoc fieri noua
prouiſio, quæ tam cedere volentibus, quā eorū credi-
toribus prodeſſe poſſet, maximè in partibus noſtris,
quia quamplures (vt ſunt ruſtici noſtri temporis) qui
eorum induſtria & labore eorum debita poſſent abſ-
que ceſſione & dilatione quinquennali ſoluere, tan-
quam animosè ad brauium currētes, in futurū à cre-
ditoribus putantes ſe nunquam vexari, prout multis
contigiſſe vidi, ad Principem confugiunt, ſupplican-
tes ad alterutrum de dictis beneficiis admitti, & re-
ſcripto obtēto, citatiſque creditoribus ex iudicis be-
nignitate in contumacia creditorum ad quinquenna-
lem dilationem admittuntur, ob quam dilationē, po-
tius ſi quæ habent, diſſipant, quam acquirant, & parta
tueātur, & exaltant, ſine fine dicētes. Si elapſo termi-
no non habebimus vnde ſoluere valeamus, & in car-
ceres detrudemur, creditores nobis alimenta præſta-
8 bunt, alioquin iudex nos relaxabit, iuxta text.in l.ſan-
ctum, cum ibi not.per Bar.& Alex.ff. de rerum diuiſ.
Guid Pap.in parlamento Delphi.in deci.22.debitor
nō poteſt, verſ.Sed quid ſi debitor per gl.ſing.in l.fi.
C.de arrog.mili.anno.li.12.Are.in d.§.fi.in finalibus
verbis.Inſti.de act.Anto.Corſ.in ſing.inci.Creditor.
ſub verbo, expenſa quem ſequitur Fel.in c.1.col.fi.in
prin.nu.2.extra de libel.oblat.& Boëri.in deciſ.303.
Clericus captus.in 2.col.in prin.ſub num.2.idem fir-
mat Euſe. in addi.ad Capel. Tholoſa.q.c. Item fuit
quæſitum, ſi poſitiones, ante fin.verſ.Ad præmiſſa be-
ne facit, & in repeti.cle.1.de offi.ordi.in 3.reg.fallen.
ſub rub.de poteſt.ſecul.ſuper eccle.perſo.nu.17.verſ.
Expēſis verò victus, & ita tenet Iaſ.in l.ſi victum.col.
1.verſ.alibi habes glo.ff. de re iud.& in §.item ſi quis
in fraudem.col.9.nu.113.Inſt.de action.& hoc quoti-
die ſeruatur in Palatiis, niſi ex eleemoſynis viuere ta-
les carcerati poſſent.l.iudices.C. de epiſc.audi.Paris
de Put.in tracta.ſynd.§.c.an carcerarius teneatur ali-
mentare.Boëri.in d.deciſ.303.ſub dicto numer.2.&
Euſr.in dicto verſ. Ad præmiſſa bene facit, & d.verſi.
9 Expenſis verò victus. Cautela tamen erit pro credito-
re, ꝙ debitor antequam dilationem petat quinquen-
nalem, vel ſe ad bonorum ceſſionem pręparet, coram
iudice inſtet, debitorem ad operas ſibi præſtādas co-
gi, & ei ſeruire, donec ei ſatisfecerit, ꝙ per iudicem
fieri poteſt.gl.Bar.& Ang.in l.pro hæred.§.ſi quidta-
men.ff.de acquir.hæred.tradit Bal.in l.fi.C.de poſtli.
reuer & in l.1.col.fin.poſt prin.C.tit.noſtro, ſequitur
Firma.in ſuo repertorio, in verbo, debitor pauper.nu.
18.ꝙ aliàs Romæ per Reueren. Dominos Carcerum
viſitatores obſeruari vidimus, dum ibi pro cauſarum
criminalium Locum tenente Capitolij ſub generoſo
equite ac Iuriſconſulto Domino Franciſ. Gualdo
Ariminen. Senatore digniſſimo reſiderem ſub Paulo
III.Pont.anno ſalutis.M.D.XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui bonis ceſſit, cautionem de ſoluendo præſtare non cogitur, ſi ad pinguiorum fortunam peruenerit ſi fideiuſſorem inuenire non poteſt, ſufficit tamen iuratoria cautio, & nu. 8. diſtinguit tamen, vt in num. 9.*

2 *Maritus pro aſſecuratione dotis in pecunia conſiſtentis ſatiſdare tenetur.*

3 *Condemnatus, cui datur terminus ad ſoluendum iudicatum, ſatiſdare tenetur.*

4 *Debitor cui datur à Principe dilatio ad ſoluendum creditoribus, ſatiſdare tenetur.*

5 *Cautio iuratoria quo caſu ſufficiat, & quo caſu non, & nu. 6. cum ſeq.*

Vſufructuarius tenetur cum idoneo fideiuſſore cautionem præſtare, quod proprietati læſionem non afferret: ibidem.

6 *Tutor impotens ad præſtandam pupillo cautionem repellitur.*

7 *Excuſatus ob paupertatem ab onere ſatiſdandi, nudo verbo cauere debet ſub pœna & hypotheca bonorum ſuorum.*

8 *Debitor, lapſo dilationis termino, ſi nō ſoluit, carceratur, & amplius ab bonorum ceſſionem non admittitur.*

Qui

Qui fecit quod potuit, legem adimplenit. eo.
9 *Debitor ſuſpectus, ad iuratoriam cautionem non admittitur.*

Debitor qui ceſſit bonis, an teneatur præſtare cautionem de ſoluendo.

Quæſtio Septima princip.

1 SEPTIMÒ principaliter quæro, an debitor qui
bonis ceſſit, cogatur de ſoluendo pręſtare cautio-
oem, ſi ad pinguiorem peruenerit fortunain. Hanc q.
ponit Iaſ. in §. fin. col. 2. in prin. ver. Nunquid aut ille
qui ceſſit. Inſt. de act. & nihil determinat, ſed ſe remit-
tit ad not. per Bald. in l. 2. C. ꝙ cũ eo. & ad Cano. in c.
Odoar. extr. de ſolutio. Cyo. in l. 1. in 1. col. q. 5. C. tit.
noſtro, refert Caoo. tenere, ꝙ de ſoluẽdo ſatiſdare te-
netur, ſi ad pinguiorẽ peruenerit fortunam, ꝙ ibi in-
telligit Cyo. ſi poteſt: ſi verò nõ poteſt, ſufficit ꝙ ver-
baliter caueatur, allegat. l. 2. §. ſed & ſi dubitetur. ff. de
iud. & arg. l. 1. §. cùm autem. C. de rei vxo. act. idem lo-
quit Bal. io d. §. fio. col. fi. in prin. verſ. item quæritur.
Bal. verò in d. l. 2. in fin. verbis refert Nic. de Mathar.
tenere, quod debitor ſatiſdare compellitur, allegat
text. in d. §. cùm autem, ꝙ dicit Bald. eſſe verum, iu-
ratoria cautione, ſi fideiuſſorem inuenire oon poteſt,
idem firmat Salic. in d. l. 1. col. pe. verſ Quæro 10. Ro-
man. autem conſ. 439. circa primum col. fi. verſ. Quo
2 ad tertium, arguit, dicens ꝙ cùm debitori quinquen-
nalis dilatio miſerationis cauſa cõcedatur, vt de ſe pa-
tet iuxta tex. in l. fin. C. tit. noſtro, debitor ſatiſdare te-
netur, ꝙ triplici probat fundamento. Primò, quia vi-
demus maritum, cui miſerationis cauſa à lege conce-
3 ditur in tuitione & aſſecuratione dotis io pecunia cõ-
ſiſtentis, ſatiſdare debere. l. ſi conſtante. § quotics. ff.
ſol. mat. & ibi Bart. Alex & cæteri ſcribentes. Secũdò
videmus cõdemnatum, cui miſerationis cauſa termi-
nus ſoluẽdi iudicatum conceditur, tunc ad ſatiſdandũ
4 compellitur. l. ſi debitori. ff. de iud. Tertiò, & idem vi-
demus in debitore, cui princeps miſerationis cauſa
dilationem ad ſoluendum creditoribus concedit, qui
etiam ſatiſdare tenetur. l. vniuerſa. & ibi Doct. C. de
preci. impe. offer. & eſt deciſio Neapol. 378. quidam
5 debitor. Sed an iuratoria cautio ſufficiat, ſi fideiuſſo-
rem non habet? Videbatur dicendum ꝙ ſic per auth.
generaliter. C. de epiſc. & cler. l. fi. §. ſuper. C. de aſſer.
tol. §. ſi verò crimẽ in auth. vt nulli iud. & in §. ſed ho-
die. Inſti. de ſatiſd. c. fin. de ſent. excom. in 6. & ꝙ not.
glo. in l. 1. vbi per Iaſ. in pe. col. in fi. verſ. Secunda cõ-
cluſio. ff. qui ſatiſd. cog. in quibus iuribus probatur,
iuratoriæ cautioni ſtandum eſſe, ſi fideiuſſorem dare
non poteſt. Contrarium putat Ro. vbi ſ. eſſe verius:
Quia vbi de ſatiſdatione neceſſaria tractatur, prout
in propoſito caſu, quamuis impoteotia ſit in illo, qui
eam præſtare debet, iuratoria tameo cautio ſufficere
noo videtur, vt probatur ex glo. ordinaria in l. 4. C. de
vſu. & habi voleote ꝙ vſufructuarius teneatur cũ ido-
neo fideiuſſore cauere, ꝙ nullam proprietati per eius
vſum afferet læſionem. Secundò per tex. io l. 2. C. de
tutor. vel cura. qui ſatiſd. non debe. vbi repellitur tu-
6 tor, qui ad cautionem pupillo præſtandam eſt impo-
tens: qui non repelleretur, ſi iuratoria ſufficeret cau-
tio, concludit tamẽ in propoſito ſufficere cautionem
pœnalé præſtari ab eo qui ſatiſdare tenetur, vt deter-
minat gluſſ. ſing. io d. l. 2. § ſed & ſi dubitetur, in ver-
bo, ſola promiſſione de iud. & in l. niſi §. quãuis in gl.
quibus. io fi. ff ſi cui plus quam per l. Falcid. & ſequi-
tur Bartol. in l. fin ff. de præto. ſtipula. & dicit Paulus
de Caſtro in l fin. C. titulo noſt. quòd ille debitor in-
fra terminum vel aduenieote termino præſtare de-
ber. argu. l. bonæ fidei. ff. de iudi. & auth quæ ſuppli-
ca. C. de preci. imper. offe. & hoc, ſi poteſt: alioquin
iuratoria cautio cum ſtipulatione pœnali ſufficeret,
vt in l. cum non facilè & io d. l. niſi. §, quamuis. vbi no.
Ang. ff. ſi cui plus quam per l. Falci. ſequendo glo. di-
7 cens, quòd caſu quo quis ab onere ſatiſdandi ob pau-
pertatem excuſatur, nudo verbo ſub pœna & ſuorum
bonorum hypotheca cauere debet, cùm hoc graue
non ſit, & ratio excuſationis ceſſat: idem firmat Bal-
dus Nouel. io tract. de dote in 12. priuilegio, 8. part.
8 dicens, quòd quando Princeps alicui ob eius paupet-
tatem ſoluendi dilationem indulgetet, ſufficit iorato-
riam cautionem cum generali bonorum hypotheca,
& cum adiectione pœnæ præſtari: Subdit atiam Pau-
lus de Caſt. in d. l. final. quòd lapſo dilationis tempo-
re ſi non carcerabitur, oec amplius cedere poterit:
alioquin fraudarentur creditores, qui dilationem
conceſſerunt, quod minimè dicendum eſt Aretin.
etiam in §. item ſi de dote in princ. verſic. In gloſſ. fa-
miliares: Inſtit. de actio. tenet quòd cautionem cum
fideiuſſore præſtabit, ſi poterit. argum. d. c. Odoard.
alioquin autem ſi non poteſt, fideiuſſorem præſtare
non cogitur, vt eſt text. in l. verum. §. videndum. ff.
pro ſoc. quem text. etiam allegat Petr. Iacob. de Bel-
laper. in §. ſunt præterea. ſub numer. 5. verſicul. Item
oportet & verſic. ſequitur aliud. Inſtit. de action. &
iſto caſu ſtabitur eius iuratoriæ cautioni, vt not. glo.
in dicto cap. Odoardus, in verbo, idooea, vbi inquit
Hoſtien. quòd indiſtinctè hoc caſu iuratoria cautio,
idonea intelligitur, quia ex quo bonis cedit, notum
eſt, aliam præſtare noo poſſe, faciat ergo quod ipſe
poteſt. c. faciat. 22. q. 2. & cum eo tranſit Ioan. Andr.
& propterea qui fecit quod potuit, legem adimple-
uit. Concluſio eſt igitur ſecundùm prædictos, quòd
qui bonis ceſſit, ſi cautionem cum fideiuſſore præſta-
9 re oon poteſt, iuratoriam cum hypotheca bonorum
ſuorum & pœnali ſtipulatione præſtabit. Ego verò
diſtinguendum putabam: aut iſte debitor bonis ceſ-
ſit, & niſi viles veſtes ſibi oon remanſerunt, prout ſibi
reliqoi debent, vt ſuperiùs dixi in 3. quæſt. principali.
num. 8. & tunc vera ſit opin. doct. de qua ſuprà, quòd
ipſe ad iuratoriam cautionem, ſi fideiuſſorem inue-
nire non poteſt, admittatur, quem veriſimile eſt re-
perire non poſſe: aut fuit ad quinquennalem dilatio-
nem admiſſus, & tunc quia bona ſua per creditores
non auferuntur, & ſic ceſſat ratio, de qua in ceſſiona
bonorum: & non eſt veriſimile, ꝙ fideiuſſorem repe-
rire non poſſit, non debet ad iuratoriam caotionem
admitti, ſed cautiooẽ cum fideiuſſore præſtare tene-
tur, quam veriſimile eſt, ipſum hoc caſu iouenire poſ-
ſe, cùm iſte talis æquiparetur debitori qui à Principe
per reſcriptum dilationem obtiouit, iuxta ea quæ
habẽtur in l. vniuerſa. C. de precib. impe. offer. & prę-
cipuè cùm iſte ſuſpectus ſit, prout illum de bonorum
occupatione ſuſpectũ appellat Paris de Put. in tract.
ſynd. io §. Pooe ꝙ commiſſa eſt executio. in fin. dum
inquit, ꝙ cedens bonis, qui de bonorum occupatio-
ne eſt ſuſpectus, poſſet à iudice torqueri. vt bona ex-
hibeat; vt dixi ſuprà in 5. quæſt. principali, in priocip.
Nam ſicut in præteritũ bona ſua dilapidauit, ita etiã
reſiduum in futurum dilapidabit: & vbi perſona eſt
ſuſpecta, tunc ad iuratoriam cautionem non admitti-
tur ſed cum fideiuſſore cauet, vt tenet glo. io d. l. a. §.
ſed & ſi dubitetur. argu. l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſa-
tiſd. cog. & no. Aog. in d. l. cùm nõ facilè & hoc modo
pro

pro creditorum indemnitate ſatis tutum erit alioquin difficillimum erit, quòd eorum credita exigere valeant. Cogita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio principalis debitoris fideiuſſori non prodeſt, & nu.6. & 20.*

2 *Quinquennalis dilatio debitori conceſſa, an fideiuſſori proſit. nu.5. & 6.*

3 *Exceptio quæ eſt in perſona principalis debitoris, fideiuſſori non competit.*

4 *Beneficium perſonale de non petendo infra certum tempus, ad hæredem non tranſmittitur, nec ad fideiuſſorem.*

Hæres & fideiuſſor æquiparantur, quantum ad vires perſonalis beneficij extendendas, eod.

7 *Conceſſum ob gratiam, ſiue in alicuius priuilegium, ad aliam perſonam non extenditur.*

8 *Fideiuſſor an à creditoribus principalis debitoris moleſtari queat, ſi debitor in precibus petijt ſe & ſuum fideiuſſorem non moleſtari, & illis verbis non caſſatis, reſcriptum obtinuit, quod iudex conſtito ſibi de debitoris paupertate, ipſum ad alterum beneficium admittat, non obſtantibus quibuſcunque. & nu.11.*

9 *Princeps reſcribens, nullo verbo in precibus cancellato, omnia in precibus contenta concedere videtur, & vide nu.17.*

Mens reſcribentis, ex præfatione precum deprehenditur. eo.

10 *Priuilegium à Principe obtentum, intelligi debet iuxta tenorem ſupplicationis oblatæ.*

11 *Signatura attendi debet.*

12 *Reſcriptum dicens, quod oratorem ad alterum de duobus beneficijs admittat, prout petitur, ad fideiuſſorem non extenditur, etiam ſi in precibus de fideiuſſore ſit mentio.*

Clauſula, (prout petitur) in reſcripto poſita, quomodo intelligatur, & ad quid referatur, eod. & num.13.

13 *Reſcripta in his quæ ſunt contra ius, reſtringenda ſunt, & non valent ex defectu præſumptæ voluntatis Principis, & nu.15.*

Clauſula indefinitè poſita, non refertur ad ea quæ ſunt contra ius.

14 *Legatus de latere, contra ius reſcribere non poteſt, nec contra illud reſcribere cenſetur, etiam ſi à Papa ſic reſcribendi facultatem habeat.*

15 *Reſcripta quæ ſunt contra ius, ex defectu præſumptæ voluntatis Principis, non valent.*

16 *Papa plenitudine poteſtatis vti ſine cauſa non debet, & in dubio vti plenitudine poteſtatis velle non cenſetur.*

17 *Cauſa ſi ſimpliciter & de plano, ac ſola facti veritate inſpecta &c. committi petatur, & illa verba non ſint cancellata, ſi reſcribitur quòd audiat talis, & iuſtitiam faciat, iudex procedere non poterit ſummariè &c. prout petitum fuit: ſecus, ſi dicatur, audiat, talis, & procedat ſummariè, &c.*

18 *Obſtantia gratiæ, quæ colligi poſſunt ex narratis, tacitè in dubio ſublata videntur, quamuis in conceſſionem gratiæ nihil de illis tollendis expreſſè fuerit dictum: ſecus, ſi clarè appareat, quod ſignatura ampliet vel limitet narrationem, quia tunc ſtatur reſcripto.*

91 *Petitio ſi indeterminata fuit, & conceſſio determinata, attenditur conceſſio.*

Priuilegium & indulgentia ſumūt à conceſſione vires, & non à petitione, quamuis in dubio ad petitionem conceſſio referatur, eod.

Ceſſio principalis debitoris an fideiuſſori proſit.

Quæſtio octaua princip.

1 OCTAVÒ principaliter quæro, an ceſſio principalis debitoris fideiuſſori proſit, ita vt ipſe fideiuſſor à creditore moleſtari nequeat? Reſpond. quòd fideiuſſor, non obſtante principalis debitoris ceſſione, creditori ſatisfacere tenetur, ex quo talis ceſſio ei non prodeſt, vt eſt text. in §. fin. & ibi Aretin. Inſtit. de replic. l. hæres à debitore. §. quòd ſi
2 ſtipulator. & ibi Bart. no. illum text. ad hoc. ff. de fideiuſ. & fac. tex. in l. vbicunque iuncta ibi glo. ff. eo. per quem tex. ita tenet Pet. Iac. in ſua pract. tit noſtro, in prin. Idē tenet Guid. Pap. in deci. 211. Debitor nō poteſt, ad fi. ver. Sed an ceſſio bonorum, idē firmat Are. in §. fi. col. pe. in fi. ver. Quæro, prin. nu. 10. & ibi Iaſ. in pen. col. verſ. An autem ceſſio. inſtit. de act. Quamuis in quinquennali dilatione Pet. Iac. ibi in pen. col. ver. item illæ induciæ, teneat, quòd fideiuſſori proſint illæ in-
3 duciæ, & ideo à creditore vexari nō poſſit, per tex. in l. etiā hæredit. in fi. ff. de pact. Sed contra Petr. Iac. facit regula, quòd exceptio quæ eſt in perſona principalis, fideiuſſori non competit. l. exceptiones quæ perſonæ. ff. de except. l. priuilegia. & l. in omnibus. ff. de regul. iur. Sed hæc exceptio perſonæ debitoris ineſt, cui quinquēnales induciæ cōceſſæ fuerunt: ergo fideiuſſori nō prodeſt. Præterea ſicut perſonale beneficium maximè de nō petendo infrà certū tempus ad hęredē nō tranſmittitur, vt l. nō ſolùm. §. tale. ff de lib. leg. ita
4 etiā ad fideiuſſorē non extenditur, cùm fideiuſſor & hæres, quātùm ad vires principalis beneficij extēdendas, æquiparetur: vt eſt tex. in l. & ſi fideiuſſor. ff. de re iud. & d. l. exceptiones quæ perſonæ, cū concor. & ita tenet Are. in § in omnibus. col. 2. ver. In ead. ibid. nu. 6. cum duob. ſeq. Inſt. de fideiuſſ. Poſſet fortè ſaluari hoc dictum Petri Iac. per ea quæ tradit Aret. conſ. 34. conſultation. col. 1. ver. ſed dubiū facit, per doctrinam Cyni relatā per Bal. in l. quoties. in vltima col. ver. Secūdo modo quæritur. C. de precib. imper. offer. quòd quamuis dilatio reo cōceſſa, ad fideiuſſorē nō exten-
5 datur, quādo perſonæ, & nō cauſæ cōceditur, reus tamen ex perſona ſua fideiuſſorē defendere poterit, per l. idemq́; §. generaliter. ff. mandat. vt vidimus ſ. in 25. quæſt. nu. 5. Sed ad hoc reſponderi poteſt, quòd hoc procedit, quādo exceptio ipſam obligationē perſonę cohærentē reſpiceret, puta ſi principalis qui cōueniri nō poterat, niſi in quantū facere poteſt ſtatim exacto fideiuſſore cōueniri, & ab ipſo fideiuſſore exigi, nā hoc caſu principalis ex priuilegio ſibi cōceſſo poſſet fideiuſſorem defendere, vt vidimus in dicta 25. quæſt. nu. 5. ſecus

5. ſecus ſi priuilegium non obligationem, ſed perſo-
nam tantum reſpiceret: & ſic ab ipſo fideiuſſore exa-
cto ſtatim exigi non poſſet, nam tunc fideiuſſori non
proderit, vt per Cynum in d.l. quoties. in fi. & Alex. in
apoſt. ad Bald. ibi. Ad l. etiam hęredi. in fi. per Petrum
Iacob. allegatam reſpondet Cyn. in d.l. quoties. in 2.
col. verſ. Sextò quæro, ibi, item lege cauetur. & in vl-
tima col. ver. Ad contraria, ſic reſpondet, ꝙ illa lex nõ
facit ad rhombum, quia ibi non de perſonali pacto,
ſed de reali dicitur, & dato quòd in perſonali loque-
6 retur, ibi ſunt perſonalia impropriè quæ rei adhærẽt,
nos autem in perſonali priuilegio loquimur, ꝙ per-
ſonæ tantum adhæret. Concludo igitur ꝙ tam ceſſio-
7 nis, quam quinquennalis dilationis beneficium prin-
cipali debitori conceſſum non prodeſt, nec ad fide-
iuſſorem extenditur. Pro qua concluſione adduco, id
quod no. Bald. in l. 1. in 2. nota C. de legib. quòd illud
quod ob gratiam, ſiue in priuilegium conceditur, ad
8 aliam perſonam nõ extenditur. Quid autem ſi in pre-
cibus debitoris peteretur, eo ad ceſſionis vel dilatio-
nis quinquennalis beneficium admiſſo, ſe & ſuum fi-
deiuſſorem vel correum non moleſtari, & illis verbis
non ceſſatis, reſcriberet Princeps hoc modo audiat
Dominus Matth. Brunus Ariminen. Prætor & voca-
tis vocandis, & conſtito de Oratoris paupertate, ip-
ſum ad alterutrum beneficium ad omnium vel maio-
ris partis creditorum electionem, admittat, non ob-
ſtantibus quibuſcunque: An debitore ad alterum de
9 dictis beneficiis admiſſo, fideiuſſor à creditoribus
moleſtari poſſit? Videbatur dicendum quòd non, ex
eo quòd dictum reſcriptum nedum principalis debi-
toris, ſed etiam fideiuſſoris perſonam reſpicit, cùm in
eo petitum fuerit etiam fideiuſſorem vel correum nõ
moleſtari, & ſimpliciter fuerit per Principem reſcri-
ptum: & vbi Princeps nullo verbo in precibus cãcel-
lato reſcribit, velle videtur, quod omnia in reſcripto
petita intelliguntur conceſſa; prout voluiſſe videtur
Rota in deciſ. 77. Si petitur in nouis, & in deciſ. 378.
Non ꝙ ſi petitur, in anti. Cùm etiam ex literarum &
precum præfatione deprehendatur mens reſcriben-
10 tis. l. fin. ff. de hæredi. inſti. per Bart. in l. ambitioſa. ff.
de decre. ab ordin. faci. & tradit Corne. conſ. 55. Re-
petio me aliàs, col. fi. verſ. Secundum imminet. vol. 2.
& priuilegium à Principe obtentum, intelligi debet
iuxta tenorem ſupplicationis obtentæ, vt nota. Bal. in
cap. inter delectos, per illum tex. ibi ex forma petitio-
11 nis, in vltima col. ver. Item no. extra. de fid. inſtr. cum
multis ſimili, de quibus per Grammati. in deciſ. 103.
Illuſtriſſima Marchioniſſa Paduæ. num. 201. Contra-
rium tamẽ verius eſſe puto, nam licet in ſupplicatio-
ne partis illa verba, ſe & ſuum fideiuſſorem nõ mole-
ſtari, inſerta fuerint, non tamen in reſcripto ſuperio-
re repetita fuerunt, cùm ſignatura attẽdi debeat, no-
ta. Doct. in capit. ſuper literis, extra de reſcription. &
plenè per Pariſi. conſ. 107. Non obſt. quod ſententia,
12 col. fin. nu. 22. verſ. Propterea debet, cum ſeq. volu. 4.
Amplius dico, quod quamuis in ſignatura diceretur,
oratorem ad alterutrum beneficium admittat, prout
petitur, & ſic ex virtute dictorum verborum, vt peti-
tur, quæ cùm ſint indefinitè poſita, vniuerſaliter in-
telligenda videantur, argum. l. ſi pluribus. de leg. 2. &
l. 1. § generaliter. ff. de leg. præſtand. cum ſimili, & cõ-
ſequenter etiam ad preces referantur, quod ipſe de-
bitor, & eius fideiuſſores, & correi, ipſo ad vnum ex
dictis beneficiis admiſſo, non moleſtentur, nihilomi-
13 nus reſpondetur, quod in his quæ ſunt contra ius re-
ſcripta, ſunt plurimum reſtringenda. argum. l. ius ſin-
gulare, & l. quod vero. ff. de legib. & in regul. quæ à
iure communi exorbitant, de reg. iur. in 6. & clauſula
indefinitè poſita, non refertur ad ea quæ ſunt contra
ius. glo. eſt ſing. in l. talis ſcriptura. in fi. in gloſſ. fin. de
lega. 1. per l. vxori. de leg. 3. tradit. Corne. conſil. 119.
Circa primum col. 4. verſ. Quod licet ſignatura. num.
17. vol. 2. conſ. 48. Quoniam in præſenti. col. 2. in fin.
verſ. & maximè hoc dicendum, num. 4. vol. 3. conſil.
312. Circa primum in princ. vſque ad ſecundùm du-
bium eo. lib. & conſil. 136. Viſis actis. in fin. volum. 4.
quem ſequitur Rob. Maranta, in ſuo ſpecial. in 4. par.
principali, in 9. diſtin. numer. 4. verſic. Idem putarem
quando Princeps. folio 28. in primis impreſ. magnis.
Vnde illa verba, vt petitur, ad fideiuſſores correos
non referuntur, cùm ſit contra ius, quod beneficium
perſonale debitori conceſſum, ad fideiuſſorem ex-
tendatur, vt diximus ſuprà per tex. in d. l. exceptiones
quæ perſonæ, cum concord. ſed ad debitorum oratio-
nem tantum, & non ad alios referuntur, cùm reſcri-
14 pta ſint, ſtrictè & non largè interpretanda, vt dicta
regu. quæ à iure communi, & ſecundum iuris ordi-
nem vt habetur in cap. cum dilecta extra. de reſcri. &
pro hac interpretatione facit, quia inferior à Papa
etiam legatus de latere contra ius reſcribere non po-
teſt. l. formam. C. de offic. præfect. prætor. Illyrici. cõ-
iuncto cap. 2. de offic. leg. in 6. & hoc per rationem 21
cap. cùm inferior, extra. de maio. & obed. & ita firmat,
15 glo. communiter ſing. in cap. fi. de hæreti. in 6. & dato
quòd de abſoluta poteſtate poſſet, quia fortè fuiſſet
dicto Legato ſpecialiter à ſede Apoſtolica iniunctũ,
non cenſeretur tamen cõtra ius reſcribere velle, quia
ita Principum reſcripta interpretamur, nam ſi contra
ius emanant, ex defectu præſumptę voluntatis Prin-
cipis non valent. l. reſcripta, & l. damnoſa, C. de preci.
imp. offe. & quod habetur in l. humanum. c. de legib.
& Papa dicit ſe non poſſe, quod de iure non poteſt,
quamuis de abſoluta poteſtate poſſet. c. veniens, ex-
tra. de accuſa. Nec Papa plenitudine poteſtatis vti ſi-
ne cauſa debet, immò in dubio poteſtatis plenitudi-
16 ne vti velle non cenſetur, niſi quatenus exprimatur, vt
no. Inno. in c. innotuit. extra. de elect. & Io. And. in c.
ſtatutum, in fin. de reſcript. in 6. & in c. porrecta extra
de confir. vtil. vel inutil. & ibi per Ant. de Bur. Imol.
& Abb. cum aliis concord. relatis per Iaſ. conſ. 1. col.
pe. in fin. ſub nu. 9 vol. 1. per Giga. in tract. de pen. q.
37. nu. 13. verſ. Dicas tamen per Marſ. in ſing. 84. Prin-
ceps, & plenè per Mod. Arimin. in tract. de nulli. pro-
ceſ. ſub rub. An qualibet ſententia poſſit dici nulla.
nu. 20. ver. Si verò fuerimus. Ad allegata in contrariũ
reſpondetur, quòd quædam ſunt quæ ſpecialiter &
expreſsè debent in ſignatura cõcedi, vt puta ſi in pre-
cibus petitur, ꝙ in cauſa ſummariè, ſimpliciter, de
plano, ac ſola facti veritate inſpecta &c. procedatur,
quamuis prædicta verba non cancellata, nec eorum
aliquid, ſi ſignatura tantùm habeat, audiat Dominus
Matthæus Brunus, & iuſtitiam faciat: Dominus Mat-
thæus vigore talis ſignaturæ procedere non poteſt
ſummariè, ſimpliciter, &c. prout petitum fuit, hoc
17 enim commiſſum non videtur, immò neglectum, ſi
enim Princeps voluiſſet, hoc expreſſiſſet. c. ad audien-
tiam. extra. de decim. c. 2. verſ. Vnde ſi circa. extrà. de
tranſla. Epiſco. & l. vnica. §. ſin autem ad deficientis.
C. de cadu. tol. ita formaliter inquit Rota in deciſ.
358. Si in commiſſione in nouis. ſequitur Alex. conſil.
136. In cauſa & lite. col. 2. in princ. verſ. Et ſecundò, ꝙ
licet vol. 2. Idem firmat Ang. in deciſ. 276. In cauſa
mea, & Maranta vbi ſuprà, in 1. col. verſ. ſed iuxta hoc
cadit. nu. 3. Vt ergo cõceſſum intelligatur, vt ſumma-
riè, ſimpliciter, de plano, ac ſola facti veritate inſpecta
proce-

proce datur, reſcribēs ita teſcribete debet, audiat Do-
minus Matth. Brun. & procedat ſummariè &c. tunc
enim ſub illo verbo, ſummariè &c. veniūt omnia alia
in precibus non cancellata: & ita procedant allegata
per dominos de Rota in d. deciſ. 77. & in d. deciſ. 378.
& ita firmat eadē Rota in deci. 379. Not, ꝙ ſi in com-
miſſione, in anti. quam ſequitur Staphy. io tract. de li-
teris gratiæ & iuſtitiæ fol. 140. verſ. Dicēdum eſt mo-
do, in primo impreſſis. Nec obſt. tradita per Corn. ad
conſ. 55. & per Grammat. io d. deciſ. 103. Quoniā illa
procedunt, vbi Prioceps ſimpliciter reſcriberet, non
ſe ad aliquid de contentis io precibus reſtringendo,
ſecus ſi ad aliquid de comprehenſis in eis ſe reſtrin-
xiſſet, vt in caſu noſtro, nam ad illud tantum, & nō vl-
tra, ſe extēdit teſcriptum. Quamuis enim omnia gra-
28 tiæ obſtantia, quæ ex narratis colligi poſſunt tacitè
ſublata eſſe videantur, licet in conceſſione gratiæ de
illis tollendis oihil expreſſè fuerit dictum, ſecuo-
dum Ægi. in concluſione Rotæ. 333. in caſu domioi
Gardina. Anton. de Butr. cooſ. 2. viſis literis, ꝙ eſt re-
petitum conſ. 49. io fin. Roma. conſ. 80. Confirman-
da profecto. Hoc tamen verum eſt in dubio, vt inquic
Rom. ibi. ſecus, ſi clarè appareat, ꝙ ſignatuta narra-
tionem ampliet, vel limitet; tunc enim ſignaturæ vel
19 conceſſioni ſtatut. cap. inter dilectos, & ibi Abb. in 4.
col. verſic. Nō. bonam limitationem, extra de fide in-
ſtru. in c. 2. extr. de treuga & pac. vbi oo. ꝙ ſi petitio
indeterminata fuit, & cōceſſio determioata fuit, con-
ceſſio attenditur, quia priuilegium & indulgentia vi-
res conceſſiooe & non à petitione, ſumunt, quamuis
in dubio ad petitionem refetatur conceſſio, quod eſt
notand. ſecundom com, qoem refert & ſequitur Feli.
io d. c. ſuper literis col. 4. verſ. Limita regulam nu. 25.
extra de reſcript. & Ruyn. cooſ. 3. Videtur prima con-
ſideratione. col. 2. verſ. ſed tamen præmiſſis. conſ. 43.
circa id col. 1. nu. 3. vol. 1. & conſ. 104. Quæſtio. col. 2,
in fi. num. 7. vol. 5. & tradit Pariſi. conſ. 107. non obſt.
20 ꝙ ſententia col. fin. verſ. propterea debet nu. 21. cum
ſeq. vol. 4. Cùm ergo in caſu noſtro Princeps io ſigna-
tura ad principalem debitorem ſe reſtrinxerit, & fide-
iuſſoris aut correi perſonam non expreſſerit, debitori
principali duntaxat priuilegium conceſſum intelligi-
tur, & non aliis in reſcripto non expreſſis, ſi enim vo-
luiſſet, vtique (vt ſuprà diximos) expreſſiſſet illa, igi-
tur in reſcripto oon expreſſa, iotelliguntur omiſſa &
neglecta, & ſic in diſpoſitione ioris communis rema-
net. l. commodiſſimè, cum vulg. ff. de libe. & poſth. &
incluſio vnius, eſt alterius excluſio. l. cum pretor. cum
ſimil. ff. de iud. & ita concludendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Creditores omnes in ceſſione bonorum, an vocari debeant, antequam debitor ex carceribus relaxetur, & ad ceſſionis beneficium vel ad quinquennalem dilationem admittatur, & num. 4.*

2 *Carceratus antequam relaxetur, citari debent creditores per generale proclama, ſi non conſtat, ad cuius inſtantiam carceratus fuerit: ſi verò conſtat ad cuius inſtantiam, citari debet ille, vel eius procurator.*

3 *Cuſtos carcerum ad intereſſe creditorum tenetur, ſi carceratus fuit per ipſum relaxatus, vel aufugit antequam per iudicem declaratum fuiſſet, an eſſet vel non eſſet ad ceſſionem bonorum admittendus.*

4 *Cedens bonis ad aliquorum creditorum inſtantiam, non poteſt ab alijs, quorum timore non ceſſerit, moleſtari, niſi vt bona doceat, & debitum aliorum agnoſcat in iudicio. & nu. 5.*

6 *Ceſſio bonorum facta per debitorem, ſufficit pro omnibus creditoribus, ſicut vna inuentarij confectio.*

Creditores omnes an in ceſſione bonorum citari debeant.

Quæſtio nona princip.

1 NOnò principaliter quæro, nunquid io ceſſione
bonorum creditores vocari debeant, antequam
debitor carceribus relaxetur, & ad ceſſionis benefi-
2 cium vel ad dilationem quinquennalem admittatur?
Bal. conſil. 301. Ad euidenciam vol. 5. tenet quòd ille
qui cedit bonis, à carcere etiam inuitis creditoribus
relaxari debet, vt oot. in l. 1. C. tit. noſtro, tamen non
ſioe aliquali iudiciorum ordine talis relaxatio fieri
debet, quia hi quorum intereſt, vocari debent. Nam
interdum aliquis eſt in carcere & noo conſtat ad cu-
ius petitionem fuit carceratus, tuoc generale procla-
ma ſufficit, vt no. Bar. in l. ſi quis vxori. §. ſi fugitiuum.
ff. de furt. vbi huius articuli theoricam & practicam
poolt: Interdum conſtat, ad cuius ioſtantiam fuit car-
ceratus, & tuoc ille, vel eius procurator citandus eſt,
vt l. 1. §. 1. ff. de liber. agooſ. & l. eum qui res. C. de pro-
cu. & §. ſi. eum concor. Inſt. de pœna temerè litig. Ci-
tatis ergo creditoribus, factaque booorum ceſſione,
admitteretur carceratus, ita concludit Bal. d. conſ. 301.
Quid ſi carceratus à principe reſcriptū ceſſionis bo-
norum impetrauit cum mandato, ꝙ cedeodo bonis, à
carceribus relaxetur, & à carcerum cuſtode fuit rela-
xatus, vel aufugit, antequam iudex illum eſſe vel non
eſſe ad bonorum ceſſionem admittendum decerne-
ret, an carcerarius ad totum debitum, vel ad intereſſe
creditorum teneatur? Dic, quòd ſi notorium erat, de-
bitorem non eſſe ſoluendo propter quod debeat ad
bonorum ceſſionē admitti, tenebitur tantùm ad cre-
ditorum intereſſe, vt pulchrè declarat Paris de Put.
in tract. ſyod. in §. licèt dicatur, ſub num. 4. verſ. Si ta-
men carcerarius. An autem creditores omnes citari
debeant, vel ſufficit quòd eorum aliquis tantùm cite-
tur, Pet. iac. in ſua practi. tit. noſtr. in 2. not. tenet, non
eſſe neceſſarium, ꝙ creditores omnes coram iudice
vocentur, ſed ſufficit illos, qui inſtant, ſeu eos, qui
cootra debitorem litigant, ſeu cum quibus pendet
cauſa, vocari, pro hoc facit text. in l. 4. §. Sabinus. &
ibi gloſ. ff. tit. ooſtro, vbi dicitur, quòd qui ad non-
nullorum ioſtātiam ceſſit, ab aliis creditoribos, quo-
rum timore noo ceſſerit, inquietari noo poteſt, oiſi
vt bona doceat, & ita eſt de meote Sal. in d. l. 1. col. t.
io fin. ver. ſecundum dubium eſt, & tenet & ſequitur
Guid. Pap. conſ. 124. circa materiam. col. ſi. ver. Nec
ſunt neceſſario. ou. 9. Quod tamen iotelligunt, ſi de-
bitum illorum agnoſcat debitor io iudicio, cùm ooo
præiudicet his, quorum debitum non arguit. l. peo. ff.
tit. noſtro, & prima ceſſio pro omnibus ſufficere de-
bet, ſicut vna inuentarij confectio ſufficit pro omoi-
bus creditoribus etiam ex poſt facto apparentibus. l.
fin. §. licentia. C. de iure delib. & hoc dicit ibi Sal. eſſe
verum, niſi qui bonis ceſſit, de nouo bona acquiſiuiſ-
ſet,

Digitized by Google

ſet, nam reſpectu illorum bonorum non præiudicat ceſſio illis, quorum reſpectu ceſſio facta non fuit, vt dixi ſuprà in 2.q.principali.nu.7.8.& 9.

SVMMARIVM.

1 *Creditores poſteriores an interioribus præferantur, vel econtrà, in bonis poſt ceſſionem acquiſitis, & nu.3.& 4.*

2 *Debitor qui ceſſit bonis, à debito non liberatur.*

4 *Creditores primi vnam hypothecam habentes, poſterioribus etiam duas hypothecas habentibus præferuntur.*

5 *Creditores primi conueniunt debitorem qui bonis ceſſit, in id quod facere poteſt: poſteriores verò, inſolidum.*

6 *Ceſſio prima nouis creditoribus non præiudicat, & quo caſu præiudicet.*

Ceſſio eſt actus reiterabilis.ibid.

7 *Vſufructuarius ſi operas ſuas in biennium pro viginti locauit, & conducto ceſſit bonis, finito vſufructu poſt annum, dicta ceſſio prodeſt debitori aduerſus proprietarium nouum creditorem.*

Creditores poſteriores an anterioribus præferantur in bonis poſt ceſſionem quæſitis.

Quæſt. decima, princip.

1 DECIMÒ principaliter quæro, an creditores poſteriores anterioribus præferri debeant, vel ecõtrà in bonis poſtea quæſitis per debitorem, qui ad ceſſionis beneficium fuit admiſſus? Cy.& Albe.in l.ex contract.in fi.C.de bo.auth.iudi.poſ.decidunt, quod poſteriores præferuntur, per tex.in l.3.in fi.ff.quod cũ eo.Sal.verò ibi in 3.q.cõcludit, quod tam primi quã poſteriores concurrunt, niſi alter altero ex alia cauſa magis priuilegiatus eſſet, & ad d. l. 3. in fi.reſpondet, quod ille debitor per capitis diminutionem liberatus erat, vt l. 2.ff.de ca. dimi.ſed per prætoris beneficium ne creditores abſque eorum culpa perderẽt, reſtituitur in eum actio, vt teneatur quantum facere poteſt: ideo in poſtea quæſitis ratio poſterioris habetur: & hoc eſt verum ſecundum eum, quia reſtitutio illa fit ſpeciali beneficio, quod non datur in alterius præiu-
2 dicium. In caſu aũt q.noſtræ debitor qui bonis ceſſit, à debito non liberatur, vt dicemus infrà in 19.q. ſed de iure communi ad ſolidum remanet obligatus, quãuis propter ceſſionis beneficium poſtea conueniri nõ poſſit, niſi quatenus facere poteſt.d.l.ex contractu. &
3 l.4.in prin.& l.qui bonis.ff.tit.noſtro.vnde poſterioris ratio contra priorem, qui de iure communi venit, haberi nõ debẽt Paul.de Caſt.in d.l. ex contrac.in fi.
4 tenet, quod anteriores poſterioribus præferuntur, ex quo debitor remanſit obligatus, & hanc opi.puto veriorem, & eo magis, quã primi tanquam anteriorem hypothecam habentes, poſterioribus præferri debeãt per regu.qui prior.de reg iur.in 6.& l.quoties vtriuſque cum vulgar.ff.eo.etiam ſi poſterior duas haberet hypothecas, & primus vnam tantùm, niſi poſterioris hypotheca eſſet priuilegiata iuxta l.licet. C.qui potior.in pign.haber.vt tradit Neguſan.in tract. de pig. in 2.membro quintæ partis.col.pe.in princ. verſ. ſed ſi econuerſo.ſub num.51.In hoc tamen hi creditores
5 in q.noſtra differunt, quia primi debitorem qui ceſſit bonis, conuenire non poſſunt, niſi in id quod facere poteſt: ſecundi verò inſolidum, vt d.l.ex contractu. in princ.à contrario ſenſu, vt etiam inquit ibi Sal.in 2.q.
6 Nec aduerſus eos nouos creditores obſtabit ceſſio præcedens, niſi de nouo cedat bonis, cùm hoc facere poſſit, ex quo ille actus reiterabilis eſt, vt per Salic.& Paul.de Caſt.in d.l.ex contractu.in fin.& vidimus ſu-
7 prà in 2.quæſt.principali. ſub nu. 8.& 9. vel niſi creditores cauſam ex præcedenti contractu continuatã haberẽt.verbi gratia, ſi ſeruus fructuarius operas ſuas in biennium pro viginti locauit, conductor bonis ceſſit, deinde poſt annum finitus eſt vſuſfructus, & ſic proprietarius cœpit nouus eſſe creditor, quia iuris ratio hoc expoſtulat, vt eſt text.in l.ſi ſeruus cõmunis Mæuij.§.ſi.ff.de ſtipula.ſeruo. hoc enim caſu dicta ceſſio debitori aduerſus proprietarium proderit, quia non eſt cum eo de nouo contractum, ſed perſona duntaxat mutata, cui acquiritur, & eſt idem contractus, de cuius executione agitur, vt tenet Bal.in d.l.ex contractu. ad fin. quem ſequitur Alex.in apoſtil.ad eundem Bald.in l. 1. in 2. colum.in prin.in verbo, creditoribus.C.tit.noſtro.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio bonorum facta per debitorem, an ei proſit, quo ad conditionalẽ creditorem, cuius conditio poſt ceſſionem euenit, vt in bonis poſtea quæſitis non conueniatur, niſi inquantùm facere poteſt: diſtingue, vt ibi.*

2 *Teſtator primus ſi legata cõditionalia fecit, quorum dies poſt legata hæredis ſecundi teſtatoris euenit, legatarij primi teſtatoris, legatariis ſecundi teſtatoris præferuntur.*

Ceſſio bonorum an debitori proſit contra creditorem conditionalem.

Quæſtio vndecima, princip.

VNDECIMÒ principaliter quæro, Quid ſi inter primarios creditores quidam creditor conditionalis erat, & poſt debitoris ceſſionem ſua extitit conditio, nunquid debitori quo ad eum ceſſio proſit, vt ſic in poſtea quæſitis debitor ipſe non conueniatur ab eo, niſi in quantum facere poteſt? Pet.quem ſequitur Cyn.& Alb.de Roſa.in l.ex cõtract.C. de bo. auth.iud poſſ.determinat, quod inſolidùm conuenietur, quia quo ad hunc conditionalem creditorem ceſſio ſibi non prodeſt: & hac mouentur ratione, quia vbi ceſſit debitor, ex contractu præambulo conuenitur, deducto ne egeat: & hoc verum eſt, quando ceſſio creditoribus proficit, quia penes ſe bona debitoris habent, ſed iſte conditionalis creditor nullum conſequitur commodum ex bonis cedentis, ex quo illa ad aliorum creditorũ manus peruenerunt, ergo &c. Bal. verò ibi putat eſſe diſtinguendum: Aut talis conditio inuito euenit debitore, & tunc conditio trahitur retro, & ſic de bonis debitoris participabit creditor, & tunc in poſtea quæſitis cedenti proderit ceſſio: Aut extitit eo volente, & facto ſuo interueniente, & tunc nõ trahitur retro, niſi factum ſuum eſſet neceſſarium,

nnn volũtarium.l.1.& l.potior.& l.qui balneũ.ff qui
pot.in pign.hab. Subdit Bald. prædicta procedere in
contractibus,ſed in legatis conditionalibus,in quib.
conditio non trahitur retro.leg.1.§.ſerui.ff.ad Sylla-
nia.potius antiqua quã noua obligatio inſpicitur.quę
neceſſariam à ſua cauſa conſequentiã haber,arg.l.3.§.
ſcio.ff.de minor.idéo minimè curãdũ eſt, verũ traha-
tur,vel nõ trahatur retro,quia in propoſita q.nõ de le
gati acquiſitione,ſed de ceſſionis beneficio tractatur,
vt probatur in l.1.C.de bo.aut.iud.poſ.& ꝓpterea exẽ
2 plificat Bal. ꝙ ſi primus teſtator legata cõditionalia
fecit,quorũ dies venit poſt hæredis legata, dato ꝙ in
legatis hæredis conditio exiſtẽs nõ traheretur retrò:
verbi gratia, ſi Capitoliũ aſcẽderit,vel ſi matrimo-
niũ contraxerit,vel alia ſimilia, vbi naturales termini
fictionẽ recipiũt:nihilominus legatarij defuncti teſta
toris,legatariis hæredis pręferuntur:& ſic concludit,
ꝙ tempus cauſæ,non cauſati tempus, inſpicitur. cum
Bal.tranſeunt alij Salice. tamen cogitandum relin-
quit,maximè quare diuerſum ſit in contractibus.

SVMMARIVM.

1 Executio inſtrumenti,pendente lite ſuper bonorum ceſſione,contra debitorem cõmitti non poteſt.

Executio an committi poſsit, pendente lite ſuper ceſsione bonorum?

Quæſtio duodecima,princip.

1 DVODECIMÒ principaliter quæro, creditor
vigore ſtatuti executionem inſtrumenti contra
Titium confitentem in iudicio debitum, & petente
ſe ad ceſſionis beneficium admitti,petit, an lite pen-
dẽte ſuper d.ceſſione inſtrum,executio committi po-
terit? Reperio fuiſſe deciſum in curia Tholo.q.28. Itẽ
fuit dubitatũ,ſi aliquis.ꝙ ſic,niſi iudici cõſtaret,cede
re volentem nulla habere bona,vt no in c.Odoardus.
extra de ſolu. Ego autẽ ſic diſtinguendũ putabã,an iu-
diciũ petitę ceſſionis cœptũ fuit prius quàm inſtrumẽ
ti executio peteretur,aut poſt:ſi prius, & tũc quia lite
pẽdẽte nihil debet innouari.l.cũ aliquis,& ibi Bal. in
2.no.C.de iure delibe. & habetur in tit.C.& extra. vt
lite pẽd.per executionem inſtrumenti petitam, impe
dire non poterit,quin ſuper d. ceſſione procedatur:ſi
verò poſt,& tũc aut ex iuris cõmunis,aut municipalis
diſpoſitione proceditur:primo caſu,idẽ dicẽdũ arbi-
tror, cùm etiã in executione ſentẽtiæ debitor ad ceſ-
ſionis beneficiũ admittatur,vt dictum fuit ſuprà in 2.
q.prin.ſub nu.10.ver.ſcias tamẽ Secũdo caſu,aut ſta-
tutũ diſponit ꝙ cõtra inſtrumentũ publicũ nulla poſ-
ſit opponi exceptio, aut prohibet contra executionẽ
inſtrumẽti exceptionẽ opponi. primo caſu executio
petita per exceptionem ceſſionis impeditur, vt tradit
Bar.Alex.& alij.in l.1.§.& parui.ff.ꝙ vi aut clã.& Cor.
conſ.212.Placet col.1.vol.2. Vltimo verò caſu,inſtru
mẽti executio,nõ obſtãte ceſſionis exceptione,cõmit
ti poterit,vt latè proſequitur Cor.d.cõſ.212.per theo
ricã Bar.in l.ſi filius.ff.quod cum eo.& vidimus ſuprà
in 3.q.principali,ſub nu.4.verſ. & prædicta in tãtum.

SVMMARIVM.

1 Feriæ inductæ ob neceſſitatem hominum in cauſa ceſſionis bonorum,non obſtant, quando cedere volens eſt carceratus,& nu.2.

2 Cauſa carceratorũ tã ciuiles quàm criminales,diebus feriatis expediũtur, nõ tamẽ in honorẽ Dei niſi quãdo contra inſignẽ latronẽ proceditur,eo.

Feriæ ob neceſſitatem hominum,an obſtent in cauſa ceſſionis bonorum.

Quæſtio decimatertia, princip.

1 DECIMOTERTIÒ principaliter quæro,an fe-
riæ ob neceſſitatem hominum inductæ,in cauſa
ceſſionis bonorum obſtent? Reſpon. quod non,vt vo-
luit Bal.conſ 301.Ad euidentiam.in fi.vol.5. vbi alle-
gat.tex.in leg.fi.ff.de feriis.ſed allegare voluit leg.pe
nul.eod tit vbi eſt tex.quod carcerati pro cauſa ciuili
2 vel criminali,etiam diebus feriatis expediuntur, non
tamen in honorem Dei,niſi quando contra inſignem
latronem procederetur,vt eſt text. in leg. prouincia-
tum.C.eo.tit.not.gl.in leg.cuſtodias.ff.de public.iu-
dic.& prædicta intellige,quãdo cedere volens,in car
ceribus reperitur, vt expreſſè determinat Ang.in d.l.
pen.quem ſequitur ibi Iaſ.circa fi.ver.No.ſecundo,&
idem firmat Bald.conſ.301.per totum.

SVMMARIVM.

1 Debitor qui ceſsit bonis,ceſsionẽ reuocare poteſt antequam bona diſtrahantur,& ſic pœnitere poteſt,dũmodo creditoribus ſoluere paratus ſit.

2 Cedens bonis, non deſinit eſſe dominus bonorum ante eorum diſtractionem.

3 Ceſsio bonorum, in fauorem debitorum introducta fuit.

Debitor qui ceſſit bonis,an pœnitere poſsit antequam bona vendantur.

1 DECIMOQVARTÒ principaliter quæro, nun-
quid debitor qui ceſſit bonis, poſſit ceſſionẽ an-
tequam bona diſtrahantur,reuocare,& ſic an pœnite-
re poſſit? C.in l.1.q.6.C.tit. noſtro. quẽ ſequitur Alb.
in rub.eo.ti.in 2.col.verſ. Item quæritur vtrũ referr.
opin.quorũdã diſtinguẽtiũ, ipſe tamẽ indiſtinctè te-
net qđ pœnitere poſſit.pro hoc eſt tex.&ibi not.Bar.
An.in l.3.& in l.quẽ pœnitet.ff.eo.not.per gl.in l. pẽ.
vbi etiam Bar.in pro.quæſt.eo.ti.& fac.tex. & ibi no.
Bart.Bald.Salic.& Paul.de Caſt.in l.2.C.eo.ti.vbi di
cunt quod qui bonis ceſſit, pœnitere poteſt, & bona
illa re integra recuperare, quando vendita non erant,
ſi tamẽ creditoribus ſoluere paratus ſit,quod ipſe te-
netur argumen.tex.in c.cauſis,& ibi plene per gl. ex-
tra.elect. Vnde inquit Baldus. ibi facere in argumen-
2 tum,quod qui rẽ pro derelicto habuit,re integra pœ-
nitere poteſt,quia interim nõ eſt alicui quæſitum ius.
& ideo dicunt Doct. quod volenti debitum ſoluere
bonorum ceſſio non præiudicat, ſi bona non ſunt vẽ-
dita, quia cedens bonis, non deſinit eſſe bonorũ ſuo-
rum dominus ante illorum diſtractionem, vt eſt text.
3 in d.l.3.& reperitur deciſum in Capel.Tholoſ.q.134.
Item antecedens bonis.& ratio eſt, quia bonorũ ceſ-
ſio in fauorem debitorum introducta fuit,ergo &c.l.
pe.C.de pact.ſequitur Are.in §.fi.col.pe.in prin.verò
ſemel.& ibi Iaſ.in pen. col.verſiculo, An autem poſt
ceſſionem, Inſtit. de act. quamuis contrarium teneat
Bald.in l.fi.col.pe.verſ. Quæro ſi aliquis ſolemniter.

C.tit.noſtro.& licet quadam diſtinctinctionē ibi ponat in ver. Circa aut.articulū.in effectu tamē cōcludere videtur, ꝙ vbi actus non eſt conſummatus,&ſic res eſt integra, pœnitere poteſt: ſecus, ſi actus eſſet ad perfectionem ductus & conſummatus.nam tunc pœnitere non poteſt, arg.tex.& ꝙ ibi no. Bal.in l.ſi quis iuſiurādum.& ibi Sal.in fi.C.de iureiur. & hoc modo cum aliis doct.concordabit, quod ſi bona per creditores diſtracta non fuerint, aut eis in ſolutum data, debitor pœnitere poteſt, & creditoribus ſatisfacere. & ita tenet Hoſt.in ſumma,titu.not.col.2.ver.ſed nec creditores.& ita communiter tenent Doct.

SVMMARIVM.

1 *Litis cōteſtatio an in cauſa ceſsionis bonorum requiratur.*

2 *Officium iudicis quando incidenter imploratur, litis conteſtatio non requiritur: ſecus eſt, vbi principaliter imploratur, etiam quod cauſa ſit ſummaria & nu.3.& nu.4.*

Litis conteſtatio an requiratur in cauſa ceſsionis bonorum?

Quæſtio decimaquinta.princ.

1 DECIMOQVINTO principaliter quæro,nunquid in hac bonorum ceſſione litis conteſtatio requiratur? Reperio dominos de Rota, vt refert Ægid.in deci.197.Secūdò,in cauſa tenere,ꝙ in hac cauſa ceſſionis admittendæ vel denegandę,de neceſſitate litis conteſtatio & terminorum palatij ordinarios requiritur:& per eos adducebatur hæc ratio, quia licet iudicis officiū hic imploretur, non tamen principaliter,immò incidenter,allegabant tex.in c.fi.extra. de offi.iud.Sed hæc ratio concludit tam contra dictum,
2 quā cōtra tex.in d.c.fin. Nā quando iudicis officium incidēter imploratur,litis conteſtatio non exigitur, vt in illo tex.expreſſè dicitur: vbi verò principaliter imploratur,cōteſtatio requiritur.& ita tenent omnes doct.ibi,& eſt deciſio Rotæ 9. Si petatur in addi. in nouis dicendum eſt igitur,ꝙ hoc fuit impreſſorum vitio,cum illa verba principaliter & incidēter, poſtponi debeant, & ſic dicere debemus ratio eſt,quia licet officium iudicis hic imploretur, non tamen incidenter,imnò principaliter: & hoc caſu, ratio bene concludet cū dicto,ꝙ de neceſſitate litis conteſtatio requiratur.Quidam verò ex dictis auditoribus cōtrariū tenebant per no.per Cy.in auth.ſi omnes.C.ſi minor ab hæredit.ſe abſti.ex eo quòd in hac cauſa nihil dari vel fieri petitur à parte, & vbi nihil dari vel fieri ſeu adiudicari vel auferri petitur, & ſummariè procedatur,litis cōteſtatio nō exigitur,vt no.per Inn. & alios in d.c.fin.& eſt deciſio Rotæ 54.Si peteturin nouis. Nonnulli autem ex dictis auditoribus dicebāt,quòd
3 quia iudicis officium contra certam perſonam, & ſic contra certos creditores hìc imploratur, litis conteſtatio requiritur.Imo.Abb. & Feli.in d.cap. dicunt, quòd ibi iudicis officium principaliter contra certam perſonā imploratur, & plenaria cauſæ cognitio requiritur,libellus dari & litis cōteſtatio fieri debet: ſi verò incidenter imploretur litis conteſtatio non requiritur. In cauſa verò huius ceſſionis bonorum,iudicis officium non incidenter,ſed principaliter, imploratur,vt dictum eſt,ergo,&c.Amplius dicit Spec. in §.fi.verſ.Sed quęritur,vtrum in tit.de offi.om.iudi. quem allegat Rota in d.deci.54.in fi. quòd in omnibus cauſis in quibus iudicis officium imploratur, etiā in cognitione ſummaria, litis conteſtatio requiritur. Alij verò tenebant,in hac ceſſionis cauſa litis conteſtationem non requiri, cùm ſit cauſa miſerabilis. pro hoc adducebant tex.in auth.niſi breuiores.C. de ſent.ex peri. reci.& cū hac vlti. opi.tranſit Ægi. ibi. Ego verò primā opi.amplectendū cenſeo,cùm in hac cauſa plena requiratur cognitio tā ſuper debito nondum cognito,nec liquidato.vt vidimus ſuprà in 2.q. prin.quā etiam ſuper paupertate probāda,& creditorum electione in admittendo debitorem ad bonorū ceſſionem,vel ad quinquennalem dilationem, vt dicemus infrà,in 21.& 25.q.& propterea concludo ſe-
4 cūdum Abb.in d.c.fi.circa fin. ꝙ aut iudicis officium incidenter imploratur,& litis cōteſtatio nō eſt neceſſaria,nec libellus,aut principaliter imploratur,& tūc aut ſuper liquido,ita ꝙ nō eſt neceſſaria cauſę cognitio,& litis cōteſtatio fieri nō debet, aut ſuper non liquido petitur,& tūc aut aduerſarius eſt certus & pręſens, & litis cōteſtatio fieri, & libellus offerri debēt, aut aduerſarius eſt abſens & certus, & tunc ſi aliquid in præiudiciū partis dari vel fieri petitur,vt hìc,cùm in pręiudiciū creditorū ad bonorū ceſſionem admitti petatur,vel quinquennalis dilationis terminū ſibi dari,iuxta tex.in l.1.& fi.C.ti.noſtro.& tunc litis conteſtatio exigitur,vt no.in gl. in d.c.fin.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ceſsionis bonorū,litis conteſtationem & proceſſum impedit.ſi debitum eſt liquidum, vel debitor paratus eſt illud agnoſcere.*

2 *Ceſsio bonorum,litis conteſtationem non impedit quo ad creditores poſt ceſsionem creatos.*

Exceptio ceſsionis bonorum,an litis conteſtationem impediat?

Quæſtio decimaſexta.princ.

1 DECIMOSEXTO principaliter quæro, nūquid ceſſionis bonorum exceptio litis conteſtationē impediat? Reſp.ſi debitum liquidum, eſt vel debitor extra iudicium illud cognoſcere paratus eſt, litis cōteſtationem & proceſſum impediet.Bar.in l.pe. ver. Sed contra hoc oppo. & ibi Ang.ff.tit. noſtro. & eſt text.in l. ex contractu, & ibi no.Bar.& Sali.C.de bo. autho.iudi.poſ. Ang.in l. 4. ff. tit. noſtro.& cum eis tranſit Iaſ.in §.fi.col.pe.ver.nunquid autem ceſſio bonorū.inſti.de ac.& vidimus ſuprà in 2.q.princ.nu. 5. verſ. tu dic ꝙ leges contrariæ. Quod intellige verū, quo ad creditores ante ceſſionem creatos ſecus eſt in
2 creditoribus,qui poſt ceſſionem contraxerunt, quia illa ceſſionis exceptio,quo ad eos, debitori non proderit,nec eis obſtabit,vt eſt text. à contrario ſenſu in d.l.ex contractu,& ibi Salic.in prin.in 2.q.& ita fuit determinatū in Capel.Toloſa.q.136. Item fuit quæſitum,an exceptio ceſſionis bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui bonis ceſſit,pro bonis quæ ante ceſsionem habeat, agere aut conueniri non poteſt, ſed in poſtea quæſitis ſic.*

2 *Debitor ſi l:te pendente ſuper iniuriurnm actione cedit bonis, iudicium ſuper illa actione inteutatum, amplius proſequi non poterit.*

3 *Moratoriam obtiuens, ſicut à creditoribus conueniri non poteſt, ſic etiam contra alios agere non poterit.*

4 *Debitor qui in fraudem creditorum ceſsit bonis, non poteſt poſtea contra ſuos debitores agere.*

Debitor qui ceſsit bonis, an agere ſeu conueniri poſsit.

Quæſtio decimaſeptima, princip.

DECIMOSEPTIMÒ principaliter quæro, an debitor qui bonis ceſſit, agere ſeu conueniri
1 poſſit? Reſp. quòd pro bonis quæ ante ceſſionem habebat, neque agere, neque conueniri poteſt: ſecus eſt in poſtea quæſitis, vt eſt text. in l. item ſi vnus. in prin. & ibi glo. ff. de arbit. Vnde dicit Bald. quòd actiones perſonales directæ, quæ penes cedentem remanent, inanes ſunt, nec ab eo moueri ſiue intentari poſſunt: & propterea per illum text. in cappel. Tholoſ. concluſum fuit in quæſt. 249. Itẽ fuit quæſitum, ſi actor, quòd ſi ſuper iniuriarum actione actor lite pendente cedat bonis, iudicium iniuriarum actione intentatũ,
2 amplius proſequi nõ poterit, quia ceſſionis exceptio ei ſemper obſtabit, & etiam ipſe poterit contra alios ceſſionem opponere, niſi circa bona poſt ceſſionem acquiſita, conueniretur aut ageret, vt etiam deciſum
3 reperitur in cappel. Tholo. quæſt. 136. Item fuit quæſitum, an exceptio ceſſionis. & eſt text. in l. 4. in prin. & in fi. ff. tit. noſtro, & tradunt Mod. Anchar. in tract. de mercat. in materia decoctorum in 3. par. num. 14. Idem procedere dicas in moratoriam obtinẽte, quæ operatur quòd ſicut ille conueniri non poteſt, nec etiam cõtra alios agere valet, arg. tit. ff. quod quiſque iur. & tradit Firma. in ſuo repertorio, in verbo, moratoria. num. 2. vbi allegat Bar. in l. fin. C. ſenten. reſcin. non poſſe, qui tamen nullum de hoc facit verbum.
4 Adde etiam quòd qui in fraudem creditorum ceſſit bonis, non poteſt poſtea contra ſuos debitores agere, vt eſt text. in l. Imperatores. & ibi no. Alber. ff. de cur. bon. dan.

SVMMARIVM.

1 *Creditores, facta bonorum ceſsione, propria authoritate non poſſunt bona ceſſa occupare, nec inter eos diuidere & appropriare.*

Bona ſi per debitorem creditori in ſolutum data fuerunt, ab eo reuocari non poterunt, eo.

2 *Dominium in creditorem per dationem in ſolutum transfertur, ſi debitor eſt dominus: ſi verò non eſt, publiciana, & præſcribendi cauſa transfertur.*

3 *Priuilegium prioritatis anterioribus creditoribus per dationem bonorum in ſolutum non aufertur.*

4 *Creditores ex pacto & licentia per debitorẽ præſtita, bonorum poſſeſsionem in ſolutum datorũ, propria authoritate ingredi poſſunt.*

5 *Licentia bonorum poſſeſsionem ingrediendi, dari poteſt in teſtamento per defunctum.*

6 *Cedens bonis, antequam bona ſint vendita, remanet dominus.*

7 *Creditores, facta per debitorem bonorum ceſsione, an in eorum tenutam mitti debeant?*

8 *Titulus de bon. auth. iud poſ. quomodo procedat.*

Creditor miſſus in poſſeſsionem bonorum, debitoris ſit detentator & cuſtos, donec in poſſeſsionẽ ex ſecundo decreto miſſus fuerit, eod.

9 *Creditores, facta per debitorẽ bonorum ceſsione, inſtare debent bonis ceſsis curatorem dari.*

10 *Curator bonis ceſsis datus, bona vendit, creditoribus pro portione ſatisfacit, & contra cedentis debitores, actiones vtiles exercet.*

11 *Curator bonis ceſsis datus, quas actiones intentare debeat?*

12 *Curator ventris ad bona conſeruanda & cuſtodiẽda datus, nõ intẽtat niſi perituras actiones.*

13 *Curator bonis ceſsis datus, actiones etiã non perituras intentat.*

14 *Curator bonis ceſsis datus, in quibus caſibus ab alijs tutoribus & curatoribus differat.*

15 *Actio quæ datur curatori bonis cedentis, non eſt priuilegiata, ſecus ĩ tutorib. & alijs curatorib.*

16 *Curator bonis ceſsis datus, actione mãdati conuenitur, alius autem actione negotiorum geſtorum vtili tenetur.*

17 *Curator bonis ceſsis datus, de dolo & lata culpa tenetur, alius verò de leui.*

18 *Curator bonis ceſsis datus, non iurat tempore interpoſiti decreti. alius autem ſic.*

19 *Curator qui datur bonis ceſsis, non inuitus, ſed volens datur, alius verò inuitus.*

Tutela ſicut agnatis qui ſuccedere debent, ſit & cura defertur, eod.

20 *Tutor & curator in teſtamẽto datus, ſi tutelam geſsit, nõ cogitur poſtea inuitus curã aſſumere.*

21 *Curator bonis ceſsis datus, agendo vel defendendo nõ cauet de rato nec iudicatum ſolui, aliàs ſit, ſi de eius cura non conſtaret, vel probabilis eſſet præſumptio, quod curator non eſſet.*

22 *Curatores plures ſi bonis ceſsis dati ſunt, etiam quod vnus non attingat, in ſolidũ conuenitur, ſicut ille qui attigerit, quod ſecus eſt in alijs tutoribus & curatoribus.*

Quod procedit, ſi vnus ab aliquo cõueniatur qui actionem ſe habere contra defunctũ vel debitorem aſſerit: ſecus, ſi ad reddendum adminiſtrationis rationem. eo.

23 *Curator bonis ceſsis datus adminiſtrationis rationẽ reddere tenetur, non illi qui bonis ceſsit, ſed illis quorum intereſt, niſi dolum vel latã culpam in dictis bonis commiſerit.*

24 *Curator adulto vſque ad triginta annos adminiſtrationis rationem reddere tenetur.*

25 *Curator bonis ceſsis datus, ſi ſine inquiſitione datus eſt, inuentarium facere, & fideiuſſorem dare tenetur.*

26 *Curator ſi bonis ceſsis non reperitur, qui hanc curam ſuſcipiat, quid agendum ſit.*

Creditores, facta bonorum ceſsione, an poſsint propria authoritate bona cedentis occupare?

Quæſtio decimaoctaua princip.

1 DEcimooctavò principaliter quæro, facta bonorum ceſſione, an creditores bona debitoris occupare, & iure dominij retinere poſſint? Reſpódeo, quòd cedenti nihil amoueri debet nec per iudicem, neque per alium, nec creditores ptopria authoritate bona ceſſa occupare, nec inter eos diuidere, & appropriare poſſunt. text. eſt in l. legis Iuliæ. vbi Bar. Bald. Angel. Sal. & Paul. de Caſtr. C. tit. noſtro. immò ſi illa occupauerint, non obſtante longi tẽporis præſcriptione, poterunt ab eis auocari, niſi per debitorẽ ipſis creditoribus in ſolutum data fuiſſent, vt ibi in fine dicitur, tradit Hoſti. in ſumma. tit. noſtro. colum. 1. verſi. ſed nec creditores. & Batto. in d. l. legis Iuliæ, quem ſequuntur omnes ibi. nam iſto caſu debitor in
2 creditores dominium transfert, & ſi nõ eſt dominus, Publicianam, & preſcribendi cauſam, non tamen per
3 hanc traditionem prioritatis, priuilegium anterioribus creditoribus aufertur. arg. l. fina. §. & ſi præfatam. C. de iure delib. vt voluit Bald. & ſequitur Salic. in d.
4 l. legis Iuliæ. & poterunt creditores ex pacto licentia eis per debitorem data, poſſeſſionem dictorum bonorum inſolutum datorum, authoritate propria ingredi, cùm inter eos tale pactum valeat, vt ibi per eundem Bald. & Salicet. & aliquibus locis ex municipali diſpoſitione etiam abſque pacto hoc facere poſſunt, vt in noſtro Ariminenſi ſtatuto ſub rubr. de permiſſa
5 ceſſione bonorum diſponitur. Quod extẽdunt iidem etiam in licentia per defunctum in eius teſtamento tradita. l. Titia. cum teſtamẽto. §. 1. de leg. 2. vt etiam firmat Neguſan. in tract. de pignor. in 4. par. col. 10. verſic. tertia concluſio eſt. num. 12. per not. per Barto. in l. creditotes. col. 3. in princi. in 2. quæſt. principali.
6 vbi etiam Salicet. in 5. col. verſic. Quæro tertio. C. de pign. Interim ergo & antequam vendita fuerint bona, cedens remanet dominus. d. l. legis Iuliæ, & l. 3. ff. tit. noſtro. & reperitur deciſum in Capel. Tholoſa. q. 134. Item an cedens. Facta igitur bonorum ceſſione,
6 refert Pet. Iac. in ſua practi. tit. noſtro. in 5. not. quòd creditores in tenutam illorum bonorum poni debẽt, vt tãgitur in rub. de bon. auth. iud. poſ. Ego verò hoc non bene dictum atbitror, cùm in materia ab illo tit. differenti ſimus, ſi enim hoc verum eſſet, ſequeretur quòd neceſſe non eſſet, nec requireretur bonis cedẽtis curatorem dari, vt infrà dicetur. Præterea titulus ille procedit, quando creditot in contumaciam debitoris ſe non defendentis, mittitur in poſſeſſionem bonorum ſuorum ex primo decreto, vt declarat Paul. de Caſt. in rub. C. ſi aduer. vendit. pign. & ſic creditor fit detẽtator, & illorum bonorum cuſtos, donec in poſſeſſionem ex ſecundo decreto debitore latitante fuerit miſſus, cuius virtute poſtea ad bonorum vẽditionem proſiliri poterit, vt eſt text. in l. in venditione. §. 1. ff. de bono. auth. iudi. poſſeſ. & declarat Specu. in §. nunc dicamus, col. 5. verſic. Illud autem. in tit. de ſe-
9 cundo decreto. Quod eſt ſecus in caſu noſtro, cùm facta per debitorem bonorum ceſſione, inſtare debeãt creditores bonis ceſſis curatorem dari, vt eſt tex. in l. fin. ff. de curat. bon. dan. tradit Rofre. in tract. libel. in rub. de offic. iudic. quo cura. datur bon. col. 3. ver. hac ceſſione facta. & firmat idem Petr. Iaco. in d. 5. nota. verſi. item dabitur curator, vbi allegat. d. l. fi. de cura. bo. dan & l. 2. C. quan. fiſc. vel priua. Sequitur ergo ꝙ non mittuntur creditores in poſſeſſionem bonorum dicti cedentis, niſi iure municipali permittente, vt in noſtro Arimin. ſtatuto ſub d. rubr. de promiſſa cõceſ.
10 bon. diſponitur. Sed dabitur illis bonis curator, qui curator ea bona vendet creditoribus pro portione ſatisfaciet, vt d. l. fi. & contra debitores cedentis vtiles actiones exercebit. l. de cutatore, circa prin. ff. de cu-
11 ra. bon. dan. Quas autem actiones curator ille intẽtare debeat. gl. in d l. de curatore. in verbo, rata habebũtur, dicit, ꝙ perituras intẽtabit. in perituris verò ſe remittit ad l. creditore. in princ. ff. de bon. auth. iud. poſ.
12 vbi Alb. de Roſ. diſtinguit: Aut cura. ad bon. cõſeruãda datur, aut creditoribus ſol. Primo caſu quando ad cõſeruãda & cuſtodiẽda datur, vt eſt curator ventris, & ille nõ intẽtat, niſi perituras, vt in d. l. creditore. cũ
13 concord. ibi traditis. Secũdo caſu quãdo ad bonorũ diſtributionẽ datur, ſeu vt creditorib' ſoluat, vt quia bonis debitor ceſſit, & tũc etiã nõ periuratas intẽtat, vt d. l. de curatore, & l. prætor. §. his verbis. ff. de bon. auth. iu. poſ. Vel vt alij inquiũt ꝙ quaſi in idẽ recidit, aut datur curator antequã bonis debitor cedat, & tũc perituras tãtum exercere poteſt, vt d. l. ne curatore, & d. §. his verbis. Aut datur poſtquã bonis debitor ceſſit, & tũc cùm bona ceſſa vẽdere debeat, & inter creditores diſtribuere, etiã nõ perituras actiones intẽta, vt dictũ eſt. Pro hoc facit. l. Fulciniũ. §. adeo. ff. ex quib.
14 cauſ. in poſ. ea. & tradit Spe. in §. cùm autẽ. col. 4. verſ. item curator ad litem. in titu. de curat. Scias tamen ꝙ
15 iſte curator datus bonis cedendis, ab aliis tutorib. & curatorib. differt. Primò, quia actio quæ in hũc datur, priuilegiata nõ eſt: in alium verò, ſic. l. idẽ priuilegiũ. ff. de priui. cred. Secundò, hic actione mandati cõue-
16 nitur. l. ſi mãdauero. §. ſi procurator. ff. mand. alius verò negotiorũ geſtorũ vtili tenetur. l. curatores. C. de
17 neg. geſt. Tertiò, hic de dolo tantũ & lata culpa tenetur. l. prætor. §. eſt præterea. & l. in venditione. §. de eo tẽpore. ff. de bo. auth. iud. poſ. Alius autẽ, de leui. l. tu-
18 tori. C. de neg. geſt. Quartò, hic tempore interpoſiti decreti nõ iurat, ille verò ſic. §. fi. in auth. vt hi qui obl.
19 habẽt res mino. Quintò hic nõ inuitus, ſed volẽs decernitur, niſi magna neceſſitate imminẽte, & tunc ex mãdato iudicis. d. l. de curatore §. quæritur. alius verò inuitus creatur. §. quibus. inſti. de ſatiſdat. tut. gl. in §. quęritur. in verbo, rata, & in verbo, inuitũ. & eſt ratio, quia ſicut agnatis, qui ſuccedere debẽt, tutela defertur. ſic & cura. l. fi. §. ſin autẽ teſtam. C. de cur. fur. tradit Spec. in d. §. cũ autẽ. col. 1. verſ. Sed nũquid mater.
20 Niſi talis in teſtamẽto tutor & curator datus fuiſſet: ſi enim tutelã geſſit, inuitus poſtea curã ſuſcipere nõ cogitur. §. qui tutelã. inſtit. de excuſ. tut. & l. curator.
21 C. eo. tit. Sextò hic agẽdo vel defendẽdo, de rata non cauet, nec iudicatũ ſolui. l. actor. ff. rem rat. hab. alius ſic, ſi de cura eius non conſtaret, vel probabilis eſſet præſumptio quod curator non eſſet, vt not. per gl. in
22 d. l. actor. Septimò, ſi plures curatores cõſtituti & bonis ceſſis dati ſunt, etiam quod vnus nõ attingat, inſolidum conuenietur, ſicut ille qui attigerit. d. l. de curatore. §. ſi tres, ex quo volentes & ſpontanei cõſtituuntur, quod in aliis eſt ſecus, cùm primò qui attigit, ꝙ qui non attigit, conueniatur, vt not. in l. 2. C. de diui. tut. in l. tutores qui poſt ſententiam. §. curatores. ff. de admini. tuto. & argumẽ. l. credito. §. duob. ff. manda. Intellige ſane, quod inſolidũ conuenietur, ſi vnus ex curatoribus bonis datus, ab aliquo conueniatur, qui contra defunctũ vel debitorẽ ſe actionẽ habere dicebat, ſi verò ad rationẽ reddẽdã cõueniatur, tũc q primo geſſit, cõuenietur, quã qui nõ adminiſtrauit, put

in tutoribus & curatoribus dicitur, & ita obſeruandū eſt ſecūdum Rofred. in dicto tractatu libel. in rub. de offic. iudic. quo cura. datur bo. in penult. col. verſicu. item quæritur, ſi plures. nu. 8. Octauò hic adminiſtrationis rationem, non illi qui bonis ceſſit, ſed aliis tantum, quorum intereſt reddere tenetur. l. pe. ff. de cura. bo. dan. & no. in plures. eo. tit. niſi in dictis bonis aliquid dolo, vel lata culpa commiſerit. d. l. prætor. §. eſt
24 præterea. voluit Rofre. in d. ru b. de offi. iud quo cura. datur bo. col. fi. verſ. Quęſtio. Sed cui reddet rationē, & nor. Pet. Iac. in d. §. no. verſ. itē curator datus. Quod ſecus eſt in alio curatore, qui adulto, cuius bona adminiſtrauit, rationem etiam poſt longum tempus annorū 20. & vſque ad annos 30. reddere tenetur. l. maxime & ibi no. ff. de adminiſtr. tut. l. tutores. vbi doct.
25 C. arb. tut. & tradit Boër. in deci. 59. Tres aut quatuor. in princi. Adde tamen, quod hic curator datus bonis ceſſis, inuentarium facere tenetur, vt eſt text. in l. 1. §. fin. ff. de ven. in poſ. mitten. tradit Spe. in §. fi. col. pen. verſ. Opponitur autem in tit. de curat. & Ange. in authen. vt lice. matri & auiæ. ad finem principij. verſ. fideiuſſione, vbi etiam teneat, quòd fideiuſſorem præſtare tenetur, vt l. fi. §. ſi autem teſtamento. C. de cur.
26 fur. Intellige tamen eſſe verum, ſi ſine inquiſitione datus eſt. tunc enim ſatiſdat: ſecus, ſi inquiſitione, & tūc non ſatiſdat, ſecundum Spec. in d. §. fin. col. pen. circa fin. verſ. Curator autem. Sed quid ſi poſt ceſſionem reperitur nemo, qui curam hanc ſuſcipiat, an de illis bonis inuentarium per aliquē fieri debeat, ne bona diſſipentur? Dic quòd bonum erit vt iudex dictorum bonorum inuentarium faciat, vel quòd ea ſequeſtrētur, vel penes aliquem ad creditorum inſtantiam deponantur: nec debitor ex hoc conqueri poterit, cùm ipſe, ex quo ceſſit bonis, hoc voluiſſe videatur, & ſic velle videtur quòd creditorum ſecuritati prouideatur aliter, quòd eis de bonis per ipſum relaxatis ſatisfiat, & ſi quid de illis poſt creditorum ſatisfactionem ſuperfuerit, habebit cedens: ſi verò ad ſatisfactionem non erunt, creditores de bonis in poſterum per debitorem quærendis ſatisfient. l. ex contractu. C. de bon. auth. iud. poſ. cum concord.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an per bonorum ceſſionem à debito liberetur. & num. 3.*
2 *Exceptio inuentarij ſententiam non perimit, aut elidit, quia eſt intētionis & facti exceptio, quę contra ſententiam non venit.*

Debitor an à debito per bonorum ceſſionem liberetur.

Quæſtio decimanona, princip.

1 DECIMONONÒ principaliter quæro, an debitor per bonorum ceſſionem à debito liberetur, ita quod amplius inquietari non poſſit? gl. 1. in l. vbicunque. ff. de fideiuſ. tenet, cedentem bonis, ipſo iure à ciuili obligatione liberari, remanente tamen naturali per text. in §. fina. Inſtitut. de replica. idem tenere videtur gloſ. in cap. ſicut dignum. §. eos. in verbo, habeant. extra de homic quam gloſ. 1. ſequitur Dyn. ibi per text. in l. hæres à debitore. §. quod ſi ſtipulatur. ff. de fideiuſ. idem firmat Rayn. de Forli. in l. 1. C. tit. noſtro. & ita tenet Nic. de Neap. in §. fi. Inſti. de act. Cy. in d. l. 1. opinionem dictæ gl. tenere videtur, quòd tollatur ciuilis, & naturalis remaneat: & ſi diceretur, ex ſola naturali agi poterit: reſpondet ipſe, hoc eſſe ob ciuilis obligationis reliquias, quæ cum illa naturali fuerat, cuius calore iuuatur, ſicut econtra ex ſola ciuili agitur, quæ calore naturalis iuuatur, cuius concomitantiam habuit, vt in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & ita eum refert Albe. in rub. C. tit. noſtro. in 2. col. in fi. verſic. Secundum beneficium eſt. & itatacito auctore reſpondet Bald. in d. §. fin. col. fin. verſic. vlterius quæro. Inſti. de actio. vbi etiam reſpondet ad l. ex contractu C. de bon. auth. iud. poſ. dum in ea dicitur, quòd cedens bonis, ope exceptionis iuuatur, ſecundùm eum, de facti vel intentionis exceptione intelligi debet, prout inquit Anchar. conſi. 6. Viſo themate. colum. 2. poſt princ. ver. Arbitratum eſt in exceptione inuentarij, quę ſententiam non perimit, aut eli-
2 dit, ſed eſt intentionis & facti exceptio, quæ contra ſententiam non venit, vt pulchrè ſcribit Neguſan. in tract. de pign. in 4. membro quintę partis nu. 10. verſ. ſecunda concluſio. Ang. verò in d. l. 1. & in d. l. ex contractu, inquit, debitorem nec ipſo iure, nec ope exceptionis liberari: quia ſi ad pinguiorem peruenerit fortunam, exigi poteſt, deducto ne egeat. d. l. ex contractu, & l. 4. & l. qui bonis. & l. pen. ff. tit. noſtro. Cōtrarium tamen tenet Bartol. in d. l. 1. in princ. & in d. l. ex contractu. dicens debitorem non ipſo iure, ſed exceptionis ope liberari. & ſequitur glo. in d. l. 1. quam inquit eſſe veram, quicquid dicat Dy. in d. l. vbicūque. & hanc opin. probat per d. l. ex contractu, idem Batt. in d l. qui bonis. tenet, à ciuili obligatione non liberari, quia poſt ceſſionem conueniri poteſt, & ſic ciuilis obligatio non eſt ſublata, & hanc refert eſſe veritatē, quamuis contrarium not. in d. l. vbicunque. Fandem opin. tenet Alb. in d. verſ. Secundum beneficium eſt. vbi allegat Dy. innuere, quod vtraque tollatur ex eo, quòd ſi remaneret naturalis, cum ea remaneret & fideiuſſoria. concludit tamen Alber. ibi, quòd vtraque remanet, & non liberatur cedēs, niſi ope exceptionis: quia exceptio actionem præſupponit. & quia ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, contra eum cum effectu agi poteſt. d. l. 4. & d. l. qui bonis. idem firmat Bal. in d. l. 1. in princ. dicens glo. in d. l. vbicunque. malè dicere. ſequitur Salic. ibi in princip. dicens glo. in d. l. 1. communiter teneri per docto. tam iuris ciuilis, quam Canon. vt in ca. Odoardus. vbi Imol. in 2. col. in prin. verſ. vlti. no. extra, de ſolut. & pro ea adducit text. in l. pen. in fin. C. tit. noſtro. vbi ſi ad pinguiorem fortunā peruenerit, vult tex. ꝙ ab eo ad modū debiti pro creditorum ſatisfactione euelli poſſit, & ſic vult Salic. ꝙ vtroque iure cedens exigi valeat, prout prius exigi poterat, vnde datur intelligi ꝙ ciuilis non eſt ſublata, quia ex ſola naturali actio non datur, & hoc cōfirmatur, quia bonorum ceſſio non tendit ad contradicendum actioni, nec obligationi. & propterea inquit tex. in d. l. 1. quòd liberati non ſunt, & quòd nulla obligatione liberetur, ſed exceptione tantum tutus ſit cedēs bonis. tenent Bar. Ang. Imol. & Cuma. in d. l. vbicunque. idē tenet Bald. in l. cùm quis. in vlt. col. C. de iur. & fact. ignor. & in l. tam mandatori. col. 2. C. de non num. pec. Ang. in l. nemo carcerē. circa fi. C. de exact. trib. lib. 10. idem etiam firmant Ioan. Fab. Aret. Iaſ. & communiter doct. in d. § fi. col. 1. not. Inſt. de actio. & ita tenet Rota in deciſ. 567. Vtrum poſſit. col. 2. verſi. tertius ſecundum quorundā opi. in antiq. dicens opi. gloſ. in d. l. vbicunque. ſibi non placere, quia nec ciuilis, nec naturalis tollitur, ſed eius effectus differtur, donec cedens ſatisfacere valeat.

SVMMARIVM.

1 Renuntiari ceſsionis bonorum beneficio an poſsit. & num.5.9 12.& 15.

2 Renuntiari non poteſt iuri de futuro, niſi interuenerit pactum.

3 Carcer quamuis non ſit ſeruitus, eſt tamen vna quaſi ſpecies ſeruitutis.& num.6.

4 Conſuetudo & ſtatutum, quod quis pro debito ſoluendo obliget ſe ad carcerationem ſuæ perſonæ valet, & tenet.

Statutum prohibens ceſsionem, an valeat. ibid.

Pactum & ſtatutum paribus paſsibus ambulant, eod.

7 Carceratio contra bonos mores eſſe non dicitur.

8 Maritus renuntiare non poteſt beneficio quod habet, ne conueniatur vltra quàm facere poteſt.

9 Renuntiatio beneficij ceſsionis valet, accedente iuramento, niſi renuntiantis mendicitas eſſet notoria, & num.10 ſed contra, num.13.

11 Filius per pactum obligare non poteſt, vt à patre alimenta non petat.

Pactum iuratum contra ius alimentorũ non valet. ibid.

12 Carcer non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam tãtùm eſſe debet.

14 Pactum, quod debitor ad carceres etiam publicos ſe obliget, in inſtrumento non valet.& numero 15.

16 Partes facere nequeunt, quin ſolennitas & ordo ſeruari debeant.

Proceſſus ab executione inchoari non poteſt, ſed requiritur quod libellus, litis conteſtatio, & ſententia præcedat.eod.

Libellus & citatio in ciuitatibus ad capturam præcedere debet. ibidem.

17 Pactum, per quod conuenit debitor, vt ſi in termino, non ſoluerit, poſsit citatione & contumacia non præcedente, excommunicari, non valet.

18 Pactum, vt creditori liceat authoritate propria debitorem in termino non ſoluentem capere, non valet, etiam ſi iuratum ſit.

19 Pactum, quod ſcriptor in compedibus detineri poſsit, valet.

Gloſ. in l. ſtipulatio.§.ſiue autẽ ff.de no oper.nun. eſt communiter approbata, eod.

20 Obſes per pactum obligari poteſt, quod detineatur: & pactum, ob generalem conſuetudinem valet.

21 Redemptus ab hoſtibus pro pecunia, poteſt inuitus pro pecunia non reſtituta, à redimente retineri.

22 Debitor fugitiuus, per creditorem propria authoritate capi poteſt.

23 Pactum quod debitor perſonaliter detineri non poſsit, valet & tenet.

Debitor an renuntiare poſſit beneficio ceſſionis bonorum?

Quæſtio vigeſima, Quæſt princip.

1 VIGESIMÒ principaliter quæro, nunquid ceſ-
ſionis beneficio per debitorem renuntiari poſ-
ſit, & ſic valeat pactum, quod debitor non poſſit ce-
dere bonis? Dyn.in l.alia.§.eleganter.ff.ſol.mat. tene
quòd non idem tenet ibi Ray.de Forli.Bart. & Imol.
qui allegant authenticam, immò.C.de act.& obliga.
cum ibi not.per gloſ.idem Bart.in l.fin.ff.tit. noſtro.
Bald.in §.fi.col.fin.ad fin.Inſt.de act.Albe.de Roſa.
examinat latè in rubr.C.tit.noſtro in 3.col in princ.
verſicu.Item quæritur, nunquid poſſit debitor renun
2 tiare.Angel.in l.nemo carcerem.C.de exacto.tribut.
lib.10.idem tenet & ſequitur Salicet. in l.prima, co-
lumna penultima in 9.quæſt.C.titu.noſtro.vbi varias
doctorum opin.adducit, videlicet, aut eſt ſimplex re-
nuntiatio, & non valet, qui eſt de iure futuro, cui re-
nuntiari non poteſt.l.is qui hæres.ff.de acquir.hæred.
l.ſi ita ſcriptum.§.1.de lega.2.& l.1.C.de pact.Quòd
autem ſit de iure futuro, probatur. Nam ius cedendi
bonis, non competit niſi facta condemnatione, vel
debito in iudicio agnito.l.penul.ff.tit.noſtro.Aut eſt
pacto admixta, & tunc valet, vt d.l.1.C.de pact. Dec.
conſil.31.& pro tenui.col.2.verſ.2.non obſtat.vol.1.
cum concord.de quibus per Pariſ.conſil.93. Finis &
conuentio. in princip.conſil.94. Viſo inſtrumento.
num.28.& conſ 95.eſt ferè.col.1.vol.3.Iſta opinio in
primo membro, non placuit Iacobo de Aret. dicenti
ſimplicem renuntiationem non præiudicare, quando
in contractu vel iuxta contractum facta eſt, vt in legi-
bus ſuprà allegatis.Sed vbi in cõtractu facta ſit, excẽ-
pli gratia, quia trecentum mutuo, & acceptans ceſſio-
nis bonorum beneficio renũtiat, tunc valere debeat,
tum quia robur & efficaciam ex contractus cohæren-
tia, veluti pactum nudum aſſumit.l.iuriſgentium.§.
quinimo.ff.de pactis.tum quia parti præſenti fit, ideo
contra ceſſionem ſaltem per replicationem ei parere
debet.argum.l.tale pactum. cum ſimilibus.ff.de pa-
ctis, & ideo ipſe dixit, quod ſiue per pactum, ſiue ſim-
pliciter in ipſo contractu, vel iuxta illum, facta ſit, va-
let per l.ſi quis in conſcribendo.C.eodem. vbi ex in-
teruallo à contractu facta ſit, quòd non valeat, ſeu re-
nuntianti non noceat.Non obſtat ſecũdùm eum tex-
tus in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.eod.ibi enim pa
ctum ex interuallo factum, quo ad replicationẽ pro-
deſt, quia ibi per contrarium pactum eliſa eſt per ex-
ceptionem actio, quod nõ eſt in caſu noſtro: ideo in-
quit, ſi renuntiatio condemnationis tẽpore fiat, quod
non nocet, quaſi ex interuallo facta. Dy.autem dixit,
quod ſiue ſimpliciter, ſiue per pactũ in contractu, vel
iuxta contractum fiat, non nocet.Primò, quia carcer,
qui ad cuſtodiam inuentus eſt.l.aut damnũ.§.ſolent.
3 ff.de pœnis.& c.quamuis.cum concord. ibi per gl.re
latis.eod.tit.in 6.nunc erit ad pœnam per pactum in-
ducendam.Sed quia pactum eſt contra bonos mores
& naturalem æquitatem, quia contra humanitatem,
igitur valere non debet.d.§ elegãter. Tertiò, quia in-
uitus in carcerem deducitur, vt perpetuò retineatur.
ſed quamuis hæc non ſit ſeruitus, vt inquit gl fin.in l.1.
C.tit.noſtro, eſt tamen vna quaſi ſeruitus, & ſeruitutis
ſpecies, ad quam ſe obligauit.l.2.ff.de liber.exhiben.
Alex.cõſi.133.Circa executionem in prin.vol.6.ergo
non eſt admittẽda, arg.l.duobus. & l.ob æs.C.de act.
& oblig.Quartum addit Sal.quia creditor de duritia

quæ à iure reprobata eſt,& contra bonos mores , re-
darguitur,vt l.ſeruus ea lege.ff.de ſer.exportā.& quia
nihil agit,niſi vt efficiatur debitor , igitur non eſt au-
diendus.l.in fundo.cum ſimilibus.ff.de rei vend.Item
quia liberi hominis caro & corium in commercium
incluſionis carcerum,ad petitionem & creditoris vo-
luntatem per indirectum deduci videtur,contra l.in-
ter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.oblig.& hæc om
nia votum captandæ mortis illius debitoris inducūt,
cōtra l.ſi.C.de pact. & hāc opi.tenet Richar. Malūb.
vt refert Cy.in d.l.1.in vltima quæſtione. C.tit.noſtro
qui etiam illam tanquam humaniorem ſequitur. hoc
idē tenet Iac.de Belui.in §.quod autem in auth.de fi-
deiuſſo. & hanc partem tanquam humaniorem am-
plectuntur cōmuniter Canon. in c. Odoard. de ſolu.
vt atteſtatur Ripa in l. obligatione.col.6.nu. 30.verſ.
Supereſt vt examinemus.ff.de pign.idem firmat An-
to.de Butr.in c.cùm contingat.col.4.de iureiur.Ean-
dem opi.ſequitur Pet. Iac.in ſua practica titu.noſtro.
4 col.penul. & fin.in to.nota. Niſi in locis vbi conſue-
tudo viget,vel ſtatutum,quod quis pro debito ſoluē-
do ſe ad ſuæ perſonæ carceratione obliget.talis enim
conſuetudo & ſtatutum valet & tenet. argu.l. omnes
populi.ff.de iuſt.& iur.& l.de quibus de legib.& c. 1.
de conſtit.in 6. non tamē hoc caſu prohiberi poterit,
quin bonis cedere valear,ne in carcerem detrudatur,
ſecundùm Bal.in l.1.col.2.in prin.verſi.Quæro,ſi ſta
tutum dicit.C.tit.noſtro.& vidimus ſuprà in 3.quæſt.
principali.nu.4.verſi.& prædicta in tantùm ſunt vera.
Quinimò ſi extaret ſtatutū,prout extat Genuæ ac Pi-
ſtorij,bonorum ceſſionem prohibens,non valeret,ex
quo perpetuam induceret ſeruiturem,& cōtra bonos
mores eſſet,vt eſt pactum , & quod per pactū fieri nō
poteſt, nō poteſt etiam per ſtatutū fieri,cùm pactū &
ſtatutum paribus paſſibus ambulent.glo. eſt ordin.in
rub.C.de decre.decur.lib. 10.& declarat Euerard.in
tract.de modo arguendi , arg.89.De pacto ad ſtatu-
tum.quamuis Alb.Pap.quem refert & ſequitur Ang.
in l.tale pactum.§.qui prouocauit,col.pe.verſi.Dein-
de quæro ſub n. 27.& 28.ff.de pact.teneat dictum ſta
tutum valere,licet duriſſimum ſit.l.proſpexit. in prin.
ff.qui & à quibus.maximè rectori qui ſtatuta ſeruare
iurauit. Hoc tamen intellige ſecundùm Barto. Vero-
nē.in l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua.col.3.verſ. Et adde
quod licet.ff.de ædil.edict.ꝙ quamuis ſeruare ſtatuta
iurauerit,ei tamē licitū eſt illa ex cauſa trāſgredi,cùm
hoc facit , vt multorum ſalus procuretur. abſurdū eſt
enim ſtatuta pro publica vtilitate facta,contra vtilita
tem publicam ſeruare,ſupradictam opin.etiam ſequi
tur Are.in d.§.fi.in vlt.col.Inſt.de action. vbi allegat
Raph.in d.§.eleganter dicentem,opin.Barto.eſſe cō-
munem eandem etiam ſimpliciter ſequuntur Card.&
Imo.in c.lator.col.4.in fi.verſ.ſed iuxta prædicta quæ
ri poteſt.nu.18.cum ſeq.de pign.& idem Imo.in d.c.
Odoardus.col.2.in fi.verſ. Sed iuxta prædicta quæri
pōt.nu.22.& eā pluribus argumētis ſuſtinere conatur
Pau. de Liaza. in ſua diſputa. incip. Primo quæritur
vtrū.in 3.dubio.Idē tenet Mariā.Soc.in c.ſi diligenti.
col. 2.ad fi.ver. Quintò inſertur.extra. de foro cōpe.
& ita fuit deciſum in Parlā. Delph. vt refert Gui. Pa.
in deciſio.211.Debitor nō pōt. & nouiſſimè Berous
in lib.quæſtionum famil.q.133.Papa.col.fi.verſ.Sua-
dentur præmiſſa.vbi addit etiā ſi iuramētum interue-
niſſet,à quo dicit recedi poſſe,etiā non obtenta licen
tia & abſolutione ſuperioris. hoc tamē vltimum non
tenet Henr.de Boē.in rep.auth. ſacramēta puberum.
C.ſi aduer.vēdit quem refert & ſequitur Gui.Pap. in
deciſ.234.Itē fuit dubitatū,ibi ſimiliter etiam de eo.
Idem firmat Curia Tholoſa. q.258.Itē fuit quæſitum.
Socer. & ſocrus,in ſocero & ſocru beneficium habē-
tibus,vt non cōueniatur vltra quā facere poſſint , ſi in
inſtrumento promiſſionis dotis , dotem ſoluere iura-
uerunt,& cōueniatur,de dicto beneficio excipere nō
poſſunt, niſi prius abſolutionē à iuramento obtin ie-
rint,& prædictam opinionem inquit Alb.in dict.rub.
C.tit.noſtro.in vlt col.nu.13.vidiſſe cōmuniter appro
5 bari,& pluries de facto obtinuiſſe.Contrariam opin.
tenet Ang.& latè Roma.per multas rationes & funda
menta in d.§ eleganter.Idem conſuluit Frede.de Se-
nis.conſ.60.Quod pactū. & idem tenet Imol.in d.c.
cū cōtingat.in primo & decimo membro principali.
in 12.ſol.verſ.Itē aduerte quia per prædicta. & ſentit
in c.ex reſcripto.extra de iureiur. & hæc opin.verior
videtur ſecundū Alex.in d.§.elegāter.col. 4.in princ.
& Ripam in d.l.obligatione.nu.30.quam etiam tenet
& ſequitur Felin.in d c.ex reſcripto.col. 3.ver. Et iſta
inducuntur.nu 9.in d.c ſi diligenti.col.1.verſ.Tertiū
corollarium. Quia fauori pro ſe introducto quilibet
renuntiare poteſt.dict.l.ſi quis in conſcribendo, & l.
pactū.inter.ff.de pact. Item quia ſi per acceptationē
quinquennalis dilationis tacitæ ceſſionis beneficio
debitor renuntiare videtur,l.ſi.cum ſua glo.C.ti. no-
ſtro.quantò magis expreſſè renuntiare poteſt ? argu.
l.cùm quid.cū concor.ibi citatis.ff.ſi cer pet.Nō ob.
ſecundùm eum,quòd ad ſeruitutē vel ad quandā eius
ſpeciem ſe obligare videatur,vt dictū eſt ſuprà, quia
hoc non eſt verū,vt dicunt gloſ.& doct.in d.l.1.poſt-
quam debitor lege permittēte carceratur. Nec eſt ve
rum,quod ſit cōtra bonos mores:quia vt inquit Bart.
in l.Titio centum.§.Titio cētum relicta.ff.de cōd. &
7 demonſtr.illud in carcere priuato procedit,ſecus ſi iu
dicis authoritate,quia tunc contra bonos mores eſſe
non dicitur:& ſi cōtra bonos mores eſſet carceratio,
à lege inducta nō fuiſſet,vt inquit Fel.in d.c. ex reſcri
8 pto.col.4.poſt Alex.in d.§.elegāter.col.4.verſi.nā ſi
carceratio.& quamuis beneficio,ne maritus cōuenia
tur vltra quā facere poſſit , renuntiare nequeat , illud
eſt ſpeciale fauore perſonæ cui reuerentia debetur,vt
eſt textus in d.§.eleganter,& in l.vnic.§ cùm autē in
exactione.C.de rei vx.act.quod eſt in aliis ſecus ſe-
cundum gl.& Ale.in d.§. eleganter , d.ver.nam & ſi
carceratio.& in l.ſi cōuenerit.col.pe.in prin.ver.Vl-
terius quæritur gl.ff.de re iud.Eādē opi. ꝙ tale pactū &
renuntiatio,maximè accedēte iuramēto,valeat,tenet
9 & ſequitur Mariā.Soc.in trac.de citation.17.art. col.
4.verſ.Sed dicit Ioā.And. nu. 18.& ita fuiſſe deciſum
reperio in Capel.Toloſ.q.61.Itē fuit quæſitū,an ceſ-
ſioni bonorum, & ita cōſuluit Abb.cōſ.41.in quæſtio
Dominici.in 2.par.ſequēdo Freder.de Sē.d. cōſ. 60.
Niſi eſſet notoria & manifeſta mendicitas,vt ſi debi-
10 tor creditoribus ſolidū ſolueret,mēdicare cogeretur:
quo caſu pactū,etiā ſi eſſet iuramento firmatū, nō te-
neret:quia cōtra ius alimentorū eſſe videretur,cùm ꝑ
tale pactū inſolidū teneretur , nō deducto ne egeret,
ꝙ nō admittitur.prout in filio dicitur,qui per pactū,
11 vt à patre alimēta non pareat.obligari nō poteſt. alle
gat nota per Spec.in §.1.col. 3.verſ. Sed pone , quidā
emancipauit,in ti.qui filij ſint legitimi. & facit tex.in
c.cùm quidā.§ fi.& ibi not.Bald.& Fel.extra.de iure-
iur.& idē Feli.tradit in d.c.ſi diligenti col.2. in prin.
12 verſ.Tamē ſi calamitas cū verſ.ſeq.vbi habetur, ꝙ pa
ctum iuratum contra ius alimentorum non valet,nec
tenet.Supradictam quæſt.examinat latè Bal.in d.l. 1.
col.pen.verſ.Quærunt doct.C. tit.noſtro. & tandem
ſupradictas opin.ad cōcordiam reducere conatur:vi-
delicet,aut quæritur quātum ad carceris effectum, vt
debitor

Digitized by Google

debitur ceſſioni bonorum renunriando, carceres non
aufugiat:& tunc renuntiatio nō valet, quia creditoris
non intereſt, debitorem in carcere mori: carcer enim
non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam tantùm eſſe debet,
d.l.aut damnum.§.ſolent.ff.de pœnis.l.verū eſt.ff. de
verb.ſign & l.1.& 2.C.de cuſtodia reorum. cum vulga.
Aut quęritur, quantum ad ceſſionis effectum, vt in
bonis poſtea quæſitis teneatur etiam inſolidum, non
deducto ne egeat, & hoc caſu pactum & renuntiatio
valet, quia hoc turpitudinem nō continet: vnde ſecū-
dùm eum, quicquid debitor de die in diē lucrabitur,
creditori aſſignare cogetur, ſaluo tamen neceſſario vi
ctu, qui laborātibus ſubtrahi nō poteſt, vel à petitio-
ne diurnatū operatū abſtinebit creditor.l. ſuo victu.
ff.de operis libert. Cū hac cōcordia tranſit Raphaël
in d.§.eleganter, videlicet quòd dicta renuntiatio va-
let, quo ad hoc, vt inſolidū ſoluere cogatur, deducto
ne egeat, non autem vt in carcerem detrudi poſſit. &
hoc aſſerit eſſe verum, præſertim ſi iuramētum inter-
ueniſſet, vt etiā ſequitur Ripa in d.l.obligatione', ſub
nu.33.verſi.3.declara. Eam quoque concordiā ſequi-
tur Aret.in d.§.fi.& Guid.Pap.in d.deciſ.2 in prin.
& Vital. in tract. clauſula.in rub.An poſſit renuntia.
beneficio ceſ.bon.col.1.ad fi.verſ. tu cōſiderādo hos
opi.vbi plenè & latiùs quàm alter hanc queſt.exami-
nat, quamuis Alex.in d.§.eleganter, col.4.verſ. Alij in
13 hoc artic.improbet eam. Et ita ſecundùm hanc con-
cordiam & diſtinctionē determinant domini de Ro-
ta in dec.167.vtrum poſſit, in anti.vbi latè hunc arti-
culum examinant, & tandē concludunt ſecundùm ſu-
pradictam diſt.quāuis Baldum non allegent, dictā re-
nuntiationem ampliantes, quo ad effectum nō euitā-
di carceres, nō valere, etiam ſi iuramēto firmata fuiſ-
ſet, vti per carceris intruſionē multa ſequi poſſunt in-
conuenientia, de quibus ibi. ſed vbi ex aliqua humani
tate fieret intruſio, iuxta d.l.nemo carcerē.C.de exac.
trib.lib.10.& ex ea creditoris commodum ſequi poſ-
ſet, vt ipſi exemplificant, talis renuntiatio præiudica-
ret, & ſic cedendo ſe liberare nō poſſet, quo minus in
carcerem detrudi poſſet, dum tamē ex tali intruſione
adeo ſibi non adimeretur libertas, quo minus poſſet
eccleſiaſtica ſacramēta percipere, & ſaluti animę ſuæ
incumbentia facere, ne aliquod ſalutis æternæ præiu-
dicium incurrere poſſet, nec nimia inhumanitas vel
crudelitas ſequi poſſet, & hanc cōcordiam ego etiam
amplector, veluti humaniorē, & iuri ac æquitati con-
ſonam, & eā quoq; tenet Rota in dec.177.No. quod
ſecūdū aliquos, & in dec.211.No.quod quis mediāte
in anti. vbi etiam in clerico loquitur, qui renuntiare
non poteſt beneficio, ne conueniatur vltra quā facere
poteſt, eam etiam ſequitur Euſred in addit.ad Capel.
Toloſa.d.quæſt.61. Tenēdo tamen primam opi.quo
non valet pactum, quòd debitor bonis cedere ne-
queat, fallit tamē in mul.caſibus.relatis per Socin. in
trac.fal.in regula. Pactum quòd debitor. vbi 14. caſus
congerit, quos, ne tranſplantare videar, ad ipſum te
remitto, quamuis illos hoc opere in multis locis inue
nies. Stante igitur ſupradicta concluſione, quod re-
nuntiatio non valeat, nec pactum, caſu quo nō euita-
14 tetur carcer, prout etiam in noſtro Ariminēſi ſtatuto
diſponitur, ſub rubric.de ceſſion bono. quod quilibet
bonis cedere poſſit, etiam ſi per pactum vel alio quo-
cunque modo etiam cum ſacramento ſe obligaſſet,
poſſe perſonaliter detineri, & etiam quod cum iura-
mento fuiſſet bonorum ceſſioni renunciatum, vt etiā
ad aliud propoſitum allegauimus ſupra in 3. quæſt.
principali ſub nu. 4. Inferri videtur quod etiam non
valeat pactū, quòd debitor obliget ſe in inſtrumento
ad carceres, ita inquit Ang.in auth.vt non fiant pign.
in fi.per tex.in l.ob æs.C.de actio.& obl. idem Ang.
Imol.Rom.& Alexan.d.§.eleganter.in 3.col. in prin.
verſic.ex prędictis.Imol.in d.c.cùm contingat Bal. in
d.l.Titio centum.§.Titio centum.il ſecundo.de con-
di.& demonſt.vbi limitat non valere quo ad credito-
ris carceres, & ſic priuati, quia cōntra bonos mores
eſt, ſed bene valet, quo quis ſe obligat ad carcerem iu
dicis, ſcilicet quòd ſi non ſoluit, poſſit abſque proceſ-
ſu vel condemnatione carcerari, & refert ita conſu-
luiſſe Dy. & hoc ponit Cy. in l.1. C.de liber.homin.
exhib. idem Bal.firmat hoc in d.§.eleganter. vbi alle-
gat in argu.tex.in l.fi.C.de decurion.lib.10. qui tex.
ſecundum Alex nihil facit, quia in caſu ſpeciali loqui-
tur, quando iudicis copia haberi non poteſt, ſicut di-
citur in leg.ait pretor.§.ſi debitorem.ff.quę in fraud.
credit. Ang.in d.§ elegāter.refert dictum Bal & illud
in priuato carcere fatetur. quia nemo eſt ſuorum mē-
brorum dominus.l.liber hoc.ff.ad l.Aquil. Ad carce-
rem autem publicum ſimiliter fatetur illud verum,
quia etiam ſine pacto debitor carcerari poteſt, ſi non
ſoluit.l.1.C.tit.noſtro. Sed inquit non poſſe ſe obli-
gare, nec paciſci, vt auth. propria creditoris capi poſ-
ſit, & ad publicos carceres duci, niſi ſubſiſteret cauſa,
per quam de iure communi propria author.capere ſi-
bi liceret, vt in fugitiuo cum pecunia, & copia iudi-
cis tunc in promptu haberi non poſſet, iuribus ibi per
eum allegatis. Sed Imol.& Roma.in d.§.eleganter.&
Imol.in d.§.Titio centum.il ſecundo. ſimpliciter te-
15 nent, quòd ad carcerē etiam publicū debitor ſe obli-
gare non poſſit, nec virtute dict.pacti debitor capi &
carcerari poterit, etiā per publicos officiales. idem te
net Imol.in d.c.cùm contingat.& eſt communis opi.
vt atteſtatur Felin.in d.c.ex reſcripto.colum.4.verſi.
iſta etiam faciunt. Tum, quia debitor non eſt ſuorum
membrorum dominus.d.l.liber homo. & quis ſe obli
gare non poteſt ad id, quod eſt ſeruitutis ſpecies, d.§.
16 Titio centum.il ſecundo. Tum etiam, quia partes fa-
cere nō poſſunt, quin ſolemnitas & iudiciorum ordo
ſeruari debeat, vt per gloſſā in c. de cauſis. de officio
delegat.no.in cle.ſæpè.in verbo, neceſſario.de verbo.
ſignifi.in l.1.C.de execu.rei iudic.& habetur per ſcri
bentes in authen.offeratur.C.de lit.conte. ſed de iure
ab executione proceſſus inchoari non poteſt, ſed re-
quiritur quod libellus, litis conteſtatio, & ſententia
præcedat. dicta l.1.de execu.rei iudi.& in l.ſi cum nul
la.ff.de re iudic.& ad capturam in ciuilibus citatio &
libellus procedere debet, vt probatur in l. conuenta-
neum.& ibi Barto.& doct.C.quomodo & quando iu
dex.& tradit Bar. in l.ex eo.ff.ad l.Iul.pecul.& ita per
17 has rationes tenuit Ange.in l.nemo poteſt, de leg.1.
ad quē ſe refert Alex. Pro quibus adducūt Alex.& Fe
lin.vt ſuprà, ſolēne dictū Innoc & Hoſtien. in c. P. &
G.de off.delega.tenētium non valere cōuentionem,
18 per quam debitor conuenit, quod ſi in termino non
ſoluerit, excōmunicari poſſit citatione & cōtumacia
nō præcedente: & ſi non ſeruata forma decretalis, ſa-
cro.extra de ſentē.excommun.& prædictis etiam in-
fertur, ſecundùm Dyn.Bart.& Alexand.in dicto § ele
ganter, in 2.col.in prin.verſi.item allegatur. & Felin.
in d.c.ex reſcripto.col.4.verſi. Similiter valet, non va
lere pactum, quòd creditori liceat authe. propria de-
bitorem in termino non ſoluentē capere. idem firmat
19 Bal.in authen.ſacramenta puberum.col.1.C.ſi aduer.
vendi.vbi ampliat, etiam ſi ſit iuratum. Spe. tamen in
1.co..antepen.verſ.Item eſt beneficium in titul.de re
nuntia.& conclu. tenet hoc non procedere in ſcripto
re, qui certo loco ſtare, & librū ſcribere promiſit, quia
pactum

Digitized by Google

pactum valebit,ꝙ in compedibus detineri poſſit,iuxta gl.in l.ſtipulatio.§.ſiue autem.& ibi doc.ff.de noui ope.nun.Illa gl.tamen communiter reprobatur ſecũdũ Alex.in d.§.eleganter.in 2.col.circa fi.& Iaſ.in d.§.fi.col.3.ver.Tertiò fallit.ſub nu.12.inſtit.de actio. Sed idem Alex.in l.ſtipulationes non diuiduntur. in pen.col.ſub nu.29.de verb.oblig.allegat Imo.in c.a.extra,de pignor.dicentem glo. illam communiter approbatam,quam etiam inquit Bal.in l. nec patronis. in fi.C.de oper.liber.veram eſſe, & locum habere in ſcribente libros legales nõ autem in ſcribente libros
20 Bocatij,vel ſimiles. Item fallit in obſide ob generalem conſuetudinem. allegat tex.in dicto c. ex reſcripto.& not.in l.diuus.ff.de iure fiſci.& in l.obſide.ff.de
21 teſtament. Fallit etiam in eo qui pecunia redemptus fuit ab hoſtibus,quia pro tali pecunia non reſtituta, poteſt à redimente inuitus retineri, ſecundùm Ang. in d.l.nemo carcerem.per l.fin.C.de poſtlimi. reuer. Item fallit in debitore fugitiuo ſecundùm Bald.in d.
22 c.ex reſcripto,Nam hoc fit lege permittente. d. l. ait prætor.§.ſi debitorem.& ſubdit Bald.& Felin.in d.c. ex reſcripto prior.in 2.colu.ver.quæro vtrum teneat, aliter in antepen.col.ver.Item fallit in eod.ſub nu.12. quòd à contrario valet pactum,debitorem perſonaliter detineri non poſſe.per l.ſi conuenerit.ff. de re iudica,& d.c.Odoardus,de ſolution.

S V M M A R I V M.

1 *Ceſſio bonorum per creditores.quinquennalem dilationem debitori concedere volentes, impediri non poteſt.& nu.2.& 4.*

2 *Electio creditoribus datur à debitore,ſi vult.*

3 *Alternatiua inter beneficia defert electionem beneficiato.*

5 *Regula l.Lucio.de lega.2.& l. quod in hæredem. §.eligere:de tribu action quomodo procedat.*

6 *Lex fi,C.qui bon,ced poſ.quomodo procedat.*

7 *Maior pars creditorum quinquennales dilationes indulgere poteſt,etiam in præiudicium creditorum bona hypothecata habentium.*

Creditores an impedire poſſint debitorem volentem cedere bonis per dationem quinquennalis dilationis,& quibus detur electio.

Quæſtio vigeſimaprima,princip.

1 VIGESIMOPRIMÒ principaliter quæro,debitor conuentus in iudicio debitum agnoſcens, vult cedere bonis:creditores verò nolunt, ſed potius ei inducias ad ſoluendum quinquennales indulgere volunt,ad quam dilationem concedendam,vel ad cõponendum cum debitore communi, omnes creditores pro certa die & hora moueri debent,quòd in certo loco debeant ſuper hoc conueniri, quia omnes in vnum conuenire debent iuxta l.fi.C.ti. noſtro.& tũc quòd maior creditorũ pars determinauerit,aliis præiudicat,non tantùm præſentibus, ſed etiam abſentibus citatis,dummodo tamen ſit maior pars ipſorum, iuxta l.maiorem,cum ibi no.ff.de pact.& argum. eorum quæ no.per Feli.& Doct.in c.cùm omnes.extra. de conſti.& per ea quæ tradit Iaſ.poſt alios in l.& ſuũ hæredem §.hodie.quem legit cum leg.iuriſgentium, col.2.in prin.verſ.Videndum eſt.ff.de pact. & Alex.
2 conſilio.205.Viſis his,in prin.vol. 2.An per hũc modum ceſſionem impedire valeant? Videbatur dicendum ꝙ ſic,per text.in d.l.fin. princip. quæ vult quod creditoribus detur electio.In contrarium eſt veritas, quia ab ipſo debitore creditoribus datur electio, ſi vult,& non aliter ſecundum gloſſ.Bartolus, & Angel. in d.l.fi.dicentes,ꝙ debitur creditoribus dicit,vel date mihi inducias,aut cedam bonis: & ideo creditoribus præfertur debitor,quia tale beneficium ipſo iure à lege abſque facto creditorum,immò contra eorum voluntatem ſibi cõceditur,vt l.1.C.titu.noſtro.& ſic bonorum ceſſionem impedire nequeũt.ita inquit Salic.in dict.l.fin.verſi.quæro.debitor conuentus.quem ſequitur Are.in §.fi.col.3.in fin.verſicul.quæro, debitor vult cedere bonis.inſtitu.de actio.Bald.verò in d. l.fin.poſt prin.ver.quæro,cui datur electio.vult quòd
3 hæc electio debitori detur. Quia alternatiua inter beneficia electionem beneficiato defert,vt not.in l. Lucio.de leg.2.l.ꝙ in hæredẽ.§.eligere de trib.act. & in l.ſi empt.§.fi.ff.de contrah.empto.cũ ſimilib.traditis per Fel.in c.inter cæteras.in vlt.col. de reſc.& hoc intelligit eſſe verũ,quãdo inter creditores eſt diſcordia, & inter eos eſt vtriuſque partis parilitas, alioquin omnium creditorum vel maioris eorũ partis eſt electio, vtrum quinquennales inducias concedere velint, vel bonorum ceſſionem recipere,& ſi quinquẽnalem,dilationẽ indulgere velint, non poterit debitor cedere
4 bonis,ſed dilationẽ acceptare tenetur.Rom.autẽ cõſ. 439.circa primum.col.1.verſ.quo ad ſecundum.reputat hoc dictum Baldi falſiſſimum, quia eſt contra caſum d.l.fi.volentis ꝙ exiſtente omnimoda inter creditores paritate,humaniorem ſententiam præferri illam quæ induciarũ conceſſionem amplectitur, & ſic cùm in hoc caſu lex diſponat, conſequẽs eſt vt eligẽs diſponere nõ poſſit,in cuius poteſtate nõ eſt,iuris publici mutare ſtatuta.l.ius publicum. ff.de pact.& leg.
5 vterque.§.priuatorum.ff.de reg.iur.cũ ſimil.& l. Lucio.& ad l.quòd in hæredem.reſpondet,regulam illã nõ procedere eo caſu,quo vnũ ex alternatiuis à debitoris poteſtate non depẽdet,ſed creditoris,vt eſt hoc caſu conceſſum quinquẽnalibus induciis, quas debitor ſolus ſibi ſtatuere non poteſt,vel alios ſine legitimo mandato:ideo d.l.fi.vult electionẽ creditoribus à debitore cõferri,qui alternatiua petere debet,dicen-
6 do,paratus ſum cedere,vel poſt quinquenniũ, ſi mihi dilationẽ quinquennalẽ cõceſſeritis,ſoluere. Aduerte tamen ꝙ collegiũ Peruſi.conſ.213.Simõ & Iac.circa fi.verſ.ſed ad id quod dicitur.inter conſ.Ang. mouet hoc dubiũ, cui ceſſionis bonorũ vel dilationis quinquẽnalis electio cõpetat & ibi Cyn.allegat in d. l. fi. quod eſt debitoris electio,an velint bonis cedere,vel dilationẽ quinquẽnalẽ habere:& ſecundùm hãc opin. inquit,quod ſequeretur ꝙ creditores ſuper dilatione quinquennali nihil diſponere poſſent.Sed cõtrarium determinat ꝙ creditoribus electio cõpetat, per gl.in d.l.fi.& probatur per tex.ibi ſic inducẽdo. Nã ibi ſtatur maioris partis volũtati. ergo creditoribus electio cõpetit,quorũ eſt voluntas:nam etſi debitoribus electio cõpeteret,non conſideraretur creditorum voluntas,ſed ipſius debitoris voluntas & electio.& refert ꝙ hoc non ponderauit Cy.qui contrarium ſcripſit in d. l.fi.Hoc idẽ firmat Baptiſta de ſancto Blaſio in tractatu de priuilegio dotali.in 260.priuil.nu.60.Ego autẽ dico verũ eſſe quòd creditorib. datur electio,ſed hoc poſtquã debitor expoſuerit,an creditores ei dilationẽ quinquẽnalẽ aut bonorũ ceſſionẽ indulgere velint,& ita declarat gl.in d.l.fi.ſuper verbo,detur, quã ſequitur ibi Bar.Ang.Sal.& cõmuniter doct.Facta igitur p

debitorem

debitorem dicta oblatione, ſi quidem creditores cō-
ſentiendo vnum eligant,bene eſt : ſi verò inter ſe diſ-
ſenſerint,ſtatur maioris partis iudicio,vt cōſuluit pre-
dictum collegium Peruſi.vbi ſuprà in prin.& illa ma-
ior pars minori præiudicare poterit. ad validandū ta-
mē hoc pactum ſuper quinquennali dilatione,in qua
maior pars creditorum vocatorum,& in vnum locum
conuentorum conſenſit, etiam ſi minor pars contra-
dicat,vel intereſſe noluerit,illud pactum,& illa quin-
quennalis dilatio per maiorem partem creditum con
ceſſa,ſuperioris decreto roborari debet. d. l. & ſuum
hæredem.§.hodie. de pact. Nam ſiue ſuper debiti re-
miſſione de pacto agatur,ad illud validandum,Præto-
ris decretum requiritur,vt per illud pactum aliis cre-
ditoribus cōtradicentibus præiudicetur,vt d.§.hodie.
ſiue ſuper quinquēnali dilatione de pacto agatur, idē
Prætoris decretū requiritur,vt d.l fi.C.tit.noſtro.vbi
ſuperioris officium ſuper hoc imploratur , vt ibi dicit
tex. in prin.& ita tenet collegium prædictum. dicto
conſ.213.poſt principium. & maior pars primo ſecū-
dùm debiti cumulum intelligitur, ſecundò iuxta per-
ſonarū numerū,tertiò ſi omnia ęqualia ſint:human.or
eorum ſententia,qui inducias indulgēt quinquēnales,
& ceſſionē reſpuūt,erit præferenda,neque hypotheca
rij creditores à chirographariis quantum ad hanc ele
ctionē,diſtinguuntur:ſecus,ſi inter creditores tracte-
tur,vt certa debiti portione contenti ſint : tunc enim
per chirographarios , quamuis in cumulo debiti , vel
perſonarū numero præponderent,hypothecariis non
7 præiudicatur,quin ipſi bonorum hypothecatorū poſ-
ſeſſorē ſemper cōuenire valeant.ita eſt tex.in d.l. fi. &
declarat Azo in ſumma.C.tit.noſtro.in fi. Oſtien.in
ſumma.eod.ti.col. 1.verſ.quid ſi plures ſunt. & Rom.
vbi ſuprà. Attende tamen , maior pars quinquennales
dilationes concedere poteſt , etiam in præiudicium
creditorum bona hypothecata habentium,qui bono-
rum hypothecatorum poſſeſſorem ſemper conuenire
poſſunt.d.l.fi.tradit Alexan in d. l. & ſuum hæredem.
§.hodie tamen col. 2. verſ. iſtud tamen non habet lo-
cum.ff.de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Creditores certam debitori partem remittere volentes, ne ipſe fugam arripiat, & ne in ceſſione perſeueret, an paucioribus creditoribus præiudicare poſſint & nu.2.3.& 4.*

2 *Obligatio creditorum, per quinquennalem dilationē vel bonorum ceſſionem non extinguitur.*

4 *Debitor ſi aufugit, & redire nō vult, niſi creditores debiti partē remittāt, maior pars creditorū debiti partē remittere poterit, nō obſtāte minoris partis creditorū cōtradictione, ſi cōmode cōueniri nō poterat, ſecus ſi de facili. & n.5.& 6.*

7 *Creditores debiti partem mercatori fallito remittentes, remiſſam partem repetere poterunt, quando ad pinguiorem fortunam peruenerit.*

Creditores certam partem debitori remittere volentes,ne aufugiat,an poſſint aliis paucioribus creditoribus præiudicare?

Quæſtio vigeſimaſecunda,princip.

1 VIGESIMOSECVNDÒ principaliter quæro,
debitor ceſſans & fugitiuus partem debiti ſibi
remitti petit,nōnulli creditores nolunt ei certam par
tem remittere,ad hoc ne in ceſſatione & fuga perſeue
rer,an dicti creditores aliis creditoribus, quamuis nu
mero paucioribus præiudicare poterunt ? Hoſtien.in
ſumma,tit.noſtro.col.1.in fi. verſ. quid ſi debitor pe-
rit.& Ang.in l.maiorem.verſ.Itē not. habet locū hęc
lex.ff.de pac.& in l.fi.C.ti.noſtro. tenēt quod certam
partem remittere non poſſunt , quia ius debiti aliorū
creditorum non conſentientium tollerent,quod non
poſſunt.regu.ius noſtrū, de reg. iur. ſed bene poſſent
eidem quinquennalem dilationem concedere , vel vt
bonis cedat,d. l.fin.vt in præcedenti q.diximus.Quia
2 per neutrum iſtorum obligatio funditus extinguitur.
l.reſcriptum.1 fi cum duabus legibus præcedētibus.
3 ff.de pact.Contrarium tamen tenet Rom. in ſingula.
capi.Creditores poſſunt.vbi vult,ꝙ creditores debiti
partem debitori pauperi,etiam contradicente aliquo
creditore,remittere poſſunt:allegat tex.in l.ſi plures.
& d l.maiorem.cum l. præcedenti ff. de pact.ſed non
totum debitum,quia tunc vnus aliorum ſententiæ ſta
re non tenetur, vt eſt caſus ſecundùm vnam lecturam
& verum in l apud Celſum.in prin.ff.de doli excep.&
ita tenet Guil.de Cun.Alb.& Bal.in l.iuriſgentium.§.
ſi ante aditam.ff.de pac.cum aliis adductis in addi.ad
Rom in d.l.ſing. 100. Tu dic ꝙ ſi debitor prin.aufu-
4 giſſet,& redire nollet, niſi creditores debiti partē re-
mittāt, ꝙ tunc maior pars debiti partē remittere po-
terit,non obſtante contradictione minoris partis cre
ditorum præſentium, vel etiam aliquo ipſorum abſen
te.ita tenet Pau.de Caſt.in l.& ſuū hæredem § hodie.
ff.de pact.& ibi Alex.in 2.col.verſ.Itē limita iſtū tex.
Et ſuper tali pacto & remiſſione partis debiti ad illud
validandū,Prætoris decretum requiritur, vt per illud
pactum aliis creditoribus contradicentibus præiudi-
cetur,vt eſt tex.in d.§.hodie.& tenet collegiū Peruſi.
conſi. 213.Simon & Iac.poſt princip.verſic.& ꝙ tunc
inter conſilio.Ang & dies ſuprà in præcedenti q.ſub
nu. 6.quòd tamen declarat Alex. in d. 2.col.in princ.
verſi.Et dicunt præſenter doct.Aut debitor fugitiuus
5 in loco erat,in quo de facili conueniri poterat , tunc
partis debiti remiſſio fieri non poteſt,& hoc caſu pro
cedit opi.Hoſtien.& An.de qua ſuprà.Aut commodè
6 conueniri non poterat,ſed cum magna difficultate,&
tunc maior pars remittere poterit , & ita procedit
opin.Paul.de Caſtr.& Roma.de qua ſuprà:& ita repe
ritur fuiſſe concluſum in cōſi.Neapo.vt declarat Af-
flic.in dec.288.Sæpè & ſæpius,verſ.ſecundus caſus.&
Mod. Ancboni. in tract. de mercatu.in rub.de deco-
ctorib.in 6.par.nu.5.verſ.quarto,Benedictus decoxit.
7 cum ſequentibus.Aduerte tamen,quod creditores re
mittētes mercatori fallito debiti partem, poterūt per
conditionem ob turpem cauſam partem remiſſam re
petere.Marſil.in ſing.432.Sæpè cōtingit Rom. Alex.
& Iaſ.in l.fi.ff.de cond. ob turpem cau. quia tales re-
miſſiones per creditores factę debitoribus fallitis,ſeu
pauperibus de maiori ſumma pro maiori ſeruari non
debent,ſed integra ſumma peti poſſet,vbi ad pinguio
rem fortunam peruenerint.Ang.conſ.53.in quæſtio-
ne propoſitā. quē ſequitur Io.Bap. de Plot.in repet.
l.1.ſi quando.nu.169.ver.& licet ad euitandū.C.vnd.
vi. Hoc tamen intellige ſecundùm diſtinctionem tra
ditam per Mod.Anchoni.in d. 6. par.ſub,nu.1.verſic.
Nos igitur diſtinguemus,videlicet an remiſſio ſit per
gratificationem,aut per extortionem.Primo caſu va-
let talis remiſſio , ſecundò verò non , iuribus ibi per
eum allegatis.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Creditores ſi inter ſe certant ſuper bonis debitoris in licitatione, quis eorum præferri debeat.*

2 *L. maiorem. ff de pact. & l. fin. C. qui bo. cede. poſ. procedunt non ſolùm in caſibus in eis poſitis, ſed etiam in omni alio caſu, in quo inter creditores eſt concertatio.*

3 *Creditor in licitatione ſi cognatus eſt, creditori tã tùm præfertur.*

Creditor tantum in licitatione præfertur cognato tantum. ibidem.

4 *Stante ſtatuto, quod in licitatione cognatus præferatur, ſi extraneus rem pro maiori pretio quam valeat, accipere vellet: cognatus vero pro pretio tantùm quod valet, præfertur extraneus.*

Creditores ſi certant ſuper bonis debitoris in licitatione, quis eorum præferri debeat.

Quæſtio vigeſimatertia, princip.

1 VIGESIMOTERTIÒ principaliter quæro,
quid ſi facta bonorum ceſſione, creditores debi
toris bona venundari petunt, & pro eorum ſatis-
factione ad bonorum licitarionem deuenitur, nec
aliquis qui bona illa emere velit, reperitur, & inter ſe
certãt creditores, quia quilibet pro pari pretio & cõ-
ditione ea emere vellet, quis eorum præferri debeat.
Ang. in l. 1. tenendo ſecundam gl. lecturam, ff. de pri-
uil. credi. inquit ibi apertum eſſe caſum, quod vbicũ-
que certant inter ſe creditores, quid de bonis debito-
ris in ſolutione ceſſantis agendum ſit, ſemper huma-
niori creditorum ſententiæ ſtandum eſt, cæterum ſi
nulla humanior inuenitur, & omnia paria ſunt cogna-
torum iudicio ſtandum eſt, qui creditores ſint, & ſi
nullus extat cognatus, iudicio eius cui maior pecunia
2 deberur, ſtandum eſt, & ſic l. maiorem. ff. de pactis. &
ſi C. tit. noſtro. locum habent non ſolùm in caſibus
ſignanter poſitis in illis legibus, verum etiam in om-
ni alio caſu, in quo inter creditores eſt concertatio,
qualiter ſuper bonis debitoris in ſolutione ceſſantis
credita conſequi debeant, eo quòd debitor ſoluendo
non eſt. Bar. vero in d. l. 1. refert. illam ſecundam glo.
lecturam non eſſe bonam quia illa lex etiam in cogna
to loquitur, qui non eſt creditor, vnde ei adiudicari
non poteſt: ſimiliter quaſdam alias lecturas reprobat.
& tandem lecturam Iacob. de Are. tanquam veram &
probabilem ſequitur, dicens quod ibi lex loquitur in
pluribus emere volentibus. qui æquale pretium offe-
rebant. Vnde ſi creditor cognatus eſt, creditori tan-
3 tùm præfertur. & ita tenet Cyn. & Bal. in l. Impera-
tor. verſi. in tex. ibi, neceſſarium. ff. de pact. Item cre-
ditor tantum, præfertur cognato tantùm: ſi verò non
extat aliquis cognatus, qui emere velit, ſed ſolum cre
ditores. Dic quòd ille, qui maioris ſummæ creditor
eſt, pręfertur. ſi verò alij eſſent creditores, & alij pror-
ſus extranei, creditores extraneis præferuntur. Si ve-
rò ſtante ſtatuto, quod cognatus præferatur, & extra-
4 nei rem pro maiori pretio, quam res valeat, accipere
vellent, cognatus verò pro pretio ſolum quod valet,
extranei cognato præferuntur, non econtra ſecundũ
Bal. in l. 2. col. fin. verſ. ſed hîc occurrit dubium. C. de
reſcin. vendi. quia non eſt quis gratioſè contrahere
compellendus, ſed pro pretio quanti plurimi reperi-
tur, dummodo ſine fraude & colluſione fiat, & æqua-
libus pactis, vt ibi per eum, quem communiter ſequũ-
tur doctor. vt atteſtatus Cagnol. ibi in fin. cum pluri-
bus concordantiis ibi per eum citatis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor primus hypothecarius an poſſit totam pecuniam per debitorem ſecundo creditori ſolutam, auocare. & nu. 4 & 7.*

2 *Hypotheca non competit primo creditori pro pecunia ſoluta ſecundo creditori, ſi bona fide fuit conſumpta.*

3 *Aequitas ſola inter merca. attendi debet, & inter eos de bono & æquo proceditur, & ſolemnitates & rigoroſitates iuris nõ attenduntur.*

4 *Creditor primus hypothecarius poteſt à ſecundo ſolutionem pro medietate ſibi factam auocare: ſecus, ſi ipſe primus creditor priuilegiatus eſſet, quia totam pecuniam reuocare poſſet, & num. 5.*

Creditor vnus ſi immiſſus eſt in poſſeſſionem ex primo decreto, alij etiam immiſſi cenſentur. eod.

6 *Creditores primi pecuniam poſterioribus creditoribus per hæredem ſolutam, qui cum inuentario hæreditatem adiuit, reuocare poterunt.*

Creditor primus hypothecarius an poſſit à ſecundo creditore pecuniam ſibi ſolutam auocare.

Quæſtio vigeſimaquarta. princip.

1 IVXTA prædicta vigeſimoquartò principaliter
quæro, nunquid creditor hypothecarius primus
poſſit à ſecundo hypothecario pecuniam ſibi per de-
bitorem ſolutam auocare? hanc q. latè examinat Affli.
in dec. Nea. 190. Pulchrum fuit dubium, vbi multos
excellentiſſimos viros adducit, inter quos fuit Ange.
de Gamb. de Aret. Alex. de Imol. & Franc. de Accol.
de Aret. qui pro parte affirmatiua in fauorem pri-
mi creditoris conſuluerunt contra creditorem ſecun-
dum, cui per debitorem pecuniæ ſolutæ fuerunt, tan-
dem refert contrarium in ſacro conſ. deciſum fuiſſe,
2 quod pro pecunia ſecundo creditori ſoluta, hypothe-
ca primo creditori non competit. quãdo pecunia bo
na fide conſumpta fuit, & ita determinat Ang. in l. tu-
tores. ff. de cond. indebit. Subdit Affli. quòd ſi ſecus
diceretur, vnum ſequeretur inconueniens, quod ſi
vnius debitoris falliti plures eſſent creditores, & de-
bitor ille ſecũdis creditoribus ſoluiſſet tempore quo
creditum habebat. primus creditor contra ſecundum
creditorem qui ſuum conſecutus fuerat, agere poſſet,
& totus mũdus in litibus volueretur, & mercatores cõ
tractare non poſſent: & ita aliàs in dict. conſilio, de-
terminatum fuit, vt refert Capy. in deciſ. 78. In caſu
Iuliani. col. 1. nu. 2. Pariſi. conſ. 69. ſi iuris. vol. 4. con-
ſuluit, hanc determinationem & ſententiam multam
ſapere æquitatem, quamuis de rigore iuris, quòd pri-
mus creditor poſſit à ſecondo pecuniam illi ſolutam
auocare,

auocare, & illa æquitas ſecundùm eum, multùm attendi & conſiderari debet, ne inter mercatores prohibeatur commercium, & ne litibus implicetur, & eo
3 maximè, quia inter mercatores ſola æquitas attendenda eſt, & de bono & ęquo inter eos procedi debet & ſubtilitates & iuris rigoroſitates minime ſunt attendendę, iuxta notata in l. quintus. & l. ſi fideiuſſores. §. quidam. ff. manda. cum ſimilibus. Eandem ſenten-
4 tiam ſequitur Grammat. in prima quæſt. quam poſt eius deciſiones appoſuit, vbi Afflict. Capy. & Pariſ. allegat. vbi ſuprà. Contrarium tamen conſuluiſſe videtur Paulus de Caſtro conſilio 169. viſo puncto ſuprafcripto & allegationibus in primo quæſito. volu. 2. in nouis dicens primos creditores ſolutiones poſterioribus creditoribus factas, ꝓ dimidia reuocare poſſe, per textum allegatum per Afflict. & ſequaces in l. non expedierit. §. primo. verſic. quòd ſi vtraque. ff. de bon. autho. iudi. poſſid. in l. qui autem. §. ſciendum. verſicu. Qui verò. & in l. pupillus. cum ibi no. per doct. ff. quæ in fraud. cred. & in l. verum. §. ſi cum tres. ff. pro ſocio. in quibus iuribus habetur, quòd quando creditores æquales eſſe debent, vt eſt de iure communi, quando pariter inſtant, & nullus priuilegium habet vel pariter habent, ſeu etiam quando bona per vnum incœperũt ex primo decreto poſſideri, quo caſu omnes immiſſi cenſentur. l. cum vnus. in principio. & ibi gloſſ. plena. & Bartol. ff. de bon. autho. iudic. poſ. & per Neguſan. in tracta. de pignor. in ſecundo membro tertiæ part. quæſt. 8. nume. 10. non poteſt debitor vni in aliorum præiudicium gratificare, & ſi gratificat, alij reuocare poſſunt, & petere cum illo ſe adæquari, pro hoc facit regul. non debet alteri per alterum. ff. de regul. iuris. Secus, inquit, Paul. ibi, ſi eſſet caſus in quo aliqui creditores aliis ratione alicuius priuilegij potiores eſſe deberẽt: illi enim tunc totum reuocare poſſent, quod
5 aliis creditoribus non priuilegiatis ſolutum eſſet. l. ex facto. § fin. ff. de pecul. l. 3. ff. quod cum eo. & l. deferre. §. fi. ff. de iure fiſc. & ita tenet in hoc caſu Capy. in d. deciſ. 78 columna 2. numero 5. Alium caſum ad-
6 de, ſi pecunia per hæredem, qui cum inuentario hæreditatem adiuit, ſecundis creditoribus ſoluta fuiſſet: nam hoc caſu primi creditores à poſterioribus eam reuocare poterunt, quamuis contra hæredem agere non poſſent, vel rem vti primis creditoribus hypothecatam per hæredem venditam, ab emptore vendicare ſecundùm Iaſ. in l. fin. §. ſi præfatam. columna prima, verſicu. quinta vtilitas. C. de iure deliberan. vbi dicit eſſe mirabile, quod inuentarium operetur excluſionem hypothecæ, quam creditor ſpecialiter habebat.
7 Solu. Dic, quòd opin. Afflict. & ſequacium procedit, vbi ſolutio in contumaciam & negligentiam primi creditoris, poſteriori creditori facta fuit, quæ negligentia primo recipienti ſolerti nocere nõ debet: iſto enim caſu locus eſt gratificationi, vt eſt tex. expreſſus in dicta l. ſi non expedierit. §. primo. verſi. quid ergo. & ibi gloſ. in verbo, noceat, & ita tenet Alexand. in d. § & ſi præfatam. colum. 2. circa fin. verſic. in ea. in fin. nume. 8. opin. verò Pau. de Caſtr. procedit, vbi inſtantibus omnibus creditoribus facta fuit ſecundo creditori ſolutio: nam hoc caſu primus creditor ſolutionem à ſecundis creditoribus ſaltem pro dimidia reuocare poteſt, cùm text. in dicto §. verſicu. quod ſi vtraque diſponat, quòd ſi inſtantibus omnibus creditoribus ſecundo creditori gratificauit debitor, portionem hæreditariam (ſi quę ſupererat) quæri, primus creditor ſecundùm magis communem opinionem, vt atteſtatur Alexan. in d. §. & ſi præfatam. eod. num. 8. Si verò non ſupereſſet, communicandum eſſe, quòd vltimus creditor acceperat, & hoc modo reduci poſſunt ad concordiam opin. quamuis Moder. Anchoni. in tract. de mercatura. in vlt. part. de Decoct. ſub rubr. qui potio. in bonis decocto habeantur. nume. 28. ſub verſi. Nouiſſimè prætermiſſis. ſatis diffusè ſuper hanc quæſt. loquantur.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas allegata in precibus per debitorem volentem cedere bonis, an per eum probari debeat, vel ex verbis precum & reſcripti probata dicatur, & num. 5.*
2 *Beneficium ceſſionis, ab inopia & debitoris miſeria cauſatur.*
3 *Creditor inopiam debitoris probare non tenetur, quando contra fideiuſſorem vult procedere.*
4 *Debitor aſſerens ſe in bonis non habere tantum, quòd creditori ſufficiat, ſatis probare dicitur ſuam paupertatem.*
Creditor volens dicere, debitorem plus habere in bonis, probare debet, eod.
5 *Debitor allegans ſe pauperem, probare tenetur, & num. 7. ſed contra, num. 8.*
6 *Gloſ. in l. cùm de lege. ff. de probat. eſt communiter approbata, & quomodo procedat.*
8 *Ruſticus annumeratus inter perſonas, allegans ſe pauperem, & nihil in bonis habere, paupertatem probare tenetur.*
9 *Paupertas alicuius probatur per famam viciniæ, & per cognoſcentes eum, & ſi oſtiatim mendicaret, & nu. 10. & ſi bonis ceſſerit, nume. 11. & per libros æſtimi. num. 12.*

Paupertas allegata per debitorem volentem cedere bonis, an per eum probari debeat?

Quæſtio vigeſimaquinta princip.

1 VIGESIMOQVINTÒ principaliter quæro, quia ſuperius in octaua quæſt. principali verſic. quid autem ſi in precibus debitoris. nume. 8. appoſita fuit forma reſcripti principis, quòd conſtitutio de oratoris paupertate, ipſum ad alterutrum beneficium admittat, &c. Cùm ſemper ad petitionem volentis admitti ad beneficium. cap. Odoardus. extra, de ſolut. vel alternatiuè ad bonorum ceſſionem, aut ad terminum quinquennalem, iuxta l. fina. C. titulo noſtro in ſignatura dicatur, Conſtito ſummatiè de oratoris paupertate, ipſum ad alterum de duobus beneficiis admittat, & prout de iure, & hoc propter multa quæ circa hoc requiruntur, iuxta not. in dicto cap. Odoardus, vnde non eſt neceſſe quòd aliter cedat bonis, dummodo de paupertate legitimè conſtare poſſit, ſecundùm Panorm. ibi, & Rotam in deciſ. 567. vtrum poſſit. ante fin. verſ. nam dico, ſi doceat. in antiq. cum
2 aliis per Staph. in tract. de lite. gratiæ & iuſtitiæ. folio 156. verſi. quando quis petit. in prim. impreſſis. Nun-

quid ex verbis precum & reſcripti dicatur probata oratoris paupertas, vel aliter per oratorem paupertatem probari requiratur? Videbatur dicendum, quòd ſatis per eum videatur probata paupertas. Quia ſicut ab inopia & miſeria cauſatur ceſſionis beneficium. l. pen. & fin. C. tit. noſtro, ſic ex inopia intentio cedere volētis fundari videtur: ideo videtur quod illam pro-
3 bare non habeat, ſicut etiam debitoris inopiam creditor probare non teneatur quando vult ad fideiuſſorem venire, vt per Bartol. in l. hoc iure. & l. in illa. ff. de verbor. oblig. & refert Imol. in d. cap. Odoardus. col. penult. in princip. verſic. quærit hic etiam dominus
4 Pet. 24. Satis etiam probata videtur ex eo, quòd debitor aſſeruit ſe non habere in bonis tantùm, quòd pro creditorum ſatisfactione ſufficiat: vnde volēs creditor dicere debitorem plus habere, probare debet. glo. eſt not. in l. cùm de lege. ff. de probat. facit text. in l. fin. §. licentia. & ibi Docto. C. de iure delib. & illam gloſ. ſequitur ibi Bartol. & communiter ab omnibus approbatur. Eam quoque ſequitur Alexand. conſ. 55. Conſideratis. colum. penult. in fin. verſic. & Satis erit. volum. 1. cum pluribus aliis concord. de quibus per Iaſo. in l. ſi conſtante. in princip. colum. 20. verſic. extra gloſ. Bartol. in prima quæſt. ff. ſol. matrim. & illam gloſ. tenet Paul. de Caſtr. in l. maritum. in princip. ſub num. 2. eod. tit. dicens ſatis eſſe, quod maritus dicat ſe non habere in bonis niſi talem & talem rem, vt gaudere poſſit beneficio, ne conueniatur vltra quam facere poſſ. & qui dicit eum habere plura bona, & eſſe
5 diuitem, probare debet. Cōtrarium tamen eſt verius, quia allegās ſe pauperem, hoc probare debet, vt probatur in l. ſi creditores. ff. de priuileg. credi. & l. fin. ff. de liber. agnoſcen. & hoc eſt, quia paupertas eſt allegantis fundamentum, & quia ſuper ea ſe fundat, eam probare debet. l. ei qui dicit. ff. de probat. & pro hac parte ſemper allegari ſolet gloſſ. ſingular. & communiter approbata in l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſda. cogant. quæ dicit, quod qui paupertatem allegat, eam probare debet, & econuerſo qui aliquem diuitem allegat, hoc probare tenetur, per quam gloſ. inquit Ange. ibi, quòd vbicunque diuitiæ vel paupertas ſunt cauſa & fundamentum intentionis allegantis, ei incumbit onus probandi etiam in negante. idē dicunt ibi Paul. de Caſtr. Alexand. & Iaſ. & plenè per Alciat. in tract. de præſump. in 2. regu. in præſumptione 27. verſicu. & ſupradicta habent locum. nume. 4. & ibi Arelat. in addit. quod etiam firmat Alexan. in rub. ff. de no. ope. nunc. in penul. col. ad fin. verſ. Quod eſt vna truſa. fac. reg. in d. l. hoc iure. & in l. ita ſtipulatus. verſicu. quod ſi ab initio. ff. de verb. oblig. Ioan. And. in cap. bonæ. & ibi Panorm. extra, de elect. Bartol. in dicta l. in illa. Alexand. & Iaſ. ibi in 4. colum. in princ. verſi. Extra gloſ. Bartol. Alexand. conſil. 39. Viſo themate. volu. 1. conſil. 91. Repetitus. colum. fin. in prin. volu. 7. idem conſi. 123. Viſo proceſſu col. 1. conſ. 134. & conſ. 136. viſo proceſſu. col. 1. ſub num. eod. volu. 7. Iaſ. conſil. 34. Ad motiua. col. 4. in princi. verſic. non obſtat modo. volu. 1. & ita reperio fuiſſe deciſum in
6 conſil. Neapo. vt refert Afflict. in deciſ. 377. Princeps conceſſit vniuerſitati. Non obſt. in contrarium deducta, & præcipuè gloſ. in d. l. cum de lege. ſuper qua ſe fundant doct. allegati. Nam doctrina illius gloſ. in ſe eſt veriſſima, & in iudicando tenenda: & temerarium eſſet ab ea recedere, cùm eam expreſsè ſequatur Bar. in dicto §. licentia. in l. is poteſt. colum. penulti. ff. de acquir. hæredit. in l. conficiuntur. §. codicilli. in fin. ff. de iure codi. in rubr. ff. de no. ope. nun. in vlti. col. in l. decem. in prin. ff. de acqui. hæred. & in d. l. ſi conſtante. in prin. in 1. q. princ. par princip. cum aliis infinitis concord. diffuſè relatis per Iaſ. d. conſ. 34. col. 3 verſi. non obſt. replicationes. & illa gloſ. intelligitur eſſe vera, quando cōcurrit pro eo qui aſſerit, aliqua præſumptio, prout concurrit in caſu d. §. licētia. Ex quo enim hæres inuentariū ſolemniter fieri fecit, pro eo eſt præſumptio, quòd in hæreditate plura bona non ſint, & tunc per modum prædictum ſufficit probatio, & ita illam gl. declarat Iaſ. in d. §. licentia. col. 1. in fi. verſ. ego omiſſa. & d. conſ. 34. col. 3. circa fi. & in d. l. ſi conſtante. in princ. col. 21 in fi. verſ. ex prædictis conclude. & Ruyn. conſ. 49. de duob. quæritur. col. 2. verſ. nō obſt. not. per gl. vol. 5. & Bellon. conſ. 34. Viſis fundamentis, col. 1. n. 2. Si nulla concurrit præſumptio, nec coniectura ſaltem iuridica, per ipſum aſſerentem probari debet eius paupertas: alioquin ea nō probata, ad ceſſionis beneficium admitti non debet. maximè vbi ita princeps in reſcripto diſpoſuit, dum dixit, cōſtito de oratoris paupertate: qua ergo nō probata, debitor dicto beneficio gaudere non debet, & plures alias reſponſiones ad gloſ. in d. l. cum lege. tradit Campeg. in tract. de dote. in 3. part. q. 20. incip. Qualiter probētur facultates, quem per te videas, ne ibi dicta per eum transplātare videar. Nec obſt. dicta per Paul. de Caſt. in d. l. maritum. quia ibi vxor aſſerebat maritum plura habere bona, & diuitem eſſe, meritò ipſa tenebatur illud probare, prout hic cedere volēs aſſerēdo ſe pauperem eſſe, eius inopiā probare tenetur, vt firmat gl. Alb. & alij. in d. § qui pro rei qualitate, & Alb. in d. l. ei qui dicit. ad fi. nu. 8. Ille ergo qui ſuper paupertate ſe fundat, eam probare tenetur, vt eſt gl. ſing. & commu-
7 niter approbata in d. §. qui pro rei qualitate, quā etiā ad hoc propoſitum allegat Ruyn. in d. conſ. 49. col. 1.
8 verſi. quia ille qui dicit. Poſſet fortè dici, hoc in agricola nō procedere, cùm talis annumeretur inter perſonas inopes, quæ nihil habere dicuntur, etiam ſi ex ſuo artificio viuere poſſent, vt conſuluit Aymo conſi. 199. Ad ſubtilia. col. 2. in fi verſ. 7. contra Dec. vol. 1.
9 Hoc tamen intellige, niſi contrariū ex reſcripto Principis appareret. Qualiter autem conſtare dicetur, quē pauperem vel inopem eſſe, doct. dicūr, per famā, quia ſic eſt fama in vicinia, vbi habitat, & inter cognoſcentes eum, facit quòd no. per glo. & Cyn. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & in d. l. ſi conſtante. in princ. & quod ibi plenè per Bar. & doct. & ideo ſeruatur in practica, probationem hanc fieri per teſtes de tali fama, & eius paupertate. Vel dicetur etiam conſtare, ſi verè, & non fictè oſtiatim ibat mendicando: nam hoc paupertatis ſignum eſt, niſi ex aduerſo per creditores probetur, ꝗ loculos depoſitos, vel res alias habeat. cap. 1. extra. de poſi. & l. ex perſona. C. de probat. Item probatur paupertas alicuius, quia malè indutus eſt, & nihil habet in domo, vel per vulgi opin. vt tradit Alb. in d. l. ei qui dicit. circa fin. nu. 9. & in d. §. qui pro rei qualit. col. 2. nume. 6. vel ſecundum Hoſtien. in d. cap. Odoardus. eo ipſo quod quis cedit bonis, ſatis probatur ipſum inopem eſſe, vnde poſtea detineri vel incarcerari non debet. l. 1. C. titu. noſtro. & cap. 2. extra. de pign. Probatur etiam per æſtimi libros inopia, vt per Bart. in l. decem. de verb. obli. & per Imol. in d. cap. Odoardus. col. 3. verſ. ſed iuxta prædicta quæri poteſt, & aliis etiā probatur modis, de quib. per Fir. in ſuo repert. in ver. paupertas, nu. 3. & per Mod. Fanen. in tract. de pig. in primo membro 8. part. nu. 25. ver. ſed dubitatur, quando & quib. mod. Alex. conſ. 37. conſultus. vol. 7. & Bellon. conſ. 16. ſtat ſtatutum. col. 3. nu. 5. cum ſeq.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Debitor indignus beneficio ceſsionis, dilatione quinquennali ſibi per creditorē non ceſſa gaudere debet, etiam quod dolum in alternatione commiſiſſet.*

Per dilationem creditoribus diſſentiētibus minus fit præiudicium, quam per remiſsionem partis debiti, eod.

2 *Debitor prohibitus ad bonorum ceſsionē admitti, gaudere debet dilatione ſibi ob eius inopiam à Principe conceſſa, præſtita tamen per eum ſatiſdatione, ſi à creditore petita fuerit.*

3 *Dilatio quinquennalis debitori conceſſa per principem, incipit currere à die datæ, & non à die præſentationis.*

4 *Priuilegium alicui conceſſum ab Imperatore, vt ab eius creditoribus infra quinquenniū conueniri non poſsit, ad debitorem ex delicto obligatum, non extenditur, ſed contra num. 12. 13. & 14.*

5 *Priuilegium concernens præiudicium tertij, ſtrictè intelligi debet, quando eſt graue: ſecùs, ſi modicum, vt nume. 12.*

6 *Conceſsio contra ius cōmune, dicitur priuilegiū.*

7 *Mercatores falliti non gaudent ceſsionis beneficio, nec annali ſeu quinquennali dilatione à principe conceſſa.*

8 *Creditoris appellatione venit propriè creditor ex cauſa delicti.*

9 *Interpretatio lata quādo fiat in materia odioſa.*

10 *Materia licet odioſa ſit, non excluditur tamen lata interpretatio, quæ ex proprietate verborum inſurgit.*

11 *Prærogatiua captiuis & carceratis conceſſa, etiā carceratis ex delicto competit.*

Inhumanum non eſt, bene facere etiam ex delicto carceratis, eod.

12 *Quod differtur, non aufertur.*

Regula l. 2. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. non procedit, quando de modico præiudicio tractatur eod.

13 *Reſcripta & priuilegia principum, intelliguntur ſemper abſque alterius graui præiudicio.*

14 *Princeps iuſtitiam partis excedens, nō præſumitur velle excedere niſi in modico.*

15 *Dilatio à principe debitori conceſſa, vt infra quinquennium ab eius creditoribus moleſtari nequeat, etiam ad debitorem ex cauſa delicti extenditur, niſi debitum eſſet iuratum.*

Dilatio debitori conceſſa, ſi non prodeſt, niſi à Papa de iuramento expreſſa fieret mentio, eod.

Debitor qui ad bonorum ceſsionem admitti non debet, an vti poterit quinquennali dilatione ſibi conceſſa?

Quæſtio vigeſimaſexta, Princip.

1 Vigesimosexto principaliter quæro, nunquid debitor qui ad ceſsionis beneficiū admitti non debet, vt in multis caſibus ſuprà declarauimus quinquennali dilatione ſibi per creditores vel à principe conceſſa, vti & gaudere valeat? Reſpon. quod ſi à creditoribus conceſſa fuit, ea vti poterit, cùm in iure cautum non reperiatur: eum tali dilatione frui non poſſe, etiam quòd dolum in alienatione bonorum commiſiſſet, vt pulchrè conſuluit Pariſi. conſilio 100. Certiſſimum eſt verſi. Præterea aduertēdū eſt. & in fine. volum. Quod ratio ne ſuadetur, quia ſi creditores poſſunt debiti partem (quod maius eſt) debitori remittere, vt vidimus ſuprà in 22. quæſtio. principali, tantò fortiùs quinquennalem dilationem, (quod eſt minus) indulgere poterunt, regu. cui licèt de regulis iur. in 6. quia per dilationem minus fit creditoribus diſſentientibus præiudiciū, quam per partis debiti remiſſionem, ſecundùm Afflict. in deciſion. 288. Sæpè & ſæpiùs. verſi. & hoc multò magis. numero 3. Si verò à Principe conceſſa fuit, & tūc
2 diſtingue. Aut debitor ob aduerſam fortunam ad paupertatem & inopiam deuenit, aut ex proprio dolo & delicto per eum commiſſo. primo caſu nulli dubium eſt, quòd tali dilatione gaudebit. l. quoties & l. vniuerſa. C. de preci. imper. offer. & voluit Alexand. conſilio 205. viſis his. volumin. ſecund. præſtita tamen per eum ſatiſdatione, ſi tamen à creditore petita fuerit, vt tenet gl. Paul. de Caſtr. & Iaſon. latè in d. l. vniuerſa per Afflict. in deciſion. 378. Quidam debitor ſupplicauit. & tradit Guid. Pap. in deciſ. 109. Re-
3 ſcripta annalia. Vbi addit quod talis dilatio quinquēnalis à die datæ dilationis, & non à die præſentatio-
4 nis currere incipit. Secundo verò caſu, videtur dicendum, quod illa dilatione frui nequeat, ſecundū Guid. de Cun. quem refert. & ſequitur Albe. in l. ſed ſi ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo. vbi determinat, quod ſi Imperator alicui priuilegium conceſſit, vt infrà quinquennium à creditoribus conueniri non poſſit, non extēdetur ad debitorem ex cauſa delicti obligatum. idem tenet & ſequitur Alexand. in l. 1. colum. pen. verſ. ex his infert Roma. numero 43. ff. ſi cert. pe. & in l. penult. ff. ad Turpil. vbi pro hac opi. adducit tex. cum gloſſa in §. quod ſi derelinquentes. in verbo, nocentes. in auth. de mandat. princip. & id quod habetur auth. qua in prouincia. in verbo, omni priuilegio ceſſante. C. vbi de crim. agi. oport. in quib. iuribus probatur, quod priuilegiū delinquentibus non
5 prodeſt. Adduxit etiam quod cùm hoc concernat ius & præiudicium tertij, ſtrictè, interpretari debet, l. ſecund. §. merito. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publi. c. cum aliis concor. per eum citatis. & cùm fit contra ius commune, talis conceſſio priuilegium dici debet. capitulo, priuilegia. 3. diſtinct. ideo in ea ſtricta fieri debet interpretatio. l. ſi quando. in prin-
6 cip. C. de inoffi. teſta. & c. dilecto. cum ſimul. extra. de conſanguin. & affi. & ſecundum hanc opinio. refert fuiſſe iudicatum Boër. in deciſ. 349. Quæritur an ciui-
7 liter. colum. 8. in fin. verſicu. Nec per conſequens, & colum. ſeq. dicens quòd hoc eſt contra mercatores fallitos, qui non gaudent ceſſionis beneficio, nec annali ſeu quinquennali dilatione à principe conceſſa, & ad hoc allegat Bal. cōſi. 382. in quæſt. 1000. colum. fin. verſic. ſed adhuc reſtat. vol. 5. & Ioan. Bapt. de S. Seuer. in tract. de debi. ſuſpect. & fugi. in 1. quæſt. col. fin. verſic. illud ſcio. qui tamen de hoc nullum faciunt verbum. ſed meliùs allegaſſet Bal. conſilio 400. quod Iacobus. volum. 1. vbi per vndecim rationes arguit

quęſito alterius iura tollere & diminuere poteſt:quia quãuis aliàs ius tertij velle tollere nõ præſumatur, fallit tamen quando clauſula, non obſtante, apponitur. Ant.de But.& Imo.in c.quę in eccleſiarũ extra de cõſtit.per nota.per Cy.poſ.gl.in l.fi.C. ſi contra ius vel vtili.pub.ſequitur Ale.cõſ.92.Perſpectis.col.6. ad fi. verſ.Fuit etiã adiecta.vol.6.& declarat idẽ Alc.conſ. 101.Viſis inſtrumentis.col.5.in prin.ver.& præſertim. vo.1.Cùm ergo ex certa ſciẽtia reſcripſerit Princeps, apparet alteri derogare voluiſſe in iure quæſito,de quo in pręcibus & reſcripto facta fuit mẽtio,vt no.gl. in c.ex parte.il.2.de offi. dele. pulchrè per Bal.in l.fi. in prin.C.ſent.reſc.nõ po.gl.in c.ſtatutũ in verbo, literarũ.de reſcri.in 6.& in c.1.de conſt.eo.li. & eſt cõmunis opi.ſecũdũ Alex.in l.3.§.ſi is pro quo,ff. quod quiſq; iur.quẽ ſequitur Rui.cõſ.130.Super eo.col.fi.
5 in princ.ver.Quinimò voluit vol.1.& præſertim cùm expreſſè dixerit,nõ obſtante quinquennali dilatione. quæ verba clarè oſtẽdũt mentẽ Principis fuiſſe,quinquẽnalibus induciis derogare,vt in ſimili arguit Alc. cõſ.1.Põderatis his.col.10.in prin.ver.Nõ obſt.quod dominus dux vol.5.Secus dicendũ eſt,ſi in vltimo reſcripto nulla mentio de quinquẽnali dilatione facta fuerit,prout non fuit in reſcripto,de quo per Affli.in d.dec.378.Et iſto caſu procedant quæ dicta ſunt ſup.

SVMMARIVM.

1 *Exactio in quibus bonis debitoris, poſt ceſſionem bonorum quæſitis fieri debeat.*

2 *Obligatus ad alimẽta conſignãda attẽdere debet ad quãtitatẽ fructuũ qui ex eo percipiũtur, nõ autẽ attendet ad qualitatem & valorem rei.*

3 *Alimenta vxori relicta, extra domũ præſtanda ſunt ſecundùm redditus & facultates patrimonij, nõ autẽ ponitur manus ad proprietatẽ.*

4 *Alimenta debita deſcendentibus,vel aſcendentibus,vel pupillo per tutorem,vel ſimilibus,ſi nõ ſufficiunt ex redditibus patrimonij,venditur proprietas,quæ ſit minus vtilis.*

Exactio in quibus bonis debitoris poſt ceſſionem quæſitis fieri debeat.

Quæſtio vigeſimaoctaua, princip.

1 VIGESIMOOCTAVÒ principaliter quæro. Quia ſuprà diximus, quòd qui ceſſit bonis, ſi poſtea alia bona quæſierit, vel ad pinguiorem fortunam peruenerit,non conuenitur niſi inquantùm facere poteſt,deducto ne egeat iuxta l.4. in prin. & l.qui bonis.ff.titu. noſtro.& l.ex contract.C.de bon.auth. iud.poſ.in quibus bonis talis exactio fieri debeat. Reſpon. quod in exigendo ipſum debitorem, inſpicitur quantũ ex eius patrimonij fructibus redigi poſſit, nõ quantùm ex rerum venditione redigeretur. caſus eſt ſingul.& mirabilis ſecundum Bar. & Ang.in d. l. qui bonis,ꝙ eſt not.ſecundùm Alex.ibi,qui pro hoc allegat.tex.in l.ſi fundum per fideicommiſſum, de leg.1. & quod not. Bar.in l.2.in fi.C.de reſcin. vend. & in l. Imperat.in fi.ff.ad Treb.per quã l.qui bonis. In pro-
2 poſito dixit Roma.conſ.510.Quo ad primum.col.fi. ad fi.ꝙ quando aliquis ad alimẽta conſignanda obligatur, & conſideratur an quis plura vel pauca bona poſſideat,non attenditur eorũ qualitas,quæ poſſidentur,ſed reddituum quantitas, qui ex eis percipiuntur, quia res magni pretij eſſe poſſet,& ex ea minimꝰ redditus percipi,& quaſi nullus.vnde tũc ad qualitatis cõſiderationẽ quo ad alimenta percipienda,quodãmodo modicũ,ſeu nihil poſſidere diceretur:ideo nõ res,
3 ſed reddituũ quantitas attendi debet:& propterea ſi maritus vxori extra domũ alimẽta relinqueret, ſecũdùm redditus & patrimonij facultates præſtãda ſunt, non autem manus ad proprietatem poni poteſt:quia, vt diximus,quantùm in patrimonio ſit,ſecundùm fructus & prouentus inſpicitur,non ſecundùm ꝙ ex rerũ venditione redigi poſſet. Si verò alimenta alicui debentur,exẽpli gratia, deſcendentibus, vel aſcendenti-
4 bus,vel per tutorẽ pupillo,vel his de quibus per Angelũ in l.Neſennius.§.fi.de re iudica.tũc pro alimentorũ ſatisfactione proprietas, quæ patrimonium magis aggrauat,& quæ minus ſit vtilis,venundari debet.ita dixit Ang.in l.diuus.verſi.in tex.ibi, neceſſaria.ff. de petition.hæredit.vbi refert ſe vna cum Bal.apud Ariminũ cõſuluiſſe,& ponit Alex.in l.maritũ.in fi.ff.ſol. matr.dicens,prædicta in primo caſu procedere in alimentis titulo lucratiuo debitis,ſecus in alimentis titulo oneroſo ſeu à cauſa oneroſa procedente debitis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor poſt ceſſionem acquirens turrim magni valoris, an ad eius venditionem cogatur pro emptione alterius minoris pretij, & in reſiduo pro creditorum ſatisfactione, & nu.3.*

2 *Ruſticus quærẽs poſt ceſſionem bonorũ domũ magni valoris,eam vendere tenetur, & humilẽ emere,& creditoribus dare reſiduum.*

3 *Doctor,vel nobilis, aut miles poteſt domũ magni pretij poſt ceſſionem bonorum acquiſitam,vel beneficium à iure conceſſum, pro ſe retinere.*

Debitor poſt ceſſionem acquirens turrim magni valoris,an teneatur eam vendere,& domum minoris pretij emere, & reſiduum creditoribus aſſignare?

Quæſtio vigeſimanona, princip.

1 VIGESIMONONÒ principaliter quæro, debitor poſt bonorum ceſſionem turrim vnam valoris mille quæſiuit,creditores inſtant, vt illa pro eorũ crediti ſatisfactione vendatur aſſerentes, ꝙ ei tanquã inopi domũcula minoris pretij ſufficere debet: debitor verò reſpondet, ſe velle eam pro ſua habitatione retinere:nunquid ad illius vẽditionem cogi poſſit, vt aliam domũ pretij minoris emat, & ſuperfluũ tradat creditoribus?Bal.in l.fi.col.pen.verſ.Quęro quidam ceſſit. C.tit.noſt.alleg.Bar.tenere,ꝙ nõ.per.l.qui bonis.ff.eo.quia ei habitationẽ habere permittitur, ipſe tamen arbitrio iudicis relinquẽdũ eſſe,quia nec delicatus debitor, nec oneroſus creditor audiri debet,vt l.ſi bene.ff.de vſur.ſi tamen exceſſus nõ eſſet magnus,

 ſed

ſed modicus, verbi gratia, ſi turris venderetur, & pro alterius habitationis emptione parum minus expenderetur, creditor in hoc audiri non debet, ſed æquo animo ferre debet, vt eam pro eius habitatione
2 retineat. Si verò ruſticus vel plebeius eſſet, qui humiles ſolent habitare caſas, iniquum videretur, quod in damnum creditoris turrim pro habitatione retineret, quod tamen nobili, vel doctori, aut militi permitteretur, ideo arbitrarium iudicandum eſt, & cum Bal. tranſit Salic. in d. l. ex contractu in 5. quæſt. C. de bo. autho. ind. poſ. Aliam ſimilem quæſt. annectere potes, quam ponit Bald. in condemnato. in l. 2. in prin. verſic. Iuxta prædicta quæro. C. quod cum eo. & Alexand. in l. maritum. in vlt. col. verſic. Sed quid ſi maritus. ff. ſol. mat. & aliam ſimilem ponit Decius in auth. præterea. col. fin. verſ. Quartò quæritur de quæſtione. C. vnde vir & vxor. ad quos breuitatis gratia me remitto.

SVMMARIVM.

1 Debitor qui bonis ceſſit, ſi conuenitur in bonis poſt ceſſionem quæſitis, an deducere debeat, quod ſalua dignitate ſua viuere poſſit. & nu. 3.

2 Ruſticus in bonis poſt ceſſionem quæſitis panem groſſum, cæpe, oleum, & caſeum pro alimentis habere debet.

3 Doctor, nobilis, vel miles in bonis poſt ceſſionem, & poſt beneficium à lege conceſſum acquiſitis, deducit quod ſalua dignitate viuere poteſt.

4 Dignitas viri non attenditur, ſi mulier ob ſuam paupertatem ei ſuccurrere non poſſet, ſecus ſi eſſet diues.

In bonis poſt ceſſionem quæſitis, an habeatur ratio dignitatis perſonæ debitoris.

Quæſtio trigeſima, princip.

1 TRIGESIMÒ principaliter quæro, quia cedens in bonis nouiſſimè quæſitis conuenitur ſolū inquantum facere poteſt, deducto ne egeat, an etiam deducatur tantum, quod ſalua eius dignitate viuere poſſit? Iac. de Aret. Bald. & Ange. in l. ſi maritus in id. ff. ſol. matr. ponentes in marito quæſtionem, qui tantum conuenitur in eo. quod facere poteſt: deducto ne egeat, iuxta l. maritum, eo. tit. tenent, reſpectum aliquem ad dignitatem non haberi, ſed ſolum id, quod ad victum tantum ſufficiat, retinere debet. cōtrarium tenet Raph. & Imo. in d. l. ſi maritus in id. arg. l. nepos Proculo. ff. de verb ſign. vbi text. allegat. in l. tutor ſecundùm dignitatem. ff. de admi. tut. cum hac opi. trāſit Alb. de Roſa. in d. l. ſi maritus in id vbi vltra d. l. nepos Proculo. allegat text. in l. habitatio. ff. de ven. in poſ. mit. & l. pē. & fi. ff. de in rem verſ. idem tenet Bal. in l. 2. in princip. C. quod cum eo. vbi allegat in ſimili text. in l. ſed & ſi quid inædificauerit. § ſufficienter. ff. de vſufr. & l. cum vnus. § alimentis. ff. de alimen. & cib. leg. idem tenet Ang. & Imo. in l. Neſennius. § fi. in prin. ff. de re iu. Eandem opi. tenet Are. in § appellantur. col. 4. verſi. In eadem gl. ibi, idem de donatore. inſtit. de excep. & in §. Item, ſi dote, in vlt. col. verſi. & aduertas quod in iſta deductione. inſtit. de actio. ad quem ſe remittit ibi Iaſo. num. 8. dicens, quod in hac deductione, ne egeat, perſonarum ratio & conditio perſonæ haberi debet, vt ſi nobilis, miles, doctor, vel ruſticus eſt. nam ſi ruſticus eſt, ſatis eſt quòd ad
2 alimenta panis groſſus, cæpe, oleum, & caſeus relinquatur, cùm tales ruſtici panem ex hordeo, fabis, milica, milio, & ſimilibus confectum comedere ſoleāt, non autem ex puro frumento, vt not. gl. in l. ſeruis vrbanis. in ſecunda & tertia gloſ. ff. de leg. 3. & tradit Ripa in trac. de peſte. in rubr. de remedi. ad conſer. vber.
3 colum. 8. in fi. nu. 98. verſi. Nam ſolent ruſtici. Si verò nobilis, vel doctor, aut miles eſſet, ſatis turpe foret, quod ſolùm ei conſuleretur, ne mēdicaret, & ſic quòd duntaxat victum haberet, quod non diceretur eſſe abſque eius dignitatis dedecore. Sed Imol. in d. l. ſi maritus. has opin. ad concordiam reducere conatur, videlicet quod ſi mulier eſt adeo inops, quòd ſibi per talem deductionem ſuccurrere non poſſet, viri dignitas non attenditur, ſecus, ſi diues eſſet, & haberet vnde viuere poſſet. & hæc concordia placet Aretino in d. §. Item ſi de dote. in fin. vbi in propoſito bonum
4 tex. allegat in authen præterea. C. vnde vir. & vxor. & l. plenum. § equitij. ff. de vſu & habi. vbi dicitur, quod quis poſſe facere dicitur, quod conſiderata perſonæ conditione, commodè poteſt. Eandem concordiam ſequitur Alex. in l. maritum. in vlt. col. verſ. Hæc concordia mihi placet: & illam amplectendam arbitror, cùm etiam ob inopiam mulieris, maritus beneficio ſibi à lege conceſſo gaudere non poſſet, vt dixi ſuprà 13. q. 4. principa. & in 17. caſu vigeſimæ quæſtion. 4. quæſtion. principalis. num. 30.

SVMMARIVM.

1 Deductio qualiter in bonis poſt ceſſionem quæſitis fieri debeat, & an aliud ſit in iuuene, aliud in ſene, & an pro vno anno vel maiori tempore, & num. 4.

2 Debitor artifex in bonis poſt ceſſionem quæſitis ſibi computat in deductione, quod ex artificio acquirit.

3 Doctor vel miles poſt beneficium ſibi à lege conceſſum, ſibi computant in deductione ex bonis acquiſitis id, quod ex aduocatione & militia acquirunt.

5 Familia debitoris quam ipſum de neceſſitate educare oportet, attenditur in deductione bonorum poſt ceſſionem acquiſitorum.

6 Priuilegium alicui conceſſum pro ſe, etiam ad miniſtros, ſine quibus eſſe non poteſt, extenditur.

7 Quis ex alterius perſona conſequitur, quod ex perſona ſua conſequi non poteſt.

8 Pater & filius, vna & eadem perſona cenſetur. Maritus & vxor, vna & eadem caro ſunt, eo.

Quantitas rei & temporis an inſpici debeat in deductione bonorum poſt ceſſionem acquiſitorum, tam reſpectu perſonæ debitoris, quam eius familiæ?

Quæſtio. trigeſimaprima, Princip.

TRIGE-

1 TRigeſimoprimò principaliter quæro, vidimus ſuprà quòd debitor cedens, in quæſitis de nouo, condemnatur in id quod facere poteſt, habita ratione ne egeat, iuxta l. in condemnatione. ff. de reg. iur. & quod no. in l. ſi maritus in id. per gloſ. & doct. &. ſolut. matrimo. & in l. ex contractu. cum concord. C. de bo. auth. iudi. poſ. Quomodo fiet iſta deductio? Petrus de Belap. in §. fin. ſub num. 6. verſi. Ecce quod eſt de fortunis. Inſti. de act. dicit, quòd iudex perſonæ conditionem inſpiciet, vtrum ſit artifex, vel non: ſed ſi ſimplex ſit, qui victum ſibi quærere ignorat, tunc tantum ſibi dimittet, quantum ad vitam ſibi neceſſarium eſt: & ſi ſit perſona, quæ ſecundùm eius conditionem vinum bibere, & carnes comedere debet, vt l. ſed & ſi quis. ff. de vſufruct. inſpiciet etiam perſonæ qualitatem, ſi ſit iuuenis: quia tunc diutius viuet, ideo ſibi plus aſſignabit: alioquin ſi ſit ſenex, non dimittet ſibi tantum, ſed ſeruabit formam. l. hæreditatum. in princip. ff. ad leg. Falci. idem firmat ibi Ioan. Fab. dicens, duo eſſe attendenda, ſcilicet, rei & tẽporis qualitatem. Ad primum facultates & perſonæ conditio
2 inſpiciuntur. Nam ſi eſt perſona, quæ operari poſſit quę officium ſeu artificium habeat, illud ſibi computari debet, & ſic illarum operarũ fiet deductio, vt eſt gloſ. fina. in d. l. ſi maritus. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. cum gloſ. ff. de liber. agnoſ. & l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis. & ibi glo. in verbo, donante. C. de donation. Inſpicitur etiam ſi doctor, vel miles eſt. Hi computant in tali deductione, quod ex eorum aduo-
3 catione & militia acquirunt. Inſpicitur etiam ſi eſt nobilis, in his enim cùm ipſi plus expendant, & expendere habeant, maior habebitur ratio, quam in ruſtico
4 vel ſimilibus, vt in præcedenti quæſt. dixi. Ad ſecundum non ſufficit pro vno tantùm anno deductionem fieri, ſed attendi debet cuius ſit ætatis is, pro quo talis deductio fieri debet, & illo tunc ſimul fiet computatione facta iuxta diſpoſitionem d. l. hæreditatum. in prin. & ita ſecundùm legem illam iudicandum eſt, vt voluit gloſ. prima in l. maritum. ff. ſol. matrimo. & ita tenent Dyn. Petr. de Bellap. Ioan. Fab. Ioan. de Plat. Aret. & Iaſ. in §. item ſi de dote. Inſtit. de act. & Ang.
5 in l. Neſennius. §. fin. in princip. ff. de re iud. An autem quod dictum eſt circa principalis debitoris perſonã, idem etiam dicendum ſit circa eius filios & familiã, quos de neceſſitate educare oportet, & ſine quibus commodè iuxta eius qualitatem, & conditionem viuere non poſſet: Videtur quod ſic, per text. in d. l. ſi quis à liberis. §. non tantùm. cum gl. ibi. de lib. agnoſ. & l. 2. ff. de vſu & habit. & l. ſi ſtipulatus fuero. de verb. obl. Contrarium tenet Ioã. Fab. quem ſequitur Ioan. de Plat. in d. §. item ſi de dote. Tu dic quod attenta conclusione, de qua ſuprà & in præcedenti quæſt. habetur reſpectus ad debitoris qualitatem & conditionem, cum concordiis ibi relata, concludendum eſt, quod huic cedenti haberi debet conſideratio non ſolùm de perſona ſua, ſed etiam de perſonis ſine quibus ſecundùm ſtatum ſuum viuere non poteſt, ita voluit Imol. in d. l. Neſennius. §. fin. declarans dictum Ange. ibid. & hoc probatur ratione ſecũdùm Aret. conſi. 17.
6 Conſideratis. col. penult. verſ. Tertiò, quia ſi maritus. Quia priuilegium alicui pro ſe conceſſum, etiam ad miniſtros, ſine quibus quis eſſe nõ poteſt, extenditur. l. adminiſtrãtes. §. 1. vbi Bartol. in prima lectura, & ibi Bald. ff. de excuſ. tut. idem Bald. in l. non ſolùm. §. qui primipilum. eo. tit. & in auth. habita. C. ne fil. pro pat. Idem voluit Staphyl. in tract. de literis gratiæ & iuſtitiæ, fol. 154. verſ. Præterea hoc eſt priuilegium. in primis impreſ per glo. in cap. ſtudeat. l. diſt. dicens, quòd ei non conuenitur vltra quam facere poteſt, tantùm relinqui debet, vnde ipſe & ſui miniſtri eidem neceſſarij ſuſtentari poſſint. Faciunt tradita per Dec. in l. lecta. col. 5. verſ. in gl. in verbo, de domo. ff. ſi cert. peta. quòd priuilegium alicui conceſſum etiam eius familiaribus competere dicitur, & habetur per Bartol. in l. ſemper. §. immunitati. ff. de iure communi. & fac. tex. quem ipſe Areti. alleg. in l. cæterum. ff. de vſu. & habi. & pro hac opin. facit illa vulgar. regula, quæ habet quòd quis ex alterius perſona conſequitur, quod ex ſua perſona conſequi non poteſt, vt eſt caſus pulcherrimus in cap. authoritate Martini. §. ſi. de conceſ. præben. lib. 6. & in cap. penulti. de præb. eod. lib. & habetur in l. ſi emancipati. & ibi plenè per Iaſ. cum multis ſimil. in 2. colum. in fin. verſic. Not. tu diligenter. cum duab. ſeq. C. de collation. & per Marſil. in ſingul. 180. Plura & plura. Quòd etiam probatur ex eo, quia pater & filius vna & eadem perſona cenſetur. l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtitu. & maritus & vxor ſunt vna & eadem caro, iuxta text. in cap. debitum. cum concord. extra. de bigam.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio bonorum, poſt appellationem ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ admiſſa, an per modum attentatorum reuocari poſſit?*

2 *Attentata ante omnia reuocantur, non diſcuſſo aliter appellationis articulo, & quæ dicantur attentata. & num. 4.*

Ceſſio bonorum etiam poſt appellationem à diffinitiua, fieri poteſt.

Ceſſio bonorum an per modum attentatorum reuocari poſſit?

Quæſtio trigeſima ſecunda & vlt. princip.

1 TRigeſimoſecundò principaliter & vltimò quæro, quid, ſi poſt appellationem ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente, interpoſitam, debitor ceſſit bonis, an talis bonorum ceſſio per modum attentatorum poſſit vel reuocari debeat? Guid. Pap. conſ. 124. Circa materiam. col. 4. in princ. verſ. Ad ſecundum quæſitum. nume. 3. decidit, quòd ſi bonorum ceſſio ante inhibitionem facta fuit, reuocari non poterit, ſed differri debebit, donec de appellatione cognitum fuerit, allegat text. in c. non ſolùm. 1. §. fin. de appel. in 6. tradunt domi. de Rota in deciſ. 412. ſi appelletur in nouis. & Feli. in cap. ſuper quæſtionum. §. fin. extr. de offic. deleg. Tu dic quòd etiam ſi poſt inhibitionem facta fuiſſet, & poſt appellationem à diffini-
2 tiua interpoſitam tanquam quid attentatum reuocari non poterit, quamuis regula ſit, ante omnia attentata, etiam nõ diſcuſſo appellationis articulo, reuocari, vt
3 in d. c. non ſolùm. in prin. & ibi Canon. Tum quia bonorum ceſſio etiam poſt appellationem, à diffinitiua, poteſt agnito debito in iudicio fieri: & talis ceſſio valet iuxta declarationem per Aretinum traditam in §. fina. columna tertia ad fin. verſicu. Nec obſtat. d. l. 1. Inſtitut. de action. ſecundùm quam ita fuit deciſum in ſacro

in ſacro conſilio Neapolit. vt atteſtatur Afflict. in deciſion. 296. Quidam debitor in fin. Tum etiam quia
4 talis ceſſio facta, ſeruatis de iure ſeruandis, dici non poteſt eſſe de attentatis, cùm ceſſio ſit de his, quæ licitè fieri poſſunt, & ea quæ licita ſunt, attentata non dicuntur, quia cùm pendente appellatione aliquid attentetur quod ſit licitum, prout in præſenti caſu, ex quo cedens facere poteſt, quod de iure ſibi competit, illud tanquam attentatum per modum attentati reuocari non poteſt, cùm nihil innouari videatur ſecundùm gloſ. in dicto cap. non ſolùm. §. fina. in gloſ. Præterea ſi debitor poſt appellationem fuit ad bonorum ceſſionem admiſſus, non eſt dubitandum, quòd appellatus fuerit per cedentem citatus, vel in iudicio comparuerit, per quam comparitionem & agnitionẽ debiti in iudicio factam, appellatus ipſe nedum tacitè, ſed expreſsè tali ceſſioni conſenſiſſe videtur, meritò de attentatis amplius opponi non poteſt, cùm ſcienti & volenti non fiat fraus neque iniuria. regul. ſcienti. de reg. iur. in 6. cum vulg. Et ex his expedita redditur per me Matthæum Brunum Iuriſconſ. Arimineo. hæc præſens ceſſionis bonorum materia, in qua ſi quid boni reperitur, altiſſimo ac omnipotenti Deo laus, honor, & gloria attribuatur. Si verò aliquid quòd legentis aures offendat, culpæ meæ aſcribatur, iuxta illud Auguſtini in 15. cap. ſoliloquiorum, dicentis, Si quid boni eſt parui vel magni, donum tuum eſt: & noſtrum non, niſi malum eſt.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM, VOCVM, SENTENTIARVM SINGVLARIVM, AC VERBORVM: QVÆ IN HOC VOLVMINE, NON

tam Deciſionum, & Tractatus de Mercatura, ſeu Mercatore, Clariſſimi I. C. Benuenuti Straccha, quàm diuerſorum Iuriſperitorum locupletiſſimus.

Indicem Deciſionum hac nota † dignoſcere poteris: hac verò ¶ Indicem Tractatus de Mercatura, ſeu Mercatore, quæ verò caret nota, diuerſorum Iuriſperitorum.

† ABACVS *ex communi vſu ſcribendi admittitur loco verborum.* Deciſio 96.numero 7.pag.231

† *Ablatiui abſoluti important conditionem.* Deciſio 57. numero 4.pagina 178.

† *Abſens cōtumax mulctari non poteſt.* Dec.161.n.12.p.294

† *Abſens licet quis ſit confectioni ſcripturæ ſi peruenit ad eum loquitur ipſi præſenti.* Dec.45.num.6.pag.167

† *Abſens non dicitur, qui non eſt præſens in loco domicilij, ad hoc vt conueniatur.* Dec.90.num.12.pag.219

† *Abſens qui patitur traficum fieri ſub eius nomine, an obligetur.* Dec.39.num.4.pag.160

† *Abſens reputatur ſalitus, & quando.* Dec.91.nu.26.pa.224

† *Abſente creditore an debitor cōſtituatur in mora per aduentum temporis.* Dec.89.num.4.pag.217

† *Abſente parte confeſſio extraiudicialis facit iudicium & præſumptionem.* Dec.195.num.7.pag.352

† *Abſente parte confeſſio extraiudicialis non probat.* Dec. 212.num.1.pag,366

† *Abſente parte confeſſio extraiudicialis facit ſemiplenam probationem.* Dec.199.num.5.pag.357

† *Abſenti an obligetur ſcribens literas vel apocham.* Dec. 45.num.2.pag.167

† *Abſenti & non citato non præiudicat executio.* Dec.201. num.4.pag.358

Abſentia partis quando nihil noceat in proceſſu. nu.41.p.900

† *Abſentis creditoris ad fauorem valet promiſſio facta per literas.* Dec.45.num.3.pag.167

† *Abſentium promiſſio per literas præſumitur contractus.* Dec.48.num.6.pag.169

† *Abſoluendus reus ab obſeruatione iudicij ipſo & actore non probantibus.* Dec.43.num,2.pag.165

† *Abſoluendus diffinitiuè quando ſit reus, actore non probante.* Dec.145.num.3.pag.279

† *Abſoluere an dicatur non condemnans in acceſſorijs.* Dec. 87.num.4.pag.214

† *Abſolutio poteſt fieri per verbum æquipollens.* Dec.164. num.5.pag.297

† *Abſolutio ab obſeruatione iudicij fit libello inepto vel carente actione.* Dec.43.num.5.pag.166

† *Abſolutio ab obſeruatione iudicij fit proceſſu exiſtente nullo, vel ſtante defectu ſolemnitatū ſubſtantialis.* Dec. 43.num.6.pag.166. & Dec.125.num.5.pag.260.

† *Abſolutio ab obſeruatione iudicij fit perempta inſtantia.* Dec.43.num.4.pag.166

† *Abſolutio ab obſeruatione iudicij fit à iudice appellationis ſententia exiſtente nulla.* Dec.43.num.3.pag.166

Abſolutio à iuramento an ſeruiat periuro. Dec.193.nu. 2.12.pag.348.349

† *Abſolutioni à iuramento an pars ſit citanda.* Dec.193.n.3. 13.pag.348.349

† *Abſolutus non declaratur ius habere in re perita.* Dec.13. num.23.pag.64

† *Acceſſionum acceſſiones non debentur.* Dec.87.nu.9.pa.215

Acceſſorium potentius principali, non ſequitur naturam principalis. num.63.pag.690

Acceſſorium ſui principalis naturam ſequitur. nu.285.pa.726. num.315.pag.731.num.354.pag.736

† *Acceſſorium non poteſt ſtare ſine principali.* Dec.200.nu.5. pag.358

† *Acceſſorium ad ſortem eſt intereſſe.* Dec.200.num.1.p.357

¶ *Acceſſorium vitiatur vitiato principali.* num.21.pag.556

¶ *Acceſſorium aliud neceſſarium, aliud voluntarium.* num. 22,pag.604

† *Acceptationem an operetur receptio apochæ.* Dec.58.nu.7. pag.179

† *Acceptans non poteſt exinde improbare.* Dec.33.n.4.p.144

† *Acceptans mandatum tenetur vel illud perficere, vel re integra renuntiare.* Dec.9.nu.5.pag.52

† *Acceptans mandatum tenetur actione mandati ad reddendum rationem.* Dec.151.num.2.pag.283

† *Acceptans mandatum tenetur obſeruare.* Dec.177.nu.3. pag.322. & *eius fines non excedere.* Dec.172.n.3.p.309

† *Acceptans ordinem an tertio acquirat.* Dec.19.nu.5.p.103

† *Acceptans ordinē & non obſeruans tenetur ad intereſſe.* Dec.24.num.7.pag.117

† *Acceptans remiſſam factam de credito ſuo an liberet remittentem.* Dec.2.num.2.pag.13

† *Acceptans literas tractantes de ſuis negotijs, licet alijs*

QQq directas

directu acquirit ius. Dec.48.num.4.pag.169

† *Acceptans literas, tacitè conſentit omnibus in eis contentis.* Dec.133.nu.2.pag.267

† *Acceptans literas in quibus ſit mandatum dicitur acceptaſſe mandatum.* Dec.180.nu.2.pa.328. & *tenetur recepti mandati.* Dec.704.num.1.pag.194

† *Acceptans literas remanet obligatus.* Dec.104.num.6.9.pag.241

† *Acceptans aliquid deferendum alicui, an actione mandati vel negotiorum geſtorum teneatur.* Dec.58.nu.5.pag.179

† *Acceptans ſortem abſque proteſtatione remittit intereſſe.* Dec.86.num.3.pag.213

† *Acceptans partem rei venditæ abſque proteſtatione, an ſibi præiudicet quo ad reliquam.* Dec.136.num.6.pag.270

† *Acceptante literas cambij non ſoluente, licet creditori facta proteſtatione regredi ad ſcriptorem.* Dec.8.nume.19.pag.51

† *Acceptantem literas inter & mittẽtem naſcitur mutuus conſenſus.* Dec.52.num.2.pag.171

† *Acceptanti & præſenti facta delegatio inducit nouationẽ & liberationem.* Dec.2.num.21.pag.17

† *Acceptari & exhiberi poſſunt literæ in parte.* Dec.180.num.6.pag.329

† *Acceptari poteſt pro parte confeſſio continens duo capita ſeparata.* Dec.141.num.2.pag.274

† *Acceptaſſe mandatum an quis dicatur qui mandati literas recepit.* Dec.23.num.20.pag.116

† *Acceptatis literis tenetur etiam ſcribens inſolidum cum acceptante de conſuetudine mercatorum Genuæ.* Dec.2.num.41.pag.21

† *Acceptatis literis cum proteſtu an fieri debeat ſolutio cum proteſtu, an verò primum ſufficiat.* Dec.6.n.13.17.p.41.42

† *Acceptatis literis cambij ſcribens, non poteſt ordinem reuocare.* Dec.168.num.3.pag.304

† *Acceptato ordine ſoluẽdi per eum qui ſoluere & eum qui exigere debet, an duos ordinem ſit liberatus.* Dec.2.n.12.pag.16

† *Acceptatum mandatũ non exequens tenetur ad intereſſe.* Dec.9.num.6.15.pag.52.53

† *Acceptatio non ſolum fit verbo, ſed facto.* Dec.6.nume.9.pag.41

† *Acceptatio ordinis ſoluẽdi an liberet primum debitorem.* Dec.1.num.21.pag.6.& *quomodo liberet dicta.* Dec.1.nu.37.pag.10

† *Acceptatio remiſſæ facta habet tacitam conditionem ſi ſolutio fiat.* Dec.2.num.21.pag.16

† *Acceptatio literarum cambij pro credito ſoluendo per acceptantem ſibijpſi an liberet ſcribentem literas.* Dec.2.num.1.pag.15

† *Acceptatio literarum inducit conſenſum & aliquando obligationem.* Dec.2.num.29.pag.18

† *Acceptatio literarum facta cum proteſtu non afficit ſolutionem, ſi ſolutio fiat ſimpliciter.* Dec.6.num.2.pag.40

† *Acceptatio exhibitionis non operatur niſi in parte exhibita.* Dec.11.num.2.pag.57

† *Acceptatio an fieri poſſit de vno ex capitibus contentis in confeſſione.* Dec.60.nu.4.pag.182

† *Acceptatio confeſſionis & oblationis fieri non poteſt, niſi cum ſua qualitate.* Dec.95.num.2.pag.230

† *Acceptatio confeſſionis pro parte, an fieri poſſit, & quãdo.* Dec.95.num.3.pag.230

† *Acceptatio confeſſionis extraiudicialis factæ præſente parte, an requiratur ad hoc vt probet.* Dec.128.num.4.pag.264.& *ad quid.* Dec.212.num.4.pag.366.*an verò ſufficiat præſentia.* Dec.212.num.2.pag.366

† *Accidens communiter eſt locus argumentandi.* Dec.6.nu.4.pag.40.& Dec.147.num.8.pag.281.& Dec.196.num.6.pag.354

† *Accipere importat tranſlationem dominij.* Dec.26.num.2.pag.120

† *Accipiens literas ſuſcipit mandatũ in eis contentum.* Dec.163.num.3.pag.296

† *Accipiens literas & non cõtradicens ſibi præiudicat.* Dec.120.num.1.pag.255

† *Accipiens literas & non reclamans intelligitur acquieuiſſe.* Dec.162.num.2.pag.295

† *Accipiens cambio cum quo intelligatur cõtrahere, & cui ſit obligatus.* Dec.10.num.8.pag.56

† *Accipiens in ſolutum nomen promittentis, liberat primũ debitorem.* Dec.2.num.26.pag.18

† *Accipiens ſortem remittit intereſſe, & quando non.* Dec.68.num.2.pag.193

† *Accordio rupti facto cum alijs creditoribus non tenentur ſtare hypothecarij.* Dec.17.num.13.pag.98

† *Accordio facto cenſetur ſopita præcedẽs actio.* Dec.43.n.8.pag.166

Accuſatus de crimine, & captus in vinculis teneri debet, donec de cauſa cognitum ſit. num.15.pag.766

† *Acquieuiſſe intelligitur recipiens literas, & non reclamans.* Dec.162.num.2.pag.295

† *Acquirens ex maleficio non tenetur conferre.* Dec.193.num.9.pag.349

† *Acta inter alios faciunt ſemiplenam probationem.* Dec.77.num.11.pag.203

† *Acta & probationes in ſummario, non præiudicant in ordinario.* Dec.103.num.4.pag.239

† *Acta faciunt notorium.* Dec.155.nu.4.pag.288.Dec.146.num.7.pag.280

† *Acta declarant ſententiam.* Dec.164.num.19.pag.298

† *Acta facta an valeant quando audientia eſt deneganda.* Dec.176.num.9.pag.319

† *Acta facta pendente tempore quod à futuro euentu poteſt eſſe incongruum, an valeant.* Dec.175.num.7.10.pag.316

† *Acta quando retrotrahantur.* Dec.188.num.11.pag.339

† *Acta conualidantur à ratificatione.* Dec.179.n.13.pag.326

† *Acta non conualidantur à ratificatione ſtante proteſtatione in contrarium.* Dec.100.num.4.pag.235

† *Acta præcedentia non conualidantur per exhibitionem mandati in fine iudicij.* Dec.54.nume.6.pag.173

† *Actio non datur non præcedente obligatione.* Dec.14.nu.31.pag.72

† *Actio an alteri per alterum acquiratur per conſtitutum.* Dec.45.num.1.pag.167

† *Actio præcedens remanet ſopita facto accordio.* Dec.43.num.8.pag.166

† *Actio non datur ex contractu non adimplẽti pro ſui parte.* Dec.27.num.4.pag.126

† *Actio quando detur ex contractu non obſeruanti.* Dec.27.num.13.pag.129.& *quando non competat.* Dec.155.nu.7.pag.288

† *Actio oritur ante diem appoſitam ab homine.* Dec.107.n.1.pag.246

† *Actio oritur ex numeratione quando hic agitur.* Dec.91.num.3.pag.221

† *Actio extinguitur per compenſationem vno exiſtente debitore & creditore.* Dec.190.num.10.pag.341.342

† *Actio duplex oriri poteſt ex vnico actu.* Dec.123.n.3.p.258

† *Actio duplex cõtra eum qui tenetur rationem reddere.* Dec.202.num.1.pag.359

† *Actio perſonalis an extinguatur triginta annorum ſpatio.* Dec.20.num.4.pag.105

† *Actio negotiorum geſtorum competit ſoluenti pro alio.* Dec.6.num.7.pag.41.Dec.197.num.1.pag.355

† *Actio negotiorum geſtorum contra quem detur exiſtente negotio ſub nomine vnius & ſpectante ad alium.* Dec.154.num.2.pag.286

† *Actio negotiorum geſtorum an datur facienti impenſas ex voluntate.* Dec.154.num.3.7.pag.286
† *Actio quæ competat exigendi remiſſas illi cui non remittuntur* Dec.10.num.4.pag.55
† *Actio aduerſus eum qui accepit cambio vel fecit literas an competat exigere debenti.* Dec.10.num.9.pag.56
† *Actio quæ competat danti ad cambium literis non acceptatis.* Dec.10.num.16.pag.57
† *Actio contraria mandati competit ſoluenti literas cambij pro aliquo.* Dec.30.num.1.pa..35
† *Actio an competat mandati contra eum cum quo mandatarius eſt negotiatus.* Dec.137.num.2.pag.270
† *Actio ad reſtitutionem rei competit mandati contra eum qui emit.* Dec.127.num.9.pag.263
† *Actio cõpetit mandatario aduerſus mandantem.* Dec.154.num.1.pag.286
† *Actio contraria mandati regulariter datur mandatario aduerſus mandantem.* Dec.178.num.1.pag.323
† *Actio pœnæ reſeruatur per proteſtationem etiam reo contradicente.* Dec.87.num.8.pag.215
† *Actio doli quando dari ſoleat.* Dec.168.num.11.pag.305
† *Actio petendæ rationis de rebus accõmodatis præſcribitur.* Dec.20.num.2.pag.104
† *Actio inſtitoria eſt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda.* Dec.14.num.25.pag.73
† *Actio quæ cõpetat pro labore, ſi non eſt actum de mercede.* Dec.113.num.2.pag.251
† *Actio acquiritur ementi etiam de pecunijs alterius.* Dec.215.num.1.pag.368
† *Actio nõ acquiritur domino abſque ceſſione procuratoris.* Dec.215.num.2.pag.368
† *Actio ad pretium & intereſſe datur venditori.* Dec.136.num.8.pag.270
† *Actio qualibet videtur intentata per clauſulam & prædicta omni meliori modo.* Dec.78.num.13.pag.204
¶ *Actio vtilis in eum, qui naui præpoſitus ſit, competit, ſi de naui deiectum quid ſit.* num.4.pag.466
